image
not
available

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XLVIII
G
4
NAPOLI

XLVIII
9
h

Digitized by Google



CHRONOLOGIA
HISTORICA
SVCCESSIONIS HIERARCHICÆ
ILLVSTRISSIMORVM ARCHIANTISTITVM
LVGDVNENSIS ARCHIEPISCOPATVS,
GALLIARVM PRIMATVS.

NECNON LATIOR ILLVSTRISSIMÆ ECCLESIÆ
Cathedralis, & cæterarum Diœceſeos Lugdunenſis Hiſtoria.

à cum orthodoxis interpretationibus Articulorum Fidei totius Eccleſiæ Catholicæ, Apoſtolicæ atque Romanæ, qui in pleriſque Conciliis, præſentibus iiſdem Primatibus Suffraganeis, & aliis Orbis vniuerſi Epiſcopis, diffiniti fuêre, ad generalis conformitatis vnionem hactenus in ſucceſſiua eorundem propagatione demonſtrandam, aduerſùs hodiernos Calumnitas, caeteróſque ab Eccleſia deuios.

SECVNDA EDITIO MVLTO AVCTIOR
& emendatior quàm priùs.

Cui demum adduntur ſeorſum cuncti ſingulares Epiſcopi totius Primatiæ Lugdunenſis, ſeu Galliæ Celticæ.

Velut Tomus Primus totius ingentis huius ſuſcepti Voluminis. Reliqui ſeorſum infrà.

Authore IACOBO SEVERTIO *Doctore ſacræ Theologiæ Pariſienſi, Eccleſiaſte Lugdunenſi.*



LVGDVNI,
Ex Typographia Simonis Rigaud, Bibliopolæ,
vico Mercatorio, ante D. Antonij Ædem.

M. DC. XXVIII.

Cum permiſſu Superiorum, ac Priuilegio Regis.

NAPOLI

ILLVSTRISSIMO, REVERENDISSIMOQVE

DOMINO D. CAROLO MIRON, ARCHIEPISCOPO COMITI LVGDVNENSI, PRIMATI-PRIMATVM IN GALLIA,

Regi ab intimis Conſiliis: vnà & Nobiliſſimis ac Inclytis Dominis, D. Decano, Canonicis Comitibus, & Capitulo eiuſdem Metropoleos Eccleſiæ, S.

SI elogiorum ethnicæ antiquitatis reminiſci liceat a (Primas ampliſſime, Viri clariſſimi) profectò inter cætera acceptorum recordatio beneficiorum, aut etiam veſtræ erga me nuper aſſiduæ largitatis, ac munificentiæ in poſterum ſingulari gratiâ prorogandæ adaugendæque ita mihi ſemper ob oculos verſari ſolet, vt horum in animo nunquam interitura ſit memoria, hærebunt ſæpiùs in mente, nec ea perire vllatenus patiar. Certè ante annos viginti mea prior breuióque editio promulgarat b equidem priſca veſtræ Baſilicæ ac Primatû monumenta, dicabatque Opellam veſtris tam auguſtæ coronæ Reuerentiis ſeu prædeceſſoribus ſic pariter colligatis in votorum meorum Epiſtolio; nimirum Primati Comiti tunc degenti, & Capitularibus veſtris alumnis Comitibus, ex parte deinceps vitâ functis. Quæ dictata ſimilem quoque iam cœptæ anterioris beneuolentiæ aſteriſcum notarat & referebat: ſupérque ea multi deinceps recentiores Authores ac imitatores, dictatorem hactenus allegando, ſcripſêre. Verùm ego mox Opus idem multò maius effeci, vario auctario locupletiſſimû reddidi, & videor hac altera editione ad cumulum forte innumeris lucubrationibus perfeciſſe. Niſi ſanè in poſterum latiùs, ô Illuſtres Miron, & Comites, ſecretiora Archiuorum veſtrorum Gazophylacia aperire, & communia facere in his quæ licebit palam ferre, ad excellentius Eccleſiæ decus permittatis, dignemini, & gratum habeatis, luſtrato per vos valde prudentes & litteratos iſto ampliori Codice Prouinciali, cui ſecundo tertióque volumini nectuntur ſaltem veſtræ totius Primatiæ Antiſtites, & in iis mea ſiſtit, eò quòd reliquæ ſuperſtites Galliarum partes, vel alij extra veſtrum Primatum Epiſcopi, quos penè diſpoſitos huc deſtinaram adducendos & adiungendos, Tomum denique valde denſum ingredi nequiuerint, vt opinor. Id autem longiùs inſtitutum, at in ſtylo coarctatum, ad diſtinctum volumen aliud tandem diſtuli, intra annum ſpero palam offerendum, vt ſupra iuniores omnes ad hanc vſque diem compilatores non aſpernendis incrementis auctum. Quo tempore & loco, quia vniuerſalior erit Galliarum tractatio, ideo mihi paucis ad minus veſtrorum Primatum ſeries texenda fuerit, in cæterorum fronte: maximè quia, dum primi huius Tomi exemplar Prælo traditum ante triennium ferè totius nunc publicationis, plura tunc vndique expectabat, emicuit interim noua quædam de Gallicanis eiuſmodi Prælatis euulgatio, quam ſicut æquiparamus cum reliquis Galliæ, vbi pleraque recens ſubteximus, ita ſedulò conferre & breui præſtare operæpretium duximus circa renouandum hunc Lugdunenſem Catalogum. Illóque in niſu, vtinam vos moniti ſcripto aut verbo, egregij Comites potentis Eccleſiæ Lugdunenſis, velitis domeſtica alia aduertere, penitus contueri, vincire, & meo veſtróve ad libitum calamo populare, vt fœliciore præconio auſpicióque in lucem prodeant vltimâ rerum perficiendarum vice. Te verò hic iure cœpimus, ô mirande R. Miron, luculenter inſcribere Primatem Primatum totius Galliæ Celticæ, quia veteri titulo ac vſu ſupereminet tua prima omnium Cathedra inter Gallicanas Archiepiſcopis Rothomagenſibus ac Senonenſibus, qui ſe denuo Neuſtriæ Galliæve Primates in confuſo oſtentare prætendunt inter Celtas abhinc paucis temporibus, vt ab hoc conceptu demamus Viennenſem Archiflaminem, ſe iterum proclamantem Primatum Primatem, ad alios ſceptri Gallicani limites transferendum ſine tui detrimento, qui aliundè maximis tuis meritis, velut Cócionator eloquentiſſimus apud Sedem Romanam ſingulari priuilegio ad dignitatum faſtigium optatus es. Qualia certè cuncta paſſim ſecer-
» nunt noſtri præſentes autographi. c O beata Lugdunenſis Eccleſia myſteriis magnis euecta &

a Seneca lib. de Benef.

b an. 1607 in 4 apud Cl. Armand. Lugd. Typograph.

Aliud futurum Epiſcopale volumen.

Primatia.

c Nu 6. & 8 Num 91 2. Nu 71 1 81. 1. & 81 2. &c.

„ referta, ſi quæ ſit in Galliis, vtpote quam nouimus ἀναγωγικῶς inſtauratam ad typum Eccleſiæ
„ triumphantis in orbe cœleſti Empyreo: cuius tu parens & animorum genitor Primas ſpiritualem filium habes vnicum Primatiale Capitulum, Spiritum-ſanctum communem ab vtraque parte creatum ſeu procedentem Iudicem [d] Gladij regiminiſque ſpiritualis ac temporalis totius eccleſiaſticæ poteſtatis, in Clericale gremium bene ſpirantis, prouidentis, & ad omnium commoda ſapienter conſpirantis. Habes & generoſos ſingulos Canonicos Comites potiſſimùm dignitates, quaſi Apoſtolos: habes quatuor primæ adunatæ triplicis Baſilicæ Cuſtodes Euangeliſtas Doctores tibi Conſiliarios: ſeptem ſacros Milites [e] etiam in doctrina candidatos cum octauo Theologo, totidem donis diuini Spiritus [f] & octonario euangelicarum Beatitudinum [g] præclarè inſtructos, necnon ad Conſilia ſubſides. Ac denique obtines ſeptuaginta Diſcipulos pios Chriſticolas, reliquum Clerum piè Deo famulantem, veſtræ Reuerentiæ Capitulóve addictum, exhibentes. Tu denuò Patriarcha Primarius nobis elegantiſſimè refers Noëum illum iuſtum probúmque Patriarcham veteris Teſtamenti, figuram veritatis in Nouo, quatenus veniſti deſuper miſſus, Arcam ſalutis introducti populi huius Prouinciæ Lugdunenſis tuo Concionum artificio, & præclaro ingenio condere. Eiuſmodi Arcam *de lignis leuigatis*, quadratis ac planis inſtabili conſtantia Cleri [illegible] componere ſtudes, vt loquitur vniuerſim D. Iſidorus Epiſcopus Hiſpalenſis [h]. Tu nauem hanc ingentem feruenti charitatis bitumine, quaſi glutino intimi ardoris liniiſti, quæ ligna hæc imputribilia (aiunt diuini Commentatores) hoc eſt, immortales tuorum Diœceſanorum animas ad montes cœleſtis Armeniæ, ſempiternæque fœlicitatis, tuis publicis priuatiſque hortamentis cum adiutoribus inclytis DD. Comitibus transferre in dies ſatagis. Itaque hinc demum vos omnes vnà, Viri hierarchici ac Optimates excellentiſſimi, piis actibus diſponitis vobiſmetipſis, & nobis, ac toti Clero, varias fœderis æterni in Arca cœleſti manſiones, ſeu plures gloriæ immenſæ gradus perennes in patria. Sic tandem eò ſalutaris incolatus cuncti ſummis votis contendimus, veſtri ſemper imitatores. Faxit ergo Chriſtus Seruator, vt dum ſanctiſſimos veſtros anteceſſores Antiſtites & inſignes ingenuóſque Capitulares Præpoſitos propter Deum recolo, demiror, & amplector, velut digniſſimos parentes, quorum ſectemur veſtigia, mihi ad extremum liceat participem fieri tantæ, qua ipſi hodie fruuntur poſſeſſores, æuiternæ ſodalitatis. Ego illuc imprimis contendo, & ſtudia mea toto pectore confero: deinde veſtro honori tuendo ac exornando pro veritate ac virtute omnem nauare operam geſtio: quo finem præcipuum ſimul conſequuti lætemur, gratias præpotenti Deo exhibituri: ſi priùs beneuolè, quod ſpero & poſtulo vos, ô Magnates, clientem Theologum veſtræ Eccleſiæ, tanquam amicum audiatis, dicatas qualeſcunque pagellas hilariore vultu recipiatis, & Numen gratiâ mei obſecrandum curetis; perſuaſus quòd candidè offerentem amantémque diligatis. Valetote, Lugduni è ſacro Prytaneo, & Scholis Theologicæ Cathedræ vetuſtiſſimi Doctoris Diui Irenæi Protoprimatis ac Martyris Lugdunenſis, poſtridie Aſcenſionis Domini Ieſu, An. M.DC. XXVII.

Myſteria Lugdunenſis Eccleſiæ.

[d] Infrà pag. 301 307.

[e] pa. 333.

[f] Iſaiæ 11. init.

[g] Matt. 5.

[h] In cap. 6. Geneſ. med.

Veſtræ omnium Celſitudini addictiſſimus,
IACOBVS SEVERTIVS *Doctor Theol. Pariſ. Eccleſiaſtes Lugdunenſis.*

PRÆFATIO

PRAEFATIO AVTHORIS AD LECTOREM,

in quatuor Paragraphos diſtincta.

§. 1.

> Cauſæ præſentis nouæ editionis.

MVLTA & ampla in præſenti certamine diligentíque negotio, Lector optime, ſubeunt oculis tuis ac mentibus humanis palam offerenda. Rationes ſecundæ huius typographiæ pluribus enarraturi, duas potiſſimum aduentaſſe exiſtimes, cùm in locupletiore ſacra Archipræſulatus ſeu Primatus Franciæ Chronologia, tum in affinium etiam Suffraganeorum ac præſertim Matiſcenſis Epiſcopatus hiſtoria, vtraque potiore diuerſis ſeorſum hac vice aucta crementis, ne dicam penè innumeris, citra Epitomen omnium reliquorum Primatiæ Antiſtitum, equidem Romano ſemper idiomate. Vna cauſa eſt fœcundior rerum grauiorum acceſſus, qui nobis cum tanta copia occurriſſe videtur ab ephemeride prioris editiunculæ per annos conſequentes hactenus, ſcilicet plus quàm vndeuiginti annis & ſuprà, vt alterum iſtud Opus duplici aut triplici veriùs Chronico ac ſeiuncto volumine compactum nihil ferè iam ampliùs commune cenſeatur habere cum anteriori. Quippe nos ſedula noſtra indagine pleraque noua inneximus: nimirum vetuſtiora quidem, at recèns ex antiquis monumentis velut è cimmeriis tenebris ad Solem totius nominis chriſtiani primùm deducta, partim Decreta Priuilegiáque ſummorum Pontificum in earundem Eccleſiarum decus & ornamentum, ex parte verò largitiones Principum, partimque demum egregia priuatorum dona Clero, fundationes ſacras appellant. Addimus & hiſtorica ſtatuta, cultus diuini formulæ, tumulos ac ritus præclaros, quos induximus. Hæc ſingula non in vnius ſolùm regionis commoda verti poſſunt aut aſſolent: ſed & profutura ſunt aliis Chriſtianæ totius Reipublicæ Templis diuino Numini conſecratis; quaſi ſpeculum oſtentent in beneficium cæterarum plerunque Baſilicarum: vt variam certè animi alacrioris hilaritatem ingeneret hoc Opus multiplex, dum è priuato in publicum bonum adſcribitur; & aliunde lepores habeat venuſtos, elegantes, lautos. Affiximus quoque ea valde inſignia Concilia œcumenica atque nationalia, quæ directè ad ſuas quaſque Chronologias ſub adſtãtibus ſuffragantibúſque Præſulibus deteguntur in trino conceptu ſeu colligato volumine. Talia profectò in priore promulgandi ratione [a] ad tertiam ipſius Partem extra chronologicam Prælatorum nomenclaturam demerſa conſpiciebantur. Qui Præſules potiorum duarum Prouinciæ Diœceſeum illic primam & ſecundam Partem circumſcripſerant. Verùm ſanè mox ad altiorem ſeriei gradum perducta Concilia intra denominatorum Antiſtitum fines & cancellos ordinatè clauduntur: eo toto ac vniuerſo tractatu ibi aſſumpto pro Parte vnica ſub vno Codice, aut ſi voles pro duabus ad ſummum, ex duplicato Tomo diuiſim edito.

> Prior.

> a an. 1607.

§. 2.

> Poſterior renouatæ editionis ratio.

Iam altera præcipua ratio iteratæ præſentis calcographiæ, aut quæ nos iure permouit ad eam longiùs promouendam, eſt ſanè, quòd cùm noſtra prior emicuerit annis 1606. & 7. hinc profectò viri alij eruditi, publicæ laudis ac vtilitatis pariter cupidi, ſimilem, quam aggreſſi fueramus Lugdun. prouinciã, ſuis aliis in Diœceſibus ſubinde imitari non ſunt dedignati, tum Romano, tum partim vulgari ſermone, quorum nullus antea de illa re cogitarat. Teſtis eſt imprimis Ioannes à Boſco Pariſinus, profeſſus Celeſtinus Lugdunenſis: qui cùm ad manus noſtras inſpexiſſet autographum MS. noſtræ Lugdunenſis Primatiæ, & futuræ tunc adhuc editiunculæ, paratæ tamen: is æmulus facti, quaſi præueniendo, ſi potuiſſet, cõfeſtim inuiſas membranas alterius propinquioris Primatiæ quæſiuit, videlicet Archipræſulum Viennenſium Galliæ Ciſalpinæ, atque edidit ſtrictiùs multo, quàm nos vicinam noſtram valde ampliorẽ & tutiorem Galliæ Celticæ palam dederimus. Ille autem Scriba, cùm proſpiceret libellum ſuum haud capacem fore ad incudem mitti ſolitarium, pagellas centum, quas ſolùm ipſe complectitur in octauis replicatis chartulis, retrorſum annexuit denſiori ſuæ Flaviacenſi Bibliotheca eodem ſimul anno, quo noſtra anterior productiorq; graphico torculari ſupponebatur [b]. Deinde verò teſtis eſt ſecundò Nicolaus Camuſans ſeu Camuzatus, tum in ſua Chronologia ſeriem temporum continente, atque in Auctuario Promptuarij Antiquitatum Tricaſſinæ Diœceſeos, tum in ſuo Chronico ſancti Mariani Autiſſiodorenſis ſuper quibuſdam Archiepiſcopis Senonenſibus, & Epiſcopis Antiſſiodorenſibus: rebus ibidem ſculpturæ traditis anno ſequente ſexcenteſimo octauo, qui ea ætate & poſtea ad nos Epiſtolas propterea exararat, etſi vultu ignotus. Teſtis eſt tertiò liber Iacobi Tauelli anno præfato, cui titulus eſt, Senonenſium Archiepiſcoporum vitæ actúſque variis è locis collecti, locupletior & vniuerſalior Camuzato. Teſtes inſuper feruntur Aubertus Miræus Bruxellenſis, Canonicus Antuerpienſis, in Notitia Epiſcopatuum Orbis Chriſtiani, ex officina Plantiniana anno M.DC.XIII [c]. Teſtis quintò Vincentius Barrali Italus,

> Alij ſexdecim poſtea imitatores huius Chronici, omnes Annaliſtæ ſuarum quoque Diœceſeon.

> b De Vienneſiũ thronis noſtris Num. 33. §. 2. 3. 4.

> c p. 353-362

* 3 Mona

Monachus Lerinenſis in Chronologia ſuæ Inſularis Abbatiæ. Sextò, teſtis Carolus Sauſſaut Doctor Theologus Pariſienſis, tunc Decanus Eccleſiæ Aurelianenſis patriæ ſuæ, qui me nouit, euulgauitque Annales ſeu Notiones Baſilicæ, Diœceſiſque Aurelianæ anno M.DC.XVI. Teſtis ſeptimo Guilelmus de Cruce forenſiũ Cauſarum Patronus Cadurcenſis in ſerie & Actis Quercitanorũ ſuorum Præſulum anno M.DC.XVII. & paulò vlterius, vulgo du Quercy. *Teſtis octauò Michael Cotignonus, vir Canonicus Archipresbyter Niuernenſis, qui anno eodem ſolus Gallicè centum tres Niuernorum Antiſtites Lutetiæ typo mandauit. Nonò, teſtis eſt Ioannes Chiffletius Archiater Beſuntinus in ſuis Veſontionibus Archiepiſcopis, anno M.DC.XVIII. Lugduni potiſſimum editis. Cuius Authoris in poſterum verba facimus. Decimò, teſtis Iacobus Gualterus Societatis Ieſu, qui ſæpenumero apud Iacobum Rouſſin Typographum & Horatium* Cardon *olim Bibliopolam ſuas inde Tabulas Chronographicas Lugduni ab anno præfato & deinceps palam fecit latino-gallicas. Vndecimò, teſtis Franciſcus de Cleret Arelatenſis &* Petrus *Saxi Theologus ibidem Canonicus, qui ambo epilogum catalogi hiſtorici Antiſtitum ſuæ Diœceſeos pinxerunt ſub id tempus. Duodecimò, teſtis Adrianus* de la Morliere *Canonicus Ambianus in epiſcopalibus ſuis Ambianenſibus catalogis anno M. DC. XXII.* Pariterque *D. de Vaucheles Quæſtor Regius in* Picardica *ſua Prouincia, enixus palã ferre ſuã denuo ſacrã hierarchiam eiuſdẽ Sedis, velut vndique perficiundã. Decimotertio, teſtis Ioannes Chenu egregius Iureconſultus Bituricenſis, in ſuo Volumine de* Archiepiſcoporum & Epiſcoporum Galliæ Chronologica hiſtoria, *Pariſiis anno præmiſſo: addens ſuprà antiquiorem Democharem. Decimoquarto, teſtis D. Doremet tunc Vicarius Generalis R. moderni Epiſcopi Maclouienſis pro illa Diœceſi in minore* Britannia, *& ſi quis alius eiuſdem regionis, quod audierim. Decimoquinto, teſtis Ioannes* le Lieure *Theologus Canonicus Sacriſta primæ Viennenſis Eccleſiæ in Gallica hiſtoria Præſulum & ſtatus eiuſdem Cathedræ anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo tertio. Quos omnes huc vſque Authores perlegi. Decimoſextò, teſtis D. Claudius Robertus amicus, Theologus hiſtoricus Burgundus* Diœceſeos *Lingonenſis, qui ſedulò reuoluens per annos viginti priſca inſuper monimenta de illa materia, longiùs digrediens, ac multo plura complectens* Lutetiæ, *vniuerſos pene Galliarum catalogos Epiſcopales aggregauit, adauxit, & ſplendidiùs reor ac ſpero reuiniſcere iuſſit. Verùm fas non fuit ob prementem locorum intercapedinem tractatus ſuos Lugduni à me conſpiciendum hoc ipſo anno M.DC.XXVII. iſtud noſtrum Opus tripertitum dietim prælum occupet & abſoluatur, quando is ſuum Pariſiis conſimiliter peragit, ex compromiſſis vtrinque cum Bibliopolis: adeo vt nec dum illi nec mihi liceat mutuis alterutrius lectiunculis præmeditari, legere, ſubdere vel detrahere quicquam, ſeu iudicium ferre de ſocio ad maiorem rerum ſingularum concordiam inducãdam, atque ex charitate pro diuturniore bono Reipublicæ retinendã circa pleraque obiectũ loca meritò fortaſſis ore communi dirigenda. Iam verò pro decimo ſeptimo loco ac vltimo, teſtis ad hæc fuerit nobilis Gaſpar de Mornieu Regius in Lugdunenſi Præfectura Conſiliarius, nuper vitâ functus, qui dum vitam ageret abundans ſtudiis atque doctrinâ, diu ab audita priore noſtra editione hactenus, præuidit, annexuit & copulauit innumera ferè documenta Epiſcopalia, & alia diuerſorum thematum Opuſcula, ad exemplar noſtræ tunc opellæ per eum prudenter, vt exiſtimo, locupletanda. Quam omnino variam miſcellaneorum farraginem, velut ſcientiarum encyclopediam, expecto filium hæredem paternum & Conſiliarium ſagacis ac excellentis ingenij per ordinem poſthac tandem reducturum, & vel breui Chriſtianæ Reipublicæ exporrecturum.*

à eod. an. cui noſcitur.

§. 3.

Horum ſimul concors excellentia.

Qui ſanè omnes ac ſinguli Authores famâ percelebres breuem noſtram anteriorem hiſtoriam de Lugdunenſibus & affinibus Præſulibus citare, exornare, ad ſuos lares pagellas integras conuocare & laudibus efferre non dubitarunt, tametſi leuiorem iſtâ ſecundâ infinitis propemodum adauctâ & ſubactâ commentariis planè hiſtoricis. Quaſi hinc facile optarint ipſi ac cæteri plures aut ſigna dederint nos oportere hoc tempore inuitatos ardentiùs locupletiſſimum efficere ſacrum Lugdunenſe Chronicon, & denuò exponere prorſus luci ſolis huius. Quod & idcirco mox præſtitimus ex ſingulari Ieſu Chriſti beneuolentia, permultis id ita deſiderantibus. Spéque ducimur reliquos ex eo diſperſos ſapientes Diœceſanos totius Eccleſiæ Romanæ, præſertim Galliarum, velut è profundo & graui ſomno excitatos, alacri ſuis addituros animis, & poſthac operam nauaturos ad ſacro-ſanctos hiſtoricos tractus ſuarum perinde Diœceſeum euulgandos, pro fide Catholica imprimis tutanda, deinde pro cultu diuino & ſingulari tandem Eccleſiarum honore adaugendo, poſtquam Primatus Franciæ ampliſſimus diſperſis eiuſmodi ſociis aliis viam hanc & typum noſtro calamo præmonſtrarit. Quo in Tractatu ſolitarium hiſtoricon minimè ſpectamus, quaſi ſenſuum demulcendo inſectatores. At mens noſtra eò tendit, vt Sanctos potiſſimum dignis honoribus exornare ſtudeamus, qui Epiſcopali prærogatiua fulgent in orbe, dum hierarchicam horum ſeriem ac directam cuiuſque ſucceſſionem à tempore Apoſtolico venamur, & inquirimus ſub bene merita obedientia Romanæ viſibilis Eccleſiæ, aduerſus hæreſes horum temporum, quæ illo ſ uſibili induce & orthodoxa fidei profeſſione orbantur. Eiuſmodi autem ſpectabilis doctrina & conſuetudo in Galliis per Lugdunenſem Eccleſiam cœpit. Hinc etenim id quoque peræquum fuit, vt diuina propemodum Lugdunenſis hiſtoria cunctas ſodales anteiret, & iterum colluſtraretur, duas ob cauſas.

Vtilitas.

Prius

Lugdunenſis Cathedræ prærogatiua

Prius certè, quia hæc ſola in Galliis perſtat hiſce temporibus vero Primatu frui, gaudere, & continuo pollêre: obſoletis hodie aliis Primatibus, quondam fortè nuda creatione bullatis, at nunquam in eadem confirmatis, aut ad vſum reuocatis. Poſterius etiam, quia Diœceſis Lugdunenſis de ſe longè latéque patens plures numero obtinuit Archiepiſcopos reipsâ loci ſeſſores per ſecularia ſucceſſionum iura, quàm quæuis alia metropolis ciuitas, etiámque fortaſſis coæua paſcuæ Lugdunenſi in primis Antiſtitibus alibi tempore Apoſtolico alioqui conſtitutis. O miranda igitur Numinis prouidentia! Ordinatio & Hierarchia in terris Angelorum ſeriem ore pleno redolens, ac diſertè referens! Quæ certè nos ideo cæleſti quodam flamine inſpirauit atque direxit; vt primi, nomine quaſi vatis, futura quodammodo proſpicientis, in illo ſcribendi genere verſaremur, & inchoando iterandóque opus, comprouincialibus ac vel remotioribus quoque Epiſcopis aditum præbeamus aut pateſaciamus, quibus ipſi ſuas conſimili argumento Sedes reddant illuſtriores: & nobiſcum agendo, hoc eſt, Primatu Lugdunenſi præeunte, omnes ſimul totam Eccleſiaſticam Rempublicam grandiore tractatu & fauſto exitu pedetentim exornemus, inque vnum ritè cohæreamus, conſpiremus, & ſingula perpetuò ſibi ex æquo reſpondeant. Sic cuncti illo chriſtianiſſimæ charitatis vinculo ſtrictiùs colligati, militantem Eccleſiam prædicabimus beatiorem, & talia porro vſui erunt in ſalutem viris optimatibus ac literatis: ſtatum æternæ felicitatis maiori cum fœnore inſequuturi. Itaque ad præſens otium nobis minus conceſſum in præcipiti rerum negotio, poſt alios Authores hactenus longiore aut commodiore temporum ſpatio conſcribentes, demum reſpondemus, dempto vno poſtremo Authore, cui ſeiunctim breui incumbemus in altero vniuerſaliori, ac bicipiti volumine Epiſcopali, Chriſto duce. Interim meritò tandem aduertendum, quòd cùm Symphorianus

De Archipræſulum numero.

Campegius ac Leonardus Sarrazinus ſolùm nomenclatores noſtrorum Archipræſulum apud Antonium Monchiacenum Democharem (ſuis nudis tabulis ac nominibus finem dederint in Franciſco Cardinali Turnonio, quem ille adnumerat centeſimum octauum, iſte nonageſimum nonum ſolummodò, & nos vtique vndecim denuo veteres alios Archiflamines adiiciamus, hiſtoricè permixtos, anteáque ignotos: ſanè hinc accidit, vt mox tum demum eundem Franciſcum effecerimus centeſimum vigeſimum Archiantiſtitem, hoc in primo volumine: quem virum Ioannes Chenutius dicit centeſimum ſeptimum duntaxat cum priore noſtra editiuncula, cui R. Franciſco alios præthereà ſeptem ad Carolum III. vſque fœlici ſucceſſu hodie agentem ſubnectimus, & extollimus. Pro quibus auſpicandis in ipſo exordio cuiuſcumque Antiſtitis ſemper ducimus principium à voce præcipua oblati ad caput Præſulis, ſub nominandi caſu, & confeſtim rem ipſam aggredimur, nullis præmiſſis verborum rhetoricorum lenociniis & ſuperfluis ambagibus: hæc cuncta, dum Eccleſiæ Romanæ ſubiecta fore profiteor, æqui boníque conſulat Lector. to 2.ca.17.

NOMINA ET SERIES RR. ARCHIEPISCOPORVM Lugdunenſium, Franciæ Primatum, per totum hoc Opus explicatorum: eáque pleniùs citata ex ſuis pagellis in alphabetico Indice ad calcem, pro hac ſecunda editione.

1. S. Pothinus, Martyr.
2. S. Irenæus, Martyr.
3. S. Zacharias, Confeſſor.
4. S. Helius, Confeſſor.
5. Fauſtinus.
6. Verus.
7. S. Iulius, Martyr.
8. S. Ptolomæus, Martyr.
9. Vocius.
10. S. Maximus, Confeſſor.
11. Tetradius.
12. Veriſſimus.
13. S. Iuſtus, Confeſſor.
14. S. Albinus, Confeſſor, &c.
15. S. Martinus, Confeſſor.
16. S. Antetus, Conf. 1. additus.
17. S. Antiochus, Confeſſor.
18. S. Elpidius, Confeſſor.
19. S. Sicarius, Confeſſor.
20. Senator.
21. B. Eucherius 1. Confeſ. 2. additus.
22. Salonius. 3. additus.
23. S. Verannius, Confeſſor.
24. S. Patiens, Confeſſor.
25. S. Africanus, Martyr.
26. S. Ruſticus, Confeſ. &c.
27. S. Stephanus, Martyr.
28. S. Lupicinus, Martyr.
29. S. Viuentiolus, Confeſſor, &c.
30. S. Eucherius 2. Confeſſor.
31. S. Lupus, Confeſſor.
32. Leontius.
33. S. Sacerdos, Conf.
34. S. Nicetius, Confeſ.
35. Priſcus.
36. Æterius.
37. Secundinus.
38. B. Dalphinus, Martyr.
39. Chagnoaldus.
40. S. Aridius, Confeſ.
41. Tetricus.
42. Viuentius.
43. Theodoricus. 4. additus.
44. Gaudericus.

45. S.Annemundus Martyr.
46. S.Geneſius Confeſſor.
47. S.Lambertus Martyr.
48. Iſaac.
49. Lebuinus.
50. Gadinus.
51. Fraldus.
52. Maldabertus.
53. Addo.
54. Ilduinus.
55. Ledradus.
56. S.Agobardus Confeſſ.
57. Amulo.
58. S. Remigius Confeſ.
59. S.Aurelianus Conf.
60. Aluualo.
61. Auſterius.
62. Anchericus.
63. Guido I.
64. Bernardus.
65. Sigisbertus.5.add.
66. Amblardus.
67. Burchardus ſenior.
Iunior & Geraldus prætenſi.
68. Odolricus.
69. Helinardus.
70. Humbertus I.
71. Gaufredus.
72. Gebuinus.
73. Arnulphus.6.add.
74. Hugo I.Legatus à latere.
75. Ioannes I.7.add.
76. Gauceranus.
77. Vmbaldus.
78. Rainaldus I.
79. Petrus I.
80. Falco.
81. Amedeus I.
82. Humbertus II.
83. Eraclius.
84 Drogo. Gregorius ſolùm electus.
85. Guichardus.
86 Gilbertus.8.add.
87. Ioannes ſecundus.
88. Raynaldus. II. malè in textu.
Num.LXXXVI.&c.pa.260.
89. Guilelmus I.Peraldus.
90. Robertus de Turre.
91. Rodulphus I.
92. Æmericus.
93. Philippus I. de Sabaudia.
94. Guido II. de Belluoco,cum ipſius genealogia. 9. add.
95. Petrus II. de Tarentaſia.
96. Aymarus *de Roßillon*.
97. Roculphus II. de Toreta.
98. Ioannes III.
99. Hugo II. Seguinus,Cardin.10. addit.
100. Beraldus,Cardinalis.
101. Henricus I. de Villariis.
102. Ludouicus I. de Villariis.
103. Petrus III. de Sabaudia.
104. Petrus IV. de Challant.11.ad.&geneal.
105. Guilelmus II. de Sura.
106. Guydo III. de Bolonia,cum genealogia.
107. Henricus II. de Villariis.
108. Raymundus Sagueti.
109. Guilelmus III. de Tureyo.
110. Carolus I. Aleneonius,cum genealogia.
111. Ioannes IV. de Talaru.
112. Philippus II. de Tureyo.
113. Amedeus II. de Talaru.
114. Carolus II. Borbonius, cum genealogia.
Ioannes à Borb.ſolùm electus.
115. Hugo III. de Talaru.
116. Andreas *d'Eſpinay*.
117. Franciſcus I.de Rohan, cum genealogia ipſius.
118. Ioannes V.Lotharingus, cum genealogia eiuſdem.
119. Hippolytus Aſtenſis.
120. Franciſcus II. Card. de Turnone.
121. Hippolytus denuò qui ſuprà,Cardinalis Ferrarienſis.
122. Antonius de Albone, cum genealogia illius.
123. Petrus V. *d'Eſpinac*,cum genealogia.
124. Albertus *de Belieure*.
125. Claudius *de Belieure*,Genealogia de Talaru,& de Chalmazel.
126. Dionyſius *Simon de Marquemont*.12.add
127. Carolus III. *Myron*.13.add.

PER

PERFECTA ET

ABSOLVTISSIMA
ILLVSTRISSIMORVM AC
REVERENDISSIMORVM LVGDVNENSIVM

Archiepiſcoporum ordinatio atque amplior hiſtoria.

Cum Eccleſiaſtica pariter analyſi, ſeu recognita inſigni notitia totius Primatialis Baſilicæ Lugdunenſis, &c.

NVMERVS I. *Paragraphus* I.

Mens Authoris.

BEATVS PHOTINVS æterno & inuiſibili quo potitus, adeóq; cõſcribi ſolitus in vniuerſa militante ac viſibili Eccleſia ſanctiſſimus, offert ſeſe primus, qui iure optimo fores aperiat ſacræ Lugdunenſi Chronologiæ longiùs multò enodandæ, & perinde exactiùs noſtro ſtudio, quàm præſtitiſſet anterior Chronographia; ſi Deus Optimus Max. adſpirarit, vt in votis eſt; cuique genua idcirco flectimus ſupplices pro ipſîus gloria & animorum ſalute. Atque opus hoc Lector gratanter excipiat peroptamus.

Nomina Auctoris.

Noſter ille Pothinus ab oriente Romam appellens ex cunctis Græcis codicibus Euſebij Pamphili [a], & in præcipuis ſimul Latinorum Diui Hieronymi [b], Nicephori Calixti [c], ac Eraſmi [d], nuncupatur [illegible], aſpirando *Pothinus*, hoc eſt *Amabilis*: tum inde ſimplici conſona apud S. Antoninum Florentinum [e] *Potinus*. Dum autem recentior Symphorianus Champerius Sanctum credit verè [illegible] origine, ſeu Græcum, ſanè ipſum ſolus vocat *Fotinum* [f]: & Martyrologia [g] cum Litaniis Eccleſiæ Lugdunenſis ab antiquo *Photinum*, videlicet *Lucidum*, cum Sarrazino olim Canonico Eccleſiæ Collegiatæ ſancti Pauli Lugdunenſis. Sic Champerius quondam Archiater Ducis Lotharingiæ loqui ſueuit in libro ſuo *De claris Lugdunenſibus*, edito ſub anno ſolari 1505. vbi quatuordecim tantummodò pinxit Archipręſules.

De Campegio, &c.

Tandémque eundem Sanctum nominat *Futinum*, Tomo ſuo *De Monarchia Gallorum*, impreſſo ad annum 1537. Qua in nota obiter aduerte eundem authorem ſub illa poſteriori ſua editione cognomen fere variaſſe, & ſe ibidem nõminaſſe Campegium (ne quis arbitretur alium eſſe virum) velut conſanguineum anteceſſoris Cardinalis eiuſdem appellationis, quem vidit in Gallicana & Anglicana Legatione clarum, è latere ſummi Pontificis; iámque Author illic offert octo & nonaginta Archiepiſcopos. Vbi certè, vel Bibliopola errori obnoxius fuerat in mutante eiuſmodi vocum nomenclatura: vel fas eſt credere Champerium mutaſſe in voce ſententiam, vt ſe forſan annoſiori ſacro purpurato tanquam eiuſdem familiæ conformaret. Attamen Ciaconius * recenſet Laurentiũ Campegium Presbyterum Cardinalem tituli S. Thomæ in Parione, & poſtea Epiſcopum Sabinum, dici ciuem Bononienſem, ibidémque primò Epiſcopum. Et Symphorianus Champer. extitit Medicus Lotharingus, aut Principis loci Archiater, qui hodie genus ſuum habet in Lugdunenſi Prouincia nobile Priore tęcuta eiuſdem Authoris appellatione poſthac vtemur.

[a] li. 5 c. 8. ſcripſit vſque ad an. 325. ex Niceph. li. 1. c. 8. moritur an 370.
[b] in Catal. de Scrip. Eccleſ. To. 1. ſcripſit ad an. 400.
[c] li. 4. c. 16. & 17. ad ann. 1170.
[d] Præfat. in S. Irenæum.
[e] 1. art. 1. hiſt. tit 7 c. 6. §. 5. an. 1470.
[f] Græcè [illegible].
[g] 2. Iunij.
* pa. 1080.

Paragraphus 2.

Anni Christi.

QVod verò mox ad diui Photini Chronologiam ſpectat: ei omnium primo, tanquam optimè merito, Lugdunenſis Epiſcopatus egregię concreditus legitur in præfato Euſebio [h], & apud Gregorium Turonenſem *. Quem ſanè Præſulem oſtentamus ad Capitis huius

[h] cit. ſuprà.
* li. 1. hiſt. Franc. c. 29. ſcripſit ad an. 580. & 600.

huius calcem inchoaſſe eccleſiaſticam ibidem iuriſdictionem ab anno humanæ partæ ſalutis
nonageſimo ſexto, aut ſaltem intra ſequens biennium ex probabili coniectura lubens ad Pa-
ragraphum V. redigenda, ſeu ad amuſſim diſcutienda ob circunſtantes potiores illic appen-
dices i. Is ergo Pontifex in Celtica Gallia conſidens, ſi hunc deinceps media ſui regiminis
ſpatia efflagites, eam Lugdunenſem Eccleſiam vehementi quodam zelo regere pergebat
141. circa annum virginei partus centeſimum quadrageſimum primum, & centeſimum ſexage-
ſimum tertium, ex Adone Viennenſi k. Vbi tandem pro Christo mortem paſſus eſt annos
ſupra nonaginta natus, ex primæuo Euſebio abſque vlla in Eccleſiaſticis ſuis hiſtoriis a vir-
gineo partu ſupputatione. Etenim *à militibus ad tribunal deportatus* (ait) *qui è vicino erant
manibus ac pedibus contumeliam inferebant, nec ætatem illius reuerebantur. Putabant ſe hoc pacto
deos ſuos vlciſci. Ægrè autem adhuc ſpirans, coniectus eſt in carcerem, ac poſt biduum expirauit* l.
De quo ſancto viro ſic prӕterea loquitur vetus Breuiarium Cameræ ad vſum primæ Eccleſiæ
Lugdunenſis in folio editæ, quod ſanè dum ampliùs per Prouinciam non inueniatur, habe-
mus tamen præ manibus ex donó, quale infrà quoque ſæpenumero idcirco allegamus, tam-
etſi non hîc, ſed alibi reſtrictum in recentioribus Breuiariorum Typographis. *Verbum bea-
ti Photini Lugdunenſis* (ſic nominat locus a) *glorioſam martyrij confeſſionem fas non eſt ſilen-
tio præterire. Qui cùm nonagenarius maior eſſet ætate, & corpore iam penè mortuus, ſolo martyrij a-
more viuebat,* (ante hoc plura in modernis.) *Ducitur ad tribunalia Anthonius Neronis, imò po-
tiùs defertur ſenio & languore reſolutus: cuius anima ad hoc ſeruabatur in corpore, vt Chriſtus per
eam magnificentiùs in fragili corpore triumpharet. Statuitur interea ſenior pro tribunalibus: im-
proba plebis vndique clamor attollitur, hunc ipſum eſſe Chriſtum. Cùm verò à Præſide interrogare-
tur quiſnam eſſet Chriſtianorum Deus, ipſe reſpondit: Si dignus fueris, ſcies illico verè. Tunc cunctos
rabies immenſi cuiuſdam furoris inuaſit; ita vt qui propè adſtabant alij calcibus impingerent ſenem,
nec ætati aut grauitati aliquid reuerentiæ deferrent. Illi autem qui longiùs erant, quicquid furenti-
bus teli veniſſet in manus, eminus iaciebant: vnde vnuſquiſque ſuum ſibi eſſe delictum diceret, niſi
aliquid ſceleris aduersùs ſenem intuliſſet. In hoc etenim vindicandos deos ſuos eſſe dicebant. Quem
cùm ſeminecem proieciſſent, in carcerem reducunt, & incontaminatum paulò pòſt ſpiritum reddidit.
Sic ergo dies ſuos in Domino Ieſu Chriſto clauſit. Et beatus Apagatus, qui integram perfectámque in
Deum ac homines charitatem cuſtodierat, poſt innumerabilia tormenta finiuit Martyr in Domino* b.
Quæ verò ibi ſequuntur de beatis Marcellino Presbytero & Petro Exorciſta ſub Diocletia-
no anno ducenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo in ſylua nigra c, &c. efficiunt certè aliud ſecu-
lum atque negotium à præſenti. Præfatus autem Imperator fuerat Antoninus Pius ethni-
cus regnans ab anno CXL. ad CLXIII. anteceſſor Marci Antonini Philoſophi. Euſebius
verò ſcriptor antiquus ſubicit ad extremum, quòd ſanctus noſter Photinus occiſus ſit vnà
cum nouem aliis ſanctis Martyribus tunc penè omnibus capite cæſis, Vetio, Apagatho m,
ſancto Diacono, Maturo, Attalo Pergameno, Alexandro Medico Phrygio, annos multos in
Gallia morante; Biblide ac Blandina fœminis, & Pontico filio adoleſcentulo. Attamen
ex Gregorio Turonenſi o, eius comites veri Martyres fuêre octo & quadraginta. Inter
quos Vſuardus nominat Zachariam Presbyterum, Albinam & Gratam mulieres. Ego &
adiicerem Germanum Euſebiano textui inſertum o, quem dicit agnum ſequutum omnes
tunc ad eam Chriſti mercedem accurrentes. Atque præter hos in conflictu paſſos, marty-
rium quoque Lugduni ſubiêre duo alij adoleſcentes, equidem veriſimiliùs poſt decemme-
ſtre, ſub iiſdem Imperatoribus ſimul regnantibus fratribus p, latiùs paulò ex æquiuoco nomi-
natis apud Hiſtoriographos. De quo bino Martyre Surius proculdubiò ſic eloquitur q.
*Alexander natione Græcus, & Epipodius Lugdunenſis indigena, literis eruditiſſimi, concordiâ
creſcente ad Deum profecti. Quos paruulos ſchola contubernium & charitas iam virilis in primæua
ætate coniunxerat. Ambo iuuentutis flore conſpicui, neque adhuc coniugalibus nexibus implicati.*
Adeóque iunior iſte Alexander verè alius extitit à priore allato Alexandro Phrygio velut
annoſiore, etiamnum Lugduni obeunte. Nam vetuſtior confeſtim gladio cæſus occubuit
menſe Iunio: at recentior paulatim crate ſoluta coſtarum, & patefactis viſceribus, affixus
eſt crucis patibulo ſequenti menſe Aprili. Hoc pacto tempus, nationem, perſonas ac genus
mortis diſertè ſecernunt martyrologici Scriptores Vſuardus, Ado, Surius & Baronius. De
quo quidem Epipodio cum ſuo collega Alexandro ita Surius pergit rem magis in ſpecies
deducere. *Egreſſi verò occultè ſepta murorum* (illi duo) *in eo vico qui propter inciſam petram
ſitus eſt, tugurium cuiuſdam religioſæ & fidelis viduæ introierunt, illic aliquandiu tecti. Tandem
ſagax illos inquiſitor inuenit r: captos carcer recepit. Hos itaque ſemper concordes & ſocios s, quia mors
diuiſerat, ſepultura coniunxit, dum à Chriſtianis educta occultè extra vrbem corpora abſconſa con-
duntur. Erat enim in colle ſuperpoſito ciuitati concretus denſatis vepribus locus, ibique in modum*

ſpelun

Breuiarium Author.

Euſebius Author.

Nomerus & nomina martyrum obeuntium Lugduni.

i Sedens an. 98. per annos 4. delegatus & creatus à S. Clem. PP. ex Claudio du Rubis in hiſt. Gall. Lugd. li. 1. c. 19. & 20. vel ſedeos iá ab an. 90. ex Gallic. Bituric hiſt. Ioan. Chaumeau. Lugd. apud Gryph. 1566. ſcilicet apud om. vſque ad an 179. Plu. lib. 5. 5.

k ætate 6. ſui Chronici. l eiu. li. 5. ca. a fol. 2. 6. die 2. Iun. in lectiunculis matutinalib.

b Lect. 8.

c Lect. 9.

m hæc duo nomina vnie Euſebius in vnum nominé, at diuidũt Greg. Tur. & Baron.

o lib. 1. de Glor. ſeu mirac. mart. c. 49. Iunij a.

o cum litera capitali, niſi adiectiuè ſumatur, vt cum minuſcula, ſcilicetque epitheto ad Zachariam.

p M. Aurelio Antonino, & Lucio Aurelio Vero.

q To. 2. pag. 869. ad 22. April. alias ad 24.

r Calceamẽtum Epipodij fugientis relictum inſtimos poſtea laoabat.

s pag. 959. die 24. Aprilis.

ſpelunca concluſa frutetis ac ſentibus, vallis latebat t. Quo in receſſu venerabilia corpora demerſa ſunt; quia Gentilium furor extremam denegans ſepulturam, etiam in corpora exanimata ſæuiebat. Hæc verò enarrauimus, velut iuuantia ſequentem hiſtoriam diui Irenæi in iacentium corporũ formulis u. Qui duo vltimi Martyres vnà paſſi ſũt: diu tamẽ poſt martyriũ D. Pothini primi Lugdunenſium Chriſtianorum Sacerdotis atque Paſtoris. In cóque agone Epipodius Alexandrum vocitabat fratrem ſuum chariſſimum. Taceo plures tum occiſos ibidem, tum in carcere demortuos, ſingulos apud Baronium recenſitos x ex Gregorio Turonenſi y, & Adone Viennenſi z. Illud autem vniuerſum martyrium, quod ſanè primum vnico anno a diuerſis menſibus celebratum eſt Lugduni, ſi Chronicon perſcrutêris, in primis legitur conſummatum anno XVII. Imperij Antonini Pij, ex allato Nicephoro. Quale profectò tempus in neotericorũ calculo deprehenditur anno ſal. CLVI. & Hyginij Pontificis Maximi, anno IV. Deinde ex nonnullis aliis, mors incidit ſub annum centeſimum ſeptuageſimum ſecundum, dum eò referunt Euſebij textum. Sed tertiò ex calculis moderni illuſtriſſimi Cardinalis Cæſaris Baronij in generalioribus Eccleſiaſticis ſuis b Annalibus, exitus ille veriùs euenit præcisè anno CLXXIX. Soteris Pontificis quinto, ac Marci Aurelij Imperat. decimoſeptimo, proximè ſuccedentis præfato Antonino: equidem IV. Nonas Iunij ex Petro de Natalibus c. Eius feſtum habetur eodem IV. Nonas ex Romanis Martyrologiis Vſuardi d atque Baronij: & in Kalendario ſeu Breuiario Lugdunenſi. Silet verò Martyrologium Bedæ: etſi meminerit martyrij S. Blandinæ ſociæ in tali paſſionis conflictu, quam Nicephorus Blandillam vocat e. Cæterùm Demochares pinxit Catalogum à Theologo Leonardo Sarrazino f acceptum, itémque quem dicit ex Campegio mutuatum: at certè diuerſum paulò ei prototypo Campegiano g, qualem mox in medium adduximus. In vtrolibet autẽ ſub editione Democharis plures multò Archipræſules conſcribuntur, quàm ferãt ſeorſum duæ Campegianæ Tabellæ. Et ſub Pothini nomine eam collaudant Vernerus h in Faſciculo temporum, Chronicon Regnionis i, atque Hermannus k. Sed dum nos priſcam aut concinniorem primi huius Epiſcopi appellationem retinemus, ſufficit adiecisse ex eodem Sarrazino iacere eius corpus in Eccleſia ſanctorum Apoſtolorum l. Atque hæc quæ ſit Baſilica, inferiùs perlege m.

Margin: Vnus locus ſepulturæ eorundem. — 156. (beside "done Viennenſi") — 172. (beside "IV. Deinde") — 179. (beside "talibus") — De Sarrazino.

Paragraphus 3.

POrrò antequàm finis adſit: recentem obortam controuerſiam de Adonis hoc in Opere frequenter citati qualitatib. dirimamus, pariterque textũ aliquẽ diuinis refertũ portẽtis hic lubẽs ex ipſo inſeramus: quæ circumſtãt cineres ſeu reliquias demortui recèns S. Pothini ac ſociorũ. In primis ergo, quando vetus Adonis Martyrologium ad hos vſque dies auditũ eſt apud modernos Scriptores: hi mente conceperunt, ne dicam manifeſtè expreſſerunt Adonem Triuerenſem Epiſcopum n. Verùm deinceps animaduerſum eſt hoc Adonis Opus perperam antea tributum videri Adoni Triuerenſi, dum locus & liber iure debeatur R. Adoni Viennenſi Archiepiſcopo. Quæ exactior notitia ſexennio deprehenſa o poſt obitum illuſtris Cardinalis Baronij p, ſanè vehementer deſiderabatur ab eodem Baronio dum viueret & ſcriberet. Nunc verò vberior ſynceriórque eiuſmodi cognitio enituit, ac nuper in lucem prodit diligenti operâ Heriberti Vltraiectini q, qua firmis nonnullis argumentis ſuum ac noſtrum intentum ſatis probat, diémque clariſſimum elapſis ſuperioribus tenebris ad hoc induxit. Tandem, vt riuulos claudam: Ado Viennenſis, qui floruit ad annum octingenteſimum octuageſimum, antiquior eſt Treuerenſi integris duobus ſeculis, demptis ſolùm annis tribus aut quatuor: dum Treuerenſis ille vixerit duntaxat ad annum milleſimum ſeptuageſimum ſextum. Et noſter prætereà Viennenſis in Sanctorum canone habetur, feſto ſeu natali ipſius recenſito die XVI. Decembris r, ex ſingulis conſequentib. Martyrologiis. His obiter perueſtigatis, iam ſecundò deſcendamus ad propoſitam circa præcipua ac poſtrema D. Pothini acceſſoria, materiam. Poſtquam is Author Martyres octo & quadraginta Lugdunenſes adnominaſſe voluit, ex quibus Princeps fuerat ſenex ille Pothinus, grauiter paſſus omnium primus: ſic reliqua pergit enarrare poſt diuum Gregorium Turonenſem prorſus æqualem hac in re ſ. *His omnes famuli Chriſti ſub præfatis Imperatoribus coronati ſunt* (aiunt ambo.) *Reliquiæ eorum à perſecutoribus incenſa, & in Rhodanum fluuium diſperſa. Sed cùm Chriſtiani maximum mærorem haberent, quaſi deperiſſent ſacræ reliquiæ: nocte apparuerunt ſanctis viris fidelibus in eo loco, quo igni traditi ſunt, ſtantes recti & illæſi. Et conuerſi ad viros, dixerunt: Reliquiæ noſtræ ab hoc colligantur loco, quia nullus periit è nobis. Sed ex hoc tranſlati ſumus ad requiem, quam nobis promiſit Rex Cælorum Chriſtus. Hac renunciantes: viri illi gratias egerunt Deo t, & confortati ſunt in fide: colligentesq́; ſacros cineres t, condigno honore ſub*

Margin: Quis Ado Author Martyrologij. — Duo Adones. — Cineres D. Pothini & ſociorum.

Marginal notes: t vbi poſtea conſtructus Prioratus dictus S. Irenæi Ordinis Canonicorũ Regular. D. Auguſtini. Hodie extat. u nu 4. §. 7. x To. 2. pa. 212 ſub ann. 179. Romæ, 1590. ſunt 48 ibid. y de gloria Mart. c. 40. z in ſuo Martyrol. 1. Iun. no. 1 memorant Germanum a Iuliâ 179. ann. a Guil. Parad. in hiſt. Lugd. li. 1 c. 25. 26. b To 2. pag. 224 231. 235. Edit. Plantini Antuerp. an. 1597. & Romæ anno 1590 p. 206. c li. 5 c. 76. cum Vſuard. & Baron. d nectitur cũ hiſtoria Patrum, Pariſiis apud Sonniũ 1581. e loco cit. f Canonico Eccl. Colleg. S. Paul. Lugd. ad an. 1540. g Democh. ex Campeg. 107. Archiep. at ex Sarraz. 95. a nob. ante laudatâ 123. h Carthuſ. fo. 82. i li. 1. pag. 4. k Contract. ad an. 160. l nunc appellatur S. Nicetii. m § ſeq. & 4. nu. 14. & 19. tunc erat Sacellũ aut potius Altare. duntaxat recto maius Altare præſens Eccl. S. Nicetij. n Aloyſius Lipoman. Iacob Moſand. o an. 1613. p an 1608. q Roſweyd. Societ. Ieſu Theolog. Antuerp. r Baron. in Not. B. Adonis Epiſc. & l. cit. & in Annal. cit. cap. 49.

bus quòd ſcripſerit vſque ad 878.

ſ mutatis tantiſper aliquot martyrum nominib. lib. 1. de mirac.

t hic addit Gregor. *ædificauerunt Baſilicam miræ magnitudinis in eorum honore, & ſepelierunt beata pignora ſub, &c.*

re ſub ſancto Altari condiderunt. vbi ſemper virtutibus manifeſtis ſe cum Deo habitare declarant. Deinde iſta quæ adſequuntur, ſubiicit vnus ac ſolus Ado, tacente Gregorio. *Harum virtutum feſtiuitatem Ciues Lugdunenſis vrbis, omnibus vndequaque lætanter accurrentibus per deſcenſum fluminis cum hymnis & Canticis gratulationis concelebrantes, Miſſarúmque ſolennia in Apoſtolorũ Eccleſia* (nũc S. Nicetij) *vbi ſancti cineres eorum conditi ſeruabantur, feſtiuè Domino reddentes, ex antiquorum traditione, ipſum diem MIRACVLORVM appellabant. Quia verò locus, in quo paſſi ſunt, Athanaco vocabatur* [u], *ideò dicuntur Martyres Athanatenſes.* En prodigia, & ſpirituales fructus inde emerſi: cum adſequentibus (retroſeculis) eccleſiaſticis propter hoc ceremoniis. De quibus poſtea immutatis, nonnulla proferimus infrà ſub Helio Antiſtite [x].

Miracula inde ſaberta.

u Ibi nunc Abbatia.
x nu. 4. & hic §. 6.

Paragraphus 4.

Alius Author.

Hinc alia recèns feliciter inuẽta & hactenus in ſordidis antea locis à Caluinitis ſpernentibus detruſa habemus hic opportunè enarranda. Vidimus autographa Manuſcripta ſic ex hoſtium manibus cautè ſubducta atque prudenter extorta: quæ depingunt præclarè catalogum hiſtoricum, potioréſque prærogatiuas Antiſtitum Viennenſis Eccleſiæ in Gallia apud Lugdunum, à Romana Sede conceſſas: qualem publicæ luci tradidit Ioannes à Boſco, noſter quondam amicus & coætaneus horum repertor. Is enim quando reſpexit olim ad manus noſtras [a] nondum abſolutum exemplar ſacrariſſimæ noſtræ Chronologiæ Galliæ Celticæ Lugdunenſis, multóque minùs tunc palàm editum: ſanè veſtigia ferè imitatus noſtri Tractatuli, ad ſimilem penè formam factum Viennenſe Chronicon typo ſubinde coniecit [b] ad calcem ſuæ Floriacenſis Bibliothecæ [c], primámque noſtram Lugdunenſium Archiflaminum calcographiam præuenit ſeſquianno [d]. Cuius hodie Authoris ſalutem eximiam & honorificam Romæ apud Deum & homines futuram, ſi fas ſit, peroptamus. Et hæc monita ſint vice Prologi ſemel; quia de tali Opuſculo eiúſve contentis, ac per nos inſpectis ab initio, poſthac occurret frequenter nobis ſermo inſtituendus. Iam verò ibidem hoc primùm legimus, quod ad preſens inſtitutum pertineat, dum plura in poſterum expectamus, id fundamentum non ampliùs infrà renouandum ſequuti. A principio autem nos quencunque certiorem obiter facimus, quòd Demochares in Viennenſi perbreui catalogo [e] ita fatur de quinto illic creato Epiſcopo. *S. Iuſtus Martyr cum Photino Lugdunenſi Archiepiſcopo, Polycarpo ſynchronus.* Exinde audiamus ea quæ vetus MS. Viennenſe nuper detectum affirmat, dum Romani Pontifices Catholicos Viennenſes & Lugduneos affines ad religionis conſtantiam hortantur. Prima Pontificia omnium Epiſtola eſt S. Pij Papę I. item Martyris [f] ad Verum S. Iuſti anteceſſorẽ Viennenſem exarata. *S. Timotheus & Marcus per bonum certamen tranſierunt* (ait) *Vide, Frater, vt illos imiteris ſequendo. Feſtina palmam perſeuerabilem cum ſanctis Apoſtolis tenere* [g], *&c.* Deinde ſecunda eiuſdem ad ipſum Iuſtum Epiſtola, equidem propiùs ad preſentem noſtram mentem, hunc textum eloquitur. *Pius Epiſc. Fratri Iuſto Epiſc. Athalus Epiſtolas Martyrum portans ad nos venit, gaudium nobis ineffabile faciens de triumpho eorum* [h]. *Qui dixit nobis S. Verum collegam noſtrum* [i], *victorem de mundi principe triumphaſſe, ſe autem apud Senatoriam vrbem Viennam eius loco à fratribus Epiſcopum conſtitutum, &c. Vide vt miniſterium, quod accepiſti in Domino, impleas. Cura ſanctorum corpora ſicut membra Dei, quemadmodum curauerunt Apoſtoli Stephanum* [k], *&c.* [l] *Fratres noſtri, quos per Athalum recognoſces, de tyranni ſæuitia iam liberati* [m], *requieſcunt in Domino, &c.* Scripſerat autem priùs ad ipſum Verum Antiſtitem. Nos ex illis preludiis concludimus, quòd Athalus ille S. Pij nuncius ac Tabellarius, eſt Attalus idem quem ſuprà extulimus [n] poſtea factum præclarum Chriſti Martyrem Lugduni vnà cum Pothino & collegis. Nam piiſſimus ipſe vir genere Pergamenus Lugduno Romam proficiſci ſolebat atque redibat ad gerenda Eccleſię Latinę negotia pro cõmunione perenni habenda inter remotos ſanctos Preſules de rebus fidei ſacroſanctę, déque iis conſtantiſſime aſſeruandis aut in tutò retinendis, etiam ad lethum vſque perferendum. Ex quo nimirum ſanctus Iuſtus Antiſtes piam demum mortem libenter oppetere maluit, Vienna Lugdunum ab Ethnicis pertractus anno ſuprà relicto [o] in poſtremo obituũ calculo, quo B. Pothinus neci traditus eſt cũ chriſtianiſſimis ſociis. Et quemadmodum ſuprà diſcimus Alexandrum Phrygiũ diu in Gallia aut Lugduni cõmoratũ: ſic Attalum pariter cenſemus annos multos in Lugdunẽſi prouincia catholicè & religioſiſſimè vitam traduxiſſe: quin etiam ex oriente & Græcia in hunc occidentem Eccleſię Latinæ limitẽ iter arripuiſſe cum annoſiore Pothino, quem ſingulari dilectione proſequebantur. Etiamnũ tempus multum euanuit inter Pium Rom. Pontif. & occumbentẽ Pothinũ cũ Attalo Alexãdro ac plurib. Scilicet preterière anni viginti duo. Nam Pius ſedit ab annua reuolutione CLVII. ad decennium. Credimus verò eodem Solis crepuſculo, excandeſcente ſęuiſſima aduerſus Chriſtianos ibidem perſecutione, trucidatos quoque videri Seuerinum, Exuperium, atque Felicianum

Quatuor alij Martyres Viennæ Lugdunum adducti.

Papa ad eos ſcribens.

S. Attali ſuprà conſcripti hiſtoria.

Horum cineres item collecti ex miraculo.

a an. 1604. Lugduni.
b ann. 1605. Lugduni.
c Continens paginas 108.
d factam an. 1606. & 1607.
e To. 2. c. 29.
f decimi à D. Petro.
g Boſco, pag. 23.
h pa. 24.
i Epiſcop. Viennen. & c. Iuſtum.
k Actor. 8. 2.
l Carceres Sanctor viſita, ne aliquis tepeſcat in fide, &c.
m Romæ.
n §. 2.
o §. cit. ex Baron
p Ex Actib. Apoſtol. cit.

num, veluti Boſco cenſetur expiſcatus ex typis : vt pote qui tres eſſe debeant ex illis quadraginta octo ſupra cæteros, quorum nomina ſanct. Gregorius Turonicus prætermiſit, quóſque compari viderat D. Irenæus antea in Gallias ad S. Pothinum ingreſſus. Adiicit autem idem Boſco ex eodem archetypo ſacra corpora trium præfatorũ Martyrum inter alios innumeros excarnificatos, mira admodum reuelatione comperta fuiſſe. Vnde colligimus talia igitur extitiſſe de illis rurſus Sanctis, quos ſuprà [q] vidimus poſtea comparuiſſe, eorúmque cineres collectos ad flumen, & viuos confratres honorificè ſuo quaſque reliquias loco [q §. 3.] condidiſſe ex renunciante Adone [r]. Interea, ſub his omnibus aduerte obiter, lector, ab illo iam emergente ſecundo Eccleſiæ ſeculo anno priùs, Patres Eccleſiæ Romanæ Latinis verbis ſcribere ſolitos tum publica tum priuata ad Eccleſiam eiúſque Officia ſpectantia: adeóque Scripturam ſacram tunc Latinè verti & palam legi, quam Pius eo idiomate citat directè. Quod ideò hic recenſemus, tanquam multi hodie momenti: quia plerique hoc æuo arbitrantur ſeriùs linguam Latinam in Romanam Eccleſiã irrepſiſſe, & hos ac ſimiles Apoſtolorum diſcipulos Græcè adhuc ſcripta tantùm emiſiſſe, ſicut & ipſoſmet Apoſtolos. Nam in aduerſum eſt, quòd præfata Epiſtolia ſunt ipſa matrix & os S. Pij Pont. Max. Aliáque exempla eius æquè vetuſta proferimus ſub nomine Miſſæ Numero 30 [s], & ab exordio noſtrarum Anacriſeum. [s §. 3.]

[r ibid.]

Volumina Latina à quo tempore cœpta in Occidentali Eccleſia.

Paragraphus 5.

Fũdatio Monaſterij Inſulæ barbaræ.

NOs aliò inde remeantes, dum perſequimur abſoluere ſeculum D. Pothini, deſcendimus ad primariam Abbatiæ Inſulæ barbaræ fundationem, ſic vulgò nuncupatæ, quam mox ex vetuſtis eiuſdem Loci membranis M. S. hauſimus hoc trino verborum circuitu.

I. *Eſt Inſula prope Ciuitatis Lugdunenſis mœnia, quæ barbara cognominatur, id eſt, extranea ab alijs Inſulis* (non autem ſic dicta à Barbara Virginis Martyris appellatione) *alioquı ob pulchritudinem ſui ſitus amœniſſima. Hanc in primordio totius creationis ad obſequium ſuum exercendum Dominus in medio fluminis [a] fundauit, quæ à longè aduenientibus videtur eſſe magna nauis in medio poſita fluuij, plena arboribus. In cuius capite eſt excelſa rupis, quæ mediam aquam diuidit. Ibi à Longino milite [b], qui lanceâ latus Chriſti aperuit in cruce, eſt conſtructa Eccleſia, & in honorem B. Andreæ Apoſtoli conſecrata. Hanc etiam Inſulam in exordio nouæ fidei tempore Apoſtolicæ prædicationis intrauère Chriſtiani pauci numero eremiticam atque monaſticam vitam illic ducentes. Euadentes perſecutionē, quæ facta eſt in prædicta ciuitate ſub Seuero Imperatore, interfectis pro Chriſto Martyrib. B. ſcilicet Irenæo cum omni ferè ciuitatis ſuæ populo; quem S. Polycarpus B. Ioannis Apoſtoli diſcipulus miſit in Gallias ad prædicandum Dei verbum Lugduni, vbi S. Pothinus Pontificali ſacerdotio fungebatur, vnus de ſeptuaginta Chriſti diſcipulis, miſſus à B. Petro Apoſt. illuc verbum Dei euãgelizare. Sed creſcente religione chriſtiana cœpit creſcere numerus fratrum vndique conuenientium, inſtituentes ſuper ſe patrem quem vocauerunt Abbatem. Et quia non potuerunt* (ſucceſſores Monachi) *omnem congregationem illam recipere in Eccleſiam, ſub dextro latere eiuſdem Inſulæ, in honorem beati Martini [c] ſummi Pontificis, ædificauerunt aliam, &c.* En primordia duntaxat. Erenim plura in talium Scriptorum autographo ſuperſunt adhuc enodanda. Sed, quia nectunt congeriem rerum ibidem per multa temporum interualla ſuccedentium: idcirco ſub hoc primo capite ſeu Lugdunenſi Epiſcopo contenti ſumus ea enarrare, quæ propinquiora ſunt huic Antiſtiti, aut primo ortui huiuſce Eremitorij; quod breui verſum eſt in amplum Cœnobium. Tu verò paſſim conſpicies hoc reſiduum valde multiplex in perlegendis & traiiciendis hiſtoriis quinque [d] ad minus ſucceſſorum Lugdunenſium Antiſtitum: ad quos recurres ſuo quoque eiũruum ſeculo. Interea, duo ad præfati textus conceptum monitoria iſtic delineanda occurrunt. Primum quidem: ſi forſan ſtemus

I Narratio.

Primum eius fundamentũ.

[a Ataris Hæc ex med. lib. qui dicitur, Parua Pancharta Eccleſiæ.]

[b Centurio Iudæus, heſt. 15. martij.]

[c Mart ab an. 640. ad 655.]

[d ſub Helio, Fauſtino, Vero, Lupo, Leidrado, Bucchardo.]

Hinc duo.

1. in allatis pro D. Pothino Chronicis: non video, qua ratione is potuerit exactè annumerari inter Chriſti diſcipulos: cùm vel tam citò naſci haud potuerit, vel alioqui non tam ſerò degere vſque ad dies ab hiſtoricis tradi ſolitos D. Irenæo proximo ipſius ſucceſſori. Igitur retenta priſci autographi maſſâ & ſummâ; dicerem ſanctum Pothinum extitiſſe vnum ex propinquis diſcipulis diſcipulorum Chriſti, hoc eſt, Apoſtolorum. Id autem, quod certè ad præſentem hiſtoriam ſufficiet, veriſſimum eſt. Etenim cùm iam inferiùs ſub Irenæo vidicauerimus Papam S. Clementem D. Pet. ſucceſſorem miſiſſe Paſtores in Gallias, quod illic aptiùs quàm hic docuiſſe nobis ſuccurrit [e]: ſanè eò quòd Pothinus electus eſt ab ipſo Clemente diuorum Petri & Pauli diſcipulo coætaneo, rectè concluditur beatum quoque Pothinum non abſurdè cenſendum vnum ex diſcipulis, velut ſatis propinquum & affinem priori ſeculo; vt vel etiam ſedere inchoarit ad vltimam primæ centuriæ periodum. Hanc enim primariam de ea ſede authoritatem, quam ex præfata Inſula depromimus, fulcit & corroborat aliud Chronicon, tanquam ſecundum propoſiti inſtrumentum, æquè fortaſſis [e nu. 1. §. 3.]

Examẽ Chronologiæ D. Pothini.

vetuſtum, cuiuſdam Monachi Cœnobij ſancti Mariani, Ordinis quōdam Præmonſtratenſis [f], tametſi Author ſit anonymus ex tali decenti priſcorum ſubmiſſione. Quippe hæc ille ſculpſit. *Clemens I. Papa ſapientiſſimus atque ſanctiſſimus magnificos viros in Gallias ad collocandum fidei Dominicæ fundamentum deſtinauit, Doctores & Chriſti gregis procreatores: qui in agro cæleſtis diſciplinæ fideliter & inſtanter laborantes, abundantiorem fructum vitæ in ſequacibus colligere meruerunt. Inter quos B. Pothinus Lugdunum miſſus eſt, Narbonam Paulus, Turonis Gratianus. Ex his & magnus Dionyſius Areopagita, D. Pauli Apoſtoli coæuus ac diſcipulus, Galliarum prouincias & vrbis egregiæ Pariſiorum fines aggreſſus eſt: fidei ſemen ſpargens in cordibus populorum, ad annum Incarnationis D. Ieſu XCVI. &c.* Antiquum hoc documentum in membranis pene deformatum calcographo recèns tradidit, & ſuæ dignitati reſtituit Nicolaus Camuzatus Tricaſſinus [g]: è quo Rubizius [h] ſuos, reor, de eodem themate excurſus mutuatus eſt, & ſi quid inde apud Baronium lectitetur. Vterque mihi amicus: Campanus Epiſtolis, & Lugduneus in præſentia. Ex quoque fallitur manifeſtè D. Gregorius Turonenſis in re hiſtorica, dum vno ſeculo ac ſemis ſerius hos pios viros in Gallias aduentaſſe docet [i]. Neque enim Dionyſium Corinthij Epiſcopum paulò tardiorem concipere potuit exceptionis gratiâ: vt pote quem nullus è Græcia Lutetiam migraſſe ſcribat, præter quàm quòd vixit minus ſeculo [k] poſt Dionyſium Athenienſem, neque diarium luſtrauit Gregorianæ hiſtoriæ. Inſuper, Chronicon Germani Vrſpergenſis confirmat & repetit Gallicanum itinerarium huiuſce Athenienſis [l], non autem Corinthij. Sed de cætero, penitiùs viderint oculati prudentes, an Pothinus tam citò cum Athenienſi ſacras infulas geſtare valuerit, vt tandiu viuus ſupereſſet ad Irenæum vſque à ſe literis Romæ poſtulatum in coadiutorem, deindéque ſucceſſorem, multis Aſiaticis viris Lugduni tunc frequentibus, causâ deuotionis eximiæ in Protoantiſtite eis notiſſimo collucentis.

Tempus ſui aduentus Lugdunum.

Paragraphus 6.

II. NVnc alterum controuerſiæ genus valde diuerſum, equidem annexum præcipuo allato pro Inſula Monachali, eſt quòd vulgaris hiſtoria de ſancto Longino milite eum quidem efficit Martyrem in vrbe Cæſarienſi Cappadociæ [m]. Verùm antequam illic finem vitæ nactus eſſet: fidem humanam non excedit arbitrari eundem priùs in Gallias penetraſſe, quantumuis id non ferant editæ hactenus de ipſo periodi, ſed locum exitus aut martyrij duntaxat. Quippe non ſolebant antiqui ſingula cuiuſque Sanctorum geſta commemorare. Quòd autem poſitiuè verſus Galliam Lugdunenſem aduentarit, demonſtrant ſaltem vetera capaciáque Inſulæ Manuſcripta poſt huius Martyris æuum recognita & authenticata forti argumento à poſteriori ducto firmitérque conſtituto. Sic enim habent continuæ pagellæ eiuſdem typi nondū palam conſpicui. *Si quis de Longino dubitauerit, teſtes adſiſtūt non modo viri eiuſdē Societatis [n] aut vicinitatis, ſed etiā alij remoti, immunes & alieni ab infideli relatione. Quidam enim Lugdun. Clericus apud Mediolanū legendi gratiâ cōmoratus didicit illic à quodā ſene Monacho in diuinis Scripturis valde erudito, à quo ipſe in ſtudijs diuinæ lectionis informabatur, quòd Lōginus qui lanceâ latus aperuit Chriſti, Eccleſiam S. And. Inſulæ barb. fabricauit. Dicebat autem quòd Longinus, poſtquā in Domini corpus hoc nefas perpetrauit, pœnitentiâ ductus, factus eſt Chriſtianus: & in longinquas regiones peregrè profectus eſt. In qua peregrinatione cùm tranſiſſet ſecus fluuium [o]: videns Inſulam; accidit ſibi in animo, vt illic Domino atque ſancto Andreæ habitaculum præpararet. Hæc de Longino Monachus ſcripta ſe recepiſſe fatebatur.* Adſunt ergo fulcra vix leuia, nec prorſus aſpernāda. Teſtes verò huiuſcemodi tractatus ſeu factæ relationis meritò iſtinc remouemus nominandos ac decentiùs recenſitos infrà ſub Vero Archiepiſcopo ad alios ſimul fines ſubinde ex archetypo conſequentes. Et continuò ferè in illo eodem archetypo hæc tertiò refricantur non extranea ſanè ab iſta pia loci fundatione, ſed coætanea. *Nomina Sanctorum ſcripta literis Græcis in certis lapidibus, quos S. Longinus de Inſula Sebaſtæ [p] apportari fecit cum corpore B. Annæ ad præfatam Eccleſiam [q]: nimirum corpus Siblæ ancillæ B. Annæ, Alini, & Expreſſi.* Etſi tales Sanctos non videamus extare in vulgatis Martyrologiis. Quâ tandem in Eccleſia primarij huius Eremitæ ac fundatoris, ſubeſt hoc ſuum Epitaphium:

Longini martyris hiſtoria

2. narratio de Inſula.

Eius & aliorum Reliquiæ.

3. narratio.

Qui Saluatoris latus in Cruce
Cuſpide fixit, Longinus hic iacet [r].

Inde verò, quando Baronius dicit * aſſeruari Longini corpus Romæ in Eccleſia S. Auguſtini; vt concordes demum ſint illæ omnes ſcripturæ de terrena ac eccleſiaſtica oſſium ipſius quiete & ſitu: facilis reſponſio eſt: quòd ſcilicet partem Reliquiarum Roma occupet, & partem Inſula barbara. Sic enim alia quoque multorum paſſim Sanctorum corpora varijs in prouinciis & thecis reconduntur, ad quæ loca olim delata & diſtributa ſunt, pro adaugenda longiuſque diſſeminanda piorum deuotione. Attamen Paradinus * cenſet Longinum,

f an 1110. Genebr. Chron. Fortè is eſt Scotus ille dictus Marianus Theologus & Hiſtoriographus an. 1082 in ſuo Chronico. Legi apud Sigibertū Geſ. ... Biblioth. addit ſex alios ipſius libros. Hinc Genebrard Baron. notē ab ann. 1058. ad 1086 attameo is hocnotat ſub an. 853.
g Chronologia ſeriem tē porū offēdet. &c. Trecis apud Natalē Moreau 1608 pag. 11.
h cit. §. 1. ad marg.
i Hiſtor Frācor. li. 1. ca. 30 *Decio (ait) Imperatore, &c.* hoc eſt, ann. 254. Baron.
k an. 181. Genebr ex Hieron. in Catal.
17. To 2. ſub Imp. Mar. Aurel.
l ad an. cit. 96 pa. 59. Baſil. 1569. vbique ſub Domitiano Imp.
m feſto m 15. Mart. ex Baron. vel 15. Octob. ex Vſuard. vel 1. Sept. ex Adone.
n Monachalis Inſulæ.
o Sagonæ. Liber ſignatur Auyer Notar. Regius *en vn livre couvert de Baſanne* ſanè. fol. 1. ... archetypo à nobis poſtea viſo.
p in Cilicia.
q Inſulæ barbaræ.
r habetur ſu per caput figuræ Longini in ſiniſtro introitu Capellæ B. Andreæ, ante Caluiniſtarū direptionem an. 1562.
* in Martyrol. 15. Martij.
* li. 1. ca. 106. ad an. 140.

num,qui primus illic Monaſterium conſtruxit, extitiſſe potentem alium Dynaſtam laïcum tardiorem ſub Helio quarto Lugdunenſi Epiſcopo infrà. At vnde id Author mutuetur, nõ aperit.Hoc autem opinari certè non licet;vt neque rurſus enunciare,quòd fundator ille fuerit vnus ex duobus SS.Longinis Martyribus ad tertium ſeculum ſpectantibus, de quibus Baronius in Martyrologio:nam vix credendum ita ſerò inſtitutum fuiſſe locum illum ſacrũ,multóque minùs ſub Longino poſtea Martyre Maſſilienſi [y],omnes culti in Eccleſia diebus 24.Iunij ac Iulij 21. quippe nobis conſtat Numero 2. extremo nonnulla Sanctorum corpora iam priùs quieuiſſe ſub ſecunda Eccleſiæ centuria in illa Inſula tanquam Numini tunc ſacrata, necdum poſtea ad pios eiuſmodi vſus initiata.Nec etiam quinto loco fuit Lõginus quondam effectus Romæ Præfectus, cui D. Paulus patiens traditus eſt retinendus; quia de pia talis Longini poſtea conuerſione ad fidem nihil.conſtat ex narrantis D. Lini Pontificis hiſtoria [z]. Neque ſextò foret Longinus ille qui legitur Titum Imperatorem Veſpaſianum iuuiſſe in excidio Hieroſolymitano moliendo ex Egeſippo *,ſub anno LXX.poſt Chriſtum emerſum:quia etſi tempus eſſet opportunum, tamen hoſtis Euangelij ſe præbuit. Hæc monuiſſe conſentanum fuit. Ergo veriùs tutiúſque immorandum hoc loco circa antiquiorem Longinum Chriſti lancearium, qui paulatim baſes inſtruxit, emendicatis per eum & primos eius ſucceſſores magnificis diuitum piorum donis & largitionibus ex cit. Numer.4.

Alij ſex Longini.

y ſub Valeria. Maximiano Imp. an. 288.

z pa. 54. in biſt Patrum, Pariſ. 1583.

* l. 5. ca. 11. & 19

Paragraphus 7.

Sacellum per antiquũ Virginis Matris Lugdun.

ALia demum ad S.Pothinum ſpectantia edicimus,de loco & cuſtodia ſacri ſui corporis vnáque de vetuſtiſſima B.Virginis Matris Imagine Lugdunum ex oriente quondam allata, fortaſſis ab ipſo,& deinceps ſurſum euecta prope D.Pothini ſepulchrum, quatenus illa hodie perſeuerat [ſ] ſupra Altare in Eccleſia Apoſtolorum,mox ſancti Niceti. Id docet Bulla ſatis vetuſta Innocentij Papæ quarti à nobis conquiſita tali epilogo [t] è ſuo nuſquam edito Manuſcripto. *Innocentius ſeruus ſeruorum Dei Rectori & Clericis Eccleſiæ ſancti Nicety,&c. Cùm Eccleſia veſtra,quæ Cathedralis & prima Sedes extitit Lugdun.habeat Altare per beatum Photinum primum Archiepiſcopum Lugdunenſem* (iam ſic denominatum) *primò erectum & dedicatum in honore beatæ Virginis citra montes, vbi clara ſæpiùs miracula coruſcaſſe aſſeruntur* [u]: *Nos cupientes vt eadem Eccleſia,ad quam eidem reuerentia Virgini exhibetur fidelium, ac præcipuè in diebus Sabbati & ſolennitatibus Virginis ipſius concurſus congruis honoribus frequentetur, omnibus verè pœnitentibus & confeſſis,qui Eccleſiam ipſam in eiuſdem Virginis Feſtis annis ſingulis venerabiliter viſitant,XL.dies de iniuncta ſibi pœnitentia miſericorditer relaxamus.Datum Lugduni 8. Idus Aprilis,Pontific.noſtri anno* 8.Ex traditione autem habetur,quòd hoc ſit primum Altare citra Alpes aut in Gallis conſtructum: fuitque initio exiguum ſacellum,poſteàque ſuccreſcens in vaſtam Eccleſiam, velut receptatricem corporum primorum ſuorum Antiſtitum.Conſequenter verò Humbertus de Vergeyo Abbas Athenatenſis, qui id Pontificium Diploma conſcribit,hæc ſubicit ad publicum ſuum Inſtrumentum & noſtrum præſens inſtitutum:*Obſeruatio habetur in Feſto beati Photini, ſcilicet in feſto Miraculorum, quæ die Eccleſia Lugdunenſ. celebrat Miſſam in Baſilica nunc dicta ſancti Nicety,olim ſancti Petri. Quæ obſeruatio ſcripta eſt in antiquo rotulo Litaniarum maioris Eccl.*Lugdun. *Illúdque idem habetur in quodam antiquiſſimo Miſſali exiſtente in Eccleſia ſanct. Ioannis Lugdunenſ.*Et hæc hiſtorica narratio confirmat ea, quæ iam ſuprà dicta ſunt de ſimili feſto. Pro quo nos etiam alibi [x].Sed & de Imagine beatæ Virginis,ciúſque Sacello ſeu altari, in qua ſacra menſa beatus Pothinus loci fundator ac primus illic ſacrificans exhibetur [y],fit mentio præclara in plumbato Diplomate Guilelmi II. Archiepiſcopi [z], quatenus infrà decentiùs adhæſit materia ſub ſancto Verannio Archiepiſcopo *. Interea verò, præfatus Abbas Humbertus ſuum publicæ ſcripturæ calculum clauſit anno M.CCC.IX. Iſta ſufficiant pro tempore S.Pothini. Eminentiùs ad æmulum ſucceſſorem properemus.

Feſtum Miraculorũ occaſione S.Pothini.

ſ creditur eadem.

t ex ead. Eccleſ. éque Innoc. anno 1251. alia n. 41. § 7. 21.1. & 4.

u Hæc & plura reperiunt Chartæ Lud. Villar. Arch. prope feſtũ. S. Lucæ an. 1307. & Bartholom. de Boſcario Vicar. gener. R. Guidonis de Bolonia Archie. 8. Sept. 1348.

x ſuprà §. 3. & infr. n. 44. § 8. ar. 9.

y Addo hic ad § 1. in marine huius quod Ioannes Gabriel Societ. etiam Ieſu in Epitome Annal. Baronij Lug. an. 878. reduci de nouo Martyrologium Adonis ad Vienenſem contra Gualterij ipſius Societ. Chronographiã, tribuens id poſtea Treuirenſi.

z n. 105. an. 1313.

* n. 13. § 4.

II. Paragraphus 1.

Nomen.

SANCTVS IRENÆVS natione pariter Græcus,aut qui ſaltẽ Græcè diuulganit ſua eximia Opera: non modò eſt alius Martyr, equidem poſterior à præmiſſis IX. aut quadraginta octo [a] è medio dudum ſublatis; verùm etiam alius ab octo Martyribus, quos alibi narrat Martyrologium [b] præfati huius nominis Irenæani, tum Latinis ſeu Romanis; tum è Græcia, qui partim citiùs, ex parte ſeriùs ſacrum cruorem ſuum pro eodem Seruatore Chriſto fuderunt. Iſtius autem noſtri appellatio literis Græcis

a n. 1 ſub Pothino

b 10 Febr. 25. & 26 Mar tij, 1 April. 5. Maij, 3 Iul. 26. Aug & 15. Decem.

tis eſt εἰρηναῖος, ſpiritu leni: ſcilicet, paci deditus, pacatus. Vnde εἰρήνη, pax, quies, adeóque
perperam à Campegio vocitatur *Hierenem*, cum ſpiritu denſo. Nam prototypus habet Ei-
renæum. Quicunque ergo in apographo tranſcribere aut loqui audeat cum Campegio, di-
ſertè fallitur: quia & elementa diuertit, & aſperum ſpiritum conuexo dextrorſum mutato c aduerſ. Valentin. c. 5.
concipit, quaſi foret vel Typographi ſomnium. Is ſanctus à Tertulliano c egregiè nomina- d ad Theod.
Authores. tur omnium doctrinarum curioſiſſimus explorator: à D. Hieronymo, vir Apoſtolicorum tem- & Baron. To. 2. pa 165.
porum, in Epitaphio Lucinij d: à B. Epiphanio e, ſanctiſſimus priſcúſque Theologus, ſucceſ- e hæt. 34. fin.
ſor Apoſtolorum apud Celtas: ab Iſidoro, doctrina inſignis ſub Commodo: ex Pontificio & 31. pa. 52.
Diplomate Gregorij Papæ quinti f, diſcipulus diui Ioannis Euangeliſtæ; perindéque ſancti Parſ. 1560.
Polycarpi Smyrnenſis Epiſcopi, ex ipſomet g ac Nicephoro; tum deinde Papiæ Antiſtitis ex f Parad. li. 2. ca 10.
eodem Hieronymo h ac demum præfati Pothini, ex Petro de Natalibus i. Siquidem Lugdu- g Epiſt. ad Florinũ. & Nã
num ingreſſus eſt in ſenis anteceſſoris adhuc degentis ſubſidium anno ſal. CLXXIII. & ceph li. cit. c.
180. decimo tertio k Marci Aurelij, ibique concionabatur ad annum CLXXXIV. Ex Nicolao 13 Belleforeſt
184. Vignerio in hiſtoriali Bibliotheca. Vel eò amandatus eſt à B. Polycarpo, anno CLXXX. ex hiſt. Frãc pa. 315.
Annaliſta Baronio, vix non niſi cum Romani Pontificis tunc ſedentis approbatione h loc cit.
ac nutu. i li. 6 c. 20.
K meliùs an. 11. ex Baron.

Paragraphus 2.

Primariæ de Sancto hiſtoriæ. DE ipſo autem Irenæo ſic ediſſerit vetus Breuiarium Cameræ a, ſedente Romæ Eleu- a fol. 152. die 28. Iun.
therio S. M. ac decimotertio ſucceſſore ab Apoſtolis anno 17. *Imperij Antonini Veri* b Lectione
nobiliſſimi b, qui fuit annus ſalutis 179. extremus ordiente anno 180. & quem alij vocant 1. matutinali.
Marcum Lucium Aurelium Verum Marci Antonini Philoſophi ſucceſſorem c. *Illo in tempo-* c ab an. 163. ad 181.
re apud Lugdunũ & Viennam nobiliſſimas Galliarum vrbes (ait locus Breuiarij) *quæ & quanta er-*
ga Dei Martyres geſta ſint, deſcripta ab eiſ ad Eccleſias Aſiæ & Frigiæ fideli relatione trãſmiſſa ſunt d. d lect. 2.
Quæ orta diſſenſione inter eaſdem Eccleſias Galliarum, concluſerunt conſilium & ſententiam cum
omni reuerentia & expoſitione fidei decreuerunt Epiſtolas Martyrum, qui apud eos conſummati fue- e Lect. 3.
rant: & Eleutherio vrbis Romanæ Epiſcopo de pace Eccleſiæ cum commouentes miſerunt e. *Qui Hyre-*
næum presbyterum tunc adhuc Eccleſiæ Lugdun. *præfato Eleut. ad quem Legatus ab eis miſſus fuerat,*
commendabant, teſtimonium vitæ eius perhibentes. Æmulator enim teſtamenti Chriſti erat. Solus offi-
cij gradus non facit aliquem iuſtum, quo iſte Hyrenæus rectè vtebatur in Presbyterio f. *Igitur Po-* f Lect. 4.
thino nonageſimo vitæ ſuæ anno cum cæteris Galliæ Martyribus conſummato, Hyrenæus Lugdunen-
Eius aduentus in Gallias. *ſis Eccleſiæ ſuſcepit Sacerdotium. Hic cum beatis Apoſtolis fuit, & cum ipſis vitam ſemper exegit at-*
que ab ipſis inſtitutus recentem gerebat traditionis eorum memoriam. Et prædicationis eorum formam g Lect. 5.
ſemper habebat in oculis g. *Hic autem Hyrenæus beati Polycarpi Sacerdotis fuit diſcipulus, qui nobilis*
fuit viuendo, ſed & nobilior moriendo extitit. Qui & vitam martyrio terminauit h. *Interfecto ita-* h Lect. 6.
que apud Lugdunum *Claudio & Albino, qui ſe illic Cæſarem fecerant: audiens hoſtis quòd beata ciui-*
tas per ſanctum Hyrenæum ſuis contrairet ceremoniis, ſecundum ſuæ rabiei morem ferociſſimos gla-
dios elegit. Et vndique eos vrbem circundare præcipiens, ait: Præcludite portas, & circunuallate do- i Lect. 7. Pau-
micilia. Et quicunque diis noſtris non ſacrificauerint, gladio vindice trucidate. i *Sed Chriſti pietas, an-* lò aliter in
tea ſancto Irenæo imminens periculum, Angelo nunciante mandauit. Cui cum beato Zacharia Pre- recentiorib.
sbytero, in medio noctis ferè orantibus, Angelus Domini cum ingenti claritate adſtitit, & eidem dixit:
Ipſius martyrium. *ô fideliſſime Chriſti miles, Dux exercitus candidati, Dominus te poſt multos labores cum populo tuo*
per Martyrij triumphum ad cœleſtia regna mittit. Confirma fratres tuos, & ne timeant hoſtis minas:
nec eum qui occidit corpus, quoniam animam non poſſunt occidere. Et illos quidem vnius horæ paſſio
conſummabit k. *Nunc verò certamen prolixius glorioſior manet triumphus. Zachariam verò Presbyte-* K Lect. 8.
rum latere facito, qui poſt tuum abſceſſum ſucceſſor exiſtens, confirmet fratres in Chriſto. Qui bea-
tus Hyrenæus gratias agens dixit: Domine Deus, da huic populo conſtantiam, vt tua virtute confirma-
ti, ſanctæ promiſſionis brauium triumpho nobili conſecuti, immortalitatis gloriam moriendo merean-
tur obtinere. Tum erogata ſubſtantia in pauperes, & ipſis orantibus per Cæſarem circundata vrbe gla-
diis necantur, adeo vt plateæ fluerent pretioſi ſanguinis riuis, & vicina flumina nimio interfectorum
cruore infecta rubeſcerent. Sanctum verò Hyrenæum impiiſſimus Cæſar coram ſe iuſſit præſentari.
Cúmque inuictum martyrij ſui agonem conſummaſſet, noctu à ſancto Zacharia Presbytero corpus eius
Succeſſor. *in crypta abditiſſima conditum eſt. Super quod nunc Altare conſtructum teſtatur placentem Deo ho-* l Lect. 9. Alia
ſtiam, quæ plebem fidelium paſcit myſteriis, tuetur patrociniis, & corroborat virtutum inſignis, præſtan- quædam ſubiiciuntur in
te Domino Ieſu Chriſto, &c. l Hæc in primario Authore circa tantum virum: quorum media veterib. martyrol. Prouinciæ manu-
ferè pars renouatur Numero 3. ex veteribus aliunde Manuſcriptis. ſcriptis codice.

Para

Paragraphus 3.

Secundarij Authores de eodem ſancto.

CÆtera de illo Primate ſequuntur ex alijs deinceps Authoribus paſſim miſcentibus ea fortè quæ in Breuiario patent. Siquidem imprimis, ipſe velut doctior, antequam creatus eſſet ibi Antiſtes, hortatu Epiſcoporum Galliæ Legationem habuit Romam ad ſanctum Eleutherium Pontificem Maximum, dictatore Euſebio. *Rurſus qui in Gallia erant Fratres* (ait [l]) *ſuam ſententiam piam & planè orthodoxam ſubiecerunt. Idem autem Martyres etiam Irenæum tunc Lugdunenſis Eccleſiæ Presbyterum* [m] *prædicto Romano Epiſcopo, præclaro teſtimonio dato, commendarunt* [n], *&c.* Idque itinerarium atque negotium geſtum eſt, tres ob cauſas ſeorſum poſtea à nobis diuulgatas [o]. Qui Author ſic infrà recenſet coactum deinde Concilium Epiſcoporum Gallicanorum ab ipſo Irenæo, nimirum veriſimilius Lugduni, in ſua potiùs vrbe metropoli Galliæ quàm alibi, etſi textus locum diſertè non explanet. *Coguntur eam ob rem* (inquit) *Synodi & Conuentus Epiſcoporum* [p], *&c. ad hæc & alia* [q] *paræciarum per Galliam, quas Irenæus moderatus eſt, &c.* Scilicet cum cœtum factitatum legimus illo etiam triplici fine, quem breui dictum imus ſub Victore Papa I. Eleutherij ſucceſſore. Ad quem Romanum Pontificem propterea ſcripſit ipſe *Irenæus nomine fratrum Epiſcoporum per Gallias quibus præerat* [r], *&c.* Ex qua certè nota præfecturę colligimus cum iam tunc à cæteris præſentibus Galliarum Epiſcopis agnitum ſuperiorem digniſſimum velut Archiflaminem atque Patriarcham Eccleſiæ Gallicanę [ſ]. Etenim excellentiſſimo illi D. Irenæo bene merito atque doctiſſimo omnes Gallię Antiſtites plurimùm deferre ſoliti ſunt Potiſſimùm quia turbulentiſſimis illis dierum crepuſculis nullus cæterorum auſus fuerat Concilium petere aut aggregare, niſi D. Irenæus ardens & perſpicuum Eccleſię tranſalpinæ columen ac lumen hoc munus eſſet aggreſſus, ſingulóſque ad id animaſſet.

Origo Primatiæ Lugdunenſis.

Quibus in iſtis latiſſimis prouinciis ipſe fores primus aperuit coeundi poſthac alios cœtus audacter, dum via his ſemel per eum patuit. Et idcirco non mirum, ſi breui temporis interuallo Pontifices ſummi hunc cito & iure pereiti contulerint multa ſuæ poteſtatis beneficia Lugdunenſibus Epiſcopis, quos idcirco in Archipręſules atque Primates Galliarum euexerint. Idque duplici notâ indicandum. Siquidē primū D. Clemens I. Petri diſcipulus & ſucceſſor in Cathedra, quiq; fuerat Lugdunenſis Eccleſię inſtitutor per anteceſſorem D. Pothinū ad Lugdunenſes à ſe miſſum, vniuerſim diſertè loquitur hoc pacto de pręfulgentibus eiuſmodi Sedibus pręcipuarum Eccleſiarum ſeu Ciuitatum.

D. Clemens PP. ſucceſſor S. Petri director S. Pothini ad Lugdunenſes.

Per veſtras Diœceſes Epiſcopos ſacrate & mittite [t], *quia nos idem ad alias partes, quod Dominus iuſſit, agere curauimus. Aliquos verò ad Gallias Hiſpaniáſque mittemus, atque ad reliquas gentes mittere cupimus. Quod etiam facere inchoauimus, & Domino opem ferente facturi ſumus. Vbi ferociores & rebelliores gentes eſſe cognouerimus, illuc dirigere ſapientiores & auſteriores neceſſe habemus, qui quotidie non ceſſent diuina ſeminare ſemina, & multos Chriſto lucrari. In illis Ciuitatibus, in quibus olim apud Ethnicos Archiflamines* [u] *eorū atque primæ legis Doctores erāt, Epiſcoporum Primates poni vel Patriarchas ordinauit* [x], *qui reliquorum Epiſcoporum iudicio & maiora negotia in fide agitarent* [y], *ſicut conſtituerunt ſancti Apoſtoli.*

Primatus dictamen.

Atque eo pacto D. ille Clemens Papa III. Paſtores ad Gallias mittens, ſubindéque Primates & Patriarchas ſcripto nominans ac eò mandans, iam tacitè innuit aut concipiendum ſinit lectori, Pothinum vnum equidem primum in Galliis tanto honore inſignitum à ſe Papa videri. Secundò, D. Victor Pontifex decimus quintus, poſt Clementem ſequutus, allegans Irenæum Pothini in Galliis ſucceſſorē, & iniungens [z] vt cunctis penè Gallicanis Epiſcopis pręciperet, ne moras traherent ad ſuam Lugdunenſem Synodum peruenire eo Præſide: digito ſatis commonſtrat ſe denuo velle Irenęum in Pręfectura illius dignitatis perſiſtere, ſeu vnum primùm ad id faſtigij de nouo attollere, & ex facto erigere, quod pro temporis ſtatu ſuffeciſſe potuit, quantumuis nondum mandati illius Bulla hactenus appareat. Propterẹáque eiuſmodi primordia Lugdun. Primatus pene Apoſtolici annis centum & ſuprà præibat vigente martyrio Syluestrum rugeſimum quartum Max. ac primum Confeſſorem ceſſantibus Martyrum athletarum congreſſibus, qui Confeſſor inchoat tantùm Viennenſes Archiepiſcopos conſtituere Primates aliarum Galliæ partium.

Vetuſtior Primatu Viennenſi.

Itaque ſic demum iam tunc ſub Pothino & Irenęo Antiſtitibus aderat Pręlatorum inęqualitas & poteſtas hierarchica, aduerſus Caluinitas, qui falsò Miniſtrorum ęqualitatem in Eccleſia pretendunt.

Argumentū in hæreticos.

Eiuſmodi autem Prępoſitos Eccleſię conſpicitis apertè vocatos Archipręſules ac Primates ab exordio ex iuriſdictione, nota dignitatis: quos equidem illi veteres ſeligebant tanto zelo & affectu ex Apoſtolica Inſtitutione ſeu traditione, vt veriſimile valde ſit Diuum Irenęum fuiſſe conſtitutum Primatem Galliarum, quas textus ille adnominat: vt pote *quibus ipſe ſic præerat*: inſtante Euſebio. Gallia verò Lugdunenſis, etiam ſola inter ceteras Gallias, ea ante id quum dicta eſt, quę Celticam

Galliæ Celticæ limites.

[l] li. 5. c. 3. fin.
[m] tunc enim adhuc degebat Pothin.
[n] c. 4 init.
[o] §. 4. 5. 6.
[p] cap. 23.
[q] Concilia.
[r] ca. 26. init. licèt alia de eo verba noter Paradin. eiuſdem robuſtis li. 1. Lugd. hiſt. c. 18.
[ſ] creditur miſſus Presbyter ab Aniceto PP an. 167 & deguiſſe cum Pothino an. 12. ex Rubizio li. 1 & Parad. inferit cit 18. ſedem Irenæi inchoaſſe an. 60. ætatis illius & duraſſe 28. annis.
[t] Epiſt. 1. ad Iac. liat Do. coluo interprete Rufino Torano.
[u] primi Sacerdotes Flamines non tamē Eccleſ. Rom. hoc habet ab Ethn. tanquā ex typo, led à Leuitis moſaicis, a quibus Ethnici traxerant
[x] Chriſtus.
[y] in foro externo & interno cogēte ac imperāte, quod ſtatū dignitatē, & ſuperioritatem efficit legum condendarum

omnem

omnem Galliam complectitur [z], quatenus ad Lutetiam & Rothomagum ſeu Nortmanorum Prouinciam extenditur, tum ad extremos limites Turonenſis regionis, átque fines marinos Armoricorum ſeu minoris Britanniæ. Eáque tota regio dicitur vno verbo Gallia Lugdunenſis apud Plinium ſecundum [a] & Claudium Ptolomæum Geographam [b], poſteriores Commentarius Iulij Cæſaris: qui Cæſar [c] ſub Celtica tali nomine ab ipſo conſcripta non meminit Lugduni, quia nondum tunc ea Ciuitas condita fuerat: bene tamen Heduæ, Matiſco, Cabilon [d], & reliquæ multæ eiuſdem Galliæ vrbes eo iam tempore percrebuerant. At poſtea Celtæ nomen pertractum & colligatum eſt ſimul ad vocem Galliæ Lugdunenſis vrbe breui florente, ac celeberrimum effecta Galliç emporium à Luc. Numatio Planco conditore Celtarum Præſide.

z Parad. li. 2. ca 8.
a li. 4. ca. 17. vixit ad an. 100. Chriſti.
b Tabul. 3. c. 7 ad an. 150. Chriſti.
c li. 1. ante Chriſtũ annia 70.
d Cæſ. lib. 7. extremo.

Paragraphus 3.

MOx verſus exactiorem Romanæ peregrinationis & Synodi Chronologiam diuertamus. Etſi vtrauque conquiſitionem minimè porrigant Euſebius & Gregorius Turonenſis [a]; nihilominus in hac hiſtorica percontatione recentiores multifariam Antiſtitis geſta controuertunt. Paradinus [b] cenſet primum hoc Concilium Lugdunenſe, quod fuit prouinciale, à ſancto Irenæo collectum videri ſub annũ præcisè CLXXIX. deinde anno ſequente CXXC. præſulem Romam eſſe profectum. Cuius ſacri Moderatoris etiam meminit Ado Viennenſis ad an. 181. Deinde verò recentior Baronius ſingula Acta diſtinctiùs ſecernens (reor) legationem è diametro præmittit, quam veriùs collocat anno 180. Eleutherij PP. an. ſecundo, & Imperij Marci Aurelij anno 18. Atque etiam reuerà Euſebius Concilium depinxit poſteriùs [c], legatione dudum à ſe conſcripta [d]. Tametſi Vignerius ſynodalem eam Con-
190. gregatiõe ſeriùs fortaſſe diſtulerit ad annum CXC. Nam veriùs paulò ipſe Baronius, viati-
198. cum Romanum præficiendo eam ob rem tardiùs, ſtatuit Concilium ac Epiſtolam Irenæi ad Papam anno ſal. CXCVIII. Victoris Pontificis Max. an. quinto, & Seueri Imperatoris an. quarto, tanquam Pontificio permiſſu præiacente celebratum; vtique poſt ſuum, inquam, Roma diſceſſum ac in Galliam regreſſum. His enim verbis pro conſequentibus etiam fatur ipſe Baronius [e], *Cum S. Pothinus anno ſuperiori glorioſo martyrio ex hac vita migraſſet, in locum ſubſtituitur Irenaus an.* 179. Ibique citat Euſebium ac Hieronymum locis iam à nobis ſuprà allatis. *Qui cùm certum tempus, quo ſubrogatus fuerit, non definiant* (pergit Baronius) *haud longiùs interpoſitas eſſe moras ſignificant, tamen non continuò poſt Photini martyrium ſuffectus eidem fuiſſe videtur, qui adhuc Presbyter ad Eleutherium Romanum Pontificem à Martyribus eſt legatione perfunctus. At verò Eccleſia illa perſecutione vehementer exagitata haud valuit diutiùs carere Epiſcopo, qui fracta conſolidaret, ac diſperſos confirmaret.* Ex quibus vetuſtis & recentiorib. Authorum ſermonibus, ſatis amplum argumentum habemus colligendi, quòd Diuus igitur Irenæus Romę ab Eleutherio Papa conſecratus fuit Lugdunenſis Antiſtes ſeu Archipræſul; quódque ſi is ſic in Gallias amandatus ſeu denuo miſſus ſit, nimirum presbyterio ſuo ad altiorem quàm antea gradum euecto in publicũ bonum totius prouinciæ tanquàm legitimo Galliæ Lugdunenſis Protopaſtore. Nam ſanè iidem dictatores poſtmodum ſemper denominant Irenæum Lugduni Epiſcopum, quibus in locis cunctis de eo verba miſcent toto poſtero tempore quo Româ diſceſſerat, ac Lugdunum rurſus petierat. In cuius Romanæ inaugurationis virtute, profectò Concilium ſubinde Lugduni coëgit prouinciale ſeu nationale, velut vnctus Galliæ Rector & Primas. Atque vel is de ſe quoque reuerſo ſeu agente Paſtorem Lugduni, ita paſſim loquitur. *Exquires à nobis qui apud Celtas commoramur* [f], *&c.* Quo medio temporum curſu in officio, ipſe non propterea defuit aliis pro Eccleſia vniuerſa muniis, quin etiam intereſſet Cõcilio apud Cæſaream Palæſtinæ celebrato [g] pro eadem rerum triade, ex Petro de Natalibus [h]. Sic enim ſemper optauit publicam Eccleſiæ pacem & quietem moliri, vt vnus idémque mos viuendi atque famulandi vigeret, proptereáque ego demum id de tanto viro aſſeram cum Euſebio: *Irenæus non abludens à nomine ſuo, ſed ingenio quoque ad conciliandam pacem accommodus, talia pro Pace Eccleſiarum admonuit & egit* [i]. Sicque is Galliæ Apoſtolus valde promeritus eſt hoc munus ſummæ fœlicitatis, qua Deus Chriſtus pronunciat [k] beatos εἰρηνοποιούς, pacificos. Qualem diuinam ſententiam Eraſmus [l] ob id iure indidit noſtro Irenæo. Et inde horis demum ſucciſiuis potuit omnes quatuordecim à ſe palam editos libros conſcribere, quibus hodie vniuerſa Eccleſia præclarè fruitur: nimirum, quinque aduerſus hæreſes Valentini ac ſimilium, contra Gentes breue Volumen, aliud de diſciplina, ad Marcianum Fratrem de Apoſtolica prędicatione, librum variorum tractatuum, ad Blaſtum de ſchiſmate, ac de Monarchia [m]. Addere ſolent multi dę Ogdoade vnum, de Paſchate ad Victorem Papam alterum, & reliquum ad Florinum ab Eccleſia prolapſum [n].

Irenæi geſta & itinera.
Qualis Lugduni.
Romæ conſecratus Epiſcopus Lugdunenſis.
Primum Cõcilium Lugdunenſe.
Etymon nominis Irenæi
Ipſius Opera.

a lib. 1. Frãc. ca. 19.
b ca. 19.
c cit. li. 5. c. 3. 10 § 2.
d ca. 13.
e To. 2. Romæ an. 1590. ſub an 179. pag 220.
f ex præfatione Irenæi, & Baron. an. 180. pag cit.
g an. 198. Baron.
h li. 6. c. 10. & antea Hugo Floriacenſis. l c. 16. fin.
i ...
k Mat. 5. v 9.
l Epiſt. nuncupatoria Operũ.
m D Hieron extremo To. 1. libello de viris ſcript. Eccleſ. c 45.
n Biblioth. Geſner Tiguri 1583. poſt Petrum li 6 c. 20.

Paragraphus 4.

Tres Concilij ſeſſiones.

IAm verò ordine ſuo nobis eſt ſtandum promiſſis, de aperiendis tribus illis capiundi concilij obiectis, quæ in illa Synodo Lugdunenſi, metropoli Gallorum ciuitate, tractata ſunt. Hæc autem fuit omnium prima palam celebrata ibidem ſub Euangelio, eáque prouincialis, auctoritate D. Irenæi Galliarum ferè Apoſtoli ac Protoprimatis ab ipſis nouæ legis incunabulis. Equidem certè non deprehenduntur eius Synodi Acta viciſſim digeſta in voluminibus Conciliorum poſtea diuulgatis: vbi per ſex Tomos paſſim congeruntur Seſſiones valde illuſtres & integræ aliorum Conciliorum, quales ex Cimmeriis tenebris & priſcis autographis excitari vel vnà colligi tandem potuerunt. Etenim, quod ad reliqua Acta pertinet, certè Paganorum rabies, deindéque multiformis hæreſeum fucus & improbitas bellica euulſit de anteceſſorum manibus ac ſinu ea penè ſingula primæ ætatis monimenta, ne ad noſtra vſque ſecula illæ præcellentes gemmæ peruenerint. Idcirco præſentis Synodi Acta hauſimus coacti, & excerpſimus è variis maiorum ſcriptis fruſtatim diffuſis, quanracunque nobis licuit diligentiâ, eáque ad formam Seſſionum redegimus. Subiectam verò materiã ſynodalis illius Conſiſtorij atque ſimilium alibi etiam coëuntium eodem fine & æuo necnon in

1. Seſſio: de die Paſchatis.

orbe chriſtiano tunc controuerſam, ad tria capita vidimus inferenda ſeu diſtribuenda. Primũ caput ſeu prima Seſſio fuit de conſtituto die celebrandi exactiùs ſacrum Paſcha orthodoxorum. Pro quo ſtatuendo præciſè, in duplicem ſententiam verſi ſunt illi Patres. Nam, *mota eſt eo tẽpore haud modica quæſtio*, teſte primæuo ac vetuſtiore Euſebio Pãphilo g. Vna opinionum erat, *ex eo quòd* h *cunctæ per Aſiam parœciæ* i *velut ex antiquiore traditione* (vt ipſo firmiore Authoris vtar contextu) *quarta decima luna ſalutaris Paſchatis feſtum obſeruandũ putabãt, qua die Iudæis immolare præceptum erat, in quancunque ſeptimanæ diem incidat.* Cuiuſmodi ſententiæ Authores ibidem produntur k S. Ioannes Euangeliſta ac Philippus Apoſtoli; deinde Polycrates Epheſinus Epiſcopus, Polycarpus Smyrnẽſis, Threſeas Sagara, Papyrius & Melyto per varios minoris Aſiæ tractus creati Antiſtites, præter Blaſtum ex Tertulliano l. Altera theſis

Duplex tunc opinio controuerſa.

erat, quòd cæteri *cuncti vna ſententia Decretum eccleſiaſt. per Epiſtolas omnibus vbique Eccleſ. cõſtituunt* (enarrare pergit Euſebius m) *quòd nullo alio vnquã quàm Dominico die reſurrectionis ex mortuis celebrandum ſit myſterium.* Huius partis extitêre multorum Conciliorum Patres: *qui ob eam cauſam in Palæſtina tum tẽporis cõgregati fuêre; quib. præfuerunt Theophilus Cæſarienſis & Narciſſus Hieroſolymitanæ parœciæ Epiſc. Et Romæ conſimiliter alia propter eandẽ cauſam habita eſt Synodus* (ſic apud Euſebium o) *cui victor Epiſc. præſedit, tertius decimus à Petro Romanorum Epiſcop.* n *deinde & alia* p *Epiſcoporum Ponti, quib. Palmas tanquã vetuſtiſſimus præfuit, &c.* q *denique & Epiſcopi per Oſtrœnam, ac quæ in illa ſunt ciuitates, ea præcipuè Banchilli Corinthiorũ Epiſcopi ac plurimorum aliorũ, qui eodem decreto eand. ſententiã conſtituerunt,* præterquàm ſuperſtites decẽ Apoſtoli, ac duodecim ſummi Põtifices anteceſſores r Victoris Papæ, vt pote qui ſententiæ iſtius viã credũtur paraſſe hiſce Patrib. D. Irenæo coætaneis. Quæ ſingula pari tenore repetit Pla-

Decretũ pro vna opinionum, vbique facta conforma.

tina f. Adeóq; hæc poſterior recepta deinceps opinio præualuit. Quippe prioris ſentẽtię radices atq; reliquiæ, ſequenti tandẽ ſeculo leguntur ſopitæ in generali Cõcilio Niceno t, ex Epiphanio u. Et oppoſita veritas catholica tunc temporis clariùs roborata eſt in prouinciali Concilio Arelatenſi I x. deinde tardius paulò repetita in Carthaginẽſi y ac Bracharenſi z, eodẽ tenore quo iã dudũ antea *Irenæus ſcripſit & approbauit, ſola Dominica die* (inquit denuo Euſebius a) *celebrandum eſſe myſterium Reſurrectionis Domini.* Hoc eſt, quòd nos Chriſtiani recolere debeamus feſtũ noſtri Paſchatis, nõ luna ſeu die XIV. primi mẽſis aut nouilunij verno æquinoctio proximi b: ſed decentiùs tertio pòſt die aut circiter, qui ſit dies feſtus in Eccleſ. Chr. Dom. reſurgentis, ſeu dies Dominicus lunæ XIV. vicinior, quo miranda ea reſurrectio pulchrè ad viuũ à nobis depingatur, pieq; cõmemoretur, ne ſub noua Chriſti lege Moſaicã ampliùs imitemur: vt pote quia hilarẽ hanc reſurrectionẽ à Iudæis valde deſpectam nos perpetuò ſummis laudibus extollimus, in eiúſq; ſolennitatem religioſè vertimus ſabbatum Iudaicũ exinde obſoletum. Alioqui nobis hodie culpa lethalis valde grauis cũ cenſuris Eccleſ. ineſſet. Non tamen proinde concludendũ Ioannẽ Euangeliſtã & ſequaces tam citò ſuis iã dieb. in id peccatum lapſos eſſe, dum Iudaico diei adhæſerint circa Chriſtianorũ Paſcha concelebrandũ. Nã Beda in eccleſiaſt. gentis Anglorum Chronico c tales Apoſtolis ſynchro-

Quando peccauerunt aut non tutores alterius opinionis poſt ea eiecta.

nos excuſatos habuit hoc pacto. *Abſit vt Ioannem ſtultitiæ reprehendamus, cùm ſcita legis Moſaicæ iuxta liter. ſeruaret* (ait ibidẽ antiquiſſimus Vuilfridus) *Iudaïzãte adhuc in multis Eccleſia* d, *nec ſubitò valentib. Apoſt. omnem legis obſeruantiã, quæ à Deo inſtituta eſt, abdicare, &c. ne ſcandalũ facerẽt eis qui inter gẽtes erãt Iudæis. Hinc eſt enim quòd Paulus Timotheũ* e (attamen Chriſtianũ) *circumcidit, quòd hoſtias in tẽplo immolauit, quòd cũ Aquila & Priſcilla caput Corinthi totondit* f, *ad nihil videlicet vtile niſi ad ſcandalũ vitandũ Iudæorũ. Itaq; Ioannes ſecundũ legis conſuetudinẽ, XIV. die mẽſ. I. ad veſp. incipiebat celebration. feſti Paſch.* (ſic pergit) *nihil curãs, vtrum hæc Sabbato aut alia*

g li. 5. ca. 23. init.
h ibid. conſequenter immed.
i Diœceſes Aſiæ minoris Socr. 5. ca. 22.
p. 1.
k ca. 24.
l li. extremo de Præſcriptionib.
m cit ca. 23.
lib. 5.
n eod. ca. 23.
n ca. 28.
p Concilia.
q vt ſup § 2. in textu 2.
r Pius 9. à Petro de cõſec. diſt. 3 c. 21. Elench. ex Damaſo in Plat. & Canon 8. Apoſt per D. Clem. ac Dionyſ. I P. in Cõcil. Antioch.
f ſub Victore, cuius Canon eſt 2 2. diſt. cit
t 1. vniuerſ. an. 320. vel 21.
u hær. 50. nõ tamen legitur in Actis Concilij.
x ſub Cunſtã. t c. 1. in To. 1, & cit. diſt. c. 26.
y 5. ca. 7. To. 1. an. 418.
z 8. c. 9. To. 2. an. 573. & cit. diſt. c. 23.
a ca. 26.
b Id verum nouilunium Iſraëlitis erat dies 1. menſis primi.
c li. 3. c. 25. ad med.
d ſic tutiùs ciriúſque ſecerim aptãdo verba Authoris.
e Actor. 16. 3
f ca. 15.
g ca. 18. v. 18

Feria proueniret. At verò Petrus cùm Romæ prædicaret, memor quia Dominus prima Sabbathi reſurrexit, ac mundo ſpem reſurrectionis contulit, ita Paſcha faciendum intellexit. Et poſt pauca ſic magis ad propoſitum loquitur: *Paſcha quod facimus, vidimus Romæ, vbi beati Apoſtoli Petrus & Paulus vixêre*[h], *docuêre, paſſi ſunt & ſepulti, ab omnibus celebrari: hoc in Italia, hoc in Gallia ab omnibus agi conſpeximus: hoc Africam, Aſiam, Ægyptum, Græciam, &c. non diuerſo temporis ordine geri comperimus.* Satis ergo innoteſcit D. Ioannem expetiuiſſe duntaxat cum honore Synagogam ſepelire; quaſi eo ſaltem æuo ſic res peragi ſyncerè potuerit, nec in mente habuerit, aut dixerit ſuum eiuſmodi ritum perpetuò in Chriſti Eccleſia retinendum, cùm haud dubiè nouerit reliquos Apoſtolos per orbem Chriſtianum aliud tempus obſeruare iam ſolitos. Hinc etiã eſt, quòd quia *Romanus Epiſcopus Victor confeſtim Aſiæ parœcias tanquam aliena ſentientes à communionis vnitate abſcindere conatur, ac cunctos illic fratres excommunicatos denunciat* (inquit Euſebius Pamphilus [i]) noſter Irenæus eundem *Victorem, ne cunctas Eccleſias Dei antiquæ conſuetudinis traditionem retinentes alienaret, competenter ac multis admonet* (perſtat ſcribere [k] Euſebius) nimirum D. Irenæus approbat quidem ſanè feſtum Paſchatis ſub diem Reſurrectionis, ex iam allegatis. Aſt ſuadet non tam citò oppoſitæ ſententiæ defenſores diro anathemate percellendos eſſe: ſed gradatim ab errore deflectendos, ſeriúſque paulò feriendos eſſe illo ſacro mucrone, ex lata vocali in ſingulos tales ſententiã. Hæc Diuus ille Paſtor Lugdunenſis. Non ergo ſibi inuicem è diametro contra fidem catholicam aduerſabantur Victor & Irenæus, tanquam verum ſchiſma per vniuerſam Eccleſiam diſſipantes, ſicut hodierni Caluinitæ perperam vociferare audent. Interea ipſius Irenæi Epiſtolæ ad Victorem aut Victoris ad ipſum, non patent ipſæ quidem noſtris temporibus. Sed duntaxat ſuperſunt prima reſcripta Euſebij vno ſeculo poſterioris. Verùm ſanè, in ſupplementum coætaneum tãti defectus, manifeſta ſunt exhibita nobis Manuſcripta nuper edita [l] Epiſtolarum eiuſdem D. Victoris ad vicinos Viennenſes Epiſcopos S. Irenæi ſynchronos & amicos, ac fideles eiuſdem Paſchatis tutores in mutato pariter Feſti die. Adeſt prior Epiſtola. *Victor Epiſcopus Deſiderio* [m] *Viennenſi Epiſcopo* (ait locus) *Sicut ſancta fraternitas ſua, à Presbyteris qui Apoſtolos in carne viderunt, erudita eſt, qui & Eccleſiam vſque ad tua tempora rexerunt: Non decimâ quartâ Lunâ cum Iudæis, ſed decimâ quintâ vſque ad vigeſimam primam, Paſcha Catholica Eccleſia celebrauit. Non enim iam vmbram, ſed veritatem, quæ vmbrâ legis celabatur, quærit. Hanc doctrinam Romæ Petrus & Paulus inſtituerunt, vt in azymis ſinceritatis & veritatis, Paſcha ageretur. Qui enim cum Iudæis Paſcha agere volunt, quid niſi vmbram diligunt, vt agni carnes non in veritate, ſed in vmbra figurante manducent?* Inde poſterius Epiſtolium ad ſimile propoſitum eſt eiuſmodi. *Victor Epiſcopus, Fratri Paracedæ* [n] *Epiſcopo. Collega noſter Dionyſius* [o] *dormiens, te nobis ſocium in Eccleſia Chriſti reliquit. Vides, Frater, Orientalẽ Eccleſiam propter celebrationem Paſchæ ab Occidentali disiunctam eſſe. Placuit ergo nobis Apoſtolorum ſectatoribus veſtra vnanimitati ſcribere, vt ſecundum quod ſcriptum eſt: vetera tranſierunt, ecce noua facta ſunt omnia: non tenebras ſequamur, ſed lucem.* Antiquiores hæ authoritates maiorem fidem exhibent atque apponunt îis rebus, quas poſtmodum ſcripſit Euſebius: & valde certiores nos reddunt de controuerſiarum veritate: vt vix non minori ſtilo talia Victor ſcripſerit eidem Irenæo affini, quæ ita facilè legerentur, ſi bellorum ſtrages exemplar minimè deſtruxiſſet. Quibus leuioribus paulò aut minus impiis aſſertis nos iſta recens aducimus exinde facta atrociora. Succeſſu dictum, erronea illa theſis, temporan[illegible]um cuius curſum tantummodò permiſerat D. Ioannes, ita tamen deſæuiit in poſteris nonnullorum mentibus irruentibus aduerſum orthodoxos, vt illabentibus ſecu[illegible]is hactenus arbitrati ſint infidelem eſſe aliam theſim, quam profitebantur pij ſectatores defunctorum Victoris ac Irenæi, & quam nos cum ipſis veneramur. Hoc autem certè nunquam ſic opinatus eſt Ioannes, deſæuientium quidem anteſignanus, ſed hunc perperam interpretãtium. Atque ea ratione, hæretica deinceps credita fuit propoſitio, quam tuti ſunt iſti diutini & praui Ioannis pediſſequi, in peiores verſi & obſtinati. Vel certè hæreſim ſapuit: quia ſufficientiſſimè oppoſita veritas tanquam de Chriſti & Euangeliorum mente legitur ab illis temporibus promulgata. Qui autem hanc intellectus fallaciam obſtinata voluntate amplexi fuère, erant notorij hæretici, propterea dicti Quartadecumani [p], Blaſto duce [q], qui iam Romæ de eo ſchiſma fecerat: præter ſimiles Nouatianos [r], & reliquos per Meſopotamiam diſperſos, præſertim Macedonianos [s]. Condemnatæ cui ſectæ finem impoſitum fuiſſe in Nicena Synodo Oecumenica tradunt non quidem Seſſiones ipſius Synodi, ſed priuati Doctores D. Athanaſius [t] & Euſeb.[u] in Cõcilio ſuffragatores, attamẽ quorũ ſcripta in Eccleſiis probata publicã ſemper fidẽ effecerunt cum Theodoriti Chronico [x]. In quibus Montanos omitto, quos aliunde hæreticos Baronius cenſet hiuus denuo [illegible] fuiſſe quondã participes, & addit quòd in talibus conniuere, eſſet ſchiſma inducere, hæreſimq; prorſus fouere. Eã verò mox renaſci iubẽt aduerſarij noſtri tẽporis.

Tales excõmunicati

Prudentia D. Irenæi in reiiciẽda opinione falſa de illo die Paſchæ.

Idque ſine ceſſuris niſi tardiùs infligẽdis.

Veteres hæretici deinde ſubinde præditi tutores opinionis iã pridem reiectæ.

h ex vetuſtiore Socrate in Eccl. hiſt. li. 5. c. 22. ad med.

i li. 5. c. 25. alia li. 7. ca. 12. & Socrat. cit. c. 22. init.

k ca. 26. li. 5.

l à Boſco pa. 14. & 26. citatur nu. 1. & 4.

m obliuioni Demochares & Petrus Villarto in Tabulis. Ille eſt 8. ordine. & 1 ſui nominis.

n Eſt 8 ord.

o Eſt 7.

p Epiph. hær. 50 & 70. claruit ad an. 430 & Greg. Turon. in hiſtor. Fran li. 5. c. 17. ac Beda li. 5. Gent. Angl. c. 22.

q Tertul. de Præſcrip. pa. extrema, an. 180 Baron. nu. 3.

r Sozom. 7. c. 18. ad an. 130 Socrat. tunc li. 5. c. 18.

s Socrat. li. 4. ca. 12.

t Epiſt. de Synod. Ariminẽ. pa. 476. Baſileæ 1556.

u 7 ca. 10. & l. 3. vitæ Cõſtantini.

x li. 1. ca. 9. & 10 an. 390.

Ac

Ac primùm certè Lutherani in Magdeburgenſium Centuriis [y]: vbi volunt Apoſtolicos viros nullam Eccleſiæ legem dediſſe de Paſchatis feſtiuitate; ſed rem omnino liberam Chriſtianis reliquiſſe, more Nouatianorum [z]: reſtantúrque fabulas eſſe ea, quæ Paſchaſinus Epiſcopus pro illo themate ſcripſit ſub Leone Magno Pont. Max. [a] Secundò, eoſdem errores ſatis innouaſſe videntur Caluinitæ, dum nullum fixum tempus huiuſce retinent celebrationis; quin potiùs diem Iouis, proximum ante noſtrum Paſcha, celebriorem habent in conuiuio oppiparè fieri ſolito pro ſua cœnula. Quæ formula ad lunaticam vernalem Iudæorum conſuetudinem accedit. Neque etiam Caluinus celebrioris feriæ meminit, quoties ſeriò cum ſociis huius Paſchalis materiæ recordatur [b]. Sic igitur diſſident hi omnes aduerſarij ab Apoſtolica & ſucceſſiua hactenus Eccleſia Romana, hoc in articulo nūc explicitè ad fidem pertinente. Neque eſt quòd quis opponendum ritè putet, nos Iudaïſmum adhuc obſeruare in feſto Pentecoſtes retinendo, eodem die quo ſuum Iudæi celebrarunt (vt obiter dicam) proptereáque diem Paſchatis à nobis & ipſis extra Dominicum coli poſſe. Quippe nos prima die Pentecoſtes non recolimus illud memoriale datæ legis Moſaicæ, quemadmodum Iudæi: ſed igneum Spiritus ſancti aduentum euangelicum, qui ipſomet die Pentecoſtes Iudaïcæ, in diſcipulorum corda mirificè illapſus eſt [y]: equidem præfixo die quinquageſimo poſt Dominicum diarium noſtri veri Paſchatis. Hunc ideò Paragraphum cum duplici ſequaci, velut digrediendo, huc compulimus, tum vt geſta ac merita diui Irenęi pleniùs concipiat Lector: tum verò, vt conferendo fidem catholicam vetuſtiorum vnà cum fide noſtra huiuſce temporis, videat quiſquis poſteriorem Eccleſiam Romanam verè cōgnoſcere & aſſentiri cum antiqua primi ac ſecundi ſeculi euangelici. Quam totam primam Eccleſiam Caluinitæ ad quintum aut ſextum vſque ſeculum bene approbant, velut puram & inconcuſſam. Vnde vi iſtius ſui axiomatis tenentur certè nobiſcum ritè credere. Quæ noſtra methodus dirimendi obiter Controuerſias Eccleſiæ ſimul cum hiſtorica & chronologica Archiepiſcoporum ratione, valida data occaſione, profectò magis honorificum reddet & efficiet hoc noſtrum Opuſculum: dum non agat tantùm de priuatis viris primariis Eccleſiæ: verùm etiam publicam & generalem doctrinam complectatur totius Orbis chriſtiani, perindéque latiùs multò ad vniuerſam quoque Eccleſiam protendatur. Nos eum ritum poſthac Deo propitio obſeruaturi, quoties in deſcribendis Archipræſulibus Concilia ſeſe offerent circa Eccleſiæ controuerſias celebrata, quæ præſentibus iis Patribus Decreta edidère hiſce temporibus accommoda, & vtilia ad veram fidem robuſtiori quodam argumento ſtabiliendam. Quod ſemel monitum ſufficiet, pro adſequentibus in ſimili paſſim materia.

Recentiores hæretici in hoc.

Cur Author Cōtrouerſias de fide hīc dirimat & miſceat cum hiſtorica Antiſtitum Chronolog.

y Cent. 1 li. 2. c. 6. coll. 504. & Cent. 2. c. 6. coll. 119.
z Socrat. 5. c. 21.
a an. 630. Sigib. in Chro. Bellarm. to. 1. de cultu Sāct. li. 3. c. 12.
b 4. Inſt. c. 17 §. 14. &c.
y D. Th. 1. 2. q. 102. art. 4. ad 10. & q. 103. ar. 3. ad 4.

Paragraphus 5.

SEcundum Decretum aut altera Seſſio præfatæ Synodi primæ Lugdunenſis, fuit de Paſchalis ieiunij lege, ſeu vno verbo, de Quadrageſima. Quo de abſtinentię genere quondam loquutus eſt Euſebius nomine ſancti Irenæi. Etenim poſtquam ſcripſit, Irenæum *Victorem PP. ne Eccleſias antiquæ conſuetudinis traditionem retinentes alienaret, admonere,* iuxta ſui prouincialis Concilij aſſerta; continuò hæc de ipſo Irenæo ſubiicit idem Author [a]. *Et ad verbum iſta dicit, neque de die tantùm diſceptatio eſt, ſed & de ipſa ſpecie ieiunij* (inquit) *ſiquidem alij vnum ſibi diem ieiunandum eſſe putant, alij duos* (continuos) *alij plures, alij quadraginta horas diurnas & nocturnas computantes diem ſuum ſtatuunt. Et iſta ieiunantium varietas non noſtro demum tempore, ſed multò antea per illos cœpit, qui ante nos præter accuratam diligentiam, vt veroſimile eſt, rerum habentes potiùs ſimplicem & vulgatam conſuetudinem poſthabuerunt ac mutarunt. Nihilotamen minus omnes illi pacem inter ſe retinuerunt ac retinemus, etiamnum & diſſonantia ieiunij, fides concordiam commendat.* Pro clariore huius contextus expoſitione & Patrum ſuffragantium mente, tria occurrunt recenſenda, ne omnis Concilij fructus depereat. Imprimis vox *multò anteà* denotat Eccleſiaſticum id ieiunium antiquius eſſe D. Irenæi ætate. Qui cùm ſecundum Eccleſiæ ſeculum adhuc abſolueret, apertè concluditur, ipſam ieiunandi rationem ac laudem à primo ſeculo ſeu ab Apoſtolis, & perinde è vocali Chriſti mandato profluxiſſe, dum *multa fecit Ieſus, quæ non ſunt ſcripta* [b]. In cuius theſeos demonſtrationem, Canones ab Apoſtolis editi, atque à diuo Clemente Pontifice Maximo [c] promulgati primo ſubinde ſeculo, Clericis depoſitionem minantur, *ſi quis Quadrageſimam Paſchæ non ieiunauerit* [d], & inter laïcos, communionis orbationem. Reuera etiam diuus ipſe Irenæus tertio ſuo libro aduersùs hæreſes Valētini multis effert encomiis ieiunium Seruatoris quadraginta dierum [e], quod noſtri prototypum fuit. Imò ipſe adeò efficax oſtendit hoc opus ſingularis abſtinentiæ, vt inde mortui ſæpe fuerint excitati. *Per ieiunium* (inquit [f]) *& orationem multam reuerſus eſt ſpiritus mortuo.* Id verò diuinum aut Apoſtolicum præceptum exhor-

II. Seſſio: de qua[?] & quali ieiunio Quadrageſimali.

Triplex eius explanatio.

Id ieiuniū à Chriſto & Apoſtolis.

Hæretici hoc aſpellentes.

a 5. c. 16.
b Ioan. extremo.
c 4 à D. Petro ab an. 93. ad c1.
d Can. 68.
e li. 3 c. 31
f l. 2 c. 57. med.

teſcunt prorſus Caluinitæ, teſte eorum hæreſiarcha g. At nos maximè prębemus aſſenſum primitiuæ illi Eccleſiæ: adeóque in ipſius gremio fœliciter hodie conſiſtimus cum S. Irenęo & ſocus. E diametro autem aduerſarij negantes ab ea toto cœlo diſſident, quicquid conentur eludere.

g Caluinus 4. Inſtit. c. 12. §. 14. 19. 21.

2. explanat.

Affirmans verò iſta noſtra lex eſt eiuſmodi, vt in hæreſeos ſuſpicionem veniat is, qui vel ſolitarium hunc articulum de medio tollere contendit. Secundò, conſcripta ieiunij ſpecies in textu digito mõſtrat, non modò tempus ieiunandi ex pręcepto, quod ſanè pertinet ad categoricum genus quantitatis, verùm etiam manifeſtat qualitatem ipſius; quæ rectiùs dicit ac denominat eam ſpeciem, de qua ibidem fit ſermo, videlicet virtutẽ abſtinentiæ & ciborum delectum in ieiuniis eccleſiaſticis habẽdum, quem hoc generali nomine Authot ſeu Præſes Concilij Irenæus tacitè intellexit; vt non carnibus ad pruritum ſæpe concitantibus, ſed leuioribus cibis vtamur, quos in vſu cernimus pertrito, ſpectátque ad categoriam qualitatis. Vtrunque eum ſenſum h fuiſſe complexum id Lugdunenſe Conſiſtorium, facilè docent periodi Socratis hiſtorici i, qui conciſa Euſebij coętanei verba ſic ad præſens inſtitutum dilatat. Enimuerò, de quantitate, poſtquam dixit, *Irenæus Lugdunenſis in Gallia Epiſcopus Victorem per Epiſtolam fortiter adorſus, &c.* nonnullis interpoſitis ita dicere pergit pro anteriore membro: *Ieiunia ante Paſcha inuenire eſt aliter ab aliis cuſtodiri* (ait ex phraſi Græca) *Romani nanque tres ante Paſcha ſeptimanas præter Sabbatum & Dominicam continuas ieiunant. Illyrici & tota Hellada & Alexandrini ante ſex ſeptimanas ieiunium ante Paſcha ieiunant, illúdque Quadrageſimam vocant. Reliquorum autem præterea alij ante ſeptem hebdomadas feſti huius ieiuniumordiuntur: ac ſolos quindecim dies per interſtitia ieiunantes, nihilominus & ipſi tempus hoc Quadrageſimam vocant.* En hactenus temporum deſignationes & quantitas renouata in gratiam prioris conquiſitionis.

Quantitas ieiuniorum olim varia.

h tempus & cibus.

i li. 5. c. 21. med.

Qualitas etiam quondã diuerſa.

Pro poſteriore ſequitur ibidem ordine immediato ſpecies & qualitas ieiunij. *Inuenire autem licet* (inſit locus k) *non modò circa numerum dierum diſſentientes, ſed & non eandem ciborum abſtinentiam retinentes. Nam alij omnino animatis abſtinent, alij verò ex animatis ſolos piſces comedunt. Nonnulli cum piſcibus etiam volatilibus veſcuntur, illa, ſecundum Moſem, ex aquis prouenire dicentes. Alij & baccis & ouis abſtinent. Aliqui ſolum aridum panem manducant, nonnulli ne hunc quidem. Sunt qui ad nonam horam vſque ieiunantes variis cibis vtantur, &c.* De omnibus hiſce rebus diſſeruit iſtud antiquiſſimum Lugdunenſe Concilium; varias ieiuniorum formas temperauit, eas ad vniformem ritum, quantùm pro temporum ratione eidem licuit, viriliter reduxit, & Decreta compoſuit. Speciales quorum Canones ad nos etiam minimè peruenerunt, obſtantibus continuis Gentilium inſultibus in prouincia & orbe terrarum. Etenim S. Pothino anteceſſori tyrannorum manus pacatum nunquam animum ſiuerunt, nec vllam requiem, vt Gallicanum aliquod Concilium adigere potuerit in prægnante tunc Lugdunenſi Eccleſia: neque vix ſæpiùs eidem Irenæo, qui ab Ethnicis quoque ſacro tandem martyrio ibidem legitur coronatus. Attamen ipſe demum conatus eſt, vt poſſet de hoc præclarè decernere. Id verò ieiunium hodie ſatis conforme vbique terrarum habet vnicam in meridie comeſtionem piſcium, ſine ouis, caſeis, &c.

k Socratis.

Hos Canones Lugdunenſes periiſſe.

3. explanat.

Tertium & poſtremum huc compellendum eſt de culpa, ſi quæ ſit contracta in horum diſparitate ieiuniorum allata. Quam formulam non obtrectent Caluinitæ ſchiſma rurſus induxiſſe illis temporibus. Nam cùm aſſeuerent primam illam Eccleſiam extitiſſe totã ſynceram, eámque ad ſe trahant: ſanè non potuit animorum diuiſio tunc ſubeſſe in materia fidei, nec deprehendi ſciſſa veſtis Chriſti, cùm ſit inconſutilis. Sed inde mirandum, magis, quòd ipſi in extremis editionibus ſui Pſeudomartyrologij l (proh dolor!) diſertè audent cõnumerare & adiungere ſanctum etiam Irenæum inter ſuæ Sectæ Martyres. Simúlque non pudet eos Opera in id allegare Euſebij Cæſarienſis, qui de cætero Romanum Pontificem & expreſſam ieiuniorum legem agnoſcit; qualia tamen aduerſarij exhorreſcunt, & quẽ Tractatum iidem inſcribunt Perſecutio fidelium Lugduni m. Ad propoſitum verò: ieiunij ineundi diſcrepantiæ ne tantiſper fidem orthodoxam attingunt aut lædunt. Quippe eiuſmodi diſcrimina perexigua, ſunt extraneæ duntaxat ieiunij circunſtantiæ, & adiuncta, quæ minime ſpeciem rei immutant. Etiam hoc ſeculo, pro vario charitatis cuiuſque feruore, qui ſub prima Eccleſia tantopere exardeſcebat, licet iis qui volent, aſperiùs quàm lex ferat, ieiunium ſuſcipere ex eccleſiaſtico ſolo conſilio, quò præceptum haudquaquam tendit. E diametro autem diſſonantia ſeu quantitas qualitáſve ieiunij (ait Euſebius nomine Irenæi) *fidei concordiam commendat.* Et ratio eſt, quia ſaltem dum Catholici omnes crediderunt cunctis in genere ieiunandum ex vi legis, tunc & perpetuo tempore chriſtianã fide donati ſunt, quacunque tandem formâ id præſtarent, aut ab Eccleſia idem præſcribi viderent. Aut ſi voles clariùs: quomodolibet ieiunarint in qualitate, ſaltem abſque carnibus, & obſeruarint ſolitam dierum quantitatem ante ſolennia Paſchæ; certè præcepto ſatisfecerunt, ſi religiosè in eo conuenire ſolerent omnes, quòd piè ſit ieiunandum ex Apoſtolica traditione mandatum facien

l an. 1597 & 1608.

Veterem ieiunandi diſferentiã necdum intuliſſe peccatum.

m li. 1. perſecutione 4. anterioribus editionib. incipientib. ab Vuiclefo lu… nunc lib. 2.

Potiùs vnanimè fidem.

faciente. Atque eos hoc credidiſſe ſufficiebat ad ſalutem tunc temporis, donec plura clariùs. Quæ ſola rheſis ſic vniuerſim promulgata, eſt articulus noſtrę fidei, nec vix latior in talis ieiunij materia. De quo themate alia rurſus in Dalphino Archiepiſcopo *.

* nu. 38. § 3.

Paragraphus 6.

III. Seſſio circa Valentini hæreſes.

TErtium vetuſtioris Gallicanę Synodi Decretum, ſeu poſtrema eius Seſſio, verſatur circa hęreſes Valentini Epiſcopi, Gnoſticorum & ſequacium. Errores quos paſſim conſperſerant, ſunt hi. I. de variis principiis ac modis ſeu nugis in mundi creatione, vt cenſent, obſeruatis, indignis quæ huc in ſuas ſpecies deducantur. 2. de miranda Chriſti incarnatione, quam ſpiritualem duntaxat in Virginis vtero è cœlo delapſam conceperunt. 3. de corporum reſurrectione, quam planè ſuſtulerunt. 4. de Angelis, quos creatores & Chriſto congeneres effecerunt: ac de nonnullis aliis. Circa primum articulum ſcripſit Diuus ipſe Irenæus ſuis libris [n] aduerſus hæreſęs eiuſdem Valentini, præter Tertullianum [o]. In ſecundum errorem, manum calamo admouit idem Tertullianus [p]. Ad tertium ipſemet author alibi [q]. Tum de quarto themate, Diui Athanaſius [r] & Antoninus [ſ]. Déque aliis circunſtantiis, S. Epiphanius [t]. Ex quibus, tres articulos hactenus prætermiſit * Iacobus Gaulterius inter quinque articulos hæreticos de Valentinis à ſe conſcriptos in talium hæreſiarcharum picturis ac ſedula fallaciarum enumeratione, libro de Tabulis chronographicis [u]: ſcilicet primum, tertium & quartum articulum. Hinc ad cor redeamus. Apertè quidem non conſtat canonicas ſententias latas fuiſſe hac in prouinciali Synodo Lugdunenſi aduerſùs iſta Valentini portenta, & impiorum collegarum. Verùm is ritè elicitur latarum ſententiarum effectus, ex eo quòd Valentinus iam antea errores ſuos docuerat [x] ſub Teleſphoro [y], Hygino [z], ac Pio I. Pontificibus Maxim. *& prorogauit tempus vſque ad Anicetum* [a] (ſic teſte ipſo Irenæo [b]) *cui in Petri Cathedra ſucceſſit Soter* [c] *& Eleutherius* [d], ante Victorem [e] huiuſce Concilij comprobatorem. Cùm ergo tot volumina poſteris reliquerit Irenæus in errantem Valentinum, cuius hæretici fabulæ Pſeudodiſcipulos fœdarant in Eccleſiæ ſcandalum atque perniciem, quandiu Victor Romæ conſedit: ſanè veriſimilius eſt Irenæum in eadem Synodo pari paſſu decreta quædam in Valentini ſectam compoſuiſſe, taliáque refutaſſe. Quod idem thema accuratiùs in pręſentiarum non diſcutimus. Hæc de præfato Irenæi Concilio. De quo patent multò plura Parte III. prioris editionis, vbi Theologum agimus [f], extra rem chronologicam præcipui thematis huiuſce Voluminis ſola Parte prima expreſſam ibidem. Iam accedamus ad vlteriora equidem Præſulis è vita obeuntis finémque petamus.

Scriptores de ea re.

n li. 1. c. 5. o li. de Præſcrip. p. 115. Baſileæ 1562. p ibid. q pa. 107. eiuſd. lib. r cōtra Arian. ſerm. 3. pa. 315 & ſer. 4. pa. 266. Baſil. 1556. ſ in Chron. 1. par. tit. 5. c. 8. §. 6. & 7. t hær. 26. & 31. * 1. 3. 4. u ſeculo 2. c. 5. ſiue feci. au. 1615. x ab an. 145. Euſeb. 4. c. 11. & Bar. Annal. y ſedit ab an. 139. z ab 150. a ab 163. b 3. c. 4. c ab 172. d ab 181. e ab 196. f c. 1. ſect. 1. trib. Paragr.

Paragraphus 7.

Triplex hiſtoria de corpore S. Irenæi ac S. Iuſti & alius.

TAndem ergo ipſe Antiſtes Irenæus, diuulgatis eius doctiſſimis quæ patent ſcriptis, ad humanæ ſuæ peregrinationis terminos fœliciter peruenit. Circa quem viri exitum, tres auguſtas & celebriores ex eius funere conſecutas poſthac circunſtantias habemus euulgandas prima vice: quas in thecis hactenus reconditas è veteribus Manuſcriptis primi dereximus. Earúmque textus in tres Paragraphos diſtribuimus. Primum Reſcriptum eſt eiuſmodi: quatenus ſimul peroptat hoc eximium pręludium ſuę originis. Anno partæ ſalutis milleſimo
I. hiſt. ducenteſimo octuageſimo ſeptimo *, octo percelebres & religioſiſſimi Doctores Theologi è venerabili Capitulo Eccleſiæ Collegiatæ ſancti Iuſti in monte & altiore ſuburbio Ciuitatis Lugdunenſis ſuſcepti, necnon ex ſingulari Commiſſione Reuerendi Guillelmi Archiepiſcopi Viennēſis demandati, pro recognitione & releuatione facienda ſanctarum Reliquiarū in concauis eiuſdem Eccleſiæ reconditarum, deuotè in Cappis deſcenderunt intra cryptas. Inuenerunt autem ſeptemdecim ad minus corpora integra Sanctorum, tam Martyrum quàm Confeſſorum, tum Archiepiſcoporum Lugdunenſium, tùm aliorum. Pro his verò ſeptemdecim corporibus, illi octo Doctores palam in ſcriptis de veritate teſtati ſunt. Cuius ſui conatus ac viſitationis Acta in Archiuis & membranis ipſis MS. legimus, octo pariter cereis ſigillis munita, atque pendentibus. De quibus ex profeſſo verba facimus infrà ſuo tempore & loco ſub Rodolpho II. Archiepiſcopo [g]. Vniuſcuiuſque horum ſeptemdecim meminerimus ſuis quibuſque ſedibus ad verbum præfati inſtrumenti. Et primùm quidem quatuor ex his ſeptemdecim iam ſpectant ad præſentem hiſtoriam ſeu catalogum ſancti Irenæi. Ob ídque nobis iſtic præueniſſe oportuit calculum ſeu Datam pręfati Doctorum Reſcripti. Qui quatuor conſcribuntur poſtremi ex ſeptemdecim in vltima pagella eiuſdem inſtrumenti. Vnde ſuperſunt tredecim Sancti ibidem altiùs emenſi. Quos poſtmodum nos reuoluimus à SS. Iuſto & Arigio Archiepiſcopis [h], ac vlteriùs ad exitum vſque horum omnium. Rem præſentis quaternarij ſic ex typo enarraturi. *His poſitis proceſ-*

Miramur quòd ex his cryptis nō fit mentio corporis S. Baldomeri Cōf. Lugdun. vide nu. 42. § 1.

* alibi ſcribitur *octauo* ad 4. Kal. Sept. incipitque Reſcriptum *Ad honorem omnipotentis Dei, &c.*

g nu. 97. §. 2.

Septemdecim corpora ſanctorum recondita in vna Eccleſ. Lugd.

h n. 13. & 40.

ſimus

ſimus vnà cum Sacriſta & Canonicis eiuſdem Eccleſiæ ſancti Iuſti ad quandam Cryptam iuxta portam eiuſdem Eccleſiæ principalem, ſub Altari beati Ioannis Euangeliſtæ i. *In qua Crypta credebant dicti Canonici, ſicut acceperant ab antiquis prædeceſſoribus ſuis, infra quendam tumulum marmoreum perpulchrum, ſupra quem Miſſæ celebrari ſueuerunt, corpus beati Irenæi Martyris contineri. Ad habendam igitur certitudinem ampliorem prædictum ſepulchrum fractis ſerraturis & cæmentis, quibus fortiter ab antiquo fuerat obſeratum, fecimus aperiri. Ibique reperimus & oculata fide perſpeximus vnà cum Canonicis, & pluribus Eccleſiæ eiuſdem Sacerdotibus ac Clericis, caput & reliqua oſſa humani corporis cum quadam antiqua ſcriptura, quæ continebat ~~hæc verba:~~* HIC IACET S. IRENÆVS SECVNDVS A BEATO PHOTINO. *Quibus viſis, & Charta repoſita in ſuo loco, tumulum clauſimus, & ſigillauimus diligenter. Inuenimus etiam in duobus tumulis lapideis (alter* k *à dextris, alter à ſiniſtris prædicti ſepulchri S. Irenæi) oſſa quàm plurima. Inter quæ creduntur eſſe oſſa ſancti Alexandri & S. Ypipody, qui ſecundum eorum Legendas dicuntur eſſe ſepulti iuxta ſanctum Irenæum, vnus à dextris, & alter à ſiniſtris. In ſiniſtro verò tumulo eſt quoddam vaſculum ligneum, vbi eſt puluis cum ſanguine coagulato & indurato, qui creditur eſſe B. Polycarpi* l, *ſecundum quod ab antiquis & fide dignis ſuis prædeceſſoribus Canonicis memoratur.* En iam quatuor præcipuæ Reliquiæ ſanctiſſimæ, cæteris commemoratis, & rurſus efferendis antiquiores, tunc compertæ atque recognitæ. Alia præclara de ſingulis nominibus præfatorum Doctorum & de eccleſiaſtica pia releuatione ſepultorum ibidem eorundem ſanctorum corporum, multò ſeriùs ac inferiùs celebrata ſub Philippo II. Archipræſule m.

Hic quatuor

i De qua ibi crypta Authores citantur § ſeq.
k tumulus.
l ex Smyrna ſeu minore Aſia Lugdunum quondam translati.
m nu. 111. §. 4. & 5.
n 28. Iun.
o in li. matutinal. lection. Eccl. S. Irenæi Lug. pa. 55. & 56. die feſti.
p ſeu Muſini, priſco nomine p o cõſertis minutis lapillis marmoreis verſicoloribus, vulgò Marqueterie, aliter, faict à la Moiaique. De qua vlteriore voce Paradions p. 159. forſan à Græco o mine n voca, i. ſignificatio, aut à verbo fat. ... dam: vel etiã compoſitũ à prònomine ... cum nexionum, vel tandem à ... e inſinit. i. exornare venuſtius.
q verſib. ad paucté impreſſis literis ſub vitro ſo auiato colluceonbus, & à S. Patiente fabricatis infra ou. 14.
r no. 1. 6. 1. & Sorius de illo tumulo S. Iren To. 7. pag. 1. 8.
f Lectionum cit.
t die Iouis penult. Apr. 1562.
u nu. 4.
* li. 1. de miſac. c. 50 & de Glor. Cõf. c. 64.
x in Matyro. 4 Kal. Iul.
z obiit an. 700.
y §. 4 & 5. & nu. 111. §. 4. & nu. 113. §. 7.

Paragraphus 8.

II. hiſtoria. SEcundum propoſiti Irenæani Reſcriptum prodit quidem ex vetuſtiore orthographia, nimirum ex matutinalibus Eccleſiæ ſancti Irenæi lectiunculis, vt pote quarum etiam textum efferunt Beda & Gregorius Turonenſis altioris ætatis quàm præfati octo Doctores. Attamen eum iſtic poſteriori loco ſubmiſimus; quia latior recognoſcentium Doctorum ſcriptura huic breuiori concipiendæ viam parat egregiam. Itaque ſic habet ſtrictiùs idem autographum. *Cùm tempore gentilitatis perſecutio Seueri in dicta Lugdunenſi ciuitate inſaniendo debaccharetur, ac interfectis ibi decem & nouem virorum millibus, exceptis paruulis & mulieribus, is longo atque glorioſiſſimo coronatus martyrio* n, *tandem hoſtia Chriſti factus eſt* o. *Sepultus à Zacharia Presbytero in crypta Baſilicæ Beati Ioannis Euangeliſtæ ſub Altari, quæ in colle antiquo muſini* p *& auri puri opere* q *extructa eſt: cui corpori ab vno latere Epipodius, ab altero Alexander eſt tumulatus.* En duo ſancta laicorum corpora ſub finem textus: eáque priùs ibidem collocata, de quibus iam ſub D. Pothino nos antea r. Quæ ſanè ab inuicem mox recedebant, vt medium corpus excellentioris ſancti ac Sacerdotis admitterent. Reale verò Irenæi martyrium liquet exactiùs & dec... ...ùs ſequenti Numero 3. §. 2. De cætero autem, hoc Manuſcriptum in lucem non editum, at n... ...uo typo dignum f, nos ipſi legimus ſuperſtitem & incolumen, ereptum ex Baſilicæ ruinis, & capta vrbe à Caluinitis hoc noſtro ſeculo t. Eccleſiaſticę cuius hiſtoriæ partem duntaxat exſcripſêre S. Gregorius Epiſcopus Turonenſis, S. Beda, ac Petrus de Natal. abſque vlla Chronici ratione. Qui cuncti Authores vix aliunde creduntur eam ſuam deprompſiſſe hiſtoriam, quàm ex iſtà primęua ſcriptura, velut riuulorum ſcaturigine: maximè quia Gregorius ille conſanguineus ſancti Nicetij Lugdunenſis Archiepiſcopi ſuo pôſt æuo Lugduni diuerſabatur, vt paſſim liquet infrà ex ſancti Helij hiſtoria u, ac reliquis eius Operibus. Maximè vbi ſcribit ex Epipodij tumulo ac puluere frigoreticos ſanari incolumes *. Et profectò iam tunc aderat Sacellum aut Baſilica ſancto Ioanni ſacra in præfato monte extra vrbis mœnia: at non Ioanni Baptiſtæ, neque tanquam ſemen aut ſitu forraſſis, conſecutę poſtea inſignis Eccleſię Cathedralis ſeu Primatialis in valle ciuitatis, hactenus profectò dicatę eidem diuo Baptiſtę ab antiquis temporibus; quod tamen nonnulli perperam arbitrati ſunt affirmandum & inferendũ eſſe ex diſtinctis textibus Gregorij Turonenſis, necnon ex apertiore venerabilis Bedę z. Nam reuera, etſi Beda ſubiecerit vocem *Baptiſta* ad nomen Ioannis vniuerſim conſcriptum à Gregorio centum annis vetuſtiore x, & ſine diſcrepantia: attamen circunſtantię *collis in crypta S. Ioannis Euangeliſtæ*, quas habet Manuſcriptum ex priſca fluens traditione, tutiorem videtur fidem efficere; & recentius Doctorum exemplar fusè docet eandem cryptam Ioannis Euangeliſtæ extitiſſe, ſiue in Prioratu S. Irenęi, ſiue in Eccleſia Collegiali D. Iuſto ſacra, conſtructis in eodem monte, in quo patent etiam ędificia clauſtralia vtriuſque Baſilicę, haud multùm remota ab inuicem. De alterutro autem loco pręciſo, in quo potiùs latuerint ſacra illa oſſa, & quodnam ſepulchrum ſit illis pręferendum, vide Numerum tardiorem CXII. y Hinc ergo integerrima autographa, quę nunc recèns diuulgamus inſtar originum, & quę necdum talia ad multorum notitiam peruenerunt, ſoluunt nodos, & detegunt tegumenta notę confuſę ſeu imperfecti calami præfatorum authorum.

Martyrium S. Irenæi.

Ipſius ſepult.

Parag.

Paragraphus 9.

III. hiſtoria.

TErtium atque poſtremum reſcripti genus eſt de funeſtis illis euentibus, quos elapſo mox æuo molita eſt rabies caluiniana, illo quo ſtylo patent in publicis chartulis Eccleſiæ diui Iuſti reſtitutæ, eóque ibidem à probatis & eruditis viris accepti damni teſtibus conſcripti hiſce notis: *Caluiniſta animo prorſus dementati, anno à partu virgineo M. D. LXII. die XXIX. menſis Aprilis Lugdunum occuparunt, & die trigeſimo templa vaſtarunt. Primo May, die ſubſequenti ſacroſanctas Baſilicas Diuorum Irenai & Iuſti ingrediuntur ac tenent: in quibus virus ſuum* [a] *Turcicè concionando, ſicut & tunc per vniuerſam Galliam, ſpargere conati ſunt aduersùs ſacroſanctam Euchariſtiam, res Deo ſacras, templa, monaſteria, calices, & id genus alia. Reliquia, memoria, praclara ſanctorum Irenai & Iuſti oſſa ac veneranda corporis, pignoráque religioſis capſis & elaboratis Mauſeolis, iiſque columnis marmoreis ſuffultis contenta, perfracta, defoſſa, protrita, & in cineres conuerſa fuerunt* [b]. *Atque vt intactum nihil relinquerent, antiquiſſima & ſplendidiſſima beatorum Irenai & Iuſti templa in altiore ciuitatis ſuburbio exiſtentia à die 27. eiuſdem menſis May ad Septembrem vſque diruta & funditus euerſa fuêre. Quibus exactiùs commemorandis propter legem* ... [*], *prudens, lubénſque superſedeo. Duntaxat moneo, quòd anno M. D. LXIII. die IV. Iuly, Lugdunenſes, aut eorum detentores haretici Chriſtianiſſimo Regi ſe dedunt, & Catholica apud illos religio reſtituitur. Tum anno M. D. LXXII. die 28. Iunij charum & venerandum caput S. Irenai, à quodam catholico piè antea in ipſa ſtrage ſubreptum & abſconſum, ac effoſſa humo in loculo non longè à porta vrbis paulò pòſt repertum, cum ſumma celebritate à Reuer. Archiepiſcopo Lugdunenſi Domino Antonio de Albone ad Eccleſiam cathedralem diui Ioãnis honeſto ibi conditum loco defertur. Extat nunc recẽs & per anguſtum intra mænia ciuitatis Sacellum* [c] *in honorem & memoriam venerandi Iuſti excitatum, ac propriis Canonicorum ſeu Capituli expenſis extructum: quia anterioris vetuſtiſſimi Templi ſola remanent rudera. Cuius noua ædis iacta ſunt fundamenta, & ab ipſo Reueren. Archiepiſcopo benedictione ſacra donata, die V. menſis Aprilis, anni* M.D.LXXIV.* *Hac autem inſcriptio lapidi pracipuo adiecta eſt. Illuſtris vir Iuſtus D. Turnonis, Comes Roſſilionis, per Procuratorem hoc primum iecit fundamentum anno prafato, pridie Nonas Aprilis. Quo in loco non deſunt varia quaſi ex naufragio relicta ſacrarum Reliquiarum fragmenta* [e]. *Illic adhuc videre eſt ſublime & honorandum ſancti Iuſti caput argentea mole circumtectum, priſcum & ſuſpiciendum infantis corpuſculum ex infanticidio illo furentis & veſani Herodis in Bethlehem Iudaa olim perpetratũ, iſtuc deportatum. Apparent quoque Reliquia ſanctorum fratrũ Machabaorum, & catera id genus non minùs pia quàm veneranda.* Hæc de publicato Eccleſiæ S. Iuſti apographo habuimus in medium efferenda, maximè pro vtroq; Sancto. Quos tres de ſacris ipſis corporib. paragraphos vix hactenus ſingulos diligenter ſatis aduerterunt Cuſtodes ſacrorũ anterioris ac noſtræ ætatis. Et vltimum hunc in id thema paragraphum, quem alioqui ad numerum CXXII. differre oportuiſſet ſub Antonio, ſuo quaſi loco: decenter tamen huc ſuſtulimus eodem pede ac typi ordine.

Sepulchra Sanctorum olim excellentia Lugd.

Poſtea diruta cũ Tẽplis ab hæreticis.

Reliquiæ partim ſaluæ.

Paragraphus 10.

Tẽpus mortis S. Irenæi.

204. AD extremum verò, eiuſmodi Irenæana mors violenta [f], etiã tum illata eſt Leonidi Origenis patri apud Alexandriam, in quinta Eccleſiæ perſecutione ſub allato dudũ Imperatore Seuero, ex Adone Viennenſi [g]. Quæ omnis carnificina, ex Baronio [h], facta eſt anno ducẽteſ. quarto, Zepherini Papæ anno I. & ipſius Seueri anno X. Tametſi MS. libellus alioquin alibi diarium extulerit [i], teſterúrque pariter [k] ipſius Irenæi ſedem extitiſſe ſub Aniceto [l] Pont. Max. citiùs paulò quàm hic allegauerimus ex cęteris ſcriptorib. Exin Protoptimatis officiũ celebratur IV. Kal. Iulij, ex cunctis Martyrol. & Breuiar. cúmque dicit Cãpegius in colle [m] capitis damnatũ. Vnde ſacrum ipſius corpus iacet in Eccleſia hodie ſui nominis, ex Sarrazinis ſcilicet antequam Caluinitæ eã cum ipſis Reliquiis diripuerint. Quos rurſum Tabularios Scriptores videmus ſuũ nudum omnem catalogum mutuatos eſſe ex veteri Homiliario, ſeu antiquiſſimis duobus Martyrologiis ſolùm nomenclatorib. eiuſdem Eccleſiæ, tanquam è primario fonte, mox ſanè deperditis & laceris à tempore hoſtilis prælibatæ inuaſionis ciuitatis. Verùm habemus ad manus fidele exemplar originarij ipſius voluminis extremi Homiliarum, à ſtudioſis exactiore calamo conſcriptum ante mœſtos illos oppreſſæ vrbis annos, ex ſingulari Chriſti gratia: vt ſcilicet inter conferendum, omnem veritatis conſequentium Archipræſulum indaginem tutiùs exploremus. Pro exitu certiorem facimus Lectorem, quòd tandem ſancti Irenæi meminère Vernetus Carthuſianus [n], in Faſciculo temporum, Regnionis Chronicon [o], Hermannus [p], & Gotfridus Viterbienſis, ſub Commodo Imperatore decimoquinto ab Auguſto: qui hos addit verſus:

Genus martyrij & nomenclatura ſubſequentiũ.

Homiliarũ Volumen, & alij horum Scriptores.

a per Petrũ Viretũ Miniſtrũ eorund.
b impiè & indignè.
* obliuionis inturiatum.
c Eccleſia prorſus Collegialis.
* aut 1564.
d fundamẽ:i. e tunc occultata, & hactenus aſſeruata. Singula ego Author vidi.
f Pet. Opmerus in ſuo Chronographico dicit, quòd tunc ab effuſione tã multi ſanguinis Araris fluuius, deinceps Sangona dictus eſt. Antuerpiæ, 1611 p. 241.
g ſub anno 195.
h In Annal. to. 2. Antuer. pa. 307. & du Rubix l. c. 15.
i an 194. ex pa. 2 §. 1.
k pag. extrema Manuſcr. vbi dicitur Irenæum ex Græcia oriũdũ, ac legitur Martiniana Anceſũ PP. ex Patre Ioãne natum de vico Myriſci, ſedémque cœpiſſe ann. 165. per ann. 9. menſ. 1 & Pontificatum ceſſaſſe dieb. 15 Cui conformis eſt S. Antoninus Florent pa. 1. tit. 7. c. 6. §. 1.
l At Genebr. in Chronol. ſtatuit menſes 4. dies 13 & ſedem vacaſſe dies 17. cũmque cœpiſſe an 161.
l obiit an 175.
m Forumano, aut iuxta.
n p. 40. & 44.
o li. 1. pag. 4.
p Contract. ad annum 160.

Præſulis Irenÿ ſunt dogmate clarificati,
Quoſquos Lugdunum, ſiue Vienna capit.

Atque tandem, in autographo Inſulæ barbaræ ter ſuprà inchoato [q], hæc quarta vice conſequenter perferuntur. *Corpus etiam ſancti Peregrini Confeſſoris ibi quieſcit: qui tempore B. Irenæi euadens Lugdunenſem perſecutionem abiit apud Inſ. barb. eremiticam ſeu monaſticam vitam ibi ducens.* De ipſo his temporibus florente ſcripſit Paradinus [r]. Eius feſtum 28. Iulij. Déque eo ad Numerum 18. extremum.

---

* ſedentis ab anno 200. ad 238.

III. *Paragraphus* 1.

Ad ann. 205. 238.

SANCTVS ZACHARIAS claruit tempore Paracodis Epiſcopi Viennenſis* & vſque ad imperium Maximini, ex Adone [a] Viennenſi. Maximinus autem capeſſiuit ſceptrum anno CCXXXVII. Quo adhuc anno vt minimùm, vel etiam ſequente, præerat Lugduni Zacharias, ex Chronico Adoniano. Igitur certè idem Zacharias in ea ſua Sede percurrit annos XXIII. iſtis ordine tunc imperantibus: nimirum ſedit ac piè floruit ſub Imperatore ſeptimo Seuero [b], duobus Antoninis dictis Baſſiano Caracalla [c] & Geta, Opilio Macrino, quem ſolùm hîc ritè commemorat Paradinus [d], itémque ſub Marco Aurelio Antonino cognomine Heliogabalo [e], & ſub Alexandro Seuero [f]: ſedentibus prætereà Romæ Pontificibus Maxim. Zepherino [g], Calixto [h] ac Vrbano primis [i], & Pontiano [k] ad annum quintum aut ſextum ſuæ Sedis: depromptis ſingulis ex ſacro Annaliſta Romano, quem recentiorem adſequimur: quia aliter ſentit Genebrardus [l] de horum omnium nominibus & tempore. Minimè verò ſedit noſter Zacharias ſub Imperio Commodi, quod tamen ita confirmat Paradinus. Nam Commodus imperitabat ab anno centeſimo octuageſimo ſecundo ad centeſimum nonageſimum quintum, ſedente Lugduni D. Irenęo, idque poſt Marcum Philoſophum Aurelium, ſub quo obierat S. Pothinus, ex computis Baronianis. Cæterùm fertur quidem ipſum Zachariam ab eodem Irenæo ad martyrium vocato ſucceſſorem illico delectum [m] & nominatum. Hac enim generaliori formula loquendi vſi ſunt illi recentiores. Sed hi neſcij reconditorum Eccleſiæ Archiuorum, nullam ſui dicti fidem adſtruunt, quanta ſit meritò facienda in hoc iaciundo fundamento. Verè tamen in facto opinantur & narrant. At ne mox ampliùs hæſitationi relictus ſit locus aliquis: inſolitam atque tutiſſimam ſucceſſionis cauſam hîc recèns inſerimus. Quippe vt pergamus

Mira electio Zachariæ.

detegere reliquum veteris abſconditæ literæ Manuſcripti Eccleſię Lugdunenſis, quã mox ex intimis penetralibus hauſimus, *poſtquam S. Irenæus noctem peruigil in oratione tranſigeret, ſupplicante ſecum beato Zacharia Presbytero, medióque ferè noctis, Angelus Domini ingenti aſtitit claritate, & ſancto Sacerdoti loquutus eſt* [n]: ſic deinde adiicit antiquior ille textus non editus, dum continuam vocem Angelicam diuinitus reuelatam exprimit, dicerèque pergit: *Zachariam quoque Presbyterum ſollicitè latere facito* (ait Angelus) *qui poſt tuum abſceſſum tibi ſucceſſor exiſtens, confirmet fratres in Chriſto* [o]. En cœleſtis prorſus & egregia ſucceſſionis declaratio, Pontificio deinde calculo Romæ comprobata ex more, vti perſuaſum debet eſſe cuique poſt validũm id teſtimonium. Quem ſuccedendi modum, qui canonicum perſcrutinium excedit, vix annotarunt ſuperioris ætatis Authores, vt rem ad poſteros tranſmitterent. Hunc verò Antiſtitẽ vnicus Sarrazinus ſcribit Martyrem. Et liber manuſcriptus ter dicit [p] de emortuo S. Irenęo, *quòd noctu à ſancto Presbytero Zacharia corpus eius in crypta abditiſſima cõditum eſt*, videlicet in allegatis Baſilica & Altari ſuprà ſub D. Irenęo. Simuléque periodum obiter poſtea edixit

Alius Zacharias ibi tunc Presbyter.

venerabilis Beda [q]. Ex quibus profectò facillimè turſus inferendũ creditur, hunc ipſum eſſe Zachariã, qui proximè poſt S. Irenæum factus eſt Archiepiſcopus Lugdunẽſis, quémque locamus à fronte: Quãtumuis certè eũ ad pium id cathedralẽ officiũ non nominet Gregorius Turonenſis [r], neque Beda ad ſucceſſionẽ. Iſtéque tertius Præſul nõ eſt profectò alius ille Zacharias Presbyter denuò Lugdunenſis, itémque ſanctus, qui antea propter Chriſtum trucidatus eſt cũ B. Pothino apud Vſuard. in allatis ſuprà [ſ]. Ex cõmemoratis tandẽ meritò concludendum, quòd nomen Baſilicæ & Altaris ſupponit iterum adeſſe Eccleſiam iam eo æuo Lugduni fundatã, chriſtianis vſibus inſeruientẽ, atque ritu eccleſiaſtico cõſecratam: veluti ſatis

Altare.

docet ipſum Altare, totum ex ſe ſacrum, nomen ſemper auguſtum nullibi vnquã profanum, imò neque ita permiſſum abs inane à tempore legis naturæ [t] & hactenus, quin neceſſariò ad diuina tantùm myſteria conficiẽda deſtinetur, & referatur [u]. Nam etſi illis adhuc diebus ingraueſceret crudelium paganorũ in Catholicos furor exæſtuans ſacra libamina præpedientium: tamen ſuprà ex Gregorio Turonenſi Eccleſiam iam tũc Lugduni conſtructã legimus, pro reconditis priorum loci Sanctorum Reliquüs etiam ante Irenæi Martyrium.

[q] an. 1 §. 3. [r] li. 2. c. 106. [a] loco cit. ſub 295. Scripſitque Ado verſùs vſque ad an. 900. [b] an. 12. ipſius, & ſal. 205. ad 212. [c] ab an. 213. [d] li. 1 c. 33. [e] ab an. 237. [f] ab 225. poſt quẽ Maximinus [g] ab an. 204. poſt Victorẽ. [h] ab 222. [i] ab 227. [k] ab 243. [l] li. 3. Chronol. [m] Parad. ſupra, & ex collectis à Claudio Rubys li. 1. c. 32. [n] hoc tantũ cõmemorat Rituale editionis hodiernæ Breuiarij Lugdun. 28. Iunij. Lect. 7. [o] Hæc addit & Manuſcriptũ Lection. matutinal. Monaſterij S. Iren. Lect. 9. pa. 22. Similiáque ferè inſeruntur Lect. 9. in vetuſtiſſima ſeu 1. impreſſione Breuiarij, cui titulus eſt. Breuiarium Cameræ ad vſum Eccleſ. Lug. in folio, fol. 252. [p] loco cit ſub Iren. in libell. pa. 59 [q] in ſuo Martyrol. ad 4. Iul. [r] li. 5. hiſtor. Franc. c. 1. [ſ] an. 1. §. 1 & Euſeb. cit. Vſuard. in Martyrol. ſuo 2. Iunij, item Ado Vienn. [t] Nos Gen. 8. v. 20. Abrahã 12. 7. c. 13. 18. c. 22. 9. Iſaac 26. 25. Iacob 31. 10. [u] Bellar. To. 1. Contron. 7. li 1. c 4. & 5. Tom. 2. de Eucbar. li. 4. & de miſſa li. 1. c. 1. 14. & 16. [ſ] 2. c. 106.

Paragra

Paragraphus 2.

Amplior deſcriptio martyrij S. Iren. & Epiſcopatus S. Zachar.

SEd, vis de gratia, Lector beneuole, vt mox Sanctorum Irenæi & Zachariæ communi iure hiſtoriam tibi opportunè offeramus, pleniorem paulò quàm ſuprà [a] præſtiteramus. Sic enim videtur hoc loco æquiſſimum. Rem verò ex Matutinalibus prælectionibus inueſtigamus in priſcis alijs Manuſcriptis hærentem: equidem prolixiorem & magis ingenuam, quàm ferat editio poſtea Breuiarij Cameræ Lugdunenſis [b], & alia recentior noſtræ ætatis [c]. *Cùm prædicti Antonini Seueri edicta ferialia toto orbe Chriſtianorum detonarent* (inſit locus) *adeò vt magnitudo perſecutionum præſentem mundi interitum minaretur, exurgente contra ſe bello ciuili, idem Seuerus in Galliam tranſgreditur. Interfectóque apud Lugdunum Claudio Albino, qui ſe Cæſarem fecerat* (ſic cognomen ipsius coniunctiuè ex hiſtoriographis [d] meliùs quàm diiunctiuè, *Claudio & Albino qui ſe fecerant, &c.* in editione Breuiarij Cameræ) *audiens quòd beata ciuitas per ſanctum Irenæum ſuis contrairet ceremonijs, ſecundum ſua rabies morem ferociſſimos gladiatores elegit. Et vndique eos vrbem circundare præcipiens, ait: præcludite portas, circumuallate domicilia. Et quicunque Dijs noſtris non ſacrificauerint, gladio vindice trucidate. Sed Chriſti pietas antea ſancto Irenæo imminens periculum Angelo nunciante mandauit. Nam cùm noctem peruigil in oratione tranſigeret, comitante ſecum beato Zacharia Presbytero, medio ferè noctis repentè Angelus Domini cum ingenti adſtitit claritate: ſicque ſancto Sacerdoti locutus eſt.*

Angelus.

O fideliſſime Chriſti miles, dux exercitus candidati, Dominus te poſt multos labores cum populo tuo per martyrij triumphum ad cæleſtia regna inuitat. Conforta ergo fratres, vt ſit eorùm intrepida germanitas, quos pro Chriſto, quem plena fide diligunt, iam eos adueniente homicida glorioſius martyrij agon expectat. Ne timeant antiqui hoſtis minas, nec eum qui occidit corpus, animam verò occidere non poteſt. Et illos quidem vnius horæ paſſio conſummabit. Te verò certamen prolixius, & glorioſior manet triumphus. Zachariam quoque Presbyterum ſollicitè latere facito, qui poſt tuum abſceſſum tibi ſucceſſor exiſtens, confirmet Fratres in Chriſto. Audiens hæc ſanctus Irenæus, dixit: Gratias ago tibi, Domine Ieſu Chriſte, lumen æternum, ſplendor iuſtitiæ, fons & origo pietatis, quia ita me per Angelum tuum lætificare & confortare dignatus es. Da, Domine, & huic populo tuo conſtantiam, vt

Diuina vocatio S. Zachar. & oratio S. Irenæi.

nullus ex eis à tui nominis confeſſione diſcedat; ſed virtute confirmati, ſanctæ promiſſionis tuæ brauiũ triumpho nobili conſecuti, immortalitatis gloriam moriendo adipiſci mereantur. Et oratione completa, confortare cœpit Fratres in Chriſto. Erogabatur ſubſtantia in pauperes. Flagrabat in eis florentiſſimus martyrij odor * *: diebúſque & noctibus colloquijs diuinis & orationibus vacabant: expectantes horam à Chriſto ſibi denunciatam. Igitur iniquiſſimus Cæſar circundata à militibus vrbe conditionem propoſuit, vt ſi quis vllum Chriſtianorum dimitteret ſeu defenſare voluiſſet, ipſe ſimilem ſententiã damnationis exciperet: vt nobis, inquit, liceat in ciuitate noſtra ceremoniari, & libamina Dijs noſtris offerre, qui nullo modo patiuntur ſacrificia ſua cum ſacrificijs Chriſtianorum miſceri* [e]. *Cædebantur ergo paſſim vniuerſi, nulla ætas, nulla conditio omittebatur, quin omnes prompti & alacres animas pro fidei libertate tradentes, gladijs tota vrbe necarentur. Adeo vt plateæ fluerent pretioſi ſanguinis riuis; & vicina flumina nimio interfectorum cruore infecta rubeſcerent. Sanctum verò Irenæum impijſſimus Cæſar iuſſit conſpectibus præſentari. Tantáque in eum rabie crudelitatis exarſit, vt ſæuitiæ eius ſpecies ſingulas enarrare prolixum ſit. Liber tamen ipsius paſſionis pleniùs de his eloquitur* [f]. *Cúmque inuictum Martyrij ſui conſummaſſet agonem, noctu à S. Presbytero Zacharia corpus eius in Crypta abditiſſima conditum eſt: ſuper quo nunc Altare conſtructum teſtatur eſſe placens Deo hoſtia, &c.* En hiſtorica vetus narratio de vtroque Antiſtite, multò ſolidior & exactior.

Sepelitur Irenæus à S. Zacharia.

[a] an. 1. §. 8. & hoc 3. §. 1.

[b] fo. 252. die 28. Iun. feſt S. Iren.

[c] fo 452. Lug. 1584.

[d] Nam tres primi Claud. diſiuncti imperarunt ab an. ſal 16. ad 54. & Flauius Claud. 2. ab an. 270. At Claud. Albin. ſolo an. 195. ad præſens tempus.

* vel ardor.

[e] hinc ex cõfeſſione etiã paganorũ in Eccleſia primitiua offerebatur ſacrificiũ externũ cõtra Caluiniſtas huius tẽporis, quod eſt vnicũ incruentũ corporis Chriſti in Altari.

[f] non peruenit ad hoc ſeculum.

Paragraphus 3.

Sancti aduenæ ad S. Zachariam accedentes.

VErùm operæpretium eſt alia rurſus de eodem S. Zacharia iſtic delineare. Et quidem ſanè in perantiquis Manuſcriptis & documentis nuper repertis apud Monaſterium Diuionenſe, textum adſequentem mutuati ſumus ex vita S. Benigni [a] quondam Martyris ibidem, & in Gallias miſſi cum SS. Andeolo [b] & Andochio [c] à B. Polycarpo. Ait nanque hiſtoricus illorum temporum. *Sequenti die Adriaticum pelagus ingreſſi* (hi tres) *curſu celeri ad Maſſiliam vnda famulante deuecti ſunt. Inde Rhodani fluminis oſtia penetrantes, qui per nouem ora maris ſeſe vertiginoſius inſinuat, Lugdunum perueniunt, quæ eſt Vrbs metropolis Galliarum. Illic ſanctum presbyterum Zachariam reperiunt, qui tunc grauiſſima ſub Seuero Imperatore perſecutionis procella detonante; inter Martyrum ſepulchra deliteſcens fluctuanti Eccleſiæ diuinum aduenire precabatur auxilium.* Tum in eodem Chronico Benigniano iſta paucis interiectis ad propoſitum commemorantur circa tres illos quaſi Legatos in Galliam Apoſtolos: nimirum: *Eos accepiſſe poteſtatem miniſterij Eccleſiaſtici ab eodem ſancto Zacharia.* Quæ duplex periodus cùm hodie in paucorum notitiam interdùm venerit nobiſcum: ipſi vertunt in dubium, an hiſtoria verè de hoc Zacharia ſermonẽ inſtituat: & dicã vlteriùs, id renuere prorſus conãtur.

[a] 1 Nouemb.

[b] apud Viuarienſes.

[c] Heduæ ſeu Auguſtod. duni, 14. Apr.

Enimuerò abitrantur locum potiùs loquutum de Zacharia ſolùm Martyre ſuprà in dino Pothino d, non autem de iſto Zacharia Confeſſore & Lugdunenſi Pontifice. Rationem adſtruunt, quòd veriſimile non ſit eam miſſionem à ſancto Polycarpo enixam tam tarda molimina habuiſſe. Quos ego opinatores vt ea in re opituler, adhuc ſubiicio Baronium hæc ferè ad propoſitum inſuper commentatum fuiſſe de ſancto Benigno. *Non ab Aureliano* (inquit e) *Imperatore, vt aliqui putant, ſed ſub Marco Aurelio paſſus habetur.* Nos verò mox ad vtrumque reſponſuri: cenſemus primò Diuionenſem hiſtoriam verba facere de vno iſto Zacharia Antiſtite; ex eo quòd illi tres ſanctiſſimi orientales ad eum peregrini multam paſtoralem ab ipſo facultatem conſequuti ſunt, vt pote miniſtrandi Sacramenta & concionandi in ſua Lugdunenſi prouincia ſeu Gallia: quale profectò ſuperioritatis aut iuriſdictionis munus nequiuit cæteris conferre prior ſanctus Zacharias ſimplex Sacerdos, & homo priuatæ doctrinæ aut conuerſationis. Nec verò mirum ſi ille Lugdunenſis Archimandrita dicatur abſolutè Presbyter in illa hiſtoriola: vnde iuuet oppoſitã ſententiam. Quippe antiquitùs Epiſcopi nuncupabantur vno nomine Sacerdotes aut Presbyteri per antonomaſiam f: etiam maximè quia in illis fidei euangelicæ primordiis ac rudimentis Epiſcopus conſpiciebatur impreſſum paſſim adhuc ſolus habere plerumque ſacrum characterem in tota ſua Diœceſi ſeu Parœcia, cùm alij pauci tum temporis ad eccleſiaſticos Ordines ſtatim non promouerentur. Supereſt ergo præfatæ Chronologiæ obſtacula paucis remouere. In cuius ſolutionis gratiam videntur hi tres facilè per medium iter diarium alibi ſæpe concionando diuturnum ferè tempus per multos annos conſumpſiſſe, priuſquàm Lugdunum peruenirent, quò perinde tandem appulerunt ſub hoc III. Epiſcopo Irenæi defuncti ſolium occupante. Secundò, nos ſententiam Baronianam credimus non ægrè ſatisfacturam; ſi medio gradu incedentes, dixerimus ſanctum Benignum minimè quidem perueniſſe ad Aurelianum vſque Imperatorem: idque lubens fatemur: vt pote qui regnauit duntaxat ab anno CCLXXXII. Sed nobis perſuaſum eſt, ipſummet Benignum ſub imperante Marco Aurelio Antonino Heliogabala g paſſum, conſimilis appellationis, ad cuius ſeculum aſpirare ſaltem potuit Benignus, tanquam Polycarpi diſcipulus, vt opus non fuerit, vel planè neceſſarium, eius martyrium trahere in aſcenſum ad Marcum vſque Aurelium Philoſophum morientem anno CLXXXI. Sic itaque medios greſſus capere, erit fortè tutioris veritatis ſemitas carpere, pro maiori tutamine Zachariæ pontificalia piè exercentis & extendentis erga religioſiſſimum Benignum ac ſocios, non iiſdem annis aut locis animam exhalantes.

Ab eo ad diuina multos.

Cõtrouerſia de borum tempore.

d n. 1. 5. 2.

e in Martyrol. 1. Nou.

f diſtinct. 93. c. 24. Legimus. diſt. 93. c. 5. Olim ex D. Hieron. poſt Paulũ Apoſt.

g ab an. 220. ad 223. & Democh. lib. de Miſſæ ſacrif. c. 28. dicit, *corpus eius Diuioni in templo ſui nominis magnifice conditum ſub Aureliano Imp. an. 270.*

IV. *Paragraphus* 1.

SANCTVS HELIVS Confeſſor & venerandus ſenex, ex Paradino a: apud Campegium vocatur *Helias*. Is clam & raptim ſepultus eſt à Chriſtianis Lugdunenſibus in crypta. Sic enim mixtos ſibi paganos tanquam hoſtes domeſticos metuebant ciues orthodoxi. Et ſacrum cadauer honeſtarunt ſuo tumulo, ſuiſque aliis inſulis Pontificalibus: qualia tunc Catholici Clericis decedentibus è vita apponere ſueuerant, nec videbatur eis talia detrahere liberum facilè ſatis fuiſſe. Quas veſtes ſacri Altaris Ethnicus aliquis noctu furari nitebatur, & ſacrilegium palam committere ad collucentem vſque auroram. Ei autem nefario prædoni id totum accidit, quod videndum offero lectori, quale ad verbum depromimus ex diuo Gregorio Turonenſi Epiſcopo, piòque hiſtorico b, & Nepote S. Nicetij Lugdunenſis Archiepiſcopi XXXIV. annis trecentis poſt hunc D. Zachariam. *Dum quadam vice ad occurſum ſupradicti Pontificis* c *ambulaſſem* (inquit) *& loca ſancta Lugdunenſis oppidi circuirem, vir ille qui nos præcedebat, ad cryptam beati Helij inuitat ad orationem, dicens, Quia magnus Sacerdos in hoc loco quieſcit. Cúmque oratione facta ſancti tumulum admirarer, & tacitus de meritis eius aliquid interrogare cogitarem, aſpicio in oſtio eſſe ſcriptum, qualiter ſepulchri violator corpus ſpoliarit exanime. Inquirens verò cauſam, ſi hæc vera eſſent, quæ in oſtio picta cernebantur, vir mihi talia retulit. Sanctus Helius tempore paganorum in hac vrbe fuit Epiſcopus: qui defunctus, ſepultus eſt à fidelibus. Nocte autem ſequenti veniens quidam paganus, lapidem qui ſarcophagum tegebat, reuoluit: erectúmque contra ſe corpus ſancti conatur ſpoliare. At ille extenſis lacertis conſtrictum ad ſe hominem fortiter amplexatur, & vſque mane populis expectantibus tanquam conſtipatum loris, ita miſerum brachiis detinebat. Igitur Iudex loci, violatorem ſepulchri iubet abſtrahi, ac legali pœna ſentẽtia condẽnari: ſed non laxabatur à Sancto. Tunc intelligens voluntatẽ defuncti, facta per Iudicẽ de vita promiſſione, laxatur, & ſic incolumis redditur.* Poſteaque ſubdit ipſe Author: *O verè ſanctam vltionẽ pietate permixtã: retinuit hominem, vt argueret: ſed tradi non permiſit ſupplicio, quem iam reddiderat emendatum.*

Miraculum iſtius Antiſtitis vita defuncti.

a 1. c. 33. & li. 2. c. 73. & c. 106

b li. de Glor. Conf. c. 62.

c S. Nicet. infrà n. 34. Hũc concipit author, de quo is ſub anteced. c. 61.

En

Feſtum inde miraculorũ.

En præclarè geſta. Quam ob rem ſanè nonnulli Feſtum *Mirabilium* ſeu miraculorum, quod aliquando viſum eſt Lugduni obſeruatum, credebant poſtea illinc emerſum; eò referentes publicam eiuſmodi proximis inde ſeculis conſequutam celebritatem, & cuius ſolennia adhuc viſa ſunt tempore Petri Sabaudiæ Archiepiſcopi ad annum M. CCC. XII[d]. Poſtmodum tamen abrogatum putatur, ſiue ob abuſus hinc pedetentim emerſos, ſiue quia ab Archiepiſcopis non fuerat ex profeſſo inſtitutum minúſque commune reliquo orbi Chriſtiano, cùm eſſet peculiaris quædam feſtiuitas à conciuibus populis introducta, haud neceſſaria Eccleſiæ. Verùm certè id Feſtum probabiliùs originem traxit ex reuelatis diuinitus Sanctorum Cineribus ſub D. Pothino expreſſis [e], ex antiquiore myſterio ſeu radice profectum, & traditum à vetuſtiore Adone Viennenſi. De qua materia vide ob id plura ſub præfato Sabaudiano Archipatrono *. Ipſius verò Helij ſeculum non legitur: at ſola eiuſdem ſucceſſio poſt præfatum Zachariam, apud omnes Authores. Propterea non ægrè colligitur ipſum ſediſſe ad annum ducenteſimum quadrageſimum quintum & CCL.

Ad an. 245. 250.

d ex Paradino cit. c. 73.
e nu. 1 § 3. & 7.
* n. 100. § 6.

Paragraphus 2.

Inſula barbara.

ALiò paululum diuertentes: ſubdimus hîc, nec ſeriùs, quintum aliquod additamentum autographi Inſulæ barbaræ, ibidem proximè ſequens ad quartum eius Monaſterij, quo finem habuit hiſtoria ſancti Irenæi [f]. *Item iacet hîc corpus beati Dorothæi* (ait locus) *qui tempore Helÿ & Fauſtini Archiepiſcoporum Lugdunenſium Inſulam barbaram eiúſque Eccleſiam rexit. Is enim Dorotheus debitè fuit praelectus, vocatus Abbas & pater à Fratribus, imbutus à paruo in Cœnobio Fratrum. Vnde normam ſeruare ſtuduit Monachorum: quos, vt potuit, docere non diſtulit, illuminante Domino.* Hæc communia tempori ſucceſſoris Lugdunenſis Antiſtitis. Ergo iam dudum tunc ſupponebatur Monaſterium conſtructum à primo Euangelij ſeculo, ſeu ab Apoſtolico ferè tempore circiter, ex allatis Numero I. finali. Nam iacentia piorum corpora & Dorothæus loci Abbas vitâ functus ſub hoc ſecundo tertióve ſeculo, ſatis oſtentant Clauſtrũ & cellulas Numini pridem antea conſecratas, neque iſto ſolùm Helij Pontificis æuo inceptas per aliquem Longinum potentem laïcum, vti verbo ſimplici videtur tardior Paradinus cenſuiſſe, cui fuerant ignota præfata MS. Inſularia.

f nu. 2. § 10. extremo. præter n. 1. § 5.

V.

Hæreſes temporis huius.

FAVSTINVS is eſt, cuius nomen duntaxat referunt duo ſuprà compulſi Authores Democharis ſub hoc ordine. Verùm diligens vetuſtatis percontator Car. Baronius [a] apertè docet eum conſtitutum Lugduneum Protopaſtorem adlaboraſſe contra Nouatianos hæreticos, ac retuliſſe ad ſanctum Stephanum I. Pontif. Maxim. de Marciano Epiſcopo Arelatenſi ea labe infecto, anno ſalutis ducenteſimo quinquageſimo octauo. Quo tempore Fauſtinus quoquo ſedit, ac habuit in eum finem Concilium Lugduni, eodem authore Baronio. Et quamuis ille Synodi locus aut ea ciuitas non deſignetur à D. Cypriano huiuſce rei Scriptore primario [b], ac ibidem ſuffragatore: ſitus tamen prouinciæ Gallicanæ ex ipſius Epiſtola [c] ad ſummum Põtificem ritè elicitur cum ſubiecti materia his potiſſimùm verbis. *Fauſtinus Collega noſter Lugduni conſiſtens, Frater chariſſime, ſemel atque iterum mihi ſcripſit* (inquit) *ſignificans ea quæ etiam vobis ſcio vtique nunciata tam ab eo quàm à cæteris Coëpiſcopis noſtris in eadem prouincia conſtitutis, quòd Martianus Arelate conſiſtens* [d] *Nouatiano ſe coniunxerit, & à Catholicæ Eccleſiæ vnitate atque à corporis noſtri & Sacerdotij conſenſione diſceſſerit, tenens hæreticæ præſumptionis duriſſimam prauitatem, vt ſeruis Dei pœnitentibus, & dolentibus, & ad Eccleſiam lachrymis, & gemitib. & dolore pulſantibus, diuinæ pietatis & lenitatis paternæ ſolatia & ſubſidia claudantur, nec ad fouenda vulnera admittantur vulnerati, ſed ſine ſpe pacis & communicationis relicti, ad luporum rapinam & prædam diaboli proiiciantur: Cui rei noſtrum eſt conſulere & ſubuenire, Frater chariſſime, qui diuinam clementiam cogitantes, & gubernandæ Eccleſiæ libram tenentes, ſic cenſuram vigoris peccatoribus exhibemus, vt tamen lapſis erigendis & curandis vulneratis, bonitatis & miſericordiæ diuinæ medicinam non denegemus. Quapropter facere te oportet pleniſſimas literas ad Coëpiſcopos noſtros in Galliis conſtitutos, ne vltrà Martianum peruicacem & ſuperbum diuinæ pietatis ac fraternæ ſalutis inimicum, Collegio noſtro inſultare patiantur, quod necdum videatur à nobis abſtentus* [e], *qui iam pridem iactat & prædicat, quòd Nouatiano ſtudens, & eius peruicaciam ſequens à communicatione ſe noſtra ſegregauerit; cùm Nouatianus ipſe, quem ſequitur, olim abſtentus* [f], *& hoſtis Eccleſiæ iudicatus ſit: & cùm ad nos in Africam legatos miſiſſet optans ad communicationem noſtram admitti, hinc à Concilio plurimorum Sacerdotum, cui præſentes eramus, ſententiam retulerit, &c.* Toti huic textui ſubeſt prima potiórque cauſa Synodi apud

Concilium II. Prouinciale Lugdunenſe.

a To. 2. Annal. pa. 521. Auctore.
b Epiſt. 67. & li. 5. Epiſtol. ſcribens ad Papã Steph.
c To. 1. Epiſtol. 13. Epiſt. 67. Auctor. an. 258. Stephan. PP. fuit S. Cornelij ſucceſſor poſt med. S. Lucium an. 257.
d Epiſcopus 6. ſucceſſor ibi S. Honorati. Demochar. To. 2. c. 52. li. 1. epiſt. 83.
e excommunicatus & deſtitutus à paſtorali cura per Papam aut Epiſcopos, ex Pamel comment.
f depoſitus & eiectus.

Ann. 258.

Lugdunum coëuntis, quam inde Illuſtriſſimus Baronius [g] facilè infert atque teſtatur quondam Lugduni celebrem factam anno CCLVIII. etiam præſente ſancto Cypriano [h] ex Africa eò adueniante, & præſide Fauſtino Archipræſule quinto Lugdunenſium, approbante Romano omnium Præſule, ad quem propterea literas exararat idem Fauſtinus. Illis ergo temporibus reſtituta aut veriùs retenta fuit exomologeſis ſeu pura ſecretáque peccatorum cōfeſſio Sacerdoti facienda, ac fieri ſemper ſolita ex diuino Iure & Apoſtolica promulgatione: de qua ſatis nos alibi [i]. Quos quidem Nouatum & Marcianum directè hac in parte hæreticos & primos deſtructores tanti ſacramenti hodie imitantur Caluinus horum ſpurius & Lutherus cum quibuſque ſuis aſſeclis, teſte libro I. noſtri Antimartyrologij *. De ſpeciali verò opinione Nouati ac ſociorum videtur controuerſia quædam induci ex antiquorum ſcriptis. Apud D. Ambroſium [k] & cæteros paſſim colligitur; Nouatianos ideo pœnitentiæ ſacramentum extinxiſſe, quia ſpem remiſſionis peccatorum non Sacerdotum miniſterio, ſed à ſolo Deo expectandam autumarint. At ex Epiſtola D. Hieronymi ad Marcellam [m], diſertè concluditur ipſos Nouatianos idcirco negaſſe Chriſtianos lapſos remiſſionem delictorum habituros [l], quia arbitrabantur omnes lapſus poſt baptiſmum eſſe peccata in Spiritum ſanctum, adeóque irremiſſibilia. Verùm huius theſeos abſurditas & falſitas vel ex eo vno docetur, quia inde ſequeretur omnes Chriſtianorum culpas [n] irreparabiles eſſe [o], cùm tamen D. Paulus peccatum meræ infirmitatis humanæ fornicario dimiſerit [p]. Quidquid ſit: hæc omnis ſententia verè hæretica eſt. In alterutram autem facilè pedem ſuum illidunt præfati quoque hæretici noſtri temporis, bilingues, vaniloqui, ſæpiúſque nutantes cum freneſi & temulento pſeudoparente Nouato. Hæc de prima Concilij Seſſione ſeu nota hæretica in cœtu deterſa. Sed nos an. 1607. alia eorum hominum deliramenta fuſè expoſuimus Parte III. [q] ſacræ anterioris noſtræ editionis Celticæ; vt pote ſecundum de deſperata apud eos ſalutari pœnitentia poſt baptiſmale ſacramentum: tertium de non ſatisfaciendo pro eluendis exterioribus pœnis peccatorum debitis temporaliter poſt culpas interiùs ſolutas, quaſi nullæ ſuperſint luendæ: 4. de ſublato Chriſmatis aut Confirmationis ſacramento: 5. de Catholicis apud ſuam ſectam iterum baptizandis, quotquot apprehendere poterant: 6. de bigamia prorſus cenſenda illegitima: 7. ac vltimum de Epiſcopis per orbem diſperſis non ſubiiciendis Romano Pontifici, theſis planè ſchiſmatica. Qui ſeptimus ſeu poſtremus Articulus minimè prorſus apparet inter ſexdecim notas Nouatianorum hæreticas, quas poſt eam noſtram editionem expreſsit Iacobus Gualterus Ieſuita in ſuis Tabulis Chronographicis ſæpe hactenus ab eo tempore diuulgatis. Imò neque ſecundus ac tertius anteriores Articuli huc arctius compulſi de Nouatianis inſeruntur diſertè ab ipſo Gualtero: quin potiùs iidem tres ſpecie ab hæreticis 16. per eum recenſitis diſsident; copioſiſsimè, verè & exactiùs dilucidati in illa noſtra præcedente calcographia. Addo & quartū Articulum à nobis duntaxat in noſtro ſolo Antimartyrologio [f] traditum de Paſchali feſto tanquam liberiùs celebrando ſub luna 14. poſt vernum æquinoctium, vel ſub Dominico ſequenti die citra omnem conſcientiam. Sic enim profert Socrates hiſtoricus: *Dicentes hanc feſti diſcrepantiam tanti non eſſe: veteres Apoſtolos vicinos* (mox dicam iſtic exactiùs & pleniùs) *cùm in feſti huius diſſonantia diſcreparent, inter ſe tamen communicaſſe* (refricat author ea quæ in ſancto Irenæo diximus annis ſeptuaginta præcedentibus [g]) *& præterea Nouatianos Paſcha poſt æquinoctium celebraſſe, nec ſe à fidei ſuæ conſortibus non eodem modo Paſchatis feſtum agentibus diuiſiſſe*, *&c.* Vt iam quiſquis perſuaſum ſibi habere debeat, non ampliùs cenſendos Nouatianos eſſe hæreticos circa ſexdecim tantùm Articulos, verùm circa viginti omnino qui extant, cuncti infideles & erronei, dum quatuor adhibeantur recèns deprehenſi. Vbi profectò, cùm hæ ſeptem præcipuæ Seſsiones ſtent dudum factæ conſpicuæ, & ſi quæ ſint aliæ: igitur non eſt quòd in iis dirimendis plures hic chartas repleamus, dum breuitati ſtudendum conſulimus. Recurrat eò, precor, gnarus rerum cupidus. Hęc demum Synodus annumeratur ſecunda prouincialis Lugdunenſis. Cęterum, alius eſt Fauſtinus Presbyter, ſcriptor aduerſus Arianos, ex Gennadio [r]: vno ſeculo tardior.

Celebratum aduerſus ſeptē hæreſes.

Totidem in eo Seſſiones, aut plures.

Alii hæretici Nouatianorum Articuli.

g cit.
h ex Baron.
i in gener. noſtris cōtrou. & Anacriſ. Biblior. Tomis trib. paſſim & inſ. n. 18. §. 8.
* cap. 8. n. 57. & 76.
k 1. de pœn. ca. 1
l Bellar. To. 2. li. 1. de pœnit. c. 6. vbi malè citatur hiſt. Tripar.
m quæ eſt ita ad eand. inter plures Tom. vlt. Epiſtol.
n mortales.
o de quo Matt. 12. & Marci 3.
p 1. Cor. 2.
q ca. 2. Sect. 2. §. 7.
f li. 1. cap. 2. Sect. 4. §. 2.
g n. 2. §. 4.
r in Catal. viror. illuſtr. n. 16. To. 1. fin. S. Hieron.

VI. *Paragraphus* I.

VERVS, de quo Campegius hac ſerie apud Democharem Tomo 2 [a]. ſcribit vno verbo *in Concilio Sardicenſi*, cui ſcilicet interfuerit Verus, quémque dictatorem ita ſecutus eſt poſterior Belforeſius [b], rem apprimè non introſpicientes. Cuius materiæ faciliùs concipiendæ gratiâ: ab ortu & ouo liceat hîc aduertere duas varias haberi hodie præ manibus editiones, ſeu duos catalogos Patrum qui interfuère Concilio

a id eſt, li. de Sacrificio Miſſæ ca. 27.
b In ſua Coſmogr. Gall. parte 4.

liq. Sardicenſi Oecumenico. Vnus conſpicitur Tomo I. Conciliorum Seſſionúmque ad
integrum Venetiis editorum [c]. Alter adeſt catalogus ſeorſum abſque Seſſionibus : quem
legimus palam inſtitutum ab antiquiore D. Athanaſio Concilij teſte ac ſuffragatore [d],
& qualem poſtmodum recentior Demochares exſcripſit [e]. Index anterior eſt eiuſ-
modi, vt dum recenſet Patres Sardicæ aſſidentes vnico ordine alphabetico ; ſanè quinqua-
geſimus ſextus Præſul ibidem inſeri ſolitus disertè ſic apponitur, *Verus Epiſcopus Ciuitatis Lu-
gdunenſis.* At poſterior Index, nihilominus tempore annoſior, dum ſeriem nationum inſe-
quitur, poſt Aſiaticos Antiſtites, ibi ſub Gallicanis Epiſcopis ſtatuitur *Veriſſimus* ſtrictiſſi-
mè, ſecundus inter Gallicanos Patres : nec tamen vnde ſit, exprimitur : verùm in toto cœtu
octuageſimus eſt. De quo nomine hìc poſtea ſeiunctim dictum imus numero XII. Quos
item Epiſcopos adſequuntur in Catalogo Prælati Aphricæ, deinde Ægypti, tum Italiæ, Cy-
pri, ac demum Palęſtinæ. In vniuerſum fuêre trecenti quadraginta quatuor ex D. Athana-
ſio [f] : ducenti octoginta quinque ex Demochare ; aut quinquaginta duntaxat ſupra ducē-
tos, ex veteri Theodoreti hiſtoria [g], attamen poſt Athanaſium. His prolegomenis loco audi-
tis poſt nomen varium vtrobique : inueſtigemus an bene cohæreant iſti catalogi ad noſtrū
præſens Chronicon vel inſtitutum. Proculdubio, ſi quis rem penitus contueatur, vix tutò ar-
bitrabitur Verum Lugdunenſem Archiepiſcopum eſſe eum de quo nunc : aut falſus aderit
calculus de Synodi Sardicenſis celebritate anno præcisè trecenteſimo XLVII. qualem dia-
rium eidem præſcribunt omnes ex Baronio, ſub Conſtantio Orientis Imperatore, & S. Iu-
lio I. Pontifice [h]. Quippe nequiuit Verus iſte Lugduni ſedere, ſi ſtet eius ordo ſextus Lu-
gdunenſium Archipræſulum à Demochare Campegióque relictus ; & ſi vera ſuperſit Con-
cilij Chronologia. Alioqui ad conforme tempus conciliandum, altiùs reponendum foret id
Concilium, quod nemo hactenus ſcripto reliquit. Si verò è contra Veri ſexti ęuum pro-
rogetur ad præfatam annuam Concilij reuolutionem ; confeſtim ſtatuitur latior quàm par
ſit diſtantia inter Fauſtum anteceſſorem & hunc noſtrum Verum: ſeu inter annum ducente-
ſimum quinquageſimum octauum & trecenteſimum quadrageſimum ſeptimum. Nam in-
tegro pene ſeculo diſſident. Quam ergo tandē capiendi & decernendi viam ineamus, igno-
ro. Probabilior igitur concluſio eſt, nos de iſto Vero, qualiſcunque fuerit, nomen & ordinem
hunc ſexto loco receptum ad noſtros tantùm vultus peruenire : & oportuiſſe quòd ſederit
Ann. 270. circa annum ducenteſimum ſeptuageſimum ac ſequens decennium. Cæterùm, dum ſola
Epiſcoporum nomina à Demochare apponuntur, defectus ille obſcuritatem parit non vul-
garem, qui tamen author Epiſcopales etiam Sedes & tempora alibi plerunque induxit,
quoties forſan potuit. Et illæ circunſtantiæ temporum vbi adſunt, iuuant multùm rem chro-
nologicam. Si deinceps fortius occurrat argumentum dirimendæ præſentis controuerſię, id
lubens amplectemur. Interea meminerit Lector iſtum Verum Lugdunenſem non incidere
vnà cum firmiore S. Vero Epiſcopo Viennenſi, primo huius nominis, & quarto inter Vien-
nenſes, etſi Vienna Metropolis Allobrogum Ciuitas ſeu Galliæ Braccatę, vulgò Narbonen-
ſis diſtet ſolùm quinque leucis à Lugduno pariter Metropoli Galliæ Celticæ. Nam ſanctus
ille Verus Viennę ſedebat oriente ſecundo Euangelij ſeculo [i]. Adeóque anteceſſit hunc no-
ſtrum Lugdunum ſemiſeculo [k] : qui noſter occupat tertium ſeculum longè prouectum.
Tum Verus alius Viennenſis, ſecundus nomine, floruit ſub inchoato quinto ſe-
culo : & tertius in toto ordine eſt vigeſimus ſextus illorum, ſub æuo ſexto : ſin-
gulis tribus in ſede comprobatis per authenticas literas Pontificias à Baronio re-
cenſitas [l].

Catalogus Patrum Concilij Generalis Sardicēſis.

Cōtrouerſia de Vero aut Veriſſimo Lugdunenſi Archiepiſc. ibi ſuffragante.

Alij Epiſcopi huius nominis.

[c] apud Dominicū Nicolinū an. 1585 pa. 661.
[d] Io ſuis Oper. apolog. 2. Epiſt. ad Ægyptios & Africanos Epiſcopos, pag. 403 ex editione Baſileēſi, an. 1556.
[e] cap. 32. To. 4 de miſſar. celebratione f. 149. Pariſ. an. 1562.
[f] cit. pa. 408.
[g] li. 2. ca. 7.
[h] an. 2. vel 3. eorund. Sozom. 3. c. 11. Tripar. li. 4. c. 21. Genebr. in Chron. an. 345.
[i] ſub Traiano imperāte ab 103. ad 120.
[k] annis 50. & paulò magis.
[l] In commēt. martyrolog. ad 1. Auguſt.

Paragraphus 2.

IAm verò, dum hæc enarramus : ſi paucis obiter de pluribus rebus hìc agere oporteat,
quæ in controuerſiam venerunt ea in Synodo Illyrię ſeu Dacię Mœſię [m] ſcitote in primis,
quòd in illo cœtu orthodoxi viri ſanctus Athanaſius & Marcellus antea damnari ab Aria-
nis, fuêre ad gradus ſuos reſtituti. II. Ibidem decretum eſt Romanam Eccleſiam eſſe reliqua-
rum caput in vniuerſo chriſtianiſſimo. III. celebris & eccleſiaſtica ordinatio ſeu con-
ſecratio Epiſcopalis & ſacerdotalis in eo conuentu viſa eſt rurſum altis radicibus ſtabili-
ta. IV. ſeptenarius ſacramentorum numerus retentus, maximè pœnitentia ſacramentalis.
V. ceremonialis Eccleſiarum materialium dedicatio per oleum ſactum & ritibus admini-
ſtris. VI. condemnatio hæreſeos Arianæ, & firmitas allata circa indiuiduam trium in diuini-
tate perſonarum æqualitátem ſub vnica eſſentia obſeruandam cum additamentis. Qua de-
inum in re vnum ſupereſt aduertendum. D. Auguſtinus contra Creſconium [n] dicit, *Sardi-
cenſe Concilium Arianum eſſe.* Ne quis autem exiſtimet, illud dici, quale hactenus extulimus,
& œcumenicum fecimus : nouerit ex Sozomeni hiſtoria [o], Epiſcopos Sardicenſes ad præfa-
tum

Septem protheſes in Concilio declaratæ.

[m] in Europica regio eſt verſus Macedonia Græcæ.
[n] li. 3. ca. 34.
[o] li. 3. cap. 10

tum generale Concilium ſeſe conferentes, biſſidos in præcipua ſententia fuiſſe, & horum omnium partem pernicioſum ſchiſma induxiſſe, ſcilicet Orientales, qui cum ad parteis Arianas conuolarint, ad extremum Sardicæ ſuas ſeorſum ſedes fixerunt: eſtque illa pſeudoſynodus, de qua Auguſtinus. Occidentales verò Antiſtites, ex quibus fuit D. Athanaſius, eâdem in vrbe diſiunctim œcumenicam ſuam concionem habuêre, in qua ipſi omnia, quæ ſuprà deteximus, ſanciuêre; & dicitur orthodoxa hoc loco Synodus Sardica eodē

An duplex Concilium Sardicenſe.

tempore. De bipertitis eiuſmodi diſſidiis loquitur etiam Socrates[p]: è quibus antiquis authoribus recentiores libri ſuos diſcurſus deprompſerunt[q]. Sicque ſatius eſt concludere vnicam extitiſſe Sardicam Synodum, eámque catholicam & totam confirmatam; quam ibidem ſtatuêre duo Concilia, vel vnicum partim confirmatum, partímque reprobatum. Etenim ſolitaria Orientalium coïtio dicenda Synodus non eſt. De ſex verò aut ſeptem Articulis quaſi Seſſionibus eo in Concilio dilutis, ſuptáque à nobis breui collectis fuſiùs ac pleniſſimè tractat Pars tertia ſacræ Celticæ huius noſtræ Chronologiæ ſub anteriori editione[r] in Caluinitas expreſsè contorta. Qui hæretici dum auellunt prorſus hunc ſenarium numerum è piorum mentibus, docent ſatis ſe hoſtes eſſe illius primæ Eccleſię valde puræ, cuius nos vni in puppi Romana ſumus perennes eximij ſectatores. Ad illud tandem volumen accede, Lector, reliqua huc ſpectantia in eo meditaturus.

p li. 2. hiſt. c. 15. & 16.
q Bellar. To. 1. li. 2. de Rom Pontif. ca. 25 li. 1. de Conciliis & Eccl. c. 7. & li. 2. c. 8. & 21.
r ca. 1. Sect. 2. per nouem Paragraphos anno 1607. Lugd.

Paragraphus 3.

Inſula barb.

INterim, excipe in iſta calce ſextum indicem autographi Cœnobij Inſulæ barbarę, velut pagellam confirmatricem quinque anteriorum inde emerſarum appendicum*, ſimúlque adſequentis, quas ſuprà texuimus ab imo B. Pothini, per ſingulos pene Epiſcopos hactenus.

277. *Anno* CC. LXXVII.[ſ] *religioſa ſoror Margareta cum pluribus aliis perſonis Græcia* (infit textus[t]) *peregrè proficiſcens ad præſentem Eccleſiam S. Andreæ venit ad ſepulchrum, in quo corpus B. Annæ in Capella dextera præſentis Eccleſiæ eſt reconditum, dixit quod in lapide ſepulchri B. Annæ ſcripta ſunt literis Græcis hæc verba, ſeu in effectu ſimilia. Videlicet quòd S. Longinus, qui latus Domini noſtri Ieſu Chriſti in Cruce pendentis aperuit, priùs fecit ſepulchrum B. Annæ matris beatiſſimæ Virginis Mariæ in Inſula Sebaſta. Deinde dictum corpus B. Annæ cum pluribus aliis Sanctorum corporibus ad præſentem Eccleſiam per dictum Longinum tranſlatum fuit: atque in Capella & ſepulchro prædictis reconditum. Ita teſtatum eſt præſentibus viris religioſis Guillelmo Rey, Ioanne Sarrati, Stephano Duuernay, Petro de Rochinols, Petro de villa vrbana, Monachis dicti Monaſterij, & aliis adſtantibus vocatis.* Atque hęc ſpectabilis vicinia, quaſi ſuburbana Lugdunenſis, quæ lucem promeruit, debuit iure Chronici hanc ſedem repleſſe.

* nu. 4. §. 2.
ſ 23. Iulij.
t Ex li. Theſauri Inſulæ, cui Titulus, Les Preuues que douls liuraiſds, ſignato. De Chambeneto, Notar. & aliis, comprobatus ſigno Floriſij Blancheri Canonici Eleemoſynarij & Procuratoris Inſulæ.

VII. Paragraphus 1.

Duplex ipſius hiſtoria.

SANCTVS IVLIVS, qui apud omnes Tabularios ſolo nomine ſtatuitur ſub hoc ordine, mox confirmatur à nobis breui hiſtorico Monaſterij Inſulæ barbaræ, iſtic ſeptimo iam loco commemorandæ, ad fundationis eius dudum allatæ conſequen-

I. tia*. *Item miniſtrauit Philetus, qui tempore Iulij Archiepiſcopi Lugdunenſis Inſulæ barbaræ Abbas fuit* (loquitur vetus autographum) *& corpus eius iacet ante altare S. Andreæ cum ſancto Dorothæo. Qui Philetus erat modeſtus, grauis, cautus, vigilans, efficax, ſobrius, pudicus, placidus, clemens, ſuauis, obediens, humilis, & gloria Monachorum: ſimplex, remiſſus, indulgens, pius, Monachis cunctis carus, nullis durus, omnibus bonus. Obiit anno ætatis ſuæ ſexageſimo octauo, Idibus Nouembris, &c.* Qualis autem credatur Iulij patria: ſanè is veriùs fortè eſt, qui obiit Martyr Chriſti Leodij, velut ciuis eiuſdem loci. Quem ſitum S. Beda in libris eccleſiaſticæ hiſtorię gentis Anglorum[a] nominat vrbem Legionum. De ea nanque materia ſic eloquitur. *Paſſi ſunt ea tempeſtate Aaron & Iulius Legionum vrbis ciues, aliique vtriuſque ſexus diuerſis in locis per plures, qui diuerſis cruciatibus torti, & inaudita membrorum diſcerptione lacerati, animas ad ſupernæ ciuitatis gaudia perfecto agone miſerunt.* Poſteáque adſequitur ibidem: *Ceſſante Diocletiani perſecutione, Eccleſia in Britannis vſque ad tempora Arrianæ veſaniæ pacem habuit, &c.* En res apertè geſta tempore Diocletiani vltimi penè ethnici Imperatoris. Quæ profectò viri Gentilis circunſtantia iam ab oſtio ſcitè quadrat cum ætate eidem noſtro Iulio adſcribenda. Nam dum prędeceſſorem Verum Lugdunenſem dixerimus floruiſſe ad annum vſque ducenteſimum ſeptuageſimum & circiter, ſi proximo iſti Iulio ſucceſſori cōceſſerimus triginta annos ad mi-

Ann. nus ſequentes aut plures, vt par eſt; proculdubio concluditur eundem Iulium occupaſſe &
284. expleſſe totum Diocletiani Imperium, qui certè rexit orbem terræ ab anno ſal. ducenteſi-
303. mo octuageſimo quarto ad treceteſimum tertium. Propteteáque Chronicum Bedæ & hi-

ſtoriæ

* De 6. vide nu. 6. §. 3.
a li. 1. c. 7. extremo. Le Liege, ville & pays, Duché d'Egliſe, l'Eu. Prince ſouuerain du lieu.

ſtoriæ ipſius incidit ad æquam atque iuſtiſſimam chronici bilancem cum noſtro Iulio. Adeóque, cùm alia de eo nobis domeſtica deſint documenta, probabiliſſimum eſt hunc Præſulem Lugdunenſem iure eundem eſſe cenſendum, qui primùm à Beda ad poſteros traducitur, vt nobis hodie innoteſcat, dum prior noſtra editio nihil planè de hac hiſtoria prodit in lucem. Quam meritò concluſiunculam & doctrinam ſic inducimus triplici de cauſa. Primò, quia cum Beda ibidem ſubiiciat: *his temporibus Conſtantius, qui viuente Diocletiano Galliam Hiſpaniámque regebat, vir ſummæ manſuetudinis & ciuilitatis, in Britannia mortem obiit:* profectò veriſimile eſt, quod Princeps ille Diocletiani ſucceſſor & Conſtantini magni parens ſaris Vrbanus Iulium noſtrum adduxerit ſecum in Flandriam aut Angliam, perindéque Leodium ad proprios lares, ſeu legationis causâ, ſeu priuatæ curæ gratiâ. Niſi quis etiam è diametro exiſtimet ipſum eò profectum vitandæ crucis ergò, inſtante nimirum quadam perſecutione Ethnici Conſtantij non adhuc ſufficienter perhumani, quantumuis docilem filium iam nactus eſſet, poſteà imperantem, Chriſtianorum ſuſceptorem, & breui ſacrâ baptiſmatis vndâ lotum. In qua tamen vrbe ſui receſſus, & ferè amica, Iulius hoſtes reperit, eum perſequentes & quærentes ad lethum, quando ipſe necem fugeret & ſe incolumen tueri cum ſuis arbitraretur. Vnde is & Aaron Chriſtianiſſimus *ibi paſſi ſunt* (ait Petrus de Natalibus) *ſub perſecutione Diocletiani & Maximiani XI. Kalend. Iulij.* Secundò, prior ratio eiuſmodi peregrinationis paulò ſeniùs perfunctæ, quæ ex legatione eſt, adaugetur & magis vrget, eò quòd Beda hæc adiicit: *Hic Conſtantius Conſtantinum filium ex Helena creatum Imperatorem Galliarum reliquit.* Ob idque ſaltem Iulius ſequenti tempore potuit faciliùs tutiuſque Leodium proficiſci: tametſi pro Catholica fide tuenda illic occubuerit. Tertiò, quando infrà enarramus ſub Henrico primo Archiepiſcopo c Lugdunenſi, quòd Clerus Epiſcopalis Eccleſiæ Leodienſis optauit de florente & pernobili Eccleſia Lugdunenſi ad ſuam Leodienſem Eccleſiam allicere vſum ſolennem & egregium diuinorum officiorum inſignis ipſius Eccleſiæ Metropoleos Lugdunenſis, quatenus illa tali ritu etiamnum vteretur, & propterea miſſus eſt perdoctus Theologus primæ eiuſdem Baſilicæ Galliarum: ſanè hinc non ægrè licet inferre ſuccedentem Clerum Leodienſem poſt hanc annorum chiliadem vehementer deſideraſſe Cantus præcellentes auſtralis Eccleſiæ Lugdunenſis fore communes ſeptentrioni ſeu Galliæ Belgicæ: nimirum partim quoque in memoriam piámque recordationem ſui conciuis eximij quondam Archiepiſcopi Lugdunenſis in ſuo Leodienſi Clauſtro honorificè conſepulti, miraculis perinde clariſsimi in funeris loco, & fulgentis in venerandis Reliquiis ibidem perpetuò aſſeruatis. Adeo vt Canonici Leodienſes expetierint ſacrum fœdus percutere cum prima Lugdunenſi Eccleſia: cuius vſus Eccleſiaſticus viſitur ad hos vſque dies Leodij ritè obſeruatus. Etiámque ciuitas magna Leodienſis habet valles & colles ſuis incluſas mœniis, necnon amnes Moſam d & Vrtum in aluum vrbis illabentes ac coëuntes eadem prorſus formâ qua Arar & Rhodanus celebres fluuij Lugdunum alluunt, duos montes in ſinu ſuo cõplectens. Inde ſi Leodium cõtuearis, illicò videres Lugdunum in opticem viuaci tapeto à Zeuxi pictore expreſſum. Hæc priora argumenta pro Iulio Lugdunenſi habebamus proferenda in medium, donec poſterior quædam pro altero ſuccedat opinio, aut cæteris argutè inueſtigantibus fortiores circumſtantiæ illuceſcant, alióve tendant, ſi nouum quid cuiquam veterum documenta conquirenti occurrat in poſterum. Quem Iulium ideo ſanctum inſcribimus à fronte huius capitis, quia martyrologici Scriptores teſte Baronio cum illo inſigniunt titulo, ac verè Martyrem Leodij factum, Kalendis Iulij conſcriptum percelebrant.

Vnde is fuit Antiſtes Lugdunenſis.

Vnde Leodij obiit.

Martyr triplici cauſa.

Fœdus olim inter Lugdunenſes & Leodienſes.

c n. 96. anno 1300. §. vlt.

d In menſe & le Vrt vide n. 45. §. 4. 6a.

Paragraphus 2.

POſt anteriorem eam fortè probabiliorem ſententiam, profero & aliam quam pollicebamur, ſatis denuo competentem atque factu poſſibilem ſub anno ducenteſimo vigeſ. ſecundo à ſacro Annaliſta Baronio e enarratur Iulius Africanus, inter viros eruditos illius temporis clariſſimus, qui legationem ad Imperatorem Antonium Heliogabalum ſuſcepit pro reſtituenda olim ſuccenſa ciuitate Nicopoli Paleſtinæ. Fuit autem ſcriptor Eccleſiaſticus, perindéque optimus Chriſtianus, non obſtante Imperatoris paganiſmo. Vnde cùm Prælaturam in Eccleſia emeruerit: veriſimile eſt Lugdunenſem eidem conceſſam videri quando ſeneſceret. Nam hæc ipſius ſaltem canities & Chronologia cohæret cum Sede ac ordine præſentis Iulij Lugdunenſis.

e To. 2. mar. 11 pa. 31

D VIII.

VIII.

SANCTVS PTOLOMÆVS, ſic nuncupatur apud Sarrazinum exactiorem fortaſſis in nomine conquirendo, quàm fuerat paulò antè Medicus ille Campegius, qui eum vocat ſolummodò Thomæum, & liber Homiliarij Tholomæum in ſuis minùs hoc loco fidelibus apographis. Nulla certè inuenimus peculiaria in propriis laribus monimenta de illo Antiſtite pro ſacra Lugdunenſi Cathedra. Bene verò & ſecurè legitur Ptolomæus effectus Martyr Chriſti Seruatoris in Ægypto apud Alexandriam eodem exacto temporis ſcrupulo, quo iſte noſter Ptolomæus ſedit Lugduni. Vnde Alexandrinum propterea huc pertinere auguramur. Atque facilior eſt coniectura ex adiunctis aliis ſubinde phenomenis, quòd idem fuerat indiuiduum humanũ Lugduni conſiſtens, & paſſim in Africa.

Videtur Martyr.

Vehementes de eo ratiocinationes ſunt hæ. Imprimis ex eo quòd pius ille extremas duxit horas cũ Ammone, Zenone, Ingeno & Theophilo Alexandrinis militibus ac veris Martyribus: ſanè manu ducimur ad ſeculum hoc à nobis ſtudioſè quæſitum. Quippe apud Baronium [a] & in Euſebio legimus [b] floruiſſe Ammonem ſub tyranno Imperatore Licinio patre breui extincto, qui duriſſimam perſecutionem aduerſus Chriſtianos inſtituerat, nequiſſimis & truculentiſſimis Præfectis ad id vbiq; adhibitis, anno præcisè CCCXVI. & cuius filium etiam Licinium Cæſarem proclamatum interemit Magnus Conſtantinus verè Chriſtianus ac legitimus Imperator [c]. Et hoc quidẽ tempus clariſſimè proximéque adſequitur Chronologias duorum Præſulum Lugdunenſium, qui mox anteceſſerũt.

Ann. 316.

Neque vix obſtat, quòd iſte Ammon è vita diſceſſit Heracliæ ſub Licinio cum aliquot virginibus; & quòd ſocij Ptolomæus, Zeno ac reliqui duo commilitones extremum ſpiritum effuderint Alexandriæ, idq; fortaſſis antea [d], ſparſis adhuc Nouatianis hæreticis, vt inde ferantur duo Ammones, non vnus idémq; vir. Quos duos Martyrologiũ duplici vario die cõcelebrat; nimirũ Heraclienſem ad primum Septemb. & Alexandrinũ ad 20. Decemb. ſiue ipſi homines alienigenæ videantur, ſiue ex iiſdem vrbib. oriundi. Nunquid enim vnicus Ammon quem ſupponimus, potuit Heracliæ animam exhalare, & eius commilitones Alexandriæ alio citius paſsim interuallo annuo, tametſi non menſtruo?

Ammon an vnus vel duo Martyres cũ ſocio Ptolomæo.

Secundò, non mireris, quòd S. Ptolomæus Lugdunenſis dicatur Alexandriæ vitá perdidiſſe, vt è veſtigio audeas concludere hunc virum apprimè ſanctum eſſe alium à Lugdunenſi. Siquidem quemadmodum omnes hiſtorici ac ſcriptores Martyrologici fatentur S. Iuſtum XIII. Lugdunenſem Archiflaminem (infra [e]) in Eremũ tandem ad varia Ægypti deſerta ſeceſsiſſe ac latuiſſe ad vltimũ vſque ſpiritum pietatis cauſâ: ſic fidem humanam non excedit, credere quòd ſanctus iſte Ptolomæus viam quoque poſteris ſtrauerat deſerendi tacitùs Pontificalia, ad Chriſti veſtigia propiùs multò ſectanda. Adeóque cùm Ptolomęus iter faceret verſus abditos Ægyptiorum montes & latebras, tranſmearétque per mediã Alexandriam, illic Deo volente finẽ habuit egregiũ, vbi fidem catholicam multos repertos milites erudierat, quos Chriſto pepererat. Deindéq; vnà cum ipſis naturæ ſatisfecit. Sic etenim D. Celeſtinus huius nominis V. Põtifex Max. ſeipſum pie abdicauit Papatu, vt ſpeluncam peteret, vitam perennem contemplaturus. Sic Humbertus II. Lugduneo Primatui annoſus renunciauit, Ordinem Carthuſianũ religioſiſsimè profeſſus ad extremum vſque, ac miraculis fulgens. Sic D. Claudius Archiantiſtes Biſuntinẽſis, alieno habitu diſcedens poſt aliquod tempus Cathedram deſeruit, & longiùs in Monaſteriũ S. Eugendi ſe concluſit perpetuò. Sic S. Gerardus Matiſconenſis Antiſtes Breſsianum Brouij Eremum tandem penetrauit [*]: & pariter plures alij, quos reticemus, in Cœnobiis præclarè obeuntes; ac cæteri liberè facti propter Deum hortulani aut ſerui apud extraneos vltra mare, pro redimendo laico.

Epiſcopi repudiantes poſſeſſas diu prælaturas.

Tertiò autem, etſi Martyrologium dicat eundem Ptolomæum militem cum Zenone, Ingeno & Theophilo: non tamen exinde concludas oportet, eum haud extitiſſe Archipræſulem, ſed profanum hominem. Nam quemadmodũ denuo ſanctus Barlaan [f] Eremita vilis habitu in montibus Sennaar [g] verſus Chaldæam Babyloniæ [h], mutata veſte & viſus mercator aut miles, longe peragrauit ad S. Ioſaphat Indiarum Regem diuino afflatus Spiritu, vt eum Regem ad fidem conuerteret [i]: ſic vir ſanctus Ptolomæus hoc idem religioſè præſtare valuit; depoſitis in via notis Pontificiis, ſicut moris ſemper eſt peregrinantibus in hoſtili Prouincia: ſiue is ſe militem finxerit, vt Zenonem ac ſocios plures frequẽtiùs atq; facilius conueniret & erudiret Alexandriæ: ſiue demum hiſtoria de ipſo eũ promiſcuè militem nominet cum aliis reipſa militib. qualis tamẽ hic verè non eſſet. Sic itaque ſingula hæc indicia vnà cum tẽporis paritate ſatis nos arguunt de hiſtoriæ quam damus veritate pro S. huius Ptolomæi Sede in Metropoli Galliæ: donec potiora ſuppetant de eo viro argumẽta.

Ptolomæus in Ægyptũ.

Tan

[a] In Annal. an. 316.
[b] In vit. Cõſt. l. c. 42. 46.
[c] an 324. Baron.
[d] Euſeb. 6. c. 41. extremo. De Ammon. mart. Alexã. Socrat. 6. ca. 14.
[e] n. 13 & nu. 16. in S. Antiocho Lugdun Epiſcopo.
[*] De his plenius ſuis quibuſque locis.
[f] 27. Nou.
[g] 10. v. 10. ca. 11. s.
[h] Elaiæ 11.
[i] S. Damaſcenus ex Lipom. Tom. 5

Tandem verò hunc idcirco è veſtibulo ſanctum appellamus, quia Martyrologium Romanum dignatur eum corona Martyrij palam afficere,& in Eccleſia decantare,die quo ſupra k. Propterea hoc Ptolomæi nomen lubentiùs tutiúſque retinendum cenſuimus ; ſpretis aliis eius voculis. Quod hiſtoriæ genus non edixit prior editio Celtica ſacra.

k 20 Decēbr. ſeu ex Petro 19 Kal. Nou. li 9.c.83.

IX.

VOCIVS ex Sarrazino, ſcribitur *Votius* apud Campegium. Pro quo nihil deprehendimus in Voluminibus priſcæ ætatis; quotquot induſtria noſtra & pia æmulatio legitare aut expiſcari potuit. Attamen ſoleo contueri & aduertere, id peruenuſtum nomen ignotum nanciſci ac præ ſe ferre egregiam aſſidui animarum paſtoris cuſtodiam & curam peruigilem ex etymo. Quod ſanè eximium fuit eccleſiaſtici ab eo poſtmodum ſuſcepti officij prognoſticon, vaticiniorum præludium, atque prænuncium pene diuinum, iam cœptum à pueritia & vnda baptiſmatis in ipſo viro, quaſi ſacris addicto ab Ephebis. Etenim Græcis [illegible] eſt verè *Paſtor*: & [illegible], paſtoralis quæuis res aut ſollicitudo : deindéque [illegible] *profundus* quouis ſenſu ; atque adeo excellens in ſcientia ſeu intelligentia ſacrorum munerum. Ad quod propoſitum lubens recordaret ſolertis quondam Doctoris in Caſtellana ciuitate Mauritaniæ Africæ Epiſcopi, qui apud vetuſtum ſcriptorē Gennadium Maſſiliæ Antiſtitem *Voconius* nuncupatur *. Vox certe, à qua ſi demantur duo tantùm media elementa a, ſupereſt *Vocius*; appellatio præſentis noſtri Lugdunenſium Præſulis. Quæ dictionum ſynonymia ſi locum habeat, vt hæc duplex nomenclatura virum efficiat, & æquiuocum veterum exſcribentium vniat in idem ſubiectum, facilè fiet aut inferre licebit, quòd Epiſcopus Caſtellanus per canonicam ſedis tranſlationem conuolarit ad Lugdunenſem præſulatum, aut è contra b. Nam etſi Gennadius ſedentis Chronologiam non adſtruxerit : nihilominus ſeſſio recentiorum videtur admodum coætanea aut vnius perinde hominis. Etenim cùm ipſe Gennadius floruerit ad annum quadringenteſimum nonageſimum ex Annaliſta Baronio, & ſcripſerit anteceſſorum geſta: veriſimile eſt *Vocium* aut *Voconium* vitales auras carpſiſſe ad annum circiter trecenteſimum vigeſimum & trigeſimum. Qui certè *Voconius* præclaros quoſdam libros edidit *aduerſus Eccleſiæ inimicos Iudæos & Arianos, alióſque hæreticos, atque egregium ſacramentorum volumen*, dictatore eodem Gennadio c. Nihil horum enarrauimus in ſuperioris ſactæ Celticæ editionis Calcographia : niſi quòd dum authores Tabularij *Vocium* adnominent, cuncti eum hoc ordine ſtabilierint.

Alias viciaio nis appella tionis . pro vno & eodē Auctore.

Ann. 320.

* ca. 78. vir. illuſtriū, ad calcem Tomi 1. Hieron. a O & N.

b I. Lugdunenſis ad Caſtellanam.

c in Catalogo vir. illuſtr. c. 78. ad extremum Tomi 1. S. Hieron.

X. *Paragraphus* I.

SANCTVS MAXIMVS vix apertè ſcitur qualis fuerit. Poſt varios tamen hauſtos labores, ſeduláſque lucubrationes habitas, præſentire videmur, quòd inter triginta tres eiuſdem nuncupationis viros mirabiles, quos Diuos cenſet Romanum Martyrologium, cùm Martyres, tum Epiſcopos Confeſſores, aduerto vnum rectiùs per notam Cathedræ Seſſionem occurrere, qui huc ſpectare poſſit & debeat. Nam cæterorum tempora aut non cohærent, ſed plurimùm diſtant, aut incertorum planè viſuntur ſeculorum d, qui fidem indubiam hîc facere nequeant. Ille verò qui nobis valdè arridet, eſt Diuus Maximus Moguntinus quondam Epiſcopus ac ſynchronus Conſtantio Imperatori Ariano. Qui ſanè Princeps infidelis ſimul atque tyrannus & perſecutor Eccleſiæ, occupat æuum directè tribuendum huic noſtrorum Archipræſulum decadi. *Is autem ſanctus Maximus multa paſſus ab Arianis tempore Conſtantij, occubuit Confeſſor Moguntiæ* : veluti fatur Baronius ad quartumdecimum Kalendas Decembris e. Ex cuius Annalibus ipſe Antiſtes Moguntiam delatus, emoritur ibidem ſub annum trecenteſimum quinquageſimum quartum. Facilè verò potuit Lugduno diſcedere anno circiter trecenteſimo trigeſimo quinto, & in Moguntinam Eccleſiam traduci, è Galliis in Germaniam, per viam ſacris Decretis latitantem atque legitimam. Et ſic vtriuſque Sedis aut Sedentis chronologia viciſſim prudenter quadrabit, citra vtriuſque loci diſpendium: vt pote cui tranſlationis generi non aduerſatur mutus aut taciturnus hac in parte Gaſpar Bruſcius, quando Archiepiſcoporum Moguntinorum Epitomen induxit, vbi præfatum Maximum adnumerat, veluti nobis exhibetur in Chronico Chronicorum, & medio ſuo Tracta-

Plures Sancti huius nominis.

d ut 18. Februarij.

Iſte aliò poſtea tranſlatus.

e die 18 Nouemb. in ſuo Martyrolog.

Ann. 330. 335.

tu de omnibus Germaniæ Archiepiſcoparibus [f]. Illic enim nequaquam dicir Maximum primò Moguntij conſecratum: perindéque alibi potuit antea myſticæ vnctionis ſolennia recipere. Siquidem hoc pacto quatuor poſtea ſeculis Rabanus compoſitor Gloſſæ Ordinariæ in Gallia [g], vbi fuerat educatus, quique Pariſienſis Academiæ fores aperuerat [h] cum ſocio ęque docto Alcuino, bene profectus eſt ex Galliis in Germaniã, ob merita euectus ad ipſam ſacram Moguntinam præfecturam [i]. Demochares hunc Maximum efficit quartum Archipræſulem Moguntinum, *qui Arianam ſectam ſcriptis expugnabat* [a], hoc eſt, *ſacris Homiliis quã plurimis aduerſus Chriſti Eccleſiam inuadentes conſcriptis* rebelles compeſcebat, vti loquitur Bibliotheca Geſneri Lutherani [b]: nimirum inter Præſules 76. ibidem excellentes, quos ipſe Demochares variis dilatat hiſtoriis. Aliud nihil in præſentiarum: donec exactiora futuris digna typis quandoque fortaſſis in animum veniant: poſtquam iſta iam recens excitauerimus ſuprà citráque prælum anterius Eccleſiaſticæ Celtarum Chronologiæ. Atque hoc eſto vna prior ſententia.

f pa. 747. Francofurti 1604.
g ad an. 796. cum Strabo. &c. Genebr.
ſub Leone 3. PP.
h an. 810. idem, ſub Eugenio 2. PP.
i ordine 22. ex Democh.
a To. 2. c. 34.
b Tiguri 1581. clarvit 360. malè Geſner. 1360.

Paragraphus 2.

Altera pro ipſo Maximo ſententia.

ALiæ verò opinandi rationes pro eodem Maximo, aut modi alio ordine ſuæ in oppoſitum tranſlationis, ſunt eiuſmodi. Etenim Trithemius ac Surius in vitis Sanctorum dictitant eundem Maximum extitiſſe Moguntinum genere [a], virum eruditione & moribus vndequaque perfectum, proptereáque euectum ſanè quartum loci Antiſtitem, ſi credere fas eſt Demochari [b], aut veriùs vndevigeſimum ex præfato Surio ab anno CCC.LIV. quo iam moriebatur ex allata priore ſententia, per annos viginti quatuor adſequentes [c], velut ſanctiorem doctiorémque reliquis ſuo æuo in Germania literatis. Qui Præſul inde zoilos Arianos hæreticos nactus eſt adeò moleſtos tuendæ alioqui optimæ ſuæ famæ: vt dum impetus horum frangeret ac permoliret, ſepties ipſum exulem ab vrbe abdicarunt: atque in quas diſſitas regiones talem relegarint hactenus typis non mandarunt in poſterorum gratiam: fortaſſis autem lubentiùs in Gallias potiſſimùm hominem valdè pium longè propulſarunt ad ſenium ferè vſque extremum. Quippe (ait ibidem Surius ex Megenfrido) *bellum cum Gallis atque Romanis Franci Reges habuêre continuum* [d]. Item: *Franci tum orientales, tum occidentales in Galliis motus facientes, Moguntiam & Treuerim ſæpius infectabant* [e]. Rurſus. *Ciuitas Moguntina per Francos, Vuandalos, &c. funditus euerſa eſt.* Hinc facilior valde coniectura eſt, vt tantus vir in Gallias è Germania miſſus fuerit exulandus, velut apud hoſtes teterrimos tunc temporis, vnde is peſſimè tractaretur, nec redire vnquam poſſet. Nam ſequaci poſtea tempeſtate variato paululum annuo ſtatu, fortè ex intra pace, ſecus res accidit Deo bene propitio. Itaque veriſimilius eſt ſanctum eundem Maximum, interea Lugduni Galliarum emporio beneuolè exceptum, atque ibidem æquè digniſſimum Archipræſulem ſelectum & habitum, ſaltem donec ad lares foret remeandi tandem locus & tempus, ex renata gentis vtriuſque mutua ſocietate ac perenni amicitiæ nexu. Probatur ex Authoris periodo poſt eum reditum: quia *vocati ſunt ad Synodum Colonienſem anno 375. Maximus Epiſcopus Moguntinus*, velut iam patriæ redditus, *Victorinus Metenſis Epiſcopus & alij ex Gallia coeuntes Epiſcopi* [f], *ac cæteri*: nota certè redeuntis vinculi egregiæ neceſſitudinis, & vtriuſque viciſsim Eccleſiæ præclaro fulgentis Paſtore, ſimul ferè concurrente ad duas ſedes alternis pene vicibus paſcendas: Maximo tandem in Germania obeunte anno 378 [g]. ac inter Diuos relato ex Martyrologiis [h]. Verùm relicta hac poſteriore hiſtoria, ſaltem calculus anterior chronologicus eidem noſtro ſedenti Maximo magis congruit.

Baoitus ex Germania in Gallias.

Eius Mogũtiam reditus.

a Sur ca. 6. pa 449.
b To. 2. ca. 34.
c ca. 5.
d To. 6. ca. 2. pa. 407.
e cap. 2.
f ca. 16. pag. 453. & Guil. Gaz. To 2.
g Gaz pag. 751. & nos in Alphabetico ſanctor. volumine, ca. 7 art. 89.
h 18. Nou.

Paragraphus 3.

Alij VIII. non Sancti einſdem appellationis.

SVpereſt obiter monendum de aliis nondum in ſacrum beatorum canonem relatis eiuſdem prorſus appellationis, opportunè ad hoc ipſum tempus ordinémve pertinentes. Sũt autem octo. Vnus Maximus eſt, de quo Baronius hoc pacto [k]: *Vrbanus & Sidonius Confeſſores ad Presbyteros noſtros venerunt* (loquitur Papa) *aſſerentes Maximum Confeſſorem & Presbyterum ſecum pariter cupere in Eccleſiam redire, &c. Maximum Presbyterum locum ſuum agnoſcere iuſsimus.* conſcriptum ſub anno CCLIV. Quo in loco tacemus Maximum Epheſi paſſum eodem anno. Alter eſt Maximus Epiſcopus Oſtienſis [l] anno CCLXI. qui Papam Dionyſium conſecrauit. Tertius fuit Maximus Epiſcopus Alexandrinus, quem idem Baronius ſculpſit ad annum ducenteſimum ſexageſimum ſextum ac vigeſimum infrà. Iſque, niſi ſaltem ibidem obierit, vel hoc poſito [m], potuit Lugdunum ad extremum transferri ob ſeditiones Aphricanas tunc valde frequentes. Quartus erat Maximus Boſtrenſis Epiſcopus iiſdẽ planè crepuſculis [o], qui interetat Concilio Antiocheno contra Paulum. Quintus eſt quidam Maximus Diocletiani imperantis amicus anno CCXCIV. qui admonitus verbis Caij Romani Pontificis de fide

k To. 3 pag. 454. an. 254. Rom. 1590.
l pag. 534.
m pa. 631. an. 185.
o pa. 581. an. 266.

Chri

Chriſtiana capeſſenda, cogitare, & auidiùs quærere cœpit: dimiſſuſque domum, penitus
perſuaſus, ac æſtuans calore fidei, ſua mox in pauperes erogauit; baptiſmum enixiùs po-
ſtulauit: Caius baptizauit, & ex more ſacto chriſmate inunxit o: vnde martyrium conſum- o ibid an cit. pag. 653.
mauit. Sextus eſt eiuſmodi in ipſo Baronio. *Maximus Presbyter atque Siſinnius Diaconus*
gloria confeſſionis & virtute miraculorum illuſtres, qui pro religione Christiana amplificanda egre-
giam nauantes operam, inter alios Falconium Pirianum virum conſularem eiúſque coniugem Luci-
nam ad Chriſti fidem perduxerunt. Maximus capite flexus martyrium comprobauit. Et poſt hæc paſſi
ſunt Simplicius ac Fauſtinus fratres. Septimò, commemoramus Lucium Anneum Epiſcopum
Moguntinum ſemel in Phrygiam relegatum anno trecenteſimo quinquageſimo tertio p. Et p pa. 594. hic non apud Democh. &c. ſed eius loco ponitur Siſſronius.
ſecundo ſui exilij anno ſtrangulatum inſidiis Arianorum, atque ab orthodoxis Maximum
eſſe ſubrogatum, de quo tanquam probabiliori habet duplex ſuperior Paragraphus. Octa-
uus fortè eſſet vnus Maximus, quem Eucherius ſequenti poſtea ſeculo factus Epiſcopus
Lugdunenſis conſcribit & nominat incerto tempore, ſub illa Homilia, quæ de Martyribus
Lugdunenſibus eſt, quęque ſuam phraſim redolet, præterquam geſta anteriora ſuę ibi pro-
uinciæ depingit, alioqui perperam excuſa inter eas Homilias, quæ Euſebio Emiſſeno tri-
buuntur: vt pote qui vir Aſiaticus (Euſebius) ignorabat res Galliarum, nec ideo proba-
bile ſit eum tales circumſcripſiſſe. De quo themate vide Bibliothecam Doctoris de la Bi-
gne mihi quondam notum Lutetiæ. Viderit prudens, an inter tot inſignes, ſit aliquis me-
lior præeligendi locus pro Sede præſenti.

XI.

Synchronus S. Martino.

TETRADIVS nullus alius agnoſcitur ex frequenti veterum lectione, quàm egre-
gius ille vir D. Martino poſtea electo Turonenſi Epiſcopo coętaneus. Eum tamen
iam tunc ſenem aut Martino annoſiorem dixerim, vel ſaltem oportuiſſe talem eſſe. a to. 4. ann. 394. col. 895. Mogunt.
Quem certè Tetradium Baronius a prædicat virum proconſularem clariſſimum, & admira-
bilem, ex Seuero Sulpitio. De quo Tętradio nihilominus is author recens ſeriùs paulò
quàm par ſit, creditur loquutus in ſuis Annalibus: nimirum ſub annum trecenteſimum
nonageſimum quintum. Verùm hoc ideò tardiùs ab eo dictitatum cenſetur, & obiter ce-
leritérque; quia tum temporis ſermonem præcipuum inſtituit de illius famulo à cacodę-
mone malè poſſeſſo, deinde expedito & facto prorſus immuni per pium miniſterium eiuſ-
dem ſancti Martini, hero Tetradio tunc ſene aut decrepito, & breui poſt ſuſceptum bapti-
ſmum ſe forſan ſacto Lugdunenſi Magiſtratu cohoneſtante; atque antea Proconſul fuerat
præclarè ad fidem conuerſus. Martinus verò cœpit florere in Chriſtianiſmo ſub annum
trecenteſimum quinquageſimum primum c, authore Baronio. Igitur Tetradius hac pu- c ætatis annorũ 35 tunc baptizatus.
blica famâ eo ſeculo præditus, potuit ſedere Lugdunenſium Vates ſacer & Paſtor circa an-
An. 340. terius decennium. Quem optimè decuit ibidem pręſidere ad annum trecenteſimum qua-
drageſimum. En iam ipſiſſima Sulpirij verba maioris efficaciæ gratia, etiam à Baronio d de- d to. 4. Annal. Mogun ann. 494. col. 895.
lineata. *Eodem tempore Tetradÿ cuiuſdam Proconſularis viri ſeruus à dæmonio correptus, do-*
lendo exitu cruciabatur. Rogatus S. Martinus, vt ei manum imponeret, deduci eum ad ſe iubet. Sed
nequam ſpiritus nullo proferri modo ex fella potuit: in aduenientes rabidis dentibus ſæuiebat.
Tum Tetradius ad genua beati viri aduoluitur, orans vt ad domum dæmoniaci deſcenderet. Marti-
nus negabat ſe profani & gentilis domum adire poſſe: nam Tetradius adhuc gentilitatis errore im-
plicitus tenebatur. Spondet ſe igitur, ſi de puero dæmon fuiſſet exactus, Chriſtianum fore. Ita Mar-
tinus impoſita manu puero, immundum ab eo ſpiritum eiecit. Quo viſo Tetradius in Dominum Ie-
Epiſcopi Galliæ recenter editi. *ſum credidit, ſtatímque Catechumenus factus, paulò pòſt baptizatus, &c.* Deinde hæc ſubiungit
de ſuo marte Baronius. Claruiſſe autem in Gallia his temporibus (ait) alios complures in-
ſignes ſanctitate Epiſcopos, Paulinus teſtatus eſt. Cuius Epiſtolæ quæ deſiderabatur fra-
gmentum à Gregorio ſuæ ſic intextum haberur hiſtoriæ. *Si enim hos videas dignos Domino*
Sacerdotes, vel Exuperium Toloſæ, vel Simplicium Viennæ, vel Amandum Burdigalæ, vel Dioge-
nianum Albigæ, vel Dynamium Engoliſmæ, vel venerandum Aruernis, vel Alithium Cadurcis, vel
nunc Pagatium Petragoris; *videbis profectò digniſsimos totius fidei, religioniſque cuſtodes.* Quos
etiam ſingulos ego ſubinde legi apud Gregorium Turonenſem e. Ex Demochare f autem e li. 2. hiſtor. Franc. c. 15.
Amandus ſucceſſit Cypriano Burdegalenſi Archiepiſcopo, qui interfuit primæ Aurelia- f li. 2. de Miſſ. ſacrif. c. 26.
nenſi Synodo prouinciali, quam Genebrardus g ex probabili multorum ſententia conſti- g in Chron. ſub S Syluest.
tuit ad annum trecenteſimum trigeſimum octauum. Obídque ſequax Amandus illic faci-
lè ſedit, quando Tetradius forſan Lugduni agolum ſacrum geſtauit. Venerandus autem vitis (ait) S. Martini.
Claromontanus S. Artemium ſequutus eſt eodem planè ſeculo, teſte ipſo Demochare h. h li. cit. c. 25.

Cæterùm, aduerte quòd idem Demochares Prælatorum alioqui nomenclator, neminem tradit præſatorum Galliç Antiſtitū extra hunc Lugdunenſem. Iſta verò quę deſunt in priore Lugdunenſi Calcographia, ſufficiant pro oſtenſa Tetradij tempeſtate: ſiue idem Tetradius diſceſſerit è viuis Lugduni: ſiue ſe vltrò abdicans dignitate, extremum alibi ſenium confecerit ex pietate. Vide an alius eſſet Tetradius vno ſeculo tardior: Sidonio [i] Apollinari dictus peritus & ſcientiſſimus.

[i] li. 5. Ep. 10. veteri editione Mediolan. an. 1498.

XII. *Paragraphus* 1.

VERISSIMVS hac ſerie latet in Homiliario, Campegiano Tractatu, ac cæteris [a], apud quos diſertè inſignitur Lugdunenſis Antiſtes. Præterea de huius ſaltem nomine, abſque tamen Sedis nuncupatione, liquet in illo poſteriore catalogo Patrum vniuerſalis Concilij Sardicenſis apud D. Athanaſium atque Democharem, qui ſuprà recenſetur ſeorſim [b] inter Gallicanos Epiſcopos. Is tamen index autographi eſt prior tempore altera ordinatione in Conciliorum voluminibus collocatâ. Ex qua Athanaſiana dinumeratione id enaſcitur, quòd huic generali Synodo adfuit quidam *Veriſsimus* ordine octogeſimus ſecundus Epiſcoporum Galliæ, iſque vnicus eius nominis ibidem. Quia verò iſtud Concilium legitur celebratum anno trecenteſimo quadrageſimo ſeptimo ex recentiore Baronio ac ſociis, qui annus fuit decimus Conſtantij [c] Imperatoris: ſanè probabilius eſt *Veriſsimum* tali Synodo interfuiſſe, cúmque Lugdunenſem Antiſtitem; & non *Verum* pariter Lugduneum in illo ampliore Concilij cathalogo haud commemoratum. Et inde conſequenter probabiliſſimum eſt eundem *Veriſsimum* ſuam denuò ſedem prorogaſſe ad annum trecenteſimum quinquageſimum, vel ſexageſimum, aut etiam paulò vlteriùs. Quæ veritas datæ illius Chronologiæ aliunde rurſus liquet: nimirum quia Acta ſancti Iuſti ſequentis Archiepiſcopi patent ab anno duntaxat trecenteſimo octuageſimo primo. Quod tempus adhæret propiùs annis trecentis quadraginta-

An. 345. quinque, ſeptem, aut quinquaginta, vel tandem ad ſexaginta. Cenſetur ergo *Veriſsimum*

347. 350. in eodem Concilio præſentem, eum extitiſſe, qui hac indicum cellula digeritur duodeci-

360. mus: cùm legamus vnicum Sardicenſe catholicum.

Concilium Sardicenſe hîc verè.

[a] Sarraz. & Parad.
[b] ſub Verenа, 6.
[c] Cœpit Imperium eius an. 337. ex Socra. & Niceph. infrà ac Baro.

Paragraphus 2.

EAm verò vniuerſam conuocationem adegit ſanctus Iulius Papa primus [d] aduerſùs Photinum hæreticum ex Socrate [e] atque Nicephoro [f], prætérquàm in errantes circa illos ſex articulos, quos iam dudum indidimus. De aliis cuius ſupputationibus annuis, audias quid Scribæ anteriores opinentur in eo. Ipſa nanque Concilij editio aut eius interpres Gentianus Heruetus eidem Synodo attribuit annum VI. Conſtantij, & ſalutis tricesimum octuageſimum primum, Conſule Saluſtio. Qui calculus minimè cum ſuperiore recentiorum cohæret, neque cum aliis circunſtantiarum appendicib. Quippe moderni [g] Saluſtium collocant ſolo anno ſal. trecenteſimo quadrageſimo quarto, qui fuerit ſextus Imperatoris Conſtantij, cuius Principis mortem referunt ad annum trecenteſimum ſexageſimum primum. Deinde præfatum annum CCCXXCI. (antequam ſediſſet Lugduni S. Iuſtus ſucceſſor) attribuunt anno decimo quinto Gratiani Imperatoris, & anno item decimo quinto Damaſi Papæ ſanctiſſimi, qui Iulio poſt Liberium ſucceſſit, Conſulib. Eucherio & Syagrio. Igitur tandem prior ſupputatio eſt verior. Obiter meminimus, quòd alij nonnulli citra probationem, Synodum attribuant anno trecenteſimo quinquageſimo primo [h], & quòd ex Martyrologio vixerit Martyr quidam Veriſſimus iſto Præſule haud multùm poſterior [i].

Alia Synodi Chronologia.

[d] an. 11. ipſius.
[e] li. 2. c. 15.
[f] li. 9. c. 12.
[g] Baron. ſub ao qui ſuprà.
[h] Bellar to. 1. Controu. 4. li. 1. c. 7.
[i] die 1. Octobr. ſub Diocle. 40. annis priùs.

XIII. *Paragraphus* 1.

SANCTVS IVSTVS, filius nobiliſſimi quondam ac illuſtriſſimi Comitis Andegauenſis, viſus eſt adeò charus diuino Numini, vt æterna & cœleſtis illa prouidentia eum voluerit eminere, ac præclarè oſtendere clariſſimum ſplendidiſſimúmque duplici prodigioſo toti orbi miraculo confeſtim ab ephebis, imò vel iam etiam eo recentiſſimè nato. Hoc ſanè fuerat patens valde argumentum, quo reliquos homines doceamus, & inferre debeamus, eundem tanquam diuinitus præſcriptum, religioſè & præclarè vſurum libero ſuo arbitrio, ad directiſſimum finem æuiternæ beatitudinis capeſcendum. Nam primùm

Duo miracula D. Iuſti.

Primùm certè, quo inſtanti fuerit ſacrâ vndâ lotus, & aſſumptus è lauacro legis Euan-
Vnum in Baptiſmate. gelicæ, videntibus adſtantium mortalium oculis, ac ſtupentibus, illicò acceſſit, & ſuper
eum conſtitit volitans columba niuei coloris, obtutus ciuium conuenientium diſgregantis, ac in
admirationem ſingulos meritò attonitos rapientis. Nimirum, euenit eidem Iuſto, ſicut &
ipſimet Chriſto in notorio ſuo Baptiſmate [a]. Qualis verò gradus honoris ac dignitatis! Chri- [a] Luc 3. v.
ſtum voluiſſe in hoc vnum ſanctum Iuſtum æquare ſibi Deo ſimul & homini cæterorum 22. Ioan. 1.
conditori! Ex illa autem viſibili nota ſanctus planè Spiritus Deus occupauit cunctos artus v. 32.
& animam Iuſti infantuli, atque repleuit afflatu & gratiâ ſingulari, velut alterũ D. Ioannem
Baptiſtam, à natalibus & ex puero Vatẽ, plenúmque eodem Spiritu [b]. Secundum prodigij ge- [b] Luc. 1. v.
nus eſt verum oraculum, prodiens ex puerili ore ſacro diui Iuſti, diuinóque aduersùs impios 15. & 41.
Alterũ paulò poſt. judicio palam facto è veſtigio. Cùm enim Præpoſitus ſeu Præfectus vrbis Andegaui au-
deret legitimam & caſtam pij Comitis vxorem falsò ſubincuſare nefandi adulterij: repentè
vox erupit articulata ac virilis eiuſdem infantis, alioqui tamen vix dum oculos aut palatum
aperientis: qui eo momento nequaquam balbutiens, ſed diſtincto & expedito oris organo,
tonóque altiùs elato promulgauit, digitóque ſimul patefecit Andegaui ipſum Comitem
tunc præſentiſſimum: dicens, veriſſimè eũ eſſe vnicum patrem ſuum. Et poſtmodum, ampliùs
Mater innocens declarata ab ipſo infantulo. nihil locutus, ſolito paruulorum more conticuit: ad ætatem vſque à Deo naturæ protopa-
rente conſtitutam aut maturam increſcentem. Vnde ſceleſtus ille Præpoſitus, agnitus fal-
ſitatis reus, ad gehennam condemnatus, Iudicis manus non euaſit. Sic Deus potens par-
uula filioli lingua matrem inſontem teſtatus eſt, vltus pariter hoſtis immanitatem. Mõſtrum
prodigioſum, viſu & auditu mirabile ſcientibus! Hæc omnia habet ac tenet vetus traditio
perenni ac fideli temporum fluxu illapſa è patribus ad filios hactenus: atque hinc iure ver-
Falsò accuſans cōdemnatus. ſibus dudum perinde illúſtrata, & ad noſtros dies perſeuerans illibata in diaria Eccleſia Col-
legiali D. Iuſto ſacra: quatenus Tabula de ea re [c] fuerat ab antiquiore Canonicorum Ec- [c] parieti & Altari infixa.
cleſia funditus euerſa, ad nouiſſimum eorundem Templum mox tranſlata, quam nos con-
ſpeximus erutam ex hoſtilibus flammis, & fuſco ignis colore tinctam, necnon hoſtilibus in-
ſtrumentis gladiiſque penè confoſſam, & ex parte diffamatam. Eu octuplex ſenis pedibus
Carmen, in ea tabella perelegans:

Andegaui coniux Comitis ſeruatur ad vſque
Partum, Præpoſiti crimine facta rea.
Infans non infans vocali naſcitur ore,
Liberet vt matrem ſuſpicione ſuam.
Nomine Baptiſmi Iuſtus veniente Columbâ
[*] Synecdoche vel aliàs Crimine. *Dicitur: & Comitem nominat eſſe patrem.*
Crimen [*] adultery, quod falsò intenderat, ardet
Præpoſitus, Iuſti libera mater abit [d], *&c.*

[d] Hæc & ferè ſequentia prætermiſit Gualterius ad ſeculũ 4. Tab. Chronographic in vitis illuſtr. de S. Iuſto. Et alia cōmemorat, quæ omittimus, huc vix ſpectantia.

Reliquum metrum totidem ſcanſionum prætermimus.

Paragraphus 2.

Dotes ipſius. NOſter ille Iuſtus ſanctiſſimus non ampliùs creditur anceps, vt neque vix vllus ſequa-
cium, ſed iam tutiſsimus pro hoc ſuo Lugdunenſi ſolio planè ſacro [a]. Huius nanque Se- [a] ſecutior quam ſeptẽ proxime antecedentes Archiepiſc.
des varia habet domeſtica intimáque teſtimonia, & Chronicorum omnium exempla. Is
verò ſub Paſchaſio Viennenſi Epiſcopo educatus in adoleſcentia, deinde Claudij eiuſdem
vrbis ſucceſſoris Epiſcopi Diaconus ordinatus, ad ſanctam Lugdunenſem Eccleſiam regen-
dam circa annum CCC[illegible]XXIX. [b] tranſlatus eſt. Quam equidem Eccleſiam vir ille ſum- [b] ex Adone Viennenſi in 6. ætate, & S. Beda in 4. Non Sept. Martyrol.
An. 379. mæ humilitatis ac ſanctitatis per multos rexit annos cum tanta puritate, integritate, mode-
ſtia, pietate & patientia; tanta quoque pauperum cura ac mandatorum obſeruatione, vt vel
etiam magnificos ac præſtantes Domini Sacerdotes virtutum gratiâ ab exordio anteïret.
Cùm autem hoc pacto functionis ſuæ & plebis profectui intentus Eccleſiæ præſideret: ac-
cidit vt in vrbe quidam ſubito mentis furore correptus *, in publicum ſe proripiens obuios [*] maniacus dictus.
quoſque confoderet, ac pro atrocitate rei excitato tumultu, ab infeſta premeretur multi-
tudine. Vnde pro ſui tutamine, in Eccleſiam & aram Dei tanquam ad aſylum reorum con-
fugerit; obſeratiſque ſacrarum ædium valuis, pro reuerentia loci totius populi furorem à ſe
Cauſæ ſui diſceſſus. repulerit. Sed cùm ſeditione increſcente, iam plebs Templo Domini ignem minaretur [c]: [c] idem populus.
Præſul Iuſtus [d] neceſsitate compulſus, accepta à quodam viro primario ſacramenti fide, [d] nomine & meritus verè.
quòd nihil periculi intentarent illi homini, at pro pœna tantiſper duntaxat in cuſtodia aſ-
ſeruaretur, donec popƚlo ſatisfactum eſſet, reum extra Eccleſiæ clauſtra dimiſit. Illum ve-
rò turba pedibus colligatum trahens, vltimo mortis ſupplicio affecit. Tum vir Dei Iu-
ſtus

ſtus in primordio ſermonis accuſator ſui, admiſſum facinus e adſcribens ſibi, quaſi impru- e populare.
denter veritus eſt, ne reus forte impœnitens obiiſſet. Proptereáque, is compunctione cor-
dis inde ſuſcepta, tunc ſedem deſerere, locáque peregrina animo latitandi expetere cœpit,
præ nimio deuotionis ardore, & pœnitendi ſemper deſiderio. Vt qui fuerat magnus ſacer-
dotio, fieret maior exilio voluntario. Atque iſta perleguntur hauſta ex veterum traditio-
ne & publica fama in comprobatis Eccleſiæ Sancti Chartulis: quæ ſufficientem indubiám-
que fidem videntur efficere.

Paragraphus 3.

REliqua verò quæ de ipſo feruntur in Matutinalibus Lectiunculis antiqui Breuiatij Ca-
meræ Diœceſeos Lugdunenſis, ſunt iſta ibidem latentia atque ſecuta ex proprio vete-
rum Patrum ſtilo, præter allaros priores contextus ſuarum aliis phraſibus virtutum [a] in ſum- a Lect. 1.
mo gradu conſiſtentium. *Recolimus inexpugnabilem in eius operibus fidem, præcipuum in victu*
rigorem (inſit locus [b]) *longinquam in ſolitudine commorationem, totámque vitam non completa* b fol. 177. die
paſſione impleſſe verum martyrium. Quoniam non ſola ſanguinis effuſio, nec ſola dat fides palmam 2. Septembr.
exuſtio, nec illa flammarum contagio funeſta carnificum: ſed contemptu corporis, ad coronam per-
ucniunt martyrij. Hic enim abſque iniuria Sanctorum, qui in perſecutionibus ſunt defuncti, dicere li-
ceat: carnem afflixiſſe, de mundo triumphaſſe, & diabolum viciſſe, martyrium eſt [c]. *Nam Martyr vi-* c Lect. 2.
cit ſubitum terroris ignem. Et beatiſſimus Iuſtus vicit quotidianam corporis flammam: Martyr ha-
bet breuem cum perſecutore conflictum, hic habuit longum aduersùs carnis vitia certamen [d]. *Martyr* d Lect. 3.
ſeruauit patientiam in gentili colluctatione, Iuſtus in diabolica infeſtatione. Martyr pro Chriſto pati-
tur, quia pati deſiderat, & hic pati voluit. Ille abnegans Idola, Deum confitetur: hic, vt clariùs confite-
retur, ſeipſum negauit ſibi [e]. *Martyris certamen mors conſumit dum ingeritur: huius certamen au-* e Lect. 4.
ctum eſt, dum mors negat [f]. *Sic Iuſtus inſequentis vitæ à cunabulis nomen ſibi expreſſit inſtinctu* f Lect. 5.
diuino, præferens vim futuri nominis demeritorum teſtimonio [g]. Hæc ibi. Quæ encomia, ſaltem g Lect. 6.
de martyrio, videntur ſanè communia ſingulis aliis euangelicis ſanctis Confeſſoribus.

Paragraphus 4.

Eius præſentia in Concilio. DVm autem Sanctus in eo frequenti ac pio exequendo verſaretur affectu, cogitabundus:
forte vocatus ad Concilium Aquileienſe, ei comparere oportuit ibidem. Quo in cœtu
dictus eſt palam *Iuſtus Legatus Gallorum*, velut perennis & ordinarius agnitus excellens præ
cæteris Epiſcopis, aut Primas Galliæ vniuerſæ, ad minus Celticæ, anno XV. Imperij Gratia-
ni, 15. Pontificatus S. Damaſi, & trecenteſimo octuageſimo primo noſtræ ſalutis, ex Demo- f in Catalog. Concil. to. 2. c. 31.
Primatia. chare f, Baronio g, & aliis h. Tunc quippe Gallia Lugdunenſis cœpit latiùs ſplendeſcere, al-
tioréſque agere radices, ac firmiùs ſtare, ex his quæ in S. Irenæo prælibamus *. Tandem ve- g To. 3. Ann. ſub eod. ann.
381. rò, is rediens ex illa Synodo, atque peroptans vrgere votiuum iter Eremi: non Lugdunum h repetit de Rubys 1. c. 39
venit (ait Surius [i] vnà cum Eccleſiæ Chartulariis) ne is totius plebis amore obſtrictus, libe- * nu. 1. §. 2.
ram non haberet diſcedendi facultatem. Sed apud Torrentem ſeu Tornonem reſidens, ſi i To. 5 p. 22. & in ſuo martyro. to. 7. pa. 381.
Itinera ſuâ diſcedens. qui amici ad valedicendum ipſi eò accurrere vellent, ſuſtinuit. Multis verò lachryman-
tium turbis illuc accurrentibus, veritus ne retineretur, clam ſolus diſceſſit, nec quis ad-
iunxit ſe comitem [k]. Cùm inde iam Arelate & Maſſiliæ ageret, nauémque conſcendere k hæc Surius.
vellet: miræ ſanctitatis adoleſcens Viator, qui tum Lectoris munere in Eccleſia fungeba-
tur, non tam itineris quàm virtutis particeps futurus, ſeſe ei obtulit. Quo in peregrinatio-
nis ſolatium recepto, Eremum ſitiens Memphis, in Ægyptum nauigauit [l]. Ipſe poſtea in- l Iſta ex Cartis Eccleſiæ.
Eremus eiuſdem. ter ſanctiſſimos Patres Anachoretas mira humilitate degens, cùm noctes & dies precibus m vtrinque mixtim.
ieiuniiſque tranſigens, in conſpectu Domini perpetuus pro ſuis Lugdunenſibus deprecare- De ſuo tranſitu in Ægyptum & die, Surius to. 7. in martyrol. pridie Idus Octobris.
tur [m], & nomine ac dignitate ſuppreſſa diu ſe celaſſet, factum eſt, vt in præcipuo Monacho-
rum ſanctorum Conuentu, à quodam fratre, qui ex hac Galliæ prouincia eò tum peregri-
nus aduenerat, agnoſceretur, iſque ad eius genua prouolutus, cunctis ſtupentibus, ſanctum
Epiſcopum Iuſtum illum eſſe confiteretur. Quod vbi cognitum eſt ab illis: omnes tantę
humilitatis virum admirantes, quòd Pontifici ſe ſe neſcij præpoſuiſſent, negligentiam erga
illum recenti honoris exhibitione compenſarunt.

Paragraphus 5.

Obitus ipſius. EXinde vir ille ſanctus, poſt lapſum temporis in eodem Eremo puriſſimam Deo ani-
mam reſtituit ac exhalauit. Præclaras cuius obitus circunſtantias & conſequentia op-
portunè diſtulimus infrà, ad S. Antiochum Epiſcopum, quartum illius S. Iuſti ſucceſſorem.
Ergo in præſenti paragrapho dicendum ſupereſt, quòd is Lugdunum tranſlatus eſt pridie
Idus Octobris, ex citatis authoribus, & Surio atque Haræo: anno tamen incerto. Quo de
ſuo

ſuo tranſitu ſeu diſceſſu ex Eremo Kalendarium Lugdunenſe eo ſtato die memoriam ſeiunctim recolit ſatis amplam, eiuſdémque recordatur S. Beda ſeorſum [n]. At Diui ipſius Cõfeſſoris Natale in cœlum habetur IV. Nonas Septembris, ex Martyrologiis Bedæ & Vſuardi [o], præter Breuiariũ Lugdunenſe. Baronius verò in Romano Martyrologio viceuerſa obitũ ad Octobrem & tranſitum ad Septembrem refert. Ad extremum autem, cultus & officium tranſlationis Reliquiarũ vel appulſus Lugdunum, potiùs quàm reditus perſonę viuentis, aut

Triplex feſtũ pro eo.

obeuntis Lugduni celebratur pridie Nonas Auguſti, ex eodem Beda & Breuiario, tacẽte Vſuardo: vel conditũ corpus Lugduni Nonis Auguſti, ex Petro de Natalib [p]. De qua oſſium aſportatione alia idẽ Petrus libro 9. [q] præterquàm Ado [r] cum antiquis MS. Et hę quidem ſacri corporis Reliquię tum repoſitæ fuerant in Baſilica ſeptem Machabęorum IV. Kalendas
382. Septembris, ex ipſo Petro [ſ]. Quę Baſilica poſtmodũ dicata eſt Deo Opt. Max. ſub vocabulo
383. pręſidióque ſancti Iuſti, ex prælibatis Petro & Beda. Interea dum nonnulli pręfatam Synodum Aquileïenſem perrexiſſe notant [t] ad annum vſque CCCLXXXII. ſanè Genebrard. in Chronologia [u] eandẽ ſtatuit ſub ann. CCCLXXXIII. & ipſe vnà cum Tomo 1. Conciliorũ

Patres Concilij Aquileienſis.

ſcribit hanc extitiſſe prouincialẽ ſolùm, aduersùs Bedã ac reliquos qui ipſam dicunt Oecumenicã. In ea verò cùm adeſſent triginta tres Patres, D. Ambroſius Mediolanenſis Archiepiſc. illic ſedit ordine ſecũdus, & S. Iuſtus Legatus XXII. ex ipſo Tomo ac Demochare citatis. Cuius Iuſti quamquam ſemel meminerit Romanum Martyrologium Baronianum [x]: eius tamen ter recordatur Martyrologium Bedæ ex allegatis.*

Paragraphus 5.

Familia D. Turnonis.

TV Lector, inde tria peraudias. Primò, nobiliſſimus Dynaſta Turnonis, ſeu de Turnone eiuſve familia, quæ habuit Franciſcũ Cardinalem Sedis Romanæ, ac Lugdunenſem Archiepiſc. Numer. CXX. hodie ſibi vẽdicat haud rarò nomen Iuſti in ſuis quibuſq; maſculinis generationibus ac primogenitis, honoris cauſa, eò quòd ſe dicat oriundã ex proximis cõſanguineis ſeu collateralib. vetuſti D. Iuſti, vt pote quondã Turnoni cõmorãtis ex relatis ſuprà. Secundò, tu perlege cętera de venerandis Reliquiis S. Iuſti, eiúſve duplicis Templi apud Lugdunũ, Num. II. in vita D. Irenæi [a]. Siquidẽ illa duo ſacra corpora diutiſſimè aſſeruata viſuntur in ead. S. Iuſti Eccleſia, ac tandem aliò tranſlata. De quibus hoc iſtic dixiſſe ſufficiat. Tertiò, memineris quòd legere poſſis cõplura huc ſpectantia in recentiore Chronologia virorũ illuſtriũ Abbatialis Inſulæ Lerinenſis, ab erudito Monacho Lerinenſi Vincentio Barrali Salerno nuper edita [b] poſt noſtrã priorem Chronologiæ Lugdunenſis Eccleſiæ typographiã [c], Parte priore. Ipſe enim Vincentius hanc vniuerſã paginam, quam mox & antea de S. Iuſto à

Reliquiæ ſancti.

nobis conſtitutã reſcripſit integrã, vnà cũ cæteris ſuis pagellis [d] pro eodẽ Iuſto, depromptis tã ex MS. ipſius Monaſt. quàm ex Adone Viennenſi. Quem Iuſtum is efficit quondã Monachum Lerinenſem, ſcilicet ante ſuſceptum Epiſcopatum. Simúlque ibidem iunxit nonnulla ex his quæ ad longum induximus de S. Antiocho [e].

Paragraphus 6.

Aſtitere Concilij.

IAm veniamus ad acta Concilij Aquileïenſis, vrbis Italicæ ad mare. Cauſa cœtus compulſi fuit petulãtia Palladij & Secundiani Pſeudopræſulũ Arianorũ, qui poſt varia detrectationũ ſubterfugia, multiplici tandẽ anathemate percuſſi ſunt. Eo in Concilio, etſi Valerianus Antiſtes Aquileïenſis I. ſedens deſcribatur: tamen D. Ambr. proximè ſequens ſuffragia ſingulorũ collegit, velut Præſes. Is verò poſtquã ſententias Patrũ Italiæ excepit, & antequã Epiſc. Aphricanos interrogaſſet, ſic noſtrũ Iuſtum nomine totius Galliæ adorſus eſt. *Ambroſ. Epiſc. dixit* (ait textus Synod. [a]) *Quid etiã dicit Dominus meus Iuſtus? Iuſtus Epiſc. Legatus Galler. dixit: Qui Filiũ Dei coæternũ cum Patre non cõfitetur* (pergit locus enarrare) *anathema habeatur: & omnes Epiſc. dixerunt, anathema, &c.* Ex Gallicanis autẽ Pręſulib. qui eũ illic comitati ſunt, nominãtur apud Democh. Cõſtãtius Arauſicus [b], Dõnonus Gratianopol. [c] & Proculus Maſſilięſis [d]. Vbi

Laus Pręſ. Iuſto.

quãdo tu legis Præſulẽ ſic loquutũ D. Iuſto aduerte, quòd nullus cæterorũ antè & retrò inſpicitur accepiſſe eos honoris titulos, quales audis à S. Ambr. inditos & collatos S. Iuſto, viro perinde multæ famæ, & habito digno, qui ſolus palã ſua cõmendetur virtute in cœtu. Quod inde iã ſpectat ad ſpecies decretales ea in Synod. cõcertatas circa fidẽ: ſanè materia auguſtiſſimæ æternæque Trinitatis in lucẽ prodiit, & per repetitas vices firmata eſt. Necnon etiam de emiſsis ibidẽ aut celebratis à Patrib. ſacrificiis Miſſæ & vſu ſcitè loquitur ipſe Democh. aduersùs Caluinitas. Qui profectò hæretici irrepunt in hos varios Arianorum errores, quinimò euadunt illis peiores, obſtinata prorſus voluntate aduersùs ſacra hæc theoremata. Etenim iamdudum in ſejunctis noſtris Voluminibus de hæreticis recentioribus Controuerſiis [e] & Antimartyrologio [f] fuſe docuimus Ioannem Caluinum [g] ac ſuos complices cre-

Arianiſmus.

dere: quòd in diuina eſſentia eſt realis diſtinctio, exque conſequenti ſint tres diuinæ eſſentiæ ſeu ibi tres Dij: quòd filius Dei non continuò à Patre gignitur, quòd Diuina Trinitas non ſit precibus à nobis inuocanda, quòd filius non ſit æqualis Patri æterno; quod ſuam

E non

---

[n] ſub prid. Id. Octobr.
[o] ſcripſit ad an. 800.
[p] li. 7. c. 26. & li. 9. c. 66.
[q] Capitib. 68. & 90.
[r] loc cit.
[ſ] li. 7. c. 26.
cit. hinc Sanaro in li. 5. Epiſtol. 17. Sidonij.
[t] apud Bar.
[u] lib. 3.
[x] ac Vſuardi 4. Non. Sept.
[y] 6. 7. & 9.
* Et S. Iuo Carnotẽſ. in Chronic. Iuſtũ collocat ſub Pharamundo ethnico Francor. Rege, vnà cum ſanctiſſimis & ſynchronis Epiſcopis Niceta Viẽnenſi, & Maximo Turonenſi. Alia de eo vide Num. II. VIII. & XVIII.

[a] 5. 7. ac 9.
[b] Lugd. 1613.
[c] Lugd. an. 1627.
[d] à pa. 316. ad 320.
[e] ſupr. & infr.

[a] col. 4.
[b] d'Oranges.
[c] de Grenoble.
[d] omnes priùs illic cõſcripti.
[e] c. 23. ſect. 4.
[f] li. 1. c. 8. art. 18. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 41. 42.
[g] Caluin. li. 1. Inſtit. c. 12. &c.

non habeat à Parre eſſentiam,cum ei inferior ſit ; quod Chriſtus non dicitur creator cœli & terræ ; quòd anima Chriſti ſubiecta ſit ignorantiæ;quòd noſtram perſonã ſuſceperit, vnde peccator foret : quòd Spiritus ſanctus velut minor Patre & Filio ſit miniſter Sacramentorum in Eccleſia militante · ac denique quòd ſuam non mutuetur à Patre Filióque eſſentiam. En denarius articulorum Geneuę numerus in auguſtiſſimam illam triadem, velut ad ſcopum directe collimans:quos quia illis noſtris in libris ſat ſupérque probamus oriundos ex Caluinianis textibus,ad quæ locupletiora Volumina recurrito ; idcirco præſens noſtra anacephalæo ſis mox abſtinebit ab iis ſingulis demonſtrandis, ne talis cura valde moleſta hoc tædium nobis atque lectori tam citò renouare cogatur. Sufficiant ergo iſta prænuncia hac vice. Orthodoxa cuius Eccleſię doctrina aduerſariis figmentis oppoſita,legitur iteratò promulgata in Concilio Aquileenſi,ſicut & in Oecumenico I.Niceno paulò antè h percelebri. De cuius rei tenore nos rurſus alia euoluimus in anteriore typographia chronologici huiuſce Operis, Parte III. i.Et Baronij Annales ſub D.Iuſto k prædicant ingenti eius memoriam ſic enituiſſe in illa Sanctorum corona,*tanquam floribus ſemper viuidis atque odore flagrantib. in Eccleſia Dei,vt vix ſit reperiri alia Synodus,in qua tam exiguo Epiſcoporum numero, tot comprehenſi habeantur viri ſancti & eruditi,famaq; celebres.*Déque ipſius tumulo loquuntur publica viſitantium octo Doctorum inſtrumenta,iam deſcripti cœpta ſuperiùs in Ireuæo l,his archetypi MS.notulis,vnà cum aliis ſanctis corpuſculis. *In primo tumulo reperimus corpus B. Arigy Confeſſoris,& Lugdunenſis Archiepiſcopi* m,*atque iuxta ipſum in eodem tumulo corpus B. Viatoris Confeſſoris,ac Comitis S.Iuſti,cum ſcriptis vel chartis antiquis, de his facientibus expreſſam mentionem.*Et id monumentum corporis S.Iuſti pleniùs denuò confirmatur in ſequenti ſancti Albini hiſtoria n.

Hæretici errores.

Tumulus S. Iuſti.

h an. 385. i c.5.ſect. 2. k to.4.ann. 381.col. 554. & 555.Nomi gunt. l nu.2.§.7. hic 6.& 7.Sanctus ex 17. illuc. m nu.39. n nu.14.§.8.

XIV. *Paragraphus* 1.

Eccleſia Cathedralis.

SANCTVS ALBINVS, aliis Alpinus, Confeſſor vulgò habetur:niſi conſequentia tandem a eum Martyrem efficiant.Ex Homiliario Baſilicæ S.Irenęi & veteri MS.Martyrologio Collegialis Eccleſię Bellijocenſis b, ipſe conſtruxit ſimulac dedicauit Eccleſiam S.Stephani in vrbe Lugdunenſi erectam ſanè in Cathedralem *,quando aut quandiu Archiepiſcopi ſuã eò ſedem transferre non dubitarunt.Quæ tamen ſedes primaria fuerat antea in Tẽplo ſanctorum Apoſtolorũ Petri & Pauli collocata c:hodie vulgò dicta Ædes ſacra D.Nicetij.De quo themate Paradinus d.In ea verò ex Sarrazino corpus S.Albini quieſcit. Aut ſanè tutiùs iacet in Eccleſia S.Iuſti,ex præfato Homiliario antiquiore.Cuius rei veritas nobis cõperta nuper eſt ex apprehenſo MS.Doctorũ mox in vita S.Iuſti aſſertorum e,hoc typi ligamento.*Item in alio ſepulchro corpus B. Alpini Confeſſ.& Archiepiſc.Lugdunenſis inuentũ eſt, quod iuxta tumulũ glorioſi Confeſſoris S.Iuſti ſitum erat.Tum id ſepulchrũ propalatur per eiuſd.epitaphium, in quo nomen ipſius cũ præclaris Medicis manifeſtatur.* Atq; hæc ſuperſcriptio ſimul cõprobat ſarcophagũ corpus eiuſdẽ D.Iuſti.Quod equidẽ Templũ S.Iuſto dicatum,Deóq; in primis conſecratũ,& quondã in ſuburbio conſtructũ,noſtris diebus ſolo prorſus ęquatũ eſt, quando æſtuabat Caluinitarũ rabies in vrbẽ obſeſſam f.Aliudque ipſius vice & nomine breui erectu ab Eccleſię Canonicis intra vrbis mœnia,quod extat. Veruntamẽ non creditur ſolũ Cathedrale ſic tranſlatũ fuiſſe illo iam tẽpore S.Albini à pręfata Æde D.Petri ad S.Stephanũ recèns euectũ:tum ob eas rationes,quas infrà expreſſimus ſub Eucherio g:tum maximè quia S.Sicarius V. poſt ipſum Albinũ Epiſcopus adhuc cõſepultus eſt in eadẽ SS.Apoſtolorũ Eccleſia,velut humatus in ſua tũc Cathedrali.Qua etiã in Baſilica S.Nicet.apparẽt hoc æuo,tũ eius ſepulchrũ prope maius Altare,tum ſeiunctũ ipſius Sacellũ.Pręfati verò S.Albini officium concelebratur XVII.Kal. Octobris ex Martyrologiis Bedę atque Baronij,pręter Breuiarium,ſilente Vſuardo.Creditur
An. 385. autẽ ſediſſe ad annũ 385. & 94.Quo tempore rutilabat Eccleſia lumine & ſplendore degen-
395. tis Doctoris S. Hieronymi virtutum nitore perilluſtris. Atque huiuſmodi Chronologia ritè quadrat huic ordini ac interſtitio ab antiquis concedi ſolito iſti decimoquarto Antiſtiti.

Eccleſiæ Lugduni conſtructæ.

a §.2. b die 17 Kal. Octobr. ſeu 15. Septemb. * inf. nu 22. §.4. c de quo alia nu. 9. d li 1.c.41. & li.2.c.106. e nu. 13.§.6. fin. facto an. 1267. hic eſt octauus,ibi conſcriptus, aut hoc ordine. f dictum nu. 2.§.vlt. g nu 3.0.

Paragraphus 2.

Stirps S. Albini.

PErſcruremur gentilitia eiuſdem ſancti Albini,ſi de his tutò loqui & ea tandem obtinere poſſimus ex reuolutis priſcorum libris. En quadruplex opinio. In primis videtur fuiſſe eius Romanus , ſeu frater ſeu filius matronæ Albinę,quæ mater fuerat Marcellæ , & cuius meminit Diuus ille Hieronymus in Epiſtola ad Paulam & Euſtochium a. Vnde Domina Marcella b eſſet legitima ſoror vel nepti à latere noſtri S.Albini Antiſtitis. Et vario horum natalium ac nominum inde fluit, quòd mos ſit frequenter attribuere poſte-

a to.9.Procemin in Epiſt. ad Galat col. 2.fol.63.Pariſ.1546. b ſancta vidua in Martyrol.31.Ian. Hier. Epiſt. 16.ad Principiam.

ris nomina progenitorum, quoties præſertim noſcuntur tales eodem viguiſſe temporis interuallo, & pares ferè ſunt inter eos exteriores fortunæ aut conditio, ſi reliqua deſint talis parentelæ oſtentandæ adminicula poſt multa documentorum perditorum ſecula, bellaque ciuilia. At verò omnes annuæ reuolutiones ſunt hic prorſus pares vtrobique, plurimúmque ad eam rem conſentaneæ. Vnde meritò cõmouemur hæc ſuadere ac enarrare de tanta progenie in ſingulis natis Deo dicatâ & ſanctiſſimâ. Hieronymus verò hanc mulierem vocat *Albinam venerabilem anum præſentiæ Domini redditam*: hoc eſt, humanæ vitæ cedentem [c].

Quadruplex opinio & optio. Quem obitum Baronius adſcribit [d] anno ſalut. trecenteſimo octuageſ. ſexto: nimirũ ſedente Lugduni noſtro S. Albino diſertè. Secunda multùm differens opinio de ſua propagine, eſt quòd Albinus Romanus è Senatorio ordine eretus [e], & pater matronæ Lętæ, fretus eſt communi vitæ ſpiritu ſub eodem æuo Præſulis noſtri S. Albini. Ad quam Lætam ſcripſit D. item Hieronymus [f], eámque ſuo Epiſtolio manifeſtat orthodoxo Toxotio deſponſatam. Adque propoſitum Baronius teſtatur [g] hunc Albinum priùs quidem viſum hominem ethnicum [h], quinimò paganæ ſuperſtitionis vanum Pontificem, implacabilémque Chriſtianæ religionis hoſtem: at pio vxoratorum contubernio catholicum poſtea valdè ſtudioſum effectum, vrbe tota præ miraculo obſtupeſcente: quaſi tandem ex falſo Gentilium vate euaſerit vetus Chriſtianorum Pontifex zelo plenus, perindéque fortaſſis Lugduni. Is autem ad extremum cenſetur Martyr factus. Nam hunc de eo calamum ducit Hieronymus Lætam alloquens: *Tu es nata de impari matrimonio* [i]*: de te & Toxotio* [k] *meo Paula* [l] *generata eſt. Quis hoc crederet, vt Albini Põtificis neptis de repromiſſione Martyris naſceretur, vt præſente & gaudente auo, paruulæ adhuc lingua balbutiens, Chriſti alleluya reſonaret? &c.* [m] Id martyrij vaticinium de Al-

Plures Albini. bino antea ethnico dictum exiſtimo: qui hinc conuerſus ad fidem, cum orbatus propria vxore, ſe Chriſto vouente ex partis vtriuſque aſſenſu, aut altera emortua, caſtus reliquo vitę ſpatio, egit Epiſcopum in Chriſti Eccleſia, pro quo demum ſit paſſus in illo officij affectu. Quippe hoc texturæ prognoſticon de futuro martyrio minimè ad ipſam Lætam refertur: quæ mortem violentam perpeſſa non eſt pro Seruatore: ſed potiùs velum caſtitatis votiuæ ab Hieronymo petens, Ieroſolymam nauigauit ad auiam Paulam, vbi in puro honorificóque virginitatis ſtatu conſenuère, vnà cum pudica Euſtochio [n]. Tametſi iſte Albinus non legatur hactenus canonicè Sanctus, aut ſolenni ritu in Martyrologiis conſcriptus. Eſto autem detur ipſi dies martyrologicus decimus ſeptimus Kalendarum Octobris [o], qui ſupra [p] S. Albano Lugdunenſi attribuitur. Hoc enim peræquum eſt, ac rationi conſentaneum: quia ſupponimus vnum & eundem eſſe hominem reuerâ, idémque indiuiduum naturæ, etiam inſciis aut nondum cogitantibus Martyrologiorum authoribus ad hoc vſque tempus. Viderit Eccleſia, aut generalis eiuſdem Vicarius in poſterum, quid in propoſito decernat, ſi potiora huiuſce cohærentiæ inſtrumenta, ac ſanctitatis Albani patris argumẽta detegãtur & prodeant, quę his auxilientúr, aut fidem publicam facere queant. Cui Eccleſiæ eiúſque iudicio hoc vniuerſum Opus offero, & piè ſemper ego ipſe pedes tantæ maieſtatis Apoſtolicæ oſculor.

Reliqui eiuſdem adhuc nominis. Tertia autem ſententia conuertur ditiſſimam ac piam Albinam, matrem ſanctę Melanię iunioris [q], vxoratæ Piniano. Qui tres deuotione illuſtres Româ abſcedentes [r] cum Melania ſeniore Carthaginem appulerunt, deindéque Hieroſolymam: Eccleſias & pauperes cunctis illis in partibus locupletantes. Facilè autem potuit Albina hæc nanciſci fratrem aut proximè conſanguineum, Albini rurſus nomine inſignitum, ob ratiocinationes in primo problemate ſubſiſtentes. Qui Albinus Lugduni prçfulſerit. Quippe hoc totum eadem tempeſtate eueniſſe deprehenditur. Nam illi religioſo diſceſſui Baronius aſteriſco notat annũ quadringenteſimum nonum: ſcilicet decennio tantùm aut circiter, poſtquam S. Albinus Lugdunẽſis mortem oppetiit, aut ceſſit Epiſcopatui. Hęc verò Albina, ſanè alia eſt ab ea ſui nominis, quã dictitat ſecũda opinio, quę dudum obierat, vt minimùm ante annos 23. ſingulis Romę natis.

4. opinio. Quarta demũ ſentẽtia lubens arridet vni viro pio eiuſdẽ apertiùs nomenclaturę, qui Gallus eſſet natione. De quo fatur S. Gregor. Antiſtes Turon. hiſtoricus [ſ] hiſce characteribus [t]. *Albinus Confeſſor, cuius vitæ liber à Fortunato eſt conſcriptus Presbytero, obtinet ſuam impertiente merito locum oſtendendi miracula ad ſepulchrũ. Die ſolennitatis aderat paralyticus omn. debilis, euectus plauſtro ante vitream abſidẽ, quã ſancta concluduntur membra. Datúſque ſopori; vidit virũ ad ſe venientẽ, & dicentem ſibi: Cum ſignum horæ tertiæ audieris, ſurge continuò, & ingredere Baſilicam. Ipsâ horâ B. Martinus* (Turonenſ. Epiſc.) *cum Albino contribule ingredietur, &c. Nec moratus ille accedit, & directis pedib. incolumis eſt erectus. Quod à pleriſque viſum teſtatũ eſt.* Profectò iſte Albinus iure Sanctus ex miris ſuis operib. clariſſimè degebat ſub eodẽ hemiſphęrio, quo D. Martinus, quem poſtea morientẽ viſum eas ſub proximo pręſentis Albini ſucceſſore [t] Lugdunenſi: vt denuò credibile valdè ſit eum Lugduni ſediſſe Antiſtitem: quinimò aptiùs quàm ſederit vnus ex tribus allatis remotioribus Italis, cùm iſte quartus videatur in Gallia oriundus.

c To. 9. cit.
d in Annali.
e veſtigia in Martyrol. Baron. 26. Ian.
f to. 1. pa. 19. col. 1.
g in Annal. ſub ann. 382.
h vxoratum, teor. S. Paulæ profectæ Hieroſolym. feſtum eit. 26. Ian. an. 407. migrabit.
i Nam vxor Albini Gentilis erat Chriſtiana.
k De eius pueritia Hieronym. ep. ad Euſtochium virginẽ fratrem eius Toxotij. col.
l to. 1. fo. 58. Iunior, cuius auia Paula Albini ſupra.
m pa. 19 cit.
n auuncula Lætæ, filia Paulæ veteris.
o 15. Sept.
p §. 1.
q Feſtum 31 Decemb.
r an. 409. Baron. in Annal.
ſ li. de Glor. Confeſſ. c. 96.
t Martino nu. 15.

Hinc tandem miſſos facio alios tres Albinos,claros alioqui Epiſcopos:verùm huc non ſpe-
ctantes.Primum vtique Sabionenſem : deinde tranſlatum ad Eccleſiam Brixionenſem,virum
ſanctum [u],tempore Albini [x] primi Longobardorum Regis Italiam inuadentis pluſquàm in- u die 5.Febr. x Alii alboini & Alboini.
feriori ſemiſeculo [y].Item ſecundum paucis cõmemoramus, Monachum natione Anglũ,po-
ſteáque effectum Andegaui Epiſcopum in Francia,paulò tardiùs conſiſtentem [z], & pariter y an.568.
Sanctum [a]. De quo vetus Breuiarium Lugdunenſe inſerit nouem matutinales lectiones [b], &a100.
ac Petrus de Natalibus eius hiſtoriam texuit [c]. Et tertium obiter enarramus Antiſtitẽ Ca- z Epiſcop.an. 540.contra
talaunenſem in Gallia Belgica,noſtro iterum recentiorem[d], ad catalogum tamen Sanctorum Trit.ſeriùs
minimè pertinentem.Cæterùm,ex quatuor primis ſupra allatis ſententiis,ego me lubentiùs an.740.Baro. in martyrol.
ad ſecundã aut quartam putarem accingendũ,velut fortiores,pro S.Albino Lugdunenſi,ſuæ a 1. Martij.
ſtirpi donando. Quæ ſingula multùm proficua ſtudioſo Lectori haud gratis iſtuc compu- b ſublatas è nouo.
limus. Ingenua nanque expergefaciunt,ad noua atque pulchra quæque inſtruunt,excolunt c li.5.c.164.
mentem,exhilarant,& præclarè de hiſtorico rerum ordine imbibunt. d an.479.Baron.in Annal.

XV.

SANCTVS MARTINVS Confeſſor, priùs Abbas Inſulæ barbaræ prope vr-
bem,& diſcipulus S. Martini Pannoniæ, egregij Epiſcopi Turonenſis [a].Ex
400. his concluditur cum ſediſſe Lugduni ad annum quadringenteſimum,colla- a Parad.loc. cit.
tione facta aut habita ratione ad ſeculum præfati Turonenſis Antiſtitis, qui
402. eo anno obijt, ex Genebrardo [b].Aut veriùs interiit anno CCCCII. ex anti-
quiore S. Seuero Sulpitio [c] Aquitaniæ Presbytero,& ex Baronio collectore [d]. b in Chronol. ſub S Syriaco Papa
412. Vel tandem anno CCCCXII.ex Gregorio Turonenſi [e],cæteris adhuc vetuſtiore.Circa quę
tẽpora omnia ſedit præfatus S.Martinus Lugdunenſis.Atque reuerà etiam iſte calculus ritè c in vita S. Martini Turon.
quadrat cum circumpoſita ſerie vniuerſi huius Catalogi Lugdunenſis,perindéque cum in-
auguratione ſacra ipſius B.Martini Archiepiſcopi Lugdunenſis,deprompta ex vulgatis au- d In Annal. eo an. & in martyrol. 3.
thoribus Democharis [f]. Pro cuius feſto nihil deprehendimus in Breuiario Lugdunenſi.Nã
tranſlatio S.Martini,quam commemorat 4. Nonas Iulij, eſt Turonenſis Archiepiſcopi, vti Id Nouemb.
manifeſtum eſt eo die ex Martyrologio Baroniano. Arbitror autem noſtrum eſſe S.Marti- e ex libris extremis 1.&
num Lugduneum,quem idem Gregorius Turonenſis alibi ſcribit tumulatum apud Lemo- 10.hiſt.Frãc.
uicenſes,quando loquitur de Duce Deſiderio armis inſurgente audito obitu Chilperici Re-
gis, hiſce verbis. *Morabatur Mummolus intra muros Auennicæ vrbis cum Gundebaldo. Qui con-
iunctus cum ſuprad. Ducibus* (Deſiderio & Gund.) *Lemouicinum accedens, Briuam (vrrctiam vi-
cum,in quo ſanctus Martinus noſtri,vt aiunt, Martini diſcipulus, requieſcit, aduenit:ibique parmæ*
Qualis fuerit. *ſuperpoſitus Rex eſt leuatus* [f], *&c.* Ex quo textu liquet in primis veteres habuiſſe hunc Marti-
num iuniorem pro ſancto beatóque in cœlis ex publica fama & traditione à maioribus ac- f li. 7. hiſt.
cepta. Deinde hinc aduertendum eſſe,non tunc mortuum pręfatum S. Martinum ſenioris- Franc.c.10.
S.Martini diſcipulum,quando Duces eò conuenêre.Nam ille Ducum acceſſus euenit anno
quingenteſimo LXXXVIII.quo Rex diem extremum confecit [g].Sed narrat author dunta- g Ioan.Till. in Chron.
xat locum quieſcentis corporis noſtri defuncti Martini,dudum morte abſumpti,nimirũ an-
te annos inde circiter centum ſeptuaginta quatuor. Etiámque Scriba Gregorius dicit (*vt
aiunt.*) Quæ nota minimè eſt ſigniſer noui effectus,ſed tam veteris,attamen ſatis firmi, & ex
vera Patrum traditione proficiſcentis. Ob idque hinc altiùs conſcendendo ſufficienter in-
ducitur temporaria categoria huius noſtri Martini Lugdunenſis.Quia certè nullus alius hu-
iuſce nominis inter mortales extitit eo æuo,ſenioris Martini diſcipulus,quam S. item Mar-
tinus Santonenſis Abbas,alibi profectò conſepultus,nimirum ad Xantonenſem ſuam Gallię
ciuitatem,ex pręfato Gregorio aliis in titu[h] ac Beda:& de quo Martyrologium Baronij 7. h li. de Glor. Confeſſ.c.57.
Idus Septembris. Atque [illegible] præſen[illegible]iarum hunc poſtrèmum miſſum facimus.

XVI. *Paragraphus* 1.

BEATVS ANTHERVS ſeu Anterus Confeſſor, annumeratur duntaxar apud
Dubiũ ſuper iſto Archiepiſcopo. Sar[illegible]az[illegible]nu[illegible] hoc ordine citra omnem Chronologiam,Qui author, quia recentior
eſt:dubitabamus in 1.calcographia,an capacem dicti fidẽ efficiat.Adeóq; Lectorẽ
de ancipiti re cõmonebamus per appẽdicem à latere ſerici directæ aut categoriæ.
Needum tunc id nomen a recto capite Epiſcoporum erigebamus : cùm eius obliuiſcantur
Mart[illegible]ologia,Homiliarium & Campegius,aliáve Chronica ſuperioris ætatis, quæ mox ſtu-
dioſius pau[illegible] perqui iuimu[illegible] Hac autem vice & vlteriore topographia curauimus tan-
dem eum ſanctum ad rectiores ſacratioréſque tantæ arboris ramos euehere, ne for-

tè

tè ſanctus ſuis demum orbetur meritis ac titulis, ſi qui verè ei debeantur: tametſi in ea perquiſitione vix hodie plus ſapiamus quàm antea. Et hoc doleo. Si ergo ad extremum coniectari & circuire liceat in iſto themate: dicimus quòd eodem ſcrupulo temporis, quo noſtrum Anterum aſſidere oportuit Lugduni, floruit Antidius Veſontini Epiſcopus. De quo offert Chronicum Sigiberti [a], quod aliquando tertia feria *poſt Palmas tranſiens pontem Dubij fluminis, vidit agmen Dæmonum geſta ſua Principi ſuo referentium, & inter eos Æthiopem in manu ſandalium perferentem ad iudicium*, cum hiſtoriæ reliquiis, quas ſubticemus. Is verò vnus & idem homo eſſe potuit cum noſtro Antero, reſtitutis tribus mediis literis, quas veterum forſan Scribarum [b] aut Notariorum ſocordia & ignauia ſæpenumero intertit. Huic enim culpæ obnoxij fuêre. De eiuſmodi nanque erroribus & homonymiis inter ſcribendum propria virorum nomina, maximè Sanctorum, frequenter conqueſtus eſt D. Hieronymus [c]. Quæ ſomnia, ſi ſuo iam æuo percrebuerunt: faciliùs poſtea irrepſerunt conſequentibus miſeris temporibus ante compertam artem typographicam, ſanè poſtmodum excogitatam ad reparandas inſcitias, cogente negotiorum ſtatu. Adeo vt vetus liber Manuſcripti ſeu Homiliarij Eccleſiæ ſancti Irenæi Lugdunenſis ſit allucinatus in iſto ſaltem lineę ductu. Itaque ſi hoc iter inuerſorum elementorum teneamus: conſequens eſt Antidium Lugduno, vbi præfuerat, Veſontium fuiſſe tranſlatum; dum fines extremæ vtriuſque Diœceſeos ſeſe contingunt ad oppidum vulgò nuncupari ſolitum S. Claudij præſenti ſeculo. Quæ vrbs ad Epiſcopatum ſpectat Lugdunenſem, in qua corpus ſacrum D. Claudij iacet, multiſque ſemper coruſcat miraculis [d]. Atque is Claudius fuerat quondam Epiſcopus Viſuntinenſis. Et Sede tandem relicta, abſtruſerat ſeſe in reconditas & ſyluaticas ſolitudines loci ac ſitus, vbi poſtmodum eſt conſtructum id oppidum ſui nominis præ morbidorum eò conuenientium benéque habentium multitudine. Solares verò intercapedines ſedentis huius Anteri ſeu Antidij viſæ ſunt compleſſe duntaxat Lugduni annos duos à quadringenteſi-
413. mo decimo tertio & infrà: neque vlteriùs: quia eiuſdem Sedes ſtrictiſſimè attratur terminis
414. hinc inde poſitis, tum anteceſſoris, tum ſucceſſoris, quem iis perlectum, tanquam obeliſco & ſignante lapide. Cuius etymon ſi poſtulaueris: videres deductum à Græco, [illegible] id eſt, *mentum, barba & os*, necnon ab [illegible] *contrarius*: quaſi vir ille fuerit ore eloquentiſſimus, & mente diſſimilis aut repugnans cupidini eorum, qui innumeris illecebris pelliciuntur, quos arguere eſt vigilantis animorum Paſtoris officium, & quo perfunctus eſt iſte Anterus æmulator religioſiſſimus antiquiſſimi anteſignani S. Antheri Pontificis Maximi Romæ Martyris [e] ad tertium Euangelij ſeculum [f]: qui Pontifex vocatur Antheros ex Græco, apud Authorem Faſciculi temporum. Pariterque Antidius martyrio confeſſus eſt nomen Christi [g], à Croſco Vuandalorum Duce ac Rege Biſuntij interêptus, vt loqui pergit idem Sigibertus. Etiamque profectò Antidij etymon ſuboritur à Græco [illegible], aduerſarius litis: nimirum vox eſt æqualis in ſignificatu cum etymologia & origine præfati Antheri.

Primus additus. — *Creditur eſſe Antidius.* — *Veteres Librarij erroribus obnoxij in ſcribendo.* — *Etymologia prioris & poſterioris nominis.*

a ſub anno præciſè 413
b vulgò, Copiſtes.
c To. 8. in P. 77. col. 2. To. 9. in cap. fin. 23. S. Matth. &c.
d feſtum 6. Iunij.
e feſtum 3. Ianuar.
f vnico menſe, an. 238.
g In toto cõmen. Mediol. ſup. Martyrol. Vſuardi 25. Iu...

Paragraphus 2.

SEd allaris iſtud recèns addimus. Quo menſe Opus hoc abſolutum ex noſtris illabens manibus ad Typographum proficiſcebatur, ad nos miſſus eſt Veſontionum Archipræſulum liber ab eruditiſſimo donante Chiffletio editus [h]. Qui dum efficit Antidium decimum tertium illic ſedentem, & Demochares primum [i] (quem ipſe aſpirat per *th*) adnotat quidem eundem Antidium vtique Sanctum ex Canonico Biſuntino electum Archiflaminem loci [k]. Verùm certè non tuetur id immediatè vel proximè geſtum. Adeóque tale præludium minimè obſtat, quin vir ille pius ex Canonia priùs aſſumptus fuerit Lugdunum, deindéque tranſlatus Veſontionum, ad ſuum vetus domicilium. Quippe, idem Chiffletius vltrò conceſſit eundem ſuum Antidium admitti haud potuiſſe ad Pontificalem eam conſecrationem ante annum ſal. CCCCXV [l]. Quod proculdubio ritè quadrat cum præfata noſtra ſupputatione, quatenus diſertè concludit præſentem Lugduneum Archipræſulem non niſi biennio Lugduni aſſediſſe, finiundo ſcilicet anno CCCC.XIV. Sic rectè ſingula cohærent.

Noua de poſteriore hiſtoria.

h an. 1618. menſe Iulio.
i To. e Miſſæ Sacrificio, ca 31.
k pa. 86.
l pa. 68.

XVII. *Paragraphus* 1.

SANCTVS ANTIOCHVS, Confeſſor: pro quo obiter Democharis Authores ac Paradinus [a], cum ſequentibus quatuor Præſulibus eodem ſuo contextu. De ipſo bifariam loquimur. Vno modo ex condenſatis primum ſtructuris Authorum pro eo, qui pridem ſua Opera in lucem edidère. Nam ipſe Antiſtes præci-

Duplex ordo iſtius hiſtoriæ.

a li. 1 ca. 61

puus eſt, qui antea presbyter Lugdunenſis, pio incitatus officio ad inuiſendum ſanctum I. Iuſtum eius Epiſcopum in Ægypti Eremo morantem, nomine & actione verè iuſtum, peregre profectus eſt, ex Petro de Natalibus [b]; ſiue eum adhuc viuum repererit idem Antiochus, veluti ſubobſcurè videtur innuere Haræus [c]; ſiue etiam mortuum inuenerint Lugdunenſes, vt loquitur Surius [d]. Vnde ipſius reliquias Lugdunum tranſtulerit ipſe Antiochus, vti aperte affirmat Paradinus [e]: de quarum tranſlationis feſto nos diximus ſub S. Iuſto [f]. Addit autem Rituale Eccleſiæ Lugdunenſis [g] hunc ſanctum Antiochum tempore, poſtea interiecto ad eiuſdem Pontificij culmen aſſumptū. II. Ordo. Altero modo, geſta ipſius Antiochi viri probi emendicare & mutuari ſtuduimus ex probatis Manuſcriptis hodiernæ Eccleſiæ ſancti Iuſti Lugdunenſis nondum editis: quæ pulchrè vniunt & ſimul coagmentant, imò permultùm adaugent varia præfatorum Scribarum fragmenta; quatenus ea ſingula recèns promulgat hæc ſecunda noſtra caleographia. Idque præſtamus ſub præſenti Archiepiſcopo ex proximis textibus conſequentibus poſt ſuperiorem vitam ſancti Iuſti [h] itidem Præſulis Lugdunei, tali methodo. *S. Antiochus tunc Presb. Lugdunenſis*, nimirū quandiu vixit aut abfuit D. Iuſtus, *vitæ ſeueritate præcipuus, & qui non immeritò poſtea in ea Sede B. Iuſto ſucceſſerit, tanti Pontificis viſendi deſiderio tactus, cùm terras & maria trāſmitteret, venerādus ille Iuſtus* S. Iuſtus Vates. *aduentū eius adeò prænunciaſſe fertur, vt etiā quib. dieb. quæ loca adiret, exprimeret, dicens: Chariſſimus Antiochus noſter hodie illic moratur [i], imò verò illū ipſum diē quo venturus eſſet ad eū, indicauit.* Nota quòd Antiochus illum probabiliùs viuum ac ſpirantem adhuc repererit. *Porrò cùm annis aliquot in Eremo carnem afflixiſſet, de mundo triumphaſſet, Diabolum protriuiſſet, Angelis proximam vitam peregiſſet, atque tantorum laborum dignus adeſſet finis, regna cœlorum ſcandenti & in extremis agenti flens conſternatus animo* Viator. *Viator dixit: Cui me, Domine, relinquis? Beatus Iuſtus reſpondit: Ne turberis, fili, tanquam ſolatio deſtitutus; non ita diu pòſt tu me ſequêris. Quam eius prædictionem à diuina relatione manantem veram fuiſſe, ſanctiſſimi iuuenis obitus declarauit.* Quippe addit ſeorſum Petrus de Natalibus in lucem dudum editus [k]: *Nam cum Viator poſt dies ſeptem ad patriam ſecutus eſt XII. Kalend. Nouembris*, in eodem Eremo. Deinde, ſic denuo pergit Manuſcriptum copioſius, cui breuior arridet idem Petrus in rerum ſubſtantia [l]. *At pro amore & ſtudio ſolliciti Lugdunenſes, audita morte ſui Epiſcopi, in Ægyptum & Orienti vicinia loca profecti, & penè inacceſſas præ ardoribus ſcrutati ſolitudines, totum ferè orbem ſuæ pietatis teſtem effecêre, dum egregij Sacerdotis & ſancti ſenis Iuſti, necnon Viatoris fideliſſimi comminiſtri oſſa reuerenda in* Reliquiæ. *vrbem ſuam reduxerunt, exceperunt, & in eorum honorem ac memoriam venerandas & ſacras ædes excitauerunt, in quibus ſacroſanctas Reliquias collocarunt, ne tam præclaro indignos Antiſtite ſeſe oſtenderent, vt qui ſpiritu cum ipſis erat, eſſet corpore.* En præclarum hiſtoriæ teſtimonium: cui plura non ſubnectimus. Vbi adiicit Petrus qui ſuprà: *Amborum corpora à ciuibus exinde ſublata, in Eccleſia SS. VII. Machabæorum condignè poſita ſunt IV. Nonas Septembr.* [m] Et de Antiochi fine ſcribit [n] eum cœleſtia conſequutum Idibus Octobris, ac ſepulchrum loco præfato.

b l. 1. c. 68.
c d In vitis Sanctor. pa. 798.
d To. 5. pa. 23.
e li. 1 c. 59.
f nu. 11.
g in Breuiario 2. Septēb.
h n. 13. §. 3. & 4.
i prophetat, & ſequitur duplex prophetandi genus.
K li. 9. ca. 66.
l ca. 90.
m cit. ca. 90.
n ca. 68.

Paragraphus 2.

Duo Antiochi. QValis autem & cuias fuerit iſte Antiochus, ſi percontemur: duo nobis occurrunt iudices arbitri in opinando. Priore loco, haud erit difficile perſuaſu, quòd is eſſet nobilis ille Antiochus ex Eunucho factus Patricius: qui poſtea delatus apud Theodoſium Imperatorem exauthoratus eſt, & redactus in Ordinem ſacrum, ſublatis ab eo patrimonialibus poſſeſſionibus. Inde verò ſtrictius & religiosè vitam egit, plenus meritis. Proptereàque potuit conſequenter aſſumi in Lugdunenſem Epiſcopum: cùm ipſe pulſus floruit hoc eodem tempore. Theodoſius namque imperauit ab anno ſolari CCCCVIII. ad ſequentem quinquageſimum. Et ſic poſtmodum rediit in gratiam & ſynceram Theodoſij amicitiam. Quo de tanto viro frequentem denuum mentionem habuerit & fecerit: dum huic Principi ſuis ipſe vigiliis multùm contulerit. Et his de rebus author eſt Baronius [k]. Poſteriore loco, Vter libet huc ſpectat. idem ſacer Annaliſta ſub annum ſal. CCCCVII. alium numero diſtinctum Antiochum profert in medium [l], quem fatur tunc ſediſſe Epiſcopum Ptolemaidis. Eſtque ciuitas Ægypti Metropolis. *Elpidius Canonum ſcientiſſimus modeſtè modico impetrato ſilentio* (ait Baronius) *ſic Regem* [m] *alloquitur: Subſcribant fratres noſtri Acatius & Antiochus*, velut Epiſcopi, *qui illos expoſuerunt Canones, quos ipſi obtendunt*, nimirum aduerſus D. Chryſoſtomum exulantem: *& ſoluta controuerſia eſt.* Probabiléque eſt, quòd poſtea idem Antiochus ad bonam mentem redierit, necnon tenuerit ſaniores Chryſoſtomi partes. Ex quo regionis ac temporum indicio & argumento probabiliorem ferè coniecturam elicimus, quòd ille ſit is, quem iſtic profitemur Lugdunenſem Archiepiſcopum, triplici de cauſa. Primò, quia eo proficiſcente Lugduno in Ægyptum, vt de Cleri Lugdunenſis mandato videret, quomodo ageretur circa D. Iu-

K In ſuis Annalib ſub an 411. ex Suida.
l To. 5. Moguēt. 1601. col. 245.
m in Arcadium, ibidem an. 404. 407.

ſtum,

ſtum, ciúſve Reliquias tantopere expetitas, facilè in illis prouinciis ſubinde poſtea electus
ſit Pontifex Ptolemaidis: & Lugdunum miſerit Reliquias per ſocios indigenas Ciues Gal-
los, qui cum ipſo acceſſerant in Ægyptum. Secundò, etſi concedatur eum in Frãciam rediiſ-
ſe, quaſi ſuo perfunctus munere ſeu Legatione de aſportandis per ſe Lũgdunum reliquiis:
tamẽ ſanctitas ipſius, quæ iã ſpiritales Eremi cibos & epulas prægustauerat, cum maiori de-
ſiderio inflammarit repetendi pia deſerta, & reliquũ vitæ tranſigendi ad lautiora vitæ cæ-
leſtis conuiuia. Quibus in partibus euenerit, vt volans fama ſuæ pietatis atque doctrinæ
compulerit Ptolemaicenſes Diœceſanos ad tantum virum Cathedra digniſſimum ſacro do-
nandum ſolio inter Ægyptios. Denique verò acciderit ipſum ex Ægypto in Gallias ſeu
Lugdunum ex omnium votis tranſlatum fuiſſe, quando poſtea vacabat Primatus. Tertiò,
aduerte fluxus temporum: quòd huic profectò ſucceſſioni ritè congruat omnis Chronolo-
415. gia. Nam à die obitus S. Iuſti ad hanc Lugdunenſem Antiochi ſedem, proculdubio in-
terceſsêre anni triginta [n]: & tres interea Archipræſules Lugduni præteriêre [o]. Quo tem- [n] ab an. 383. ad 410.
pore ac interſtitio trium planè decadum Antiochus ſediſſe potuit apud Ptolemaidem. [o] Albinus, Martinus & Anthetus.

Paragraphus 3.

Mors. OBiit verò idem Antiochus Idibus Octobris anno incerto: ſepultus in Eccleſia Sancto- [p] cit. §. 1.
rum Machabæorum; ex præfato Petro de Natalibus [p]. Adeóque eius feſti ſolennia ha-
bentur XV. menſis ex Breuiario Lugdunenſi & Martyrologiis Vſuardi atque Baronij. Mar
tyrólogium tamen Bedæ effert decimum ſeptimum Kalendarum Nouembris. Et Ioannes
Molanus in Vſuardum, dicit quidem ad marginem Commentarij, de eo plura agere Ado-
nem Viennenſem. Verùm certè nihil tale in Adonis Chronico legi: vt neque de exactiore ſe-
culari reuolutione ipſiuſmet Antiochi in iſta ſua Sede. Quæ tamen non ægrè obtinuit an-
420. num quadringenteſimum decimum quintum, à crepuſculo ſui reditus Ptolemaide Lugdu-
num, vbi poſtea fœliciter perrexit ad ſequentem vigeſimum aut circiter [q]. Deinceps vero, [q] in Homil. vocatur Autiochus, tacẽte Cãpegio.
in Reſcriptis octo Doctorum, de quibus ſuprà ad ſanctum Albinum [r], legi hoc repertorij elo- [r] nu 14. 1. & nu. 2. §. 7.
gium pro iſto XVII. Antiſtite. *Item in alio tumulo* (Eccleſiæ ſancti Iuſti) *repertum eſt corpus ſan-
cti Antiochi, Confeſſoris & Archiepiſcopi Lugdunenſis. Cuius ſacrarum veſtium, quibus indutus
fuerat, ſicut & plurium cæterorum, adhuc veſtigia manifeſta teſtabantur. Super cuius etiam tumu-
lum (ſecundum antiquam prædictæ Eccleſ. conſuetudinem, in feſto ipſius, quod colitur Idibus Octo- [s] ell nonus
bris, Sacerdotes & Clerici eiuſdem loci candelabrum ponere ſueuerunt.* En noua editio. S. ex 17. ibid.

XVIII.

Hiſtoria. SANCTVS ELPIDIVS Confeſſor pluribus effloruit mi[r]aculis ex Petro de Nata-
libus. deinde apud Campegium in priore editione [a] quantumuis taceat in poſte- [a] 1507.
riore, & remoueatur in relati[o]ne Democharis ſub nom[i]ne ipſius Campegij. Cu- [b] 1537.
ius Antiſtitis ordo hic apud omnes effecit, [v]t rite eum ſed[iſſ]e arbitremur ſub an-
424. num CCCCXXIV. Et inde is fortè eſt il[l]e, de quo ſuprà [c] Baronius verba [f]ecit ſub eadem [c] n. 17. §. 3.
voce Elpidij Canoniſtæ eximij cum Antiocho. Quem ſcr[ipt]orem ſic plura co[n]tigit fuiſſe
loquutum de illo homine valde orthodoxo & bene ſcio. *Elpidius Laodiceæ Syriæ E[pi]ſcopus* (ait
ex Palladio [d] ſub an. CCCCIV.) *vitæ merito & canitie ipſa venerandus, vnà cum Tranquillo ſtu-* [d] Mogũ. To. 5. col. 245.
debant Regi, non oportere Ioannem Chryſoſt. enim irrationabiliter eiici. Non eſt autem impoſſibile
cum tandem verè traduci Laodiceà Lugdunum. Interea, veteres octo Doctores mox de-
nuo expreſſi [*] id ſempiternum de eo monimentum complexi ſunt. *Item in alio ſepulchro re-* [*] n. 17. § 3.
*perimus corpus B. Helpidij, Confeſſoris & Archiepiſcop. Lugdunenſ. cuius ſacrarum veſtium, quibus in-
duebatur, ſicut dictum eſt de B. Antiocho, adhuc veſtigia manifeſta demonſtrabantur. Cuius etiam*
Multæ reliquiæ. *ſepulchri locus epitaphium oſtendebat.* Tum illud Inuentarium octo atteſtantium proximè ſub-
iungit egregias tres aliarum Reliquiarum circumſtantias iſtic pari paſſu iure nectendas. *Item
ſub Altari B. Virginis eiuſdem Eccleſiæ repertum eſt corpus B. Peregrini Presbyteri & Confeſſoris, cum
quadam Charta Græcè ſcripta.* Ergo illuc ob bella tranſlatum fuerat ex Inſula barbara, vbi pri-
S. Peregrinus. mùm iacebat ex Numero 2. extremo. Tum ſic pergit reſcriptum Iuſtinianũ. *Iuxta quem San-
ctum reperimus corpus B. Conſtantini Martyris, qui fuit pro fide chriſtiana à barbaris interfectus
ſecundum quod quædam Scriptura lapidea ſepulchro eius ſuperpoſita declarabat. Reperitur etiam quod-
dam vas lapideum ſub prædicto Altari B. Virginis, in quo multus ſanguis Martyrum fuerat recol-* [e] hi ergo
lectus. En de his ſatis [e]. Venerabilis autem huius noſtri Elpidij depoſitio celebratur die IV. decimus. 1.
Nonas Septembris, attamen anno item incerto. *Cuius ſacrum corpus honorifice ſepultum,* ex 17. n. 2. 3.
in Baſilica ſeu Eccleſia ſanctorum VII. Machabæorum quieſcit: in qua ſancti Iuſti tumulata ſunt

ſacra

ſacratiſſima membra Sic S. Ado Viennenſis, deindéque Petrus de Natalibus[f]. Quo die Ec[cl]eſia vniuerſa memoriam recolit ex Baronij Martyrologio, citra Bedam[g], qui eum nuncupat Helpidium.

f li. 3. ca. 37. quam Homiliarium adhuc appellat S. Iulii.
g Tom. 3. in Martyrol.

XIX. *Paragraphus* 1.

Dno huiuſce nominis.

SANCTVS SICARIVS Confeſſor, quem prætermisêre Homiliarium atque Sartaſinus apud Democharem: & nominat Sycarium Campegius apud eundem. De ipſo Officium celebre fit in Eccleſia ſancti Nicetij: ibíque extat Capella eius nomini dicata: qua in Baſilica ipsius ſacrum corpus conditum fuerat, etiam ex Baronio[a], velut in Cathedrali tum dicta ſanctorum Apoſtolorum. Inque eius rei ſignum habentur quatuor Sacerdotes præbendarij eiuſdem ſacelli ac tituli, noſtris diebus. Huius quidem feſtiuitatis recordatur ſolus Vſuardus: ſaltem eius memoria deſcribitur à Ioanne Molano ipsius Martyrologij Commentatore, his verbis: *Lugduno, Sicarij Epiſcopi, III. Idus Aprilis*[b]. Silent autem planè Beda, Baronius & impreſſio Breuiarij Lugdunenſis. Video tamen hoc tempore in quibuſdam Breuiariis, maximè Sacerdotum & Cleri Eccleſiæ Collegialis ſancti Nicetij manu adnotatum, *Sicarius Confeſſor*, VII. Kalend. Aprilis[c]. Cuius certè ſolemnia recolit Clerus, præſertim eiuſdem Eccleſiæ. Interea idem Molanus ad VI. Nonas[d] Maij dicit vno verbo, *Ipſo die paſſio S. Sitharij Martyris*. Nec locum impoſitæ crucis deſignat, vt moris tamen ei eſt alibi paſſim. Duntaxat in diſtincta anteriore periodo meminit Monaſterij ſancti Galli in Alemania, pro ſancta Vvilberada. Campegius denuo ſeorſum nominat
428. noſtrum *Sicarium*. Quem opinamur ſactum agolum geſtaſſe ad annum CCCCXXVIII.
430. & XXX. Cæterùm recens Auctor Ligni vitæ alienigena præclarè teſtatur Baſilicam ſancti Nicetij quondam extitiſſe Lugduni Abbatialem. Et inde rurſus, Domnus Polycarpus Carthuſianorum Annaliſta, Anachoreta Lugdunenſis ac indigena id pariter deprehendit & palam edidit. Quam profectò ſententiam arbitramur permultùm veriſimilem.

a To 6. Annal. pa. 10.
b nonnullis Cicarius, dec 11. menſis.
c 26. Martij.
d 2. menſis.

Paragraphus 2.

Sicharius impius miles.

ISte Præſes non eſt Sicharius ille profanus & aulicus homicida, qui reipſa Sicarius pugione interemerat Chramiſindi familiam: à quo & ipſe Turonibus enecatus eſt. Horum pluribus author eſt Gregorius Turonenſis[e]. Ex promiſcua cuius lectione cum proximè appoſitis in ſuo volumine, prima fronte videres id geſtum temporibus ferè iſtius noſtri Sicarij. Non enim artem Chronicorum ibidem aut nuſquam profitetur autographus, ſed nudum hiſtoricon. At verò, ſi quis propiùs rem contueatur, fatebitur id negotium ſeriùs multò factitatum. Nam quemadmodum ſtatus perſonæ Deo ſacræ non compatitur id ſcelus committi ab ea: ſic neque æuum cohæret vtriuſque. Quia talis vir ob perpetratum crimen adierat piiſſimum Guntrannum Burgundionum Regem petendæ veniæ gratiâ. Guntrannus autem ſolium tenuit ab anno duntaxat quingenteſimo ſept[ua]geſimo ad vndevigenteſimum[f]. Eſto hæc prænuncia, ne quis obiter titubare aut cla[u]dicare videatur, in conferendo ſemel literario ſenſu & cortice eum illo textu Gregoriano & milite.

e li. 9. hiſt. Francor. ca. 19.
f 599.

Paragraphus 3.

Tumulus noſtri S. Carij.

SEd his attexam ea quæ extant in membrana ſeu publica comprobata ſcriptura de reperto huius ſancti Tumulo marmoreo in Eccleſia Nicetiana ad annum MCCCVIII. De quo inſtrumento ampliora decentiùs comperta ſunt infrà ſub ſanctis Ruſtico[g] & Annemundo[h]: nimirum quia iſte S. Sicarius omnium talium primus deſcribitur illic poſteriùs alias, [al]ioqui tempore multò tardioribus, & quidem hoc tenore: *Item inuenimus in quadam Cappella, quæ vocatur Cappella S. Sicarij in ead. Eccl. quoddam Altare, & contiguam retro ipſum Altare quandam tombam, in cuius fronte præcedente erat depicta quædam imago ad ſimilitudinem Archiepiſcopi Mitram habentis: circa quam imaginem erat ſcriptum hoc nomen, S. SICARIVS.* Quibus peractis locus ille tranſit ad B. Annemundum, incipitque loqui de quodam ſuo vaſe aut ſepultura[i], &c.

g nu. 16. ſu.
h n 43. §. 7. ar. 6. poſt S. Geneſiū ibi depictum.
i art. cit.

XX.

XX. *Paragraphus* 1.

SENATOR, is eſt quem Paradinus [a] minus verè conſtituit tempore Maioriani Imperatoris, vnà cum S.Sicario:& in margine connotat annũ ſal. CCCCXLIII. Quippe ex Cardinali Baronio [b] conſtat Maiorianum ſuum duntaxat arripuiſſe imperium anno quadringenteſimo quinquageſimo ſeptimo,& ſancti Leonis Papæ I.anno decimo octauo.Præfato autem anno 443.imperabant Theodoſius [c] & Valentinianus. Inſuper, Capite ſuo antecedente ſcribit idem Paradinus in margine annum CCCCXLI. quo præciſo tempore enarrat Sedem ſancti Eucherij I.Lugdunenſis Archiepiſcopi. Adeóque eum abuſiuè cenſetur præferre Sicario ac Senatori, veluti ex ſuo calculo aut ſcriptorum ordine concludendum venit. At ex Authoribus Democharis & aliis, qui manum calamo ante Paradinum admouerunt, conſtituitur ac ſedit primùm Senator, multóque magis ſanctus Sicarius. Igitur iſtius Senatoris ſeculum cadit ad minus ſub annum quadringenteſimum trigeſimum primum,& adſequentes aliquot: de quorum numero poſtea [d]. Atque is calculus nulli iam repugnantiæ aut impugnationi obnoxius,veritati magis conformis eſt,vti confeſtim apparebit [e].Silet verò Campegius,non apud Democharem, ſed in propriis ſuis editionibus.

a 1.ca 2. b in Annalib. ſub an.457. c An.36. Theodoſij. d 5.1. e cit. 5.

Ann. 431. 434.

Paragraphus 2.

Cuius patriæ fuerit Senator.

IAm autem duo lubens ad propoſitum dixerim. Vnum de qualitate perſonæ: quantus & cuias fuerit iſte Senator.Alterum de loco aut Epiſcopali Sede, ad quam è Diœceſi Lugdunenſi videbatur canonicè forſan tranſlatus. De primo, monemus quidem priùs floruiſſe Senatorem peramicum ſancti Germani Epiſcopi Antiſiodorenſis, attamen annoſiorem: quem Germanum recenſet Baroniusex Chronico illius æui [f] orbem illuſtraſſe [g] temporibus Imperatorum Honorij & Valentiniani [h]. Ob idque Senator eiuſmodi,Gallus natione cum S. Germano [i],vt creditur, potuit Lugduni ſacris infulis exornari ab anno CCCCXXXI. ad quadrageſimi quarti complementum: neque vlteriùs, propter ſuccedentis Eucherij I. chronologiam eo anno ſaltem probabiliùs initiandam. Poſteriùs ſcito præfatum ſanctum Leonem, accepta Sede Romana, illico miſiſſe Conſtantinopolim Legatum Presbyterum Romanum nomine Senatorem,vnà cum S.Abundio & Aſterio Epiſcopis, deindéque Baſilio item Presbytero,déque his quatuor Pontificem ſcripſiſſe ad Theodoſium Imperatorem,& eos vocaſſe fratres,quorum deuotio illi eſſet perſpecta atque probata recognitoribus Genebrardo & eodem Baronio [k] ex eiuſdem Papæ Epiſtolis [l]. At verò primus Leonis annus celebratur quadrageſimus ſuprà quadringenteſimum, apud Anaſtaſium Moguntiæ, Onuphrium & Iacobum Gordonum nobis conſpicuos, præter concordes duos præmiſſos. Igitur Senator ille ſtatim è Legationis regreſſu conſtitutus eſt Archipræſul Lugduni, tanquam honorarij vice,ex veriſimili rationum pondere. Verùm, hoc ſtante opinionum motu; nequiuit ipſe niſi eo anno ſedere Lugduni: quia ſtabiles & firmi denuo computus ſuccedentis vlteriorem iſtius ſeſſionem præpediunt.Alioqui potuiſſet eidem Senatori tempus prorogari ad annum CCCCXLIII.iuxta vniuerſaliores Paradini terminos.Auguramur nihilominus potiorem videri anteriorem ſententiam. Quod tandem ſpectat ad Caſſiodorum hiſtoricum cognomine Senatorem Rauennatem: is ſeriùs paulò floruit [m]. De altero themate aperiendo ex polliciris; quod eſt locus poſtremus obeuntis Senatoris, & ad exitum ſancti Confeſſoris: proculdubio cenſetur poſtea tranſlatus Lugduno ad ſedem Albanenſis Epiſcopatus. Nam martyrologici conſcriptores allegant vno verbo die XXVI.menſis Septembris: *Albani ſancti Senatoris:* ſine vllo temporis ſcrupulo. Adeóque is facilè præſenti Chronologiæ aptari poteſt. Ea autem æquiuoca Ciuitas quam textus anceps non deducit in ſuas ſpecies [o]; ſanè eſt quadruplex. Primò conſtituitur Alba Auguſta vrbs Galliæ Narbonenſis,ſeu populi Albigenſes [o]. Secundò, ponitur Alba Pompeia Galliæ Togatæ,è qua Albenſes ad Padum [p].Tertiò, Alba ciuitas Italiæ:non quidem ea quæ antiquis fertur collocata in Longobardia ad lacum Fucinum: ſed ſubſtitit in Latio,vrbe Epiſcopali, Cardinalatu: vbi ſanctus Bonauentura fuit Epiſcopus Cardinalis in Campania prouincia. Eſtque propior Romã, quàm Longobardia, cùm Toſcani interiaceant. Quartò, Albania regio orientis, cui Armenia auſtralis eſt, & Iberia borealis [q]. Quintò, Albanum vrbs ipſius maioris Armeniæ, in qua D. Bartholomæus Apoſtolus legitur excoriatus. Sextò, Albanus Macedoniæ mediterraneæ oppidum [r]. Præterco

Ad quē Epiſcoparum tranſlatus.

f Conſtãtius lib.2. cap.6. g per annos 30 in Sede. teſt.32.Iul. h ab an 396. ad 454. Bar. i obot Rauennæ ann. 450 ex Sigiberto: non Romæ cum Greg Turõ. de Glor. Cõfeſſ c.41. Idẽ in hiſt.Frãc. li 4.c 1. k 10 Martyr. 26 Septemb. & Annal.To. 6.an.450. Mog.col 148. l in 33.ex 97.ad minus Epiſtulis in Tomis Cõc. m ad an. 518. ſub fin Anaſtaſij Imperator.

o vt nec cõmentaria. o Bellefor. To 1.Coſm. Alby. Albigeois. p Plin.li.3. ca.5. q Plin.7 2. r Ptolom.

F

tereo Albam Hiſpaniæ [f]. Elige quod vis, pro tranſlata Cathedra Senatoris. Fortaſſis veriùs in præfatis Galliæ ciuitatibus.

f Plin. 3. c. 19.

XXI. *Paragraphus* 1.

De SS. Eucherio 1. & 2. Lugdunenſibus Epiſcopis.

BEATVS Eucherius Confeſſor, primus huiuſce nominis vir clariſſimus cognomine Magnus, poſtquam initio vxorem caſtè duxiſſet, factus eſt ſpontaneus Anachoreta religioſiſſimus ex voto in Lerinenſi Cœnobio cum S. Honorato primo loci Abbate, ad quem duos teneros ſuos maſculos iam à puerili ætate duxit alendos, & ad ſingularem pietatis normam probè inſtituendos, videlicet Salonium & Verannium, ad præfecturas eccleſiaſticas iure tandem euectos. Is patens monogamus inde ex meritis ſelectus eſt Archiflamen Lugdunenſis, vt moris erat tunc temporis quoſque eruditos & bene moratos educere ex variis Clauſtris multiplici hominum doctiſſimorum genere refertis, tanquam ſeminariis Reipublicæ exornandæ, vnde forent Eccleſiæ duces, ac dignitates in Clero piè regendo poſſiderent. Nunc autem is à nobis optimè dictus eſt primus tantæ appellationis & Antiſtes Cathedræ Lugdunenſis: quia profectò ſubinde poſt alios octo adſequentes alter eius nominis habetur infrà ordine trigeſimus hoc in Volumine, qui eſt ſanctus Eucherius ſecundus, nonus poſt iſtum, iſque inter ſanctos Viuentiolum & Lupum Archiepiſcopos inſerendus, non Letini Monachus, ſed item monogamus, atque pater ſanctarum virginum Tuliæ & Conſortiæ, ſenex diues in ſeculo, ab ephebis Ordinis Senatorij, at ſolus in concauo rupis ſponte ieiunus vitam agens propter Chriſtum. Quem ſanè dualem numerum minimè diſtribueramus in priore chronologica noſtra editione ante annos pene viginti [a]: ſed vnicum tunc notum ſanctum Eucherium Lugdunenſem, eúmque poſteriorem altiùs paulò ſub præſenti ſerie Capitis XXI. diſponebamus. Iſta verò in ſpecies ideo ab exordio deducimus obiter, donec plura in poſterum: eò quòd habemus hîc opus tali eorundem antilegomeno pro adſequentium doctrina penitus animis ingerenda. Etenim ſanè ad hos noſtros poſtremos annos vſque antiquitas & obruſus quandoque Scribarum calamus vnicum ſemper Diuum Eucherium Lugdunenſem Protopaſtorem agnouit duntaxat, & palam fecit, nonnullos alterum eiuſdem vocis dicentes ſimplicem Presbyterum, reliquos porrò ſocium penitus ignorantes. Et vel etiam humana eiuſmodi inſcitia Cæſarem Baronium Cardinalem ac ſcriptorem egregium inuoluit circa priores ſuorum Annalium Eccleſiaſticorum editiones [b], vt duntaxat deprehendere cœperit alterum Eucherium Lugduni Præſulem (qui nunc eſt iſte prior antea ignotus) pendente fabrica iteranda in poſtremis ſuis Annalibus ſeu topographiis [c]. Et meum pariter ingeniolum his communibus alioqui toti orbi ignorantiæ tenebris inuolutum cæcutiebat, quando typis mandabatur anterior noſtra Chronologiæ Celticæ promulgatio, hoc eſt, antequàm Baronius nominis virorúmque duplicitatem ſibi compertam & exploratam haberet. Mirum ergo fortè videbitur Clero & vulgaribus literatis, quòd nunc publicemus duos cunctis Chriſtianis Eucherios Lugduni olim Præſules, cùm id hactenus lectorem quemquam latuerit. At certè comperta recèns veritas nos meritò cogit, vt ex officio auctas multiplices veterum hiſtorias & varias chronologicas rationes detegamus. Cauſæ autem tanti laboris ac ſudoris vnde hactenus alter Eucherius facilè ad amuſſim percipi & detegi haud potuerit, ſunt hæ: & ſic forſan de quibuſdam aliis in orbe. Antequam Germani adinuentam artem typographicam perluſtraſſent [d], ſanè volumina Authorum manu & calamo pedetentim conſcripta viſebantur rarò in publicis quibuſdam Bibliothecis reſperſa, ibidem ſæpiùs occultari ſolita, quaſi in ſecretioribus cubiculis recondita, nec cunctis apprimè ſtudioſis trita, adeóque paucis ea ſibi comparare licebat. Quapropter exactior temporum diſcuſſio ſingulis in rebus tam citò obtineri nequibat, & talia multorum ſubterfugiebant aſpectum. At poſtquam libros excudere cœperunt homines multi illo iam artificio perſpicaces crebris in ciuitatibus, doctus quiſque faciliùs potuit ſcripta deinceps peruia ſibi comparare, eadem venari, gradatim ſecula diſcutere, & iuſtiore ad libram pondere omnia ſcrutari. Hinc itaque factum eſt, vt quod Baronius priore forſan aſpectu non valuit perueſtigare, aut ſi quis alius, hoc ipſum ſub poſteriore indagine meruerit animaduertere & annotare: atque ſic nos conſimiliter vnà ſyncerius conferendo ſingulas Pontificum Romanorum ætates, necnon & Imperatorum, Regum ac Conciliorum ſeu Antiſtitum ibidem adſiſtentium.

Generatio neſcuiuſque. — Mox vnus horum de nouo repertus. — Iſque eſt primus. — Et ſecundus additorum.

a an. 1605. 6. & 7.

b Moguntiæ an. 1601. & Antuerpiæ.

c Coloniæ Agrippinæ 1609. &c.

d inchoata an. 1440. in vrbe Argentinenſi.

Paragraphus 2.

Tempus ſui Archipræſulatus.

MOdus porro recognoſcendi duos ad minus Lugduni floruiſſe viciſſim Eucherios Antiſtites, is eſt, quòd primus, de quo mox hoc Num. 21. ſederit ab anno CCCC: trigeſimo

435. ſimo quinto ſub titulo Archipræſulis, teſtibus Vſuardo in Chronico & Paradino in hiſtoria
441. Lugdunenſi, vt ab ouo exordiar. Deinde anno CCCCXLI. is ſua dedit ſuffragia Cõcilio I. Prouinciali Arauſicano, Præſide S. Hilario Archiflamine Arelatenſi [e], ſub D. Leone Papa I. Non fuit ergo iſte Eucherius Presbyter aut ſimplex Sacerdos Lugduneus, veluti olim confusè cenſuerunt Honorius Scholaſticus Presbyter Educnſis ſeu Auguſtodunenſis [f], & Suffridus in Gennadium, ac dubius initio Baronius in Martyrologium Romanum [h]: qui certè Gennadius, aut germana eius editio exprimit [i] hũc I. Eucheriũ extitiſſe Epiſcopum Lugdunenſem cúmq; parentem filiorum, quos ſuprà nominauimus. Atque reuerà etiam non ſolent puri Sacerdotes admitti cœtui Epiſcoporũ: at ſolùm Epiſcopi. Hæc fuit igitur genuina notitia: ac inde pendet, quòd Eucherius I. extitit verè Epiſcopus Lugdunenſis: quem in Sede Gennadius teſtatur perrexiſſe ac obiiſſe ſub Valentiniano *ſecundo & Martiano Imperatorib.* veluti etiã teſtatur Pet. Achillinenſis [k]. Ille autẽ Valentinianus diem confecit extremum anno
453. ſaluris quadringenteſimo quinquageſimo quarto, & Princeps Martianus an. CCCCLVI. [l] Proinde tẽporanea periodus defuncti cernitur ad ſummũ anno quadringẽteſimo quinquageſimo tertio. Sed diem fixũ non habet ſui diſceſſus, neque locum in Martyrologiis. Quo fit, vt necdum credatur ad Sanctorum canonem orthodoxum redactus in Eccleſia militante.

e To. 1. Concilior. f In Catalog. ca. 63. anno 440. h 16. Nouē. i c. 63. de illuſtrib. Eccl. ſcriptorib. To 3. Hierō. ſcripſit ad an 490. Baron. k li. 10. c. 67. l Baron.

Paragraphus 3.

Antiqui Authores de ipſo.

IAm reliqui Authores, qui de præfato Eucherio I. veriùs loqui cenſentur ex adiunctis vniuerſim Hilario ac Principib. allatis, ſunt hi: S. Iſidorus Hiſpalenſis Epiſcopus libro de viris Illuſtribus [m], Ado B. Viennenſis in Galliis Epiſcopus ſub annum 452. [n] Ioannes Trithem. in ſcriptoribus eccleſiaſticis, Marcellinus Comes, & Vincentius Belluacenſis [o]. Quos dum per anacephalæoſim aggregare ſtudet Vincentius Barralli in Chronologia Lerinenſi [p] pro vnico quem concipit Eucherio, & dum varias etiam Baronis editiones Annalium recolit, vbi demum Cardinalis duos Lugduni Eucherios recognoſcit, ſanè Barralli formulas ſui tractatus ſic tamen miſcuiſſe cenſetur, vt vix duos Eucherios Lugduni præfuiſſe aduerterit; quinimò ſuas paſſim confundit pagellas, quales alioqui probè à ſe diſtinxiſſe oportebat, veluti nunc disertè conamur præſtare, vt ipſe clariùs ſecerneret priorem duntaxat Eucherium comparuiſſe Monachum ſui Lerini diſtinctum ab altero poſteriore non profeſſo ſui Ordinis. Cuius prioris edita Volumina, nonnullis apud præfatos Authores breui conſcriptis, meritò videntur hîc tenuiori penicillo diuulganda, quatenus præſertim hoc ſeculo in lucem prodiêre, & qualia ipſe diligenter compoſuit, partim in ſacris Conuenticulis, & ex parte in ſede Primatus pro totius Eccleſiæ bono. Edidit primò Commentarium in Geneſim libris trib. 2. libros quatuor in quaternos biblicos Regum libellos. 3. Volumen formularum ſpiritalis intelligentiæ. 4. Quæſtiones difficiliores in vtrunque Teſtamentum pene totum. 5. Interpretationem nominum hebraicorum & aliorum in ſacris paginis deliteſcentiũ. 6. Epiſtolam paræneticam ad Valerianũ de mundi contẽptu: hiſce hactenus Romæ excuſis [c], quæ præ manib. habeo. Item 7. libros duos inſtructionum quæſtionum veteris & noui Teſtamẽti per interrogationem & reſponſionem impreſſos [d], ex Conradi Geſneri Bibliotheca [e]. 8. Quędam Caſſiani Opuſcula, quæ ſanctus iſte contraxit in Compendium [f]. 9. Librum vnum de laude Eremi ad ſynchronum S. Hilarium Arelatenſem Epiſcopum. 10. Epiſtolas ad diuerſos. 11. Expoſitionem in Prophetas Eſaiam, Ieremiam, Ezechielem & Danielem, quæ extant manu ſcripta in Bibliothēca Imperatoris Viennæ Auſtriæ [g]. Et 12. ac vltimò ſcripſit eas Homilias, quæ perperam tribuuntur Ariano Euſebio Emiſſeno, ex Baronij ſententia [h]: qui certè opinatur ſtilum & pietatem Eucherij, iterúmque circunſtantias Martyrum Lugdunẽſium & Monachorum ſibi perfamiliarium, ac temporum quibus vixit ipſe Eucherius, ſatis demonſtraſſe eundem extitiſſe legitimum horum authorem, præter commentarios telorum in hæreſeos Neſtoris & Eutychetis ab eodem ſcriptis iniectorum. Sed diſtinctè nõ aperit Baronius, vtrum ille Euſebius fuerit director trium Voluminum Homiliarum tribui ſolitarum ipſimet Euſebio, an duntaxat vnius; ſcilicet num emiſerit Homilias ad populum typo traditas à Gagneio [i], Homilias quæ Dominicis per annum & Feriis Quadrageſimalib. legi ſolent [k], necnon Homilias decem ad Monachos. Arbitror Baroniũ omnes capere, & ſingulas velle S. Eucherio I. deferre, dũ vniuerſim loquitur. Quandoquidẽ inſtituit ſermonem de Monachis, ſeu perinde etiam de Monialib. vnà cum illo D. Eucherio. Quem Paſtorem egregium dum pauci ex allegatis [l] arbitrabantur fuiſſe Lugdunenſem merum Sacerdotem, vt ſalua putaretur eorum opinio ex parte, dicendum foret, ipſum priùs per aliquod tempus aduixiſſe religioſum Sacerdotem Lugduni in Clero doctiſſimum (cuius etiam genitores & patria ignota ſunt) antequam ſacras Præſulatus inſulas pio ſcrutinio eſſet adeptus, ac tunc iam fortaſſis ſuos inchoaſſe libros vti probabiliſſimum eſt, quos

XII. Libri ingẽtes ab hoc Eucherio editi.

An & quomodo dictus Presbyter.

m ca. 15. n In Chron. ſexta æt. o In ſpeculo hiſtoriali, li. 20 ca. 10. p pa. 380 &c. c an 1564. in vnico Tomo & priùs Baſileæ an. 1530 ex Geſneio. d Baſil. e alphabetic. f ex eodem Geſn. g ex cod. inuentario. h in Annal. pa. 441. col. 10. To 6. no gun. 1600. i Pariſiis 1547. k Antuerp. 1555. l 3 a.

itaque poſt ſuſceptum Epiſcopatum abſoluiſſet & compleſſet. Cæterùm præter hoſce duos Eucherios tẽpore diſſidentes Præſules & ante Eccleſiaſticam præfecturam ſemel vxoratos, vixit quoque eo medio ſeculo nobilis alius Senator Eucherius Aruernus, ad quem præclarum militem probúmque virum Epiſtolam exarauit ſanctus Sidonius Apollinaris [m] horum trium ſynchronus, Antiſtes pariter Aruernus. Quem ne quis augur exiſtimet creditum poſteà alterum ex noſtris commemoratis Præſulibus; certè Author cum inſignit Torquatum militem, & Baronius aducit illum bigamum irregularem, ſeu perinde Epiſcopatu incapacem, ac longè noſtris diſcrepantem. Is abs re occiſus eſt, inſtantibus prælus Alarici [n] atque Honorij occidui Imperatoris, impulſatis vario ſeditionum motu Burgundionibus & Galliis triginta annis aut circiter *, antequam primus noſter Eucherius ſuum Epiſcopatum iniſſet. Qua de re Nicephorus Calixtus [o], Paulus Oroſius [p], & Genebrardus [q].

Alius ſuo æuo Eucherius laicus.

Citra cauſã interemptus

m li. 3. Epiſt. 8.
n Gothorum Regis
* Baron. in Annal. ſub anno 480.
o li. 13. ca 35.
p li. 3 Hiſt. Franc. c. 38.
q li. 3 Chronol. ſub an. 406. 418.

Paragraphus 4.

MOnachalis autem Abbatia S. Honorati Inſulæ Lerinenſis mediterraneæ, quam ſæpe incoluerat primus iſte Eucherius Celtarum Primas ex ſentẽtia præfati Sidonij Apollinaris [g] ſitum habet ſub Diœceſi Graſſenſi Archiepiſcopatus Ebredunenſis [h], vel ſub Forojulienſi Archipræſulatus Aquenſis [i], qualẽ audimus atque ſuſpicimus in emenſis Planiſphęriis ſeu Chartis Geographicis, tum conſcriptum apud authorem Ligni vitæ [k], & nuperrimè in Chronico Manuſcripto Cluniacenſi, ex perlecto à nobis Diplomate Bonifacij Papæ octaui, directo ad Abbatem S. Honorati Lerinenſis. Quod equidem Cœnobium Inſulare *Benedictus Papa VII. donauit* prætereà (addit locus) *ſancto Maiolo Abbati Cluniacenſi, & ſucceſſoribus ſuis etiam priuilegiatis.* Hæc ſingula quæ texuimus pro hoc Antiſtite, nec non ſequentia eiuſdem quæ pergimus aſſuere, exquiſitè reperenda & exſcribenda curauit ex noſtra priore Chronologica editione [l] Vincentius Barralli in ſua Lerinenſi Chronologia [o] diuerſis in paginis [m]. Exactius verò tempus quo Benedictus ille Pontifex contulit Maïolo Monaſterium Lerinenſe, incidit ad annum præciſè vigeſimum Maïoli in Abbatem electi, quando Breue Apoſtolicum in eum finem accepit. Hoc denuo mox inſpeximus & perſcrutati ſumus, ac id ſolidum tempus recognouimus in manuali autographo Cluniacenſi, poſt anteriorem noſtram chronologicam typographiam, vbi allucinatio quædam irrepſerat, mox rectiſſimè ad integrum reſtituta. Annus autem iſte vigeſimus Abbatis cadit iuſtiſſimè ſub annum ſalutis nongenteſimum octuageſimum quartum inchoantem, quo Papa Benedictus demum aſcendit ad ſuperos. Maïolus enim cœpit Ordinis ſui miniſterium anno nongenteſimo LIV. Idque mendum prioris typi agnouit poſtea Vincentius, ac repoſuit latiùs quidem, ſed nos hîc adhuc ſtrictiùs & accuratius ipſo rem fœliciter in ſuas ſpecies reducimus ac plene conſtituimus. Inde verò nonnulli autumant Lerinum adſcriptum in barbara Inſula Abbatiali prope Lugdunum ad Ararim pro illo fixo Sancti Eremo, qualem præſertim locum ei aſſeuerat Guillelmus Paradinus in ſua Lugdunenſi hiſtoria. Quod equidem ex præmiſſis dictum creditur citra verum à præfato Authore. Niſi fortè quis diſtinguendum omnino iudicaret de diuerſo ſeorſum inſulari habitaculo: nimirum vt prius idem Antiſtes monaſticam vitam primùm egerit in Cœnobio cognomine barbaro, tunc regulari diſciplina florente, & ſucceſſiuè poſtmodum ad Lerinum longiùs ſeceſſerit velut auſterius, vtrunque Ordinis ſancti Benedicti. Quam ſanè tranſlationis formulam non renuo veriſimilem fore. Attamen certè nullus alius legitur id hactenus demonſtraſſe. Igitur perſuaſum nobis eſſe debet, Eucherium priùs Monachatum exercuiſſe in Lerinenſi peninſula cum religioſa ibidem ſocietate paulò ſtrictiore: Quippe mos fuit antiquorum vota monaſtica profitentium, quòd tandem à Cœnobio ad ſolitarium locum aliquem ſeſe conferrent, operáque pœnitentiæ adaugerent, Anachoretas agentes, tanquam vitam beatiorem, ſicut in Chronico [f] Cluniacenſi eiuſdem Ordinis ſæpiùs factitatum legimus inter profeſſos. Vnde Abbatia Cluniacenſis poſſidet hactenus rurales Decanatus. Hoc itaque pacto copioſiùs & ſecuriùs id thema renouamus in præſenti alterâ editione, ſupra anterioris Bibliopolæ circinum. Ex qua poſteriore Abbatia, quem vnicum ſitum ritè Surius commemorat, pertractus eſt Eucherius ille primus à Lugdunenſibus ad hunc ſuum Epiſcopatum; fortaſſis quia ciues eum prius nouerant valde pium apud barbaram eorum Inſulam.

Tẽporaneus monachatus præcedens Epiſcopatũ S. Eucherij.

Vbi illa ſit.

Alias iterum.

g Eiuſque cõmentatoris Sauaron. li. 8. Epiſt. 1. & li. 9. Epiſt. 3.
h ad Septẽtrion. per 15. Leucas. & diſtantia Antipoli ſeu Antibis Galliæ 5 leucis.
i 15. leucis ad occaſum in Prouincia. Lerinum in longit. grad. 28. & ſextæ partis, latit. 40. & medij. Diœceſes vulgò *Graſſe* & *Freius*.
k pag. 117.
l anni 1607.
o anno 1613. iam bien. 13 §. 2.
m pa. 38. itẽ pa. 373. ad 387. parte priore.
* pa. 389.
f Manuſcripto.
g To. 6. pa. 406. ad 16. Nouemb.

Paragraphus 5.

VT tandem orthodoxam maiorum fidem doceamus æquaſſe noſtram, & nos hoc æuo antiquis Patribus indiſſolubili vinculo necti: detectum imus præcipuos Synodorum articulos, quales D. Eucherio ſuffragante reſtituere nixa eſt prima Eccleſia, à Caluinitis ore tenus recepta, ſed reuera illis exoſa, contradicentibus ſemper eorum animis, cùm ope-

Acta potiora primi Cõcilij.

re

re reſpuant ea quæ palam ibidem decreta viſuntur,tempore purioris Euãgelij, vt loqui ſueuerunt aduerſarij. Et hoc equidem donec plura largiamur ſub Patiente & Eucherio ſecundo, præſertim multò inferiùs pro ſynodalibus aliis agminib. Imprimis ergo miniſtranda ſunt præcipua quædam Acta primi Concilij Prouincialis Arauſicani, quæ huc pertinent & inſeruiunt, idque pro ſedando ac in eos retorquendo moto ab ipſis controuerſiarum negotio: reliquis eorundem Conciliorum ſeſſionibus hîc tacitùs prætermiſſis, quæ ſolam politiã Eccleſiæ, & non ſacræ fidei materiam complectuntur. Ex vndetriginta [c] Capitibus in illa Narbonenſi Gallia ſancitis, per concurrentes eò quindecim Patres Galliarum [d] Epiſcopos, & à Romana Sede poſtmodum comprobatis, nos quinque duntaxat Canones diſcuſſimus tertia Parte anterioris calcographiæ [e], velut rem hodie controuerſam obuoluentes: è quibus tres ſolummodò articulos mox iſtuc paucis compulimus, quæ magis adhuc vrgent, ac pernecesſaria ſunt ad ſalutem, adque dirimendas nonnullas ibi deliteſcentes controuerſias circa fidem catholicam; nos breuiores ruſus hoc loco effecti. Primum thema eſt eiuſmodi.

Eſt Arauſicanum I.

Prima eius Seſſio.

Nullus miniſtrorum qui baptizandi recipit officium, ſine chriſmate vſquam debet progredi [f], *&c.* En perantiqua Eccleſiæ ceremonia, quæ hactenus ſemper vſa eſt chriſmate in Sacramentis Baptiſmi, Confirmationis, & Ordinis ab Apoſtolico tempore. Quippe primo ſeculo D. Clemens Papa I. hæc ediſſerit [g]: *Omnis Pontifex ex ſacro chriſmato perunctus, & in ciuitate conſtitutus, pretioſus hominibus eſſe debet.* Deinde ſanctus Dionyſius Areopagita D. Pauli Apoſtoli coætaneus, necnon ab ipſo Clemente in Gallias miſſus, ſic pro illo ſacro deliniendi ritu externo loqui ſueuit. *Diuini ortus donum & munus diuinâ vnguenti abſolutione perficitur**. *Hinc etiam in locum vitalis expiationis vnguentum aſperſionibus crucis figurâ expreſſis* [h] *infundens, Pontifex, planè monſtrat mentis oculis Ieſum etiam vſque ad mortem ipſam, quam in morte pertulit, pro diuino ortu noſtro demerſum inuicto deſcenſu: eóſque* [i] *qui in morte ipſius baptizati eſſent iuxta arcanum eloquium* [K], *ex antiqua abſorptione corrumpentis mortis benigniſſimè auellentem, atque renouantem ad perpetuam ſubſtantiam.* Secundo ſeculo ſanctus Fabianus Pontifex Maximus ad primæuam legem hæc adiunxit: *per ſingulos annos* [l] *chriſma conficiendum in cœna Domini. In illa enim die Dominus poſtquam cœnauit & lauit, &c.* (adeſt inſtitutionis radix in iure diuino) *ſicut à ſanctis Apoſtolis prædeceſſores noſtri acceperunt, nobiſque reliquerunt* (en promulgatio ſeu traditio non ſcripta in nouo Teſtamento) *chriſma conficere docuit* [m]. Sanctus Cyprianus: *Ungi neceſſe eſt eum qui baptizatus ſit, vt accepto chriſmate, & vnctione eſſe vnctus Dei & habere in ſe gratiam poſſit* [o]. Tum ad emerſos hodie Caluiniſtas chriſmatis hoſtes videtur quodam vaticinio locutus hac periodo: *ſanctificare non potuit olei creaturam, qui nec Altare habuit* (more Caluinitarum) *nec Eccleſiam. Vnde nec actio ſpiritalis apud hæreticos poteſt eſſe, &c.* Tertio ſeculo, docuit Cyrillus Hieroſolymitanus [p] vnctionem ſacram ab Apoſtolo Petro Antiochiæ inſtitutam. Eſt enim externus quidam ornatus prudens & egregius, quem iure humano eccleſiaſtico puri homines Romani Pontifices aut Concilia adhibere poſſunt eſſentialibus Sacramentorum ſolius diuinæ inſtitutionis, quæ in Baptiſmo (verbi gratia) ſunt expreſſio verborum diuinæ Trinitatis [q] à Chriſto Deo & homine inſtitutorum [r], & à quouis alio homine ritè prolatorum, quo inſtanti baptizandum immergit ille miniſter in aquam. Et ſic analogicè de cæteris Sacramentis. Quæ eſſentia [illegible] cohærens ſi deficiat, eiuſve pars, nullum eſt Sacramentum, quia in eo diſpenſare nequit [illegible]. Si verò prætermittantur reliqua ornamenta aut præfata ceremonialia, tanquam accidentalia iuris humani: peccatur quidem extra vrgentes coactionis circunſtantias. At ratum eſt Sacramentum: quia tales actus non ſunt abſolutæ ſemper neceſſitatis; ſed ſolennitatis, quandoque ab humana lege diſpenſabiles. Quarto ſeculo, quo habita eſt præſens Synodus I. Arauſicana, ſcripſit D. Auguſtinus ſignum Crucis adhiberi, ſiue frontibus credentium, ſiue *ipſi aquæ qua regenerantur, ſiue oleo quo chriſmate vnguntur* [f], *&c.* Miſſa facimus id genus plura. Hæc ſufficiant. Ioannes verò Caluinus*, & complices vtrunque [t] irrident planè; quando peſſimè aſſeuerant baptiſmo aquæ Chriſti perperam adinuentam fuiſſe Romanis ſolennem quãdam benedictionem, vel potiùs coniurationem & incantationem, ad polluendam aquæ conſecrationem verè innatam: poſteáque cereos & chriſma eſſe additos. Hoc pacto deflectunt in immenſum à Patribus primæ puriſſimæque Eccleſiæ. Quam vetuſtam originem ſe non ignoraſſe prædicant. Attamen impudentiſſimè ſcribit Caluinus, ſibi atque ſuis licere cuncta reſpuere, quæ auſi ſunt Patres adiungere inſtitutioni Chriſti: obidque à vetuſtiore Eccleſia diſſentiunt apertè, quam tuitus eſt D. Eucherius & ſequens cum tota Gallia in Concilio. Vt hæc proficua confutatio haud leuiter illuſtret reliquam ipſius rem omnem præclarè geſtam, ſeu chronologicam eius hiſtoriam, indéque tueatur decus totius Eccleſiæ per orbem vniuerſum diffuſæ.

Eſt de ſacro chriſmate in Sacramentis.

c ex 29. vulgò à Orange, ville Epiſcopale de France, ſub Archiepiſcopatu Aquenſi.
d Lugdunenſis & Narbonenſ. Galliæ.
e c.5. ſect 3.
f c. 1. Concilij, cit. c. 2 & de conſecr. diſt 4. Nullus, c. 125.
g ep. 3, col. 2.
* c. 3. Eccleſiaſt. hierar.
h nota etiam ſignũ Crucis in Sacramentis & extrà vſu receptū.
i ex aliis editionib. cap. 4. Part. 3 vita med. fo. 78. Pariſ. 1565.
K ſacrã ſcrip.
l lex de ſtato die.
n ep. ad Epiſcopos orient. To. 1. Cõcil. & de conſecr. diſt. 3. c. 18. ad an. 240.
o in 1. ep. 12. ad an. 2, o ſedente Fabiano in Catechesi ad an. 369.
q Ernite baptizo in nomin. Patr. &c.
r Mat. 28. 19.
f Tom 9. in Ioan. Tract 118. ſub fin. & de cõſecr. diſtinct. 4 c. 18. 70. 88 101. 119 120. 126. 124.
* li. 4 Inſtit. c. 15 § 19.
t crucem & chriſma.

Paragraphus 6.

eſſi II. Arauſicani primi Concilij.

ALterum primæ Synodi Arauſicanæ Decretum obtinet hanc contexturam. *Qui recedunt de corpore pœnitentiâ acceptâ, placuit ſine reconciliatoria manus impoſitione eos communicare, quod morientis ſufficit conſolationi ſecundum definitiones Patrum, qui huiuſmodi communionem congruenter viaticum nominauerunt* [t]. *Quòd ſi ſuperuixerint, ſtent in ordine pœnitentium, vt oſtenſis neceſſariis pœnitentiæ fructibus legitimam communionem cum reconciliatoria manus impoſitione recipiant.* Qui equidem mos pœnitendi ſacramentaliter adeo antiquior eſt iſto Concilio, vt D. Clemens Papa I. ſucceſſor D. Petri Romæ oſtentet viam hanc ſacramentalem non niſi à Chriſto diuinitus propendère tali pingendi artificio. *Si fortè alicuius vel cor, vel liuor, vel infidelitas, vel aliquod malum latenter irrepſerit,* (ait) *non erubeſcat qui animæ ſuæ curam gerit, confiteri hæc huic qui præeſt, vt ab ipſo per verbum Dei* [u] *& conſilium ſalubre* [x] *curetur, quo poſſit integra fide & operibus bonis pœnas æterni ignis effugere, & ad perpetua vitæ præmia peruenire* [y]. Et coętaneus D. Dionyſius Areopagita ad Demophilum [*]. *Tu procidentem Sacerdotem Sacerdoti impium atque peccatorem, neſcio quo pacto contra diſciplinæ ordinem aſtans calce abiecisti ac repuliſti* (inquit) *cùm ille quidem verecundè, quod oportuit, fateretur ſe ad peccatorum remedia quærenda veniſſe: neque exhorruiſti inſuper & Sacerdotem optimum lacerare conuiciis, miſerabilem eum dicens, qui pœnitentem atque impium iuſtificaſſet, &c.* En nota ſuppoſitæ Confeſſionis auricularis ac ſecretæ, vt Sacramentum eſt verè. Quid autem perſpicacius & antiquius? At redeamus. Illa verò poſterior lex Arauſicana, pręterquàm prior iſta Clementina, directè & præcisè concipitur de præſenti reconciliationis Sacramento præmittendo, velut præparante ad ſacram Euchariſtiam ſeu communionem ritè ſumendam. Quod autem manus impoſitio à Patribus Concilij recenſita debeat eſſe index abſolutionis ſecretæ per Sacerdotem impertiendæ in auriculari peccatorum exomologeſi, patet ex ſequentibus aduersùs negantes Lutheranos & Caluinitas [z]. Nam etſi in noſtris generalibus Controuerſiis doceamus, ſacramentalem eam abſolutionem non habere opus manuum impoſitione de intrinſeca abſoluendi neceſſitate: tamen legimus eam abſolutionis ceremoniā ab Apoſtolis ad nos peruenisſe. Sic itaque nō ſolis Sacramentis Cōfirmationis & Ordinis percrebuit vſus iſte, quib. equidē magis intrinſecè cōpetit, dum his ſaltem duobus videatur hęc impoſitio prorſus neceſſaria, veluti inſinuaſſe cenſentur Acta Apoſtolorum: verùm etiam congruit pœnitentiæ. Atque hinc adiicimus hoc loco, quòd manus tandem impoſitio non niſi Sacramentis exhibetur; vt ſcilicet in quacunque materia antiquitus obſeruata legatur religionis ergò, ibi ritè Sacramentum concludamus ſubeſſe. Adeóque ex illo vſu pertrito circa alia duo allata Sacramēta Epiſcopali muneri reſeruata, facile tunc pius ille mos irrepſit in Confeſſionib. etiam Sacramentalibus audiendis, licèt accidentariò iſti vni Sacramento induci ſoleat, attamen prudenter & cum ingenti conformitate. Non enim manualis appoſitio pro peccatoribus ſoluendis conuenit fieri è ſuggeſtu omnibus ſimul pœnitentibus coràm poſitis, more Caluinitarum, qui prædicant verbum concionale dici formam inſtrumentalem abſolutionis reatus è remotis (ſi quam admittant) veluti dudum per nos innotuit: ſed iſta ſenſibilis impoſitio de natura ſui cōnotat ſingularem acti[illegible]nem ad ſingulares ſigillatim homines terminari ſolitam, hoc eſt, ad indiui[illegible]os quoſque ſecretò pœnitentes, atque viciſsim auriculari confeſsioni capita religiosè ſummittentes. Quòd verò hæc manuum impoſitio, ſeu eius vſus perantiquus fuerit in pœnitentia, etiam ſub titulo Sacramenti, fusè docet D. Auguſtinus paulò ante hoc Concilium Arauſicanum, libro quinto de Baptiſmo aduerſus hæreticos Donatiſtas pro noſtræ theſis demonſtratione, vbi expreſsè loquitur non de ordinatione, ſed de abſolutione peccatorum, tum per Baptiſmum, tum per alias poſt ipſum vias, quæ certè nullæ ſuperſunt ſub manuum impoſitione, quàm pœnitentia ſacramentalis: *remiſſionem peccatorum, vel per ſe ipſum facit Deus* (inquit) *vel per illius columbæ membra* (miniſtros Sacerdotes) *quibus ait: ſi cui dimiſeritis, dimittentur* (ſic inſtitutionem remittit ad ius diuinum.) *Manus autem impoſitio ſi non adhiberetur ab hæreſi venienti, &c.* (ſiue baptizato, ſiue non) Et poſt pauca: *manus hæreticis correctis imponitur. Induunt homines Chriſtum aliquando vſque ad Sacramenti perceptionem, aliquando & vſque ad vitæ ſatisfactionem, &c.* Intendit igitur iterandam eorum reconciliationem per aliam manus impoſitionem, non quidem per Clericatum & Ordines ſacros, de quibus haudquaquam ibi loquitur: ergo eam iterandam conuerſis per Sacramentum pœnitentiæ, & in laico ſtatu perſiſtentibus. Igitur tandem Patres Arauſicani præfata ſua periodo directè pœnitentiam Sacramentalem conceperunt, nomine impoſitionis manuum pœnitentibus reconciliandis afferendæ per modum benedictionis.

Pœnitentia ſacramētalis.

Impoſitio manuum qualis ibi.

Liberior hic quàm in Cōfirmatione & Ordine.

Doctores pro ea impoſitione ſub pœnitentia.

t c. 3. & Cauſa 16. q. 7. Similéque Leo PP. 1. q. 1. c. 51.

u abſolutionis ſacramentalis.

x pœnitentiæ impoſitæ ſeu ſatisfactionis operiſve ſatisfactorij.

y is eſt duplex effectus ſeu finis huius Sacramenti.

* ante med. pa. 105. ex traſlat. Ambr. Florentini Pariſ. 1595.

z Ioan. Calu. 1. Inſt. c. 4. §. 18. tū c. 13. §. 4. & li. 4. c. 2. §. 20.

Para

Paragraphus 7.

Seſſio III. Arauſicana. TErtium ſeu poſtremum notabile Caput à nobis huc meritò compellendum ex reli-
ctis aliis Arauſicanis, eſt eiuſmodi. *Admixtionem Euchariſtiæ ſimul conſecrandam cen-
ſuimus. Aliàs, cum capſa calix inferendus eſt, & admixtione Euchariſtiæ conſecrandus* [a]. Vix ni- a eſt 17. cap.
hil apertiùs pro reali præſentia corporis Seruatoris in Hoſtia perſalutati aduersùs Caluini-
tas. Etenim ipſa conſecrationis vox eam ſubſtantiæ mutationem importat, nimirum pa-
nis & vini in corpus & ſanguinem Chriſti præſentiſſimi: quæ mutatio omnimodè tranſ-
Euchariſtiæ conſecratio. ſubſtantiatio eſt. Imprimis nanque ſic fatur ſanctus Dionyſius Areopagita ad primum Ec-
cleſiæ ſeculum: *Sed, ô tu diuinum ſanctiſſimúmque Sacramentum, obducta tibi per ſigna obſcuri-
tatum, quaſi vela patefacta nobis oſtende* [b]. Quippe is Author Euchariſtiam ſacram velut b Eccl. Hierar. c. 7.
rem animatam alloquutus non eſſet, niſi præſentiam Redemptoris ſub ſpeciebus latentem
agnouiſſet. Atque hæc ſanè actualis præſentia alterius ſubſtantiæ, quæ ante vocalem con-
Inde præſentia corporis Chriſti. ſecrationem non aderat, vi conſecrationis accedit, mutationémque ſubſtantiarum con- * de conſecr.
notat: ac talem pariter intellexit ſanctus Anacletus Papa coætaneus*, ſub eiuſdem conſe- diſt. 2. c. 10. ab an. 105. ad 111.
crationis nomine. Secundo ſeculo, Diuus Cyprianus: *Quos excitamus & hortamur* (inquit [c]) c ad Cornel. epiſt. 54.
protectione ſanguinis & corporis Chriſti muniamus. Et alibi [d]: *Inuenimus calicem mixtum fuiſſe,* d ad Cecilium epiſt. 63.
*quem Dominus obtulit, & vinum fuiſſe, quod ſanguinem ſuum dixit; nimirum appellans verè
ſanguinem per ſubſtantiæ mutationem, id quod vinum extiterat ante ipſius Chriſti verbum.* En
mox apertiſſima Tranſſubſtantiationis nota, eáque prima ex tribus, quas hîc pollicemur;
Hinc I. Tranſſubſtantiatio. equidem expreſſa ſub mutationis ſubſtantialis appellatione à tanto Doctore: Cuius ac ſi-
milium vocum teſtimonia antiquiſſima iampridem extulimus in noſtris Voluminibus de
hæreticorum atheïſmo [e], & in Antimartyrologio aduersùs eoſdem Libro primo, Capite e Latinè, ex Tabul. ibid.
ſeptimo [f]. Nam cùm antea eiuſmodi libros adſtruxerimus, vt prælo his viam parent, ſuper- f ar. 115. & in circum ab ar. 104. ad 123.
uacaneum videretur nunc talia citò renouare. Altera notula interioris huiuſce mutationis
manifeſta quoque fit per æquipollentem victimæ ſeu immolationis rationem. Ea in veteri ac alib eod.
lege fuit publica animalis mactatio in Templo pro peccato. Quod mutationis intrinſecæ Volu. libro 12.
genus in corpore demortuo priùs vitam habente, fuit præſentium inſigne vexillum, ac præ-
ludiorum ſymbolum: adeóque nobiliùs hodie deprehenditur in Euchariſtia ſacratiſſima.
2. Immolatio Quippe non ſolùm perſimili immutatione *ſemel mortuus & immolatus eſt in ſemetipſo Chri-
ſtus*, vt loqui ſueuerunt Diui Paulus [g] & Petrus [h], habens partes vnas ſuæ quantitatis ex- g 1. Cor. 5. v. 7
tenſæ extra alias: verùm etiam *quotidie immolatur hoc in Sacramento*: qualiter ſubnectere ſo- h ep. 1. c. 3. v. 18.
lebat ſanctus Auguſtinus [i], quo tempore celebrabatur hæc Arauſicana Synodus. Nimirum i de conſecr.
hoc eximiè fit in dies ſingulos, quatenus ſacerdotali conſecratione exeritur mutatio de non diſt. 2. c. 51. 52
ſubſtantia corporis Chriſti in veram ſubſtantiam ipſius. Quo ineffabili myſterio remanet
quidem quantitas ſacri corporis, eadem numero quam in cœlo retinet vi tanti miraculi.
Sed ea ibi latet modo ſubſtantiali ſeu inextenſo, & tota ſimul: cùm talis qualitas in augu-
ſtiſſimo Sacramentorum minimè extra quaſque ſuas partes dilatetur: at extenditur ſola
reſidua quantitas ſpecierum ſeu reliquorum accidentium panis cum vino. Cuius ſubiecti
tranſmutati ſumptio per os & mentem piè diſpoſitam, confert egregiè gratiam habitua-
lem, velut directum effectum paſſionis mortiſque Chriſti, qui ſic nos fecit ſui participes.
Tertiò, præfatis voculis coæua eſt iterum natura holocauſti: quod in veteri lege dicitur
3. Holocauſt. hoſtia igne cremati ſolita. Vnde actus ille offerendi Deo aliquid combuſtibile ſuper Alta-
ri ignito, & re murata in cineres ſpecie ac ſubſtantiâ diſcrepantes, competit perfectiùs
multò noſtræ Euchariſtiæ conſumptæ in ora communicantium, quoties ſubſtantia tota fru-
menti ſtatis verbis in aliam vertitur, quæ ſit corpus Chriſti, eodem tenore concertata à
Diuo Clemente [k] Apoſtolis ſynchrono. *Tanta* (ait) *in Altario certè holocauſta offerantur,* k Papa poſt Petrum.
quanta populo ſufficere debeant. Quæ authoritatum agmina ſanè alia ſunt à cæteris per re-
centiores Scriptores [l] in hunc finem vnà collectis; vti & in reliquis pariter thematibus per l Bellarm. &c
Opus hoc diſperſis præſtare conamur. Hoc enim pacto fertilis vniuerſæ Eccleſiæ ager di-
uerſis ſemper picturis, quaſi textilibus periſtromatibus propter Deum in aduerſarios nouiſ-
ſimè excoli & decorari par eſt. Sic tandem immolatio & holocauſtum ſunt veræ Tranſſub-
ſtantiationis teſſeræ ac indicia. Hæc autem ſingula ritè & præclarè eueniunt beneficio ſa-
cerdotalis conſecrationis ab exordio in medium allatæ, velut baſis trium inde adſequentium
effectuum hactenus prodeuntium. Quid ergo perſpicaciùs aduersùs Caluinianas figuras &
tropos imaginariæ Chriſti præſentiæ, carentes his tribus quas texnimus prærogatiuis? Suffi-
ciat. Nam alia id genus immiſcent præfatæ noſtræ conquiſitiones, & tertia pars interioris m c. 5. ſect. 3. 4.
topographiæ ſacræ Chronologiæ huius Celticæ Galliæ [m], vbi duo inſuper alia primæ Arauſi- n § 4 & 5.
canæ Synodi decretula iacent expoſita [n], attamen hîc tacitùs prætermiſſa.

XXII.

XXII. *Paragraphus* 1.

Tertius adiectus.

SALONIVS, ille eſt qui apud pleroſque ſcriptores valdè controuertitur an ſederit Lugduni, necne. Certè, in prima Celticæ noſtræ Chronologię editiuncula, hunc diuertendo è recta ſerie Præſulum Lugdunenſium, ad latus reponebamus ſub Appendicis titulo: quaſi tunc adhuc plurimum anceps & incertus. Tandem verò eum iſtic ad directum & categoricum ordinem Archiepiſcoporum retulimus, ac reponendum ferè decreuimus, velut rem magis probabilem in illo biuio. Illic autem omnes fortaſſis veriſimiles vtrinque ratiunculas cõiecimus. Vnam quidem eámque infirmantem priùs ſanè ibidem depinximus; & aientem alteram ſubnectebamus. Nunc verò dum è diametro videmur ex munere procliuiores in partem aientem: idcircò eam primùm mox inductum imus: negantis deinde argumenta non aſpernaturi a, qualia finxerat prælum anterius, atque his demùm ſatisfacturi b. Pars ergo affirmans his niti cenſetur adminiculis. Primo quidem loco Campegius ac Sarrazinus in ſuis quibuſque formulis eundem Salonium Lugduni tribuunt: quem proximè faciunt

Quatuor rationes Salonij hîc ritè conſtituti.

a 6.2.
b §.3.

I. ſequutum Diuum Eucherium. Nempe ſuas eiuſmodi Tabellas & ſeriem deprompſerunt ex vetuſto Homiliario Eccleſiæ ſancti Irenæi, vix errori obnoxio: cuius typum omnino talem ſatiſque fidelẽ nos ipſi quoque inſpeximus poſt immania Caluiniſtarum de priſcis monumẽtis excidia. Atque Democharés c tandem ſuum duplicem catalogum ex illis duabus typographiis excerpſit. Duntaxat verò id leuioris diſcriminis eſt inter hos, quòd dum Antiſtes à Campegio ſeorſum edito d vocitatur *Salonius*, vtique verè; ab ipſo Demochare exſcribente ſub Campegij latere & authoritate nominatur *Saloinus*, & abſolutè à Paradino *Salomus* e. Vbi certè, etſi varient f, niſi Calcographus mendum commiſerit, attamen cuncti

c li. de diuino miſſæ ſacrif. ca. 27. Pariſ. 1562.
d an. 1505. & 1517.
e li. 2. c. 14.
f in literulis.

II. idem humanum naturæ indiuiduum referre putant. Quod hîc ſufficiat. Secundò, quando Cardinalis Baronius in Martyrologio conqueritur g aduersùs eos paucos, qui hunc miſcere audent, velut eundem hominem cum Salomone S. Genuenſi Epiſcopo, hæc commentatur: *Illum puto Salonium Epiſcopum Lugdunenſem ſucceſſorem S. Eucherij*. Tametſi non niſi poſt tres prælatos dictatores loquatur, quaſi ſequax: at prudenti ratione ex primaria veterum traditione ductus. Tertiò, idem Baronius in ſuis Annalibus eccleſiaſticis meminit Ceretij, Sa-

g die 28. Sept.

III. lonij atque Verani, dicitque *hos tres inſigniores Galliarum Epiſcopos ſcripſiſſe nomine cæterorum ad Leonem I. Pontificem Maximum* h. Qui Author dum minimè affirmat vbinam ſederint, nec locum præſertim Salonij docuerint, aut diſcere potuerint alij Scriptores, quòd alibi poſitiuè & certò ſplenduerit: tamen fama percelebris eſt eum Lugduni ſolium tenuiſſe. Et reuera apud præfatum dictatorem, nota inſigniorum Præſulum in Galliis, haud ægrè ſtatuit ob oculos Primatum aliquem, aut excelſam cathedralem, qualem Lugduni ſaltem Salonio viro exquiſito debitam. Quadrant autem temporum curricula, ad iſtud mentibus humanis inſinuandum, in ipſius Præſulis gratiam. Nam ex vna parte Leo Papa ſedit per annos XX. ab anno ſinundo CCCCXL. ad annum CCCCLX. Ex altera, dum iam ſub Eucherio I. viderimus i apud antiquum Gennadium, & excerpſerimus eundem Eucherium è vita diſceſſiſſe, quandiu Valentinianus & Marcianus imperitabant, hoc eſt ad annum 453. profectò Salonius Lugduni præeſſe facilè potuit ab anno CCCCLIV. ad ſexenniũ proximè ſequens vel circiter, qui ſit annus quadringenteſimus ſexageſimus ob relinquẽdos ſucceſſorum calculos & tempora. Quarto denique loco, perſpicimus hiſce oculis Eucherium ipſum à fronte & ad calcem libelli ſui Inſtructionum ſeu nominum Hebraicorum, hunc Salonium vocaſſe filium chariſſimum. Vnde Gennadius qui Verannium & eundem Salonium videre potuit *, rurſus ingerit extitiſſe ambos Eucherij filios. Quod inde repetit pede fixo præfatus Baronius m: nimirum hos fuiſſe adinuicem carnales filios fratréſque germanos, & inſuper ſpirituali fraternitate coniunctos in ſtudioſè obſeruanda Monachali poſt Eucherium patrem diſciplina, & in obeundis conſequenter paſtoralibus Eccleſiæ muniis; tanquam viros egregios legitimè ſuſceptos. Prolem vtique totam piè & vltrò Numini conſecratam. Ex quo religioſo ſanguine, multùm probabile eſt patrem ſenio confectum, probis probè inſtructum operibus, & pro Eccleſiarum ſolicitudinibus feſſum, canonica reſignatione Beneficium filio curaſſe, aut quòd eidem deuotè procurarit, non carnis affectu, at meritorum ſuccedentis intuitu. Et quidem ritè geſtum. Etenim pari ratione S. Sacerdos Archiepiſcopus infra o, ſyncerè curauit Primatum Nepoti ſuo Diuo Nicetio. Opus certe Deo pergratum conſimiliter, veluti demonſtrant ibidem fœlices inde exitus, ex variis editis per vtrunque miraculis, Deo præpotente in ipſis operante. Ergo ſeries & or-

h id ſcribit ſub an. 449. Leonis anno 10. ex to. 6. p. 81. Antuerp. vel Mogunt. col. 105.

Duplex ſecularis eius duratio, aut opinio.

i nu. 21 §. 2.

Ratio 4

* cap. 63.
Ætas illius hic nu. 9.
m to. 6. cit. Mogunt. col. 12.
n nu. 21. §. 3.
o nu. 34. & 35.

do Sa

do Salonij hîc iure propagatur,titulo Primatus. Pro maiore cuius firmitate proſtant adhuc plura valdè efficacia argumenta,ad calcem in ſolutionibus ad obiecta,quæ mox ſeorſum eodem calami ductu efferuntur.

Paragraphus 2.

Quadruplex obiectionis genus.

I.

EN igitur nunc ſigillatim contranitentiū oppoſitiones de Salonio iſtinc auferendo. Imprimis,nonnulli craſſiore Minerua id ſolent inducere ex cōmentariis D.Eucherij in Geneſim & libros Regū. Qui author ac parens,ex quibuſque Præfatiunculis dicauit pluſquā ſepties ea Volumina, *Ad Verannium & Saloniū* (inquit) *fratres Epiſcopos*. Ex illis autē locis impugnatores concludunt Saloniū haud extitiſſe Lugdunenſem Archiflaminē: quod nimirū nequiuit ibidem ſoliū obtinuiſſe, degente Eucherio: propterèaque eū tunc alibi quā Lugduni egiſſe Epiſcopū, quia duo ſimul Præfecti in eadem ciuitate eodémque annuo tēpore nequaquā præeſſe potuerunt. Equidem fateor hoc negāte duplicitatis ſyllogiſmo vſum eſſe quoq; Baroniū alio citiùs in loco p,quā ſuprà dictauerimus. Sed qua mente,quóve fine id detexerit, poſtmodū aperimus q,ac demōſtramus eū nihil enarrare voluiſſe pro impetentiū defenſione.

p to. 6. Annal. pa. 10. an. 441. Leonis Papæ an. 2 vel Mogūt. col 11.
q § 3. ex polliciis 5.
r li. 7. epiſt. 15. feſtū 23. Auguſt.
s Prædicator infr. an. 1100.

II. De Salonio à Lugdunenſi Sede remouendo.

Secundò,reliqui gloſſatores Saloniū addicunt Primatiali Eccleſiæ Viennenſi,vt pote quòd S. Sidonius Apollinaris r Claromōtanus Antiſtes ad ipſum Viennā ſcripſerit. Necnō adaugetur eiuſmodi perſuaſio ex eo quòd Sixtus Senenſis s in Bibliotheca ſacra eundem Saloniū denuò reponit Eccleſiæ Viennenſi,quem diſertè inſcribit Epiſcopū Viennæ cū multis eius t quæ ibi extāt Operib. editis ad annū 450. Vbi prǽterea inſerūtur libri tres u celebris Saluiani ſecundū quoſdā Maſſilienſis Epiſcopi * ſub anno 480. ex Tritemio,vtiq; miſſi ad Saloniū Epiſcopum Viennenſem.

& t Salonij vt pote ſuper Parab. & Eccleſiaſtic. Salomo. In Biblioth. Margarini *de La Bigne*,tom. 6. col. 375.

III.

Tertiò, ipſius inſuper nomen & eā ferè Cathedrā obiter renouat Genebrard. in Chronolog.

u & octo alij libri in Biblio. to 3. col 248. & 342.

IV.

Quartò, recentior Ioannes Sauaro Iuriſcōſ. Aruernus & Sidonij Cōmentator x Saloniū reddit Genuæ: eóque refert Vſuard. qui in ſuo Martyrum elogio ſcribit y: *Ciuitate Ianuis S. Saloni Epiſc.* Aliiq; eodem fortè referenda putarent vetuſtiora Bedæ Martyrologia: vbi is pari die z hæc cōmemorat: *In Gallia Salorni Epiſcopi.* Videat quis nnm iſte fuerit Salonius Genauēſis Epiſcopus multò tardior. De quo nos in S. Nicetio.* Adſunt fermè cuncta propoſiti empodiſmata,quæ luſci homines ſibi animo fi.xerūt & inſtruxerunt,quib. reſpōſum imus.

* at minimè, ſed fuit duntaxat Presbyter Maſſilieſ.
x in cit. loc. Sidonij.
y 4. Cal. Oct. ſiue 28. Sept.
z Sept. cit.
* nu. 14. § 4.

Paragraphus 3.

Totidem ſolutiones.

INſtauremus deſertas & exciſas præclaras Lugdunenſes Salonij infulas eodem prorſus ordine quo obiecta ſunt impedimēta & obſtacula.

I. ad i. obiectiunculam.

Ad primū offenſionis lapidē remouendū: nihil mirū ſi D. Eucherius proprios filios vocet ambos fratres ſpiritu,poſtquā euecti fuēre ad quoſcunque Epiſcopatus per Gallias. Nā talis mos chriſtianiſſimæ charitatis inualuit & percrebuit inter æquales Prælatos quocunque aſcendentium aut deſcendentium gradu corporeæ conſanguinitatis ſeſe attingant. Sic enim iiſdem quondam temporibus iſtius Viennæ Gallorum Archiepiſcopus filium carnalē legitimum nactus eſt Auitum ei canonicè in ſancta Cathedra ſucceſſorē *. Vterque autē fœlici exitu ſedens viſus apud omnes fuit ſanctitate vitæ atque doctrina aduerſus Arianos clariſſimus. Et hodie pariter contuemur Reuerendū eruditiſſimúmque Gratianopolitanum Ioannē de Cheuriers Antiſtitē,antea Senatus Præſidē,& vxore orbatū,nuncupare fratrem filiū ſuum,nuper conſecratū palam Coëpiſcopū o, ſibiq; coadiutorē, ex Apoſtolico Regióque beneplacito,nobis ipſis præſentib. Taceo alia antiquiorū exempla perſimilia. Quādo autē Eucherius literas ad filios Epiſcopos exarabat: ipſi quidē tum alibi Pōtificalia verè geſtabāt. At nihil incōmodi eſt,quin lapſu tēporū & ſuccedētib. annis Salonius canonico trāſmigrationis iure ex altera Sede Lugdunū ad ſecundas ſpirituales nuptias conuolarit,patre deficiente. Itaq; ſedilis quidē identitas duobus ſimul capitib. non cōpetit: bene tamen viciſſim. Quippe à pari inde videmus apud Demochar. a Ioannē Pictauienſem Epiſcopū poſtea effectum Lugdunenſem Archiflaminē lege tranſlationis: & alios cōſimiles in vſu quotidiano cernimus. De quo Ioāne primo huius nominis Lugduni nos infrà *.

* Boſco pag. 31. de quo nu. 1. § 4.
o 9. Nou. 1618 Lugd. in Cōuentu Carmelit.
a to. 2. c. 26.

II. ad ii.

Ad ſecūdū ſic medendū. Sidonius in Epiſtola Saloniū nō inſigniuit Epiſcopū Viēnenſem,ſed duntaxat abſolutū ipſius nomen diuulgat,aut velut priuatū hominē valdè eruditum Viennæ degentē, aut tanquā Viennenſem Coëpiſcopū ac Suffraganeum ſub Viennenſi Archiepiſcopo,qui iā tunc pollebat dignitate Primatus ſuprà Gallias Narbonenſē & Aquitanicā,ex Bullis inchoatis per S. Syluestrū Pontif. Max. ante annos inde centum triginta,deindéque confirmatis,vt liquet paulò infra b. Vnde poterat quiſque Archiepiſcopus Viennēſis ex aſſueto & triuiali Apoſtolico permiſſu ſibi aſciſcere Suffraganeū Coëpiſcopū canonicè cōſecratū ſub alieno Epiſcopatus titulo emendicari ſolito è terris chriſtianis à barbaris infidelib. occupato. Ex eo autē recens Sixtus Senenſis c,vel non intellexit Saloniū aliis dotibus fulſiſſe Viennæ quàm Suffraganei, vt dictus ſit cum Appendice, *Epiſcopus Viennenſis Suffraganeus*: vel cùm idem Sixtus longe diſtaret è Gallus, perindéque vix probe ſcius formularum ac

* nu. 81 an. 1182.
b in Parænesi ſequenti.
c Religioſus Ordin. S. Dominici.

 regimi

regiminis Eccleſiarum Gallicanarum, illum deceptus credidit Epiſcopum Viennẽſem quo-
uis titu, & ex ſalſo confuſóque ſparſo rumore, vt plurimùm facili, quia Suffraganeus ibidẽ
fuerat. Etenim hunc Authorem pariter redarguit Genebrardus [d] circa Euthymij Chrono- [d] in Chrono.
logiam [e], contemporanei Alexij Imperatoris, tanquam virum allucinationi frequenter paſ- ſub Victore
ſim obnoxium. Attamen, eſto hîc ſtemus in priore illius allata opinione: ſanè idem Senenſis 3. ab an. 1087
eas vicarias Salonij partes Viennæ ſatis fortè indicaſſe videtur ex ſimplici titulo Epiſcopi: [e] an. 1000.
cùm alioqui eum à fronte cohoneſtaſſet appellatione Primatis dudum à Sede Apoſtolica
Eàque ſeptuplex. Cathedræ Senatoriæ Viennenſi attributa ſub plumbo, ſeu ad minus Archiepiſcopi. Quibus
rationum ponderib. ſubminiſtrat fortiora argumenta egregius ille ſcriptor hiſtoricus. Ado
item Archiepiſcopus Viẽnenſis antiquior multo eſt Senenſi Dominicano, ſaltem annis quin-
gentis [f]. Qui Ado piè, cupidus illuſtrandi res geſtas [g] ſeu codicem ſuorum Viennæ prædeceſ- [f] ex o. 1. §. 5.
ſorum, vt nihil ſapiens præteriiſſe videatur: hunc tamen Saloniũ prorſus ignorauit pro Vien- hic.
nenſi Baſilica. Atque hæc demonſtrationũ momenta magis iterum fulciuntur taciturnitate [g] in ſuo Chronico.
Democharis adſequente, necnon perdocti Petri Villarij [h] nuper Viennenſis conſimiliter Ar- [h] Doctoris
chiepiſcopi [i]: qui vniuerſum eundem catalogum renouare ac perficere enitentem, nuſquam Theol. Pariſ. [i] to. 1. ſ. ſuor.
meminit Salonij inter ſuos. Sed ego tandem fortius adhuc experimentum adiicio copuin- Oper.
cens, ne dicam inuictum & adamantinum, multò vetuſtius: ſcilicet priſcum Gennadij teſti-
Salonius qualis Viennæ ante ſedem Lugduni. monium [k] de Saluiniano Maſſilienſi Presbytero, qui deuouit *ad Salonium* (inquit) *librum vnũ.* [k] c. 67. in eo.
Et proximè ibidem ſic pergit: *atque expoſitionis extremæ partis Eccleſiaſtis ad Claudianum Epiſc.* [l] final. S.
Viennenſem librum vnum [l]. Itaque Senenſis fortè Gennadium intuitus aut apprimè ſatẽ con- Hieronym.
tẽplatus non eſt, ſed potiùs aliunde expiſcatus haud tutè ſuum dogma. Siquidem ipſe Clau- [l] & alij duo ſub an. 480.
dianus ex codẽ Tritemio & ex Abbate Vrſpergenſi [m] idẽ fuit qui Mamercus verè Epiſcopus ex Tritem.
Viennenſis, necnon Claudiani Poetę ac Presbyteri Viennẽſis frater. Cùm igitur ipſi Clau- & Vrſper.
diano Viẽnenſi viſus ſit coętaneus Salonius, profectò iſte Viennẽſis quondã incola Salonius Democh. do Miſſ. ſacrif. c. 19.
poſtea ibidẽ ſimul dici Præſul non potuit, quòd eadẽ ciuitas duos vnà nõ patiatur Antiſtites [m] pa. 123.
ex ęquo iura dicẽtes. Ergo demũ Claudianus aderat ibidẽ Archiepiſcopus ſeu Primas: & Sa- Baſil. 1569.
lonius illic Coëpiſcopus ad ſummũ, vel ſimplex Epiſcopus Suffraganeus. Ex quo nimirũ loco
ſeu officij munere fuerit poſtmodũ à D. Eucherio Lugdunũ euocatus. Sic demum ſub phe-
nomenis totius pręſentis ſecundę ſolutionis includuntur & continentur ſeptẽ membra aut
ſubdiuiſa reſponſionũ genera, ſi quis Lector ſedulò pagellę periodos contueatur [n]. Ad tertiũ
antigraphũ, hoc pacto eſt reſpondendũ pro ſolutione: quę verſatur circa Genebrardũ turſus [n] de Sidonio,
agentẽ ſeorſũ [o] de ipſomet Salonio. Is author modernus, quẽ noui amicũ, homonymiã parit Senenſi, Genebr. Adone,
pro illo priſco viro. Etenim quando ſingulis ætatib. aut annorũ centuriis cõmemorat ſcripto- Democh.
res illius æui: poſtquã dixit *Remigius Rhemenſis, &c.* aliis interpoſitis ſubdit: *Salonius Viennenſis.* Villario & Gennadio.
III. ſolutio ad 3. obiect. Ex quo inferunt nonnulli, Genebrardũ ergo intellexiſſe, quòd Salonius extiterit Viennẽſis [o] ſub an. ſal. 485. ſub S.
Epiſcopus, ſicut Remigius fuerat Rhemẽſis Antiſtes. Verùm certè nequaquã ſequitur parem Simplicio
omninò fore vtrobiq; rationẽ & analogiã reſpectu eccleſiaſticarũ dignitatũ: at oratio verſa- Papa.
tur in ſolo ſcribẽdi genere, vel pro ciue Viẽnenſi, vel pro vniuerſæ Eccleſię bono, quẽadmo-
dũ is ſolet plures ſimul nominare excelſos viros coętaneos diuerſę profeſſionis & ſtatus. Igi-
tur quicũque formant & eliciunt ex eo apicẽ Archiepiſcopatus Viennẽſis in Salonio: ſanè v-
tiliùs ſynceriúſque dixiſſent, aut ſibi hodie lubẽtiùs perſuaſũ habere deberẽt, quòd idẽ Salo-
nius eſſet ciuis Viẽnẽſis in Clero vel Suffraganeus. Quapropter adiaphora illa ſcriptura * ni- *Genebrardi.
hil in aduerſũ concludit pro tali tanquã firma ſtabilique Sede Viennẽſi eiuſdem Salonij. Ad
Ad IV. obiectiunculam. quartũ antirrhetũ, Sauaroni ſentẽtia nullius roboris eſt, quoties arbitratur credendũ Saloniũ,
de quo agitur, nactũ eſſe Epiſcoparũ Genuenſẽ, ex eo quòd Vſuardus virũ aliquẽ ſanctũ ferè
eiuſd. nomẽclaturę Genuenſib. tradat. Nã idẽ martyrologicus Author minimè docet Salonẽ
(ſic vocitatur [p]) Genuę conſtitiſſe eo tẽpore, quo diarias reuolutiones imponimus iſti filio D.
Eucherij Salonio Lugdunẽſi. Qui tamen defectus Chronologię, velut pręcipuę circunſtãtię [p] mutantur
ad cũ ſcopum obtinendũ, tollit omnẽ eiuſmodi euentus ſuadendi rationẽ, rem totã in ſuſpi- literæ, perindéque nomẽ
cionẽ vocat, ac denuò incremẽta largitur, quib. magis impetitur Sauaroni prępoſitũ, eò quòd & perſona.
Beda promiſcuè collocat Salonũ in Gallia pari die [q], prętermiſſa Genua Italię. Vbi denuò re- [q] 28. Sept.
cẽtior Baronius eadẽ loca veriùs exprimit ſub hac mutata voce *Salomonis Genuenſis Epiſc. & Confeſſ.* Ergo lubentiùs Salomõ Genuæ ſedit, nõ Salonius. Sed iterũ demus, quòd ſynonyma [r] bis longiùs
planè eſſent hæc tria nomina [r], tametſi varia, & cõpareat manifeſta probatio de Chronico Sa- adhuc mutatis literis.
lonij Genuenſis ad annos pręfixos proximi ſucceſſoris Eucherij apud Lugdunum: certè
adhuc id ſubtile perfugium non vincit. Nunquid enim duo Præſules eiuſdem vocis fa-
Exemplum. cilè potuerunt repleſſe duas Pontificales cathedras? Hoc proculdubiò ſæpe accidit.
Quin etiam diſertè legimus floruiſſe duos valdè ſynchronos Burchardos ſub iis ipſis vici-
nis Archiepiſcopatibus, Lugdunenſi ac Viennenſi, vnáque adſtitiſſe in Concilio prouinciali

Anſa

Arſano ad annum ſalutis MXXV. veluti nos recèns colligimus ex vetuſtiſſimis autographis MS. qui inſcribuntur *Tituli antiqui Eccleſiæ Matiſconis* [f]. Sed necdum eò recurrendum fuerit. E diametro demonſtramus apertè alterum Salonium annis centum quindecim iſto noſtro Salonio S.Eucherij I. filio. Quippe ſic fatur Catalogus Patrum Epiſcoporum Concilij IV. Prouincialis Lugdunenſis (loco primi) de quo nos infrà ſub D. Nicetio Archiflamine Lugduneo [a]: *Salonius in Chriſti nomine Epiſcopus Eccleſiæ Genauenſis ſubſcripſi* *. Illa autem Synodus habita eſt anno 570. Ergo non potuit ille vir eſſe Salonius filius D. Eucherij ſedens Epiſcopus ad annos 454. & 460. vbicunque foret. Perindéque eò verior tutiórque noſtra poſitio ac conſtitutio Salonij Eucherij I. hîc reponendi. Iſta denique nobis viſa fuerant ſtabilienda præſenti Numero XXII. pro conſtante firmamento præfati Archiepiſcopi, octo planè demonſtrationibus extremis à bipertitis lateribus [t] medij obiectionū Paragraphi. Cæterùm, quandiu idem Salonius pallium Archiepiſcopale ſuis portauit humeris; inter plura quæ pius contulit Eccleſiæ beneficia, duas Baſilicas Lugduni inſtaurauit ac reſtituit priſtinæ dignitati, quæ ſua ætate aut ab obitu D. Eucherij temporum iniuria collapſæ fuerant: nimirum Eccleſiam Apoſtolorum & templum Athanacum. Sic affirmat Symphorianus Campegius ſedulus conquiſitor antiquitatis, priuſquàm Caluinitæ vetera ea inſtrumenta ignibus aut ſordibus tradidiſſent, quibus, proh dolor: noſtri hodie penitus orbantur mortalium obtutus.

Scopus conſtituti Salonij.

f fol. 178. ſub Gausleno Matiſc. n. 15.
a nu. 34. cit. § 2.
* eſt ibi ſeptimus inter 14.
t quatuor: §. 1. & totidem hoc 3.
* in ſua edit. an. 1537.

Paragraphus 4.

Salonius à pueritia Monachus.

EXitum molientes: obiter monemus Salonium ante Coëpiſcopatum eius Viennenſem, & Primatiam ſuā Lugdunenſem, diu profeſſum eſſe vitā monaſticam. De ipſo nanque hæc à S.Eucherio dicta perlegimus in Præfatione libri I.Inſtructionum, ſeu de ſpiritualibus famulis [u]. *Dignum eſt curâ meâ ingenium tuum reparari, qui vix dum decem annos natus, Eremum ingreſſus inter illas Sanctorum manus non ſolùm imbutus, verùm etiam enutritus ſis ab Honorato patre Abbate.* En vir adhuc penè puer, iam piſſimus Cœnobita effectus. Sed vbinam permanſit voti compos? hoc nobis detexit Vincentius Barralli: qui in ſua Chronologia Lerinenſi digniſſimum hunc Præſulem teſtatur duxiſſe primos dies ſuos ab ephebis in Lerinenſi Inſula [x]: renonátque cum Tritemio eum verè filium eſſe D. Eucherij, antea ibidem Monachum profitentis [y]. Et vel etiam id iam ſatis innuit allata Eucherij Præfatio de proprio filio ſub diſciplina Archimandritæ S. Honorati educato. Nam non legitur D. Honoratum alibi degiſſe, quàm in illo pio de ſe nuncupato Inſulari domicilio, cuius ſitum nuper expreſſimus [z]. Sic generoſum patrem ritè ſequitur ſua proles: ſic athleta gladiatorem: ſic tyro in armis veteranum militem, & miles ducem exercitus. O beata progenies in cœleſtibus, & fœlix propago in terris! Sed nunquid mirum videbitur fortè nonnullis, quòd Monachi obtinere nequeant Beneficia ſecularia, ſeu Canonicatus Eccleſiarum, vt vocant, ſecularium & Cathedralium, in quibus Pontificia cadere non ſolet diſpenſatio? attamen poſſint citra bullatum diſpenſationis Diploma proximè eligi & conſecrari in Epiſcopos earundem Baſilicarum? Certè poſterius bonum aſſequi eis licet, non autem anterius. Ratio verò eſt, quia non præbenda Canonialis, ſed Epiſcopatus eſt dignitas Chriſtianæ perfectionis iā partæ & acquiſitę: in cuius limine perſtant ſoli Religioſi clauſtrales, omnia tēporalia voto expreſſo & vltrò à ſe abdicantes ex corde. Quæ ſolida voluntatis perfectio ac ſpontanea exteriorū abrenunciatio Epiſcopis debet ſemper ineſſe [a]. Hinc veteres in Clero ſolebant trahere è Cœnobiis, etiam vi ſæpe optimos quoſque Religioſos, electos ad Præſulatus pro Eccleſiis & populis piè rurſuſq; regendis. Non quòd Monachi id de ſe expectarent & appeterent; vel ideò ſe priùs Monaſteriis includerent, vt mendoſè audet Caluinus aſſerere *. Sed quòd tunc tēporis literarū ſtudia vigerēt in vnis probè inſtitutis Monaſteriis, vti iā doctum volumus [b], è quib. locis propterea educere oporteret viros apprime literatos, & ad Præfacturas idoneos. Teſtes olim ſunt egregię monachales familiæ Luxouienſis, Lerinenſis, & id genus quondā aliç. Ergo inde curſus Lugdunenſes permulti Archipræſules reperti ſunt antea Monachi aut Abbates verè ſancti, &, vt loquuntur, Conuentuales ac recluſi. Tales habuit vrbs Lugdunenſis ſanctos Lupicinum, Lupū, Chagnoaldum, Viuentium, Lābertum, Aurelianū, Almardum, & Reynald. I. præclaros ęmulos prædeceſſorū, nimirū ſanctorū Iuſti, Eucherij & Salonij, atq; proximi ſucceſſoris Verānij, ſi cum licebit addere. Fauſtus ſanè & proſper omnino cuētus! Et ſat dictū ſemel, pro reliquis eiuſmodi. Interea præfatus Salonius nequaquā eſt ille nominis prorſus ęqualis, Epiſcopus Ebredunenſis: qui ob varia crimina condēnatus eſt in prouinci. lib. Gallię Lugdunenſis Conciliis integro ſeculo tardius, cum impœnitente Sagittario pariter Antiſtite Vapinenſi. De quibus Annales Cardinalis Baronij [d], & querimonia noſtra inferius ſub D. Nicetio [e]. Abſit hoc enim à præſenti Salunio bene merito.

In Lerino.
Monachos poſſe eſſe Epiſcopos non Canonicos.
Doctos inde eductos.
Alius Salonius.

u pa 34. Pa. ril. 1564.
x Lugdu. an. 1613. pa. 184. Parte 1.
y nu. 21. §. 3.
z loco cit.
a S Th. 2. 2. q. 88. ar. 11 ad 4. & q. 38. ar. 1. & 3.
b n. 21. §. 13. vlt. ad 2.
* vide ambitent plures Epiſcopatus.
c toſt. n. 10. 38. 41. 45. 17. 66. 74. 78.
d to. 7. Mogunt. col. 779. an. 570. & 6.
Pantaleo. in Franc. Regis, & ann. 582. col. 152. ex Greg. Turon. li. 5. c. 20.
e nu. 15. & Prisco n. 32.

XXIII. *Paragraphus* 1.

Duplex cõtra hũc ſententia. SANCTVS VERANNIVS, ſic mox dictus aut conſcriptus à nobis ab hoc
in poſterum tempus: tametſi vulgò antea & hactenus appellatus ſit paſſim
Veranus. itémque *Vranius* apud veterem anonymum ex ſcriptore Germano
Brixio inferiùs pro D. Eucherio II *. In eius ſtatu firmando, aut aduersùs * nu. 10. § 4. extremo.
eum virum, duæ a totidem recentioribus Scribis emerſêre opiniones ad-
I. uerſæ, adeóque meritò repudiandæ, vt veritas poſtmodum in oppoſitum e-
luceſcat, ſiue hic Verannius putetur filius S. Eucherij I. Lugdunenſis, ſiue aliunde genitus
illuſtris, veluti ex æquo ad vtrumlibet propendens mihi perſuaſum habeo, & liberum cui-
que ſinendum exiſtimo, dummodo de tanti viri ac nominis veritate profeſſionéque Lugdu-
nenſi nunc mihi conſtet. Priore quidem loco idem Præſul expungitur ſanè à moderno Iu-
ris candidato Sauarone è catalogo Lugdunenſi, ſub poſteriori nomine: dum ſcilicet hunc
tradere cenſetur Eccleſiæ Gabalitanæ, aliàs Graualitanæ, quam Author tribuit Anitij a, non- a Sauar. in Carm. 24. Sidonij
nullis Auitij b, hodie vulgò Podij c. Quippe eò refert Sauaro vocem Gabalitanæ Diœceſeos. b Maſſono.
II. Poſteriore, Aubertus Miræus Bruxellenſis Canonicus & Theologus in Notitia Epiſcoporũ c le Puy en Velay.
orbis Chriſtiani d, Epiſcopatum Gabalorũ reducit ad Mimatenſem Suffraganeum Archie- d Antuerp. libris 5 an. 1613.
piſcopatus Bituricenſis, vulgò *Mendes au pais de Giuaudan*. Sic is Gabalitanam ſedem ap-
pellitat: tum Caueliacenſem Archipræſulatus Auenionenſis dictitat Cauarum & Cabillio-
nem e, itémque Carolus Sauſſeyus nuperrimè Caueliacum in Annalibus ſeu Notitia Eccle- e pa. 176.
ſiæ Aurelianenſis f: vbi prior ritè putabat diſtinxiſſe. Et ſimile nomen eidem Sedi porrexit f Pariſ. 1615. li. 3 n. 15. pa. 138 & li. 4 n. 129. p. 249.
Quadruplex duplicitatis ſolutio, pro S. Veranno Lugdunenſi. nouiſſimè Ioannes Chenu Iuriſconſultus. Verùm profectò, ſaltem quod ad præfatum no-
men varium loci ſpectat, viro quodam tali forſan relicto Mimatenſibus, hæreo planè. Nam
certè ſtudioſo propiùs intuenti hęc duplicis ſcriptoris dictata, vix creditu poſſibilia cenſe-
buntur, tribus potiſſimùm de cauſis. Primò, Cabillonum ſeu Cabilo & Cabillio disertè
I. exprimit ciuitatem Araris in Burgundiano Ducatu, portum cunctis aliis notiſſimum, ſi nõ
remoto Antuerpienſi, vulgò *Chalon ſur Saoſne*: in quo Epiſcopatu ſedit quondam vnus S.
II. Verannus, noſtro tardior, de quo ad calcem huiuſce Numeri g. Secundò, Petrus de Nata- g § 7.
libus Epiſcopus Equilinus hiſtoricus ſacer, receptæque authoritatis & vetus, adnotat Ve-
rannum illum Antiſtitem *apud ciuitatem Gaualitanam Galliarum*, quã Author ex indiciis mox
Tres alij Verannij Epiſcopi ſeculo multiplici. ſupponendis ſitam eſſe ſatis docet ſub præfato Archiepiſcopatu Auenionenſi, vulgò *Cauail-
lon* h. Iſq; Scriba deinde ſubiicit i talem Præſulem *claruiſſe temporibus Imperatoris Valentis,*
&c. Qui imperans Regni gubernacula ſuſcepit anno CCCLXIV. ad continuos annos h in Comitatu Auenionenſi ditionis apoſtolicæ, plurimũ diſtante ab Anitio.
quindecim k. Adeóque Verannus ille noſtrum præceſsit integro ſeculo: noſtrum, inquam,
quem mox probabili argumento efficiemus vere filium D. Eucherij I. & propterea diſtin-
guendum, vel iſtum hic ſeorſum conſtituendum ſeriùs illo Gabalitano, perindéque depu- i li. 10. c. 50.
tandum Lugduni. Ergo quicunque miſcendos cenſet hos binos Eccleſię Duces: ſapienter k ad 378. Baron.
primùm introſpicere debuit, an Chronicon vtrinque concors fuerit, eſſéque potuerit, &
III. non vni tantum voci adhæſiſſe, aut eam duabus Sedibus applicaſſe. Tertiò, Tomi Conci-
liorum & Demochares teſtantur * Veranum Cauellicenſem Epiſcopum ſuffragatorem fuiſ-
ſe 36. in Concilio Prouinciali ſecundo Matiſconenſi, quod proculdubiò celebratum eſt * To. 2. pa. 3. col. 2.
anno DLXXXVIII. hoc eſt, e diametro pluſquam ſeculo tardius poſt ſecularem vitã Veran-
nij filij Eucherij primi, qui perinde fuerit omnino alius disertè à Lugdunenſi. Cauellicenſis
autem ciuitas eadem eſt quod Gabalitana ſuprà. Diſſonæ profectò Scripturæ in viri chro-
nico: niſi quis autumet & ſibi perſuaſum habeat duos ſcitè Veranos ſediſſe apud Cauelli-
IV. cenſes, quod nondum auditum eſt. Quarto, Chenutius ſtatuit S. Veranum Epiſcopum Mi-
matenſem poſt annum 634. adeóque ſeriùs vno iterum ſeculo & ſemiſſe infra noſtrum Ve-
rannium, qui inde alius eſt toto cœlo diſcrepans. Sed in eo rurſus fallitur idem Author,
quando rem narrat geſtam tempore præfati Valentis Imperatoris multò antiquioris; ob id-
que miſcet & tradit eundem perſimili tempore anteriori Mimatenſibus Aquitanis Epiſco-
pum, qualem ſupra Petrus Equilinus tribuit Gaualitanis Prouinciæ Auenionenſis, leucis
triginta ad ortum diſsidentis, Rhodano intermedio. Hinc quinta vice clariùs. Quando
V. idem Petrus nominat *Gaualitanam* vrbem: proculdubiò eandem intellexit, quam Sauaro
& Miræus vocitant *Gabalitanam*: proptereáque nequaquam ad Anitium aut oppidum Mi-
matenſe referendam. Rationis pondus eſt, quia Toloſani Guaſcones ſemper V, pro B, ſoliti
ſunt vſurpare ac proferre, & viceuerſa in quibuſcunque dictiunculis hæ literæ deprehen-
duntur. Etenim dicunt *Gabalitanam* Diœceſim pro *Gaualitana*. Vnde latet hîc homony-

mia

mia in nomenclatura apud homines priſcos idiomata perperam ex corrupto more olim conuertentes, veluti pluribus per nos controuerſum eſt in Vualterio XXXVI. Matiſconenſi Antiſtite: vt hîc ampliùs inhærendum minimè videatur. Fortaſſis autem Miræi pronunciatum ſeu æquiuocum de Mimatenſibus ex eo profluxit, quòd Petrus ſcribat Verannum ex nobilibus in vrbe Gaualitana parentibus ortum, adhuc iuuenem ſecularia dereliquiſſe, & in Eccleſia Mimatenſi (illinc remota) inuitis parentibus Clericum ac Sacerdotem effectum. At profectò, nihil inde pro Miræi ſententia concludere licet. Etenim ſubinde Petrus adiicit quòd Verannus *propter multos ad ſe confluentes, fugiens mundi gloriam, ad ciuitatem Gaualitanam deuenit, &c.* Ex quo loco poſtquam Ebredunum, Rauennam & Romam petierat, vbi permulta eum patraſſe miracula leguntur, *demum ad ciuitatem Gaualitanam rurſus applicans, in Eccleſia beatæ Mariæ à ſe constructa manere cœpit. Poſt quæ, defuncto Antiſtite, Verannus à Rege & Clero populóque in Epiſcopum electus eſt.* Igitur Verannus eiuſmodi in Auenionenſi prouincia agolum Præſulatus geſtauit, maximè quia Author pergit enarrare, quòd idem Antiſtes moriens, *dum quæſtio eſſet inter ciues, vbinam corpus collocaretur, an in Cathedrali Baſilica, an in alia quam extra vrbem fecerat, leuato feretro pallium corporis in aërem ſe tollens, fumúſque præcedens, ad fluuium Durantiæ deductum eſt.* Hæc Petrus. Qui fluuius nequicquam irrigat Cabilonum Burgundiæ aut Mimatenſem agrum; ſed alluit Auenionenſis Comitatus extrema, vicináſque regiones, teſte Geographia. Quibus nos plura ſubiiciemus noſtro ſtudio hauſta ex veteribus Manuſcriptis Codicibus Eccleſiæ ac oppidi ſancti Verani Diœceſeos Niuernenſis, qualia arbitramur reponenda decentiùs ſub finem Numeri præſentis. Cæterùm, hiſtoricus Gregorius Turonenſis vir ſanctus hæc obiter aduertit, dum aliò tendit, attamen huc ſpectans, proptereáque mox à nobis promendum. *Irruentibus Alemanis in Gallias* (ait) *ſanctus Priuatus Gabalitanæ vrbis Epiſcopus in Crypta Memmatenſis montis ieiunius orationibúſque vacabat* [a], *&c.* De cuius Priuati Antiſtitis vita nos plures actus percontamur in Alphabetico noſtro breuiario Gallicano Sanctorum quondam mortaliũ, & mox in cœlis beatorum [b]. Adeóque videtur Gregorius Author ad eam mentem deſcendiſſe, quam poſtea ſibi aſſumpſit Miræus ille, qui tamen inde nullatenus citat hunc vetuſtum dictatorem, vt nec alius præfatorum. Et illis cunctis antiquior adhuc eſt excellens Claudius Ptolomeus, qui ſub Geographica Narbonenſis Galliæ Tabula *Gabellorum Coloniam* allegat [c], necnon Maſſæus poſt Plinium [d] *Gabales* vocat Aquitanicæ Galliæ populos, deindéque *Gabalum oppidum* Aquitanicum apud Aruernos inducit. Id ſufficiat.

Diſcrimina inter Caueliacam, Cabilonum & Cabalitanũ oppidum.

Varij Authores.

a li. 1. ca. 14. hiſt. Franc. obut an. 257

b ca. 14. art. 01.

c Tabula 3. Europæ, c. 5.

d li. 4. ca. 19.

Paragraphus 2.

Septem alia fundamenta, ad ſtabiliendũ S. Veraniũ Lugduni.

IAm ergo ex illa conquiſitione paulò fœlicius proſilientes ad Verannium noſtrum redea-
mus, tanquam ſoluti duriore fortaſſis Gabalorum parentheſi. Sanè veritas piiſſimi huiuſ-
ce Antiſtitis pro ſolo Lugdunenſi ſolio, nobis eſt iterum patefacienda ſeptem aliis ad mi-
nus documentis, longè ſummotis à ſuperiore triplici ſenſu Gabalitani tractus fruſtrato fi-
ne à cæteris inducti pro firmiore Veranni ſtatione. Vbi tamen nos Lugdunum Seguſiano-
I. rum concipimus ex Miræo [l]: non autem illud quod alij vocant Batauorum [m], & reliquum
Conuenarum [n]. Prima verò noſtræ doctrinæ via petitur ex domeſticis inſtrumentis. Con-
tuemur Breuiarium Lugdunenſe priuari quidem Epiſcopatus, ſed ab Eccleſia vniuerſa ex
vſu comprobati, ac nouitatum ignari, vt teſtatus eſt D. Bernardus: quod proculdubio Vo-
lumen huius Sancti Officium indicit & cõcelebrat, tanquam proprij Antiſtitis III. Idus mẽ-
II. ſis Nouembris, vt irrefragabilis debeat eſſe talis authoritas. Secundò, huic notæ adſtipulan-
tur publica Kalendaria veterum Martyrologiorum Eccleſiæ Romanæ, nimirum venerabi-
lis Bedæ, Adonis Triuetenſis atque Vſuardi. Qui omnes eum pari die Lugdunenſem Pro-
III. topaſtorem inſigniunt ſub allata veteri poſteriorive nomenclatura [o]. Tertiò, priſcus Genna-
dius qui præfatis tribus antiquot D. Hieronymum contueri potuit in terris, id ipſum ad-
uertit, tacitè quidem, ſed abundè ſatis mutato tantiſper nomine, quando iſta conſcribit de
Eucherio patre loquens: *Differuit ad perſonam filiorum Salony & Veroni poſtea Epiſcoporum, ob-
ſcura quæque ſanctarum capitula Scripturarum* *. Vbi certè vox *poſtea Epiſcoporum* abſolutè ſum-
pta, & abſque vllo conſignante ſpiritualis præfecturæ loco, digito monſtrat eoſdem filios vi-
ciſſim extitiſſe Lugdunenſes Epiſcopos: ſcilicet in Primatu Franciæ, ſeu primario Galliæ
ſolio: eâ Cathedrâ ſic per antonomaſiam vno verbo ex breuiore textu concipiendâ, velut
præcipuâ: nimirum in qua nuper maximè ſederat pater, vt tunc opus nondum eſſet tam citò
adnominare Archiepiſcopatum eius qui nactus fuerat religioſiſſimos libros, æquè legitimos
& dignos ſe in doctrina, vel potiores aliis Gallis in merito, ſine fraude aut perſonarum acce-
ptatione. Ergo iſte Verannius minimè ſedit aut ad minus non vltimatè in minori oppido
Vencienſi Epiſcopatu Galliæ Narbonenſis, ſub Archipræſulatu Ebredunenſi, quem Sa-

l li. 5 pa. 557. vbi citat noſtram I. editionem.

m nunc vulgò *Leidem*, Academia Holandiæ.

n vulgò *Comminges ſous Auch Archeueſché.*

o Verani 11. Nouemb.

* de Vir. illuſtrib. c. 63.

Veranus alius tertius.

uaro & pediſſequus Vincẽtius Barrali in Lerinenſi Chronologia * opinantur ibidẽ ſediſſe filium illum B. Eucherij Lugdunenſis. Sed veriſimilius eſt ad ſummũ pro meritis eũ inde videri aſſumptum canonica tranſmutatione ad eminentiurẽ conſanguineorũ Cathedrã. Vnde conſecutus eſt patrem demittentem Salonius; & deinde fratrem cõferentem Verannius, eo iterum ritu quo S. Nicetius pariter Lugdunenſis præeuntẽ habuit S. Sacerdotẽ patruum ſuum reſignantem. Itaque Clerus Lugdunenſis, penes quem aderat ius ſcrutinij & ſyncerè eligendi, Eucherium deprehenderat & agnouerat adeò potentem in zelo iuſtitiæ, ac ciuitas natos contuebatur adeò ingenuos tanti parentis ſectatores, vt apperiuerint ciues piã quoque prolem ad iuriſdictionis eccleſiaſticæ faſtigium dignanter aſſumendam. Salonius verò cùm hic prior à Gennadio cognominetur, inde cenſendus eſt natu maior, & meritò præferendus ad eius apicem dignitatis. Cui haud ægrè ſucceſſerit natu minor Verannius, viſus ſenex à Gennadio iuuene, licet Eucherius eundem Verannium priorem allegauerit in ſuis Commentariorum titulis g, latentis cauſæ gratiâ. Phraſis autem Gennadij eos non prædicat Epiſcopos degente patre, ſicuti pater ſingulos vniuerſim dictauerat viuens Epiſcopos h, ne quis ipſos alibi quam Lugduni poſtmodum ſediſſe arguat: & ne hoc quidem pareret iuxta mentem Gennadij, veluti ſuprà auditum eſt à nonnullis affirmantibus confusè arbitratum i. Nam quantumuis alias ſacras infulas geſtarint fratres florente corporum propagatore, ex commemoratis: tamen non eo demortuo, ſed viciſſim orthodoxè tranſlati inde Lugdunum creduntur. Enimuerò Gennadius, qui de ſuo æuo loquitur poſt patrem ſuorum collegarum caſſum lumine, quique è ſuo Patriarchatu Conſtantinopolitano facilè Verannium cernere potuit, ex ſcripto intellexit paucis Verannium Lugduni tum vitâ frui per iuridicam tranſlationem. Quippe is palam alligat conditionem *poſtea*: id eſt, eum inſinuaſſe & dixiſſe filios genitore vitâ functo oneribus ſucceſſiſſe, nec priùs. Non enim vidit pluribus geſta aut ſedem in ſpecies deducendam; cùm alloqueretur viros quoſcunque ſynchronos, quibus hæc tota res perſpecta fuerat. Et eiuſmodi ratiu communis ac multiplex iuuat etiam Salonium ſuprà digeſtum k.

Fratres Salonium & Verannũ ordine viciſſim Lugduni ſediſſe.

* Sau. li. 7. Epiſt. 14. in Sidon. Apol. & Bat. To. 1. pa. 163.

g forma dictata n. 22. §. 3

h allatũ ibidem §. 3.

i loc. cit.

k toto n. 12.

Paragraphus 3.

QVartum genus veritatis ſeorſum aperiendæ, pro demonſtrando ſancto Verannio ad Primatiam Lugdunẽſem euecto, depromitur pedetentim ex hiſtoria Papæ, quem Genebrardus l vocat & ſcribit ſanctum Hilarium, Baronius verò ſolus Hilarum genere Sardum, nec prius Lerini Monachum. Sed antequam id propugnaculum erigamus, deiciendum eſt empodiſma ſimillimæ turris oppoſitæ. Diuus parens Eucherius ſcribens ad filium ſuum militantem cum fratre in Lerinenſibus Clauſtris ſic loquitur. *Cum te illic beatiſsimi Hilarij tunc inſulani tyronis, ſed iam nunc ſummi Pontificis doctrina formaret per omnes ſpiritalium rerum diſciplinas* (ait pater in Præfatione libri primi Inſtructionũ m) *ad hoc etiam te poſtea conſummarunt ſancti viri Saluianus atque Vincentius eloquentia ſapientiáque præminentes, &c.* n Arbitraretur inde quiſpiam prima fronte argutus, Eucherium concipere præfatum Hilarium Papam, velut quondam Monachum Lerini profeſſum cũ Salonio & Verannio filiis. Verùm certè, non ita. Quinimò, intellexit ibidem Eucherius Hilarium Arelatenſem Metropolitanum, eo æuo cum ſucceſſore Cæſario magnæ famæ apud Sedem Apoſtolicam o, vtroſque ſemper Præſides Conciliorum Galliæ, prælertim Narbonenſis, quaſi Primates ad tempus, proptereàque ſummum ferè Pontificem appellatum p, quo pacto ſanctus Sidonius Apollinaris ſcribens ad quemlibet Epiſcopum, eum ſolet Papam nuncupare. Sic itaque Hilarius Arelate conſiſtens nunquam eſt habitus pro vero Pontifice ſummo Romano, at creditus aliis penè cunctis Antiſtitibus præfulgens in Gallus ex merito. Cæterùm Hilarij Lerinenſis defectus è vita præceſſit faſtigium Hilarij Romani annis 12. aut 16 q. Iam ergo ad quæſtionis propoſitæ ſcopum regrediamur. Probatio quòd idem Hilarius Papa ſignificauerit hunc Verannium perueniſſe ad ingentem quempiam Galliæ Præſulatũ, vt potè ad Lugdunenſem, iam pridem defuncto tunc patre Eucherio Magno, inſtigat ipſe Papa ex Epiſtola à ſe miſſa ad Veranum Leontium, & Victurium Epiſcopos. Vbi certè quia Verannium ſcripto antecedere facit reliquos, colligere eſt eundem ergo occupaſſe illo tempore eminentem in Gallia Epiſcopatum præ cæteris conſequenter adnominatis & pluribus tacitè prætermiſſis. Itaque ſic proinde Verano Lugduni exiſtente à præfato ſummo Pontifice commendatur *Ingenuus Epiſcopus Ebredunenſis Alpium maritimarum prouinciæ Metropolitanus*: hoc eſt, Archiepiſcopus. Ita enim ſonat Metropolita. Perindéque cauſa iuris ſui (Ebredunenſis) meritò commendabatur alteri Archiepiſcopo, qui inſuper eſſet Primas, pro lite vnius aut alterius Galliarum Archiepiſcopi ſopienda, quique Lugdunenſis præcelleret Archiflaminem Ebredunenſem ſaltem ex præſenti Apoſtolica commiſſione, ſi non ex iure Celticæ

IV. firmamẽtum.

Ex Papa Hilario

Obiectio de Hilario Archip. Arelatenſi.

l in Chronologia.

m Baſil. pag. 249. & hoc repetit Baiõ. in Annalib. an. 441. n. 11.

n Aliud huc ferè ſpectans nu 12. § 4.

o Extat To. 2 Concil. Venet pa. 115.

p Cauſa 6. q. 3 ca 2. Scitote. & 3. Denique. qui habet Epiſcopos ſub ſe.

q Obiit Hilarius Arelatenſ. an 445. vel 449. ex noſtro Alphabeto Sãctor. Et Hilar. PP. ſedit ab an. 461.

cæ

ex ſuæ Primatiæ, quò non pertineat Ebredunum Galliæ Braccatæ Narbonenſis. Vnde tum ſubdit Hilarius paulò annoſior Gennadio ac filiis Eucherij: *Coepiſcopus noſter Veranus ad ſanctæ memoriæ deceſſorem meum*cum aliis prouinciæ Sacerdotibus miſit, &c.* In qua periodo aduerte, lector, quòd dum Pontifex Verannium vocat eius Coepiſcopum, intendit ipſum ſpeciali aliquo gradu inſignire ſupra comprouinciales, qui alios Romam mittit, nec mittitur: etſi Papa obiter loquens de re præſentiſſima locum Sedis haud aſſignarit. * Leonem ℣ Magnum PP intellexit.

Paragraphus 4.

V. firmamentum. EAm verò Hilarij mentem, tanquam authori Pontificio valde conformem, latiùs adhuc aperit & cõcludit recens Baronius. Cuius epitome eſto hic pro quinta noſtra ad propoſitum ratione. Dicit primùm Cardinalis in textu martyrologico r: *Lugduni ſancti Verani Epiſcopi, cuius vita fide & virtutum meritis fuit illuſtris.* Deinde in Commentario adiicit: *Numeratur hic, de quo agimus, viceſimustertius Sedis Lugdunenſis Epiſcopus, quartus ab Eucherio. Hunc illum puto Veranum, cuius meminit Gennadius de viris illuſtribus, cap. 63. & 67. & ad quem Hilarius P. epiſtolã ſcripſit.* De quo idẽ Epiſcopo Baronius nihil mutãdo euertit in poſterioribus ſuis Annalium editionibus. En mox præciſa anacephalæoſis ſic coarctans laxiorem Hilarij ſententiam. Duntaxat nouerit Lector, nos hîc iure Verannium collocaſſe tertium poſt Eucherium cum Satrazino: & non quartum poſt eundem, ita inſertum à Baronio: qui author in Italia deceptus, perperam ſequutus eſt vnum Campegium Gallum in Demochare exſcribente etiam indigena ſeipſum allucinante. Campegius namque addit & ſtatuit S. Deſiderium proximum ſucceſſorem Eucherij ſanè imprudenter, cùm hunc fruſtrà interſerat. Non enim cohærent tempora, vt neque Sedes. Quippe S. Deſiderius multò tardior ad duo ferè ſecula, comparuit Martyr & Epiſcopus Viennenſis ſubrus Lugdunum: vt hic commune nihil habeat. Iuſſus quidem eſt occidi in territorio Lugdunenſi à Brunichilde Regina ſ vxore Sigiberti fratris Chilperici Francorum Regis t, quia vir pius fœminæ improbitates carpſit. Verùm corpus ipſius Viennam translatum eſt u, in ſedem ſuam. Vnde duplex eius Feſtum x per Diœceſim. De quo infrà opportuniore loco y. Itaque is ſitus necis non debuit Campegio anſam præbere miſcendi virum in Lugdunenſium Tabulis, & quartum efficere, poſtquam Petrus Villarius eum repoſuit in Viennenſibus z, annuente etiam ipſo Demochare in Viennenſi catalogo, & confirmante primùm Adone hiſtorico a. Reliquum tandem eſt enarrare, quòd Romanus Pontifex Hilarius ſcribens Lugdunum ad Verannium, ſedit Romæ octennio, ad annum vſque CCCCLXVIII. Et ſanctus ipſe Verannius manſit Lugduni per nouennium duntaxat, propter arctiores circumſtantium limites, ſcilicet ab anno CCCCLXI. aut circiter, ad annum CCCCLXIX. reuolutum, neq; ampliùs, quia ſequens D. Patiens ſucceſſor inchoabat anno 470. adſequente, & prædeceſſor Salonius finem habuiſſe cenſetur anno 460. Hilarius vero Arelatenſis iam obierat quinquennio ſaltem antequam Eucherius I. terminos ſuæ impoſuiſſet ætati. Iam verò pro exitu: etſi Authores nonnulli hunc noſtrum Antiſtitem ſimplici ritu nominẽt *Veranum*: attamen nos lubentiùs *Verannium* ſcribimus, quia apud ipſum D. Eucherium in cunctis librorum Geneſeos ac Regum titulis aut ediunculis hoc pacto vocitatur b. Cui certè matrici maior fides adhibenda cenſetur. Etiam Sarrazino pariter approximanti dicitur *Veranus*. Qui omnes eum veriſimiliùs concipiunt filium S. Eucherij Magni.

Ex Baronio.

r die 11. Nouemb.
s an. 611. die 23. Maij.
t Sigibert. in Chron. an. 608.
u 11. Februarij. Extat Augustodunenſis.
x citatum.
y nu. 37. 4. 5.
z To. 2. final. Opuſculorũ.
a in Chron. ætate 6. an. 583.
b Baſil. 1531. in fol.

Paragraphus 5.

VI. firmamentum. SExta ratio, cur probabiliùs iſte Verannius Lugduni ſederit, ſiue credatur Eucherij filius, ſiue alius venerabilis, & eruditus, depromitur tum ex diuinis Officiis, quæ in collegiata Eccleſia S. Nicetij eiuſdem vrbis publica annali ſolemnitate recolitur; tum ex ruralibus villulis, quæ inde per Diœceſim Lugdunenſem deinceps hoc nomine inſigniuntur, ſcilicet in honorem & decus ſanctiſſimi ſui Epiſcopi, ex quo parœciales eiuſmodi Eccleſiæ ſub illius inuocatione & titulo olim conſecratæ viſuntur Deo Opt. Max. vt fideles accolę ad Numen tanti patrocinio Aduocati accurrerent. Dictorum exempla patent. Imprimis certè præfata Eccleſia Officium duplex eccleſiaſticum quotannis pro eo reddit Numini: non quo die natalitia eius celebrant Martyrologia, quia vniuerſalis Eccleſia iam tunc præuenta eſt Officiis D. Martino Confeſſori debitis, ſed craſtina ſtatim die S. Veranius illic coli cernitur. Id verò ſic vſu proteritur, in ſignum, quòd huius ac patris fratriſq; Reliquiæ cum D. Pothini corpore in eo ſacro primarióq; domicilio credantur repoſitæ ex veteri traditione: licèt Antiſtes Thabarienſis miſſus * ad recognoſcendas illic ſacroſanctas Reliquias, non deprehenderit humata ibidem iſta quatuor vetuſtiora corpora a: at bene nouem alia, paulò tempore poſteriora, quæ ab Archipræſulibus SS. Ruſtico, Viuentiolo b, Sacerdote & aliis c exordium

* an. 1308
a nu 1 ...
b nu. 26. 27.
c n. 32 33. ...

dium trahunt ex horum, facta illic mentione, quæque res in ſancto Annemundo lubentiùs exponenda uobis fuit [d]. Secundo ordine, thematis diſcurſus fluit ex maiore Obituum libro mox [e] Lugduni reperto, eóque multò ampliore quàm ferant anteriora ad manus antea nobis tradita Obituum Volumina iſto ſtrictiora. Qui ſanè liber recentior eiúſve locus ad præſens inſtitutum profert Elenchum rerum exterarum Eccleſiæ Lugdunenſi acquiſitarum à Renaudo II. Archipræſule [g] de multis ſancti Veranni oppidulis, hac ſerie. *In acquiſitis ab Andrea Largo à ponte de Pipeu verſus Tarnant XXIII. libras dedit. Interea Bernardi Rannone, quæ eſt in Parœcia ſancti Verani XXIII. libras, &c.* pro Eccleſia Lugdunenſi. Et iterum poſt pauca: *Apud Tarnant acquiſiuit à Guigone de Iconio & ab Vuilelmo de Tararo pro* 1000. *ſolidis dimidiam gardam de ſancto Verone, &c.* Denuo in huius ſancti gratiam perſpicimus Eccleſiam aliam parœcialem Deo pariter dicatam prope Matiſconem, à quo Diuo tota rurſus parœcia ſuam obtinet nomenclaturam. Quæ vetus appellatio quando olim impoſita fuerat: ſanè tunc temporis nondum Comitatus Matiſconenſis ſeu territorium Matiſconenſe in ſpiritualibus diuellebatur è limitibus & ambitu Diœceſis Lugdunenſis: ſed ad eum ſpectabat ab exordio diſperſi per Gallias Euangelij. Diuiſa eſt autem illa prouinciola vno ad minus poſtea ſeculo in diſtinctam Diœceſim, itáque citiùs: veluti adſequente ſeorſum volumine è fronte hiſtorici Matiſconenſis Catalogi perlectum imus. Eſt & alia etiam parœcia dicta S. Verani ſub Diœceſi Viennenſi vicina Lugdunenſi. Idque totum argumentum ſexto loco allatum nobis recens index eſt, quod igitur idem Verannius in tanta veneratione habitus per eam regionem, verè fuerit Archiflamen Lugdunenſis.

Eccleſiæ ... S. Vera... Lugdu...

d n. 43. §. 7. aug. 6.
e an. 1616. menſe Iul. per Floriſium Bláchery.
g inf. o. 85.
parroiſſes dicdes S. Veran.

Paragraphus 6.

VII. & extremum argumentum.

SEptima vltimáque demonſtratio petitur ex plumbea Bulla Guillelmi de Sura Archiepiſcopi Lugdunenſis CV. inſequentis morem Romanorum Pontificum. Siquidem plumbum rotundum appenditur in duplici ſerica cordula [l]. Quod rariſſimum priuilegium hactenus haud legi aliis à ſummo omnium Antiſtite permiſſum Prælatis in tali Charta, quæ meminit apertè Verani, tanquam Lugdunenſis Archiepiſcopi, ſimul deſcribitur primum Altare Deiparæ conſecratum Lugduni Apoſtolico ferè tempore cum monitis alijs inſolitis. Qualia iſtic opportuniùs certè recenſuimus ad maius robur eorum penè adſimilium, quæ Numero primo eduximus [m] in præclara fundatione prima Lugdunenſis Eccleſiæ. En verba. *Guilel. miſerat. diuina primæ Lugdunenſis Eccleſiæ Archiepiſc. & Comes, Vniuerſis in noſtris Ciuitate & Diœceſi conſtitutis. Nos quantum poſſumus, &c. licèt vniuerſos ſanctos in cœleſtibus regnis conſtitutos in quibuſlibet Eccleſ. noſtræ Ciuit. & Diœceſ. inhumatos, ſeu quorum ſanctæ Reliquiæ in Ciuit. & Diœ. honorantur, vellemus ampliùs honorari: eos tamen Sanctos altioribus efferimus præconijs, ſummis attollimus laudibus, prout nobis concedit Altiſſimus, quos præſtantiores meritis exiſtimamus, & illas Eccleſias, in quibus beatorum corpora magis ſolerter & ſollicitè venerantur, Epiſcopalibus libenter dotamus præmijs, & vlterioribus priuilegijs decoramus. Cùm igitur Eccleſia ſancti Nicetij Lugdun. in glorioſiſſimæ Virg. Mariæ genitricis omnium Redemptoris & beatiſſimor. Petri & Pauli Apoſtolorum eiuſdem Redemp. ac quadraginta octo Martyrum, præfatique almi confeſſoris atque Pontificis glorioſi B. Nic. honore fundata ſit. Quæ quidem Eccleſia Cathedralis & I. ſedes extitit Lugdun. & in qua Eccleſ. habetur Altare per B. Photinum I. Lugdun. Archiepiſcopũ primò erectum & dedicatum in honorem B. Mariæ Virginis citra montes, vbi clara miracula ſæpius coruſcarunt, in qua Reliquiæ glorioſiſſimorum Chriſtianæ fidei principum beatorum XLVIII. Martyrum, necnon Barbarini* [n], *Viuentioli, Geneſij, Aureliani, Ruſtici, Cicarij, Deſiderij* [o] *Verani* (de quo nunc ex profeſſo) *& Nicetij Confeſſorum corpora in dicta Eccleſia coruſcantibus miraculis requieſcunt, & aliorum beatorum Martyrum, Confeſſorum, &c. Reliquiæ ibidem reuerenter habentur, &c. ipſam duximus Eccleſiam ſpecialibus gratiis attollendam, &c. Quam ob rem pia mater Eccleſ. de animarum* (adhuc militantium) *ſalute ſollicita, quæ deuotionem fidelium per quædam munera ſpiritualia, remiſſiones videlicet & indulgentias inuitare ſolita eſt, &c. vt quantò crebriùs & deuotiùs illuc affluit populus Chriſtianus aſſiduus Saluatoris gratiam precibus implorando, &c. Eapropter omnibus verè pœniten. & confeſſis & habentib. propoſitum confitendi, qui confeſſi fuerunt infra octo dies, ex tunc immediatè ſequentes, qui ad Eccleſ. præſ. ſancti Nicetij cauſa deuotionis acceſſerint in feſtiuitatibus Natalis, Circunciſ. Epiphan. Reſurrect. & Aſcenſio. Dom. & eorum octauis diebus, Iouis, Vener. Sabbathi ſanctis, die Pentecoſt. & duob. ſequent. & in feſto de corpore Chriſti & ipſius Octauis, & in omnibus feſtiuitat. glorioſæ Virg. Mariæ, beatorum Ioan. Bapt. Petr. & Pauli, Simon. Barthol. Stephan. Laur. Clem. Dionyſ. Annemundi & XL...Martyrum, ac glorioſiſſimorum Confeſſorum Barbarini, Sacerd. Viuentioli, Geneſij, Oreliani, Ruſt. Clear. Deſiderij, Verani* (de quo rurſus mox) *& Nicetij quondam primæ Lugdun. Eccleſ. ſanctorum Antiſtitum, itémque Martini, Nicolai, Clari, Blaſij, Iuſti, Antonij, & beatarum Virgin. Cathar.*

l rubra, ibi ex vno latere eſt eius effigies cũ Cruce ad manum, ex altero ipſius ſtémata & nomen.
m § 6. fin.

Diploma Archiepiſcopale Lugduni pro S. Verano prædeceſſore.

n de quo nos alibi legitur Lugduni.
o diat foiſſe Vienn. Epiſc.

Pro collatis ad Ædem S. Nicetij Indulgentiis.

thar. Margarita, Cecil. Agathæ & Agnetis, ac in ſolemnitate omnium Sanctorum, & per octauas eiuſdem, de omnipotentis Dei & Virginis Matris eius miſericordia, atque dictorum Sanctorum & Sanctarum meritis & authoritate confiſi, quadraginta dies de iniunctis ſibi pœnitentiis in Dom. relaxamus, &c. Datum in Caſtro noſtro Petra ſciſſa die XX. menſis Augusti, an. M.CCC. XXXVII. En ampliſſimi latitudine Indulgentiarum characteres pro reſiduis temporalibus pœnis peccato elapſo debitis ſoluendis, priuſquàm animæ detur ingreſſus ad beatam viſionem, quia nihil coinquinatum cœlos ingreditur. Paritérque adeſt ſanctus Veranus Lugduni palam dictus Antiſtes. Quæ ſanè generalior Sanctorum conſcripta inuocatio, in ſancti Verannij gratiam huc compulſorum, proficiet quàm plurimùm aliis etiam Numeris [d] ſacræ huius Chronologiæ.

[d] maximè n. 96. de Guilel.

Paragraphus 7.

Reliqua de trib. aliis Veranis Epiſcopis ſuprà inchoatis.

VT inſtitutum egreſſum appetamus, nos cætera rurſus allaturi ſumus de præfatis tribus aliis Veranis *, equidem tanquam diſtinctis à præſenti noſtro Lugdunenſi. Imprimis quando ſub idem tempus floruit Veranus ille Venciensis, de quo pauca ſuperiùs, ſanè Monachus antea Lerinenſis, non extat in Petro de Natalibus. Verùm Baronius eiuſdem recordatur, non quidem apud vllum ex ſuis textibus, ſed in vnis ipſius Commentariis [m], in quibus ſanè & circa eam periodum ipſe locat inſuper alium Veranũ, nimirum in territorio Aurelianenſi depoſitum [n]. Qui hîc eſto ſecundus enucleandus, velut iſtinc remouendus, ſeu è catalogo Lugdunenſi ablegandus. Etenim is euidentiſſimè Epiſcopalia munera alibi exercuit: videlicet Caueliani ex Sauſſaio [o], vel Cabiloni ex eodem Baronio [p], aut ſuit Venciensis ex citato Barrali. Atque reuera nos in priore editiuncula Eccleſiaſticæ Galliæ Celticæ tabellam Epiſcoporum Cabilonenſium rexuimus [q]: in qua iacet Veratus, aliis Veranus XII. Epiſcopus, hauſtus apud Gregorium Turonenſem [r]. At tardiùs multò & plus quam ſeculo [ſ] id onus ſuſtinuit. Proptereáque huc pertinere nequit. Is verò clareſcit diſtincto Tomo ſacri noſtri Chronici Matiſconenſis ad calcem. Et tertiò, de Verano Caueliancenſi, ſeu Cauallicenſi, vti legitur in ſumma noſtra Caſuum reſeruatorum [t], iam ſupra diximus [u]. Is autem interfuit ſecundo prouinciali Concilio Matiſconenſi [x]: & Sauſſæius videtur innuere illum Paſtorem fuiſſe eum, qui quouis pio fine ignoto verſus Aureliam profectus eſt, defunctus in illo extraneo territorio, corpúſque delatum ad Iargolij oppidum [y], necnon in Eccleſia ſui nominis ibidem conditum Diœceſis Aurelianenſis.

* §. 1. & 2.
[m] at pro 4. Idus Sept.
[n] 19 Octob.
[o] loc. cit. §. 1.
[p] cit. 19. Oct.
[q] pag. 3. ad calcē capitis 4.
[r] lib. 3. Franc. c. 31. li. 9 c. 4.
[ſ] an. 593.
[t] Tabula extrema Arelatenſi.
[u] §. 1. initio.
[x] an. 588.
[y] Gergeau.

Paragraphus 8.

Nouus de S. Verano Cabalitano diſcurſus.

AD hoc tandem extremum Numeri XXIII. monendus eſt Lector, quòd poſtquam abſolutum eſt Volumen iſtud, & iam ad Typographi manus incidiſſet (id lubèns narramus) præclarum accepimus reſponſum indaginis noſtræ de vita S. Verani Gabalitenſis quõdam Epiſcopi ſubtus Auenionẽ, fideli Epiſtolio, diligentiâ & cõquiſitione D. Guilelmi Rapine de ſancta Maria [z], Iurium Candidati ac criminalis Aſſeſſoris in foro Niuernenſi; qui inde noſtri gratiâ (tametſi inuiſus aut ignotus) profectus eſt ad oppidum ſancti Verani Diœceſis Niuernenſis, duodecim bimilliaribus ab ea Epiſcopali vrbe diſtans, vbi is recèns totam excerpſit, quam dudum ibidem prælegerat hiſtoriam anno 1607. quò tunc deuota Niuernorum ciuitas ex profeſſo iter fecerat, vnà cum Clero, Cruce & lugubrium veſtium apparatu ob peſtem tunc in vrbe graſſantem, eámque diuino munere repellendam, quæ ad inſtans miro modo extincta eſt, publico celebrato voto ex vi precum ad Deum per interceſſionem ſancti Verani oblatarum. Hauſta eſt hæc tota præſertim vetus narratiuncula, tum ex matutinalibus illius Eccleſiæ Lectiunculis, tum ex aliis ibidem Legendis Manuſcriptis valde tutis præfatæ Baſilicæ. Qualia certè ex animo percurrimus, vt lucidiores euadant noſtri alterius Verannij qualitates; necnon vt multi quoque viri literati, quos hodie percupidos huiuſce notitiæ accepi, ex noſtro autographo hiſtoriolam ſcitu dignam addiſcant. Præfatus verò Guilelmus primùm miſit exemplar prorſus æquale periodis hiſtoricis Petri de Natalibus: ac ideo mox ea prætérimus. Deinde is ex Manuſcripto alia ſubiicit in citato Petro non deliteſcentia: quæ ſingula ob id præſenti reſcripto damus meritò intuenda. Equidem poſtquam Petrus ſuos textus hiſce verbis claudere voluit; *Pallium quo corpus Sancti erat opertum ad fluuium Durantiæ cunctos deduxit vſque ad Eccleſ. B. Virginis, quam ipſe ædificauerat, &c.* (veluti ferè ſuprà videre eſt) *Vbi cùm ſtetiſſet corpus, condigno tumulatum eſt honore*: inde Manuſcriptum Niuernenſe pergit vlteriùs hos diſcurſus efformare, qui in Niuernenſi etiam Breuiario inſeruntur: nimirum, *Poſtmodùm corpus Iargolium in territorio Aurelianenſi tranſlatum eſt.* Et in Proſa Miſſæ de Sancto ad illam ſancti Verani apud Niuernios Eccleſiam, id prætereà cani ſolet ab antiquo:

Receens eius miraculum.

Priſca de ipſo miracula.

[z] Miſſum 1. Nouem 1618 & receptum die vltimo.

H Miran

Miranda res: dum moritur,
Quò feratur, ambigitur.
Sed pallium quo tegitur,
Viam monſtrans extollitur
Ad Sorgiam, tunc prauio
Non inuento nauigio,
Cunctis ſicco veſtigio
Migrant diuiſo fluuio.

Durantiæ & Sorgiæ Fluuij coëütes.

Quo in loco, non mireris (Lector) ſi mutato amnis nomine Sorgiam mox ſubaudias loco Durantiæ in aquis diuiſis ad viam ſacro corpori humando parandam, quaſi putes omnino aduerſariam fore Proſam Petro narranti.. Enimuerò, quicunque regionem peragrarunt, bina dictata ritè in concordiam cenſebuntur reuocanda. Quippe reuerâ extant illa duo flumina ſic nuncupata, quæ ex diuerſis Geneuę montibus ſcaturiunt. Deinde in vnum ſimul confluere cernuntur ad Pontem paulò ſupra vrbem Cauelıacenſem Auenionenſis prouinciæ conſtructum, deſcendúntque ad vrbem vnà collecti, deinceps ſub Sorgiæ nomenclatura, vt inde alterutra voce pro beneplacito vti licitum eſſe videatur. Vnde eò maius creditur miraculum, quia latius fluuiorum incrementum non fuit impedimento, quominus fluere deſtiterit ad iter corpori longius præſtandum. Vixit autem ſanctus ille Confeſſor Cabalitanus ſupra integrum ſeculum: cùm natus fuerit anno 1343. imperante Conſtantio 2. & obierit in prouinciali III. Concilio Arelatenſi anno 1453. alıis 1529. Cæterùm, hinc eiuſmodi hiſtoria poſtero tempore depicta eſt in Sacello Caſtri S. Verani, ſcilicet anno 1519. cura ac opera M. Andreæ *Veryus* Præſidis in Curia Parlamenti Pariſienſis (Matiſcone oriundi) ac Prioris Curati (aiunt) eiuſdem loci ſancti Verani. Quod vniuerſum ornamentum ab hæreticis tandem Caluinitis miſerè traditum eſt ignibus anno 1576. Capellam tamen Reuer. Euſtachius du Lys Antiſtes hodie Niuernenſis reſtituere peroptat.

Hodiernus ſuæ Eccleſiæ ſtatus.

XXIV. *Paragraphus* 1.

Ann. 470. 475.

SANCTVS PATIENS ſecurior multò quàm duo proximi anteceſſores in hac Cathedra, is eſt, quem Campegius ſeorſum nominat *Pathicum*; & Sarrazinus *Petrum*. Sedit verò imprimis ab anno ſaltem quadringenteſimo LXX. atque CCCCLXXV. ex Genebrardo [a] cum Baronio: vbi loquuntur de publicis tunc ab ipſo exporrectis eleemoſynis, ſumma ingraueſcente per Galliam egeſtate. Eò nanque temporis referunt hiſtoriam coætaneam Sidonij Apollinaris Epiſcopi Aruerni Claromontani, quem Eccleſia inter Sanctorum annumerat [c] conſortia. Ille autem Patiens vix citiùs inauguratus eſt Archipræſul, tum propter duos anteceſſores Primates, creditos veriùs filios S. Eucherij I. adeóque meliùs tali ordini immiſcendos quàm tardiùs deiiciendos; tum etiam quia de ipſo Patiente nulla anterior chronologia ſcriptis patuit. Vnde rurſus factum eſt, vt ritè medios Salonium & Verannium inſeramus, etſi putent nonnulli eundem Patientem hic proximè ſequi debere Eucherium Magnum: nam alioqui inter Eucherium ſublatum è viuis ad annum 453. & Patientem inchoantem an. 470. ſupereſſent anni ſexdecim vacui, quibus Sedes Lugdunenſis cenſeretur vacaſſe temporibus publicæ pacis, ita creditu difficillimis. Iam verò ad hunc Patientem eleemoſynarium, erga pauperes rediturı: certè cauſas tantæ eorum inopiæ ſic paucis enarrat D. Gregorius Turonenſis. *Euarix Rex Gothorum excedens Hiſpanum limitem huius tempore* (Patientis) *grauem in Gallijs ſuper Chriſtianos intulit perſecutionem. Truncabat paßim peruerſitati ſuæ non conſentientes, Clericos carceribus ſubigebat: Sacerdotes verò, alios dabat exilio, alios gladio trucidabat. Nam & ipſos ſacrorum templorum aditus ſpinis iuſſerat obſerari, ſcilicet vt raritas ingrediendi obliuionem faceret fidei* [d]. Et paulò antè præmittit effectus miſeros huiuſce cladis atque tyrannidis, cóſque tales. *Tempore Sidonij magna Burgundiã fames oppreßit. Cúmque populi per diuerſas regiones diſpergerentur, nec eſſet vllus qui pauperibus alimoniam largiretur, Ecdicius ex Senatoribus huius propinquus* *, *in Deo confiſus, miſit pueros ſuos cum equis & plauſtris per vicinas ſibi ciuitates, vt eos qui hac inopia vexabantur, ſibi adducerent. Illi cunctos pauperes quotquot inuenire potuerunt, adduxére ad domos eius, illícque per omne tempus ſterilitatis paſcens, ab interitu famis exemit. Fueréque amplius quàm quatuor millia promiſcui ſexus* [e], *&c. Sed & ſanctus Patiens Lugdunenſ. Epiſcopus ſimile huic in ipſa fame populis præſtitiſſe perhibetur beneficium. Extat hodie beati Sidonij Epiſtola, in qua hunc collaudat*, eámque ſuam effuſam erga pauperes largitatem commendat, quandiu tot ærumnis Eccleſia Gallicana ad malorum culmen acceſſit ob ingentem huiuſmodi penuriam, cuius meminit Gelaſius in Andronicum. *Magna planè Dei prouidentia factum eſt* (adducit Baronius [f]) *vt inter grauiſſima flagella eod. tẽpore claruerit in Gallia vir mirificæ ſanctitatis, & inter alios nobilis Eccleſia Lugdunenſis tunc conſecuta fuerit magnum Paſtorem*

Sidonius Apollin.

a li. 2. Chro. ſub an. 470.
b To. 6. Annal. pa. 315. Antuerp.
c 23. Auguſt.
d li. 2. Hiſt. Franc. c. 25. & Sidon. Ep. ad Baſilium Epiſcop. li. 7. Epiſt. 5.
* Cognatus Sidonij.
e loc. cit. ca. 24 & Sidon. Apollin. li. 2. c. 1 li. 3. ca. 3.
f col. 410 an. 475. Mogun. To. 6. anno. 1601.

Patiens famem ſubleuat in Gallia.

rem illum ſanctum Patientem Antiſtitem exemplar perfectiſſimi Sacerdotis, cui dedit Deus, vt apud barbarum Regem & Arianum hominem gratiam inueniret. Tanta enim debentur virtutibus præmia, vt etiam hoſtes ad ſui venerationem compellant. Factúmque eſt magno quidem miraculo, vt qui reſpuiſſet Rex ſuperbiſſimus cum Romano Imperatore fœdus inire, patienti famem Epiſcopo ſeſe veneratione ſubiiceret. Quantum igitur hac libertate ſanctiſſimus Præſul bene vſus profuerit afflictis Catholicis, atque deuaſtatis Gothico furore Galliarum Eccleſiis, diſcesſ[g], &c. Illud tandem debetur Patienti quodam præcipuo titulo, quòd poſt ſegetes incendio abſumptas (inſerebat antea Sidonius [h]) per deſolatas Gallias frumenta miſerit. Viſæ ſunt anguſtæ ſuis frugibus viæ. Viſum eſt per Araris & Rhodani ripas non vnum quod impleuerat horreum. Victum ciuitatibus Tyrreni maris erogaturis, granariis potiùs duo ſuis flumina quàm duo nauigia compleuit. Eidem rurſus, quaſi alteri Ioſepho [i] in Ægypto, gratias debebant Arelatenſes, Regenſes, Aueniocus, Arauſicenſis (inſit locus Epiſtolæ) Albenſis necnon Valentinæ & Tricaſtinæ vrbis poſſeſſor [k]. Qui omnes vnà cum Aluernis (præter Lugdunum) dum non potuerant ex aſſe vota metiri, Patientis operà experti ſunt alimoniam ſibi abſque aſſe collocatam. Ad quod beneficium conferendum nulla eundem oblatio precum adduxit.

g ex Greg. Turonenſ. cit.

h li. 6. Ep. 12. vlt. Mediolani 1498.

i Geneſis ca. 41. & 42.

k li. 5. Epiſt. 12. ad Eriphium.

Paragraphus 2.

EX illo capite primatiali diuertamus paulò, & ad miracula æquè ſancti anonymi ſuæ Eccleſiæ Archidiaconi deſcendamus, quatenus ea narrat diuus Gregorius Turonenſis [l] vno tantùm ſeculo poſterior illa re, quam auditum itis ſub eodem pariter ſancto Patiente. *Leonis Romani Imperatoris filia* (inſit Author) *cùm à ſpiritu vexaretur immundo, & per loca ſancta duceretur, aſſiduè clamabat nequam ſpiritus: Non hinc egredior, niſi Archidiaconus Lugdunenſis adueniat, & niſi ipſe me de hoc vaſculo quod acquiſiui, eiiciat nullatenus hinc ſum egreſſurus. Audiens hæc Imperator, dirigit ſuos in Gallias. Quem illi repertum ſuppliciter exorant, vt cum eis ad viſitandam puellam Romam dignaretur accedere. Ille verò contradicens, & ſe indignum, per quem Chriſtus miracula oſtenderet, eſſe vociferans, admonitus Epiſcopi ſui conſilio, cum eiſdem miſſis iter dirigit, & ad Imperatorem veniens cum honore ſuſcipitur. Audiens autem de infirmitate puellæ, ſe ad Baſilicam beati Petri Apoſtoli confert: ibique continuato cum vigiliis & orationibus triduano ieiunio, quarta die per inuocationem Domini noſtri Ieſu Chriſti & crucis vexillum, immundum ſpiritum à corpore puellæ depellit. Quæ ſanata, tria ei centenaria auri Imperator offert. Sed ille vir altioris ſpiritus, caducas diuitias pro nihilo reſpuit, dicens: Si me tuis muneribus locupletare deſideras, illud quod cunctæ proficiet ciuitati largire: tributum, ait, in tertio circa muros milliario populis cede: hoc vtriſque animabus ſalubre beneficium erit. Aurum verò tuum neceſſarium non habeo: pauperibus illa pro tua tuorúmque fœlicitate diſpenſa. Quod ille non abnuens, aurum pauperibus erogat, & tributum petitum ciuitati concedit. Vnde vſque hodie circa muros vrbis illius in tertio milliario tributa non redduntur in publico. Poſt diſceſſum verò beati Archidiaconi, ait Imperator ſuis: Si iſte, inquit, Deum pluſquam pecuniam diligit, dignè Eccleſia illa, cuius nobis miniſter obſequitur, noſtris muneribus illuſtratur. Tunc capſam ad ſancta Euangelia recludenda, patenámque & calicem ex auro puro pretioſiſque lapidibus præcepit fabricari. Quod miro perfectum opere per hominem creditum dirigit Eccleſiæ: ſed nuncius ille inter Alpes poſitus, qui hæc exhibebat, ad aurificis cuiuſdam domum diuertit. Cùmque ab eo aurifex ſciſcitaretur quid negotij gereret, rem ſecretius ac ſimpliciter pandit; & ille, Si inquit, meo conſilio conniuentiam præbueris, multa nobis hæc ratio poterit lucra deferre. Ad hæc ille diabolo inſtigante ſeductus, & vt fertur inter ruſticos ſermo vulgatus, quod inhianti auro ac circumuentionis fallacias inferenti, ſæpius animi coniunguntur, ſtatim huius conſilij effectus eſt conſentaneus. Tunc ille deceptor fecit ſimiles de argento ſpecies, vt nihil aliud quàm aurum puriſſimum putaretur: & ſic opera quæ cum gemmis foliiſque aureis fuerant ſuperpoſita, ſtudioſiſſimè cum clauis adfixit. Veruntamen calicem non comminuit, quia catacly ſa in ipſo fuerant ſolidata. Denique portitor cum hac fraude Lugdunum aduenit: oblatíſque muneribus, ab ipſo muneratur: regreſſúſque ad ſocium, aurum de ſpeciebus figuratum recipere flagitat: Aurifex verò adhuc non eſſe totum paratum pronunciat: ſed ſub ipſa explicturum ſe nocte pollicetur. Exacta igitur cœna, cùm in cellula qua hæc operabantur, pariter reſiderent, concuſſo ſubitò terræmotu ſuper eos diruit, diſruptáque terra ſub pedibus eorum, ipſos pariter cum pecunia deglutiuit, deſcenderúntque viuentes ac vociferantes in tartarum. Vltúſque eſt Deus velociter de fraude Eccleſ. ſuæ.* Tum hæc ſubiunxit Author. *Ego verò has ſpecies in Eccleſ. Lugdunenſi ſæpiſſimè vidi. Sit hoc populis documentũ, vt nullus res Eccleſ. adpetere, aut fraudare nitatur. Nam aliter videbit Dei iudicium ſuper ſe velociter imminere.* Hæc fuerant certè iſtic inferenda velut notatu digniſſima. Nunc autem ad præmiſſum noſtrum D. Patientem inde meritò redeamus: cætera eius facinora pia &c. circumſtantes ipſius Eccleſias delineaturi.

l li. de Glor. Confeſſ. c. 63.

Leo ab an. 457. ad 474.

Archidiaconus Lugdunẽſis miracula faciens.

Filiam Imperatoris ſanauit.

Munus Principis pro Eccleſia Lugdunenſi.

Paragraphus 3.

Cantus Eccleſię illo tempore.

CONtigua item præclara quæ ſuperſunt huiuſce Primatis ſanctiſſimi geſta debitis conſequenter præconiis illuſtremus. Coętaneus Sidonius Apollinaris iã primùm à nobis inſertus paritérque S.us alio in loco b hæc iterũ de eodẽ beato Patiente vniuerſim conſcripſit mutatã materiã, cùm foret aut reſideret illeClaromontanus Lugduni.*Conueneramus*(inquit)*ad S.Iuſti ſepulchrum, &c.Cultu peracto vigiliarum, quas alternante mulcedine Monachi plerique Pſalmicines concelebrauerant, quiſque in diuerſa ſucceſſimus, &c.* Hunc autem textum Paradinus i, qui locum non citat, ac deinde Sauaro intelligunt de Eccleſia ſancti Iuſti, ſcilicet in monte extra Lugdunum collocata: quæ annis centum ante hunc Antiſtitem XXIV. inſigniebatur vocabulo ſanctorum ſeptem Machabæorum, veluti monitum voluimus ſub D. Iuſto k. Ex quibus tria inferimus. Primò, quòd iſto iam ſeculo Patientis & circiter, eidem Baſilicæ recèns ind itus fuerat titulus ſancti Iuſti ex pio nouorum à Deo euentuum vſu. Secundò, quòd hoc ipſo D. Patientis æuo concludebantur verè Monachi cælibes & diuinis meditationibus addicti ex ſingulari voto ſub illa primitiua Eccleſia. Vnde perſpicimus id genus vitæ longiùs ſummotæ ac diſtractæ à ſecularibus rerum motibus egregiam traxiſſe originem ex Apoſtolicis tempore huiuſce primitiuæ radicibus: ne dicam amplius à iure diuino in ſacris Biblis extante, quatenus iam fusè diſcuſſimus ex ſecundo Concilio Arauſicano ſub D.Eucherio l. Et vetus iſta praxis religioſiſſima ſemper adauget argumenta repellendi cerberina Caluinitarum monſtra * naſci ſolita aduerſus eam bene meritam caſtitatem. Tertiò, præfatum hunc Pſalterij modum & ritum iudicamus conferendum paulo vnà cum publico pertracto decreto Gregorij I.cognomine Magni Pontificis Maximi pro ea re. Qui ſumus Moderator primus ſanè præcipere cœpit in vniuerſa Eccleſia formulas Chori & Pſalmodiæ vno ſeculo tardiùs, quàm ferat iſta Sidonij hiſtoria. Sedit enim Gregorius ab anno duntaxat quingenteſimo nonageſimo m. Ex quo animaduertitis hanc pſallendi alternis vicibus in Templis rationem ac traditionem, fuiſſe vetuſtiorem vnà ad minus annorum centuriã, priuſquam ſed iſſer aut publicaſſet Gregorius. Saltem pſaltria huiuſmodi iam tunc audita & aſſueta eſt Lugduni, ne dicam & in Græcia *, deincépſque longè latéque diſperſa. Vel ſyncerius fortè dicendum, quòd Gregorius planam ſeu vniformem præcinendi viam à ſe in priſco vſu repertam ad concinniorem normam & artem reduxit vbique n, exceptis forſan nonnullis votiuis Conuentibus, qui veterem ſonorum æqualitatem ex religioſa humilitate hactenus ſæpe conſpicuam retinuerint. Cæterùm, præfatus Sidonius Patientem ratione dignitatis vocabat Papam o, more ſui æui erga plures Epiſcopos per orbem Chriſtianum diſſipatos, maximè verò Patriarchas aut Primates, præter ſummum omnium Paſtorem Romæ ſedentem, qui vnus continuò per antonomaſiam Papa nuncupatur: veluti fusè iam docuimus in noſtro Antimartyrologio *. Sic itaque tutior nequit eſſe probata fides ac ſedes D.Patientis, quàm hæc conteſtata à ſynchrono authore ex diuina prouidentia ad hodiernam vſque diem. Qui ſanctus Archipræſul duas piè adſtruxit Eccleſias Lugduni. Vnam S.Irenæi in ſuburbio, anno CCCCLXXII. ex Paradino p poſt Sidonium q generatim loquentem, dum Eccleſiam haud nominauit r, neque Surius. Alteram ſancti Stephani in vrbe & valle inferiori, veluti conijcit Iacobus Sirmundus ad Epiſtolam X.libri II.eiuſdem Sidonij. Quæ ſecunda ſtructura, ſi vera ſit, profectò cenſerur verius reſtituta aut abſoluta duntaxat ipſa Eccleſia: quia iam vidimus ſub ſancto Albino Archiepiſcopo s eã ante annos centum ædificatam, ſiue imperfectam, ſiue integram, deincépſque exciſam quocunque euentu & mox excellentiùs ad beatum finem perductam. Saltem pluſquàm vnius Eccleſiæ conditor tutiſſimè prædicatur. Nam ſic ad eum de ipſo fatur Sidonius: *Omitto per te plurimis in locis Baſilicarum fundamenta conſurgere, ornamenta duplicari, &c.* Idem autem competitores pro Cabilonenſi Epiſcopatu ſedauit atque compeſcuit, ex Burchardo ſcriptore & prolixiore Sidonio u.

Monachi tunc.

Papa.

Patiens condit Eccleſias.

b li. 5. Epiſt. 17. ad Eryphium.
i li. 2. c. 15.
k ſuprà n. 15 §. 4.
l n. 21. §. 2.
* ibid.
m vſque ad 604.
* De qua n. 57. §. 4.
n Genebr. in Chron. ſub Greg. ex Gemdone Areti no an. 1010. de Pſalmod.
o Antonio. Par te 1. 2. ca. 1. §. 6. & 2 Pau lo Iacerno,
* li. 2. ca. 1.
p li. 2. Ep. 10. & li. 6. Ep. 12.
q li. 2. c. 2. ſect. 10.
r li. 2. c. 5. 5. & 105.
s de eo alias Greg. Turon li. 2. hiſt. Frã. c.
t li. 2. Epiſt. vlt.
u n. 14. & 22.
li. 1. c. 21. & 15.
u li. 5. Epiſt. 26. & Surio To 5. pa. 106 ad 11. Sept.

Paragraphus 4.

Concilium III. Lugdunenſe.

TErtium vltimúmque genus dicendorum, eſt de quodam prouinciali Concilio in Gallia Lugdunenſi, quod veriùs Lugduni credimus celebratum, quàm alibi in eius regionis vicinis. Numeratur verò tertium ex omnibus comprouincialibus Lugduni habitis: licèt iſtud nondum pateat in quinque vulgò editis Conciliorum Voluminibus; vt neque ibi leguntur duæ priores Synodi Lugdunenſes, tempore ſancti Irenæi a & Fauſtini b Epiſcoporum vrbis promulgatæ. De tali autem Concilio prætetquam agit Bibliotheca Patrum c: inſuper de ipſius etiam Patribus, tempore ac ſubiecta ei materia ſic multis vicibus præclarè loquitur Cæſar Annaliſta Baronius ſub anno ſalutis CCCCXC. *Ne dubites Sidonium*

a n. 2. §. 4. 5. 6.
b n. 5.
c Margarini To. 5.

nium Apollinarem de alio aliquo à Fauſto edito ſcripto potiùs intelligere voluiſſe (ait [d]) *quàm de Opere, de quo agitur, &c. Nam priori libro tum aduerſus Pelagium omnia libero arbitrio hominis tribuentem, tum aduerſùs eos qui cuncta diuinæ gratiæ tantummodo accepta ferenda eſſe iactarent, diſputat: poſteriori verò de præſcientia & prædeſtinatione cumulatiſſimè diſſerit, vt idem in Præfatione Operis ad Leontium, quæ inſcribitur Fauſti profeſſio fidei, apertiſſimè profitetur, &c.* Secundò, *His autem detentus erroribus fuit Lucidus quidam Presbyter* (pergit [e]) *ad quem Fauſtus Epiſtolam illam ſcripſit, quàm vt verè Catholicam ab Epiſcopis Concilij Arelatenſis probatam* (antea) *& ſubſcriptione munitam diximus.* Tertiò, paucis interpoſitis, vt breuitati ſtudeamus, ita fatur magis ad propoſitum. *Sed cur, dices, illa ſubſcriptio Arelatenſis Concilij, non in fine Fauſti Operis ampliùs, ſed in fronte ipſius ante præfationem poſita legitur, quam illis (vt ait) adijci, Synodus Lugdunenſis exegit? Nunquid hoc caſu factum? Nequaquam. Sed accipe Fauſti vaſrum Concilium, &c.* Quartò, nonnullis per nos rurſus omiſſis; is enumerat Suffragatores totius cœtus hoc pacto [f]. *Patres Concilij duodecim Auccianus, Fauſtus, Paulus, Eutropius, Pragmatius, Patiens, Euphronius, Meigeſſius, Claudius, Leucadius, Iulianus. Leucidus. Et eſt mentio Auxanij, qui & Auxaminus ſcriptus reperitur, in Epiſtola Hilari Papæ ad Leontium, & alios Epiſcopos, de controuerſia inter eum & Ingenuum Ebredunenſem Epiſcopum. Nominatur & Fauſtus, ad quem extat Epiſtola Sidonij. Pragmatius item, ordine quintus, idémque Sanctus [g], fuit Epiſcopus Auguſtodunenſis [h], notus in Concilio Epaunenſi [i]. Patiens qui ſequitur, ordine ſextus, & ipſe inter Sanctos relatus, fuit Epiſcopus Lugdunenſis, de quo ſæpe idem Sidonius meminit, noſq; plura de eo in noſtris notis, &c.* Per hunc famoſum Authorem liquet Synodum habitam ſub Felice Papa III. ad hoc, vt hæretica Fauſti Pelagiani dogmata, antea Abbatis [k], deindéque Epiſcopi [*], tũ lapſi corrigeret plurima, ac emendaret circa multos de libero arbitrio articulos & alia nõnulla. Rationes verò quare potiùs Lugduni collecta cenſetur, dum ciuitatem diſertè non conſignarunt alij præter Baronium hiſtoriographi, ſunt hæ: partim quia antiquis illis temporibus, nomine Gallicani Concilij, Lugdunenſe frequentiùs indicatum legitur, eò quòd Lugdunenſis Archiepiſcopus, reliquæ ſemper Galliæ primus eſt habitus, præſertim Celticæ quadrifariam diſtributæ [l]. Ex parte verò, quia aliquot antè annis S. Celeſtinus primus Pontifex Maximus [m] Epiſtolam ad Epiſcopos Galliæ ſcripſerat [n] aduerſùs Pelagij errores. Quòd ſi quis obiectet Concilium eiuſmodi veriùs putandum Arelatenſe, vt pote quia vrbem Arelatem adnominat Celeſtinus [o], vbi nimirum coïtio fortè habita ſit: ſanè Epiſcopalem ciuitatis dignitatem obtinebat vnus S. Cęſarius, de quo ſub iiſdem annis 490. verba facit idem Baronius. Qui Antiſtes alioqui facilè Synodo intereſſe debuiſſet ſuffragator. At ibi non legitur. Vt neque illis ampliùs temporibus Concilia feruntur Arelate coacta. Neque rurſus eſt quòd quis refugiat ad quendam ſanctum Cęſarium denuò Arelatenſem Epiſcopum, anno CCCCVIII. qui eodem Solis curſu præfuit tertio prouinciali Concilio Arelatenſi, vt liquet in ipſis Conciliorum Tomis & ex eodem Baronio. Nam interſtitium annorum LXXXII. non patitur cuiquam perſuaſum habere, quòd ille ſanctus Cęſarius tandiu victitare potuerit. Et maximè huic obeſt opinioni, quòd perſpicimus tres medios ſynceros Arelatenſes Epiſcopos, Patroclum [p], Hilarium [q] & Rauennum [r] occupaſſe illos duos & octoginta annos in ea Sede, etſi Tabella imperfecta Democharis [ſ] neutrum Cęſarium inſeruerit cum illis tribus. Vixère ergo ibidem duo Cęſarij à ſe inuicem valdè diſtantes. Neque iterum obiectiunculam iuuat, quòd poſterior Cęſarius librum de libero arbitrio ad S. Felicem III. Pontificem Maximum tunc ſedentem miſerit. Quippe dedicatio eiuſmodi ſoli cauſæ non loco patrocinatur. Neque demum è re eſt opponere quartum aut quintum aliquod Concilium Arelatenſe XIX. Canonum, authoritate cuiuſdam Sarpidij innitum, illius vrbis Epiſcopi. De quo leuiter tractat Diſtinctio XVI. Decretalis [t]. Etenim patet Sarpidium, ſi talis ibidem Pontificalia geſſerit, tardiùs illic floruiſſe poſt trecentos aut quadringentos annos à ſeculari die præſentis Synodi, quam ritè Lugduni tribuendam cenſeamus: quia Democharès, qui poſt Rauennum præterit ſanctum Cęſarium II. Arelatenſem, pergit tamen exactiùs enumerare quoſuis ſucceſſores alios, nimirum [u] Sabaudum, Ætherium, Virgilium [x], Germanum [y], Felicem [z], & Ioannem vltimum à ſe conſcriptum, quem dicit ſediſſe in Concilio Arelatenſi ſub Imperatore & Rege Franciæ Carolo Magno, qui orbem moderatus eſt ab anno duntaxat ſeptingenteſimo ſexageſimo nono ad DCCCXIV. Proptereáque Sarpidius fuit iunior ſeu poſterior cunctis illis adnominatis, quia ad eum vſque non peruenit Democharès. Atque ipſius Sarpidij Concilium debet quintum nuncupari, & quartum, illud præfati Ioannis. Eáque ſingula tribus ad minimum ſeculis infrà deprimuntur. Niſi certè poſthac maior lux nobis adſit aliunde inter legendum, aut tutiòrem viam quis deinceps recognoſcat, cui lubens aſſentiar. Interea ſupereſt igitur Concilium, de quo his prorſus temporibus agitur in Gallia, Lugduni actum eſſe: vbi ſanctus Patiens ac reliqui Eccleſiæ Gal-

Marginal notes: Patres Concilij. — Non Arelatenſes.

[d] to. 6. an. 49. col. 582. Mogunt. & Antuerp. p. 447.
[e] col. 583.
[f] col. 585.
[g] ad quem extant quoq; Sidonij literæ.
[h] 13. in Democh. li. 2. c. 28.
[i] De qua Syn. inf. nu. 29.
[k] Lerinenſis.
[*] Regienſis Sidon. ep. 3. & 9.
[l] Lugdunẽ. 2. Ruthomagus ſeu Nottumania. 3 Turonenſis. 4. Senonenſis ſeu Burgundia Sequanica. Iuo & Notitia prouinciar.
[m] an. 431.
[n] ep. 1. ad Venerium, Marinum, Leontiũ, &c.
[o] ſub an. 430. & epiſt. 2. ad Epiſc. Vienneuſem & Narbonenſ.
[p] cap. 3. ep. 2. an. 420.
[q] Proſper in Chronic.
[r] an. 436. l. co
[ſ] p. 1. ep. 87.
[t] idẽ ep. 88. to. 2 c. 31. can. 11. vlt. nu. 13.
[u] in Concil. 2. Matiſc.
[x] vterq; ſub Greg. magno.
[y] an. 640.
[z] ſub Agathone Papa an. 680.

licanæ Primores conſederunt. Cuius tandem cœtus beneficio noſtrum præſens intentum
In eo quinque capita hæretica reſciſſa. aſſequimur, de priſcis Patribus Gallicanis à ſecta Eccleſiæ Gallicanæ aliena vindicandis, ex ſolito nobis more præſtandi. Præcipua autem Concilij capita ſunt iſta, aut ſaltem potiores verſuti Pelagij technæ probabiliter in Synodo excuſſæ. Prima: *Homo poteſt eſſe ſine peccato, ſi velit*: id eſt, propriis viribus, ſineque diuino præſidio. *Etiámque poteſt eſſe* ἀναμάρτητος (addebāt Pelagiani) hoc eſt, inculpatus, purus, qui nec peccauit, nec peccare quidem poteſt. Sic talia
I. cum ſequacibus Pelagij maculis elicuimus ex protoſcriptore D. Hieronymo, qui vno ferè ante eam Synodum ſeculo Pelagium ipſum ſectæ pſeudopatriarcham luculenter confutarat[a]. Huius verò theſeos falſitas ex eo liquet, quòd homo cum peccato originis naſcitur,
II. & propenſum animum retinet ad actualia, dicente Scriptura: *Ecce in iniquitatibus conceptus ſum*[b]. *Non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens.* Secundum Pelagij caput eſt, *quòd noſtro libero arbitrio poſſimus eligere bona, & vitare mala, nec vltrà Dei indigemus auxilio.* Quod tetrum dogma ſic abundè refellit D. idem Hieronymus: quia alioqui *nequaquam poſthac orare deberemus* (inquit) *nec illius elementiam precibus flectere, &c. Tollantur ieiunia, omniſque con-*
III. *tinentia*[c]. Tertio capite prætendit Pelagius, *Dei gratiam ad hominis conditionem referre, & non in ſingulis operibus auxilium diuinum requiri, ne videatur liberum arbitrium amittere*[d]. Hæ-
Pelagius hæreticus. reſis profectò aduerſans cœleſti huic authoritati: *Oculi mei ſemper ad Dominum* (ait Pſaltes) *quoniam ipſe euellet de laqueo pedes meos*[e]. *Non eſt in homine via eius, & à Domino greſſus hominis diriguntur*[f]. *Siue manducatis, ſiue bibitis, ſiue aliud quid agitis, omnia in gloriam Dei facite*[g]. *Capilli capitis veſtri omnes numerati ſunt, nolite timere*[h]. *Et capillus de capite veſtro non peribit*[i]. En Dei de homine ſollicitudo per auxilia & oblatam gratiam circa ſingula. Atque hiſce tribus errorum ſpeciebus oppoſita ſunt Caluini deliramenta pariter hæretica. Sic vt ambæ ſectæ verſentur in vtriſque culpandis vitiorum extremis, dum interea fides orthodoxa Eccleſiæ Romanæ medium virtutis & veritatis iter amplecti profiteatur. Siquidem dum
Circa peccatum. Pelagiani omnem perennis ſalutis ſpem collocant in bono arbitrij vſu ſine vlla diuini muneris gratia, Caluinitæ beatitudinem obtineri è diametro putent per ſolam fidem, cui perperam ſubiungunt, indiuiduámque ſemper faciunt charitatem ſeu gratiam abſque operib. liberóque arbitrio quod negant, ſanè hi cuncti contranituntur veræ Eccleſiæ, quæ eandem in anima gratiam, tanquam realem ſeu inhabitantem, & à fide diſtinctam annectit atque maritat operibus ac probo vſui libertatis humanæ, gratiámque rurſus ab ipſa fide amobilem dicit, & ipſi denuò vnibilem, ſecundùm varium liberrimúmque voluntatis chriſtiani hominis ſtatum, quatenus iam aſſertum volumus ſub Concilio ſecundo Arauſicano in Eucherio[k].

a ad an. 190. & 405. li. 1. in Pelag. col. 1. et lib. 100 Pelag. & ad Cteſiphont. col. 210 e. b Pſ. 50. & 142 c ad Cteſiph. col. 4. obiit an. 422. d ſic Hier. ac luſiùs col. 5. e Pſ. 24. f Hieremias cap. 10. g Paul. 1. Cor. 10. h Luc. 12. v. 7. Chriſt. i c. 21. v. 18. Alia Bellar. to. 3 li. 4 de grat. & lib. arb. c. 4. k n. 21. § 10. 11.

Paragraphus 5.

IV. QVartum empodiſma ſeorſum excutiamus. Docet Pelagius: *Facilia Dei eſſe præcepta.* Pro quo themate repellendo, ſic hæreticum huiuſmodi alloquitur Diuus Hieronymus[a]. *Tamen nullum proferre potes, qui vniuerſa compleuerit*, nimirum excepto Chriſto Ieſu, Virgine Matre, & Ioanne Baptiſta ab vtero ſanctificatis. *Si facilia* (pergit Hieronym.) *cur Dauid in Pſalmo cantat, Qui facis laborem in præcepto*[b]? *Propter verba labiorum tuorum ego cuſtodiui vias duras*[c]? *Et Dominus in Euangelio: Intrate per anguſtam portam*[d]? *Diligite inimicos ve-*
V. contra præcepta diuina. *ſtros*[e], *&c.* Quintò, Pelagiani *ſolent & hoc dicere: aut poſſibilia eſſe mandata & rectè à Deo data* (adiicit D. Hieronymus) *aut impoſſibilia, & non in his eſſe culpam qui accepêre mandata, ſed in eo qui dedit impoſſibilia.* Inde tandem illi hæretici gradum ſiſtere ſunt auſi verſus præceptorum impoſſibilitatem. Et in hunc etiam lapidem Pelagianum obſtinata magis voluntate illidit Caluinus cum ſociis; aduerſus quartum errorem, qui erat nimiæ facilitatis. Etenim poſtquam dixit, quòd ſi aliud nihil quam legem conſpiciamus, de ſalute deſperemus oportet, vt pote quòd in ea omnes maledicimur & condemnamur[f]: conſequenter ſubiungit paucis interiectis, à ſe oſtendendum, quare obſeruatio legis impoſſibilis ſit: fateturque[g] illam ſuam ſententiam adeo videri abſurdam[h], quòd ſanctus Hieronymus (quaſi Propheta de futuro Caluino) eam pro impia (addit Caluinus) damnare non dubitarit.
Caluini Pelagianus in quibuſdam. Deinde vt ipſam defendere tentet, audax nimiùm, concludit vno verbo ſe floccipēdere rationes quæ Diuum Hieronymum permouerint (qualis impudentia!) vt eandem parui faceret, ſibique ſufficere, quòd de veritate[i] ſit conſcius. Nec vllas profert rationes. Quin vult credi omnino ſuis vnis aſſertis, quaſi Deo. Sic aſellus plura negat ignauus, quam probet induſtrius Philoſophus. Et ad extremum, Caluinus nouus Pelagianus tantùmmodò vocat hoc loco impoſſibile, id omne quod nunquam viſum eſt, áque Deo conſtitutum velut nullibi euenturum, ſcilicet non à puris, nec ante ortum ſanctificatis hominibus. Quod vltimum ego Author ſubiicio[k]. Obstant verò à recto tramite iſti omnes quintæ

a cit. b Pſ. 93. 20. c 16. 5. d Mat. 7. v. 13 e 5 v. 44. f 2. Inſt. c. 7. § 4 g § 5. h nempe cognitus fratris ſuū errorem. i prætenſa. k pro vna s. Palatii.

ſe: ten

ſententiæ hæretici. Nam impoſſibilium nullitas & oppoſitæ obſeruationis ſatis facilis veritas in mandatis, quam nos Catholici tuemur, conteſtata eſt multis in nouo Teſtamento. *Iugum meum ſuaue eſt* (inquit Seruator [l]) *& onus meum leue.* Deinde: *Non patiêtur tentari* (ſubdit Diuus Paulus [m]) *ſupra id quod poteſtis: & mandata eius grauia non ſunt.* Quam orthodoxã theſim in vſu habuit Eccleſia ab Apoſtolico tempore per medium ſancti Hieronymi ſeculum ad hos vſque dies. Duntaxat vnum reſtat expoſitu dignum, ne quis anceps ſuperſit ex duplicis poſtremæ opinionis Pelagij propoſitione, circa præcepta à ſancto Hieronymo recenſita difficilia cum ſacra vetuſtiore Scriptura [n]: & poſtmodum iſtic à Chriſto vocata facilia. Vtrunque profectò teſtimonij genus veriſſimum eſt in vario ſuo ſenſu valdè congruo. Quę loca ſe inuicem compatiuntur & egregiè ſubordinantur ex priſcorum Patrum digeſtis, vt nunquam ſibi ipſi opponantur. Præcepta namque grauia dicuntur ſolis hominibus vitio addictis ex habitu, qui vix vnquam ad bonum virtutis aſſueſcunt: leuia autem probis pœnitentibus, & ad emendationem promptis. Grauia denuò cunctis itē mortalibus initio conuerſionis ſuæ & profectus: at leuia in amœniore proceſſu viæ ſpiritualis. Quæ rurſus mandata in principio amara videntur: ſed progreſſu temporis & itineris ſedulæ voluntatis exhilareſcunt ac dilatantur ineffabili dulcedine caſti amoris feruentiſque dilectionis. Grauia demum putantur, ob vitam mortalem peragendam ſempérque complendam inter pœnitendum, tametſi breuem: verùm lenia & leuia dicuntur, reſpectu futuræ compromiſſæ & expectatæ retributionis in cœleſti fœlicitate: quoniam illud momentaneum noſtræ tribulationis operatur æternum gloriæ pondus in cœlis. Sic Diuus Athanaſius & Theophylactus [o]. Hæc pietatis inſignia creduntur veriſſimiùs pertractata & confirmata in præfato Lugdunenſi Concilio. Eaque viguit chriſtiana fides Gallicana ſub Primate Diuo Patiente: tota conformis huſce tinctis Eccleſiæ Romanę temporibus. Adeóque vnica noſtra Eccleſia, non Caluinitica cum veteri rectiſſimè cohæret. Suffecerint iſta. Viderit ſtudioſus multò plura in noſtra priore Chronologica editione [p]. Intereà Chronographicæ Iacobi Gualteri Tabulæ, hactenus Gallicæ, & quas poſtmodum latinas fecit, quindecim vafros Pelagij articulos promunt [q]. At ſubdulos & crutos ex tribus primis huc compulſis. Inſuper author ille non reminiſcitur duorum articulorum poſteriorum: quos tamen profitebatur Pelagius ex Diui Hieronymi aſſertis. Tandem verò per ianuam Diui Patientis egreſſuri, vnde veneramus: is deponitur 3. Idus Septembris anno incerto, ex Petro de Natalibus: ſed anno ſanè quadringenteſimo nonageſimo, vti eredere licet ex ſuprà infráque poſitis. Quo die fit eius memoria, ex Breuiario Lugdunenſi, Martyrologio Baroniano, & Commentariis Ioannis Molani in Martyrologium Vſuardi. Siléque Beda. Ad extremum, Acta in ſcriptis teſtata octo Doctorum multò poſteriorum tempore, qualia vniuerſim ſub Diuo Irenæo extulimus [r], meminêre ſanctarum huius Patientis Reliquiarum, quas ipſi reperêrunt in æde ſacrà Diui Iuſti; autographo hæc verba intonante. *Item alio tumulo [ſ] corpus B. Patientis Confeſſoris & Archiepiſcopi Lugdunenſis. Cui ſuprà ſculptus erat titulus marmoreus exprimens nomen eius.* Hæc peculiaria mox denudanda de allato fine præclaro recèns nobis fidem ingerunt.

Mandata Dei quomodo grauia & leuia.

Sepultura S. Patientis.

l Mat. 11. v. vlt.
m 1. Cor. 10. & 1. Ioan. 5. Alia Bellar. to. 3. li. 1. de amiſſione gratiæ, c. 9.
n Teſtamenti antiqui.
o in c 11. Mat. v. vlt.
p ſeculo 5. c. 3.
q Par. 3. c 2. ſect. 1. quinque 55.
r nu. 2. §. 7.
ſ ſupple *reperimus*. eſt 13. Sanctus ex 17. ibid.

XXV.

Stirps ipſius.

SANCTVS AFRICANVS à ſolo Campegio ponitur, tum ſeiunctim, tum exſcribente Demochare: vbi hunc Antiſtitem efficit quondam Ducis Burgundiæ filium, nominátque *Aphricanum*, alij *Affricanum*. Vellē quidem maiorem antiquiorémque hiſtoriæ fidem. Et vtinam adeſſet. Qui tamē ſanctus Epiſcopus, quia à nemine vſpiam controuertitur, ſicut res geſta Salonij ante hæc tempora vertebatur in dubium: ideò hunc non ægrè à capite catalogi collocamus, atque benemeritam Sedem eidem attribui ſolitam ſtudioſè conſeruamus. Referemus verò nonnullã eorum, quæ ſub finem conſcripti huius Operis ad nos nondum edita peruenêre ex veteri Manuſcripto Ruthenenſis & Vabrenſis Eccleſiarum [a], vicinarum Diœceſeûm Archiepiſcopatus Bituricenſis. Is claris ortus natalibus ex alto ſanguine Burgundiano [b], adoleſcens S. Patienti Epiſcopo cum educandi gratiã traditus eſt. Cuius vitam moréſque palam imitatus, ac ſacrarum literarum apicibus eruditus, Lugdunenſis tandem Eccleſię Primatum obtinuit. Deinde Ariana per Gallias diuulgara perfidia is multiplicem diſputationis in ſectarios conflictum ſuſtinuit, dum alij interim Galliarũ Piſcules aut hæreticis ſecretò fauerent, aut ſegnitie moras traherent. Illi autem Ariani diſtinctè poſitum Africanum blandimentis & precibus vincere tentauerunt. Cúmque nullatenus

a habentur ſex Lectiones matutinales in Collegiali S. Aphricani.
b fortè filius Goudouei effecti primi Burgundionũ Regis Gothi ex Alarico obeunte an. 411 fratet Gundebald. etiam Regis hæred ad fidē conuerſi, patris S. Sigiſmundi in regno ſucceſſoris. Greg. Turon li. 3 c 5. Chron Ado Vien. ſub an. 400. Veſper. pa. 85. Baſil 1569. Æmil. p. 5. & 15. hiſt. & Bar. Anna. an. 495. Gundebald. & ſigiſmund. antea Arian i.

tenus acquieuiſſet, in carcerem tradi iuſſus eſt. Poſt aliquot verò dies is Ruthenenſem populum [c] in ſua feritate ex permixtis Arianis perſeuerantem verbum Dei docuit: vt porcus ſectæ parentes ipſius dudum renunciarant, zelo plem cum tanto Antiſtite. Ei autem facta Miſſarum ſolennia celebranti in Eccleſia ſancti Saturnini, à ſe tum ibidem conſecrata, ac corporis Dominici Euchariſtiam percipienti, igneus circulus ſuper caput in modum coronæ effulſit, dignis quidem regionis qui intererant conſpicuus, ſed non reliquis peccantibus. Aſſuta prætermus alia miracula d. Finitis tandem præſentis vitæ laboribus & ærumnis (inſit reſcriptum) glorioſus Antiſtes quieuit in Chriſto: cuius obitus celebratur Kalendis Maij in Eccleſia Collegiata oppidi ſancti Africani * ſui nominis ad eandem Diœceſim Vabrenſem pertinentis. Hæc illic. Martyrologicæ verò editiones tanti viri haud meminerunt: neque ſcitur, an verius Martyr quàm Confeſſor Chriſti animam exhalarit. Non eſt tamen deneganda ei ſanctitas vitæ, vt neque Sedes Lugdunenſis, ex eo quòd in Ruthenenſi Diœceſi animam exhalarit, veluti affirmandum è contrà cenſent pauci infirmo admodum argumento. Nam vehemens illius in Chriſtum affectus & chriſtianæ Reipublicæ in Galliis neceſſitas ipſum eò facilè aduersùs Arianos impulit, vbi fœliciter expirauit, tametſi extra propriam Diœceſim; ſicut & aliis piis Epiſcopis plerunque contigit. Etenim eo tempore Ruthenum ſuo peculiari fruebatur Epiſcopo. Eratque probus Quintianus [e]: ne quis exiſtimet Africanum Cathedram Ruthenorum conſecutum fuiſſe, eóque titulo ibidem deceſſiſſe. De Primatiali autem eiuſdem noſtri Africani ſeculo, hæc obiter dicimus. Ad manus incidit hiſtorica breuis cenſura ſeu coniectura eruditi cuiuſdam f, nondum typis mandata: qui quidem docere conatur extremum Patientis Actum publicum incidiſſe ſub annum quadringenteſimum ſeptuageſimum quartum, deſertis à ſe aut extrà poſitis Baronianis calculis de anteceſſoris Patientis Epiſcopatu vſque ad annum quadringenteſimum nonageſimum, quibus mox ſuprà vſi ſumus g. Propterea, ille Chronicon Africani longiùs multò extendit, ſentitque eum ſediſſe annis viginti; quia de reliquo iam minimè cum Baronio inficiatur Sedem Ruſtici ſucceſſoris cœpiſſe anno 494. vt complectantur illi anni viginti. Expectabimus quidem ſyncerum aut exactius iudicium in aperto ſole, cui vix difficilè annuemus. Sed tamen interea, nos ad præſens tempus inſiſtendum adhuc videmus anteriori calculo S. Patientis finientis anno dato 490. tanquam ſuffragantis in præfato Concilio h. Vnde ex illis ſuperſtitibus computis cenſetur adſequens Africanus quatuor ſequaces duntaxat annos ſolium tenuiſſe, aut circiter.

Obitus extra Diœceſim.

Controuerſia temporis.

An. 491.

492. 493.

c vulgò *Rhodez* in Gallia Aquitan diſtat Lugduno 65 bimill. hauib. ad occaſum auſtralem.

d De homine aquis immerſo nec ſubmerſo, ſed incolumi ſedente.

* hodie vulgò S. *Frique*, ad bimilliare prope Vabrü, & ad 15. bimill. diſtat à Ruthenenſi boreali

e ex Greg. Turo. loc. cit. cap. 16.

f Petrus Roverius Socie. Ieſ. Profeſſ. in Hebraicis, Theologus antea deputatus ad Ruthenenſes.

g nu. 24. §. 3.

h nu. cit.

XXVI. *Paragraphus* 1.

An. 494.

SANCTVS RVSTICVS Confeſſor, ſic nuncupatur ex ſolita Authorum triade: & *Ruſticius* ſoli Baronio poſt Homiliarium. Sedit anno ſalutis quadringenteſimo nonageſimo quarto, ſeu anno quadrageſimo Gundebaldi Regis Burgundionum ſimul ac Galliæ Lugdunenſis primæ: Gelaſio ſedente Romæ Papa I. anno ipſius tertio a. Idem Baronius ad talis Archiepiſcopi propoſitum, duo varia rerum genera excurrit diſparibus in locis. Priùs quidem in Annalibus Eccleſiaſticis extollit proficuam munifici ſancti Epiphanij Ticinenſis Epiſcopi * hiſtoriam, viri valdè benefici erga pauperes Gallos Lugdunenſis prouinciæ, vnà cum benemerito etiamnum S. Ruſtico, tanquam ſocio æque largo ac liberali in piis cauſis, & id genus aliis ſingularis miſericordiæ exemplis, vtique iteratis in Galliis ex premente quadam penuria ſuperſtite, aut continua ſub eodem noſtro Ruſtico poſt annos circiter quinque aut quindecim publicæ famis ſuprà ab Ecdicio & Diuo Patiente cunctâter ſublatæ b. Id verò bonum opus accidit, quando B. idem Epiphanius miſſus eſt Legatus a Iulio imperitante Leonis Imperatoris nepote ad Euaricum Gottorum in Gallia Regem, vt pacem impetraret. Qualem Ecdicium ea in Opella frequentem nos iam primùm induximus ſub ipſo Patiente ad parem gratitudinem commilitone, ex Gregorio Turonenſi. Audi ergo ſacrum Annaliſtam de permixtis ſanctis Epiphanio atque Ruſtico. *Quicquid habuit quiſque pretioſum c, obtulit* (ait) *& ſi non habuit, aliunde mercatus eſt. Patria vbique, vbique opulenta diffuſio: inemptis dapibus menſa cumulabantur peregrinorum: & illis, quas niſi comparatas habere non poterant, eſcis ſine pretio vehebantur a externis. Tunc quoſcunque indigentum reperit e, illis quæ erant donata, diſperſit. Domi foríſque paſcebat miſeros. Neque fieri potuit, vt quod ad ipſum delatum eſt, pauperum vſibus ſubtraheretur. Hoc ordine mirâ celeritate Lugdunum ingreſſus eſt, vbi Ruſticius tunc Epiſcopalem cathedram poßidebat. Dignus hic ſucceſſor ſancti Patientis Epiſcopi, ad quem adhuc laicum extat Sidonij Apollinaris Epiſtola f., Homo qui & in ſecularis tituli præfiguratione Sacerdotem exhibuit,*

Eius liberalitas in pauperes.

a Ex Baron.

* ab an. 466.

b nu. 24. §. 1.

c Ruſticius & Epiphanius, vel etia alij pauci Religioſi.

d hi ſpondebãt hoſpitib. pro peregrinis.

e Epiphanius

f li. 2. ep. 1.

buit g, & ſub prætextu fori gubernationem geſsit Eccleſiæ, qui trans Rhodanum fluuium aduentui ipſius ſpiritualis lætitiæ copiâ repletus occurrit h: cauſam commeationis inquirit: quæ eſſent aſtutiæ Regis docuit: quæ ne inopinatum obiectionum aut reſponſionum calliditas inueniret, intra penetrale pectoris certaminum proluſionem firmabat. Quem poſtquam Gundebaldus i terræ illius dominus veniſſe cognouit: ite (inquit ad ſuos) & videte hominem, quem & meritis & vultu ſemper ego Laurentij Martyris perſonæ coniunxi. Qui quando nos velit videre, inquirite, & cùm iuſſerit, inuitate. Mox ad eum omnis Chriſtianorum Princips aſsiſtentium turba confluxit: qui affatim admiratione capiebantur, quòd illa tot linguarum fama, tamen minorem ſe in iſto, quamuis etiam ampla, monſtraret: cui nunquam ſufficeret paupertas ſermonum, quamuis ditior iuſto eſſet in reliquis, &c. En pro anteriori hiſtoria: per quam ſic miſcentur & communes fiunt ampliſſimæ Epiphanij ac Ruſtici eleemoſynæ.

g Ruſticius, aut veriùs hîc Epiphanius. h Ruſticius verè iſtic cõcipitur. i De quo nu. 25. initio. Baron. to. 6. col. 648. an. 494. Mogũt. 1601.

Paragraphus 2.

Alij eiuſdem nominis.

POſterior Baronij propoſitio in pollicitis deprompta eſt ex Romano ipſius Martyrologio. Sic fatur illius textus ſub die XXIV. Septembris. *Aruernis depoſitio S. Ruſtici Epiſc. & Confeſſoris.* Tum in Commentario ſubdit: *Vixit temporibus Honorij Imper.* k *& eius ſucceſſoris Valentiniani* l. *Claruerúntque iiſdem temporibus duo alij ſanctiſsimi Epiſcopi eiuſdem nominis, Ruſticus Lugdunenſis, & Ruſticus Narbonenſis: de quibus aliàs pluribus.* Verùm profectò, alibi non niſi Narbonenſis recordatur m, quaſi Ruſtico Lugdunenſi tradito obliuioni. Sufficiat tamen præſens Cardinalis atteſtatio, in Eccleſia Romana ſeu à ſummo Pontifice approbata. At nihilominus noſtri Ruſtici feſtiuitas & ſacrum funus colitur VII. Kalend. Maij ex Breuiario Lugdunenſi n. Sidonius verò in Epiſtola paulò antè excitata eum vocat ſibi amiciſſimum, Dominúmque illuſtrem: velut in ſeculo potentem: quantumuis inter ſe *mutua vaſti itineris longinquitate* (ait) *diſcriminarentur, & prolixo terrarum ſpatio.* Hinc enim augeri videtur Baronij argumentum: quòd Ruſticus Lugdunenſis nondum tunc Epiſcopatũ ſuum nactus eſſet, ſed virum ageret alibi laïcum valdè diuitem & prudentem. Vnde ipſi remotiores forſitan eſſent ab inuicem, quàm ferant diſtantiæ Claromontano Lugdunum o Diœceſes contiguæ. Quo fit certè, vt quando Ruſticus poſtmodum ad Primatiam ſublimatus fuit, vincula duplicarit, & arctiores multò nexus charitatis aut fraternæ amicitiæ cũ Sidonio vincierit, indiſſolubiléſque nodos colligarit pro meliori bono & ſtatu Eccleſię vniuerſæ.

* Ipſius Feſtũ.

k ab an. 396. ad 423. l ab an. 425. ad 454. m 26. Octob. n 25. April. o bimilliarib. 32. Clarom. ad occaſum auſtralem.

Paragraphus 3.

Eius ſepulchrum.

TAndem S. Ruſtici Tumulum viſitemus. In hoc nanque metricum perelegans ipſum Epitaphium conſpicitur. Id autem vniuerſum Opus ſtudioſè venati ſumus ex intimis ſcrinus Eccleſiæ ſanctorum Apoſtolorum Lugduni, quæ ducentis annis ad minus poſt hunc Ruſticum cœpit cognominari Eccleſia S. Nicetij, in qua religioſè quieſcit ſacrũ cadauer pręſentis huius noſtri Archipræſulis Ruſtici. Eiuſmodi negotium elicimus ex publicis Actis anno 1308. fabrefactis, & hauſtis ex ſculptis literis in lapideo ipſiuſmet ſepulchro. Quo de inſtrumento vide pleniùs, etiámque opportuniùs, ſub D. Annemũdo Archipræſule p: cuius pariter & ſociorum, ritè meminit idẽ Reſcriptum. Illic enim ampla fit mentio Epitaphiorũ vetuſtiorum Antiſtitum Lugdunenſium, quorum corpora ea in Eccleſia reconduntur, iſto quidem verſuum ordine haud chronologico, præter adſequentes illic Archiepiſcopos Geneſium, Sicarium & Annemũdum, ſic in proſa recenſitorum. Perueniúntque omnino ad nonenarium vſque numerum. At verò Chronologica ipſorum ſeries talis eſt hoc in Opere: S. Sicarius numero decimuſnonus, S. Ruſticus XXVI. S. Viuẽtiolus XXIX. S. Sacerdos XXXII. S. Nicetius XXXIII. Priſcus XXXIV. S. Annemundus XLIII. S. Geneſius XLIV. & S. Aurelianus LVII. Iuxta quam methodum carmina & periodos ex illo MS. inſtrumento deprehenſa, ſuis quibuſque in locis primi edidimus in lucem. Nunc ergo ordiamur à S. Ruſtico. Præludium. *Retro Altare Beati Ruſtici tombam eius inuenimus, prout in verſibus marmoreo lapide ſuperſcriptis continebatur.*

p on. 43. §. 7. argum. 6.

Epitaphium.

Summa verſuum.

Cùm tua, Ruſtice, recumbunt hic membra Sacerdos q,
Fama peregrini cernit opus tumuli.
Actáque cæruleis r inſultat vita latebris,
Nigra ſuperſuſi nec timet antra ſoli.
Aſtra fouent animam; corpus natura recepit:
Hoc quoque mors vellet, non licuiſſe ſibi.
Denique pacato ſotiatur gloria cœlo:
Et meritis palmam lux comitatur amans.

q in typo ſcribitur Sacerdos, ex antiquo vlu. r Hinc eius ſepolchrum concauũ reſtat adhoc hodie cæruleo colore in circũ ablinitũ, aureiſque ſtellis pertaſum.

Mira igitur res eſt vani præconia mundi
Quæſitas cæli promeruiſſe vias
Faſtibus emeritis & ſummo functus honore
Æternis ſecum præmia iuris habet.
Milite legiferum moderatus corde tribunal
Præbuit ingenio fortia tela duci.
Lubrica ſed curis hominum iam ſecla relinquens,
Suſcepit ſacri ſerta miniſterij [f].

[f] *Sequuntur alij verſus* (habet locus) *qui legi non poſſunt propter fracturâ marmoris.* Et in margine Tumuli. *Obiit 7. Kal. Maias, Albino Conſule, ſeu Amaſeno. Fauſti Cõſulis filio,* ex Sirmundo in Ennod. Ticinen. pa. 5. Pariſ. 1611. Baron. eius non meminit, ſed patris Conſ. an. 490.

XXVII. *Paragraphus* 1.

Demonſtratur tripliciter.

SANCTVS STEPHANVS Martyr, apud neminem anceps debet eſſe pro Lugdunenſi Cathedra. Etenim triplex valdè ſolennis comprobatio obuiam nobis occurrit, prorſus affirmans & certa. Prima eſt coętanei pariter ſancti: nimirum Ennodij ſuccedentis D. Epiphanio in Ticinenſi Epiſcopatu: viri eruditiſſimi, & ſcriptis clariſſimi [a]. Is autem Epiſtolium reuerenter miſit ad pium Stephanum Lugdunenſem: idque tale. *Poſtquam meritis veſtris dignitas veſtra reſtituta eſt, & honor quẽ exigit vita, collatus* [b], *nulla beatitudinis veſtræ pro peccatis meis ſcripta ſuſcepi. Aliena eſt à propoſito vel à moribus veſtris circa ſupplices, quæ in me ſeruatur obliuio. Temeritatem meam Pontificalis non accuſet authoritas. Vix eſt, vt diligentia, quid iuris poſsit habere, reſpiciat. Nunquam ſe metitur, quem ſtimulat charitatis imperium, &c. Domine mi, ſalutationis ſeruitutem tota deuotione perſoluens: ſpero, principe loco, vt precum veſtrarum ſerenitas meæ quoque mentionem non omittat facere, cùm diuinitati ſupplicat ſine intermiſsione perſona.* En iam ab Epiſtolij fronte notula exilij cuiuſdam, quod perpeſſus antea fuerat iſte Stephanus propter Chriſtum: deindéque à demiſſione reuocatus. Pœna quidem temporaria enixa fortaſſis dolo ſęcis Arianę adhuc malæ tunc olentis & virentis in Gallia ex allegatis ſub Diuo Africano [c] conſimiliter Lugdunenſi Patriarcha. Quæ ſecta tandem crudele martyrij ſpectaculum tanto viro machinata ſit. Cæterùm, quando Ennodius inſcribit vniuerſim à capite, *Stephano Epiſcopo*, nimirum, cui literas dederit: ſanè commentator Sirmundus dubitationem ſuſtulit. Sic namque rem deducit in ſpeciem. Haud dubium (inquit) quin Ennodius Eccleſiæ Lugdunenſi & eius Epiſcopo Stephano miſerit: vbi & commorabatur Laconius, ad quem Ennodius de eadem re literas detulit. *Hanc igitur gratiam* (adijcit) *Ennodio debent Lugdunenſes, quòd Epiſcopi ſui memoriam, quæ tenuis apud ipſos & obſcura reſtabat, hâc Epiſtolâ conſeruatam vident, &c.* Non enim Ennodius hoc amicitiæ teſtimonium demandauit S. Stephano iuniori Antiocheno [d] Epiſcopo illis circiter temporibus vitam trahenti. Id affirmamus tribus de cauſis: vnde ſequetur veritas ſuperſtes concludendi noſtri finis. I. Ennodius initio ad coniugium pertractus, mutuo cum nobili vxore aſſenſu cœlibatum religioſè profeſſus eſt, tum ad Sacerdotium vocatus duntaxat ſub annum CCCCXC. ex Baronio. At verò Stephanus Antiochenus eam orientalem ſuam cathedram poſſedit triennio ad ſummum, ab anno tantùm quadringenteſimo ſeptuageſimo nono *, ex ipſo ſacro Analiſta: qui ſic eum obiuiſſe Martyrem dicit, annis vndecim priùs, videlicet ab Eutychianis hæreticis trucidatum, dum ſacræ Synaxis myſteria celebraret. II. etſi Stephanus Antiochenus floruiſſet degente Ennodio, tempore initi ſui cœlibatus aut Epiſcopatus: non eſt tamen veriſimile, quòd lubentiùs ad eum ſcripſerit Ennodius. Nam Ticinum [e], Sedes Ennodij, nunc Papia nuncupatum Inſubriæ ex Antonio [f], eſt ciuitas Galliæ Ciſalpinæ ad Padum fluuium. Adeóque probabilius multò eſt Ennodium pagellam exaraſſe, vt deferretur ad Primatem Galliæ Celticæ, confinium ſuæ patriæ aditu facillimum, & eiuſdem climatis in occidentali Eccleſia, quàm credatur legaſſe ſuas chartulas ad Syriæ metropolim [g], matiáque peruaderit vltra Græciam, prolixo ex Europa in Aſiam itinere valdè ignoto. III. Igitur tandem, cùm Ennodius floruerit ab anno præfato 490. ad annum DXVII. quo amandatus eſt illuſtri legatione ab Hormiſda Pontifice ad Theodoricum Imperatorem: ſanè is medio tempore texuit epiſtolam, ad noſtrum Stephanum expeditam, anno præcisè quadringenteſimo nonageſimo quinto, quo ſolo Lugduni reſedit ob prementes anteceſsoris & ſucceſſoris annos in circum, latiùs vix dilatandos. Hoc itaque pacto, ex repulſo hinc demum Antiocheno, reintegratur Lugdunenſis in mente dicentis Ennodij. Non ſecus ac corruptio vnius apud Phyſiologos eſt generatio alterius.

Alius Stephanus Antiochiæ.

Trifariam huc non pertinens.

Noſter An. 495.

[a] Alius à vetuſtiore Epiphanio Epiſc. Conſtantiæ ſcribenti cõtra hæreſes. Nã ille vixit ſolùm ab an. 466. iſte ab 372. ad 393. Baron.

[b] ſupple *eſt*. Eius feſtum 27. Iulij.

[c] nu. 25.

[d] ex Democh. to. 2. de ſacrif. Miſſæ, c. 6. nu. 47.

* To. 6. Baro. Mogunt. col. 451. 55.

[e] diſtat 65. leucarum Lugduno. *Sur le Teſin tombant au Polon* 19. & ſemis, lat. 42. & trib. partibus.

[f] Dictum no. 57. §. 4.

[g] diſtat Lugduno pluſquàm leucis 1450. & Ticino, leu. 1285.

Paragra

Paragraphus 2.

Auitus Vienneñſis ſcribẽs ad S. Stephan. Lugdunenſ.

ANtequam verò ad ſecundum tertiúmque demonſtrationis genus tertio ſequenti Paragrapho deſcendamus,pro affirmanda veritate S.Stephani Lugdunenſis, & oſtentandis ſcripturis ad eum directis de ipſomet iterum concipi,non de Stephano Antiocheno; nos ſeorſum in iſto Paragrapho II. epiſtolam vnam recenſemus, quam S.Auitus Viennenſis Archiantiſtes tranſmiſit ad hunc noſtrum Primatem,ſuadens vt quendam Donatiſtam hæreticum meditantem fœlices reditus ad Eccleſiam Romanam abſolueret à cenſuris, & in matris gremium admitteret,hiſce notis. *Auitus Epiſcopus Stephano Epiſcopo. Quibuſlibet attentis cultura Dominicæ famulis, inter aſſidua plantandi ſtudia, ſemper etiam. quæ ſuccidi expediat, oriuntur. Ergo periugibus ſollicitudinis veſtræ ſtudiis opportuniſſimum his operibus acquirendæ ſalutis fœnus accreſcit. Sed inter lolium Arriani germinis immenſa, quod peius eſt,corruptione diffuſum,conijcere nequeo; vnde ſeſe facies ſeminis inimici, non quidem noua, ſed ſatis rara monſtrauerit. Quis tranſmarina contagia orbi nitido ventus attulerit? Sed Deo gubernante vos, nullo fulta ſolamine parum labes iſta metuenda eſt. Non habet de multitudine tempeſtas profectum, nec tenuis perficit aura naufragium. Quocirca Donatiſtarum nomen, ne diu in loco viuere poſſit alieno,benedictione protinus ſepelite. vitali. In ipſo fomitis ſui ortu peregrinantis igniculi frigeſcat incendium. De quo ne vel famæ fumus narem Galliæ innocentis aſpergat, manus impoſitionem perſonæ,de qua ſcribitis,adhibete; interdicta nominis ipſius in poſterum,ſi ex corde conuertitur, mentione; quam conſtat,ſi reuerà in ſupradictis chriſmatis profeſſione verſata eſt, cum miniſterio baptiſmatis etiam chriſmate conſignatam. Hoc certè eos in regione illa obſeruare manifeſtum eſt. In qua primùm Deus tribuat, vt quicunque huius erroris fuerint, corrigantur. Tum deinde à nobis tam ſectâ diſtante quàm patriâ,tam ad partem noſtram qui ſaluandi noluerint, agnoſcendi tranſire non poſſint.* Hoc Auiti Epiſtolium hauſimus ex MS. Iacobi Sirmundi, qui exemplar non priùs editum ipſe ad nos deſtinauit huc inferendi gratiâ. Equidem idem Auitus alias duas rurſus Epiſtolas poſtea miſit ad Viuentiolum adhuc Presbyterum, deinde totidem ad eundem creatum Lugdunenſem Archiflaminem, de quo infrà Numero XXIX. Sed quia ipſæ complectuntur duntaxat quædam mutua accepta donorum antidora,& reciprocam inter ſe gratiam,vt ſimul conuenirent in celebrandis præcipuis ſuæ cuiuſque Baſilicæ feſtis; ideò tales chartulas in archetypi maſſa reliquimus: rati quòd operæpretium non ſit, aut certè neceſſarium minimè duximus ſingula exſcribere, vel iſtic aut illic ſub S. Viuentiolo explanare. Interim citra eam quam prætuli [h] ab Ennodio perlatam ad Stephanum Epiſtolam, adhuc plures extant ipſius in editione per Sirmundum ante annũ M.DC.XIV.renouata *: in quarum frontibus dum ſcripſerat Ennodius *Stephano Abbati*,ſuſpicamur & arbitramur illud totũ pertinuiſſe ad noſtrum Stephanum veriſimiliùs Abbatem in Galliis ante ſuam ad Primatum expletam promotionem. Atque hæc denuò cuncta multum afferunt incrementum allatæ fidei, quòd is ad quem tot literæ exarantur,non ſit Stephanus Antiochenus. Nam Auitus Viennenſis erat loco affinis Lugdunenſibus; adeóque facilè ſocius,familiaris & ſynchronus peramico Stephano Lugdunenſi. Neque idcirco probabile fuerit cum ita frequentes congreſſus iniiſſe cum altero Stephano vltra Græciam longius diſſito quàm par ſit.Hinc autem egreſſi,ad diſtincta reliqua demonſtrationum compromiſſa iter faciamus.

Pro hæretico Donatiſta Lugduni cõuerſo.

Aliæ Epiſtolæ ad eundẽ Stephanum.

h §.1.

* li.3.epiſt.4. 12. 17.

Non ad Stephanũ Epiſc. Antiochenũ.

Paragraphus 3.

II. demonſtratio.

SEcunda oſtentatio pendet ex teſtimonio Petri de Natalibus,ſic docentis. *Stephanus Epiſcopus & Iulianus Martyres Idibus Februarij Lugduni paſſi ſunt.* Hinc, Lector, annecte & copula prius epitheton cum nomine vrbis,vt decet,ex vi textus: ſequitur eundem virum peregregium meritò extitiſſe Antiſtitem Lugdunenſem,non alibi. Eccleſiaſticum verò eius officium celebratur eodem die ex Breuiario Lugdunenſi, & Molano in Vſuardum, cum duobus aliis martyrologicis Scriptoribus. Necnon hîc ipſius ordo retinetur apud ſolitos Democharis Authores. Tertium ac poſtremum demonſtrationis genus recens emendicamus ex publicis Actis octo Doctorum ſelectorum Lugduni ad recognoſcendas veterum Sanctorum Reliquias, quondam honorificè in ciuitate reconditas ad Ædem ſacram Diui Iuſti extra mœnia, quatenus rem ab ouo orſi ſumus, ſub ſancto Irenæo [g]. E quo multiplici loco haurimus duo corpora, ibi proximè ſequuta, quæ iſtuc pertinent, ex reuoluto membranæ diſcurſu. *Item in alio tumulo corpus Beati Euſebij Confeſſoris* [h]*: cuius nomen lapis ſupra eum poſitus portendebat. Item in alto ſepulchro reperimus corpus S. Stephani Confeſſoris* (aut Mart.) *& Archiepiſcopi Lugdunenſis: cuius nomen rotundus marmoreus demonſtrabat* [i].

III.

g nu. 1. § 7.
h ſupple, deprehenſum eſt.
i 14. & 15. Sa-ctus ex 17. ibidem.

Igitur, cùm deprehendatur teſeratum Lugduni ſacrum eius cadauer: certè argumento eſt quòd paſtoralem curam alibi haud exercuit, dum viueret: quin veriùs in vrbe Metropoli ſuæ Sedis humatus. Non enim conſtat hæc oſſa aliunde remota illuc vnquã tranſlata fuiſſe.

XXVIII. *Paragraphus* 1.

Cauſæ ſui martyrij.

SANCTVS LVPICINVS, veriùs Martyr quàm Confeſſor, is eſt, pro quo Reuerend. quondam Epiſcopus Equilinus Petrus de Natalibus fidem hanc indubiam efficit [a]. *Lupicinus Epiſcopus, Felix, & Selerinus eo die Lugduni paſſi ſunt*: nimitum *III. Nonas Februarij*: de quo diario idem paulò altiùs. Et poſtquam Baronius eo die in textu martyrologico dixerit, *Lugduni ſanctorum Lupicini & Felicis itidem Epiſcoporum*: ſanè in Commentario concludit ſolitarium Lupicinum & non Felicem extitiſſe Lugduni Antiſtitem: ſed bene eundem Felicem videri Epiſcopum in quapiam alia hactenus ignota ciuitate. De cætero minimè profectò legitur, quanam de cauſa hi probi viri ſacrum eruorem in Eccleſiæ defenſionem effuderunt. Niſi verò hoc Arianorum Gallorum technis acciderit, veluti probabile eſſe diximus in ſanctis Ruſtico ac Stephano [b] Lugdunenſibus: ergo fortaſſis id ſaltem infortunium originem trahere potuit ex enormi induſtria Vigilantij hæretici atque ſociorum latrunculorum, quem hominẽ eo penè ſeculo [c] ex Gallia emerſum teſtatur Gennadius [d]: vel ex Pelagianorũ quoque inſultibus, dũ tunc Pelagius virus ſuũ reſperſerit [e] in Gallicanũ ſolu è viciniore ſuo natali Anglicano, & vlteriùs extra Galliam. Præfatum rurſus diem obitus Lupicini connotãt Breuiarium Lugdunenſe, & cuncti martyrologici Scriptores: necnon Authores Democharis eidem hunc ordinem ſtatuũt: equidem anno ſalutis pręcisè quadringenteſimo nonageſimo

An.496. ſexto. Neque citiùs ſeriùſque miniſterium complere potuit, ob inſtantes & vrgentes hinc inde calculos circunſtantium Archipræſulum. De inuento autem illius corpore atque ſepulchro hæc magis veriſimilia probant octo Doctores luſtratores, quos ſæpe numero præfiximus [f]. *Item in alio tumulo iuxta Altare antiquum S. Iuſti reperta ſunt oſſa* (aiunt) *quæ piè & probabiliter creduntur eſſe B. Lupicini, præſertim eò quòd ſecundum antiquam huius Eccleſiæ conſuetudinem, ſicut circa reliquos Sanctos inibi quieſcentes hactenus obſeruatam, fiebat proceſſio in feſto eiuſdem cum candela accenſa ſupra eum poſita, & commemoratio de eodem. Inſuper iuxta ſepulchrum prædictum inuentum eſt fragmentum lapidis marmorei, quod partem ſui nominis, videlicet duas primas ſyllabas continebat. In apertione etiam prædicti tumuli mirabilis & ſuauis odoris fragrantia, teſtibus adſtantibus emanauit.*

Ipſius ſepultura.

[a] li. 12. c. 130. ar. 49.
[b] nu. 27. ſ. t. c. an 400. Baron. nu. 9.
[d] de ſcript. Eccle. nu. 35. alij ex Hiſpania.
[e] an 410. Baron. nu. 61.
[f] nu. 2. §. 7.
[g] Baſilicæ S. Iuſti. Elt 16. ex 17. ſacris, ibid.

Paragraphus 2.

Duplex hiſtoria.

EX his aliò diuertimus, ad quid ſimile, circa duo huc fortè nonnihil ſpectantia. Priùs quidem, iſte Antiſtes cenſetur idem vir eſſe, qualem Surius hoc calamo extulit [i]. *In territorio Lugdunenſi S. Lupicini Abbatis; cuius vita ſanctitatis & miraculorum gloria illuſtris fuit. Corpus eius in finibus Veſuntionum apud Lacionenſe Monaſterium celebratur.* Sanè cõgruunt ſingula ad noſtram denique mentem. Nam veriſimile eſt Lupicinum Archiepiſcopum Lugduneum Cœnobiarchæ antea partes alibi ſuſtinuiſſe, ab eáque adminiſtratione, in qua dudum miraculis iam coruſcarat, proinde meritò ad Primatum fuiſſe electum, famã ipſius perſonante. Eo enim pacto plures alios primùm clauſtrales, deinde Archiepiſcopos, e votiuis Conuentibus depromptos legimus [k], vt populis & Clero poſtea ſtudioſè religioſéque præeſſent: maximè hunc vnum, qui prope Lugdunum in prima lanugine monadem ac ſolitudinẽ pio raptus zelo profitebatur. Vnde non mirum, ſi eo obeunte ſignis & portentis clariſſimo, reliquiæ in diuerſa tranſlatæ, & exoptatæ à deuotis cuiuſque locorũ, ſicuti frequenter moris eſt erga tot Sanctorũ pignora, conceſſæ, miſſæ & collectę ſint pretioſis in thecis: vt pote aliquæ corporis partes in Lacionenſe Cœnobium delatæ, cæteræ in vrbe Lugdunenſi ad Fanũ D. Iuſto ſacrum retentę. At neutri totũ vel integrum corpuſculũ fuiſſe collatum. Sic quippe concordes facilè deprehenduntur hiſtoricę narratiũculę de perſpectis aut collucẽtibus eius oſſiculis vtrobique. Et ratio ita lubentiùs opinandi, excitatur paulò magis, eò quòd Doctorũ luſtratio & atteſtatio [l] ad Ædẽ D. Iuſti in ancipiti parum admodum verſatur, ad minus pro toto atque perfecto, vti audiuiſtis. Attamen cùm affirment, etſi non adeò conſtanter quemadmodũ in alijs ex 17. ſacris corporibus ibidẽ repertis [m]: nihilominus concluditur ſaltẽ, potiorẽ cadaueris odoriferi portionẽ Lugduni aſſeruatã; reliquã verò liberrimè traditã Lacioni, ad Tẽplum Numini dicatũ, in quo D. Lupicinus ianuas ſuæ religioſioris aperuerat conuerſationis: adeóq; vtraq; hiſtoria verax cõmunibus honorũ priuilegijs perfruitur & exhilareſcit.

Idem Lupicinus priùs Abbas.

[i] tom. 7. pag. 332. & die 2. Ian. to. 1.
[k] nu. 21. §. 4.
[l] propoſita ſeu inchoata nu. 2. §. 7.
[m] Dictum nu. 13. §. 6. ou. 14. §. 1. nu. 17. §. 1. nu. 18. 1. nu. 27. §. 2.

Hac

Hac enim multiplici viâ Deus Opt.Max. in cuius conſpectu pretioſa eſt mors Sanctorum eius n, plebeiæ deuotionis ſpatia latiùs dilatare diſponit & aſſolet, diſperſis longè ſuorum famulorũ membris ex editis mirabilibus poſt mortem operib. ad plurimum ſuperſtitum incolarũ feruorem magis ac magis euehendũ, vt demũ ex præclariſſimi exẽpli meatu rectiùs cõſummãdæ beatitudinis iter arripiãt. Quod eſt aut fuit ſemper vnus præcipuus humanæ ſeu chriſtianæ vitę percurrendæ ſcopus & finis egregius, variis illis mediis animos plerunq; ad pietatẽ allicientibus felicitérque conducentibus. Hoc autẽ opinor de idẽtitate perſonæ, niſi obiecerit paulò diaria mutatio quietis vtriuſque in Martyrologiis; dum Baronius Lupum Abbatem ad diem viceſimum primum Martij ſtatuat o : quaſi varij ſint homines. Sed nunquid in vno obitus, in altero eiuſdem tranſlatio poſtmodum facta intelligi poteſt?

n Pſal. 115. v. 15.

o & Petr. de Natal. 11. ar. 49.

Paragraphus 3.

Eiuſdem progenitores.

POſterior animaduerſio huc pertinens verſatur circa eximium facinus inſtruendum D. Martini: qui poſtquam relicta militia apud ſanctum Hilarium Pictauiæ Epiſcopum cõmoratus eſt (narrat Surius) & haud longè ab oppido Monaſterium ſibi conſtruxit: *non multò pòſt dum agrum Lupicini cuiuſdam honorati ſecundum ſeculum viri præteriret* (pergit Author) *clamore & luctu turbæ plangentis excipitur. Ad quam cùm adſtitiſſet, & quis eſſet fletus inquireret, indicatur, vnum è familia ſeruulam laqueo ſibi vitam extorſiſſe. Quo cògnito, cellulam in qua corpus iacebat, ingreditur: excluſiſque omnibus turbis, ſuperſtratus corpori, aliquantiſper orauit. Mox viueſcente vultu, inardeſcentibus oculis, in ora illius defunctus erigitur, lentòque conamine cniſus aſſurgere apprehenſa beati viri dextera, in pedes conſtitit, atque ita cum eo vſque ad veſtibulum domus, turba omni inſpectante proceſſit.* Eñ miraculum euidens diuino munere patratum in domicilio atque familia nobilis Lupicini apud Pictauienſem aut Turonenſem prouinciam tunc florentiſſimi. Quæ geſta res effulſit paulò ante annum ſalutis quadringenteſimum. Diuus enim Martinus Abbas Turonenſis, poſteáque ibidem Antiſtes conceſſit fato ad annum tertium ſequentem. Ex quo diſcurſu colligere eſt, tanquam multùm probabile; quòd præfatus Lupicinus Aquitanus verè extitit auus aut pater noſtri ſancti Lupicini ſedentis Lugduni anno CCCCXCVI. ex allegatis. Etenim ſic maiores paſſim familiarum habent in more & cõſuetudine, vt conſanguineis in deſcendentiũ gradibus ſua vulgò nomina imponãt ad diuturniorem anteceſſorum recordationem moliendam & efficiendam. Qui ſurculus, quaſi filius aut nepos Lupicini Turonenſis, probè ab incunabulis inſtitutus, euaſerit deinceps vir ſanctimoniâ vitæ celeberrimus, tum Archimandrita, & inde Primas benemeritus. Hic autem Lupicinus creditur ille potiùs quàm ſucceſſor, qui prædiis locupletarit ſanctum Quintianum creatum ex Ruthenenſi Claromontanum ſeu Aruernorum Epiſcopum ex his ſancti Gregorij Turonenſis verbis vniuerſim tanquam ſynchroni; *Lugdunenſis Epiſcopus largitus eſt ei aliqua poſſeſſionis Eccleſiæ ſuæ, quam in Aruerno habebat* p.

p li. 2. hiſt. Franc. c. 36.

XXIX. *Paragraphus* 1.

SANCTVS VIVENTIOLVS Confeſſor: Sarrazino & Belforeſio in Coſmographia nuncupatur *Vincentius*, in Homiliario *Viuentius*, ac Bedæ *Iuuentiolus*: Campegius verò, Demochares & antiqua Concilia nobiſcum in capitali nomenclatura
Ann. tura præbent aſſenſum. Vbique hac ſerie. Quippe ſub ea prima appellatione con-
497. ſtitit prouinciali Synodo Epaunenſi, per Gelaſium I. Pontif. Maximum coactæ ad annum
500. CCCCXCVII. ex Vignerio a. At ex Genebrardi Chronologia anno I. ſancti Symmachi
509. Papæ, proximi Gelaſij ſucceſſoris, atque ſaluris quingenteſimo. Verùm apud Baronium,
517. anno DIX. operâ pij Sigiſmundi Burgundiæ ac Lugdunenſium Regis, qui fuerat Gundebaldi ſuprà coaptati filius *. Vel tandem ex corpore, & Voluminibus ſeu quibuſdam Indicibus Conciliorum Eccleſiæ vniuerſalis, anno DXVII. Vbi eiuſmodi Concilium vocatur Paunenſe celebre factum temporibus Hormiſdæ anno IV. Sedis ipſius in Romana Petri Cathedra. Eſto autem inhæreamus Baroniano calculo: reliquos tamen facilè non auſim repudiare. At de cætero monendum, quòd dum hactenus ignoretur diſtinctus vrbis ſitus: profectò, ſi interea opinari obiter liceat, cenſetur eſſe Belna aut ei proxima Burgundiæ ciuitas, potiùs quàm arbitremur duplicem Synodum duobus in locis & proximis temporibus ſub Viuentiolo conuocatam, vnã Epaunenſem, alterã Belnenſem, maximè cùm Seſſiones Belnenſis ſub hoc vocabulo non extent, quin omnes ſub Epaunenſis appellatione. Et rationes veriſimilitudinis cur nomine Epaunenſis cœtus ritè concipere oporteat Belnẽſem, vel quod Belna aut vicinus ei pagus quõdam Epaunũ vocari potuerit, ſunt hę. Inprimus,

Quatuor rationculæ cur Concilium Epaunenſe idẽ ſit quòd Belnenſe.

a li. 2. ſuæ Biblioth.

* nu. 25. Bar. To 6. pa. 594 &c. Antuerp. Belna legit. gr. 26. quartę partis, latit 45. & mediæ partis.

primis, quando Democharès libro de Miſſæ Sacrificio [b] conſtituit integros Heduenſium Epiſcoporum catalogos; ſubinde collocat Patres Concilij Epaunenſis, ſaltem ad viginti quatuor vſque, qui in totum adſtiterunt ibi ſeptuaginta, ex præfatis Synodorum Codicibus. Hic autem nexus munit nos graui argumento concludendi pro Belna Concilij cellula. Nã ipſa Belna eſt prima ſeu propinquior ciuitas totius prolixæ Diœceſis Heduenſis. Cui Synodo interfuêre cuncti pene comprouinciales Burgundiæ Epiſcopi: nimirum Claudius Biſuntinenſis [c], Gregorius Lingonenſis, Pragmatius Auguſtodunenſis ſeu Heduenſis, Salutaris & Syluester, hoc ordine, præter Viuentiolum Lugdunenſem: ſex vt minimùm in ſola Democharis appendice. Ad quod Regnum Burgundionum tunc pertinebat ciuitas quoque Lugdunenſis. Secundò, eadem Belna præcipua ferè Burgundiæ vrbs, eſt adeò vetus & ingentis famæ, aut talis quondam fuit, vt dum Iulius Cæſar in Gallias domandas peragraret ante diuinam Chriſti Seruatoris Incarnationem [d], eam dictitauerit vberiorem & ditiorem omni Sequanorum Burgundiorúmve ciuitatum tractu & vaſta latitudine, ſeu in tota monarchica dominatione Eduenſi eo æuo potentiſſima. Scilicet, excellentius multò fuerat id oppidum, quàm nunc ſuperſit & extet: vocabatúrque Bibracte ipſi Iulio Saltem eruditus Blaſius Viginerus, quem noui amicum, ſuis in Commentariis eò refert Principis Iulij contextum. Cuius certè nominis non ampliùs meminit Claudius Ptolomæus Geographus ducentis annis [e] poſt ipſum Imperatorem, in ſuis Tabulis Galliæ Celticæ vel Lugdunenſis, ad quos Celtas dudum ſpectat tota Burgundia. Duntaxat, cùm apud talem Authorem obſcura valde ſint plerunque nomina ciuitatum, vt vix aptari queant ad voces horum temporum: profert is in medium ibidem [f] ciuitates Biducenſium, Binelorum & Baletorum. Qua in re videat & proſpiciat ſapiens, an iſta Belnæ, aliis Belneæ, aptari valeant. Saltem Viginerum ſequi malo pro vrbis antiquitate, quam Petrum à ſancto Iuliano affirmantem * vno verbo Belnam habendam valde modernam, & antiquum Bibractæ nomen ad Eduam ciuitatem referendum, nullo ductum argumenti pondere de fundatione, quod poſitiuè collocet & proferat. Tertium documentum verſatur in cuiuſdam oppoſiti ſolutione. Si enim quis obiecter Magiſtrum Doriuallium [g] opinari Epaunum aliud nihil eſſe quàm Tarentaſiam Allobrogum, tunc ad Burgundionum regnum pertinentem, & quòd id probaſſe putant nonnulli, ſi proponant Petrum de Tarentaſia Dominicanum eruditiſſimum poſtea creatum Pontificem Maximum Innocentium V. paſſim dictum hominem Burgundum, eò quòd eſſet Tarentaſienſis: profectò his ſatisfacimus multis. Primùm ſcias velim Burgundiam, hoc eſt prouinciam Sequanicam ſeu borealem Allobrogis, cœpiſſe in regnum euehi per Gundebaldum [h], quem ſuprà diximus initio Gentilem deindéque Chriſtianum effectum cum Sigiſmundo filio ac ſucceſſore Rege & cæteris ſuis natis è Gottico ſanguine cretis, toróque Regno Burgundo, antequam Clodoueus quintus Francorum Gallorum Rex ex Cymbrorum Teutonicorum principatu oriundus, eſſet ad fidem Chriſtianam conuerſus, ſeu baptiſmo tinctus per ſanctum Remigium. Bellica quorum Principum Gottorum fortitudo in Burgũdia, effecit vt ipſi inde breui Allobroges ſibi ad auſtrum ſubiugarint, eóſque Chriſtiana perinde doctrina imbuerint. Vnde factum eſt, quòd ex Burgundia, prima inter omnes Gallias ſacris vndis lota, tanquam ex radice, cunctæ reliquæ conſequenter ipſis ſubactæ, & ad dogma orthodoxum inſtructę, nomen quoque Burgundionum ex accidente aut ad breue tempus ſibi aſciuerint. Hinc verò euenit, vt ad annum quingenteſimum aut vigeſimum ſextum, cęſis Gundebaldo ac Sigiſmundo filio cunctáque ferè eorundem progenie [i], Childebertus Francorum Rex Clodouei filius & Clotarius eius frater acquiſitam ſibi Burgundiam inter ſe partiti ſunt, ac ſuo Francorum regno perenni quodam in poſterum vinculo vnieruut. Quæ fortiora plurium Galliarum vincula in tali permanſêre ſtatu, donec ad annum ſalutis milleſimum Robertus Francorum Rex Hugonis filius Burgundiam Sequanicam verſus Septentrionem Roberto filio natu minori in Ducatum duntaxat è regio ſceptro pendentem contulerit, ſcilicet ſub ea lege pactitia agnoſcendi Regem ſummum Principem, qua lege priùs quidam Henricus eiuſdem Burgundiæ pariter Dux, liberis moriendo carens, prouinciam Regi teſtamento legarat [k], regno iterum vniendam, qualem idem Henricus acceperat ab Othone fratre natu maiore, & Otho à Capeto Rege etiam fratre grandiore [l], ex eodem rurſus ſceptro diſcerptam & auulſam ſine diſpertis ampliùs Allobrogis, tanquam non Burgundionibus, vbi ſemel regno inſerti & copulati fuerant. Ac deinceps Burgundia per interruptas tantùm vices, nec ſemper, filus Franciæ in dotem conſimiliter pactitiam collata eſt, vt pote alij Roberto Burgundionum Duci ſub B. Ludouico Rege [m], deindéque Philippo Audaci quarto nato Ioannis Regis [n], eiúſque poſtea filio Ioanni, tum Philippo Ioannis filio [o], ac tandem Carolo Philippi nato: quo demum tempore rurſus annexa eſt Burgundia ſceptro ante hoc noſtrum proximum ſeculum. Non fuit ergo Tarentaſia Allobrogum vrbs dicenda

Burgun

I. ratio.

II. ratio.

Belnæ nomination, antiquitas.

III. ratio.

Epaunũ nõ eſt Tarentaſia.

[b] es 28. ibi Conciliũ habet 24. Patres.

[c] Sanctus die 6. Iunij.

[d] annis 49. Iulij cõmét. lib. 1. n. 5.

[e] an. 150 à Chriſto nato.

[f] li. 2. Tab. 3. cap. 7.

* In antiquitatib. & origine Burgũdiæ ca. 4. & pa. 214.

[g] citatũ apud Iac. Gualteriũ in Tab. Chronographicis inter Concilia ſeculo 6. vbi profert priorẽ editionem huius Authoris Seuertij hoc loco illic multò anguſtiorem, & mox locupletatã.

[h] Illic Regẽ ſecundũ omnium, n. 25. ſup.

[i] aliis paucis minorib. expulſis. Ioan. Till. in Chrõ. ſub Childeb. & Æmilius in Clotario a. f. 15. Lut. 1550.

[k] Tillius ſub Hugone Rege Capeto, & Roberto.

[l] ex Tabulis Genealogicis Franciæ Claud. Paradini & Io. Tillij in Collectione Regũ Franc. &c.

[m] ad an. 1250.

[n] ad an. 1360

[o] circa an. 1420.

Burgundiana p tempore Dominicani Petri, vulgò nuncupati de Tarentaſia, qui è monaſtico ſuo Ordine electus eſt Archiepiſcopus Galliarum Primas ad annum ſalutis duntaxat milleſimum ducenteſimum ſeptuageſimum, de quo inferius q. Sed probabiliùs dicendum, quòd is fuerit Burgundus Sequanicus origine natalium, & deinde Tarentaſienſis origine voti monaſtici, quo nimirum in loco ſeu Conuentu Dominicano Tarentaſienſi ipſe Regulam hanc honorificè & palam profeſſus eſt r. Quæ ſecunda potior natiuitas velut poſterior atque præſtantior, eidem in omnium ore remanſit, ſicuti mos eſt inter quoſcunque Religioſos ritè profeſſos, velle dici quod ſint eiuſdem loci, non ſanè in quo nati ſunt corpore, ſed in quo ſpiritu renati per Christum. Quos perſpicaces ſenſus nondum vix aduertêrunt oppoſitionum authores. Igitur concludendum, quòd Epaunum veriùs ſit collocandum ad Sequanos perpetuò Burgundionum nomine affectos, inter quos Belna fuit præcipua poſt Heduam Colonia, niſi quis prudenter fortè aliam ad hoc vrbem ſelegerit, & nominant in eadem Sequanica boreali regione. Nam, Quarta thematis demonſtratio eſt planè domeſtica, & ſuperioribus exactior. Ad quatuor bimilliaria ſ vrbis Belnenſis verſus ortum apparent duo ſuperſtites pagi, vulgò dicti hodie, *Le grand Eſpagny*, *& le petit Pagny*, Araris portus t, quondam vrbs & Monaſterium intra mœnia, poſtmodum magna bellorum ſtrage exciſa: mox Baronia, ad minores natu ſobolis clariſſimi Ducis Lotharingianæ familiæ in dominium pertinens u in Ducatu Burgundiæ. Cuius extat nobiliſſima domus æquè ampliſſima & pulcherrima hiſce diebus, teſtibus viris totius prouinciæ oculatis, probatæ vitæ iudicibus, ac ciuibus nobis coràm fidele teſtimonium perhibentibus. Haud dubium certè eſt, quin vrbs eiuſmodi antiquitus vocaretur *Epaunum*: tametſi lapſu temporum mox *Eſpagny*; latinè adhuc forſan *Epaunium & Spaniacum*, veluti eruditè loquitur Fr. Laurentius Surius quondam Profeſſus ſacri Ordinis Carthuſiani, in vitis Sanctorum Tomo vltimo x, ſuper geſtis ſancti Benigni Burgundionum Proropaſtoris & Martyris temporibus ferè Apoſtolorum. De quo pio viro, vbi Marcus Aurelius Gentilis Imperator & acerrimus Chriſticolarum hoſtis percontabatur, *miſſus ab illo Terentius Comes ac Præſes in Gallus iuſſit conquiri eum ſanctum Benignum, ſanè repertum in villa, cui nomen eſt Spaniaco* (ait Surius) *vbi verbum Dei Ethnicis prædicabat*, equidem ſæpiùs; ac perinde iam tunc inchoabant fundamenta ſequuti mox Cœnobij, deinceps ibidem conſpicui, quatuor penè ſeculis ante præfatum Epaunenſe Concilium, pro quo priſco Martyre nos dudum verba fecimus in præſenti volumine y. Ex quo antiquiori loco liberioris paulò aditus, Patres veteris illius Synodi facilè diuerterint Belnam, ſitum eo æuo tutiorem pro abſoluendo perficiendóve Concilio, & decernendis eius Actis. Vt ad libitum dici queat Synodus Epaunenſis vel Belnenſis. Quid, quæſo, iam veriùs enunciari poteſt? Anne propiùs metam licebit attingere? Nunc ergo propoſiti veritas expreſſiùs manifeſta eſt, dum ibi apparent priſcorum murorum veſtigia aſſerente populorum vicinia. Reliqua huc ſpectantia vide §. 5. & 6.

Quomodo Innocentius V. ſit Tarentaſienſis.

IV. Ratio.

Locus eſt Eſpagny. pagus prope Belnā.

Author Surius.

p Genebr. in Chron ſub Innocen. 5. q au. 95.

r Religioſi enim obliti domû patris expreſsè ſuſcipiunt nomen loci ſeu patriæ, in qua vouerunt.

ſ in Chartis Geographicis nouè bimilliar.

t Gros Bourg entre Seure. bas & Auſône haut.

u au Duc d'Elbeuf, appanage 4 de Lorraine, ſeparauant au Cõte de Charny, pere de Madame femme dudict Duc dernier decedé, elle viuante l'an 1612 &c. long. grad. 26. & tribus partib. lat. 45 tertiâque partib.

x die 1. Nouemb. pa. 9.

y ſub S. Zacharia 3. Epiſcopo.

Paragraphus 2.

DE præfato Epaunenſi Concilio in ſpecie dicturi: eò paulatim deſcendimus, ſi priùs dixero hæc de noſtro Antiſtite connotari in catalogo Patrum eiuſdem Synodi: nempe, *Viuentiolus Epiſcopus Eccleſiæ Lugdunenſis cum comprouincialibus meis relegi & ſubſcripſi* z. Qui locus quoſnam intelligat comprouinciales; certè arbitror cœpiſſe eos quinque, quos ſuprà monuimus y à Demochare imperfectè comprehenſos, præter alios quoſdam à ſe tacitùs prætermiſſos, equidem exemplo conſimili Pantagathi z Viennenſis quondam Archiepiſcopi ſeu Metropolitani (ait ſub Concilio tertio Aurelianenſi a) *Iuxta id quod omnibus Sanctis Coepiſcopis meis* (addit) *qui mecum ſubſcripſerunt, placuit.* Vbi pariter ſubſcripſêre Epiſcopi, Auitus Viennenſis Epiſcop. Apollinaris Valentinenſis, Boulcus Vindonenſis, Claudius I. Veſuntionenſ. Conſtantius Octodorenſ. b Catulinus Ebredunenſis, Conſtantius Vapenſis, Philagrius Cauellicæ ciuitatis c, Florentius Tricaſtinæ, Gemellus Vaſionenſis, Gregorius Lingonenſis, Iulianus Carpentaractenſis, Maximus Geneuenſis, Pragmatius Auguſtodunenſis, Prætextatus Aptenſis, Syluester Cabilonenſis d, Sanctus Epiſcopus Tarentaſienſis, Secularius Epiſcopus Dienſis, Tauricianus Niuernenſis, Viuentiolus Lugdunenſis, Valerius Epiſcopus Segeſtricenſis, Victurius Gratianopolitanus, & Venantius Epiſcop. Albenſis. En Prælati tres & viginti. Quorum pars ad Lugdunenſem Primatiam ſpectat, reliqua verò ad Viênenſem. Hunc verò nos diſtinctiùs proſequentes venerandos Patrum Epaunenſium cœtus obiter hortamur Lectorem, quòd ſi ſanctus Viuentiolus generali nomine comprouincialium Matiſconenſem Epiſcopum cum Abbatibus intercipiat: ſequetur quòd ergo Matiſconi ſederunt alij quidem Epiſcopi ante Placidum, quem in Maticenſi tamen Chronico primum facimus ab anno ſal. DXXXVII. cùm aliquem eo antiquiorem Matiſconenſibus tribuen

Epiſcopi Suffraganei S. Viuentioli.

Alij Epiſcopi ſub Prima tia.

z ſedens 21.

y § .. tatione 1.

z ſedentis n. 18.

a Inf. n. 31. & 2 Lupo Arch.

b Id eſt Valentiæ. Democh. To 2. fol. 47.

c Veriùs Cabilonenſis.

Cauellio eſt Prouinciæ Aueniomenſis.

d Iſte videtur altior tempore quâ par ſit ſub hac Synodo.

buendum hactenus non deprehendamus. Etenim iſtud Concilium anteceſſit eum *Placidi* ſeculum annis viginti, ſi habita eſt Epaunenſis Synodus [e] anno DXVII. vel præceſſit pluribus, ſi anno CCCCXCVII. aut intermediis, vt aliis placet [f]. Aut certè idem Placidus verè multò altiùs citiúſque aſſedit Matiſconi, ſed inde peruenit conſcendendo vſque ad præmiſſa illa Epaunenſis Concilij tempora, & ſuam ibidem præſentiam coaptauit, veluti etiam cenſent nonnulli, tametſi hodie non compareat in Synodi Indicibus. Iam verò quòd Patres eiuſmodi comprouinciales fuerint Archiepiſcopi Rhotomagenſis & Senonenſis addicti Primatiæ Lugdunenſi, vti ſuis diximus catalogis [g], certè locus eſt aliquis huic coniecturæ: etſi id textus non indicarit. Saltem eo quidem in Concilio ſuffragauêre Florentius Tricaſſinus & Tauricianus Niuernenſis Epiſcopi ad Senonenſem Archipræſulatum pertinentes. Attamen alios etiam huic Suffraganeos Antiſtites cum Rhotomagenſi ac ſuis in comprouincialium appellatione accipere licet, quamuis in præfato Patrum Epaunenſium Catalogo reticeantur. Sed interea pro Trecenſibus Epiſcopis non conſcribitur Florentius apud Democharem [h]. Præfuit autem illi coronæ ſanctus Alcimus Auitus Viennenſis Archipræſul: non tanquam Primas ſupra Eccleſias Burgundiæ Sequanicæ, cùm exerceat Primatum ſuum in Eccleſias Galliarum Narbonenſis & Aquitanicæ: ſed velut tunc Legatus in Galliis totáve Francia de latere Symmachi Pontif. Maxim. ex diligentia & zelo Sigiſmundi Burgundiæ Regis, teſtibus Democharc [i], atque Baronio [k]. Alioqui certè ſanctus Viuentiolus præſidere debuiſſet ibidem, cùm illa coitio & vrbs Epaunum vel Belna ſpectet ad Celtas Gallos Primatiæ ſuæ Lugdunenſis limites dudum à nobis exhibitos.

Eiuſdem comprouinciales. — Patres Concilij. — Præſes Concilij.

e Eponenſis. f ſ. cit. 1. g an. 70. §. 2. & 73. §. 2. an. 78. 2. &c. h li. 2. c. 19. i cit. ca. 28. k To. 6. pag. 594. 595. Antuerp.

Paragraphus 3.

IAm propiùs accedamus ad materiam Epauni ſubiectam ex quadraginta & vno Capitulis ibidem religioſè aſſutis: huc duo ſolùm compellimus, militantia directè aduerſus Caluinitas. Primum eſt de Sanctorum Reliquiis, hoc pacto. *Sanctorum Reliquiæ in Oratoriis villaribus* [*] *non ponantur niſi forſan Clericos cuiuſcunque Parœciæ vicinos eſſe contingat, qui ſacris cineribus pſallendi frequentiâ famulentur* [a]. Hoc loco Synodus ne tantiſper quidem detrahit de veneratione ſanctis Sanctorum Reliquiis ex officio tradi ſolita: ſed dum eas Pſalmis & pia frequentatione honorandas docet, præcipit duntaxat, ne ipſæ in remotis villulis & ruralibus ſacellis relinquantur, vt pote quia minùs tutam ſedem ibi frequenter habere noſcuntur, ob accurrentem ſæpe prædonum immanitatem & peruicaciam. In ſedulam verò earum cuſtodiam animaduertit, ex eo quòd iubet eaſdem in parœcialibus Eccleſiis Clericorum frequentiâ munitis collocari, vt maior honos & hymnodia feretro deferatur, ſecuriórque ſit aſſeruatio. Quod certè eſt decoris incrementum. Earundem cultum iam primo Eccleſiæ ſeculo promulgarat D. Clemens Pontifex Petri ſucceſſor. Imprimis ſic veterum abuſus ſuſtulit, vt rem commendaret. *Neque requiratis ſeparationes aut crebras lauationes* (ait [b]) *aut expiationes de cadauere tecto. Sine vlla vero huiuſcemodi obſeruatione conuenite in cœmeteriis ad legendum ſacros libros & canendum pſalmos pro mortuis Martyribus & ſanctis omnibus qui ſunt à ſeculo defuncti, &c.* Et poſt pauca: *Eorum qui apud Deum viuunt, ne Reliquiæ quidem corporum ſunt inhonoratæ.* Et deinceps: *Quocirca & vos Epiſcopi ac reliqui, ne exiſtimate pollui, ſi mortuos contingere & tractare non caueatis, neque eorum Reliquias auerſemini, &c.* Debitus ille honos fulcitur miraculis, velut baſi, teſte D. Auguſtino, cuius ſeculum proximè ſequuti ſunt Patres huiuſce Concilij. *Martyrum corpora Prothaſij & Geruaſij* (inquit Auguſt. [c]) *quæ per tot annos incorrupta, &c. cùm propalata & effoſa digno cum honore transferrentur ad Ambroſianam Baſilicam, non ſolùm quos immundi vexabant ſpiritus, confeſſis iiſdem dæmonibus ſanabantur, verùm etiam, &c.* Hic prætermus plures alios textus eiuſdem D. Auguſtini, quos cum aliis Patribus proferunt in medium Durantus [d], & recens controuerſiarum indagator [e]. Cuius impertiti honoris rationes inueſtigat Doctor Angelicus Thomas [f]: cùm ea ſanctorum corpora fuerint templa Spiritus ſancti, & multorum meritorum organa Deo gratiſſima. Pudeat ergo Lutheranos & Caluinitas irreuerenter tractare ſacras Reliquias, tot veterum monimentis commendatas. Reuerâ quia iſti renati Eunomiani & Vigilantiani hoc ſeculo decimoſexto & vltrà ſuum hoſtile venenum per Gallias Eccleſiæ Romanæ oculos ingenti rabie longiùs diffuderunt: ideo, inquam, Templis ſacris correptis Reliquias aquis immerſerunt [g], canibus & ventis expoſuêre, vulcano tradiderunt, necnon thecas auratas ablatas priuatis atque profanis ſuis commodis intulerunt: Ex quo ſanè indomitam ſuam mentem ſat hactenus euomunt, tanquam prorſus alienam à fide Patrum primæ Eccleſiæ, quos extulimus paritérque ab hodierna noſtra Romana in hoc priſcæ conformi, ſicut & in cæteris articulis.

Duplex quæſtio Concilij hic agitata. — Prima. — De Sanctorũ Reliquiis. — Hæretici in eas.

* des villages. a ca. 25. b li. 6. Conſt. Apoſt. ca. 29. vit. c To. 1 li. 9. Cõfeſſ. ca. 7. d de ritib. Eccleſ. li. 1. ca. 2. e §. 3. ca. 25. §. 8. & 9. e Bellar. To. 2. de Imaginib. Sanct. li. 2. ca. 3. & 4. f 3. par. q. 25. ar. 6. g vt SS. Irenæi, Hilarij, Martini, &c. Lugdun. Pictauij, Turonib. &c ann. 1562. Surius.

Paragraphus 4.

Altera quæſtio.

SEcundum Capitulum huc ſpectans, eſt eiuſmodi [h]: *Altaria niſi lapidea, infuſione Chriſmatis non ſacrentur.* Reponiturque in decretorum corpore [i]. Ex eo autem liquet imprimis percrebuiſſe lignea Altaria ſub prima Eccleſia, attamen ea conſecrati non ſolita, vt neque nunc deinde verò lapideis frequentiùs vſos fuiſſe veteres, etiam ex lege lata, & præcepto manante ad ea conſecranda, vt vel ex præſenti decreto conſtat. Sic inde noſtra ætas iis vtitur, ſemper hactenus cum ſolenni conſecratione. Adeóque aſſenſum præbet Romana Eccleſia illi vetuſtiori, non autem Caluiniana ſecta, quæ perpetuò & de induſtria carere vult Altaribus. De materialis autem Altaris antiquitate & conſecratione, hæc priſci Patres aduerſus tropos ſeriùs extortos Caluiniſtarum. Primo ſeculo: Dionyſius Areopagita, *Aditus quidem ad diuinum Altare, genuúmque flexus ſignificat* (ait [k]) *omnibus qui inſtituto Pontificio conſecrantur, ſubiiciendam Deo, &c. eſſe vitam.* Higinus Papa ſeſquiprimo [l]. *Si motum fuerit Altare, denuo conſecretur Eccleſia.* Et ſanctus Cyprianus, ſecunda ætate, docet non metaphorice, ſed vere attribuendum Altari vocem menſæ, quando dicit Paulus [m], *Calicem Domini bibere, &c. menſa Domini participes eſſe.* Quippe, vt oſtendatur ibidem connotari ſolitum Altare denſum & materiale, ſeu locum qui ſpatium occupet, vel in quo ſacrificatur corpus Chriſti incruento modo, & non ipſum corporis ſacrificium, eiuſve figuram, aut aliud quid myſticum, dicit apertè in Acta Apoſtolorum [n]: *Quod vtique idcirco tam diligenter & cautè conuocata plebe tota gerebatur, ne quis ad Altaris miniſterium, vel ad ſacerdotalem locum indignus obreperet* [o]. Iterum alibi: *In clericali miniſterio conſtituti, non niſi Altari & ſacrificiis deſeruire, & precibus atque orationibus vacare debeant.* Prætermimus alia eius loca vix obſcura [p]. Tertio ſeculo, Origenes in Exodum [q]: *Habeat in ſe defixum Altare, in quo orationum hoſtias & miſericordiæ victimas offerat Deo.* Et alibi [r]: *Certum eſt, quia & Altaris conſtructionem ſollicitè requirat à nobis. Sed nondum plenus Altaris ornatus eſt, etiamſi ex integris lapidibus conſtruatur.* Quo loco non obiecter quis ſubtilior æquo, aut hæreſiſmo infectus, quòd paulò antè Origenes ipſe hunc textum ſeu integros Altaris lapides interpretatus eſt de ſanctis Apoſtolis. Nam myſticus ille ſenſus literalem ſupponit, hoc eſt, Altare ſenſibile, quale ſatis aperuit Author, quando ei motum ſoli quanto corpori conuenientem optauit. Alioqui non congruerent varij eiuſdem Doctoris textus. Ex eóque colligitur ſacræ Scripturæ vbertatem & copiam plures opportunos ac ſibi inuicem ſubalternos ſenſus complecti. In maiorem cuius rei probationem pariter innuit, admittendum duplex genus Altaris in Numerorum librum [ſ]: *Altaria duo* (inquit) *id eſt, interius & exterius, quoniam Altare orationis indicium eſt, illud puto ſignificare quod dicit Apoſtolus: Orabo ſpiritu, orabo & mente.* Et denuo: *Si Altare videris deſtitutum, nolo contriſteris. Si Pontificem non inuenias, &c. eſt in cælis Altare, & aſſiſtit ei Pontifex futurorum bonorum* [t]. Ibi verò per Altare exterius, materiale intelligit. Quarto ſeculo D. Auguſtinus in Retractationibus [u]: *Vt hymni ad Altare dicerentur de pſalmorum libro* (ait) *ſiue ante oblationem, ſiue cùm diſtribueretur populo quod fuit oblatum.* Neque opponatur alius iſte ipſius locus [x]: *Moyſes ædificauit Altare ſub monte, & duodecim lapides, &c. Intelligitur enim ex duodecim lapidibus Altare ædificatum* (inquit) *ſignificaſſe ipſum populum eſſe Altare Dei, ſicut & Templum Dei.* Etenim homini Caluiniſtæ hæc obiicienti, ſic catholicè reſpondendum, vt ſuprà: quòd ſcilicet ſit duplex genus Altaris, quorum alterum viſibile eſt; alterum myſticum, ex allegatis: alioqui idem Author ſibi non conſtaret in variis ſuis dictis. Valeant ergo aduerſarij: qui ſicut reſpuunt ſacrificium quotidianum externum, ita & conſequenter Altare. Hæc autem teſtimonia alia ſunt ab iis, quæ palam excuſêre Durantus [y] & cæteri recentiores è præfatis Authoribus ac pluribus, quos in præſentiarum omittimus [z].

Marginal notes: De ſacro Altari corporeo. — Eſt menſa. — Obiectio. — Solutio. — Altare metaphoricum. — Caluiniſtæ in id.

[h] c. 26. Epaunenſe. [i] de conſecr. diſt. 1 ca. 31. Non ex Concil. Hipponēſi in Africa, apud Iuonē, ſed ex Epaunenſi, apud Burchardum. [k] de eccleſiaſt. Hierar. ca. 5. par. 3 ſi. [l] Et S. Clemēs diſt. cit. c. 59. [l] ibi ca. 19. [m] 1 Cor. 10 n. 21. [n] In id 6. 2. Conuocantes duodecim multitudinem diſcipulor. &c. miniſtrare menſis. [o] li. 1. Epiſt. 4. [p] epiſt. 7. & li. 2. epiſt. 3. [q] cap. 24 & Hom. 9. [r] In Ieſu Naue, ca. 8. & 9. Homil. 9. [ſ] In ca 18 Hom. 10. lin. [t] Hebr. 9. [u] li. 2. ca 11. Tom 1. [x] in Exodū cap. 97. li. 2. to. 4. [y] de Ritib. li. 1 c. 15. & 2 [z] Et in Epiſt. ad Hebr ac Bellarm. de Imaginib li. 3 c4. 3. 6 Probatur igitur

Paragraphus 5.

Vrbs Agaunenſis.

EN' primariæ Seſſiones Epauni collectæ. Plures quidem alias examinamus in hæreticos huiuſce temporis Parte III. prioris calcographiæ Chronici noſtri Celrici [a], potiſſimum de votiua continentia aduerſus prurientes Geneuenſes. Quæ protheſis, quia iam ſuperius à nobis diſcuſſa legitur ſub anteceſſoribus Archiepiſcopis [b]: propterea mox tanto opere & curâ ſuperſedemus. Igitur pro fœlici exitu tantiſper denuò gradū ſiſtamus in alia noua vrbis cuiuſdam perquiſitione. Commonefacimus obiter Lectorē, ferè ſatis cōſtare, quòd Synodus Epaunenſis ſit eadem prorſus, quam nonnulli appellitant etiam Agaunenſem; aut ſaltem eidem probabiliter annexam. Equidem ſtat notum Agonenſe Monaſterium, in quo nu[illegible] cu[illegible] lorum integerrimæque vitæ ſplendore effulſit ſanctus Ambroſius Abbas ibidem. Sane locus ille fertur in Galliis ex latiore nota Surij atque Baronij. Sed qua parte iuſtiore, vix dum

Triplici ratione eam eſſe in Galliis.

[a] cap. 3. [illegible] 5. in 4 35. [b] Nun. 2 in Bucch. Sed id votum [illegible] 5. [illegible] 54. [illegible] Buch & [illegible] unita Nu. 1 57.

ſcitur hiſce diebus: bene tamen quòd in huius nominis ſitu aſtiterit quondam aliqua Synodus. Enimuerò primùm de Cœnobio, Petrus de Natalibus ſcribit [c] ex Adone Viennenſi eũdem S. Ambroſium profeſſum eſſe Patrem ſeu Abbatem Monaſticum apud Lugdunum & Cœnobium Inſulæ Barbaræ, vbi is floruit *magnis vita*(air)*& ſanctitatis virtutibus clarus*: & inde ad Conuentum Agaunenſem tranſlatus ob egregiæ ſuæ Religionis ſplendorem. Ex quo certè textu coniicere licet, ipſum haud longè tranſmiſſum ab Inſula, proptereàque Agaunenſe Clauſtrum probabili argumento conſiſtere in Gallia Lugdunenſi fortè ſeptentrionali verſus Belnam aut Epaunum: ad quæ tria loca Patres Concilij paſſim & viciſſim ſedem mutarunt ob peculiares occurrentes circunſtantias vix hodie notas. Vt promiſcuè, indifferẽter ac citra errorem poſſit nominari Concilium Belnenſe, Agaunenſe, & poſtremò Epaunẽſe, quaſi illic vltimò celebratum aut abſolutum propter diuerſas Patrum eò factas tranſlationes. Etenim hoc pacto Martinus PP. V. vnicum adegit generale Concilium numero decimum ſeptimum: equidem primùm Papiæ conuocatum anno M.CCCCXXXI. poſtea ob peſtem graſſantem Sennas tranſlatum, & nouiſſimè aliis emergentibus obſtaculis Baſileam, vt non abs re ad libitum dici poſſit Papienſe vel Senenſe ſeu Baſileenſe; quale vltimum agnomen ei remanſit. Adderem ego & eum cœtum inde Bononiam euocatum ac ibi finitum, ex recenſitis in authore Platina *. Sic inſuper & conſequenter Ferrarienſe Concilium decimum octauum œcumenicum appellatur etiam Florentinum, eò quòd Ferrariæ inceptum eſt anno milleſimo quadringenteſimo trigeſimo octauo [d], & Florentiæ peractum [e] anno ſequenti ſub Eugenio Papa quarto. Atque ita de aliis pleriſque. Abbas autem Ambroſius Agaunenſis creditur vrguiſſe ad annum quadringenteſimum [f]. Et præterea Baronius narrat [g] ex ſancto Eucherio Lugdunenſi Epiſcopo in eodem loco paſſos eſſe Martyres milites, inde nuncupatos Agaunenſes, de cætero anonymos, videlicet anno ducenteſimo nonageſimo ſexto, quòd præcipiente Imperatore [h] nollent impia obire ſacrificia. Cùm ergo ille S. Antiſtes Lugdunenſis fuerit primus omnium hiſtoriographus tãti martyrij, veluti innuit ſæcer Annaliſta: proculdubio hæc nota ſatis indicat vrbem Agaunum nunc fortaſſis dirutam habuiſſe ſitum in ſuo Archiepiſcopatu Burgundiam complectente. Denique verò & pro tertio probationum genere, Ado Viennenſis Epiſcopus in ſuo Chronico deſcribit [i] Vuillicatium anteceſſorem ſuum Viennenſem Archiepiſcopum *relicta Viennenſi Sede* vicina Lugdunenſi, Romam obiiſſe ad Stephanum *Papam II. & tum interiecto non multo tempore Agauni Monaſterium Martyrum in curam* [l] ſuſcepiſſe. Ergo cùm non inde longiùs multùm abſceſſerit: ſequitur denuo Agaunum vix remotiorem eſſe Ducatu Burgundiæ aut propinquiori loco. Ille autem veteris Agauni ſitus, vt multis hodie placet affirmare apud Guilelmum Paradinum [m], eſt ciuitas, quam vocamus ſanctum Mauritium, Monaſterium ad Rhodanum, verſus Sedunos, antequam fluuius Lemanum Geneuæ lacum ingrediatur. Quæ ſanè regio fuit olim Regni Burgundionum. Nunc autem eſt ditionis Epiſcopi Sedunenſis prope tertas Ducis Sabaudiæ, ex Ioſia Simlero in Republica [n] Heluetiorum. Eàque vrbs ſancti Mauritij diſtat ab Epauno triginta bimilliaribus verſus orientem auſtralem, & à Belna triginta ſeptem. Inter quas duas vrbes poſtremas (Epaunum & Belna) diſcrimen eſt duntaxat ſeptem aut octo bimilliarium ſub eodem ferè parallelo. Proprerea id Concilium ad hodiernum loquendi vſum, dici poſſet San-Mauritianum, Epaunenſe aut Belnenſe, vt quiſque liberè volet. Nec mirum horum nominum ſeu diſtantiarum ſanctæ Synodi in loco variaudæ. Nam oppidum ſancti Mauritij minùs adhuc diſtinguitur ab Epauno vel Belna, quàm præmiſſæ ciuitates Italicæ ab inuicem, in qua tamen diuerſe tranſlata ſunt œcumenica allata Concilia. Illa verò trium vrbium vicinitas ex veteri textu Annonij hiſtorici deprehenditur ſub eadem vtcunque prouincia quondam tota ſimul dicta Burgundia. Qui Author ſaltem meminit Agauni. At vox eiuſmodi mox obſoleta eſt. Et vno verbo appellatur *S. Mauritius*; nec amplius aliter. Vbi di tatot etiam recordatur Cabilonicæ ciuitatis proculdubio hactenus pariter Burgundiacæ. En eius nota: *Anno XXXIII. Regis Guntranni* (ait) *Rex terrenum regnum pro cæleſti commutans, in Eccleſia S. Marcelli Cabilonis ſepultus eſt, &c. Synodum XL. Epiſcoporum aggregari præcipiens, vt ordo pſallendi, qui in loco Sanctorum Agaunenſium temporibus Sigiſmundi Regis ab Auito Abbate Nutiatenſi & cæteris Pontificibus illius temporis inſtitutus fuerat, in Cœnobio, quod ipſe fabricauerat, teneretur, effecit, &c.* Illum contextum clariùs expoſituri, monemus Iſecularem illum obeuntis Guntranni annum fuiſſe ſalutis quingenteſimum XCVII. ex Tilio, ſeu ſequenti biennio ex Baronio [o]. Túncque legitur celebrata altera Synodus prouincialis Cabilonenſis opera Guntranni, de qua hic obiter, ſed bis ex profeſſo inferiùs ſuis poſtea locis [p]. II. diſ. 2 Sigiſmundũ dici interfectũ annis LXX. ante Gũtranni occaſũ, vt liquet inſt. in S. Lupo [q]. III. ex Greg. Turonenſi eundẽ Sigiſmũdũ *Monaſterium Agaunenſe ſolerti cura* ædificaſſe, IV. ex Sigiberti Chronico, ipſũ miraculis clariſſimũ in funere & buſto, corpore ni-

mirum

Margin notes (left): Monaſteriũ in ea. — II. — Sancti ibi quieſcentes. — III. — Appellatio mutata. — In qua prouincia ſit.

Margin notes (right): c ll. 10. c. 15. Ado in Martyrol. & Tritem. de viris illuſtrib. Ord. diu. S. Benedicti, li. 3. cap. 273. — * ſub Eug. 4. pa 8. Ex Baſilea Bononiã tranſtulit. — d feſtum 5. April. — e rib ingreſcẽte peſtem. — f feſtum 22. Nouemb. — g In Annalib. an. cit. — h Maximiano. — i ætate 6. ſub an. 717. kan. 752. — l eſt 42. ordine Viennæ Democh. — m li. 1. ca. 2. & lib. 2. c. 31. in hiſt. Lugd. C'eſt vn Bailloge compronant le pays de Valais. — n Gallice facta Pariſ. 1578. pa. 124. 423. 426. — Seduni, Sion ville ſur le Rhoſne. longit. grad. 28. med. lat. 44. quar. parte. — o an. 599. — p nu. 15. § 1. ſub finem. & n 42. § 3. — q nu. 30. § 1.

murum terræ demandato in illo Cœnobio. Duntaxat oberrat Author, dum ſcribit mortuum ſub an. 515. tum quia Baronius tranſitum ad regnum cæleſte tribuit an. 527.[f] tū quia alioqui fallax eſſet tardior allatus Index Voluminis Conciliorum, quo celebratum fertur id Concilium Epaunenſe an. 517. ipſomet viuente ac enitente Sigiſmundo. V. Auitus ille Abbas[t] qui annuente Rege Synodum Agaunenſem præclarè maturauit, is verè cenſetur Auitus ſuis ſubinde meritis creatus Pontificius Legatus ac Viennenſis ſimul Archiepiſcopus, vt pariter Concilio dignè præeſſet. VI. ex præfata Aimoini textura[u] manifeſtum eſt XL. Patres non acceſſiſſe Concilij Agaunenſis ſuffragatores[x], verùm ſecundi Cabilonenſis, at ſeriùs *. Septimò & vltimò, ex ſimul iunctis hactenus ſub Viuentiolo authoritatibus, perſpicuum eſt, quòd Synodus Auiti probabiliùs cœperit Agauni, nunc in S. Mauritio, deinde tranſlata ſit Belnā & ad extremum Epaunū, ibique finita: aut certè viceuerſa abſque ſcrupulo. Vt ſyncere titulus cœtui liberè aptari queat ſub adiaphora triū harum vrbium nuncupatione. Adcóque ſtat demum firma fraternáque triplicis huius Burgundiæ ciuitatis coitio ad vnicam vnius Synodi congregationem valdè concors. Quanquam fortè Agaunum deinceps appellationem mutarit, cùm ampliùs hodie ſub veteri non appareat; aut certe id oppidum à multis annis temporum iniuria ſolo æquatum ſit *.

a Concilium Epaunenſe dici etiam Agaunenſe

Et de Cabilon.a.

Paragraphus 6.

Obiectio de alia vrbe Agauno in Græcia.

SEd profectò hîc augurari videor à nonnullis opponendum Agaunos populos magis ad Septentrionem propendentes legi conſcriptos ab antiquiſſimo Homero Poëta Græco[a], tanquam viros innocentiſſimos, & gentem quæ ſine diuitiis equino victitabat lacte: quódque inde probabile eſt veteres poſtea Chriſtianos monaſticæ vitæ percupidos vehementer eam regionem optaſſe, in qua iam animabantur homines naturâ probi & parcimoniæ ſtudioſi: equidem genus vitæ pœnitentibus Chriſtianis vni Deo famulantib. aptiſſimæ. Huic verò empodiſmati ſic pluribus mederi conabor. Vix creditu facile eſt Agaunenſem vrbem, in qua viguit Monaſterium, latens receptaculum tot Chriſticolarum, quot ſuprà legimus, fuiſſe Agaunos illos vetuſtiores incolas, aut Gallos pios eò tandem recurriſſe; de quibus primis Agaunis Homerus. Prima repulſionis ratio eſt, quia Homerus eiúſve relatores non deducunt in ſuas ſpecies eam regionem borealem, in qua deguerunt ethnici illi populi. Ita vt id dictum nimis confusè & vniuerſim quàm par ſit, cenſeatur in aëre iactitatum. Secundò, quia ex arithmeticis calculis & collatis ſimul variis Chronologis[b] Homerus peruixit annis nongentis & ampliùs quadraginta ante mirabilem Chriſti Seruatoris Incarnationē. Vnde vix dum ſtetit ea vrbs ad ſufficientem vſque Euangelij promulgationem, quin etiam reliquis hiſtoricorum voluminibus ignota eſt hactenus. Tertiò, quia nemo ementius fuit vnquam tempora, quibus deprehendatur, an Agauni illi ciues tandē aliquando ſub Chriſti lege fidem ipſius ſuſceperint, & eò deuotionis peruenerint, vt Monaſteria conſtruxerint, quibus peruius & quotidianus eſſet Chriſtianis illuc aditus, aut quò frequentes iſti Anachoretæ penetraſſent. Quartò; quia vix potuiſſent Galli Religioſi tot maria & incognita montiū cacumina permeare, donec vltra Græciam ſeu extremos Aſiæ fines ad vltimum totius vaſti Septentrionis limitem iter arriperent. Quintò; eſto quòd alicubi ad Græciæ aquilonem floruerint nonnulli Agauni ciues. Peto inſuper: Nónne plures cernimus in toto orbe ciuitates eiuſdem nominis? Nunquid legimus apud Geographum Ptolomæum[c] extitiſſe Mediolanū in Gallia Aquitanica[d], itémque in Celtica Nortmanorum[e], quæ inſuper viget apud Italos[f]? Num idem Author Neomagum ſtatuit tum apud Belgas[g], tum verſus Lotharingiam[h]? Sic profectò viſuntur ſingula eiuſmodi oppida: tametſi non amplius fortaſſis hodie perſtēt. Sed prætereà ad eas ciuitates, quæ noſtris diebus celebres demonſtrantur, veniamus. Adeſt egregia Vienna Auſtriæ & Galliæ Allobrogum[i]. Perdurat Valentia Hiſpaniæ Tarraconenſis[k] & Galliæ Narbonenſis[l]. In totis Galliis ſiſtitur quinquies ad minus Villafrancha: videlicet apud Albigenſes[m], Belli-jocenſes, in Cāpania Belgici Auſtralis[n], apud Toloſam[o], & in Ruthena Diœceſi[p]. Sexies apparet vrbs nota Caſtellio: nimirum bis[q] ad Senones, tum in Cāpania Franciæ ſemel itémque in Ducatu Burgundiæ ad Sequanæ fontes[r], in Lotharingia[ſ] & apud Xantones[t]. Ter collocatur ibidem Caſtrumnouum: ſcilicet in eadem Lotharingia[o], ad Nortmanos[x] & Mariſconēſes. Ter denuo Bolonia: vt pote in Armeniaco[y], in Picardia, & Italia. Bis Lugdunum: Metropolis, & in Breſſia[z]: Bis rurſus Burgum: in eadē Breſſia Fráciç, & ad Garunnam Santonū fluuium[a]. Iterum bis intueris Claromontem: in Aruernia[b], & apud Bellouacenſes[c]. Ac denique bis vrbem Bellomontem: in præfato Armaniaco[d] & in Diœceſi Syluanectenſi[f]. Paritérque vigent alia plura eiuſmodi Galliarū loca, quæ prætereunda iudicauimus[g]. Itaq; conſimili modò ęquè potuit vigeſcere Agaunū citra Gręciā, & ſimul Agaunū quoddā in Gallia, maxime Burgūdiana, verſus Belnā[h] aut Epaunū: vt olim conuocata Synodus

Nun eſſe eā vrbē, de qua nunc.

Vrbes plures eiuſdem nominis.

ſ in Annal. t Greg. cit. c 6.
u li. 3. c. 81.
x vbi ſuprà.
* an. 594. ſub Æthel. 36. 9. 1. tardius Cōcilio Agaunenſi.
* de eodem loco nos alia Num. 64 9 3
u li. 13. ibidem.
b in Chron. Genebrard. &c.
c lib. 2. tab. 3. Europæ c. 6. & 7.
d longit. grad. 18. & tertia parte, latit. 46. & medio.
e lon. 21. med. lat. 48.
f 19. lat 41.
g lon. 25. tert. par. lat. 46. med.
h 28 tert. part. 49 me.
i 24. quarta part. 41.
K 14. qu pa. 39. tab. 2. c 5
l 24. 44. me. tab. 3. ca. 9.
m 23. 42.
n 28. 48. me.
o 22 med. 41. qua. part.
p ad 9. bimill. è Rotheno.
q 26. 48.
r 47. 46. med.
ſ 16. med. 46 tert part.
t en Quercy, 22. qua. par. 42. med. Chaſtillon.
u 28. med. 47. med.
x 21. 49. me.
y 22. trib. pa. 41.
z 27. ter. par. 45. Lyon le ſaunier.
a lon. 21. lat. 43.
b 24. 44.
c 24 49. qua. par. & ad Londenum.
d vulgo Beaumont 21. med. 41. trib. par.
f lon 24. lat. 48. med.
g Atre apud Attrebatenſ. 23. & qua. p2. 3n. med. & Aire Epiſcopatus in Armeniaco 21. terc. par. 4 .. med. Fox in Picardia. & in Gaſconia, 22 quarta part. lat. 41. Boergnin in Delphinato, bis ab inuicem diſtāt 7. leucis, S. Symphorian. tez. in Delphi. Viennēſ ad Belli-jocenſes. & Forcſ &c. h Beaune, lōgit. 25. & oct. part. el. at. 44 & parte 4.

dus putetur ferè cōmunis tribus illis vrbibus. Qua in re moneo Belnā alteram haberi quoque apud Lemouicenſes Galliæ Aquitanicæ: quæ certè non eſt præſentis conſiderationis aut noſtri finis.

Paragraphus 7.

Recens Author.

SEd dum Opus ſuis abſolutum partibus properabat ad Calcographiam, illicò recens Veſontio Chiffletij ab ipſo Authore nobis collata, & de prælo madens profecta, ad noſtras manus incidit. Is celebrat obſoletam Epamanduodurum vrbem antea in Biſuntina Diœceſi ſitum habentem, ſed dudum exciſam, quam putat ipſe breuiato quondam nomine dictam Epaunum: reprobátque pro ea ſumendam Belnam, Tarentaſiam, & Agaunum, vrbes tres ex characterum affinitate ad hoc hactenus perperam (ait) vſurpari ſolitas. Quas ſanè tres nos pariter ſuprà inde remouimus. At ille etiam dictator neſcius adhuc eſt quartæ, nimirum virentis hoc æuo Baroniæ ſeu Burgi & Arcis Epauni Lotharingianæ ditionis in Ducatu Burgundiæ, quam nos ritè de nouo cenſemus pro fine obtinendo introduxiſſe. Fatetur autem idem vir ſuam illam vrbeculam hodie ſolo prorſus æquatam, vt ne quidem ei minimum ſuperſit veſtigium. Ergo certè maior tandem vocum affinitas ex claro remanente loco noſtræ ſententiæ ſumpta, ſeu ex Baronia Lotharingiana probabiliorem de ſe habet annexam vim & neceſſitudinem ad ſcopo tendendum: niſi apertiùs demonſtraret Chiffletius quod pollicetur, Epaunenſe Concilium pro Epamanduorenſe olim in MS. aliiſque ad inuicem ſuppoſitis codicibus reuerà illectum & abductum. Quod nondum in propatulo liquet. Et neque vetus vrbis nomen in antiquis Geographicis Ptolomæi Tabulis exprimitur. Cenſetur autem illud exciſum Epamanduodurum oppidum, reor, in Heluetiis olim extitiſſe, ſitúmve nanciſci, vix procul à Salodoro. Cuiuſce rei ferunt certa extare veſtigia in Lauſanenſis Eccleſiæ monimentis: quæ, qualiacunque ſint, nondum periiſſe reſciuimus, ſed in Bernenſium Chartophilaciis velut carceribus detineri tranſlata accepimus. At nō idcirco concluditur Epaunenſe Concilium eò reducendum. Alij porro recentiores vocaléſque Magiſtri coniiciunt eandem loci celebratæ Synodi vocem à Palma villula & ſomnio Guntranni Regis ereptam, vulgò *Baumeles Nonnes*: vbi Monaſterium Palmenſe cognominari ſolitum viget: in cuius Templo Vuaruarij Comitis ſepulchrum proſtat. De quo Palmæ ſitu vniuerſaliùs & alio fine tractar præfatus Chiffletius in extremo S. Germano XII. Antiſtite Biſuntino. Siquidem opinantur tales arbitri, inde Conciliū illud facilè dici potuiſſe *Paunenſe* pro *Palmenſe*, ex leuiſſima vſuque pertracta characterum immutatione, ad quos motus videbatur etiam compellere loci dignitas ac antiquitas. Sed denuo iſta minùs tuta nequeunt ſub eodem veriſimilitudinis parallelo ex æquo incedere & pari paſſu ambulare cum fortiore noſtro Epauni Burgundi ſeu Lotharingi fundi argumento. Eapropter Epilogus eſt vlteriorem, quam inueximus opinionem, veriſimiliori hac ætate argumento fulciri, quandiu lucidius aliquod digito attingendum & plenis palpandum manibus haud interuenerit & ſuccurterit.

i par. 1. ca. 18. pa. 154

Palmenſis Conuentus etiam pro Epauno.

Paragraphus 8.

Tumulus S. Viuentioli.

POſt hæc verò extranea: nos tandem ad Viuentiolum Archipræſulem noſtrum meritò gradum facimus, vt ei demus exitum. Is demum Sanctus viam quidem vniuerſæ carnis ingreſſus eſt anno incerto: at eius feſtum celebre colitur IV. Idus Iulij, ex quibuſlibet Martyrologiis Vſuardi atque Baronij. Sed audi verba in Eccleſia Niceriana & ſubterraneo eius tumulo ad lapidem ſculpta, atque à typo MS. a nobis eruta iuxta metricos tractatus ea de re inchoatos ſub Ruſtico Archiflamine Num. XXVI. deincepſque hîc & in quibuſdam ſucceſſoribus abſoluendos. Veruntamen, quia rationes metricæ hic minimè obſeruantur, ideo nō in virtute poëſeos, quam ſcribit, ibi vendicandum putat, ſed nomine ac titulo proſæ rem enarramus. *Item in alio Altari ſequenti* (poſt S. Ruſticum & ante priſcum deſcriptos) *erat tomba B. Viuentioli, prout apparebat per verſus ſuppoſitos in lapide marmoreo. Vir potens meritis, noſtérque Sacerdus* [k] *in hoc iacet Viuentiolus tumulo. Vox organi, præco Verbi, decus fratrum Eccleſiæ, & populi* [l] *ſpeculum fuit, nullum linquens officij gradum diminum, quem non promeruerit, tulitque de mundo, & quadam linea quæ legi non poteſt. Lugduni inter Sanctorum feſta ſit tibi & iſte feſtus celeberrimuſque dies Probata duorum Fratrum corpora requieſcunt Ante-des ſummi pares* [m] *meritis, cohæredéſque Chriſti. Paſtor bone, omnium diadema Epiſcoporum, annue precibus noſtris, inuocatúſque memento. Et in fine tumuli eſt ſcriptum, IV. Kal. Iuly Cui concordat Calendarius Libri Primæ.* Exſcriptum anno 1308. Nihil ampliùs.

k Sacerdos.
l pro Antiſtitis.
m nomē eſt.

XXX. *Paragraphus* 1.

Eucher. 2. SANCTVS EVCHERIVS Confeſſor, huiuſce nominis ſecundus inter Lu-
gduni Seſſores, & è nobiliſſimo ordine Senatorio quondam oriundus ex
Vſuardo, fuit adeò excellens, vt multa nobis præbeat, quæ occurrunt diuul-
ganda, tanquam perenni laude digniſſima. De quo viro nonnulla iam pro-
ſtant à nobis collata Numero XXI. in Eucherio primo nunc recèns recogni-
to, ad opportunè illic monendum & patefaciendum diſcrimen vtriuſque;
cùm ſolus iſte antea agnitus & receptus ſit palam in catalogo Sanctorum Eccleſiæ militan-
tis, Deo verè fruentium in triumphante teſtibus cunctis impreſſis Romæ & alibi Martyro-
logus, necnon antiquo Lugdunenſi Breuiario, vbi Sanctus per Diœceſim recoli aſſolet ex
Officio eccleſiaſtico [a]. Iſte noſter de tanto Primate tractatus pro apertiote methodo diſtri- a 16. Nouẽb.
buendus venit in octo Paragraphos & ſex Capitula. Imprimis, poſtquam is cum vxore
& filiabus caſtitatem vouiſſet, in eremum ſeceſſit. Sed vacante ſolio, & habitis præclaris
De eo ſex themata. aliis circunſtantiis, quas fusè infrà ex matrice inducimus [b], Lugdunum vi adductus eſt, at- b §. 2. & Petr.
que ſacratus Antiſtes. Quæ res cenſetur geſta anno ad ſummum quingenteſimo decimo de Natal. li.
Primum. octauo, ex ſuprà poſitis in calculo prædeceſſoris. Adiit verò Concilium ſecundum Prouin- 10. c. 67. ac
ciale Arauſicanum, Carpentoratenſe, Vaſenſe, & Arelatenſe tertium: Præſide ſemper ſan- Surius Coloniæ in 1. edit.
518. cto Cæſario Arelate Archiepiſcopo, fama tunc percelebri. Sed quoto anno hæc geſta fuê- to. 7. pa. 416.
re, ſanè varia iactatur quæſtio in aëre, quę mota fuit ad noſtros vſque dies. Ioannes Vi-
guerius Theologus Granatenſis Dominicanus in ſua Bibliotheca arbitratus eſt Arauſica-
Concilia quibus interfuit. num duóque ſequentia congregata videri anno quadringenteſimo quadrageſimo tertio, &
Tomi Venetiani Conciliorũ ex Indicibus anno ſequente. Deinde, eadem Volumina Syno-
dorum conſtituunt Arelatenſe anno quadringenteſimo quinquageſimo tertio celebratum,
vnà cum ſententia Democharis, & cunctis editis Baronij Annalibus [c]. Tertiò, Genebrar- c Antuerp.
di Chronologia & primæ Baronianæ Annalium topographiæ illas omnes Synodicas coïtio- Mogunt. an. 1601. Colo-
nes referunt ad annum quadringenteſimum ſexageſimum tertium. Chronologus ſub Diuo niæ an 1609. &c.
Leone magno Papa [d] congreſſus habitos locat: & Annaliſta Arelatenſe ſaltem Concilium d De quo
ſub Hilario ſuccedente ſancto Pontifice Romano ſtatuit [e], quem altiùs paulò inchoat. Tum alia nu 21.
Seculum eorundem correctum. quartò ipſemet Baronius in poſtremis ſuis editionibus [f] tuetur & manifeſtat ſingulas eiuſ- §. 2.
modi Synodos concinnatas fuiſſe anno præcisè quingenteſimo viceſimo nono ſalutis, re- e Cætera de illo nu. 5. § 1
nente clauum Eccleſiæ S. Felice quarto ſui nominis. Quippe ſic Author priores ſuas can- f 1609. cit.
dem ſententias renouabat, quando hoc retractationum modulo ſeipſum latiùs expreſ-
ſit; quia poſtmodum reſpexit eas Synodos, maximéque Arelatenſem ſub aliis Pontificibus
ac Imperatoribus completas abſolutáſque cogente noua circunſtātiarũ accuratius emen-
ſa acceſſione, quibus inferre oportuit duos extitiſſe Eucherios Lugduni viciſſim Primates
intra idem ſeculum, etſi vnicum ibidem prius aſſediſſe putarat dictator. Nam duos inſu-
per floruiſſe primus apertè pronunciat Henricus Spondanus mihi notus ad extremam [g] Ba- g Manleonẽſis S. R. E.
ronij mentem, velut interpres ipſius, & per epitomen collector reſtitutórque poſtremus, Protonotarius Congregationis
hiſce verbis præcipuis: *Duos fuiſſe Encherios Lugdunenſes Epiſcopos certum eſt, vnum vide-*
529. *licet & alterum, qui ſubſcriptus reperitur Concilíis Arauſicano 2. & Carpentoratenſi celebratis an-* Oratorii Pa-
no Domini quingenteſimo vigeſimo nono, quémque S. Cæſario Arelatenſi eius Archiepiſ[illegible]*o fami-* riſ. 1613. ſub an. Chriſti
Emendatio nis Authores alij. *liarem fuiſſe docet Cyprianus diſcipulus in vita eiuſdem Cæſarij. Nec noua iſta eſt aſſertio, &c. cùm* 441. pa 555.
ambos fuiſſe Epiſcopos ſignificant Conciliorum ſubſcriptiones; & diſertè Claudianus Viennenſis de Idémque Pa-
ſeniore, tum Cyprianus de iuniore teſtantur, Iuſtiniano Imperatore, ac Baſilio Conſule. Simi- ri. 1622 pa. 644. in fol.
léque prorſus confirmat Franciſcus Longi à Coriolano Capuccinus [h], libro de coactis tunc h in Chronologico Pan-
præfatis Synodi *iubente Felice Papa contra Semipelagianos* (inquit) *ex quo ſanctus Cæſarius Are-* tificum Breuiario. p. 105.
latenſis cùm Epiſtolam de gratia & libero arbitrio ſcripſiſſet, eandem Fælix per Epiſtolam ſuam ro-
borauit ſancto Benedicto ad montem Caſſinum regrediente anno eodem [i]. i 529.

Paragraphus 2.

Caput 2. thematum. AD ſecundum ſuſceptæ tractationis genus deſcendentes, poſtquam geſta potiora ſan-
cti Eucherij II. in ſublimi dignitate politi expreſſimus, vt iure primùm eius qualita-
tes ex diſcrimine à priore Eucherio ſecernerentur, & perſonæ homonymia tolleretur, iam
è diametro ſurſum conſcendamus, gradum facientes verſus ortum tanti viri, quem dein-
de ad exitum vitæ perducamus. Totam eiuſmodi fabricam hauſimus, tum ex Lugdunen- K in Folio,
ſi edito veteri Breuiario Cameræ [k], tum ex antiquis Manuſcriptis eiuſdem Prouinciæ, velut 489.

ex ipſis primariis fontibus olim per Eccleſias publicè decantari ſolitis, antequam ars typo-
graphica ſuum humanis aſpectibus lumen effudiſſet. Vbi Lectorem obiter certiorem faci-
mus, quòd huiuſce Eucherij vitam ſimul ac geſta filiæ eius beatæ Conſortiæ Romano l idio- l Latino.
mate ſuperaddidit eruditus quidam ad medium Voluminis *in folio*, cui prior titulus eſt:
*Dialogus Diui Ioannis Chryſoſtomi, de Sacerdotio, Germano Brixio Antiſiodorenſi, Canoni-
co Pariſienſi interprete, &c. Lugduni* anno milleſ. quingenteſ. quinquageſ. quarto. Huic autē vitę m nouem
præmittitur Epiſtola parænetica Diui Eucherij Lugdunenſis ad Valerianum cognatū ſuum foliorum.
cum iudicio Eraſmi m, & ingentes quatuor paginas ambit, medias quidem vitam patris n 21.22.
continentes n ad formam penè præfati Breuiarij, & totidem ſequentes geſta filiæ comple- o 23.24.
ctentes o, hauſtas ex fratrum quondam teſtium oculatorum relatione (ait Author) è quo-
rum autographo loca nonnulla decerpſimus ad Volumen noſtrum de communibus San-
ctorum alphabetis complendum. Cuius familiæ author ſeu exſcriptor hiſtoricus cenſetur
eſſe Stephanus Charpinus Presbyter Lugdunēſis, nomine Clarus, ibidem ſub Epiſtola ipſius.
Vita integra S. Eucher. II. Ex præfatis autem pro D. Euchorio ſecundo alia poſthac Surius, idem Charpinus, & per
eoſdem Cardinalis Baronius, ſua quique ſcripta ſeu particulas varis per anacephalæo-
ſes fragmentis & ſegmentis fruſtatim depromſerunt. Qualia demum Martyrologia
Manuſcripta ego conquiſita reperi ſub extremam harum percontationum calcem, compre- * ſeu die 16.
henſa iſto valdè peculiari ſpirituum halitu & aditu textuum, vnà cū emiſſo Breuiario XVI. Nouemb.
Kalendis Decembris* pro Sancti Natalitiis. *Fuit quidam vir Eucherius ex ord. Senat. habens
vxorem Gallam nobilibus ortam natalib. quos ampla poſſeſſio & numeroſa familia theſaurorúmque
copia claros in ſeculo fecerat: ſed timor Domini, qui eſt initium ſapientiæ, eos in conſpectu Condi-*
Eius familia. *toris clariùs exornabat* a. *Cùmque liberos non haberent, deprecati ſunt Dominum, & exaudiuit ora-* a Lect. 1. matutinali.
*tionem, dans eis filiam dictam votiuo nomine Conſortiam, in timore Dei educatam. At illa in pueri-
libus annis religioſum animum habere cœpit, Chriſto eam ad conſortium regni cœleſtis vocante, ex oc-
culta inſpiratione ſecundum præſagium vocabuli ipſius, veluti ſpes illorum fuerat. Et tandem cùm in
bono perſeuerarent, acceperunt alteram filiam, quam Tulliam vocauerunt. Gratiáſque Deo egerunt, di-
centes: Multiplicet Dominus per Conſortiam & Tulliam ſemen noſtrum, ſicut multiplicauit per* p Lect. 2.
Liam & Rachel in domo Iacob, futuræ repromiſſionis hæredes p. *Poſt hac ait Beatus Eucherius vxori:
Audiſti Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum per Euangelium ſuum nos ſalubriter admonentem, Ve-
nite ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos: tollite iugum meum, & diſcite* q Mat. 11. fin.
à me, quia mitis ſum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus veſtris q. *Quapropter decre-* Lect. 3.
Eremitoriū. *ui comam mei capitis tondere, & vitam ſolitariam ducere in conſpectu Domini. Quod Galla vxor au-
diens, in corde bono & optimo proiecit ſe ad pedes eius, gratias agens per Dominum, qui tanti conſilij
author eſſet: & precabatur, vt ſicut coniugali vinculo fuerant duo in carne vna, pari ſtudio ac propo-* r Lect. 4.
ſito necterentur vno in Dominum ſpiritu r. *Vnde Galla Eucherio viro ſuo: Permitte (inquit) vt ego
ad inuicem tibi ancilla tua deſeruiam. Et diuiſis omnibus quæ poſſidebant in tres partes, vnam pau-
peribus erogantes, alteram famulis ſuis inducentes, & tertiam filiabus ſuis relinquentes. Ingreſſus* ſ Amne Diceſiano ab
itaque Beatus Eucherius ſpecum ſitam in territorio Aquenſi in agro ſuo, quem montem Marcum ap- vrbe verſus
pellabat, ſuper fluuio Durantiæ ſ, *ſic vndique obſtruxit, vt ad eū nemo valeret ingredi, & beata Galla ei* Septentrionē
per feneſtellam quotidie cibos ad veſperam miniſtrabat, quatenus ipſa petierat t. *Tunc poſt non multos* diſtante ſeptem
dies filia Tullia virgo permanens migrauit ad Dominum ſepulta in agro ſuo ſpelunca vel duplici, quæ miliaribus in Phocenſi Pro-
dicitur Ceto u: *Et beatus pater dixit: Dominus dedit & abſtulit, ſicut ei placuit, ſit nomen Domini be-* uincia.
nedictum x. *Hanc Deus in conſortio ſanctarum virginum introduxit: quæ reuelauerat ſancta Gal-* t Lect. 5.
læ matri ſuæ propter impletionem mandatorum eam accepturam à Domino coronam, & beatum Eu- u Charpinus
cherium Pontificali cathedra ſublimari debere, atque ſororem ſuam Conſortiam in virginitate ſimi- dicit Teta.
lem vitæ coronam percepturam y. *Accidítque vt eo tempore Pontifex Eccleſiæ Lugduni migraret* Lugd. 1554.
ad Dominum. Mos autem erat præfatæ Eccleſiæ, vt quoties lege cunctis mortalibus debita ſuo vi- x Lect. 6.
duaretur Epiſcopo, in eligendo ſucceſſore reuelationem Domini expectaret. Tunc igitur triduo à cun- y Lect. 7. hic Charpinus
Reuelationes. *ctis præmiſſo ieiunio, cuidam puero apparens in viſu Angelus Domini, Eſt (inquit) Senator quidā* multò copioſior. ſed
nomine Eucherius ſuper fluuium Durantiæ retruſus in ſpecu, qui relictis omnibus ſecutus eſt Domi- vnde carpſit, neſcio. Iſta
num. Ad hunc adducendum pergite, & vobis Paſtorem illum conſtituite, quoniam à Domino eſt ele- præſertim:
ctus. Quod cùm puer ſenioribus diluculo retuliſſet, omnipotenti Deo cunctis Fratribus conuocatis gra- Galla vidit in ſomnis
tias egerunt z. *Inde miſſo cum Clericis ad præfatum locum Archidiacono, qui tunc Eccleſiæ curam* B. Tulliam
gerebat, inuenerunt eum, ſicut eis Dominus reuelauerat. Cùmque illi Archidiaconus rem, propter quā ſtola candida & chlamyde
Suorū quoque pictas. *venerat indicaſſet, cœpit cum iuramento dicere ſe voluntarium de ſpecu non egreſſurum, nec cum eo ni-* aurea fulgente indutam,
ſi ligatus & vinctus duceretur iturum. Cúmque talia diu repeteret, Archidiaconus effracto muro ſpe- &c. Tum ad
luncæ eduxit eum, & iuxta quod ipſe iurauerat vinctum perduxit Lugdunum. Quem pari animo a ipſo Conſorta tráſit.
vnoque conſenſu Clerus & populus ſibi eligens Sacerdotem in Pontificali Cathedra ſolenniter colloca- z Lect. 8.
uit. Et paulò pòſt gratias agens Deo ſpiritum reddidit. Galla verò vxor eius locum ſpeluncæ eſt in- a pa 21.

gr ſſa,

greſſa, in quo vir Dei latuerat: & reliquum vitæ ſuæ tempus, vt cœperat, religioſè peregit: Conſortia ſua filia quotidianum victum ſibi miniſtrante, ſicut ipſa priùs fecerat viro ſuo. Quæ beata Conſortia pòſt multis claruit virtutibus & miraculis. Et ſuis genitoribus defunctis, Eccleſiam ſuper ſpecu ædificauit. De qua pia virgine nos alia multa proſequimur Paragrapho ſequenti, tanquam optimo iure publicanda ſub hoc interim ordine ſuo, antequam ea tandem, quæ ad patrem Eucherium ſpectant atque ſuperſunt, exornanda perficiamus.

Paragraphus 3.

Caput 3.

S. Conſortiæ vita.

DE ſancta ergo Conſortia quædam meritò enunciaturi, monemus, quòd præfatus Charpinus prolixiora in huius virginitatis gratiam enarrat, qualia non amplectitur Breuiatium Cameræ: & vnde talia excepit, ille non aperit. Proponit duos tantæ virginis amatores, tametſi ad honeſtum coniugij finem. Vnus fuerat *Aurelius illuſtris*, patre Eucherio viuente, cui virgo poſtulanti reſpondit: *Sponſum habeo Chriſtum, qui me non derelinquet, donec introducat in thalamum ſuum. Et iuuenis ſiluit*[a], *&c.* Alter venerat, Hecca nomine, Curialis Clotarij primi Francorum Regis[b], mortuo dudum parente, vt eandem egregiè deſponſaret. Numen ſupplex precata & proſtrata, *ne præualeat ſerpens antiquus*[c], *&c.* effrenus adoleſcẽs mari cupiens appellere & portum capere, dum naui ad eam in littore videns exiret, miſerè periit aquis ſuffocatus nutu quaſi diuino, periculum hoc Angelo priùs reuelante eidem virgini piè à Deo exauditæ, quæ tanto miraculo diſcrimen votiuæ caſtitatis gaudens euaſit. Sic longiores Authoris periodos hac vice contraximus, materiam vberiore antea verborum ſerie & copia proferentes in præmiſſo Gallico noſtro de Sanctis tripertito Inuentario alphabetico quatuor potiſſimùm capitib. circa vnicum iſtud poſterius exemplum retentæ pudicitiæ[d]. Verùm alia denuò huc habemus cogenda de eadem virgine fortaſſis, quæ iam in Charpino minimè patent. Priſca ſanè Martyrologia Bedæ & Vſuardi, etiámque recentiorum Molani atque Baronij hæc peculiaria de quadam virgine talis in vniuerſum nomenclaturæ produnt in lucem X. Calendas Iulij[e], *in Monaſterio Cluniacenſi, Conſortiæ Virginis.* Deinde præfatus Cardinalis hæc omnia ſeorſum ibidem commẽtatur interpretationis gratiâ. *Fuerunt Conſortia & Tullia duæ filiæ S. Eucherij poſtea Epiſcopi Lugdunenſis. Meminit de his Ado ad XVI. Kalend. Decembr. cùm agit de S. Eucher. An autem Conſortia eadem ſit, poſtmodum condita in Cluniacenſi Cœnobio, nobis hactenus incompertum habetur.* Qua in re fidem certè humanam excedit hanc Eucherij ſecundi filiam in Cluniacenſi fuiſſe Clauſtro humatam, multóque minùs illic profeſſam Religioſam. Nam primò ne dum eo tempore cœpit florere Monaſteriũ Cluniaci, quia initium primarium nactus eſt locus eremiticus anno tantùm ſalutis octingenteſimo vigeſimo ſexto, & alterum principium ab anno nonageſimo decimo, ſcilicet annis poſt Eucherium & filios Antiſtites pluſquàm trecentis quinquaginta, aut ferè quingentis, veluti conſtat tum ex ſacro noſtro Chronico Maticenſi in Hildebaldo[f] & S. Geraldo[g] Epiſcopis, tum ex quinto præſenti elapſo hiſtorico ſeculo Euangelij pro Conſortia. Secundò, nunquam auditum eſt Cluniaci extitiſſe Conuentum fœminarum, ſed virorum duntaxat nullibi puellis miſcendorum. Tertiò, miſſum prætcrea facio hoc antiquius Bedæ elogium. *X. Kalend. Iul. depoſitio B. Nicetæ Romatianæ ciuitatis Epiſcopi, & Conſortiæ Virginis.* Quod ſanè vel generaliùs dictum eſt, vel longè remotus locus à præfata duorum recentiorum ſententia. Quartò, veriùs ergo renunciatum eſt in prælibatis noſtris Manuſcriptis hac priſcorum formula & dic: *In territorio Aquenſi S. Conſortiæ Virginis*: meliùs equidem quàm ſi dicatur: *In territorio Cluniacenſi.* Vox perperam (reor) ab hodiernis obdormientibus Typographis poſita, hanc labem per eorum incuriam Authori abſenti inurentibus. Quod autem iſtud MS. apophthegma in Aquenſi præclarè conſcriptum cenſeatur, argumento eſt, quia Aquenſis ciuitas & Parlamentum ab amne Durantia quatuor duntaxat bimilliaribus diſcrepat, vbi perinde Conſortia opportunè tradita ſit eccleſiaſticæ ſepulturæ. Quintò denique vnicum Molanum ſic alibi effati ſolitum aduerte. *III. Idus Martij, Monaſterio Cluniaco, tranſlatio S. Conſortiæ.* Ergo concluditur vel diutiſſimè poſt hunc virginalem obitum corpus delatum eſſe Cluniacum ex Durantiana montis Marci ſpelunca: vel prælum certè arbitrandum eſt allucinatum, poſito *Cluniaco* pro *Aquenſi*, vbi ſuprà viſum; teſte præfato veteri Manuſcripto, quia dudum legimus ex Surio illam ſpecum collocatam fuiſſe in territorio ſeu Diœceſi Aquenſi. Vnde breui poſtea temporis interuallo, ad hoc vt ſacræ Reliquiæ tutiùs aſſeruarentur ob bellicos tunc vrgentes tumultus, ideò veriſimiliùs in viciniorem munitiſſimam arcẽ Aquatum Sextiarum tranſlatæ putantur. Sed his demum rurſus adiungo, quod Charpinus aut alius quiſpiam nondum recenſuit, nimirum Eccleſiam ſeu verius Sacellum parœciale haberi ſub titulo eiuſdem beatæ Conſortiæ Deo conſecratum in Diœceſi Lugdunenſi ad bimilliare occiduum ciuitatis prope Baſilicam alteram Parœcialem Carbonariam, apud quam frequens

Diuerſa ſepultura filiæ S. Conſortiæ.

Quintuplex opinio.

[a] pa. 21.
[b] ab an. 560. ad 564. cuius filiam ipſa ſanauerat miraculo.
[c] pag. 23.
[d] Cap. 2. ar. 149. c. 20 ar. 77. c. 13. 11 & c. 50. a 190.
[e] hoc eſt 22. menſis Iunij.
[f] nu. 27. §. 6.
[g] nu. 25. §. 6. & 8.

frequens plebis concurſus deuotionis ergò peregrinatur ex Prouinciæ vicinia, maximè pro ſanguinis fluxu mirabili exitu comprimendo, vt plerunque fit.

Paragraphus 4.

Caput IV.

QVartò, poſt excitatos anteriores futuri Præſulis ſitus, exercitamenta & primordia, nunc ad res grauiores ab ipſo in Primatu præclarè geſtas deſcendendum. Plerique Scriptores[a] Eucherio attribuunt fabricam Baſilicæ Apoſtolorum, mox nuncupatam ſancti Niceti. Verum ſanè, vel primò ipſa cenſetur iam antea conſtructa conſecrataque, ex dictis ſuperiùs in ſanctis Albino ac Sicario Archiepiſcopis[b]: vel ſecundò horum Patrum corpora nondum illic tunc ſepulturæ mandata fuerant, quando ipſi obiêre, at lubentius tranſlata credentur poſt ſeculum ſancti Eucherij, ſi vera ſit iſtius Archipræſulis fundatio. Et is habetur quoque fundator egregius Recluſorum Lugduni ex Sarrazino. Quod verò ſpectat ad illam Apoſtolicam Eccleſiam: multis quidem hominum viſa eſt dicata Apoſtolis Petro & Paulo determinatim[c]. At cæteri Authores eam aſſeuerant dicatam Apoſtolis in genere: hoc eſt, omnibus ſimul. Atque Breuiarium Cameræ[d] Eccleſiæ Lugdunenſis, necnon & vetus Martyrologium Collegialis Eccleſiæ ſancti Petri[e] Matiſconenſis, addunt eam communi lege dicatam cunctis quadraginta Martyribus[f]. Præterea, nonnulli ſenes e Clero teſtantur ex traditione hauſtam inter plures ſententiam, quòd tempore illius Eucherij Sedes Archiepiſcopalis tranſlata eſt ab ipſa Apoſtolorum Eccleſia ad ædem ſancti Stephani. Quę opinio rite cohærebit, ſi perſuaſum ſit cuique, Baſilicam Apoſtolorum fundatam eſſe ante Eucherij ſeculum, aut ſaltem ab Eucherio duntaxat reſtauratam, ſeu priſtino ſplendori reſtitutam, poſt aliquod excidium. Alioqui ſtatim à fundationis tempore tranſlatio eiuſmodi facta eſſet. Quod ſanè conſilium aduerſatur alteri ſirmæ opinioni quæ eſt de ea Sede primaria aliquo notabili ſeculo conſtituta in Eccleſia Apoſtolorum, ex accepta pari traditione.

Eccleſiæ ab ipſo Lugduni conſtructæ.

a Homiliarũ cit. & inde
b Campeg. ac Paradin
b n. 14. & 20.
c Petr. de Natalib. cit.
d certa manu ſcriptum in pergameno
e 4. Non. Ian.
f fol. 187
f vel 47. did
14. martij, vel 49 die 24 ſeptembr ex Martyrolog.

Paragraphus 5.

Caput V.

Concilium Arauſicanũ II.

DVdum exegimus primum Prouinciale Concilium Arauſiſicæ[a] in Narbonenſi Gallia celebre factum, quale manifeſtum eſt Numero noſtro vigeſimo primo ſub D. Eucherio primo Archipræſule Lugduneo. Et olim cum illo cœtu iungebatur ſecunda in ea vrbe habita Synodus pariter nationalis pauculis pòſt annis ſub vno eodémque Eucherio in anterioribus editiunculis, priuſquam Baronius & cæteri Authores agnoſſent duos Lugduni aſſediſſe Eucherios, ab inuicem ſatis remotos. Nunc verò illam ipſam ſecundam eiuſdem ciuitatis ſacram coronam iſtic ſeorſum diſcutimus, quia deinceps recognita eſt tardius multò ibidem coacta ſub hoc alio Eucherio ſecundo Lugdunenſi, anno diſtinctè DXXIX. iam a fronte huiuſce Numeri XXX. comprobato. In quo certè Patres tredecim conſedebant. Et noſter iſte Eucherius fuerat horum quintus ordine. Nam extra ſuam Primatiam Galliæ Celticæ præeſſe debuit ſanctus Cæſarius Archiepiſcopus Arelatenſis abſente Viennenſi in horum Gallia Narbonenſi. Hi omnes vnà cum quatuor clariſſimis Patricus ſeu illuſtribus Præfectis Prætorij Galliarum, viginti quinque Capita decernere non dubitarunt. Ex illis verò aſſertionibus duas ſolùm hic commemorandas cenſemus, quæ pariter militant aduerſùs hodiernos noſtræ fidei hoſtes, & in quas præſertim telcſes pedem inferunt Caluinitæ. Vnde ſemper manifeſtum eſt hos poſthumos nunquam eſſe conformes primæ, quam oſtentare putant, Eccleſiæ. Prior textus Arauſicanus huc ſpectans eſt eiuſmodi. *Arbitrium voluntatis in primo homine infirmatum, niſi per gratiam Baptiſmi non poteſt reparari*[b], *&c.*[c] Quo ex loco aperte detegitur ſuperſtes libera in homine voluntas poſt lapſum protoparentis, etſi exinde paulò diminuta videatur quoad ſolos motus viuaces bene operandi: non verò quoad radices libertatis. Minor autem ea promptitudo verſatur circa bonum duntaxat diuinum amplectendum beneficio virtutum infuſarum, ſeu gratiæ: at nequaquam in nolle & velle bonũ aliquod morale, quod Dei gratiâ nõ eget. Nã hæc circa res humanas electio remanet ſemper integra, & æque fortis ac conſtans poſt læſam per peccatum naturam. Interca vix vlli mirum, ſi prior libertatis ſpecies in Deum ſit infirmior ſit. Quippe talis electio tendens in Deum minimè eſt aut eſſe poteſt pura actio naturalis aut morum, ſed planè ſupra vires naturæ. Proptereaque habet opus præueniente Dei auxilio, ac deinde cohabitante ipſo gratia interius, qua mutatur noſtra voluntas e prauo habitu in probum, tendẽs verſus cœleſtia pro animæ ſalute. Sic enim Chriſtus vergit in eam nos adhuc præueniendi huc tenus mouendi neceſſitatem, quando ait, *Sine me nihil poteſtis facere*[d]. *Nemo poteſt venire ad me, niſi Pater traxerit eum*[e]. & Paulus hinc, *Deus eſt qui operatur in nobis & velle & perficere*

a à Orange.
Et Eucherius ibi 5. Democ.
To. 3. c. 55.

529.

Duo potiora eius Acta.

Eſt Arauſicanum II.

b cap. 13.
c 14. 21. 23. de eadem re.

1. Decretum.

d Ioan. 15. 5.
e c. 6. v. 44.

Pro libero arbitrio contra negantes Calvinistas.

perficere[f]. Qui profecto [illegible] diuin[illegible] arbitri[illegible] in nobis, quicquid in aduerſum affirmare audet Caluin[illegible], ſed [illegible] ſolendi in beatitatem deſignare voluit S[illegible]. Qu[illegible] attollitur, quoties Deus noſtris cooper[illegible] pe[illegible]bus. Et [illegible] illo [illegible] concu[illegible] noſtrum ad totum [illegible] robur ſuum redit, [illegible] Adamu[illegible], ante nox[illegible] in ex[illegible] quaſi nuſſum viſum eſſet antea vulnus [illegible]. Ad[illegible] Se[illegible] liberior[illegible] ſtrat in illo [illegible] ſtatu, [illegible] conſequ[illegible] pollicet[illegible]. *Si vis ad [illegible] mandata [illegible] & [illegible] omnia [illegible] ſequere me.* En du[illegible] oppoſiti[illegible] conditio, ſeperet[illegible] peſſime aſſe[illegible] Caluiniſtæ, A[illegible] & no[illegible] veſti[illegible] [illegible], non [illegible] mutatam ſolummodo, ſed [illegible] abſorptum [illegible] omni [illegible] addictum[l]. [illegible] qua vide [illegible] an[illegible] Celticæ Eccl[illegible] dimuncula, [illegible] III.[k] [illegible] protexi[illegible] Diuum Ch[illegible]ſtomum ab obi[illegible] Caluinianis [illegible] calumniis, [illegible] arbitrio diſerte loquutum[l].

Paragraphus 6.

Decretum II. Concilij II Arauſicani.

THeſis altera poſteri[illegible] Concil[illegible] Arauſicani in compromiſſis expectata eſt ſtudiu[illegible] & præci[illegible] de conce[illegible] noſtri arbitrii in cooperando [illegible] no[illegible] ve[illegible], de bonis n[illegible] op[illegible]bus humanæ beatit[illegible] ad [illegible] ac pernecceſſariis vna cum di[illegible] pro æterna [illegible] tate [illegible] polenda [illegible] etiam num mercedis. Hæc ſing[illegible] haud obſcure [illegible] Synod[illegible] A[illegible]. [illegible] *bona [illegible]* inquit [illegible] *adiutorium Dei renatis ac [illegible] implorandum [illegible] ad finem bonum perv[illegible] in bono poſſint operi per[illegible] urare*. Tom. [illegible] *bon[illegible] operibu[illegible] ſi fiant*. T[illegible] dimicant omnia adu[illegible]

Pro operibus cum fidem.

Caluiniſtas qui temere [illegible] prode[illegible] ſuffi[illegible] fo[illegible] fidem, qu[illegible] p[illegible] ectam [illegible] volunt, hoc e[illegible] diuinæ [illegible] gratiæ perpetuo. [illegible] cum pl[illegible] in [illegible] C[illegible] *ab [illegible] a ſanctis extre opus, quod [illegible] ſecenſ[illegible], non mere[illegible] inſtaur[illegible]*. Et paulo poſt [illegible] *quam ex[illegible] hominis opus, quod ſi ſincero [illegible] narretur, [illegible] damnabile.* Rurſus ali[illegible] eodem Capite. *Doctrinam noſtra[illegible] ſ[illegible] uellantur, cùm [illegible] fide [illegible] &c. cùm [illegible] quam [illegible] adie[illegible] fieri non ſuſtinens, &c.*

Textus oppugnantis Caluini.

O[illegible] potiu[illegible] vero n[illegible] in [illegible] laudem, fidei & [illegible] charitati annexarum. *Red[illegible] op[illegible]* Dei pr[illegible], *vt referat [illegible] que propri[illegible] corpori [illegible] mundi [illegible] eſurinenim [illegible] dedi[illegible] mihi [illegible]* [illegible] terioru m commendatio. [illegible] expreſſiu[illegible] Apoſtolu[illegible]. *Vides, quoniam [illegible]* [illegible] ne prima ſi[illegible] D. Pau[illegible][h], [illegible] *gloriam* [illegible] periodo Iacobus [illegible] poſt [illegible] & in ſtatu gratiæ conſtituti[illegible] poſte[illegible] G[illegible] ve[illegible] ris operibus morum ante fidem [illegible] acceptam[illegible]

Scriptura & Patres pro [illegible].

deque [illegible] Chaldæorum, [illegible] ante [illegible] Deo abi[illegible] T[illegible] quaſi infid[illegible] [illegible] duntaxat te[illegible] po[illegible] lam[illegible] cœli[illegible] apud [illegible] hæret[illegible] mi[illegible] pretan[illegible] D[illegible]orum [illegible] D[illegible] Co[illegible]ſtom[illegible] & A[illegible] A[illegible] S[illegible] pe[illegible] *pr[illegible]* *pud D[illegible]* [illegible] & H[illegible] *prop[illegible]* D[illegible] pœn[illegible] edi[illegible] *nihil aliu[illegible]* L[illegible] ſus eſt prorſu[illegible]. De qu[illegible]

Paragraphus 7.

Caput VI.

Decretũ vnicum ſuper eſtũ Concil. III. Arelatẽſ.

PRo exitu: quòd pertinet ad Concilium Carpentoractenſe huius ordinis [a],& cui ſuffragatus eſt Eucherius II. cùm nihil directè contineat exoſum Caluinitis, ideo nos ad tertium Arelatenſe mox gradum facimus. Huic conuenêre quindecim Patres: inter quos ſedit vndecimus Eucherius [b] illuſtrioris notę. Ex multis autem Capitulorum textibus, qui in eodẽ cœtu conſcripti ſunt, & quos omittimus: tria grauiora hic recenſemus. Sed priuſquam id munus aggrediamur: obiter Lectorem monemus, quòd in calce primi Capitis [c] fit mentio ſacrificij Miſſæ ab ordinato Clerico offerendi. Idque beneficium planè diuinum competenter ibidem occurrit ſub primitiua Eccleſia nimirum in tardiorum Caluinitarum deteſtationem malè prohibentium hunc præcipuum veræ religionis ſcopum & finem eximium. De cętero verò, primarium illius triadis membrum eſt eiuſmodi. *Nullus pœnitentem [d], nullum digamum, nullus viduarum maritos in prædictis honoribus audeat ordinare. Et licèt hoc iam propè omnium Canonum inſtituta contineant: tamen ne cuiquàm Sacerdotum ſupplicantium importunitas vel ſuggeſtio iniqua ſubrepat, neceſſe fuit, vt nunc ſeueriorem regulam ſibi velint Sacerdotes Domini imponere* [e]. Quo in decretulo, quando vetatur, ne polygami aut viduę vir ad Presbyteratũ ſeu Diaconatum aſſumantur, cò quòd irregularitatem contraxerint, ſine peccato tamen aſanè ex conſequenti facilè licet inferre mentem etiam Concilij eſſe, quòd docere velit cœlibatum in Eccleſia religiosè obſeruandum, vel colendam votiuam caſtitatem in Clero ad maiores Ordines promoto. Taléque Synodi propoſitum apertiùs & latius manifeſtat ſecunda ſua Sanctio, quę etſi non compareat in ipſomet Concilij corpore: nihilominus extat diſertè in Decretorum Voluminibus à veteri Canoniſta Gratiano compilatis, & in vnum copularis ſub nomine ipſius tertię Prouincialis Synodi Arelatenſis. Eſtque de voto caſtitatis in maſculis Clericis ſecularibus. *Placuit vt deinceps non ordinentur Diaconi coniugati* (ait [m]) *niſi prius conuerſionis propoſito profeſſi fuerint caſtitatem.* Et tertius Canon ſic alibi in ipſis Decretis adſeritur pro fœminis Monialibus Arelate. *Sciendum omnibus, quod Deo ſacratarum fœminarum corpora, per votum propriæ ſponſionis & verba Sacerdotis, Deo conſecrata templa eſſe, Scripturarum teſtimoniis comprobantur* [n]. Quod triplex genus in vnum ritè coaleſcit. Et ex religioſis talibus Monachus fuerat D. noſter Eucherius. Hunc autem totum Ordinem ſacrum damnat ſine cauſa Caluinus [o]. Imprimis vt variet & ſerò euaneſcere iubeat, quod antiquum negare haud poteſt, Monachos diſtribuit in eorum ſtatum, qui primis quatuor centuriis euangelicis floruẽre, & qui deinde a poſterioribus ſeculis hactenus viſi ſunt. Priorem formam admittit, at poſteriorem reprobat. Et adhuc prauo decipiendi animo ſcribit de veteribus Monachis eos aſpero ſolùm vitę genere ideo viſos, & idcirco horum Collegia fuiſſe erecta, vt illę ſolitudines forent rudimenta ac ſeminaria duntaxat, quibus ad eminentiorem ſtatum diſponerentur, videlicet Epiſcopatum [p]. Quinimò certè videretur exinde ſequi eos potius ambitionis cupidine Cœnobia ingreſſos, ex Caluini ſtilo & mente. Secundò, dum coniugia extollit, vt concludat ſingulis etiam miniſtris Eccleſiæ permiſſum eſſe nubere, more ſuæ ſectæ, è diametro monachalia vota deprimit. notátque [q] Monachos quondam inſtitutos ad exercitium & ſubſidium dũtaxat, vt homines paſſim cum Dei timore in chriſtianiſmo firmi remaneant abſque expreſſo caſtitatis voto, quod emiſiſſe putẽtur in iſto monachali viatico. Tertiò, vult monachalem ſtatum nullam habuiſſe diuinam comprobationem [r]. Quartò, peſsimè fingit Monachos ita inuicem colligatos, vt cõſpirent aduerſùs Eccleſiam [ſ], à qua legitima reliquorum omnium fidelium ſocietate ſe abſtrahant, eóſque vocat litigioſa ſchiſmaticorum hodie conuenticula, quæ totum Eccleſiæ ordinem conturbant & mouent.

Pro voto caſtitatis Monachalis.

Quadruplex alia ſententia Caluini cõtra ea vota.

a ſub vnico capite.

b quia Arelatenſes non ſunt in Gallia Celtica.

c eſt caput 3. in ipſo Conc.

d publicè.

e eod. cap. 3. alibi.

m diſt. 28. c. 7. Præterea.

n Cauſa 27. qu. 1. c. 3.

o 4. Inſt. cap 13. § 8.

p tales dicit Greg Nazianzen Baſil. Chryſoſt.

q § 10.

r § 11.

ſ § 10.

Paragraphus 8.

Confutationes.

HÆc verò mẽdacia ſigillatim refellimus. Ad primum quod homines monachiſmũ haud ſuſcipiant, vt ſolummodò doceant alios rudimenta conſcendendi ad forenſe regimen Eccleſię, ſed potiſſimùm etiã vt caſtitatem Chriſto virgini deuoueant, præter perſonalem horũ paupertatẽ, id probant acerrimè veteres. Primò S. Areopagita [t] *Abrenunciatio* (inquit) *perfectiſſimam Monachorum philoſophiam ſignificat* [u]. Vbi certè renunciatio vniuerſim ſumpta cõplectitur ſuapte natura omnes abrenũciationis ſpecies circa res externas, eáſque triplices: nẽpe circa coniugia longè arcenda, agrorũ proprietates, & ſpontaneã volũtatem. Vnde is de Monacho Demophilo ſcribit hæc tria [x]. *Rationi, furori & libidini ea quæ ſunt dignitatis conſtituat, nec violet ordinẽ ſuum.* Id eſt, non contaminet corpus ſuũ ad libidinẽ, de qua cũ diſerte loquitur cõſpicitis: ſimiliſque ordinẽ pro ſtatu firmo & permãſuro capit: quæ firmitas totius vitæ ſuperſtitis concipi nequit ſine voto perẽnis caſtitatis corporis, velut opponẽdæ faſcibus prętiſtæ libidinis. Quod autem ea ſit mens ipſius Authoris, rem clarius manifeſtat ſecundo loco Dominus Clemens Pont. Max. illius coætaneus, qui eundem Dionyſium Lutetiam Pariſiorum miſit Epiſcopum. *Ex his* (inquit) *qui cœlibes in Clerum peruenerunt, iubemus vt Lectores tantum & Cantores, ſi velint contrahant matrimonia* [y] ſcilicet, illi contrahant qui infra Subdiaconatum

Ad 1.

Tres Doctores.

t in 1. ſeculo Eccleſiæ.

u c. 22 eccleſ. Hierarc.

x Epiſtola ad ipſum.

y can. 25. Apoſtol an 91.

diaconatum minoribus duntaxat Ordinibus inter ſeculares Clericos vinciuntur. Iſque mos perpetuæ caſtimoniæ, quem exhorreſcunt Caluinitæ, ab Apoſtolica Eccleſia ſic oriundus, hodie feliciter percrebreſcit in ſola vniuerſa Romana. Tertiò, dicit Origenes [z] iterum perſpicaciùs pro vtroque ſexu diuinis mancipato: *Offeramus et noſtram corporis caſtitatem, &c. Qui in caſtitate viuit, corpus ſuum vouit Deo, ſecundùm eum* [a] *qui dixit, Virgo cogitat, quomodo ſit ſancta corpore & ſpiritu.* En nomine caſtitatis & voti abſolutè conſcripto intelligit votum ſolenne corporis, nec ſolius mentis, ne paſſim eò diuerticuli regrediatur aduerſarius. Qui ſanè Origenes ligat inſuper ſententiam Apoſtoli ſeu iuris diuini vno plane ſenſu ad eas voti ſolennitates: dum rurſus adiicit ex eadem ſacra pagina: *Volo omnes vos vni viro virginem caſtam exhibere Chriſto* [b]. Qui cuncti ſacrorum Bibliorum textus verè includunt hominis votum ſeu realem traditionem, exhibitionem ac poteſtatem ſui corporis Deo præpotenti liberè factam, velut marito. Quod eſt promiſſio per verba de præſenti; & actus latriæ, religioniſque indiſpenſabilis, ex vulgari Doctorum conceptu [c]. Monachi verò clauſtrales minimè tenētur expectaſſe Ordinem ſacrum ab Epiſcopo cōferri ſolitum, ſicut Clerus ſecularis, donec eò tendat, vt ipſi votum ſuum emittant. Sed confeſtim dum fixo corde promittunt, etiam in laïco ſtatu, ligantur voto perenni: niſi fortè in priuatis ædibus extra Monachatum [d] adeſſet imprudentia per circunſtantiarum defectum, & cauſa poſtmodum diſpenſandi. Ad ſecundum argumentum, quòd impudentiſſimè narret idem Caluinus Monaſteria fuiſſe quondam mera Collegia humanæ inſtructionis citra votum, liquet ex præfato Areopagita, qui ex aduerſo teſtatur; *Monachorum Ordinis non eſſe alios deducere, ſed in ſe ac per ſe perſtare in ſingulari, ſanctóque ſtatu* [e]. Nimirum primarius eorundem finis erat perſonalem ſolitudinem quærere, aut in communi viuere, diuina præſertim meditando, ac perſiſtere in illo vnico ſtatu explendorum votorum, quę ipſi ignitæ charitatis feruore expreſſerunt. Bene tamen ex accidenti docuerunt pios philoſophicas & theologicas diſciplinas, ad fouendam adaugendámque mentis illuſtrioris effectæ puritatem, maximè quandiu aliæ doctrinarum Academiæ in orbe Chriſtiano deficerent, vel nondum adeſſent, quæ poſtmodum inter ſeculares viſuntur conſtitutæ in celebrioribus vrbium mœniis, cùm antea monaſtica Religioſorum ſepta includerent optima quæque literarum ſtudia. De quorum circunſtantiis nos alia in ſequenti Archipręſule [f]. Ad tertium, extremo quarto ſeculo perſpecta ſunt diuina eloquia apertè ſatis monachale votum approbaſſe. Nam præter iam allatas Scripturæ pagellas in D. Paulo, eáſque omnino conformes iuri eccleſiaſtico ex deprompto Origenis teſtimonio apud vniuerſam Eccleſiam recepto: ſuccurrit præterea authoritas D. Auguſtini [g]: qui ſic eò compellit Chriſti ſententiam, ſimul & aliam eiuſdem Apoſtoli: *Quiſquis ſeipſum caſtrauerit propter regnum cælorum* [h], *& in corde ſuo continentiam vouerit* [i], *ſi nubere voluerit, ſecundùm Apoſtoli ſententiam habebit damnationem, quia primam fidem irritam fecit.* Ad quartū empodiſma; quòd nō conſpiret in Eccleſiam ſacra Monachorū adunatio diuerſæ ſocietatis & habitus, vt ipſi ſchiſma inferant: id praxis Cœnobitarum edocet ſub prima & hodierna poſteriore Eccleſia: qui certè viſuntur præclarè vnitati eccleſiaſticæ aſſentiri, pléque concurrere. Hoc itaque pacto, de illis multis vniuerſę Eccleſiæ ornamentis, intellexit diuinus planè Spiritus in genere per os Vatis [k] prænunciare, quòd ipſa Eccleſia ſuorum cultorum ſupellectile peruenuſta adſtat tanquam *Regina in veſtitu deaurato circundata varietate, & in fimbriis aureis circumamicta varietatibus.* Ita paſſim vetuſti Patres, & maximè Caſſianus [l] de *veſtitu deaurato*, déque *varietate* aſſumpta, tum pro *gemmis virginum*, quibus deſcribuntur Monachæ caſtitatem in Eccleſia & cellulis deuouentes, tum pro *purpura pœnitentium*, quales extant omnes Cœnobitæ pœnitentiis toti addicti ex primæuo inſtituto. Sic aliunde fortiores euadunt Canones Arelatenſes, vtrique conditos partim ſuffragiis D. Eucherij generoſioris Athletæ & religioſiſſimi Archimandritæ. Plura verò in id congeſtūt [m] recētiores ac Celticæ noſtræ priores Controuerſię [n], quibus patent plerąque fraudes & technæ deceptoris Caluini, textus Patrum deprauantis, quotquot ſuo contraniuntur errori. Tādem verò quod ſpectat ad ſanctum Eucherium ſecundum, ipſe *poſtquam impleuit miniſterium Chriſti, feliciter ad Chriſtum migrauit XVI. Kalend. Decembr.* ex Petro de Natalibus [o], anno tamen incerto, nimirum ſecundum veteres in prioribus Baronij Annalibus ad annum quadringenteſimum ſexageſimum tertium: at in poſterioribus poſt annum 529. hoc eſt, vſque ad annum fortaſſis quingenteſimum trigeſimum primum, vel quingenteſimum trigeſimum ſecundum, nec vix vlteriùs, ob adſequentis Chronologiam.

Marginal notes (left): Id votum eſſe de iure diuino. — Ad 2. — Collegia in Monaſteriis. — Ad 3. — Auguſt. 4. Doct. — Ad 4. — Cœnobia Eccleſiæ ornamenta.

Marginal notes (right): z ſeculo 2. in cap. 18. Numeror. Hom. 24 — a Paulum 1. Cor. 7. v. 34. — b 2. Cor. 11. v. 2. — c S. Th. 2. 2. q. 88. a. 1 & 5. Soto de Iuſt. & iure li. 7. q. 2. art. 5. — d in voto ſimplici perpet. caſtitatis. — e cit. ca. 23. — f n. 22. §. 4. ſi. — g to. 3. de fide ad Petr. in me bo — h Chriſ. ex 19. Mat. v. 12. — i 1. Timot. 5. v. 12. — k Pſal. 44. ver. 11. & 15. — l Author Monachus ad an. 420. diſcipulus S. Chryſoſtom. — m Bellar. to. 2. de Monachis, li. 2. c. 6. — n Par. 3. c. 4. ſect. 5. 6. 3. & c. 5. ſect. 5. — o li. 10. c. 67.

XXXI. *Paragraphus* 1.

Lupi ſ. etymon.

SANCTVS LVPVS primùm Anachoreta, deindéque Archipræſul, eſt is, cuius pręconia orditur & perficit hiſtoria ſoliti veteris Breuiarij Cameræ [a], — a fol. 285. ad 25. Sept.
Ciſce periodis. *Lupus ſuo nomine dictus eſt lux vniuerſalis Paſtoris Domini noſ. Ieſ.
Chriſti. Lux enim ineffabilis diuinitatis mirabiliter in beato Lupo illuxit, tam in
eius ſancta vita, obſeruationéque mandatorum Dei omnipotentis, quàm in patroci-
nio egentium ad ſe confugientium* [b]. *Beati igitur Lupi Confeſſoris Archiepiſcopi Lu-* — b Lect. 1. Matutinali.
*gduni proſapiam non noſcens terrenam, ſummam illius ingenuitatem, Dei ſeruitutem nobilitatémque
tantummodò hic credo inſerendam. Nam ſicut in cauſa veteris exempli circunſcribitur Melchiſe-*

Genus ſuum.

dech ſubito introductus, & vt ait Apoſtolus [c], *ſine patre, ſine matre, ſine genealogia electus, eo pa-* — c Hebræor. 7.3.
cto in iſto Præſule altitudo dignitatis magis quærenda eſt, & indoles fidei ac virtutis [d]. *Cauſam* — d Lect. 2.
*verò huius nominis Lupi puto eſſe prouidendam, non humanæ prudentiæ, ſed diuini inſtinctus in-
duſtriâ. Etenim, cùm nomina ſingulis creatis imponantur aut induſtriâ, aut fortuitò, vel euentu,
certè quodam præſagio hoc nomen videtur impoſitum, vt de lupo fiat paſtor verus* [e]. *Vel quia Græ-* — e Geneſ. 49. 27. & Luc. 10.3.
ca etymologia lupus dicitur quaſi leopos, id eſt leonis pes: Leonis vtique, qui de tribu Iuda vicit [f].
Cuius pedibus appropinquare, eſt doctrinam accipere vel habere: ſine etiam diſgrediendo per mun- — f Gen. c. cit. v. 9.
dum, & ſemen vitæ diſpergendo, verbum Dei docere eſt [g]. *Voce etiam ſupplantatoris, filius dex-*
tra dicitur lupus, mane comedens prædam, veſperáq; diuidens ſpolia. Cùm vtique populos, quos — g Lect. 3.

Vitæ auſteritas.

*malignus compediuerat hoſtis, munere fultus diuino, arma in quibus confidebat abſtulit, & cor-
pori Eccleſiæ inſeruit. Ad vltimum verò miniſtros Chriſti diſponendo elegit, atque in tempore
illis tritici menſuram diſtribuit* [h]. *At verò ſi de loco Lupi ſitúve quis requirit, ſanè fuit iuxta Lu-* — h Lect. 4.
*gduni mœnia ſecus plures fluminis Araris decurſus, ſicut multorum relatu compertum eſt. Quia ſic-
ut Helias quondam vates & Ioannes in deſertis, ita iſte Lupus ſecretis reſidebat in locis. Fallaciæ
naufragia mundanæ puerulus perhorrebat: atque euadre geſtiens, manum, quam ad ramum pom-
pæ ſecularis porrexerat, retraxit. Et anachoreticæ, vitæ bonæ proſpiciens, elegit hoc regimen, &c.
Inuentus eſt in campis ſyluæ, dum fertilibus operibus admodum fructificauit, & in populorum lati-* — i vie ſpeculatiue, contemplatiue.
tudine dilatando amplificauit [k]. *Sigiſmundi enim temporibus vir iſte clarere cœpit: qui Rex pius
& puerulus deuotus ſe eius familiaritate ſociauit, quatenus erat prouidus & ſanctitate conſpicuus.* — k Lect. 5.

Epiſcopatus ipſius.

*Iſq; Princeps ſpiritu etiam prauidens, dum ſanctus puer alius ei ſocius teneretur ſecretus, ait:
Lupus hic non raptor ad perdendum, ſed prouiſor ouium fiet ad ſaluandum. Paſtor electus in vr-
be Attaria* [l] *erit, Eccleſias Chriſti conſtruet, caulas ouilis fabricabit, gregem Domini adaugebit,
atque talentum ſibi creditum in præſentia ſui Domini introductus duplo in augmentum. repræ-* — l aut ad altaria.
*ſentabit. Delabente autem poſtea temporis curriculo, & Lugdunenſi Præſule diem explendo ex-
tremum, Pontificalis vacuata poſſeſſore Cathedra taliter imparem adepta eſt ſeſſorem* [m]. *Plebs ita-* — m Lect. 6.
*que, cœtus, Clerúſque vniuerſus, prædicti Regis ſententiâ animati cùm eſſent, Lupum requirunt
ad Paſtoris officia ordinandum:* ipſo Rege antea prophetante iam probabiliis defuncto

Geſta eiuſdē.

tempore iſtius ſuæ electionis. *Quem tota virtute renitentem, captum ſecretalibúſque ere-
ptum ſedibus, tanquam domus Dei dignum, Eccleſia præordinauit diſpenſatorem. Caput vrbis
effectus nullo pompæ pedem intulit, nec quod extiterat, eſſe deſiit* [n]. *Quàm prudenter ſe in filiorum* — n degens vel ut anachoreta. Lect. 7.
*ſuorum vigilantia præſtiterit, poſſibile non eſt euoluere. Sed cum aſtutia ſerpentis vrgeret, co-
lumbæ ſimplicitate non carebat: declinare nocua, & agere proficua ſubiectis ſibi populis perſuade-
bat, &c. Quaſi prouidus nauclerus clauum gubernaculi & malum carbaſi firmiter ſtrenuéque
proſpiciebat, &c. ac procellis imminentibus nequaquam cedebat, ſed anchorâ fides tutus, omni
ſedata tempeſtate, lætus gubernator ſedebat tranquillus* [o]. *Iuſtitiæ verò libramine cuncta ponde-* — o Lect. 8.
*rabat: atque vt de ſancto legitur Zacharia, in omnibus mandatis & iuſtificationibus Domini
ſine querela incedebat. Et cùm ſit iuſtitiæ officium ſua cuique tribuere, Deum præ omnibus &
ſuper omnia diligendo, proximum æqua lance vt ſeipſum amare procurabat. Deo quotidie debitæ
ſeruitutis obſequia, & Fratribus humanitatis reddebat officia. Minoribus honoris reuerentiam,*

Alij Præſules eius vocis.

paribus æquitatis exhibitionem, & ſubditis prouidentiæ impertiebatur vigilantiam [p], *&c.* En — p Lect. 9.
profectò vitæ Præſulis excellentia: ac ſui adeſt nominis etymon iſtic certè notatu di-
gniſſimum, eò quòd maximè ratio hæc vocis communis etiam dici poteſt ſanctis pariter
Epiſcopis Senonenſi, Trecenſi, & cæteris, quos alibi paſſim legimus eiuſdem Lupinæ ap-
pellationis præclaro refertæ myſterio.

Paragra

Paragraphus 2.

SEd iam ordine de crepuſculo temporis, quo cœpit noſter S. Lupus ad Lugdunenſem
Primatum conſcendere, diſſeramus. Sanè baſis vnde hoc percontari liceat, pendet ferè &
in circum ex diario, quo defecit ſanctus Sigiſmundus olim Burgundiæ Rex [a], qui proculdu-
biò ex dudum allegatis ſuprà [b], obiit Martyr in puteum diſiectus & miraculis clarus anno
DXXVII. [c] ex Baronio, aut pluſquàm decennio priùs ex quibuſdam aliis [d]. Ante quod tem-
pus noſter Lupus ab Ephœbis educatus & vltrà cum illo Principe, neque adhuc eo etiam
mortis anno, nequiuit Antiſtitem agere, quia obſtat ſecundum Arauſicanum Concilium
decernens anno DXXIX. & ibidem præſente ſancto Eucherio ſecundo Lupi anteceſſore.
Ergo Sigiſmundus, qui vt vates prædixerat Lupi præſulatum, veriùs iam dudum obierat,
quando Archiepiſcoparum conſecutus eſt idem Lupus, vaticinationis effectum & exitum.
Adeóque Sedes ſancti Lupi incidit Lugduni anno circiter quingenteſimo trigeſimo ſe-
532. cundo, aut trigeſimo tertio, eò quòd poſtmodum aderat Præſes in Prouinciali Synodo Au-
relianenſi, non quidem primo, vt cenſent pauci, ſed tertio viginti ſex Patrum, ex Demo-
chare [e], Renato Chopino mihi quondam amico ſ...tum ex Vignerio [g], & Lugdo Triputio Re-
gio Conſiliario Aurelianenſis Curiæ in ſua Syluicula antiquitatum Aurelianorum. Qui
profectò cœtus legitur in Tomis Conciliorum celebratus an. DXXXVII. vel ex aliis anno
XXXIX. ſed veriùs præciſè anno DXL. ſub Vigilio I. Pontifice Max. anno ipſius tertio,
hoc eſt, anno 26. Childeberti Francorum Regis, & ſub Imperatore Iuſtiniano filio filiæ (vel
537. ſororis ſecundum alios) Imperatoris eius anteceſſoris, ex Ioanne Baptiſta Ignatio, atque Vi-
539. gnerio. At minùs ritè ſub Imperatore Valentiniano III. ex quodam recentiore [h]: cùm Va-
540. lentinianus ille Cæſar fuerit ab anno 425. ad annum 450. duntaxat, etiam ex Annaliſta Ba-
ronio, præterquàm ex Genebrardo. Sub qua Lupi præfectura in eiuſmodi Concilio, facilè
primò concludendum venit, eum non habendum velut ſimplicis Epiſcopi nomine prædi-
tum, ſed tanquam verè Archiepiſcopum ſeu Metropolitanum, quia præerat multis aliis
Metropolitanis Numero XXIX. Epauni recenſitis ſub ſancto Viuentiolo ad alios ibidem
fines [i]. Quæ ſanè res arguit apertè Archiepiſcopatum, ne dicam Primatum aduerſus minùs
bene oculatos, qui cenſent inſigne Archiepiſcopi ſeriùs aduenitſſe Leidrado: de qua mate-
ria illo ſuo loco [k]. Nam vt ſecundò pleniùs dicam: ex eo apparet illum ibidem agni-
tum Galliarum Primatem: quia Synodus in Aurelianenſi ciuitate eſt conuocata, nimirum
extra fines quatuor Epiſcoporum Suffraganeorum [l] Archiepiſcopatus Lugdunenſis. Etenim
Sedes Aurelianenſis ad Senonenſem Archipræſulatum pertinet vnà cum Pariſienſi, Carno-
tenſi, Niuernenſi, Trecenſi & Antiſiodorenſi Epiſcopatibus ſuperiùs commemoratis [m]. Ex
quo manifeſtus eſt Primatiæ Lugdunenſis effectus, antea toties comprobatus [n], necnon
inferiùs in totam Eccleſiaſticam Senonenſem prouinciam: quorum profectò Senonum
Archiepiſcopus, cùm ibi teſtetur ſuorum præſentiam Comprouincialium, certè Meldenſem
quoque Antiſtitem digito monſtrat. Tertiò, ex aliaris etiam patet latius, quàm vere excel-
lat eadem Primatia ſupra Archiepiſcopatus Turonenſem & Rothomagenſem, tanquam re-
cenſitos in Catalogo infra aut poſt Lugdunenſem Archiepiſcopum [p]. Qui etſi non referant
ſe eò acceſſiſſe *cum ſuis comprouincialibus*: more aliorum Metropolitanorum: ipſi tamen Suf-
fraganei ex maiore parte illic ſua dedère ſuffragia. Teſtes ſunt primùm Andegauenſis &
Nannetenſis ſub Turonico Archiepiſcopatu: tum Conſtantienſis, Ebroïcenſis, Sagienſis,
Abrincenſis, & Lexouienſis ſub Rothomagenſi, inter plures harum Sedium partes. Quartò,
addam & iſtud. Ex illo inſuper catalogo poſſet inferri prouincias Delphinatus & Aquitaniæ
ad Lugdunenſem quoque Primatiam pertinere: licèt illa Viennenſem, hæc Bituricenſem
Præſules ſibi rurſus pro Patriarchis & Primatibus vendicet. Quippe præter hanc duplicem
primariam Sedem Aureliis præſentem, interfuêre Epiſcopi Claromontanus & Cadurcenſis
ſub Arcadio ibi ſecundo Bituricenſi Patriarcha, necnon Vrſulus Gratianopolitanus ſub ad-
ſtante Pantagatho Viennenſi, qui Archiepiſcopus * cùm præterea ſanctos ſuos Coëpiſco-
pos vocet, ſanè reliquos ſibi Suffraganeos concipit, Viuarienſem, Dienneuſem, Valentinien-
ſem, Maurianenſem & Geneuenſem Antiſtites. Quos omnes hîc perſpicuum eſt ſe Lugdu-
nenſi Archiepiſcopo ſubieciſſe. Cæterum verò, miſſum facimus, quòd ſi quis paulò nimis
ſtudioſus perueſtigare velit, quare cuncti præfati Archiepiſcopi, aut horum nonnulli ſuas
præfecturæ Sedes ſupra ſuos ſaltem Coëpiſcopos non retinuerint, dum omnes penè Suf-
fraganei prouinciæ Senonenſis antecedant ſuum Archipræſulem, aut priùs ad minus ibi-
dem conſcribantur. Certè dicerem aut id geſtum ſummo perfectæ humilitatis ſtudio, qui
ſe à titulorum fronte peccatores præmittebant: vel ſedentes lubentiùs temporaneam
fortè ſuarum conſecrationum ſeriem piè ſequutos eſſe. Et rurſus audias. Quando legimus

Margin notes:
Tempus ſui ingreſſus.
Concilium III. Aurelianenſe.
Metropolitanus qui.
Comprouinciales qui.
Quoſdã Archiepiſcopos ſediſſe in Cõcilus poſt ſuos Epiſcopos Suffraganeos.

[a] Greg. Turo. li. 3. Franc. cap. 6.
[b] nu. 21. ad marg. & nu. 39 §. 1.
[c] non 515. ex Sigiberto. Feſtum 1. Maij
[d] Sigib. cit. de Baron. in Annal. Mogunt. pa. 495 496.
[e] To. 3. c. 50 & de 1. Conc. vide To. 2. c. 15.
[f] li. 3. Tit. 8. ar. 5.
[g] 2 Parte Bibliot. f. 556
[h] apud Bar.
[i] 29. §. 2.
[k] nu. 53.
[l] Eduenſ. Lingonenſ. Cabilonenſ. & Matiſconen.
[m] nu. cit. 29. §. 2. ſub Viuent vſque ad 18. Epiſcopos.
[n] n. 2 §. 2. n. 13. § 6. n. 29. §. 2.
[p] cit. n. 29. §. 2.
* ſedens ibi 18. poſt plures Epiſcop.

antiquos eiuſmodi Præſules in veteribus catalogis nominari duntaxat Epiſcopos, quos hodie Archiepiſcopos aut Patriarchas atque Primates nuncupamus: non arbitretur quis eos nondum tunc titulo Archiepiſcopi inſignitos eſſe. Etenim primis illis ſeculis Præſules, quos nunc paſſim Archiepiſcopos dicimus, tunc ſæpiùs vocitabantur Metropolitani. Quæ ſanè dictio & nota ſufficiens hîc depingitur in recenſendis Rothomagenſi ac Senonenſi Præſulibus. Humilitatis autē gratiâ nomen Epiſcopi retinere ſoliti ſunt, atq; pariter familiarū cognomina retinuerunt. Præterea, aliud etiam inſigne, quo vtebantur priſci illi Patres, vt Archiepiſcopum deſignarent, eſt eiuſmodi: *Subſcripſi cum Coepiſcopis meis*, *&c.* Scilicet vſus ille docet talem cenſendum Archipræſulem aut Metropolitanum, ex eo quòd ſub ſe Coepiſcopos habeat. Quippe nullus Prælatus in iuriſdictione ſua Coepiſcopum aliquem aut plures obtinet ſibi Suffraganeos, quin ſit Archiepiſcopus. Hæc verò omnia nomina in eandem ſignificationem vſurparunt veteres: atque id ſua authoritate promulgarunt ſummi Pontifices. Teſtis eſt Anicetus Papa [q] ſecundo Eccleſiæ ſeculo, & Pelagius ſecundus [r] hac quinta annorum centuria, qua præſens Aurelianenſe Concilium celebrabatur. Alios plures omittimus [ſ].

Quare olim nominati tantùm Epiſc.

q an. 170. dist. 66. c. 1. r 6 q. 3. c. 2. Sextus ab an. 580 ad 590. ſ dist. 64. c. 2. dist. 65. c. 3. cau 23. q. 18. c. 27.

Paragraphus 3.

Priora V Capita Côcilij.

ORdine ſuo ad quædam Synodi decreta eáque bifida, mox oculos paulò conuertamus. Edita ſunt omnino triginta duo. Ex quibus priore loco nos quinque ſolùm hîc aggregamus, in vnicum ſenſum & genus materię cadentia: eáque conſentanea hiſce temporibus, pro piis noſtris erga hæreticos moribus tuendis in præclaro ſalutiferóque Eccleſiaſticorum cœlibatu.

I. I. *Vt nullus Clericorum à Subdiacono & ſuprà, quos vxores in propoſito ſuo accipere inhibetur, propriæ vxori miſceatur. Quòd ſi fecerit, laica communione contentus iuxta priorum Canonum ſtatuta ab officio deponatur.* [a] Adeſt votum caſtitatis iudictum & expreſſum hoc nomine *Propoſito ſuo*: idque circa tres ſuperiores Ordines ſacros ex ſeptenario: vnà cum pœna canonica aduerſus refractores ſeriæ legis norma. Quam legem non primi tulêre iſti Patres. Nam imitari ſe dicunt *priorum Canonum ſtatuta*, hoc eſt, Apoſtolorum, quinimò iuris diuini, qualia ego iam extuli ſub D. Eucherio [b].

a ibid. ca 2.

II. De voto caſtitatis. II. *Statuimus, vt ne quis Antiſtitum Clericorum ve omnium licentiam habeat intra domum ſuam, vllam abſque propinquis mulieribus habere perſonam, &c. Si quis Clericorum ſuſpicionē aduerſum aut oblocutionē populi de muliere quacunque fortaſſis incurrerit, eam ſtatim, ſi intra domum habet, abiiciat* [c], *&c.* En maior caſtimonię ſecuritas.

b an. 21. §. 18.

III. III. *De ipſis quoque qui ordinandi ſunt Clericis, regulari cuſtodiatur ſtudio, ne aut duarum vxorum vir, aut renupta maritus, &c. ad ſupradictos Ordines promoueatur, &c.* En aduerſus bigamos è Cleto expellendos.

c ca. 4.

IV. IV. *Clerici verò, qui cùm vxores non haberent, benedictione ſuſceptâ, coniugia dederint eligenda, &c. cum ipſis mulieribus quas acceperint, excommunicatione percellantur. Quòd ſi inuitus vel reclamans fuerit ordinatus, ab officio quidem deponatur, ſed non à communione pellatur* [d], *&c.*

V. V. *De his qui ex concubinis filios habent, &c. aut defunctis vxoribus ſibi concubinas publicè crediderint ſociandas, id obſeruandum eſſe cenſuimus* [e], *&c.* Sufficiat hæc plurium verborum ſumma. Quæ ideo Capita publicauimus, quia viſuntur notatu digniſſima, & explicatiora illis, quæ ſub Eucherij Concilio dilatabamus: dum hic magis ad infimas ſpecies deſcendunt, circa Clericalem continentiam. Alioqui certè tales contextus iſtic minimè indixiſſemus. Illic verò conſimiliter emicant aduerſantes in id ſententiæ Caluinitarum è veſtigio retortæ & protſus exciſæ.

d cap. 7. e cap. 9.

Paragraphus 4.

Poſteriora duo capita Synodi.

MAteria, quam poſteriore loco ex præfato Concilio eruimus, reſpicit æuiternum & incruentum ſacrificium venerandę Euchariſtiæ in Altari, cui vulgò Miſſæ nomen eſt. Appellatio ſanè efficax: quatenus rem ipſam ſeu Tranſſubſtantiationem verè continet: quæque eſt ita Apoſtolicæ traditionis, vt præſens Synodus vocem tanti Myſterij Miſſæ inſinuet & confirmet, quaſi iam antiquiore vſu traditam. De re quidem ibidem contenta, ſuprà frequenter ſumus loquuti: nimirum in Eucherio I. [f] Antiſtite, qua ratione eſt Euchariſtica ſubſtantię mutatio: deinde in Irenęo [g], quo pacto habet pręciſum tempus Paſchatis deuotè ſumenda inter Chriſticolas: tum in S. Viuentiolo [h], qua parte locus eius conficiendę eſt ſolitarium Altare conſecrari ſolitum. Et quartò, ſeu ad extremum, in S. Africano [i], quo ſenſu obiter & nudè vel hiſtoricè vſurpata eſt ea dictio Miſſæ. At nunc theologicè & intrinſecè deſcribenda eſt, velut fidei articulus in deſignatione rei ąd ſalutem neceſſariæ per nomen Miſſę ſubſtantiuum, ea hunc vniuocè & vno verbo aſſueta nuncupari. Sic autem verba promit Synodus Aurelianenſis, duobus in locis.

f o. 11. §. 9. g n. 2. §. 4. h nu. 29. §. 4.

I. I. *De Miſſarum celebritate in præcipuis duntaxat ſolennitatibus id obſeruari debebit, vt horâ tertiâ Miſſarum celebratio in Dei nomine inchoetur,*

choetur, quò faciliùs intra horas competentes, ipſo officio expedito, Sacerdotes poßint ad veſpertina officia, id eſt in veſpertino tempore conuenire: quia Sacerdotem veſpertinis officiis ab Eccleſia talibus præcipuè diebus, nec decet deeſſe, nec conuenit [k]. *II. De Miſsis nullus laicorum antè diſcedat, quàm Dominica dicatur oratio. Et ſi Epiſcopus præſens fuerit, eius benedictio expectetur. Sacrificia verò Matutina Miſſarum, ſiue Veſpertina, ne quis cum armis pertinentibus ad bellorum vſum ſpectet* [l], *&c.*

II. Duplex mixta Capitum materia.

Hic textus duo ſi[illegible]tim perluſtranda nobis ingerit: nomen Miſſæ, & annexa horarum Canonicarum decantatio. Totum aduerſus Caluinitas, cùm id in deſpectu habeant. Miſſæ vim & energiam iſto Paragrapho diſcuſſuri: Horas ad quintum ſequentem differimus ſedulò aperiendas. Quòd ergo ea excellens vocula Miſſæ ſuam praxim obtinuerit confeſtim à primo ferè Euangelij ſeculo, ſeu ab exordio Eccleſiæ Latinæ in illum ſacrum finem, quem diximus, id primò iam conſtat ex D. Clemente Pontif. Maxim. ac D. Petri ſucceſſore, duplici via. Vna eſt eiuſmodi. Cùm Clementis Codices Græci vocẽt id myſterium λειτουργίαν, hoc eſt talem adminiſtrationem & munus publicum, quod ad iſtud Tranſſubſtantiationis miraculum cõfeſtim vnicè applicetur: Latinæ ipſius verſiones tradunt ſequentẽ phraſim breuiter coarctatam. *Reliquis Clericis attendendum, vt nihil abſque Epiſcopi licentia agant* [m]: *non Miſſas ſine eius iuſſu quiſquam Presbyterorum faciat, &c.*

Vox de nomine Miſſæ.

Alteram viam corpus Decreti [n] elicit ex Apoſtolicis Canonibus [o], locupletiorem paulò exſcriptam, qualem idem Clemens promulgauit; hauſtis equidem ex Apoſtolorum edicentium ore. *Qui non perſeuerant in oratione vſque dum Miſſa peragatur, nec ſanctam communionem percipiunt, conuenit communione priuari.* Hoc pacto nomen Miſſæ lubentiùs ex etymo dicitur, quòd tunc oblatio auguſtiſſima & comites preces potentiſſimæ ad Deum mittantur, qui citiùs pios iſtos clientes exaudiat, ex Doctore Hugone Abbate de ſancto Victore [p]. Secundò, D. Teleſphorus Papa VIII. à ſancto Petro, ad ſecundum æuum Chriſti nati: *Nocte ſancta Natiuitatis Dom. Saluatoris* (ait [q]) *Miſſas celebrent Presbyteri, &c.* Tertiò, S. Higinus ſucceſſor eodem ſeculo [r]: *Omnes Baſilica cum Miſſa debent ſemper conſecrari* [ſ]. Itémque ſanctus Pius I. alius iſtius ſucceſſor in priore Epiſtola citata [*]. *Soror Euprepia titulum domus ſuæ pauperibus* (Chriſtianis) *aßignauit, vbi nunc nos commorantes Miſſas agimus, &c.* Et quidem illi omnes ſic vſi ſunt hiſce vocibus Latinis ex ibidem allegatis. Quartò, Synodus Oecumenica Sardicenſis, poſt tertium ſeculum [t], hæc fatur in epitomen affirmando redacta. *In conſecratione Eccleſiæ, in qua Spiritus ſancti arrha ponitur, celebritatem ſcimus eſſe Miſſarum* [u]. Quintò, extãnt iſta apud D. Ambroſiũ ſub quarta Euangelij centuria: *Manſi in munere, Miſſam facere cœpi, orare in oblatione Deum* [x], *&c.* Tum ad quintum & ſextum annorũ centenarium [y], talia refricãt atq; corroborãt Præſules tertij præfati Concilij Aurelianẽſis, dum cætera omittimus.

Septem veterum pro eo authoritates

Et denique ſeptima ætate celebris facta eſt tertia Synodus œcumenica Conſtantinopolitana, vulgò dicta ſexta vniuerſalis, ſub Romanis Pontificibus Agatone & Leone II [z]. Quæ altiùs conſcendendo, graditur vſque ad ipſos Apoſtolos ſub Miſſæ nuncupatione quam teſtantur Patres ibidem ſedentes complecti externum ſacrificium & Euchariſtiam in ea celebratione confectam per tranſmutationem panis & vini in verũ corpus Chriſti Seruatoris. *Iacobus frater Domini ſecundum carnem* (aiunt [a]) *cui primùm credita eſt Hieroſolymitana Eccleſ. & Baſilius Cæſarienſis Epiſcopus, cuius claritas per totum orbem circumfulſit, in Scripturis addiderunt nobis Miſſa celebrationem.* hoc eſt ordinem celebrandæ Miſſæ per verba conſecrationis ab ipſo Domino tradita [b]. Vnde tandem ſic decernit Concilium Tridentinum pro re ſimul & nomine tanquam fidei articulo aduerſus contemporaneos hæreſiarchas. *Si quis dixerit, in Miſſa non offerri Deo verum & proprium ſacrificium, aut quòd offerri non ſit aliud, quàm nobis Chriſtum ad manducandum dari, anathema ſit.*

Collectæ Miſſæ.

Ex cuius Miſſæ partibus, inter alias, ſunt potiſſimùm plures Collectæ orationes, quæ ter fiunt [m], & hunc vſum nactæ ſunt ex Apoſtolica traditione, vt docent vetus Origenes [n], recentior Epenceus [o], & alia per nos aggregata viſuntur in Matiſconenſibus [p]. Quas collectas Apoſtolicas & Eccleſiaſticas in Miſſa pleniùs cõcinnauit atque auxit ad Miſſarum ſolennia anni totius ſanctus Gelaſius Confeſſor Papa I. quinto Eccleſiæ primitiuæ ſeculo. Taliáque ſub ipſo refert Genebrardus [q]. Sufficiat.

i nu. 25. & n. 2. §. 7.
k cap. 14.
l cap. 23 alia in id ca. 2. 6. 7. 15.
m Ep. 3. col. 6. an f. & tit. de Conſecr. diſt. 1. can. 14. Hic ergo.
o Ibid. ca. 62. Omnes fideles.
o Can. 9 aliis 10. ſedit ab an 92. ad 102.
p li. 2 de Sacrament. par. 8. cap. vlt.
q ibi. ca 48.
r Sedit ab 142. ad 152.
ſ Inde ad an. 157
t Ibi can. 3. §. 4.
t an. 347.
u Dec[illegible] S. Iulij PP. ib.
x li. 5. Ep. 33.
y centenarium.
z an 681 & 683.
a diſt. cit. c. 47. paulò aliter 10 ipſo Concilio.
b Gloſſa ibi.
m ante Epiſtolam, Bractationem & poſt communionem.
n Hom. 11. in Hierem.
o In commentario libri de collectis Eccleſiaſticis.
p n. 8. §. 4.
q li. 3 Chronol. in Gelaſ.

Paragraphus 5.

Altera materia in Capitibus mixta.

POlliciti ſumus aſſuete alterum ſubiecti genus in ſecũda Cõcilij materia contectum, de Horis Canonicis, tum palam decantandis in Eccleſia, tum priuatim recitandis à Clericis iiſque diurnis atque nocturnis: compactis ex Pſalmis Dauidicis & aliis perpolitis ad Deum precibus. Radix piæ conſuetudinis in legem verſę fluxit ex approbato vſu ſanctorum Prophetarum veteris Teſtamenti: maximéque Dauidis, qui ſepties in die laudem viui Deo præcinere ſolebat [d]. Iſtéque ritus ad mores pertinet nunquam perituros aut abrogandos. Et cauſa fuit, quia *Septies in die cadit Iuſtus.* Sic ait confeſtim proles [e] ipſius. Inde Chriſtus opportu

c §. 3. inic.
d Pſal. 118. v. 164.
e Salomon Prou. 24 v 16

portunè loquutus eſt de quouis illo religioſo homine, qui *ſi ſepties in die peccauerit* contra Deum aut proximum, melius actum pro[illegible], ſi pariter *ſepties in [illegible] conuerſus fuerit*[f] ad eun-dem, frequenti oratione pœnitentis. Quaſi ex e[illegible] tacitè ac directè [illegible] ad [illegible] totidem preces diarias proximæ futuræ ſuę ſponſę ſeu Eccleſiæ pro facil[illegible] via quotidiani mundi peccatis aperienda, vt [illegible] ad dietim aboleantur, & furor d[illegible] ſemper ped[illegible] mitteſcat. Atque hæc eſto prima thematis oſtenſio. Propterea verò in Euangelica l[illegible] per-crebuit vſus ille precationum ſeptem horarum ad veteres [illegible]. A[illegible] causa vt magis conualeſcat fortiórque euadat: idem ſeptenarius nu[illegible] alras radi[illegible] firmiores in teterrima Chriſti Paſſione pro cunctis ſimiliter peccat[illegible] & humani[illegible] criminibus perpeſſa.

De H[illegible] Eccleſiæ.

Decem authoritatibus. I.

Siquidem de ea motrici ratione ſic fatur primo Eccleſiæ ſe[illegible]lo S. Clemens Papa D. Petri ſucceſſor[g], velut orta è iure diuino, pendere ex noui Teſtamenti Scripturis. Eritque iſtud in vicem ſecundæ propoſitorum demonſtrationis. *Pr[illegible] ationes facit[illegible] m[illegible]ne* (inquit[h]) *tertiâ hora ac ſexta & nona & veſpere atque ad gallicantum. Mane gratias agentes, quod illuminarit nos no-cte ſublatâ & reddito die: Tertiâ, quod eâ horâ Pilatus iudi[illegible] aduerſus Dominum pronunciauit: Sexta, quod eâ horâ in crucem actus eſt: Nona, quod tum omnia mota & tremefacta ſunt, Domino cru-cifixo, &c. Veſpere, quòd noctem dederit ad requieſcendum à diurnis laboribus. Ad gallicantum, quod ea hora nunciet aduentum diei ad facienda opera lucis.* En Acta [illegible]a vtique religioſiſſima & horum praxis iam tunc certiſſima. Nam pius iſte interpres nec potuit, nec auſus eſſet rem exponere ad contrarium ſenſum voluntatis diuinæ & Apoſtolorum, quos oculatos præce-ptores habuit. Igitur Apoſtoli ſunt primarij Horarum canonicarum authores. Siquidem, ter-tio probationum loco, ipſimet Apoſtoli ex effectis haſce Horas paſſim inter orandum de-uote obſeruarunt. Habet diuinum ius in ſcriptis Apoſtolicis: *Appropinquantibus ciuitati*[i], *àſcendit Petrus in ſuperiora, vt oraret circa horam ſextam*[k]. Itémque: *Petrus & Ioannes aſcende-bant in Templum*[l], *ad horam orationis nonam*[m]. En diſerta duo precum tempora, non caſu ob-ſeruantia, ſed ex profeſſo ſuſcepta: non vnica vice, ſed valde frequentia, neque rurſus ſine ta-cito Chriſti mandato, quia fidem humanam excedit arbitrari diſcipulos diuino ſpiritu af-flatos quid molitos eſſe ſtatis præſertim horis continuíque ſemper diebus, quod ingratum Chriſto fuiſſet, quinimò extitiſſet potiùs de affirmante ipſius inſtituto, non quidem ſcripto, ſed tradito, & ab ipſis Apoſtolis promulgato, vt ad piuin vſum ab iiſd[illegible]que a ſuis perpe-tuò ſucceſſoribus reuocaretur. Itaque vox ſpontanei aſcenſus in templum connotat deli-beratam omnino actionem, eamque aſſuetam. Maximè verò myſterium & fructus talium precum innoteſcit, eò quòd quo inſtanti Petrus Deum ſupplex in ſuperiori ſacello exora-bar, Cornelius ad quem proficiſcebatur, *religioſus ac timens Deum*, ait S. Lucas[n]) *& deprecans ſemper, vidit in viſu manifeſtè, quaſi horâ diei nonâ, A[illegible]um Dei introeuntem ad ſe*. En virtus & efficacia: vt hactenus ab illo exordio pro certo habeatur eas ſolitas orationes robur ſuum in Eccleſia retinere *ex opere operato* (aiunt veter[illegible] ac recentiores Theologi) hoc eſt, ex vi inſti-tuti pene diuini Apoſtolicæque traditionis. De quibus horul[illegible] confirmatis ſic præclare poſt-modum loquutus eſt ad propoſitum Diuus Chryſoſtomus ſub pr[illegible] Eccleſ[illegible] *[illegible] de [illegible] do Spiritus nectit tempora, neque citiùs neque tardiùs aſcendit Petrus*. Et T[illegible] autè adiecit; *quo magis ſexta diei finiri huic officio poſſit*. Quartò, [illegible] preca-rias, nocturnæ inſuper horæ fundamentum [illegible] ſunt [illegible] pra[illegible] to ad lo-cum ſecundum. Nam ex illo diuino ſemine [illegible] ni[illegible] quibus vulgò varijs Matutinarum nomen eſt. O[illegible] ctu fit. E[illegible] d[illegible] nem ſub-ortæ leguntur Vigiliæ ieiuniorum ante aliquot Sanct[illegible], [illegible] Eccle-ſia Romana. Quarum ſtudi[illegible] ingerit Se[illegible] vna cum H[illegible] ca[illegible], quo-ties hæc autea inſinuat atque præmittit. *Vigi[illegible] veniet ſerò, an me-dia nocte, an gallicantu, an mane*[p]. Erat[illegible] *Dominus tuus ierit vigilan-tes. Amen dico vobis quod ſi venerit in ſecunda [illegible] vigilia venerit [illegible] ita inuene-rit, beati ſerui illi*. Sic latenter pruden[illegible]que [illegible]ducit Veſpert[illegible] pre[illegible] ſacrificium cordis & oris veſpertinum[q] ac deinde Comp[illegible]torium, pro prima noctis vigilia[r]: poſtea Matutinas precationes pro medijs nocturnis v[illegible] de[illegible] Pri[illegible] pre-ma[illegible]tis vigilia, quando dies illuceſcit. Q[illegible] ad ſecundum ac tertium ſeculum D. Cy[illegible] pri[illegible]nus tempora[illegible] as eiuſmodi partes diuini c[illegible]tus repetit[s]: *[illegible] h[illegible] ſpatia iampridem ſpiritaliter determinantes adoratores D[illegible] ſtat[illegible] ad precem temporibus ſeruieba[illegible]*[t]) *N[illegible]m ſuper diſcipulos hora tertia [illegible] ſan[illegible]* pergit *[illegible] gratiam Dominicæ re-promiſſionis impleuit*. Et pro reliquis [illegible] myſteriorum [illegible]lationes conſ[illegible] quas Clemens ſupra. at fuſius. Vt eadem [illegible]cantur fu[illegible] incitamenta Apoſtolorum & [illegible]us Do-ctoris. Has ergo præterimus breuitatis ſtudio. Sext[illegible], poſtquam D. Baſ[illegible] G[illegible] Cæſarienſis[u] enarrarat ea quæ D. Clemens perrexit [illegible]us dicere ad tertium ſec[illegible]

Iuxta

Margin notes (left): II. Clemens. — III. Biblia. — Harum precum efficacia. — IV. Scriptura. — Vigiliarum in ieiunijs origo. — V. Cyprian. — VI. Baſilius.

Margin notes (right): g ab an. 92. ad 102. — h li. 4 Apoſt. Cõſtit. c. 34 — i Ioppen. — k Actor. 10. 9. — l Hieroſol. — m 3. v. 1. — n Actor 10. 2. 3 — o Ex relatione in Volumine Gloſſ. loc. cit. [illegible] — p Marci 13. v. 35 — q ex 4. R[illegible] & [illegible] Pſ. 140 Dan[illegible] 16 [illegible]

Iuxta horã tertiã ad orationẽ exurgamus(ait)*& fraternitatẽ congregemus,& recordati doni Spiritus, qui circa horã tertiã Apoſtolis datus eſt,oremus omnes vnanimiter,&c.Sextà horà ad imitationẽ Sanctorum neceſſariam eſſe orationem indicamus; qui dicunt:Veſpere & mane & meridie narrabo, &c.*[x]

IdOfficiũ diuinum eſt actio publica. En voces congregationis & vnionis ſatis declarant ex vna parte actionẽ publicã. Atq; dictio neceſſariæ orationis,denominat inſuper non merum libertatis in agendo conſiliũ,ſed legem eccleſiaſticam, quæ Clerum ſeriò deuinciat ad Deo ſeruiẽdum diſcretis temporib. Prætera communem eam actionem arguunt & denotant verba multitudinis in plurali conſcripta: quorum ſimillima inducit quoq; D.Cyprianus.*Oramus,petimus*(ait) *inſiſtimus per totũ diẽ precib.* Aduerſus quas paſſim authoritates in Eccleſia dudum receptas perperam furit & inſanit

Caluinus cõtra ſeptẽ Horas canonicas. Caluinus. Imprimis,dum per libertatem Chriſtianam vult conſcientias attolli ſupra legẽ & opera,quib.non fidamus,ſed diuinã amplectamur miſericordiam,qua tutò iuſtificemur [y],nõ admittit aliquã precationum formulã,quæ certis numeris aut temporib.diffiniatur,ſed ſpõtaneam profert,eámq; duntaxat in vſu habendã,quando exigit Eccleſiæ neceſſitas. Secundò,dum fatetur [z] cum Apoſtolo, *ſine intermiſſione orandũ*:id in ſola animi præparatione vult intelligi. Damnátq; prolixos ad preces regreſſus in Papatu (inquit [a])cum vehemẽti affectu perrritos:reſpuit continuas ſeu quotidianas orationes, quas ſuperfluas & loquaces appellat: inſuper nos Romanos hypocritas ac adulatores nuncupat [b],in recitandis numerãdiſque precatis globulis balbos,in chartulis atq; Breuiario reuoluendis garrulos;Et teſtatur intrandũ potiùs cubiculum,ibiq; clauſis oſtiis exorandũ,iuxta Redemptoris conſilium [c]:id eſt,priuatas preces Deo tantùm fundendas. Sed peſſimè dictum. Nam Meſſias ex D.Ambroſio [d],monet ſolùm vanã gloriam vbicunque oremus

Obiectionũ ſolutiones. fugiendam,incluſa pectoris cogitatione, repulſis ex animo quæ improbè ſe ingerunt,nou locis externis,ingreſſo ſecretiùs mentis arcano, clauſis phantaſmatum ſenſibus. Quod etiam in publico ritè per expetitam Dei gratiam obtinetur. Etenim (adiicit D.Chryſoſtomus [e]) *Quid ergo in Eccleſia non oportet orare? Valde quidem, ſed cum voluntate, vt illum vnum intuearis, qui habet donandi poteſtatem,&c. Quod in abditis cubiculis orare nos docuit* [f] *, hoc magis conuenit fidei , vt ſciamus Deum vbique præſentem.* Siç corruunt hæretici.

VII. Baſilĩ. Septimò,rurſus idem S.Baſilius * hodiernas decantandi formulas in Choro per alternas vices alibi clariſſimè deſcripſit : adeóque interponebantur cantus illi, quos nunc verſus & antiphonas nuncupamus hiſce periodis:*Bifariam diuiſi,alterna viciſſitudine inter ſe pſallunt,ſimul quidem meditationem oraculorum inde corroborantes , & attentionem ſibi ipſis parantes. Deinde vni permittentes auſpicari cantum,reliqui ſubſonant , & ſic in Pſalmodiæ varietate noctem ſufferentes precibus intermixtis* (en ſufficiens verſiculorum expreſſio, quos vidimus mox alibi vocitari preces)*die iam illuceſcente omnes in commune , velut ex vno ore & vno corde confeſſionis Pſalmum proferunt Domino,&c.* Quem cantum alternis ̧chori vicibus eodem tempore legimus ſub S.Patiẽte [g] in Eccleſia Larina & Galliis peruium,ſicut & nunc iſtic in tota Græcia.

VIII. Athanaſius. Octauò,D.Athanaſius magnus eodẽ æuo [h] bis præuenit tarda molimina Caluinitarũ, quaſi diuinitus impelli ſolitus,ſub perſimili materia, at multo amplioti quàm ſupra detexerit D.Clemens. Priùs.*Habe pſalterium,& Pſalmos diſce*(inquit [i])*poſt Tertiam Synaxes conficies* [k], *quoniam eâ horâ defixum eſt lignum Crucis. Sextâ horâ abſolues deprecationes cum Pſalmis , ploratu*

Pſalmodia. *& ſupplicationibus:quia hac horâ pependit Filius Dei in Cruce. Nonâ horâ rurſum in hymnis & glorificationibus eris,cũ lachrymis & confeſſione peccatorũ Deo ſupplicabis,quoniã eâ horâ Dominus in Cruce pẽdens reddidit ſpiritũ. Et poſt Sinaxin horæ nonæ, comede panem tuũ,Domino gratias agens,&c.* Poſterius.*Media nocte excitaberis* [l]*,& hymnis celebrabis Dominũ Deũ tuũ. Eâ enim horâ ſurrexit Dominus à mortuis,& Patrẽ ſuũ hymnis celebrauit,atq; ideò nobis iniunxit,*(en declaratio iuris diui-

Myſteria cuiuſque Horæ. ni)*vt eâdẽ horâ Deo hymnos diceremus. Quũ primũ ſurgis,hũc verſũ recita, Media nocte excitabar ad confitendũ tibi ſuper iudicia iuſtitiæ tuæ* [m]*,& precare,& incipe recitare totum L.Pſalmũ* [n]*,donec abſoluas. Et hæc tibi certa ſint pẽſa per ſingulos dies*(adeſt Officiũ quotidianũ)*& tot Pſalmos dices,quot poteris,& ad quẽlibet pſalmũ,preces & genuum flexio cũ lachrymis addatur*(en verſiculi in fine cuiuſq; horæ,qui etiã hodie nuncupantur preces feriales ex Rubricis Breuiariorum)*& poſt tres Pſalmos abſolutos,dices Alleluya. Quòd ſi virgines tecũ fuerint,& illæ quoq; pſallãt, & ſingulas preces effundãt.*(Ecce communitas Officij Eccleſiaſtici minimè priuari)*Ceterùm matutino tempore hunc Pſalm.dicito,Deus Deus meus,ad te de luce vigilo* [o] *ſitiuit in te anima mea:vbi diluculũ fuerit, recitabis hũc Pſalmũ,Benedicite omnia opera Domini Dominũ* [p]*,&c.* Adſunt certè hodierni Pſalmi Laudum auroræ,appoſiti ad calcem Matutinarũ,quas author ſuprà expreſſit nomine precũ mediæ noctis. Tum ſubdit.*In Eccleſia tace:ſed lectionib.duntaxat intende. Quum pſallis aut oras;ne*

Rurſus præfatæ obiectionis ſolutio. *ſinas peregrinas cogitationes in cor tuum ſubire.* Vbi confirmat,quòd intrare ſemota cubicula ex Chriſti mẽte,localia ſemper & tãtùm minimè reſpiciat,ſed denuo cõcipiat interiora cuſtodire intacta cũ præſenti deuotã intẽtione è Choro ſeu Tẽplo,quo pacto ſuprà monuimus ex ſynchronis Patrib.[q] aduerſus decipientẽ Caluinũ aufugiendo obiicieutẽ. Etiámq; *Lectores &*

M *Pſal*

x ex Pſ.54 19
y 3.Inſt. ca 19.§.1.
z ca 20.§.28. a §.29.
b vulgò *Caphars* in Gallica verſione.
c Matt.6.6.
d in eum locum,& Gloſ.
e ibidem.
f Cyprian. Serm.de Oratiou. Dmo.
a dũ aduerſus ſuum axioma publicè blaterãt in binos in ſuis Synagogis.
* To.4. Ep. 63.
g n.23.§.2.
h ordinatus Epiſc.Alex. ad an.323. obiit 377.
i To.3 de virginitate, ad med.
K interprete Per Nannio Baſilex.
l ibid.pa.penultima.
m Pſ.118. v. 62. & 163.
n Miſerere mei.
o Pſ.62.
p Cant. Daniel.3.v.57.
q Ambroſ.& Chryſoſt.

Pſalmiſtas primo iam ſeculo diſpoſuerat Sother [r] Papa. Sed ſi demum obiter digredi paulò liceat ex præfato Athanaſio: ipſe locis citatis cõſequenter hanc aliã periodũ adſtruit [ſ]. *Nõ ſit hora vlla, in qua deficiat oleũ in lãpade, &c.* Sic author mutata tantiſper materia, ſuperiorib. tamẽ coniungenda, eam transfert ad lucernas ab antiquo in Templis haberi ſolitas perpetuò vel pendente diuino ſaltem officio.

Lucerna.

Nonò, ad quintum ſeculum reſonarunt quidẽ voces ac authoritates Diuorum Hieronymi, Auguſtini & cæterorum quorundam eius ordinis, quas ad propoſitum allegat recens Controuerſiarum cõpilator [t]. Sed nos ea prætereundo, ad peculiaria quinto ſeculo diuertimus colligenda. Toletana Synodus decreuit, vt *Ciues Rectoréſque Eccleſiarũ vnũ eundémq; in pſallendo teneant modũ* [u]. Ad ſextũ deinde ſeculum quando Beda [x] Eſdram vatẽ cõmentatur [y], mudumq; pſallendi ſui æui explanat, dicit: *Quo exẽplo eo rin Eccleſia morem inoluiſſe, vt per ſingulas diurnæ pſalmodiæ horas lectio vna de veteri, ſiue de nouo Teſtamento cunctis audientibus ex corde dicatur: & ſic Apoſtolicis ſiue propheticis cõfirmati verbis, ad inſtantiam orationis genua flectant.* Similitérq; Iſidorus iunior [z] Pſalmiſtæ officium deſcribit.

IX. Beda.

Decimò, ſub iiſdẽ temporum ſpatiis diſtinctiùs ſanciuit Agathenſe Cõcilium [a], *vt per antiphonas Collectiones per ordinem à Presbyteris dicãtur, & hymni matutini vel veſpertini dieb. omnib. decantentur.* Iterum tunc Gerundenſe: *Id ſemper placuit obſeruari* (ait) *vt omnib. dieb. poſt* [c] *Matutinas & Veſperas oratio Dominica à Sacerdote proferatur* [b]. Sic à præmiſſo Toletano Concilio hactenus fœliciter peruenimus ad annalem centuriã S. Lupi Archiepiſcopi Lugdunenſis ſeu tertij Concilij Aurelianenſis: vel iam etiam vltra ipſius annos proceſſimus, vireſcente Eccleſia primitiua. Pariáque documenta prætcrimus Gregorij PP. VII. [c] ſub poſteriore Eccleſia. Itaque tandem diruitur omnino falſa Caluini ſententia: qui quemadmodum apertè reprobat Sanctorum inuocationem, ita inde ſequitur eum condemnare diuina Officia ad honorẽ Sanctorum in materiali Eccleſia ſeu domo Chriſti Dei [d] paſſim celebrata. Et reuera idem aduerſarius adnominat veſpertinas preces, quas cum Miſſa irridet [e]. En de potioribus Actis in præſidentia ſancti Lupi.

X. Alia Concilia.

Paragraphus 6.

Profeſſio eius ante Epiſcopatum.

NVnc pauca dicturi de anteriori vita S. Lupi Epiſcopi Lugdunenſis, vt eius finem opperiamus: monitum volumus, qualis antea fuerit; Baronius ſic de ipſo eloquitur in Martyrologio. *Lugduni depoſitio S. Lupi Epiſcopi ex Anachoreta* [f]. Deinde in cõmentatio ſubdit: *Cùm dicatur ex Anachoreta factus Epiſc. Lugdunẽſis, illũ putamus qui in Inſula Lerini poſt Lupũ Trecẽſem Epiſc. exercuit vitã monaſticã.* Tum: *Prædicti autẽ vixerunt temporib. Valentiniani tertij & ſucceſſorum Imperat.* Quib. extremis verbis nos paulò inhærere oportet. Etſi concedamus S. Lupum Tricaſſinum floruiſſe ſub Valentiniano: non tamen id de Lugdunco admittimus. Imperabat Valentinianus cum Theodoſio II. ab an. ſalutis 425. ad annum 454. Lupus Trecenſis è viuis diſceſſit anno 479. ex eiuſdem Baronij Annalib. Et ab an. DXXV. quo videtur cœpiſſe Epiſcopatus Lupi noſtri Lugdunenſis, Theodoricus Imperator annum agebat trigeſimum tertium ſui Imperij [g], ac Iuſtinus I. collega octauum ſui: ille medius quatuor Imperatorib. [h] ad minus poſt Valentinianum, iſte totidem aut plurib. interiectis [i]. Proptereáq; ſeriùs multò deguit Lupus noſter Celtarũ Primas, quàm vixerit Lupus Trecenſis, vt minimùm annis quadraginta ſex poſt alterius interitum.

S. Lupus Trecenſis Epiſc. vetuſtior.

Sed denuò cùm hi duo Eccleſiarum Præfecti fuerint proximi temporis: inueſtigemus vtrum ad Trecenſem duntaxat ſcripſerit Sidonius Apollinaris, vel etiã ad Lugduneum, dum multas vniuerſim ad Lupum quẽcunq; Epiſtolas exarauerit. Sanè fatemur Gregoriũ Turonenſem & Chronica Adonis Viennenſis [k] atq; Sigiberti [l] diſtinctè Tricaſſinum appinxiſſe. At quãdo Sidonius *Domino PP. Lupo* ſcripſit [m], dixitque, *Tu Pater Patrũ, & Epiſcopus Epiſcoporũ, &c.* ſanè putatur eũ indixiſſe Lugdunẽſem, vt pote qui eſſet Archiantiſtes & Primas omniũ Celtarũ, ſub quib. eſt Sedes Tricaſſina, & plerǽque aliæ. Id enim epithetum excelſi gradus minimè competit Lupo Trecenſi. tametſi Vincentius Barrali in ſua Leriuẽſi hiſtoria [n] eã prerogatiuã Tricaſſino largiatur velut homini ſanctitate famoſo illis dieb. Sic tamẽ opinor ego ſub pacto: hoc eſt, ſi modo credatur Sidoniũ vixiſſe ad S. Lupũ vſq; Lugdunenſem, vt facile potuit. Nã de cætero illũ citiùs è ſeculo abiiſſe auguratur Baronius ad annum CCCCLXXXV. ſeu annis ſex poſt obeuntẽ Lupũ Trecenſem: equidem anceps in eo ſuo tremente calculo. Cùm enim ſcribat *veriſimile eſſe:* profectò non ægrè poſſet vita Sidõnij vlteriùs protrahi, ad Sedem Lupi Lugdunenſis, vt ad ipſum quoque literas miſerit idem Sidonius. Videtur autẽ de eo vno loquutũ vetus inſuper MS. Abbatiæ Inſulæ barbatæ prope Lugdunum, etſi corrupta ſit ibidem ſula data ſecularis. *Poſtea verò multis reuolutis annorum curriculis* (ait locus) *Dominus viſitare dignatus eſt illam Eccleſiam per ſeruum ſuum Lupum Pontificem, cuius meritis ac plenis virtutibus ab Abbate Heldeberto * ingenti opere cõſtructa eſt maior Eccleſia anno, &c. In ſiniſtro autem latere conſtructum eſt paruum Oraculũ ab Abbate Heggerio in honorẽ Dei genitricis ſempérque Virginis Mar. conſecratũ, quo in loco crebra ac præcla*

Eccleſiæ Inſulæ barbaræ.

ra

[r] ab an. 175. diſt. 24. c. 28. [ſ] in Cant. cir. Dan. 3. v. 57. [t] Bellar. To. 1 de bonis operib. li. 1. c. 16. [u] To. 2 an. 589. diſt. 23. Can. 28. & diſt. 12. c. 13. an. 674. Simile in 4. Tolet. c. 12. an. 643. [x] To. 4. li. 3. [y] in ca 28. [z] ſcripſit vſque ad an. 700. [a] diſt. 25. ca. 1. [b] c 30 de cõſecr. diſt. 5 c. 13. an. 506. [c] To 2 b an. 517. loc. cit. Simile in Braccarenſi 1. ca. 19 an. 572. diſt. 32. ca. 14. [c] ab an. 1073 de conſecr. diſt. 5 c. 15. in gen Syno. [d] Marc. 12. v. 17. [e] 1. Inſt. 19 ſ. 29. &c. [f] 23. Sept. [g] Baronius. [h] Flauio. Leone. Zenone, Anaſtaſio, Orientis. [i] Marciano, Maiorano, Seuero, Anthemio. Glycerio. Odoacr. Occidẽtis. [k] an. 452 [l] an. 45. [m] li. 6. Epiſt. 1 & alias habet multas ad Lupum adiaphoras. [n] To. 1. pa. 107. * Vide huius expoſitionem lxm n. 63. infrà.

a per Ieſ.Chriſtū patrantur miracula. Illic certè conſcribuntur iſta, conſequenter ad priora inde ſumpta, & iam ſuperiùs aptata eiuſdem Inſulæ ſub Pothino Vero, & Iulio Archiepiſcopis[o]. Cæterùm, pro eodem noſtro Lupo ita concludit Petrus de Natalibus: *Lupus Epiſcopus & Anachoreta, ita aſſumptus apud Lugdunum, claruit. Obiit VII. Kalend. Octobr.*[p] Quieſcit verò apud Inſulam barbaram prope Lugdunum, ex veteri Homiliario Eccleſ. S. Irenæi. Indéque multis coniectura eſt, quòd viuens in eadem Inſula quandoque vitam monaſticam egerit:[q] nimirū priùs forſan ibidē; poſteáque viciſſim apud Lerinam Inſulam, tanquam auſteriorem. Quo fine, ob antiquam à maioribus acceptam traditionem hodie videtur reuouata illius[r] Tabella ſupra Altare Eccleſiæ veteris S. Martini in eadem barbarana Inſula. Ad extremum,[s] diſcrepantes multò ſunt alij S. Lupi olim florentes in Gallijs, præter emiſſum Trecenſem[q]: vt pote Veronenſis Epiſcopus incerto tempore, Senonenſis Antiſtites vno ſeculo tardiùs, vterque ex Martyrologiis[t]: tum Præſul Cabilonenſis ex Celtica anteriore noſtra editione[1], item pluſquàm ſeculo inferior[r]: & demum Catalaunenſis, qui ex Demochare[u] conſtitit in prouinciali Synodo Aruernenſi, eáque ex Genebrardo[x] accita eſt paulò poſt obitum noſtri Lugdunenſis. Neuter autem horum duorum obtinuit locum in Martyrologiis.

Quatuor alij Epiſc. eiuſdē nominis.

XXXII. *Paragraphus 1.*

Ann. 542.

LEONTIVS in Tabulis Lugdunenſib. ſic appellatur Campegio, ſeu *Licontius* Sarrazino poſt vetus Homiliarium. Circunſtantes autem Antiſtitū calculi antè & retrò indicānt eū ſediſſe ab an. 542. ad ſequens biennium. Et cenſetur is eſſe Sanctus, de quo vniuerſim hæc recenſet Molanus cōmentator in Martyrologiū Vſuardi[a], XIV. Calend. April. *Ipſo die* (inquit) *Sanctor. Apollonij & Leontij Epiſcoporū*, Totidem verba recèns euulgauit Baronius[b]. Apponit tamē in Supplem. *Nulli habetur expreſſum, cuius Eccleſiæ Epiſcopi fuerint.* Hinc itaque dū & tempus & locus reticentur: ſanè nihil contradictionis ſupereſt, quin eundē Leontiū æquè benè adſcribamus Lugduni hiſce dieb. quàm alibi. Sed aduerte, equidem mirandum, quòd quando illi duo Authores moderni depingunt virū duplicem, ſcilicet Apollonium Antiſtitem præter Leontiū: tamen antiquior Petr. de Natalib. ita rē conſcripſit pari diario: *Leontius Epiſc. Apollonij eodē die in Chr. dormiuit*[c]. Vbi profectò infixit nomē vrbis Apolloniēſis, vt pote cuius fuerit Epiſcopus vnicus ille vir Leōtius, qui ſolus ei ſupereſt in ſuo contextu. Quo ſuppoſito proculdubiò ſcitote, quòd numerantur decē ad minus vrbes varijs in mundi partib. inſignitæ hoc nomine Apolloniæ ad orientē. Verùm citra alias earundem quæſitū nactæ ſunt Cretæ, in Aphrica, Epiro, Idumæa, Pōto, Syria, Parnaſſo, Troade & ad Iſtrū Thraciæ ex Plinio[d]: illic auguramur intelligendā Apolloniā Macedoniæ ciuitatē ex præfato Pet. per quā prouinciā D. Paulus Apoſtolus profectus eſt[e], fidem Chriſti ibidem diſſeminaturus, Archedoro fluuio diuiſam à Theſſalonica, quib. etiā in partibus viguit religio Euangelica & dignitas Epiſcopalis. At necdum certè eò veniendum eſt: vt vrbem, non hominem Epiſcopum concipiamus illa voce: quin arbitramur lubentiùs annuendum duobus aut pluribus inter recentiores Doctoribus; qui Apollonium, virum intelligunt. Adeóque Leontius non Apolloniæ in vrbe orientis ſacrum agolum geſtauit: imò potiùs in Gallia, quia cùm ignotus ſit locus ad hanc vſque diem, nomen Leontij in vrbe Lugdunenſi comprobatum coarctat vagam Authorum hiſtoriam ad hunc vnum locum.

Alius Leontius eiuſdem nominis & Apollonius.

Apollonia vrbs.

Plures eiuſdem appellationis.

Paragraphus 2.

MOx de cæteris pij hominis incidentibus ſermocinari oportet ex multis Præſulib. eiuſdē nomenclaturæ in probabili vicinarum perſonarum chronologia. Septē Leontios, eoſque ferè ſynchronos, relaturi imus. Inter quos hinc abdicaturi ſumus quinque: & poſtmodum duos vel alterutrum liberè admiſſuri per canonicam Sedium tranſmiſſionem.
I. Primus remouendus eſt Leontius ille benemeritus, ad quem ſcripſit Hilarius PP. ſedens Romæ ab an. CCCCLXI. Vnde integro pene ſeculo anteceſſit dies noſtro Leontio tribuendos. De quo nos ſub D. Patiente.
II. Secundus hinc quoque ſecludendus eſt Leontius Foroiulenſis Epiſcopus ſub finem illius æui. Vterque conſcriptus à Baronio ſub annum CCCCXC.[f]
III. Tertius ablegandus eſt Leontius Epiſcopus Toloſanus, inchoante ſequenti quinto ſeculo, quem credimus affuiſſe I. prouinciali Concilio Aurelianenſi, de quo Sauſſeyus. Ea autē Synodus acta eſt an. DXII. ex Sigiberto a nobis perlecto. Quem ideo Præſulem non dicimus Lugdunum iure poſtea tranſlationis profectum, quia longiùs vixit ante noſtrū Leontiū, vt vix tandiu degere potuerit.
IV. Quartus is eſt, de quo ſic Annaliſta ſacer Cardinalis ſub annū DXIX.[g] *Scampis nobis poſitis poſt Miſſas* (infit) *hora cœnatoria Stephanus & Leontius viri clariſſimi ab Imperat. miſſi in occurſū venerūt, adhuc neſcientes nos in partib. Græciarū poſitos*[h], &c. Qui Leōtius etiā altiùs vita fretus eſt, quā par ſit ad propoſitū.
V. Quintus multò magis iſtinc arcēdus, eſt eiuſmodi ex citati Annaliſtæ hiſtoria ad annū præfatū aut paulò ante Sedem noſtri Leōtij Lugdunēſis.

Alij ſeptem Leontij Epiſcopi.

o n. 1 §. 5. 6. n. 6. §. 3. n. 7. §. 1.
p li. 11. c. vlt. ar. 260.
q eius feſtū 29 Iulij.
r 1. & 2. Septem
s par. 3 ca 4.
ſe l. 5. fin.
t an. 630 Sāluianut.
u li. 2. c. 15.
x In Chron.
a 1 an 554. ſub S. Vigilio PP.

a & nihil ipſe Vſuardus.
b eod. die.
c li. 11. c. 130. ar. 92.
d nunc vulgò *Velone* in Albania & Maced li. 3. c. 11. 23. 4 c. 10. in Thrac. c. 11 in Aphr. Pentapoli nunc vulgò *Bonadria*. li. 5. c. 5 in Idu. nunc A?or c. 13. & inſula uonia dicta *Velona* li. 3. c. 15. ite mox *Verna* Thrac. 31. ca. 4.
e Acta Apoſtol. c. 17.

f Magūt. col 382. hi: n. 24 §. 3 Sauſſ in Annal Aurelian li. 3. n. 1.
g 1o 7. col. 42.
h ex Horm. PP 1 o. 1. Epi ſtolar. poſt Epiſt. 14 l n pet. Anaſtaſ. an. 20.

Vigilantibus licèt agricolis(ait) *venit tamē inimicus homo, & ſuperſeminauit zizania. Leontius enim eum Collegis, profeſſor vt videbatur Catholicæ fidei, & defenſor Calcedonenſis Concilij ſub ſpecie quadam pietatis, quaſi niteretur ipſum roborare Concilium, hæreſim Eutychianam validare ſtudebat. Et audi reliqua* [i]. *Inſidiator antiquus ſuſcitauit Monachos de Scythia, inter quos eſt Leontius, qui ſe dicit parentem magiſtri militum Vitaliani, &c.* Is poſtquam occulrè in præfatam hæreſim
Eodem ſeculo. lapſus eſt rediuiuus, potuit ſenex Archiepiſcopum agere Lugdunenſem [k]: ſiue poſtmodum ex ea Cathedra diſiectus fuerit ob ſuos pateſactos errores, ſiue in eadem relictus conuerſus aut permiſſus ob latentes & vix notas ſui ſchiſmatis latebras. Sed videtur ſatiùs dictum,
VI. quòd idem velut remotus è Galliis, ad eas regendas nequaquam acceſſerit illa ferox bellua & vulpes Eccleſiæ hoſtis, indignus Eccleſiaſticâ quauis præfectura. Sextus Antiſtes hic iam veriſimiliter collocandus per Sedium transfuſionem, ita bis digeritur apud Baronium. I. *Quod ad Reliquias S. Vincentij Martyris pertinet, viguit magnopere non in Hiſpaniis tantum, vbi paſſus eſt, ſed in Galliis earundem cultus**. *Cuius rei hic fidem faciunt Fortunati Carmina de eiuſdem S. Baſilica vltra Garumnam, quam ſanctus Leontius Epiſcopus Burdegalenſis ſtagno cooperuit, & de alia in Vernemete, quam idem Leontius erexit à fundamentis.* Hæc conſcripſit Author pius Analiſta, equidem ſub annum quingenteſimum ſexageſimum primum, tanquam præcipua. Verùm II. & paulò antè, videlicet anno DLVI. iſta ediſſerit annectenda, ordine naturæ poſteriora. *Fortunatus de eo habet hos verſus. Tertius à decimo huic Vrbi Antiſtes haberis: ſed primus meritis enumerandus eris. Is nobiliſſimo ortus genere, diuitiiſque pollens & egregiis animi virtutibus exornatus, coniugatus licèt, inuitus ad eius Eccleſiæ Epiſcopatum aſſumptus eſt.*
Vnus ſanctus. *Et vocatur Leoncius ſenior. Nam eſt alius Leoncius iunior tunc Epiſcopus Pinſcenſis, Turonenſiſque ſuſceptus in literis Ruthenorum.* Itaque ſic ritè cohærent ſucceſſionum tempora. Quippe ſanctus ille Leontius facilè potuit Lugduni triennio permanſiſſe ad annum vſque DXLV. vt minimum & ſequenti ſolis reuolutione ad Burdegalenſes peragraſſe. De qua præciſa anni ſequentis mutatione Pontificia patet certè, ex eo quòd Demochares in Tabulis Burdegalenſibus [l] affirmat Leoncium, velut Præſulem Burdegalenſem in Aquitanica Gallia, ſua dediſſe ſuffragia in quarto prouinciali Concilio Aurelianēſi. Quę Synodus apud Baroniū exactè celebrata eſt illo ſequaci an. DXLVI. Ibidē verò deinceps Pontificalia exercere pertexit annis præfatis DLVI. & DLXI. affuitque interea Synodo Pariſiēſi [m] ex Sauſſeyo [n], quā ex Baronio [o] deprehendimus coactam anno DLIX. Tandémque S. ille Leontius in ſua vlteriore Cathedra Burdegalenſi vitam fœlicem poſuit. Martyrologia tamen Romæ
VII. ſuſcepta eius ſanctitatis non mēminēre. Septimus & poſtremus Antiſtes, qui eſto ſecundus iſtic comprehenſus, dicitur Leontius Aurelianenſis Epiſcopus. Subſcripſit Concilio ſecundo Aureliano ad annum DXXXVI. [p] Vnde ſi diſertè non appareat eundem Aurelius expiraſſe; ei perſacilè licuit Lugdunum ingredi laureato. Nam ſeculum Leontij Lugdunenſis conſequitur proximè metrum & chronicon Aurelianenſis. Hunc verò etſi priorem ſupputemus alio Burdegalenſi ratione temporis: tamen reſpectu perſonæ ſublimioris, recognouimus hunc ipſum hiſce ſcriptis ſapienter poſtponendum. Hæc quinque prolegomena delineabamus; vt quiſque optet, ſaltem ex duobus, queuncunque in probabilioribus; dum minimè ſuppetunt alia magis domeſtica documenta.

[i] To. cit. col. 699.
[k] nam concordant tēpora.
* vt Cabiloni & Matiſc. vbi Cathedrales Eccl. D. Vincentio dicantur.
[l] To. 2. c. 26.
[m] 1. vel 2. tūc ex Genebr.
[n] dicit tertiā n. 8. li. 3.
[o] abſolutè ſine numero.
[p] Saulſeyus li. 5. n. 7. De Leontio Epiſc. Forouilienſi an. 490 Bar. To 6. col. 585. Mogunt.

XXXIII. *Paragraphus* I.

Præſes in V. Synodo Aurelianenſi. SANCTVS SACERDOS, Confeſſor: non ſedit anno ſal. DXXVI. vti annotat recentior Paradinus [a], quia ei aduerſantur ſuperiores omnes calculi ex antiquiori ac tutiori promptuario fluentes ſub S. Lupo anteceſſore Archiepiſcopo *. Sed vetius ſedit ab anno circiter DLXVI. quaſi notæ diuerſitas pendeat ex Typographi. allucinatione. Is præcipiente ſancto Vigilio Pontif. Max. præfuit omnino in quinto prouinciali Con-
546. cilio Aurelianenſi, ex Indicibus Conciliorum [b], Democharec [c] & exſcribente Baronio [d]: hac
552. prologo: *Sacerdos in Chriſti nomine Eccleſiæ Lugdunenſis Epiſcopus conſtitutionem noſtram relegi, & ſubſcripſi V. Calend. Nouembris anno XXXVIII. Regni Childeberti Regis.* Qui annus ex Pauli Æmilij & Ioannis Tilhj Chronicis [e] rectiùs incidit ſub annum præciſè DLII. In ea autem Synodo conſtitere multiplices variarum Galliæ Metropoleū ciuitatum Patres ad quin-
Nouem eſſe ctus ſub amplioris Primatię. quaginta duos vſque, per quos reluxit denuo Primatiæ Lugdunenſis amplitudo ad eū ferè modū, quo præfiximus aut abſoluimus ſub pręſato D. Lupo erga ſimiles alios Præſules tunc ſedētes in tertia Synodo Aurelīana, eóſq; nominari cœptos ſub Viuētiolo pariter Lugdunēſi Archiepiſcopo *. Nam præter Suffraganeos Lugdunēæ Sedis, nimirum Agricolā Cabilonen-
I. ſem, Nectariū Auguſtodunenſem [f], Placidū Matiſc. [g] & Tetricū Lingonenſē [h] ibidē primùm

[a] li. 1. c. 7.
* n. 30. §. 1.
[b] To. 2. vbi ponitur an. 549.
[c] To 2. c. 17.
[d] To 7. col. 169. Mogūt.
[e] Inde Barō. an. 553.
* n. 29 §. 2.
[f] in 6. & 14. Inc.
[g] in 39.
[h] in 46.

conue

cõuenêre Prætextatus Epiſcopus ſeu Archiflamen Rorhomagenſis trigeſimus ſextus ordine inter cunctos [i] cum Fegaſio Abrincenſi, Lauto Conſtantiæ [k], Paſſino Sagienſi [l], Sabaudo — i non omnes in 1. edit. ſed 52. acceptos in Democh. li. 2. c. 26. & in to. Concilior.
II. Lexouienſi [m] & Valerio Ebroïcenſi [n] Epiſcopis, ex ipſius Suffraganeis. Secundò, illuc appulêre Conſtitutus Senonenſis Archipræſul ſedens vndecimus, cum Antonio Aurelianenſi [o], Ambroſio Trecenſi [p], Clementino Niuernenſi [q], Cronepio Meldenſi, Eleutherio Altiſiodorenſi [r], Saphoraco Pariſienſi [ſ] & Felice Carnotenſi, Antiſtibus, ex eiuſdem Suffraganeis. Nulli verò extitêre Epiſcopi Turonenſis Archipræſulatus. At nihil intereſt. Quippe iam conſpeximus ſub Lupo [t] quoſdam Antiſtites talis Prouinciæ Turonicæ ſedulò comparuiſſe tertio Aurelianenſi Concilio, velut omnes addictos Archiepiſcopo Lugdunenſi. Hic ergo interea liquet Sacerdotem ex praxi dictum & viſum Primatem tum Rothomagenſis Prouinciæ ſeu Northmaniæ, tum Senonenſis ſeu Burgundiæ Ducatuum, præterquàm inſuper Turonenſis. — k in 25. & 51. l 58. m 45. n 52. o 10 4. p 8. q 12. r 13. & 19. ſ 12. & 44. t n. 30. cit. ex nu. 29.

III. Tertiò, ſi aliò deinceps extra ſolitam & viſualem Primatiam Lugdunenſem egredi liceat: apparet manifeſtè ex illo Synodi catalogo, Iſichium Viennenſem Archiepiſcopum, qui ſe alioquin Primatem dicit Primatum, ſediſſe Aurelis ordine vigeſimum nonum. Longiùs equidem geſtum à prætenſo tunc iure ſui tanti Primatus. Niſi fortè ſucceſſores ipſius proponant & reſpondeant ſe ideò aliis multis ſubmiſiſſe, quia Synodus non in finibus ſui Primatus celebrabatur, ſed intra limites Primatiæ Lugdunenſis: aut etiam quia tardiùs cæteris qui eum ſedentes antecedebant, conſecratus fuerat Archipræſul. Verùm certè in oppoſitum paſſim fertur, quòd Archiepiſcopatibus ſeu Primatibus minimè obeſt ſegnior ordinatio, at ſolis nocet puris Epiſcopis, quocunque tempore inaugurentur antea. Vnde Iſichius debuerat ibidem aſſidere ſecundus, vtique proximus poſt ſanctum Sacerdotem. Miſſúmque facio Gallum Valentinenſem, vigeſimum octauum, ex eius Suffraganeis.

IV. effectus. Quartò, Anolus illic conſcribitur ſeptimus, Epiſcopus Aquenſis Sextiarum [u], ſeu etiam Archiepiſcopus in Prouincia: ſi tandem, inquam, ea Sedes iam tunc euecta eſſet in Archiepiſcopatum: cui ſubſunt Eradius Aptenſis & Velleſius Vapincenſis Epiſcopus [x], catalogi vltimus, duo ex eius Suffraganeis. Ille autem Aquenſis eſt ex Archiepiſcopis quoque Primatiæ Viennenſis, ſi quæ re ipſa Viennæ habeatur. Quo in loco ſubiicemus Iulium ibi trigeſimum, pariter dictum Aquenſem. Nam alter ex hiſce duobus Aquenſibus ſitum habet, non in Prouincia Phocenſi, ſeu in Gallia Narbonenſi, at in meridionali Aquitania, ſub Auxitano Archiepiſcopatu [y]. — u Aix en Prouence. x ſeu Vapincoſ de Gap. y vulgò Ax. lög. grad. 22 & [illegible] par lat. 40.

V. VI. Quintò, catalogus effert ſecundo loco Aurelium Arelatenſem; quem Archiepiſcopum multi iactitant addictum Viennenſis Primatiæ. Sextò, profertur ibidem Deſideratus Bituricenſis, decimus quartus: Sedes poſtmodum verſa in Patriarchatum. Is inter proprios Suffraganeos nactus eſt Aurelius Gallum Aruernum [z], Maximum Carducenſem [a], & Quintianum Ruthenenſem [b]. — z 27. Claromontanum a in 33. ordine. b in 42.

VII. VIII. Septimo, aſſedit Beatus Ambianenſis & Fredigernus Syluanectenſis Antiſtites, pendentes ex Archiepiſcopatu Rhemenſi. Octauò, interfuit Proculianus, Epiſcopus Anſcienſis ſeu Auxitanus [c], mox Archiepiſcopus: itémque ſui Coepiſcopi, Fauſtus Lactorenſis [d] & Præſidius Conuenarum. Tum Vticenſis Antiſtes, Firminus [e], ſub Archiepiſcopatu Narbonenſi. — c 37. ibi. d 25. e 21.

IX. effectus. Nonò, acceſsêre Aredius Dignenſis [f] & Baſilius Glandetenſis [g], oriundi ex facto deinceps Archipræſulatu Ebredunenſi: atque alij plures, quos in ſpecie prætermittimus; è quibus fuêre Nicetius [h] Archiflamen Treuerenſis, Vrbicus Viſontionenſis [i], ac demum Euſebius [k] Xantonenſis Epiſcopus ſub Archiantiſtite Burdegalenſi. His omnibus dum præerat ſanctus Sacerdos Lugdunenſis, ſat ſupérque demonſtratur, quanta cernebatur eius ſuæque cathedræ prærogatiua, authoritas & eminentia. — f 15. g 9. h 35. i 18. Biſantinus Archiep. et Chiffletio prætermiſſus. k Democh. 19.

Sed & hoc ampliùs habemus enarrandum. Baronius obiter de materia, ac deinde clariùs de Præſidibus Concilij iſta præmittit. *Trium Capitulorum occaſione ipſam fuiſſe Synodum celebratam Canon primus admonet, vbi ab exordio damnantur hæreſes Neſtorij & Eutychetis, quarũ cauſa ſciret Eccleſiam orientalem incendio conflagrare. Præfuiſſe autem eidem Synodo reperitur primo loco ſubſcriptus ſanctus Sacerdos, ita nominatus Epiſcopus Lugdunenſis, cuius egregiam ſanctitatem teſtantur Eccleſiæ. Vnde ipſius anniuerſariam commemorationem celebrandam repræſentant prid. Idus Septembris. Itémque Præſes fuit ſanctus Agricola Epiſcopus Cabilonenſis, & ipſe inter Sanctos adnumeratus* [l]. — Duo Præſides Concilij. — l to. 7 ann. 552. col. 567. Mogunt.

Hinc verò præter ſanctimoniam vitæ amborum Præſulum, quam Author extulit, inſuper docere nos voluit, quòd ſi S. Sacerdos quandoque præpeditus aut infirma valetudine detentus ad conclaue deſcenſum facere nequiuiſſet, Vicarium generalẽ Præfectum vice ſui Concilio dederit, non quidem vllum ex præfatis cæterarum prouinciarum Archiepiſcopis, ne id fortaſſis ſuæ derogaret Primatiæ: ſed Cabilonenſem ei Suffraganeum Sedis pium Antiſtitem adnominauit [m]: vt ſcilicet illo ſemper abſente eluceſceret eò magis ſuæ aut prouinciæ Primatus eccleſiaſticus & excellentia. — m alioqui S. Agricola collocatur 6. in Concilio à Democharе.

Paragraphus 2.

Sedis Viennenſis Primatus.

EX illis permixtis diſcurſibus, in quibus obiter ſermo eſt de Viennenſi Eccleſia eiúſve Primatu: nunc opportunus nobis locus occurrit verba faciendi ex profeſſo de illius Sedis prærogatiua, eò quòd hactenus ambigua viſa eſt eiuſdem veritas, maximè ſi conſertetur aut miſceri putetur vnà cum tutiore Primatu vicino Lugdunenſi. Hunc verò tractatum iam præbere potueramus aut debuiſſemus ſub Diuo Lupo Archipræſule [a], vbi ſimile præludium iacet variorum triplicis Galliæ Archipræſulum ſe quoque in alio Concilio ſubmittere non dubitantium eidem Lupo Lugdunenſi. Vnde non ampliùs ſaltem immorandum, quin mox id munus præſtemus: neque rurſus ad poſteriora differamus. quæ vlteriora rurſus innouabunt eandem diſputationem frequenter obuiantem & ſatis amplam. Propterea optimè decet, vt eiuſmodi ſequentia meritò ſupponant iſta ſemel ad integrũ præceſſiſſe. Quæ tractatio tres ambit paragraphos.

Iurgiũ olim de eo.

In iſto primo monendum eſt ad hos vſque dies litem ferè viſam fuiſſe commotam inter Reuerendos defunctos Archiepiſcopos Viennenſes ac Lugdunenſes, deuolutam penè ad Sedem Apoſtolicam. Ille narrabat ſe eſſe Primatem Primatum: perindéque arbitrabatur ſe aliquod ius nactũ ſuper Archiflaminem Lugdunenſem, quaſi ſimplicem Primatem. Antiqua namque iuriſdictionum documenta à multis ſeculis deperdita ſucceſſoribus obliuionem iniecerunt pro diſcernendis ſuorum iurium limitibus. Adeóque cæcutire demum videbantur, ſinguli ancipites promiſcuè loquebantur. Tandem verò nobis præſentibus cum repertore ac authore eo [b], quem nominat Numerus I. [c] huiuſce Catalogi [d], ille talia repetita quę vidi MS. priuilegia in lucem edidit [e]. Ex vetuſtis alijs monimentis conſtat clariſſimos Lugdunenſem ac Viennenſem Primates ſuos valdè diſtinctos fines obtinuiſſe, vt vnus nequaquam excurrat in metas alterius. Dum enim Lugdunenſis ab antiquo Romæ conſecutus fuerit ſolam vniuerſam Galliam Celticam, nimirum prouinciam ſuam trimembrem Archiepiſcopos Senonenſem, Rothomagenſem ac Turonenſem: ſanè Viennenſis aliò longè diuertit. Nam ſic quondam decernebat S. Syluе-

I. Bulla Papalis pro tali Primatu.

ſter Papa [f] XXXI. à D. Petro, ſcribens *Coëpiſcopo Paſchaſio Viennenſi*: vltra medium. *Prouinciæ ſeptem* (ait) *ad Viennenſem Eccleſiam pertinentes, ſicut Romanus catalogus teſtatur: hæ ſunt: Viennenſis prima: Narbonenſis prima, quæ eſt ſecunda: Narbonenſis ſecunda, quæ eſt Aquis, tertia: Aquitanica prima quæ eſt Biturix, quarta: Aquitanica ſecunda, quæ eſt Burdegala: Nouempopulana, quæ eſt Auxia, ſexta: atque Alpes maritimæ, quæ eſt Ebredunum, ſeptima.* En iam locorum diſcretio notiſſima, nec in poſterum dubia: qua certè manifeſtum eſt Viennenſem Primatiam ſeptemplicem, ampliorem quidem olim extitiſſe, diſtributam in duas omnino Gallias, Bracatam & Aquitanicam. At non proinde irrepſit in Lugdunenſem quadrupli-

Diſtinctus à Lugdunenſi Primatu.

cem. Sed in hoc præcellit Celtica Lugdunenſis; quòd ſemper hodie ſuis fruitur iuribus, habeâtque Lugduni diuerſos ſuos Officiales in Eccleſiaſticis litibus dirimendis: ſcilicet Metropolitanum pro latiſſima ſua Diœceſi, & quatuor reliquis prouincijs ſeu Diœceſibus [g] ſui Archiepiſcopatus: iterúmque Primatialem, ad quem proximè appellatur ex Archiepiſcopali Curia Senonenſi & Turonenſi, deindéque ad Sedem Romanam. Sex verò præfati cæteri Galliarum Archiepiſcopatus quondam addicti Viennenſi à multis annorum centurijs non recognoſcunt ampliùs Viennenſem Archiepiſcopum, neque ad ipſum appel-

Abrogatus.

lationes mouere ſolent: vt neque eos ad hoc coëgit Viennenſis: niſi de nouo vi repertorum Diplomatum Romæ ſententiam conſequatur partibus vocatis. Itaque ſuſpenſum eſt id ius ex præſcripto non vſu. Attamen minimè propterea Claudius Rubizius irridere debuit Primatiam Viennenſem in ſua vulgari hiſtoria Lugdunenſi [h], quaſi nullam prorſus. Quippe peruetuſta eſt. Imò, quod mirum eſt, originem traxit confeſtim à pia ad fidem conuerſione primorum ethnicæ ſuperſtitionis Imperatorum [i] ſub primitiua Eccleſia. Quin prætérea cenſetur adhuc antiquior: & breui cœpiſſe poſt Apoſtolos tempore afflictæ per Mar-

Antiquior alijs Primatibus.

tyrium Eccleſiæ. Nam ſanctus Syluеſter [k] citat Romanum catalogum ſe ipſo magis priſcum, in quo haberetur iam mentio de tanto Primatu. Atque reuerâ Numero II. [l] meminimus S. Clementis Papæ Apoſtolorum diſcipuli, qui decreuit pro varijs in Gallia Primatibus, tametſi vniuerſim. Neque exiſtimo aut vix hactenus ſcio vllum Primatem in Gallijs, ne dicam in toto Occidente, adeò annoſas & authenticas ſaltem porrexiſſe hiſce diebus literas & Bullas Pontificias, quales profert in medium Viennenſis. Vt abs re ſugillarit cachinnum Rubizius. Cui ad ſummum dixiſſe ſuffeciſſet, ſi quæ Diplomata habeat Sedes Viennenſis, digna quæ laudentur aut exhibeantur, ea vim & robur ſuum amiſiſſe, quódque egerent ſorti redintegratione. Sed hoc condonemus Authori mihi alioqui amico dum viueret. Nondum enim ad eius aliorúmve conſpectum venerant Chartæ Viennenſes [m] nobis oſtenſæ ſequenti triennio. Verùm addam & hoc vnum in illius Sedis gratiam. Habuit antiquitus idem

[a] an. 31. §. 2.
[b] Boſco p. 18.
[c] §. 4.
[d] an. 1604.
[e] an. 1605.
[f] ad an. 315.
[g] Eduen. Lingon. Cabilon. & Matiſcon.
[h] li. 1. c. 5.
[i] Conſtantini Magni.
[k] primus Cõfeſſor poſt Martyres.
[l] §. 2.
[m] in pergameno. Vidi.

Aliud ius Viennenſium vniuerſalius.

idem Archiepiſcopus Viennenſis aliud ius certè vniuerſalius in exteras omnes Galliarum partes, complectentes inſuper Togatam, Celticam & Belgicam. Etenim ſic fatur Epiſtolæ Syluestrinæ principium. *Placuit Apoſtolicæ Sedi, vt ſi quis ex qualibet Galliarum parte ſub quolibet eccleſiaſtico gradu ad nos venire contendit, vel ad alia terrarum loca ire diſponit, non aliter proficiſcatur, niſi Metropolitani Viennenſis Formatas acceperit* (literas dimiſſoriales ſeu atteſtationes appellamus) *quibus Sacerdotium ſuum vel locum eccleſiaſticum, quem habet, ſcriptorum eius adſtipulatione producat, &c. Quiſquis prætermiſſa ſupradicta Formata, ſiue ille Epiſcopus, ſiue Presbyter, ſiue Diaconus, aut in gradu inferiori conſtitutus, deinceps ad nos venerit, ſciat ſe ſuſcipi omnino non poſſe. Quam authoritatem vbique nos miſiſſe manifeſtum eſt, vt cunctis his regionibus innoteſcat.* En capax tunc promulgario. Tum ſequitur. *Si quis hæc ſalubriter conſtituta temerare præſumpſerit ſponte ſua, ſe à noſtra nouerit communione diſcretum. Hoc autem priuilegium Formatarum Fratri Coëpiſcopo Paſchaſio* [n], *& poſteris eius meritorum illius ſpeciali contemplatione conceſſimus, &c.* Id donũ fortè ideò etiam conceſſum eſt, quia Viẽna eſt vrbs Lugduno antiquior: in vmbilico rurſus Galliarũ poſita, & aditu idcirco facilior, è quibuſq; Galliarum extremis. Interim, egregia ſanè poteſtas, cùm & omnes alios Antiſtites liget, pœnáſque contranitentibus minitetur: non in foro ſolùm interiori, at fortaſſis in exteriori quoque forenſi actione, vt videretur potuiſſe tum Viennenſem coram Iudice tales adigere & compellere. Sed demum de vlteriore illa facultate idem exiſtimandum putamus, quemadmodũ de ipſo primo Viennẽſi Primatu dictũ eſt: quòd ſcilicet ex non vſu abrogata ſit. Singuli nanque Epiſcopi Galliarum eximunt ſe ſe ab hoc onere, vel etiam erga ſuum quemque Archiepiſcopum: Dimiſſoriaque tribuunt ſuis Diœceſanis, ex communi Eccleſiæ & Canonum iure minimè priuilegiato. Atque hæc de prima Bulla in Viennenſium gratiam. Qua ſimul conſtat, equidem tacitè, at ſufficienter: quòd inde vnaquæque ex ſex aut ſeptem allatis Sedibus atque Prouinciis erigitur ipſo facto in gradum Archiepiſcopatus, ſeu talis conſtituta ſupponitur. Res pariter ipſis antiquiſſima! Non enim poterat Viennenſis tunc dici Primas, niſi ſupra Archiepiſcopos: quia ius in ſolos Epiſcopos Primatiam non indicat, ſed Archiepiſcopatum duntaxat.

Pro dimiſſoriis in Gallus.

[n] vndecimo Epiſc. Vienn. Democh. 10. 2. c. 19.

Tunc erecti Archiepiſc.

Paragraphus 3.

De obſoleto Primatu Arelatenſis Archiepiſcopat.

Forſitan interrogaret aliquis, quare ſanctus Syluester inter ſeptem Prouincias Viennenſi attributas non commemorarit Archiepiſcopatum Arelatenſem in eadem Gallia Braccata collocatum, in qua pariter conſiſtunt duæ aliæ Prouinciæ, nimirum Aquenſis, & Ebredunenſis Archiepiſcopi ſub præfato Viennenſi, omnes eorundem Allobrogum ſeu Delphinatum incolæ: vt pote qui Allobroges amplectuntur quatuor omnino Archiepiſcopatus è latere Delphinatus, ac dempta Sabaudia. Sanè hac in parte tentabo paucis quid opiner. Verè quidem ſanctitas loci aut anteriorum Arelatenſium Epiſcoporum nonnihil quandoque Romanos Pontifices continuit, ne eam quoque Sedem citò adnominarint vel addixerint Viennenſi: quin potiùs Arelatem in Primatiam exiniierint circa tres primos Arelatenſes Archipræſules ſingulari vita doctrináque illuſtres. Vnde ſummi Pontifices Arelatenſem ad Burgundionum Regnum ſibi Legatum creabant, quorum Principum Regia Sedes fuerat Arelas, Papâ ei ad tempus ſubiiciente Viennenſem & Narbonenſem duntaxat Archiepiſcopos. Veruntamen ſequenti poſt Syluestrum Papam hemiſeculo natæ ſunt duæ potiſſimùm cauſæ, ob quas ſupremi Pontifices annectere prudenter debuerint Arelatenſem prouinciam, velut octauam, Viennenſi Primatui quaſi completuro totum Delphinatum. Prior cauſa eſt, quòd improbus Saturnius Arelatenſis Epiſcopus adeo pertinax & ferox ad hæreticas delirantis Arianiſmi partes defecerat ſub annum trecenteſimum quinquageſimum ſextum, vt ſectæ Conciliabulum Byterris [o] accumulare auſus fuerit aduerſùs Diuum Hilarium Pictauienſem orthodoxum Antiſtitem in exilium tunc pulſum. Quare ſanctus Liberius Papa [p] huic auguſtum Primatus detraxit Magiſtratum, & modeſto Viennenſi iam aliunde Primati adiudicauit: quem Arelatenſem Demochares Saturninum appellat [q]. Subinde verò ea ſtrictior facta poteſtas renouata legitur in nationali Cõcilio Taurinenſi [r], *inter Epiſcopos vrbiũ Arelatenſis & Viennenſis* (habet textus) *qui de Primatus honore certabant, &c. Decretum eſt* (addit locus) *vt memoratarum vrbium Epiſcopis vnaquæque de his viciniores ſibi inter prouincias vendicet ciuitates, atque eas Eccleſ. viſitet, quas oppidis ſuis proximas magis eſſe conſtiterit.* Qualis certè diffinitio ex Conciliorum voluminibus celebrata eſt anno trecenteſimo nonageſimo quinto [ſ]. Tametſi Annaliſta Baronius eandem remoretur annis quinquaginta [t]. Necnon quintus poſt præfatum Liberium Romanus ſucceſſor ſic materiem corroborare ſtuduit. *Zozimus Papa* [u] *Simplicio* [x] *Viennenſi Archiepiſcopo. Licèt Arelatenſi Epiſcopo antequam Legatus tuus veniſſet* (ait) *propter reuerentiam*

ſancti

Addicto Primatui Viennenſi.

Duæ rationes.

1

Bulla II. Viẽnenſis amplior primâ.

[o] Beſiers. Baro. 1. nu. 105. to. 3 an. cit.
[p] ab an. 352. ad 366.
[q] to. 2. c. 38. ibi eſt decimus.
[r] Turin. Et antea generaliùs in Pariſienſi an. 362. Baron. nu. 289.
[ſ] to. 1. ſub Siricio PP. & D. Ambroſ.
[t] to. 6. ſub Leone an. 445. nu. 11.
[u] ab an. 417. a. 419.
[x] alio à Simplicio 16. Iſte eſto 13. poſt Claud. & ante Nectariũ, oblitus in Tabulis Democh. & Petri Villar. Deo eo Greg. Turon. ſupra Numer. 11.

ſancti Trophimi ius Pontificium ſuper tres prouincias habere ſcripſerimus: nihilominus ſi ita eſt, vt II. *ſcripta tua continent, interim vſque dum lucidiùs ventiletur, poteſtatem antiquam tibi manere permittimus, vt viciniores tibi intra prouinciam ciuitates vindices.* Atque hæc eſto ſecunda Bulla. Poſterior autem cauſa ſeu ratio eſt, quòd duo præſertim Saturnij ſucceſſores, nempe Patroclus & Hilarius Epiſcopi Arelatenſes y, licèt Catholici, cum denuò Primatus titulum refricare alio fine tentabant & perſeuerarunt: quatenus ſingulis Clericis Prouinciarum ſeu Archiepiſcopatuum Viennenſis ac Narbonenſis omnes ſacros Ordines propria authoritate inuitis aut neſcus ordinatorum Epiſcopis audacter conferebant, Dimiſſoriáque ac Benedictiones hiſce extraneis impertiebantur. Quod ne quidem hodie aggrediuntur Primates illi, qui hoc æuo ſuis planè fruuntur Patriarchis, velut Primas Lugdunenſis: quòd ſit violentas & nefarias manus in alienam meſſem ſeu Diœceſim mittere. Sed licitè duntaxat præſunt eccleſiaſtico nationali ſuarum Prouinciarum agmini, ad quoſuis regionum angulos aut limites, etſi recèns forent poſt multos ſuos comprouinciales ſacro chriſmate delibuti, ac myſticè inaugurati. Adeóque Arelatenſibus relicta eſt de veteri more ſola deinceps Metropolitanorum prærogatiua. Iam porrò tertia Bulla de eodem themate eſt eiuſmodi. *Fratribus per Gallias & Viennenſem prouinciam Epiſcopis: Leo Epiſcopus. Quali* III. Bulla. *pertinacia Hilarius z Arelatenſis Epiſcopus iudicium noſtrum effugerit, ſancta veſtra fraternitas non ignorat. Vnde à priuilegio ſuæ ciuitatis ſubmotus, humili loco diſcat, quòd in magno gratis munere prædeceſſorum noſtrorum conceſſo, tenere noluit. Sitque redintegratum Viennenſi Archiepiſcopo priuilegium, & ius antiquum, quod Apoſtolica benignitas ad Arelatenſem ex parte tranſtulerat ciuitatem.* Sic præmiſſus dudum Author recenset a. Ante quem paulò Baronius ſimile de eodem ſancto Leone ita ex priſca ætate didicit conſcribendum b, quando Arelatenſi Prouinciæ reſpondit poſtulanti reſtitutionem ſui Primatus collabentis. IV. *Dilectiſſimis Fratribus Conſtantino, Armatario, &c. Conſideratis allegationibus vtriuſque partis, &c. Viennenſem ciuitatem, quantum ad Eccleſiæ iuſtitiam pertinet, inhonoratam penitus eſſe non patimur, præſertim cùm de receptione priuilegij authoritate iam noſtræ diſpoſitionis vtatur. Quam poteſtatem Hilario Epiſcopo ablatam, Viennenſi Epiſcopo credimus deputandam, qui vicinis ſibi quatuor oppidis præſidebit, Valentiæ, Tarentaſiæ, Geneuæ & Gratianopoli. Reliqua verò ciuitates eiuſdem Prouinciæ ſub Arelatenſis Antiſtitis authoritate conſiſtant, quem pro modeſtiæ ſuæ temperantia futurum credimus ſtudioſum charitatis & pacis.* Idem poſtmodum iterando confirmauit Symmachus Pontifex Romanus in Arelatem, quintus etiam poſt ſanctum Leonem, pro quarta Priuilegiorum vice: textibus ex æquo per vtrunque recenſitum Authorem allegatis huc minimè compellendis. Mox quinta honoris imperiri epiſtola bullata, à præfatis tota in natura diſcrepans, eſt eiuſmodi. *Ioannes Epiſcopus t Edaldo Viennenſi Archiep. u Venerabilis pallij vſum per ſan-* V. noua. *ctum Presbyterum veſtrum Fœlicem, tibi deſtinauimus: nolentes te priuari antiquo beati Petri munere.* Sextum Diploma Papale adauget omnia præcedentia: cùm nonam prouinciam adiciat Primatui Viennenſi. Eſtque tale ad octauum euangelicum Eccleſiæ ſeculum. *Leo Epi-* VI. Bulla præfatis auctior. *ſcopus x Volſerio Viennenſi Archiepiſcopo, & cunctis Epiſcopis per Viennenſem prouinciam conſtitutis. Licet Tarentaſiæ Epiſcopus, aliquibus oppidis videatur Prælatus. Tamen prouincia Alpium Graiarum, ditioni Viennenſis Eccleſiæ ſubmiſſa, ſicuti à prædeceſſoribus noſtris confirmatum eſt, manebit. Nec debet Epiſcopus ſupradictæ prouinciæ humilitatis viam in ſubditione maioris contemnere, cùm conſtet eum gratiâ muneris aliquibus prælatum excellere y.* Habet autem Sedes Tarentaſienſis Seduenſem & Auguſtenſem z Epiſcopos ſuæ iuriſdictionis. Qui tres Antiſtites circundant totam Sabaudiam ſeu Allobrogos boreales cum Maurianenſi Diœceſi Archiepiſcopo Vien- VII. Bulla & vltima. nenſi proximè ſubdita a, ex Petro Rebuffo in praxi beneficiali b. Septimo loco, relictis ſex Diœceſibus Suffraganeis Archiepiſcopi Viennenſis, quas eidem confirmat Nicolaüs Papa c, nimirum, *Reuerendiſſimo & ſanctiſſimo Confratri* (inquit) *Adoni Archiepiſcopo Viennenſi*: deſcendimus ad Bullam Gregorij Papæ ſeptimi d, vltimam directè ad propoſitum ſpectantem, atque miſſam *Vuarmundo venerabili fratri Viennenſi Archiepiſcopo* (ait) *& per eum ipſius ſucceſſoribus, ac Viennenſi Eccleſiæ in perpetuum.* Tum ſic reperit & corroborat Primatiam Viennenſem ſupra Archiepiſcopales alias Sedes à principio deductas. Septem Archiepiſcopi Primatiæ Viennenſis. *Certum eſt Viennenſem Eccleſiam, huius Sedis cōceſſione ſuper ſeptem prouincias Primatū tenere* (infit) *nempe Ipſam Viēnēſem, Bituricam, Burdegalam, Auxionenſem, quæ appellatur Nouempopulana; Narbonam, Aquenſem, & Ebrudunum: in quibus Viennenſi Archiepiſcopo, iuxta Nicolaï decretum, Romani Pontificis vices agere, Conuentus ſcilicet Synodales indicere, & iura eccleſiaſtica iuſtè ac regulariter Apoſtolica authoritate definire conceſſum eſt. Hoc vtique in priuilegiis eidem Eccleſiæ, à ſanctiſſimis prædeceſſoribus noſtris collatis habetur* e. Nunc tali pacto Papa Viennenſi tribuit manifeſtam poteſtatem in exteriori planè foro circa multa erga tales Archiepiſcopos. Et poſtquam inde renouarit ſex Suffraganeos Viennenſes f, tranſit ad vlteriorem aliam prælibatam Primatię notam,

y an. 416. & 415. Democ. cit.

z Eſt 12. apud Democh. c. 31. an. 435. iſque Leo 1. ab an. 440. ad 460

a Io. à Boſco. b to. 6. Annal. ao 450. 56. 57. 58.

c Boſco p. 29. 30. 33. Baron. an. 514. n. 46. vlt ab an. 499 ad 514. Fodereus nonnulla de his pa. 348. poſt hæc ſcripſit.

t PP V. biennio ab 685.

u aliis Caldeolo 33 Epiſ.

x eſt 3. ab an. 796. ad 816. Boſco pa. 47. Vulphertus 40. aut 48. Democh. & Villar.

y manens Archiepiſc.

z Auſt & Sió.

a S. Ioan de Maurienne.

b pa. 486. Lugduni 1599.

c nō ſecūdum ab ao. 1059. ſed eſt ab an. 858. ad 868. quo ſedit Ado Viennæ.

d ab 1073. ad 1087.

e Boſco p. 54. & 71.

f ſunt Valentia, Dia, Albà, Viuariū, Geneua, Mauriena, addo Gratianopol.

tam, hoc pacto. *Porrò Tarentaſiam ita ſemper ſub Primatu Viennenſis Eccleſiæ permanere decernimus; ſicut à ſanctis Patribus Leone & Nicolao noſcitur confirmatum.* Tum finit: *Datum Nonas Martij, Anno Dominicæ Incarnat. MLXXVII. Indict. V. Anno VIIII. Pontiſ. D. Gregor. VII. Papæ* Reliqua ſeorſum.

g id eſt ann. 1080.

Paragraphus 4.

Viennenſis vnde Primas Primatum.

EX cunctis eiuſmodi calculis inferimus præclara quædam. Hactenus concertatum eſt de abſoluto Viennenſi Primatu. Equidem ſat ſupérque reuolutum. At nondum diſſerui-mus de ſpeciali ratione, quorſum altiùs ſeſe extollat Viēnenſis, vt addendo prædicerur Pri-mas Primatum. Dicam quid ſentio. Viennenſes Epiſcopi non ſtatim à diebus Primatiæ D. Syluestri Bullæ ſibi vendicarunt ſecundum hoc epithetum: ſed pedetentim alio lapſu tem-porum. Id enim adiunctum arbitramur à Viennenſi deinceps vſurpatum: Et hoc ideò quia poſt multa ſecula Archiepiſcopi Bituricenſes & Burdegalenſes iactitanr ſe à Romana Sede digniores titulos impetraſſe Patriarcharum ſeu Primatum: ille quidem ſuperioris Aquitaniæ, iſte inferioris ad Occidentem. Inſuper verò dum Arelatenſes adhuc inſinuare conabantur ſe nominandos Primates Galliæ Narbonenſis: ſanè vndecimo Eccleſiæ ſeculo Calixtus Papa ſecundus antea Viennenſis Antiſtes attendens difficile admodum videri, quòd ſparſa Primatiæ Arelatenſis fama antiquitus vſu trita abſorberi omnimodè poſſet, prætermiſſa tacitùs ab ipſo voce quantulacunque Primatus Arelatenſium, ſaltem decreuit Sedem hanc debere a-liam, nempe Viēnenſem, agnoſcere penitus ſibi in iuriſdictione ſuperiorem: & proprerea Viē-nam Arelatenſibus ſeu Gallis Narbonenſibus, ſicut & Aquitanicis Patriarchis verum de-ſuper Primatum tenere, ac ideirco eam dicendam Primatiam reliquorum Primatum. Sed inde ad Biturigum limites paulò redituri: quando R. Reginaldus de Beaune nuper Archie-piſcopus Bituricenſis, quem noui, Concilium prouinciale coëgit Biturigibus [h], vt ſe quantū poſſet lubens conformaret ad œcumenicum Tridentinum Concilium ex potioribus capitu-lis in ſua Gallia comprobandum: certè in mandatis dedit Archiepiſcopis Burdegalenſi, Nar-bonenſi, Auxitano & Toloſano, quod ad eandem Synodum canonicè vocati accederēt: ex-ponebátque eos ſuo Primatui ſeu Patriarchatui addictos. At illi obmuteſcendo recuſantes eò minimè peruenerunt. Aderántq; duntaxat decē vt minimum Coëpiſcopi Suffraganei [i]. Ea A-cta calcographo tradita palā edidimus in noſtro volumine Caſuum conſcientię reſeruatorū inter quoſque Galliarū Archiflamines. Hinc autē, cùm Viennenſis Antiſtes aduerterit duos aut tres eiuſmodi Archiepiſcopos ſibi aſciuiſſe nomen Primatus, quocunque polleant iure, ex his quos priùs D. Syluester ei conceſſerat: profectò ipſe tunc liberè cœpit velle dici Primas Primatum. Quippe vt hac vice miſſos faciamus Archiepiſcopos Narbonenſem ac Burde-galenſem Primatum aliquem ſibi prætendentes; legimus ſaltem Petrum de Caſtra [l] & ſuc-ceſſorem Stephanum ſexageſimum quintum [m] Bituricenſes Archiepiſcopos ad vndecimum ſeculum viſitaſſe Burdegalenſem prouinciam cruce præuiā, & procurationes recepiſſe iure Primatiæ; deindéque ſequacem Henricum de Soliaco, [n] electum Aquitaniæ Primatem Spi-ritu ſancto inſpirante [o]. Et viguit poſtea eiuſmodi vſus pertritus. Qui tamen ritus nihil ſa-nè detrimenti affert Reuerendiſſimis Lugdunenſibus Archiepiſcopis atque Primatibus. Sed quicquid verè de talium exiſtentia perhibeatur: ſaltem ex præfati Gregorij Epiſtolio li-quet, Bituricenſes aut Burdegalenſes Archiantiſtites nondum illius æuo conſequutos pu-ram prærenſi Patriarchatus, eò quòd Gregoriana Bulla cunctos ſimpliciter nominat comprouinciales Archiepiſcopos, nullis adiectis inſignibus Primatiæ iiſdem competentis. Ergo ſeriùs illum ſplendorem induiſse videntur iſti duo. De ſedula cuius thematis con-quiſitione, aut crepuſculo inchoante, aliud nihil diſſerendum iſtic putamus, tanquam ad præſentem ſcopum non ſpectans. Accurrerit Lector, ſi volet, ad Ioannem Chaumeau Bitu-ricenſis hiſtoriæ delineatorem, ſeu ad Sauaronem in Sidonium, & alios paſſim, ſi quid fortè de illo multiplici fulgore & fragore emittant. Quod nondum propiùs venari pro-fitemur. Itaque tandem ſuſpicamur neque Bituricenſes, neque Burdegalenſes aliquid plus iuris habere ſui in vſu & praxi, quàm Viennenſes ſui priſtini multò antiquioris: quan-taſcunque membranas illis in apricum proferat ætas. Etenim obſoletæ ſunt hæ omnes ideæ Platonicæ, aërémque fruſtrà verberant. Solus Primas Lugdunenſis ſuis perdurat frui iu-ribus ac emolumentis inter Gallos.

De Arelate.

Adiunctum repudiatum de Biturigib.

Latiorem Viennenſem Primatum tarde dici cœptum.

Alij ſub ſe Primates va-g.

h an. 1584. menſe Sept.
i partim delegati S. Flor. Cadurcenſis, Lemouicenſ. Claromont. Caſtrenſ. Tutellenſis, Albienſis, Mimatenſis, Vabrenſis, adde Ruthenenſē, & Aniciēſē, le Puy en Velay Rebuff. pa. 487. ac Petragoricenſem
k Pariſ. 1601. in Tabula Bituric. à fol. 118. ad 120. approbata à Sixto V. PP. 5 Octobr. 1585 Pontif. ar 1. pa 110.
l an. 1141.
m an. 1171.
n 1184
o eſt libellus cui titulus eſt, Hiſtoria breuis Chronologica Eccleſiæ Bituricenſis.
* ſedit ab an 1119. ad 1124

Paragraphus 5.

Recognitæ veritates hiſtoricæ quorundam Epiſcoporum Viennenſiũ.

DVm ſatis proſperè ad hanc vſque pagellam Archipræſulatum Viennenſem patefacere ſtuduimus in luſtrando Lugdunenſi: viſi ſumus è re fore, ſi nonnulla paucis ex cymmeriis tenebris denſáque caligine ſuſcitemus, & percurramus fœlicioribus adhuc paulò auſpiciis, quatenus ſingula non deprehendunt Demochares, Petrus Villarius & Ioannes à Boſco. Qui ſanè tres Authores de illo Allobrogum ſolio ediderunt, quanta ferè eos potuiſſe conſtat: illi quidem duo nudis Tabulis ſeu nominibus, priore inchoata: & iſte tertius cum breui proſus hiſtorico, at rurſus imperfecto. Nos autem alia quædam huc ſpectantia, qualia hauſimus ex autographis Manuſcriptis continuo paſſu rimari percupimus: ne effluant in poſterum è manibus ea, quæ mox opportuniorem locum nanciſcuntur. Rati quòd toti prouinciæ gratiam in eo non vulgarem exhibituri ſumus: quia ſeriei nata occaſio hic ſubeſſe videtur, eáque permixta Lugdunenſibus pro communi vtriuſque Primatus decore atque vicinia peramica[a]. Totúmque negotium ſeu Paragraphum meritò in diſtinctos ſeorſum Articulos & capita ſecernimus, pro faciliore methodo & crebra materierum varietate.

a diſtant hæ duæ vrbes à ſe inuicem quinque tantùm leucis.

I Recognit.

Igitur pro primo Articulo, nos Numero II. ſub Diuo Irenæo Lugdunenſi[b] duas Papales Bullas ſancti Victoris I. coniecimus proximè ſequutas pro ſanctis Deſiderio, Dionyſio & Paracode Viennenſibus Epiſcopis hoc præciſo ordine. Deſiderij autem non meminêre Demochares & Villarius tali ſitu: atque cum legimus immediatum ſancti Iuſti Viẽnenſis ſucceſſorem, de quo Iuſto nos ad Numerum primum cum beato Pothino[c]. Vbi aduertendum, quòd ille Deſiderius neceſſariò dicendus eſt primus Viennæ huiuſce nominis. Nam breui exibit alius Deſiderius Martyr item Viennenſis infrà ſub Delphino Lugdunenſi[d], iam inchoatus ſuprà in Verannio[e]. Vnde alius iſte fuerit Deſiderius ſecundus: quem alioquin præfati duo Authores vnicum hactenus effecerunt. Cùm ergo Iuſtus prædicetur quintus Viennenſis: ſanè Deſiderius I. aderit ſextus ibidem, &c.

De Deſiderio I addito.

b §.4.
c §.4.
d nu. 37. §. 9.
e nu. 29. §. 2.

II. Recognit.

Secundus Articulus Simplicium Antiſtitem reuoluit, pariter oblitum à duobus præmiſſis Authoribus: iure tamen recenſendum medium inter ſanctos Nicetam & Mamertum, vbique collocatos. Diploma autem Pontificium paulò antè per nos erectum * affirmat eundem Simplicium: & ipſum rurſus iamdudum appoſueramus ſub Terradio[f] Lugdunenſi, ex comperto Gregorio Turonenſi, quem Authorem Boſco[g] non allegat. Alius verò eſt iſte Simplicius Viennæ à Simplicida ibidem vetuſtiore, ac decimo Epiſcopo, quatuor mediis iniectis & conſtitutis: vt ipſe Simplicius decimum quintum efficere debeat, tum Mamertus decimum ſextum, poſt quem Villarius ſtatuere videtur vnum Simplicium, fortè 2. vel 17. ex omnibus.

De Simplicio.

* §. 3. Bulla 2.
f nu. 12.
g pa. 27. 30.

III. Recogn.

Tertio loco monemus duntaxat, Petrum Villarium hodie duos effeciſſe olim Bertericos Epiſcopos: primum quidem poſt Vuilicarium, quondam Vinlicarium, & Demochari Vinllarium, quem iſte adnumerat quadrageſimum ſecundum Viennenſem, ille XL. tertium: & vterque ſolo nomine. At nos ob vnum additum Deſiderium hunc Vinlicarium inſcribimus XLIV. Deinde verò idem Villarius tali Berterico ſucceſſiſſe facit Proculum, & ei Bertericum ſecundum. Tum ipſe Demochares eodem ordine vnum vocat Berterium. Sed Boſco, qui ſolus hiſtoricè ſe geſſit, Pontificiáque Diplomata profert, Vinlicario è contrà Proculum immediatè ſubſtituit, ad quem ſcripsêre Stephanus Papa tertius[h] & Paulus primus Romæ ſedens. Poſtmodúmque Author Proculo Bertericum ſubiecit: qualem idcirco etiam vnicum dictitat, & ad quem cognomine bonum ac ſimplicem literas dederat Hadrianus Pontifex primus.[k]

De mutatis tiũ ordinib.

h ab an. 752. ad 756.
i ab 757. ad 768.
k ab 772. ad 796. Boſc. pa. 44. 45. 46.

IV. Recogn.

Quartò, Demochares à Proculo, & Villarius à Berterico ſecundo gradum facit ad Vrſum ſedentem Viennæ anno octingenteſimo. Verùm Boſco medium interiicit Volferium nobiſcum, de quo nos ſuprà[l]. Poſt quem Vrſus: & eidem, Vualtraia Baniamini generis, ſufficitur. Sic author[m]. Qui poſtremus Antiſtes Demochari nuncupatur Vulpherus, & Villario Vulpherius: non quadrageſimus ſextus aut octauus, vt illi cenſent, at quadrageſimus nonus in iuſto catalogo, id eſt, duo hactenus additi. Hoc itaque pacto Vultraia ſeu Vulpherius Archiepiſcopus Viennæ non cadit ad idem humanum indiuiduum notificandum cum præfato Volſerio.

De Valſerio additũ.

l §. 3. in Bulla 6.
m pa. 48.

V. Recognit.

Quintus Articulus eſt de tribus ſeſe viciſſim conſequẽtibus Præſulibus, Aglimaro, S. Adone & Oranno, multò inferiorib. tempore poſt omnes præfatos. Quos ſanè ideò vna iſtic locamus ſub eadem capitis appendice, quia vnũ ſine alio explanare nequiuimus. Igitur primus

ille,

ille, qui ſit Aglimarus, Boſco Agilmarus, eſt quadrageſimus octauus ac vltimus apud Democharem, & L apud Villarium. Ipſe autem Demochares minus ritè eundem ſediſſe narrat tempore Regis Caroli Simplicis. Qui calculus ſtare nullateous poteſt. Nam Carolus Gallos tantùm rexit ab anno nongenteſimo ad vigeſimum ſeptimum ſequentem. Et Orannus infimus Aglimari ſucceſſor, Villarlo dictus Octranius, ſedebat Viennæ anno octingenteſimo ſeptuageſimo ſexto, tunc præſens in nationali Concilio Pontigonenſi, ex recenſitis [n] ſub Aureliano Lugdunenſi Archipræſule. Scilicet præceſſit Orannus regiam inaugurationem annis quatuor & viginti. Igitur duo anteceſſores, Aglimarus & Ado, citiùs eò altiúſque multò ſediſſe debuerunt, quàm venerit Sceptrum Caroli. Tota autem duratio duplicis iſtius Antiſtis ea eſt, vt Orannus ſacras Viennæ habenas tenuerit annis octo ac medio [o], & Beatus Ado ſub annum octingenteſimum ſeptuageſimum quintum diuinæ Incarnationis, ex Boſco. Ergo, ſi expetas ſecurius nouennium ferè Aglimari, pro adſtruenda concluſiunculæ noſtræ fiducia: certè conſequitur eum geſtaſſe agolum ab anno octingenteſimo ſexageſimo ſexto. Sed interim, dum Boſco pertraxerit Sedem Adonis ad annos XXVI. inchoatis ipſi Adoni ab anno præfato octingenteſimo ſeptuageſimo quinto, profectò vix res ea ſibi conſtabit, ex eo quòd nobis eſt ad manus autographum MS. Oranni in præfato Concilio ſtantis anno præciſe ſeptuageſimo ſexto. Qui cœtus aliter differendus eſſet ad annum octingenteſimum nonageſimum, nimirum poſt annos ad minus quatuordecim, nullibi ſane perſpectos aut demonſtrari ſolitos. Vel è diametro eſſet magis attollenda duorum priorum menſura per annos triginta quinque: hoc eſt, ex vna parte nouem annis & ampliùs, ex altera viginti quinque; quò Orannus in dato centro maneat, ídque poſſideat. Adeò vt Aglimarus cœperit, non anno octingenteſimo ſexageſimo ſexto, ſed ab anno octingenteſimo quadrageſimo primo. Tu vtrumlibet perſcrutare, cogita & elige, huc etiam referendo aut conferendo maiorum ætatem, ſi id patiatur in vlteriore greſſu & aſcenſu. Saltem aſcendendo facilius paulò rata eſſet Adonis Sedes ſub Papa Nicolao eiúſve Bulla ſupra [p] in ipſius Epiſcopi gratiam collata, quàm appareret in deſcenſu. Orannus verò nobis eſt quinquageſimus tertius [q], at Villario quinquageſimo ſecundo.

De mutandis trũ ſeculis.

n nu. 59.
o Defunctus 2 Non. Iul.
p §. 3. in Bulla 7
q Boſc. p. 54. Octaunus.

VI. Recognit.

Pro ſexto Articulo, Burchardus LIX. Viennenſis ſolo nomine apud Villarium, ſedit annos XXX. vt narrat Boſco [r]. Eſtque ſexageſimus. Verùm non aperit, à quo diario crepuſculo cœperit. Profert autem Regias chartas in ipſius gratiam cõfectas a Rodulpho principe annis milleſimo decimo tertio & vigeſimo tertio. Sed ſi concipiat Rodolphum Burgundiæ & Galliæ Regem, & quidem vix alium, ſanè ignauus is princeps non patitur diuturna eiuſmodi tempora. Nam ex Ioanne Tillio rexit duntaxat annis duobus ab anno nongenteſimo vigeſimo ſeptimo. Qui author eum mortuum teſtatur poſt annos vndecim [ſ], regnante Ludouico Tranſmarino ab anteriore nouennio, iuſtiore regni hærede. Et quamuis Boſco citet Ludouicum Golutum, qui Rodolphum regnaſſe facit annos XLIV. ab indiſtincto principio: minimè peruenisſet ad annum vſque milleſimum vigeſimum tertium. Nam interſeruntur anni fere centum. Ad ſummum verò regnaſſet annos XIII. ex recenſitis à nobis ſub Bernone Epiſcopo Matiſconenſi. At nos tandem ipſius Burchardi ſpecialem & vlteriorem notam in Concilio Anſano proferimus ſub Gauſleno Maticenſi Antiſtite, velut opportuniore loco: quæ quidem incidit ſub MXXV.

Burchardi tempora.

r pa. 61 & 64.
ſ an. 937

VII. Recogn.

Pro ſeptimo loco, Villarius optimè poſt Epiſcopum Leodegarium II. enumerat Armannum Antiſtitem Vuarmundi prædeceſſorem. tametſi ſequax Boſco eundem Armannum prætererit [t]. & a Leodegario, quem vnicum aut ſemel nominat, proximè deſcenderit ad Vuarmundum. Quippe in *Titulis MS. antiquis Eccleſiæ Matiſconenſis* [*] legimus ad integrum, Armannum conſcriptum Viennenſem Archiepiſcopum, præſentem conſecrationi Abbatis ſancti Rigaldi, loco fundato in Diœceſi Matiſconenſi, & re geſta anno præciſè milleſimo ſeptuageſimo ſecundo. De quo plenè Reſcripto vide Drogonem in Maticenſi Catalogo [u]. Nobis autem Armannus eſt ſexageſimus tertius, & Villario ſexageſimus ſecundus.

Armannus & Vuarmundus non omittendus.

t pa. 67. 68
* fol. 2.
u nu. 33. §. 4.

VIII. Recognitio.

Ad octauum dicimus Vuidonem ſeu Guidonem Guilelmi Burgundiæ Comitis filium extitiſſe Archipræſulem LXVI. Viennenſem; quem ipſe legi in veteri Chronico MS. Abbatiæ Cluniacenſis, quatenus ibidem Pontio Abbati [*] ſolemnem benedictionẽ impertitus eſt anno MCIX. Itémque poſtea quædam Monaſterij Altaria conſecrauit anno MCXVIII. Chronicũ nobis ex profeſſo præbuerat [x] R. Claud. à Guiſia nuper defunctus [y] Abbas Cluniaci. Guido autẽ illico ab ann. præfato electus eſt Põt. Max. in ipſamet Cluniacẽſi Abbatia, dictus Calixt. II. in qua obierat Gelaſius II. proximus anteceſſor. Qui Guido noluit Pontificatum priùs Clu-

Guidonis accidentia.

* per an. 11 poſt S. Hugo. obi. 1111
x a 4 K...
x an. 16..
y an. 161

N 2 niaci

niaci ſuſcipere, quin ſciret ab iis Cardinalibus ſe confirmatum, qui Romæ & in Italia remanſerant, pendente ſchiſmate Burdini Bracharenſis in Hiſpania Epiſcopi dicti Gregorij octaui [z].

IX. Recognitio.

Nonus Articulus atque poſtremus hic commemorandus eſt Ioannis primi Archipræſulis ſeptuageſimi ſeptimi, cognomine de Burnino. Boſco exarat quidem nonnulla ſucceſſorum ipſius epitaphia [a], dum inibi finiunt reſcripta MS. Viennæ: at iſtius ſubobſcurè meminit cum Frederico II. Imperatore eum collaudante anno milleſimo ducenteſimo trigeſimo octauo [b]. Saltem iſte non creditur ille quem paulò pòſt Author vocat Ioannem Viennenſem ad annum milleſimum ducenteſimum ſexageſimum ſextum [c], quin potius erit Ioannes ſecundus ordine octuageſimus nonus, cognomine *de Nanto*, vel *de Norry*. Ioannes autem primus, ex perſpecto à nobis MS. Cluniacenſi, benedixit Stephanum II. Cluniaci Abbatem anno milleſimo ducenteſimo trigeſimo primo anteriore Solis reuolutione electum [d], confirmatùmque à Romano Pontifice. Is antea cognominabatur de Borſego ſeu Berziaco, villula prope Cluniacum, & Prior Sauigniaci.

De Ioanne I.

Demum autem relictis cæteris intermediis, ſedet hodie 1622. à triginta annis R. Hieronymus Villarius, optimè meritus, & mihi quoque beneuolus; Frater natu minor Petri citati, per factam canonicam ei demiſſionem. Et annoſior tandem obiit priuatus lumine ab anno milleſimo ſexcenteſimo decimo quinto, dum hæc ſcribimus. Chriſtus vtrunque beet in cœlis. Et hactenus ſatis de Primatiarum Galliç diſparitate, in lucem & pacis concentum religioſè adducta explicatáque.

Hieron. Villarius.

z Genebr. in Chronol.
a pa. 104. de Theobaldo.
b pa. 92.
c pa. 97.
d 1230. Abbas 22. ſucceſſor Hugo 6 Abb. anno 8 factus Epiſ. Lingonenſ. an. 1244.
e 1615.

Paragraphus 6.

MOx redeamus ad ſanctum Sacerdotem Archiepiſcopum Lugdunenſem ac Primatem verè & actu in Galliis. Huius geſta vt abſoluamus: deſcendendum ad Acta quinti ſui Concilij Aurelianenſis vnà cum quarto ibidem. Ex pluribus digeſtis in vtroque capitibus: nos ſeptem in anteriore Operis editione compuleramus [a]. Sed nunc breuiores effecti, duas tantùm protheſes ſuſcipiamus: vnam, quæ ſit ferè Concilij IV. alteram, quæ quinti apertè. Sic permiſcemus: quia multi quartum confusè pro quinto aſſumunt [b]: tum locus vnus à nobis retentus in quarto iuuat noſtrum de Lugdunenſibus inſtitutum, eò quòd cœtus ille præclara edixit in eorum ciuium gratiam & commodum. Adde quòd Synodi prouinciales tertia, quarta & quinta Aurelianenſes celebratæ ſunt cunctæ ſub eodem Vigilio [c] Papa ſedente tunc ſemper Lugduni ſancto Sacerdote: qui licèt abſens à duplici præcedente, fortè grauioribus negotiis aut infirmitate detentus: nihilominus vix dubitandum, quin ſui cōmendatione & fauore ſtatuta quoque promouerit in ea vrbe ſui Primatus. Quinque verò cætera propoſita quæ præterimus ex veteri noſtra conquiſitione [d], non credidimus iſtic perneceſſaria. Etenim vnum eſt de Paſchatis feſto, iam ſuprà per nos excuſſo in ſancto Irenæo [e]: alterum de votiua Cleti caſtitate, diſputata in D. Eucherio [f], & alia pauca minùs efficacia. Ergo reliqua prior theſis retenta, aut huc pertinens, eſt de fundatione Xenodochij ſeu magni Hoſpitalis Lugdunenſis, facta aut promulgata Aureliis, vnà cū bonis eccleſiaſticis vniuerſim. Totū denuò aduersùs conſuetos rugientes Calumniatorū leones. Primùm enim in Synodo, quam plerique quartam dicunt, ſeriò decretum eſt: *Vt quicunque Clericus aliquid de iure eccleſiaſtico, ſeu verbo ſeu ſcriptura, acceperit ad vtendum, & poſtmodum alienare quacunque ratione præſumpſerit, non valebit* [g], *&c. ſed in Pontificis* [h] *poteſtate conſiſtat, &c.* Rurſus: *Quicunque pro deuotione ſua, &c. aliquid etiam abſque Scriptura probatur Eccleſiæ contuliſſe: ſi poſtmodum vel ipſe vel hæredes eius quacunque occaſione auferre à iure hoc Eccleſiæ vel alienare voluerit, &c. à communione eccleſiaſtica ſuſpendatur* [i]. Tum conſequenter, de ipſis rebus externis hæc ſanxit quinta Synodus Aureliana: *Ne cui liceat res vel facultates Eccleſiis aut Monaſteriis, vel Xenodochiis pro quacunque eleemoſyna cum inſtitia delegatas retentare, alienare atque ſubtrahere. Quod ſi quis fecerit, tanquam necator pauperum, anti quorum Canonum ſententiis conſtrictus ab Eccleſiæ liminibus excludatur* [k], *&c.* Hinc verò ſic de Lugduno pergit Concilium, aut veriùs ſanctus Sacerdos Præſes & Primas: *De Xenodochio quod piiſſimus Rex Childebertus & coniugalis ſua Vltrocho Regina in Lugdunenſi vrbe condiderunt* * *(cuius inſtitutionis ordinem vel exſcriptionem, petentibus ipſis manuum noſtrarum ſubſcriptione firmauimus) viſum eſt pro Dei contemplatione, iunctis nobis in vnum, permanſura authoritate decernere: vt quicquid præfato Xenodochio per ſupradictorum Regum oblationem aut quorumcunque fidelium eleemoſynas collatum aut conferendum eſt, in quibuſcunque rebus atque corporibus, nihil exinde ad ſe quolibet tempore Antiſtes Eccleſiæ Lugdunenſis reuocet, aut ad ius Eccleſiæ transferat* [l], *&c. Quòd ſi quis contra hanc conſtitutionem noſtram venire tentauerit, &c. irreuocabili anathemate feriatur.*

Hic duo Cōcilia examinari.

Duplex materia.

Prior de patrimonio temporali Eccleſiæ.

Et de hoſpitali Lugdun.

a pa. 3. c. 5. ſect. 8.
b ex Genebr. in Chronol.
c 3. an. 540. & 4 Vigil. 4 an. 546 & 7 Vigil. ac 5. an. 553. & 14. Vig. ex Bar. ſect. cit. an. 1607.
d nu. 1. §. 4.
f nu. 21. § 11.
g cap. 18.
h velut tutoris & adminiſtratoris Epiſcopi loci.
i cap. 19.
k c. 13. & 14.
* nunc vulgò l'Hoſpital noſtre Dame.
l cap. 15.

Ex cunctis

Immobilia Eccleſiæ quã do incœpta.

Ex cunctis hiſce textibus duo colligenda: Primum, vetuſtiores Patres immobilia Eccleſiæ donaria ſuſcepiſſe, & patrimonio Chriſti indiſſolubili nexu copulaſſe, qualia nunc extant in Eccleſia Romana priſcis adhærente. Nam imprimis, *Quotquot poſſeſſiones agrorum & domorum erant vendentes afferebant pretia eorum quæ vendebant, & ponebant ante pedes Apoſtolorum*. Ex Actis m. En iam prima ætas euangelica. Sed ne quis arguat donationes illas eſſe duntaxat rerum mobilium, quæ pecuniæ ex mobili vendito cum vſu abſumi vel diſtrahi aſſolent, vt loquuntur Canoniſtæ: tamen audi quid inchoante ſecundo Eccleſiæ ſeculo ex præclaro illo fundamento geſtum eſt à Martyre ſancto Vrbano I. Pontif. Maxim. n *Videntes ſummi Sacerdotes plus vtilitatis afferre poſſe* (inquit Papa) *ſi hæreditates & agros quos vendebant, Eccleſiis quibus præſidebant Epiſcopi, traderent, eo quòd ex ſumptibus eorum, tam præſentibus quàm futuris temporibus plurima & elegantiora poſſent miniſtrare fidelibus quàm ex precio eorum: cœperunt prædia & agros quos vendere ſolebant, matricibus Eccleſiis tradere, & ex ſumptibus eorum viuere. Ipſæ verò res indictione ſingularum parœciarum Epiſcoporum qui locum tenent Apoſtolorum, erant, & ſint vſque adhuc, & futuris ſemper temporibus*. Ecce: non modò à tempore Vrbani cœptum eſt in Clero prædia poſſidere; verùm etiam textus docet haberi iam anteà. Propterea hinc altiùs conſcendendo videtis hunc morem facilè perueniſſe ad Apoſtolicum vſque tempus eorúmve Diſcipulorum. Quippe, dum ſcribit Vrbanus, *cœperunt prædia*, &c. loquitur de ea re, in præterito tempore, & ante ſuum æuum in vſu poſita. Quid autem antiquius & perſpicacius? Hinc tertio ſeculo ex Melchiade Papa p: *Conſtantinus Imperator primus fidem adeptus etiam fabricare Eccleſias & prædia tribuere poſſe conſtituit. Donaria immenſa contulit, & fabricam primæ Sedis B. Petri, &c. adeò vt ſedem imperialem, quam Romani Principes poſſederant, relinqueret & B. Petro ſucceſſoribúſque ſuis, &c.* nimirum in communitate Eccleſiæ. Vnde neque tunc à retinenda communi prædiorum poſſeſſione abhorruit D. Ambroſius, licèt *abdicatio domeſticorum* ſeu priuatorum (ait q) hoc eſt voluntarios rerom deſpectus & proprietatis non appetendæ ab ipſo cuique perſonæ diuino cultui mancipatæ ſuadeatur. Quarto deinde ſeculo rem totam ampliùs confirmarunt Agathenſe Concilium in Narbonenſi Gallia r: tum ſancti Simplicius ſ & Gelaſius I. t Pontifices Maximi, à quo tempore paſſim diſtributum eſt patrimonium Eccleſiæ u in Canonias ſeu Præbendas atque perpetuas Capellanias ex eo deinceps inſtitutas: etſi D. Auguſtinus pene coætaneus ac ſenior perſtiterit paulò ad vitam in rerum communi de bonis partis ſeruandam ex Apoſtolico more x: dum volenti proprietatem eam fuerit, propter crebreſcentem Sacerdotum multitudinem. Quæ omnia fidelium ſæpiùs laïcorum honoraria, præterquam in dotem perennem Eccleſiis largita ſunt, etiam collecta leguntur, vt ipſi pro defunctis collatoribus precatentur. Iam verò Lutherani & Caluinitæ ideo hanc fructuum agrorum formam in proprietate reprehendunt: non quia rem illegitimam putent; ſed duntaxat eò quòd inuidià atque mœrore tabeſcunt, quia ſeriùs emerſi vt noctuæ, nulla ſuis miniſtellis poſſeſſionum fundamenta duratura iacere potuerunt, vt neque pſeudochriſtianorum animos eò flectere. Quod autem hæc conceſſa prædia minimè damnent, cùm ea iuri diuino quadrent, ſatis ex eo oſtentant, quia vel etiam ipſimet multos Principes paſſim excitatint, vt ij quoque donarentur in partem noſtris Eccleſiæ bonis. Imò totum ſibi reipſa vſurpant atque diu retinent, vbicunque poſſunt imperitare apud Germanos & Anglos. De quo diſcurſu vario nos dudum plura in priore ſacra Celtica Calcographia y.

I. Seculum. — II. Seculum. — III. Seculum. — IV. Seculum. — Caluinitæ iis oppoſiti.

Appendix ad priorem materiam.

Alterum ex congeſtis inferendum quaſi appendix ad priorem materiam, eſt de auſpicatis Xenodochiis ſeu Hoſpitalibus. Eadem Xenodochia prædiis dotata, aut terrena bona ipſis attributa, etſi laica profanáque cenſeantur; tamen antiquo iure ita ſummittuntur curæ Epiſcoporum, vt nomine rei eccleſiaſticæ habeantur, & talia inde diſtrahi nequeant. Id paſſim tertio & quarto ſeculo docuêre multi authores ſacri. Etenim ardor charitatis ita viguit in primorum Chriſtianorum animis, vt pium hoſpitalitatis officium in pauperes frequentiſsimè exercerent. Hinc confeſtim inſtitutiones & fundationes a Xenodochiorum ſubortæ. Ad propoſitum, Sozomenus b hanc Iuliani Imperatoris Epiſtolam ſcribit ad Arſacium Sacerdotem Galatiæ miſſam c: *reſpicimus quomodo Chriſtianiſmum auxerint humanitas declarata in peregrinos, & prouidentia circa ſepulturas, &c.* Ac deinceps: *frequentia Xenodochia per ſingulas ciuitates conſtitue, vt humanitate noſtra peregrini fruantur, non modò qui ex noſtris ſunt, ſed & alij quicunque pecuniis deſtituuntur*. Subinde D. Chryſoſtomus in Acta Apoſtolorum: *Eſt domicilium commune Eccleſia, quam hoſpitalem vocamus*. Et deinde: *faciat ſibiipſi Xenodochium in domo, ſtatuat illic lectulum, menſam ac lucernam* d. Tum D. Auguſtinus: *Xenodochia & Monaſteria poſtea ſunt appellata nouis nominibus* e. Qualia ex ſolo Epiſcoporum permiſſu conſtruenda eodem tempore ſanxit Concilium Calcedonenſe f. Vnde D. Hieronymus vidit Pammachium, quem teſtatur coniugio ſolutum & Monachum effectum, opes ſuas pro Xe-

De Xenodochiis. — Veteres horum vſus & prouentus. — Sanctiones pro his.

m Apoſt. c. 4. v. 34.
n 18. an. ſal. 120.
o Epiſt. Decret. To. 1. Cõcil. & cauſâ 12. q. 1. c. 16. & 20.
p 12. q. 1. ca. 15. an. 311. & Niceph. 7 ca. 32. 35. ac li. 8. c. 3. & 54.
q 12 q. 1. c. 6. cui ſimile Hieron. c. 5. & 6.
r 13. q. 2. ca. 11. Clericı. an. 414.
ſ 12. q. 2. ca. 28. 32. an. 470.
t ibi ca 23. Vobis. an. 492.
u per Simpliciũ an. 400. poſt ob tum D. Auguſt.
x 12. q. 1. ca. 10. 11.
y par. 1 ca. 3. Sect. 1. § 3. Renouata hic ſub Euſebio Maſiſc 6.
a ξενοδοχεῖον, hoſpitium.
b li. 5 c. [illegible] & Tripar. hiſt. li. 6 ca 29.
c ad an. 362.
d To. 4. Hõ. 45 poſt med.
e Tom. 9. in Io. Tract. 9.
f an 451 cau ſa 18. q 2 ca. 10.

nodochio ędificando in portu Romano ad egenorum vſus profudiſſe g. Eiuſmodi verò Hoſpitalia, vt in primitiua Eccleſia duobus potiſſimùm priuilegiis donata cernuntur, ſic pariter hodie totidem honoribus muniuntur. Nam in primis liquet ea eſſe Epiſcopalis iuriſdictionis ſeu adminiſtrationis, teſte ſacro Tridentino Concilio: ex cuius Decreto *Adminiſtratores tam Eccleſiaſtici quàm laici fabricæ cuiuſuis Eccleſiæ Hoſpitalis Confraternitatis* h, *&c. ſingulis annis tenentur reddere rationem adminiſtrationis Ordinario* i. Secundò, eadem ingrediuntur naturam beneficij eccleſiaſtici, his Tridentinæ legis contextibus: *Admonet ſancta Synodus quoſcunque eccleſiaſtica beneficia ſecularia vel regularia obtinentes, vt hoſpitalitatis officium à ſanctis Patribus frequenter commendatum, quantum per eorum prouentus licebit promptè benignéque exercere aſſueſcant, &c. Illis verò qui Hoſpitalia vulgo nuncupata ſeu alia pia loca ad peregrinorum, infirmorum, ſenum, pauperúmve vſum præcipuè inſtituta in commendam, adminiſtrationem aut quencunque titulum, aut etiam Eccleſiis ſuis vnita obtinent, &c. præcipit omnino* K, *vt impoſitum illis onus adminiſtrent, atque hoſpitalitatem, quam debent ex fructibus ad id deputatis actu exerceant, iuxta conſtitutionem Concilij Viennenſis* l. Itaque, dum concors eſt veteri Eccleſiæ noſtra Romana: Caluinitæ à Patribus diſſidentes aduerſus hæc ſingula pietatis munia & genera inhiant. Non igitur mirum, ſi D. Sacerdos totáque Aurelianenſis Synodus anathemate feriendos pronuncìet eos, qui ampliſſimum Lugdunenſe Xenodochium à Childeberto fundatum, opus verè regium, & hodie valde floreus, vel aliquid de ipſius facultatibus abſtulerit. Ille autem locus factus eſt nunc locuples valde ex innumeris inde augmentis ac donis hactenus piis. Adeo vt annua penſitatione valeat id Hoſpitale ſupra triginta mille libras; habeátque medicos ac pharmacopolas cum Religioſis mulieribus ex Hoſpitij ſumptibus ad extraneos quoſque infirmos curandos. Vrbs præterea Lugdunenſis conſtruxir Baſilicam m diſperſæ generalis eleemoſynæ, aut diſtribuendæ ſingulis hebdomadibus, ante ſeculum vnum inſtitutæ n, at eò ferè ditioris: ex qua nimirum deferunrur panes quarto quoque die in plateas & minora paſtophoria ad hoc munus deſtinata o, pro viduis, orphanis, ſenibus incolis, & corpore viciatis, rerum copiâ penè orbatis, & ad opera inhabilibus, vnde ſubuenire ſibi poſſint. Neque eſt Ciuitas alia in Galliis, vt neque vix in tota Europa, quæ adeo munificum conrueatur generalioris eleemoſynæ genus. Ad id enim publicum munus ex pia charitate obeundum conſtituuntur annuatim ferè triginta vt minimum Officiarij p: è quibus primus ſemper creandus eſt ex perilluſtri ſede Archiepiſcopali primarióque Capitulo: reliqui è forenſi Curia & præcipuis ciuibus commutandi. De cuius politię ordine iam multi eruditi ſcripta poſteris tradiderunt q.

Concilium Tridentinũ de iiſdem.

VetusXenodochiũ Lugdunenſe.

Alia ibidem ditiſſima.

g Epiſt. 26. ad Pam. 20. 398. e 2 Bar. Annal.

h Seſſ. 22. de Reform. c. 29 1 17. Sept. 1562.

K ſeſſ. 25. de refor. c. 8.

l Clem. *Quia contingit.* de relig. domib.

m vulgò, *Le Bureau & Hoſtel s. Catherine.*

n an. 1529. ſame 10 Gallia premère.

o 10 5 loca.

p Sine ſtipẽdiis.

q Paradin. Clau. Rubiſius, Ioan. Chaoſſæus, an. 1605 Lugdun.

Paragraphus 7.

Secundum caput ſeu materiæ genus ex polliciris depromitur è ſolo quinto Aureliano Concilio, in hæc verba. *Nefariam ſectam, quam author malè ſibi conſcius, & à vino ſanctæ fidei catholicæ fonte diſcedens ſacrilegus quondam condidit Eutyches, vel ſi qua à venefico ſimiliter impio ſunt prolata Neſtorio, quas etiam ſectas ſedes Apoſtolica ſancta condemnat, ſimiliter & nos eaſdem cum ſuis authoribus & ſectatoribus execrantes, præſentis cõſtitutionis vigore anathematiZamus atque damnamus.* Multa huc cogenda. Primùm iſti duo hæretici ſua diſſiparunt zizania ſub annum quadringenteſimum quadrageſimum: hoc eſt vno ſeculo ante præſentem Synodum. Ex vna parte annoſior Neſtorius a credidit duas in Chriſto perſonas, ex eo quòd duæ ei inſunt naturæ. Quæ prior rheſis ſeu pars totius propoſitionis abſurdiſſima eſt in illa imaginaria duplici perſona. Inde verò palam affirmabat Chriſtum ex Maria Virgine natum minime Deum eſſe, ſed hominem ſolùm excellentem, qui poſtea merito ſanctioris vitæ dignus fuit coniungi diuinæ naturæ, non quidem in vna perſona, ſed per ſpecialem Dei gratiam ipſi inhabitantem, ſicut & nobis in gratię ſtatu conſtitutis. Propterea non vocabat Chriſtum Deum, at ferens Deum: addebátque eandem B. Virginem non extitiſſe theotocon b; ſed Chriſtotocon c: vtpote qui humanam perſonam ſimul haberet: & cuius proinde natiuitas, paſſio, reſurrectio, & aſcenſio in corpore ſoli humanæ naturæ ſeu perſonæ eſſet tribuenda cum efficacia valde finita. Ex altera autem parte, Eutyches concius Neſtorij d, quia vidit vnam in eodem Chriſto ſubeſſe perſonam, vt vicino Neſtorio conrrairet, ſic è diametro vnicam in ipſo naturam, non duas omnino putauit. Is enim vergens in alterum duplicis exceſſus extremum prorſus oppoſitum, nec ferens mediæ virtutis ac veritatis rempe ramenta, ſibi perſuaſum habuit nos hypoſtaticam vnitatem tueri non poſſe in Seruatore, niſi diuinam naturam ſimul cum humana confunderemus, aut niſi vtraque ad vnicam reduceretur. Sic ergo Eutyches natiuitatem Chriſti ac cæteras eius actiones corporeas è contra vni tribuebat diuinitati propter hanc vnitatis diuinæ perſonæ rationem in eodem Chriſto, vt diuinitas paſſa ſit. De duplici hac hæreſi non plura in iſta epitome, quia ambas fuſiùs

Poſterior materia.

Duplex. I.

De Neſtorio & Eutyche hæreticis.

a Patriarcha Conſtant. ad an 428 Bar. o 29. 30. & an. 432 in Sigiberto ac Genebr.

b θεοτόκον, Dei genitricem ſeu matrem.

c Χριστοτόκον, matrẽ Chriſti S. Th. par. 3 q. 35. ar. 5.

d Monachus Cõſtantinopolit.

tractat

tractat alius recens Controuerſiarum generalium Author [e]. Dicit quidem Lutherum at-
que Caluinum haud obſcurè huic ſomnio fauiſſe. Attamen textus libri I. Inſtitutionum
Caluini, quos exſcribit [f], inſtitutum ſatis non aperiunt. Et adiicit duntaxat vacillantem Lu-
therum docuiſſe imperitos eſſe illos, qui Chriſtum hominem denominant omnipotentem [g].
Sed rurſus non docet, in quo Neſtorianæ vel Eutychianæ ſententiæ affinis ſit iſta aſſertio
Lutheriana. Verùm, vt hodiernos ſectarios & hanc ipſorum viciniam apertiùs demonſtre-
II. mus, ampliora eorum aſſerta iſtic proponenda veniunt. Quod vt conſequamur, præſens
inſtitutum tripartitò diuidimus, pro ſecundo diſcurſuum ordine. Primo loco, in noſtro
Luther & Caluinus horũ ſectatores triplici ratione
Controuerſiarum Volumine docuimus, aduerſus Athæos [h], quòd Caluiniſtæ Deum quidem
ſimul & Chriſtum vtcunque omnipotentem prædicant in aëre, ipſos verò de facto plures
effectus tanti attributi eidem paſſim denegare, atque ex conſequenti id eſſentiale attribu-
tum ab ipſo detrahere ſolitos inauditâ antitheſi. Quæ tamen proprietas, alioquin tota
I. ſimplex & vna, neceſſe eſt à nobis aſſeratur Chriſto Deo, ſicut & ęterno Patri. Tale autem er-
roneum pronunciatum ideo efferunt, vt maximè quotidianum Chriſti miraculum in Eucha-
riſtica conuerſione, ſeu tranſſubſtantiatione tollant, eamque Deo impoſſibilem conclu-
dant: ſicut & hoc naturæ viribus impoſſibile eſt factu. Vbi ſanè Deum falſo adſtringunt ad
naturæ ab eo conditæ limites, qui tamen infinito modo naturam creatam excedit. Noſtras
fruſtrà mox diſcurſuum pagellas præfari alterius Tomi in memoriam reuocaremus: niſi cer-
tè id vnum Caluini huc recèns compellamus: *inde fiduciæ materiam nobis comparemus* (ait) *vt
non ſimpliciter omnipotens habeatur Deus, ſed qui nos ſua potentia conſeruet* [i], *&c.* Rurſus non eſt
quòd hîc denuo conſcribamus illa, quæ in eam rem fusè dilatat noſtrum aduerſus Caluini-
Qualis duplex natura in Chriſto.
tas Antimartyrologium [k]. Ad id ergo totum ac multiplex fundamentum cætera hîc ſub-
iiciamus. Propter illam ita ſublatam à filio Dei incarnato omnipotentiam, ne dicam à Deo
etiam ante Verbi incarnationem, ſequitur ex aduerſariorum opinione tunc priorem imminu-
tam fuiſſe poteſtatem ſecundę perſonæ Trinitatis, ſeu confuſam videri cum aſſumpta hu-
mana Chriſti natura, aut veriùs cum anima rationali, quaſi hę duæ ſpirituales ſubſtantiæ
in Chriſto vnà coaluerint ſub quadam facultatum limitatione ad modum animę, quę ſuos
ex creatione fines habet. Id autem genus dicendi, Eutychianum pręſagit, facitque diui-
nitatem paſſam, nec proinde omnipotentem. Etenim nos Catholici admittimus quidem
communicationem idiomatum beneficio mirificæ huius incarnationis, propter ſummam
naturæ humanę vnionem in vna hypoſtaſi, ſeu diuina perſona: vt ſcilicet Chriſtus homo
ſyllogiſticè ex eo dici poſſit æternus, infinitus & pariter omnipotens in concretis terminis.
Chriſtus vt omnipotens.
At eiuſmodi ratio dialecticæ prędicationis nihil proinde in ſubiecto ponit reale, neque
arguit diminutionem diuinę perfectionis, aut naturarum confuſionem in vnum quid
ad modum Eutychianę propoſitionis. Atque hinc veteres Theologi apud D. Thom. [l], tuen-
tur animam Chriſti minimè præditam fuiſſe omnipotentiâ, quantumuis hypoſtaticè Verbo
omnipotēti vnitam. Secūdo loco, clariùs paulò cēſetur inferēdū, quòd Caluinus ad Neſto-
II. rij ſententiam acceſsit: velit, nolit. Is, propter hęc verba Saluatoris in congreſſu paſ-
ſionis, *Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem* [m]: & iterum: *Deus meus vt quid dereliquiſti
me* [o], putat Chriſtum vocem deſperationis exprompſiſſe his in Matthæum periodis: *Cum
deſperatione luctatus eſt* (ait) *non tamen fuit victus* [o]; licèt tale dictum aduerſarius alibi co-
netur auertere, ſed intempeſtiuè & fluctuans. An verò iſta propoſito inſeruiant, nunc vi-
III. deamus ex tertio loco, quem huic annectamus oportet. Igitur tertiò defendit idem Cal-
uinus, animam Chriſti mortui ad inferos damnatorum deſcendiſſe, illicque eorundem pœ-
nas perpeſſum, multis hiſce notis ex libro 2. Inſtitutionum: *Diros in anima cruciatus* (in-
Chriſtũ paſſum pœnas damnatorũ apud inferos, ex Caluino.
fit) *damnati ac perditi hominis pertulit* [p]: Denuo: *Cum inferorum doloribus manum conſe-
rendo factum eſt, vt referret de illis victoriam* [q]. Rurſus aduerſus pręfatum vtrumque Chri-
ſti locum & ſtatum [r], addit hęreticus ille: *An tunc deſcenderit Chriſtus ad inferos, cùm mor-
tem deprecatus eſt: reſpondeo* (inquit [ſ]) *hoc fuiſſe exordium, vnde colligi poteſt quàm diros &
horribiles cruciatus perpeſſus fuerit, cùm ſe ad tribunal Dei reum ſtare cognoſceret noſtrâ causâ*.
Ex cuius profectò ſectarij ſententia colligitur id ſolùm diſcriminis fuiſſe inter damnatos &
Chriſtum, quòd iſte per breue tempus inferorum pœnas ſenſerit, tandem victor effe-
ctus ante triduum, illi verò perennes ſuſtineant, vtrobique eaſdem ſpecie. Quod & latiùs
Hinc tria incommoda.
teſtatur in paruo ſuo Catechiſmo [t]. Ex his autem duplex illatio adſequitur: qua tertiam,
hoc eſt finem noſtrum, conſequimur. Prima eſt eiuſmodi. Senſibilis damnatorum pœna
ſupponit actuale peccatum ac demeritum in vita neceſſariò. Secunda ſic. Eadem pœna in-
trinſecè & eſſentialiter (vt loquuntur) deſperationem ſalutis includit, ſicut & beatitudo
certitudinem ipſius. Ergo cùm ſpes Chriſtiana deſperationem excludat, ſanè Chriſtus
ex oppoſito abſolutè deſperauit, ſi damnatorum pœnas verè pertulerit. Poſt hoc duplex
pro

e Bellar. I de Incarn. li. 3. à ca. 1 ad 6.
f c. 13 § 9. 23 24
g in Concione de natali Dom Bellar. ca 5
h c. 5. ſect. 5. & c. 25. ſect. 2. libri de Atheiſmo.
i in veteri editione Geneuæ 1550 in 4. tract. de fide, ca. 6. § 4 & 27.
k li. 1. c. 8. Articulis 25. 26. Gallicè.
l 3 part. tota q. 13.
m Matt. 26.
o 18.
n ca. 27. v. 46
o in præfatũ caput.
p 2. Inſt. ca. 16. §. 10. extremo.
q § 11.
r in horto & cruce.
ſ §. 12 & in veteri edit. 1550. de fide, ca. 7. à §. 25 ad 29
t in expoſitione huius Artic.

Chriſtũ peccaſſe & deſperaſſe ex dictis Caluini.

prolegomenon: ecce tertiò vlterior ille exitus, quò ſpectamus. Cùm anima Chriſti ſeu ipsius humanitas arguatur de peccato ob conſecutam eam deſperationem, rite inferendum eſt, quòd ſi humana ipsius natura his non obſtantibus vnita ſit verbo hypoſtaticè per indiuiduam ſubſtantiam ex Caluino, id certè factum ſit accidentaliter ſolummodo, aut per gratiam in anima extrinſecus concreatam, ſicut & nobis: quo pacto ſentiebat Neſtorius. Atque ex conſequenti humanitas in ſe perſonata eſt peculiari ſua hypoſtaſi, iuxta Caluinum; qui de cætero alibi teſtatur Chriſtum ſuſcepiſſe *perſonam Mediatoris* a, non vtique vſurpatam impropriè, ſed valdè propriè ſumptam, cùm de Chriſti humanitate dicat, *perſonam voco ſubſtantiam* z, id eſt indiuiduam aut incommutabilem ſubſiſtentiam. Et idcirco conſequitur ex eodem Caluino, duas in Chriſto diſtinctas extitiſſe & supereſſe perſonas, imò duos etiam filios, vt loquitur Cyrillus Alexandrinus y. Interea verò, ſi humana eiuſmodi natura in diuino ſuppoſito vnita ponatur hypoſtaticè, vti vere decet, nec peccare potuit, neque deſperare in vita, nec pœnas damnatis proprias poſt obitum experiri, cum diuina illa hypoſtaſis animam ſemper ſequuta ſit, quocunque ierit, quia quod Chriſtus aſſumpſit, nunquam dimiſit. Vt facilè ac neceſſariò ipſam conſeruarit immunem a peccato & à pœna damnatorũ peccatis debita in futuro ſeculo. Etenim ſuſcepit duntaxat in corpore pœnalitates huius vitæ peccato debitas, hoc eſt, ſubiectionem ad frigus, ſudores & mortem, equidem ſine præcedentibus ipsius culpis. Hæc noſtra ſunt aſſerta, & bene. Verum aliæ ſuperiores Caluini theſes Neſtorianum delirium apertè redulent: licèt Caluinus dum alibi a Neſtorium & Eutychem adnominat, eiſdem aduerſari effinxerit. Sed vt poſtrema concluſione maiorem themati lucem afferamus, ſingulorum paucis reminiſcamur. Vox deſperationis quam aſſeuerat Caluinus bis per decurſum paſſionis à Chriſto emiſſam, adeſſe ei non potuit niſi cum comite deliberata voluntate: quia ex Diuo Auguſtino, *Nulla neceßitate, ſed propria voluntate in ligno ſe ſuſpendi permiſit, &c. & comitante anima ad inferna deſcendit* b. Idémque ſentiendum de reliquis minutis ipſiuſmet actibus. Quòd ſi admittatur ſic deſperaſſe Chriſtum ex voluntate, vti ſequitur ſecundum Caluini literam cum adiunctis; ſubinde peccatum Seruatori imponendum eſt, ſcilicet voluntarium. Itaque, ex eo fit, vt quamuis alicubi c Caluinus iactitarit humanitatem non ſubeſſe perſonatam in hypoſtaſi Verbi: tamen de facto ex citatis aliis eius textibus oppoſitum ſtatuit per vnionem in allegata deſperatione, adeóque ſibi turpiſſimè contradicit, veluti ſui eſſe moris ducuimus per innumera pene antitheta in noſtro Tractatu *De Atheiſmo & hæreſibus* d: videlicet in teſtimonium erroris dæmoniaci & confuſionis Ergo Ieſus Meſſias ex vna parte *cœpit contriſtari* e *& mæſtus eſſe* in horto f, ſeu à limine paſſionis: vt nimirum veritatem hominis duntaxat probaret ex Diuo Hieronymo g. Ex altera verò parte, ſe à Deo derelictum aiebat h, ſcilicet humanitas ſinebatur à diuinitate ſuſpendente præſidium, vnde gloria diuinitatis reflecti ſolita in corpus, pedem tum retraxit ad exiguum temporis ſpatium, veluti eo ſenſu loquitur Diuus Chryſoſtomus i, verbis tantiſper mutatis. Alia in noſtris generalibus Controuerſiis, quæ tamen abſunt à noſtri præſentia, quando hæc conſcribimus, necdum in lucem eduntur k. Iſtos verò diſcurſus iam in priore calcographia noſtræ Lugdunenſis hierarchiæ ex æquo induxeramus l. Quæ dum renouamus in præſenti ſecunda editione, audimus Iacobum Gualterum Tabulas ſuas Chronographicas efficere Latinas, & ad prælum miſſas, huc ſub quinto ſeculo ſpectantes: rati quòd noſtra vtriuſque expoſitio repertura ſit conformis ſibi & orthodoxa circa eiuſmodi thema. Cæterùm, in hæc falſa Caluini dogmata S. Sacerdos ac totum Aurelianenſe Concilium, quaſi præſcij futurorum hæreſiarcharum, anathema & damnationem proferunt in perſonas præteritorum Neſtorianorũ ſeu Eutychianorum tunc præſentium illo æuo: vt id ſacrum fulmen ſit timori poſteris omnibus ſimili peſte infectis, quò pœnas initio ſaltem verentes m, malum omen auertant: tum vultu ad veram fidem in charitate conuerſo Deum tandem propter ſe diligant n, ſaluíque fiant. De cætero, ea V. Synodus eſt ſolennior quartà Aurelianâ * in numero Epiſcopurum.

Duplex perſona in Chriſto ex Neſtorio & Caluino.

Theſis veritas.

In Chriſto vnica perſona.

Caluinitæ iã antiquitus condemnati.

a li. 2. Inſt. c. 13. §. 2. & 24 § 6.

y de incarnatione vnigeniti, c. 28. Ep. poſterior ad Succeſſum Epiſc. in med.

a 2. Inſt. 4. §. 4. 5. & 4. Inſt. 17. § 30. De his D. Tho. 3. par. q. 2. ar. 6.

b Ser. 137. de Tempore. Alia Ep. 99. ante med.

c 2. Inſt. c. 14. § 1.

d locis hoc §. citatis.

e Matt. 26. v. 37.

f Mõtis Oliueti.

g In hunc locum.

h ca. 27. Mat. hinc eum textum.

K an. 1615.

l part. 3. ca. 5 Sect 8. §. 5.

m per gratiã præuenientẽ formidine pœnæ.

n per gratiã habitualem virtutis amore.

* 23. Epiſcop Democh. li. 2. ca. 25.

Paragraphus 8.

Primatia.

AD extremum, nos his finem allaturi per idem oſtium præfati D. Sacerdotis, moneamus quòd ipſe ſic præfuit Aurelijs nomine Primatus, vt prædeceſſorum morem & præſcriptum priuilegium retinuerit ac obſeruarit cum ❧ centi pietate. Indéque proculdubiò iure aduertendum eſt, quantum abutatur ſcribendi munere profanus Annaliſta Belforetius o: dicere auſus Primatiam Lugdunenſem minime agnitam ante Hugonem Capetum Franciæ Regem. Etenim eam ex effectis talem recognitam vidimus ante ſanctum Lupum Archiflaminem p, prætetquam ſub hoc Diuo Sacerdote. Qui certè duo Capetum anteceſſerunt annis ad minus quingentis: vt ingens & notabile ſit eiuſmodi temporale diſcri-

o in hiſtoriis Gallicis Francorũ. de quo & n. 53. §. 4. fin.

p nu. 30.

me

men. Inter alia cuius Sacerdotis incitamenta ad virtutem, is duas Lugduni Eccleſias conſtruxit & dedicauit: vnam Collegiatam D. Paulo Apoſtolo ſacram ex veteri MS. Martyrol. Eccleſiæ Collegiatæ Belli-jocēſis * *mirabili*(ait)*opere*. Vbi ferūt plures è Clero tūc apparuiſſe diuina quędam portenta, ex traditione hactenus pertracta, qualia nondum in ſpecies deducimus, ni pleniora nanciſcamur teſtimonia. Alteram verò Eccleſiam fecit Parœcialem dictam S.Eulaliæ, ex Homiliario [q], nunc autem S.Georgij de patronatu ſacrorum Equitum Rodienſium ſeu S.Ioannis Hieroſolymitani. Obitus. 553. Quieuit feliciter Pariſiis anno DLIII. pridie quidem Idus Septembris, ex Petro de Natalibus, omnibúſq; Martyrologiis [r]. Sed paulò aliter ex matricula MS. quam cum Prçlati Epitaphio legimus in Theſauro & membranis Eccleſiæ Nicetianæ, vbi conditum eſt corpus ipſius. De quibus Chartis multa diximus apud S. Ruſticum [s]. In iiſque D.Sacerdos annotatur ſecundo deſcriptionum ordine, nimirum poſt B.Nicetium. Audi prologum. *Item, quoddam aliud Altare, vocatum Altare S.Sacerdotis, prout apparebat per literas in quodam marmoreo lapide ſuppoſito comprehenſas tales.*

* prid. Idus Septemb.
q tum Parad. 2.c.7.
r ac Breuiario Lugd. & Sur 2.To.12. April. Petr. li.11.c.vlt. nu.245.
s In 26 fin.
t prope.
u In typo Sacerdos, quia vulgò dicitur Gallis S. Sacerdo.

Nomine, mente fida, meritis, pietate Sacerdos. [u],
Officio, cultu, pretio, corde, gradu,
Dogmate, conſilio, ſenſu probitate, vigore,
Stemmate, cenſura, religione cliens.
Gaudia cunctorum rapiens, lamenta relinquens,
Arcubus hic clauſus laudibus ampla tenens.
Paternúmque decus erexit culmine morum:
Sic partas faſces fortia corda leuant.
Magnum nanque bonum cæleſti numine præſtat.
Corpora cùm deſint, inclyta geſta manent.
Pignoris annixus laceri hac ſorte ſuprema,
Sanguine quos vitam ſumere juſſit amor.
Cuius quanta viri mundo ſapientia fulſit:
Venturi ſecli gloria teſtis erit.

Qui vixit in amore & timore Dei annis LXV. Obiit 3. Idus Septembris, poſt Conſulatum Iuſtini viri clariſſimi Conſulis [y], *Indictione I.* Alia denuo inferiùs Numero adſequente [z], de ratione obitus tanti Prælati. Ego autem dictator anno poſtea 1616. menſe Iulio relegi ex profeſſo hos ſaltem verſus vltimos in antiquiſſimo præfato marmore candido adhuc recognito & conſpicuo facto ex effoſa humo ſepulchri ante magnū Altare eiuſdem Eccleſiæ S.Nicetij, quod olim concauum Caluinitæ repleuerant madida terrâ & lapidibus an.1562.

x Solius, an. ſolo ſal. 540. ex Bar. an 14. poſt mortē Iuſtini Imp. & creationē Iuſtini an. ſucceſſor
y Typus habet Conſulis.
z 51.

XXXIV. *Paragraphus* I.

Eius ephebi miraculoſi.

SANCTVS NICETIVS legitur Florentini Senatoris & nobilis Anthemiæ ſeu Artemiæ filius: qui Florentinus pridem electus fuerat quidem Epiſcopus Aurelianenſis: ſed vxor pulſu diuino eum de renunciando electioni commonuit, prædicens ſe puerum in vtero geſtare, qui futurus erat Antiſtes. Ipſa natum maſculum ſubinde Nicetium appellauit, ſedulámque nauauit operam vt adoleſcens ſacris literis & ceremoniis eccleſiaſticis ſedulò imbueretur [a]. Hinc de illo viro quinque rerum capita nobis occurrunt totidem Paragraphis iſtic inuicem copulanda. Imprimis, per miraculum cœperunt ipſius incunabula iterùm aliunde quàm ſuperiùs oriunda ex Surio. Etenim, quando *is infans* (ait Author) *vehementer infirmabatur*, mutus penè ac in facie ad oculum læſus citra ſpem ferè incolumitatis: *& mater triſtis iam de funere eius diſpoſuiſſet: ne timeas* (inquit) *ò Mater: beatus Martinus ſuper me crucem Chriſti faciens ſurgere me ſanum fecit: ſtatímque ſurrexit ex lectulo* [b]; etiámque pia mater perennes ad Deum & Sanctos in cœlo beatos priùs fuderat ad ſanctum Confeſſorem Martinum ex voto pro filio. Hinc certè maſculus grandior effectus ita piè vixit, vt idem Surius talia conſcribere pergat de Patruele Diuo Sacerdote, ſimúlque de Nepotis ſui iam eruditiſſimi ad hunc Præſulatum nominatione, quaſi ex ſcrutinio. *Ægrotante grauiter Lugdunenſi Antiſtite in vrbe Pariſiaca* (ſic habet locus [c] de ſancto Sacerdote) *cùm à Childeberto ſeniore magno amore diligeretur, voluit Rex vſque ad eius lectulum proficiſci. Cui venienti, ait: Tempus reſolutionis meæ adeſt. Vnam petitionem quam ſupplico, libenter indulgē. Et ille, pete,* Ipſius Epiſcopatus. *inquit. Nam quod volueris, obtinebis. Rogo, ait, vt Nicetius Presbyter nepos meus Eccleſiæ Lugdunenſi ſubſtituatur Epiſcopus. Eſt enim, vt mei teſtimonij verba proferunt, amator caſtimoniæ, directórque Eccleſiarum, & in eleemoſynis valde deuotus. Reſpondit Rex. Fiat voluntas Dei. Et ſic pleno populi ſuffragio ordinatur.* Id verò eximium miræ ſanctitatis expetiti ſucceſſoris teſtimonium

a Guilel. Gazet in vitis Sanctor. To 1. 2. pa. 583. ex D. Greg. Turonenſi.
b To. 2 Surij pa. 487.
c li. de Glor Conf. cap. 6

vtique veriſſimum eſt, neque temeraria voce depromptum ex indulgentiæ aut aliqua perſonæ conſanguineæ acceptatione, veluti hodie moris eſt inter parentes. Nam ſacer hiſtoricus hactenus palam editus & in Eccleſia receptus S. Gregorius Epiſcopus Turonenſis eam pietatis imaginem confirmat hiſce notis [b]. *Nicetius Confeſſor in vrbe Lugdunenſi, vir totius ſanctitatis, conuerſationis caſtiſſimæ, charitatis eximiæ vita perfunctus eſt. Cuius eleemoſynæ atque humilitas nec inueſtigari tantùm, nec enarrari à nobis poſſunt.* Hinc tempus inueſtigemus, quo ipſe Nicetius dicitur ſuprà ordinatus ſeu canonica inauguratione conſecratus. Id ſi exactiùs paulò tentemus, res præciſè cenſetur accidiſſe anno ſal. quingenteſimo quinquageſimo tertio, Ratio petitur ex Franciſco Haræo [c], qui dum ſuperiora Surij verba latius exprimit [d], adiicit Nicetium *migraſſe ad Chriſtum viceſimo ſecundo Epiſcopatus ſui anno ætate ſexagenaria.*
Ann. 554. Prima autem Acta quæ legimus de Priſco eius ſucceſſore, incidunt ſub annum DLXXVI. quo idem Priſcus Archiepiſcopus Lugdunenſis Matiſconenſe Concilium iniit. Ergo rectus hinc aſcenſus ad ſuperiores duos & viginti Solis circulos capit annum DLIII. Qui fuit annus proximè ſequens Concilium V. Aurelianum, è cuius præſidentia mox redierat ſanctus Sacerdos. En probabilior argumentatio Chronici Diui Nicetij ſic inchoantis & finiuntis in veteri Breuiario Cameræ ad vſum Eccleſiæ Lugdunenſis [e], fontis & originis (reor) dictorum Surij & cæterorum, qui de Sancto deinceps ſcripſere. *Quidam ex Senatoribus nomine Florentinus accepta Artemia coniuge, cùm duos iam haberet liberos, Ienauenſis Epiſcopus vrbis expectabatur: & re iam obtenta cum Principe, vbi ad domum reuerteretur, & multùm egeret ad ipſum Epiſcopatum pacificandum: Artemia vero reſpondit: Ne quæſieris Epiſcopatum vrbis Ienauenſis: ego ex conceptu à te ſumpto Epiſcopum gero in vtero. Requieuit vir ſapiens audita vxore; rememorans illud, quod vox diuina quondam principio fidei Abrahæ beato præceperat, In omnibus quæcunque dixerit tibi Sara, audi vocem eius* [f]. *Deinde impletis pariendi diebus Artemia enixa eſt puerum, quem quaſi victorem futurum mundi Nicetium in baptiſmate vocauit, eúmque ſummâ nutriuit diligentiâ, & literis eccleſiaſticis inſtrui mandauit. Defuncto autem Florentino patre, hic cum genitrice ſua iam Clericus in domo paterna reſidebat, & cum reliquis famulis manu propria laborabat, intelligens commotiones corporeas non aliter niſi laboribus & ærumnis opprimi poſſe. Paulò pòſt orta eſt in facie ſua puſtula inualeſcens & excoquens, quæ fecerat puerum deſperatum. Sed precibus matris ad beatum Martinum, & ſigno ſanctæ crucis conualuit* [g]. *Et ſtatim ætate iam tricenaria Presbyteri honore præditus eſt, nec ſe à labore operis, quod priùs geſſit, abſtinebat, & manibus propriis ſemper operabatur cum famulis, vt Apoſtoli præcepta compleret, dicentis: Laborate manibus, vt habeatis vnde tribuere valeatis neceſſitatem patientibus. Erat etiam corpore caſtus, corde mundus, non in ſcurrilitate verba proferens, & quæ Dei ſunt loquens, ac matri obediens. Et ægrotanti Sacerdote Lugdunenſi Antiſtite, ad preces Childeberti ſenioris magni præuentus pietate diuina Nicetius, Cathedra Lugdunenſi Pontificali ſublimatus eſt. Deinde vigeſimo ſecundo Epiſcopatus ſui anno ætate ſexagenaria migrauit ad Ieſum Chriſtum. Qui dum ferretur ad ſepeliendum, cæcus quidam ſe ſub feretro flagitauit: ſtatímque lumine viduatus, reſeratis oculis adornatur. Sic extitit beatus Nicetius pius & potens in opere miſericordiæ, &c.* [h] En ſummaria vita. Quo medio toto bino & vicenario curſu annorum, is præclara geſta ſequentibus paragraphis expreſſa Eccleſiæ ſuæ ſubminiſtrauit, vniuerſum orbem Chriſtianum illuſtrantia. Singula igitur audi.

b li. de Gloria Confeſſ. cap. 61.
c In vitis Sanctor. Lugd. 1595 pa. 316.
d vt quòd mater inter Sanctos B. Martini iugiter orabat pro ſalute filij mutu, clauſis oculis, habens puſtulam & virus in facie
e f. 238. die 6 April.
f Lect. 1. Matutinali.
g Lect. 2.
h Lect. 3.

Paragraphus 2.

IV. Conciliū Lugdunēſe.

ANno ſexto Guntranni Aureliorum ac Burgundiæ & Lugdunenſis prouinciæ Regis, necnon Chereberti Pariſiorum ſeu Franciæ, eius fratris natu maioris [d], qui fuit Rex quartus Chriſtianus in Gallus, & annus ſalutis quingenteſimus ſeptuageſimus, celebratum eſt Lugduni Concilium prouinciale ex D. Gregorio Turonēſi [e], quod Baronius eo anno poſt ampla Conciliorum Volumina appellat & vocat primum Lugdunenſe, eorum quæ
Medio 570. 573. paſſim leguntur, nimirum in illis vulgatis Conciliorum Tomis quinque: licèt nonnulli arbitrentur id eſſe 6. Aurelianenſe. Sed nos qui ſubiectam materiam penes officium exactiùs paulò mox ſolemus reuoluere: aduertimus ac dicimus id Concilij genus iam quartum omnino extitiſſe Lugduni verè coactū. Nā alia tria dudū ibidem habita ſunt, qualia luſtrauimus ſupra in S. Irenæo [f], Fauſtino [g], ac Patiente [h] Lugdunenſibus Archiepiſcopis, tametſi extra corpus eorundē Voluminū deprehenſa. Iſtā verò Synodū cōgregauit ſanctus noſter Nicetius ad præfati Guntrāni hortamēta. Eáq; ſex Canones ambit in præfato Volumine & Baronio, licèt corpus decreti octodecim obiter cōmemoret *. Eiuſmodi autem Acta forū exterius non ſidē continentur, aut rarò: ſcilicet quòd *ſi diuerſæ prouinciæ duo fuerint Sacerdotes, inter quos*
Materia duplex. *diſceptatio oriatur, conueniētib. in vnū Metropolitanis ipſorū, actio illorū iudicio terminetur, &c.* *Quòd*
I. *quia multæ tergiuerſationes infideliū Eccl. quærunt collatis priuare donariis, teſtamenta quæ Epiſcopi,*

d cœperūt regnare codem an. 565. lo Tilius in Chron. ſibi diuidentes regnū Patris Clotarij.
e li. 4 c. 19.
f n. 2. § 3. 4.
g nu. 5.
h n. 14. § 3.
* diſt. 10. c. 11. vlt. n. 13.
i hodie lis poſſeſſorio coram laico iudice dirimitur, & petitorio coram Eccleſiaſtic.

Presby

Presbyteri ſeu Clerici confecerint, quibus aliquid Eccleſiæ aut quibuſcunque conferre videantur, omni ſtabilitate ſubſiſtant, &c. Cæteráque penè omnia, quæ prætermittimus, circa intimum pœnitentiæ Sacramẽtum verſantur: de quo nos ſub D. Eucherio I.* Sed inde ad aliam magis ex profeſſo Synodi portionem veniamus, ſeorſum agitatam in medio cœtu, ex hiſtoria Francorum ſancti Gregorij Turonenſis [k], extra eiuſdem Concilij Seſſiones. Locus enarrat prodigium litis, proferenda ſi poſſet ſententia aduerſus duos Antiſtites morum improbitate diſtamatos. *Contra Salonium Sagittariúmque Epiſcopos* (ait Author) *tumultus exoritur. Hi enim à ſancto Nicetio Lugdunenſi Epiſcopo educati, Diaconatus officium ſunt ſortiti, huiúſque tempore, Salonius Ebredunenſis vrbis, Sagittariúſque Vapigenſis Eccleſiæ Sacerdotes ſtatuuntur. Sed aſſumpto Epiſcopatu in proprium elati arbitrium cœperunt in peruaſionibus, cædibus, homicidiis, adulteriis, inſano furore graſſari, &c. Quod cùm Rex Guntherannus comperiſſet, congregari Synodum apud vrbem Lugdunenſem iuſsit. Coniunctíque Epiſcopi cum Patriarcha Nicetio beato, diſcuſsis cauſis, inuenerunt eos de his ſceleribus, quibus accuſabantur, valdè conuictos, præceperúntque vt qui talia commiſerunt, Epiſcopatus honore priuarentur, &c. Qui accedentes coram Papa Ioanne, exponunt ſe nullius rationis exiſtentibus cauſis dimotos. Ille verò Epiſtolas ad Regem dirigit, & eoſdem reſtitui iubet ſuis locis. Quod Rex illis caſtigatis priùs verbis multis, impleuit. Sed nulla, quod peius eſt, fuit emendatio ſubſecuta, &c. Hi in maioribus ſceleribus quotidie miſcebantur, & in prælijs ciues ſuos nonnullos verberantes fuſtibus vſque ad ſanguinem. Vnde clamor populi ad Regem denuo. Eoſdémque Rex accerſiri præcepit, & ipſos includi in Monaſteriis à ſe dimotis, in quibus pœnitentiam agerent commonens, vt cum armatis cuſtodiri debeant.* Sed paulò poſt, ob cauſas hic omiſſas, *dimiſsi, ad ciuitates ſuas regreſsi ſunt: & in tantum compuncti, vt viderentur nunquam à pſallentio ceſſare, celebrare ieiunia, eleemoſynas exercere, &c.* Sic itaque ius appellationis à Concilio ad Romanum Pontificem omnes Synodi effectus hac vice ſuſpendit. Verùm quàm ficta fuerit reorum in Sedibus pietas, aduertes poſtea ſub Priſco ſucceſſore. Vnde robur iſtius Concilij alia breui Synodo vim ſuam ſortitum eſt hac in re, dum tandem illi relapſi damnationis ſententiam acceperunt. Interea en Patrum Synodi catalogus: quoniam de Præſide cœtus oboriri cenſetur difficultas & controuerſia.

n a. 13. §. 9.
k li. 5. ca. 20.

Epiſcopi depoſitione digniſſimi.

Patres Concilij.

1 *Philippus Epiſcopus Viennenſis*	8 *Celedonius Epiſcopus Mateſcenſis.* [l]
2 *Nicetius Epiſcopus Lugdunenſis.*	9 *Valeſius Presbyter directus à Siagrio*
3 *Agricola Epiſcopus Cabilonenſis.*	10 *Epiſcopo Gratianopolitano*
4 *Vincentius Epiſcopus Belicenſis.*	11 *Vincentius Presbyter à Lucretio Epiſc. Dienſi.*
5 *Siagrius Epiſcopus Heduorum.*	12 *Euſebius Presb. à Victore Epiſ. Tricaſſinorum.*
6 *Actadius Epiſcopus Niuernenſis.*	13 *Piolus Presb. à Tetradio Epiſc. Lingonenſi.*
7 *Salonius Epiſcopus Genauenſis.*	14 *Aſtemius Diaconus à Valentino Ep. Maximo.*

l ſic Venetiis To. 2. pa. 2. n. 4. aliàs Matiſconenſis.

Quo in loco miramur, quomodo Archiepiſcopus Viennenſis præfuerit Lugduni in Gallia Celtica & Primatu Lugdunenſi: ſaltem vt fert editio Conciliorum Veneta. Nam alioqui præfecturam referre decet ad D. Nicetium, ex eo quòd Guntrannus Rex non Philippo Viẽnenſi, ſed vnico Nicetio mandarat, vt ille velut Patriarcha regionis coronam Antiſtitũ Lugduni circumageret. Eóque fine præſulatus vidimus ſuprà [m] titulum Patriarchatus ſeu Patris Epiſcoporum ſuæ Galliæ & Regni à Rege illi inditum. Niſi fortaſſis Philippus tunc eſſet Pontificius Legatus à latere, & eo nomine præfuerit: ſicut Alcimo Auito pariter Viennenſi obtigit apud Celtas, vti legimus [n] ſub Viuentiolo Archipræſule Lugdunenſi. Qui tamen gradus de Philippo hactenus non conſtat. Proptereáque veriſimilius eſt eum quidem honoris causâ præſediſſe Legatum, at Nicetium proximè ſequacem voces collegiſſe, Decretáque pronunciaſſe. Alia de hoc Concilio in Matiſconenſibus Epiſcopis Numero quarto.

Præſes.

m in textu Gregoriano.
n a. 29. §. 2.

Paragraphus 3.

Pluſquàm decem miracula S Nicetij.

AD miracula vera, quæ diuinitas per Sanctum ſuum operata eſt, veniamus, poſt primum iam ab ephebis oſtenſum [o]. Igitur, ſecundo euentu, is Diaconum Dæmoniacum in Eccleſia cantantem, malo Clericis ignoto, palam ſanauit, ác dæmonem expulit. Sic pluribus habet Surius [p], & alia ex eodem, quæ pendente ſancti vita patuerunt: è quibus nonnulla inferiùs ſub Ætherio Archiepiſcopo diſtulimus*. Inde verò, obiit tandem ille Nicetius, anno dudum conquiſito [q]. Eiúſque corpus quieſcit in Eccleſia Apoſtolorum Lugduni, deindéque ſui ipſius nominis ex Homiliario. Quo in Templo ſancti Nicetij permulta phænomena cælitus immiſſa comparuerunt. Ergo in toto ſit hoc tertium inſigne, apud Gregorium Turonenſem in Gloria Confeſſorum [r], qui alibi teſtatur eundem Nicetium extitiſſe auunculum matris ſuæ [ſ]. *Puerulus diuturna cæcitate grauatus* (inquit Author) *dum graderetur plangens adminiculo ſuſtentante, perlata eſt vox in ore eius ſecretius, dicens, Appropin-*

I.
II.
III.

o §. 1.
p locus in eo §. cit.
* n. 35.
q §. 2. eſt an. 575.
r cap. 61.
ſ li. 5. hiſtor. Franc. ca.

*quare feretro , & protinus recipies viſum, &c. Cúmque bis & tertio hæc vox aures illius verbe-
raſſet, ſe ad feretrum poſtulat duci. Accedénſque , & inter albentium Diaconorum turbam perla-
pſus, vt nomen Sancti inuocare cœpit, illico reſeratis oculis lumen recepit. Poſt hæc puer erat aſſiduus*
IV. *in Baſilica, ad ſepulchri Sancti deſeruiens, & lumen accendens , &c.* IV. perſimile & alia tum ſe-
quentia ita accipe ex Surio t. *In Paræcia Paternacenſi cæco vir quidam per viſum noctis apparuit.* t loco cit.
Si vis (inquit) *ſanus fieri, proſterne te in orationem coram Baſilica S. Nicetij Altari. Quod cùm feciſ-*
V. *ſet, diruptis tenebris lumen virtus ei diuina patefecit.* V. ex eodem. *Phronymius Agathēſis Epiſco-*
VI. *pi famulus Septennis epilepties morbi acceſſu fatigabatur, cadens ac ſpumans. Qui cùm expleſſet pro-
ſternere ſe coram ſepulchro B. Nicetij, ſanus regreſſus eſt.* VI. *Accuſatus de homicidio* & in carcerem
coniectus auditâ famâ S. Nicetij, cùm eius nomē diuinámque miſericordiam inuocaret, ob-
dormienti apparuit vir beatus: *Surge* (ait) *in nomine Chriſti, & ambula liber: à nullo comprehenda-
ris. Qui expergefactus hac voce, ſe catenis ſolutum confracta trabe miratur, ádque eius ſepulchrum*
VII. *perrexit, damnatione culpa à Iudice conceſſa.* VII. Quando Guillomanus Tricaſſinorum Ponti-
fex deuotus expetiit huius Sancti Reliquias, cùm pſallendo deducerentur (Reliquiæ) *cæcorum
oculi illuminati ſunt earum virtute.* Hæc in genere de multis ſimul. Quibus iſta illic latentia
VIII. ſuccedunt vniuerſim. Vnde VIII. Qui de eius ſepulchro pignora capiebant (adiicit Surius)
aut herbeculas in id coniectas, deindéque extractas hauriebant, ab ægritudinibus curaban-
IX. tur. IX. Cùm diu poſt eius obitum (infit) Reliquiæ ipſius cum honore pſallentium , *apud Ge-
nabenſem vrbem portarentur , cæci & claudi ſuppliciter eas venerantes , viſum ac greſſum* confe-
X. ſtim recipere non dubitabant. X. ac vltimò, ex præfato Gregorio u, etiam generatim. *Et nunc* u ca. 61. cir. final.
*ad ſepulchrum beati Confeſſoris multa miracula Chriſto auſpice tribuuntur. Nam & inferorum ibi ca-
tenæ rumpuntur , cæci illuminantur, dæmones effugantur, ſanitati redduntur paralytici, perferentes
acceſſus febrium liberantur. Quo in loco tam frequenter oſtenduntur miracula, vt ex ordine ſcribi
longum ſit. Tamen retulit mihi vir fidelis, quatuor ibi cæcos ante paucos dies fuiſſe illuminatos, &
quòd hominem quem claudum olim nouerat , incolumem nuper aſpexit.* En egregius portentorum x apud Paradinū li. 2. ca. 73.
Feſtum Miraculorum Lugduni. numerus! vita & mors admirationis plena! Ex quo nonnulli arbitrantur Feſtum *Mirabilium*
quondam Lugduni celebrari ſolitum , ob hæc patentia & frequenter viſa prodigia ortum
eſſe. Dies ſic per antonomaſiam nuncupata. Quòd nimirum ab hiſce Nicetij temporibus &
vltrà inoleuit conſuetudo, ſaltem initio pia: qua certo die & publico applauſu nauis in Ara-
ri diſponebatur velut bucentautus: quam ingreſſi nobiliores ciuium & in circum trahen-
tes , ingenia relaxabant modeſtè colludendo. Nauem quippe ſub pontem & maximum
arcum, mirabilem vulgò nuncupatum, ſolenni ritu ducebant à parte & latere Templi B. Ni-
cetio ſacri, cum obſeruatis aliis ceremoniis hîc tacitùs prætereundis. Liberam Lectori fidem
ſinimus referendi cauſas antiquæ huius feſtiuitatis vel hiſce Nicetij miraculis, vel antiquio-
ri Helio Archipræſuli y, vel altiùs reuelatis priſcorum Sanctorum cineribus Lugduni, quos y nu. 4.
cecinimus in D. Pothino z. Ad extremum verò , eiuſdem B. Nicetij Feſtum colitur IV. z n. 1. §. 1 &.
Nonas Aprilis, ex Breuiario & ſolitis Martyrologiis Vſuardi , Bedæ atque Baronij. Atta- * li. 4. c. 26.
men in Adonis Martyrologio & apud Petrum de Natalibus *, idem deponitur III. No-
nas menſis.

Paragraphus 4.

Multi Salonij & Nicetij Epiſcopi. RESidua tandem, quæ exteriora videntur enarranda, hæc ſunt ad quaternarium redacta.
I. quòd præfatus impius Salonius Ebredunenſis multùm diſcrepat tempore ac meritis
à piiſſimo Salonio Lugdunenſi. De quo nos ſuprà a. II. quòd Salonius Antiſtes Geneuenſis a n. 22.
ſeu Genauenſ. b in ſuperiore Epiſcoporum catalogo poſitus, cenſetur is eſſe, quem Saua- b aliud à Gebenna, vicina tamen.
ro nominauit ad Epiſcopatum Genuenſem, ſub annis promiſcuis quibus floruit præfatus
Salonius Lugdunenſis. Qua data theſi: profectò ſequitur illum Geneuenſem vixiſſe vno ſe-
culo tardiùs, quàm Sauaro arbitretur. Cuius Salonij non meminit imperfecta Democharis
enumeratio pro Geneuenſibus c. III. quòd Cæledonius Epiſcopus Matiſconenſis recèns ad- c li. 2. ca. 36.
ponatur & adiiciatur multis Tabulis Democharis. De quo nos rurſus in hiſtorico Mati-
cenſi Chronico d. IV. quod quo æuo floruit iſte Nicetius, ſedit quoque S. Nicetius Treueren- d nu. 4.
ſis Epiſcopus, ex Baronio e: & de quo Petrus Natalium f. Itémque citiùs multò claruit Ni- e 5. April.
cetius, aliis Niceta, Viennenſis, ſub annum 475. eodem authore g. Hæc maioris lucis dandæ f li. 1 2. c. vlt. ar. 134. ad 5. Nonas Maij.
gratiâ. Quibus ad extremum de noſtro Nicetio adiicimus, quòd in Volumine antiquitatum g ad 5. Maij.
Pariſienſium, vbi ſermo eſt de ſancto Germano Antiſtite Pariſienſi , refertur Nicetium Lu-
gdunenſem ſubſcripſiſſe Inſtrumento authentico pro Abbatiali Cœnobio ſancti Germani
Pariſienſis anno ſal. DLXIX. qui fuit annus quintus Chereberti Regis Francorum ex Tillio:
tametſi illic ſtatuatur annus primus ipſius.

Para

Paragraphus 5.

Mors & Epitaphium S. Nicetij. EXtremas pallentes horas ſancti Nicetij concomitemur. Anno ſalutis milleſimo trecenteſimo octauo Reuer. Hugo Epiſcopus Thabarienſis, legitimè commiſſus ad conquirendas venerandas Reliquias in Eccleſia quondam Archiepiſcopali ſanctorum Apoſtolorum quieſcentes, ſed præſertim ad requirendum corpus ſancti Annemundi inter cætera, vt pote de cuius loco imminebat controuerſia: is effodit nouem corpora antiquorum Archiepiſcoporum, & orſus eſt à monimento ſeu Reliquijs ſancti Nicetij, velut patrono eius deinceps Eccleſiæ Apoſtolorum, vnoquoque Antiſtitum nouenario in ſingulis marmoreis ſuis cellulis reperto. Ipſoſmet textus integros aperuimus in diſcurſibus pro ſancto Annemundo initis [h] tanquam opportuniore loco. Quæ perquiſitio ex profeſſo fiebat ad diſcernendam ex duabus collitigantibus Eccleſiam, in qua repoſitum fuiſſet cadauer ſancti eiuſdem Annemundi: tametſi ſanctus Nicetius, à quo inchoauit Hugo, ſit quintus duntaxat ex illis nouem Prælatis ibidem conſcriptis, ſeruato ordine temporum. Nam ex his & eorum Epitaphijs, è multiplici ſarculo illic extumularis, quatuor iam diſcuſſa Epitaphia præteriêre, nempe ſanctorum Sicarij [i], Ruſtici [k], Viuentioli [l] & Sacerdotis [m]. En ergo Epitaphium, in gratiam perſonæ S. Nicetij.

h nu. 43. §. 7. art. 6.
i nu. 19.
k nu. 26.
l nu. 29.
m 31.

Ecce Sacerdotum tenuit qui iura Sacerdos [n],
Quo recubat tumulo nomine Nicetius.
Vrbs Lugdune, tuum rexit per tempora Clerum,
Eccleſiámque Dei cordis amore colens.
Quíque Sacerdotis [o] *Sanctus bis proximus hæres,*
Sanguine coniunctus culmine, Sede, ſimul.
Vir bonus, indultus cunctis, famulíſque benignus,
Quem duro læſit verbere quiſque ſuo [p].
Manſuetus, patiens, mitis, venerabilis, aptus:
Pauperibus promptus, ſimplicibúſque pius.
Pſallere præcepit normamque tenere canendi
Primus, & alterutrum tendere voce Chorum.
Noxia temnendi vitans diſcrimina mundi,
Inq; Deum ſolum vouere nouit opus.
Sic vigilis, ſobrius, ſic caſtus carnis vbique!
Quo nihil in Clero dulcius eſſe poteſt.
Cauſarum ſpreuit ſtrepitus, vanóſque furores,
Et ſimplex mundo, ſed ſapiens Domino.
Iura poteſtatum verbi terrore coërcens:
Iurgia deſpiciens: ſuſpiciénſque Deum.
Ac ſimul erectus, mitis pietate, ſerenus,
Tranſiit innocuus; regna ſuperna tenet.
Illic & is patuit calcatis ſortis amicis:
Iam Paradiſiacas poſſidet aptus opes [q].

n in lapide Sacerdus.
o Fuit enim Nicetius cōſanguineus & nepos S. Sacerdotis prædeceſſoris Archiepiſc. Greg. Turo.
p hic pentameter verſus paulò mutatus, eſtque perdifficilis lectu ob lapidis fracturã.
q Principium verò ad plenũ legi non potuit (addit hic locus) propter fracturam lapidis, & antiquitatem ſcripturæ.

Tempus. *Obiit IV. Nonis Aprilis, ſeu XXXIII.* (annis) *poſt Iuſtinum, & Indictione* 6. Hæc in Actis Hugonis Epiſcopi, necnon in marmore candido Tumuli eiuſdem Sancti, mox* noſtri gratiâ palam effoſſi iuſſu Capituli prope maius Altare Eccleſiæ Nicetianæ, & à nobis perlecti. Vbi aduerte, quòd cùm Iuſtinus fuerit Conſul ſolo anno quingenteſimo quadrageſimo ex Baronio [r]: ſanè annus trigeſimus tertius poſt illius diſceſſum è viuis incidit in annum ſalutis quingenteſimum ſeptuageſimum tertium, quo obierit ſanctus Nicetius, vel ſaltem anno adſequente, iuxta Harræum cit. [ſ] Quod certè ſepulchrum olim vacuum & concauum hæretici poſtea Caluinitæ iniqui vrbis poſſeſſores per aliquot menſes [t], ſublatis ſacris Reliquijs locum arenato calce [u] & humo ſaxoſa [x] in deſpectum oppleuerant. Atque profectò is temporum calculus recèns etiam & opportunè adinuentus ad lapidem, optimè cum rei veritate quadrat.

* die 15. Iul. 1616.
r vide nu. 51. vlt. ad marg.
ſ §. 1. Iuſtinus an. 14 poſt mortẽ Iuſtini Imper. cui ſucceſſit Iuſtinianus.
t à die Iouis penult. April. 1562
u ſeu Tigno, vulgò *Alarreno.*
x *terre pierreuſe.*

XXXV. *Paragraphus* 1.

Quinque Conciliis præfuit.

PRISCVS fuerat primùm Capellanus præfati ſui anteceſſoris ſancti Nicetij. Tum hac Sede donatus,& à Gregorio Turonenſi etiam paſſim nuncupatus Patriarcha. Is quinque Synodos prouinciales congregauit. Primam equidem Matiſconi, Canonum vndeuiginti anno XII. Guntranni Regis : id eſt, anno ſalutis quingenteſimo ſeptuageſimo ſexto vel adſequenti ſeptuageſimo ſeptimo, vti colligere eſt ex Conciliorum Indicibus,& Ioannis Tillij Chronico. Attamen Baronius aggregatorum ſolennia diſtulit ad ſequens ſexennium ſub annum quingenteſimum octuageſimum ſecundum, imò 83. Qua ſolari reuolutione Annalium hæc ipſe opinatur: *Euocatione Guntranni* (ait a) *celebrata eſt prima Synodus Matiſconenſis, vt eius Acta teſtantur in fine eiuſdem Concilij, licèt illic numerus annorum ipſius Regis depravatus habeatur, dum coacta dicitur Synodus anno duodecimo dicti Regis. Nam ſi (vt illic legitur) decima quinta Indictione eam Synodum celebratam habent ipſius Acta, non duodecimo, ſed decimo octauo * habitam eſſe, dicere oportet. Nec eſt, quòd quiſquam reuocet ad præcedentis Indictionis periodi itidem decimam quintam Indictionem. Nam illis temporibus Nicetius præerat illi Eccleſiæ Lugdunenſi. Hoc autem tempore & Indictione regebat eam Eccleſiam Priſcus, qui eidem Synodo ſubſcriptus reperitur.* En Authoris ſententia. Cui nonnulla ferè in oppoſitum attexam.

Primum eſt Matiſconenſe I.

Si eiuſmodi ſenaria dilatio locum habeat : ſanè id Concilium Matiſconenſe cadet in eundem annum, quo habita eſt poſtea prouincialis item Synodus Cabilonenſis, qualis diſertè audita eſt anno ſalutis præcisè quingenteſimo octuageſimo ſecundo, & Guntranni decimo octauo, præſidente eodem Priſco, veluti mox ediſſeret ſequens Paragraphus ſecundo quinarij loco, ex pollicitis. Atque huic ipſi anno per ſortem occurrit calculus à Baronio in controuerſiam poſitus. At verò nunquam fuit mos Eccleſiæ primitiuæ aut poſterioris, vt duæ comprouinciales Synodi eodem prorſus anno haberentur in eadem Prouincia : ſed ſingulis triennijs duntaxat, tum iiſdem, tum diuerſis in vrbibus totius prouinciæ, quo pacto cœtui placitum erat indicere pendente Synodo præcedenti.

Interſtitia Conciliorũ.

Alioqui ſtante ea Baronij prolatatione : ſanè vt triennium ſemper obſeruetur, oportuiſſet hunc commearum Cabilonenſem procraſtinare ſeu retrocedere ad ſequens aliud triennium DLXXXV. Quam certè moram nullus hactenus Chronographus typis mandauit. Sed & neque id ſpatium rurſus remitti ſic potuit.

Chronologia controuerſa.

Etenim ipſomet anno millesimo XXXV. conuocata eſt Lugduni alia Synodus prouincialis, eáque quinta ibidem, quæ hîc ordine tertia fuerit, Paragrapho 3. Igitur ſatiùs eſto dictum, ſaltem hac vice, quòd prioribus hæreamus Indicibus de primis comitiis Matiſconenſibus habitis anno quingenteſimo ſeptuageſimo ſexto b, equidem tertio Priſci ſedentis, ex inferendis apud Nicetium extremò. Inter vndeuiginti Synodi Acta, duo tantùm iſtic inferimus. Prior congeries multorum ſimul membrorum in eandem materiam eſt eiuſmodi de clericali cœlibatu: *Epiſcopi vel Presbyteri atque Diaconi ſancta conſcientia luce reſplendeant.* Deinde : *Fugiatur ab his extranearum mulierum culpanda libertas, & tantùm cum auia, matre, ſorore, vel nepte, ſi neceſſitas fuerit, habitent* c. Tum: *vt nulla mulier in cubiculo Epiſcopi abſque duobus Presbyteris aut certè Diaconis ingredi permittatur* d. Denuò : *Si puella religionem profeſſa ad illecebras ſeculi tranſgredi præſumpſerit, communione priuetur.* Ac poſtremò, *Monacha Agnes* ibidem deſcribitur Canone 19. Miſſúmque facimus, quòd Decreti Corpus inſinuat XXI. Canones *. Hæc omnia pro anteriore Synodi themate.

An. 574. 576.

Materia illius.

Quo manifeſtum eſt votum caſtitatis è priſcis temporibus ad illos vſque dies etiam antiquos effluxiſſe vna cum monachatu; & vtrumque ſexum illo viuendi genere ſemper piè vſum fuiſſe, aduerſùs Caluinitarum deliria, qui dum omnes homines vxorari iubent, candorem virginitatis tanquam impoſſibilem obſeruatu fœdo ac impuro ſermone denigrant : perindéque ab Eccleſiæ & ſalutis meta deſiliunt.

Recurſus aliò de voto caſtitatis.

Hæc pluribus non exaggeramus : quia votiuam caſtitatem ab Apoſtolica traditione manaſſe iam demonſtrauimus in ſancto Eucherio II. e Gũtranni tamen & Prætidis hiſtoriolam ratione Concilij damus luſtrandam in Chronico Matiſconenſi ſub ſancto Euſebio Antiſtite f. Hinc ergo deſcendamus ad poſteriorem materierum congeriem. Temporalia Eccleſiæ conceſſa reſpicit, hoc titulo 8. *Vt qui oblationes fidelium defunctorum, quæ Eccleſiis conferuntur, retinent, veluti retentores Eccleſiæ, & necatores egentium ab Eccleſiæ liminibus arceantur.*

II Materia de temporalibus Eccleſiæ.

Canon pœnas eccleſiaſticas comminatur detentoribus quoruncunque bonorum ſeu immobilium etiam poſſeſſionum, atque prouentuum Clero traditorum in perpetuum; quæ quidem paſſim vocantur piorum eleemoſynæ. Quales certè raptores ipſo iure & facto anathemate feriuntur vi Canonum, partim reſeruatorum vni Romano Pontifici, ex parte cæteris Epiſcopis in communi : veluti diſtinctiſſimè expoſuimus in noſtra

Summa

a to. 7. ann. 582. col. 8. ſe. Moguntiæ.

* & ſal. 582. vel 583.

b an. vlt. Ioãnis 3. Papæ.

c Tit. 1.

d Tit. 3.

* diſt 16. c. ſi vlt. nu. 21.

e nu. 30. §. 7.

f nu. 6.

g 4. in Syn. Matiſc.

Summa Caſuum Reſeruatorum: nimirum decem articulos grauiores huiuſce generis reſeruatos ſupremo Pontifici [h], & ſeptem articulos Epiſcopalis diſpenſationis [i]. Cæterùm vetuſtiora facta dona etiam Apoſtolico tempore collata, tum Xenodochiis, tum reliquis Eccleſiis, quod idem eſt, fusè ſtrauimus in ſancto Sacerdote [k]: vt nihil hîc Lectori impertiendum deſideretur. Interea potiores textus Matiſconenſes vtriuſque rerum ſpeciei iſtic expreſſimus: quia egregij ſunt, & clariùs aperiunt antiquiores de ea re ſanctiones. Patres verò illic ſuffragatores comparuerunt hoc ordine.

h Par. 1. ab ar. 41. ad 42.
i Par. 2. ab ar. 37. ad 43.
k nu. 33. §. 5.

Patres Concilij.

1 *Priſcus Archiepiſcopus Lugdunenſis.*
2 *Amacharius Epiſcopus Autrica.*
3 *Art. nius Senonenſis Epiſcopus.*
4 *Agricola Epiſcopus Niuernenſit.*
5 *Artemius Vaſenuenſis Epiſcopus.*
6 *Eſitius Gratianopolitanus Epiſcopus.*
7 *Eraclius Epiſcopus Dienſis.*
8 *Euſebius Epiſcopus Matiſconenſis.*
9 *Euantius Epiſcopus Viennenſis.*
10 *Flauius Epiſcopus Cabilonenſis.*
11 *Gallomagnus Epiſcopus Trecenſis.*
12 *Iconius Mauriennenſis Epiſcopus.*
13 *Martianus Epiſcopus Tarentaſienſis.*
14 *Namantus Aurelianenſis.*
15 *Pappus Epiſcopus Aptenſis.*
16 *Remigius Epiſcopus Bituricenſ.*
17 *Mummolus Lingonenſ.*
18 *Ragnoaldus Valentinenſ.*
19 *Syluester Viſuntin.*
20 *Stagrius Eduenſis.*

Ex hoc autem catalogo manifeſtum eſt hunc Priſcum tunc Lugdunenſem Archiepiſcopũ præfuiſſe rurſus aliis multis Archipræſulibus, etiam extra metas ſolitæ & vulgatæ ſuæ Primatiæ: præterquàm id iam perſpectum eſt ſuprà [l] in ſancto Sacerdote Lugdunenſi, pari dignitate fulgente. Nam Priſcus in primis iſtic præfuit egregiè Viennenſi Archiepiſcopo, ſuiſque vnà Suffraganeis Gratianopolitano, Valentinenſi, & Maurianenſi Epiſcopis. Secundò, excellunt ſuprà Remigium Archiflaminem Bituricenſis prouinciæ ſeu Aquitanicæ Galliæ. Tertiò Archiepiſcopo Arelatenſi: & quartò Biſuntino. Quorum tamen nullus ad Celticam Galliam ſpectat: ſed aliunde multò longiùs. De qua ſimili ampla latitudine in præſidendo verba fecimus apud eundem Diuum Sacerdotem. Id verò geſtum enarramus citra reliquos Antiſtites Primatui Lugdunenſi incorporatos: vt pote vltra Artemium Senonenſem Archiepiſcopum iſti Primatiæ innatum cum Epiſcopis ſuæ Cathedræ Senonenſi addictis, Niuernenſi, Trecenſi & Aurelianenſi, omnes Matiſconi quoque aſſidentes: itémque præter Coëpiſcopos eidem Lugduneo Archiflamini peculiares, qui fuêre ibidem præſentes, nimirum Matiſconenſis, Cabilonenſis, & Lingonenſis hac ſerie.

Primatio Lugdunenſis.

l nu. 33. §. 1. a

Paragraphus 2.

II Concilium eſt Cabilonenſe I.

SEcundum genus Concilij, cui præerat egregiè Priſcus, fuit prima Synodus prouincialis Cabilonenſis. Cuius certè Acta non extant diſertè in Conciliorum corpore. Verùm S. Gregorius Turonenſis illuſtrem vnam cœtus actionem prodit in medium erga duos Epiſcopos relapſos, & ad malum obſtinatos. Quæ res, etſi mores humanos non fidem attingat: nihilominus quia ob perſimilem cauſam ſanctus Nicetius iam antea Synodum Lugduni cõuocarat, ſuprà diſcuſſam [f], quamuis infectam, & nunc planè abſolutam: ideò minime pigebit Gregorianum textum huc inferre. Vbi licèt nomen Priſci antelignani author non exprimat: tamen aliam omnino Synodum, quàm præfatam Nicetij, ſatis manifeſtat; tum ex eo quòd hiſtoriographus rem digeſſit Capite vigeſimo ſeptimo [g], hoc eſt, poſt ſimilem Seſſionem, præmiſſam Capite vigeſimo ſub eodem Nicetio: tum etiam quia narrat litem iteratò renouari, perindéque alio in Concilio peragi. En Chronici Francorum ſermones. *Anno quartò Childeberti, qui fuit decimus octauus Guntheranni & Chilperici Regum, apud Cauillonum ciuitatem Synodus acta eſt, ex iuſſu principis Gunteranni: diſcuſſiſque diuerſis cauſis contra Salonium & Sagittarium Epiſcopos, iteratur illa antiqua calamitas: obiiciuntur eis crimina: & non ſolùm de adulteriis, verùm etiam de homicidiis accuſantur. Sed hæc per pœnitentiam purgari cenſentes Epiſcopi, illud eſt additum, quòd eſſent rei maieſtatis, & patriæ proditores. Qua de cauſa ab Epiſcopatu diſtincti, in baſilicam beati Marcelli ſub cuſtodia detruduntur. Ex qua per fugam lapſi, diſceſſerunt per diuerſa vagantes, donec in ciuitatibus eorum alij ſubrogati ſunt.* Qua in hiſtoria tu Lector, duplicem ſedandam meditare querimoniam. Prior eſt de calculo: quòd nimirum Gregorij Turonenſis editio malè texuit ordinem & annos duorum Regum ex præfatis tribus; quando appoſuit annum quartum Childeberti, & XVIII. Chilperici: relicto iſtic anno pari XVIII. Guntranni, velut hoc loco ritè diſpoſiti & inſeruientis. Nam cæterùm inter alios duos præfatos: ſanè Childebertus Francorum principatum iniit anno quingenteſimo decimo quinto per quadraginta quinque ſequentes continuos: deinde Clotarius primus filius ab anno quingenteſimo ſexageſimo per quatuor ſolares circulos. Hinc ſequutus Cherebertus Clotarij primogenitus ab anno quingenteſimo ſexageſimo quinto [h] cum fratre ſuo

f nu. 33. §. 6.

Contra duos Epiſcopos nunc condemnatos.

g lib. 5.

Duæ ex eo propulſandæ opiniones.

h per ann. 9.

I de tẽpore Concilij.

ſuo natu minore Guntranno ad Burgundos in Regem tranſlato pro pacifico bipertito totius regni paterni iure. Tum profluxit Chilpericus Chereberti natus ab anno quingenteſimo ſeptuageſimo quarto per annos quatuordecim, Clotarij ſecundi parens. Quos equidem Reges ſic verè metimur cum Paulo Æmilio & Ioanne Tillio Chronologis. Dicimus ergo quòd Author Gregorius Childebertum reticere debuit, velut iam demortuum horũ Epiſcoporum diebus. Et ſub Chilperico annum eius notum conſcribere illi oportuit : qui bene ſimul profert annum decimum octauum Guntranni. Atque, ſymbolis omnibus ſic in vnum collatis, totus ille calculus hinc directè explorat & porrigit annum diuinæ Incar-

An. 582.

nationis quingenteſimum octuageſimum ſecundum *, quo aggregata eſt præſens Synodus, etiam annuente Baronio. Mirus profectò nunc concentus, ex relatione facta iſtius anni cum tempore primi Matiſconenſis Concilij. Nam inde perſpicimus Priſcum iuſtiſſimè Matiſconem conueniſſe anteriore ſexennio. Quale interſtitium apparet bis tres annos cõpleſſe. Adeo vt peræqua pars prætereuntis motus cæleſtis prudenter & opportunè aſſeruata ſit celebrandis Cabilonenſibus Comitiis hoc anno DLXXXII. vbicunque in præcedenti fortè

* ex recẽtiore Vignerio an. 581. Déque eo Concil. Parad. 2. ca. 10. Geneb. id ſtatuit in Chron. ad an. 655.

II. de cauſis Concilij.

triennio ſeu medio crepuſculo habita ſit alia prouincialis. Iam poſterior luſtranda querimonia verſatur in reuoluendis ſcelerum cauſis, quas deinceps perpetrarint hi duo miſeri titulo Epiſcopatus indigniſſimi : vnde meritò finalem huius Synodi condemnationem tulerint. Poſtquam enim ſub ſpecie ſalubrioris profectus dimiſſi ſunt, & ſoluti à priori lata Matiſconi ſententia, vti iam ex contextu Gregoriano dictum eſt i : ſic pergit idẽ Gregorius de illis ad peius vomitum reuerſis poſterorum animos imbuere. *Sed non diu* (inquit) *talis ſanctitas illibata permanſit : conuerſique ſunt iterum retrorſum : & ita plerunque noctes epulando atque bibendo ducebant, vt Clericis matutinas in Eccleſia celebrantibus* k, *hi pocula poſcerent, & vina libarent. Nulla prorſus de eo erat mentio, nullus omnino curſus memoria habebatur. Renidente aurora ſurgentes à cœna, mollibus ſe indumentis operientes, ſomno vinóque ſepulti vſque ad horam diei tertiam dormiebant. Sed nec mulieres deerant cum quibus polluerentur. Exurgentes igitur abluti balneis, ad conuiuium diſcumbebant : de quo veſpere ſurgentes, cœnæ inhiabant vſque ad illud lucis tempus. Sic faciebant ſingulis diebus, donec ira Dei diruit ſuper eos, quod in poſterum memoraturi ſumus.* Hæc Author ad calcem Capitis XX. de epiſcopantium poculis & ebrietate. Quibus deinde exceſſibus adſequuta eſt prior textura huiuſce Paragraphi, è præmiſſo Capite vigeſimo ſeptimo deprompta, nimirum de viris ipſis à ſedibus ac officio depoſitis, & in carceres Conuentus ſancti Marcelli ſuburbani mancipatis. Quæ ſententia pœnalis fuit ira Dei in eos irrumpens, qualem author ipſe paulò antè prænunciabat. Vnde multò altiùs l de iiſdem fœdifragis iſta adiecit, quando Patricius Ennius Mummolus in Longobardos exercitum mouit. *Fuerúntque in hoc prælio* (ait) *Salonius & Sagittarius fratres atque Epiſcopi, qui non cruce cæleſti muniti, ſed galeâ aut loricâ ſeculari armati, multos manibus proprijs, quod peius eſt, interfeciſſe referuntur.* Hæc ſatis. Niſi ad extremum dixerimus, quòd eorum è vinculis effugia & diuerticula, effecerũt, vt vagi ac exules errantes illud Euangelij experti ſint: *poſteriora hominis illius facta ſunt peiora prioribus* m. Attamen certè, Concilij Decretum n, id boni protulit, quòd probi alij Antiſtites loca vacua paſtoréque orbata canonicè electi occuparunt: anteceſſoribus in arte militari reliquum vitæ miſero curſu peragentibus, more latronum æternæ morti accurrere feſtinantium ac deſperãtium, vt pote qui priùs apoſtatæ ab Ordine ſacro in vrbibus comparere ampliùs auſi non ſunt. Itaque ſic conſummabantur ſuccreſcentes ſuarum improbitatum catenæ ad pondus immenſum, & animos ad imum barathri pertrahentes, ſine ſpe vlteriore appellandi de lite ad Romanam Curiam.

i §. 2.

Scandala amborum Epiſc.

k de Horarum Canonic. antiquitate ſuprà nu. 31. §. 4 in S. Lupo.

l li. 4. hiſtor. Franc. c. 37.

m Mat. 12. v. 45.

n ignotus Patrũ numerus ac nomina.

Patres Concilij.

Cæterùm, obiter Demochares profert * catalogum quinquaginta quinque Patrum vnius Synodi, cui præſederit idem Priſcus. Verùm Author non aperit vrbem, in qua Synodus celebrior extiterit. Facile autem ſuſpicamur fuiſſe lubentiùs hoc ſecundum Concilium, quod eſt primum Cabilonenſe, vbi equidem non ſolùm plerique præfatorum Patrum aſſederint; verùm etiam multò plures ibi nominantur eò conueniſſe, anno Demochari incerto. De quo cœtu & calculis Patrum aliunde non liquet apertè, veluti conſtat de circumiectis aliis. Adeóque numerus ille quinquagenarius iſthic ritè competit. Quos tamen Patres huc reducere non vidimus operæpretium.

* to. 2. c. 2. fo. 2.

Paragraphus 3.

III. Concilium eſt Lugdunenſe V.

TErtia Synodus iſtic in compromiſſis poſita, eſt vna Lugdunenſis : quæ hoc loco fuerit quinta ordine ibidem prouincialis, ob ratiocinationes & ſeriem in quarto illius metropoleos ciuitatis, ex prægustatis ſub ſancto Nicetio Archiflamine o. Pro ipſius Chronologia Volumen Conciliorum deſignat ac definit annum vigeſimum primũ p excellentiſſimi Guntranni

o nu. 34. § 2.
p an. 21.

trannı Regis Burgundi, duodecimum Chilperici Frãciæ atque ſeptimi [q] Pelagij ſummi Põ- q vel 8. Pel. ex Baron.
An. 585 tificis. Perindéque celebrata eſt illa Synodus anno ſalutis præcisè DLXXXV. etiã Vignerio ſic cõputante: præſide ſemper ibidem Priſco, viro Lugduni primario. Sanè mira denuò concors annorũ pactio in tali calculo. Vt pote quia cœtus ille ita proximè ſequutus eſt primam Cabilonenſem Synodũ poſt exactũ æqua lance trienniũ canonicè inſtitutum: & mox per nos r §. 2.
ſub ipſo Archiantiſtite colluſtratum [r]. Inter ſex rurſus Lugdunenſes emiſſos Canones * ex * Baron. an. 588. Annal.
Baronio, ſicut in priore Concilio, Epiſcopi aſſidentes primum caput cum Synodi prologo hiſce textibus aggrediuntur. *Multa quidem anterioribus temporibus venerabilium Patrum ſanxit authoritas: nunc tamen, quia creſcente, Deo propitio, fide oportet in clero vel populo catholico meliora ſalubri Pontificum conſilio renouari: idcirco beatiſſimorum Patrum ſtatuta reminiſcentes, huius tituli*
Materia *definitione ſancimus, vt nullũ Clericum, ab Ordine ſancto Antiſtitis vſque ad Subdiaconi gradum, mulierẽ præter matrem, amitam, & ſororem in hoſpitio ſuo habere liceat. Placuit etiam, vt ſi quicunque vxoribus iuncti ad diaconatus aut presbyteratus Ordinem quoquo modo peruenerint, non ſolùm lecto, ſed etiã frequentatione quotidiana debeant de vxoribus ſuis ſequeſtrari. Quòd ſi, quod Deus auertat, de eorũ familiari contubernio poſt acceptam benedictionẽ infans natus paruerit, ab officij gradu priuetur.*
Expoſitio. En Synodus votum caſtitatis in Clero diſtrictè cõmendat & renouat, etiamque in Sacerdote vxorato, nuptáque viuente. Quæ profectò caſtæ voluntatis exhibitio ſequitur formam Eccleſiæ Apoſtolorum à nobis dudum expreſſam, quámque pariter noſtro ſeculo ad vnguẽ tenemus: attamen illi ritui aduerſantur Caluinitæ, dum horum miniſtri nubunt atque renubunt, impiéque ſcribunt ſe in hoc primam Eccleſiam ſequutos. Cùm è diametro nos Eccleſiæ Romanæ cultores ad ſeculum hoc decimum ſextum hæreamus rectiſſimè toti primitiuę Eccleſiæ, ſcilicet & Apoſtolico tempori & æuo quinto, quo habita eſt præſens Synodus cũ aliis ſynchronis. Qua de materia nos hic antiquiora plura tacemus: quia ille ſuauiſſimus
Regreſſus aliò. thematis odor iam peruadit præcedentes huiuſce corporis artus ac meatus noſtro calamo ſub B. Eucherio Archimandrita [s]. Contenti duntaxat lineas ſynodales adumbraſſe, eò quòd s no. 30. §. 7.
res magis iſtic quàm illic deducta eſt in ſpecies, pro debitis per Clerum officiis, atque puriores mentes impræſentiarum exhilarat. Cæterùm, en Patres ſuffragatores in exitu.

1 Priſcus in Chriſti nomine Epiſcopus Eccleſ. Lugdunẽſ. Cõſtitutionib. noſtris ſubſcripſi.
2 Euantius Epiſcopus Eccleſiæ Viennenſis.
3 Siagrius Epiſcopus Heduorum.
4 Iſicius Epiſcopus Gratianopolitanus.
Patres. 5 Ragnoaldus Epiſcopus Eccleſię Valentinæ.
6 Euſebius Epiſcopus Eccleſiæ Mateſcenſis.
7 Agricola Epiſcopus Niuernenſis.
8 Flauius Epiſcopus Cabilonenſis.
9 Et miſsi Epiſcoporum, qui hos Canones ſubſcripſerunt.
10 Duodecim. In toto viginti.

Adſunt ergo in ſumma Patres viginti eò conuocati, & partim anonymi. De quorũ omnium ſubiectione infrà Lugdunẽſem Primatem abſtinemus hac vice ſermonẽ compellere, tũ quia octo ex his hominibus iã adhærent primę Maticcuſi [t] coronę, vbi etiã exière colloquutores, t §. 1.
& in qua nos hanc ipſam primogeniturę diſputationẽ renouamus, tũ maximè quia opportuniore ſitu eadẽ theſis ſeſe offert in ſequaci Paragrapho ſeu Concilio. Cæterùm, ea Synodus
Chronologia quam priſci adhuc vocant ſecundam Lugdunenſem in Tomis Conciliorũ, illa eſt, quę apud Baronium in Annalibus iterũ ſecunda renouatur totidẽ Patrum anno XXII. boni Guntrãni. Verùm ipſe eandem ſtatuit ſub anno ſal. 588. hoc eſt, triennio ſeriùs quàm certè viderimus æquũ eſſe pro iuſta triẽnalis aut ſenaria tuenda analogia inter ſolitas haſce Patrũ conuocationes eccleſiaſticas, partímq; etiã pro reuocãdis ad concordiã annis Guntrãni iuxta Æmilij &
Leproſi Lugduni. Tillij calculos, ex quorũ chronologiſantiũ ſententia tali anno 588. propoſitũ imus alterã Synodum Maticenſem, nimirũ ſequenti triennio. Sub quo præſenti cœtu Lugdunenſi, & ex canonibus interea propoſitis ibidẽ, author ſanè cõmemorat exemplum vnũ: ſcilicet, vt ciuitatis leproſi intra id territoriũ nati aut cõſiſtentes ab Epiſcopo loci ſufficientia alimẽta & neceſſaria veſtimenta accipiant, ne per vrbes alias vagentur. Quæ quidem pia lex fuit præclara politia conſequens ad Xenodochiũ priùs in ea ciuitate conditũ, vbi aliæ generaliores inde poſtea eleemoſynæ ſunt ſubſecutæ: his ſingulis iam ſuprà in D. Sacerdote conſcriptis [u]. u no 33. §. 5.

Paragraphus 4.

IV. Concilium eſt II. Matiſconenſe. QVarta Synodus Priſci Præſidis eſt ſecunda Prouincialis Matiſconenſis: *Habita in ciuitate Matiſconenſi* (ait illius exordium [a]) *anno vigeſ. quarto Regni glorioſiſſimi Guntranni Regis*, hoc eſt anno ſalutis DLXXXVIII. Pelagij PP. II. ann. XI. Ex qua textura contẽplare, a to. 2. Concil. init. à fronte eiuſd. Conc.

Lector, periucundam rurſus chronologiã ac obſeruantiam trienualem diariorum intercalatorum a proxima dicta Lugdunenſi Synodo prætereunte ad hanc vſque Matiſſanam. Etenim
Ann. 588. iſte cœtus iuſtiſſime ſequutus eſt annis tribus Concilium quintum Lugdunenſe. Vnde recetã meritò Patres nunc ſemel ac firmius pro multis vna vicibus ſeriò valde præcipiunt & cupiunt hoc perenne temporis interſtitium retentum iri in poſterum. Quippe ſic ad propoſitum ſingula Decreta ſua claudunt ibidẽ [b]. *Vniuerſæ fraternitatis deliberatione ac definitione cõplacuit, vt antiquorum Patrum iuribus in omnib. cuſtoditis, ad Synodum poſt trienniũ tempus omnes cõueniant, vt de alterna principaliter ſoſpitate exhilarati, cauſarum exurgentium tam diuinæ religionis*
Tempora cõuocandarũ Synodorum. *quàm humanæ neceſſitatis diſcutiant, & omnibus iuſtum æquumque finem imponant. Atque hoc adimplere ſollicitudinis ſit Metropolitani Lugdunenſis Epiſcopi, vnà cum diſpoſitione magnifici Principis noſtri, prius definientes locum mediterraneum, ad quem omnes Epiſcopi ſine labore alacres congregentur. Et ſi aliquis eorum contumax fuerit, aut excuſationem ſalſæ neceſſitatis, quare non interſit, inuenerit, & poſtea publicatum fuerit quod inepta erat eius excuſatio, volumus vt vſque ad Concilium vniuerſale à communione & charitate fraterna maneat alienus.* Priùs autem ibidem ſanctio renouata eſt de ſolenni feſto Paſchæ: *vt illis ſanctiſſimis ſex diebus nullus ſeruile opus audeat facere* [c], *&c.* Itémque, *vt nullus Presbyter confertus cibo, aut crapulatus vino, ſacrificia contrectare aut Miſſas priuatis feſtíſque diebus concelebrare præſumat, &c. Sacramenta Altaris non niſi à ieiunis hominibus celebrẽtur* [d], *&c.* Quæ duplex materia ideò hîc antiquioribus euentuum commenta-
Materia iſtius. riis minimè à nobis illuſtratur, quoniam fusè iam nobilitata eſt ſub ſanctis Irenæo [e] ac Lupo [f] Archiepiſcopis. Proptereáque textum vtrunque nos ſtrictius paulò allegamus ob ſenarium numerum dierum iure recenſendorum continuæ tantæ feſtiuitatis, & ob modos aut ſtatum perſonæ conſecrantis veriſſimum corpus Chriſti in Euchariſtia. Quæ breues circunſtantiæ haudquaquam illic deducuntur. Supereſt ergo, vt iſtic duo animaduerſione digna circa diur-
Feſti Paſchalis duratio & modus. nã eiuſmodi quantitatem connotemus. Vnum eſt, quòd fide catholica credere obſtringimur ſanctiſſimam eam celebrationem in vniuerſum obſeruandam eſſe, quia de Apoſtolica traditione eſt, veluti etiam feſtũ Natalis Domini, Pentecoſtes & feſta B. Virginis matris, ſub quibuſcunque dierum numeris vnà colligatis, at in parte diſpenſabilibus. Quæ autem ſunt de adeo auguſta traditione, ea ſubinde de fide & mẽte Chriſti in tali ordine creduntur, vt omnes docent Theologi * huc vix compellendi. Alterum eſt. quod ex præmiſſo textu liquet vniuerſam primam Eccleſiam vſque ad quintum & ſextum hoc ſeculum & infra, feruentiùs id Paſchatis feſtum citra dubium coluiſſe. In eius nanque cultu ſex continuos dies abſque ſeruili opere ſolenniter complere ſolita eſt. Hodie verò tres ſolùm inſumimus. Monemus autem, quòd ſegnior tamen noſter iſte mos hæreſim in fidei articulum minimè induxit: quia fides in hiſce moralibus & ceremonialibus Euangelicæ Eccleſiæ rem ac ſubſtantiã contemplatur, non verò eius quantitatem aut accidens. At duratio temporis diurnuſque numerus, quia aduentitia ſunt, idcirco ab Eccleſia poſtmodum immutari facilè potuerunt, relicta re præcipua ſeu manente integro eius reali cultu, qui hoc adhuc æuo per tres perpetuos dies valde ſolennes perſeuerat. Iam inde vlteriùs gradientes, reliqua Concilii Acta, quæ ſunt circa decimas, quas *Eccleſiaſticis famulantibus ceremoniis populus omnis inferat* (ait Synodus) recognoſce in Matiſconentibus ſub Euſebio [g]. Et nos de hiſce temporalibus Eccleſiæ iam ex antiquiore iure & conſuetudine diximus in S. Sacerdote [h]. Supereſt tandem Patres Concilii adnominare cum emergentibus inde appendicibus. *Synodus habita eſt* (inſit corpus Synodi à fronte) *reſidentib. Priſco Arch. Lugd. Euãtio Epiſc. Viennenſi, Prætextato Rothomagenſi, Bertechranno*
Patres. *Burdegalenſi, Artemio Senonẽſi, Sulpitio Bituricenſi, Metropolitanis* [i] *Epiſc. & omnib. Conſacerdotib* [K]. *corum.* Tum proximè. *Priſcus Epiſcopus Patriarcha dixit, Gratias agimus Domino Deo noſtro, Fratres & Conſacerdotes mei, quòd nos in hac die congregans, alterna nos fecit ſoſpitate gaudere, &c.* En quomodo Lugdunenſis Archipræſul in iterata tota ſuperiore ſcriptura bis nominatur Patriarcha & primus Metropolita, hoc eſt Primas, & quam ritè obtineat vim iam olim cogẽdi non
Primatia. modò Archiepiſcopos ſuæ Galliæ Celticę, nimirùm Rothomagenſem, Senonenſem & Turonenſem cum Suffraganeis eorum Epiſcopis, magna quorum pars huc acceſſit, quibus licuit, ex allegatis; verùm etiam reliquos Galliarum eò compellere poterat, in cuius ſignum poteſtatis reipſa ad præſentem Synodum prouincialẽm conuenêre Archiepiſcopi Viennenſis, Burdegalenſis [l], Nicaſius Auxitanus [m], Bituricenſis Aquitaniæ Metropolitanus, Ioannes Aueniocenſis [n], Martianus Tharentaſienſis, Magnulphus Toloſanus [o], Pientius Aquenſis [p], Sabaudus Arelatenſis Archiepiſcopus [q], & Antiſtites ipſis ſubditi, cuncti hoc ordine conſcripti, ex Allobrogibus & Narbonenſi Gallia præter Celticam. Omnia quorum Præſulum nomina peruenêre ad vnum & LXX. vel, vt cenſet corpus Decreti *. ad LXXXVI. Quos Patres, quia recolit Demochares [r], præter conſpicuum nobis Conciliorum prototypum: idcirco iudicamus ſingulos hic denuo conuocandos non eſſe. Hîc autem cunctis Præſulibus ſic

b Titulo 20. & vlt.
c can. 2.
d can. ſeu Tit 6.
e n. 2. §. 4.
f n 30. §. 3.
* apud Bellar. To. 1 Cõtrouerſ. 4. de verb. nõ ſcripta 26. v & nos in ſumma Excõmu. in Tab Bituricen. ar. 28.
g n 6. § 4. & 7 vbi traditio de Feſtis.
h n. 33. §. 5.
i id eſt, Archiepiſcopis.
K Suffraganeis Epiſc.
l ordine octauus.
m ſedens vigeſimus ſecundus.
n 48.
o p. 51.
p 54.
q 57.
* diſt. 16. c 11. vbi n a c.
r To. 2. c. 5.

tic præerat idem Priſcus: vt geſta illa res minimè fuerit aliquod ſingulare factum iſta ſola vice duntaxat, quaſi aduentitium, aut illi vlteriùs non prorogandum. Textus namque ſuprà collocatus è diametro manifeſtat id eſſe ius continuum perpetuúmque Lugdunenſibus Archiepiſcopis, velut iis omnibus abſolutè competens: etſi fortè qui pro tempore Lugduni ſederit, ætate aut conſecratione poſterior ſit reliquis. Etenim cæteri omnes quos attulimus Archiepiſcopi, plenum ad hoc conſenſum præbuêre: ac ſanciuerunt: *quod ſollicitudinis ſit Metropolitani Lugdunenſis Epiſcopi priùs deſinentis locum, ad quem omnes Epiſcopi congregentur.* Eóque pacto dudum anteceſſores Lugdunenſes aliis etiam Conciliis præfuêre. nimirum ſancti Irenæus [f], Lupus [t] atque Sacerdos [u]: quanquam de ſanctis Patiente [x] & Nicetio [y] vertetur in dubium præfectura, aut quòd Viuentiolo [z] alius videatur primus ſediſſe, factus in Gallia Papæ Legatus. Ex his verò liquet, quòd ſinguli Patres ſuffragatores in præfatis Conciliis obligatoriam ſubiectionem & non liberam pro nutu præſentiam ſibi impoſuerunt, aut veriùs de veteri iure ſeu conſuetudine, ſatis impoſitam agnouerunt. Nam ipſi ſimul pœnam canonicæ ſuſpenſionis in contumaces irrogarunt, eámque à proximo ſolo generali Concilio mitigandam aut iudicandam. Vniuerſale autem Concilium vicinius, fuit tertium Conſtantinopolitanum, ſextum generale, centum poſt annis, præſentibus Legatis Agathonis [a] Romani Pontificis, quia tunc Eccleſia Græca adhuc perſtare ſolebat in fraterna vnione cum Latina: in qua non reſciuimus hactenus vtrum de hoc finali decreto Matiſconenſi mentio aut deciſio facta ſit, dum Conſtantinopoli actum eſt aduerſus Patriarchas Antiochenum, Alexandrinum & Conſtantinopolitanum.

Priſcus Paſſer. (margin)
Pœna in abſentes. (margin)
f nu 2. §. 3. t n. 10. §. 2. u nu. 13. 1. & 2. x n. 24. §. 1. y n 34. §. 2. z n. 29. §. 2. fin (margin)
a ab an. 680. 684. (margin)

Miſſum facio, & ſat paucis dictum, quòd idem Priſcus adſtitit ſecundus Synodo Prouinciali Valentinæ Galliæ, iuſſu Guntranni Regis, non ſecundæ, vt cenſent nonnulli, ſed primæ, Pręſide Sapaudo, aliis Sabaudo Arelatenſi Archiepiſcopo ex Tomo 2. Conciliorum editionis Venetianæ, anno 588. * Ratio eſt, quia Prouincia illa non erat ſuæ Lugdunenſis Primatiæ, ſed Viennenſis Allobrogum; adeóque ibi ſuffragium ferebat ſecundum ordinem ſuæ receptionis.

** ſecundus ibi fuit an. 855 ex Baronio.* (margin)

Paragraphus 2.

V. Concilium eſt VI. Lugdunenſe. (margin)

PRo quinto vltimóque Concilio, cui præfuerit Priſcus, creditur iſtud quoque celebratum eſſe Lugduni: vt id nobis ſit ſextum ibidem accitum. Certè hæremus valde in ipſo concedendo. Ex vna parte, recentiores nonnulli [b] cœtus huius tutores rem ferunt geſtam anno DXCIII. vel adſequente. Et illud eſto prima eorundem aſſertio. Quo pendente calculo, præſertim poſteriore: ſanè talis religioſa geſtatio optimè cadit ad ſenarium annorum numerum, qui bis triennium complectitur, & qui debetur priſcis Conciliorum inſtitutis ſuprà [c] per nos directis ad quodque ſingulare triennium, aut ad duplex determinatè. Etiámque profectò illi ſcriptores ad implicitam eam mentem narrant apertè veteres Chriſtianiſſimos Galliarum Reges id de more habuiſſe, vt ipſi Prælatos ſui Regni haud raro conuocarint, tum iuuandæ religionis ergo, tum pro ſecularibus vnà controuerſiis regii ſtatus dirimendis tanquam annexis pietati atque vrgentibus. Adiiciunt, Guntrannum Regem, de quo ſuperius [d], hortatum eſſe Priſcum Archipræſulem, vt cum cæteris Galliæ Antiſtitibus, quotquot iſte naneiſci vel cogere poſſet, in nobiliſſima Lugdunenſi Eccleſia audiret, ac prouinciale Concilium celebraret. Qui permulti obſequentes præclaram Synodum Lugduni habuerunt. Secunda argumentatio, quæ pro veritate tanti conſeſſus maximè nos moueat, conſiſtit in diſtinctis hiſce verbis è Decreti corpore hauſtis. *Item Synodus Lugdunenſis* (aiunt [e]) *in qua Patrès XX. conſtituerunt Canones, quorum author idem Priſcus Lugdunenſ. Epiſcopus extitit.* Perſpicitis tenorem ipſiuſmet contextus, qui eſt vltimus tãtæ Decretalis, ſupponere iam ſe loquutum de illo Primate. Et verè. Nam, ex antea commemoratis illa ſanctio de eiuſmodi viro, multiplicem quoque alium ſermonem huc partim ſpectantem inſtituit, cuius ſubſtantiam quater paulò antè inſinuimus, nimirum in Conciliis quinto Arelatenſi ſub ſancto Patiente [f], in quarto Lugdunenſi ſub Diuo Nicetio [g], & duobus Matiſconenſibus [h] ſub ipſo R. Priſco. Sic itaque quando Gratianu[s] vete[r]um Decretorum compilator ſingulos penè temporum curſus ſub breui tegumento perſequitur, & poſtremã Synodum Lugdunenſem exequitur: ſanè vix aliam quam poſtremam iſtam concipit. Etenim pro tertia ratione, t[e]xtu[s] prodit hanc voculã, *idem Priſcus*, & XX. *Canones, &c.* certè format recapitulationẽ dictorũ prius ibidẽ. Quapropter hæc infima lineola Decretalis capi nequit de IV. Cõcilio Lugdunẽſi: quia id nactum eſt duntaxat quatuordecim Patres, & Canones VI. aut XVIII ſecundũ varias dictatorũ ſententias eodem in loco indicatas. Neque rurſus ſumi poteſt pro V. Lugdunenſi hic nuper [i] explorato: quia talis Synodus ea cẽſetur, cui Baron. tradit ſex pariter Canones in vniuerſũ.

Ann. 593. (margin)
Tres rationes illud cõprobantes. (margin)
b apud Guil. Parad. li. 2. Lugd. hiſt. c. 13. (margin)
c §. 1. & 4. hic. (margin)
d n. 33. §. 2. & iſto in §. 1. 2. & 4. obiit an. 597. (margin)
e diſt. 16. cã. 11. vlt. nu 24. fin. (margin)
f n. 24. § 1. g n. 34 §. 2. h hoc n. §. 1. & 4. (margin)
i §. 3. (margin)

Igitur, recta concluſio occurrit, quòd victis vnà circunſtantiis, & iis repulſis quæ diſcrepant, hæc Synodus XX. Patrum ſeu Epiſcoporum ſit ſexta Lugdunenſis. Niſi phraſis linearum, amphibologica videatur: & numerus XX. ſit æque bene Patrum ſuffraganti[illegible]m, quam ſeſſionum ſeu Capitulorum. Hactenus pars affirmans. Iam vero negans ex altera parte, quę probet non videri celebratum Lugduni Concilium anno DXCIII. aut IV vt foret ſextum, eſt imprimis, quòd Scriptores dictitant Remigium Archiepiſcopum Bituricẽſem [illegible] Synodo affuiſſe vnà cum Euantio Viennenſi, Artemio Senonẽſi & Syagrio Heduẽſi, citra Priſcum Lugdunenſem, &c. At illi Patres ſunt iidem XX. omnino, quales dud[illegible]m ad primam Maticenſem acceſſerunt ſub annum 576. Adeóque viderit ſtudioſus, num ſcriptor confuſè loquutus aut allucinatus tribuerit Matiſconeam aggregationem Lugdunenſi. Secundò crederetur ferè eam ſextam extitiſſe quintam Lugdunenſem anno 585. quia iidem tres vltimi antiſtites ibidem conſtiterunt. Sed abfuit primus, nempe Remigius [k] & alia diſſentiunt allata quæ infirmant id argumentum. Tertiò, aduerte, quòd ſecundæ Synodo Matiſconenſi interfuit ſanctus Sulpitius Epiſcopus Biturigum huius nomenclaturæ primus qui quidem Sulpitius ſucceſſit Remigio, ex Demochare in Tabula Bituricenſi [l]. Ergo Remigius nequiuit poſtea victitare aut adeſſe ſexto cuidam Lugdunenſi Concilio ad annũ 593. Quintò, obeſt forſan ſequens Ætherius Archiepiſcopus Lugduneus, quem arbitramur cathedram eodem anno præoccupaſſe. Ni veritas ex eo retineri putetur, quod anterior obierit in vere aut æſtate eiuſdem annuæ reuolutionis, & poſterior agolum ſumpſerit in autumno ſequenti. Qua de re, ibidem, pro chronologica diſſonantia aut cohærentia. Interea, dum ambigimur: obiter tamen contempletur quiſquis Baronium, qui hoc tempore [m] reminiſcitur Concilij prouincialis Pictauienſis, Lugdunenſem tunc prætериiſſe: vtrunque in Galliis: equidem illum loco iſtius ſuſceptum: & Genebrardum inſuper neutrius meminiſſe in Chronologia. Hæc meditare, Lector. Quòd ſi impoſterum quid turius ea in materia reuolueris: lubens ſequar, & parebo. Iuuabit ſaltem iſta annotaſſe, & Concilium aperuiſſe vt inuentis alius addat faciliùs.

Quatuor ratiunculæ idē infirmantes

De Ætherio.

k hic §. 1.

l to. 2. c. 24.

m an. 593. in Annalib.

Paragraphus 6.

TAndem verò, poſtquam Priſcus hiſce validis inſtructus fuit in cœlum vehentibus meritis, anno præfato DXCIII. aut ſequenti tranſiit ad ſuperos, circa vernum tempus. Quẽ virum Ado Viennenſis vtique ſanctus vocat [n] pariter ſanctum, dum de iſta (reor) ipsîus Synodo Lugduni coacta ſiueuit loqui cum ſancto Euentio conſimiliter Viennenſi, hac pagellà: *Euantius vir ſanctus Epiſcopus Viennæ leuatus eſt. Is cum ſancto Priſco, & Artemio Senonenſi, ac Remigio Biturigenſi & cum aliis ſanctis Epiſcopis viginti capitula ecclesiaſtica perfectè roborauit. Quibus conſedit Syagrius Eduenſ. Epiſcopus, vir ſummæ ſanctitatis.* Non impedio tamen, quin aliquis talia verba referat ad Synodum primam Matiſconenſem, vbi Remigius cum reliquis adnominaris ſuberat, demortuus tẽpore cœtus iſtius. Et ſanè veriùs. Nihilominus Ado neutram vrbem ingerit: vt nimirum ea lectori ſinatur prudenter applicanda. Verùm ſanè Romanum Martyrologium à Baronio confectum palamque receptum, minimè recordatur iſtorum quatuor priorum [o], qui in catalogo canonizationis recenſeantur. Sed vltimi ſolùm [p] cum Priſco ſancto Martyre [q] Antiſiodorẽſi. Et quod denique ſpectat ad ſubiectam materiam in illa ſexta Sede pertractatam, fertur [r] rem totam collocitam iri ad curandam Eccleſię Gallicanæ in corruptis moribus reformationem. E quo deinde cœtu eiúſque delegatis conſiliũ Regi allatum eſt perutile, quo ſe liberaret & expeditum facere poſſet ab hoſtibus ſuis ac Reipublicæ ſimul Chriſtianæ: ſcilicet a Gundeualo, Sagittario quondam Epiſcopo & aliis pleriſque eius factis hominibus. Quo onere ſe paulatim ſolutum reddidit, quantum potuit: ex quo intelligimus, quod Sagittarius [illegible] quem ſuprà narrauimus [s] è propria Diœceſi expulſum [t], & vagantem per rura, militaſſe aduerſus Eccleſiam ad hunc vſque diem [u]. Vnde is improbus m[illegible]ſtias permultas Regi Regnoque inferebat, vt nihil ſupereſſet quàm eundem Sagittarium deg[illegible]datum videre captum & tortoribus a[illegible]t ignibus tradi puniendum. Atque hinc argumento eſt, quòd eius frater Salonius hîc anonymus ſeu abſens etiam a Clero depoſitus æquè im[illegible]us, i[illegible]is diebus periiſſet, maximè t[illegible]piter [illegible]n prælio. Merces condigna facinoribus.

Priſci ſanctitas & ſociorum.

Materia Cõcilij

n in ſuo Chronico ad ann. 575.

o Euan. Priſ. Arte & Remigij.

p 27. pag. 27. Aug.

q 26. Maij, & Petr. de Natal. li. 5. c. 70.

r apud Parad. cit.

s nu. 93. §. 2.

t nu. 14. § 2.

u § 4. fin.

Paragraphus 7.

HIc verò co[illegible]ſepultum & ſecretiorem noſtri Priſci tumulu[illegible] foras mittamus, qualem vidim[illegible]n Templo S. Nicetij latentem ex Actis Thabarienſis Epiſcopi vnà cum ſancto Ruſtico [a], Annemundo [b] & aliis ſeptem Archipræſulibus. A[illegible]tende priùs antilogium ſexto loco [c] illic deſignatum. *Item in altari quodã ſubſequenti inuenimus, vt ſuprà, tumbam beati Priſci prout per ſequentes ſuperpoſitas literas in marmoreo lapide apparebat, ſuntque tales.*

Tumulus & Epitaphium Priſci.

a nu. 26 fin.

b nu. 43. §. 7 arg. 6.

c poſt Vincentiol nu. 19.

Qui

Quis neſcit cuius hoc ſit tam ſublime ſepulchrum.

Et ſequitur alius verſus qui legi non poteſt [d]. Tum poſtea. — [d] ſic habebat membrana Tabarienſis.

Hoc tumulata loco Priſci pia membra recumbunt.
Qui retinet merito ſydera celſa ſuo.
Progenie clarus, felix, generoſus, optimus:
Mentis & arbitrio iuſtitiaque potens.
Indulſit prudens mixto moderamine cauſis:
Georgia [e] componens more ſereniferi.
Concomis & dignus, Regiſque domeſticus: & ſic
Promeruit ſummo mente placere Deo.

[e] Velpet erâ-ſim Gorgia, carmina tractantia de terræ cultura.

Et ſequuntur plures alij verſus, qui legi bene non poterant [f]. Deinde. — [f] Ita ſatoe typusHugonis.

Ædibus ad cœlum terris migrauit ab imis:
Iunius & menſis cultus honoris habet.

Vbi nota eum denuo beatum vocitatum.

XXXVI. *Paragraphus* 1.

Septem de eo obſeruationes.

ÆTHERIVS non antea Archiepiſcopus Arelatenſis, vt cenſent pauci *, eſt verè is quem alij nonnulli arbitrantur interfuiſſe cuidam prouinciali Concilio Pictauienſi: de quo cœtu nos iam pauca obiter ad calcem priſci anteceſſoris a. Sed hîc plura. Certè de ipſius Ætherij præſentia cum paucis aliis Epiſcopis in Pictauienſi ciuitate non ſumus ancipites, ex his quæ mox cum D. Gregorio Turonenſi nobis allegandа videbuntur. Sed profectò hæremus vtrum reuerâ Antiſtites ibidem aſſederint, & Synodi formam tenuerint vel ſi mauis, an manifeſtè habita ſit, Patribus ſolenni ritu de more conuocatis, potiùs quàm fortuitò conuenerint eò, aut duntaxat ciuilem conſultationem inierint, vti videtur ad placandas & retinendas quaſdam Moniales prouinciam totam commouentes extra Cœnobium. De re ergo, ſimulque de tempore aliiſque eius adiunctis, ſeptem articulorum genera in lucem prodire facimus. In primis ſacer Annaliſta Baronius cum quem nos ſolum forenſis conſilij capiendi occurſum dicimus, nominat Synodum, quam locat ſub anno ſalut. DXCIII. Gregorij magni Papæ quarto, & Childeberti Francorum Regis decimoquarto. Verum ſanè, regius ille computus ſtare nequit: niſi Synodalis annus aſcendat multò altiùs. Nam Childebertus filius Clodouei primi Regis Chriſtiani ſceptrum ſuum quinarium & quadragenarium finiit anno DLVI. quem per ſingulas generationes ſequuti ſunt Clotarius I. Cherebertus, Chilpericus & Clotarius ſecundus iſte ab anno ſal. DLXXVIII. b veluti pleniùs dictum eſt in Priſco. Hinc monendum, quod annus XIV. regni Childeberti cadit ad an. ſalutis DXXVIII. quo ſcilicet coactum fuerit Concilium Pictauienſe. Vel ſi id citius opinatum putetur, equidem vere proculdubio gradus erit è diametro faciendus in deſcendendo ad XIV ſeu vltimum Chilperici, qui eſt annus ſalutis DLXXXVII. Et hoc necdum eſt annus DXCIII. a fronte inſculptus apud Baronium. Qui

* Beda Non. To. 1. in Arelatenſib. ep. 55.
a n. 34 §. 5. E.

I. — *Chronologia eius controuerſa.*

b Ioan. Tillius in bib. c in n. 33. 3o&

II. poſtremus calculus ſi retineatur certè is occurret ſub annum ſextum Clotarij ſecundi filij præfati Chilperici. Atque huiuſce Clotarij meminiſſe debuit editio Baroniana. Secundo loco, quod ad dubiam propoſitam Concilij celebrationem pertinet, audi paſſim anacephalæoſim verborum præfati Gregorij Turonenſis. *In Monaſterio Pictauienſi inſidiante Diabolo in corde Chrodieldis* (ait Author [d]) *quæ ſe Chariberti quondam Regis filiam adſerebat, orto ſcandalo, ipſa quoque quaſi de parentibus confiſa Regibus, exactis Sacramentis à Sanctimonialibus, vt iniectis in Abbatiſſam Leuboueram criminibus, ea Monaſterio deiecta ipſam ſubſtituerent principalem. Egreſſaque eſt cum quadraginta aut eo ampliùs puellis, & conſobrina ſua Baſina filia Chilperici, dicens, quia vado ad parentes meos Reges, vt eis contumeliam noſtram innoteſcere valeam quia non vt filiæ Regum, ſed vt malarum ancillarum* [illegible] *in hoc loco humiliamur.* Deinde poſt pauca [e]. *Venerant pedeſtri itinere a Pictaua, nec vllius equi beneficium habuerant,* [illegible] *nec victus alimoniam* [illegible] *quiſquam præbuerat, &c.* Tum hinc alia [illegible] *Conſtantina filia Bur*[illegible] *in Monaſterio* [illegible] *Auguſtodunenſi relicta* Lu[illegible] *Archiepiſcopatu) expectans Epiſcopos, qui a* [illegible] *ge Guntranno fuerant miſſi, aduenire, & cauſam ipſarum cum Abbatiſſa diſcutere. multæ tamen ex his à diuerſis circumuentæ, matrimonio* [illegible] *ſunt. Cumque præſtolante aduentum, nullum E*[illegible] *aduenire ſenſiſſent, Pictauum regreſſæ ſunt & ſe intra Baſilicam ſancti Hilarij tutauerunt* [illegible] *furibus, homicidis, adulteris,* [illegible] *ſe ad bellum, atque dicentes* [illegible] *Reginæ ſumus, non prius ad Monaſterium ingrediemur, niſi Abbatiſſa eiciatur foras.* Iterum hæc conſequenter [g]. *Dum iſta agerentur, Gundegiſilus Burdegalenſis, adiunctis ſecum Nicaſio Engoliſmenſi, & Saffario Petragorico, ac*

Monialium quarundam ſcandala.

d li. 9. hiſtor. Fran. c. 39. init.

e ſinal. ibid.

f ā Autun. Hæc ca. 40.

g cap. 41.

ipſo Marouæo Pictauenſi Epiſcopis, eò quòd huius vrbis metropolis eſſet, ad Baſilicam S. Hilarij aduenit, arguens has puellas & in Monaſterium reducere cupiens, &c. Ad extremum poſt multa: ſic

De prætenſo Concilio Pictauienſi.

propius ad præſens inſtitutum de Concilij ratione & iſto noſtro Archiepiſcopo. *Gundegiſilus cùm has à communione ſuſpenſas cum cæteris reliquiſſet Epiſcopis Epiſtolam ex ſuo fratrumque præſentium nomine conſcripſit ad Sacerdotes illos, qui tunc cum Rege Guntranno fuerant aggregati, à quibus hæc reſcripta ſuſcepit. DOMNIS ſemper ſuis atque Apoſtolica Sede digniſſimis, Gundegiſilo, Nicaſio & Saffario, Ætherius* (Lugdunenſis) *Syagrius, Annacharius, Heſychius, Agrecola, Vrbicus, Fælix, Veranus, item Felix & Berthchrannus Epiſcopi. Literas veſtræ beatitudinis de veſtra ſoſpitate gauiſi excepimus: tantùm de iniuria, quam vos pertuliſſe ſignaſtis non modico mærore adſtringimur, dum & regula tranſcenditur, & nulla reuerentia religioni ſeruatur. Sed quia indicaſtis Monachas, quæ de Monaſterio beatæ memoriæ Radegundis* [b] *fuerunt digreſſæ, quòd nullam à vobis acquieuerunt correctionem audire, nec intra Monaſterij ſui ſepta voluiſſent reuerti, quapropter ipſas à communionis gratia viſi fueritis ſuſpendere, ac noſtram mediocritatem elegiſtis conſulere, &c. indicamus ea quæ definiſtis nos concordanter veſtræ ſententiæ conſentire, quoadvſque in Synodali Concilio Calendis Nouembris pariter poſiti debeamus conſilio pari tractare, &c. Peculiaris veſter Ætherius peccator ſalutare præſumo. Cliens veſter Vrbicus reuerenter audeo ſalutare, &c.* Ex illo textu, in

b fundatricis tunc recèns obeuntis è vita.

Aliud Concilium alibi.

i De illo Cabilon. ſup. c. 29. §. 1. fin. & inf. ſub Gauderico n. 44. § 1. fin. in 3. narrat. an. 637.

toto ſecundario diſcurſu, tria aduertimus inferenda. Primum, anteriores quatuor præfati Antiſtites, nimirum Gundegiſilus, Nicaſius, Saffarius, & Marouæus, qui ex vrbe Pictauienſi Epiſtolas miſerunt ad pleroſque Epiſcopos alios in Guntranni Curia tunc diuerſantes, Concilium Eccleſiaſticum non habuerunt in aliquo Templo ſeu Eccleſia Pictauorum, ſic ex more ſemper celebrandum in loco ſacro. Sed veriùs ciuile aliquod conſilium in aula profana adhibuerunt; partim, quia nullum talis eorum Synodi apparet indicium, & partim, quia etiam id liquet ſatis ex conſequentibus. Nam ex altera illatione, Ætherius Lugdunenſis Patriarcha, ad quem ita ſcribebatur, ſimúlque ad Syagrium & ad reliquos octo Prælatos, qui cũ eo aderant, nomine omnium futuram Synodum pollicebatur ad ſequentem Autumnum. Quæ dilatio in præmiſſis arguit antea Pictauiæ Synodum ſacram minimè extitiſſe: at fuiſſe colloquium duntaxat ſeculare in aſſentationem exhibendæ poſtea ſacratæ congregationis, ſi opus eſſet, nec fruſtrà duplicandæ. Tertiò, dum Ætherius longè abeſſet ab vrbe Pictauienſi, quando literis reſponſum dedit ad quatuor illos Epiſcopos; veriſimilius eſt, quòd is tunc reſideret in ſua Lugdunenſi Cathedra, eóque Rex appuliſſet, cùm Lugdunum eſſet vrbs ſui regni præcipua. Vel ſaltem, in quacunque aliena ciuitate foret Ætherius cum

Fuit Lugduni aut Cabiloni.

Principe, vt iniret Concilium, illa haud dubiè erat Burgundiana & Celticæ Galliæ ſeu Primatiæ Lugdunenſis Regnique. Fortéque Cabiloni, in Regia Burgundiæ ciuitate, ſede Regum patriæ illius temporis: ſecundum ibidem coactum anno XXXIII. Guntranni Regis, &c. hoc eſt ſalutis 597. Vnde concluſio eſt, quòd proximus ſacer Ætherij Senatus facilem non habuerit celebrationem apud Pictauos Aquitanicos, extra limites Primatus Celtarum collocatos: ſed magis atque lubentiùs intra prouincias ſuæ latæ iuriſdictionis, maximè intra muros ſuæ Metropoleos. Vt non abs re id Concilium fuerit Lugdunenſe 6. quale ſupra delineabamus an. 593. in exitu Priſci Archipræſulis *. Idque augetur argumentũ in eo quòd

* §. 5. 35.

Noua probatio.

D. Gregorius Magnus Epiſtolam ipſi Ætherio miſit, *De cura paſtorali & Synodo congreganda* [k]: fortaſſis ad tollendam infernalem ſimoniæ auaritiam in Francia tun[illegible] gra[illegible]antem. De cœpto aut protelato cuius medicamine habetur infrà ſub Aridio Archiepiſcopo, ac tandem abſoluto ſub Gauderico alio ſucceſſore. Nam mandat hic Pontifex Romanus, *vt auaritiam de domo Dei ſynodali debeatis definitione proiicere, nihil in dandis eccleſiaſticis Ordinibus auri ſana fames inueniat, &c.* Ratio verò quare is Papa nominatim ad hunc Antiſtitem, non ad ſynonymum

k li. 9. Ep. 50.

Democh. 2. c. 31. Ætherius.

alium ſcribat tunc Arelatenſem Epiſcopum etſi [illegible] titulus habeat *Gregorius Ætherio Epiſcopo Galliæ* [l], petitur ex eo quòd [illegible] Epiſtolij corpus: *Geſta vel ſcripta beati Irenæi iandiu eſt quod ſollicitè qu[illegible] ex eis inueniri aliquid non valuit.* Ergo intellexit Pontifex ſcripſiſſe ad vnum Ætherium Lugdunenſem: vtpote altior, cuius antecesſor conſtat Lugduni fuiſſe [illegible] D. Irenæum, & quòd vniuerſalior Epiſcopi Galliarum titulus ſatis de [illegible] Prim[illegible] ipſius Galliæ ſignificet, quaſi is per excellentiam vno verbo Epiſcopus G[illegible] nuncupari debeat. Igitur* quando iniunxit illi Ætherio celebrationem Conc[illegible] vtique Lugduni potius, ſi non Cabil[illegible] ſuæ prouinciæ [m], auditæ ſunt voces. Et q[illegible] Romanus præter ſimoniam loquutus non ſit de Monialibus: tamen Archipræſul [illegible] ſimul de illis mulieribus annexuit reliquo themati a Pontifice addito. Ex eoque non inconcinnè elicitur, quod antea Priſcus Archipræſul moriens ad Februa[illegible] anni DXCIII. declaraſſet aut mandaſſet futurum ſuum ibidem Con[illegible] fortè ob ibidem muliercularum negotium ſcandalúmque auditu [illegible] ſed paulo interruptum & dilatum ad conſecrationem vſque Ætherij ſucceſſoris peractam ac diuertentem ſub vernum

m de quo ibid Concilio in fin. 6. monitu n. 42. § 3.

num tempus anni DXCIV pro ſexta Lugdunenſi Synodo, ſola coacta ad ſoluendam vlti-
Ann. mam de Religioſis ſeu profeſſis illis mulieribus coram Epiſcopis & Rege factam querelam.
594. Atque ſic iſta noſtra exactior contemplatio, quę in Gregoriano contextu habet fundamen-
tum, laxiorem Baronij recordationẽ tutius ad debitam ſpeciem notitiamque deducit. Obi- a Guillelm.
ter autem monendum, quod idem Ætherius vnxit in Abbatem ſanctum Auſtregiſilum vi- Gazetius in
rum religioſiſſimum [a], poſteaque creatum trigeſimum Archiepiſcopum Bituricenſem [b]. De- vitis Sanct. To. 1. pa. 63.
ceſſit verò inde Guntrannus anno DXCVII. ex Sigiberto. b Democh. To. 2. ca. 24.

Paragraphus 2.

III obſeruatio. IAm ordine, tertius articulorum genus ex pollicitis hic ſeorſum reponendus cum ſequaci-
bus, eſt quod idẽ Author Baronius aliis conſequenter vicibus recordatur eiuſdẽ Ætherij,
quando ipſe Archiepiſcopus aliquot Antiſtites ad Clerum & ſacros Ordines promouit ad
annum ſalutis DCXI. vel ſecundùm calculum Gregorij Turonenſis anno DCVII. Quartò,
Ann. memineris quod Guillelmus Paradinus [i] narrat quidem fundatam videri Abbatiam Atha- i li. 2 ca. 14.
597. natenſem Lugduni ſedente eodem Ætherio ad annum ſequentem DCXII. hoc eſt, initio ſcripſit anno
anni. Verum ſuprà diximus ſub Salonio Archipræſule [k] reſtitutam duntaxat fuiſſe illam Æ- 1557.
IV. obſer. dem ſacram ſua tempeſtate, vnà cum Lugdunenſi Apoſtolorum Eccleſia, velut dudum in- k n. 22. §. 3. 6
Eccleſiæ cõditæ. ſtructam ante duo vel tria ſecula, deindéque exciſam pro maiori parte. Quapropter cenſen-
dum eſt, quod degente Ætherio hæc Eccleſia fortaſſis erecta tantùm eſt in titulum Abba-
tiæ, aut potiſſimum ædificiis ac poſſeſſionibus aliis dotata, & nihil tum ampliùs. Conſecrauit
autem Auguſtinum percelebrem Anglicanum Antiſtitem [l]. Quintò, hic ritè commemo- l Parad. c. 15
randum generatim Baronium typis mandaſſe [m], Ætherium Epiſcopum (loci non meminit) m To. 7. pag.
V. obſer. calumniis à quibuſdam oppreſſum fuiſſe, & à Guntheranno Rege honorificè ſuſceptũ anno 631. Autuer-
DLXXXVIII. Acceptamus quidem eam rem planè hiſtoricam, etiamque de noſtro Æthe- piæ.
rio concipiendam. Sed vt verè putetur de eodem recitata: fateri oportebit, quòd illo anno
Ætherius ergo eſſet adhuc alibi Antiſtes, quàm Lugdunum tranſlatus. Nam ex ſolari reuo-
lutione 588. ſedebat Priſcus. Interea, quanquam monitum velim, hunc Archiepiſcopum
diphthongo pingi à nobis cum vetuſtis allatis authoribus probatioris notæ: quanquam ſcri-
bat vtrobique Campegius *Atherium*, & Sarrazinus *Etherium*. Omiſſo tandem Homiliario,
apud quem is Archiflamen vocatur *Aeternius*. Prætermus verò duos ſanctos Aetherios:
vnum Viennenſem, alterum Antiſiodorenſem Præſules [n], inſertos hoc nomine Martyrolo- n Ado ætate 6. an. 604.
giis [o], priorem quidem ſub Dagoberto Rege ad annum 540. & poſteriorem tempore Bene- o 14. Iunij,
dicti I. Pont. Maximi ad annum 578. quem Demochares in Tabula Antiſiodorenſi Ae- & 17. Iulij.
therum nominat [p]. p li. 8. c. 19.

Paragraphus 3.

VI. obſer. VEniamus ad præclara quædam facinora noſtri Aetherij, dum Lugduni reſideret. Ea
excerpere licet in Surio [q], pertracta è primario Gregorio Turonenſi [r], qui ſe eidem q To. 2. die 2.
Aetherio ſynchronum manifeſtat. Dictum verſatur circa miranda nonnulla ſancti Nicetij Aprilis in vita
opera, alia quàm promiſcua ſuperius de eo [l]. Etſi videantur pauci talia referre ad ſanctum S. Nicetij
Iuſtum. Verunque Lugduni ſepultum. *Gratum eſt illud addi miraculis* (ait) *quod fecerit accenſis ad* Lugd. Epiſc. ad pa. 187.
lectum eius (Nicetij) *candulis, quia ingentia ſunt, quæ in cœlis habitans, operatur in terris. Igitur* r In vita Sã-
lectulus, quo Sanctus quieſcere erat ſolitus, ſæpius miraculis adornatur illuſtribus. Qui grandi ſtudio ctor. ca. 8.
ab Aetherio nunc Epiſcopo fabricatus, deuotiſſime adoratur: nec immerito cùm frigoritici ſæpius ſub l n. 33. §. 3.
eo ſitis, compreſſo vapore ac frigore ſaluentur, cæteríque infirmi ibidem proiecti, protinus ſubleuentur.
Ballâ etiam ſpecioſâ tegitur, lychníque in ea iugiter accenduntur. Vnus igitur ex his per quadragin-
Reliquiæ S. Nicetij miraculoſæ. *ta dies totidémque noctes, vt ipſe ædituus aſſeruit, abſque vllius fomenti adiutorio perdurauit ſplen-*
dens, in quo nec papyrus addita, nec gutta olei eſt ſtillantis adiecta: ſed ipſa, quâ primùm ſtatuta eſt,
compoſitione permanſit, cum luce præclara. Et poſt pauca hæc ibidem inferuntur, ſemper in gra-
tiam D. Nicetij. *Quot per hunc Sanctum carcerali ergaſtulo reuincti, abſoluti ſint, quotve compedes*
ſint confractæ, teſtis eſt hodie moles illa ferri, quæ in Baſilica eius adſpicitur. Nuper in conſpectu Gun-
tranni Principis viuentis ſub Aetherio, de quibus vnà ſuperiùs, mortuo Nicetio *Syagrium*
Auguſtodunenſem Epiſcopum ipſi referentem audiui vna nocte in ſeptem ciuitatibus carcerariis ap-
paruiſſe beatum virum, eóſque abſoluiſſe, & abire liberos permiſiſſe. Sed nec Iudices contra eos quic-
quam agere deinceps auſi ſunt, &c. Quod non eſt dubium præſtare eum, qui ait Sanctis ſuis: Omnia
Ætherius ac Guntrannus Rex præſtantes. *quæcunque petieritis in nomine meo, credite quia accipietis. &c.* En magnus honos ſummaque
[illegible] quàm Aetherius ſimulque Guntrannus Rex detulêre & exhibuêre Lugduni ſacris
D. Nicetij Reliquiis, annis ad minus quadraginta poſt obitum ipſius Sancti, nec non quo-
[illegible] præſentes admiratione ducebantur ob frequentes perſpectos admirabilium portento-
rum

rum euentus, quos cernebant è luminoſo ſarcophago prominēte. Nam vt hinc aliò tendamus · ea valde miranda, quæ princeps contuebatur, quæque Syagrius auribus eius inſinuaſſe legitur: hæc, inquam, non niſi in Lugdunenſi ciuitate oſtenſa ſunt. Vnde nouum argumenti genus hautire decet ac elicere à fortiori principio: nimirum quòd Rex ſuaque Curia Lugduni ergo morabatur circa Kalendas Nouembris anni DXCIV. quódque firmior idcirco ex eo emergit confirmatio facta, aut ad ſuadendum prompta de ſeptimo Concilio Lugduni celebrato ad Autumnum eiuſdem anni, & quòd Rex cæterique decem aut plures Epiſcopi ſuprà anonymi ea in vrbe tunc curiales motam traherent præter nominatos. Hæc autem eſto inſtar ſextæ obſeruationis dicendorum. Quorum ſeptima atque poſtrema eſt eiuſmodi pro extremo Ætherij viatico. Illum nanque exactum diem vt deprehendamus, fide & præſidio nobis vtendum eſt Supplementi ſeu appendicis ad demortuum præfatum Gregorium Epiſcopum Turonenſem, confecti è veſtigio ab alio Gregorio ciue Turonenſi [t], necnon ab Annonio repetitum, Monacho hiſtorico coætaneo [u]. Ipſi ſuum caput inchoāt ab anno VII. *Regni Theodorici* (aiunt) id eſt, in Burgundia, filij maioris Childeberti Aureliorum Regis [*], conſanguinei prædeceſſoris Guntranni vitâ functi, atque ſub tutela Brunichildis tutricis conſtituti. Quod ex poſteriore Turonenſi erit annus ſalutis DCVII. & poſt pauca duo illi authores iſta ibidem adiciunt vno prorſus ore, tametſi abſentes ab inuicem. *Eo anno Aetherius Epiſcopus Lugdunenſis obiit: ordinatur loco ipſius Secundinus Epiſcopus* [x]. Duntaxat Annonius allucinatus, aut typus, perperam dicit; *Aetherius Lingonenſis Archiepiſcopus* [y]. Quippe nec Lingonum Sedes eſt Archipræſulatus, ſed mera Epiſcopalis Lugdunenſi Suffraganea, nec talis Antiſtitis recordantur Demochares aut Chenutius inter Lingonenſes [z]. Interea, is ſeptimus Theodorici annus in ſuo regno capit annum ſalutis ſexcenteſimum ſeptimum. Nam ex Ioannis Tillij Chronico, non obſcurè colligitur Theodoricum captaſſe regium titulum anno præciſè ſexcenteſimo, tametſi ſub viduæ reginæ patronatu, ac triennio à Guntranni obitu.

De Concilio VII. Lugdunenſi.

VIII obſer.

Mors Ætherij. 607.

t li. 11. hiſtor. Franc. ca. 11.

u li. 3. de Geſtis Frāc. 89. ſcripſit ad an. 844.

* Planb. nu. 40. §. 1.

x cap 22.

y ca. 90.

z To. 2. 28

Paragraphus 4.

Prætenſus alius Archiepiſcopus.

HIc aduentitium corrolarium minimè à fronte Capitis conſcribēdum apponimus. Dum Campegius proximè poſt Ætherium verè ſtatuat Secundinum, ſecutus Gregorium, Turonenſem, deindéque notet S. Arigium: duos nimirùm infrà à nobis mox collocatos: profectò vnus Sarrazinus loco Secundini, quem planè omittit, adſcribit quendam Gregorium, poſtcáque eundem Arigium: neque aliud ibidem ſubdit præter id nomen ſolitarium. De quo Gregorio cùm alia nulla adhuc ſuppeditentur documenta, hactenus auſi non ſumus illum tam facilè in apice catalogi extollere, præſertim quia eidem Sarrazino aduerſatur præfata ſequens vetuſtioris Gregorij Turonici authoritas, de Secundino. Et certè fortaſſis idem Gregorius fuit duntaxat electus, vt ad conſecrationis munus haud peruenerit. Vnde opus non eſt eundem efficere trigeſimum ſextum Archipræſulem. In excubiis verò ſtamus exploratores. ſi grauiora aliqua poſthac occurrant teſtimonia, quibus deinceps hunc à capite tanto decore cohoneſtemus, vel quibus ipſum ſedulus lector huc ſpectare dicat, concipiat & intelligat in defectum tertiæ editionis huius Opellæ. Non enim intere potuit huc pertinere Suffraganeus Lugdunenſium S. Gregorius Epiſcopus Lingonenſis per Sedis tranſlationem: quia ille hemiſeculo citiùs abiit è vita, ex Baronio [a].

a Interfuit Concilio Epaunenſi ſuprà n. 29. an. 517. & vixit ad an. 541. Baron cod. an. in Annal. feſtum 4. Ianu. Greg. Turo. li. 5. ca. 15. 19.

XXXVII. *Paragraphus* 1.

Ann. 608. 613.

SECVNDINVS ſucceſſit immediatè præfato Aetherio, ex citatis ibidem [a] in Supplemēto Gregorij Turonēſis, atque Annonio. Quem Lugdunenſem Antiſtitem, ſub allatis illic Chronologis, conſequitur ſediſſe annis duntaxat DCVIII. ac XIII. Non quidem citius, ob tardiorem exitum anteceſſoris: neque ſeriùs, ob perſtrictam ſequentis Præſulis Chronologiam. Verùm cuias & qualis iſte fuerit, antequàm veteraſcens ad Primatus Galliæ faſtigium perueniſſet, docuit Annaliſta Baronius [b]. Reor enim virum eundem fuiſſe in Italia, de quo ille ſermonem inſtituit, quem poſtea hîc Lugdunenſem Archiepiſcopum nominamus. Saltem quadrant nomen & dies ei à dictatore omnino adſcripti, ac cæteræ ad noſtrum deinde finem circunſtantiæ. Is Secundinus olim erat (inquit Author) Abbas magni nominis apud omnes, ob vitæ ſanctitatem atque doctrinam: degens inter Longobardos anno DXCIX [c]. quem Paulus Diaconus teſtatur patria Tridentinum, nomine Secundum, ab eóque Baptiſmate tinctum Adoualdum [*] Longobardorum Theodelindę Reginæ filium. Necnon adiicit ille Cardinalis paulò antè, eundem Secundinum

a n. 35. §. 5.

b 1. Iulij.

Is prius Abbas extra Galliam.

c Baron. ſub hoc an.

* vel Adaluadum.

num compoſuiſſe aut abſoluiſſe varias ſuas in ſcriptis conciones, omnes ſuper ſelecta quadraginta Euangelia toto ieiunio quadrageſimali decantari ſolita in Eccleſia, nimirum ad annum DCII. Gregorij Magni Papæ anno decimo tertio. Quibus ſanctioribus Opuſculis ille Diuus Gregorius, in Epiſtola quam perlegimus ad præfatam Theodelindam d, apponit hæc alia profana tanti hominis Opera: *Illud quod excellentia veſtra ſcripſit, vt dilectiſſimo filio noſtro Secundino Abbati ad ea quæ ſcripſit ſubtiliter reſpondere deberemus, &c.* Quam periodum magis in ſpecies deducit Paulus Diaconus, dum iſta ad propoſitum narrat: *Secundus ſeruus Chriſti, de quo ſæpe iam diximus, vſque ad tempora ſua ſuccinctam de Longobardorum geſtis compoſuit hiſtoriolam* e. Atque tales codicillos repetit Conradi Geſneri Bibliotheca de iſto parente monaſtico. Vehemens autem coniectura vnde Secundinus ille ſit ipſe homo, qui eodem ſeculo Lugdunum appulerit, Præſul ibidem effectus anno ſequenti decimo tertio poſt allata crepuſcula f: ſane egregium habet in eo fundamentum, quando iiſdem planè temporibus Agilulphus ſeu Ago bonus catholicus, recens confirmatus Rex peroptatus & ſponſus deuotæ Theodelindæ, Legatos duos egregios

Quomodo in Franciam venerit.

miſit in Galliam, ad redimendos belli captiuos, hiſce Pauli Diaconi verbis g. *Agnellum Epiſcopum Tridentinum in Franciam miſit ad redimendos eos qui Tridento captiui à Francis abducti fuerant. Qui inde rediens, ſecum aliquos captiuos, quos Brunichildis Regina Francorum proprio pretio redemerat, reduxit. Eoinus quoque ſeu Ennius dux Tridentinorum ad obtinendam pacem in Gallias perrexit, quâ impetratâ regreſſus eſt.* Hinc verò perfacilis inductio eſt, cuique perſuaſum eſſe, Secundinum virum tunc multæ famæ conciuem & Abbatem Tridenti, comitatum præbuiſſe ſuo Antiſtiti, vel ſaltem Duci: quia mos ſemper fuit Legatos copiam habuiſſe ducendi ſecum aliquos eruditos & vitæ probitate excellentes. Ex eóque illi omnes Lugdunum pertranſeuntes tempore Sedis vacantis, & Reges tum Galliarum tum Burgundiæ amicè adeuntes; haud ægrè conſecuti ſunt eam Primatus cathedram in gratiam comitis ſui Secundini bene meriti. Neque tamen obſtat ad efficiendam horum fidem quod ſcribit Paulus Diaconus h: *Defunctus eſt apud Tridentum Secundus.*

Eius mors.

Quippe potuit is Archipræſul poſt aliquot annos in patriam rediiſſe, aut ad breue tempus intentum iter confeciſſe, ſpe reuerſionis ad Galliarum Epiſcopatum & gregem denuo paſcendum: neque vix abfuiſſe vel in Italiam aduentaſſe, niſi pro aliquo meliore Eccleſiarum commodo: vbi tamen acciderit obiiſſe. Sic enim pariter dudum perſpeximus ſanctum Africanum i & Sacerdotem Archiflamines Lugdunenſes inter plures longè extra Diœceſim cecidiſſe, & in aliena Epiſcopali Eccleſia ſepultos fuiſſe. Tacco alium

Alij Secundini.

Secundinum, qui tria ante hoc ſecula duas conſcripſit Epiſtolas apud diuum Cyprianum latentes l. Item ſecundum Secundinum Sinueſſæ Epiſcopum ac Martyrem ex Martyrologiis m, incertis ante hos diebus conſcriptum à Petro Diacono n: & multò magis Secundinum Manichæum, duabus ante hanc centuriis, qui Epiſtolam ad Diuum Auguſtinum ſcripſerat, & aduerſus ipſum Auguſtinus o. Rex verò Agilulfus, qui viginti quinque annos regnarat, & ad quem antea Gregorius Pontifex p, animam exhalauit paulò poſt extremas illas horas Secundini. Sic docent prioris eiuſdem Diaconi ſequentia.

d li. 11. Epiſt. 7.
e lib. 4. ca. 14. fin.
f an. cit. 199.
g li. 4. ca. 1. & ad eã Greg. Magn. li. 3. Ep. 4. & 37. ac l. 7. Ep. 42. de aliis reb.
h ca. 14. cit.
i n. 25.
k nu. 33. §. 1. 2. & 4. li. 1.
m 1. Iulij.
n ca. 29. de viris illuſtribus.
o To. 6. & Geſner.
p Paul. Diac. li. 4. c. 3. fin. & ca. 15. & in Epiſt. ipſius Greg. li. 7. Epiſt. 41.

XXXVIII. *Paragraphus 1.*

Martyr.

SANCTVS DALFINVS martyrio coronatus prætermittitur quidem omnino à ſolitis Campegio & Sarrazino Tabulariis. Nam ille author ab Æthetio atque Secundino ſaltum molitur ad ſanctum Arigium ordine proximo: tum iſte ab eodem Æthetio prætenſóque Gregorio ad ipſum Aridium. De quibus iam obiter Lectorem monitum voluimus a. Verùm is Dalphinus inſignitur Præſul Lugdunenſis apud primæuum Venerabilē ſanctū Bedam ad hæc tempora. Qui hiſtoriographus b teſtatur eundem Dalphinum ſibi perfamiliarem habuiſſe Lugduni pium Vuilfridum Anglicanum, quando ex maiore Britannia Lugduno Romam proficiſcebatur, & apud quem in Lugdunenſi Epiſcopatu, præſertim ſub reditu, per biennium aut ſuprà commoratus eſt: donec ipſe Dalfinus ad violentam ductus fuerit mortem iuſſu Brunichildis Reginæ. Quam necem Baronius narrat c illatam ſub annum vltimum Boniſacij Papæ quarti, & ſalutis DCXIV. pro diuina veritate pio vultu co-

Ann. 614.
615.

ram Principe denunciata. Perindéque eſt ſanctus Martyr Eccleſiæ, ab eáque tam eximio honoris ſtemmate decoratur: etſi eum propter Deum Chriſtum obeuntē prætereant Martyrologia. Ille verò annus ex aliis Chronologis d deprehēditur ſexcēteſimus decimus quintus: &

a nu. 15. §. 4.
b In hiſt. Gentis Angl. To. 1. ſuor Operū. li. 3. c. 20.
c To. 8. pag. 229 Antuer.
d Genebrar.

ſequenti reuolutione Solis animam effudit illa Brunichildis. Propterea ſanctus Dalfinus videtur ſediſſe Lugduni illo tantùm quod diximus biennio vt minimum: quia Vuilfridus ſaltem annum Romani ferè itineris compleſſe putatur. Quæ quidem dictata hactenus latent paria in anteriori edituncula Celticæ noſtræ Eccleſię, tantiſper aucta. Adeóque hunc ordinem Secundino proximum Dalfinus obtinere debuit.

Paragraphus 2.

Quatuor authores additæ hiſtoriæ.

SEd audi recèns adiecta de eodem hiſtorico themate ſancti Dalfini, ex duobus aliis valde probatis authoribus deprompta, & locupletata. Vnus eſt Edinerus author Anglicanus præfato Vuilfrido æqualis & coætaneus, ac Bedà antiquior, vt cenſent nonnulli: tametſi eum quatuor ſeculis poſteriorem video ex adiunctis ad hiſtoriam Hugonis J. Archiepiſcopi infrà. Cuius opera maiori ex parte obruta, è cimmeriis tenebris vindicauit noſtro æuo Vuilelmus Malmesburienſis in orthodoxo Volumine nuper edito de geſtis Regum Anglorum e, necnon in Gallias aduentantè poſt texturam prioris noſtræ calcographiæ. Alter verò eſt Laurentius Surius Carthuſianus in Legendis Sanctorum adiuncto Bedæ textu, exactioris quàm anteà. Ea autem quæ iſide Dalfino adſtruunt, hîc ſimul nectenda meritò putamus: quia dum vnus repetit quod recenſet alius, etiam quiſque horum aliquid noui ſolus graphicè locat, de quo ſocius minimè recordatur. Ne ergo vel bis idem conſcribamus in ſolo priore ſectando, vel reliqua prætermittamus in poſteriore captando: idcirco pro ſingulis rebus commemorandis, vtriuſque lineas maluimus in vnum corpus diſcurſuum colligare & vincire: quaſi vnicus ſit loquutus. Totum equidem ſyncerè expreſſum hiſce notis. *Vuilfridus vixit vſque ad annum DCLXXVIII. Is iuuenis Romam proficiſcens cum Biſcop cognomine Benedicto, nobili Anglo, cùm Lugdunum perueniſſent à Dalphino ciuitatis Epiſcopo ibi retentus eſt. Interea Benedictus cœptum iter grauiter Romam vſque compleuit* a*. Delectabatur autem Antiſtes Dalphinus prudentiâ verborum iuuenis Vuilfridi, gratiâ venuſti vultus, alacritate actionis, & conſtantia ac maturitate cogitationis. Vnde & omnia quæ neceſſe habebat, abundanter ipſi cum ſociis ſuis, quandiu ſecum erant, donabat* b*: & inſuper offerebat, vt ſi vellet, partem Galliarum non minimam illi regendam committeret, ac filiam fratris ſui virginem illi coniugem daret, eúmque ipſe loco adoptiui haberet. At ille gratias agens pietati, quam erga eum, cùm eſſet peregrinus, habere dignaretur, reſpondit, propoſitum ſe magis alterius conuerſationis habere, atque ideo, patria relicta Romam iter agere cœpiſſe. Quibus auditis Antiſtes miſit eum Romam, dato duce itineris, & cunctis ſimul quæ neceſſitas poſcebat. Rediit autem ad Dalphinum in Galliam, & tres annos apud ipſum commoratus attonſus eſt ab eo, & in tanto habitus honore, vt hæredem ſibi illum facere cogitaret. Sed ne hoc fieri poſſet, Antiſtes crudeli morte peremptus eſt. Nam Brunichilda miſſis militibus Epiſcopum iuſſit interfici. Quem ad locum quò decolandus erat, ſecutus eſt Vuilfridus Clericus illius, deſiderans cum eo pariter occumbere. Hinc rediens in Angliam, Rex* f *eum ad Regem Galliarum miſit, & Lutetiæ conſecratus eſt Eboracenſis ab Agilberto Pariſienſi Epiſcopo aliiſque præſentibus* g*, &c.* Præter hæc omnia Bedæ & Surij, Vuilelmus Malmesburienſis iſtud habet peculiare *, ſatis dignum obſeruatu. *Archiepiſcopum Lugdunenſem Dalphinum furioſa Brunichildis* (male *Bathildis* h alicubi) *poſt nouem quos trucidarat Epiſcopos, accumulauit in decimum. Mandauerat illi per ſatellites ſuos impia Regina, vt ad ſe veniret. Fortior ille malis, quamuis eum non lateret mulieris nequitia. Quem cùm continuò gladiis carnifices excepiſſent, adoleſcens quidam Anglus Vuilfridus nomine, poſtea Eboracenſis Archiepiſcopus* i*, quem in filium adoptauerat Dalphinus, mirabili conſtantia prope in ipſos enſes immergens, conſortium paternæ necis ſitiebat. Sed miſeratione laniſtarum Angliæ ſuæ reſeruatus eſt* k. Hactenus pręclara hiſtoria Dalfini. Duntaxat mirandum quomodo Vuilfridi eius diſcipuli mortem perduxerint Beda atque Baronius ad annum DCCXXXII. cùm apertè etiam fateantur Dalfinum ipſius præceptorem extinctum technis Brunichildis. Etenim Gregorius Turonenſis in Supplemento l, Sigibertus ac Paulus Æmilius m teſtantur tyrannicam illam Reginam meritò interfectam anno ſalutis præcisè ſexcenteſimo decimoſexto: nimirum vno pede brachióque impiæ mulieris mutilato, & comâ capitis eius ad indomitæ equæ caudam religatâ, tum membratim diſcerptam iuſſu pij Lotharij II. Francorum Regis, tametſi iunioris affinis impudentiſſimę fœminæ. Euentus ſanè diuino planè nutu permiſſus, ſcilicet propter tot ſanctos Præſules ab ea miſerè cæſos. Vuilfridus autem præſens huic parricidio nequiuit poſtea tandiu moras in vita trahere ad centum ſexdecim annos vſque, poſteriores huic diei, citra iam prætereuntem totam illius adoleſcentiam, quatenus alioquin cum tot ſolares circulos viuere oportuiſſet

ex

Vuilfridus Dalfini diſcipulus.

Dalfini martyrium.

Mors Brunichildis.

e Fràcofurti apud Claud. Marnium 1601. in fol.

a Surius To. 5. Colon. 1580. pa. 815.

b etiam Beda li. 5. c. 20.

f Vuilfridus.

g 20r. in 12. Octob. To. 5. pa. 813.

* li. 3. de geſtis Pontificũ Anglor. pag. 260.

h eſt tardior n. 44.

i Et Beda li. 3. hiſt. Angl. ca. 18.

k Hæc Beda. &c. li. 5. c. 20

l li. 11. hiſt. Franc. c. 41.

m fol. 19. Pariſ. 1550.

ex Bedæ & Baronij mente. Ne ergo iſti duo Authores contradictorium efformaſſe credantur in adiecto: certè Antiſtes eiuſmodi inter mortales ſolùm egit vſque ad annum DCLXXVIII. aut circiter iuxta Surij allatam probabiliorem ſententiam: hoc eſt, circuiuit adhuc annos LXII. poſt iniuſtiſſimam Reginæ trucem executioni in corpus Heri demandatam. Vel certè vſque ad annum DCLIX. poſito quòd ſederit annis XLV. Ex quo poſteriori calculo facilè perſtat veriſſima, at ſola hoc loco particula narrationis Bedæ ſine vllo deliquio; quando dicere perrexit, quòd *Eximius Vuilfridus poſt quadraginta & quinque annos accepti Epiſcopatus diem clauſit extremum.* Nam ex noſtris etiam computis præfatus vir Eboraci ſedere potuit tot annos, quinimo facilè plures. Cæterùm, ſi vera putetur triennalis mora eiuſdem Vuilphridi apud Dalphinum Lugduni, eo Româ redeunte, veluti cenſet Beda: cùm Vuilfridus annum inſuper aut circiter conſumpſerit ad ſacrum iter eundo perficiendum: profectò hinc conijciendum eſt Dalphinum igitur ſediſſe apud Lugdunenſes annis quatuor integris. Quam metri latitudinem non aſpernamur: ſi modò annuam ſucceſſoris menſuram biennio ad minus quàm exiſtimemus intercalare & procraſtinare liceat. Alioqui vt ſolum biennium remaneat, quod ferè Dalfino ſedenti reliquiſſe cogimur: operæpretium fuerit Vuilfrido conceſſiſſe tantum menſes duodecim cum Dalphino in ſuo aſcenſu ac reditu, & tondem in deſcenſu Romam verſus, in ipſóque viſendo. Quæ meta ratione non caret. Et idem Anglus inter Sanctos relatus eſt [n].

Epiſcopatus Vuilfridi.

DuratioDalfini

[n] feſt. 12 Octob. in Martyrol.

Paragraphus 3.

ADdo & aliud elogium, ídque duplicis generis pro ipſius Dalfini gloria ac ſummo decore, totum equidem perbellè mutuatum ex venerabili Beda: ſcilicet partim de ieiunio feſtóque Paſchali ex tertio eius libro Gentis Anglorum capite XXV. partim verò de Clericali Tonſura ex Tomo III. ſuorum Operum in vitis ſanctorum Columbani ac Euſtaſij Dalfino ſynchronorum [o]. De priore themate, conformi omnino ad hunc locum ſenſu ſcripſimus in ſancto Irenæo Protopaſtore Lugdunenſi [p], iuxta controuerſiam Paſchalem à nobis ſuperiùs allatam [q]. De poſteriore autem, nos eloquimur in ſancto Momulo VIII. Matiſconenſi Epiſcopo, infrà ſeorſum [r], vbi originales Bedæ textus & commentaria noſtra opportuniore ſitu deducimus. Quippe illic vtrinque ſedata eſt in Italia & Galliis eiuſmodi litis pendentia, tum circa obligatricis Tonſuræ Articulum: tum circa tempus ſeu motam Paſchalis ieiunij, perindéque ad firmandum diem Paſchæ pro tutiore & vniformi celebratione tanti feſti, in ſacra ſynaxi certis diebus ex æquo fidelibus populis eroganda. Ambæ verò contentiones, dum in ipſis tractatibus ſopitæ aut apud præmiſſas Europæ parteis coarctatæ demonſtrantur: attamen ſanè, altercationes & querimoniæ de tot certaminibus deinceps prætergreſſæ ſunt illos ſuos limites, ad Inſulas vſque mare Gallicanum. Etenim, tranſuadendo Oceanum, peruenêre ad maiorem Britanniam, populis alioqui catholicis refertam, ac fide catholica illuſtrem, cámque in Angliam, Scotiam & Hybernias diſtributam. De his ergo audi ſanctum Bedam ſub noſtro Dalfino, virum natione Anglum ſeu pene teſtem geſtorum. *His temporibus* (ait) *quæſtio facta eſt frequens de obſeruatione Paſchæ confirmantibus iis qui de Cantia* [s] *vel de Galliis aduenerant, quòd Scoti Dominicum Paſcha diem contra vniuerſalis Eccleſiæ morem celebrarent. Erat acerrimus veri Paſchæ defenſor nomine Ronam, natione quidem Scotus, ſed in Galliæ & Italiæ partibus regula Eccleſiaſticæ veritatis edoctus: qui cum Finano* (Epiſcopo) *multos quidem correxit, vel ad ſolertiorem veritatis inquiſitionem accendit, &c. Obſeruabat autem Iacob Diaconus venerabilis Archiepiſcopi Paulini verum & Catholicum Paſcha, cum omnibus quos ad correctionem erudire poterat. Obſeruabat & Regina Eanfeld cum ſuis, habens ſecum de Cantia Presbyterum catholicæ obſeruationis nomine Romanum. Vnde nonnunquam contigiſſe fertur illis temporibus, vt bis in anno Paſcha celebraretur. Et cùm Rex Paſcha Dominicum ſolutis ieiuniis faceret* [t], *tunc Regina cum ſuis perſiſtens adhuc in ieiunio diem Palmarum celebraret. Hæc diſſonantia Paſchalis obſeruantiæ patienter ab omnibus tolerabatur, &c. Defuncto Finano, qui poſt illum fuit miſſus à Scotia, vidit quod grauior de obſeruatione Paſchæ & de aliis eccleſiaſticæ vitæ diſciplinis controuerſia nata eſt. Vnde merito mouit hac quæſtio ſenſus & corda multorum timentium, ne fortè accepto Chriſtianitatis vocabulo in vacuum currerent. Peruenit & id ad aures Principum, videlicet Oſuui & filij eius Alchfridi. Oſuuus à Scotis eductus ac baptizatus, etiamque linguâ eorum optimè imbutus, nihil melius quàm quod illi docuiſſent, autumabat. Alchfridus autem Magiſtrum habuit eruditionis Chriſtianæ Vilfridum virum doctiſſimum. Nam & Romam*

Duplex concertatio in Anglia.

I. De Paſchate & ieiunio.

II. [illegible] Tonſura, [illegible] poſt.

[o] ca. 26.
[p] n. 2. §. 4. & 5.
[q] cit.
[r] a 4. 2. ad 3. 4. 5.
[s] ſeu Cantuaria Primata Angliæ.
[t] in luna 14.

Q 2 prius

Dalfinus inſtruit Anglũ Doctorẽ de his.

prius propter doctrinam Eccleſiaſticam adierat, & apud Dalphinum Archiepiſcopum Galliarum Lugduni multùm temporis egerat, à quo etiam Tonſuræ eccleſiaſticæ coronam ſuſceperat. Huiúſque doctrinam omnibus Scotorum traditionibus iure præferendam ſciebat. Vnde ei etiam donauerat Monaſterium quadraginta familiarum in loco qui dicitur Humpum, &c. En celebre de noſtro Dalfino teſtimonium, collatore Clericalis Tonſuræ ſimul ac reliquæ eccleſiaſticæ diſciplinæ (maxime Paſchatis) egregio viro Vilfrido, vt talia ſingularis eruditionis documenta Lugduno in maiorem Britanniam ad patrios lares religiosè poſtmodum deferret atque diſſeminaret; quod & inde fœliciter præſtitit, déque illa Tonſura primæua idem Author alia in piam cęſorum crinium commendationem tradidit libro quinto extremo, penè fuſo capite vigeſimoſecundo vnà cum Paſchate feſto, ex altiori temporum ac vſus indagine. *His de Paſcha ſuccinctè commemoratis,* (inſit locus) *Tonſuram quoque hortor vt Eccleſiaſticam & Chriſtianæ fidei congruam, habere curetis. Et quidem ſcimus, quia Apoſtoli omnes vno eodémque ſunt modo attonſi, atque nunc Eccleſia Catholica, ſicut vna fide, ſpe & charitate in Deum conſentit, ita & iam vna indiſſimilis totum per orbem Tonſura ſibi forma ei congruit. Ex quo vt Patriarcharum tempora reſpiciamus, Iob exemplar patientiæ ingruente tribulationum articulo caput totundit: probauit vtique, quia tempore fœlicitatis capillos nutrire conſueuerat, &c.* Tum poſt pauca. *Neque verò ob id tantum in coronam attondimur, quia Petrus ita attonſus eſt: ſed quia Petrus in memoriam Dominicæ Paſſionis attonſus eſt* (en cauſæ & finis Tonſuræ eccleſiaſticæ) *atque idcirco nos qui per eandem Paſſionem ſaluari deſideramus, ipſius Paſſionis ſignum cum illo in vertice, ſumma corporis noſtri parte geſtamus;* potiſſimùm totus Clerus inter cæteros Chriſtianos, vt pote qui figuram & recordationem ſpineæ Chriſti coronæ ac laborum imprimit ad capitis ſummitatem. *Sicut enim omnis Eccleſia ſignum ſanctæ Crucis eius in fronte portare conſueuit* (pergit Author Beda) *vt crebrò à malignorum ſpirituum incurſibus defendatur: ita oportet eos, qui vel Monachi votum vel gradum Clericatus habent, arctioribus ſe pro Domino continentiæ frænis aſtringere, formámque Coronæ, quam ipſe in Paſſione ſua ſpineam portauit in capite, vt ſpinas ac tribulos peccatorum noſtrorum portaret, ſeu auferret à nobis, ſuo quenque in capite per Tonſuram præferre: vt ſe etiam irriſiones & opprobria pro illo libenter ſufferre doceant, vnde coronam vitæ æternæ quam repromiſit Deus diligentibus ſe, ſemper expectare, & aduerſa proſperáve mundi contemnere deſignent.* Hinc tandem videtur Beda concludere Vuilfridum à Dalphino Lugdunenſi tantopere edoctum magnos ſpirituales profectus ſuis attuliſſe. Siquidem poſt alia pauca ſic ediſſerit [a]. *Reuerſus ad Scotiam multas poſtea Gentis eiuſdem turbas ad catholicam temporis Paſchalis obſeruantiam ſua prædicatione correxit: Tonſuram quoque emendare meminit.* Porrò exinde Rex ipſe veritatis probè ſcius ſic affatus eſt. *Palam profiteor, vobiſque qui aſſidetis præſentibus obteſtor, quia hoc obſeruare tempus Paſchæ cum vniuerſa mea gente perpetuò volo, & hanc accipere debere Tonſuram plenam rationis omnes qui in regno meo ſunt Clericos decerno, &c. Ergo attondebantur omnes in coronam Miniſtri Altaris ac Monachi, &c.* Sic demum refricata eſt in Angliā veterum & coætanearum diſcordiarum memoria, quales priùs fuerant in Europa: necnon confeſtim repreſſi ſunt illarum errores Inſularum · vt breui ad extremum ſupereſſet vbique paſſim terrarum concors in credendo & agendo harmonia apud cunctas Eccleſias & populos.

Hinc ille paternam conuenit & pacificat circa hos duos Articulos.

De Corona capitis ſeu Tonſura clericali.

Melior Angliæ ſtatus ex Dalfino proficiſcens.

Paragraphus 4.

S. Deſiderius Vienuenſis Archipræſul.

DVm ſuprà ante Anglicanam hiſtoriam de funeſto Brunichildis opere & exitu tractabamus, ſimúlque de aſſinibus Dalfini circunſtantiis: ideo ſuccurrit hoc pariter loco de ſancto Deſiderio Viennenſi Epiſcopo decenter & vberiùs ratiocinandum, præter ea quæ de ipſo in Verannio Lugdunenſi diximus [a] aduerſus Campegium, qui eiuſmodi Deſideriũ ínſul! e arbitratur extitiſſe Lugdunenſem quoque, cúmque efficit vigeſimum ſecundum ibidem. In ſuo nanque reſcripto duplex erratum committit. Vnum putatur fundamentum habere in eo, quod *hic beatiſſimus Deſiderius Brunichildem Reginam ex impietatibus ſuis arguens* (ſcribit Adonis Chronicon [b]) *à comitibus eius ipſa iubente in territorio Lugdunenſi ſuper fluuium Calaronam* [c] *perimitur.* Idque factitatum eſt iuſſu decepti Theodorici [d] Burgundionum Regis, ipſa procurante Regina eius matre. Sic enim Author ex illo territorio Lugdunenſis Prouinciæ ac necis, Epiſcopatum tanti viri confusè Lugduni inferendum ſuaſit, & male, veluti infrà liquet [e]. Altera Campegij allucinatio eſt, quia duobus ſeculis eiuſmodi Deſiderium altius extulerit, quàm par ſit, nimirum confeſtim poſt Salonium Lugdunenſem Eucherij Patris ſucceſſorem [f], ſicuti ibidem oſtenſum eſt [g]. Vnde etſi tandem

[a] ca. 25. ad calcem.
[a] n. 24. §. 2.
[b] ætate 6. an. 581.
[c] illabentẽ ad Ararim apud Oombas prope Toſſia cũ vrbẽ ante 400 annos tantũ conditam, vulgò balarone, Diœceſeos Lugd. ad 6. leucas Metropolis Vo- de porœcialis Eccl. & Cleri ſocietas illic ſub titulo eiuſdẽ S. Deſiderij Deo cõſecrata acenitur, pendes ex Baſilica Lugd. S. Nicetij. Vidi ſitũ.
[d] Nõ Theodorici Frãciæ Regis, quandi poſt C hereberiũ & Chilpericũ Frãciæ Reges, ac fratres Sigiberti Regis Auſtraſix, mariti Brunichildis. Diſcrepantiã que eſt vnius ſeculi in lib. noſtro de ſãctis, ca. 38. & 38.
[e] ina. demõſtrat. ſin.
[f] ſupr. n. 22.
[g] o 23. § 2. cit.

dem hic Deſiderius inter Præſules Lugdunenſes foret collocandus: ſaltem non illic equidem, nec tam citò: at lubentiùs iſthic cum Dalfino, vel proximè ante Dalfinum Sedes ei eſſet adſcribenda, vti mox patebit [h] ex tempore quo vixit. Altioris cuius poſitionis negationem ac ſubſtractionem iſthîc abſoluimus enarrare, vnà cum veritate ſuæ cathedræ, vt finis ſit propoſito themati. Ne autem ab exordio ſubſit interea latens homonymia: monemus nos ſub D. Sacerdote [i] Lugdunenſi produxiſſe in medium duos Viennæ Deſiderios Archiflamines: priorem poſt ſanctum Iuſtum, quintum illic epiſcopantem, adeò vt iſte Deſiderius ibidem ſextus ordine ſederit, à Tabulariis hactenus prætermiſſum. Exinde poſterior vel ſecundus huiuſce nominis fuit ille, (de quo nunc per Brunichildem interempto) ordine vigeſimus ſeptimus Viennenſis in Demochare, & XXVIII. in Petro Villario. Talem verò atteſtamur nunquam ſolio Lugdunenſi aſſediſſe, ex multis rationum ponderibus. Prima eſt, quòd Beda in Martyrologio dicat: *Viennæ Natale ſancti Deſiderij Epiſcopi*, X. Kalend. Iunij [k]. Quo die Molanus in Vſuardum adiicit: *qui paſſus eſt in territorio Lugdunenſi*: & Baronius: *qui in territ. Lugduni iuſſu Theodorici Regis* [l] *lapidibus obrutus eſt.* Tum eodem diario ac Martyrologiorum loco hæc apponuntur quoque: *In Gallia apud*

I. *Lingonas* (Archiepiſcopatus Lugdunenſis) *paſſio S. Deſiderij Epiſcopi.* Id verò indicamus, ne cui idem vir exiſtimetur. Etenim ille Suffraganeus vno ſeculo & penè ſemis citiùs floruit [m]. Secunda ratio eſt, quia 3. Idus Februarij [n] Vſuardus ipſe ſcribit: *Lugduni S. Deſiderij Epiſc. & Confeſſoris.* Quod dictum ne putetur militaſſe pro infirma Campegij cauſa, generaliorem eam notam ſic denuò exprimit, & magis ad ſuam ſpeciem deducit Baronius in ſuo textu:

II. *Lugduni S. Deſiderij Epiſcopi Viennenſis & Martyris.* Deindéque ſubdit cõmentarius eiuſdem Cardinalis: *Lugduni ſcias poni, non quòd fuerit Epiſcopus Lugdunenſis, ſed quia apud Lugdunum occiſus eſt, ex Adone* [o]. *Agit de eodem author Beda 23. Maij, qua die martyrio occubuit iuſſu Brunichildis. Nam hac die Viennam in ſuam Sedem priſtinam venerandum corpus eius* [p] *tranſlatum eſt.* Itaque ſic clariùs in partes deſignat Baronius obſcuriores laxioréſve Vſuardi & Bedæ ſermones: maximè bis. Præterid quòd ipſi eum Deſiderium vocant ſolùm Confeſſorem, vnà cum Breuiario Lugdunenſi ſemel commemorante [q], & cæteri Martyrem. Hac enim diſcrepantiâ epitheti non proinde cognominantur duo inſuper alij Deſiderij: vnus Lugduni Confeſſor, & alter Viennæ Martyr Antiſtes. Nam illic Beda, Vſuardus & Breuiarium nomen Confeſſoris latiùs aſſumunt, quatenus omnis verè Martyr in confeſſione fidei orthodoxæ moritur, non quo pacto antitheton eſt ad martyrij in Eccleſia qualitates, ſeu ad ordinem ſtatus ac perſonæ, cùm reliqua adiacentia eò minimè conducant. Adcóque locus territorij Lugdunenſis, in quo Deſiderius Lugdunenſis occubuit, aduentitius ei fuit; quòd ſcilicet dum rus proficiſceretur extra ſuam Diœceſim, fortuitus hoſtiũ occurſus, qui accepta occaſione quærebant animam illius, eum deprehẽdit, vbicunque hunc nanciſci potuit: vt tenuis & fallax ſit Campegij [r] illatio haud quaquam ſocius annexus concors ac vnanimis. Tertia ratione, amotio Deſiderij, ne Lugduni ſederit, pendet rurſus ex eo quòd nequiuit ſupereſſe vacuus vllus locus, quo ibidem fulgere potuerit. Nam [s] ex Sigiberti Chronico & Paulo Æmilio [t], quos ſequuti ſunt Baronius [t] atque Sauaro [o], nefandum parricidium in Deſideriũ perpetratum euenit præcisè anno ſalutis DCXII. quo tempore & circumiectis annuis ſpatus ſacras infulas geſtabant Lugduni Ætherius, Secundinus & Dalfinus inuicem ſucceſſores; equidem adeò ſtricta viciſſim intercapedine ac duratione ſatis comprobata diſſidentes, vt impoſsible fuerit Deſiderium his ne latum vnguem commiſceri. Maximè quia oportuiſſet tum eundem Deſiderium præceſsiſſe Secundinum [u] cum Dalfino, quorum cuique ne vix biennium integrum relictum viſum eſt, tum ablegaſſe omnino Ætherium, vt alteri ceſſerit. Quartò, Annonius & Appendix Gregorij Turonẽſis hæc dictitant [x] de Aridio ferè mox ſuccedente ad hunc Archipræſulatum. *Anno octauo* [y] *regni Theodorici de concubina naſcitur ei filius, nomine Childebertus, & Synodus Cabillono colligitur: Deſiderium Viennenſem Epiſcopum deiiciunt, & inſtigante Aridio Lugdunenſi Epiſcopo & Brunichilde, ſubrogatus eſt loco ipſius ſacerdotali officio Domnolus: Deſiderius verò in Inſulam quandam exilio retruditur.* Præter quos barbaros conatus cædem viri ſuperiùs depictam ſic paulò infrà renouat Author [z] ibidem ad hominis propoſitum. *Anno vndecimo* [a] *Theodoricus conſilio Aridij Epiſcopi Lugdunenſis perfidi vtens, & perſuaſu nanta ſua Brunichilda ſanctum Deſiderium de exilio egreſſum lapidare præcepit: ad cuius ſepulchrum miræ virtutes à die tranſitus ſui Dominus integra aſſiduitate oſtendere dignatur*: Sane, poſito hoc tam vehementi niſu anno 612. in Deſiderij obitu. Igitur tunc Lugduni ſedebat Aridius. Et quia ſimul duos Præſules eandem occupaſſe cellulam nefas eſt: concluditur Deſiderium haud pertinuiſſe ad Lugdunenſes. Sed interea vulgaris iſte calculus opportunè cenſetur efficere Ætherium ac Secundinum eidem Aridio concurrentes pari tempore: niſi forſan ſuberit allucinatio in conſcribendo quondam Aridio pro Ætherio: vel niſi certè

Non fuit Lugdunenſis Antiſtes, ſex demonſtrationibus.

Vtraque ex Martyrolog.

It dictus Martyr & Conf.

III. demõſtr. ex impoſſibilitate ſitus temporanei.

IV. ex hiſtoriis Aridij tunc Epiſcopi Lugdun.

Fauit illius neci.

[h] Diſtante Chronico Sigibert. qui præfatum Theodoricũ nominat nepotis patronũ: & Tillius eſſe filium ancſtricis in Tabul. ao. 600. i nu. 33. §. 4. in 6. recognit.

[k] 23 Maij.

[l] Burgundi, filij Sigiberti Auſtraſ. Reg.

[m] an. 346. Onuphr. vel 400. Sigibert. & Baron. eo die 23. Maij.

[n] 11. menſis.

[o] in ſuo item Martyrol. hac die 11. (ait Baro.) & in Chronico eit.

[p] ad eũ Greg. Magn. li. 5. ep. 54. li. 7 ep. 16. & li. 9. ep. 48.

[q] 11. Februar.

[r] ſeorſum an. 1537 & apud Democh li. 2. c 27.

[s] in Clotario 2 ad me 1.

[t] to. 8. pag. 124. Antuer. ſub an 6. Bonif. P. 4.

[u] In Sidoni. li. 7. cp. 15.

[x] Ille li. 3. c. 93. hic li. 11. cap 25.

[y] an 608 ex Tab. Tulij.

[z] c. 31.

[a] fol. 612.

alia exactior ſupputatio ſeſe offerat, quo eius ſeculum ac Deſiderij trucem differat ac remit-
tat ad annum ſexcenteſimum vigeſimum vſque. Vbi copulatè ipſum Aredium ſanctimo-
nia vitæ deinceps præditum oſtendimus [b]. Ex qua ſingulari morum virtute liquet, aut eum b ar. 40.
ergo deceptum in cauſæ notitia ad necem promouēdam, aut valdè pœnituiſſe, ſi fortè ſcien-
V. ter crimen aliquod in ſanctum virum perpetrarit. Iam tamen pro quinta ſoliti thematis ra-
tione, in his omnibus allegatis ritè ſequitur, tum quòd recentiores Rubricæ hodierni Bre- c pa. 431.
uiarij Lugdunenſis [c] ex errore calcographi, vel non aduertentibus hoc ſeculo hominibus, hęc Lugd. 1584. in 8.
ſtatuerint. *In natiuitate Deſiderij Epiſcopi Lugdunenſis & Confeſſoris*: tum quòd ad eius colle-
Ex Breuiario. ctas iubeatur proferri, *atque Pontificis.* Quaſi velit locus mente concipere Deſiderium ad
Lugdunenſe faſtigium ſpectaſſe. At nihil minùs. Nam vetus ac tutius Breuiarium Came- d in fo. 234.
ræ eiuſdem Diœceſeos, quod ingens legi [d] editum curâ Reuerend. Caroli Borbonij Archi- e nu. 124. infra.
præſulis [e] ad annum milleſimum quadringenteſimum ſexageſimum ſextum Deſideriū vo-
car [f] ſolummodò Confeſſorem, & minimè Lugdunenſem. Creditur tamen Eccleſiam Lu- f renouata
gdunenſem idcirco diuina peragere Officia de ſancto illo viro, ex parte in piam eius recorda- edit. an. 1559. fo. 326
tionem, tanquam vicinioris Præſulis: & partim quia miraculis claruerat in agro alieno [g] ſeu g vulgò à S.
VI. Demóſtr. ex Tabulis. Diœceſi Lugdunenſi, ad cuius limites vitam pro Chriſto poſuit. Vnde ſexta & vltima ſub- Dider de la Chalarone.
iecti ratio eſt, quòd reuera Demochares atque Villarius, ab illis priſcis ſapienter edocti, pręfatum ſanctum Deſiderium in directa categoria Tabellæ Viennenſis celebrem conſcripsêre, ex iam allegatis. Vndę ſanctus Papa Gregorius Magnus ad eum Deſiderium itidem * li. 4. ep. 54. li. 9. ep. 48.
Viennenſem ſcripſit *.

XXXIX. *Paragraphus* 1.

Sententiæ de Chagnoaldo Laudunitradendo. CHAGNOALDVS, ſic nuncupatus pro Lugduno apud Bedam, & Surio dictus a to. 6. in vita
Canoaldus [a]; prateritur quoque citra Dalfinum à duobus Tabularijs ſeorſum ac S. Columban. c. 17 pag 537.
in ſuo Demochare. Sed habemus de hac illius hiſtoria primarium illum veneta- ad marginē.
bilem Bedam, & cæteros omnes valdè receptos in Eccleſia. Equidem certè is An-
tiſtes, à nonnullis tamen creditus eſt potiùs Laudunenſis Eccleſiæ Epiſcopus ſub Rhemenſi
Archipræſulatu, quam Archiflamen Lugdunenſis: tum propter id Tabulariorum ſilentium; b 29. mart. pa. 199.
tum maximè eò quòd Franciſcus Haræus recens vitæ Sanctorum recognitor [b], poſtquàm
in hiſtoria S. Euſtachij [c] retulit textum Ionæ Abbatis, qui recordatur *Chagnoaldi Lugduni Præ-* c ſeu Euſtaſ. apud veterē
ſulis, monet & dicit ad marginem his verbis, *Lauduni, ita Molanus*: paritérque Surius, *Lau-* Bed. to. 1.
duni clauati Pontifex [d]. Vt fortè ſit is, quem Demochares quintum ordine ſtatuit Laudu- Har. p 299.
ni [e], & appellat ſanctum Gaynaldum, vel quem legimus ex Flodoardo [f] nomine Chainoal- d in ſuo contextu.
Lugduni collocatur. dum in Concilio Rhemenſi. Quaſi exin concipiant à Typographis commiſſum illum erro- e li. 2. c. 26.
rem in Vrbis nomenclatura, & poſitum, *Lugduni*. Verùm cogimur admittere eundem luben- f pa 103.
tius apud Lugdunenſes ſolium collocaſſe, multis de cauſis. Imprimis, quia præfatus Beda [g] & g to 3. Oper. in vita 3. Columb c. 16.
Ionas Abbas, coętanei authores, ac velut fratres [h] Chagnoaldi, diſertè in vita ſancti Colum- h eiuſd. Ord.
bani Abbatis hunc textum efferunt: *Patrem communem Columbanum ad me venire compelle.* Et Monaſtici.
Vndecim probationum genera. poſt pauca. *Quomodo autem beſtiæ & volucres viri Dei parerent imperio, non eſt ſilendum. Nam
Chagnoaldum Lugduni Pontificem, qui eius miniſter & diſcipulus fuit, nouimus referentem, quòd
teſtabatur ſæpe vidiſſe, cùm in eremo vel ieiunio vel oratione vacans deambularet, ſe eſſe ſolitum feras beſtias ac aues arceſſere, quæ ad imperium ſtatim eius veniebant.* Scripſit autem Beda ad an-
I. num DCXCII. [i] diu poſt euentum. En iam Archiepiſcopus recitator miraculorum ſui prę-
ceptoris. Secundò, iidem rurſus duo vetuſti authores in vita ſancti Euſtachij ita loquun- i ex S. Anton 2 Par. hiſtor.
II. tur [k]. *De Fratribus ſub eius* (*Columbani*) *regimine conſtitutis, poſtea plures Eccleſiarum Præſules* Tit. 13. c. 3. init. & an. 696
extiterunt: Chagnoaldus Lugduni, Acharius Viromandorum & Nouiomenſis Epiſcopus, Rachmaca- ex Sigibert.
III. *rius Auguſtoduni, Audemarus Bononiæ, &c.* Tertiò, audiamus mox eundem virum cooperato- Obiit an 733
tem diuinorum prodigiorum ſui denuò Abbatis & Didaſcali S. Columbani, ex Surio: etſi ex Trit. de viris illuſtr.
Author nondum tunc hominem Epiſcopum aſſeueret. *Eodem tempore cùm vir Dei ſub quo-* li. 2. c. 21 &
dam ſcopulo ruris poma in cibum caperet, venit vrſus voracitati addicta fera, cœpit neceſſarios deuo- li. 3. c. 155.
rare cibos, paſſimque poma ore detrahere [l]. *Cùmque hora refectionis adeſſet, Chagnoaldum miniſtrum* k col. 137.
vir Dei ire iuſſit, & conſuetam pomorum menſuram afferre. Abit ille, vidétque vrſum inter frutices l to. 6. c. 19. pa. 545.
Miraculum. *rubóſque peruagari, & poma lambendo carpere. Itaque feſtinus redit, Patrique indicat. Ille imperat,
vt eat, partémque fruticum relinquat feræ, aliam partem ſibi iubeat reſeruari. Redit Chagnoaldus,
iuſſa Patris exequitur, diuidit virgâ frutices rubóſque poma ferentes, ac iubet vt fera parte ſua contenta, reliquam ſinat cedere in vſus viri Dei. Mira in fera obedientia: nequaquam auſa eſt ex prohibita ſibi parte cibos carpere, ſed in ea ſola, quæ permiſſa ei erat, eſcam captauit, quandiu eo in loco vir*

Dei

Dei commemoratus eſt. Quartò, Baronius tantum denuò virum prædicat apertè Lugdunenſem Archiantiſtitem, ex facta conſequenter vberiore periodo ſecundæ authoritatis. IV. prob. *Carens Columbano Clotharius Rex Francorum* (inſit) *eius diſcipulo & ſucceſſore in Luxonienſi Cœnobio Euſtaſio fruebatur. Adeóque coluit Monachos eiuſdem Luxonienſis Monaſtery: vt ex eo complures ad Epiſcopatum promouendos curarit: recenſentur hi à Iona in Euſtaſio, Chagnoaldus Epiſcopus Lugduni, Acharius Viromandorum & Nouiomenſis ac Tornacenſis* m, *Rachnacarius Auguſtoduni* n *& Baſileæ* o, *Audemarus Bononiæ & Tharonenſis oppidi.* Author verò hunc catalogum eiúſque ſeculum inſculpſit anno ſalutis ſexcenteſimo decimo ſexto p. Ex cuius rei cauſa ſanè Chagnoaldum Dalfino ſucceſſiſſe fecimus hoc ordine & Numero XXXIX. An. 616. propiùs emenſo ante Aridium: & meritò. Quin imò ſi aliud probabile non obſtet in Aridio legendum, totus cenſetur is Chagnoaldus iure retrahendus ad ſequens triennium; vt Dalfino duos ampliùs annos tribuamus, quorum ope quadriennium ſaltem in totum ipſi concedere fas ſit: ne ſolum biennium ei ſuprà exporrectum aduerſetur Vuilfrido cum inuiſenti intra quatuor ad minus annos.

m Túc vnus ferè & idem Epiſcopatus. Democ. li. 2. c. 15. Sanctus nu. 19.
n Non in Democ. c. 28. Nam S. Ragnacharius eſt ibi alius æquo, o nec ibi c. 31.
p to. 8. ann. 615. & 616. col. 314. nonaginta.
q nu. 37. § 1.

Paragraphus 2.

V. probatio. QVinto loco, ſcitote quòd author Faſciculi temporum Chagnoaldi meminit, ipſumq; efficit Lugdunenſem Antiſtitem, quanquam citiùs paulò r. Et has partim Scripturas repetit Haræus pro Euſtachio, at non vbique ex ſerie pro Columbano s perſecutionem paſſo iuſſu Brunichildis. VI. Sextò, quando idem Harçus ad hunc effectum citat Molanum: profectò aduertite obiter quòd nec proinde Ioannes Molanus, nec textus Martyrologij Vſuardi, quem ipſe Molanus commentatur, aliquid de Chagnoaldo planè edixerunt in depoſitione ſanctorum Columbani atque Euſtachij, vbi præſens controuerſia typis mandari debuit; cùm vtrobique ſcribat Vſuardus de Columbano & Euſtachio Abbatibus Luxouienſibus t, quòd ille *innumerabilium Pater extitit Monachorum*, hic *fermè ſexcentorum* u. Monachorū legio. At proculdubiò inter tantos, nec Chagnoaldus, nec alius quiſpiam ibidem adnominatur: vt ne que adfuit alius ſcriptor qui vocetur Molanus. Et tamen remanet Chagnoaldus verè Lugdunenſis Antiſtes. VII. Septimò, idem Ioannes Molanus in locum præfatum admittit prorſus allatos omnes textus, nec meminit ſimilis emendationis, quam conſcripſit Harçus. Duntaxat ſentit hiſtoriam eſſe primùm Ionæ x, non Bedæ, adeóque eam ad integrum pro nobis lubèns ſuſcipit. Et quamuis alibi Laudunenſem Sedem Chagnoaldo extra propoſitum attribuiſſet recens iſte Molanus, aut Haræus: tamen niti hæc leuior obiectiuncula poſito firmiori aliquo fundamento in aduerſum fulciatur, vix alicuius eſt roboris. Quibus in rebus prudens Lector ſibi non perſuadebit errorem videri commiſſum in editione Operum Bedæ: ſed potiùs credatur perpetratus in recentiore editione Haræi. Nam Conradi Geſneri Bibliotheca, qui ſingulas authorum calcographias in memoriam reuocare aſſolet, vnicam pro Beda declarat Baſileæ factam anno 1563. quam mox præ manibus habemus, & terimus. VIII. Octauò, alius prætereà lapſus legitur apud Tritemium, tum in titulo y, tum in tardiore anni nota, libro de viris illuſtribus. Siquidem Titulus Chagnoaldum inſigniuit Meldenſem Epiſcopum, & textus Lugdunenſem. Igitur vel falſa eſt iuſcriptio, vel dicendum eſt ipſum Antiſtitem à Meldenſi Sede ad Lugdunenſem tranſlatum; quinimò etiam à Laudunenſi. Illa autem ſegnior temporis ſculptura ſi locum haberet: ſanè Chagnoaldus inter Viuētium & Gaudericum Archiepiſcopos reponendus eſſet, & quidem ex veriſimilibus infrà z. At neutrum ſufficienter hactenus demonſtratur. Editiones erroneæ. Ergo vndique perſtat vera ſemper noſtra affirmatio, vix hactenus euertenda, donec forſan efficacius empodiſma appareat, quod poſthac infirmaret, ſi res tandem eueniat. Cæterùm Demochares aut Ioannes Chenutius nullum omnino Chagnoaldum Meldis tribuunt in Tabulis a. IX. Nonò, idem Demochares in Catalogo Antiſtitum Laudunenſium Chagnoaldum haud disertè recenſet. Et quamuis ſanctum Gaynaldum ſolo nomine conſcribat: nihilominus vocis diſcrepantia, & ambigua ſui æui lux, necdum clariùs allata, fidem indubiam non efficit, quòd ſit idem naturæ indiuiduum Sede mutatum, vel quin iſte cognomine Chagnoaldus vnis concedatur Lugdunenſibus poſt firma ſatis teſtimonia. X. Decimò, eſto quòd eadem ſit prorſus nomenclatura: tamen nunquid duo Antiſtites facilè potuerunt iiſdem planè nominibus atque diebus totidem moderari Eccleſias in vniuerſis Galliarū partibus b? Nam ſic legimus c duos viciniores d Burchardos Lugduni & Viennæ ſimul aſſidentes Archiepiſcopos, præſertímque ſuffragia ſua eodem in Cōcilio ſuo ferentes; itémque duos Virgilios Maſſiliæ & Arelate Epiſcopos, ad quos binos ſcripſit vnus ipſe Gregorius * Magnus Pontifex.

r an. 604.
s pag. 198. & 1031. Lugd. an. 1595.
t Gallis Munaſterium de *Luxeu en la Franche Côté de Bourgōgne*, in limitibus Lotharing.
u Feſta 29. Maii & 29. Nouembr.
x ſcripſit an. 630 ex Conr. Geſnero.
y l. 3. ca. 69.
z n. 41. & 42.
a li. 1. c. 19.
b Celtica & Belgica bimilliarib. 115
c nu. 22. § 3. ad 4. obiectioné. & ſub Gauslenn ad Manaſſ. n. 31.
d tomillar. § li. 2. ep. 45. li. 4. ep. 51 li. 9. ep. 49 diſt. 19 can. *Ad hoc* 96

Paragra

Paragraphus 3.

XI. probatio. VNdecima & poſtrema conquiſitionis ratio pender, tum ex inueſtigatione prouincialis alicuius Synodi, quam ferunt illis temporibus Rhemis primò conuocatam, tum ex varijs ſaltem opinionibus & ſolutione oppoſitionum inde emergentium: hîc ſeorſum meritò diſputata. Mulra ſunt enarranda per ſubdiuiſas vices, hauſta ex Flodoardo quondam Presbytero Canonico Rhemenſis Eccleſiæ in libris quatuor hiſtotiarum eiuſdem Baſilicæ; nunc primùm latinè ac multò auctiores quàm antea, cum appendice & aliis Opuſculis editis ſtudio Iacobi Sirmundi [e]. Imprimis ergo proponendi fuerunt Patres ex hoc Authoris ſtylo. [e Pariſ. 1611.]

Concilium prætenſum Rhemis.

Sex obſeruātiæ pro Chagnoaldo Lugdunenſi.

Romūlphum ſequitur in Epiſcopatu Somiatius: qui Synodum celebraſſe reperitur, cum aliis quadraginta vel eò ampliùs Galliarum Epiſcopis. Vbi etiam ſanctus Arnulphus Metenſium Præſul inuenitur interfuiſſe, cum Theodorico.

1

3 *Lugdunenſi* (ait locus *.) [* li. 2. c. 5. pa. 103.]
4 *Sindulfo Viennenſi.*
5 *Sulpitio Bituricenſi.*
6 *Modegiſelo Turonenſi.*
7 *Senoco Eloſanenſi.*
8 *Leontio Santonenſi.*
9 *Modoaldo Treuerenſi.*
10 *Chuneberto Colonienſi.*
11 *Richerio Senonenſi.*
12 *Donato Veſontionenſi.*
13 *Auſpicio Auguſtodunenſi.*
14 *Modoaldo Lingonenſi.*
15 *Ragneberto Baiocenſi.*
16 *Childoardo Abrincatenſi.*
17 *Bertegiſelo Carnotenſi.*
18 *Palladio Antiſiodorenſi.*
19 *Gondoaldo Meldenſi.*
20 *Leudeberto Pariſiacenſi.*
21 *Chainoaldo Lauduni.*
22 *Godone Virdunenſi.*
23 *Anſerico Sueſſionenſi.*
24 *Claudio Reienſi.*
25 *Bertoaldo Cameracenſi.*
26 *Agomaro Syluanectenſi.*
27 *Cæſario Aruernenſi.*
28 *Vero Rutenenſi.*
29 *Agricola Cabalenſi.*
30 *Lupoaldo Maguntiacenſi.*
31 *Vuillegiſelo Toloſano.*
32 *Conſtantio Albienſi.*
33 *Namatio Ecoleſmenſi.*
34 *Ruſtico Caturcenſi.*
35 *Auderico Auſcenſi.*
36 *Emmone Areſetenſi.*
37 *Felice Catalaunenſi.*
38 *Hadoindo Cenomenſi.*
39 *Magnebodo Andegauenſi.*
40 *Ioanne Pictauienſi.*
41 *Leobardo Nantico, in qua Synodo multa leguntur vtilia conſtituta.*

II. Secundò, aduertendum eſt, quòd etſi author non deſignarit præciſè tempus celebrati Concilij: tamen cenſetur intendiſſe, quòd ſolennia tanti cœtus viſa ſunt circa annos DCXVI. aut DCXX. aut XXXII. ad ſummum. Verùm certè iſtud audi. Hiſce annis ſacer Annaliſta Baronius ac Genebrardus in Chrouologia, qui Synodos quaſque recenſent, non meminère Rhemenſis alicuius hoc toto ſexto ſeptimóque Euangelij ſeculo. Quinimò primum Rhemenſe à Genebrardo conſcriptum, allatum eſt ſub annum octingenteſimum decimum tertium duabus infrà centuriis, quod certè erit ſecundum ibidem. Tertiò, ſciendum quòd fallax eſſe putatur iſte catalogus Patrum in illa Synodo conſiſtentium: quia permulti aliis longè ſeculis floruerunt, quàm eo tempore ſuprà conſcripto, ex his quæ narrat Demochares, vbicunque diarium fideliter adnotare potuit, & inde Chenutius. Vnde pariter fas eſt

III. obſeruantia octuplex.

616. de reliquis Epiſcopis in ſimili alluçinatione aut dubietate ferre iudicium. Nam verbi gratià I. Sindulphus ſedit Viennæ multò tardiùs quàm præſcribant ſupetiores calculi Flodoardi: eò quòd idem Demochares [f] annotat Clarentium Vionnenſem proximum anteceſſorem [f li. 2. c. 29.]
1. ſacra Archipræſulis munia ſuſtuliſſe, quandiu Romæ ſedit Vitalianus, qui in ſupremo Pontificatu percurrit ſolares curſus tredecim [g] ad annum vſque ſexcenteſimum ſexageſimum [g ab 655. Baron.] octauū, & Sindulphus vegetauit ſub Conſtantino ſeu Cōſtantio 3. imperante ab anno ſexcenteſim. quadrageſ. ſecundo ad annum ſexcenteſimū ſexageſimum octauum citato Ioanne Boſco id in Viennenſibus atteſtante *. Igitur nequiuit, Sindulphus Rhemos accurriſſe ad Synodum ſub annis DCXVI. aut DCXXX. ſub titulo Archiflaminis, cùm necdum tunc vices Epiſcopales obiret. Perindéque vel mendax eſt Patrum catalogus, vel Concilium ſetiùs aggregatum videri oportet. [* pa. 39.]
2. II. ſanctus Sulpitius huius nominis ſecundus Bituricenſis Epiſcopus cœpit ann. 628. ex Ioanne Chenutio, atque habet anteceſſorem D. Auſtreſigillū ab anno 623. ex eodem vel ſub anno 640. ex ipſomet Demochare [h]. Vnde ſimiliter con- [h li. 2. c. 24.]
3. cludendum, vt in præfato Viennenſi. III. Leontius Epiſcopus tertius Xantonenſis ſic vixit; vt primus, nimirum ſanctus Eutropius, tenuerit annum Chriſti XCVI. & octauus ſanctus Troianus annum CCCLXXX. nec alius ibi apparet poſteriùs ſediſſe nomine Leontij, niſi veriſimiliter apponamus ſecundum longè inferiorem poſt medios alios. Ergo vel eſt depra-

uata

uata verſificatoris Flodoardi ſcriptura, vel malè comparatum à Demochare & Chenutio
4. exemplar. IV. Richerius Senonenſis vnicus ponitur in ipſis Demochare atque Chenutio
tardior multò poſſeſſor Cathedræ, ſcilicet ab anno 1062. ad annum 1096. de quo nos infrà
ſub Hugone I. [k] Archiepiſcopo Lugdunenſi: Qui certè Richerius ſynchronus Hugoni [k] Archiep. 74 Democh. c.1.li.2.
erit ſecundus, ſi iſte Synodi Rhemēſis ſtatuatur tanquam primus huiuſce nominis ad ſepti-
mum Eccleſiæ ſeculum, nimirum collocabitur, vt cenſent nonnulli, inter S. Arthemium Se-
nonibus emortuum anno 609. & ſanctum Lupum obeuntem anno 631. ambos Senonen-
ſes in duobus allatis Authoribus. His interea poſitis, ſanè antiquiùs credetur Rhemenſe
Concilium, quàm ferant cætera recognita Antiſtitum circumiacentium tempora. Neque
rurſus iſtud Richerij Chronicum adhærebit cunctis aut ſingulis alioquin Suffraganeorum
5. diariis. De quo nihil apud Tauellum in Senonenſibus Epiſcopis. V. Donatus floruit Bi-
ſuntinus Epiſcopus ante annum trecenteſimum ſeptuageſimum tertium apud Democha-
rem [l], itémque apud Chiffletium pagina 158. anno 634. Cui verò magis credendum exi- [l] cap. 31.
6. ſtimo, poſteriori velut locis propinquiori. VI. Auſpicius Eduenſis viguit Epiſcopus quar-
tus ante S. Siagrium fratrē Brunichildis, & reſidentē in Concilio I. Matiſconenſi anno 558.[m] [m] c. 28
Ergo Auſpicius ille auſpicatus eſt altiùs quàm par ſit, videlicet ad annum circiter quingen-
teſimum, vno ſeculo priùs, minimè concurrente Synodo Rhemis acta. VII. Gondoaldus, [n] c. 19.
7. Demochari [n] Guidoaldus, tertius ante ſanctum Pharum ibi factum Epiſcopum anno tan-
8. tùm ſexcenteſimo vigeſimo. Hinc ille prior, altior æquo euaſit. VIII. Anſericus Sueſſio-
num, apud Democharem Auſericus, viceſimus ibidem, ſedit quintus poſt Autcharium 16. al- [o] c. 15
lic epiſcopantem anno ſexcenteſimo ſexageſimo nono ad ſummum [o]. Qua in multiplici
Impreſſio fallax. peruerſa editione non equidem damno Flodoardum aut imitatorem Sirmundum, tanquam
reos culpæ, aut quòd ſcientes mendum patrarint. Hanc enim bonam fidem eiſdem attri-
buimus & condonamus. Sed arbitramur archetypum MS. è quo ipſi materiam expiſcati
ſunt, ignoranter, & craſſiore penicillo delineatum. Sic enim plerique veteres Scribæ (Co-
piſtas vocant) frequenter ſpernebant ſuo eruditè & cautè fungi munere. Deinde verò au-
thores, è quorum re & ſcopo vix fuit ſingulas pagellas exactiùs venari, contenti autogra-
phum qualecunque adſequi, ita poſteros hodie oculatiores in oblata occaſione valdè oppor-
tuna, fallere non dubitarunt. Nos autem quibus cordi eſt, vt hoc nunc exequamur officium
IV. Obſeruantia. ſyncerè pertractandi negotium, dum ea iuſſa prouincia ſuſcipienda fuit: ſanè hac vice id
pleniùs multò percontari debuimus, in gratiam nitidioris Chagnoaldi veritatis. Vnde,
quò ſuſceptam & cœptam de illis Concilij Patribus expoſitiunculam abſoluamus, ſic
quenque hortamur, vt ſequitur pro quarto generaliori dicendorum ordine ex compro-
miſſis. Multi de cæteris Epiſcopis ibidem præſentibus obtinent quidem eaſdem ſuas ap-
pellationes, quales retinent in Demochare, aut quas ipſe eis indidit. Verùm is nuda & ſo-
litaria porrexit nomina. Adeò vt confuſa methodus nequaquam diſcernat, an illo ſimul tē-
pore comparuerint, quo leguntur Rhemis forſan coadunari: valdéque cenſeutur ad id æuum
ancipites, cùm nihil coniectari liceat, niſi quòd videantur vtcunque propinqui. Sunt autem
hi omnes ſub iiſdem nominibus vbique: Palladius [p], Cæſarius [q], Felix [r], Hadomdus [ſ], S. Ma- [p] c. 19.
gnebodus & Ioannnes Pictauienſis [t]: præter tres primos, Sonnatium Rhemorum [u], S. Alnul- [q] c. 25.
V. Obſeruantia. phum [x], & Theodoricum Lugdunenſem Archiepiſcopum, de quo nos infrà ſub Tetrico & [r] c. 15. [ſ] c. 26.
Gaudenco verè Lugdunenſibus [y]. Quinto loco alij inſuper hic extant Antiſtites, quorum [t] c. 28.
affines nomenclaturæ ita immutantur apud Democharem, citra perobſcuras vtrobique æ- [u] c. 14.
tates, vt varias lectori offundant tenebras, iuxta expetendam perſonā. Taléſque viſuntur iſtic [x] c. 31. [y] nu. 41. 43. 44.
cum diariis rurſus haud competentibus. Modoaldus Treueris, is fortè qui nuncupatur De- [z] c. 33.
Epiſcopi Concilij quales. mochari [z] Rodoaldus anno 646. item Modoaldus Lingonibus, Antonio Mōchiaceno Me-
doaldus abſque temporaneis vllis ſcrupulis. Bertegiſelus Carnuti, dictus alteri [a] Bertharius [a] c. 18.
anno 655. vel ſucceſſor Berthegrannus, an. 679. nec aliùs ibi adeſt voce propinquior. Gon-
doaldus Meldis, iuxta Democharem Guidoaldus [b] ſine tempore. Leudebertus Lutetiæ, pro- [b] c. 19.
toauthori Leuthbertus [c], chronico ſpoliatus. Bertoaldus Cameraci, dicitur illi Bertoldus [d]. [c] cap. 18. [d] cap. 15.
Chainoaldus Laudunenſis, eidem Gaynaldus, de quo ſuprà [e]. Agomarus Syluanecti ipſimet [e] c. 16. & ſupra §. 2. fin.
Agmarus [f]: cuncti extra chronologiam. Ac tandem Chunebertus, huic Cunibertus [g] anno [f] cap. cit.
653. Iam pro ſexto atque poſtremo ordine, reliqui ſuperſtites Prælati in Synodo ſuffraga- [g] cap. 36.
tores conticuêre penitus apud Democharem: ſiue partim Tabellas nonnullorum efforma-
rit imperfectas, ſiue partim nullas dederit quarundam Diœceſeum. Vt pote Senoco non ia-
VI Obſeruantia. cet in Tabula Lauſanenſi Democharis [h]: Ragnobertus Baiocenſium nullibi pater, ni [h] cap. 13.
fuerit altior æquo Rognobertus, anno ſalutis nonageſimo [i]. Childoaldo caret Tabula Ar- [i] cap 21. [k] ibid.
boricenſis ſeu Abrincenſis [k]: itémque Virdunenſis Godone [l]. A Turonenſi catalogo de- [l] c. 11.
letur Modegiſelus [m]. Nullus Vuillegiſelus in Toloſano breuiario [n]: neque Lupoaldus in [m] c. 22. [n] c. 31.

R Mogun

Moguntino o. Denique non expreſſit Demochares vllas appendices Epiſcoporum Reienſis, n c. 31.
Cabalēſis, Albigēlis, Ecoleſmenſis, Cadurcenſis, Auxitani & Arcſetenſis. Neque ad extremū o 34.
Illi, quando. collocautur Verus in Rutena p aut Leobardus in Nannetenſi q Tabellis exiguis. Eáque de- p c. 25. 20. 1. q c. 25.
mum ratione hic fremit vndequaque, nec tuta eſt aſſertio Chagnoaldi in Laudunenſi Ec-
cleſia, dum cæteræ partes totius Epiſcopalis coronæ Rhemis circumactæ tremunt & infir-
mantur, vbi is adnominatur. Quapropter ex oppoſito Lugduni aſſignetur fas eſt. Quòd
ſi anguſtus paulò videatur locus ſiſtendi hunc ſanctum Chagnoaldum Lugdunenſem in iſto
ante Aridium ſitu: ſaltem limites ei imponantur immediate poſt Tetricum atque Viuen-
tium Archiepiſcopos r: apud quos & ſucceſſorem Gaudericum amplior intercapedo la- r nu. 42. §. 1.
tiſſimaque diſtantia vacuum ad id præbet aditum: necnon Synodalis hinc retardatio for-
taſſis iucundior teſtatur, quò Sedes ad plures annos incrementa ſuſcipere queat. Vel deni-
que: poſitis duobus Chagnoaldis: Lugdunenſis hic nunc collocandus eſt, tum Laudunen-
ſis paulò pòſt, ad tempora Theodorici & Gauderici Lugduneorum aut circiter.

XL. *Paragraphus* 1.

SANCTVS ARIDIVS, is eſt de quo Supplementum D. Gregorij Turonenſis
dicit, quod *Anno VIII. Regni Theodorici, inſtigante Aridio Lugdunenſi Epiſc. &
Brunichilde, Deſiderium Vienn. Epiſc. deiiciunt, &c.* Húncque textum iam pluri-
bus in Dalphino Archipræſule propoſuimus a. Ex qua generaliori nota ſub- a nu. 38. §. 3.
oritur nobis multiplex controuerſia, tum de ipſa re hiſtorica, tum de chrono-
logica iſtic meritò dirimenda ac ſubalterna. Nam priore themate deprehen-
dimus quatuor in Galliis Theodoricos circa totum id ſeculum regnaſſe. Quam homonymiā
primùm detegere conuenit, vt poſterius thema diſertè excutiamus, nempe iuſtiſſimum A-
ridij chronicon. Ergo integram genealogiam veterum horum Regum ſic paucis aſſerimus
circa breuiorem eorundem anacephalæoſim & portiunculas latitantes in Archiantiſtitibus
Quatuor Theodorici Reges in Frācia. Priſco b ac Æthetio c ſuprà agitatis. Clodoueus Chriſtianorum Regum primus in Galliis, b nu. 3. §. 2. c nu. 36. §. 1.
ante ſuſceptam à ſe fidem catholicam genuit ex pellice Theodoricum effectum Auſtra-
ſiæ d ſeu Galliæ Belgicæ Regem: deindéque ex pia vxore legitima Clotilde (ſacræ conuer- d deinceps nuncupatæ Lotharingiæ Sedes in vrbe Metenſi.
ſionis origine) Childebertum, aliis Charibertum, ſeu Aribertum, & Clotarium I. Ille creatus
eſt Pariſiorū Rex, ſcilicet Galliæ Celticę & totius Aquitanicæ, ad quē ſcripſit Gregor. Pōtif.
Magnus *: tum iſte dictus Sueſſionum Rex, mediæ prouinciæ. In ſumma, tres ita ſibi di- * li. 4 c. 97.
ſtribuentes paterna iura anno ſalutis DXV. e Hinc Clotarius minor natu, ex Sueſſionibus e- e Id geſtum moriente Clodoueo.
uectus f ad Francorum ſceptrum per Germani Childeberti obitum, progenie carentis, na- f an. 560.
ctus eſt filium Sigibertum Metenſem & Alemaniæ Regem, præter maiores Cherebertum &
Chilpericum viciſſim Francorum Reges, ac citra Gunttannum Aurel:orum: omnes quatuor
fratres ſic legitimè emerſos g. Ex dictis, antequam promamus Chilperici ramos, aduerten- g ita patrimonium diuidentes an. 565.
dum quòd Sigibertus à latere derelictus ſuſcepit ex deſponſata Brunichilde Childebertum
Regem pariter Metorum ac Aureliæ, abnepotem anterioris Childeberti Francorum Prin-
cipis. Et ex illo ſecundo Childeberto nati ſunt Theodoricus item Metenſis & Burgundiæ
Rex; ac iterum Theodobertus Auſtraſianorum, occiſus adoleſcens: ſinguli regna capeſcen-
Hic de medio Theodorico. tes ſub auiæ tutela. Tum poſtea remeantes ad parentheſin, ex præfato Chilperico, qui re-
manſerat Franciæ rector i, oriundus eſt Clotarius II. k ex illo Dagobertus l I. ex Dagoberto i ab an. 574.
Clodoueus II. m & ex eodem Clodoueo Theodoricus Francorum moderator ab anno 680. k ab an. 588.
poſt fratres Clotarium III. n & Childericum II. o Atque idem Theodoricus apparuit qui- l ab 632. m ab 646.
dem tertius omniū in tota regia progenie. Sed tamen dictus eſt primus huius nominis Fran- n ab 662.
ciæ Rex: ac denique propatruus Theodorici ſecundi Regis, ſeu quarti * inter cunctos, poſt o ab 668. * creatus Rex ab ann. 727.
medios duos Patres ſuos, Childebertum & Dagobertum ſecundos. En ergo quatuor Theo-
dorici regio Francorum ſanguine creti. De quorum primo vix ſermonem inſtituit
Appendix Gregoriana, vt temporanea Aridij ſcrupula hinc metiamur: quia adiacen-
tes circunſtantiæ eò vſque attolluntur. Neque rurſus de tertio cenſetur author loquu-
tus: quia proximi euentus minimè patiuntur, vt Aridius tam ſerò deprimatur, quòd iniqui-
tatis negotium molitus ſit cum Theodorico Franciæ Rege Clodouei ſurculo. Igitur omiſſis
illis extremis, Gregorius mentis aciem ad ſecūdum tendit directè, velut medium iter verita-
tis. Qui medius Theodoricus Burgundiæ Rex Aridij ac fœminæ conſilio vſus eſt ad alium
Antiſtitem efficiendum Chriſti Martyrē. Hæc de anteriore propoſiti genere, quod fuit hiſto-
ricū. Poſterior autē ſubiecta eidē materia eſt ſyncera Aridij chronologia. Pro qua duę nōnul-
lorū ſentētiæ verſantur ob oculos, reſpectu inchoantis regni ipſius Theodorici. Nimirū vna

ſenten

ſententia emerſit ex Ioanne Tilleto: & altera, ex Baronio. Ille ſtatuit Theodoricum præclarè nominatum ſuæ Burgundiæ Regẽ anno ſalutis DC. ſub Brunichilde [p]: & anno DCII. Burgundiam in appẽnagio ſeu homagio Franceco collatam re ipſa eidẽ Theodorico, quaſi ſuis tunc iuribus mancipato. Iſte verò, nempe Annaliſta Cardinalis, tardior effectus adducit Theodoricum Regno Burgundiæ potitum hæreditario iure ab anno duntaxat ſexcenteſimo duodecimo, qui deprehenditur eſſe annus primus Heraclij Imperatoris, ex Abbate Vrſpergenſi [f] & S. Antonino Florentino [i]. Secundùm prius Chronicon octauus Gregorianus Theodoricianus incidit ad annum ſalutis DCVIII. vel DCX. quo Aridius viſus ſit Epiſcopum agere Lugduni. Atque hoc ſenſu deberet conſcribi loco ac vice Ætherij, ſi tandem ibi ſupereſſet vacuum aliquod annorum ſpatium (etſi hoc non videam) quos Aridius occupare & replere potuiſſet. At deinde, ſecundum poſteriorem Chronologiam, octauus Theodorici annus cadit in annum ſalutis DCXX. Et hoc pacto, ſi ea calculorum opinio fixa habeatur, Aridius hunc ordinem XL. conſequi debuit. Vnde iſtic ipſum hac vice reponimus, donec magis illuceſcat diarij ratio: tametſi interim libera cuique poſſit eſſe lectio, & optandi electio. Verùm enimuerò, opinor certè eum annum DCXX. minime primum effeciſſe tantæ Sedis huiuſce viri: quin potiùs ipſe quatuor iam antea annis ſederit, totidémque poſtea. Quippe priſcum Bellijocenſis Eccleſiæ Collegialis Martyrologium MS. ex antiquitate probatum hæc inſerit ac reponit *. *Lugduni ſancti Arigij Epiſcopi & Confeſſoris, qui rexit Eccleſiam annis octo, menſibus ſex obiitque LV. ætatis ſuæ anno.* Quæ nota, prætérquam Antiſtitem emerita ornat ſanctitate, etiam per octonarium ſolarium reuolutionum eidem conceſſum intend[illegible] Epiſcopalia munia inchoaſſe ab anno ſaluris DCXVII. ac finiſſe anno DCXXIV. vel ſequenti proximo tempore ſemeſtri, quo infrà docemus ſucceſſorem Tetricum duntaxat aſſediſſe. Adeóque proximi duo vel quatuor anteceſſores iſtius Arigij Cathedram delinearunt multò breuiorem quam mox pollicebamur in Chagnoaldo.

Chronologia Aridij biceps. — An. 617. 620. 624.

[p] in Latino exemp. art. Chronici. [q] in Gallico ſuo Chron. [r] to. 8. p. 220 Antuerp. [f] in Chronic. pa. 150 Baſil. 1569. [i] Pat. 2. ſui Chron. Tit. 1. c. 4 §. 2. 3. * Ad Theodoricum ſcribit B. Greg. Mag. li. 9. c. 118. li. 7. c. 14. li. 11. ca. 8. & ad Brunichildẽ l. c. 113. li. c. 51. 105. 119. * 4. Id. Aug.

Paragraphus 2.

Hiſce verò abſolutis de prima Aridij nota & ſel[illegible] pergimus ad ſequentem continuam ipſius cathedram. Dum Gregorianum ſupplementum in præmiſſa paſſim hiſtoria perſeuerat [a], ſubrogat & locat martyrium S. Deſiderij Vienenſis *anno duodecimo* Theodorici, Aridio necem ſuadente [b]. De quo textu nos iterum ſub Dalfino [c]. Et is quidem extremus annus ex Tillio peruenit ad ſolarem annum DCXIV. vel ex Baronio ad annum DCXXIV. ſequẽti decẽnio tardiùs. Cõplectitúrque quadriennιũ poſt prima Sedis ipſius inter Aridij animaduerſionem. Atque hæc eſt tota duratio, quam de illo ſaltem Præſule typis mandatam reperimus, ſaluo diuturniori interuallo, ſi quod ſit non patens ad præſens ſeculũ. Obiter verò monemus eo in loco, quòd vbi Vrſpergẽſis ſcripſit, *Anno Dominic. Incarnat. DC[illegible]I. Heraclius accepit imperium, &c.* ſubdit in proxima ferè periodo, quòd Deſiderius Vienenſis à Theodorico lap[illegible]us obruitur: ſcilicet eodem anno, cui arridet Chronicon Tillij [d], bienn[illegible] ante probabiles chron[illegible]ogicos limites ex Supplemento depromptos. Licèt Abbas non loquatur de Aridio criminis teſte, ibidem. Quod certè tẽpus iacet in medio prioris quadriennalis Aridij durationis, iuxta T[illegible] con[illegible]. Verùm profectò ſi conferamus id primum Aridij facinus vnà cum ſanctitate vitæ, quam legimus aliunde de tanto viro, ad mi[illegible]s ſequenti tempore, haud dubiè loc[illegible]erit admirationi non con[illegible]nendæ an aut quomodo ſeſe inaudito ſceleri immiſcuerit, ſimul atque ſanctus fuerit. Nam imprimis iam patuit [illegible] huiuſce aſſertio ex præmiſſo tutóque veteri MS. Martyrologio Bellijocenſi. Secundò, idem vir ad ſua indicia pietatis ac ſanctitatis promenda fundauit & conſtruxit Eccleſiam parœcialem S. Crucis Lugduni, ex Sarrazino [e]. Deindeque reſtituit Baſilicam S. Iuſti conſtitutam ante tempora Diui Patientis [f], ex Sidonio Apollinari [g] Campegio & Democharе. Quidum hunc vocant *Arigium* [h], addunt & prædicant eum ſanctum Confeſſorem, licet alia impreſſa palamque edita Martyrologia taceant. Tertiò, eam ipſius pietatem non leuiter [illegible]tit epiſtola S. Gregorij Papæ ad eundem Arigium miſſa, his interea verbis [i]. *In Synodo quam contra ſimoniacam hæreſim per fratrem & Coepiſcopum noſtrum Syagrium decreuimus congregari, ſanctitatem veſtram volumus intereſſe, &c.* Vbi hoc obiter pro tutiore perſonæ ſeu noſtri Archipræſulis firmitate dicam. Dum is Pontifex Romanus Siagrium Eduenſem ſubindicat prouinciæ Lugdunenſis Suffraganeum, qualis vere eſſet; atque dum præcipit vtrunque Prælatum quaſi vicinum inuicem coniungendum ad pium idem opus ſanè Papa vix alium A[illegible]ium quam Lugdunenſem manifeſtat *. Ac iterum paulò poſt, idem Gregorius remeando ad pri[illegible]um ſanctitatis ac Concilij propoſitum, hæc ſubueit. *De [illegible] Synodo omnem nobis ſubtiliter ordinem tuam fraternitatem volumus ſcriptis di[illegible]currentibus [illegible]tare, vt ipſe, cuius nobis ſanctitas valdè experta eſt, nos reddas de omnibus certiores.* En Pontifex

624. — Aridius an reus criminis. — Dictus Sanctus quadruplici ratione. — 3. Ratio.

[a] c. 25. libri. [b] ibid. c. 31. [c] cit. §. 1. [d] 612. [e] poſt Mr. [illegible] [f] [illegible] hu. 24. §. 1. [illegible] [g] li. 2. c. 11 & Guill. Parad. h. 2. Lug. hiſt. c. 39. ac 102. [h] non. Greg. [i] Si modo vixit hactenus. Nam alioqui obiit an. 600. [illegible] lib. 7. epiſt. 111. * vnde locũdum fortè ſuprà cum Ætherio nn 55.

bis nominat & reclamat Arigij ſanctitatem. Vnde in anteriore periodo hunc Papa iſtis muneribus exornat. *Charitatis tuæ bona reuocantes ad animum, &c. te & Archidiaconum tuum dalmaticarum vſu decorandos eſſe concedimus, eaſdemque dalmaticas dilectiſſimo filio noſtro Cyriaco Abbate deferente tranſmiſimus.* Adeſt viri laus. Quam alibi ſic repetit *. *Gregorius Arigio Patricio de Gallia. Quanta in vobis bonitas, quantaque manſuetudo cum Chriſto placita charitate reſplendeat, latore præſentium referente comperimus Auguſtino ſeruo Dei,* primo tunc Anglorum Epiſcopo ſancto Cantuarienſi in Angliam, vt Inſulani Euangelium ſuſciperet. Vbi certe Gregorius ipſum ſimul Arigium tantopere à ſe cōmendari, antea prius dignitate Patriciali fuiſſe oſtēdit. Interim præfata labes ſimoniaca, de qua Pontifex conqueritur, adcò altas radices in Gallia tunc egerat, vt idem Gregorius pro ſanando vulnere ſic ad Reginam Brunichildem ſcripſerit. *Quia tantum facinus veſtro regno ſatis eſt noxium, paterno affectu petimus, vt nulla deinceps valeat occaſione committi, Synodumque fieri iuſſio veſtra conſtituat* [k]. Itémque mandauerit Theodorico & Theoberto Regibus fratribus in Galliis: *vt magnum omnipotenti Domino munus valeatis offerre* (inquit) *Synodum congregari præcipite: in qua, ſicut fratribus Coepiſcopis noſtris mandauimus, ſub anathematis debeat obligatione conſtitui, nullum pro Eccleſiaſtico ordine aliquid vnquam dare, nullum accipere* [l], *&c.* Quales Epiſtolas Eccleſia tenet promulgatas in Decretorum corpore [m], cum iſto titulo. *Gregorius Arigio Epiſcopo Francorum*: hoc eſt, Gallorum primo ſeu Primati. Verùm certè illa realis futura Synodus, quæ eſſet effectus earundem epiſtolarum cernitur procraſtinata ad tertiam vſque Cabilonenſem anno DCLVII. infrà ſub Gauderico [n], poſt medios Tetricum & Viuentium Archipræſules, iſtius Aridij ſucceſſores. Quarto in maius ſanctimoniæ ipſius teſtimonium, aduerte ea quæ ſub D. Iuſto enarramus, quodque frequenter præcedentia Operis recordantur publici inſtrumenti a grauiſſimis octo Doctoribus confecti, ad recenſendas olim Sanctorum Reliquias & corpora, in Æde ſacra S. Iuſti repertas. Primæ verò omnium teſſeræ in ſcriptis palam renouatæ, ex ſeptendecim ſacris corporibus ibidem aſſeruatis, ſunt de integro corpore B. Arigij Confeſſoris & Archipræſulis Lugdunenſis (inſit locus [o]) recondito *in eodem tumulo* cum vetuſtioribus SS. Viatore ac Iuſto Comite: quamuis iſte S. Arigius ſit vltimus tempore inter cunctos, & D. Irenæus illic primus [p]: quorum penultimus eſt S. Lupicinus Lugdunenſis [q], omnes in vno & eodem Iuſtiniano catalogo [r]. Vnde ergo talis ſanctitas cum improbitate ſociata? Sane hinc argumento eſt, vel quòd I. male deceptus fuerit, quando inſidias porrexit ſanctiſſimo Deſiderio Viennenſi vt peccatum eiuſmodi excuſatione dignum videatur: vel quòd II. falſa eſt ea narratio de ipſius flagitio. vel tandem quòd III. è veſtigio ad exitum vſque vitæ acerbiſſimum pœnitentiæ genus in ſe vltrò ſuſceperit & exegerit ob perpetratū in fratrem crudele ſpectaculum. Quippe, ſic Maria Magdalenes grauiſſimæ peccatricis perſonam induit tota ineunte ætate, ex Euangelio: quæ tamen poſtero ſuæ peregrinationis curſu ad cor rediens, fructus tulit in cœlum pœnitentiæ digniſſimos, qui vniuerſam militantem Eccleſiam alliciunt & exhilarant bono exempli odore. Et ita de pleriſque aliis. Ad extremum, fertur ipſum Aridium protoantiſtitem in Hiſpaniis diem vltimum conſeciſſe, incerto tamen die & anno. Reuerà quidem Aimoinus [s] tradit eundem Aridium Theodorici legationem habuiſſe ad Betericum Hiſpaniæ Regem, pro eiuſdem filia ipſi Burgundo in vxorem adducenda. Vnde facilè eſt colligere, quod ita in media peregrinatione obierit, honoribus cumulatus in illo fœlici ſucceſſu apud Deum & homines. Martyrologia MS. & Breuiarium Lugdunenſe tradunt eius feſtum IV. Idus Auguſti.

Arigius anno Patricius.

IV. Ratio.

Mors ipſius.

Paragraphus 3.

EXitum molientes, de duobus tractatulis lector monendus eſt. Prior quidem, alius eſt Aridius tunc degē Lemonicibus vir miræ ſanctitatis, paulo annoſior noſtro Aridio, ſacris imbutus per S. Nicetium Treuerenſem Epiſcopum, poſteaque variis portentis clariſſimus, ex S. Gregorio Turonenſi, qui eius coætaneum ſe quoque facit in libris ſuis, tum de Miraculis [ſ], tum de gloria Confeſſorum [t]. Religioſiſſimi cuius hominis Baronius etiā meminit ſub anno DXCVI. & expiraſſe videtur ſequente ſexennio [u]. Poſterior verò tractatulus eſt de Lugdunenſi Eccleſia Deo ſacra ſub pia inuocatione B. Ioannis Baptiſtæ: quæ primò conſtructa eſſe ponitur & Cathedralis effecta tempore iſtius Archiepiſcopi Aridij: ad quam Ædē nouam trāſlatum ſit Primatiale ſolium è viciniore Eccleſia S. Stephani ſuperius cōmemorata [x], vtraque ſub eodem pene tecto inde hactenus perſiſtente, & eundē Clerum idémque corpus efficiente. Verum ea de re commodior habetur diſputatio infra ſub Leidrado [y]. Et, alia de titulo ſanctæ ... multò antea [z].

Alius ſeu ... minus.

Eccleſia Cathedralis.

* li. 5. ep. 5. ſeu cap. 1. & ſimile li. 9. ep 62.
k Epiſt. 115
l ep. 114. & cauſa 1. q. 1. c. 28
m diſt. 25. c. 10. & diſt. 101. c. 10.
n nu. 42.
o ſuprà n. 23. finali.
p nu. 2. §. 7. 8. 9.
q nu. 18. §. 1.
r nu. 2. cit.
s li. 3. c. 94.
ſ li. 1. c. 40.
t cap. 9.
u Genebr. in Chronol.
x nu. 14 & 21. § 4 item nu. 24. §. 2.
y nu. 54. §. 2.
z nu. 2. §. 8. ex Beda.

XLI. *Paragraphus* I.

S. Baldomeri initia.

TETRICVS, in Sarrazino: & *Thetricus* in Campegio. Apud omnes hoc quidem ordine [illegible] at ſine temporis ſcrupulo. Attamen verè ſedit. Nam is, ex veteri vt fertur traditione, ad primæ tonſuræ in Eccleſiæ miniſterium euexit ſacram illam animam Baldomerum Confeſſorem Lugduni. De quo Beato tractant omnes martyrologici Scriptores ſub 3. Kalend. Martij ac Bedæ dicitur Baldimerus. Præfatæ autem traditionis veritas circa Tetricum Archipræſulem pro illo S. Baldomero, magis illuceſcit & va[illegible] ſuſcepit incrementa ex cõſequentibus inde rebus aliis in Sancti gratiam geſtis, quales itis perlectum apud ſucceſſores mox Archiepiſcopos Viuentium atque Gaudericum. Nonnullis verò idem Tetricus cenſetur is eſſe, qui & Theodoricus vocitatur, hoc nomine impreſſus Lugdunenſis Epiſcopus in prętenſo catalogo Patrum Concilij cuiuſdam Prouincialis Rhemis compulſi anno incerto. Equidem tertius ſeſſor ibidem. De quo verba iam fecimus ſub Chagnoaldo [a]. Aliud nihil hic de ipſo Tetrico ſeu Theodorico: prærerquàm quòd ex circumiectis ante & retrò, concluditur eundem ſediſſe Lugduni anno exactè ſexcenteſimo

625. viceſimo quinto. Et ſub nomine Theodorici vide hic conſequenter.

Theodoricus Archiep. pro Tetrico.

a Num. 39. §. 3.

Paragraphus 2.

Alius Tetricus.

NE quis anceps ſæpiùs videatur in quadam nominis homonymia: monemus Lectorem de duobus aliis viris egregiis ad præfata duo nomina accurrentibus, aut hîc cohærentibus. Prior habetur *Beatus Tetricus Lingonenſis Eccleſiæ Epiſcopus*. quem Annaliſta Baronius ſub annum D L II. locat [b]. Hoc eſt, pl[illegible]quam hemicyclo Tetricum noſtrum præceſſit. Is ſacer Antiſtes octennio poſt ſuum è vita diſceſſum, Pappolum in cathedra ſucceſſorem ac reprobu[illegible] te[illegible]ritus eſt *vultu minaci* (ait Gregorius Turonenſis [c]) *Cuitta: Sedem meam polluis, abſcede longius, &c.* Tum: *Quid plura? Tertia die cùm ſanguinem ore proiceret, expirauit, &c.* Eóque tempore author adnom[illegible] Nicetium tunc Lugdu[illegible], & Dalmatium Ruthenis religiosè epiſcopantes: atque præſentes huſce prodigiis. Vnde profectò talis Præſul nequiuit à Lingonibus ad Lugdunẽ[illegible]es tranſmitti opportuno ad præſ[illegible] inſtitutum tempore. Verum certè ad poſteriorem virum deſcendentes, ſi miſcere deceat Tetricum cum Theodorico ex vocum affin[illegible], ſeſe offe[illegible] duo Theodorici huc forte competent[illegible] ſpectantes, ſaltem horum vnus, poſito quod ipſi duas effecerint in vita perſonas. Nam ex vna parte venerabilis Petrus de Natalib. Epiſcopus Equilinus ſic breuiſſimè loquitur [d]. *Theodoricus Presbyter ipſo die in territorio Rhemenſi feliciter quieuit Kalend. Iuly.* Ille potuit eſſe is de quo nunc agitur quia circum[illegible] Rhem[illegible] eò [illegible] ingenia, vt ſibi perſuaſ[illegible] habeant, quòd ipſe fuerit Theodo[illegible]us ſ[illegible] Te[illegible], vt potè qui in [illegible] Con[illegible] Rhemenſis migrarit è vita ibidem. Nec verò inde m[illegible] Presby[illegible] enuncietur antiqu[illegible] Prælatus. Quippe mos vete[illegible] fuit nomen Sac[illegible], Epiſ[illegible] & Presb[illegible] ſæpe in vnum confundere exi[illegible] centi pietate, & in perfectæ humilitatis ſignum, eo quod [illegible] dignitas ſit ſtatus [e] Chriſtianæ perfectionis iam acquiſitæ. Etenim, *Apoſtolus per* [illegible] ait Decretum [f]) *eoſdem eſſe Presbyteros, quos Epiſcopos.* Itémque ibidem: *Olim idem erat Presbyter, qui & Epiſcopus* [g]: vt loquitur D. Hieronymus [illegible] et ordine ſeu primaria nuncupatione [illegible] non iuriſdictione [i]. Nunc autem ex altera parte & decenti ſorte, audi Martyrologium V[illegible] Mol[illegible] commentatorem. *In territorio Rhemenſi* (ferunt) *ſancti Theodorici Presbyteri, diſcipuli ſancti Remigy qui eiuſdem magiſtri ſui meritis ſuffragantibus à mortuis ſuſcitaſſe aſſeritur* [illegible] *Re*[illegible] *Francorum Theodoricum, &c.* Siue autem iſte ſanctus Theodoricus idem ſit numero in[illegible] hu-manum qui ſupra in Petro Equilino, ſiue diuerſum: tamen is facilè incidit ad [illegible] Theodoricum ſeu Tetrici Lugdunenſis Archiepiſcopi: quia Theodoricus, cui Sanctus [illegible] multa contulit, verius cenſetur fuiſſe ſecundus Dynaſta huiuſce nominis, ſeu medius inter quatuor eiuſdem [illegible] Principes, quam alii tot extremos omnium primus: de quibus antea [l]. Siquis [illegible] nominet ſanctum Theodoricum diſcipulum beati Remigii [illegible] Epiſcopi baptizatorem Clodouæum I. Regem [illegible] dum S. Theodoricus [illegible] Epiſcopi æmulus [illegible] duorum Theodorici primi, [illegible] eiuſdem Clodouei: ſed magis opportunè vixit ſub Theodorico II. poſtea Burgundionum Rege. At, his non [illegible], libe[illegible] que non [illegible] iudicium, inter vtrumque: cum de Theodorico III. hic ſermo eſſe non debeat [illegible] tardior. Tandem [illegible] ſcitote ad extremum [illegible] Baronium Romanum [illegible] nullum Tetricum nec Theodoricum inter Diuos palam [illegible].

Theodorici duo Presbyteri, vel vnus.

Epiſcopus & Presbyter quando idem.

Theodorici Reges.

b To. 7. col. 67. mogun. [illegible]

c lib. 5. cap. 5.

d lib. 11. c. [illegible] vlt. nu.

e Thomas. [illegible]

f diſt. 93. [illegible]

g diſt. 95. [illegible] cap. 8.

[illegible] Sol[illegible] Iuſt. & iuſt. [illegible] b. 10. qu. [illegible]

k die 1. Iulij.

l Num. 39. §. 1.

m 16 & ſunnatius eſt 21. Democh.

XLII. *Paragraphus* 1.

Alias Viuentius.

VIVENTIVS, quem inter recentiores habet ſolus Campegius in Democharte, ſilēte Sarrazino, nō fuit ille ſanctus Viuētius Sacerdos, degens in Monaſterio Verſiaco, ex Martyrologiis Vſuardi atque Baronij [a]. Nam is apud Petrum de Natalibus [b] legitur tempore Conſtantini Magni Imperatoris tribus antea ſeculis verbi Dei Prædicator Antiochiæ & Theſſalonicæ, vbi monitus ab Angelo Idola Crucis ſigno proſtrauit. Sed Viuentius, de quo nunc ſermo, creditur is in orbe claruiſſe, qui ante Epiſcopatum Lugdunenſem agnitus ſit Abbas Eccleſiæ Monachorum, deincépſque ſecularis Collegialis S. Iuſti in ipſo ſuburbio Lugdunenſi. Potiora cuius viri geſta mutuari nobis oportuit ex hiſtoria altioris adoleſcentiæ S. Baldomeri Confeſſoris Lugdunenſis, deprompta ex veteri Breuiario Cameræ Lugdunenſis [c], velut a prima ſcaturigine nunc denuo inſpecta poſt clericalem Sancti Tonſuram in Tetrico Epiſcopo manifeſtam. Quo in Breuiario [d] ſimul equidem patent Acta Viuentij Antiſtitis, hoc dicendi genere. *Beatus Baldemerus Chriſti famulus intra Gallias natus apud Lugdunum vrbem habitator extitit. Et dum in Dei nomine ab adoleſcentia ſua in Chriſti cultu* (vt Clericus Eccleſiæ effectus) *ac in bonis operib. permaneret, vultum ſemper & greſſum ſimplicem geſſit. In veſtitu & calceamento eſſe vilem apud homines videbatur; quod dignum & pretioſum poſt eius obitum eſſe cognouimus. Ille quotidiè aſſiduis precibus Dominum benedicebat; diurnis & nocturnis inſiſtens* (in Choro) *ſemper Deo gratias agens. Atque omnes ita dicere commonebat, vt verus & fidelis Paſtor intentiſſimus &c. In eo dolus nunquam apparuit. Fuit enim ſemper caſtitate integer: in amicis verus, in charitate benignus, in lectionibus intentus, in vigiliis ſollicitus, in eleemoſynis promptus. Sermo eius ad Deum benedicendum aſſiduè ſalſus: ad inimici ſuperbiam repellendam aſtutus: ad confabulationem fratrum latus ac eruditus. Quodam autem die cùm veniſſet vir Viuentius Abbas ad orationem in vico quodam qui Audiacus vocatur, famulum Chriſti Baldemerum memoratum veſtitu & calceamento vili orantem inuenit ibidem. Sed cùm apud puerum cœpiſſet habere colloquium, & inquireret quis eſſet: ſenſit per ſpiritum Dei fidelem eſſe miniſtrum. Sicque cum ſecum vſque ad ſuam domum latus adduxit. Deinde poſtea in Monaſterio S. Iuſti Lugduni, in quo ipſe poſitus erat Abbas, permanere conſtituit. In quo ſemper etiam ita beatam vitam peregit, vt quicquid ei à quibuſcunque perſonis dabatur nutib. Domini pauperibus tranſmittere dignaretur De futuris nunquam ſollicitus, & tantum in Domino confidens.* Hæc pro noſtri Viuentij, vnàque S. Baldomeri hiſtoria, in eodem pio loco Lugduneo, totáque ex domeſticis inſtrumentis hauſta.

S. Baldomeri adoleſcentia.

Viuentius huius loci.

[a] 13. Iunij. [b] lib. 2. cap. 91.

[c] Citatur no. 37. in Dalphinao ſin.

[d] eſt in folio, ac id in 135. non in nouo Breuiario anni 1584 Lugd. fol. 43 a.

Lectione 1. & 2. matutinali.

Paragraphus 2.

INde ad ipſius Archiepiſcopi Chronologiam efflagitandam ordine inſiſtamus: quam certè perplexam contuemur, ſaltem in aliena circunſtantia, magis quàm in reliquo ſtatu eiuſdem Primatis & Antiſtitis apud Celtas. Pendétque vniuerſa hæſitatio ex vero Chronico medij S. Claudij Biſuntinenſis Epiſcopi perpendendo: dum hunc omnes Viuentio coætaneum arbitrantur, nimirum ſub anno præcisè DCXXVI [e]. Siquidem hoc certè tempus libenter ſuſcipimus pro Viuentij cathedra, cum ille calculus valde congruat, vt iſte Lugdunenſis hic collocetur, quaſi ſequatur exactos præcedentium dies, ac ritè antecellat ſucceſſorem Gaudericum. Verùm, nos, de facienda ipſius Viuentij analogia cum D. Claudio Biſuntino *, dubitamus. Aut vno verbo ingenuè affirmamus, vel oportuiſſe, quod Biſuntij ſederint tres Claudij diuerſis ætatibus, vt vnus fieri poſſet noſtro Viuentio ſynchrouus; vel ſi vnus aut duo tantum ibidem vixerint, ſequi nullum ergo adeſſe potuiſſe circa huius Viuentij Lugdunenſis tempora, qui ad id ſolum Biſuntinum referatur. Bene tamen duo ibidem quondam ceſſores creduntur hactenus. Etenim Demochares hoc ordine veteres duodecim priores Archiepiſcopos Biſuntinenſes aggreditur [f], qui ſolus adhuc in præſenti rerum ſtatu pro loci icone noſtros verſatur ob oculos. Hi nimirū extitêre, deīde Parag. 3. emēdati.

Ann. 626.

[e] Sic Parad. lib. 1. ca. 39. etiámque ſub an. 615 & Breuiarium Lugdunenſe.

*6. Iū. lect. 9.

Veteres Biſuntini Archipræſules ex Democharte.

[f] To. de Miſſæ Sacrificio, c. 31.

Anthidius.	*Germanus ab Arrianis interfectus an.* 373.
Nicetius.	*Arrianus, ſub Valentiniano & Valentino.*
Claudius.	*Chelidonius, ſub Honorio, an.* 417.
Deſideratus.	*Prothaſius, Clotarij Regis tempore an.* 502.
Donatus.	*S. Claudius, an.* 626. *in Concil. Epaunenſi.*
Deſideratus	*Fœlix, an.* 630. *in Concil. Matiſconen* 1. *&* 2. &c.

En iam duo Claudij. Omitto autem decem alios Antiſtites in ipſo Auſhore conſequentes ſub diuerſis ſeculis ſparſos, at non effectos propinquos inuicem ſucceſſores, equidem imperfecto

perfecto Tabulæ ſinu deſcendentes ad poſtremum vſque Claudium à Bauma, quaſi tertium huiuſce nominis, at non veterem, quia eſt noſtræ centuriæ anni 1562. quando ſcriptor me quadriennio antea naſcente Volumen ſuum edidit. At profectò nullus Author tertium aut triplicem Claudium inter priſcos Biſuntinos deſtinauit. Et nihilominus vrgens hodie neceſſitas aduentantium in humanis mentibus circunſtantiarum nos penè cogit, vt tres Biſuntij debere mox admitti videamur in præſenti diſcurſu. Quod thema eodem ſimul pede cum Viuentio Lugdunenſi ementiendo diſcurrere peroptamus, breuiſſimè tamen, ex bona auditorum venia.

Duo vel tres antiqui Claudij Archiepiſcopi ibid.

I. Iam ergo: ad hoc, triplex dogma & inſtructio anteuertitur. Pro exordio Claudius primus, ordine tertius inter Biſuntinos, illuxit ad annum ſalutis ducenteſimum vel citiùs, ſi cum ſuis adſequentibus fiat analogia: ex eo quòd Germanus ſeptimus ibidem floruerit anno CCCLXX. ob idque eiuſmodi Claudius minimè vnquam ſpectare poteſt ad præſens Viuentij Lugdunei inſtitutum.

II. Deinde, ſi propiùs ſpectes Claudium ſecundum à Demochare recenſitum Diuum & in Concilio Epaunenſi ſuffragatorem: certè is Author ſtrictior æquo perperam fecit, & ſeipſum allucinatus eſt, dum talem effert præſentem, eidémque vnà attribuit annum DCXXVI. quia hæ duæ notæ ſibi inuicem aduerſantur. Etenim Synodus Epaunenſis omnium calculo celebrata eſt anno 497. aut an. 517. vel annis nonnullis intermediis, ex teſtimoniis allegatis in S. Viuentiolo XXIX. Archipræſule Lugdunenſi. Quod quidem tempus pluſquam integro ſeculo diſcrepat à S. Claudio Biſuntino poſito concurrente ſub præſenti ſtatione Viuentij Archipræſulis noſtri Lugdunenſis. Hinc oberrat ruſſus à ſcopo Claudius Rubyſius in recentiore vulgata Lugdunenſi hiſtoria: qui paululum altiùs æquo conſcendens, exiſtimat S. Claudium Synodúmque viſos diebus S. Patientis XXIV. Archiflaminis Lugdunenſium, ſedentis ab anno 570. ad annum vſque 591. neque vel latum vnguem vlteriùs.

III. Ad extremum, quia certiſſimum eſt Claudium aliquem Biſuntinenſem Epiſcopum ſuas attuliſſe voces præfato Concilio, mox ſerio inſpiciendum eſt, qualis aut quãtus fuerit ille Claudius. Sanctus primus huiuſce nominis à Demochare conſtitutus ſinatur eo in ſitu antiquiori, qui apud ipſum legitur: conſequens eſt illum Claudium Synodo præſentem eſſe ſecundum nuncupationis cum interuallo trium ſeculorum à primo; adeóque ipſum aſſediſſe Biſuntij inter Epiſcopos Chelidonium & Prothaſium ſuprà per Democharem cum horum chronologiis emenſos, & quem Claudium eiuſve ſeriem præterit ibidem ille Author.

Concilij Epaunenſis tempora.

Media hæc viri intercalatio per nos iſtic recèns fortè appoſita eò facilior eſt creditu, quò ingens diſtantia ſupereſſe conſtat inter annos ſalutis 417. & compendia, ſub quibus Demochares Chelidonium collocat, & annum 502. in quo arbitratur Prothaſium floruiſſe. Vnde Prothaſius Chelidonio proximè haud potuit ſucceſſiſſe. Quinimò vacuus & ſpatioſus valde locus relictus eſt Claudio Epaunum conuenienti: qui Claudius necdum fuerat ille ſanctus Archipræſul Biſuntinus, poſtea Monachus & Abbas effectus, de quo inſtituitur ſermocinatio cum noſtro Viuentio Lugduneo. Ergo ex his cunctis concludendum reſtat altero poſtea ſeculo Biſuntij ſediſſe Diuum omnino Claudium, illum à nobis tantopere requiſitum, qualem Demochares vndecimum annumerat: perindéque vocitabatur tertius nominis verè coætaneus noſtro Viuentio. Atque ſic oporteret tres Claudios extaſſe veteres in eadem Cathedra, præter quartum reconditorem cognomine à Bauma. Sed dum tot viros eiuſdem gutturis atque palati in eodem Pontificatu inuicem ſucceſſiſſe putamus, vereor, ne vnũ ex his ſuperfluum & citra rei veritatem ſeligamus: vt duo ſolùm illam Biſuntinenſem Eccleſiam exornarint.

Duo olim Claudij tantùm Biſuntij.

Arbitror namque eum Claudium, quem Demochares primùm ſtabiliuit, altiùs quàm par ſit ab ipſo euectum eſſe, ac deprimendum fore poſt Chelidonium: hoc eſt collocandum directè ad æuum Synodi Epaunenſis: & poſtmodum debere ſemper alterum ſuo remanſiſſe loco ſynchrono cum noſtro Viuentio. Quod ideo ſic eueniſſe exiſtimo, quia Author remotus à loco & Lutetiæ agens, fidebat priuatis imperfectis exemplaribus Veſuntione ad eum miſſis vi præambuli monitorij. Verùm hæc dum ſcribimus anno 1615. audimus virum aliquem eruditum nobis adhuc ignotum hiſtoricam Biſuntinenſem Archiepiſcoporum chronologiam aggredi breui ab eo publicandam, velut imitatorem prioris Lugdunenſis noſtræ editionis in vniuerſo ſuo propoſito. Is demum fortaſſis nos, ſpero, eà curà & ſollicitudine liberabit aut iuuabit circa renouandum hunc numerum, ſitum & ordinem Claudiorum Veſontij Archiepiſcoporum. Interea ſingulas Diui eiuſdem Claudij ætates ſcrutemur, quæ pariter cingant dies & annos ſedentis Viuentij.

S. Claudij 2. vita.

Imprimis, Petrus de Natalibus g atque breuior eius exſcriptor Haræus h teſtantur Claudium, quem vnicum nominant, anno ætatis vigeſimo Canonicum Biſuntinenſem creatum: ſecundò, ipſum ſequenti anno duodecimo effectum Epiſcopum, ſalutis ſexcenteſimo XXVI. quo certè anno Viuentius ingreſſus eſt Franciæ Primatum tertia vice, alio poſtea ſeptennio propinquiore, Monachatum ſuſcepiſſe, in Conuentu Iurenſi ſeu D.

g fol &c. vlt.

h 6. Iun. pag. 121.

Eugen

Eugendi Allobrogum, mox vrbecula vulgò nuncupata S.Claudij oppido ſub eadem Diœceſi ſito: quartò, iterum alio ſuccedenre quinquennio eundem iniunctum Abbatem in Cœnobio. Tandem quintò ſic vitam concludunt Surius ac duo præmiſſi Authores: *Anno quarto Childeberti Regis Francorum, cùm iam Claudius pater annis quinquaginta in eo Monaſterio præfuiſſet, ſenex admodum ſanctiſſimam animam reddidit Creatori, &c.* Quo vario durante annorum excurſu Viuentius pulchrè comitatus eſt viuens viuentem Claudium amicum

Viuentius Lugdunenſis ei ſynchronus. & cõmilitonem ſuum per annos XXIV. ferè, donec ei Gaudericus Lugduni ſucceſſerit. Hoc eſt, Viuentius vitam conſequutus beatiorem ſuperuixit ad duodecimum vſque annum ſuſceptæ à D. Claudio Abbatiæ ac muneris. Præfara verò quinque Annalium fractionum genera pro formanda rora ætate D. Claudij, ſi in vnum coaleſcant & vinciantur, componunr nonaginta quatuor annos. Quod interſtitium ſub quonam Euangelij ſeculo cadat, diligenter indagare & venari oporter: additis quinque annis ſupra quinquaginta, quos nonnulli ſentiunt eum in Cœnobio conſumpſiſſe: vr ſit vniuerſa eius ætas annorum nouem & nonaginta. Baſis & fundamentum anni extremi cadentis peti debet ex anno ſalutis 626. ſeu 32. ætatis ſuæ, quo cœpit ipſe epiſcopari. His annis adiice alios ſeptem & ſexaginta ex vitæ ſuæ ſuperſtitibus in Præſulatu & Monachatu: annalis quantitas incidit ſub annum ſalur. 693. Atque hoc ſanè tempus imminet quidem anno 2. Childeberti 17. Regis Francorum, ſecundi huius nominis, ſi primum annum regium computaueris duntaxat ab an. ſal. 692. iuxta Baronianas ſuppurariones in Annalibus. At ſi diaria hæc emetiaris per ſtateram & æquilibrium Pauli Æmilij i ac Ioannis Tillij Chronographorum Franciæ: ſanè mors illa ſancti Claudij ſeu annus 693. obuiabit anno concordi vltimo regni Theodorici Regis 15. patris, cui ſubinde ſucceſſit Clodoueus tertius filius ac frater natu maior præfati Childeberti 2. Quibus authoribus domeſticis ac vicinioribus cenſetur lubentiùs inhærendum, quàm ſacro extraneo Annaliſtæ, qui dum pro ſui anni tutamine profert ſolitarium Annonium, apertè decipitur. Quippe idẽ Annonius nomen Regis tantum non annum ediſſerit his notis K. *Childebertus frater Clodouei* morientis ſine liberis, *vir inclytus in regno ſtatutus eſt.* Quem Principem rurſus idem Baronius abs re nominat Childebertum 3. in ſuo Martyrologio 1, cùm nullus extiterit tertius. Hæc ſatis.

Reges & Authores.

i fol. 24. Lut.

K. li. 4. de geſt. ca. 48.

1 6. Iunij in S. Claud.

Paragraphus 3.

Scriptor recens.

AVdite ſeorſum ea quæ ſeriùs recognita viſum iri. Tertio pòſt anno initi huius Operis, vt ad complementum tandem perduceretur, & abſoluri quoque ſacri Chronici Matiſconenſis æqualis pene amplitudinis, dum bina hæc Opuſcula ad Typographum properarẽt æſtiuo anno 1618. perdoctus D. Iacobus Chiffletius Patricius Veſontinus dono ad me miſit Volumen ſuum de prælo madidum prodiens *, complectens parte 2. ſacram Chronographiam octoginta ſeptem Archiflaminum Biſuntinorum. Is eſt quem anteriori olim Paragrapho dicebamus expectandum, & intuendum quid adderet circa numerum Claudiorum ibidem Archiflaminum. Author verò ſic præcipuos circunſtantes viros, de quibus hoc loco nobis eſt opus, coordinat & in Tabella collocat, poſtmodum ab ipſo hiſtoricè & chronographicè pertractatos, ad formam & methodum prioris & perinde huius poſterioris noſtræ Lugdunenſium ac Maticenſium editionis

* an. 1618.

10 *S. Frominius.*	20 *Syluester II.*
11 *S. Deſideratus.*	21 *Vitalis I.*
12 *S. Germanus Martyr.*	22 *S. Nicetius.*
13 *S. Antidius Martyr vnicus.*	23 *S. Protadius.*
14 *S. Leontius.*	24 *S. Claudius II.*
15 *S. Celidonius.*	25 *S. Donatus.*
16 *Germeſillus.*	26 *S. Migetius.*
17 *Claudius I.*	27 *S. Ternatius.*
18 *Vrbicus.*	28 *S. Geruaſius.*
19 *Tetradius I.*	29 *Felix, &c.*

En viginti medij Præſules Biſuntini, ſeu ordo recens valde mutatus ab anteriore Democharis. Primus horum vel decimus omnium Frominius ſedit ab anno 367. ad an. 398. & Felix poſtremus aut vigeſimus nonus caret ſuo annuo tempore, ſimúlque duo præcedentes Ternatius & Geruaſius ea ſuppuratione ſpoliantur in illo Authore Patricio, qui plerunque ſolet chronologicon tametſi neceſſarium prætcrire, ſacrâ hiſtoriâ contentus. Verùm certè Tetradius Felici ſucceſſor illic annotatur ſediſſe anno 742. Inter quæ extrema tempora author locorum domeſticus duos tantùm veteres Claudios egregiè quoque pinxit: nimirum priorem teſtem Concilij Epaunenſis, & poſteriorem diuum in cœlis: quos eadem rectiſſi-

ma

ma ordinatione retinuit ille, quales nos ipſi ſuprà conſtitueramus poſt Celidonium Antiſtitem, priuſquam nouum ſcribentis indicem contueri potuiſſemus, dum liber in cunis & lumbis conditoris adhuc lateret. Sicque tandem Claudius ſecundus Biſuntinus iuxta omnium ſententiam ſemper remanſit coætaneus noſtro Viuentio Lugdunenſi. Atque ratio quare videatur Chifflerius longe à Democharis calculo diſcrepaſſe in Biſuntinis Archiflaminibus recenſendis, conijcitur eſſe quòd Demochares, reor, ſequutus eſt nuda priuatáque Martyrologia (vt loquuntur) à priuatis locorum miſſa ad eum remotiſſimum exemplaria: Chiffletius autem præſens rem propiùs & prolixiùs diſcutit: quam vt in publicam vtilitatem ſecuriùs conuerteret, titulos aliunde tutiſſimos quantum licuit, expiſcatus eſt: & Martyrologiis rariùs fatetur ſe vſum, quando ſolùm ea videret cæteris Manuſcriptis acceptis cohærere documentis. Poterat verò aut debuerat Chiffletius in his temporum & Præſulum ordinandorum diſſidiis meminiſſe alieni Democharis tanquam eum redarguentis in ſingulis ferè oblatis nutibus, qualiter ſæpe ac disertè Baronium ipſe reprehendit. At hoc idcirco fortaſſis non præſtitit: quia quoties priuata patriæ Martyrologia vel defunctorum obitus calamo exaratos ſequi contempſit, reſpuit, aut aſpernatus eſt, toties implicitè & tacitè Democharem taxaſſe putatur.

Is quare varius a Demochare.

Paragraphus 4.

Monachus poteſt eſſe Epiſcopus.

SVb hac ſimul data excurrendi occaſione de intereſſendo Conciliis: ſanè dum nonnulli putant ſanctum Claudium Archiflaminem & Abbatem effectum conſtitiſſe in Synodo Epaunenſi, ſeſe offert ratio & locus opportunus inquirendi paritérque reſpondendi in genere, an quicunque Epiſcopus renunciat tantę Prælaturæ eccleſiaſticæ & vota Monaſtica profitetur, ſubinde & confeſtim abdicarit ſcipſum ab eiuſmodi Prælatura ſeu habita dignitatis adminiſtratione. Opinandi gratiâ ſic dicerem pro ſolutione diſtinguendo de tempore, ſi primùm hanc theſim vniuerſalem obduxero. Quemadmodum Religioſus expreſsè profeſſus capax eſt ineundi aliquam Epiſcopalem Cathedram ſi vocetur: ita poſtquàm ſemel indelebili charactere Epiſcopali inſignitus eſt, & deinde Religionem ingreditur, dilatatum characterem retinet, Ordinéſque ſacros ſemper conferre poteſt, maximè ex venia Epiſcopi alicuius in aliena Diœceſi, virtute conſecrationis à ſe pridem acceptæ. Quippe recta fit in eo vtrinque reciprocatio & cohærentia, eò quòd Epiſcopalis Ordo eſt ſtatus perfectionis acquiſitæ ſeu docendæ; ſtatus autem Religioſi eſt perfectionis acquirendæ ex Diuo Thoma [m], Sylueſtro [n], Dominico à Soto de Iuſtitia & iure [o], atque Azotio [p]. Quippe nulla ſuppeditari poteſt phyſicalis ratio, cur magis adſtringatur quis ad voti Monachalis obſeruationem de nouo redditi Deo poſt Epiſcopatum, quàm alius omnis qui ſe diuulgato pacti voto implicuit, antequam deueniret aut foret poſtea Epiſcopus. Igitur dum poſt tale votū ei licet Praelaturam aſſumere & exercere: ita quicunque poſt acceptam Antiſtitis maieſtatem clauſtra votiua ingreſſus eſt, cēſetur ęquo iure munia Epiſcopalia licitè exercere. His pro baſi poſitis: bicipitem ſentio inducendam totius negotij ſententiam: anteriorem quidem hiſce verbis. Nouem prioribus Eccleſiæ ſeculis pendentibus, ſub quibus vixit Diuus Claudius Biſuntinus, videntur Epiſcopi effecti Religioſi potuiſſe quodam ſaltem tempore perſeuerare in præcipua priſtinæ Diœceſeos adminiſtratione, quia nondum tunc aliqua lex canonica vetabat oppoſitum viro Cœnobitæ profeſſo ad Epiſcopalem antea dignitatem ſemel promoto. Poſteriùs autem à decimo Euangelij ſeculo ad noſtros vſque dies nequeunt ampliùs Epiſcopi votiuæ poſtmodum religionis clauſtra profitentes implicare ſe Epiſcopalibus curis. Etenim ab illa ſeculorum decade hactenus Alexander tunc Papa tertius in Decretali *Per tuas* [q] ſanxit circa eam materiam & conſuluit Gratianopolitano Antiſtiti, vt *regimen Eccleſiæ memoratæ reſignet, & reddat Altiſſimo vota ſua.* Qui Antiſtes fuit, reor, S. Hugo ad Carthuſianum ſolitudinis Ordinem diſcedens [r] ſub patrocinio S. Brunonis fundatoris, quia coſdem planè dies luſtrauit cum Brunone in viſu ei apparente, cuius denuo Brunonis ſtatuta ſuo comprobauit calculo idem Alexander: & de Hugone inaugurato Antiſtite verba facimus Numero LXXIV. [s] Fundamentum verò quare antea D. Claudius, & ſimiles Religioſi vetuſtiores Epiſcopi poterant haberi certo tempore in honore & tanquam pro Epiſcopis, contigit ex aliquot annis Religioſo conceſſis ad reclamandum à votis pridem emiſſis, ſi quæ redeundi cauſæ poſt votum ſolenne proponerentur. Quod tandem interuallum vix priùs diſtinctum à Tridentino demum Concilio [t] ad quinque annos redactum eſt. Sic itaque probabilius eſt venerabilem ſanctum Claudium impreſſo ſigillo Pontificio Epiſcopales vices geſſiſſe, quando in antiquiore Iurenſi Conuentu Cœnobiarcham agebat, loco in ipſis Diœceſanorum Biſuntinorum finibus coarctato, cùm vel

Et Epiſcopus fieri Monachus.

Quando talis ex Cœnobio poterat munera Epiſcopalia exercere.

Et à quo tēpore nō poteſt.

m 2.2 q.189. ar 1 ad 1.
n verb. Votū 1.q 1. Religio 1.q 8.
o li.10 q.1. ar. 2. & q 4. ar. 1.
p In moral. li. 11 c.16.
q li.3. tit. 14. ca.10. ſedit ab an. 1159. ad 1180.
r feſtū 1. April.
ſ §.3. an. 1180
t ſeſſ.25. de Regul. c. 19. die 4. Decē. 1563.

Exempla talium olim exercentium aliqua munia.

Abbates ſoleant de inte ad eccleſiaſtica etiam Comitia accedere, vt Felix aut Donatus ſucceſſor non tam citò palam ſederint conſecrati. Pariter nanque Diuus Iuſtus Lugdunenſis Antiſtes bene renunciauit Primatui, eremiticam vitam liberè in Ægypto profeſſus: cui diu ac longiùs multò proficiſcenti, tamen delati ſunt honores à Clero & Diœceſanis tanquam Præſuli propriòque Paſtori, quoad ferè vixiſſe auditum eſt, quatenus dudum conceſſimus perlegendum [a]. Sic quoque Ilduinus Lugdunenſis [x]. Item ſanctus Gerardus & nobilis Pontius II. Epiſcopi Matiſconenſes: ille Eremum deuotè ſitiens, iſte Carthuſiam vnde venerat repetens, aliqua ferè epiſcopalia munia exercere non proinde deſtiterunt, etſi extra Diœceſim recumberent, at vix remoti. Saltem Clerus & plebs eiſdem ſigillatim multùm deferre per literas incundáve conſilia ſoliti ſunt, nec facilè legitur populum alios viciſſim Epiſcopos illico optaſſe, quin prius fortè illos duos in cellulis animas exhalaſſe audiret. Hæc diſce in noſtro hiſtorico catalogo Matiſconenſi [y]. Alia eius generis ſub Agobardo infrà [z].

w n.13. & n 17.1.
x infr. n.51
Alia n. 42.§. 2.
y n.23 & 45.
z n.54.

Paragraphus 5.

Viuentij exitus.

631.

SEd ad noſtrum denique Viuentium paulò regreſſuri: pro eo beatiùs finiundo, adde & inſpice hiſtoriolas Chagnoaldi [a], ſequacis Gauderici ac Diui Annemundi [b] Archiepiſcoporum Lugdunenſium: vbi nonnulla illi viro affinia & iſtic proficua conſuluimus. Maximè verò ſequenti Numero [c] aduerte, quomodo cenſeatur Viuentius infrà retrocedendus poſt Gaudericum ſeu Theodoricum ante Annemundum, & rationes quare nihilominus eundem iſtic anteuertimus, vt finierit anno ad ſummum DCXXXI. ordiente, propter rationes in ſucceſſore hauſtas.

a n. 39.2.
b n 44.2.
c 43.§.2.

XLIII.

Quale & quando prouinciale Concilium Rhemenſe I.

THEODORICVS ſiue Theodericus deſignatur quidem in vniuerſum Lugdunenſis Metropolitanus apud Flodoardum quondam Rhemenſem Presbyterum in illo primo prouinciali abſque temporanea nota Concilio Rhemenſi, quale nos cum Patribus quadraginta ad integrum iam deſcripſimus ſub Chagnoaldo pariter Lugdunenſi Archiflamine XXXIX. ad præſentis ſæculi ortum. Bene profectò admittitur illa Synodus ſub hoc ſeptimo Chriſti æuo adunata: at quoto centuriæ anno præciſe, id hactenus nos latuit: quod vehementer dolemus. Propterea nonnulli noſtræ ætatis arbitrati ſunt equidem Theodoricum cum Gauderico ſequaci Archipræſule pro eodem indiuiduo humano confundendum, ob characterum plerunque viciniam in vtriuſque ſcriptura. Et reuerà ſub quacunque noſtra editione, videbamur eò ferè trahi manu quaſi violenta, vt ambos in virum vnum coaleſcere iuberemus ac ſcriberemus. Verùm tandem vbi rem exactiùs perpendi, & volumen hoc alijs ſuis abſolutum partibus paratos Typographos petere videretur: cenſui ergo ad extremum ſatiùs facturum, ſi virum Præſulem ad caput honoris attollerem. At quo ſpeciali ordine, necdum teneo aut comprehendo. In tanta verò rerum caligine cum expedito Viuentio proximum efficiendum, & Gauderico anteceſſorem, breui lectione collocandum meritò exiſtimaui. Atque reuerâ Patres Synodi Rhemenſis, cui Theodoricus ſediſſe tertius perhibetur, adeò diſcrepant à Patribus alterius Concilij Gauderici Præſidis, quos poſtmodum audituri eſtis, vt oportuerit neceſſariò Theodoricum à Gauderico valde diſcrepantem porrigere, necnon à Tetrico item Lugdunenſi ſuprà. Sic itaque Chagnoaldus aut quicunque propiùs ad id nomen acceſſerit Laudunenſis Epiſcopus huic cœtui ſuffragator repertus, haud quaquam impedit, quin eò venerit Theodoricus effectus verè Lugdunenſis Antiſtes, & quin alijs tamen annis eam Lugdunenſem Eccleſiam rexerit vnus Chagnoaldus, ſiue fuerit idem naturâ Præſul, qui Lauduno vel Meldis Lugdunum credatur canonicè tranſlatus poſt Theodoricum vita cadentem, ſiue aliquis eiuſmodi antea à præfatis diſſentiens. Nam ille Chagnoaldus Lugdunenſis ſedit anno DCXVI. & hunc Theodoricum Lugduni ſtetiſſe Patriarcham arbitramur ab anno circiter DCXXXII. ad annum fortè ſexcenteſimum XLVII. cum Chagnoaldo Laudunenſi, ex probabiliori rerum affinium coniectura: donec Altiſſimus maiores quandoque notitias attulerit, aut permiſerit, quæ hodiernis animorum tenebris illuceſcant & effulgeant. Siquidem fert vulgus Authorum, præfatum Rhemenſe Concilium videri adactum occaſione & hortatu Dagoberti I. tunc in Regem Francorum

Ibi aderat Theodoricus.

Quartus additus.

632. deſigendi, aut Rhemis in Comitiis Regni palam inaugurandi: & eò reducenda creduntur
647. priſci Annonij ſcripta [a], qualia certè ſub hanc periodum lego. *Fama ad Dagobertum peruenerat de*

a li.4.c.17.§.1.

defuncti clotary ſecundi Regis, eius patris. *Quapropter Dagobertus lectos è regno Auſtraſiorum, quos fidentiores reperit, in Neuſtriam & Burgundiam dirigit, vt Ducum ſiue Pontificum ipſorum ſibi gratiam ſociaret. Id ab omnibus cum lætitia ſuſceptum: Remenſes Dagobertum aduenientem primi ſuſcipiunt: inibi Principibus memoratar. nationum cum ſummo gaudio confluentibus, &c.* En (Motiua Concilij celebrãda.) cauſæ & notæ coëuntis Synodi. Dagobertus autem ex Tillij Chronico regnum poſſedit ab anno DCXXXII. ad an. DCXLV. Ergo ineunte illa ætate celebratus habetur præmiſſus Eccleſiæ cœtus perindéque Theodoricus Archipræſul eiuſmodi Synodo præſens, iuxta illos ſaltem tredecim annos, aut ſequenti adhuc biennio Lugduni Primatum tenuit. Vbi obiter aduerte Burgundiam & Lugdunenſem Prouinciam tunc non effeciſſe Burgundianum (Lugdunum tunc Regi ſubditum.) Regnum à ſceptro Franciæ diſtinctum, quia Regem Dagobertum eò paſſim tanquam ad ſubditos regnicolas miſiſſe noſcitur: cùm tamen has plerunque regiones ſub annis octingenteſimo & milleſimo Regnum legitur ſeorſum compoſuiſſe b. Id autem vniuerſum Concilium cui Theodoricus aderat, ſapienter videmur præueniſſe & præmuniuiſſe in cit. Chagnoaldo, quia pro tali anteceſſore expromendo opportuna fuerat plenior illic facta recordatio: vbi certè deteguntur impedimenta dubiáque nata ad legitimè admittendos ſimul (De Concilio alibi.) Rhemis Patres illos, qui eò prædicantur conueniſſe. Vnde materiam iſtic aut reliqua nomina Patrum conſedentium renouare opus non fuerit. De qua regia & clericali aggregatione loquitur denuo in Dagoberto Nicolaüs Gillius hiſtoricus & Regis Ludouici XII. Conſiliarius. Iam verò cætera ad ipſum Theodoricum pertinentia excipe aptiùs controuerſa in ſucceſſore: & alia de ſimili cognomine Numero LXXXVIII. §. 2. pro ancipiti Archiepiſcopo Lugdunenſi.

b Id infr. nu. 59. § 8 n. 62. §. 2 n 67. §. 6.

XLIV. *Paragraphus* 1.

(Triplex hiſtoria. 1.) GAVDERICVS is eſt, quem ſuprà dixeramus * à nonnullis opinatum etiam Theodoricum. Sed poſtquam eundem Theodoricum meritò ſeorſum tandem conſtituendum decreuimus, equidem anterius, ex apertiore & diſtinctiore reperta demum eius chronologia, quæ antea latuerat: idcirco ritè concluditur Gaudericum nunc proximè ſequi tradendum, ac ſeiunctim pro alio indiuiduo circunſcribendum.
Ann. 648. Is verò ex probabilioribus cœpit criſtam paſtoralem in conoidem ſupergeſtare anno DCXLVIII. quia è veſtigio ſequenti biennio publica eius geſta in ſcriptis hactenus apparuêre. Hæc autem tota ipſius hiſtoria cenſetur trifariam diſcriminanda. Prima de qua percontamur, aſſumitur ex aliquo Prouinciali Concilio Cabilonenſi: cuius hi fuêre Patres conſcripti, eo Præſide, ex Demochare a.

* nu. 42.

a To. 3. c 19 fin.

(Cõcilium 1. Cabilonenſ. Prouinciale.)

1 *Gaudericus Epiſcopus Lugdunenſis.*	23 *Gradus Cabilonenſis.*
2 *Laudalenus Epiſcop. Vien.*	24 *Inſild. Valentinenſis.*
3 *Audinus Epiſcop. Rothom.*	25 *Leuſus Trecaſſinus.*
4 *Armentarius Senon.*	26 *Lacerius Auſciorum.*
5 *Audo Epiſcop. Aurelian.*	27 *Leborius Maurianenſis.*
6 *Aurelianus Ventien.*	28 *Leunobodis Lexouien.*
7 *Arricus Lauſanenſis.*	29 *Malardus Carnotenſis.*
8 *Anilearius Sagienſis.*	30 *Magnus Epiſc. Atrebatenſis.*
9 *Bertoaldus Lingonenſis.*	31 *Papulus Genuenenſis.*
10 *Baudomeris Tarentaſi.*	32 *Palladius Antiſiodorenſ.*
11 *Bertofredus Ambianen.*	33 *Prothaſius Seucienſis.*
12 *Betto Foroiulienſis.*	34 *Potentiſſimus Vapincenſis.*
13 *Clarus Gratianopolitanus.*	35 *Petronius Voſionenſis.*
14 *Claudius Regenſis.*	36 *Rauracus Niuernenſis.*
15 *Chatribonus Conſtantinus.*	37 *Ragnericus Ebroicenſis.*
16 *Donatus Epiſcop. Viſontienſis.*	38 *Vlſolendus Bituricenſ.*
17 *Deodatus Matiſconenſis.*	39 *Bettoubbas pro Latino Turonico.*
18 *Deocarius Antipolit.*	40 *Chaddo pro Selappio Nanneten.*
19 *Etherius Ebredunenſis.*	41 *Grimoaldus pro Audeberto Pariſ.*
20 *Eligius Nouiomenſis.*	42 *Paternus pro Felice Lemou.*
21 *Ferreolus Auguſtud.*	43 *Chanoal. Abb. pro Chadoaldo Cenomanico Epiſ.*
22 *Florentius Belicenſis.*	44 *Bertolphus Abb. pro Duriotero Rhedon. Epiſc.*

En quatuor & quadraginta Patres. Quæ Synodus quanta numero & ordine ibidem celebrata ſit, ſtudioſè inſpiciendum. Certè non fuit I. Cabilonenſis, cùm ea dudum colluceat

per nos elaborata ſub Priſco Archiflamne [b]: Neque vix eſt ſecunda fortè habita anno quin- b n.34.§.2.
genteſi.no XCIV. aut XCVII. [c] pro decernenda magis Eccleſiæ pſalmodia: de quo nos et-
iam pluribus in noſtra priore caleographia [d], & iam antea bis in iſta ſub SS. Viuentiolo ac Æ- c 40. Epiſcoporum.
therio [e] ex opportuna illic data occaſione. Sed hîc ergo tota inſtituitur diſputatio de tertio d anni 1607.
nationali Cōcilio celeberrimè viſo Cabiloni, Præſide noſtro Gauderico ex deſiderio & per- Par.3.c.4.
ſuaſu Clodouei II. Regis, filij Dagoberti I. At quo iuſtiore anno: hærent multi. Origines verò Sect.1.§.2.
quare videantur fortè nonnullis adeò ancipites, emergunt veriùs ex eo, quòd ſi penitiùs vi- e nu. 29.§.5 fin. & nu. 36.
tam Præſulis inſpexerimus, duæ Prouinciales Synodi auditæ ſunt Cabiloni, propinquiores §.1.fin.
tempore, vtraque Synodo coacta ſub eodem Gauderico, tametſi vulgus Scriptorum confun-
Gaudericus Præſes. dendo hactenus cogitarit vnicam illic erectam eſſe ſub eodem Primate duplicationem non-
dum penetrantes, aut minimè diſcernentes Patrum in vnaquaque ambarum diſcrepantiam.
Eiuſmodi annuæ opiniones trifariam vertuntur. Imprimis Iacobus de Breul, qui in Pariſien-
ſibus antiquitatibus vnicam memorat ſub Gauderico, teſtatur conuocatam anno V. ſceptri
Clodoueani: quod tempus ex Tillio complectitur annum ſalutis DCL. Secundò, Genebrar-
Ann. dus in Chronologia talem recognoſcit anno DCLVII. & Tomi Conciliorum anno ſequen-
650. te 58. Arbitrater ego præfatam coïtionem Patrum 44. competere annali notæ priori: & al-
657. teram Congregationem pauciorum multò Patrum, quam ſeorſum Paragrapho 3. proponen-
dam diſtulimus, poſteriori diario conuenite: tametſi volumina Conciliorum de vnis 44. Pa- * To.3. & Sanctiones eccleſiaſt. claſſe 2.
tribus loqui ſueuerūt *. Tertiò, Annales Baronij recordantur Clypiacenſis Synodi in Gallia
662. & rurali territorio Pariſienſi anno DCLXII. aſſidentibus S. Audoëno & Radone ipſius fra-
tre, itémque ſanctis Eligio, Sulpitiô & Eucherio. Vbi continuò ſubiungit Synodum quoque
Cabiloni habitam eſſe circiter has ephemerides ſub præmiſſo Clodoueo Principe ſummo:
verùm (inquit) anno incerto. Saltem illic interueniſſe commemorat prælibatos quatuor An-
tiſtites ex ſuccinctis quinque allatis, citra reliquos in catalogo oſtenſos: Synodo Canones
vndeuiginti complectente. Quæ quidem Baroniana Epiſcoporum recitatio cohæret dunta-
xat nominibus Epiſcopalib. vt plurimū anterioris præfatę Synodi, & nō vocib. poſterioris cō-
De annis cōſpucatis. ſpiciēdę §.3. Quippe Audoenus à Baron. recēſitus eſt Audinus Rothomagēſis ſup.3. Rado eſt
Gradus Cabilonēſis ſup.23. Eligius illic, eſt iſtic Noniomēſis 20. &c. Adeſt verò Synodi exor-
dium in Sanctionibus Eccleſiaſticis deprehenſum [f]. *Priſcis Canonibus noſcitur inſtitutum, vt Me-* f claſſe 2. fol. 84.
tropolitani cum eorum comprouincialibus per ſingulos annos debeant in Synodali iungi Concilio. Sed
nunc tam ex communi omnium voluntate, quàm ex euocatione vel ordinatione glorioſi D. Clodouei
Regis pro Zelo Religionis vel orthodoxa fidei dilectione in Cabilonenſi vrbe in Eccleſia S. Vincētij pa-
riter conglobati, &c. Ita omnes conuiuente animo definimus, &c. Hinc editio ſubinde Cano-
nes Synodi palam definientis profert in medium. De quibus aut aliquot horum nos ad cal-
cem huius numeri diſſeruimus.

Paragraphus 2.

Hiſt. 2. SEcundum hiſtoriarum genus aliò conuertendum pro noſtro Gauderico, eſt eiuſmodi,
mutuatum ex veteri Breuiario ~~Cameræ~~ Lugdunenſis in continuis periodis delineandis,
quas ſub Viuentio initiabamus pro canonica Legenda ſancti Baldomeri. Prouectam cuius
Confeſſoris ætatem ac obitum idcirco ſimul nunc annectimus & abſoluimus vnà cum de-
S. Baldomeri ætas vltima. nudata Sede Gauderici. *Cùm hac* (quæ præfiximus [a]) *Dei amore fideliter diu exercuiſſet Baldo-* a nu 42.§.2.
merus (ait locus [b]) *& fama eius in omnibus longè latéque crebreſceret; à beato Gauderico dicta vr-* b penult. Februar. Lectione 3 f.235. vulgò S. Galmier.
bis Pontifice, licèt inuitus, ad Subdiaconatus implendum officium eſt benedictus. Cuius manus vir
Dei cum lacrymis oſculabatur, & ipſum exorabat, ne hoc officium ſibi imponeret, ſéque indignum vo-
ciferabatur ſuſcipere tale miniſterium. In dicto verò Monaſterio S. Iuſti [c] *cellulam, in qua habitaret, vi-* c ex Lectione 2.n.41.
lem elegit: in qua Dominus tantam gratiam donare dignatus eſt, vt aues cæli à nemine capta aut com-
prehenſa iuxta conſuetam horam refectionis in eius manibus cibum venirent aſſiduè ſumere. Quas
cùm reficeret vir Dei, ita eas monebat, dicens eis: reficite & Domino cæli ſemper benedicite. Interea
Gauderici hiſtoria. *tamen quotidie pro dicta vrbe & omnibus commorantibus in ea, aut memorato Abbate* [g] *ad Do-* g Viuentio, ſup. lect. cit. & nu.41.§.2.
minum preces cum lacrymis fundebat, vt ipſis ingreſſum Paradiſi aperire dignaretur. Et cùm eum Do-
minus de hac luce recipi iuſſit, tantam ad eius memoriam dignatus eſt conferre ſalutem, vt ſi ipſis
ad ſepulturam beati viri ægrotus adueniret, & fideliter ibidem exoraret, à quacunque infirmitate fue-
rat poſſeſſus, ſtatim ſanus abſcederet. Et qui tunc putabatur in corpore eſſe inferior gradu, iam cog-
noſcitur in ſpiritu eſſe ſuperior & virtute. Ex hoc protogrammate duo elicimus meritò obſer-
Duplex narratio. uanda. Primum eſt, quòd inde ſequitur Diuum Baldomerum non alibi credi ſepultum,
1. quàm ea in Baſilica, vbi religioſiſſimum monachatus vorum emiſerat: nimirum in æde S. Iu-
ſti Lugdunenſis, vt pote multis coruſcante prodigiis, per eum à Deo poſt mortem fulgen-
tibus ibidem. De quibus extremis ipſius ſignis ſic denuò pauca eloquitur, & ea mira con-
firmat

firmat Petrus de Natalibus Antiſtes Equilinus. *Baldomerus Confeſſor vir Dei quieuit in Domino III. Kalend. Martij: cuius ſepulchrum crebris miraculis illuſtratur* [h]. Etiámque Eccleſia vniuerſalis omnes admittit Scriptores Martyrologiorum, qui de illo honorificè verba fecerunt [i]. Vnde mirum, quòd cùm corpus quieuerit in præfata Eccleſia, non ſit repertum decimum octauum præter alia ſeptendecim Sanctorum corpora noſtro penè æuo recognita in eadem Collegiali. De ſedula quorum mentione ſcaturiginem promimus in ſancto Irenæo [k], cum ipſius riuulis deinceps ſatis frequenter [l]. Quò fit, vt fortè corpus aliò poſtea tranſlatum fuerit: cuius tamen tranſlationis hodie non extat recordatio, ob incendia pleraque locis Deo ſacratis à Caluiniſtis hæreticis perpetrata. Secunda notatu digna obſeruatio eſt, quòd cenſetur Viuentius Archiepiſcopus Lugdunenſis iure poſtponendus Gauderico, eò quòd textus huius ſecundi Paragraphi de ſancto Baldomero dicat *memorato Abbate*, nimirum Viuentio Eccleſiæ ſancti Iuſti Monacho Archimandrita, ſic expreſſo in ſuperiore textura ſub eodem Viuentio pro ipſomet Baldomero, ad quæ præmiſſa contigua referuntur iſta poſteriora. Adeóque Viuentius tunc adhuc pergebat Abbas eſſe, quandiu ſedit idem Gaudericus: vt nondum poſſet tam citò Viuentius in Antiſtitem eligi. Reuerâ graue eſt id argumentum, & ideò liberam ſinimus lectori eos collocandi facultatem ac inſerēdi Viuentium inferiùs. Nam certè etiam Homiliarium atque Campegius ipſum Viuentium Gauderico poſtpoſuère. Verùm nos illum ſuprà anteferimus triplici de cauſa. I. quia S. Claudij ſui coætanei pariter ibidem exponendi vrgebat neceſſitas, vt ſocium illic reponeremus: ſequuti ordinem quoque prioris editionis. II. quia ſicut facilè & canonicè potuit ex Abbate Epiſcopus fieri tali ſerie: ita poſt accepti oneris biennium aut circiter, ei deuotè permittebatur ſacro galero renunciare, & ad monachalem Abbatiam perfectúmque ſtatum regredi, ſeu loco cedere in amici Gauderici gratiam. Etenim conſimili viâ ſanctus Celeſtinus quintus priùs Anachoreta, & inde conſecratus Pontifex Maximus ritè tranſacto menſe [m] renunciauit Papatui, atque in priſtinum Cœnobium [n] vltrò ſummiſque votis reuerſus eſt, aduocato ſucceſſore Bonifacio octauo. Sic aliquis Pontius, factus volens profeſſor Carthuſianus, deinde electus Antiſtes Matiſconenſis, dictúſque Pontius eius nominis ſecundus in illa Sede, poſt aliquot annos denuò æquè liberè redit in ſuam Carthuſiam, illic dierum finem habiturus, ac relicto prorſus de cætero omni affectu Epiſcopatus. De quo nos alibi [o]. Aliíque plures, quin pedè innumeri extant eius generis ex veteribus. De recentioribus autem: ſic rurſus hodie videmus Petrum Villarium fratri Hieronymo Villario Oratori egregio Archiepiſcopatū Viennenſem contuliſſe, & religiosè tanquam priuatum hominē ſuperuixiſſe annis XVI. [p] Sic Petrus de Gondy Pariſienſis Epiſcopus Cardinalis, ceſſit cathedræ in fauorem Henrici Gondij ſui nepotis, etſi patruus poſteros dies ſuos exercuerit ad annos inſuper vndeuiginti [r]. Eáque ratione ingenua & ingenioſa noſtra de Viuentij ordine inuerſio, adeò præclara & illuſtris eſt, vt ſimul pepererit datam oblatámque eam occaſionē eximia tot paradigmata & exempla à ſimili facto proferendi, ac in eis præſentem materiam decorandi. Nam pari ratione potuit Viuentius Primatum geſtaſſe ante Gaudericum, & iterum præfatam à ſe reſumptam Abbatiam gubernaſſe, pendente Archiepiſcopatu eiuſdem ſucceſſoris Gauderici. In ſumma verò neminem cogimus in illa fide & ordinatione tenenda, donec lux maior mentes illuſtret.

2. narrat. triplex.

Viuentius probabiliter poſt Gaudericum.

Epiſcopi Religioſi reuertentes ad Monachatū anteriorem.

Alij renunciantes Epiſcopatui diu ante obitum.

[h] li. 11 c. vit. art. ſeu n. 78

[i] Beda, Ado, Vſuar. Baron. 27. Februar.

[k] nu. 2. §. 7.

[l] nu. 15. ſin. 14. princ. nu. 18 & 19. § 1. &c.

[m] & dieb. 17. an. 1294.

[n] *ad Eremum abeuntem*, &c. Platina.

[o] nu. 45. §. 4. & 8.

[p] obiit ann. 1613 finali.

[r] obiit menſe Mart. 1616.

Paragraphus 3.

Hiſtoria 3.

VLtima hiſtoriarum ſpecies contemplatur aliud Concilium prouinciale Cabiloni accitum, cui rurſus idem Gaudericus virtute clarus præeminebat tanquam excellens Primas, vt non immeritò videretur nuncupandus *Beatus*, ſeu quaſi in Sanctorum numerum collocandus, etſi Martyrologia taceant. De iſta Synodo ſcripſiſſe intendit Iacobus de Breul in Antiquitatibus vrbis Pariſiacæ hoc verborum tenore, expreſſo & nuper repetito apud Chifflecium in ſancto Donato 25. Epiſcopo Veſontionenſi. *Clodoueus Rex* (inquit) *anno regni ſui quinto, Indictione V. die 15. Maij, & quatuor Archiepiſcopi, videlicet Gaudericus Lugdunenſis, Annobertus Senonenſis, Preſtetandus Bituricenſis, & Donatus Biſontionenſis, ſeptémque Epiſcopi, qui omnes tunc in Regis aula erant, atque ad ſanctam Synodum euocati conuenerant.* Hi Authores arbitrati ſunt hactenus vnicam Synodum prouincialem Cabiloni tempore Gauderici celebratam videri. Verùm certè, quicunque negotium hoc acutis obtutibus diſcutiet, & conferet Patres alterius Concilij Cabilonenſis ſub eodem Gauderico, perſpicuos Paragrapho primo cum Patribus præſentis Synodi ibidem habitę, è veſtigio notiſſima fiet diuerſitas non vnitas horum Conciliorum. Nam primùm in illo à nobis priùs conſcripto cœtu aderant Patres XLIV. In iſto autem vndecim duntaxat, vti colligere eſt ex præmiſſo pro-

De alio Concilio Cabilonenſi.

grammate. Secundò, in remotiore catalogo vidiſtis Armentarium Senonenſem Epiſcopum quartò ſediſſe Cabiloni, qui in Tabulis Democharis [r] fuerat vigeſimus ſextus Senonenſis: in propinquiore verò Antiſtes Senonenſis Cabiloni ſuffragator appellatur Annobertus Demochari ignotus, & ſecundus Cabiloni ſedens. Tertiò, in ſuperiore Bituricenſis Epiſcopus vocitatur Vlſolendus, ſedens Cabiloni trigeſimus octauus. Qui quidem latet tum apud Democharem, tum etiam deeſt in ampliore catalogo annis elapſis ad me ſæpiùs miſſo per Dom. Claudium Feydeau Doctorem Eccleſiaſtem Cathedralis Baſilicæ Biturigum. At ſub inferiore enchiridio Bituricenſis nominatur Preſtelandus Cabiloni tertius collocutor, cuius non reminiſcuntur præfati breuiatores. Cùm igitur varient Scriptores in deſignandis temporalibus ſcrupulis ſatis propinquis: ſignum eſt verè duo extitiſſe Concilia Cabiloni ſub eodem Primate Gauderico: priùs quidem anno DCL. cui Datæ cohæret annus quintus Clodouei, ideò ſanè referendus anteriori Concilio Patrum XLIV. at minimè Synodo Patrum XI. Quæ vlterior minórque Synodus concluditur inde celebrata DCLVII. &c. Déque eo poſteriore Concilio capienda eſt Genebrardi ſupputario. Sic itaque diſtantia inter hæc duo Concilia eſt annorum ſex completorum ac prætereuntium. Vnde illa duo in eadem ciuitate celebria audiri potuerunt ſub annali eiuſmodi intercapedine, quia ſuperiore ſeculo ſtatutum fuerat quibuſque trienniis ineunda eſſe Prouincialia Concilia pro Cleri in Galliis innouanda reformatione & occurrentibus cauſis aliis, atque in vnaquaque Synodo indicandum ſequentis locum aut ciuitatem. Ea de re cum effectibus apparent veſtigia ſuperiùs in Priſco trigeſimo quinto Archipræſule: ſub quo habitum eſt Prouinciale Concilium I. Matiſconenſe anno quingenteſimo ſeptuageſimo ſexto, deinde ſequenti triennio alibi: tum altero pendente triennio viſum eſt I. Cabilonenſe, anno 582. Inſuper alio inſequenti iuſtiore triennio coactum legitur V. Lugdunenſe anno 585. Ruſus alio triennio immediatè ſequutum eſt II. Matiſconenſe anno 588. Tum Cabilonenſe ſecundum ad annum 597. ſub Primate Ætherio *. Exinde verò ad præſens inſtitutum aduertimus, quòd Synodus tertia Cabilonenſis agitata eſt anno 650. Alter ſequens alibi huc non pertinens ad annum ſexcenteſimum quinquageſimũ tertium aut ſexcẽteſimum quinquageſimum quartũ. Necnõ ex eo alia proximè ſubſequens inita iterũ Cabiloni anno ſexcẽteſimo quinquageſimo ſeptimo, de qua nunc ſermo. En res mox clariſſima & cognitu facilis. Hinc autem ſupereſt demum ſeriò inquirendum, an iſta poſterior actio Cabilonenſis ſub Gauderico annumeranda ſit quarta Synodus omnium illo in loco celebratarum, cùm tertiam nuper ſuprà effecerimus.

An fuerit Eccleſiaſticum vel Regium.

Ratio dubitandi triplex eſt: prima, quia priuſquam commentarium hoc reformaſſemus, nos Eccleſiaſticam congregationẽ Cabiloni habitam anno octingẽteſimo decimo tertio ſub Carolo Magno, iamdudum quartam depinximus infrà ſub Ledrado quinquageſimo tertio Primate. Secunda, eò quòd iſta poſterior virorum corona cenſetur potiùs eſſe ciuilis & regia Comitiorum ex Epiſcopis laicíſque regni proceribus ſimul accelerata, quàm mera eccleſiaſtica. Nam reſcriptum Authoris non dicit rem geſtam in aliqua Eccleſia conſecrata, quo ſolo in ſpatio ſacro Concilia Eccleſiæ ſemper haberi ſolent: ſed dicit Author conuocatos Epiſcopos *in aula Regis*, loco profano. Adeóque hanc poſteriorem aggregationem nendum audemus diſertè Concilium eccleſiaſticum appellare, donec manifeſtiùs appareat. Non ſecus ac hodie ſingulis trienniis Clerus totius Galliæ de more habet coëundi Luteriam Regio nomine in Aula Theologica Cœnobij Auguſtiniani, pro decimis Regi computandis, & aliis temporalibus Eccleſiæ Gallicanæ oneribus ac negotiis, etſi quandoque ſpiritualia ibidem miſceantur, quoties ex accidente occurrunt ad politiam non ad fidei articulos pertinentia: attamen hoc æuo eas conuocationes minimè appellamus Synodos aut ſacros cœtus. Tertia dubiorum ratio eſt, quòd altior Synodus anceps Cabilonenſis, quam Paragrapho primo dicebamus ſecundam ſub Ætherio Archipræſule Priſci ſucceſſore trigeſimo quinto, incerta eſt pro illo loco. Quinimò ſub eodem Ætherio ferè concluſimus ipſam extitiſſe ſeptimam Lugdunenſem, quaſi Guntranni tunc Burgundię Regis iuſſu in alterutra earum vrbium obſeruatam, quæ fuerant ciuitates metropolicæ illius Regni & æui. Si verò eam Synodum quis malit habere pro ſeptima Lugdunenſi: certè hinc fiet quòd ſuperior Cabilonenſis Patrum XLIV. ſub Gauderico erit ſecunda ibidem, & præſens aggregatio Patrum vndecim fuerit tertia apud Cabilonem, ſi pro eccleſiaſtica reputetur. Viderint oculati prudentiores. Interea adſequuntur potiores Canones huiuſce Cabilonenſis cœtus ſiue anni 650. ſiue anni 657. vt libuerit. Saltem reuerà exhibiti ſunt paſſim iidem omnino Tituli in Conciliorum Voluminibus.

De Concilio 2. Cabilonẽſi.

[r] 10.1.c.17.

* nu.56.2.fin.

Paragra

Paragraphus 4.

Caſtitas Cleri recenſita.

AB ortu præterimus exactiora Titulorum Concilij examina, quibus innouando decernitur, *ne Sacerdos aut Diaconus præter perſonas in Canonibus contentas, cum qualicunque extranea muliere familiaritatem habere præſumpſerit, quæ dedecoris vel adulterij poßit adferre ſuſpitionem, alioquin iuxta ſtatuta Canonum degradetur* [e]: itémque circa pœnitentiæ Sacramentum, *vt pœnitentibus à Sacerdotibus facta confeſſione indicetur pœnitentia* [f]. Talia enim iam hoc in Volumine diſcuſſimus ſub prima Eccleſia Romana Luthero ſola incorrupta: illud equidem bis [g], hoc ſemel in Eucherio II. [h] Ad quæ priora ſecula Cabilonenſes iſti Canones ſyncerè redeunt. Etiam dictum ſanè, ne quis ſordidus Caluinita demurmuret præſentem Synodum ad poſteriorem duntaxat Eccleſiam Romanam pertinere, quæ impuritatis rubiginem contraxerit, adeóque non credendam ampliùs. Nam dedimus ſuprà colligendum lectori, quòd tota noſtra hæc Eccleſia veteri planè conformis maius ſui iſtius decreti robur emendicat & mutuatur ex Apoſtolica penè cenſura. Verùm certè materia cui mox potiſſimùm habemus conſiſtendum, alia ſe ſe offert multùm differens: nimirum talis, quòd ex capitulis vndeuiginti, qualia ſanciuêre Patres XLIV. huiuſce Concilij, nos iſtic vnicum ſuffecerit perquiſiuiſſe, huic Operi recens, éſtque de horrenda frequenter contracta ſimonia impio rerum diuinarum mercimonio inter Clerum & laïcos, pendente hoc tempore ſeptimâ Euangelij centuriâ. Vt verò integrum captemus & amplectamur, habet tres omnino eiuſmodi Articulos. I. *Vt Abbates & Monachi, aut agentes* [i] *Monaſteriorum patrocinio ſeculari penitus non vtantur* [k]: *nec ad Principis præſentiam ſine Epiſcopi ſui permiſſu ambulare audeant.* Alioqui: *à ſuis Epiſcopis excommunicentur* [l]. II. iſque ad inſtitutum præcipuus: *Vt nullus Epiſcopus atque Presbyter, vel Abbas, ſeu Diaconus, per præmium ad ſacrum Ordinem* [m] *penitus accedat. Quod ſi fecerit, ipſo honore quod compararit, priuetur* [n]. III. *Et quia multa per præſumptionem proueniunt, quæ Deo minus placita, & ſacris Canonibus videntur eſſe contraria, quæ à Sacerdotibus neceſſe eſt coërceri: ita ſancta Synodus inſtituit, vt nullus ſecularium nec in Eccleſia, nec infra atrium ipſius Eccleſiæ, qualecunque ſcandalum aut ſimultates penitus excitare præſumat* [o], *&c.* En depicta ad viuum ſimoniæ labes, ac vehemens eius prohibitio. Quæ theſis eò ſtudioſiùs pertractata legitur in illo Concilio, quia illiberale eiuſmodi facinus multis iam annis ante Synodum percrebuerat in Eccleſia Gallicana cum graui proborum ſcandalo, ex malo palam ſerpente. De ea nanque ardenti rerum terrenarum cupidine multam priùs querimoniam mouerant ſummi Pontifices: & dudum optauerant expeditiſſimum per authentica in ipſis Galliis Concilia remedium adhiberi. Gregorius Magnus [p] annis ſexaginta ante Gaudericum de illa animorum peſte conqueſtus [q] ſcripſerat ad Ætherium Lugdunenſem Archiepiſcopum, vt velut Primas longè arceret ingens id periculum: de cuius Papæ Epiſtolis nos ſuperius loco decenti [r]. Tum idem Romanus aut quartus eius ſucceſſor Bonifacius V. de eo quoque ſcabioſo pruritu literas dederat [ſ] Arigio pariter Lugdunenſi etiam quarto poſt Ætherium ſucceſſori, itémque ſolus Gregorius Brunichildæ Reginæ & Theodorico Regi nepoti [t], vnicuique ſemel, hoc ſcilicet fine præclaro, vt prouincialia Cõcilia inirentur per Gallicanos in regno Epiſcopos, pro flammigeris extinguendis illis auaritiæ facibus, quales partim Epiſtolas illic exſcripſimus [u]. Nunc autem abſoluendus eſt corpus eiuſmodi tractatus. Eaque mente iſtic demum adiicio plures alias decretales literas ipſius Gregorij ad Reginam & Regem piè miſſas, tum vnam ad Siagrium Eduenſem Epiſcopum recèns exaratam aduersùs idem meritò terrendum ſimoniæ genus. Nam etſi talia Epiſtolia minimè ſint huius temporis aut Sedis Gauderici: tamen effectus Synodi ad ſimile opus cogendę tunc ſequi aut præſtari non potuit ex parte Ætherij. Ratióque dilationis erat fortaſſis, quia nondum iſtud alterum ſimoniæ proiiciendæ negotium tam citò diſpoſitum ſuerat ſub accito ſecundo Concilio Cabilonenſi [x], vel quando idem Ætherius ſeptimam Lugdunenſem Synodum coëgit ob Moniales illuc conuocatas, & ad bonam mentem reducendas. Neque rurſus Arigio licuit præcedentis imperij fructum ſentire ac percipere, quia breui interiit poſt acceptum mandatum, aut ſeriùs ei renouatum eſt. Atque adeò curam omnem ſic dilatam & retroceſſam deuotè ſuſcepit Gaudericus perficiundam. Etenim cauſæ flagitij prætereuntes latiorem campum mox aperuêre Doctoribus, vt in Concilio III. Cabilonenſi per Gaudericum opportunè ſedentem detur fœlicior exitus tantæ querelæ damni perſeuerantis. Audi primò ipſum Gregorium Brunichildem Lotharingianæ Auſtraſiæ Reginam ſic alloquentem [y]. *Valdè nobis excellentiæ veſtræ ſtudium placuiſſe ſignamus, atque fratri & coëpiſcopo noſtro Siagrio pallium dirigere ſecundum poſtulationem veſtram voluimus, &c. vt chriſtianitatis veſtræ ſollicitudo diligenter inuigilet, & nullum qui ſub regno veſtro eſt ad ſacrum ordinem ex datione pecuniæ, vel quarumlibet patrocinio perſonarum, patiatur accedere: ſed ille ad*

Epiſco

Triplex Decretum Cabilonenſe cõtra Simoniacos in Gallia.

Romanos Pontifices iã de hoc præſtando priùs ſcripſiſſe ad Galliarum Epiſcopos.

e cap. 3.
f cap. 8.
g cit. nu. 34. § 1.
h nu. 30. § 7.
i Les agens ou procureurs.
k tanquam hìc valdè periculoſo.
l cap. 15.
m perinde ad beneficia.
n cap. 10.
o cap. 17.
p primus huius nominis.
q ad an. 595. & 600.
r nu. 35 § 1.
ſ ad an. 620.
t petit fils d'elle.
u nu. 39. § 2.
x cit. § 1. fin.
y li. 7. epiſt. 5.

Epiſcopatum vel alterius ſacri Ordinis officium eligatur, quem dignum vita & mores oſtenderint: ne ſi honor venalis fuerit Sacerdotalis, ſimoniaca in illis partibus hæreſis, quæ prima in Eccleſia prodiit per Simonem Magum [z], *& ſententia Patrum damnata eſt, conſurgat, & regni veſtri vires imminuat* [a], *&c.* Secundò, Papa Siagrium & Deſiderium Viennenſem Epiſcopum ita hortatur [b]. *Fraternitatem veſtram inſtitutis Apoſtolicis commonemus, vt dominicis præceptis innitentes de templo fidei auaritiam, quæ idolorum eſt ſeruitus, excludamus, &c. Vulgatum eſt, quod in Galliarum partibus ſacri Ordines per ſimoniacam hæreſim conferantur. Vehementis mœroris tædio afficimur, ſi in eccleſiaſticis officiis quenquam habeat locum pecunia, &c.* Tertiò, idem Pontifex Theodoricum Auſtraſianum in Francia Principem grauioribus hiſce periodis commonefacit [c]. *Pulſamus vt congregari Synodum iubeatis, & ſicut dudum ſcripſimus, corporalia in Sacerdotibus vitia & ſimoniacæ hæreſeos prauitatem omnium Epiſcoporum definitione damnari, atque de regno veſtro amputari faciatis, nec plus illic pecuniam obtinere, quàm præcepta dominica permittatis.* Rurſus ipſe ad eundem in alia Epiſtola: *Excellentia veſtra Dei noſtri mandatis inhærens, ſtudium ad congregandam Synodum adhibere dignetur, vt ſimoniaca hæreſis prima in Eccleſiis iniqua ambitione Magi, poteſtatis veſtræ imminente cenſura, & Concilij definitione tollatur.* Quartò, Clotarium II. Regem Francorum vrget hoc pacto [d]. *Peruenit ad nos quòd ſacri illic Ordines cum datione pecuniæ conferantur. Vehementer affligimur, ſi ad Dei dona non meritis acceditur, ſed præmiis proſilitur. Simoniaca hæreſis prima in Eccleſia ſurgens Apoſtolorum eſt authoritate damnata*, dicens Petrus ſortilego, Pecunia tua tecum ſit in perditionem, quoniam donum Dei exiſtimaſti pecunia poſſideri [e]. *Petimus vt pro mercede veſtra congregari Synodum faciatis, quatenus omniũ Sacerdotũ definitionibus cõpreſſa & radicitus amputata, nullas vires ibi de cætero in periculo animarũ inueniat* [f]. Ad extremum denuò mandat alibi præfatis Epiſcopis. *Dominus noſter Templum ingreſſus cathedras vendentium columbas euertit. Quid eſt columbas vendere, niſi pretium de manus impoſitione percipere* [g], *& ſanctum Spiritum venundare?* En quinque loca egregia querimoniarum illius æui: quæ poſtea Gallicanam præſentem Synodum induxerunt ad emerſis ſuccurrendum portentis. Qua in re Patres ibidem ſequuti ſunt anteriora ſecula, Diuum Ambroſium Decretis inſertum [h], Chalcedonenſe Concilium planè œcumenicum [i], & reliqua aſcendendo ad ius diuinum atque naturæ in nouo Teſtamento conſcriptum ex duplici textu obiter allato Simonis ac Columbarum. Vnde abſolutio à cenſuris ipſo facto per ſimoniam irretitis vni Romano Pontifici legitur deinceps meritò reſeruata [k] in vtroque foro.

Et ad diuerſos Reges Francorum

Quinque exemplaria Epiſtolarum.

z Actuum Apoſtol. c. 8.
a ibid. ex cauſa 1. q. 4. can. 47.
b li. 7. c. 110. cauſa 1. q. 1. c. 13.
c li. 9. ep. 53.
d ep. 54. ibid.
e v. 18. c. 8. Actuum.
f ep. 55. loco cit. Alia aliò tendentia ad Regin. li. 2. c. 5. 151. 159. li. 9. c. 57.
g cit ep. 110.
h cauſ. 1 q. 1. c. 7. & 14.
i can. 8.
k Paul. 2. PP. in Extrauag. com. li. 5. c. 2.

Paragraphus 5.

AD vlteriora breuiores procedamus. Synodus Cabilonenſis reuerenter interpellat ſuperiorum ætatum Concilia, reclamat eorum præſidium, & ſingula approbando vnit ſe toti primæ Eccleſiæ ab Apoſtolis conditæ. Ergo reſumamus & abſoluamus eius periodum antea * per nos inchoatam, ad hunc vſque finem perficiendam, & commentario deinde perluſtrandam. *Ita omnes vna conſpiratione* (ait) *& conniuente animo definiuimus, vt fidei norma, ſicut in Niceno Concilio pia eſt profeſſione firmata, vel à ſanctis Patribus tradita, atque ab ipſis expoſita, ab omnibus conſeruetur* [l]. Hinc verò ex multis capitulis anteriorum cœtuum, nos vnicum de fide articulum retegimus, è certis duobus Conciliis mutuatum ac prorſus conforme pro ſacra Euchariſtia: omiſſis in eorum maſſa reliquiis ad ſolam Eccleſiæ politiam ſpectantibus. Primum caput eſt Nicenum [m]. *Attollentes mentem fide, intelligamus ſitum in ſacra illa menſa, agnum illum Dei tollentem peccata mundi, incruentè à Sacerdotibus immolatum, & pretioſum ipſius corpus ac ſanguinem nos verè ſumentes* [n], *&c.* Pro ſecundo perſimili capite, dum Reuerendi Suffragatores Cabilonenſes pedem figunt in norma fidei à ſanctis Patribus tradita & expoſita, ideò generale Epheſinum proponimus [o]. *Sanctum ac viuificum* (narrat locus) *incruentúmque in Eccleſia celebramus ſacrificium, non hominis alicuius nobis ſimilis & communis, corpus conſimiliter & pretioſum ſanguinem eſſe, quod proponimus credentes* [p]. Huic nanque ſanctioni mentis quoque aciem intendit ſacrum agmen Cabilonenſe. Etenim hæc reuerà clariùs proponit Capitulo decimo quarto. *In poteſtate ſit Epiſcopi, &c. quòd officium diuinum poſſit impleri, & ſacra libamina conſecrari.* Quæ libamenta conſecrata in noua lege, aliud nihil ſunt quam pretioſus ſanguis Chriſti in calice. Eámque quam religioſiſſimam Canonum materiam ideo proponimus, quia mox ea opus valdè eſt, dum vrget plurimùm Caluinitas, aduerſarios Romanæ noſtræ Eccleſiæ, quæ ſola incruentum reale ſacrificium admittit, quotidie offerri ſolitum poſt mirabilem Chriſti aſcenſum, & hactenus. Non enim vno ſenſu illa Conciliorum phraſis intelligi poteſt de ſolo imaginario aut ſpirituali ritu Sacrificij: neque quòd ſemel duntaxat realiter exhibitum ſit quondam à Chriſto ante aſcenſum paſſo in Caluario monte, pro redimendo toto genere humano, quale vnicum ſanguinolentum

De incruento ſacrificio corporis Chriſti.

Duplex ad id Concilium vetuſtius.

* §. 1. verb. Ita, fin.
l c. 1. Cabilo.
m an. 305. Baron.
n li 3. decret. iterum.
o an. 430. Baron.
p Declarat. ſeu anathiſmo 11.

nolentum admittunt hæretici huius temporis. Nam è diametro textus *verè* perindéque realiter, includit proprium & externum ſacrificium, non figuratè & internè. Altero ſenſu, vox incruenti nunc conficiendi in præſenti, arguit nos frui proprio ac quotidiano hodie ſacrificio ſic inſtituto à Saluatore in realem cruenti memoriam hoc pacto iugiter repræſentatam: non quidem habente ſanguinem viſibilem cum externis partibus ſuis quantis extra partes: ſed reuerà continente ſubſtantiam corporis ac ſanguinis Chriſti ad modum ſubſtantiæ, quæ minimè cogitur ſecum inducere neceſſariò ſolitam ſuam quantitatem, non ſaltem & præſertim extenſam, ſub reſiduis accidentibus panis & vini poſt inſtantaneam diuino munere factam ſubſtantiarum conuerſionem. Siquidem infinita Chriſti virtus poteſt phyſicalia hæc accidentia ſuſpendere per cõſequentia miraculi tranſſubſtantiationis priùs dictim patrati vi verborũ miniſtri diuinitus ad hoc per viſibilem Eccleſiam ordinati cũ Apoſtolicis ceremoniis. Præter quæ dicta, ſanè eam rationem ſacrificij ingreditur natura immolationis repertæ in præfata textura ſub immolato à Sacerdotibus noſtro incruento ſacrificio. Etenim omnis immolatio in genere eſt conſumptio rei vel ſenſibilis, vel partim imperceptibilis q ac metæ ſubſtantiæ Deo oblatæ ſuper ara in noua lege. Ea verò duplex eſt: cruenta ſeu prorſus exterior, & incruenta ſeu ex parte inuiſibilis. Genus autem immolationis ad textum ſpectans poſterioris eſt ordinis: nimirum Chriſti iam realiter præſentis per actualem antea conſecrationem, ſub apparente vtraque ſpecie, ſeu in ſuperſtitibus qualitatibus prætereuntis materiæ in aliam tranſmutatæ via ſacramentali aut inuiſibili abſque ſubſtantiali penetratione. Quæ immolatio perpetuis poſt Chriſtum paſſum ſeculis duratura eſt in orbe chriſtiano. Itaque Caluinus ergo non adhæret fidei primæ Eccleſiæ in Niceno & Epheſino Conciliis profeſſæ, quam is alioqui puram decernit: vt neque paret æquiſſimæ Patrum Cabilonenſiũ aggregationi. Imò metaphorica hoſtilis interpretatio deuiat in immenſum à Chriſti verbis & Conciliorum mente. Simile quidem ferè allatum eſt ſub Eucherio [r]. At res iſtic exactior cernitur ex data incruenti occaſione. Quæ ſingula Gauderici cura renouata ſunt.

Cabiloni renouatum.

Incruentum & immolatio duplex.

q quoad ſubſtantiam, quæ in omni corpore ex Ariſtotele Categor. 1. eſt propriè ac de ſe indiuiſibilis, per conſequens non quanta, nec viſibilis: at partibus & viſa per accidentia eius ornamenta, etiam conſumptibilia.

r nu. 21. §. 5. & 7.

Paragraphus 6.

AD exitum, inter plures Epiſcopos huic Synodo poſt ipſum Primatem Gaudericũ ſubſcripsêre permulti Archiepiſcopi: nimirum Laudalenus ſiue Caldeolus, Viennenſis; Andinus ſeu Andoëmus Rothomagenſis, Armentarius Senonenſis, Baudomerus [s] Tharētaſienſis, Etherius Ebredunenſis, Licerius Auſciorum, Viſolendus Bituricẽſis, Betto Abbas pro Turonico, omnes cum prouinciæ cuiuſque Antiſtibus. Vbi etſi non legantur interfuiſſe Archipræſules Toloſanus, Burdegalenſis atque Rhemenſis: ſui tamen Suffraganei eò paſſim acceſsêre [t]. Ex quibus rurſum demonſtratur quàm longè latéque diffuſa eſt Primatia Lugdunenſis. Ibi verò interfuêre ſanctus Deodatus Matiſconenſis Epiſcopus ſedens ordine decimus ſeptimus: & Gradus Cabilonẽſis, vigeſimus tertius ex quadraginta quatuor Patrib.

Archipræſules in Concilio ſub Gauderico.

r Democh & Caldeodus Villario, & Edaldus Boſco, pa. 40

s ſeu Baudomeris.

t Democ. to. 2. c. 19. lin.

XLV. *Paragraphus 1.*

SANCTVS ANNEMVNDVS filius Sigonij Dynaſtæ Romani, creati Lugdunenſium Præfecti amica optione Clodouei II. Francorum Regis, patrinus fuit Clotarij 3. eius primogeniti, & horum Regum dilectiſſimus, ſempérque à Secretis Cõſiliarius. In Camera malè ſcriptũ Lect. 3 *in regiis prætoriis Dagoberti Clodonei filij*: nam Dagobertus primus fuit vnicus filius Clotarij ſecundi, & habuit filium Clodoueum ſecundum. Itémque malè: *Interea ventum eſt, vt Annemundus à Viuentiolo Lugduni vrbis Epiſcopo eligeretur in loco.* Quia ſanctus Viuentiolus multùm antea præceſſit 29. Archiepiſcopus, nec alius ſecundus eius nominis iſtic legitur: ob quam Regis gratiam ac ſingularem Præſulis virtutem, Ebroïnus Palatij Magiſter [a] inuidiâ perperam concitus, eum apud Clotarium Reginámque matrem Bathildem fraude atque mendaciis accuſauit læſæ maieſtatis. Tandémque ita obtinuit, vt miſſi ſua arte ſatellites, Antiſtitem Lugduno, quo è Curia relegatus fuerat ad Principis conſpectum perducentes deuinctum, perfidè antequam eò appuliſſet, necarunt [b], verentes legitimam accuſationis ipſius purgationem, & in gratiam regreſſum. De quo ſatis multi Authores [c]. Sic ille Sanctus perpetuis in Deum precibus vitam ducens, pro pietate & Republica ad normam æquitatis reſtituenda ac liberanda ab impiorum inſultibus, obiit Martyr Eccleſiæ. Ebroïnus verò malorum omnium Princeps dictus à

Res geſta breuior.

Eſt Martyr.

a ſeu Maior domus. Maire du Palais. Sigib Anton.

b in iuſtis ex itinere apud Aureliã an. 667 ex Carolo Sauſſeyo in Analit. Eccl. Aurelian li. 3. nu. 15 pa. 138. & li. 4. n. 129. p. 249.

c apud Parad. hiſt. Lugd. li. 2. c. 16.

Roberto Gaguino [d] Francorum Annaliſta, & aſtutus atque crudelis à Ioanne Tillio [e], in pœnam detectorum ſcelerũ comprehenſus, ad Luxouium [f] Cœnobium detruſus eſt, ex Sigiberto [g]: è quo demum loco egreſſus [h], & inſidias permultis parans, meritò ab Hermenfrido interfectus eſt, ex Adone Viennenſi [i]. Aguntur iſta ab anno 662. ad annum

An. 660. 667. apud omnes penè allatos & ſequaces dictatores. Quo toto tempore claruit ac ſedit

662. 667. Lugduni Annemundus, euectus primùm ad Archiepiſcopatum ope Clodouci anno fortè DCLX. biennio ante ipſius Regis deceſſum. Interea, Bathildis innoxia & ſanctiſſima vidua, tanquam decepta Ebroini technis, multis piis conſtructis Monaſteriis, liberè Cœnobium ſuum Calenſe ingreſſa, eam vitam profeſſa eſt, ac miraculis claruit. De cuius ſanctitate Antoninus [k], Surius [l], Haræus [m] & Martyrologia 7. Kalend. Februarij. De ſancto Annemundo conticeſcunt Martyrologici Scriptores: at ex Kalendario ſeu Breuiario Lugdunenſi agitur feſtum 4. Kalend. Octobris: & ſanctus vocatur in publico inſtrumento Guichardi Archiepiſcopi [n].

Paragraphus 2.

Ipſius nomina.

DEinceps, hic ſuboritur controuerſia meritò dirimenda. Vetus Breuiarium Cameræ Archiepiſcopalis huic Primati aliud nomen ingerit, hac nota [o]. *Igitur Dalphini ſeu B. Annemundi Martyris vitam exponam.* Quo in loco pauci opinabantur non eſſe ſeorſum ſuprà conſcribendum à nobis Dalphinum Archiepiſcopum, vt ipſe & S. Annemundus efficiant duos Primates: ſed veriùs hæc nomina vnam & eandẽ deſignaſſe perſonam. Nos verò cogimur eiuſmodi voces diſtinctis duobus Archiepiſcopis tribuere. Imprimis, quia ad id inuitant temporum ac Reginarum diſcrimina, quæ martyriis aſſenſum præbuêre. Nam Dalfinus mortem paſſus eſt præcipiẽte Brunichilde ſub Clotario 2. Rege Francorum anno 614.

Tres cauſæ huius ei ſtatus.

At S. Annemundus obiit ſub annum DCLXVII. Balthilde alia Regina annuente huic neci ſub Clodoueo 2. Rege [p], quam Reginam vel etiam adnominat Breuiarium Cameræ. Secundò, quia ferox Brunichildis Regina equis indomitis mẽbratim pertracta vitã finiit anno 616 [q]. iubente præfato Clotario, ex Paulo Æmilio [r], vel ann. 617. ex antiquiore Sigiberto: nimirum anno quadrageſimoquarto ante ſedentẽ Annemundum. Cuius Reginæ mortis meminit Ado Viennenſis poſt annum 583. & ante annũ 604. Clotario autem II. patri ſucceſſit

Cognominũ diuerſæ rationes.

filius Dagobertus I. Rex ante Clodoueum 2. filium iſtius *. Tertiò, quia Annemundus ſedit maximè ſub Rege Clotario 3. Clodouei 2. filio ſucceſſore: ſub cuius tantùm ſceptro Æmilius & Tillius verba faciunt de Ebroino annis 633. 668. & 680. velut de tortore ſeu authore martyrij ſancti Annemundi. Adeóque chronologica veritas poſtulauit, vt inter Dalfinum & Annemundum medios dederimus Chagnoaldum, Aridium, Terricum, Viuentium, Theodoricum & Gaudericum. Hoc tandem pacto tutiùs opinari licet vocem Dalfini eidem ſancto Annemundo attriburam, fuiſſe cognomen ſuæ familiæ fortaſſis conſanguineæ ſuperiori Dalfino: quemadmodum plures inſcribi aſſolent ſolo nomine domus, profeſſionis, ſtatus, gentis aut rerum geſtarum: omiſſis ſæpè nominibus propriis. Sic enim paſſim eruditus valdè Præſul Thoſtatus claret in omnium ore ſub nomine ſolo Abulenſis, velut in qua Diœceſi ſedebat Epiſcopus [s]: ſic Valerianus [ſ] affinis ſancti Eucherij Epiſcopi Lugdunenſis, ſic Viennenſis Diaconus [t], Vticenſis [u], & in-

Correctio textus.

numeri penè alij pręſertim Scriptores ac Eccleſiæ præfecti. Igitur latet hic homonymia: & nomen ſeorſum Dalphini audietis infrà * vſurpari ſolitum pro germano noſtri ſancti Annemundi fratre. In ſumma perſtat hæc ſancti Annemundi chronologia ac diſtincta appellatio: qui profectò minime cenſetur electus in vicem & locum Viuentioli vrbis Lugduni Epiſcopi, veluti affirmat præfatum Breuiarium: ſed author ſacri ipſius Voluminis veriùs, reor, intendit dicendúmque inſinuat in *locum Viuentij*, qui ſolus Viuentius ex allatis Authoribus proximè anteponitur Annemundo [x], mediante Gauderico, aut etiam Theodorico. Attamen minùs tutè idem Viuentius hoc ordine ſtatueretur, ex propoſita iam chronologia [y]. Sanctus autem Viuentiolus dudum præceſſit.

Paragraphus 3.

Latior Sancti hiſtoria.

SEd dum ſuperiùs breuiora & ſparſa quædam fragmenta pro Diuo Annemundo è Breuiario Cameræ depromimus iuxta priorem calcographiam: nunc in hac altera editione poſteriores reliquas periodos continuas ex eodem hauſtas conſcribamus oportet integras, ac paulò emẽdatas. Magis enim ad quãque ſpeciẽ deducũt fautores martyrij cęteráſq; circunſtãtes perſonas ex ſacrata hiſtoria, quã hactenus lectitetur in profanis aliis authorculis.

Erat

d li. 3. pa. 41.
e in Chronic.
f aliis vulgo Luxeu.
g in Chron. ſub an. 667.
h ao. 680. ex Sigib. vel 83. Till.
i in Chron. ſub ao. 696 vel 688 Till.
k 2. Par. hiſt. tit. 13. c. 4. §. 6. & Till. ſub an. 667.
l tom. 7.
m In vita Sanctor.
n apud Parad. 2. c. 38. Gallicè *Pancharte*.
o Lect. 2. Maturin. fo. 286. vel Lect. 3. in paruis impreſsis vetuſtis ſeorſum pro Eccleſia Monialium, qualia non ampliùs extant in nouo Breuiar. ad fo. 493.
p medio inter ambos Dagobert.
q dict. nu. 37. §. 2. in ipſo Dalphino.
r fol. 19.
* Hic obiter Dagob. I. perperam dicitur filius Clodo. II. 10 verſqs antiquis impreſsis citatis. Cætera verò illic rectè.
ſ fortè dictus à Valeria oppido Hiſpaniæ nunc Serra. Ptol. li. 3. c. 3. Plin. 3. c. 1 ſeu à Valeria regione orientali Germaniæ.
t Martyr ann. ſal. 169.
* §. 5. arg. 38. §. 6. ar. 23. & §. 11.
u Forſan ab Vtica vrbe Aphricæ.
x vide §. 2. n. 43 pro n. 41
y ſub eodem Gauder. n. 45.

Erat vir affabilis, fortis, humilis (inſit locus de Sancto) *prudens & inſtans, in obiurgatione manſuetus, in diſputationibus victor, in iudicio iuſtus, in bonitate prælatus, in eleemoſynis pius, in generoſitate conſpicuus, & in facultatibus latus* [a], *&c. Tantam denique in eum Dominus ſuã contulerat gratiam, vt egregiè veneraretur in populo: etiã vt gentes eũ niterentur placare munerib. A Regibus tamen atque proceribus ita habebatur acceptus, vt mox quicquid poſceret, impetraret. Nullúſque de aliquibus ad ſuum profectum quicquam volebat appetere, niſi ſua ſuggeſtione Clotario tertio Principi deportaret* [b]. *Adeò dum ſublimitatis gloria Ebraïcum* (vulgus, Ebtoïnum) *vindicaret extentum, necnon & à fratribus celſior videretur in cœtu: incidit cunctis in odium, qui tractare ſeditiosè cœperunt ſub clandeſtina accuſatione dicentes quaſi regnum eiuſdem Clotarij euertere moliretur occultè* [c]. *Interea facta eſt coniunctio ex Regis imperio in ſuburbano Aurelianenſis vrbis, in villa quæ alio nomine dicitur Marotalo. in quam venerant proceres maiores natu ducéſque cum plebibus. Huic loco ſolita vocatione beatum Antiſtitem cum fratribus crediderunt affuturum. Sed is adhuc feſſus quo nuper laborauerat tædio, venire non valuit. Sic conceptum, quem aduersùs Beatum Pontificem conceperat* [d], *reuelarunt dolum: & eius germanum quaſi Præfectum Lugduni, quæ eſt caput Galliæ, vehementer agebat pro falſo infidelitatis crimine* (*Rex & Balthigildis* [e] *Regina*) *truncauerat capite.* Hic antiquius Breuiarium Cameræ liquet corruptum. Sed aliæ poſteriùs editæ etiámque vetuſtæ Lectiones Matutinales Monialium ſic clariùs hoc exprimunt. *Conceptum aduersus B. Pontificem maleuolorum odium manifeſtè patuit. Nam fratrem eius in Præfectura Galliæ Lugdunenſis malè geſta calumniatum truncari capite fecerunt* *. *Delatúmque eius ciues corpuſculum in Baſilicam Apoſtolorum duodecim* [f] *& octo Martyrum, tradiderunt ſepulturæ.* Et libellus Cœnobij adiicit. *Quæ Eccleſia nunc dicitur Nizery. Tunc vir Dei ex fratris interitu illico ſuæ didiſcit vitæ diſpendium. At quia ſpiritus promptus eſt, & caro ſemper infirma: trepidans, ſuam paululum ab vrbe declinauit præſentiam* [g]. *Recordatus autem præmij, Martyrio ſe cupiens numerari, ad propriam reuerſus eſt ciuitatem, ſtatímque ad Dei hominem Vualdebertum, qui Lupoini paternum tenebat cum fratribus principatum, clãdeſtinè miſit: cúmque ad ſe venire cum paucis famulis ſcitiſſimè poſtulauit. Intelligénſque vir Dei ſub tali obtrectatione illum reſidere conceptum, ſine mora ſe Lugduni vrbis contulit manibus* [h]. *Qui dum ſe lachrymis ſalutaſſent, ac pia ſibi oſcula cum fletu dediſſent: ſequeſtratum pro aliorum mærore in remotis detulerunt. Ibi enim ſenior digna exhortatione refouens: acceptâ pœnitentiâ, tota die & nocte in excubiis ac orationib. perdurat. Et iam tribus Ducib. præceptum fuerat, vt beatum Pontificem ſub fida cuſtodia Principi præſentarent. Atque ſi reſultaſſet, extinctum relinquerent. Ocyus Lugdunum perueniunt. Cúmque ad præfatam vrbem implere quod præceptum fuerat properarent: noluit Dei famulus reſultare, ſed conuerſus ad Dei hominem, dixit: melius eſt mihi pro nefando crimine martyrium ſuſtinere, quàm aliis malum exemplum relinquere* [i], *&c.* Plura deinde extant vlteriùs in exiguis aliis veteribus lectiunculis matutinis ſeiunctim editis, qualia omittimus, vt pote miracula poſt obitum. En genus mortis, & locus demum facinoris, nimirum proditorie in vrbe ſua Lugdunenſi, ex prima duplicis ſententiæ allatę opinione de tali vltimo ſitu, vti docet textus ibidem. Nam ſecundò alij prototypis remotiores [k] eundem per inſidias in Aureliorum vicinia occiſum ſibi ad hanc vſque diem perſuaſêre. Sed tertiò, planè aliud è penetralibus & domeſticis de illo myſterio ſcriniis recèns ſubtraximus. Quippe in antiquis editis diuinis Officiis, qualia de tanto Martyre concelebrant deuotæ Moniales Cœnobij ſancti Petri Lugdunẽſis, adhuc pro loco diſcrepante ab aliis duabus iam allaris dictiũculis, deprehẽdimus ipſũ in Cabilonenſi vrbe [l] occiſũ, ſuffraganea ſui Archiepiſcopatus. Adſunt verba Breuiarij huiuſce ſacri Monaſterij. *Cabilone mulctatur, Lugduni tumulatur, in cælo coronatur* [m]. Deinde ſic multò lariùs. *Cum à Præfecto & ſatellitibus ſuis ad locum ſancti Martialis ciuitati Aurelianenſi vicinum regiis præſentandus conſpectibus duceretur, in territorio Cabilonenſi tentoria fixerunt. Vbi timentes ne gratiam apud Regem inueniret Pontifex, eorúmque machinamenta reducerentur ad nihilum, inito conſilio eum noctu occiderunt* [n]. Ecce trimembris deſcriptio regionis deceſſus tanti viri: è quibus ſpatiis tertiam auguramur ſynceriorem, maximè propter nonnulla hiſtorica argumenta, quæ mox eam ob rem adſequuntur.

Comitia Regni. — Sui fratris martyrium. — Falſa in eũ accuſatio. — Amicus ipſius conſolatur. — Captura. — Mors. — Locus triſariam.

a ex Lect. 3.
b ex Lect. 4.
c Lect. 5.
d Ebroïnus ſeu Ebraicus.
e Lect. 6. Ibi eſt Balthildis, quæ appellatur Balthigildis.
* in alia 2. Lect.
f Lugdunũ.
g Lect. 7.
h Lect. 8. fol. 257. Variantur paſsim illa in paruis vetuſtis impreſsis ſeorſum.
i Lect. 4. item Lect. 4. Dominicæ infrà Octauas breuiar. Monialium.
k Sauſſæus Aurelianenſ. cit §. 1.
l portus Araris diſtans Lugduno 21. leucis in aſcenſum fluuij.
m Antiph. 2. ad veſper. in die feſti.
n Lec. 8. Domin. etc. Nihil de hoc Sancto, vt neque de S. Lupo Archie. Lugd. in breuiariis recẽtioribus quoad eorũ hiſtor.

Paragraphus 4.

Vbinã ſiſtat cadauer S. Annemundi.

DE ſancto Annemundo plura copioſiùs in hac ſecunda calcographia edituri, meritò variis ex thecis perſcrutati ſumus in quanam Baſilica putetur iacere ſacrum ſuum corpus, præſertim integrum. Siquidem Moniales ſancti Petri id ſibi hodie venditant. Canonici verò ſancti Nicetij hoc ſuis cryptis attribuunt omnes ſanè tanto affectu & adeò vehementi deſiderio in tuitione ſuorum iurium perſiſtentes, vt à multis iam ſeculis frequentes querimoniæ, lites & controuerſiæ hinc legantur emerſæ. Ambæ Eccleſiæ

ſatis affines, conditæ ad portum Araris latúſque ortiuum. Quæſtio autem è re eſt, nec leuis momenti. Nam ad RR. Archipræſulum & ſucceſſorum curam pertinet, nodum hunc, fieri ſi poſſit, tutò ſoluere: ne honos cui debeatur reddi loco, ceſſet in Eccleſia nuſquam decipienda: aut è diametro ne ius indebitè cui non debetur, etiam quandoque reſtituatur. Veruntamen, in præclaro themate exaggerando, occurrent extranea quoque de Sancti genealogia, miraculis, cæteríſque adiunctis, vix hactenus notis, quæ ſingula æquo ſimul pede in medium propalaſſe ſtuduimus. Interea, nos vtramque duplicis Eccleſiæ partem controuerſam hîc viciſſim defendendam ſuſcipimus, ex intimo pectore, ſinéque vllo citra veri agniti metas felle & ſtomacho. Priore dicendorum aggere, Monialium latera tenentes, earum cauſam & vota in articulos viginti quatuor diſtributa ſic protegimus, quatenus ipſæ affirmant oſſa & cineres ſancti Annemundi in ſuo fœminarum Conuentu requieſcere.

Argumenta XXIV. quòd ſit Eccleſia Monialium S. Petri Lugduni.

Argum. 1.

Ac primùm is Sanctus *fuit illuſtriſſimi viri Sigonis præfecti ac vxoris eius Petroniæ filius, & in Regis Dagoberti prætoriis coalitus, natione tamen Romanus, atque publicis faſcibus honoratus.* Hæc depromuntur ex Matutinalibus Cœnobij lectionibus o, in quibus præterea ſubduntur iſta propinquiora inſtituto, velut conſequentia ad Sancti martyrium Cabiloni perpeſſum, ſupráque depictum, qualia certè non ampliùs emicant in aliis Cameræ allatis vetuſtis impreſſis, vt pote quia viri obitum minimè prætergrediuntur vlteriùs. En igitur Scripta Monaſtica. *Itaque narrato ſancti Patris martyrio, quò ſanctum corpus deuenerit videamus. Nam poſitum in nauicula Araris abſque nauclero, ſeu quocunque ductore, Lugdunum directum fuit. Res mira: quacunque parte tranſiret, omnia cymbala quæ in his locis erant, abſque agitante ſonuerunt, atque duo candelabra argentea diuinitus deſuper miſſa, cereis ſuperlucentibus ſancto corpori in naui continuò adhæſerunt. Quod à Clero Lugdunenſi & ciuibus eſt receptum cum fletu maximo, gaudio tamen permixto, quia quem exulatum putauerunt, receperunt defunctum* p. *Et cum diuerſarum Eccleſiarum Lugdunenſium proceſſionaliter adueniſſent Clerici, ac quiſque tantum ſibi vindicare vellet theſaurum, & ad propriam deferre Eccleſiam, nullatenus de loco dimoueri potuit. Qua de re valdè admirati ſunt omnes: atque ſuſpicati id cauſæ quod nondum adeſſet proceſſio Monialium Monaſterij ſancti Petri. In eo enim erant duæ Deo dedicatæ B. Annemundi ſorores, quæ acceſſitæ deuotè illuc acceſſerunt. Quò cùm perueniſſent ſorores, corpus fratris ſui eſſe cognouerunt. Tunc ſanctum corpus diuinitus motum ad eas appropinquauit: ſatis clarè innoteſcens apud eaſdem velle ſepeliri* q. En igitur iam depoſitio cadaueris in illo Cœnobio.

Eius corpus Cabilone Lugdunum miraculo duci viſum.

o Lect. 4. diei feſti.

p Lect. 2. feriæ. 1. infra Octauam.

q Lect. 3.

Argum. 2.

Articulus II. *Cùmque beatum Martyrem deportarent ad tumulum cum canore lugubri, paululum paſſimque eum deponentes: quidam æger ſe frequenter ſub feretro iactitans* r, *eius interuentu ſoſpes receſſit à tædio* ſ, *&c. Obſequiis itaque funeralibus ab omnibus qui conuenerant viris eccleſiaſticis, ſolenniter, & cum maximo honore peractis, ſanctoque B. Martyris corpore in dicta S. Petri Eccleſia reuerenter tumulato, in magna gentiũ multitudine adfuit quidam cæcus, qui de Dei miſericordia atque meritis B. Annemundi confiſus ſuper tumulum humiliter proſtratus iacuit* t. *Vbi deuotè Deum adorans, ac B. Annemundi interceſſionibus, vt ſibi oculorum viſus reſtitueretur indefeſſe ſupplicans, ſine mortali acumine viſum recepit* u, *ac ſi nullo vnquam oculorum laboraſſet morbo, qui ne ingratus haberetur, duas lampades obtulit in honorem Beati, perpetuóque cum olei liquore lucere ordinauit, &c.* En mirum opus ídque multiplex in Virginum Eccleſia diuinitus miſſum ex præſentia funeris. Cæteráque prodigia illic conſpicua in paralytico aliíſque morbis ex illo diuinitus curatis oleaſtro prætermus, præter ſequens famoſum.

r vel meliùs iactitans.

ſ Lect. 1. feriæ. 2.

t Lect. 2.

Alia miracula in corpore ibi tumulando.

u Lect. 3.

Argum. 3.

Articulus III. *Cùm totius ferè mundi climata, fama miraculorum præclariſſimi Martyris ac Pontificis Annemundi percurriſſet, ſomniabat quidam Teutonus cæcus à natiuitate, quòd ſi viſu vellet vti oculorum, limina adiret Lugdunenſis Cœnobij, titulo Principis Apoſtolorum fundati, vbi corpus conditum Martyris veneratur Annemundi* x. *Hic cùm iter carperet Franciam petens, ignarus prædictæ vrbis, Lugdunum elauatum eſt aggreſſus: qui cauſam itineris exponens viam didicit qua Lugdunum pſittoſorum veniret, ſecum ducens vxorem viæ ſolamen, & filium vnicum* y. *Prædictam igitur vrbem ingrediens ore frequenti reſonabat Chriſti miles, Annemunde adiuua me. Qui cùm ad celebre Diui Petri perueniſſet Cœnobium, Sanctimoniales ibidem Deo militantes eum cum ſumma exceperunt charitate* z. *In quo cùm nullum viſus appareret veſtigium, compatientes Sanctimoniales ei dicebant: Quo fretus auxilio, frater, & quâ cauſâ de tam remotis terræ partibus huc aduenisti? quem tibi conſtituiſti finem tanti laboris* a? *Quibus reſpondens, vt mihi, inquit, cæco à natiuitate ipſe ſuccurrat Martyr Chriſti Annemundus, ſicut mihi Dominus per ſomnium oſtendere dignatus eſt. Ergo oro me peccatorem præſentetis Martyri. Quod cum egiſſent Sacerdote præuio, Miſſa cum ſumma incepta eſt lætitia* b. *Leuita itaque inchoante Euangelium, vxor cæci agitabat latus eius, vt qui proſtratus iacebat, ſurgeret, & ſtaret. Eo autem renitente, nec pro more auditum præbente, ipſa gemitus inſolitos audientib. emiſit* c. *Hic multò poſt iã ſurgens, qui cæcus decubuerat, apertis*

x Lect. 1. diei Octauæ.

y Lect. 2.

Cæcus è remotiſſimo Septentrione eo veniens.

z Lect. 3.

a Lect. 4.

b Lect. 5.

c Lect. 6.

oculis

oculis cælum ſuſpiciens Dominum laudabat, qui ſibi viſum Martyris Annemundi interceſſionibus addiderat [d], *&c.* Ergo Sanctus verè in illo Cœnobio requieſcit.

Argum. 4. Articulus IV. pendet ex collecta Oratione quæ in prefatis diuinis Officiis Conuentus fœminarum decantatur: éſtque eiuſmodi. *Propitiare nobis, quæſumus, Domine, per huius ſancti Annemundi Martyris tui atque Pontificis, qui in præſenti requieſcit Eccleſia, merita glorioſa: vt eius pia interceſſione ab omnibus protegamur aduerſis.* Hæc ſynchrona quatuor argumenta è diuino illo officio pendentia concomitantur alia quinque paulò anteriora, velut iniecta prima Monaſterij fundamenta, ſed aliunde ex hiſtoricis Abbatiæ Sanctimonialium archiuis ac diſcurſibus mutuata, eóque iſtic conſequentia, tali ritu.

Argum. 5. Pro V. Articulo. Id Monaſterium conſtructum & dotatum eſt (ſcribunt) per eundem S. Annemundum tunc Archiepiſcop. Lugdunenſ. in honorem & ſub vocabulo beati Petri Principis Apoſtolorum. Qui Annemundus ibidem triginta duas religioſas puellas conſtituit, eas Deo conſecrauit, vt perpetuò famularentur ſub regula beati Benedicti: & ordinauit quòd perſeuerarent virgines de nobili genere procreatæ. Déque his Leidradus Archiepiſcopus [e].

d Lect. 7. potiùs Laudunum Clauatum. Papir. Maſſon. In notitia p. 44 & fortè Planciſcum, ſicut Lucij dunum, mons in quo Lucius Numa Plancus forum ſeu coloniam Lugdunum inſtituit.

e n. 53. §. 2.

Argum. 6. Articulus VI. quòd in eadem Eccleſia ſancti Petri priùs iam inhumata fuerant corpora patris ac matris ſancti Annemundi: *qui parentes antea in extremis poſiti iniunxerant ipſi beato Annemundo & Dalphino fratri ſuo germano præfecturam Lugdunenſem poſſidenti* (inſit Charta) *vt oculos animi ſui ad dictum Monaſterium tenderent, & de facultatibus ad eos pertinentibus largirentur. Propter quod beatus Annemundus voluntatem parentum adimplens, dum vixit, donauit dictæ Eccleſiæ tam in beneficiis quam in decimis, primitiis ac ſepulturis, quidquid habebat in Gebennenſi Eccleſia & in Diœceſi Viennenſi, in loco qui vocatur TVRRIS DVPIN circunquaque: Item in Epiſcopatu Niuernenſi, Eccleſiam S. Symphoriani. Item in Epiſcopatu Eduenſi, Eccleſiam S. Porſani: Item in Epiſcopatu Lingonenſi, &c.*

Fūdatio Monaſterij.

Argum. 7. Articulus VII. *Item beatus Vinuentiolus prædeceſſor proximus ante eundem ſanctum Annemundum* (ſupra dicitur Viuentius [f]) *qui Archiepiſcopus Lugdunenſis præfatum ſanctum Annemundum in Archiepiſcopum ſancti Stephani protomartyris tunc primæ Sedis Galliarum Lugdunenſis Eccleſiæ ordinauit, inſtantiſſimè rogauit hunc S. Annemundum, vt in dicto Monaſterio Puellarum Lugdunenſium plurima de ſuis beneficiis miniſtraret.*

Fūdi augmētatio.

f n. 41. & 44. §. 2. præter S. Viuentiolum, n. 19.

Argum. 8. Articulus VIII. *Omnes reditus quos pro maiori parte tenent & poſſident ipſæ Dominæ Moniales fuerunt dati & erogati per ſanct. Annemund. tempore quo in humanis agebat, ob amorem & charitatis Zelum, quod habebat erga id Monaſterium, ac etiam alij reditus per alios Catholicos eiſdem Sanctimonialib. erogati fuêre per ipſum S. Annemundum confirmati, vt apud Dolomacum, S. Symphorianum, Charpiacum, Veniciacum, Morencieu, &c.*

Incrementū ipſius.

Argum. 9. Articulus IX. *Item S. Annemundus ad oſtentandum magis affectum quem habebat ad dictum Monaſterium & duas ſorores ſuas: ibidem Anniuerſarium Patris ſui ordinauit, & adhuc ſingulis annis in ea Eccleſia iuxta eam ſancti Annemundi conſtitutionem celebratur.* Sic pergit Charta enarrare. Quibus inducitur probabilior coniectura B. Annemundum optaſſe illic vnà cum ſuis progenitoribus & collateralibus obeuntem recondi. Vt luce meridiana clariùs eſſe videatur, Moniales pacificè & quietè, dempto omni contradictorio Cleri ac populi, obtinere corpus, Oſſa & Reliquias ſanctiſſimi eiuſdem Præſulis. Quaſi ipſæ fuerint aut ſint in naturali ciuilíque poſſeſſione venerandi, colendi, orandi à populo & ornandi tales reliquias. Ex eoque adiicit typus Manuſcriptum in fronte: *Nemo eſt qui neſciat, niſi qui occaſione quæſtus, pecuniæ & oblationum*, aut ex cupiditatis vitio, omnium malorum matre, variis figmentis ſeipſos fallaces & alios deceperunt, plebémque oberrare faciunt, Corpus ipſum penes ſe & in eorum Eccleſia haberi.

Anniuerſaria illic.

Paragraphus 5.

EXpoſitis hactenus primis nouem Articulis iiſque Diuo coætaneis: ſeorſum accedimus ad plures alios poſtmodum emerſos earundem probationum ſyllogiſmos, qui docent ſacrum corpus diu permanſiſſe conſepultum in præfata Monialium Baſilica. Adeóque hic non immerito nectimus talia ſucceſſionum tempora, tametſi horum chronica multò inferiora ſint contentis hoc numero XLIV. Id verò factum eſt, vt nimirum totus tractatulus ſimul oculis legentium vno ictu facilè obuerſetur. quæ alioqui materia ſuis infrà quibuſque in locis foret remittenda diſpergendáque, quemadmodum poſtea in D. Thoma Cantuarienſi ſub Guichardo Archipræſule à nobis ſimul geſtum eſt.

Argum. 10. Decimus ergo Articulus eſt eiuſmodi ordine in Archiuis. *Maior pars Prioratuum dicti Monaſterij, fundati ſunt ſub vocabulo B. Annemundi: & in ipſis quolibet anno fiunt magnæ vigiliæ, præſertim nocturnæ in honorem ſancti Annemundi Gallicè,* Vogues, *cum affluentia virorum ac mulierū.*

Argum. 11. Articulus XI. *quod maius Altare dictæ Eccleſiæ erectum eſt in memoriam beatorum Petri & Annemundi: vbi quotidie decantatur vna Miſſa Euchariſtialis, & feſtiuis alia in paruo Altari iuncto: vulgo appellatæ Miſſæ S. Annemundi: ac deſuper eleuatur imago antiqua dicti Sancti cum Pontificalibus indumentis.*

Argum. 12. Articulus XII. quòd ex eo *in Clocherio Eccleſiæ eſt groſſa Campona ab antiquiſſimis temporibus nuncupata, etiam de præſenti, SANCTVS ANNEMVNDVS. Similiter in verreriis, Cappella, locis aliis aut picturis antiquis Eccleſiæ eſt picta Imago ſeu perſonagium S. Annemundi, cum vita, geſtis & meritis paßionis ipſius.*

Argum. 13. Articulus XIII. *Vexillum Eccleſiæ per ciuitatem Lugdunenſ. deferri ſolitum, eſt antiquiſſimum, Id Sanctimoniales earúmque prædeceſſores tempore Rogationum ac ſolennitatis ſacratiſſimi corporis Christi ſubminiſtrare ſolitæ ſunt, in quo cernitur depicta Imago B. Annemundi cum inſulis Pontificis, necnon imagines duarum ſororum ipſius. Quinimò dictis diebus fueuerunt Sanctimoniales à tanto tempore, quod de contrario non eſt memoria, deferri facere, ipſis Dominabus proceßionaliter accedentibus* g *ad Eccleſiam ſancti Nicetij, videntibus omnibus. Pariter ipſa Dominæ ſolitæ ſunt dictis temporibus deferri quoque facere Chaſſam ſeu Arcam admodum antiquam, argento redimitam, ac ſerico panno coopertam, in qua latent oſſa & Reliquiæ S. Annemundi. Ad cuius rei ſignum, eſt Imago Sancti in ipſo panno ſculpta cum ſacris veſtibus & hiſce litteris peruetuſtis, SANCTVS ANNEMVNDVS. Quam Arcam Sanctimoniales proceſſionaliter tunc incedendo ſolent deuotè reponere magno Altari ipſius Eccleſiæ ſancti Nicetij, ac tenere, donec ſtationes, orationes & ſuffragia per eas illo tempore celebratæ, ſint perfectæ: ſcientibus cunctis Canonicis & non contradicentibus* h. Sed nota quòd abhinc annis 100. quo tempore reformatæ ſunt Religioſæ, ampliùs non exeunt proceſſionaliter aut aliter. Tunc Romæ nominati ſunt harum Superiores Religioſi S. Sulpitij Bituricenſis, ſancti Germani Pariſienſ. & ſancti Illitij Claromontani, vulgo *S. Allier*: omnes Benedictini. Ex quibus priores duo Conuentus ſuum ius transtulerunt ad poſtremos velut propinquiores: qui ad eas mittunt Patres Confeſſarios *.

Proceſſiones cum corpore olim.

g nec aliàs exibant ſepta.

h hîc omittuntur 4. articuli ferè ſimiles erga Cathedralē S. Ioannis.

** De proceſſionib. id ſcio à vetulis Religioſis, quæ in iuuentute vetulas audiuerunt ſic proceſſiones vidiſſe in vſu, non vltrà: ſcripſi anno 1616.*

Argum. 14. Articulus XIV. *Item in omnibus Martyrologiorum libris, qui intitulantur de veneratione Sanctorum exiſtentium in Ciuitate Lugdun. tam in Collegiatis Eccleſiis quàm Regularibus continentur hæc verba. Quarto Kalend. Octobr. Natalis Beati Annemundi Epiſcop. Lugdun. & Martyris Chriſti: Requieſcit autem hic Martyr in eadem vrbe ad ſanctum Petrum citra Ararim. Itémque in ſex libris antiquiſſ. exiſtentibus tam in hac Ciuit. Lugdun. quàm in locis aliis circumvicinis, videlicet in Monaſteriis ſancti Martini Atanathenſis, ſancti Martini Inſulæ barbaræ, ſancti Martini de Murena, S. Theodori de Chaſſagnia, & ſancti Petri prædicti, talia verba inſeruntur, in vnam ſententiam tendentia: SACRVM CORPVS beati Martyris Annemundi in cœnobio Puellarum Monialium ſancti* Petri Lugdunen. *de feretro exemptum in Baſilica dicti S. Petri, vbi ipſas pauperes Sanctimoniales idem B. Martyr delegauerat ex ſuis alimoniis paſci, cum dignis obſequiis extitit conditum & tumulatum.*

Quænam de eo Martyrologia.

Argum. 15. Articulus XV. *In dicta Eccleſ. ſancti* Petri, *& ante tumulum ſancti Annemundi erat lampas in honorem ſancti Martyris, olei liquore appoſita & incenſa, quæ nunquam minuebatur* - fortè vna illarum, de quibus nos ſuprà Artic. 2. Deinde, alius quidam cæcus cùm ſepulchro appropinquaret, ex percuſſa per ſe lampade oleóque proiecto liniens ſibi oculos viſum recepit. Vnde lampadis fragmenta habent *Dominæ Moniales* ex quarum oleis ſolenniter tacti plures languidi meritis ſancti Annemundi à diuerſis morbis ibidem curari perſeuerant.

Argum. 16. Articulus XVI. reſpicit alia documenta, equidem extra præfatarum hactenus Chartarum ſeriem ac typum exarata, ſed quæ ordine chronologico debuêre à nobis ad hunc Articulorum ſitum reduci. Epiſtola vna Auſtetij LXI. Lugdunenſis Archiepiſcopi confirmat, vel potiùs nutrit & auget monumentum ſancti Annemundi apud Moniales ſub ann. 910. ex conſequente Sergij Papæ III. Reſcripto, dato menſe Iulio, Indictione 13. Quæ tamen Epiſtola, cum temporis vetuſtate & incuria Librariorum corrupta admodum videretur, ex illa iſtic ea ſola quæ indubitata ſunt retinemus. *Rurſus cùm in Anniuerſario die ſancti Annemundi Martyris & Epiſcopi* (aut) *corpus illius viſitaſſemus ad ſancti* Petri *Moniales ob loci ſancti reuerentiam; tenuem quidem, ſed quantùm potuimus largam de facultatibus noſtris eleemoſynam largiti ſumus.*

Ex Diplomate.

Arg. 17. Articulus XVII. Etiam exterior, contuetur Bullam adſequentem. *Innocentius Epiſcop. ſeruus ſeruorum Dei. Cunctis in Chriſto fidelibus Abbatiſſæ & Conuentui Monaſterij ſancti* Petri *Monialium Lugdun. ſal. & Apoſtolicam benedict. Licet is de cuius munere venit, vt ſibi à fidelibus ſuis dignè ac laudabiliter ſeruiatur, de abundantia pietatis ſuæ, quæ merita ſupplicum excedit & vota, benè ſeruientibus multò maiora retribuat quàm valeant promereri. Nihilominus tamen deſiderãtes Domino reddere populum acceptabilem, fideles Chriſti ad complacendum ei quaſi quibuſdam illectiuis muneribus, Indulgentiis ſcilicet & remiſſionibus inuitamus, vt exinde reddantur diuinæ gra-*

Ex Bulla de Indulgentiis.

tiæ

[b]læ aptiores. Cùm igitur, ſicut nobis exponere curauiſtis, corpus ſancti Annemundi in veſtro Monaſterio requieſcat, ac ad ipſum Monaſterium ob ipſius S. reuerentiam, cuius meritis nonnulli à morbo caduco curantur, in eius feſto concurrat fidelium plebs deuota: nos cupientes vt idem Monaſterium congruis honoribus frequentetur, omnibus verè pœnitentibus & confeſſis, qui Monaſterium ipſum in memor. S. eiuſdem venerabiliter viſitauerint annuatim, Petri & Pauli Apoſtolorum authoritate confiſi, XL. dies de iniuncta ſibi pœnitentia miſericorditer relaxamus. Datū Peruſij II. April. Pōtificatus noſtri anno 9. Atque in Archetypi plūbo ſericis filis * pēdente hæc inſcribuntur. Innocentius Papa IV. anno nimirū ſalutis 1251. Quo loco aduerte Canonicos Eccleſiæ sāčti Nicetij protuliſſe Diploma perſimile ſub nomine eiuſdem quoque Pontificis, immutatis tantiſper nomine ac circunſtantiis Monaſterij in vocem ſancti Nicetij. Eámque Bullam pro Monialibus confectam nos ipſi in autographo perlegimus, quaſi tutiorem ſynceriúſque veritati innixam.

* rubeis & flauis Integrā quoque videas t. 1. Annal. Carthuſiæ D. Polycarpi.

Argum. 18. Articulus XVIII. ex ſolitis Chartis depromptus, eſt eiuſmodi. Dum Sanctimoniales prædicant ſe habere ius, vſum, poſſeſſionem & ſaſinam denunciandi (inquit reſcriptum) corpus ſancti Annemundi penes ſe & in earum Eccleſia reſidere; nihilominus Domini Sacriſta & Capitulum Eccleſiæ Collegiatæ ſancti Nicetij, aſſerentes ſe hodie poſſidere in dicta Eccleſia ſancti Nicetij, corpus, oſſa & Reliquias præfati ſancti Annemund. propter vota Deo, & ſancto facta vel fienda, hac ſumpta occaſione quòd Petrus de Laude Sigillifer D. Ludouici de Villards Archiep. Lugdunen. Inſtitutoris Canonicæ ſancti Nicetij[k], ac eius familiaris continuúſque gubernator, qui de nouo creatus fuerat dictæ Eccleſ. Sacriſta, etiam de nouo quoddam corpus inhumatum repererunt in dicta Eccleſ. ſancti Nicetij, quod veraciter erat & eſt in hodiernis caput Dalphini Præfecti Lugdunenſis fratris præfati ſancti Annemundi, quem Rex Dagobertus & Baltegildis regina pro falſo infidelitatis crimine morti tradiderunt, truncato capite. Quod equidem corpus Lugdunenſes detulerunt ad ſuam ciuitatem, & in Eccleſia ſancti Nicetij conſtructa in honorem XII. Apoſtolorum, tradiderunt eccleſiaſticæ ſepulturæ. Quaſdam literas à Iudice Ballino Matiſconenſi Seneſcallo Lugdunenſi contra prædictas Dominas obtinuerunt, & exequi fecerunt: coram quo in materia poſſeſſoria lis pendet indeciſa: eaſdē Dominas in ſuis legitimis iurib. turbando & præpediendo in re ſacra; cuius cognitio eſt eidem Iudici penitus interdicta, cùm ſit profanus & ſecularis. Sic proceſſus verbalis Cœnobij in lite hactenus. Requiramus Diplomata.

Solus featet S. Annemūdi in Eccleſia S. Nicetij.

k Inferiùs ſuo loco 94. an. 1305.

l ſucceſſor Ludouici anno 1320.

Argum. 19. Articulus XIX. Petrus miserat. diuina primæ Lugdun. Eccleſ. Archiep. & Comes, notum facimus vniuerſis, quòd cùm ad inſtantiam Sacriſtæ & Capituli Eccleſ. Collegiatæ ſancti Nicetij Lugdun. conceſſiſſemus literas quaſdam Indulgentiales benefactorib. Eccleſ. prædictæ ſancti Nicetij narrantes inter alia corpus B. Annemundi in dicta Eccleſia ſancti Nicetij requieſcere, & hoc in dubium reuocetur ſuper hoc, quod lis pendeat diutiùs agitata inter Sacriſtam & Capit. ex vna parte, & Abbatiſſam ac Conuentum ſancti Petri Monial. Lugdun. ex altera, videlicet vbi corpus d. glorioſ. Martyris Annemundi requieſcat: Nos dictis Dominab. de eo ſuper dicta clauſula grauiter conquerentib. ratione dubij & litis; dictam clauſulam de dictis literis admoueri præcipimus, ordinamus & volumus, & literas reficiſine clauſula prælibata, atque loco dictæ clauſulæ remotæ ponantur hæc verba: In qua Eccleſia ſancti Nicetij multorum Sanctorum corpora requieſcunt. Et cùm dictæ literæ noſtræ indulgentiales dictam clauſulam continentes lectæ & publicatæ fuerint in noſtra Synodo B. Lucæ nuper præterita, ex quarum publicatione pariter dictæ Dominæ Religioſæ conquerebantur, vt ſuprà. nos ordinamus quòd præſens ordinatio in noſtra Officialitatis Lugdunenſis Curia publicetur, & in Eccleſiis omnib. Lugdunenſ. Diœceſis, quando ex parte dictarum Religioſar. fuerit requiſitum. In cuius rei teſtimonium & robur Sigillum noſtrum præſentib. literis duximus apponend. Datum Lugd. die 23. Nouemb. anno 1321. Ex quibus ſcias velim, quòd aliis obſignatis ipsius R. Archiepiſcopi[n] mandatis habuit expreſsè in iuſſu Hugo Gonas proclamator Officialatus, vt præmiſſum ſtatutum in Synodo Maij publicaret facto ſilentio, déq; promulgatione inſtrumentum faceret. Quod & geſtum eſt.

Titulus Annemundi aliter ibid. mutatus.

m hæc etiā Dom. Polyc. in ſuis Annal. Carthuſian

n Datis 16. Maij. an. 1322.

Argum. 20. Articulus XX. Charta ſic habet. Aliàs per Reuerendiſſimos DD. Lugdunenſes Archiep. data fuit Commiſſio viris circunſpectis in veritate perquirendi, anne corpus, oſſa & Reliq. dicti ſancti Annemundi eſſent in dicta Eccleſ. ſancti Petri Monialium. Deinde ſubdit: hi deputati facta exactiſſima inquiſitione, ſolerti cura, amore, prece, pretio, timore & ſubornatione poſtpoſitis; comperierunt corpus & oſſa ſancti Annemundi quieſcere in dicta Eccleſia ſancti Petri Monial. Fecerúntque ſuas legitimas relationes. Verùm illic nullum profertur ſpeciale exemplum vniuerſalioris paulo narrationis. Attamen nos per aliud ſingulare ex Archiuis Abbatiæ hauſtum ſub magno plumbo & in cera viridi rotunda, deprehendimus ſeorſum ea quæ ſequuntur, geſta authoritate ordinaria [o], quando R. D. Ioannes de Borbonio miſeratione diuina Epiſcopus Anicienſis & Velaniæ Comes, creatus eſt Sedis Archiepiſcopalis Primatuſque Lugdunenſis adminiſtrator pro D. Carolo Borbonio electo Commendatario eiuſdem Sedis. Commiſſione

Commiſſio pro Reliquiis

o [illegible] an. 1450. pendente cū ſtula ſer[illegible]a rube

ad

ad hoc expreſſè facta ab eius Vicario Generali in ſpiritualibus & temporalibus, D. Ioãñe de

Ioan. à Borb.

Amanziaco, Baccalaureo in Decretis, Camerario Eccleſiæ Lugdun. Quippe voluit vt Reliquiæ S. Annemundi Mart. & Epiſcopi tanquam in eadem Monaſterij S. Petri Eccleſia quieſcentis de tumulo educerentur, & decentiùs in thecis argenteis componerentur per RR. Dominos Bertrandum Merleti Licentiatum in Decretis, (ait locus & textus Priorem Prioratus ſancti Iuliani, Officialem ordinarium, Antonium Bertrandi etiam Licentiatum, ac militem in Eccleſia Lugdun. & Canonicum ſancti Pauli, Officialem Primatialem, & D. Bartholomæum Belieure, ciuem Lugdunenſem, ac publicum Apoſtolicæ Sedis Notarium & Secretarium Reuerendi Archiepiſcopi. Quibus tunc præſentibus, à venerabili Domina

Earum perquiſitio.

Alexandra de Vaſſello Abbatiſſa & aliis Religioſis Monaſterij, inter innumerabiles Reliquias SS. Andreæ Apoſtoli, Pruſiliæ, Trofimi, Mauricij, Ricarij, Vedaſti, Amandi, Photini, & Lupi, duorum Lugdunenſium Antiſtitum, ac quàm plurimorum aliorum Martyrum & Cõfeſſorum, producta eſt Capſa quædam, in qua magno panno lineo inuoluta repererunt oſſa ſequentia, videlicet (inſit membrana inde confecta) *tibiarum crurium duo oſſa, dempta capitis hominis vna coſta.* Et ibidem erat Breue literis antiquis ſic deſcriptum: *Oſſa S. Annemundi.* Item in alio panno lineo, adeſt aliud Breue continens inſculptum, *Caput ſancti Annemundi & corporale de Miſſa.* Sunt rurſus ibidem duo oſſa de renibus & vnum os longum, ac videtur eſſe os anterius tibiæ. Item vlteriùs, *præfata Dominæ nobis aliam capſam de marmore honeſtè compactam exhibuerunt* (addunt teſtimonia) *quæ cum deuotione maxima deferri ſolet in proceſſionib. Religioſarum V tempore Rogationum: quam etiam aperuimus, vidimúſque quòd in eadem erat vnum Breue in pergameno ſcriptum, quo ſunt inuoluta duo groſſa oſſa brachiorum in panno lineo, inuoluto panno alio de ſerico operato diuerſorum colorum, continente*, hæc ſunt brachia S. Annemundi. *Quas quidem Reliquias omnes & ſingulas nos Officiales & Conſiliarij præfati poſtquàm tenuimus & palpauimus, induti Cappis ac ſuperlicio, & luminari Eccleſiæ accenſo in præſentia Dominarum Religioſarum, necnon plurimorum aliorum virorum notabilium in magno numero cõgregatorum, cum omni humilitate, & reuerentia eas locis prioribus, in quibus erant repoſitæ, remiſimus & dimiſimus, ac præmiſſa omnia atteſtamur præſenti publico inſtrumento manibus noſtris propriis & præfati Bartholomæi Belieure ſignato, cum appenſione ſigilli Curiæ Officialatus Lugdun. Acta in dicto Monaſterio ſancti Petri, die 3. May, anno Domin. M.CCCCLVI. Indict. 4. Pontificat. ſanctiſſimi in Chriſto Patris DD. Caliſti Papæ III. anno 2.* Hæc in præſenti titulo. Reſidua vide ſequenti Paragrapho.

Particulæ in Monaſterio.

Hoc anno ſeculi 1500. & 1600. &c. nõ eſt hominum memoria, quòd ipſe adhuc annũ aliter extiterint ampliùs In Annalib. Carthuſianis To. 1. ſub an. 1251.

Paragraphus 6

Argum. 21.

SEiunctim audiamus Principem nepotem Ioannis à Borbonio mox conſcripti, factum interea tanti maiorem, & inauguratum Archipræſulem. Ergo Articulus XXI. eſt eiuſmodi in ſolitis Chartis. *Dicti de ſancto Nicetio exiſtentes procurauerunt erga illuſtriſſim. Principem & Reuerendiſſ. Patrem D. Carolum Cardinal. de Borbonio, Galliarũ Primatem, vt ipſe hoc anno currente* 1487. (tunc itaque initus eſt iſte proceſſus verbalis) *ad Eccleſiam ſancti Nicetij veniret, die quo celebratur feſtum ſancti Annemundi, pro audienda ibidem Miſſa. Quod & Dominus ipſe ſolita benignitate praſtitit, non intelligens fines ad quos tendebant dicti de ſancto Nicetio, non veriti tanto Principi & Principiſſæ eius ſorori in præſentia populi corpus præfati Dalphini olim Præfecti Lugdunenſis, & Fratris ſancti Annemundi, quod in ſancti Nicetij Eccleſia inhumatum eſt, &c. Qua viſione facta, ipſi de ſancto Nicetio ſuas campanas longo tempore pulſari fecerunt, ac publicauerunt adſtanti populo, qualiter dictus Reuerend. Dominus Cardin. & Archiepiſcopus dictum corpus viſitauerat, & pro vero eſſe corpus ſancti Annemundi declarauerat. Quod vt auribus earundem Dominarum Abbatiſſæ & Monialium ſancti Petri intonuit, dixicerunt, etiam intra decem dies quorundam relatu, qualiter prædicti de ſancto Nicetio timentes de appellatione Monialium, ſecretè per vnum Notarium de viſitatione fieri inſtrumentum fecerunt, &c.*

Carolus à Borbonio.

Arg. 22.

Articulus XXII. hæc porrigit poſt multa conſequenter interpoſita. *Igitur Dominæ Abbatiſſa & Moniales S. Petri cupientes obuiare dictis de ſancto Nicetio, & ne in futurum dicta prætenſa viſio per Reuerend. Dom. Cardinal. Archiepiſcop. præiudicium generare eiſdem Monial. valeat. Comparent coram vobis Illuſtriſſ. Principe Cardin. de Borbonio, Archiep. & Comite Lugdun. Galliarum Primate ſeu ipſarum legitimo Procuratore: ac petunt & inquirunt humillime per eandem Reuerendiſſimam Paternitatem veſtram dici, pronunciari & declarari, quod per quencunque introitum veſtrum in Eccleſiam S. Nicetij, factamque quancunque viſitationem de prædicto S. Annemundi prætenſo corpore veſtræ reuerendæ Paternitati ibidem exhibito. illud non viſitaſſe animo decernendi, quod in illo ſancti Nicetij loco requieſcat verum corpus ſancti Annemundi: & quod ex tali exhibitione Reuerendiſſ. Patern. veſtræ per dictos de ſancto Nicetio facta nullum præiudicium prædictis Dominabus ſancti Petri earumque Eccleſiæ, aut iuribus & prærogatiuis generare intenditis, &c.*

Moniales coram eo.

Cui præuiæ ſupplicationi ſucceſſit publica Archipræſulis declaratio hoc tenore, ex diſtincto capite.

Argum. 23. Articulus XXIII. *Carolus miſeratione diuina tituli S. Martini de montibus ſacroſanctæ Rom. Eccleſiæ, Presbyter Cardin. de Borbon. Archiep. & Comes Lugdun. Gall. Prim. Vniuerſis, &c. notum facimus: Quòd hodie coram nobis ac præclariſſima ſorore noſtra Dom. Stana de Borb. illuſtris Principis Auraicæ q coniuge in domo Archiepiſcopali noſtra Lugdun vir prouidus Magiſter Ioan. Laguitte Notarius Curiarum noſtr. Lugdunenſ. Procurator venerabilium ac Religioſarum, dilectarúmque nobis in Chr. Dominarum Guichardæ de Albone Abbatiſſæ & Conuentus Monaſtery S. Petri & Monialium Lugd. tenens in ſuis manibus ſupplicationis ſcedulam, quam tradidit nobis, cuius papyri tenor eſt talis. Illuſtriſſimo Principi, &c. D. Carolo Card. de Borb. &c. Supplicant humillimè deuotæ R. Paternitatis veſtræ Religioſæ Dom. Abbatiſſa & Moniales ſancti Petri Lugdunenſ. de nobili genere ex vtroque parente procreatæ, numero XXXII. per ſanctum Annemundum tunc Lugduni Archipræſulem conſtitutæ: exponendo quòd quàm primùm ipſa Dom. Abbatiſſa ciuitatem Lugdun. applicuit, inſtantibus Dom. Sacriſta & Canonicis Eccleſiæ ſancti Nicety, anno præſenti, die qua feſtum glorioſiſſimi S. Annemundi in præſenti Lugdunenſi ciuitate celebratur, R. Paternitas veſtra ad dictam Eccleſiam ſancti Nicety acceſſit, ibidémque viſitauit quoddam corpus, quod Canonici ſancti Nicety Paternitati veſtræ exhibuerunt ante maius Altare, aſſerentes eſſe corpus ſancti Annemundi. Cuius tamen rei contrarium veritas eſt, honore eiuſdem Reuerend. Patern. veſ. & cuiuſlibet alterius ſaluo: ac verum fuit illud corpus Dalphini Præſ. Lugdun. fratris eiuſdem S. Annemund. &c*

Carolus pro Monialibus. vt deſcribitur Argumento 18. *Quòd autem non ſit corpus S. Annemundi, plures rationes incommutabiles tam in iudicio eccleſiaſtico quàm ſeculari luce meridiana clariores fuerunt à parte Dominarum ſupplicantium propoſitæ, deductæ & probatæ, &c. Quare ſupplicant humillimè prædictæ Dom. Abbatiſſa & Moniales per eandem R. P. veſtram dici, pronunciari & declarari, &c.* vti conſequenter habetur in compromiſſis ex toto reliquo præcedenti Articulo 22. Tum deinceps pronunciari *inſuper, ſi quæ acta de prædicta viſitatione tacitè vel manifeſtè facta fuerint, illa tanquam non procedentia de mente R. Paternitatis veſtræ reuocari, & pro reuocatis, caſſatis & annullatis haberi: ac ſi neceſſe ſit per Eccleſias ciuitatis & Diœceſis Lugdunenſis, ne talis error manifeſtatus*

Potiùs decernit pro Monialib. *pullulet, publicari mandare facere, eadem R. P. veſtra dignetur, &c. Qua ſiquidem ſupplicatione per nos viſa* (loquitur nunc Archiepiſcopus) *diximus & declarauimus, dicimúſque & declaramus, prout dicta ſoror noſtra, quæ nobiſcum in præmiſſis aderat, dicit & declarat, quòd per quencunque introitum in dictam Eccleſiam ſancti Nicety factum, viſionem & alia de quibus in eadem ſupplicatione fit mentio, per nos & dictam ſororem noſtram facta, nunquam voluiſſe approbare nec reprobare, prout nec approbamus nec etiam reprobamus, quòd corpus eiuſdem glorioſiſſimi S. Annemundi, quondam Archiepiſcopi Lugdunenſis prædeceſſoris noſtri, fuerit aut ſit in Eccleſia S. Nicety inhumatum, ſeu in ea quieſcat. Declaramus etiam quòd per quencunque introitum, &c.* vt ſuprà in hoc articulo 23. extremo, *non intendimus nunc vel in futurum generare præiudicium eiſdem ſupplicantibus, nec iuris, de quo in eiſdem literis ſupplicationis fit mentio. Iubentes & præcipientes per Notarium hic præſentem eiſdem Dominabus ſupplicantibus, idq́; fieri petentibus ſibi de huiuſmodi declaratione inſtrumentum valiturum, quod de iure valere poterit. In cuius rei teſtimonium, ſigillum Curiæ noſtræ literis præſentibus duximus apponendum. Data fuerunt præmiſſa die Dominica, ſeptima menſis Octobris, anno 1487. Præſentibus venerabilibus & egregiis Hugone de Thalaru Archidiacono & Vicario noſtro generali, Petro de Sinemuro Decretorum Doctore, Guidone de Albone Canonicis Eccleſiæ noſtræ Lugdunen. ac nobili potentiq́; viro D. Antonio de Cous milite familiari noſtro, & pluribus aliis teſtibus adſtantibus & vocatis.*

Argum. 24. Articulus demum vigeſimus quartus atque poſtremus, quo manu duci queamus ad ſolitum finem aſſequendum, eſt diſerta vltimáque negotij huiuſce Bulla Pontificia ad hunc modum, ex perſpecto à nobis prototypo exarata. *Alexander ſeruus ſeruorum Dei dilectis filiis Abbati Inſulæ barbaræ Lugdunenſis Diœceſis, & Præcentori Eccleſiæ Lugdunenſis, ſalutem. Querelam dilectarum in Chriſto filiarum Guillelmetæ Abbatiſſæ & Conuentus Monaſterij ſancti Petri Lugdunenſis Ordinis ſancti Benedicti accepimus continentem, quod licèt corpus ſancti Annemundi fuerit, prout adhuc eſt, in Eccleſia dicti Monaſterij recondi-*

Bulla Papalis. *tum, idque adeò notorium exiſtat, quòd nulla non poſſit tergiuerſatione celari: tamen Clerici & Capitulum Eccleſiæ ſancti Nicetij Lugdunenſis ſe iactarunt aliquandiu, prout adhuc ſe iactant, quòd illud in eorum Eccleſia reconditum eſt, in animarum ſuarum periculum, & ipſorum Monaſtery Abbatiſſæ & Conuentus non modicum præiudicium & grauamen. Quare pro parte Abbatiſſæ & Conuentus nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt eis ſuper his iuſtitiæ miniſterio ſubuenire paterna diligentia curaremus. Quocirca diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vocatis qui fuerint vocandi, & auditis hinc inde propoſitis, quod iuſtum fuerit,*

appellatione remota decernatis, facientes quod decreueritis per cenſuram eccleſiaſticam firmiter obſeruari. Teſtes autem qui fuerint nominati, ſi ſeſe gratiâ, odio vel timore ſubtraxerunt, cenſura ſimili appellatione ceſſante compellatis veritati teſtimonium perhibere. Quòd ſi non ambo his exequendis potueritis intereſſe, alter veſtrûm ea nihilominus exequatur. Datum in vrbe veteri, anno Incarnationis Dominica MCCCCXIII. Kalendis Decembris. Anno II. Pontificatus noſtri, & ſalutis 1493. Signatum *Io. Nilis*, plumbo pendente [r], cui ſculpitur, *Alexander VI. Papa* [ſ]. Hactenus ergo iſta perſpicitis collecta pro parte mulierum Conuentualium, & in XXIV. partes diſtributa. Reliquos proceſſus verbales hauſit D. Polycarpus è promptuariis Abbatiæ, quos ipſe per nos inſpectos habuit præ manibus.

r in cordula canabis.
ſ & in dorſo N., Lipomanus Protonotarius.

Paragraphus 7.

Artic. XIII. quòd idem corpus S. Annemundi ſit in Eccleſia S. Nicetij.

IAm ſecundo loco ex dato ordine patefaciamus vim quoque argumentorum, quibus pariter & ex aduerſo doceamus corpus S. Annemundi quieſcere in Eccleſia Collegiata ſancti Nicetij Lugdunenſis. Thematis iſtius tredecim videmus titulos MS. numerari poſſe, quatenus talia nuſquam edita ex eiuſdem Eccleſiæ Archiuis à nobis nuperrimè deprompta ſunt. Primo ſitu ſecundùm chronologiam, enumeramus Bullam cuiuſdam Innocentij Pontificis Maximi anno 8. Quam ideò ſanè iudicamus profluxiſſe lubentiùs ex quarto huius nominis, patria Genuenſi, quàm ex quinto ab iis opinati ſolito [a]. Nam etſi quintus fuerit Gallus Burdegalenſis, poſteàque Archiepiſcopus Lugdunenſis [b], & Celtarum alioqui peramicus, tamen per quinque ſolùm menſes Romanam Cathedram occupauit. Sic verò loquitur ipſius Diploma. *Innocentius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilectis filiis Rectori & Clericis Eccleſia ſancti Nicetij Lugdunenſis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Licèt is de cuius munere venit, vt ſibi à ſuis dignè ac laudabiliter ſeruiatur, de abundantia pietatis ſua, qua merita ſupplicum excedit & vota, benefacientibus multò maiora retribuat, quàm valeant promereri: nihilominus deſiderantes reddere Domino populum acceptabilem, fideles Chriſti ad complacendum ei quaſi quibuſdam illectiuis muneribus, indulgentiis ſcilicet & remiſſionibus inuitamus, vt exinde reddantur diuinæ gratiæ aptiores. Cùm igitur in Eccleſia veſtra, qua Cathedralis & prima Sedes extitit Lugduni, corpus Beati Annemundi Martyris Lugdunenſis Archiepiſcopi requieſcat. Nos cupientes, vt dicta Eccleſia, ad quam eiuſdem reuerentia Martyris morbum caducum patientium confluit multitudo, vbi nonnulli, ſicut aſſeritur, ipſius meritis Martyris munera recipiunt ſanitatis, congruis honoribus frequentetur: omnibus verè pœnitentibus & confeſſis, qui Eccleſiam ipſam in vigilia & feſtiuitate dicti Martyris annuatim venerabiliter viſitauerint, quadraginta dies de iniuncta ſibi pœnitentia miſericorditer relaxamus. Datum Lugduni 8. Idus Aprilis, Pontificatus noſtri anno VIII* [c]. En ſpiritalis largitio. Vbi facilè aduertitis ab exordio, quòd rem inchoamus ab annis multò poſterioribus, quàm exigat tempus ſancti Annemundi, & ſic vlteriùs deinceps, ex parte Canonicorum ſancti Nicetij. Ratióque eſt, quia nulla inde haurire potuimus argumenta penè coætanea diuo Annemundo, ſicuti prodière ex parte Legendarum Eccleſiæ ſancti Petri Monialium ſuprà [d]. Vide Argumentum 4. finale infrà, & totum Articulum 17.

1. Articulus.

Bulla Papalis I.

Indulgentia.

a Nam vniuerſim tantùm demóſtratur à poſteriori in Actis ſeriùs palàm digeſtis & infrà collocatis art. 4.
b nu. 2. dictus Beraldus.
c ſol. 1250.
d per 9. artic. § 4. Hæc Bulla eſt in litera *Nos Humbertus*, de qua inferiùs arg. 9 & alia nu. 1. §. vlt. de S. Potino. Item in litera *Nos Bartholom.* de lo Official. Lugd Data 10. Kal. Nou. 1308. in cera viridi, manu baculum paſtoralem tenente. Nec videre potuimus originale.

Artic. 2.

Quæ quidem dico non ita prodiiſſe: niſi fortè collecta Oratio qua vtitur Eccleſia ſancti Nicetij pro diuinis officiis S. Annemundi, putetur inſtituta ante hos Innocentij dies: ídque cenſetur probabiliùs. At verò eiuſmodi precum ritus eſt idem prorſus, qui ſuperiùs in vigiliis, diurniſque Monialium officiis. Et hoc eſto ſecundi argumenti locus ſeiunctim. In qua oratiuncula habentur hæc verba pro S. Annemundo, qui in præſenti requieſcit Eccleſia: nimirum ex eo Canonici ſuæ tribuunt Eccleſiæ eadem epitheta, quæ Moniales item ſuæ priùs adſcripſerunt [e].

Artic. 3.

Addo rurſus inſtrumenta alia ſynchrona vix emanaſſe ex Canonicorum Voluminibus: niſi fortaſſis pro tertio loco duplex periodus ſub id tempus enata videatur, quæ in Antiphonali Eccleſiæ reconditur, necnon componit octauum cum ſeptimo Reſponſorium Matutinale Chori S. Nicetij; eáque talis. *Corpus aſſumunt Martyris: ferentes pondus doloris, impoſuerunt naui flendo, duxeruntque Lugdunum. Quod Clerus & populus plangendo ſuſcipientes, ſarcophago condunt pſallentes, Martyr ſepelitur in Baſilica Petri, & vnitur Apoſtolis aliis, Martyribúſque tantis: vbi fiunt precibus Martyris miracula plura.* Scilicet corpus ſacrum non aliò dilapſum per Ararim, quàm in Fauum Apoſtolorum, quando tandem eò delatum fuerat: tametſi Breuiaria Monialium ferant directum in ſuam Baſilicam. Dictum paulò antè. Inde autem felicem deſcenſum faciamus, continui apud præfatum Papam Innocentium versùs poſteriora ſecula: ſoluti & exempti iſta parentheſi.

e ex §. 4. ar. 4.

Artic. 4.

Quartus locus apertiſſimè eſt Innocentij PP. IV. ex plumbo pendente [f]. *Innocentius Epiſc. ſeruus ſeruor. D. venerabili Fratri .... Matiſconenſi Epiſc. ſal. & Apoſtolicam benedictionem. Petitionibus deuotorum nonnunquam Sedes Apoſtolica condeſcendit, eiſque liberalis fauoris beneuolentiã*

f In quo ſolo apparet nota quoti nominis, non in textu Papali.
g eſt *eguinus* nu. 47.

impar

impartitur. Cùm igitur, ſicut dilecti Filij Archipresbyter Montis Briſonis, Rectores Clerici Eccleſiæ ſancti Nicetij Lugdunenſis nobis ſignificare curarunt, ipſis & eidem Eccleſiæ, quæ prima Sedes extitit Lugdunenſ. plures Indulgentias de gratia ſpeciali conceſſerimus nos nolentes, vt ſuper huiuſmodi Indulgentiis aliqua irrogetur eis moleſtia, vel inferatur grauamen ipſorum precibus inclinati Fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus non permittas ipſos & dictam Eccleſiam contra tenorem Indulgentiarum huiuſmodi ab aliquibus indebite moleſtari; moleſtatores eiuſmodi per cenſuram eccleſiaſticam compeſcendo appellatione poſtpoſita. Datum Peruſij 2. Kalend. Iunij Pontificatus anno 9.[h] Atque hæc quarta argumentatio vim addere ad primam cenſetur: vt pote quòd illa ſit eiuſdem quoque Innocentij[i]. Quandoquidem vtrunque Diploma, velut continuus munificentiæ Papalis index nonnullis verſari putatur circa eandem de Indulgentiis concedendis materiam, vtique propter ſanctum Annemundum illic conſepultum latam. Siquidem, etſi hic non iteretur nomen Sancti; alij nihilominus tacitè eò textus referri debere exiſtimant, eò quòd præſens Bulla, quæ Indulgentias de nouo non confert, eas reducat ad perſimiles eidem iam Eccleſiæ collatas intuitu ſancti Annemundi. Quippe dicitur iſtic ab Innocentio: *non permittas dictam Eccleſiam ſancti Nicetij contra tenorem Indulgentiarum moleſtari.* Et illic ab eodem, nimirum in priore Bulla, ſcribitur: *Cùm in Eccleſia veſtra ſancti Nicetij corpus beati Annemundi requieſcat, &c. dies XL. de iniunctis pœnit. relaxamus; &c.* En quorundam expoſitio.

Quintum demonſtrationis genus ſic loquitur. *Ludouicus* (de Villarius) *miſerat. diuina primæ Lugdunenſ. Eccleſiæ Archiepiſcop. Curatis, Vicariis cæteriſque, &c. Quoniam, vt ait Apoſtolus, omnes ſtabimus ante tribunal Chriſti, &c. Hinc eſt quòd nos de Eccleſia noſtra ſancti Nicetij Lugdunenſ. quæ olim Cathedralis extitit, capútque & prima Sedes Eccleſiæ* (ſeu Eccleſiarum) *Lugdunenſis prouinciæ, prout per ſcripturas antiquiſſimas & literas Apoſtolicas didicimus, Collegiatámque fecerimus, inſtituentes in ea Canonicos, vt ad laudem Dei & honorem beatæ Virginis, & corporum Sanctorum plurium, quæ in dicta Eccleſia requieſcunt, diuinus cultus amplietur. In qua ſiquidem Eccleſia Ieſus Chriſtus in honore ſuæ matris & beati Annemundi, cuius corpus in dicta Eccleſia requieſcit & aliorum corporum ſanctorum in eadem requieſcentium plura frequẽter miracula operatur, pluréſque in ipſa de diuerſis morbis recipiunt ſanitatem: vos omnes Chriſti fideles hortamur in Dominum, & rogamus, quatenus de bonis vobis à Deo collatis pias eleemoſynas ad reædificationem ipſius Eccleſiæ, quæ propter vetuſtatem reparatione indiget, &c.* Et poſt multa: *Datum die Martis ante feſtum beati Lucæ Euangeliſtæ, Anno Dom. 1307.* In cera rubra[k], ſerico pendente ac rubente. Et idem paulò antè certas ob eoſdem impertitus eſt benefactoribus Indulgẽtias. *Cùm Eccleſia* (inquit) *B. Mariæ & B. Nicetij reparatione indiget, & hortamur ſubditos viros, vt ad dictum opus pias eleemoſynas & grata charitatis ſubſidia largiãtur. Nos enim de omnipot. Dei miſericordia, & beatorum Ioannis Baptiſtæ ac Stephani* Protomart. *patronor. noſtror. authoritate confiſi, omnibus verè pœnitentib. & confeſſis, qui porrexerint, &c. dies de iniunctis in Domino relaxamus. Dat. die Iouis ante Quadrageſ. anno 1303.**

Sextus Articulus ambit hæc ingentia Acta publica, ſanè multiplicia. *Anno 1308. die Veneris ante feſtum B. Bartholomæi Apoſt. Indict. I. Pontiſic. D. Clementis PP. V. anno 3. per præſens publicum Inſtrumen. cunctis appareat euidenter, quòd nos Hugo D. gratiâ Thabarien. Epiſc. quandam Commiſſionem nob. factam à vener. D. Andrea Bauduini Vicario in ſpiritualib. pro Capitulo Lug. ſede Lugd. vacante, nob. oblatam vnà cum alia Commiſſ. facta ſuper eod. facto per vener. D. Petrum de Laude*[l] *Sacriſtam & Canonicos Eccleſiæ S. Nicetij. Quarum Commiſſion. tenor ſequitur. Andreas Baud uin, &c. Religioſis viris Priorib. de Platea & Prædicatorum, Gardiano Minorum, & Priori Carmelitarum: accedentes Canonici & Procurator S. Nicetij, nobis ſupplicauerunt attentè, quòd cùm plura Sanctorum corpora in prædicta S. Nicetij Eccleſia requieſcant, quorum meritis quàm plurima miracula claruerunt, prout Apoſtolicarum literarum habet aſſertio, ex noſtra commiſſione liceret dicta Sanctor. corpora ſernatis honore & ſolemnitate ſolitis releuari, vt apud eand. Eccleſ. locis congruis ponerentur, &c. Nos igitur Sanctor. Dei honorem & gloriam augmentari quantum cum Deo poſſumus affectantes, ſupplicationib. duximus annuẽdum, &c. Circa factum huiuſmodi diſcretioni veſtræ committimus per præſentes, quatenus ad prædictam Eccleſ. accedentes, ſcripturas & informationes, quas circa hoc facere & oſtendere voluerint, videatis. Datum die Iouis ante feſtum Beati Laurentij. Item tenor alterius commiſſionis venerabili Patri D. Hugoni Dei gratiâ Thabarienſis Epiſcopi Andreas Bauduini Iuris vtriuſque Doctor, &c.* (vt ſuprà) *ex parte Sacriſtæ & Canonicorum ſancti Nicetij Lugdunenſis accepimus, quòd Commiſſarij in Commiſſione hic annexa abſunt à Ciuitate, nec procedere poſſunt in facto: nob. ſupplicantes Sacriſta & Capitulum, quòd vob. vices noſtras vellemus committere circa hoc. Nos verò vob. tenore præſentium committimus, quatenus vocatis Religioſis diſcretis, habitis Informationib. debitis, procedatis circa hoc, ad Conſilium vener. D. Petri de Eſcalone Officialis Lugdunenſis cum appoſitione ſigilli Vicariatus noſtri, vnà cum ſigillo Officia-*

lis Lugdunenſ. quod præcepimus his apponi die Iouis in Octauis Aſſumptionis beatæ Mariæ Virgin. aſſiſtentibus Fratre Iacobo Sacriſta Ordinis Prædicatorum. & Fratre Dionyſio tenente locum Guardiani Ordin. Minorum, &c. ad Eccleſiam S. Nicetij acceſſimus, & in præſentia plurium Clericorum & laicorum fide dignorum ad hoc vocatorum, inuenimus retro Altare maius Eccleſiæ quædam parua Altaria [l], *iuxta quæ erant in lapidibus marmoreis ſupra terram* (Cryptæ) *apparentibus quædam literæ ſeu Scripturæ antiquæ, & eas pro maiori parte tranſcribi fecimus per Notarios infrà nominatos* [m]. *Et primùm, in primo Altari à parte meridionali, quod eſt in beati Nicetij honore dedicatum* [n], *prout à ſeruitoribus Eccleſiæ eſt hactenus obſeruatum, lapidem quendam marmoreum, qui pro tomba S. Nicetij habebatur, in quo lap. erat ſcriptura ſequens. Ecce Sacerdotum tenuit qui iura Sacerdos* [o], *Quo recubat tumulo nomine Nicetius.* Atque illic inde ſculpuntur viginti alij metrici verſus in decus eiuſdem patroni Eccleſiæ: citra plures alios Hexapentametros collucentes in gratiam ſanctorum Archipræſulum, Sacerdotis, Aureliani, Ruſtici, Viuentioli & Priſci, hoc ibi ordine conſcriptorum, & non qua ſerie ipſi egregij viri Cathedram viciſſim ornare ſtuduerunt pendente mortali eorum vita. Quos ſingulorum verſus mox à nobis ex illis olim tenebris cenſuimus diſponendos eſſe ſuis alijs quibuſque in locis per hoc medium opus chronologicon diſperſis; attamen ſub temporario catalogi ſitu & natura, multùm diuerſo à præfata eorundem poëſi. Nimirum quinque Archiepiſcopos affiximus verè anteceſſores ſancto præſenti Annemundo: videlicet Diuum Ruſticum [p], Viuentiolum [q], Sacerdotem [r], præfatum Nicetium [ſ] & Priſcum [t]. Vltimóque paulò inferiùs ſanctum Aurelianum conſtituimus [u]. Hoc eſt, ſeptem hactenus: præter breuem hiſtoricam recordationem nullatenus metricam ſanctorum Geneſij & Cicarij [y] ibidem ſic repertorum in Cryptis. Vt nouem omnino in variis eiuſmodi cryptis legantur deprehenſi. Itaque poſt tot flores ex Archiuorum characteribus conſpicuos, donec longiùs latiuſque à calcographo diſſipentur: ſanè ad noſtrum huiuſce Numeri XLIV. inſtitutum iſta demum per Notarios annotata reuoluimus. *Item inuenimus in eadem Eccleſia quoddam vas ſeu ſepulturam, quo loco ſeruitores ipſius Eccleſiæ, vulgus & populi, prout per famam comperimus & teſtimonium plurium dicentium, ſic audiuimus, & fratres noſtri narrauerunt nobis, ſepulturam beati Annemundi, noſtri quondam Archiepiſcopi Lugdun. prout opinio veraciter aſſerebat, & quo loco à diuturnis temporibus de longinquis & vicinis partibus ad ſepulturam eandem in honorem beati Annemundi multitudo populi confluebat, prout accepimus tam per noſtram præſentiam, quàm per aſſertionem plurimorum. Et ſupra ipſam ſepulturam inuenimus ſcripturam quandam, quæ tam propter fracturam lapidum & conſumptionem literarum propter oppoſitionem aſſuetam inibi vigilantium legi non poterat. Inter quam ſcripturam tamen, inuenimus & inde extrahi fecimus literas ſequentes:* Annem..... Nobilis qui claro.... *Quibus factis: nos volentes de & ſuper præmiſſis, prout requirit facti qualitas certiorari plenius de dictis ſcriptis earúmque datis, fieri fecimus examen ad dictorum SS. legendas, & ad librum Bedæ* [a], *ſeu librum ad Primam legi ſolitum; habito ex alia parte & probatione Kalendario, &c. Quia verò in dubium erat, vbi corpus beati Annemundi requieſceret, licèt plures de famoſis ciuibus Lugdunenſ. aſſererent corpus Sancti mente non dubia eſſe in Eccleſ. ſancti Nicetij prope maius Altare, in loco. in quo populi ad dictum Sanctum affluentis multitudo orare & ſtare conſueuit: nobis fidem faciunt Sacriſta & Canonici, quòd ibi eſſet corpus beati Annemundi per quaſdam literas Apoſtolicas, ſanas & integras, quarum tenor adſequitur, &c.* Eiuſmodi autem literæ ſunt illæ, quas ex officio altiùs ſeorſum apponere debuimus ad ſui temporis ſeriem ſupra in primo argumento. Tum, ſic pergit publicum Hugonis Epiſcopi inſtrumentum. *Nihilominus nos habito cum prædictis nobis adſtantibus ac aliis Burgenſibus conſilio & tractatu: volentes iuxta formam commiſſionis ſuper hoc factæ, omni ambiguitate ſubmota, dictam ſepultur.* recognoſcere [b]: *per manus Clericorum fecimus diffodi & aperiri: & accenſis luminaribus veſtiti alba ſtola & cappa ſerica, accedentes ad tumulum cum qua decuit reuerentia, corpus vnum veſtitum Pontificalibus inuenimus; quod corpus ipſum beatũ Annemundum habuimus & habemus indubitanter, & omnes qui aderant, illud idem. Tunc cum exultatione dantes Deo gloriam, cantando incepimus Te Deum laudamus, &c. & campanas pulſari præcepimus Eccleſiæ. De prædictis antè præcepimus per Notarios* (quatuor) *fieri publicum inſtrum. Actum Lugd. præſentibus dictis Religioſis & Notar. ac Presbyteris D. Guilelmo Gœci, D. Petro Burgarelli, D. Hugone Saluagy, D. Gaufrido Curato S. Georgij, D. Anſelmo de Dulchia* [c] *legum profeſſore, Iaquino de Villa-noua Campſore, Guichardo de Plateria, &c. Vnà cum ſignis Notariorum. Ego Andreas de Kadrellis, Ego Simon de Bella-villa, Ego Petrus Fillons, Ego Stephanus Poyſis.* His verò adiungimus diſtincte ſequentia.

Perquiſitio loci & corporis S. Annemundi.

Verſus metrici alibi pro SS. Archiepiſcopis.

Informatio & inuentio corporis.

Releuatio eiuſdem.

[l] In Crypta lata & longa, vulgò in voute à deſcendre. Ego vidi locum.

[m] quatuor.

[n] & cõſecratum.

[o] ſcribitur Sacerdus

[p] n. 26. ſin.

[q] n. 29.

[r] n. 32.

[ſ] 31.

[t] 34.

[u] n. 37.

Infr. n. 44 ſucceſſor Annemundi.

[z] ſuprà n. 19

[a] hoc eſt eius Martyrologiũ vel Vſuardi, tũc in Eccleſiis legi ſolitum hora Prima, more Baronij

[b] ibi deletũ.

[c] fortè vulgò, de la Duchere, domus prope Lugdunum egregia.

Para

Paragraphus 8.

Articulus 7.

SEptimum argumentum digerit publicum aliud inſtrumentum, tale. *Anno M.CCC.IX. die Sabbathi poſt Pentecoſtem, Indictione 7. Pontificatus Clem. Papæ V. anno 4. Iacobus de Faylo Cantor Eccl. S. Nicet. Lugd. Procurator Capituli, cõparuit in Eccl. S. Petri Montalsũ Lugd. coram Religioſo viro D. H. Abbate Athanat. & D. Amadeo de Crozolio Præpoſito Valentiarum: ac in eorum præſentiâ probauit in ſcriptis, prout continebatur in quadam ſcedula de pergameno & alia de papyro appellationem continentibus ſic. Cùm certum ſit & notum per diuerſa climata corpus beati Annemundi Martyris quondam Archiepiſcopi Lugdunenſis requieſcere in Eccleſia ſancti Nicetij Lugdun. iuxta magnum Altare, ab antiquis temporibus clarum, approbatum, inueſtigatum, & omni indemnitate aut ſolemnitate debita pleniùs inquiſitum, adeo quòd ſuper hac materia haſitationis nullus à modo locus relinquitur coniecturis, cùm, veritate manifeſta, omnis opinio & perquiſitio ceſſare debeant penitus, & ex toto iuxta Canonicas ſanctiones, & quadam vobis venerabilibus Patrib. DD. Abbatibus, & à R. D. Petro de Sabaudia prima Lugdunenſis Eccleſiæ electo directa eſt, &c.* Deinde poſt nonnulla. *Per comparitionem quam facio, non conſentio, quòd virtute commiſſionis inquiratis, vt intenditis, an corpus, oſſa ſeu Reliquiæ glorioſiſſimi Martyris in Eccleſia ſancti Nicetij aut ſancti Petri Monialium requieſcant, &c.* Tum: *Dico ipſam Commiſſionem nullas vires habere, eò quòd Dom. Petrus electus non potuit in Commiſſione reuocare ſine cauſæ cognitione, ea quæ in Legatione facta fuerant, re non integra*[d], *&c. Et de hac appellatione mea peto à te Notario infrà ſcripto mihi fieri publicum inſtrumentum, & teſtes voca hîc atteſtantes. Actum apud ſanctum Petrum prædictum anno & die quibus ſuprà, præſentibus Magiſtro Ioanne Raymundi, D. Hugone de bello .. .. & Mag. Andrea de Kadrellis. Ego Hugo Chanchas de S. Habundo, Clericus authoritate Apoſtolic. publicus Notar. interfui, ſubſcripſi, & ſigno meo ſignaui rogatus.*

Perquiſitio apud Moniales

Oppoſitio Capituli S. Nicetij.

[d] fortaſsis etiam quia nondum cõſecratus erat.

Articulus 8.

Octauus Articulus eſt Bulla Papalis, quam perlectum itis. *Clemens ſeruus ſeruorum D. ... Camerario Eccleſiæ Lugdunenſis ſalutem. Sua nobis Capitulum Eccleſiæ ſancti Nicetij Lugdunenſis petitione monſtrauit, quòd licèt corpus Beati Annemundi Martyris quondam Archiepiſcopi Lugdun. in dicta Eccleſia ſancti Nicetij requieſcat: tamen Abbatiſſâ & Conuentu Monaſterij ſancti Petri Montalium Lugd. Ordinis ſancti Benedicti ſuggerentibus mendaciter dilecto filio Petro electo Lugd. quòd dictum corpus, oſſa ſeu Reliquiæ dict. Mart. in dicto earum Monaſterio quieſcebant, dictus electus intendens ſe pleniùs informare, an corpus & oſſa huiuſmodi in Eccleſia, vel Monaſterio requieſcerent, dilectis filiis .... Sauiniacenſi Lugd. Diœc. & Athanat.* Lugd. *Monaſteriorum Abbatibus & Amadeo de Corcolio Canonico Lugdun. Decretorum Doctori ordinaria authoritate mandauit, vt inquirerent diligentiùs veritatem, & nihilominus publicarent, quo loco per inquiſitionem huiuſmodi inuenirent requieſcere corpus ſeu oſſa vel Rèliquias ſupradictas. Ex parte verò Capituli fuit coram eiſdem Abbatibus & Canonico excipiendo propoſitum, quòd cùm cauſa huiuſmodi eſſet per definitiuam ſententiam pro dictis Capitulo lata, quæ nulla prouocatione ſuſpenſa in rem iudicatam tranſierat, dicti Abbates & Canonicus ad huiuſmodi inquiſitionem deſcendere iure non poterant nec debebant. Et quia Abbates & Canonicus Capitulum ſuper hoc audire indebitè denegantes, ad inquiſitionem huiuſmodi de facto nihilominus deſcendebant, Capitulum ſentiens ex hoc indebitè ſe grauari, ad Sedem Apoſtolicam appellauit. Quocirca diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vocatis qui fuerant euocandi, & auditis hinc inde propoſitis, quòd canonicum fuerit appellatione remota decernas: faciens quod decreueris per cenſuram eccleſiaſticam obſeruari. Datum Aueniοni VIII. Idus Iulij, Pontificatus noſtri anno quarto*[e]. Eſt Clemens Papa quintus, & annus ſalutis 1309.

Commiſsio Apoſtolica ad Abbates, pro informatione de illo corpore.

[e] ſub plũbo, in corda canabis, ſedit ab an. 1305 ad 1314. Onuphr.

Articulus 9.

Nonus Articulus iſta complectitur. *Nos Humbertus de Varevo Dei gratiâ Abbas Monaſterij Athanatenſis Lugdun. ac Amadeus de Crozolio Valentiæ Præpoſitus à R.* Patre *D. Petr. de Sabaudia Dei & S. Sedis gratiâ prima Lugdunenſis Eccleſiæ electo, ad ea quæ in citatione & commiſſione, quarum tenor inferius eſt inſertus: notum facimus, quòd anno 1309. die Mercurij poſt Octauas Feſti Apoſtolorum Petr. & Paul. ad quam diem D. Petrus de Laude Sacriſta S. Nicetij ac alij Canonici Eccleſiæ citati erant peremptoriè coram nobis. Ipſa die comparuit ibidem dictus Sacriſta proteſtans, quòd per ſui comparitionem nolebat nec intendebat renunciare appellationi ex parte ipſius & Canonicorum dictæ Eccleſiæ interpoſitæ ad Sedem Apoſtolicam ab audientia eorundem, quin eidem potiùs adhærere volebat. Comparuit quoque ibidem Magiſter Ioannes Feſte Procurator Parochianorum Eccleſiæ ſancti Nicetij, nomine eorundem. Et ad informandum nos, quòd corpus glorioſiſſimi Martyris Beati Annemundi requieſcat in Eccleſia ſancti Nicetij, exhibuit nobis breuem quandam informationem contentam in quodam rotulo de papyro, videlicet, in duabus peciis papyri, &c. tum poſt multa: nempe tradidit librum Actuum Apoſtolorum Eccleſiæ, in cuius fine*[f] *eſt Rubrica, quæ incipit Vita vel paſſio B. Annemundi Martyris Archiep. Lugdunen. vbi in nigro continentur hæc verba.* Exemptum ab inde B. corpuſculum in Baſilica Beatorum Apoſtolorum vel XLVIII. Martyrum

Alij oppoſitio.

[f] etiámque in prim. fol. 7

ante maius Altare condiderunt[g]. *Poſtmodúmque habentur ea quæ ſequi perſpexistis.* Martyr ſepelitur in Baſilica Petri, & vnitur Apoſtolis aliis Martyrib. &c. Rurſus poſt pauca. *Item ad ſubmonendum quod Beatus Annemundus fundauit Eccleſiam earundem, & dotauit, Commiſſarij videntes quendam librum antiquiſſimum à ſanctis Patribus ordinatum, legerunt in vita B. Sacerdotis, qui Eccleſiam ipſarum fundauit & dotauit, longè & per magna tempora antequam Beatus Annemundus natus fuiſſet. Nam à tempore B. Sacerdotis olim Lugdunenſes Archiepiſcopi vſque ad tempus Beati Annemundi, fuerunt medio tempore octo Archiepiſcopi Lugdunenſes ſucceſſiuè, non computatis B. Sacerd. & B. Annemundo.* Quo in libro verba ſunt adſequentia ſub vita S. Sacerdotis. *Inter luctuoſam quinquennij breuitatem, qua à nobis ereptus eſt* (Sacerdos) *ei caelitus horarum clementia fuit conceſſa, vt Monaſterium puellarum vnius autumni tempore ac breuitate conſtruxerit.* Et modicùm inferiùs. *Multa quidem ſunt promiſſa, quæ in Monaſterij vtilitatem fuerunt geſta, &c. Iam habent in Xenodochio, quod Pontifex beatus conſtruxit, &c.* Ac ferè continuò. *Abbas Monaſterij Athanat. Lugdunenſis & Amedeus Valentiæ Præpoſitus diſcretis D. Petro de Laude Sacriſtæ ſancti Nicetij & aliis Canonicis. Noueritis nos Commiſſionem recepiſſe à R. Patre D. Petr. de Saband. electo Lugd.* Cuius tenor adeſt. *Petrus, &c. viris Religioſis Abbatibus Sauiniaci & Athanat. De fidelitate, induſtria, probitate & liberatura veſtra confidentes, vobis & cuilibet veſtrûm in ſolidum committimus, quantocius inquiratis, an corpus, oſſa, ſeu Reliquiæ Beati Annemundi Martyris requieſcant ſeu ſint in Eccleſia S. Petri Monialium, an in Eccleſia ſancti Nicetij. Et ſuper his vobis committimus vices noſtras, ac negotium fine debito terminandum. Et quicquid inueneritis per veſtras patentes literas in Eccleſiis noſtræ prouinciæ publicè nunciari faciatis, & ſeruari, contradictores & rebelles per cenſuram eccleſiaſticam compelientes, non obſtantibus quibuſcunq; proceſſibus factis corā quibuſcūq; Iudicib. vel Comiſſariis à nobis vel prædeceſſorib. noſtris ſeu Sede Lugdun. vacante, ſiue ſit res integra, ſiue non, volumus id pro facto robore duraturum. Datum cum appoſitione ſigilli noſtri, anno 1308. Quare virtute dictæ Commiſſionis nobis factæ vobis mandamus, quòd die Mercurij proxima hora veſperarum poſt Octauas Feſti BB. Apoſtolorum* Petri *&* Pauli *deſcendatis ad Eccleſiam veſtram ſancti Nicetij, vbi intendimus in dicto negotio procedere: ſignificantes parochianis veſtris, quòd ibi compareant coram nobis, ſi ſua crediderint intereſſe, &c. Alioquì in dicto inquiſitionis negotio procedemus iuſtitia mediante, alterius veſtrûm abſentia non obſtante. Datum cum appoſit. ſigillorum noſtrorum die Martis poſt Octauas BB. Apoſtolorum* Petr. *&* Paul. *anno 1309. Et ſciendum quòd nos præcepimus de omnibus productis ex parte dicti Procuratoris in modum informationis fieri copiam Sacriſtanæ ſancti* Petri *Monialium Lugdun. & viceuerſa de omnibus productis in mod. inform. ex parte dictæ Sacriſtanæ fieri copiam Procuratore prædicto*[b]. *In cuius rei teſtimonium ſigilla noſtra duximus præſentibus literis apponenda. Datum dicta die Mercurij poſt Octau. &c. an. qui ſupra.* Vbi aduerte ſub præfato Petro Sabaudiano Archipræſule aut eius Commiſſario Abbate, quòd etſi minimè conſtet de hominum vocatorum comparitione vi mandati & ſtata die, vt Reliquiarum ſancti Annemundi veritas in eadem Eccleſia liquidò pateat: tamen proximus eiuſdem Petri ſucceſſor tanti corporis ſtationem in ipſa Baſilica præclarè reſtatur ex literis ſui Vicarij Generalis. *Bartholomæus de Boſcario in vtroque iure* Licentiatus (infit locus MS.) *Vicarius in ſpiritualibus R. Guidonis de Bolonia* Lugdun. *Archiep. vniuerſis, &c. Cùm in Eccleſia ſancti Nicetij* Lugd. *corpus B. Annemundi Martyris* Lugd. *Archiep. requieſcat:* & cætera pergit enarrare, quæ ſuprà in Bulla Innocentij quarti legenda porrigimus *. Tum concludit Vicarius: *Datum die octaua Septembris anno milleſimo trecenteſimo quadrageſimo ſecundo.*

Qua refertur fundatio Monialium ad S. Sacerdotem Archiep. non ad S. Annemundum iuniorē

g Interpoſitis Bullis Innocentii IV de quibus n. 1. ſu. & hic art. 1

Mandatū de informando.

b Communicatio des pieces du procez entre les parties.

Atteſtatio.

* § 7. art. 1

Paragraphus 9.

Articulus X.

DEcimum argumenti genus apprehenditur in denſo alio Codice[i] litium denuò inter præfatas ambas partes excitatarum ac renouatarum annis centū & octoginta poſt depictas præmiſſorum iurgiorum contentiones. Præcipua cuius Voluminis capita, quæ obiter inde trahenda duximus, diſtributa ſunt in ſex portiones. Prima eſt eiuſmodi in libri titulo & fronte[k]. *Nouerint vniuerſi, quòd in quadam cauſa vertente adhúcque indeciſa in Curia Regia Seneſchalliæ Lugdunenſis nobilis & potentis viri D. Ioannis Deſtier, nobilis D. de la Garde Conſiliarij & Cambellani D. noſtri Regis, eiúſve Seneſchalli Lugdunenſis Balliui Matiſconenſis coram eodem D. Seneſchallo Balliuo ſeu eius locum tenente, inter venerabiles viros DD. Sacriſtam & Capitulum Eccleſiæ Collegiatæ ſancti Nicetij Lugdunenſis in cauſis nominatis ex vna parte; & venerabiles ac egregias Religioſas Dominas Abbatiſſam, Sacriſtanam & Conuentum Monaſterij ſancti Petri Monialium, opponentes in dicta materia ex parte altera. Venerabiles viri DD. Petrus de Villareis, Franciſcus de pictura, Bernardinus Curti, &c. Canonici Eccleſiæ ſancti Nicetij, tam ſuis iuribus quam velut Procuratores dominorum Sacriſtæ & Capituli S. Nicetij conquerentes, necnon diſcretus*

Lis de loco corporis è ſacro Ecclesiæ ad regnum ſeculare deuoluta ſextuplici affirmatione.

i ex Archiuis S. Nicetij

K fol. 1.

affirmatio.

Titulus.

vir Magiſter Stephanus Pictanal. Notarius ciuis Lugdun. etiam Procurator eorundem Sacriſtæ & Capituli, &c. Sic itaque ex Curiis eccleſiaſticis, apud quas antea mouebatur quæſtio, vt liquet per nouem hactenus deductos ſuprà Articulos, aliò nunc ſeculo deuoluta eſt tota res ad regium forum ciuile.

2. affirmat. Secunda portio. *Prima die Sabbati 18. menſis May, anno 1485. præfatus D. Petrus de Villariis nomine prædicto produxit coram me Antonio Berionis Graffario & Commiſſario, honorabiles viros Ioannem le Maiſtre, & Ioannem Buatery. Item die Veneris 21. menſis Iulij, anno 1486. idem D. Franciſcus ad magis verificandum contenta in dictis ſcripturis produxit coram me* (Antonio Ber.) *diſcretum virum Magiſtrum Antonium Caterin Notarium ciuem Lugdunenſem, &c. Item die Martis decima menſis Iunij, Magiſter Stephanus Pictanal produxit Ioannem Martin Chapelerium* [l], *&c.* l fol. cit.

Teſtes producti.

3. affirmat. Tertia ſpecies hoc pacto. *Item in ipſa Eccleſia ſancti Nicetij fuerunt & ſunt quamplurima corpora Sanctorum, tam olim Archiepiſcoporum Lugdunenſium quàm aliorum. Et inter cætera corpus dicti S. Annemundi ac Reliquiæ. Qui Sancti, & ſignanter beatus Annemundus dietim faciunt & præſtant miracula. Item quòd occaſione huius* [m], *ibidem conſueuerunt fieri & exerceri quaſi dietim, ac præcipuè anno quolibet in vigilia Feſti eiuſdem Martyris, maxima vigilia per peregrinos & Chriſti fideles, grandiſque votorum redditio Deo & dicto Sancto; necnon quamplurimæ oblationes offeruntur, &c. Item, quòd de præmiſſis ſingulis vox & fama publica, communeque dictum, & communis reputatio, nedum in hac ciuitate Lugdunenſi, ſed & in tota Diœceſi aliiſque Diœceſibus ac locis diffunditur. Item quòd ad cauſam præmiſſorum iuſtis & legitimis titulis, ac mediis loco & tempore opportunis declarandam, &c. habent vſum, morem, conſuetudinem, fuerúntque & ſunt in bona, vera ac iuſta poſſeſſione & ſaiſina ſeu quaſi, &c. quòd dictum corpus B. Annemundi alibi quàm in dicta Eccleſia ſancti Nicetij eſſe non dicatur aut manifeſtetur* [n]. *Item in poſſeſſione & ſaiſina ſeu quaſi contradicendi, reſiſtendi, & impediendi, ne aliquid contra præmiſſa fiat vel attentetur directè aut indirectè* [o]. Hactenus hæc tria ſunt priuata ferè ſcripta tantùm. m S. Annem. n totum fol. 17. o fol. 20.

Miracula & vigiliæ.

4. affirmat. Quartò, perſequamur. *Item & ipſæ appellationem taliter qualiter in Curia Parlamenti Pariſiis releuarunt* (*priùs condemnatæ in Seneſchallia Lugdun.*) *& inde partibus per dictam Parlamenti Curiam ad Curiã Magnorum dierum remiſſis, partibus hinc inde ad plenum auditis in iure, appunctatum eſt per Arreſtum dictæ Curiæ Magnorum dierum: dictum fuit vo. D. Seneſchallum, ſeu veſtrum locum tenentem bene conceſſiſſe, & prænominatas appellantes malè appellaſſe, eas in expenſis dictæ cauſæ appellationis condemnando, attentata in formã exceſſuum conuertit, ac parteis antedictas coram vob. ad certam diem tunc futuram, nunc elapſam, tam ſuper dicta querimonia, quàm dictis exceſſib. proceſſuras.* [p] Iſta iam ex priuatis tranſeunt in publicas ſcripturas. Nam etſi Pragmaticus illic priuato calamo partem Canonicorum tueri videatur in lite conſtruenda: tamen profert Senatuſconſultum, idq; duplex conforme, nempe Iudicis à quo, & ad quem appellatum ſit. Quæ lex Senatoria vim & robur publici actus obtinuit. p fol. 20.

Appellatio Monialium.

5. affirmat. Quintò, ſic inde reſiduum proſequamur. *Item quòd Dominæ opponentes per eorum tale quale dare intelligere, à D. noſtro Rege moderno literas obtinuerunt vob. directas, per quas vob. mandatur, quòd recipiatis dictas opponen. ad perſequendum principale dictæ cauſæ per modum & formam, quas ipſæ perſequi potuiſſent ante dictum ſeu manutentionem.* [q] q fol. 21.

Hæ receptæ appellantes.

6. affirmat. Sextus tandem locus talis eſt. *Item quòd exiſtentia prædicti ſacri corporis B. Annemundi in loco ſuprà proximè declarato, ipſi domini prænominati conquerentes habuerunt & habent quamplurimas literas Papales ſeu ſummor. Pontificum, etiam Archiep. Lugdunenſium* [r], *qui pro temporibus retrofluxis, & à tempore quo ipſe B. Annemundus fuit Lugduni Archiepiſcopus, & vbi ſuprà inhumatus, &c.* Hinc vltimo denique folio Voluminis hę leguntur approbationes. *Sic, vt ſuprà continentur, depoſuerunt & teſtati ſunt quadraginta duo teſtes examinati, &c. coram me Antonio Berionis Notar. regio, &c. & inde coram me Henrico Berionis etiam Notar. Commiſſarius per dictam Cur. Reg. deputatis & ſignatis.* r ſuprà §§. 7. 8. & 9.

Paragraphus 10.

Articulus 11. VNdecima probandi ratio, inſequendo tempora, nos de authentica hoc inſtrumento cõmuniuit, annis quadraginta poſt antecedentis reſcripti Chronologiam. *Rolinus de Sinemuro Canonic. & Sacriſta primæ Lugdun. Eccleſiæ, Vicarius Generalis R. D. Franciſci de Rouhan Archiepiſcop. & Comitis Lugdunenſis, Gall. Prim. vniuerſis, &c. Pro parte venerabilium DD. Sacriſtæ & Capituli Eccleſ. ſecularis & Collegiatæ ſancti Nicetij Lugdunenſis nobis fuit expoſitum: Quòd certis annis nouiſſimè lapſis tunc viuens & hoc anno vitâ functus Petrus Regnoart, dum viueret Burgenſis & mercator inſignis Lugdunenſis, qui ad dictam Eccleſiam, etiam parœcialem, parœcianus exiſtebat, & ad illius diuinum cultum ſingularem gerebat deuotionis affectum, ac illam in ſuis ſtructuris & ædificiis, necnon iocalibus, & ornamentis diuino cultus neceſſariis non mediocriter decorauerat*

Reædificatio magni Altaris S. Nicet.

rat Altare maius eiuſdem Eccleſiæ, quod minus decens tantæ Eccleſiæ exiſtimabat, penitus demoliri fecit, & inde cum maximis grauibúſque expenſis miro & deuotiſſimo opere ædificare cœpit. Sed ſuperueniente ob eius ſenium obitu, opus quod ſummopere perficere optabat, terminare non potuit. Veruntamen ad illius conſummationem anhelans hæredibus ſuis ſibi ſuperſtitibus iniunxit, quatenus cœptum opus iuxta piam ſuam mentem quantociùs perficere curarent. Qui quidem hæredes non minori affectione operis conſummationem deſiderantes, & laudabilem voluntatem exequentes, cum ſumma diligentia & multa expenſa opus ipſum perfecerunt. Et ſi in crypta ſubtus Altare huiuſmodi opere mirifico per eoſdem hæredes de nouo conſtructa, corpus S. Annemundi Martyris, quod prout in quodam publico inſtrumento IV. Notarior. ad relationem teſtiũ fide dignorum a ſuis maioribus ita audiuiſſe, & atteſtatione fœlicis recordationis D. Innocentij quondam PP.V. [f] *vidimus contineri, & quorundam aliorum Sanctorum, quorum animæ vt piè creditur in cœlis coruſcant, & quæ* (corpora) *prope dictum maius Altare vt præmittitur ædificatum, in ſarcophagis lapideis minus decenter quieſcunt, hinc*

Inuentio ſacri corporis ſubtus & prope.

ab ipſo Altari maiori quatuor aut quinque cubitorum menſura diſtant à loco, in quo hactenus collocata fuerunt & adhuc conſiſtunt, vſque dum (vel, donec) *ad dictam cryptam transferrentur,* vnde *præfati hæredes ob honorem dictorum Sanctorum locum crypta huiuſmodi ſtuderent decorare: Ex quo populi fidelis deuotio accreſceret, & Eccleſia prædicta incrementum decorémque non parum ſuſciperet. Quare pro parte tam dominorum Sacriſtæ & Capituli, quàm hæredum nobis fuit ſupplicatum, quatenus dicta corpora à loco & tumulis in quibus conſiſtunt, ad dictam cryptam transferendi, & in ipſa crypta prout meliùs in Domino cognouerunt decorandi, licentiam concedere dignaremur. Nos igitur Vicarius generalis, qui locum oculata fide viſitauimus habita matura deliberat. &c. iiſdem Dom. Sacriſtæ & Capitulo ſupplicantibus & operariis expertis deputandis corpora in ſuis ſarcoph. à quo nunc ſunt loco ad dictam cryptam cum debitis honore & reuerentia transferendi, & in ipſa crypta quantò honorabiliùs poterunt reponendi facultatem in Domin. conceſſimus. In cuius rei teſtimon. ſigillum Cameræ dicti R. Dom. noſtri* Archiepiſc. *duximus apponendum. Datum Lugd. die X. Iulij, anno* 1528. *Signatum, Belieure.*

Artic. 12.

Duodecimus aperiundi locus præbet & porrigit hoc æquale Reſcriptum. *Cunctis pateat euidenter, quòd anno* 1528. *die verò Iouis* 15. *Auguſti, Pontificat. ſancti* Patris *Clementis Papæ VII. anno IV. regnante Chriſtianiſſ. Franciſco I. & ſui regni an.* 13. *in Notariorum Regiorum. ſubſign. teſtiúmque ſubnominatorum præſentia egregiis DD. Ioanne Laurencin Protonotario Sacriſta, Antonio NiZeret Cantore,* Petro *Chalandat, Ægidio Chappuis Canonicis Eccleſiæ ſancti Nicetij ante maius* Al*tare proceſſionaliter cum Cappis, Cruce & facibus accenſis, exiſtentibus & applicatis in conſpectu nobilium virorum* Antonij *de Barreyo, ſcutiferi Dom. Belmontis Baronis Mallenallis, &c. iidem Sacriſta & Capitulum, inſequendo tenorem licentiæ qualis ſuprà, &c. Ipſi Dom. Sacriſta & Capitulum, dictis permiſſione & licentia per Claudium Granier Capituli Secretarium perlectis, corpus B. Annemundi prope maius Altare in certo tumulo lapideo exiſtens, ſumptibus defuncti* Petri *Regnoard cum honore ſupra Altare* [t] *in eadem crypta conſtructum duxerunt transferendum, prout illud cum ſuo ſarcophago lapideo in conſpectu plurimorum vtriuſque ſexus ad ſonum Campanarum Eccleſiæ ad modum duplicis feſti, per latomos & perſonas propitias ibidem conſeruandum, & ad Dei Omnipot. decorem transferri & reponi fecerunt. Et ſubtus dictum ſarcophagum fuerunt reperta ſequentia metra in marmore concauata.*

Corporis translatio ſeu releuatio ad aliam cryptam vicinã.

Verſus.

Pignoris innixus lateri hac ſorte ſuprema,
Sanguine quos vita funere iunxit, amor.
Cuius quondam viri mundo ſapientia fulſit:
Venturi ſecli gloria teſtis erit.

Eſtque finis verſuum quondam ſeu multò anteriùs deprehenſorum in tumulo ſancti Sacerdotis Lugdunenſis Archiepiſcopi vetuſtioris, & pro eo ſuprà conditorum cum aliis decem Numero XXXII. §. vltim. Adeóque ſequitur inde corpus Beati Annemundi repoſitum eſſe illa vice poſtrema in ſepultura ſancti Sacerdotis. *De quibus ſingulis* (pergit textura *Domini Sacriſtæ & Capitulum ſibi inſtrumentum publicum fieri petierunt. Datum Lugduni in ea Eccleſia, anno præfato.* Signatum à quinque teſtibus [u] & Notario [x].

Artic. 13.

Sed obiter ſcito, proximam fortè cauſam deuotionis huius Burgenſis, ſeu reficiendi Altaris, ortum habuiſſe ex recentiore miraculo, quod in eadem Eccleſia anteriori duntaxat biennio apparuerat. Atque hoc ſit decimustertius ſeu poſtremus Articulus. Hiſtoriam verò quæ fidem digniorem efficiat mutuari ſumus è libro cui Titulus eſt, *Inuentarium Actorum Capitularium ſecũdi libri Eccleſiæ ſancti Nicetij,* ſub eiuſmodi contextu [y]. *Relatu & expoſitione honorabilis Petri loci de Stagno, Diœc. Viennenſ. nuper infans anni vnius, filius Franciſci Miſtral Burgenſis ciuitatis Valentinen. ita graui detinebatur infirmitate, vt potiùs de morte quàm de vita ſperaretur. Mater eum Deo & B. Annemundo in Eccleſia ſancti Nicetij Lugdunen. quieſcenti deuotiſſimè vouit, ita quòd ſi interceſſionibus ipſius B. Annemundi infans ſanitatem impetraret, ipſa offerret*

cer.im

[f] ſimò eſt 4. ex §. 5. art. 1. & 4.

[t] inferiùs ſeu cryptæ. Aliàs ſubtus Altare ſuperiùs.

[u] Meiſonier, Claude de la Grange, Iean Moncaland, Michel Barrailon & Granier.

[x] Franciſcus Gottereau.

[y] fol. 135.

in ipſa Eccleſia vſque ad pondus infantis,&c. Fecit celebrari Miſſam ad maius Altare in honorem ipſius beati Annemundi. Quo voto peracto, infans ſanitatem recuperauit,vt firmiter creditur, beati Annemundi,&c. Re ipſa perſoluit parens,&c. *De quibus in præſentia & copioſa multitudine populi chartam teſtimonialem ſibi fieri à me Notario Apoſtolico & dictæ Eccleſiæ Secretario petiit , quam conceſſi præſentibus D.Stephano, Iacobo Porreti,Claudio de Grangia Notario Regio, &c. Die Iouis XXI. Ianuarij,* 1506. Signatum *Chaneti* [z]. Atque iſta ſuffecerint. Nam pari ſtilo ex vetuſtiore Homiliario ſeu Martyrologio Eccleſiæ S. Irenæi, D. Annemundus reponitur in Eccleſia ſanctorum Apoſtolorum.

z eod. rurſus ſubſignante patent Acta 27.Feb 1497. quib.Hübertus Nugo ciuis Capitulo permittente curauit tumulũ Sancti clathris ſeu repagulis ferreis claudi l.1.Actor. fol. 86.

Paragraphus 11.

Aliud probabile argumẽtum de corpore apud S. Nicetium.

HActenus religioſam ſuſcepimus curam iurium patefaciendorum cuiuſque duplicis Eccleſiæ ad forenſes vſque lites verſæ, dum vna Eccleſiarum ſuis vendicet clauſtris corpus beati vita functi,altera verò cryptis ſuæ Baſilicæ.Canonici argumentantur æquiùs conditum videri cadauer in Metropoli cum anteceſſoribus Eccleſia, cui Primas viuens præſedit, quàm in alia quauis. Inde tamen non renuunt, quin ſacræ Moniales obtineant multa ex oſſibus tanti viri à pluribus iam ſeculis, quæ illis pretioſiora ſint auro valde rubenti, & profanis fulgentibus vario è tellure artificio hauſtis ac rarefactis, tanquam in arrham & obſidem diuini amoris,quem Sanctus Monaſterio terrena deſpicienti piè detulerit, dum ſaltem dotationi eius loci pleraque auxerit, ſi non primò fundarit. Et viceuerſa Moniales allegant ſe non impedire,quin iidem Canonici oſſa quædam Sancti huius recondant , aut quominus vtrobique à plebibus in honore habeantur. Sed volunt corpus præcipuum, perindéque ius primæuæ ſepulturæ Monachali ſuo Templo tribuendum.

Biceps concluſio.

Iam verò nos, poſt diſcuſſas hoc pacto vtrinque partes ſuprà ; hinc noſtras tandem controuerſiæ ſententias bifariam diuidamus. Sic enim aduerti oportuniùs decernendum hac tempeſtate. Ex priore latere, profectò aptior fortiórque cenſetur trahenda concluſio in Virginum gratiam. Quod vt per anacephalæoſim breui doceamus : cauſas Cœnobij bis duodenas, ſupráque compilatas hic decies ideò renouamus, eáſque conferimus vna cum ſimplicibus duodecim ratiunculis à parte Collegialis Eccleſiæ etiam copulatis paulò antè.

1\. Imprimis diuina officia Eccleſiæ S. Petri [a] pro S. Annemundo impreſſa,videntur ampliora exactióraque ſolis Manuſcriptis Officiis in Collegiali retentis [b]: alioqui tacitè decantari vtrinque permiſſis à ſuperiore paſſim Ordinario. II. omnes conſanguinei D.Annemundi, dempto vnico fratre ſuo,humati credũtur in eodem pariter Fano D.Petri [c],vt idem fundator debuerit probabilius ibidem quoque tradi ſepulturæ : haud obſtante Sede Primatus,hac exceptionum vice,in Æde Nicetiana,domicilio corporum præcedentium Antiſtitum : maximè ſuffragantibus exceptioni his quæ ſequuntur recapitulatis. Nã III. hiſtorica ſcripta ex Monialiũ latere tradita, ſunt vetuſtiora Canonicorum documentis : eo quòd illa cœperunt a teſtimonio Leidradi Archiepiſcopi,ſeculo & ſemis duntaxat [d] poſt Annemundum [e],deinde perrexerunt ab Auſterio Archiflamine [f] totidem vlteriùs adhuc annis [g]: & Canonici ſuorum Acta proceſſuum inchoant ſolum ab Innocentio PP.IV. hoc eſt,pluſquam annis quingentis [h] poſt D. Annemundum. Quo poſteriori tempore iam ampliùs non tam recens erat rerum geſtarum memoria. IV. idem Innocentius Bullam edidit in Sanctimonialium fauorem,& corporis præfati apud eas illic aſſerti, necnon cuius originale penes ipſas eſt,eámque vno ſaltẽ anno recentiorem aliâ eiuſdem Pontificis Bullâ Clero Nicetiano conceſsâ, cuius archetypon minimè proferunt Canonici, ſed vnicum exemplar ab Officiali Bartholomęo de Io ſuis in ſcriptis renunciatum,perindéque anceps. Qua in re aduertendũ,iura teſtimoniáve poſteriora ſolere prioribus derogare : quaſi Romana Sedes renuncians ſecundum allegata in Curia fuerit poſtmodũ tutiùs edocta. V. plures patent ſacri corporis partes in Conuentu ex ſpecialiori perquiſitione R. Ioannis Borbonij [i],quàm manifeſtet laxior inuentio aut lectio oriunda ex cõmiſſione Thabarienſi Epiſcopo facta,& vel à quonam exarata neſcitur,tametſi iſta antiquior ſit [k]. Etiámque ex ea nullum cõparuit metricum Epitaphium in honorem D. Annemundi compoſitum pro Eccleſia Nicetiana,ſicut ibidem apparent multi verſus in decus ſociorum Archiepiſcoporum,partim illi antecedẽtium [l],partimque ſucceſſorum [m]. VI. magna ſubeſt æquiuocatio in Actis præfati Epiſcopi ex hac imperfecta valdè ſcriptura: *Annem. . . . nobilis qui claro.* Nam cùm hæc epitheta ſint hominis potiùs laici, veriùs ſumpta videntur pro Dalphino Annemundi fratre haud dubiè ad Templum Nicetianum recondito ex §. 6. arg. 18. & 23. quod equidem vocabulum (Dalphinus) ibidem præ vetuſtate haud apparuerit, ne dicã occultaretur. Ex cóque ſi literæ adeſſent integræ (ò vtinam id noſtrum fortè prognoſticon euidentius cõprobaretur ex aliis rurſus adiunctis. VII. non legitur præciſa teſtium depoſitio coram Regiis hominibus audita pro eo corpore apud ſanctum Nicetium [n]: cum alioqui vniuoca eſſe oporteat,citra omne amphibolum & homonymiam. VIII. populares

Veriſimiliores rationes, quòd ſit apud Moniales.

Fæ ad decem redactæ.

a 4. argum. §. 4.
b art. 2. & 3. §. 7.
c a. g. 9. 3 4.
d an. 779. ou 13.
e an. 667.
f §. 5. arg. 16.
g 900 ou 59.
h an 1250 ex §. 7.
i an 1456. ex §. 5 arg. 20.
k an. 1308. §. 7. ar. 6.
l SS. Ruſtici. Sacer[?]. Eterij, Priſci.
m Aureliani
n §. 6. ar. 10. ſextuplici.

vigiliæ fiunt plerunque [o], etiamnum cum merito pietatis, ad Eccleſias, in quibus tamen non iacent o[…]ræ potiores Sanctorum Reliquiæ, ex variis aliis per Gallias conſpicuis exemplis. IX. miracula ſæpe adiaphora ſeu indifferentia ſunt [p] id eſt, æquè benè referenda ad quoduis aliud Sancti corpus, quam ad diffinitum aliquod, ex pleriſque verè Sanctis, qui in eadem Eccleſia quieſcunt, quoties ſufficienter diuinitus non reuelatur cuiuſnam Sancti precibus eueniat id bonum omen ac beneficium. X. tandem, Alexander Papa VI. caput Eccleſiæ vniuerſalis, hanc omnem controuerſiam claudit & dirimit: nimirum vltimus ea de re ſanciuit inter omnes Pontifices, & inter allata Archiepiſcoporum Lugdunenſium Diplomata. Quippe anno 1493. anteriora cuncta dubia ſoluit apertiùs. Teſtatur *notorium* eſſe, nec vlla tergiuerſatione negari poſſe, quin idem corpus in Monaſterium recludatur: & vel Eccleſiam Nicetianam non habere poteſtatem, vnde horum *ſe iactet in animarum periculum & Conuentus præiudicium* [q]. Ergo ſufficiat. Sic rem in lubrico poſitam ſedulo liberóque examine liceat hiſtoricè ac vere ſcribenti perpendere ex officio, cum bona quam opto venia Cleri Nicetiani.

[o] ibid. in 3. [p] Art. 15. [q] ſupra 5. 1 ar. 24.

Æquiuocũ oſſis in Eccleſia Collegiali.

Pauca verò quæ iam de illo negotio reſtant enarranda, ſunt hæc, circa oſſa quædam in Fano Nicetiano exiſtentia de ſancto Annemundo. Sanè luſtrando perſpeximus Sacrarium Eccleſiæ os vnum poſſidere, quod ibi ferunt eſſe de brachio ipſius Sancti, præter alia eiuſdem oſſicula: brachium equidem ſeorſum thecis argenteis inſertum, pérque vitrum aſpectabile: at reliquas reſſeras etiã ſeiunctim in deaurato argẽto promiſcuas. Iſta piis quandoque rogantibus præbentur videnda. Verùm, quia conſtat Dalphinum Comitem Annemundi fratrem ibi ſacræ humo demandatum fuiſſe [r]: nonnulli opinantur tales Reliquias eſſe de ipſius Dalphini oſſibus, cúmque virum probabiliùs Martyrem quoque dici, videlicet mortem, quam paulò antè paſſus eſt violentam ab ipſiſmet authoribus & hoſtibus fratris Annſtitis poſtea occumbentis, ſuſceptam videri magis propter Chriſtum fideive defenſionem, quàm meræ ciuilis cauſæ aut belli gratiâ. Et fortaſſis ritè arbitratum: citráque errorem in pietate. Hinc autem proculdubiò, cùm facer ille finis Martyres efficiat in Eccleſia: ſatis eſſet Clero Nicetiano, vt ſibi aſſerat, & aſſeruet eũ totum inſuper Dalphinum velut legitimo donatum martyrio. Nam ſic idem honos diuinúmque munus ac priuilegium vtrique venerando corpori debebitur. poſita, inquam, eâ Dalphini decedentis causâ, licèr noudum palam comprobata in Eccleſia. Interim cuiuſcunque ſit fratrum illud os brachij: ſaltem videtur eſſe Martyris. Déque vera talium ſpecierum entitate fert ibidem vetus traditio a Patribus ad hoſce dies conteſtata in Clero ſuccedente. Sed dum de vnico Sancti brachio in Æde ſancti Nicetij loquimur: noli, Lector, citò excandeſcere, vt arbitreris nos antea duo Annemundi brachia in Monialium Cœnobio adſcripſiſſe [s]: adeóque brachium vnum ſupereſſe non poſſe apud D. Nicetium, quod tali loco competat: vt dicat quis, quia contradictoriorum portenta ex eo naſcerentur, in attribuendo vno brachio, eodémve ſubiecto diuerſis ſpatiis loco circunſcriptis. Pro tali verò theſi ſoluenda, noſſe decet experimento à quouis diſci oportere, quòd in duobus brachiis reſident quatuor oſſa præcipua. Nempe in vnoquoque brachio præſunt oſſa duo, neruis ſeu ligaturis inuicem connexa ad motrices actus ciendos *, humaniſque vſibus inſeruiendos. Igitur tria ex illis oſſibus facile adhærent Monaſterio, & vnum ſupereſt è quaternario, in ſacro Nicetiano Theſauro: totum citra fidei periculum, aut næuum in re exteriore. Hoc aio, etiam oſſe conceſſo pro Annemundo, non pro Dalphino. Itaque ex eo ſupra ritè dictum eſt vniuerſim, quod vno verbo in illo Cœnobio adſunt brachia ſancti Annemundi, ſcilicet maior aut excellentior horum pars ad minus adeſt, per ſynecdochem & antonomaſiam.

[r] 5. 3. & 6. [s] 6. 5. argum. 20. fin. * ſupra & infra cubitum, vulgò le coulde.

Opinionum conciliatio.

II. concluſio ſeu altera ſolutio.

Nunc autem poſterius latus ſententiarum bifariam diſtribuendarum, eſt eiuſmodi. Pro maiore pace tandem concludenda aut firmanda inter duas eiuſmodi Eccleſias ad concentum meritò reducendas: dicerem quòd vix obſtinato amplius animo inquirendum videtur, penes quam Baſilicam ſit aut fuerit actu ſepultura totius quondam corporis B. Annemundi. Nam ferox illa ſtrages, qua Lugdunum Caluinitæ non ceſſarunt diruere, anno milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſecundo, maximè in attritis per eos rebus ſingulis Deo conſecratis & ad Eccleſias pertinentibus, Reliquiis Sanctorum vulcano partim traditis, & ex parte in flumen proiectis: hæc, inquam, cenſentur poſſe finem imponere præſenti quæſtioni, q[…] ora obturdant, ne quis in poſterum ſeriò affirmare curet & audeat, an oſſa potiùs humata putentur in hac quàm in illa Baſilica, cùm iam non ex[…]nr, vt rec[…]noſ[…] denuò poſſint. Etenim quæ fragmenta tunc collegerant Clerici Nicetiani è dil. pſis ſacrilegorum Caluini ſectatorum manibus, inter tot veteres Sanctorum Reliquias anrea ibidem diſcretas: profectò omnia ſimul in ſacculis aut linteo con-

iecta

iecta viſuntur, quę in theſauro hodie repoſita cernimus confuſa mẽbrorũ caligine, & abſque conſcripta infixáque partium ſingularum nomenclatura, vti par eſt, & piè aſſuetum. Igitur vni ex his theſibus hæreamus, etiámque ante Caluinitarũ tyrannidem, quòd nimirum vtraque Eccleſia ius habet ſepulturæ earum corporis partium, quas ſyncerè, ab antiquo, & ſine fuco tales retinet ex traditione. Dum variæ Papales Bullæ de vtraque aſſertiones promant, ſatius eſt ſic bifido & orthodoxo ſenſu religiosè opinari, donec requiſitus Pontifex ſummus hoc tempore ſedens oſſibus nomina indiderit (faxit Chriſtus) veluti legitimè ei præſtare licet, quoties ſaltem liquet de veteri Reliquiarum identitate; vt pote quæ fuerint hominum aut in Canonem Sanctorum & Martyrologiis adſcribi ſolitorum, quales exſtant ſancti Ruſticus, Viuentiolus, Sacerdos, &c. aut nondum in Canone collocatorum, ſed miraculis fulgentium, qualis ſanctus Annemundus ex præfatis Papalibus Bullis eius mira publicantibus atque reſtantibus. Cui certè Martyrologio Romano, aut proximæ editioni, licebit mox vel breui eundem ſanctum Annemundum apponere, ſi modò Pontifici Romano id decernere placuerit miſſis ad eum allegatorum autographis, ex eo quòd poſthac palam ferentur anteceſſorum Bullæ Apoſtolicæ beneficio præſentis editiunculæ, quæ alioqui elapſis hactenus ſeculis orbem chriſtianum latuerant, ac talium ignorantia impedimento fuit, ne D. Annemundus in Canonem ſanctorum Romæ citiùs ex æquo decerneretur. Quippe de ipſius conſtat ſanctitate: tametſi leuior ſubaudiatur controuerſia de ſepulturæ loco admodum aduentitia rei vel ſtatui perſonæ. Interea, vtralibet Eccleſia, S. Nicetij & Monialium, ſuos peruigiles concurſus populorum, qui liberè vtramlibet adire volent, ex decenti charitate admittat, quæſo, pacatéque excipiat. Hæc vtrinque vnanimi quiete præſtentur, quod & in Domino peroptamus, repulſis longè prauis inuidiæ ac zelotypiæ affectibus valde nocituris. Iſta tandem habuimus proponenda & concludenda pro orta de corpore S. Annemundi controuerſia: nihil autem de ſanctis Ruſtico, Viuentiolo, Sacerdote & cæteris tribus Archiepiſcopis Lugdunenſibus [x], commemoratis in præfatis MS. [z] Nam de talium ſepulturis, nulla vnquam emerſit quæſtio agitata, quin ea corpora ſemper exceperit ſola Collegiata ſanctorum Apoſtolorum Eccleſia. De Feſtiuitatis eiuſdem Sancti inſtitutione quondam per Diœceſim aut vrbem vſu trita, at tardiùs quàm hîc, vide ſub Philippo 2. Archipræſule [y].

Exhortatio ad voluntates ſyncerè vertendas.

x Nicet. Priſco, Aureliano ſuprà § 7. art. 6.
z art. 6. cit.
y n. 112 § 3.

XLVI. *Paragraphus* 1.

Triplex methodus exponendi.

SANCTVS GENESIVS habitus eſt vir adeò egregius, vt de ipſo hæc multa laudum encomia habeamus publicanda. In primis hunc verè ordinem Archiepiſcopalem obtinet: tum quia ex Tabulariis ſucceſſit Annemundo [a]: tum quia Baronius in Martyrologio ſub S. Lamberto Lugdunenſi [b], eum locat mox ipſius Lamberti anteceſſorem, qui talem Geneſium illic vocat Sanctum, & ſeorſum Campegius Confeſſorem, ac Abbatẽ Fontanellæ ſeu Fontinellæ. Vnde concludendum, quòd biennio duntaxat ſederit: videlicet anno DCLXVIII.
An. 668. 669.
& ſequente, ob vtrunque præfatum Antiſtitem, occupantem antè & retrò reliquos omnino annos circunſtantes. Ex eóque manifeſtum eſt authorem Faſciculi temporum, qui hunc noſtrum Archiflaminem appellat Geneſium, ſeriùs eundem ſubieciſſe anno 684. Secundò,
II.
pro clariſſima ipſius origine, profectò videtur is eſſe, quem audias à Cardinale Baronio traditum in Annalibus, licèt tardiùs quoque, nimirum anno ſequaci [c], hoc tamen eximio hiſtorico altiùs paululum efferendo. *Gliſcente inter Iuſtum & Simeonem Manichæorum duces contentione, proficiſcitur Iuſtus ad Epiſcopum Coloniæ Armeniæ: atque vt de Apoſtoli ſenſu, quod cupiebat, audiret, omnia mox de ſe ſociiſq; & quam inter ſe diſciplinam tenerent, liquidò expoſuit. Itaque, extructo ad aceruum ingenti rogo, incenſi & cremati omnes fuerunt, præter Paulum quendam genere Arabem, cui duo filij erant Geneſius & Theodorus, quibuſcum fuga ſe proripuit pater, & Epiſpaurim abiit, iamdudum à nobis in prolixiori opere commemoratum, cùm de Paulo & Ioanne Samoſatenis Callinices filiis ageremus: de illo, inquam, Paulo, à quo Pauliani pro Manichæis, mutato nomine, appellari cœperunt. Producit ergo alter hic Paulus ad impietatis ſcholam filium Geneſium, cui Timothei nomen impoſuit. Sed breui ſecuta eſt inter vtrunque fratrem Geneſium & Theodorum altercatio, cùm iſte diuinam ſpiritus gratiam accepiſſe ſe aſſereret, ille è contrà de ſe ipſo idem affirmaret* [d]. Talia narrat Cæſar purpuratus, eáque mutuatur ex veteribus Cedreno & Luca Siculo hiſtoriographis, circa perfidos Manichæos in Armenia ab Imperatore [e] inuentos & generoſo impetu aggreſſos. Vbi quamuis Geneſius

Cuias ſit Geneſius.

a Campeg. & Sarrazin in Democh.
b 14. Apr.
c ſub 685.
d to. 8 coll. 734. Mogun.
e meliùs fortè ã Conſtãt. 4. oriente 1 607. quã à Iuſtiniano 2 initiante an. 685

genti

gentilitias parentum hæreſes, nonnihil adoleſcens imbiberit: nihilominùs grandior effe-
ctus ex probabiliore euentu reſiluit. Quod boni principium vel jam liquet ex fine præfa-
Conuerſus de hæreſi. ti diſcurſus, qui ſolam conuerſionis eius lucem cœpit aperire: Geneſio profectum vlte-
riùs comprobante, donec eximiam inde prælaturam meruerit. Non ſecus ac Diuus quo-
que Auguſtinus Manichęiſmum priùs diu ſatis profeſſus eſt: & eo non obſtante errore,
adeò honorificè è luto ſurrexit, vt ad Hipponenſem Epiſcopatum delectus ſit, totam ex op-
poſito ſectam valida refutatione permultis in Voluminibus deteſtatus. Atque ea in te por-
rò aduerte, quòd initum Geneſij certamen cum fratre, de diuina gratia in ſeipſis hætente,
fuit quidem riuulus Manichęiſmi: quia ipſemet Manichæus quadringentis antè annis aſ-
ſcrebat f ſe eſſe Paraclerum à Ieſu Chriſto promiſſum: & eius æmuli iactitabant ſe ita illu- f an 277.
minatos è cœlo, vt eorum eſſet Spiritum ſanctum conferre cæteris g. At certè præſens Ge- g Gualterus in Tabulis
neſij diſputatio cenſetur veriùs ad orthodoxum catholiciſmum propendere, & loco prælu- Chonograp.
dij eò viam paraſſe, pro expectanda aut ſperanda à Deo Chriſto gratia habituali, ei qui ſe ſeculo 3.c.19. ar.3.& 6.
ritè per omnimodam fidem ac opera ad ſpirituales eiuſmodi gradus conſcendendos diſ-
poſuerit.

Paragraphus 2.

III. Method. IAm autem ſiue noſter Geneſius ſit Arabs aut Armenus natione, ſiue alius, quod libe-
rum cuique eſto perſuaſu: ſanè de illo ante & poſt adeptam Cathedram, adeſt ordi-
ne tertium genus dicendorum, quæ ſubdiuiſionem patiuntur in quinque membra, promi-
ſcua vnà cum fœlici vita ſanctæ Bathildis Reginæ Franciæ h, cuius iſte Geneſius fuit pius & h vxoris Clodou.1.
Quintuplex. locuples valdè erga pauperes Eleemoſynarius, vt vno verbo loquar, ex pluribus comproba-
1. tis effectis, in regiis variis largitionibus per eum æquè religioſe diſtributis. I. ſic fatur pro-
legomenis loco S. Antoninus Florentinus. *Hæc Regina venerabilis primò peſtem ſimoniacam è*
Simonia. *Francia extirpauit, & impias exactiones ceſſare fecit* i. En quomodo illa dignum opus perfecit i Par.2. hiſto.
& abſoluit deuotè, quò ad praxim ſacri Canones exactiùs reuocarētur, in primis quales pau- tit. 13. c.4. §.6.
lò antè ſanciuerat Concilium III. Cabilonenſe k ſuprà in Gauderico Archiflamine manci- k nu. 42.§.3. an. 656.
patos, ea lue dudum in Galliis graſſante ſub Æthetio Primate l. Itaque, conueniunt hîc vl- l nu. 36.§.1.
2. tima primis. II. pergit hoc ritu primus idem author m, propiùs nunc ad præſens inſtitutum. ſio.an.611.
Hæc religioſa fœmina multa Monaſteria in Francia conſtruxit. Faciebat prætereà multa bona Eccle- m an. 1470.
ſiis, ſed & pauperibus neceſſaria miniſtrabat per manus Geneſij Abbatis viri ſanctiſſimi, quem ſibi
mulier prudentiſſima in hoc opus aſſumpſerat. Hic poſtea factus eſt Epiſcopus Lugduni. Et ipſa (mor-
tuo viro) deſideratum meruit implere propoſitum. Nam ſtatim illo ſepulto, ad Monaſterium Hala n, n vulgò Chelles Abbaye. lez Paris.
quod ipſa conſtruxerat in pago Pariſienſi, ſe tranſtulit, ibique habitum ſanctæ religionis aſſumpſit, v-
bi degens in officio coquinæ, ſicut aliæ ſorores, miniſtrabat humiliter. Ibique plena operibus quieuit in
3. *pace* o. III. Hæc de vtraque illa ſanctiſſima perſona habet Surius. *Balthildis puella viduis, or-* o Feſt. 26.
Vberrimæ S Bathildis Reginæ & S. Geneſij eleemoſynæ. *phanis & pupillis ſubſidia vitæ miniſtrabat. Iam enim ſub ſeculari habitu Chriſto militare incipiens,* Ianu. ex martyrologus.
frequentabat orationem p: *Cui ipſe Rex pius conſulens* (addit, & poſt eum hæc tantùm Ha- p to. 7. pa.37 in vit S. Balthildis ſolus.
ræus q) *vt pleniùs quæ conceperat perficeret, venerabilem virum Geneſium Abbatem ad ſubleuamen* q pag.98.
contulit. Per cuius manus miniſtrans, ipſa Sacerdotibus & pauperibus paſcebat egenos, & induebat
nudos. Dirigebat quoque per ipſum ad Cœnobia virorum & ſacrarum virginum auri & argenti non
modica pondera. Quæ omnia idem Dei ſamulus Geneſius (ſubdit mox vnicus Surius) *poſtea Chri-*
ſto largiente Lugduni Galliæ ordinatus Epiſcopus, ſuſcipiebat. Tunc enim in Palatio Francorum erat
aſſiduus. Per ipſum ſiquidem ipſa beata mater r *Bathildis, vnà cum Regis Clodouei imperio, de cuius* r triũ Regum, Clotar. 3.
proſperitate & ſanitate indeficienter ſollicita erat, ſuggerente etiam Dei ſamulo, multis pauperibus Childer. 2 &
4. *pro vita Regis largiſſimam diſtribuebat eleemoſynam.* IV. Iſta pleraque turſus impertita eſt, ex Theodoric.1.
vno Haræo ſcriptore. *Multa quoque talenta* (ait) *D. Laygoberto Curbionenſis Monaſtery Abbati*
Chellenſe Cœnobium. *cum villa ad opus ſeruorum Dei contulit. Ad Fontinellam & Logium plura conceſſit beneficiorum com-*
pendia. Ad Luxouium & reliqua Burgundiæ Monaſteria villas perplures & innumerabiles pecunias
direxit ſ: nimirum adiuuante & perſeuerante ſemper Geneſio. Item: *Ad Iotrum Monaſte-* ſ pag. 99.
rium, vnde ſacras Virgines ad Cœnobium Kalenſe t *accerſiuit: villam nonam cum aliis muneribus,* t à Chelles.
quibus illum cohoneſtauit, deuotè contulit, Monaſterij S. Pharæ non immemor fuit, villam cũ largiſſimis
donis eidem delegans Baſilicas & Monaſteria Pariſiacæ vrbis muneribus pluribus amplificauit. Ba-
ſilicas ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli Romæ poſitas muneribus honorauit, Romaniſque recluſis
5. *& pauperibus largiſſima ſæpiùs dona direxit, &c.* V. & ad extremum ſubeſt communis perio-
Mors Reginæ. dus vtriuſque præfati Authoris, de exitu è vita Reginæ, necnon de communibus tunc mi-
raculis illi atque ſancto Geneſio diuinitus ſimul collatis. *Appropinquabat D. Balthildis obi-*
tus, cum viſione præclara ei oſtenſa. Scala recta videbatur adſtare ante Altare ſanctæ Mariæ, cuius
culmen cælos contingebat (inſit locus) *& quaſi Angelos Dei comitantes ſecum benignè ſecreta cæle-*
ſtia

ſtia penetrare, quæ ſileri à ſororibus conſciis præcepit. Et conſignans ſe confidenter, ac pios oculos ſanctáſque manus ad cœlum eleuans, ſanctam illam animam à corporis vinculo in pace reſoluit, obuiante ſibi fideliſſimo amico Geneſio Epiſcopo, qui viſus eſt adſtantibus inter agmina Angelorum, tertio Calendas February [*]. *Corpus ſacrum in eodem Monaſterio* (Kalenſi) *eſt conditum, ad quod plura per ſuam familiam efficit Deus miracula.* Ecce igitur noſter Geneſius particeps horum Reginæ prodigiorum, eò quòd degens adhuc mortalis Antiſtes, raptus eſt in aëra relictis terrenis, fruens incorporeis & ſupercæleſtibus illis ſubſtantiis: ſiue Lugduno, vbi reſideret, ad id territorium Pariſienſe ſublatus putetur Angelico per centum bimilliaria miniſterio, velut alter Vates Abacuc: ſiue in eiuſmodi Monaſterio antea præſens coram Regina Cœnobita repertus eſſet, cohabitans aut commonefaciens. Non enim ſtatum ediſſerit textus apertè.

Miracula ipſius & S. Geneſij.

* die 3. Lu[...]

u ſur. pag. 45. Har. pa. 100.

Paragraphus 3.

NVlla verò edita Martyrologia detegunt eiuſdem S. Geneſij mortem aut feſtum natale. Attamen ex Breuiario Lugdunenſi habentur ipſius ſolennia Kalendis Nouembris. Ante vndeuiginti autem annos didicimus [x], quòd ipſius Sancti corpus iacet in prælibata Abbatia fœminarum Kalenſi Ordinis ſancti Benedicti, diſtante ex Lutetiana ciuitate quatuor bimilliaribus, ibidémque in honore retineri. Quippe hoc ipſum literis recèns aſſeruit nobiliſſima & venerabilis Abbatiſſa, quæ locum hodie adminiſtrat. Vnde cenſetur probabile, quòd ſanctus vir in partibus illis quondam obierit, vel certè eò corpus delatum fuerit Lugduno ex ipſius nutu. Et ritè: vt pote quòd idem ſacrum textum poſſideret exanguis cum Regina, cuius pia in viuis ſectata ſit veſtigia. Hinc demum talem Sanctũ adeò colit Diœceſis ſua Lugdunenſis: vt in ipſius recordationem & patrocinium erga Numen implorandum nonnullæ, reor, villulæ ſeu rurales ac parœciales Eccleſiæ prope Lugdunum ab eo nomen ſuum ſortitæ ſunt, deuotionis ergo, quas vulgus quinque in Diœceſi ad ſummum appellat *S. Genys de la Val, S. Genys des Olieres, S. Genys Lert, S. Genys de Muſefour, & S. Genys de terre noire.* Quarum maior pars etſi fortè conſecratæ viſuntur Deo ſub rutela vetuſtiorum Martyrum Geneſij mimi Romani ac Geneſij Exceptoris [y] Arelatenſis tertio Euangelij ſeculo ſub Principe Gentili Diocletiano, necnon in Martyrologio Romano ſplendeſcant [z]: tamen vix dubium quin ſaltem earum Eccleſiarum aliquæ iſti S. Geneſio Confeſſori, velut ſuo Lugdunẽſi Protopaſtori, ad ſeptimum ſeculum deuoueantur, licèt minimè colatur Romæ in edito Martyrologio. Nam ex eius miraculis palam celebratur in Eccleſia Lugdunenſi, & habetur ipſius Officium in Diœceſeos Breuiariis ſeu Martyrologiis [a], vtrique ab Eccleſia Romana comprobatis; cùm vel etiam breui poſt obitum mortalibus apparuerit [b]. Tandem verò is noſter Sanctus non eſt Epiſcopus ille Geneſius Aruernus ſeu Claromontanus [c], item Confeſſor reuelatus Auito quarto illic ſucceſſori: de quo duplici circa hæc tempora Gregorius Turonẽſis [c] & Demochares [d]. Interea de ſepulto noſtro Geneſio apud Lugdunenſes ſic loquuntur Acta Hugonis ſub Annemundo allata [e], confeſtim poſt Tumulum B. Priſci. En verba. *Item inuenimus prope Altare quoddam in honore B. Geneſij tombam ipſius, ſicut habet & habuit ſeruitorum aſſertio Eccleſiæ ſancti Nicetij ſupradictæ. Supra quem tumulum nulla ſuperſcriptio habebatur.* Ecce pulchra atteſtatio nobis tandem & ſerò exporrecta in hoc ſecundo prælo [f]. Qua iam equidem liquet corpus ſancti Geneſij repoſitum Lugduni in Eccleſia rum Archiepiſcopali ſancti Nicetij, veriùs quàm in Cœnobio Kalenſi. Nihil verò obſtat, quin poſtulatas deinde corporis ſui partes obtinuerint Kaleuſes illæ Moniales ad Monaſterium ſuum deferendas. Vnde fortaſſis euenit, quòd nullum metricum Epitaphium Lugduni ad eius ſepulchrum repertum ſit: ſicut & ad ſociorum tumulos, S. Sacerdotis [g], &c. multa deprehenſa ſunt.

Obitus Sancti vbi.

Alij SS. Geneſij, & loca Diœceſana eius nominis.

Controuerſia de loco ſui corporis.

x an. 1606.

y Greſſier.

z 25. Aug.

a 1. Nouemb.

b 30. Ianuar.

c li. 1. de Miraculis, c. 67. 68. 69.

d To. 2. cap. 24.

e Nu. 45 5. 7. Aug. 9.

f menſe Iulio. 1616.

g Nu. 33. 34. 35. ad calcẽ.

XLVII. *Paragraphus 1.*

SANCTVS LAMBERTVS ſic nuncupatur ex Baroniano Martyrologio [a] poſt veterem ſanctum Antoninum Florentinum infrà: attamen Sarrazino dicitur *Landebertus* [b], tum inde per craſin breuiantem *Lampertus* Tritemio, & *Lantbertus* Angrado ac recentiori Haræo. De ipſius Archipræſulis hiſtoria ſimúlque chronologia hæc primùm in ſpeciem deducunt paſſim Authores. Narrat præfatus Angradus [c], quòd poſtquam vita functus eſt clarus Vuandregiſelus Monaſterij Fontanellenſis conſtructor, ac inter Diuos relatus, *ſubrogatus fuit famulus Domini Lantbertus, religione præclarus, & genere nobilis.* Quod & reperit Talepedius in Antiquitatibus Rhotomagenſibus [d]. Deinde iſta ſubiiciunt. *Lantberto in Lugduno cele*

a die 14. Apr. & in Capeg.

b veluti quoque in Humiliatio.

c in vita S. Ansberti.

d Gallicè ta[...]ctis [...] Tallep. edi.

berrima vrbe Galliæ, defuncto ſancto Geneſio, Pontifice ſubrogato, vnanimes in Cœnobio Fontanellæ An.670. *Monachi beatum Anſbertum ſibi elegerunt præeſſe Rectorem* e. Sedit autem Lugduni idem Lambertus ab anno DCLXX. ex mente Baronij f. Tum ſub anno DCLXXXII. ex Paradino g. 682. Qui poſterior dicit Antoninum Archiepiſcopum ei cognomen adſcripſiſſe *nobilem Lambertum de Tauerno*, cum honorifica de illo memoria: illúmque teſtatur oriundum ex agro Breſſiano Diœceſi Lugdunenſi. Verùm certè cùm minimè locum allegauerit; etiam nos ſaltem apud ſanctum Antoninum aliud nihil legimus, quàm quòd *electus eſt Lambertus Tauernenſis* h, *Abbas Fontanella, poſtea factus Epiſcopus Lugdunenſis poſt B. Geneſium*, Parte 2. ſuæ hiſtoriæ i. Simile verò habet Tritemius libro 3. k de viris illuſtribus Ordinis ſancti Benedicti. Quamuis editio fallat libro quarto l, in quo bis ſcribitur, *Lampertus Taruanenſis, Archiepiſcopus Bituricenſis*: equidem vbique anno præfato DCLXX. Ex cóque annali calculo recentior Baronius ſuum Chronicon hauſit. Non tamen apparet ille Lampertus in catalogo Epiſcoporum Bituricenſium, digeſto à Demochare, vel Claudio Feydeau: vel tandem edito per Ioannem Chenu Aduocatum Bituricenſem. Qui enim propiùs fortè ad id nomen & tempus accedit apud ipſum Democharem, eſt *Laudoarius* Biturigus, ſine dubio alius. Porrò de his omnibus legendus eſt Vuion in Martyrologio Monaſtico.

Paragraphus 2.

Alius Lambertus.

HInc paululum diuertamus ad Lambertum alium, virum pariter ſanctum, valdè famoſum, atque noſtro Lamberto coætaneum, ſed creatum longiùs multò Epiſcopum, diſtans Lugduno ad ducenta bimilliaria aut eò ampliùs verſus Septẽtrionem. Et hoc parergõ, hoc eſt, extra præcipuum thema, lubens audi. Non enim citra meritum. Ille autem nominatur ſanctus Lãbertus Antonino & Harꝗo dictus Traiectenſis Epiſcopus, ac Baronio m Tungrenſis ſub anno ſalutis DCXCVIII. duplici appellatione accepta, vti coniicio, pro eadem ferè vrbe aut Sede Epiſcopali n. Is dum curiales fornicatios è ſuggeſto coargueret à lenone telis Leodij peremptus eſt anno præfato 698. ex Sigiberto in Chronico. Adcóque Feſtum Leodienſibus habetur 15. Kalend. Octobris, ex Haræo cum ſolis Vſuardi Baroníque Martyrologiis. De quo alia Regiſtrum Canonicorum in 6. mundi ætate o. Tum corpus miraculis fulgens, Traiecto vnà cum Sede Pontificia Leodium tranſlatum eſt anno DCCX. p ex eodem Sigiberto. Vnde colitur illic tranſlatio 9. Kalend. Iunij, ex ſolo Molano in Vſuardum q. Hæc ita breuiter narrabamus in prima noſtra Celticarum Eccleſiarum calcographia. Nunc verò in iſta ſecunda, rem paulò laxiorem efferimus cum Stephano Epiſcopo ibidem ſucceſſore, deincépſque repetitam à Surio, Haræo, atque Baronio. Nimirum, quòd dum S. Lambertus Traiectenſis Pipinum r Magiſtrum Palatij s Franciæ opportunè importunè argueret de perpetrato adulterio cum pellice Alpiade: eidem pio Antiſtiti inflicta eſt æqua mors violenta prorſus iniuſta, qualem religioſè ſuſceperat Diuus Ioannes Baptiſta capite damnatus in Regio Herodis adulteri conuiuio. Vterque vates & ſanctiſſimus Martyr. Impia illa mulier moleſtè ferens Pipinum u ſic *à ſuo amore reuocari, Dodonem fratrem ſuum Pipini familiarem, genere & opibus præſtantem, hortatur* (inſit locus) *vti ne ſinat Lambertum* x *tantùm poſſe apud Pipinum, vt cogatur ab eo recedere in dedecus natalium ſuorum. Ille verò cum ſuis dat operam, vt Epiſcopi conatus impediat.* Amicis Gallo & Rioldo vltionem ſororis permittit. Cœperunt ipſius Epiſcopi vexare familiam. Sed ab eius cognatis cæſi ſunt: ignorante Antiſtite. *Per id tempus Pipinus in Iopiliam villam venit: acceſſit eò vir ſanctus. Apparatur conuiuium. Epiſcopus inuitatur. Princeps oblatum ſibi à pincerna poculum, innuit Epiſcopo*

Eius martyrium.

offerendum, benedictionis loco habiturus, ſi à conſecrata manu ipſe poculum acciperet, quod Maximum Imperatorem olim nouerat à Beatiſſ. Martino expectaſſe. Epiſcopus quidem illud Pipino tradidit. Ipſa quoque pellex clàm ſuam inſerit manum. Tum vir ſanctus ad Principem conuerſus de callida mulieris temeritate conqueritur. Iſq; ſurgens de menſa, ab aula vult recedere, & omnis illa conuiuij iucunditas turbatur. Veſperi volente recedere Epiſcopo: mandat Princeps, illâ verſutâ ſuggerente, ne inſalutata ſua coniuge recedat. At Epiſcopus magna animi conſtantia: ô Princeps, inquit, teſtor Ieſum ſpem vitæ meæ, me nunquam adultera communicaturum: te verò nolle reſipiſcere omnino, fero moleſtè & doleo. Ac abiit. Cæſus per Dodonem cum ſuis in villa Legia, vbi morabatur, brachiis inſtar crucifixi expanſis, ante Altare confoſſus telo y. En hiſtoria primi Leodienſis

Fuit amicus Lamberto Lugdunenſi.

Epiſcopi cuius exitum haud dubiè intueri potuit ſanctus Lambertus Lugdunenſis, cum probabili valdè argumento. Nam ad id credendum inter hos ſynchronos inuitat confraternitas antea inita totius Leodienſis Eccleſiæ cum Primatu Lugdunenſi, poſtmodúmque ſolenni robore firmata z, veluti manifeſtum reddidimus locis inſtructis Numero VII. ſub I[illegible]o Antiſtite. Vnde meritò Leodienſis meminimus.

e in Fran. Hareo 9. Febru. pa. 164. ex Angl. cit.
f In Martyrol. 14. Ap.
g 2. c. 10.
h vulgò hodie Chaſteau de Tauernon ou Tauernot apud Dombas en la principauté ſouueraine de Dombes. Vidi ſitũ.
i Tit. 13. c. 6. §. 2. 1.
k cap. 96.
l c 58. & 61. at malè an. 610. c. cit. 58.
m to. 8. Annal.
n Plinius li. 31. c. 1. Dicitur Gallis *Traiectum*, ſed antiquo gentium illarum vocabulo dicitur *Vueltraburg*, caſtellũ illuſtre Pipini, qui eũ locum cathedræ Epiſcopalis donauit, id eſt, oppidum Vultorum. Beda lu. 5. Gentis Anglor. c. 11.
o fol. 158.
p In Cathedrali dicata ſuo nomini.
q & 4. Kal. Maij. Alia 4. Id Sept. & Dedicatio 5. Kal. Nouem.
r Principem Pipini primi nepotẽ. Har. pag 807.
s aliàs domus & Equitũ Til
u hæc ad an. 699 vix idem Pipinus, qui Rex factus ann. 751.
x Aotea è Sede exturbatum per Ebroinũ reprobato Pharamudo in locũ ſuffecto, an. 685. Till reuocatũ ab exilio ſub Childeberto 2. Rege. ao.
y 698 alius poſt 7. an. & inde rurſus à Dodo oppreſſus.
y ao0. 698. Hare. 15. Cal. Octob. poſt Sigibert.
z nu 91.

Paragra

Paragraphus 3.

Scripta pro S. Lamberto Lugdunenſi.

AD eundem noſtrum Lambertum redituri: duo de ipſo videmus recèns adnotanda: quæ ſanè aliquod habent rurſus vinculum annexum cum Lamberto item Leodienſi. Vnum eſt, quòd Ioannes Molanus X. Kalend. Ianuarij [a] iſta vniuerſim typis mandauit. *Eodem die tranſlatio beati Lamberti ab Eccleſia ſanctæ Mariæ in Cryptam, & eiuſdem Cryptæ dedicatio in honore Sanctorum omnium.* Quæ profectò ſcriptura, dum author patriam defuncti minimè exprimat, cenſetur veriùs concipienda de Lamberto Lugdunenſi, quàm de altero. Etenim Gregorius Turonenſis, qui ſenex eundem Lambertum iuniorem videre potuit [b], libro de Gloria Confeſſorum depinxit primùm miracula Sanctorum Nicetij, Helij, & Epipodij Lugdunenſium [c], necnon Archidiaconi eiuſdem loci. Vbi Turonicus ille concludit: *Ego has ſpecies in Eccleſia Lugdunenſi ſæpiſſimè vidi* [d]. Deinde verò ſequenti capite [e] pergit loqui in hæc verba de probis quibuſdam nobilibus vxoratis illic ante ſuum æuum decedentibus. *Duos in hac vrbe fuiſſe ferunt virum & coniugem eius, ſenatoria ex gente pollentes, qui abſque liberis functi, hæredem Eccleſiam reliquerunt. ſed vir priùs obiens, in Baſilica ſanctæ Mariæ ſepultus eſt, &c.* Et Ado Viennenſis adiicit [f] ad nomen Mariæ, *ſemper Virginis* (ne alia putetur [g])

Duplex generalis pro eodem circonſtantia.

1\. dum ſermonem inſtituit de ſepulto ibidem Carolo Ludouici Imperatoris fratre. Extitit ergo Lugduni Eccleſia ſub vocabulo *B. Mariæ Deiparæ*, in qua facilè credatur reconditum corpus ſancti Lamberti: cuius poſtea tranſlatio *in Cryptam* prudenter accipiatur imprimis pro Crypta Lugdunenſi Sanctorum Ioannis, Irenæi ac ſociorum, deindéque aliorum Archiepiſcoporum, qui deinceps eo in loco ſæpe conſepulti leguntur, quatenus dudum ſuprà commemorauimus [h]: vt in eiuſmodi Baſilica fuerit quondam Sacellum beatæ Virgini ſacrum. Vel rurſus illa vetus crypta ſita eſt in vna ex tribus aliis Eccleſiis, quas reuerà contuemur hodie Lugduni eidem beatæ Mariæ adhuc diſertè ſacras. Nimirum aut primò in Eccleſia ipſius nominis, quam Ado locat in Monaſterio nunc Abbatia dicta ſancti Petri, alioqui in Capella ibidem olim recondita: ſiue eadẽ, de qua ipſe ſuperiùs cum Gregorio, ſiue diſcrepans & maior atque præcipua. Aut ſecundò in Æde alia Lugduni conſtructa ſub nuncupatione ipſius Deiparæ, quæ inde poſtmodum apparet erecta in Prioratum Ordinis ſancti Rufi [i] ad Plateam [k]. Aut tertiò in Sacello eiuſdem tituli ſatis vetuſto adhærente Conuentui Eremitarum Ordinis ſancti Auguſtini [l]. Quibus tandem in locis quædam cryptæ hiſce temporibus ſuperſunt conſpicuæ. En hactenus vna præfati ſacri corporis tranſlatio ſeu multiplex opinio ſatis iuſta de loco ſublati cadaueris in ipſamet Lugdunenſi ciuitate, dum vnam ex illis cryptis liberè poſſit eligere probus lector ac ſituum peruestigator. Alterum enarrandum, eſt quòd præfatus Molanus VI. Kalend. Septembris hæc vniuerſim conſcribit: *Item tranſlatio ſancti Lamberti, de crypta in Altare ſanctæ Crucis.* Qui locus non ægrè venit intelligendus de noſtro rurſum Archipræſule Lamberto. Idque duplici argumento. Priore, ex eo quòd ſuprà vidimus *Altare S. Crucis*, ſeu Baſilicam ſub eo titulo fundatam a ſancto Aridio Archipræſule Lugdunenſi [m]. Poſteriore, quia iſta ſecunda tranſlatio ritè ſuccedit ad conformem ſenſum priori: cum corpus de ipſa crypta, in qua tranſlatum iam fuerat, iterum aliò ſolenni ritu ex more Eccleſiæ deportetur. Qui varij textus nihil oppoſiti inducunt. quinimò ſucceſſiuam & laudabilem ſubalternationem oſtentant. Idcirco, eiuſmodi bene ordinatæ & inuicem reſpondentes tranſlationes nequeunt attribui S. Lamberto Leodienſi duplici de cauſa. Vna eſt, quia optimi Religioſi & oculati teſtes [n] nobis præſentibus affirmant planè non adeſſe in Leodienſi ciuitate eaſdem aut ſimillimas Eccleſiarum & ſeriei circunſtantias, quales ad propoſitum parent Lugduni, ex dictis. Leodij quidem adſunt Eccleſia Collegiata ſanctæ Crucis & parœcialis ſanctæ Mariæ ad Fontes, in qua reſidet Archipresbyter Leodienſis. Sed præter quàm vtraque cryptis caret, etiam accepimus [o], corpus ipſius Lamberti Leodienſis in neutra depoſitum aliquando fuiſſe, vt inde aliò tranſlatum dici poſſit. Neque duplex eius celebratur tranſlatio. Pro ſecunda cauſa, iam ſuperiùs egit Molanus de tranſlatione ſancti Lamberti Leodienſis: quæ certè vnica legitur, adeoque non ampliùs multiplicanda. Et hæc poſtremæ rationis appendix eſt communis vtrique probationi conficiendæ de tranſlationibus ſancti Lamberti Lugdunenſis. Simúlque totum hoc mixtim de duobus Lambertis vim recèns adauget argumenti, quo ſecundum paragraphum de ſolo Leodienſi ex profeſſo anteuertamus, vt nimirum diſcurſus ille permixto huic tertio paragrapho viam pararet. Igitur egregia demum occurrit rerum applicatio ad optimum concentum, ex diſſipata hiſtoria.

Subdiuiſa in quatuor membra.

Poſterior circunſtãtia.

Ea iterum duplex.

a in Vſuard. 23 Decemb.

b obiit ann. 595. vel 600. Bar. Genebr.

c c. 61. 62. 64.

d c. 63.

e c. 65.

f ſub an. 862. & 865.

g vt Maria Magdalenes, S. Maria Ægyptiaca, &c.

h nu. 2. 5. 7. 8. nu. 3. 5. 1.

i Qui fuit Simonis filius, quẽ patrem ſuum [illegible] angariauerunt, vt tolleret crucem Ieſu, miſſus Valentiam Galliæ à D. Paulo, alius ab eo de quo ad Rom. 16. & martyrol. 21. Nou. ac 18. Decemb.

k vulgò *la Platiere*, olim extra muros, nunc cincta mœnibus.

l conſtructũ ante 500 ferè annos.

m ſuprà nu. 39. & 2. inic.

n [illegible] Lugduni & alibi in Gallus

o ex [illegible] nob. ſcripto Toſſani Ferrier, [illegible] Ferrer Theologi Doct. Louani & eius [illegible] Erem. Conuentus Leodien. [illegible] 24 Octob. 1624.

Paragra

Paragraphus 4.

Trăslationes corporis S. Lamberti Lugdunenſ.

PRo exitu verò, obiter inſinuandum eſt dixiſſe Paradinū p, quod tempore præfati *Lāberti* Sedes Archiepiſcopalis tranſlata eſt ad Baſilicā ſanctorum Apoſtolorum, quę priu fuerat in Æde ſancti Stephani diu antea conſtructa ab Archipræſule Albino, ſupra q. Quo præſenti loco videre oportet, quanā ratione probabilitatem habeat illa narratio. Nam ipſemet Author locis ſub eodem Albino citatis, dum narrat Templum S. Stephani ab ipſo Albino fabrefactum, adiicit idem euectum in Cathedralem, quæ primùm fuerat in ſacro Apoſtolorum Fano. Si hæc vtraque ſententia ſuam cuique debitam rem geſtam, & veritatis effigiem ſecum afferat, mox admittere decet regreſſum denuò ipſius Cathedræ, eò vnde venerat: nimirum ex ſancto Stephano ad ſanctos Apoſtolos. Quem reditum velim profectò antiquiore innixum eſſe teſtimonio, quale haud dubiè non tradit Paradinus, nec quiſquam alius quod ſciam. Eapropter, certiores priſcæ ætatis teſtes expectamus. Interim Baſilica S. Stephani Protomartyris erecta eſt in Cathedralem ſub S. Euchetio r, annis ſexaginta poſt ipſum Albinum ſ. Qui Eucherius præceſſit Lambertum ſeu Cathedræ regreſſum annis ducentis XXX. Cæterùm, aduerte quòd obeunte Diuo Andoëno Rothomagenſi Archiepiſcopo, noſter Lambertus Anſbertum, de quo ab huius Numeri exordio t, tranſmiſſum è Cœnobij rectoria ad Rothomagenſem Præſulatum ſolenni ritu perunxit u & conſecrauit in aula Regia excitato ibidem Angrado. Quæ publica actio pergit demonſtrare Primatum Eccleſiæ Lugdunenſis in Normannorum prouinciam extendi, velut in Celticam. Ipſius autem Lamberti depoſitio celebratur Lugduni XVIII. Kalendis Maij ex Molano in Vſuardum, & Martyrologio Baroniano citra Breuiarium, & aliter alij x, tacente Beda.

Primatus ipſius.

p c. 16. li. 1.
q nu. 14. §. 1. init.
r nu. 30. §. 4. ad an. 450.
ſ ad an. 390. t §. 1.
u an. 690. Sigib. in Chro
x Sur. 9 Februar. to. 1. & cit. Toſſanus trăslationem Leodienſis coli dicit 5. Kal. Iunij, ſcripto Matiſconi relicto.

XLVIII.

An. 685. 687.

ISAAC, ſic Campegio appellatus vtrobique: & *Iſachar* Sarrazino in Demochare: ſed primùm *Yſahac* in Homiliario: vbique hac ſerie: perindéque circa annū ſalutis DCLXXXV. & LXXXVII. Non extat autem in libro Obituum Eccleſiæ Lugdunenſis. Sed quiſnam iſte fuerit: ſi augurari liceat: audi Anaſtaſium Bibliothecarium Romæ apud dictatorem Baronium, de quodam viro optimate huius nominis, tametſi flagitioſo in anteriore vita. Eum enim ſtabiliunt ſub anno ſalutis DCXLIII. hoc eſt, annis triginta priuſquàm noſter *Iſaacius* Lugduni ſedere potuerit. Vt nimirum ille diues, de quo Baronius, ad meliorem frugem conuerti tandem voluerit. Vnde Prælaturam Eccleſiæ demum ſit promeritus, eámve optauerit pro ſe auidiùs ſanctiúſque mancipando cultui diuino. Author verò, qui de pio huius ad Deum regreſſu vix loquitur, ita improbos anteriores ipſius affectus explanat, cum alio peiore Dynaſta. *Huius temporibus* (ait y) *in Mauritium Chartularium, per quem multa mala operatus eſt Iſacius Patricius Exarcha, cum increbuiſſent peccata eius, de Beato Petro Apoſtolo prodiit*

Cuius fuerit.

vindicta; vt hæreditaret eum ignis inextinguibilis, conſilio ductus ſuprà dictus z *Mauricius illorum qui cum ipſo ante deuaſtauerant Eccleſiam Dei, tyrannizauit aduersùs Iſacium Patricium, & miſit per omnia caſtra, quæ erant ſub ciuitate Romana per circuitum, & congregauit omnes ac coniunxit ſecū ipſos per Sacramentum: vt deinceps nullus ex ipſis debuiſſet obedire Iſacio, eò quòd ipſe ſibi regnum imponere voluiſſet. Audens hæc Iſacius, quòd Mauricio omnis exercitus Italiæ Sacramenta dediſſet, miſit Dominum Magiſtrum militum, &c.* Hinc tria expoſitu digna emergunt. Imprimis, ille Mauricius non eſt Imperator huius nomenclaturæ, qui ſane probus iam fato ceſſerat anno XVII. ſui Imperij, & ſalutis anno DCII. Sed agnitus eſt alius multò poſterior, equidem potens in ſeculo, at multis obſtrictus maleficiis. Secundò, Iſaacius qui ad prauos actus Mauricio vſus fuerat initio, videtur poſtea bello oppreſſus ab ipſo auerſo Mauritio: vt Anaſtaſius tacitè cenſeatur indicaſſe, quòd Iſaacius ad bonam mentem redire cœperat, quódque belli iuſtitia ſaltem potior eſſet ex parte ſolius eiuſdem Iſaacij. Tertiò, Exarchatus de ſe creditur dignitas potiùs eccleſiaſtica quàm profana, & vix aut rarò mixta. Vnde eò putatur arridere Anaſtaſius, quando Iſaacium inſcribit Exarcham, hoc eſt, principem Eccleſiæ ſeu Primatem: ſcilicet, vt ipſe tunc inchoaret fore Lugdunenſis Archiepiſcopus ſeu Galliarum Patriarcha, attamen cogeretur nonnunquam per ſuos bellum mouere ad tuendas poſſeſſiones, quas locupletes poſſidebat iure paterno. Etenim, de præfato Exarchatu animorum, contuemur nomen ſic priùs inuectum, vt

Miles poſtea pœnitens, & Prælatus.

y Bar. to. 8. an. 643. col. 462. Mogūt.
z Mauritij.

Exar

Dictus Exarchus.

Exarchus feratur Dux & Princeps ſalutis ad cœlum tendens, ſeu Præcentor & Cantor diuinorũ. Teſtes eſto Plutarchus [z] & S. Gregorius Nazianzenus [a] authores Græci: ἔξαρχος τῶν ἱερῶν, (aiunt) *ſacrorum princeps*. Inde, hoc item pacto legimus infrà [b] Eraclium benemeritum Archiflaminem Lugduneum pariter inſignitum illo principatu Exarchatus, præter Rauennatem quondam Epiſcopum. Vt Iſaacius quoque id tituli munus facilè Lugduni conſecutus fuerit. Quod & tanquam probabile in prouecta eius ætate cõcludimus, ea nimirum lege, niſi forte obſter hoc Baronij additamentum ſupra Anaſtaſium: *Ne relinquamus inſepultum Iſaacium* (inſit) *ſepultura, licèt indignum, cuius tumulo nullum fuiſſet aptius Epitaphium inſcribendum, quàm quòd Dauidicum habet carmen: Ecce homo qui non poſuit Deum adiutorem ſuum* [c]. Qui dicit: *Venite, hæreditate poßideamus ſanctuarium Dei* [d]. Etenim tam ipſi (adiicit recens Author) quàm Mauritio dignè contigit, quod imprecatus eſt, *Deus meus, pone illos vt rotam* [e]. Elige, Lector. Hæc interea fuerant euoluenda.

Aliorum de eo ſententiæ.

[z] In Numa. [a] [illegible] dux ſoleani[illegible] tatit. ep. 78. & Baro. an. 648. [b] nu. 78. [c] Pſal. 51. v. 9. [d] 82. 13. [e] ver. ſeq. 14.

XLIX.

LEBVINVS ſic nuncupatur ex præclaro ſupponendo teſtimonio: vel etiam dicitur *Leboynus*, apud Campegium, & *Loboinus* Sarrazino, hoc ordine. Hinc verò ex notiore, certiſſimóque præcedentium ac ſequentis Gadini Chronico ritè inferuntur ſeculares anni eiuſdem Lebuini, vnde appareat eum Cathedram occupaſſe anno ſexcenteſimo nonageſimo & circiter. Licet nomine dũtaxat inſeratur apud hos Tabularios. Non enim vlla emerſit de tali ſtatuendo controuerſia, vt neque aliqua ſubtractionis illius cauſa. Fides autem habenda de ipſius hiſtoria, ſimúlque de præmiſſa chronologia ſcitè trahitur ex vetuſto Beda nobis conſpicuo [a], & ex recentiore topographico Annaliſta Baronio ſub anno præcisè DCXC. [b] *Magnificus Præſul S. Ecbertus* (ait) *elegit & congregauit inſtar duodecim Apoſtolorum, duodecim Apoſtolicos viros in fide conſtantes ex diuerſis Monaſteriis ad prædicandum Germanis catholicam fidem. Fuerúntque hi miſſi, Vuillebrordus, Simibertus, Aca, Vuigbertus, Vuillibaldus, Lebuinus, duo Euualdi, &c. atque ego minimus omnium Marcellinus, qui hanc hiſtoriam, ſicut & ſancti Vuillebrordi conſcripſi: omnes præfati Presbyteri & Sacerdotes fuerunt, ac ſanctiſſimus Adelbertus Leuita filius Regis Durorum, qui pro Chriſto dimittens regale patrimonium, cum prædictis ſanctis Presbyteris electus à ſancto Ecberto, amore Chriſti peregrinum minimè recuſauit exilium.* Tum miſſam facimus hanc, quam Baronius adiicit periodum ſub anno DCXCVII. In Concilio Traiectenſi concluſum eſt [d] (inquit) *quòd omnes primi Prædicatores in exteras prouincias prædicarent verbum Dei* (ex eodem Marcellino [e].) *Igitur ſanctus Acca cum ſancto Simiberto in Angliam rediens à S. Vuilfrido Epiſcopo Augulſtadenſis Eccleſiæ Epiſcopus conſecratur: ſanctus Vuibertus Martyrio coronatus fuit. S. Vuibaldus orientalem Franciam adiens, Aureatenſis Epiſcopus effectus eſt: Lebuinus ſiue Leuinus Pontificatum adeptus, Martyrio propè Gandauum coronatur, &c.* Sub quo poſtremo tempore aduertatur annus ſupra milleſimum ſeptimus: qui nimirum vix cadit in Chronologiam præſentis Lebuini Lugdunenſis, quia obſtant calculi Gadini proximi hæredis, necnon aſcendentis ad luſtralem annum DCXCII. veluti perſpectũ imus. Ex quo [*] inferimus vel Lebuinum eiuſmodi extitiſſe Gandauenſem Epiſc. ſeu alibi in Gallia Belgica, vel vnum & eundem noſtrum Lebuinum Lugdunenſem Sedi renunciaſſe, tanquã egregium verbi Dei concionatorem, ac voto religionis adſtrictum, etiam iam antea, póſtque ipſius demiſſionem, Gadinum effulſiſſe Primatem, Lebuino hinc longè adhuc viuo ſuperſtite, quatenus plura alia eius generis ſeſe amouentium exempla dedimus ſuprà Numero XLIV. [f]

An. 690.

Concilium Traiectenſe.

Martyrium Lebuini.

Eius monachatus.

[a] li. 5. c. 12. [b] to. 8. ann. 690. col. 760. Mogunt. citat Marcellinũ ex Bed. & vide ſimile in Bed. Gentis Angl. 5. c. 12. [d] Patrib. fortè præſatis. [e] qui ibid. loquitur. [*] nu. 47. [f] § 2. ſub Gauderico.

L.

GADINVS, ita ſemper dictus in Campegianis editionibus: & Sarrazino, *Gudinus.* At legitur *Godinus* in M S. Eccleſiæ Floriacenſis [a], quod deprehendimus anno 1605. quale poſtea editum eſt à Fratre Ioanne de Boſco in veteri Bibliotheca Floriacenſi Benedictina [b]. Apud cæteros autem antiquiores habetur Goduinus: & fortè *Gudoinus* ex ſecundo textu ſeu vltima auctoritate inferius. De cuius Primatis Lugdunenſis Chronologia, déque iis quæ ad eius geſta ſpectant, hanc breuẽ periodum

[a] vulgò *Flury*, Diœceſis Aurelia. nõ autem S. Floiẽt. vulgò *S. Florent*, ſub Diœceſ. Andegauen. Eiſque Abbatia. [b] Parte 1.

Ann. dum nobis præbet idem Campegius apud Democharem tantùm. *Beda 694. hic ordinauit*
693. *Berechtualdum Epiſcopum Anglum.* Sed neque locum neque efflagitandas alias cir-
694. cunſtantias porrexit, tutioris fidei gratiâ. Igitur paucis. Beda in Eccleſiaſtico Chronico Gentis Anglorum [c] excurrit ſuper obitu Theodorici ſanctiſſimi Archiepiſcopi [c li. 6. ca. 8. & 9.] Dorouernenſis in Anglia, *anno ſexcenteſimo* (inſit) *nonageſimo Incarnationis Dominicæ.* Deinde pergit hoc pacto : *Succeßit Theodoro in Epiſcopatu Berechtuualdus, qui erat Abbas, &c. qui electus eſt quidem in Epiſcopatum anno Domin. Incarnationis ſexcenteſimo nonageſimo ſecundo, &c. Ordinatus autem anno ſequente, tertio die Kalendarum Iuliarum, Dominica, à Goduuino Metropolitano Epiſcopo Galliarum* [d]. Hoc eſt, *an-* [d Fuit Beda iſtis cõtemporaneus.]

Duplex hiſtoria. *no* DCXCIV. Vbi author per Metropolitam Galliarum, videtur intellexiſſe, omnium videlicet Aquitanicæ, Narbonenſis & Belgicæ rurſus Galliæ præter Celticam. En certè præclarum antiquitatis monimentum. Ergo tandem iſte Antiſtes non eſt ille Gudoinus belli Dux, qui iam caſtus & pius, poſtmodum magis ad pietatem conuerſus, Primatem demum egerit Lugduni; de quo ſcripſit Baronius ad annum nonageſimum altiorem [e], quo mortem obibat ſanctus Gregorius Papa I. hiſce notis. [e an. 604.]

Duplex de ipſo & alio Gudoino. *Quod autem vehementiùs ſancti Gregorij animam excruciauit, illud etiam fuit, quia Neapoli in Campania (licèt vetus lectio, in Gallia, habeat* [f] *) ſacrilegium perpetratum, cùm miles per vim rapuit virginem Deo in Monaſterio conſecratam. Redarguit verò Gudoinum Ducem Neapolitanum, quod aduerſus eiuſmodi facinus vltor non inſurrexiſſet, cùm præſertim probitatis ipſe vir ab omnibus laudaretur: ad quem breuiter ſcripſit* [g] *hæc. Cùm inter multa bona, quæ nobis de magnitudine veſtra ſæpiùs nunciantur, illud in vobis plus laudabile dicitur exiſtere, quod caſtitatem diligitis, &c.* Suffecerit verò hiſtoriam hominis laude digni propoſuiſſe, vetuſtioris iſto noſtro Antiſtite. [f Quia duplex Campania prouincia. Gallica Belgiæ & Italica.] [g Gregorius li. 12. Epiſt. 3 Indict. 7.]

LI.

Ann. 710. FRALDVS extat hoc ſolo nomine apud duos pariter Democharis Tabularios. Neque tamen piget iſti ac ſucceſſori dare lucem à capite Catalogi : cùm nullus ſcriptor in aduerſum ierit. Ex politis verò in circum chronologiis, is animorum Anteſignanus cenſetur præfuiſſe ad annum ſeptingenteſimum decimum, & circiter. In Homiliario autem Eccleſiæ Diui Irenæi vocitatur *Foaldus.* Et fortaſſis idem eſt qui *Fucoaldus*, ſic conſcriptus in Autographo Abbatiæ Floriacenſis, de qua nos ſuprà [a]. Taceo exemplar libri Obituum, vbi nominatur *Boaldus* vel *Fialdus.* Vide de Reliquiis ſancti Cypriani Lugdunum tranſmiſſis, & huc ferè pertinentibus, ſub adſequente Maldeberto finali. [a. è Ioan. de Boſco n. 48.]

LII. *Paragraphus* 1.

Ann. 730. MALDABERTVS obtinet hunc dulciorem ferè ſonum apud Campegium. Attamen in Homiliario ſeu Martyrologus Irenæanis ſcribitur *Madalbertus* : & Sarrazino Nadalbertus. Ignoratur quidem exactum quoque ſedis tempus iſtius Archiflaminis. Sed preſenti ordine retento quem reperimus, ſeculum aut annorum affinia colliget quiſquis, neque falsò aut ægrè, è proximis anteceſſoribus Metropolitanis atque ex ſequaci hiſtoria. Vt nimirum is affuerit circa annum ſeptingenteſimum trigeſimum. Sed audi alia ſeorſum diſcrepantia, qualia in Appendicem diſtribuimus.

Paragraphus 2.

Vacat Sedes. SIſte gradum, Lector. Hoc loco, Sedis Lugdunenſis vacatio occurrit nuncianda duplicis Authoris nuncio. Priùs quidem iſto Adonis Viennenſis Epiſcopi contextu. *Vaſtata & diſsipata*(inquit) *Viennenſi ac Lugdunenſi prouincia, aliquot annis ſine Epiſcopis vtraque Eccleſia fuit.* Poſteriùs verò, hac Pauli Æmilij periodo [a]. *Decumarum ſacrum ius militaribus viris attribuiſſe, adeò militibus ſuis* (Martelli) *omnia permiſiſſe. vt dum hi magis quàm hoſtes Viſigotthi ſacra profanáque diriperent, per aliquot annos Lugdunenſis Viennenſiſque Sedes viduæ ſuis Epiſcopis fuerint, militarib. iniuriis, altero defuncto minimè ſuffecto, altero Cœnobij portũ ingreſſo.* [a ſub Chilperico 3. ſtupi. poſt an. 742. pa. 2.]

Vetu

Anno 741 75[illegible] [illegible] m Ad[illegible] [illegible], necnon [illegible] cem certè. [illegible] D[illegible]LXX[illegible]

[illegible]

& a[illegible] V[illegible] depo[illegible] eliu[illegible] legun[illegible]

LII. [illegible]

A[illegible] [illegible]

[illegible]

LIII.

Diſcrepantia inter duos Adones.

ADDO [illegible] protinus ſucceſſor Maldabe[illegible] [illegible] ſcribitur duplici conſon[illegible] in duplici[illegible] [illegible] nomen Adonis Viennenſis, quo [illegible] pri[illegible] [illegible] ſcripſit vſque [illegible] 890. Alib[illegible] certè, [illegible] [illegible] multo vetuſtior [illegible] Lugdunenſem [illegible] Chronico [illegible] [illegible]tarium. De quo Arch[illegible] [illegible] rum quòd De[illegible] in Tabula Archiepiſcoporum Viennenſi[illegible] ad ætatem eiuſdem Adonis Viennenſis conſcribendi, quitamen [illegible] me[illegible] ſua proſa. Adeóque mirandum tantæ omiſſion[illegible] [illegible]

[illegible]

Hiſtoria & [illegible]

[illegible]

§. V [illegible]

Ann. 799. [illegible]

d Conſequ. [illegible] den. 30. §. fin.

Cucubi [illegible] barbara. [illegible]

[illegible] *ille. Si nathi vero aud* [illegible] [illegible] *c ad hoc venit. Et ſ dens* [illegible] *Clauſtro* [illegible] *cereis, deſtulerunt Cyphum* [illegible] *ſerico. Ad quem ille re*[illegible]

ac

In archetypo al. m.

Ledradus Ep.

G [illegible]

Omnes Ecclesiæ [illegible]

Sepultura Autemundi

Quintuplex [illegible]

[illegible] Caſsis [illegible] Germanorum in [illegible] primum [illegible]. Et verè quoque,

Y 3 eius

[illegible] non [illegible] Halderto. Eren [illegible] Protonotar [illegible] Pa- [illegible] Ado [illegible] ationis Reliquiarum [illegible] arbitraris, [illegible] in ipſius Præſ lis [illegible] hæc teſta- [illegible] *Lugdunenſ.* [illegible] du- [illegible] m ſummo [illegible] ttere te- [illegible] quaſ mi [illegible] regi- [illegible] terre [illegible] pidi- [illegible] ad præ- [illegible]

[illegible]

Ann. 813. O [illegible] DCCCXIII [illegible]

[illegible]

Patres ipſius probabiles à Primatû ſpectantes. [illegible] tuor Sedis ipſius [illegible] Eren [illegible]

[Marginal notes: p ſub an. 8[illegible]; q Obiit Ado an. 878. Annal.; Sed alias [illegible] Gen. in Chronol. [illegible]; Hunc diem [illegible]; Concilium IV. Cabilonenſe.; [illegible] n. 10. ſub S. Leo. [illegible]]

dicta eſt Lugdunenſis, has quatuor latiſſimas prouincias ambit, & complectuntur triginta duos Epiſcopatus [g]. Præſens verò Synodus comprehendit capita ſexaginta ſeptem. Ex quibus ſeptendecim Capita diſcutimus [h] Parte III. prioris noſtræ ſacræ editionis chronologicæ; quatenus hi ſoli Canones inſeruiunt ad propoſitum aduerſus prælibatos Caluinitas. Talia autem hîc non repetimus, quia iam eadem & perſimilia diſcuſſimus ſub Diuo Eucherio: nimirum de ſacramentali pœnitentia, de operibus bonis cum fide christiana aut etiam charitate [i]: itémque ſub ſancto Lupo, de Miſſa ſacroſancta & de Horis Canonicis [k]. Quod verò ſpectat ad extremam Vnctionem Cabiloni tractatam: de ea nos quidem nihil ex profeſſo in hoc Volumine, niſi vniuerſim de vnctionibus eccleſiaſticis ac ſacramentalibus in ipſo Eucherio [l]. At priuatim in illa typographia anteriore [m]. Atque hæc in præſenti ſufficiant pro Concilij materia.

g Rebuff. in Praxi Ben. f. pa. 486. L. g. 1599. & in noſtra Sum. eacom. pat. 3 Tab. 1. 2. 3. 4 extrema.
h Par 3. ca. 1. Sect 3.
i n. 30. §. 6 7.
k n. 31. §. 2. & 4.
l 57.
m § 4 fin.

Paragraphus 4.

Antiquitas Archiepiſcopatus Lugdunenſis.

DE præfato autem Primatu diſcurſum abſoluturi pro Archiepiſcopatu Lugdunenſi, Lectorem horum monemus. Viderit vnus aut alter hodie loquax, quonam firmo innixus fundamento arbitretur, & an ritè putet dignitatem Archiepiſcopatus cœpiſſe attribui Lugdunenſibus Archiepiſcopis in perſona duntaxat iſtius Ledradi, neque citiùs. Etenim triplici via Gordium hunc nodum ſoluimus. Primum Gregorius Turonenſis multò antea nuncupabat Patriarchas, ſanctos Sacerdotem, Nicetium [n], & Priſcum Lugduni ſedentes. Dictum ſuis locis [o]. Quod equidem inſigne non niſi Archiflaminibus, ne dicam Primatibus competere vnquam viſum eſt. Secundò, ante tres iſtos Præſules, ſanctus Lupus Antiſtes Lugdunenſis in prouincialibus Conciliis præfuit [p] multis Galliæ Metropolitanis, perindéque Archiepiſcopis: & poſt eoſdem Gaudericus item Lugdunenſis [q], vno ſeculo & fere ſemis priuſquam ſediſſet Ledradus. Nullus ergo mirabitur, quòd Epiſcopos Lugdunenſes ab initio vocemus paſſim Archiepiſcopos iam à tempore ſancti Sacerdotis. Quin imò vix vllus prudens in diſputationem trahere etiam poterit, quorſum id nomen Archiepiſcopis cœperimus impertiri ſanctis Irenæo, Zachariæ, & cæteris ante ſanctum Sacerdotem. Nam cùm ignoretur exactum tempus inchoatæ huius prærogatiuæ beneficio alicuius Diplomatis Romæ ob frequentes bellorum ciuilium euentus monimentorum ereptores: profectò ſatius fuit hanc honoris præeminentiam inchoare à ſanctis Irenęo & Iuſto aut ſociis. Ratio eſt, pro tertia nodi ſolutione: quia partim vidimus antiquiſſimos authores indidiſſe ſingulis illis Prælatis eximia inſignia Legati & Præfecturæ, vetiùs forſan perpetuæ quam temporaneæ ſuprà reliquos Gallorum Antiſtites; tum etiam quia maior ſecuta tantæ authoritatis euidentia, quæ breui & latiùs poſtmodum patuit ſub S. Sacerdote, efficit vt nobis licuerit eundem Titulum præuenire paulò, & id elicere ab Irenæo iuxta vulgarem Doctorum ſententiam. Atque ſic quoque euertitur alia Belforeſij obiectio [r]. Tum de Ledrado ad eum finem pauca in ſancto Lupo [ſ].

Itémque Primatus.

n n. 34. §. 2. ſu pra an. 553.
o n. 15 §. an. 576.
p 515 an.
q an. 656. nu. 42.
r n. 12 § 7.
ſ n. 30. § 1.

Paragraphus 5.

Alia recentior hiſtoria de tranſlatis S. Cypriani Reliquiis.

SEd antequam finis ſit pro Ledrado: audiamus ſolenniorem iterum indaginem de Reliquiis ſancti Cypriani ſub tanto Archipræſule Lugduneo, deinceps à Surio Carthuſiani Ordinis Monacho concinnatam: hîc ordinem naturę ſequuti. *Poſt multa curricula annorum* (ait *) *glorioſiſſimo Carolo Francis imperante, contigit legationem Francorum ferentes, illuſtres ac ſapientiâ circumſpectos Legatos tranſitum per Africam feciſſe. Hi cùm Carthaginem dirutam, & loca venerabilia ſanctorum Martyrum reuerentes à Rege Perſarum Aaron, qui excepta India totum pene tenebat orientem, vidiſſent, facilè conciliato Principe, rogauerunt, vt oſſa B. Cypriani eis ferenda permitteret. Quod ille non magni ducens* [a], *poſtulata conceſſit, &c. Cúmque Legati ingentia dona ſeu Reliquias ferentes reuerterentur, nam & ſancti Sperati membra, qui vnus fuit ex duodecim Martyribus Scillitanis* [b], *cum beatis oſſibus Cypriani, & capite glorioſi Martyr. Pantaleonis habebant; proſperis vſi velis, tandem peruenerunt Arelatem. Vbi ſacra Martyrum membra ſignata interim relinquentes, Legationem ſuam Imperatori renunciare feſtinarunt: & inter alia de Sanctorum Reliquiis ab Aphrica deportatis, eius animam attollunt. Vnde ille plurimùm lætus: eas tandiu apud Arelatē digna veneratione coluit, donec ipſe magno aliquo opere in ſuo regno Tēplum cōderet, vbi tam precioſum pignus ingenti cultu & ornatu reponeret* [c]. *Sed emergentibus cauſis, dum opus tardiùs conſtruitur: occaſionem nactus, Leidradus venerabilis Lugd. Epiſcopus Imperatorem rogauit ad Ciuitatem ſuam deferri beata oſſa Martyrum. Is dum pius votum ſuum perficit cum honore infra ciuitatem Lugduni deportata ſunt; ibique in maiori Eccleſia B. Ioannis Bapt. ac S. Mart. Stephani, ad defenſionē ciuium S. Epiſcop. Reliquias glorioſorum Mart. in prædicta Eccleſ. poſt venerabile Altare decentiſſima ſepultura recondidit, &c.* Inde verò ſubdit Author continuò iſta, quæ Lugdunenſis Eccleſia non credit geſta fuiſſe. *Sed poſt interpoſito tempore, regnante glorioſo Rege Carolo* [d]

Quando tranſlatæ.

Eccleſia Lugdunenſis.

* To. 7. pag. 389. al 15. Kal Octob.
a Aaron.
b Scillus vrbs Triphiliæ.
c Carol. Magnus ab an. 769. ad 814.
d Caluo ab an 841. ad 878.

Lu

Ludouici [e] *Imperatoris filio, iterum Reliquiæ B. Cypriani ad Monaſterium nouum, quod idem Rex auguſto opere conſtruxit, in Compendio Palatio ſuo iubente eo tranſlatæ ſunt :* Vel potiùs bipartitæ: quia hodie Lugduni habentur de illis Reliquiis valde auguſtis. Reſiduum autem hiſtoriæ anterioris ampliorem certè illius materiæ ſegetem porrigit, quàm quæ bis antea de eiuſmodi ſacris teſſeris dixeramus. Et hic quidem egregius diſcurſus ſic meritò venit exponendus, ac in parteis diſtribuēdus. Petitur primò an ille Aaron Rex Perſat. Carthaginenſem Ciuitatem deſtruxerit, nécne. Profectò vrbs illa quondam Romanis infenſa penitus exciſa eſt à Scipione Æmiliano annis ſeptingentis poſt eius fabricam, & centum quinquaginta ante Chriſti aduentum [f]. Quo de excidio nequit hîc eſſe ſermo. Verū ea denuo apud Baronium legitur à Perſis capta anno ſaluris per Chriſtum DCXVI. De quo naufragio inſtitui debet præſens diſputatio annis ducentis ante Ledradum Lugdunenſem Archiepiſcopū: quia huius vel Caroli tempore nulla in Carthaginem obſidionis molimina audiuntur. Et in hac vlteriore ruina probabiliùs factæ ſunt ſartæ tectæ præfatorum Sanctorum Reliquiæ, ne obrutæ perirent omnino [g]. Nam talis ciuitas ampliùs reſtituta non fuit hactenus. Qui motus bellici cū duobus ſeculis Ledradum præceſſerint ſatis confirmant præmiſſa [h], ac docent probabiliùs eſſe, quòd Reliquiarum tranſlatio celebrata ſit ante Bedam & Maldabertū Archiflaminem, veriùs quàm præciſo iſto Ledradi crepuſculo. Secundò Baronius conformis Adoni Viennēſi, quem vnum citat, ſtatuit Reliquiarum tranſlationem ſub annum octingenteſimum VII. At pro eo conciliando cum Beda vetuſtiore, quem is non allegat aut aduertit: dicerem ego cum diſtinctiuncula, quòd ex Carthagine ereptæ ſint Reliquiæ ad annū præfatum DCXVI. & Arelatibus concreditæ: poſtmodùmque Lugdunum inde operà Ledradi tranſlatæ anno 807. ex mente textus ſic loca diuidentis [i]. Addit & idem Baronius, quòd vrbs Venetiana in Legatorum reditu hoc ipſo Reliquiarum theſauro locuples euaſerit. Hinc ducenti illi ante Ledradum anni poſt vaſtatam Carthaginem, facilè ſuum complementum acceperunt & conſumpſerunt duplici ferè earundem ſtatione ſeu collocatione, partim Venetiis, partimque Arelatibus : vt id tacite voluerit Beda intendere, etſi poſteriores ſuorum Operum editiones [k] ideo fortè nuncient ipſas Lugdunum tranſlatas, nec meminerint Venetiarum aut Arelati, quia denique Lugdunum traductæ feruntur. Tertiò, ne cures, Lector, quòd dum Baronius locat tranſlationem anno DCCCVII. obiter narrat Sigibertum hiſtoricum in tempore corrigendum. Etenim Chronicum Sigiberti dicit aſportatas Reliquias quinto duntaxat anno ſuperiore [l]. Quod tantillum ſpatij aut conceptæ emendationis nullius eſt hac in re momenti. Quartò & vltimò, quantumuis Surius vno in loco dictitarit eaſdem Reliquias Compendium tandem Principis iuſſu delatas: nihilominus alibi ipſas non niſi apud Lugdunum coli teſtatur : vbi is præſenti tempore loquitur, & quidem fuſiùs. Vt argumento ſit videri Authorem ſibi contradicere, aut ſe poſtmodum in Lugdunenſium gratiam retractaſſe, & eas ſacratiſſimas thecas minimè ampliùs ſedem aliam nactas fuiſſe. *In Carthagine* (ait [m]) *natalis Sanct. Martyr. Scillitanorum, id eſt, Sperati, Marthali, Cythini, Bethulij, Felicis, Aquilini, Lethatij, Ianuariæ, Generoſæ, Beſſiæ, Donatæ & Secundæ, ſub* Saturnino *Præfecto. Qui poſt primam Chriſti confeſſionē in carcerē miſſi, & in ligno confixi, mane gladio decolati ſunt. Horū Reliquiæ cū oſſib. B. Cypriani & capite S. Pantaleonis Mart. ex Aphrica in Gallias tranſlatæ venerantur Lugd. in Baſilica B. Ioan. Bapt.* En mox ſanctorum numerus multò copioſior quàm cæteri dictatores antea produxerunt, Lugdunū allatus in Metropolim & Primarum Galliarū: nimirum quatuordecim integra corpora. Vt iā vix cenſeātur Reliquię ſecandę [o], & pars Cōpendij attribuēda. Sed veriùs integrę Lugduni retentę creduntur ad noſtrum ęuum vſque. Felicis huius pręſentię teſtis eſt elegans Epiſtola Stephani Charpini Presbyteri Lugdunenſis, data Lugduni anno M.DLIII. ſcilicet octennio duntaxat ante mœſtos annos Ciuitatis captę à Caluinitis. In ea reminiſcitur S. Pontij Martyris [o], auditoris eiuſdē B. Cypriani, ac de cuius Magiſtri vita ipſe Volumen inſigne edidit [p], depromptum ex autographo latitante in Gazophylacio Eccleſ. Lugdunenſis. Et dū cętera ſuperaddit, ſic fatur præſenti ſemper tempore. *Contigit diuinitus ac feliciter Volumen Codicis Pontiij Diaconi repertum fuiſſe in medio planè ſqualidi carioſique, antiquitatis alioqui præſeferentis notas, graphicè aliquando expreſſas, ſed fermè (malum!) detritas atque illegibiles. Subiit verò in mentem propter ſacri corporis Cypriani Reliquias, quas certò ſcimus in Eccleſia Lugduni beneficio Caroli Magni, vera religione quàm maximi in ea theca quæ Altari ſuperemi- net repoſitas, feſtum eius optimos quoſque, ſicut piè, ita & dignè colere, in quo memorati fragmentum libelli adhuc legitur, quod religionis ergò & authoris, celebris Eccleſia diu ſtudioſè aſſeruauit. Et poſt pauca. Iam libenter proclamarem felicem Eccleſiam Lugdunenſem, quæ tantos Heroas poſſidet; quanti ſunt Irenæus, Cyprianus, Eucherius, quorum meritis ampliſsimis gaudet, atque hactenus præclara & illuſtris ſubſiſtit.* Quid manifeſtiùs ac firmiùs dici poteſt in teſtimonium pro Reliquiis hodie Lugduni in veneratione habitis? Hæc ſufficere videbuntur aduerſus Su-

tium

Duplex Carthaginis euerſio.

Triplex locus earundem collocationis extra Carthaginem.

Collocatæ tandem Lugduni.

Hoc ſeculo illic extare.

[e] Pij ab an. 815. ad 840.

[f] vel 150. Genebrar. in 3. bello Punico ad an. mūdi 3969. & Ado Vien. ætat. 5 an 4611.

[g] Opitulante diuina prouidentia.

[h] Sub Fraldo & Maldaberto, nu. 49. & 50. §. 2.

[i] tametſi paulò confuſè.

[k] tanquam à poſteris typographis applicatæ ad vltimam Lugduni tranſlationem.

[l] 802. hunc ſequutus Paradinus.

[m] Tom. 7. cit. & lib. pa. 155. ad 16. Kal. Aug.

[o] Inter ann. 616. & 807.

[o] Niciæ in Gallia ſequutus præceptorem. feſt. 14. Maij.

[p] Lugduo. 1514. cum S. Chriſtop. de Sacerdotio.

[q] ſeu die 17. Iuly.

rium, qui eas dicit Compendium tranſlatas. Veruntamen, ſi quis harum portionem aliquam & veritatis imaginem pro Surij aſſertis concedere velit: non impedimus quin prudens ſcrutator in verſatili ea quæſtione remoretur ex bipartita opinione ſacræ thecæ partim aſportatæ ad pium Principis feruorem implendum & vrbis vtriuſque deſiderium; ſimúlque quin quis eligat quam volet & meditabitur allatam bis faciendæ ſecretionis viã, in gratiam præciſi pixidis repoſitæ diarij. Interea meminerit quiſque earundem Reliquiarum tranſlationem eueniſſe XVI. Calendas Auguſti q, ex Regeſtis Eccleſiæ Lugdunenſis. Qui dies ſolennis eſt in diuinis Officiis illius Baſilicæ ob Reliquias eiuſmodi ibidem religiosè conditas, ac in honore habitas.

q ſeu die 17. Iulij.

Paragraphus 6.

Teſtamentũ Caroli Mag.

VEla complicantes, monemus Annaliſtam Baronium conſcripſiſſe, quòd Ledradus teſtamentariæ ordinationi imperantis Caroli Magni interfuit, ſub hac nota in ipſis Actis. *Hanc conſtitutionem atque ordinationem coram Epiſcopis Abbatibus Comitibúſque, qui tunc præſentes eſſe potuerunt, quorum hic nomina habentur, fecit atque conſtituit. Epiſcopi Hildebaldus, Ricolphus, Vuolpharius, Bernomus, Laidradus, Ioannes Theodulphus, Ieſſe, Hetto. Abbates* r, *&c.* Talia author inſeruit ſub anno ſal. DCCCXI. Sed quia ex eodem & Ioanne Tillio Carolus obiit
An. 814. anno DCCCXIV. ſ ideò creditur tunc veriùs teſtamentum condidiſſe, & Ledradum catenus ad minus Cathedram poſſediſſe. De extrema cuius vita ſequente & ſanctiſſima profeſſione Monaſtica ſubinde auſculta Adonem Viennenſem t ad eundem ſenſum & annalem calculum. *Bernardus Epiſcopus Viennenſis erat, & Leidradus Lugdunenſis, qui initio imperij Ludouici Imperatoris* (cognomine Pij) *Sueſſionis Monaſterij locũ petiit, &c.* Hoc eſt, vno verbo, Epiſcopatui renunciauit an. 815. quo Ludouicus ſceptrum arripuit. Deinde quocunque poſtea anno mortem oppetiit: id euenit V. Kalend. Ianuar. u Illóque ſedenre, præclarus ſucceſſor quem viſum itis, erat Coëpiſcopus, ſeu, reor, Suffraganeus Lugdunenſis, quem ipſe diſcedens in ſui vicem elegit.

Monachatus Leidradi.

r Baro. to. 9. col. 719. Mogunt.
ſ ſequenti triennio.
t ſub an. 809. ætat. 6.
u 28. Dec. ex li. Obituum Eccl. Lugd. fol. 265.

LVI. *Paragraphus 1.*

Ordinatio huius.

SANCTVS AGOBARDVS ſic nuncupatur apud Adonem Viennenſem a, & Campegium: tum *Agobaldus* Sarrazino, aut *Agobertus* Baronio poſt Homiliarium: fuit pientiſſimus atque elegans poëta; necnon ſucceſſit Ledrado. Etenim poſtquam Ado finiit conſcriptam ſuprà b periodum de ipſo Ledrado monachatum profitente ac Sueſſionenſe Cœnobium appetente, pergit ſubinde hoc pacto: *Et in loco eius Agobardus eiuſdem Eccleſiæ Chorepiſcopus, cõſentiente Imperatore* c *& vniuerſa Gallorum Epiſcoporum Synodo, Epiſcopus ſubſtitutus eſt. Quod quidam defendere volentes, dixerunt, eundem venerabilem Agobardum à tribus Epiſcop. in Sede Lugdunenſi iubente Leidrado fuiſſe ordinatum. Sed canonica authoritas eſt in vna ciuitate duos Epiſcopos non eſſe: nec viuente Epiſcopo ſucceſſorem ſibi debere eligere. Ac idcirco vllâ quacunque causâ regulæ Eccleſiæ præteriri in tanto ordine fixæ non debent.* Ille autem Cathedrę ingreſſus legitur
An. 815. celebratus anno ſal. DCCCXV. ex eodem Authore d. Sed priuſquàm fiat vlterior de tali viro progreſſus: aduerte, Lector, obiter, quidnam Ado intendat circa duos minimè habendos vno ſimul in loco Epiſcopos, quandiu prædeceſſor vitam traducit mortalem. Sanè videtur innuere aut velle firmo quaſi Decreto teneri in Eccleſia, quòd etſi anteceſſor ſacrum monachiſmum recluſus exerceat; attamen donec è viuis diſceſſerit, ei ſucceſſorem deligi non oportere. Hęc autẽ ſententia valdè quadrat cum his quæ in Viuentio Lugdunenſi affirmamus e de S. Claudio Biſuntinẽſi Epiſc. qui voto Religionis ſe aſtringẽs in Iurẽſi Conuẽtu, cenſuimus non proinde ſucceſſorẽ ei citò delectũ fuiſſe. Aliáque eius generis exẽpla ibidem ſuſtulimus: quib. hoc etiã Ledradi paradigma adiicere poſſemus. Ratio autẽ aſſerti poteſt eſſe, quia Monachatus epiſcopalem dignitatem non tollit aut infirmat: at potiùs iuuat, adauget & perficit: quippe ſeſe inuicem egregiè compatiuntur duo illi ſummæ perfectionis chriſtianæ ſtatus. Sic decernit Sanctio f Concilij generalis g Altheenſis h in Rhetia i, & renouat D. Thom. Aquinas k. Itaque quondam differebatur quidem electio ſuccedentis adueniente monachatu prædeceſſoris. At nihilominus, propinquior alterius vocatio credebatur ferè libera. Et illa deinceps aũt mox lubentiùs ad praxim occurrit; vt ſi quis Epiſcopus Religionem ex voto ingrediatur, de ſucceſſore prouideatur: multóque magis ac neceſſariò, ſi reſignando eiuret, reſignante in ſeculo ſuperſtite, quatenus exempla quoque dedimus l in Gauderico Lugdunenſi.

Vix ſucceſſor epiſcopãdus anteceſſore facto Monacho adhuc viuente.

Concilium Altheenſe.

a 6. ætate ad an. 809.
b nu. 55. § 6. fin.
c Ludou. pio: nam præcedente periodo narrat obitum Caroli Magn. Aquiſgrani, an. 813.
d Ado ſtatnit ad marg. an. 815.
e nu. 41. §. 2.
f Cauſa 18. q. 1. cap. vnic. ſtatutum eſt.
g Dictum ſ. vniuerſale, aliud à 5. Conſtãtinopolitano.
h Altheũ oppidum, & Althea vrbs Olcadum.
i ad Alpes ſupra Gall. Ciſalpin. vulgo nunc *les Griſons.*
k 2. 2 q. 184. ar. 6. & 7.
l Gondij, Villanj, &c. in n. 41. §. 2.

Paragraphus 2.

An. 830. 833. CÆtera proſequuturi pro Agobardo eiúſve Chronologia: monemus, quòd eius meminit Chronicon Monaſterij SS. Petri & Pauli ſub anno DCCCXXX. in Lingonenſi Diœceſi: deinde alij [n] anno DCCCXXXIII. Tum rurſus Annales Baronij hæc mixtim de ipſo conſcribunt [o]. *Ebbo Rhemenſis Epiſcopus, qui author fuerat, vt Imperator Ludouicus priuaretur Imperio, ſuaſione Epiſcoporum ſe abdicauit, &c. Condemnatus eſt autem Agobertus Archiepiſcopus Lugdunenſis, qui vocatus ad Synodum in Theodonis villa [p], venire diſtuliſſet. De his autem qui in Italiam confugiſſent, nihil eſt actum. Facta ſunt iſta ante Quadrageſimæ tempus. Sequenti verò Dominica, qua ſacræ Quadrageſimæ initium præcedebat* (addit Author Alphonſus Ciaconius, qui de Martyribus commentariolum addidit) *in Metis ciuitate Imperator & Epiſcopi ac populus vniuerſalis illius Conuentus venit: & inter Miſſarum celebrationem ſeptem Archiepiſcopi reconciliationis eccleſiaſtica orationes cecinerunt, &c.* Hæc idem Baronius ſub anno DCCC.XXXV. Quē Authorē & citatū ab eo ſocium ſingula ad verbum deprompſiſſe putamus ex veteri Annonio libro V. de geſtis Francorum Cap. XVI. In quo prototypo talia ſubinde legimus, edita anno MDXI. Reliqua verò, tametſi paulò extra metam: nihilominus ibidem aſſequuntur, hac texturâ peregregiâ, dignáque notatu. *Eodem tempore, cùm Theodulphus Abbas Floriacenſis vnà cum alijs in coniuratione Bernardi, aduersùs Ludouicum Imperatorem fuiſſet implicitus, ob eámque cauſam Andegaui detruſus eſſet in carcerem, cùm poëticæ facultatis literis eſſet excultus, ibidem detentus ſcripſit eccleſiaſticum carmen [q], obſeruánſque tempus, cùm Ludouicus inde tranſiret: è feneſtra carceris illud cecinit in aures eius. Quod cùm Imperatori mirificè placuiſſet: eo permotus, ipſum iuſſit quàm primùm è carcere liberari, poſtéaque ad Epiſcopatum Aurelianenſem promouendum curauit, &c.* Hinc ad noſtrum Archiantiſtitem propiùs remeantes circa vlteriores eius annos, Ado Viennenſis præfatam hiſtoriam ſic clariùs, at breuiùs excurrit [r], terminos ſimul eidem Agobardo exhibiturus, dum à præfato Imperatore Ludouico orditur. *Ocyus ipſe occurrens filio* (ait) *in Germanias exercitus ſui copias tranſponens ingreditur. Ibi pacem regni aliquibus diebus diſponens, aduerſa valetudine fatigatus, diem clauſit extremum [ſ] anno ab Incarnatione Dom. DCCCXL.* Et poſt pauca ſubdit. *Bernardus adhuc & Agobardus Viennenſem & Lugdunenſem Eccleſiam regebant. Qui ambo ad Imperatorem [t] delati, deſertis Eccleſiis ad filium Imperatoris Clotarium in Italiam ſe contulerunt. Et poſtmodum piis Imperatoribus agentibus, Agobardus Lugdunenſem, Bernardus Viennenſem Sedem recepit. Poſtque pauculos annos Agobardus apud Sanctonas in expeditione regia poſitus defungitur.* Ex his concluditur, quòd ipſe Archiflamen dum ſupra annum 840. animam vitalem duxerit, eam denuò pertraxerit ad annum

An. 840. 842. DCCCXLI. aut XLII. Dicit enim, *poſt pauculos annos*. Singulis ergo perſpectis, & ad vnū contractis ipſius temporibus, debemus ſilentio præterire, quin poſitiuè etiam arguere, authorem Faſciculi temporū: vt pote qui Anteſignanum altiùs conſcendere iubet [u] annis vndeuiginti.

Concilium Theodonēſe itemque Metenſe.

Obitus Imperatoris.

Tum. Agobardi.

[n] Parad. li. 1. ca. 10.
[o] To. 9. col. 1007. Mogū. pan. 835. & Lugdun. Cōcilium in Agob. & Vien. Epiſcopū. Præſēte Lud. ac filiis an. 837. Baron.
[q] de Palmis, die Dominica Palmar.
[r] ætat. 6. an. 841.
[ſ] 20. Iunij in Inſula prope Ingelheim. Til. pa. 45.
[t] ſiue Ludouic. ſiue Lothar. filium.
[u] ad an. 794.

Paragraphus 3.

PEracto curſu integro Agobardi, quem ex allegatis colligimus ſediſſe Lugduni annis nouem & viginti: audiamus extranea, quæ aliunde ſuo tempore propéque ipſum geſta ſunt. Generoſiſſimi Gallicani Principes, filij Ludouici pij Imperatoris, eccleſiaſticū aliquod Concilium Lugduni inierunt [x], tanquam omnes æmuli gloriæ, déque imperio paterno certantes. Profectò nullæ Synodi hodie patent Seſſiones. Verùm Paulus Æmilius in rebus geſtis Francorum de illo cœtu hæc palam edidit. *Iam etiam Lotharius in Francia caſtra aduerſùs patrem poſuerat* (inquit [y]) *ſperans totam Italiam in patrem ſigna laturam. Sed procul abfuit, vt Italici generis proceres filium in patrem armatum armis iuuarent. Gregorius Pōtifex* (nomine quartus) *Rauennatium vltro citroque commeans peruicit, ne collatis ſignis pugnaretur. Pacis conditiones conuenêre, quæ in præſentia ſanctæ fuêre. Gregorio in Italiam regreſſo, Lugduni Concilium Epiſcoporum, quos filij Reges contraxerant, habitum, imperiúmque patri abrogatum. Quod Decretum mox à Gregorio Pont. Max. reſciſſum eſt, audaciáque Archiepiſcopi Lugdunenſis mulctata, &c.* Hac in re cùm Papa tanquam medius Eccleſiæ parens multo conatu piè ſit enixus ſedare hos bellicos tumultus exardeſcentes, textus docet eum antiquaſſe duntaxat odioſam perſonæ Ludouici viuentis abrogationem & diiectionem ex imperio [z]: vt pote quòd inculpata & honorifica ſenectus non ſit ſufficiens cauſa aliquem e regia depellendi adminiſtratione. Lothario tamen poſt paternum deceſſum Italia ac Imperium in ſortem pacatè obtigit anno ſexto adſequente, patre vita functo. Qui Ludouicus Imperator, quinque antea ſolis reuolutionib. *per ignauiam ab imperio præter ſpem depellitur* (ſubiungit Tillius) *& in Cœnobiū S. Medardi detruditur, eodémque anno in imperium reſtituitur* [a]: Agobardo Lugduni, vt liquet, agente. Concilium verò ſi reponeremus inter prouincialia Lugduni collecta, eſſet octauum numero: quia ſeptimum eduximus in Æthetio Archipræſule [b]. Sed id Conuenticulum

Prætenſa Synodus Lugdunenſis.

Ludou. Imperio a ſuis afflictus.

Agobardus accuſatus.

[x] id Concil. Lugd. ann. 833. vel 34. eſt aliud oppoſitum meliori & poſteriori Lugdunenſi an. 837. ſuprà cit. in marg.
[y] Æmil. fol. 54.
[z] Greg. 4. ab an. 828. ad 841. id Conc. reſcindit an. 834. & tunc Cabilo igne vaſtata per Lotharium. Baro.
[a] an. 834.
[b] nu. 35. § 3.

culum minimè reſtituimus in catalogum legitimatum congregationum, quòd per vim aduerſùs parentem coactum ſit. Etiámque nec Genebrardus, nec Baronius meminêre ipſius, at in genere fantur ſub hoc tempus pro ſolo Imperatoris regreſſu. Cæterùm, quicquid feratur de Archiepiſcopi auſu, quaſi temerario: is aliunde optimus vel pœnitens bonis multis operibus excelluit. Libri viginti quatuor eius nomine, piáque induſtriâ in lucem prodiêre, quibus docetur eum conueniſſe & compeſcuiſſe Epiſcopum Origellæ in Aragonia victũ: qui Neſtorianæ ſectæ dudum antea extinctæ ſemina ab inferis excitarat, duas in Chriſto ſeparatas perſonas perperam efficiens. Decreta edixit aduerſùs Iudęorum fraudes, qui pleraſque in ipſum artes & technas ſtruxerant, ne Chriſtiani eos in diuinis aut victu concomitarentur. Edocuit ritum imaginum orthodoxè colendarum. Conſors Doctorum ſui æui, nimirum Hincmari Rhemenſis Archiepiſcopi, Ionæ Aurelianenſis, Heliprandi Toletani [c], &c. Instituit Profeſſores in ſacra Theologia [d]. Eàque ſingula nos inſtruunt eum nunquam auerſum à recta fide Patrum primæ Eccleſiæ: maximè cùm denique ipſius ſanctitas vitæ id buni promeruit, quòd ex meritis & veteri traditione Breuiarium Lugdunenſe eius memorias palam celebret VIII. Idus Iunij; quantumuis ſileant reliqua ferè Martyrologia. Quippe declarat eum Sanctum Confeſſorem.

Eius innocentia: & ſanctitas.

Pij & docti libri ab eodē confecti.

c Rabani. Haymonis. Strabi.
d Sarrazinus Concilium Cabilon per Ludou. Imp. pro cōponend. publicis (inter hos Principes) an. 839. Baron.

Paragraphus 4.

Alia religioſa ipſius ſcripta.

AD extremum, recordemur aliorum Operum eiuſdem S. Agobardi, quæ hactenus in tenebris delitescentia nuper edidit Papyrius Maſſonus [e]. Is copioſè geſta & ſcripta animaduertit tanti viri: partim quidem talia quæ mox ſuperiore Paragrapho excuſſimus, partímque reliqua hîc prætereunda & opportuniùs apud ipſum Maſſonum conſpicienda. Inter quæ & extra, eſto imprimis illud Carmen à Charpino ſuperius citato editum, quod eſt Diui Agobardi de pio anteceſſore Ledrado, hac phraſi ex verſibus ſeu metris 84. poſt medium, præter 13. alios verſus ibid. in Chronico. De quo Authore numero 53. §. 5. extremo.

e an. 1605.

Orat, poſtulat, impetrátque raptim,
Vt ſanctiſsima Martyrum piorum
Noſtris mœnibus oſſa conderentur:
Lugduni ad placidam Ioannis Aram:
Qui Chriſtum vitreâ rigauit vndâ,
Vbi cum ſocus honore claro
Florens, inclyte Cypriane, dormis, &c.

Amplum valdè reſiduum Carminis prætermittimus, itémque verſus hexametros ipſius D. Agobardi in Carulum Magnum defunctum egregios apud eundem Charpinum. Sed de cętero, reuerâ in præfati metri ac effectuum probationem, noſtris adhuc temporibus apparet magnum Eccleſiæ vitrum multifariam pictum in ſuperiore parte Chori ad excelſum cornu primi Altaris, continens hiſtorialem vitam S. Cypriani, &c. & ibi ſurſum effingitur proceſſio duorum ceroferariorum in albis gradientium, ſequente Canonico crucem deferente, cum mitra, &c. Deinde, pro alio paradigmate eſto liber Agobardi de duello ad Imperatorem Ludouicum dictato: cuius etiam recordatur Ioannes à Boſco in ſua antiqua, ſancta ac Senatoria Viennenſi Allobrogum Gallicorum hiſtoriola [f] ad calcem Floriacenſis ſuæ. Bibliothecę Benedictinæ. Sed obiter loquamur ad propoſitum de cenſura eiuſdē editionis Papyrij Maſſoni, eruta ex Operibus S. Agobard. Interdictum prodit ex Typographia ſacri Romę Palatij [g], Calcographo tradita anno 1608. perindéque ex authoritate Pauli V. Pontif. Max. nuper ſedentis fœliciter: cuius ſupra meminimus [h] in Ledrado. Suſpenditur, inquam, eius lectio, donec emẽdetur, ſcilicet vel ab ipſomet authore, ſi hactenus ſuperuixiſſet, & huic curæ operam nauare potuiſſet (deceſſit enim anno elapſo 1615.) vel ab alio quouis literato ad hoc legitimè deputato. Ibidem verò diximus, ac iſtic renouamus, errorem, ſi quis ſit, non propendere ab archetypo D. Agobardo, ſed veriùs ex recentiore typographia. Atque iſta ſufficiant.

Qualis & vnde prohibitio ſuorū Operum.

f pa. 32.
g pa. 737.
h nu. 55. § 2.

LVII. *Paragraphus 1.*

Nomina.

AMVLO Archiepiſcopus ita dictus eſt ex vetuſto Adone Viennenſi [a]; vel *Hamulus*, ex priore Cãpegij editione [b]: item *Aynolus*, ex poſteriore ſeorſum, & ex Demòchare ſub eius nomine: tandémque *ſanctus Amolo*, tũ ex Homiliario ſeu Martyrologijs Baſilicæ Irenęanæ, tũ ex ſequace Sarrazino. Pro eius ſeculo meditare hos præfati Adonis Viennenſis diſcurſus, poſtea exactiore indagine diſcutiendos [c]. *Lotharius Imp. infirmari ſe conſpiciens, &c. in Prumiæ Monaſt. tõſuratus ingreditur, & aliquot dieb. interpoſitis defungitur, an. ab Incar. Dom.* 865. *&c. Bernardus Viẽnenſ. Epiſc. ſub huius Imperio moritur, & Agilmarus Viẽnenſ. ſuſcepit Epiſcopatũ. Amulo*

Lotharij mors.

a infrà cit. & Patad. 2. c. 2.
b & in Biblioth. Conradi Geſneri.
c Ætate 6. an ad marg. 865.

quoque Lugdunenſis Epiſcopus efficitur. Et Pontifex Romanus Gregorius moritur, atque eius loco Sergius ordinatur, &c. En ipſemet textus Authoris. Sub cuius tutela hæc controuertam. Non arbitramur diatios calculos ſingulorum hominum illic adnominatorum eodem temporis ſcrupulo & puncto accipiendos, quia minime cohærebunt. Scriptor nanque paulò confuſè & largè rem digeſſit, quam ſtrictiùs multò nunc habemus conſpiciendam, vt ad propoſitum deſcendamus. Imprimis, ex Baronio [d], Lotharius imperio ſtetus eſt ad annum vſque DCCCLV. in ea vitali latitudine comprehenſum: nimirum obiit anteriore decennio priùs quàm ferat Adonis narratio. (d & Tabulariis in Annalibus.) (Malæ Chronologiæ.) Vnde allucinatus Adonis calcographus errorem innocuum in prælo, reor, commiſit: potiùs quàm ipſe Ado: dum locat LXV. pro LV. ſcilicet vnam tantùm decadem omittere debuit. Secundò, Gregorius Papa quartus, qui obiens ab Adone poſt Amulonem inſeritur, ad ſuperos conuolauit anno DCCCXLIII. ex recentiore Annaliſta. Tertiò, inde ſolemus inferre, quòd Amulo primùm textui appoſitus pro ſuo ad Lugdunenſem Archipræſulatum aſcenſu, hunc gradum conſecutus fuerit ipſo eodem anno quo deceſſit Gregorius, vel antè per menſes aliquot duntaxat. Qui ſanè calculus ritè quadrat cum præmiſſo verſu Adoniano ſub Agobardo, proximo Amulonis anteceſſore. Etenim cùm ſuprà [e] Agobardum addixerimus anno 840. & poſtea adiecerit Ado eum Lugdunenſem ſato ceſſiſſe *poſt pauculos annos* (ait) oportuit eoſdem biennio ad ſummum intercludere, vt nimirum idem prædeceſſor diem vltimum clauſerit anno 842. (e nu. 54. §. 2. extremo.) proptereáque Amulo cœpit reſidere Archiflamen anno DCCCXLIII. adſequente. Deinde verò, Guillelmus Paradinus in Lugdunenſi hiſtoria meminit eiuſdem Amulonis per veterem Chartam, qua is Antiſtes dicitur *præeſſe Eccleſiæ Beati Stephani Protomartyris* *, &c. Vnde Baſilica illa cenſebatur eo æuo fuiſſe Cathedralis Lugdunenſis, poſt aliam ſanctorum Apoſtolorum ſubinde vocitatam ſancti Nicetij. (* loco cit. & hic n. 54. § 3.) Et ponit idem Author ad marginem vniuerſim annum
An. 843. DCCCLV. Sed quia Imperator eo confeſtim anno animam exhalauit, maximè quo iam
854. annuo ſpatio inchoabant geſta ſucceſſoris ſancti Remigij: ideò ſatiùs nobis eſt arbitrari Acta illa eſſe compilata ſub anteriori præcisè anno ſalutis DCCCLIV. Hæc de perſpecta ſaltem hactenus Chronologia,

Paragraphus 2.

(Perdoctus.) NOnnulla præclara ipſius geſta ſuggeramus. Hunc Archipræſulem Genebrardus [f] poſt Campegium teſtatur Hebraïcè, præterquàm Latinè doctiſſimum: adæquatque Rabano Moguntinenſi Archiepiſcopo, Strabo natione Gallo, Gloſſæ Ordinariæ coaceruatoribus, itémque Haymoni Alcuini auditori, Amalario Treuerenſi Archimandritæ. & aliis eruditis illius æui, noſtro Antiſtiti coætaneis. (f ſub Eugen. Papa 2.) Totum ex Tritemio [g] & Sigiberto. Vnde luculenter ſcripſit idem Amulo ad Imperatorem contra Iudæos *. (Eius ſcripta.) (g pa. 25. 26. 27. Baſil. 1569. * Geſnerus.) De quo viro hæc habuit Campegius Author. Primæ cuius hominis editiones hunc ſane Præſulem collocarunt ſub anno 830. Verùm promptior eiuſmodi ſupputatio velut fallax minimè cohæret calculis tutò allatis pro ſancto Agobardo anteceſſore. Iam autem ſuperſtes hiſtoricon eſt Flodoardi Rhemenſis [h], ac eius interpretis Iacobi Sirmundi: qui iſta præſtant. *Guntbaldo Archiepiſcopo ſcribit* (Pontifex [i]) *pro quodam Presbytero de iure eccleſiaſtico conſeruando. Item pro his quæ in Synodo geſta fuerant. Amolo Lugdunenſi de placito quod habuerat cum Rege, Regnique primoribus, & de Iudæorum in hoc regno ſtatu. Item de Synodo à tribus Regibus condita, &c.* (Geſta.) (h li. 3. fo. 289. Pariſ. 1611. i Rom. vel Hincmarus Remenſ. De his quæ vbiubuſd. archie. ſcripſit c. 21. fol. 257.) His eſtote contenti. Orbatus eſt verò huius lucis vſurâ die ſecunda Calend. Aprilis, anno incerto: ex libris Obituum Eccleſiarum Lugdunenſis * & Matiſconenſis: poſtquam Baſilicæ ſatis multa attribuit.

LVIII. *Paragraphus* 1.

(Triplex Chronologia & vbi inchoata Principum priuilegia.) SANCTVS REMIGIVS doctiſſimus fuit, & ſummus ſacri Palatij Lotharij Imperatoris Capellanus, ſeu Magiſter ac Præſes Regię Capellę. Hinc multis etiam donis ſuam Sedem Imperator ſtuduit perornare. Conſtat ex Archiuis perauguſtę Lugdunenſis Eccleſię: quas ideò & ex profeſſo noſtris conſpectibus exponere tandem non dubitarunt DD. Nobiles Canonici ab egregio & inſigni Capitulo ad hoc deſignati. Atque iſtic inchoamus ſcrinia eiuſdem Eccleſię palam facere: nimirum ab Imperatore Lothario Ludouici Pij Francię Regis ſimul ac Imperatoris filio deinceps perſecuturi. Dixi quidem, *iſtic inchoamus, &c.* Non quin anterioribus iam ſeculis ſummi Principes Eccleſiam Lugdunenſem priuilegiis & ſolennibus chartulis illuſtrarint. Verùm eiuſmodi titulos hactenus abſorbuêre, & è poſterorum manibus

bus ſuſtulère bella ciuilia ignéſque in vrbe quondam conſpicua ; ſed maximè publica la-
trunculorum Caluini hæreticorum ſacrilegia, quæ noſtro tardiore æuo viſa ſunt °, Clero ° an. 1562. & 1567.
è ſinu prorſus expulſo, donec mœnia in Catholicorum poteſtatem redierint. Quippe audi-
mus à ſenioribus huiuſce temporis, quòd perſpexerint, & à ſuis maioribus acceperint, vetu-
ſtiora alia inſtrumenta & Imperialia Regiaque Placita in membranis elaborata, necnon ad
Lugdunenſis Eccleſiæ commodum celebrata pluſquàm ducentis ſolaribus ante Remigium
circulis, veluti hauſiſſe teſtabantur ex intemerata ſemper Patrum traditione. Hinc verò, ad
præfati Lotharij documentum pro præſenti rerum ſtatu regreſſuri : dicendum quòd quia
ſeriùs paulò hic Imperatoris Regiſtrus occurrit, ſcilicet poſt alia eiuſdē Remigij geſta mul-
tò priora : ſit vt antequam id Lotharij monimentum detegamus *, anteriora ordine tempo- * §. 2.
ris præcedere iubeamus. Quippe ita Chronici methodum prudenter obſeruare com-
I. Chronologia. petit. Imprimis ergo, ſanctus ille Remigius legitur eſſe Archiepiſcopus ab anno ſalutis
DCCCLV. & ſub aliis deinde annuis ſpatiis : idque docendum quatuor potiſſimùm Acti-
bus ſub hoc eodem crepuſculo. Primus eſt de Concilio Prouinciali ſecundo Valentinenſi
An. 855. Gallorum Allobrogum nouem omnino Præſulum, quibus idem ſanctus Remigius præerat
859. anno preſato, & id promouente Lothario ab anno iam ſuperiore, de notitia prædeſtinatio-
nis contra ſubortos errores illo æuo. Talis Synodus preteritur quidē in Voluminibus Con-
ciliorum Venetenſium & Coloniæ Agrippinę anni 1551. ſed ritè conſpicitur promulgata in
ipſa editione Colonienſi anni 1567. tum confirmatur in Baronianis Annalibus eodem ſo-
lari curſu, & apud Franciſcum à Coriolano Capucino 1523. in ſuo Breuiario chronologi-
co Conciliorum. Ex quibus concludendum eſt, eundem ergo Rhemigium tunc agnitum
Primatem etiam in Prouincia Viennenſi Allobrogum & extra Celtas. Secundus Actus
Chronologiæ ſancti Remigij connotatur anno octingenteſimo quinquageſimo nono,
Concil. Tullenſe. adnotatur Indictione ſexta, die decima octaua Kalendar. Iulij, ex libello proclamatio-
nis Dom. Caroli Calui Regis [a], apud Franciſcum Pithoeum Tricaſſinum in ſuis An- a an. 19. regni Calui.
nalibus [b]. Secundus iſta continet. Idem Archiepiſcopus deperditam ſancti Irenæi Ec- b Francorū, fol. 179.
cleſiam tūc reſtituit [c] : ſimúlque ampliationem priuilegiorum Abbatiæ Inſulæ barbarę pro- c de qua inferiùs, & alia nu 70.
curauit, ex allatis à Paradino [d]. Vnde tutum non eſt protrahere ſuperioris Amulonis Sedē d 2. c. 105. & 106.
II. ad annū vſque 865. ſub pretextu leuioris coniecturę ex homonymia in Adone deprehenſa,
qui ad inſtitutum de eo non loquitur, ſed obiter, ſuprà [e]. Etenim calculi Pithoei & Para- e nu. 55. §. 1.
dini innituntur ſingularibus publicorum inſtrumentorum circunſtantiis, quibus fas eſt hac f vulgò Toul in Lotharingia.
in parte maiorem adhibere fidem. Tertius Actus eſt prouincialis Synodus Tullenſis [f] apud g vn ſaux-bourg.
ſuburbium Saponarias [g], cui eadē ſolari reuolutione interfuit & præfuit noſter Remigius [h], h 18 Cal. Iul. 859
vnà cum Archiepiſcopis ſuffragatoribus Rodulpho Biſuntinenſi, Hincmaro Rhemenſi, Ri-
cardo Turonenſi, Vuenilone Rothomagenſi, & Radulpho Bituricenſi, aduersùs bellantem
Guenilonem antea depoſitum Remenſem Archiepiſcopum Hincmari anteceſſorem, atque i in Conc. Tul. Annal.
præſentibus aliis nonnullis. Hæc apud Baronium [i], Flodoardum [k], Lupum Ferratienſem [l], k cit. li 3. ca. 22.
& Tauellum in Guenilone Senonenſi. Iam ſecunda generalior aliorum temporum de ſan- l epiſt. 122.
cto Remigio conquiſitio, eſt eiuſmodi. Ferunt eundem virum Canonicos Eccleſiæ ſan-
cti Iuſti effeciſſe ſeculares, qui priùs ex Sidonio Apollinari verè Monachi fuerant ante ſe-
culum ſancti Patientis Archiepiſcopi [m]. Publicum huiuſce rei inſtrumentum, quod vidi- m nu. 24. § 2.
mus, conſtat exaratum anno DCCCLXVIII. Quo diario enarratur quoque fundatum ab
ipſo Remigio Monaſterium Saxiaci.

Paragraphus 2.

III. Chronol. TErtia verò vniuerſalior perquiſitio hîc ſeorſum ordine conſcripta, eſt compromiſſum Tunc Aurelianus Abbas Inſulæ barbaræ an 859. Parad. 2. c. 14.
Inſtrumentum Lotharij imperantis, idque tale. *Ad aures ſerenitatis noſtræ perdactum*
eſt (ait) *agente hoc maximè venerabili & noſtræ celſitudini deuotiſſimo Pontifice Remigio, quomodo*
ſancta Lugdunenſis Eccleſia aliquando ditiſſima & rebus latè florentiſſima, ac Religione præclariſſi-
ma fuerit, Pontificibus eius in hoc ſtudium magis impendentibus, vt non modo Deo fœcunda gene-
roſáque filiis exiſteret, verùm & facultatibus atque potentia ſeculi ad faſtum mundi comprimen-
dum opulentiſſima redderetur, &c. Viſum eſt dignationi noſtræ dono & largitione rerum noſtrarum
eam nunc ad præſens aliquantulum promouere, quod donec ad primam formam (ſi poſſibile ſit) perdu-
catur, ſemper ob venerationem loci & Pontificis, vbi opportunitas ſederit, id ipſum animo reſidebit.
Conferimus ipſi ſacræ & primæ Gallorum Eccleſiæ, pio animo, promptiſſima voluntate, ſimplici corde,
quod deinceps firmum eſſe & ſtabile permanere cupimus, Cœnobium cum ſuis omnibus ad illud per-
Abbatia Saxiniaci. *tinentibus in honore D. N. Ieſu Chriſti, ſub inuocatione beatiſſ. Martini Epiſcopi & Confeſſoris con-*
ſtructum, quod Saueniacus publicè vocatur, &c. Data 2. Idus Septembr. Anno Lotharij Imperatoris
in Italia XXXIII. *& in Francia* XII. *in villa Gerniaco.* Ad tanti Diplomatis captum molien-
Z 3 dum,

dum, pleraque in commentarij formam hîc redigenda ſunt. Dubium ſubeſſe videtur, de quonam Lothario Indultum cœpi debeat filius ac nepotibus Ludouici pij Imperatoris initum. Ex vna parte, ſi quis Chartulã intelligi velit de Lothario Ludouici primogenito, cuius frater minor natu fuit Carolus Caluus Franciæ Rex: ſanè cùm ille Lotharius inauguratus fuerit Imperator a Paſchali I. PP. optante Ludouico patre ad annum DCCCXXIII. ex Baronij Annalibus: fit vt trigeſimus tertius ſui imperij annus cadat in annum ſalutis DCCCLVI. qui erit primus vel ſecundus annus Remigij Lugduni ſedentis. Sed ex altera parte, ſi inſtrumentum referatur ad præfati Lotharij filios, nempe ad Lotharium ſecundum, qui fratres habuit Ludouicum II. & Carolum III. profectò vlterior iſte Lotharius ex Tillio [n] in Originibus Magnatorum Galliæ [o], & ex Cæſare Cardinali, dictus quidem eſt Rex Franciæ ſeptentrionalis, quæ ſit Belgica, ſeu Lotharingiæ ab eo ſic deinceps nuncupatæ. at nunquam creatus Imperator [p], quia imperium remanſerat Ludouico II. fratri maiori: ita decernente Lothario patre inter legitimos ſuos liberos, quando ipſe parens Pruniacenſe Monaſterium ingreſſus eſt anno præfato DCCCLVI. vltra quod tẽpus, ſi annos duodecim adiciamus: calculus deueniet ad ſublunarem annum DCCCLXVIII. aut IX. quo item regnabat idem Lotharius II. & S. Remigius ſedebat Lugduni. Sed non legitur ei in partem obtigiſſe Lugdunum. Quin potius Gallia Celtica ſeu Burgundia obuenit Carolo III. fratri, ſimul atque Phocenſis prouincia, ex Tillio: inter quas regiones Lugdunum Metropolis includitur. De quo Carolo ſine liberis emortuo hic ſermo non eſt. Redeundum ergo ad patrem Lotharium I. qui præter Imperium & Italiam antea conceſſam vi electionis ex dictis, pro alio patrimonij iure nactus eſt quoque Galliæ partem fluminibus Moſâ & Rheno interciſam, ſimúlque Burgundiam atque Prouinciam: hoc eſt partes potiores Galliæ Belgicæ, Celticæ ac Narbonenſis ab anno DCCCLVI. prælibato, velut addit Baronius, dum Tillius in iiſdem Originibus hiſtoriam texuerit duntaxat, & Cardinalis Chronologiam ſuperaddat.

Lotharij Principes.

Forum progenies.

n Gallicè.
o Inſcribitur Recueil des Roys de Frãce. pa. 45. 46. in fol. Pariſ. 1580.
p etſi aliter nonnulli vulgariores Tabularij.

Paragraphus 3.

Concil. V. Cabilonenſe.

EMerſit tunc temporis quintum breue Cabilonenſe Concilium prouinciale [q]. Nam quartum adiacet ſuprà in Ledrado [r]. Iſtius autem anceps videtur eſſe Chronologia. Editio San-Iuliani [s] Canonem Synodi locat anno DCCCLXXIII. Quem annum efficit tertium Caroli Calui Imperatoris. Sed veriùs eſt trigeſimus tertius Regni eiuſdem ex Æmilio & Tillio. Huius verò cœtus Patres nominant Remigium Archiepiſcopum Lugdunenſem, & Bernardum Matiſconenſem, ac Leubonium Coepiſcopum Lugdunenſem poſt Adonem Archiepiſcopum Vienn. Lindonem Epiſcopum Eduenſem, necnon Gilbodum Cabilonenſem, cum permultis Abbatibus, Archidiaconis, Canonicis ac Monachis: hoc nimirum fine, vt decerneretur, an Eccleſia ſancti Laurentij [t], in qua Synodus celebrabatur, pertineret ad Præpoſitum & Canonicos ſeu Capitulum Eccleſiæ ſancti Marcelli eiuſdem ciuitatis, &c. Nec dum patet vllum fidei articulum ibidem fuiſſe diſcuſſum. Hinc tamen exactiùs ad Synodi Chronologiam deſcendamus. Primùm, ex vna parte, dum S. Remigius Lugduneus præfuit eidem Concilio: ſanè dicendum non eſt, habitum præfato anno 873. ſed veriùs anno 865. quia ſancti Remigij Acta deprehendimus ſolùm ab anno DCCCLVI. ad annum DCCCLXVIII. Et Acta S. Aureliani mox ei ſuccedentis Lugduni patent ab anno 869. ac deinceps, qui proinde veriùs ipſi Concilio præeſſe potuit aut debuit, ſtante Synodi tempore ſub anno DCCCLXXIII. Verùm alia ſubiungit San-Iulianus, quæ mendoſam reddunt ipſius Chronologiam. Quippe is paulò antè [u] collocauit Oruccardum Epiſcopum Cabilonenſem Gilbodi anteceſſorem anno 879. obeunte Carolo Caluo, equidem ferè rectiùs: actáque Gilbodi ſtatuit anno 882. ſub Carlomanno Rege poſt Ludouicum Balbum Calui filium. Et ſic tardiùs denuò figenda eſſet Synodus, anno 883. [x] fortè prudentiùs dictum. Quòd ſi ex aduerſo præfatum Concilium celebre factum ſit anno 3. Calui, vt annotat authoris editio: ſanè id incidit anno exacto 843. ſiue is annus potuerit eſſe primus ipſius Remigij, veluti probabile fuit, ſiue tunc ſederit Amulo per vnicum duntaxat annũ, proximus anteceſſor, vt in controuerſia eſt [y]. Atque hoc pacto è contrà, altiùs citiúſque ſoret Synodus reponenda. Igitur ex altera parte, meliùs fortaſſis cenſeretur illa Synodus coacta anno præciſe 878. vel 879. triplici de cauſa. Primò, quia hæc ſolaris reuolutio dirimit contradictorium San-Iuliani cum Oruccardi ſeculo repertum. Secundò, quia præfatos Gilbodum [z] & Bernardum [a] Antiſtites eo anno claruiſſe docemus in Matiſconẽſibus, idémque pro Adone Vienneſi iã monuimus ſub ſancto Sacerdote Lugdunenſi: omnes eiuſdem Concilij ſuffragatores. Tertiò, quia San-Iulianus ſcribit Ioannem VIII. Pontificem Maximũ poſtea Cabilonum tranſiiſſe, è Trecenſi Concilio generali redeuntem. Hoc autem œcumenicum celebratum eſt eodem anno 878. Quem certè annum diſertè aperit vetus Annonius,

Patres.

Tempus Synodi & Epiſcopi controuerſum.

q præter vnũ exiguũ n. 54. §. 3. ad marg.
r nu. 55. §. 5.
ſ Eſt Petrus à S. Iulian in originib. Burgund & Antiquitatibus Matiſconenſib. Gallicè, pa. 449.
t Suburbij.
Quòd id Concilium decẽnio tardius ſit, vide in Cabilonẽſib. art. 26. poſt Matiſconenſ.
u pa. 448.
x poſt decennium.
y dicta n. 5. §. 1. extremo.
z nu. 36. §. 4. ve. b. *Quarta* De Gilb. in 2. noſtra edit. huius Chron.
a Par. 3. c. 4. Sect. 5 §. 4. extremo, in Catalogo. a nu. 12.

& taci

& tacitè ſequentem quoque, nimirum pro ipſo vniuerſali Concilio ac Cabilonenſi tranſitu ipſius Papæ, veluti in priore calcographia noſtræ Chronologiæ ſacræ dudū præfiximus b. At inde aliud ſurgit querimoniæ genus. Nam ſi huic congregationi præfuerit Remigius: profectò ſequitur eum longiùs ſediſſe quàm anteà dictauerimus. Adeóque ancipites viderentur calculi Aureliani & Aluualoni conſequentium Archiepiſcoporum. Pro tuendo quorum ſeculo & dubiis amouendis concertauimus ſuis infrà locis, quantum hactenus licuit, donec lux forſan maior affulſerit. Vt ergo effugiamus extraneas eiuſmodi controuerſias, ego lubentiùs crederem me accingendum ad annum 843. pro Actibus eiuſdem Cōcilij ſtabiliendis: ſi aſſidentium Antiſtitum ſecula id patiantur; dum in præſenti aliud nihil certiùs coniectari liceat. Sed interea, cùm vix fidendum ſit vni recentiori San-Iuliano: ſecuti ſumus Authores illo ſaltem paulò antiquiores, in locandis Aureliano & Aluualone poſt Remigium. Non enim citat ipſe vllum authorem de more ſuo, à quo diſcurſum ſuum hauſerit. Equidem, is certè alias conſequentes Synodos Cabilonenſes, quas inferiùs ſuo loco efficiemus ſextam & ſeptimam, deprompſit ex Titulis antiquis manuſcriptis Eccleſiæ Matiſconenſis, in quibus nos ipſi mox ſingula relegimus, etiámque nulla chronologica ſubeſt cōtrouerſia in illa vtraque poſtrema Synodo Cabilonenſi. Verùm, impoſſibile fuit mihi peruoluenti deprehendere ibidem, aut apud Annonium, Tritemium & ſimiles, iſtam Cabilonenſem Araris Synodum prouincialem, totam à San-Iuliano ſine numeris recenſitam: quam nos ex compoſito noſtro ordine hìc meritò quintam facimus, & quam prælibati Antiſtites coëgiſſe videntur commodiùs, quando eodem pede profecti ſunt ad Trecenſe Concilium generalius, ſeu dum inde remearunt: quo in regreſſu Gilbodus Ioannem 8. Cabiloni honorificè ſuſcepit.

Variæ ſententiæ.

b Par. 3. c. 1. Sect. 2. §. 7. & Sect. 3. §. 3. Lugd. an. 1607.

Paragraphus 4.

Quinque notanda.

Alia geſtorum interſtitia, quæ rurſus ad noſtrum Remigium pertinent, hinc inde recèns collegimus: eáque talia meritò aduertenda, attamen citra chronologiam, ſed
I. numero quinario comprehenſa. Imprimis Flodoardus quondam Presbyter Rhemenſis hęc de tanto Præſule narrat: conſequenter ad illa, quæ de ipſo authore ſub Amulone Archiepiſcopo extulimus c. *Cui conatui* (ait) *venerabilis P. Hincmarus efficaciter obſtitit. Scripſit denique ad diuerſos Epiſcopos idem Dom. Hincmarus plurima Remigio Archipræſuli, pro rebus ſancti Remigij in prouincia Ciſalpina conſiſtentibus: quas eidem committens petit, vt eaſdem in ſua tuitione ſuſcipiat. Item pro ordinatione Iſaac Lingonenſis Epiſcopi. Item de conſtitutione Synodica propter eccleſiaſticarum rerum peruaſores, & alia. Item de cauſa præfati Lotharij* (ſecundi) *Regis, & de prædictis rebus eidem nonnulla ſcripta direxit. Item ad eundem Remigium, & cæteros Epiſcopos Domi-*
II. *ni Papæ Nicolai in Synodum apud Sueſſionem venire iuſſos pro cauſa Vulfadi & Collegarum eius, Adoni Viennenſi Archiepiſcopo ſcribit inter cætera, pro Epiſtola B. Auiti ad S. Remigium ſcripta, quam quidam Rotfridus Monachus ei dixerat ſe apud eundem Adonem legiſſe* d, *&c.* Illinc ſecundo loco proponimus ea quæ Baronius ſculpſit, velut conſequentia ad propoſitum primi reſcripti: quatenus ſingula mutuatus eſt ex Synodali epiſtola Epiſcoporum Concilij II. Sueſſionenſis miſſa ad Nicolaüm I. Papam e. *Reuerendiſſimo & ſanctiſſimo D. Patri ac Papæ, Synodus Sueſſioni habita* (inſit locus) *Sanctiſſimi Apoſtolatus veſtri æternæ fælicitatis beatitudinem in Chriſto. Conuenimus ſiquidem, vt à ſacratiſſimis veſtræ paternitatis apicibus nobis iniunctum eſt, XV. Kalendarum Septembris, Remigius Lugdunenſis, Frocarius* f *Burdegalenſis, Herardus Turonenſis, Vuenillo* g *Rothomagenſis, Hegilo Senonenſis* h *Archiepiſcopi* i, *&c.* Hæc deprompta ex coætaneis. Quibus denuò manifeſtior fit Primaria Lugdunenſis: nimirum de nouo ex effectibus, velut per antiquam iuriſdictionum formam, ſupra Burdegalenſem prouinciam, vt pote cuius Archiepiſcopo antecelluit Remigius Lugdunenſis in ſactis Comitiis: præterquam ſe ibi tuetur primogenitum ſolitis Rothomagenſi, Turonenſi ac Senonenſi Archipræſulibus. Tertiò, Lupus Ferrarienſis Abbas, alter ſynchronus, iſtud adiunxit ad Gerhardum k. *Præcellentiſſimo Duci, Lupus ſalutem. Semper inſignis fama de probitate veſtra bonos quoque lætificauit. Sed nūnc in*
III. *omnium notitia vberiùs efflorxit, cùm eandem probitatem veſtram ſucceſſu profuturam Chriſtianis omnibus Diuinitas comprobauit. Illi laudes, illi gratia, illi exquiſita præconia, quô authore hoſtes moleſtiſſimos partim fugaſtis. Cùm verò quæ primò polliceri poſtea promittere dignati eſtis, largiti fueritis, conabimur gratias cumulare. Cæterùm, quod diligenter ſcrutamini, noueritis Monachum & diſcipulum meum nonnunquam à noſtro Monaſterio aufugiſſe: ſed ad petitionem beatæ memoriæ Marc. Abbatis, ex Prumia aut perperam à nobis eum honeſtè directum, & cum illo aliquandiu conuerſatum, quorundam inuidioſorum vitaſſe inſidias, & inde diſcendi ſtudio & quietis amore in vrbe Lugdunenſium conſtitiſſe. Reuerendiſſimis autem viris Remigio memoratæ vrbis Metropolitano, & II. Gratianopolitano inſtanter poſtulantibus, & conuerſationem memorati Fratris laudantibus, quamquam olim*

Hincmarus ad S. Remig.

II. Concil. Sueſſionenſe.

Remigius ad Papam.

Primaria Lugdunenſis.

De Remigio in epiſtola.

c nu. 56. §. 2.

d libris 4. hiſtoriar. eccle. Rhem. c. 21. fol. 4. Pariſ. 1611. per renouatorem Syrmund.

e Sedit ab an. 858. ad 868. ante Ioan 8. medio Adr 2.

f ſeu Frotarius

g aliis Vuanilo, Democh.

h vel Egilus 30. Epiſcop. obiit 871.

i Bar to. 10. an. 866 col. 392 Mogun.

k epiſt. 122.

olim meam verbis habuiſſet licentiam, etiam regulares literas accepiſſet, quæ prolatæ quid de eo ſentiam, fideli relatione fatebuntur. Literas etiam eum eccleſiaſticas habere à venerabili Epiſcopo noſtro
IV. *G. certiſſimè ſcio, &c.* De qua Synodo alia in Matiſconenſibus, Nu. XXI. §.3. Quartum propoſitum eſt eiuſmodi. Acceſſit ad Prouinciale Concilium Tullenſe anno DCCCLXIII.
863. cum Rodulpho Bituricenſi Archipræſule, & Gontario Agripinenſi ſeu Colonienſi Antiſtite,
V. qui fuit annus 24. Regni Carol. Calui. Totum excerpſit Carolus Sauſſeyus in Aurelianenſibus * ex Chartulario S. Martini Turonenſis: vbi diſertè nominatur Remigius Lugdunēſis * pag. 315.
Suffragator. Tum quintò ac vltimò iſta de ipſo produntur in lucem. Maldonatus Societatis
Eius opera. Ieſu in S. Matthæum Euangeliſtam facit B. Remigium Lugdunenſem crudirum authorem commentariorum in epiſtolas S. Pauli Apoſtoli: qui commentarij D. Ambroſio tribuuntur. Et verè, illæ Epiſtolæ palam editæ fuerunt Romæ, ſimúlque commentaria nomine S. Remigij Lugdunenſis. Sed nondum ſcitur, verùm ſint eadem commentaria, an alia.

Paragraphus 5.

Ipſius obitus. TAndem, exitum quæramus. Iſte Antiſtes dum perhibetur Sanctus: non tamen de hoc liquet in editis Martyrologiis. At in *libro Obituum* Eccleſiæ Lugdunenſis, patet duplex funus ipſius. Vnum tale. 5. *Remigius obiit 5. Kalend. Nouembr.* [l] Alterum pro quodam deceſſu [l fol. 243.]
17. Kalend. Ianuarij [m]; vtrobique anno incerto: nec dum iacet in Romano Martyrologio. [m ex fol. 260.]
Quorſum duplex hæc nota? Non enim leguntur duo huius appellationis, qui in Lugdunenſi cathedra Sedem obtinuerint: tametſi Volumen in priore pagella dictitet, *Remigium*
Duplex ſepultura. *Epiſcopum*; & in poſteriore, *Archiepiſcopum*; ſcilicet Lugduni. Id enim vocis æquiuocum eſt aduentitium, hic pro eodem viro ſumptum, ex veteri more loquendi. Ergo dicendum, quòd poſterius fortaſſis diarium concipitur de corporis tranſlatione alio die ad nouam Cathedralem Eccleſiam D. Ioanni Baptiſtæ ſacram [n], ex prioribus mutatis non dicam Cathe- [n De qua iam nos Nu. 2. §. 8. Num. 50. extremo, Nu. 53. §. 2. & 5.]
dralibus tum Apoſtolorum [o] tum D. Stephani [p] ſæpè commemoratis, vbi prima vice depoſitum fuerit, veluti antea creditum eſt, ſed ex Collegiali S. Iuſti quatenus recèns diſcimus apud Archetypum MS. eiuſdem Baſilicæ ſeu Capituli, vt inde veriùs ad Diuum Baptiſtam tranſlatum ſit. Nam corpus ipſius S. Remigij legitur in eo D. Iuſti Templo ſepultum, equidem prima vice, & non illuc ſecundò tranſuectum, vt liquet ex firmiore depoſito Religio- [o Nu. 21. §. 4. Nu. 45. §. 4 inde tranſlata ad S. Steph. ibi.]
ſorum Doctorum ab Archipræſule Viennenſi commiſſorum ad recognoſcenda Sanctorum
Locus conditi corporis. corpora, in Cryptis talis Collegij quondam humo tradita. Quale Remigij corpus vel adhuc repertum & agnitum eſt quadringētis annis & ſuprà poſt ipſius Primatis occaſum, medium [p Locis cit. & nu. 14. §. 1.]
ferè iacens inter ſeptendecim Beatorum corpora tunc ab octo Doctoribus eodem in ſpatio ſubterraneo deprehenſa. Quorum tamen corporum tractatus finit ab ipſo D. Remigio, quia ordine chronologico eſt decimus ſeptimus ac vltimus omnium; licèt conſcripta Inſtrumenta virum adnominent in medio * hiſce prorſus elementis: *Item in alio ſarcophago* [* ſeu 6. loco.]
repertum eſt corpus B. Remigij Confeſſoris & Archiepiſc. Lugdun. Cuius ſepulchrum marmoreum
Et aliorum Sanctorum Lugdun. *verſib. ipſum exprimentib. ab antiquo fuerat adornatum.* Publica verò Acta huiuſce denarij & ſeptenarij anteceſſorū numeri inchoarunt à D. Irenæo, qui recenſetur in ea Iuſtiana Eccleſia ſacræ demādatus ſepulturæ cū tribus ſociis ex Numero II. [q] Indéque reliqua ſuo quæque loco & tempore iam ſuperiùs à nobis conſequenter depicta ſunt: vt pote ſancti Iuſtus [q §7.]
Patriarcha & Viator ſocius Confeſſor Num. XIII. [r] ſanctus Albinus Num. XIV. [ſ] S. Antiochus Num. XVII. [t] ſancti Elpidius Archiepiſcopus & meri Confeſſores Peregrinus ac Conſtantinus Num. XVIII. S. Patiens Num. XXIV. [u] Diui Stephanus Archipræſul & Euſebius Confeſſor priuatus Num. XXVII. [x] S. Lupicinus Num. XXVIII. [y] ac denique S. Arigius Num. XXXIX. [z] De patente quorum Inſtrumento vide conteſtum in Rodulpho II. Archiflamine Num. XCIII. * Sed de corpore S. Irenęi alibi recondito perlege controuerſiam Num. CVII. [a] valde notabilem. Cæterùm, duo quidam alij Remigij æquè docti floruêre. [r §. 5. fin. ſ §. 1. t § 3. u § 4. fin. x § 1. fin. y § 1. z § 2. medio, & nu. 13. § 5. * § 2. a § 4. ?.]
Duo vel tres alij Remigij etiam eruditi. Vnus coætaneus noſtro [b] Gallus, Monachus Antiſiodorenſis: qui ſeorſum quoſque libros edidit in Cantica Canticorum, in totum Pſalterium, in Euangelium Matthæi, in Canonem Miſſæ, de Officiis diuinis, de feſtiuitatibus Sanctorum, ad Eduorum Epiſcopum Suffraganeum S. Remigij Lugdunenſis, Sermones plures, in Prophetas poſteriores, &c. Alter vixit [b ann. 880. Conrad. Geſnerus in Biblioth.]
ducentis pòſt annis, [c] item Monachus & Abbas Cœnobij S. Luthuini Treuerenſis Diœceſis: ſcripſitque in Moſis Pentateuchum, in Euangelium, in Apoſtolum, Cantus & ſermones, nec non alia. Quod ſanè duximus paucis commemorandum: ne quis ſcit anceps, quales fuerint. Miſsimque facio rurſus tertium his aut noſtro antiquiorem annis trecentis, Rhemenſem Archipræſulem. [c ann. 1030. Geſner.]

LIX. *Paragraphus* 1.

SANCTVS AVRELIANVS ex nobiliſſima ſamilia cretus fuit, antea Abbas Athanarenſis [a],Lugduni ; quo tempore S. Remigius Cathedram decorabat & ornare ſtudebat. Siquidem poſtea Aurelianus ſucceſſit Primatui feliciter: teſte duplici authore Democharis [b] & aliis. Prædia attribuit conſtructo Monaſterio Saxiaci [c], & ex Guil. Paradino [d]. Cuius authoris Codex & calculus deprauatur paulò. Iſte enim ſanctus Aurelianus Lugdunenſis Antiſtes veriùs ſedit ab anno 869.quã 859.Et hoc eſto primũ ipſius diarium.Pro eius tamen An. 869. conſtitutione vel Archipræſulatu [illegible] quædam controuerſia paucis dirimenda, quantum ſaltem hac vice poſſit obtineri. Id ergo primùm dicimus, priuſquam fiat ad vlteriora progreſſus. Ex tribus Martyrologiis Romanis [e] dudum citatis indicatur iſta periodus. *Lugduni depoſitio B. Aureliani Arelatenſis Epiſcopi, 16. Kalend. Iulij.* Quo loco Baronius ſentit ipſum eundem eſſe qui vocatur Aurelius Epiſcopus Arelatenſis, ſuffragator ordine ſecundus in Concilio Prouinciali V.Aurelianenſi, anno 552. & cuius Patres [f] deſcribit Demochares [g], Præſide ibidem S. Sacerdote Lugdunenſi Archipræſule [h], tribus annorum centuriis ante hoc nonum ſeculum. Neque is aut alia Martyrologia vſpiam meminerunt alicuius Præſulis Lugdunenſis,qui vocetur Aurelianus. Ex altera etiam parte, Campegius in prima editione [i] dicit,quòd *Sanctus Aurelianus Lugdunenſis ob vitæ ſuæ perfectionem, in Arelatenſis Eccleſiæ Antiſtitem aſſumi meruit:* ſiue concipiat eum duntaxat oriundum Lugduni, & inde Arelatem illectum,ſiue ipſum priùs Eccleſiæ Lugdunenſis præfecturam exercuiſſe, velut ſuccedentis duplicis honoris digniſſimum,vel ſic aliò propter varia ſuorũ meritorum incrementa tranſlatum.Quæ poſterior ſententia cohærere nequit, ſaltem cum præfato Aurelio Arelatenſi, renitente temporum diſcrepantia, cùm tria interuciantur ſecula.

Alius Epiſcopus huius nominis.

a è regione & conſpectu Dom. Archiepiſcopalis, Araris intermedia.
b to. 2. c. 27.
c vulgò [illegible]
d 2. c. 21.
e Bed. Vſuar. & Baron.
f fuêre 52.
g 2. c. 17.
h ſupra n. 32.
i an. 1537.

Paragraphus 2.

IGitur alius pòſt Aurelianus ille qui præfuit Arelatenſibus. Atque reuerâ opinio hoc nouo fulciri videtur argumento,& quidem quadruplici. Primò,quia vox Aurelij Arelatenſis caret eâ ſufficienti affinitate cum nomine Aureliano, quanta opus eſſe creditur, vt vix ritè in eundem Antiſtitem coëant. Secundò, quia in Abbatiæ Saxiaci Archiuis extant ſui nominis monimenta à Paradino propriis textibus denunciata,in quibus Aurelianus inſignitur Archiepiſcopus Lugdunenſis hoc præſenti æuo [k]. Tertiò, quia author Petrus Epiſcopus Equilinus ſic loquitur: *Aurelianus Epiſcopus & Confeſſor Lugduni dormiuit in Domino XVI. Kalend. Iulij* [l]. Vbi disertè ſatis ligat atque includit nomen *Epiſcopi* & *Lugduni* ad vnum: vt is inde ſufficienter excludat rationem Arelati ab Vſuardo Baronióque pro illa vrbe Allobrogum commemorati. Etenim dum omnes ſolitarium & vnicum efficiant Aurelianum cœleſti beatitudine perfruentem, & in terris cultu ſanctiſſimum: ſanè eum Petrus ſcriptor Lugdunum traxit,tametſi Baronius Arelatem. Quartum propoſiti argumentum eſt, quia Catalogus Epiſcoporum Arelatenſium imperfectè à Demochare conſcriptus verſus exitum, minimè prorſus chartis mandauit tale nomen Epiſcopi, neque illic ad tempora peruenit iſtius Lugdunenſis:cùm finiat ſub Ioãne Arelatenſi tempore Caroli Magni [m],patris Ludouici Pij pridem etiam vitâ functi [n]. Sedes autem iſtius noſtri Aureliani deprehenditur ſub Carolo Caluo Ludouici filio. Tandem ergo conſiſtimus datæ plurium Authorum fidei ac veritati multùm firmatæ de ipſa Sede Lugdunenſi Aureliano conceſſa: ſiue tanquam deprompta ex eius depoſitione Lugduni celebrata, præter allatum argumentorum quaternarium: ſiue potiſſimùm quia Baronius etiam in ſuo Martyrologio exprimit quidem quatuor Arelatenſes Epiſcopos illic inter Diuos ritè habitos, videlicet ſanctos Trophimum [o], Honoratum [p], Hilarium [q],& Cæſarium [r], at certè idem Baronius Aurelianum præterit omninò, ſimúlque Demochares vetuſtum Cæſarium [ſ].

Aurelianus Lugdunenſis ſanctus.

k an. 859. vel 869.
l 16. die Iun. in Catal. li. 11 c. vlt. n. 171.
m de quo nn. 51. & 53. § 6.
n nu 54 § 2.
o 29. Decem.
p 16. Ian
q 5. Maij.
r 27. Aug.
ſ 17. Iun.

Paragraphus 3.

Concilium Gallicanum Pontgonéſe.

EXpenſis hiſce primordiis, reliquam chronologiam hiſtoricam delineaturi, quoddam nationale Concilium è cimmeriis tenebris hîc primi educimus quoad Patrum omnium Catalogũ in eo ſedentiũ, & quoad præcipuam ſuſceptã pro religione materiã:etſi alia quædam exteriora de tali Synodo ſcribat Baron. [a] Illi verò cœtui egregiè præfuit S.Aurelianus.

a allata § 4. & 6.

Singula cuius Acta licèt ad manus noſtras minimè peruenerint: tamen freti ſumus archetypo MS. eorum quæ pertinent ad inſtitutionem Prioratus Vrbis Cariloci pendentis è Curia Lugdunenſi quoad regimen temporale; at è Diœceſi Maticenſi quoad ſpiritualia & eccleſiaſtica. Vnde leuius breuiúſque de eo fragmentum in prima noſtra ſacra editione Primatis Lugdunenſis edideramus ſub Lamberto Matiſconenſi Antiſtite ibidem præſente b. b Matiſconēſib. nu. 23.

An. 876. Sed nos deinceps in gratiam ſecundæ huius editionis, vberius & ſyncerius exemplar hauſimus è veteribus Archiuis eiuſdem Prioratus, quale adſequitur ſub Præſidis nota. *Sanctiſſimis atque Reuerendiſſimis totius religionis fratribus tam præſentibus quàm & futuris vbique, veritati ſub nutu Domini famulantibus ſacroſanctum Concilium Epiſcoporum Gallicanorum optabilem ſummæ ac indiuiduæ Trinitatis gratiam. Dum in nomine Domini Ieſu Chriſti omnium rerum Domini, eius Incarnationis DCCCLXXVI. anno, Imperij quoque Domini Caroli* c *ſereniſſimi atque piiſſimi Imperatoris Auguſti primo, menſe Iunio, Indictione IX. ab vniuerſis Galliarum partibus in Pontigonum celebre Palatium prædicti Principis ſolicitatiſſima commonitione ob ſtudium diuinorum obſequiorum conueniſſemus, nonnulli quibuſdam ſuarum opportunitatum votis nos adquieſcere & prouidere petentes, optarunt vt vnanimiter eis etiam in futuro, ſicut mos à ſanctis Patribus cum fide ſanctæ pietatis emanauit, conſuleremus.* Inter quæ R. Confrater & Coëpiſcopus Robertus d *Valentinenſis Eccleſiæ venerab. Epiſcopus noſtram humilitatem expetiit, vt cuiuſdam voti ſui modum, intentionem & executionem perpendētes, qualiter in poſterum caſſari quibuſlibet oppoſitionū machinationibus aut fraudibus nequiret omnimodis, prudēti deliberatione proſpiceremus. Siquidem ſanctus frater noſter & Coëpiſcopus vnà cum fratre ſuo germano Eduardo, quem cœleſtis diſpoſitio noſtro iam vocauit è ſeculo, ſuccenſus diuino amore Cœnobium quoddam per manus venerabilis Abbatis Gauſmari ſuorúmque Monachorum fundare atque conſtruere in poſſeſſione propria in pago Matiſcenſi ſuper fluuium qui dicitur Scoruinus* e *non longè à flumine Ligeri elegit, & eiuſdem ſuæ proprietatis dominum noſtrū heredē inſtituit. Quem etiā locum, quod fuerit minus gratum, Carilocū vocari voluit* f. *Et vt promptiſſimam ſuam voluntatem tam ſuperſtes, quámque iam nunc viam vniuerſæ carnis aggreſſus euidenter oſtenderent, publico teſtamento cunctā huius rei ſeriem allegarunt. Prædictus itaque Præſul ſui fratris ſuperſtes tanti noſtri Conuentus vnanimem fraternitatem exorauit, vt eius voti retributioniſque participes in Chriſto Ieſu Domino noſtro priuilegium ſacerdotali roborandum authoritate, præcepto nihilominus Imperialis munificentiæ confirmandum ei Fratribúſque inibi Domino famulaturis concederemus, & more ſolito noſtrum aſſenſum proprijs ſubſcriptionibus panderemus, & ſecundùm quòd fieri firmitatis gratiâ ſolet, obteſtationis vinculo omnem temeritatem malignorum obuiaremus, ne fortè cœpta minui, vel perturbari, quolibet poſſint inſtinctu. Igitur debita charitate fraternam in Chriſto Domino noſtro beneuolentiam ſuſcipimus, & hoc priuilegium ſic moderatè, vt idem frater noſter iuxta petitionem ſuam, dum aduixerit, præfati Cariloci diſpoſitionem per Abbatem & Monachos omnem exhibendo tuitionem & ſolicitudinem, veluti patrem decet, obtineat. Et vt effectum Monaſterij perfectiùs aſſequatur, prudentiſſime ſatagat. Dum autem eum Dominus omnium in meliorem vitam ſuſtulerit cœleſti ſorte, nullo ſuorum propinquorum, aut aliarum quarumcunque perſonarum eiuſdem loci ſibi poteſtatem vſurpet, aut in aliquo dominari pertentet. Sed liceat ibi ſanctis Monachis normam ſuæ religionis nullis obſtantibus exercere, & expedita dominatione liberè diſponere, vt in omnibus benedicatur Deus, ne fas ſit iure proprietatis poſſeſſiones eorum aut hactenus traditas, aut deinceps pro remedio animarum à fidelibus conferendas, ſiniſtro quolibet ingenio præſumere. Sed habeant poteſtatem liberam Monachi, Domino ſanctiſque Martyribus Stephano & Fortunato, ac ſibi conceſſis dominari, & in militia cœleſtis conuerſationis ſuam ex eis voluntatem exequi. Si quis verò (abſit) huius priuilegij deſtructor aut in eius deſtructione fraudulentus machinator in poſterum emerſerit, ſalutem perſequens, ſecundùm poteſtatem ligandi atque ſoluendi ab ipſo D. Ieſu Chriſto nobis traditam æterno vinculo damnationis extra Beatorum requiem alligamus, cum omnibus qui ei in hoc nequiſſimo facto conſentiunt, niſi hoc & Actor eiúſque ſequaces correxerint, qui quod ad multarum ſalutem animarum prouiſum eſt, impiè non timent infringere. Obſecramus etiam qui hanc piæ deuotionis ſcripturam legerint vel audierint, omnes fratres noſtros, ſed & religioſos Abbates, vt voluntate ſua noſtra faueant, & ſi rogati fuerint, proprijs ſubſcriptionibus noſtram ſententiam confirment.*

Indict. IX.

Nunc primū in lucē editū ex parte.

Fundatio Prioratus Cariloci, ſiue Abbatia.

Patres Concilij.

1 *Ego Aurelianus Lugdunenſis Eccleſia Archiepiſcopus hoc priuilegium relegens in Chriſti nomine roborani.*
2 *Orannus Viennenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus* c.
3 *Hicmarus Rhemenſis Archiepiſcopus* d.
4 *Ioannes Archo Rhotomagenſis Epiſcopus* e.
5 *Iſaac ſanctæ Lingonenſis Eccleſiæ Epiſcopus* f.
6 *Lambertus Maticenſis Epiſcopus.*
7 *Vuilebertus Catalaunorum* g.
8 *Bernundus Ebredunenſis Eccl. Epiſcopus* h.
9 *Anſelmus Lemouicenſis Eccleſiæ Epiſcopus* i.

c a dicti Calui ann. regni 36. Imperij 1.
d legi bullam MS. Ioan. PP. datam Roberto ſanctæ Valentiæ Epiſcopo fundatori pro approbatione & protectione Prioratus Cariloci. an. 1 Pōtif. ſuis ergo Ioā. 8. & an. ſal. 874.
e ſic Papyrius Maſſo in fluminib. Galliæ pa. 25. Alij Sonnus.
f volgò Charlieu. Pap. Maſſo pa. 24. vrbē deriuat à Caroli (prætori) loco. Vbi Sylua cæſa à Boue, & Hoſpitale S. Fortunati conſtructum.
c non in Tabulis Vien. Democh. & Villarij.
d Democ. lſ. 2. c. 32.
e c. 38. ab an. 872. ad 875.
f cap. 37.
g eſt 35. in Sede, c. 35.
h nō in Dem.
i Dem. c. 40.

10 *Birico Vuapincenſis Epiſc.* [k]
11 *Gilbardus Cabilonis Epiſcop.* [l]
12 *Addo Niuernenſis Epiſcopus* [m].
13 *Hudebodus Sueſſionicæ Eccleſiæ Epiſcopus* [n].
14 *Bernarius Gratianopolitanus Epiſcopus* [o].
15 *Berardus Verdunenſis Epiſcopus* [p].
16 *Hairardus Luxouienſis Eccleſiæ Epiſcopus* [q].
17 *Hildebrannus Sagienſis Eccleſiæ Epiſcopus* [r].
18 *Ineliminus ſanctæ Pariſiacæ Eccleſiæ Epiſcopus* [ſ].
19 *Orulphus Tricaſſinæ Eccleſiæ Epiſcopus* [t].
20 *Agilmarus Aruernenſis Eccleſiæ Epiſcopus* [u].
21 *Theodericus Veſoncienſis Epiſcopus*, ſeu Biſuntini Archiepiſcopus [x].
22 *Roſtagnus Arelatenſis Eccleſiæ Epiſcopus* [y].
23 *Frotardus Dei pietate Bituricenſis Archiepiſcopus* [z], *aliis Frotarius.*

Nouus Primas.

24 *Anſegilus Senonum Epiſcopus* 51. à Ioanne 8. PP. Primatum Galliar. & German. accepit. Anno 872.* Dignitas veriùs perſonalis.
25 *Giſlebertus Carnotenſis Epiſcopus*, non in Democh. niſi Gerardus ab ann. 877. ad 880. cap. 18. Numero 45.
26 *Adalgarus Eduorum Epiſcopus*, 41. Democh. cap. 28.
27 *F. Emico Deenſis Epiſcopus.*
28 *F. Henricus Viuarienſis Epiſcopus.*
29 *Vuillelmus Cadurcenſis Epiſcopus.* } Tabulæ non extant in Democharc.
30 *Hadebertus Syluanectenſis Epiſcopus.* Demochari *Adelbertus* 22. cap. 16.
31 *Oddo Belgiuagorum Epiſcopus.*
32 *Arhaldus ſanctæ Tullenſis Eccleſiæ Epiſcopus* } Tabulæ non in Demochare.
33 *Ioannes Cameracenſis Eccleſiæ Epiſcopus.* Ex Democh. eſt Sanctus 19. cap. 15.
34 *Hodenulphus ſanctæ Laudunenſis Eccleſiæ Epiſcopus.* Demochari Hedemolphus 27. cap. 15.
35 *Saginam Conſtantienſis Eccleſiæ Epiſcopus.* In Demochare & Chenutio dictus Sigemundus, num. 29. cap. 21.
36 *Erkambertus Baiocenſis Epiſcop.* Non in Tabula Democharis & Diœceſeos, ca. cit.
37 *Hudoinus Ambianenſis Epiſc.* Tabula minimè in Democh.
38 *Aganulphus Gabalenſis Epiſcopus.* Nec iſte ibi.
39 *Leoboinus Eccleſiæ Lugdunenſis Corepiſcopus.* Fortè illic Suffraganeus. Adſtitit Concilio prouinciali V. Cabilonenſi an. 873. n. 56. §. 3. vbi vocatur Leubonius.
40 Segaldus Archidiaconus, Eccleſiæ Turonicæ Legatus.
43 Grymphatus, Vuarno, Bego, Abbates.
44 *Gumertus Corbeienſis Monaſterij Abbas.*
45 *Bernardus Somueniacenſis Monaſterij Abbas.*
46 *Carnulphus Belliioci Abbas*, vel *Belliloci.*

Typi comprobatores.

Data, Kalendas Iunias, Indictione octaua, anno XXXVIII. Regni Caroli glorioſiſſimi Auguſti in Frãcia, & Imperij eius primo. Actum, Pontigono Palatio in Dei nomine feliciter. Amen.

Mainardus ſcripſit rogatus.

Kalendas Iunias

Ego Dominus Petrarcha Saulnier Camerarius Prioratus Conuentualis S. Fortunati Cariloci priuilegiũ R. Roberto Valentinenſi Epiſc. & fundatori noſtro à ſancta Epiſcoporum Gallicanorum Synodo in Pontigono habita conceſſum, ſub hac forma ad proprium originale ſumptum diligenter & accuratè legiſſe & deſcripſiſſe cunctis notum eſſe volo. Quod quidem priuilegium Legendarÿ ſoliis in Pergameno ſcriptis, ne hoſtium atrocitate euaneſceret, eſt annexum. Illud tamen propriis Præſulum ſuperiùs nominatorum chyrographis munitum. In cuius rei fidem manu propria hanc collationem à me factam volui corroborare, anno Domini 1614. die 7. menſis Decembris: P. Saulnier. *Ego etiam Ioannes Picatus Index ordinarius Cariloci vidi & legi, anno ac die prædictis:* Picat.

Paragraphus 4.

Tempus Concilij.

PRo hac verò concluſiuncula aduertendum eſt, quòd ſolus Iacobus Tauellus Iureconſultus Senonenſis in ſuæ vrbis Epiſcopis recèns dictitatit præfaram Synodum coactam videri potiùs anno 865. improbaſſe autem veterem diarium anni 876. à nobis aliunde ſuſceptũ ex antiquis documẽtis ſub leui prætextu, quòd data noſtra minimè *cõuenit cũ noſtra Indictione* [a]. Quippe multi imprimis ex Epiſcopis præmiſſis eo in Cõcilio ſuffragatoribus nondũ ſuas allegatas Sedes occupabãt tẽpore prioris calculi, maximè Præſes Aurelianus Lugdunẽſis, Lãbertus Maticẽſis, Gilbaldus Cabilonenſis, Berardus Verdunẽſis, Roſſiagnus Arelatẽtis,

[k] nõ in Democ. c. 32.
[l] Tabula nõ in Dem. ſed in noſtr. 1. edit. pa. 439. dicitur S. Gilbodus, vbi hæc hiſtoria nondũ citatur.
[m] Non in Democh. c. 19.
[n] Democh. *Hildebeldus.* c. 40.
[o] Tabula nõ in Democh.
[p] Democh. c. 30.
[q] non in Democ. c. 21. nec Chenutio ſic ibid. nu. 15.
[ſ] Democ. Aogelinus, c. 18. nu. 47.
[t] Dem. c. 19. Orthulphus, ſeu Vetuleſius, ſed in Chiffletio, primus nomine, & 40. ibid.
[u] Dem. c. 24. nu. 55.
[x] non in Democ. c. 31.
[y] Nec in c. 32.
[z] Friaterius Dem. c. 24. nu. 4.
* obiit an. 878. alius ab Egilo, c. 47. § 4. ac eius ſucceſſor.
[a] pa. 44. 45.

& Frotardus Biruricenſis, inter plures alios, veluti facilè conſtat ex quibuſque Tabulis Epiſcopalibus infrà Tom.3. adeò vt nemini ſuperſit ambigendi locus, dum poſt hoc primũ Opus confectum ingentem illam per reliquum orbem prætereà chriſtianum ſuſcepimus prouinciam. Secundò, peritus Chifflетius apud ſuos Biſuntinos Archipræſules in gratiam Theodori Archiantiſtitis [b], priſcam ſuam annuam reuolutionem admittit pro Epiſcopi chronico. Iam verò, ſi quis inde perierit & interroget de vero ſitu Concilij, aut eius nomenclatura: ſcito, Lector, tres alios Authores, equidem priuatos, at probatæ notæ, locum vocaſſe Ponticanum, à ſuo fluuiolo Icaunam dictum, vbi ſit pons. Teſtes appellationis iſtius fuêre Robertus de Monte [c] Sigiberti Chronici pediſſequus, Henricus libro 2. vitæ S. Germani Altiſſiodorẽſis, & Papyrius Maſſonus libello de Galliæ amnibus [d]. Hæc obiter. Cuique liberum ſinimus alterutram ſequi dictiunculam.

Locus eiuſd.

b ou.41. Par. 2. ou.40.
c ab an.1181.
d pa.cit. Alia ſupra in marg.1181.

Paragraphus 5.

Nonnullis Italicum Ticinenſe Cõcilium.

EN ergo Synodus Pontigonenſis [a], quam maiori ex parte è latebris eduximus. Sic enim mihi ſpes affuit, vt tandem quod in occulto iacebat, in apricũ protulerit ætas; ſi fortè id opus ſit non hominis ignaui, ſed ſtrenui & [Greek] [b]: quo in peruruli orio lubens ætatem collocem. Non tamen intendo confundendos eſſe Patres Pontigonenſis Concilij cum Suffragatoribus Ticinenſis [c]: quales ad vnum cœtum redegiſſe videtur Ioannes Tillius in Ordinibus Magnatum Galliæ [d]. Quippe is ſub titulo Ticinenſium Comitiorum, in quibus ſolenni pompa Carolus Caluus confirmatus eſt Imperator, non modò Ticinenſes Patres qui ferè Itali fuerunt, ſed etiam Pontigonenſes Gallos recenſuit. Quod dum etiam paulò diſtinctè conſcribit Annonius vetuſtior hiſtoricus [e]: tamen videtur rem ad noſtram mentem ſecernere. Et reuerà ibidẽ lego Ioannem Tuſcanenſem Epiſcopũ, Ioannẽ Aretinum, Papæ Legatos, Anſegiſum Senenſem [f] Antiſtitẽ petentẽ Primatum, Leonẽ Gaunenſem Epiſcopũ, Petrũ Foriſempronij Epiſcopũ, Formoſum Epiſc. Gregor. Epiſc. & Hugonẽ Abbatẽ: omnes quidem Italos ad octonarium numerum, ac perinde Ticini ſedentes: quam vrbem obiter author adnominat [g], & quales non habentur in præfato noſtro catalogo quadraginta ſex Pontigonenſiũ, velut non miſcendorũ octo hiſce Patrib. Italis ſeu Ticinenſibus accolis. Dicã verò pro controuerſia dirimenda: ab eodẽ Aimoino ſtatuitur *Carolus B. Pet. munera offerens in Imperatorẽ vnctus & coronatus* anno DCCCLXXV. *& Nonis Ianuarij Româ exiens*, *Papiã rediit, vbi & placitum ſuum habuit* [h]. Tum *per Remos*, Lingonas *& Compendiũ tranſiens, &c. menſe Iulio generalẽ Synodũ authoritate Apoſtolica & Sanctione ſua apud* Pontigonẽ *indixit* an.876. Vbi certè Papia pro Ticino facilè capitur, ſic nũcupato in ſequẽti Cap. Annonij [i]. Illicq; nomine P*laciti* Synodus intelligitur non ægrè celebrata. Quod totũ Scripturæ argumentũ nobis eſt index coactę primũ Synodi Italicæ à Carolo apud Ticinũ ob ſactã Imperialẽ ſuã in illa prouincia geſtam inaugurarionẽ: deindéq; aliud ſubinde Concilium Pontigoni habitũ, cui legitur Rex interfuiſſe, & ad quam Synodum venerint rurſus Itali Antiſtites cũ ipſo Carolo, eò quòd Annonius vnà cùm illis octo Italis nectit denuo & nominat Gallos quoſdã Epiſcopos [k], ſaltẽ tres, Odonẽ Bulgiuagorum, Adalgariũ Auguſtodunenſem, & Frotariũ Burdegalẽſem ad Pictauos tranſlatum, *indéque ad Bituricum fauore Principis* [l]. Adeo vt Conciliũ Ticinẽſe actũ ſit prius [m], ſolari curſu ordiente tunc Kal. Ianuar. & poſterius cœptũ videatur Pontigonẽſe, ſcilicet *vndecimo Kal. Iul.* [n] (infit locus) vſq; ad pridie Idus menſis [o] anni ſequentis. Atque poſt dies quatuordecim vlteriores diſceſſerit Rex Catalaunũ [p], nõ ampliùs in Italiã reuerſurus [q]. Sic opinandũ, niſi profectò quis cenſeat vnicã Synodũ ab Imperatore initã verè eccleſiaſticã, eâque Pontigoni, ad quã ſimul cũ Rege venerint comites ſubducti Patres Itali, maximè duo Legati Apoſtolici in Franciã miſſi, & quòd edictũ ciuile duntaxat Ticini promulgarit: vt in vniuerſum cõſtiterint quinquaginta quatuor Patres ad Pontem ſua ferentes ſuffragia. Idque probabiliſſimum eſt, S. Aureliano Præſide cunctis eiuſmodi cõgregatis. At dicã: hoc demũ Opere ad prælum properante, lego ſeriùs Dietã eiuſdẽ Calui habitã Ticini anno ſequenti 877. cui rurſus plures Frãciæ aliique Epiſcopi ſubſcripſêre, id exſcribente Carolo Sauſſeyo Decano in ſuis Aurelianenſibus: de quo Tomo 3. [d] Qui cœtus poſterior etiã poſſet fortè dici ille Ticinẽſis, pro quo ſuprà, vt è diametro ſequutus fuiſſet tẽpore Concilium Pontigonẽſe, nec ergo præceſſiſſet. Nihilominus hæc ſubiicio. Sauſſeyus malè in defenſionẽ allegat [e] ad marginẽ Tilletũ in Originib. Franciæ, ſub finẽ propoſitũ. Tandẽ verò, de hoc ſaltẽ ordinis themate iudiciũ perſpicaciori Lectori ſino libenter. Interea Baronius circa eiuſmodi negotiũ bene quidem forſan in vniuerſum locat duo Concilia: & annuum quoque noſtrum ordinem promit: è contra Ticinenſe præmittens. Sed dum is nihil prorſus de Conuentus Cariloci fundatione in Cõcilio facta diſſerit de cæteris, tractat ſolùm de regio conamine & vaniſſimo fumo Anſegiſi Primatũ ambiẽtis in Gallias atq; Germaniã, præſumẽtiſq; obtinuiſſe Pontificias ad hoc literas.

Diuiſum in duas Synodos.

a Pont-ſur Yonne in Burgundia.
b amicorũ veterum pugnæ.
c de Ticino nos nu.27. § 1. fin.
d vulgò Recueil des Roys de France.
e li.5. c.33.
f fortè Senonenſem, qui ſuprà dicitur factus Primas art. 24. per ambitũ cũ Rege, reuerẽtib. Epiſcopis. Annon.
g cum Ciſalpinis (ait) Epiſcopis.
h c.fin. 32. §. Anno.
i 33.
k ibid.
l hic textus 33. Annonij.
m 8. 5. ex initio c. 32.
n die 21. Iun.
o 14. Iul.
p die 28. Iul. ſeu 5. Kal. Auguſt.
annum.
q intra biennium vixit tantùm.
d in illa Tabula Annal. nu.47.
e pag. 323.

Allusiſſe Primatus to Galliæ ſubreptitius.

literas. Atq; reuerâ etiam Tauellus promit cõtextũ Papalis collationis Primatus, *in euocanda Synodo, & definienda canonicè, ac cunctis ſucceſſorib. ſuis, &c.* * Quia Imperator cõ uocatis Epiſcopis *non acquienit, vt eis permitteretur legi Epiſtola, quib. erat directa* (velut ſubreptitia) reſponderunt quòd *ſeruato ſingulis Metropolitanis iure priuilegij ſecundum ſacros Canones & iuxta Decreta ſedis Romanæ, Apoſtolicis iuſſionib. obedirent* [r]. Ex Baronio autem tunc ſedebat Romæ Ioannes Papa octauus anno IV. [ſ] Et de his Prælatorum Reſponſis ritè inferendum credimus nullo modo admiſſam eſſe talem Primatiam Anſegiſi, niſi temporalem & coactam. Qui Præſul, eodem teſte Baronio, inſcribitur veriùs Senonenſis Epiſcopus: tametſi ſolus Aimoinus illum ſemper dictitet Senuenſem: quæ Sedes & Canoniſta Petro Rebuffo [t] eſt Archiepiſcoparus Tuſciæ Prouinciæ in Italia. Et ratio quare Senonenſis hîc concipi debeat, eſt, quia præſens diſputatio de ea materia in vnis Galliis refunditur. Senonenſis enim Archiepiſcopus hunc ferè Primatum ad iſtos vſque dies ſibi vendicare audet, teſte R. Antonio à Prato ibidem Archiepiſcopo & Cardinali Legato in Franciâ, qui adhuc perrexerat ſe dictitare Primatem anno M. D. XXXII. ex coniectis in Chronico Matiſconenſi. * Verùm Patres quondam Pontigonenſes occultatam Bullam minimè acceptantes, vetuſtiora Metropolitanorum priuilegia tuti ſunt. Adeóque prætenſum Diploma Romanæ Curiæ nullius eſt roboris aduerſus Primatiam Lugdunenſem, cùm hodie etiam Senonenſis prouincia ad eam ex effectis appellare perſeueret. Diſertáque rurſus horum ratio applicatur ſub Gebuino Archipræſule infrà [u]. Et alia de his Renatus Chopinus in ſacra Politia [x].

Sopitus.

[r] editũ Ibid. an. 1608. pa. 44.
[ſ] Iſta in Annotatione c. 15.
[ſ] an. 876. ſedit ab an. 873. ad 882.
[t] In praxi benef. poſt Regul. Cancell.
[u] n. 68. §. 4.
[u] n. 69. § 3. ſiu & alia ſub Hugone on. 74. §. 5. in 4.
[x] li. 1. tit. 8. n. 14.

Paragraphus 6.

Dona Imperatorum Eccleſiæ Lugdunenſi facta.

PRoſequamur ſeorſum authenticas alias ſuccedentium annorum chartulas à nobis hauſtas è ſcrinus Metropoleos Eccleſiæ Lugdunenſis, huc egregiè ſpectantes; ſaltem tres. Prima eſt illuſtriſſimi Caroli Calui. *Conceſſimus Eccleſiæ beatiſſimi Protomartyris Stephani Lugdunenſis* (inſit locus) *cui venerabilis Aurelianus præeſſe dignoſcitur, Eccleſias villáſque cum omnibus ad eas pertinentibus in pago Lugdunenſi poſitas, etiam longo iam tempore ab ipſa Eccleſia alienatas: videlicet Eccleſiã S. Laurentij cum beneficiolo, Genoliacũ villam cũ portu & mercato, &c. Actũ in Stirpiaco villa*, anno vix certo aut non ſatis perſpicuo in obletis M.S. præ nimia vetuſtate characteribus. [a] Secunda eſt ſingularis donatio Ludouici Balbi pariter Imperatoris, ſimul ac Regis Chriſtianiſſimi, filij præfati Caroli: *Deprecatione dilecti noſtri Ducis Boſonis*
Ann. 879. (ait) *res Eccleſiæ Lugdunenſis, cui venerabilis Archiepiſcopus* [b] *Aurelianus præeſſe dignoſcitur, ſub immunitatis noſtræ defenſione, ſicut genitorem noſtrum diuæ memoriæ Carolum auguſtiſſimum Imperatorem feciſſe ſuſcepimus, ipſi Eccleſiæ & ſuo Præſuli roborando confirmamus: videlicet in pago Lugdunenſi Nantoadenſe Monaſterium & Sauiniacenſe cum appenditiis eorum, quæ quondam Lotharius* [c] *Imperator patruus noſter per ſuæ authoritatis præceptum Lugdunenſi Eccleſiæ in honore B. Stephani Protomartyris dicatæ condonauit: & immunitatem villæ Orbanæ iuxta ipſam ciuitatem, & Anſam villulam in vſus Fratrum, &c. Actum Trecas 2. Idus Septembris, Ann. 1. Regni*: hoc eſt, ſalutis octingenteſimo ſeptuageſ. nono. Hæc de his. In quo cernitur Baſilicam S. Stephani tunc adhuc Cathedralem extitiſſe. Nam præcipuè & eo nomine dona tribuuntur. Tertia chartula differtur ad Paragraphum octauum, quia recentioris eſt calculi. Priùs enim adſequitur teſtis alius mediæ ſupputationis Paragrapho ſexto anteferendus.

[a] videtur ſcribi ao. 5. Imperij & 2. Franciæ. At non cohæret iſta Chronologia. operæpretium eſſet haberi an. 2. Imp, regni 37 ſal. 878. Tillius. Carolus donauit quoque Eccleſiam S. Irenæi.
[b] hoc publico teſtimonio ſedes Lugdunenſ. eſt Archiepiſcopatus ante Regem Hugon. Capet. ducentis ferè annis tardiuſé; eo ſeſtrictiùs a Bel foreſio, equidem ſerius & malè.
[c] Frater Patris.

Paragraphus 7.

Duo officia Aureliano commiſſa à Papa.

EX Flodoardo Rhemenſi huc pertraximus illa omnia de duobus vel tribus Lingonenſibus Epiſcopis à S. Aureliano conſecratis, velut è ſuo Archipræſulatu pendentibus: qualia perlectum itis. *Item ſcribit Papa Præſuli Rhemorum cum Aureliano Lugdunenſi, Adelgario*, [d] *Gellone* [e], *Emmennone & reliquis per Galliam conſtitutis pro querimonia Bituricenſis Eccleſiæ ſuper innaſione Frotarij* [f] *Burdegalenſis Epiſcopi, qui etiam Pictauenſem aliquandiu tenuerat Sedem* [g]: *cui poſtea Bituricenſis fuerat ad tempus à Ioanne Papa* (octauo) *propter infeſtationem barbaricam tali tenore conceſſa, vt hac remota neceſſitate, id etiam remoueretur, quod neceſſitas imperaret. Vnde præcipit hîc Papa Stephanus* (ſextus) *præfatis Archiepiſcopis, vt ad propriam ſedem* [h] *eum remeare compellant. Quòd ſi Apoſtolicis monitis obedire contempſerit, nouerint eum ſancti Spiritus iudicio perpetuis anathematis vinculis innodatum.* Item *pro Teutboldo Lingonenſi, ſignificans ad ſe huius Lingonenſis Eccleſiæ querimoniam perueniſſe, quòd obeunte Iſaac Epiſcopo* [i], *inconſulto Clero & populo Egilonem* [k] *quendam Monachum nuper de ſeculo venientem in Epiſcopum Aurelianus Lugdunenſis ordinauerit, eíſque vi illata præpoſuerit nolentib. quo diuina vocatione hominem excedente, ne in idipſum incurrerent, concordi voto Clerus & populus Teutboldum* [l] *ipſius Eccleſiæ Diaconum eligentes, ab ipſo Papa ſibimet in Epiſcopum conſecrari petierint: ſed ille vniuſcuiuſque Eccleſiæ priuilegium inconcuſſum ſeruare volens, id agere diſtulerit, eúmque præfato Aureliano direxerit, ſcribens ad eum, vt ſi Cleri populíque vota in eum concordarent, & ſacri Canones illi non obuiarent,*

[d] Eduo Epiſc. ex n. hoc, §. 5. ar. 66.
[e] Lingonẽſ. infr. Demochari Gerlone.
[f] vel Prothaſij. Bai. anno 876.
[g] ordine 51. Democ. n. c. 25.
[h] Burdeg. & Bituricib. fuit 49.
[i] De quo §. 4. 21. 5.
[k] forte is qui ſuprà Gello, & Gerlo.
[l] Demochari Theubaldum ca. 28.

manus huic imponere nequaqnam differret. Quod fieri ſi ratio prohiberet, & idipſum ſibi reſcriberet: interim tamen alterum inibi ordinare nullo modo ſe inconſulto præſumeret, ſimúlque & Oirannum Senogallienſem Epiſcopum, Epiſcopum à ſuo latere direxerit executorem. Quem deludens Aurelianus, ad Lingonenſem præmiſerit Vrbem, pollicitus ſe citiſſimè ſubſecuturum. Quòd cum diu expectaretur, nec ipſe aduenerit, nec mora ſua cauſam innoteſcere, vel Papa remandare prænimderit. Quocirca iteratò Clerus & populus cum decreto manu omnium roborato præfatum electum Romam miſerunt, obnixè ſibimet illum conſecrari petentes. Sed nec tunc id agere acquieuerit: volens Lugdunenſis Eccleſiæ collatum priuilegium immutilatum conſiſtere: ideoque iam dicto Aureliano iteratò reſcribens mandauerit, vt quia concordi voto Clerus & populus iam dictum Diaconem expetebat, aut ipſum conſecraret, aut quid in eo reprehenſibile indicaret, reſcribere maturaret. Sed is priori inobedientia contumaciam adiiciens; non ſolùm oblatum conſecrare, ſeu quid in eo reprehenſibile indicare ſibi reſcribere contempſerit: verùm etiam contra interdicta & ſacrorum Canonum ſtatuta quendam extraneum, & eidem Eccleſiæ ignotum, in angulo ordinatum illis ingerere niti præſumpſerit.[m] En duo genera rerum ab Aureliano geſtarum, ſiue impoſitarum Decreto ſummi Pontificis: vnum erga Burdegalenſem Archiepiſcopum: alterum pro replenda vacua Lingonenſi cathedra. Qua in re mirum fortè, quòd cùm idem Aurelianus habeatur paſſim vir ſanctus: Papæ tamen ſit reluctatus. Dicerem ergo vel Archiepiſcopum cauſam ſic præſtandi habuiſſe, quam poſtea Stephano prudenter notam fecerit, licèt ab authore tacitùs prætermiſſam, vel Lugdunenſem de procraſtinato officio validam egiſſe pœnitentiam. Cæterùm, Pontificij mandati tempus, nimirum Stephani, cenſetur annum ſalutis attigiſſe octingenteſimum octuageſimum ſeptimum: medium ſexennij Romanæ ſuæ dominationis.[n]

Aurelianus an inobediẽs Pontifici.

[m] Flod. lib. 4. Epiſt. 1. fol. 44. & 312.

[n] ab an. 885. ad 900.

Paragraphus 8.

Ann. 887.

HOc loco & tempore celebratum eſt ſextum prouinciale Concilium Cabilonenſe anno præfato DCCCLXXXVII. præcisè. In quo multa pro Abbatiola Carilocenſi denuo ſancta leguntur: eáque opportuniùs ad longum recenſentur à nobis in hiſtorico Catalogo Matiſconenſi ſub Guntardo Epiſcopo *. Non enim de Præſidis nomine liquet, vt rem totam iſtuc reduceremus; etſi coactum videatur ſub Aureliano, in ſuo Archipræſulatu. Igitur horum obiter nunc meminiſſe ſufficiat, dum reliqua inferiùs diſtulerimus.

Concil. VI. Cabilonenſe.

* an. 24. §. 2.

Paragraphus 9.

IAm tertium poſtremúmque genus chartulæ ex Archiuis Eccleſiæ Lugdunenſis emerſum, & iſtuc quoque pertinens, fertur tale: cuiuſcunque ſit Principis Gallicani dona largientis. *Conſilio glorioſiſſimæ genitricis noſtræ Hyrmingardis, & pro ſynceriſſimo Aureliani Didaſcali obſequio conceſſimus Eccleſiæ Beatiſſimi Protomartyris Stephani Lugdun. cui idem venerabilis Aurelianus Archiepiſcopus præeſt, Eccleſias villáſque in pago Lugdunenſi ſitas, Abbatiam S. Martini, quæ Atanacus vocatur, in pago Viennenſi villam Turnonem, in Gratianopolitano Calonicas; in pago Brionenſi, Auguſtanenſi, Belnenſi, Cauilonenſi, &c. Lugduni XV. Kalend. April. Ann. DCCCXCII. & Ann. I. Regni Burgundiæ ſeu Prouinciæ.* Quiſnam verò fuerit Rex ille collator: vix certò deprehenditur, ob ſuppreſſum prioris autographi titulum peruetuſtum. Nõnulli primò ſuſpicabantur eſſe donũ Imperatoris Ludouici Pij. At regnum ipſius multò altiùs [o] nõ patitur illatã diarij rationem, ſi ipſa locum habeat: vt neque ad hoc rurſus cohæret circunſtantia Irmingardæ primæ vxoris eiuſdẽ Pij, filiæ Comitis Ingrani. Secũdò, neque denuo hiſtoria competit vni ex tribus filiis Pij & Hyrmingardæ, præſertim Lothario I. Imperatori natu maiori: quãuis Lotharius ipſe ex Ioanne Tillio [p] in ſortem patrimonij nactus ſit Burgundiæ ac Prouinciæ Phocenſis Regnum præter Italiam ſedem Imperatoriam. Etenim idem Lotharius vitam poſuit ad annum 855. ex Baronio. Vnde cùm regnarit annis quindecim, ſanè primus annus regni ſui in Burgundia imperióque numeratur 841. Atque necdum tunc Lugduni ſedebat Aurelianus. Adeóque citiùs quoque deguit ille Princeps quàm hîc poſtuletur. Alioqui certè reliqua ſceptri ac genituræ adiacentia ritè ei quadrant. Tertiò, neque is porro euentus debetur Carolo Caluo fratri minori: quia Balbus ex Iudithe altera vxore legitima eum genuit. Inſupérque filius ille diſceſſum annis quatuordecim præmaturauit [q]: nec niſi ab initio ſui ſolummodò Burgundianum regnum poſſedit. Quartò, neque præterea aſſeritur hoc ius Carolo tertio filio præfati Lotharij Imperantis, cui Carolo parens ipſe teſtamento in patrimonium detulerat Burgundiam, ad quam pertinebat Phocenſis Prouincia, ei priùs à Ludouico Pio traditam. Carolus nanque Lugduni citò periit, vti ſingula Paradinus [r] & Tillius [ſ] conſcripſêre. Quintò, neque idem pariter attribuendum eſt Lothario ſecundo, qui eſſet medius Caroli germanus obeuntis ſine liberis, ad quem Lotharium ideo rediit Burgundia præter habitam antea Lotharingiam, & ad Ludouicum II. fratrem annoſiorem acceſſit

Alia dona ab Obtimatib. Eccleſiæ Lugdunenſi facta.

Ann. 892.

De donantibus dicto ſententiæ opinando.

[o] obiit ann. 840. ſeu annis 50. ante hoc tempus.

[p] In Origin. Magnat. pa. 45. Gallicè. Pariſ. 1580.

[q] mortuus ann. 878.

[r] ann. 858. in affinitatib. pa. 49.

[ſ] pa. 45.

ceſſit Prouincia, qui Princeps iam à genitore Italicum Imperium conſequutus fuerat. Si quidem etſi ritè mater Lotharij II. fratrúmque eſſet denuo altera quædam Irmingarda filia Comitis Hugonis, quam nupſerat Lotharius I. ex Tillio; nihilominus aliunde ſubeſt defectus. Nam Lotharius ipſe ſecundus extremas duxit horas Placentiæ anno 869 [u]. nempe annis viginti tribus ante variam ſuprà donationem Primatiali Eccleſiæ factam. Illóque æuo necdum quoque affuit Aurelianus Lugduni. Sextò, neque iterum facilè licebit arbitrari, quòd donorum largitor fuerit Richardus Dux ſummus primus Burgundiæ ſuperioris [x], frater Boſonis authore Tillio [y] (de quo Boſone infrà) ac procreator Rodulphi effecti Franciæ Regis extranea vi. Quippe licèt Dux ille credatur floruiſſe pendente annuo calculo DCCCXCII. ſolennis præmiſſæ fundationis; tamen non cohęret maternorum gentilitiorum materia, cùm minimè conſtet Richardum ex aliqua Hermengarda prognatum. Septimò, neque ſibi perſuadendum, quòd eiuſmodi celebratio facta ſit ab Othone & Henrico fratribus natu minoribus Regis Hugonis Capeti nominatis viciſſim Burgundiæ Ducibus, quin hi multò minùs cæteris allatis: quia certè vno planè ſeculo tardiòre floruerunt [z]. Neque inſuper de præfata Reginæ nomenclatura conſtitit, quæ fuerit amborum genitrix. Quapropter ſingulę per *ſyſtema* & æquilibrium menſuræ vtrique deſunt. Sed tandem igitur, octauo loco ex parte materni eiuſdem principij in regia quapiam perſona, quæ tot bona Metropoli Lugdunenſi cōtulit, præclara occurrit animaduerſio erga ſobolem Boſonis proponenda: qui Princeps ipſiúſque propago tunc ſimiliter comparuit Rex Burgundiæ inferioris ſeu auſtralis verſus Phocenſem Prouinciam, hoc pacto: Ex eo quòd Imperator Caluus Lotharij ſecundi patruus deſpōſarat Richildem Boſonis ſororem Comitis Bouini filiam, & Lotharius viceuerſa Vualdradem Boſonis item filiam in iteratis nuptiis [a]: ſanè Princeps ille Caluus adeo potentem effecit Boſonem: * in traditis ei regionibus eiuſmodi Burgundianis aliíſq; dominiis [a], vt Imperator Ludouicus II. Lotharij I. primogenitus dignatus ſit ipſi Boſoni mancipare Hermengardam filiam ſuam huius nominis tertiam in vxorem per alia noua ſuarum affinitatum incrementa. Ex illo autem coniugio Boſonis & Hermengardæ à præfatis duabus vocis conſimilis diſtinctæ legitur oriundus Ludouicus paternatum dignitatum hæres in illa Burgundia. Atque is nunc eſt verè, qui florens ætate diebus mutuati beneficij pro Lugdunenſi Baſilica, idem (reor) munus præſtitit, ac ritè impertitus eſt, vt de illo vno ſatiùs concipi debeat ſermo *glorioſiſſimæ genitricis* ſuæ in textu allato patentis; ſiue Religioſum opus euenerit priuſquàm in bello effoſſi ſunt oculi eidem Ludouico, ſiue poſtea. Quæ eſto prima vltimáque Aureliani Antiſtitis chronographia: quandoquidem vir egregius eodem pene ſeculari anno è corporeis vinculis liber in cœlum ideo creditur abiiſſe, quia ſequenti reuolutione ſolari aduertimus emerſum ſucceſſoris Archipræſulis crepuſculum.

Imperatores, Reges ac Duces.

Burgundia.

u menſe Auguſt. Till. pa. 46.

x ac Comes Eduenſis ad boream: itēque Andegauenſis, Pagadin. in Affinitatib. pag. 422.

y cit. 46.

z Henricus obiit anno 1005. Till.

* Mignen.

a per Italiam.

Paragraphus 10.

Obitus S. Aureliani.

Dies verò relicti ab eodem Aureliano ergaſtuli propriíque corporis fuit octauus Iduum Februarij ex comperto priore libro Obituum [b]. An autem illic Præſulem Lugdunēſem cōcipiat, dum ibidem abſolutè dicatur, *Aurelianus Epiſcopus obiit, &c.* proculdubio Martyrologium M.S. Lugdunenſe non aperit. Nihilominus vix præſumitur de álio quàm de hoc domeſtico loquutum: niſi verior ſit diaria alia nota poſterioris reperti Obituum libri, attamen obſcurioris paulò ſcripturæ, quæ certò pro iſto Præſule poſuit IV. *Nonas* (vt videtur, Iulij) *obiit Aurelianus Archiepiſcopus Lugdunenſis, &c.* Fortaſſis quando alter ille libellus narrat quartum Nonas Iulias, corporis tranſlationem intellexit in aliud ſepulchrum. Cuius feſtum diem non adnotat quidem Breuiarium Lugdunenſe. Verùm in nonnullis exemplaribus Eccleſiæ S. Nicetij inſcribitur dies XVI. Iunij: in eóque agitur ibi feſtiuitas diuinúmque officium. At rurſus profectò alius denuò patet numerus Sancti è vita decedentis, qui latet in denſo marmore Eccleſiæ S. Nicetij. Eſtque tertius inter diuos nouem Archipręſules illic recumbentes, ſaltem quorum epitaphia olim excerpta ſunt à R. Thabarienſi Antiſtite [c] in hoc opus Commiſſario, veluti pleniùs antea enarrandum nobis occurrit in S. Annemundo [d]. Talis cuius dies cùm ad verſum calcem differatur, ſic anteferimus peculiare ipſius Epitaphium è lapide expromptum. En Titulus. *Item ſubſequenter prope Altare S. Sacerdotis inuenimus Tumbam S. Aureliani, prout in ſcriptura in lapide marmoreo ſuppoſito comprehenſa apparebat, quæ inter alia eſt eiuſmodi.*

Dies controuertitur.

b folio 139.

c anno 1308.

d Nu. 43. 6. 7. argu. 6.

Continuò adſunt Carmina.

Eius Epitaphium.

Orbis celſa graui vexantur culmina lapſu,
Vrbis crimina, vti flumina clara, ruunt
Damnáque rerum nunc poſitarum morte pateſcunt,
Cum ſibi ſublatis mæſtica dicta tenent.

Quo probat amiſſum populorum è pectore planctum;
Heu decus, heu nimium, Aureliane, tuum.
Pontificis claro fulſerunt dogmata cultu.
Túncque Arelas magno munere lata fuit.
Impetit aſt anima hæc ſancta ad conſortia cæli:
Quam hinc corporibus laxat abire Deus.
Ergo omnes rectè capiunt ſolamina dempti,
Quos vides meritis aſtra ſubiſſe poli.
Non retinet mundus arctantis iura ſepulchri,
Quem recipit ſummi dextera celſa Dei:
Nec quoque venturis morietur nomine ſeclis.
Viuere quem ſemper inclyta muſa docet.
Præcipit heu curſum numerum quinquennia quinque,
Et tribus abiectis metas voluentibus annis,
Deſeruit fragilem terreni corporis vſum.
Hic ſenibus linquens primæuo tempore formam.
Illic ſuſcipiens æterno à iudice vitam
Pollicitam, plectens reddentis præmia Chriſti.
Quiſquis ſollicitus luſtras monumenta dolorum,
Hic parilem ſortem ingemis ipſe tuam.

Deinde hæc habentur. *Sequuntur plures verſus qui propter fractionem marmoris legi non poſſunt. Et in margine tumuli ſcriptum eſt, Obiit XVI. Kal. Iuliarum* e, *Indictione* 14. *Cui obitui concordat liber qui legitur ad Primam.* e die 18. Iulij, & ex poſteriore lib.

En variæ temporum circa obitum diſcrepantiæ. Interea Aurelianus tertiò inuentus aut ab Epiſcopo collocatus in ſcriptis, poſtremus eſt hoc in volumine, diſpoſitus ordine chronologico in toto nouenario. Obituum 3. Non. Iulij.

LX.

ALVVALO ſic conſcribitur in publicis vetuſtis Principum Actis, qui poſtea hîc referuntur: ſi modò certior fiat quiſquis imprimis eum paſſim nominatum *Alimalam* in Campegio ſeorſum, vel Almoalam apud ipſum in Demochate: item *Annalam* ex Sarrazino, & Aluualam Homiliario. Is profertur quidem immediatus ſucceſſor S. Remigij à Guilel. Paradino a poſt Symphorianum Campegium in cunctis ſuis editionibus; a ca. 25. lib. 2. vbi Aureliano præmittitur. Verùm certè, in præſenti negotio cenſetur eidem Aureliano poſt-

Anno 893. ponendus ab anno DCCCXCIII. idque quadruplici ratione. Prima eſt, quia ex publico Burchardi I. Archipræſulis Inſtrumento, alibi apud ipſum Paradinum edito b, eidem Aluualoni diſertè præfertur S. Aurelianus. Secundò, quia Sarrazinus hanc prælationis ſeriem obſeruat poſt Homiliarium. Tertiò, quia cùm appareant Acta de Sede S. Remigij c ad annum ſaltem 868. (& forſan diutiùs ſedit) vix vllum ſupereſt tempus interiectum, ne quidem agnoſcitur ferè ſemiannus, quo inter ſanctos Remigium atque Aurelianum cômiſceri poſſit Aluualo. Supereſt autem diutinum & admiſſu facillimum inter eundem Aurelianum & ſequentem Auſterium: vt pote cuius hiſtoria inchoat tantùm annis triginta quatuor poſt deprehenſum probabilem annum primum Aureliani. Quarta autem & potior ratio illuceſcit clariùs ex firmiſſimis Reſcriptis ſummi Galliarum Principis, quicunque fuerit, his notulis iam ex antiquitate compromiſſis. *Pro ſynceriſſimo Aluualone Didaſcalo noſtro conceſſimus Eccleſiæ B. Protomartyris Stephani Lugdun. cui Aluualo Archiepiſcopus præeſſe dignoſcitur, Eccleſias in pago Lugdun. pro nobis & pro noſtris genitorib. ſcilicet Boſone glorioſiſſ. Rege, ac auis & proauis, cis Ararim Abbatiam S. Martini, &c. Contulimus quoque Eccleſiam S. Irenæi ad ſtipendia Canonicorum ibidem ſeruientium, &c.* vt ſuprà. Et poſt pauca: *Volumus quæ ibidem largita ſunt aut reddita, ſeu ab aliis quibuſcunque collata, ſeu noſtra immunitate firma & ſtabilia perſeucrent, ſicuti Remigius cæteríque eius ſucceſſores tenuerunt* d. *Actum eſt præceptum apud Lugdunum, Ann. DCCCXCV. &c.* d Nu. 57.

b 2. ca. 106. vlt. c Nu. 58. ſ.

Rationes IV. huius ſitus.

Dona regia pro Eccl. Lugdun.

895. Regium eiuſmodi edictum emanaſſe non potuit à Ludouico Pio, velut rati ſunt nonnulli: quia is dudum effluxerat, ob rationes iam ſub extremo Aureliano deductas e. Sed exiit à Ludouico Boſonis filio, ac Burgundiæ & Prouinciæ Phocenſis Rege. Ad quod ſanè Regnum Lugdunum pertinuit, tanquam medium, illis interclusum regionibus. Quem principem, in Regem cum patre electum, diximus f regnaſſe iſtâ Aluualonis ætate. Sin autem, prodiit certè Reſcriptum ab Odone Francorum moderatore coætaneo, paulò ante Carolum ſimplicem. e Nu. 59. §. 7. f n. cit.

Obitus Alualonis. ſimplicem. Huiuſce verò Primatis ſeceſſus è viuis accidit 4. Idus Maij, poſtquam *montem aureum dedit Fratribus*, ex potiore libro Obituum Lugduni [g]. Tametſi libellus alius ſcribat g fol.160.
4. Idus Aprilis: vbique anno incerto.

LXI. *Paragraphus* 1.

AVSTERIVS ſubiicitur profectò cuidam Bernardo Archiepiſcopo apud Campegium vbique,& in Homiliario tacente Sarrazino.Sed dum is ſolus Author Bernardum alium poſtea repetit abſoluto tantùm nomine: ideò nos de illo breui ſumus dicturi ſeorſum: illúmque pro vno eodémque accepturi Numero LXII. Auſterius verò hunc ordinem meritò retinet, propter res varias hiſce annis ab eo præclarè geſtas,tanquam hiſtoricæ veritatis & Chronici oſtentatrices.Etenim de eo primùm hæc Acta
deprehendimus in vetuſtis Titulis M. S. Eccleſiæ Matiſconenſis [a]. *Anno Incarnationis Domi-* a fol.124.
nicæ DCCCCVI. cũ veniſſent ſacri Pontifices Auſterius Lugdunenſis Archiepiſcopus & Gerardus Ma-
An.906. *tiſcenſis Epiſcopus* [b] *ad Eccleſiam S.Eugendi ſupra fluuium qui vocatur Borbontia,orta eſt ante illos* b in Catal. Matiſc. nu. 25.§.1.
proclamatio non modica Canonicorum S. Vincenty Matiſconenſ. Folcoldi videlicet Præpoſiti,& reliquorum inibi commorantium, ex quadam Capella,quæ erat ſundata in honore Dei & S.Vincentij in villa Gery in curtile S. Albani ſita, quem Bertericus in ſtipendia Canonicorum contulit. E contrà verò Monachi S. Eugendi Monaſtery Lurenſis [c], *dicebant quòd priuilegium ſibi factum à Dom.Lamber-* c aliter Lurenſis.
to Pontifice [d] *habebant,promittentes oſtendere,nec demonſtrare potuerunt,&c. Actum regnante Ca-* d Gerardi antecesſore, med. Gótardo nu. 24.
Priuilegia. *rolo* [e]. En vetuſtior,quam recognoſcere licuit de Auſterio nota.Secundò,Priuilegium de eo
notatu digniſſimum ex Archiuis Eccleſiæ Lugdunenſis deprehendimus,quod eſt Sergij Pa-
pæ tertij anno nongenteſimo nono [f],in hunc modum hactenus palam inuiſum. *Auſterio Ar-* e ſimplice, an.7.
909. *chiepiſcopo,&c. Quando Metropolita diuino iuſſu obierit, liceat Eccleſiæ Lugdunenſi & Suffraga-* f Nã ex Bar. ſedit tantùm ab 908. ad 909. at ex Genebr. ab 905. ad 913.
neis eius,quem diuina clementia prouiderit,ex ipſa Eccleſia eligere & canonicè ſibi ordinare Antiſtitem. Similiter & de Suffraganeis ſtatuimus,vt eorum quolibet defuncto,qui à Metropolita & viduata Eccleſia electus fuerit,canonicè ordinetur. Menſe Majo, Indictione XIII. Id verò antiquum nominandi ius & modus valdè pius his noſtris temporibus obſoletus eſt in quacũque Galliarum prouincia,nimirum à tempore Leonis Papæ X. & Franciſci I. Regis Chriſtianiſſimi, qui mutuo conſenſu publicas leges tulerunt recens conditas,pro futura inde Epiſcopali nominatione ad Reges Francos deuoluta in poſterum.Concordata vocant [g]. Faxit Chriſtus,vt reuiuiſcat aliquando illa vetus,canonica & ſyncera eligendi in Clero poteſtas.Tertiò, idem
912. Auſterius adnominatur ſolari anno nongenteſimo XII. vnà cum Agrino 40. Epiſcopo Lin- g Inita Bononiæ ann. 1517.
gonenſi,in Charta MS.Eccleſiæ S.Stephani Diuionenſis. Quartò, Paradinus aliud de ipſo
913. profert [h] inſtrumentum ſuper Comitibus Lugdunenſibus ad annum exactum nongenteſi- h 1.c.,25.
mum decimumtertium in Artaudo. Reliqua ſeorſum: maximè numero XLV. Articulo XVI. de ſancto Annemundo.

Paragraphus 2.

Concilium VII.Cabilon. PRo quinto Chronicorum loco habemus Concilium prouinciale ſeptimum Cabilonenſe manifeſtandum: Præſide eodem Auſterio.Textus huiuſce rei,ac Patrum ibidem conſedentium nomina parent in præfatis Titulis Matiſconenſibus,vnà cum propoſitorum cœtus particula,hoc verborum tenore [i]. *Cùm in nomine Domini & Saluatoris noſtri Ieſ.Chr. reſide-* i fol.63.
ret Dom. Auſterius venerab. Archiepiſcopus in ſuburbio Cabilonicæ ciuitatis in Eccleſ.B. Marcelli Martyris, cum Archiepiſcoporum & Epiſcoporum Collegio,videlicet cum Ardrado eiuſd. vrbis venerabili Epiſcopo,Geraldo Matiſconenſi,Eymino Veſoncionenſi Archiepiſcopo,Aygo Narbonenſi Archiepiſcopo,Aliſachar Belicenſi Epiſcopo,Odilardo Mauriennenſi, anno videlicet Dominicæ Incarnationis
915. *DCCCCXV. Indictione* III. *& nonnulla inibi pro iuribus de ſtatu atque vtilitate Eccleſiæ canonicè definirent,quidam Presbyter Bererius nomine eorum adiit præſentiam,proclamans quòd quidam Presbyter Iuo nomine quandam villam ex parœcia S.Clementis,quam Bererius tenebat,& contra ius eccleſiaſticum vſurpaſſet; cuius querimoniam Pontifices diligenti examinatione inquirentes, decreuêre, vt villa ad matricem Eccleſiam S.Clementis,antiquitatem ſuam reuerteretur,viâ publica,quæ ab Ara-*
Patres. *ri incipit,&c. Et vt firmius teneretur,propriis manibus ſubfirmauerunt.* En ſeptem Antiſtites,& por-
tio rei geſtæ,donec reliquam illic pertractatã materiam inducamus.Nam interea ſcito Para- k li.2.c.26.
dinũ quoſdã ex his Epiſcopis paulò aliter nominaſſe [k],quando eandẽ Synodũ ediſſerit:vide- ponit ad marg.an.883.
licet Leoninũ Biſuntinũ,Ebezacharem Belicenſ.Odolardũ Maurianen.& Edrardũ Cabilon. l in 1.edit.
quẽ nos alibi Eldradũ appellamus [l]: quocunque typo author ille fretus ſit,dum antiquiore Part.1.c.4.
autographo MS.vtimur.Suſpicor ergo Paradinum perperã legiſſe Leoninum, quẽ dicimus Sect 5. § 4.
Aymınũ cum vetuſto textu noſtro.Nullus enim alius eum Leoninum vocat.Et reuerâ in tan- Tunc ſedit Frãco Epiſc.
tæ apud nos veritatis teſtimonium, quidam amicus,qui ad noſtrorũ tractatuum imitationẽ Niuern. in Titul. fol. 4.
Biſuntinenſes Archiflamines aggreditur ſcripto diuulgandos,necdũ editos,teſtatur quòd in hunc nõ habet Democ.
æquè antiquo Catalogo ante annos quingentos exarato, legitur Ayminus inuaſor, dictus 2.c.1.

Duo Berengarij.

Vis excommunicationum.

Pſeudoepiſcopus minimè receptus: atque ab Archiepiſcopo Berengario aſſeritur hæreticus, vt propter eũ ipſe quoque Berengarius fuerit anathemate percuſſus. Vix igitur talis Ayminus habendus eſt pro legitimo ibidem Archiepiſcopo. Sed obiter aduerte Berengarium non eſſe Archidiaconum illum Turonenſem, hominem prorſus hæreſi infectum, poſtea vtcunque pœnitentem, & plus quàm ſeculo tardiorem, ex Sigiberto [m] & Polydoro [n], præter Canones [o]. At ſimile gradum faciamus ad alias Concilij ineundi cauſas. Paradinus docet collectum fuiſſe pro ferẽda maioris excommunicationis ſentẽtia aduersùs Raculphum Comitem Matiſcenſem, niſi quàm primùm eccleſiaſticas à ſe ablatas poſſeſſiones reſtitueret, pœna de facto inflicta. Ex quo themate nos in prima ſacra chronologica noſtra Calcographia [p] ſumpſimus argumentũ longa ſerie ſpatiandi in commonſtranda vi cenſurarum Eccleſiæ Romanę aduersùs Vuicleſiſtas iſta exhorreſcentes, & in Caluinitas ab hoc ritu ſatis alienos, quantumlibet iis medicamentis aliter ac falſo perperam fundamento vti conentur. Siquidem Ioannes Vuicleſus contra robur anathematis multa debacchatur [q]. Idémque pediſſequum habuit Ioannem Hus [r]. Qui omnes irrepſerunt hac etiam in parte aduersùs Iura diuina, cùm Euangelij [s], tum Epiſtolarum D. Pauli [t], Canones Apoſtolorum [u], Decreta SS. Pontificum Victoris [x] & Calixti [y], ac D. Cypriani [z], necnon in alia primæ purioris Eccleſiæ documenta [a] noſtris hodie legibus valdè conformia. Quæ hîc in compendium reſtricta, pluribus extulimus in priore illa editione, ad quam recurrito. Demum verò ad Auſterium redeuntes, ipſe animam poſuit Idibus Nouembris, ex libro Obituum; anno tamen incerto: poſtquam Volumen meminit *Sanctæ matris Eccleſiæ* (ait) *in honorem B. Ioannis Baptiſtæ* [b], tunc ideò conditæ ac florentis.

m an. 1051. n lib. 9. o de Conſecr. diſt. 2. c. 42. p Pars. 3. c. 4. Sect. 4. §. 2. & 3. q ar. 13. & 30. Conc. Conſtant. Seſſ. 8. inter erroneos ſuos 45. articulos. r ibid. ſeſſ. 7. c. 1. ar. 2. ac ſeſſ. 15. c. 3. 5. 19. ſ Mat. 18. v. 17. t 1. Cor. 5. v. 1. 5. u Can. 10. 12. x Euſeb. li. 5. c. 16. y Cauſa 11. q. 3. Can. 17. z li. 5. epiſt. 3. 7. 16. a Chryſoſt. to. 5. Homil. 7. ad popul. Antioch. b Parad. 2. c. 24.

LXII.

Concilium prouinciale Carilocenſe.

ANCHERICVS, in vtraque Tabula Democharis hoc ordine & pariter in Campegio ſeorſum. De temporanea cuius Sede liquidiſſimè patet ex prouinciali Synodo Carilocẽſi, quam ipſe ſua præſidentia decorauit hiſce verbis è Cœnobio & M. S. depromptis. *Anno Incarnationis Dom. nongenteſimo vigeſimo ſexto D. Anchericus ſanctæ Lugdunenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, D. quoque Gerardus Matiſcenſis Eccleſiæ venerabilis Pontifex* (infit locus) *necnon Delardus Maurianēſis Epiſcopus, &c. ad Carilocum Monaſterium* [a] *conuenerunt, ibique diu vigilanti curâ Synodali conſuetudine tractauerunt, qualiter Eccleſiis, locíſque San-*
An. 926. *ctorum deſolatis propter prauorum hominum nequiſſimam cupiditatem ſubuenire potuiſſent.* Et poſt breuem periodum ex quadam additione reſtitui mandarunt Religioſis viris *omnes Eccleſias ad ſe pertinentes: videlicet Eccleſiam B. Martini Cubliacenſis, Eccleſiam S. Petri Tiſiacenſis, S. Sulpitij Montagnienſis* [a], & alias ſeptem quas prætcrimus. Tum huic Canoni varias in partes diſtributo ſubſcripſit primùm idem Anchericus Lugdunenſis, velut præſes eiuſdem Concilij Carilocenſis. Sub quem rurſus annum [b] liberè renunciauit iuribus ſuis in commodum Baſilicarum SS. Irenæi ac Iuſti Lugduni [c]. Creditúrque tandem fato ceſsiſſe 18. Calend. Ianuar. ex libro Obituum, anno ignoto.

a in Diœceſ. Matiſconẽſ. a vulgò *Cubliſe, Tiſy, & Montagny, Bourgs ancien.* b 927. c Parad. 2. c. 25. &c.

LXIII. *Paragraphus* 1.

Plures ſocij Epiſcopi.

GVIDO I. ſic vulgariore nota ſolet conſcribi ex Homiliario & Campegio in prima voce: tametſi nũcupetur *Guido* ex Paradino [a], tum *Vuido* ex libro Obituum, atque *Guidiſta* ex Sarrazino. Quando cœperit, non legitur. Verùm duplex ſequacium dierum habetur præclara de eo Chronologia. Prior liquet ex Bulla Leonis Papæ VII. quam Pontifex miſit ad Archiepiſcopos Guidonem Lugdunenſem, Tutonem Turonenſem, Geruueum Bituricenſem, Gerlannum Senonenſem, & Arthaldum Rhemenſem, hoc ordine: qua Pontifex teſtatur corpus ſancti Benedicti quieſcere in Floriacenſi Abbatia. Hæc edidit Author [b] Floriacenſis Bibliothecæ veteris Benedictinæ [c], apud
An. 937. quem vidi [d] de his autographis MS. nondum tunc Calcographo traditis ac depromptis à ſe ex ipſa Abbatia Floriacenſi. Quod verò ſpectat ad Bullæ conceſſæ chronicon: ſanè Leo Pontifex ſedit ab anno nongenteſimo trigeſimo ſexto ad ſequens duntaxat quadriennium. Vt id Diploma fortè confectum ſit anno DCCCCXXXVII.

a cap. 94. loco cit. b Ioann. à Boſco. c impreſſæ Lug. an. 1605. li. 2. p. 240. d ap. 604. Demochari *Geronens* 52. & *Gelannus* 17. li. 2. c. 17. & 24. Ac *Geruntius* apud Ioan. Thenu. pro priore.

Paragra

Paragraphus 2.

Concilium I. Trenolchianum.
POſteriot chronologia pendet ex notitia Concilij prouincialis Trenolchiani. Quod eſt
primum illic celebre factum anno nongẽteſimo quadrageſimo quarto, ex Petro San-Iu- e In Antiquitat. Burgund. Gall. pa. 411. & 416.
liano protographo [e]. Nam ſecundum ibidem coactum proponimus infrà ſub Gauceranno
Archipræſule poſt duo iſtinc ferò ſecula. Trenolchium autem eſt vrbs ſeu portus Araris,
Diœceſis Cabilonenſis, & Abbatia regiæ fundationis Caroli Calui Imperatoris ac Franco-
rum Regis, Ordinis S. Benedicti, ſub titulo & inuocatione B. Mariæ Virginis, ſanctorúmq;
Valeriani Martyris ac Philiberti Confeſſoris. Motrices verò huius Synodi cauſæ ſunt hæ.
944 Sublato è viuis Guicherano Abbate Eruei ſucceſſore, nono Chriſti ſeculo & aliquot præ-
terea annis, Giſlabertus II. Burgundiæ Dux, vel Gilbertus Richardi filius Numero 57. 8.
frater minor natu & succ eſſor in Ducatu Rodulphi facti Galliæ Regis. Parad. in Affinitati-
bus pag. 422. 424. Guidonem alium tametſi Monachum, at curialem & leuioris meriti, ad
Tyrannis in Burgundia.
eam dignitatem promouere nixus eſt totis viribus. Pij Religioſi libero ſuo electionis iure po-
tiri in altero deligendo peroptarunt, qui nimirum bonæ eſſet famæ & multæ authoritatis.
Nec fas eſſe putarunt eccleſiaſticam immunitatem ita facilè violandam ac labefactandam
ambitioſo Principum ſupercilio ac ſpretis aliis Abbatiæ inſtitutis. Attamen vrgente vi ma-
iore, ipſi deſerto ſolio ac propriis laribus, ſeſe receperunt ad Leotaldum Comitem pium
Matiſconenſem, & in Monaſterium S. Portiani Aruernici, è quo antè venerant, quando Cœ-
Reliquiæ Sanctorum inde tráſlatæ.
nobium Trenolchianum ingreſſi ſunt. Iidem vnà ſecum aſportarunt varias Sanctorum Re-
liquias atque auguſta Dominicæ paſſionis inſtrumenta ex oriente petita, quæ in Trenol-
chiana Abbatia recondebantur, & quas religioſè quondam hauſerant ex Herenſi Inſu-
la [f] Diœceſis Pictauienſis. Burgundia triennio orbata pretioſis hiſce margaritis & ſacris f vulgò De Rhe.
Chriſti monilibus, runc paſſa eſt omnium penè rerum iacturam. Quippe præter inſolitos
agrorum prouinciæ vſus ad inauditũ ſterilitatis genus tũ redactos, bruta inſuper & mulieres
fœtus in vteris geſtabant ſuis paſſim diſſimiles ſpeciebus ac matres frequenter abortum fa-
cerevisæ ſunt. Quod equidem repentinum naturæ prodigium terrorem & horrorem ma-
ximum accolis inferebat. Giſlabertus pariter, malorum author & artifex, diuinæ vltionis
particeps fuit in nepote futuro hærede, qui adoleſcens diro corporis cruciatu ſubinde ra-
ptus, ad aulam regiam omnibus conſpicientibus atque mirantibus interiit. Hæc vniuerſa pri-
uatáque rerum calamitas expunctum Giſlabertum ſic ad pietatis & pœnitentiæ opera com-
pulit, vt literis hortatus ſit Antiſtites Lugdunenſis & Burgũdionum prouinciæ, qui copioſam
quantam poſſent Synodum aggregarent, & ſuis publicis ac Diœceſeum precibus diuinum
in ſe concitatum furorem mitigarent & flecterent, atque Deum ipſum eidẽ Duci propitium
Patres Concilij.
redderent. Itaque anno DCCCCXLIV. in Trenolchianam Abbatiam ad nationalem Sy-
nodum conuenêre primùm Guido Lugdunenſis Archipræſul Galliarum Primas ac Præſes
Concilij: deinde Godefredus Biſuntinenſis Archiepiſcopus [g], Gotiſcaldus Lauſatenſis [h], g non in Democ. To. 2. c. 11.
Rotmundus Eduenſis [i], Hildebodus Cabilonenſis [k], Nymbodus Matiſconenſis [l] & Alche- h neque is ibid.
rius Gracinopolitanus [m] Epiſcopi, omnes ſuffragatores cum pleriſque Abbatibus, Canonicis, i Democh. Rothmundus 44 li. 2. c. 28.
ac celebrioribus viris eccleſiaſticis. Ibidem vna animorum conſenſione recognitum eſt inſi- k Tabula nõ in Dem ſed in noſtra 1. edit. pa 440.
gnẽ allatam videri iniuriam Religioſis Trenolchianis, graue damnum patriæ illatum ob re- l ut à nu 27.
legata aliò Sanctuaria, quantumuis propter metũ tranſlata eſſent in tutiorem locum, qui ni- m Tabula nõ in Democh.
mirum foret regij & Chriſtianiſſimi Francorum principatus [n]. Collectis ſingulorum ſenten- n In Aruernia.
tiis: eò ſpectarunt cuncti, ad noxam ſcilicet reconcinnandam, ádque moliendum regreſſum
Sanctuariorum in priſtinum Abbatiæ ſtatum cum diſtractis Monachis. Hunc in finem duo
ſpectatiſſimi è Clero viri in Aruerniã à toto expectãte Concilio miſſi ſunt. Cœnobitæ aſſen-
ſum præbuêre reditui: Prælati de tanto nuncio læti tres in turmas ſacras diſtributi ſunt cum
Eò reductæ.
toto populo, vt deuotè occurrerent. Præeunte ſigno crucis, & candidato Clero ad bimillia-
re, obuiam venêre Reliquiarum receptui, quas diſiunctim in via ſuſceperunt, & piè oſculati
ſunt. Sanctis vaſculis vrbem approximantibus, tota Burgundia conualeſcere cœpit, præſen-
Afflictio ceſſans.
tiſsimúmque adeſſe malorum pharmacum experta eſt. Tellus priſtinæ reddita eſt ſanitati:
matres denique ſua puerperia fœlici deinceps exitu in lucem edidêre. Dux verò pro agni-
ti delicti expiatione, votiua ſua munera ad ſacram Ædem tranſmiſit, veteréſque Abbatiæ
immunitates nouo placito corroborauit. Monachi vice diſiecti Guidonis pſeudoabbatis
Ayminum conſtantem virum ſelegêre legitimum Guicherani ſucceſſorem. Et in recor-
dationem accepti diuinitus beneficij, Antiſtites ad propria redeũtes indixerunt publicas ſup-
Ex eo pœnitentia multorum.
plicationes [o] quotannis ſemel in Abbatiã conducendas, & celebrandas à vicinis quibuſque o vulgò Proceſſions.
Diœceſanis parœciis. Ex diſſipata tantæ opis fama, permulti tyranni Principes atque mori-
bus diſſoluti Dynaſtæ conſtituerunt apud ſe Numen feruentiùs poſthac ſuſpicere, & è ſo-
litis criminibus ſtudioſè pedem referre, & fructus bonorum operum eniti. Hiſtoriam ex

Bb 2 veteri

veteri Abbatiæ Gazophylacio deprompτam Gallico idiomate vertit San-Iulianns. Nos vetò eandem in Latinam coloniam meritò reponendam, & maiori ſuæ luci reſtituendam iudicauimus: præſertim cùm ſingula vertantur in decus R. Guidonis Archiepiſcopi horum mirabilium teſtis oculati ac Præſidis. Non enim Acta Synodi inſeruntur Conciliorũ Voluminibus. Cæterùm, quoad decus & honores ſacris Sanctorum Reliquiis in genere deferendos, nonnulla explicuimus ſub Viuentiolo Archipræſule in Concilio Epaunenſi p: & plura latent in priore noſtra Typographia q, ſemper aduersùs Caluinitas horum oſores. Vt nihil hîc de tanto argumento dicendum ſuperſit. p nu. 29 § 3. q Par. 3. c. 5. Sect. 9. ar. 3.

Paragraphus 3.

Alius Guido. E Foribus ſuſcepti negotij, audi hiſtoriolam à Baronio expreſſam. *Epiſcopi qui interfuerunt Concilio Syluanectenſi* (ait) *obedientes præceptis Nicolai I. Papæ, ſoluerunt vinculis Rhotardum*
Concilium Syluanectēſe. *Epiſcopum Sueſſionenſem ab ipſis antea depoſitum: déque ea re literas ſcripſerunt ad Romanum Pontificem, dederúntque eas Guidoni Diacono Romam eâ de cauſâ miſſo. Conſtat ex Nicolai ipſius literis* r, *&c.* Is Diaconus Guido, quis fuerit, nobis eſt inueſtigandum. Sacer Annaliſta promit hæc geſta ſub anno octingenteſimo ſexageſimo quarto. Vnde ex vna parte dici poteſt, quòd ille Guido vix tandiu inter mortales agere potuit, vt poſt Diaconatum annos ſeptuaginta ſuperuixerit, quot medij viſuntur inter præfatum diem & primam allatam noſtri Guidonis r Bar. to. 10. an. 864. col. 314. & 315. Mogunt.
Forte idem cum noſtro. Archiepiſcopi chronologiam. Vel etiam ex altera parte licet concludere, quòd idem Guido in adoleſcentia conſtitutus anno præfato, potuerit annos præterea impleſſe ſeptuaginta aut octoginta, & ſedere Lugduni Archiepiſcopus ad nonageſimum annum aut ſuprà: ſicuti plures hodie totidem annis degunt. Maximè id probabili ducetur argumento, eò quòd ille Guido Syluanecti frequentans, Gallus fuerit natione: & tamen ab incunte ætate Italiam adierit, apprimè in omni diſciplina & liberali rerum agendarum arte inſtructus. Aliud nihil impræſentiarum: niſi quòd noſter tandem Guido, qui primus eſt eius nominis, *eidem Eccleſiæ Lugdun. prouidit variis ornamentis*, ex lib. Obituum ſ. Vbi relatum inſpicimus, quòd is receſſit è mortali vita 12. Kalend. Octobris, anno ignoto. Attamen alibi contuemur cum animam fudiſſe Nonis eiuſdem menſis. Quòd ſi prior nota indicet verum diem ſ fol. 153.
Funus ipſius. obitus Guidonis primi: ſanè poſterior enumeratio ritè capietur pro vero caſu Guydonis ſecundi recenſiti Num. XCIV t. Elige quod vis, lector, vtrobique: tum in miſcenda necne hiſtoria Guidonis Syluanectenſis cum iſto, tum in diario ſepulturæ noſtri. De noſtro Guidone pauca obiter Numero LXXXVI u. t inferiùs. u § 6.

LXIV.

Situs ij ſius. BERNARDVS bis à ſolo Campegio adnominatur a, tribus interiectis: ſcilicet priùs inter Aluualonem & Auſterium; & poſteriùs hoc ſitu Guidoni ſuffecto. Tum Sarrazinus hunc ſemel conſcribit, medium duobus illis quos emiſimus. Vnicum verò retinemus, ſub iſta altera Campegij ordinatione, velut tutiore, cùm de reliquo anteriore nulla prorſus ventiletur hiſtoria. Et ea etiam de re obiter te monitum voluimus in Auſterio: donec porior rei notio occurrat. Etenim Paradinus b quoque eundem ſolitariè poſt Guidonem collocat, citráque omnem chronologiam. Adde quòd tanta a Io Democ. li. 1. c. 17. b c. cit. 154. &c.
Alius Bernardus forte idẽ. non finitur temporanea vtrumlibet figendi diſtantia proximè poſt Aluualonem, quantum hîc vacui cernitur, pro enitenda opportuniore ipſius conſtitutione, maximè poſterioris. Veriſimilis autẽ de illo excurſus atque narratio eſt eiuſmodi apud Cardinalem Baroniũ c, ſub anno DCCCCXXIII. *Ex hac vita migrat Sigiſmundus* (ait) *Haberſtadenſis Epiſcopus, ſanctitate vitæ perſpicuus: ex cuius prædictionibus ei ſubrogatur Bernardus.* Iſtéque vir pius Bernardus facilè poteſt is eſſe, qui viginti pòſt annis Lugdunum tranſlatus fuerit. Probabilitatis ratio maior eſt, quia is priùs vixerat Abbas Floriacenſis d, & adſtiterat Concilio Sueſſionenſi. Qui locus vterque ſtationem habet in Gallia Celtica ſeu Lugdunenſi, multùm vicina. Hinc idem Bernardus ſacras infulas Lugduni geſtare potuit vel debuit ad annum nongenteſimũ qua- c ex Ditmaro li. 1 Chron. 19. Kal. Febr. Bar. tom. 10. col. 798. Mogunt. d ſeu Floriaci in Diœceſi Aurelian.
An. 946. 948. drageſimum ſextum & octauum. Pro quo tamen, lucidior poſthac aurora à nobis expectatur luſtranda versùs ortum ſolidioris & ſplendidæ veritatis hiſtoricæ: quam lubèns percupimus & amplectimur.

LXV.

Quintus additus. SIGISBETVS alioqui antea nobis aliiſq; ignotus nuper emerſit, & toti Chriſtiano orbi innotuit, nomine Præſulis Lugdunenſis, quando tandem hæc altera editio ad prælum ferè properabat: nimirum conſtat ex impreſſo Volumine Cornelij Lancilotti Eremitæ Auguſtiniani Belij Septentrionalis pro integra vita palam

Iam diuulgata Patris Diui Auguſtini quondam Hipponenſis Epiſcopi & Eccleſiæ vni-
uerſæ Doctoris ; Antuerpiæ in Officina Plantiniana :hiſtoria certè ex antiquiſſimis (ait) [a]
Germaniæ Codicibus Manuſcriptis hauſta, [b] & poſteris recèns tradita. Sic habet pius ille
Ann. ex ſcriptor [c] circa nobiliſſimam Reliquiarum D. Auguſtini portiunculam Lugdunum à pri-
949. ſcis ſecuriùs inuectam , & religioſè in Metropoli Baſilica aſſeruari ſolitam. *Teſtantur veteres*
nonnulli (inquit) *cor emortui D. Auguſtini arcanis ſacrorum vulnerum Ieſu Chriſti ſtigmatis reper-*
tum ſauciatũ, non eſſe coniunctũ reliquo corpori; ſed cùm moreretur, vel ab Angelo, vel à quibuſdã piis
ipſius Auguſtini cultoribus, quemadmodum fieri nonnũquam ſolet viſceribus cæteris, exceptum fuiſ-
ſe. intérque varias procellas temporum delituiſſe (etiam D. Auguſtinus ſæpe meditabundus, di-
xerat quandoque , *Sagittaueras, Domine, charitate tua cor meum* , dum amoris diuini feruor
æſtuans ac zelus vulnerauerat & penetrarat cor eius) *quouſque ſub annum DCCCCLI. Sigisber-*
tus Epiſcopus Lugdunenſis, S. *Auguſtini præcipuè ſtudioſus , diuinitus idipſum accepit. Solebat is*
ardentibus votis à Deo expetere , vt pro amore [c], *quo in ipſum Patrem Auguſtinum ferebatur , ali-*
quâ duntaxat ſacrarum reliquiarum particulâ ſe donaret , priuſquam ex hac vitâ decederet. Quas
preces cùm ex more ſub horam Primam in oratorio ſuo frequentaret , ſubitò ipſum obdormiuiſſe , &
951. *Angelum non ita pòſt veniſſe ferunt cum vaſculo cryſtallino perelegantı, & inimitabilis artificij,*
quod aurei circuli ambiebant, & cuius pedunculus erat ex auro obryzo , ipſáque pixis monilibus in-
tertexta lucebat. Quam cùm idem Angelus ſummâ reuerentiâ in ſacelli eiuſdem altari reclinaſſet,
ad Epiſcopum conuerſus , Ecquid dormis Sigisberte ? dixit , Expergiſcere. Quo rogante quiſnam ad
ſe loqueretur , reſpondit ille : Sum Angelus , quondam Auguſtini tutela traditus, qui etiam cordis
eius ſingularem habeo rationem. Sic enim Deo viſum eſt , vt ne periret hoc , quod tantopere in ipſius
amorem exarſit , & quod adeò diuini amoris ſategit , quódque tam ſubtiliter de ſanctiſſimâ Trinita-
te diſſeruit. Quamobrem exurge, & accipe munus iſtud eximium , quod tibi præſertim à Deo ſum
iuſſus ferre , in tui piorúmque hominum conſolationem. Quo dicto Angelus diſparuit. Epiſcopus verò
pro tantâ in ſe beneficentiâ penitus amore incenſus , reſpexit in altari eiuſdem ſacelli prædictam vr-
nulam pretioſiſſimam , in quâ Cor erat diui Auguſtini, tam vegetum, támque recens , ac ſi tum pri-
mùm fuiſſet de corpore eiuſdem acceptum. Quo tam præcellenti munere affectus Sigisbertus , ingentes
Deo gratias egit, ac populares ſuos idipsũ latêre nolens per vniuerſam diœceſim promulgari iuſſit. Cu-
ius rei fama commotus populus ex vrbibus & pagis adiacentibus videndi ſtudio ad Epiſcopum vndiq;
confluxiſſe dicitur. Cùm verò in gratiarum actionem, ſicut eſt in more, caneretur hymnus TE DEVM,
eſſetque peruentum ad hunc verſiculum , SANCTVS, SANCTVS , &c. viſum eſt cor ipſum nouo
miraculo commoueri ; palpitare , atque exultare in Deum viuum , ac ſi recèns fuiſſet ſauciatum illâ
ter amabili ſagittâ ſancta Trinitatis , &c. En præclarè geſta. Probabiliùs autem cenſendum,
quòd pius idem Sigisbertus ſederit Antiſtes Lugduni ab anno DCCCCXLIX ad an-
956. num DCCCCLVI. ex circuniectis vicinorum Annalibus. Adeóque is ſcitè hunc ordinem
ante Amblardum poſtulaſſe viſus eſt.

Cor carneum D. Auguſtini ſtigmatibus paſsionis Chriſti ſaucium, Sigiſberto pio Archiepiſcopo reuelatum.

Conſeruatum in Eccleſia Lugdunenſi.

a in 8 aun 1616. paginis 410.
b ex Vicentio Ferr. Flor. Batauo lib. 5. de Inſtit. Chriſt. c. 11. &c.
c lib. 3. c. 43. à pag. 302.

LXVI. *Paragraphus* 1.

AMBLARDVS hac ſerie atque ſcriptura apud Campegium : ſeu *Ambladus*
957. ex Sarrazino eum coordinante poſt ſequacem Burchardum. Prædicatur munifi-
970. cus reſtaurator Abbatiæ Athanatenſis anno præciſè DCCCCLVI. ex Paradino,
id eſt, extremo, vergens ad annum nongenteſ. quinquageſ. ſeptimum ; & multò in-
feriùs ad ſeptuageſimum, &c. quo toto ſolis curſu Lugduni ſedetit , ex probabiliori argu-
mento. Aliud nihil in præſenti. Præterquàm quòd obierit VIII. Idus Kalend. Iunij, ex bre-
uiſſimo libro Obituum: tametſi anno incerto.

Paragraphus 2.

NOnnullos contextus adſpeximus in membranis Abbatiæ Inſulæ barbaræ prope Lu-
gdunum : imperfectos quorum ſermones habuimus ſuprà in S. Lupo Archiflamine [e]. e n. 3 t. §. 5.
Huius verò texturæ recordationem competenter repetimus & annectimus præſenti Amblar-
do Archipræſuli , tanquam hoc loco abſoluendam & complendam ; propter inter-
pretariunculam ei meritò ſubiungendam. *Poſtea verò multis reuolutis annorum curriculis,*
Dominus viſitare dignatus eſt illam Eccleſiam per ſeruum ſuum Lupum Pontificem (infit autogra-
phon) *cuius meritis ac plenis virtutib. ab Abbate Heldeberto ingenti ope constructa eſt maior Ec-*
cleſia anno nongenteſimo octuageſimo quinto Dominica Incarnationis. Poſtmodum autem locus
meminit Hoegerij ſucceſſoris Abbatis, &c. En textus. Mox pedem ſeriò figamus in illo
temporis calculo. Prima fronte argueret quis iſta verba copulatè ſumenda : vt Heldebertus
Abbas floruerit eodem ſeculo, quo S. Lupus Lugdunenſis : ſcilicet cuius meritis tanquam

Heldebertus Abbas Inſulæ barbaræ.

Quando vixit.

viuentis ac ſpirantis hac mortali vitâ, idem Heldebertus quoque degens ſtructuram molitus ſit. Vnde quiſpiam argumentaretur, quòd dum nos Lupum Primatem ſuprà docuerimus Eccleſiam Lugdunenſem rexiſſe ab anno ſal. DXXXVII. ad an. DXL. proinde ſequatur typum Inſularem iure reprehendendum eſſe, & ſubincuſandum falſitatis, quia videatur effeciſſe Heldebertum ſynchronum Lupo Archiepiſcopo Lugdunenſi, ſimúlque innuiſſe, quòd idem Abbas molem ſuam ædificatit quadringentis viginti pòſt annis, nimirum ingenti contradictorio ob tantam duarum computationum intercapedinem. At nos pacem conciliaturi: dicimus eam periodum diſtributiuè concipiendam atque ſeiunctim. Videlicet vt Lupus qui priorem loci Baſilicam ſuo æuo inuiſit corporali præſentiâ, poſtmodum eius dudum vita functi meritis, tanquam viri in cœlo beatiſſimi, pius Heldebertus exorans, & accurrens ad ipſiùs ſancti Lupi ſuffragia, velut medij ad Deum Chriſtum, obtineret quarto poſtea ſeculo, vt noua ſtructura initium & finem eximium eſſet habitura. Vel ritè opinandum, totum ſcripturæ ſenſum fore ſpiritualem ſeu myſticum copularè, hoc eſt intelligendum ſenſu allegotico miſcendum anagogico. Vno verbo, quòd Chriſtus Dominus luſtrare dignaretur Eccleſiam per frequentes ſerui ſui Lupi preces in æterna fœlicitate oblatas ac perſpectas. Quarum vi & efficacia mortalibus occulta, Heldebertus adhuc mortalis conſecutus ſit proſperum ſuæ petitionis exitum tempore Amblardi aut ſucceſſoris Burchardi Archipræſulum. Sic litera paulò abſcondita & breuis altiori indagine examinanda fuit. Quippe nemo neſcit, Deum ſæpenumero ſuas patefacere virtutes in orbe ad noſtras apud Deum erga Sanctos concelebratas inuocationes: dum is propter ipſos & in eorum gratiam mira penè innumera operatur, credentium mortalium oculis notiſſima diutiſſimè poſt Sanctorum deceſſum. Quamuis autem præfatus annus nongenteſimus octuageſimus quintus ingrediatur potiùs Burchardi Cathedram, & tempus atque dies excedat Amblardi: tamen eiuſmodi materiam tantæ fabricæ ſub eodem Amblardo penè vacuo excitauimus, tùm quia Heldebertus vitales carpſit auras duobus hiſce Primatibus communes, tum etiam ex eo quòd intricata & multiplex futuri Burchardi hiſtoria ita facilem non præbet iſti tractatui locum & ſpatium.

Pertinuit ad hoc tempus. — *Sancti inuocandi.*

LXVII. *Paragraphus* 1.

Prima de ipſo ſeniore hiſtoria.

BVrchardus ſenior quantus ex ſtirpe vir fuerit imprimis, & quàm præclarè meritus ac ſimplex coram Deo, audi ex compendio ſui Diplomatis circa priuilegia à ſe conceſſa Inſulæ barbaræ, vnà cum primoannuo calculo hactenus perſpecto Sedis ipſius. *In nomine D. Saluat. Ieſu Chriſti* (ait) *anno Incarnationis Dominicæ DCCCC.LXXIX. Indictione VII.*

An. 979. *regnante Conrado glorioſo Rege: Cùm ego Burchardus ſanctæ Lugdunenſis Eccleſiæ humilis Archiepiſcopus in Conſiſtorio* [a] *S. Stephani Protomartyris Chriſti, necnon & S. Ioannis Baptiſtæ cum Andrea Præpoſito, &c. Obtulit ſe noſtris obtutib. ex Cænobio S. Martini Inſulæ barb. Abbas ipſius Monaſterij Clodobertus, præceptum ab Imperatorib. vel Regib. Ludouico, Carolo, vel & impræſentiarum regnante D. Conrado glorioſo noſtro genitore, Rege, ad petitionem Epiſcoporum Leydradi, Aureliani, Aluualli, conceſſum, præbens ac poſtulans,* [b] *&c.* Sic conſtar hunc Burchardum verè filium Conradi I. Imperatoris [c], ſimul ac Burgundiæ Regis: pariter fratrem Henrici III. vulgò *Nigri* [d], patri ad Imperium ſucceſſoris. Quæ maſcula progenies legitur tunc confirmata ab Artaldo II. Comite Lugdunenſi, vltimo vt creditur *, ex literis ſuæ in Baſilica D. Irenæi ſepulturæ. *Burchardus Archiepiſcopus* (inquit) *proles regia* [e]. Eum autem ideo nuncupo ſeniorem, ad diſtinctionem nimirum alterius Burchardi, quem nonnulli iactitant ſecundum huiuſce nominis Archipræſulem Lugdunenſem ferè immediatum, teſte vnico Sarrazino, qui nomen in Tabella duplicat ſola nudáque appellatione. Verùm, quàm fuerit hac Cathedra indignus ille ſecūdus, vix vllibi conſecratus, breui ſuſpicietis in Odolrico proximo ſenioris Burchardi ſucceſſore multò digniore, reſpectu nefandi alterius ac impiiſſimi Burchardi. Etenim iunior ille Burchardus iridem hiſtoricè permiſcetur & exprimitur. Propterea̓que non dignamur adlatus & caput impium talem conſtituere. Veh ergo! ô quantum mutatus ab illo! ambobus tametſi conſanguineis. Præfatus verò Sarrazinus hos binos vocat atque conſcribit *Bocardos*. Et Campegius, qui vnicum ſtatuit, ideóque ſolùm à nobis inſigniendum Archiepiſcopum, nominat vtrobique *Brochardum*. At noſ certè vetuſtiorem ſcribendi formam retinemus [f].

Quare dictus ſenior. — *Qualis alius Burchardus iunior Epiſc.* — *II. hiſtoria de eodem ſeniore.*

a Capitulo. b Parad. li. 2. c. 106. c ab an. Imp. 1025. ad 1040. d Henricus pater Corradi 2. Regis ab 1089. ad 1001. obiit Florentiæ. * ſaltem ex parte totius Comitatus, § 1. e Parad. 2. c. 3. c. finali. f Burchardus ex dict. cit.

Paragraphus 2.

PRo ſecundis Chronologiæ notulis, ſimúlque geſtis Burchardi ſenioris, promimus Acta ſerò quidem hauſta ex Archiuis Eccleſiæ Lugdunenſis: at opportunè ſatis, & quando

loca

loca adire fas erat. Quippe incidit ad manum vetuſtus libellus : cui titulus eſt , de funda-
tione Primatialis Eccleſiæ Lugdun. operâ ſtudioſi quondam Comitis ſeu Canonici g. Poſteá-
que hac ſecunda imminente typographia perſimilem chartulam luſtrauimus * in alia vetu-
ſta & correctiore membrana M. S. eiuſdem Eccleſiæ. Exinde verò nos præcipua nonnulla
984. excerpſimus , poſthac ſuis quibuſque locis ordinanda. Ac primùm hæc fatur ille ſcriba: *An-
no ab Incarnatione Chriſti DCCCCLXXXIV.* h *Præſulatus quoque Domini Burchardi anno VI. concio
& Collegium ſancti Stephani apud Lugd. degens , omnib. Deo ſamulantibus pacem & tranquilli-
tatem in Domino. Notum vobis eſſe volumus, quia peccatis noſtris exigentib. qualia ab auo Patres no-*
Excitatio ad preces erga Deum. *ſtri nunquam aurib. ſuis perceperunt ; videntes aſsiduas deſolationes Barbarorum, & continuas deua-
ſtationes rerum, quæ à ſanctis Patrib. Chriſto Domino & Sanctis eius collatæ ſunt ; &c. Nos qui ad
quotidianum officium diuinúmque myſterium delegati ſumus , mœrore animi atque acerbo dolore
admodum addicti non in clypeo & haſta fiduciam habentes , &c. opponimus auxilium , ſubſidium à
Domino petimus , & à Sanctis eius ſuffragia expoſcimus. Videmus etiam terras, quæ noſtro vſui de-
putatæ ſunt , fluere ac interire : & mutatione aëris ac ſterilitate fructus , infœcundas exiſtere , &c.*
Indéque pergit Archiantiſtes enumerare loca, in quæ ius haberet Eccleſia Lugdunenſis : &
multis paginis piè, ne quid ſubtrahatur fratrum à menſa , non obſtante Barbarorum vaſta-
tione. Huius quidem hiſtoriæ veritatem retinemus. Ex qua chartula diſertè conſtat exactiùs
initium Sedis , Burchardi : nimirum quòd cùm annus 884. ſalutis fuerit ſextus inchoatæ vi
literæ : profectò annus primus eiuſdem Archiepiſcopi numeratur nongenteſimus LXXIX,
qui ſuprà i iuſtiſſimè complet tempus præmiſſi alterius ſui Diplomatis pro barbarana Inſula.

Paragraphus 3.

III. hiſtoria. de Burchardo Lugd. TErtia pro Burchardo Chronologia eſt anni DCCCC.XCIX. quale de eo tempus pa-
ret nonnullis verſibus in recentiore hiſtoria Lugdunenſi Claudij Rubyzij k, adeóque
iſtuc non compellenda. Moneo tamen hunc noſtrum Antiſtitem non eſſe imprimis illum
Burchardũ Alemanum per aliquam Sedis tranſlationem, de quo Barouius æquè recens per-
Alij duo Burchardi. git in Annalibus enarrare eodem prorſus anno ex veteri Gallo authore , *quomodo diuinæ vo-
luntatis iudicio Burchardus Germanus, vbi reuerſus eſt Imperator* (Otho 3. l) *in Germaniam, Vuor-
matienſis eſt creatus Epiſcopus ; cæteris morte è medio ſublatis, qui ſeipſos tantæ dignitati auidè ni-*
1. *mis ingeſſerant* m. De quo viro antiquior Tritemius n hæc plura cõgeſſit. *Circa hæc tempora cla-
ruit Burchardus ex Monacho Gemblacenſis Cœnobij ſiue Bobienſis , Epiſcopus Vuormatienſis , vir in
diuinis ſcriptu. doctiſsimus, & ſecularium litterar. non ignarus , &c. Qui inter cætera ingenij ſui
Opuſcula magnum illud Decretorum in XX. libros diſtinctum , quod ex Authoris nomine veteres
Burchardum appellarunt, ex diuerſis in vnum laborioſè & ſatis vtiliter comportauit.* Dixi, inquam,
999. eũdem Burchardum Vuormatienſem non concurrere cũ noſtro Burchardo Lugdunenſi in
idem naturæ indiuiduum. Cùm enim ſynchroni fuerint , nequiuit iſte in eam primariam ſe-
dem Gallicanam transferri , tanquam minimè vacantem. Vterque verò amicus, velut am-
bo ex eadem Germanorum natione oriundi. Deinde, aliò remeantes : certiorem denuo faci-
mus poſteros, quòd poſtquam idem Tritemius annum connotarit 925 o. conſequenter infra
duas pagellas hæc dictitarit. *Eodem anno Burchardus Abbas Hirſfeldenſis factus eſt Epiſcopus poſt
Diedonem in Eccleſia Herbipolenſi* p , *&c.* Et illic proximè adſequitur annus 935. pro aliis Ab-
batibus. Qui Antiſtes creditur equidem proſapiam traxiſſe ex illuſtri Saxonum Principum
ſanguine , è quo prodierant quoque Conradus Imperator & noſter Burchardus. At non
proinde dignoſcuntur fuiſſe vnus ac idem vir : quia Herbipolenſis annoſior debuit obiiſſe,
II. antequam Lugdunenſi ſynonymo agolum ſacrum geſtare licuerit ; tametſi ſe inuicem con-
tueri potuerint, ſcilicet iunior & adoleſcens veteranum. Verùm ſcito alium quoque Bur-
chardum Herbipoli manſiſſe Epiſcopum duobus antea ſeculis, virum ſanè Apoſtolicum , ſeu
primum ibidem Paſtorem, ſanctitate illuſtrem , in Canonem relatum ex Martyrologiis , ac
migraſſe anno 791. q De quo duplici Antiſtite ſynonymo eadem in vrbe ſuccedentibus ha-
IV. hiſtoria. bet rurſus Demochares. r Iam ordine quartum noſtri Burchardi chronologicon eſt anni
M. XIV. quo ipſe Archiflamen legitur comitatus Rodulphum Burgundiæ Regem ad Mo-
naſterium Agaunenſe in illo ſuo Burgundiæ regno ſitum (infir charta s) dum quaſque ad-
dictas ciuitates inuiſeret. Taléque reſcriptum probat iterum ea ſingula vera, quæ dudum
præmiſimus ſub Viuentiolo Archipræſulo t de Agaunenſi loco tutiùs in Burgundiana pro-
1014. uincia conſiſtente. Rex igitur u ſuaſu Antiſtitis vaſtatum bellis Cœnobium munificus in-
ſtaurauit , memor ſui quondam anteceſſoris fundatoris S. Sigiſmundi Regis ibidem con-
Agaunenſes Monachi. ſepulti x , necnon quia tertio Euangelij ſeculo y Thebæorũ legio in ea Valeſiorum regione z
martyriũ conſtanter ſubiit, Duce ſociorum D. Mauritio, quem Religioſi habent ſibi patro-
num

g an. 1607. poſt editionẽ. * in prælo cœptam : inde hæc ibi extra locum ſuum ponuntur, pa. 354. * menſe Iulio 1616. h Scriba Comes allucinatus poſuerat DCCC. loco an. DCCCC. à nob. emendati, additâ vnâ literâ ab eo prætermiſſa , qualis eſt integra in præfato alterio competito lib. fol. 95. 96. i §. 1. cit.

k obiit 983. l Baro. To. 10. colum. 1071. ante Conradum medio Henrico 2. Imp. m Baro. To. 10. colum. 1069 ann. 999 ex Helgaldo Monacho Floriacenſi in Frãcia , in vita Roberti Frãcorum Regis. n pag. 57. Baſileæ 1579. o ib antea paginis notac annum 994. & Abb. Vrſpergen. pa. 227. o pag. 34. p pag. 36 q Baron in Martyro. 14. Octob. ſeu an 791. ex Annalib. r in Tab. Herbipolenſi. To. 1. ca. 35. fol. 68. 69. ſ apud Parad. li. 1. ca. 11. t Nu. 29. §. 5. u an 14. ſui regni. x an. 500. y Diocletia. & Maximia. Imperatorib. z Sarrazinus vocat Agaunenſe Monaſt.

num egregium. Ac circiter id tempus noſter Burchardus ſolenni ritu conſecrauit Brunonem 51. Lingonenſem Epiſcopum.

Paragraphus 4.

V. hiſtoria de eodem Burchardo.

QVintum hiſtoriæ chronologicæ genus in gratiam Burchardi Lugdunenſis ortum habet ex prouinciali Concilio Anſano, hoc eſt in vrbe Anſa palam habito, Lugdunẽſium ac Bellijocenſium limite. Quæ quidẽ vrbs apud vetuſtiſſimũ Antonini Imperatoris itinerariũ a dicta eſt Aſa Pauli: quaſi Apoſtolus Gentium illic pertranſierit per Gallias iter faciens, relictóque nomine. Atque reuerâ Genebrardus in Chronologia teſtatur ſacratiſſimum Paulum Chriſti diſcipulum viſitaſſe Arelatem & Viennam Galliæ ciuitates vrbis præfatæ vicinas b, in quibus Creſcentem & Trophimum reliquit Epiſcopos, Hiſpaniam petendo. De quibus primis illic Epiſcopis etiamnum verba miſcet Apoſtolus in ſuis ad Timotheum c Epiſtolis ſacræ Scripturæ membris. Idem verò Author vetuſtum S. Epiphanium ad hoc allegat. Quem priſcum ſub primitiua Eccleſia in Cypro Epiſcopum nos ipſi legimus dictaſſe Creſcentem prædicaſſe Chriſtum *in Gallia, non in Galatia* (ait d) *velut quidam decepti putant, ſed in Gallia legendum.* Et rurſus: *Principium in Gallia fuit.* Sic itaque Epiphanius emendat

Vrbs *Anſa* vnde dicta.

textum Epiſtolæ ad Timotheum hæc conſcribentem; *Creſcens in Galatia*, cooperans, eò miſſus. Neque iterum vacat graui myſterio vtilis iſta parentheſis, ſeu digreſſio obiter introducta, at prudenter, antequam Concilij ſcopum attingamus. Etenim antiquior Varro helluo librorum paulò ante Chriſtum natum e, contemplatur Aram dictam quaſi Anſam, ne dicam *Aſam* per ſyncopen: eò quòd ſacrificantes ſuper Ara, anſas eius tenebant, ſeu duas extremas Aræ prominentes vtrinque auriculas f manibus attrectari ſolitas arripiebant. Et ſanè ex libro Exodi ſacro, quando Moyſes Altare compoſuit, *Anſulas hyacinthinas in lateribus* Tabernaculi Altaris habuit inſtruendas, *vt anſa* (inſit textus) *contra anſam veniat, &c.* Videtur ergo vrbs Anſa ideo apud veteres ſic nuncupata, quòd illic primò Anſa ſeu Ara euangelica pro Chriſti corpore conſecrando erecta ſit à primæuis Chriſticolis, & à Paulo eos baptizante ſeu conſiſtente in Galliis. Hinc mox ad propoſitum finem remeantes, Synodi Acta recenſeamus. Profectò, ea non ex riuulis San-Iuliani & Paradini depromplimus, vndecunque ſua ſcripta mutuati ſint, dum huiuſce rei meminerunt. Verùm nos in ipſomet fonte & archetypo materiam vniuerſam hauſimus. Eiuſmodi nanque eſt autographum M. S. Titulorum *Eccleſiæ Matiſconis* h: *equidem tutiùs factum. Anno M. XXV. Dominicæ Incarnationis conuenerunt apud Anſam in Eccleſia S. Romani, cauſa conſilij, Archiepiſcopi cum plurib. Epiſcopis:*

Concilium Anſanum I.

1025. *ſcilicet Burchardus Lugdunenſis Archiepiſcopus, alius Burchardus Archiepiſcopus Viennenſis, Amiro Archiepiſcopus Tarentaſienſis, Helminus* i *Epiſc. Eduenſis, Gauslenus Epiſc. Matiſcenſis, Gauffredus* k *Epiſcopus Cabilonenſis, Hugo* l *Comes Epiſcopus Antiſiodorenſis, Guigo Epiſcopus Valentinenſis, Vmbertus Epiſcopus Gratianopolitanus, Aribaldus Epiſcopus V[illegible]enſis, Anſelmus*

Patres. *Epiſc. Auguſtenſis, & Vrardus Epiſc. Maurianenſis. En duodecim Patres. Dum igitur multa de eccleſiaſticis cauſis & de communi populi vtilitate ibidem tractarent: ſurgens ſupradictus Gauslenus Epiſc. in medio proclamauit ſe conqueri de Burchardo prædicto Vienn. Archiepiſc. qui ſine licentia & aſſenſu ſuo, contra Canonum ſtatuta, ordinationes de Monachis fecerat in Epiſcopatu ſuo, ſcilicet in Cluniacenſi Cœnobio. Ad quæ idem Archiepiſcopus reſpondens: Dominum Odilonem* m *Abbatem, qui præſens aderat, illarum Ordinationum adduxit auctorem, in defenſorem. Itaque Dom. Odilo* n *cum ſuis Monachis ſurgens, oſtendit Priuilegium, quod habebant à Rom. Eccleſia, quod eis talem libertatem tribuebat: vt nulli in cuius territorio degebant, nec alicui aliquatenus ſubiacerent Epiſcopo: ſed quemcunque vellent, adirent, vel de qualibet regione adducerent Epiſcopum, qui faceret ordinationes, vel conſecrationes in eorum Monaſterio. Relegentes ergo ſancti Calcedonenſis* o *&*

Cluniacum tunc Diœceſis Matiſconenſis.

plurimorum authenticorum Conciliorum p *ſententias, quib. præcipitur qualiter per vnamquamque regionem Abbates & Monachi proprio debeant Epiſcopo ſubiici, & ne Epiſcopus in Parœcia alterius audeat Ordinationes vel conſecrationes abſque licentia ipſius Epiſcopi facere, decreuerunt Chartam non eſſe ratam, quæ Canonicis non ſolùm non concordaret, ſed etiam contrairet ſententiis. Adiudicauerunt quoque Dom. Abbatem non poſſe exiſtere Archiepiſcopo legitimum auctorem canonicæ defenſionis. Vnde prædictus Archiepiſcopus ratione conuictus, petens veniam à Gausleno Epiſcopo, loco ſatisfactionis firmauit, & per quales ipſe voluit fideiuſſores, vt vnoquoque anno quandiu ambo viuerent tempore Quadrageſimæ ſufficientiam olei de oliuis ad conficiendum chriſma ipſi perſolueret ſine negligentia.* En abrogatio prætenſæ Cluniacenſis à Diœceſano exemptionis illo ſaltem tem-

Rationes reiectorum inde Priuilegiorum.

pore q: fortaſſis quia literæ Apoſtolicæ nimiùm adhuc recentiores deprehendebantur, quaſi per ſurreptionem obtentæ, non vocata & audita parte, aut re eidem priùs canonicè non indicata ante Concilium: vel denique eò quòd vix dum ſatis expreſſæ eſſent eiuſmodi Bullæ ad rationem petitionis. Vnde iuſta fuerit earundem diſiectio. Quo de negotio tamen

liceat

a commentatore Ioſia Simlero Alemano.
b Vienna ab Anſa 9. milliar.
c 2. c. 4. v. 10.
20. Genebr. pa 226. Pariſ. 1600.
d pag. 132. Pariſ. 1564. ſeu Hæreſi 51. pag. 4.
e annis 31. priùs. Scrip. 490. libros. Gell. lib. 23.
f ad cornua Epiſtolæ & Euangelij.
g Exo. 26. v. 4. 5 & c. 36. 14.
h fol. 178. 179.
i Demochari Helmuinus. a. c. 28.
k in 1. edit. pa. 440. Gothofredus.
l eſt 49. li. 2. ca. 19.
Tanc ... Iauaa. ann. 1000. Bartholomeus de Bochalia Cannnicus Eccleſiæ Lugd. multa dedit in augmẽtum Capellæ S. Limphadi, etiam feuda & Homagia de Ginorgio, ex Repertorio Anniuerſar. eccl. fol. 40. 41. 42.
m eſt Sanctus. Feſtum 15. Ianuar.
n Rexit ab an 994. ad 1049.
o 4 œcumenici ſub Leone Lan. 451. à Can. 2. ad 8.
p Agathenſe Prouinciali Can. 27.
q Ad minus 145. Bullæ, imò plures.
* Vide in Tabu. hiſtor. Matiſconnu. 35. 55. 38.

liceat hoc loco pauca enarrare, quibus plana deinceps Cluniaci exemptio pateat. Nam proculdubio ad manus noſtras perſtant quædam M. S. permultorum Abbatiæ Priuilegiorum (vt arbitror omnium q) quæ ipſi dudum è Cœnobio cum venia excerpſimus.* Ex illis Chartulis, inter cætera, ad hoc propoſitum fit manifeſtum imprimis, Epiſcopos munia ſua agere nō debere in eodē Monaſterio, niſi ab Abbate inuitentur, decernente Ioanne XVI. Pontifice Max. ſub anno 994.r Deinde, Religioſos ibidem vouentes poſſe à quocunque Antiſtite Ordines ſuſcipere, Abbatémque ſuam à quouis expetere conſecrationem, ſtatuente Gregorio V. anno ſequenti ſ. Ecce diplomata, quæ videntur præſens Anſanum Concilium anteceſſiſſe. Si quæ autem alia eius generis ipſum conſecuta ſunt, cenſentur fuiſſe potiùs generaliores quædam præteritorum Priuilegiorum Confirmationes à Leone IX. t Victore II. u Stephano IX. x & Alexandro II. y Pontificibus Romanis confectæ, ſemper in Cluniacenſium fauorem. Sed potiſſimùm & ſpeciali quodam ſtilo ad hoc inſtitutum emerſit Gregorius Papa VII. quî dum vniuerſim ea quæ præfiximus, corroborare ſtuduit, Bullulas LXXVII.z recèns adiecit, nimirum quòd hi Monachi ſacrum oleum, Chriſma, conſecrationes Cappellarum & Altarium à quocunque Epiſcopo ſumant. Illius autem ſucceſſor a Vrbanus II. idem renouabat ſuper Altarium & Eccleſiarum conſecratione. Ipſéque poſtea vetuit b, ne pro vicinarum Diœceſeum interdictione vel ſuſpenſione à diuinis officiis, Religioſi & Conuentus eam ſuſpenſionem patiantur: quódque Legatus viſitare Monaſterium non poſsit, niſi eò expreſsè dirigatur. Et quod amplius eſt, Paſchalis II. conceſsit denuo c, quòd in Monaſterio Cluniacenſi oleum & ſanctum Chriſma per quencunque Antiſtitem confici & conſecrari valeat. Adeóque Cluniacenſes ex vſu & de facto viſi ſunt deinceps à Maticenſis Epiſcopi iuriſdictione diſtracti & ſoluti. Reliqua tum priuilegia, tum Synodi Acta nobis ignota, prætérimus. Etenim veriſimile non eſt hoſce Patres à Burchardo Lugdunēſi conuocatos eſſe duntaxat ad ſedandam petentis Maticenſis Epiſcopi & defenſoris Viennenſis controuerſiam, eò quòd leuior cenſeretur hæc vna coëundi materia. Sed nihil dubium, quin alias plures ob cauſas publicas credatur adunatum Concilium; maximè quia à fronte præfati textus hæc habentur: *Dum multa de eccleſiaſticis cauſsis & de communi populi vtilitate ibid. tractarent, ſurgens Gauslenus Epiſc. proclamauit, &c.* Vnde concluditur Præſulis Gauſleni querimoniam videri Synodo extraneam, aduentitiam, priuatam, & ſub exitum Capituli propoſitam, aut iudicatam poſt latas certè grauiores alias ſententias illi cœtui præcipuas, quæ ſcripto ad noſtros vſque dies minimè peruenerunt, obſtante frequenti ciuilium bellorum ſtrage omnia vaſtante & conſumente. Ideo autem in Archiuis Eccleſiæ Maticenſis typum inuenimus, non de omnibus Concilij Actibus, verùm de vnica ſeſsione moti inter duos illos contendentes Prælatos negotij, quia ſynchroni veteres Clerici Matiſcónenſes ſolùm decerpſerunt ex toto Concilio ea quæ ad ſeipſos pertinerent, & omiſsis rebus cæteris ſuam ſeſsiunculam hactenus è voracibus Caluinitatum flammis liberarunt ac conſeruarunt. Atque hæc de Synodo prouinciali Anſana. Quam certè arbitramur eſſe poſtea ibidem conuocatam, donec maior notitia de alia admodum anteriore illuceſcat. Nam dum iſta apud Typographum parata in lucem prodeunt, audimus * iam Viennæ prælo mitti nouum Opus de vita S. Theobaldi Viennenſis Epiſcopi, proximique anteceſſoris Burchardi ibidem Præſulis: Matutinales cuius Theobaldi Lectiones ſcribunt eum adiiſſe Anſanam Synodum aliquam & alias nonnullas. At hiſtoriola minimè adnominat aut enumerat ſocios vocatos Theobaldi Patres, neque annum celebrati Concilij. Adeóque breuiſsima inter vtrunque Antiſtitem diſtantia, necnon penuria deducendi res in ſuas ſpecies ſub Theobaldo, efficit vt totum hoc credamus confeciſſe vnum & idem Concilium in illo M.S. referri ſolitum ad Theobaldum, in cæteris verò M.S. ad ſequacem Burchardum. Quos vt probè concordes redderemus, poſſemus ritè opinari Theobaldum obiiſſe, quando in mandatis erat Concilium: ſed Burchardum inde ſedulò Viennæ inauguratum, veniſſe Cluniacum ad conſecranda Altaria, & è veſtigio ad Anſanum Concilium fortaſsis incœptum iter arripuiſſe. Igitur, poſito hîc vnico Anſano Concilio, monendum quòd ſecundum illic habitum occurrer efferendū Num. LXXII. Et de hoc primo vide alia in Matiſconenſib. Num. XXXV.

Alia poſteriora Priuilegia, fortiora

Paragraphus 5.

ALiò dum conſequenter tendimus, nunc commemorandum obiter cenſemus vim triplicis argumenti à moderno Authore Claudio Rubyzio profecti d, qui docet Lugdunenſem Eccleſiam cœpiſſe ſub noſtro Burchardo Lugdunco Comitatum patriæ iuráque fori poſsidere in titulum e. Primùm quidem is ducitur argumento ab antecedentibus: quòd ſcilicet ante hoc tempus priuati duntaxat nobiles ea dignitate magnopere pollebant & enitebant, tum ab Imperatoribus tum à Regibus in dotem accepta pro ſtirpe ac ſobole, ob res quaſdam præclarè geſtas. Eiuſmodi fuère Guilelmus

q Ad minus 245. Bullæ, imò plures.
* vide in Tabu hiſtor. Matiſcon. Nu. 35. 37. 38.
r an. 10. qui ex Genebr. incepit ann. 981. ſed ex Baron. fuit Ioannes 15. an. 10. penult. Sedis.
ſ 995. ann. 1. Genebr. at ex Baron. cœpit an 996.
t an. 1049. & 2. Sedis. Genebr.
u 1054. & 1.
x an 1057. eſt Steph. 10. ano. 1. quia nouus ſedit ao. 940. & 41 Genebr. ac Baron.
y 1061. ann. 2.
z an. 5. Sedis. 1077.
a poſt Victor. 3 an. 1096. & 9. Sed.
b 1097. ſeq. can. 1107. & 7. Sed. Incipit *Eſurientes.*
c poſt aliam generalior. quæ incip. *Religionis prærogatiua.*
* in æſtate an. 1618.
d lib. 3. c. 31.
e cum hominij iure tunc Imperatori reddi cœpto, & poſtea Franciæ Regib. perſolui ſolito ann. 4030. moriente Roberto Rege.
f De quib. Nu. 91. §. 3.

ibidem Comes ad annum DCCCC. XIII. Item Artaldus I. eius filius, Girardus Artaldi, & Artaldus II. Girardi proles *. Secundò, idem Author alio deinde à concomitantibus impellitur argumento: quòd nimirum Rodulphus poſtremus Burgundiæ ſimul & Lugdunenſis Galliæ Rex, ſuum regnum Teſtamento deuouit Conrado I. Imperatori & Henrico III. eius filio ſucceſſori, Burchardique Præſulis fratri: quos probabile fuerit in ſui ſanguinis gratiam perpetuo dono vrbis ditionem & Comitatum nexuiſſe tunc Eccleſiæ Lugdunenſi. Ac denique tertio argumento, à conſequentibus: quòd deinceps & hactenus Eccleſia Lugdunenſis id Comitatus inſigne poſſidet. Hæc ille ſolùm. Reuerà conſpeximus Tritemium [f] & Ioannem Tillium [g] obitus Rodulphi teſtatoris meminiſſe [h]. Sed potiſſimùm quando Paulus Æmilius ſcribit Rodulphum morientem *diadema cæteráque Regni inſignia ad Conradum miſiſſe, & Henricum eius filium hæredem inſtituiſſe*: hæc vniuerſim ſubiicit idem

1031. Æmilius: *Vrbium illarum, in quib. & Lugdunenſis Pontifex numeratur* (inquit) *dicto audientes ſunt, præſidia arcib. recipiunt* [i], *&c.* Iſta autem, ex S. Antonino Florentino [k], geſta ſunt ab anno ſalutis M. XXXI. & deinceps. Quos authores quatuor & noſtra additamenta non allegat recens ille Rubyzius præter Æmilij portiunculam. Ex eiuſmodi verò textibus aliiſque adiunctis, tanquam poſteri euentus experientiâ innixis; ſanè veriſimili argumento inferre licet, Lugdunenſem Eccleſiam cœpiſſe confuſum aliquod temporale ius nanciſci in Ciuitate atque prouincia, ex mera poſſeſſione citra vllum Reſcriptum. At nondum tunc ſpecialis prærogatiua Comitatus eidem Eccleſiæ creditur acquiſita: ſaltem non tota: ſed portio quædam ad ſummum. Enimuerò tali ſententiæ impedimento eſt quidam Vuilelmus nobilis laicus, qui poſtmodum legitur Comes Lugdunenſis ſequenti ſeculo, ſeu anno 1107. tempore Hugonis Archiepiſcopi. Idque liquet ex imperfecto eo inſtrumento, quod diuulgat Paradinus [l]. Ad minus Comes, inquam, maiori ex parte [m]. Nota autem totius Comitatus attributi Eccleſiæ dilucidè apparet ab anno M. C. LVII. & adſequenti decennio, ſub Archiepiſcopis Eraclio [n] atque Guichardo [o], veluti deprehendimus ex prototypis in Eccleſiæ Gazophylacio poſtea coràm oſtenſis, ac præfato recentiori hiſtoriographo ignotis. Qui ideo ex leui duntaxat coniectura, nedicam fallaci, totum Comitatum Eccleſiæ à tempore Burchardi cœptum videri eſt arbitratus.

Triplex genus probationis iſtic adauctum.

* de quib. Nu. 94. §. 5.
f pag. 35. ex edit. Baſileenſi. S[c]riptit an. 1508.
g In Chronic.
h obiit 937. at ex S gib. 936. qui tamē eius poſtea teſtamentum narrat an: 1019. fuitque vltim Rex Burg.
i Alia Nu. 78. §. Obiter.
k par 2. c. 8. Tit. 16. §. 2. & 2. vocat *Chunradum*.
l li. 2. c. 25.
m velut per appennagium.
n Nu. 78.
o Nu. 80.

Paragraphus 6.

Finem petituri, aggeres componimus hiſtoriolæ principis coætanei, & eiuſdem cum noſtro Archipræſule cognominis: perindéque veriùs conſanguinei. Sic Flodoardus. *Hugo filius Bertæ, Rex Romæ ſuper Italiam conſtituitur, expulſo Rodulpho Ciſalpinæ Galliæ Rege, qui regnum illud peruaſerat, & alteri fœmina viuente vxore ſua ſe copulauerat, occiſo quoque à filiis Bertæ Burchardo Alemanorum Principe, ipſius Rodulphi ſocero, qui Alpes cum ipſo transmeauerat, Italiam regni gratiâ recuperandi genero, &c.* Deque his quoque Luitprandus [p]. Hic autem latet homonymia: an iſte Rodulphus Rex ſit ille, de quo ſuprà cum Burchardo Archipræſule eius Comite ad Agaunenſes, & qui tandem patrimonium Conrado impertitus eſt. Prima fronte iſte cenſeretur is eſſe, cuius recordati ſumus cum eodem Lugdunenſi Patriarcha. At qui prudēs oculatè proſpiciet, intuebitur duos extitiſſe Rodulphos pene ſynchronos, quinimo ambos ſucceſſiuè Reges Burgundiæ. Vt priùs itaque diſtinguendum ſit de quonam concipiatur vox æquiuoca, quàm definiendum de vno ſolo, & lectori, qui aliunde reliquum peruolutaret, ingerendum ancipites ac inextricabiles nodos in diſcernendo. Igitur prior Rodulphus eſt filius Richardi Burgundi, poſtea Rex quoque Galliarum ſeu Franciæ, Caroli ſimplicis ſucceſſore, ſiue per biēnium, vt cenſet Tillius [q] ab anno DCCCCXXVII. ſiue per annos XII. vti confirmat Aimoinus [r], donec Ludouicus Simplicis filius Transmarinus ex Anglia liber rediiſſet. Etiámque Baronius [ſ], qui Flodoardum recenſet, hiſtoriam adſcribit anno 926. Hinc alius Princeps ſynonymus eſt Rodulphus cognomine *Transiurenſis* à Tillio in Chron. ſub anno M. XXIV. Præfata verò Flodoardi hiſtoria, de priore cenſetur intelligi; quia Paulus Æmilius hæc loquitur. [t] *Carolus in cuſtodia poſitus, in procerum concilio profitetur Regnum dare Rodulpho Burgundiæ Regi Richardi filio. Ferox Burgundio eo erat, quòd in matrimonio habebat Bertam Burchardi Sueuorum Ducis filiam Francorum amantiſſimi, cùm cæteri Germani alieneres à Francis haberentur.* Sicque Burchardus Alemaniæ Monarcha, de quo Flodoardus & Æmilius, Gallis pariter erat valde dilectus: vt hinc ille annoſior facilè procurarit Primatum Galliæ alteri Burchardo fortè nepoti ſuo, alitérve conſanguineo, velut ab adoleſcentia multùm prudenti natus annis ad minus ſex & quadraginta, quibus de facto cœpit ipſe Primatiam poſſidere, antequam Imperium deueniſſet in ſui patris Conradi poteſtatem. Porrò, de poſteriore agnomine & principe, audi quoque Æmilium.

Alius Burchardus Princeps laicus, ferè ſynchronus affinis.

Duo Rodulphi Reges Burgundiæ eodem ſeculo.

p li. 3. ca. 4. finali.
q In Chronico.
r li. 3 de Geſtis Francor. cap. 42.
ſ To. 10. col. 804. Mogunt.
t fol. 62.

Æmilium [u]. *Conradus Auguſtus per maiores ſuos Germanorum Francorúmque nobiliſſimis familiis iunctus, nonam neceſſitudinem iniuit, filia Odoni Comiti Campano in matrimonium data. Rodulphus Giſilæ Auguſtæ auunculus Burgundiæ rex ſalutatus, charitate erga Francos nemini ceſſit, &c.* Itaque, præter alterum Rodulphum iſtic apertè deprehenſum, inſuper reliqua illa phraſis de Conrado in Francia dilecto, humanam fidem adaugere videtur, quòd fuerit conſanguinitate vinctus peramico ibidem Burchardo Alemaniæ Principi: cuius etiam nexu Conradus ipſe proſperum habeter in Galliam acceſſum ab initio, amicitia & affinitate aucta ex filio priùs ſimiliter euecto ad Franciæ Primatum feliciter. Cuius Archipræſulis exitum tandem contuentes, legimus in vno Obituum libro & Eccleſiæ Lugdunenſis eum in cœlos abiiſſe 4. Idus Iunij (anno incerto) & ex altero velut tutiore autographo mortem diſtuliſſe [x] ad menſem ſequentem pari die [y], dictúmque illic *Brocardum*. Sed rurſus aduerte, id ſecurius volumen alio in folio [z] ſub illo *Brocardi* nomine conſeribere eundem è viuis receſſiſſe 10. Kalend. Iulij. Vnde videretur inferendum Codicem innuere duos Burchardos Lugduni Sedē fixiſſe. Et ſanè alibi denuo in illo Opuſculo [a] duplex *Brocardus* ſtatuitur, præmiſſo iiſdem vocibus Amblardo, ſub illo breui catalogo. Verùm certè multiplex illa ſcriptura interpretationem non ægrè patietur. Pro qua idcirco ſoluenda diſſonantia, recurre ad inferiora in Odolrico: ne res iſtic nauſeam pariat, fruſtráque refricemus. Interea dies 10. Kalendarum Iulij ſumi nequit pro nefando iuniore Burchardo; viro perennibus, vti mox aduertetis [b], mancipato carceribus. Nam libet M. S. Obituum Eccleſiæ Matiſconenſis, alius à tuto præmiſſo & eidem valde concors, hæc fatur nobis conſpicua. *X. Kalend. Iulij obiit Borchardus Lugdunenſis Archiepiſcopus, qui dedit S. Vincentio* (Cathedrali Matiſconi) *Caſulam purpuream auro ornatam, & duo pallia purpurea.* Quod donum minimè credendum eſt profluxiſſe ex Burchardo iuniore, qui adeo triſtem exitum habuit. Potiùs ergo manauit ex Burchardo ſeniore, qui proinde tali die fato ceſſit, Conrado patre ſuo paucis antè annis duntaxat ad Imperium electo, quando iſte filius mortem obiuit, tametſi idem Conradus pridem eſſet aliunde Rex.

Obitus Burchardi.

u fol. 64.
x fol. 181.
y 4. Idus Iulii.
Prætetimus geſta quædam intemperantis animi ei ſpiè attributa. Baro. To. 11. an. 1034. ſub Conrado Imp. an. 8. Mogun. col. 361 & alia perperam acta ab alio anonymo Præſule, à nonnullis eidem Burchardo adſcripta. Adſ. Herman. li. 1. c. 49 30.
z 185.
a fol. 124.
b Nu 65. §. 1.

LXVIII. Paragraphus 1.

ODOLRICVS his conſcribitur notulis in veteri Homiliario: tum *Oldoricus* apud Campegium, *Odoloicus* Sarrazino, aliis *Oldericus*, & *Oldricus*: item cæteris infrà dictatis *Odelricus*. Prima appellatio, velut lenior & antiquior, à nobis & Paradino retinetur. Qui author ſimul ac præfati Tabularij locum hunc eidem viro ſtatuunt, proximè ante Almardum ſequacem Archiepiſcopum. Canonica verò illius electio & conſecratio deprehenditur facta anno ſalutis milleſimo triceſimo quarto. Liquet ex priſcis authorum lineis recens à Baronio expreſſis: & vel à nobis etiam in ipſomet archetypo poſtmodum recognitis. Equidem rutiùs actum. Illic vnà perſpectum iris hoſtiles Burchardi ſecundi aggreſſus, & teterrimum ſuæ militaris vitæ genus. Vt abſurdum videretur, ſi alter ille Burchardus in recta & categorica Archipræſulum ſerie à fronte locaretur. Eiuſmodique hiſtoria latiùs nunc depromitur ex integra poſteriore Annalium Baronij editione [c], ab eo conſcripta ſub anno veteri M. XXXIV. quæ alioqui ſtrictiùs exprimebatur in priore ſua & noſtra chronologia: *Eodem anno* (inquit) *Conradus Imperator Burgundiam ſibi relictam à Rudolpho armis ſubegit; cùm & Burchardum Lugdunenſem Archiepiſcopum* (ait Hermannus [d] *ſui temporis ſcriptor*) *genere nobilem & ſtrenuum cum multis aliis Principib. in deditionem accepit ſubiugatáque Burgundia regnō rediit. Hæc ipſe. Sed quæ his ſubiiciat Glaber* [e] *de Burchardo ſeniore agens audiamus. Fuit igitur in ſupra taxatis dieb. diſſenſio permaxima poſt mortem Burchardi Archipræſulis Lugdun. de Præſulatu ipſius Sedis, quam plures non iuſtis appetebant meritis: ſed inſtinctu ſuperbæ elationis primus omnium prædicti Burchardi nepos eiuſdem æquiuocus, ſupra modum ſuperbiſſimus, relicta Sede propria Auguſtana ciuitatis procaciter Lugdunenſem arripuit. Qui poſt multas perpetratas nequitias, captus à militibus Imperatoris perpetuo eſt condemnatus exilio. Poſt ipſum verò quidam Comes Gerardum filium ſuum paruulum arroganter ibidem, ſolâ præſumptione authorem ſubſtituit* [f]: *& ipſe poſt modicum, non vt Paſtor ouium, ſed velut mercenarius in fugam verſus delituit. Quæ omnia dum perlata fuiſſent Romano Pontifici: ſuggeſtum eſt ei à viris fidelib. vt ſua authoritate Patrem Odilonem Cluniacenſis Monaſterij Abbatem eligeret conſecrari Pontificem. Sic enim totius Cleri ac plebis optans acclamabat deuotio. Qui protinus mittens eidem Patri Pallium & annulum, imperauit eundem prædictæ ciuitatis fore Archiepiſcopum. Sed vir religioſus ſuæ humilitatis attendens propoſitum, omnimodis renuit fieri:*

Canonica Odolrici electio.

Ann. 1034.

Iniqua præcedens Burchardi iunioris intruſio.

c Remæ To. 11. an. 1601. pag. 123. ſub an. 1034. & Antuerpiæ. col. 160.
d Contra edit. vlt ex Cod Auguſtan hoc an. & 1036.
e lib. 5. ca. 4. hunc ipſum legi, pag. 57.
f per omnia ſceleſtum & ſacrilegum.

Duo alij intermedij nominati nec conſecrati Archiepiſcopi.

Pallium & annulum ſuſcipiens, illi qui Deo dignus exiſteret, reſeruauit futuro Pontifici eiuſdem Sedis. Et poſt pauca: Contigit enim poſtmodum, vt Henricus Rex recepto regno Auſtraſiorum, dum accepiſſet huius diſſenſionis cladem, condoluit; perquirens quid exinde agere deberet. Cui dum apud Veſontionem deueniſſet, ſuggeſtum eſt tam ab Epiſcopis quàm ab omni plebe, vt virum aquè tali miniſterio dignum Odelricum, ſcilicet Lingonenſis Eccleſia Archidiaconum Lugduni conſtitueret Pontificem. Qui protinus vt ſuggeſtum fuerat, ſpecioſiſſimis adornatum indumentis ad præfatam illum deſtinauit Sedem. Illico nempe reſtituta eſt totius prouinciæ requies, & pax diu optata cum gaudio. Huc vſque de Eccleſia Lugdunenſi diu agitata diſcordiis: ac tandem optimi Præſulis ſubſtitutione pacata. En legitima Odolrici electio, & è contra improbi Burchardi iunioris eiectio, ſeu potiùs matura & æqua præpeditio, ne is fruatur ambitis. Cuius adhuc imperfecti thematis cætera ſeorſum putamus abſoluenda in ſequente Paragrapho; quaſi præfatorum textuum interprete.

Paragraphus 2.

Burchardi iunioris ſecluſio ab hac Sede.

DE præfato iuniore Burchardo hæc multa opportunè ediſſerimus. Imprimis, quemadmodum nullus Tabulariorum hactenus homuncium Gerardum repoſuit in Lugdunenſium Archiepiſcoporum catalogo: ſic neque in eodem hunc Burchardum proponere debuerunt. Etiamnum, pro ſecunda oppugnandi arce, Campegius accuratior & prior in ſuis pingendis Tabellis tale nomen ſemel inſcripſit: hoc eſt vnicum Burchardum ſeniorem concepit, præſertimque Odolrici anteceſſorem effecit, prætermiſſo iuniore velut indigniſſimo: licèt Sarrazinus illo authore poſterior, ac ſolo nomine loquax bis eam vocem emiſerit. Tertiò, nullibi patet de ipſius Burchardi tardioris electione & conſecratione: at veriùs manifeſta eſt ſola vſurpatio à ſuperbiſſimo illo viro enixa: vt nihil iuris ſuperſit, quo is ad rectam ſeriem reuocetur. Quartò, iſtum ſatis remouendum intellexit Glaber hiſtoricus, quando Scriba illum poſteriorem vocat æquiuocum, nimirum vel nothum ex impuris quibuſdam natalibus emerſum, vel minimè in expectato honorario admiſſum, vel tandem eo nequaquam pacificè fretum, vt optimè propatruus ipſius Imperator eum ritè expulerit & incarcerarit. Itaque Eccleſia Lugdunenſis paucis fortè annis legitimo tunc Paſtore orbata creditur, priuſquàm ei de pergrato Odolrico prouideretur. Pariterque circa præfatas duas rationes cenſendum eſt de Gerardo anonymi Comitis filio, æquè impio, & in fugam verſo. g ab ann. 1059. ad 1062. Genebr.

Tres alij Burchardi alibi Epiſcopi, etiam improbi.

Quintò, obſeruabis, Lector, hunc iuniorem Burchardum minimè fuiſſe Burchardum illum vix meliorem, qui feriùs paulò enituit Epiſcopus Halberſtadenſis. Is enim inuadens Monaſterium Helueldenſe, cenſuris cohibitus eſt à Nicolao PP. II. g vnde miſerabili mortis genere periit, ex Baronio h. Ipſe verò, ex Demochare, ſub eundem annum duos ſui patrimonij Bauariæ Comitatus Eccleſiæ contulit: fortaſſis in ſignum pœnitentiæ, ob patratũ id facinus. Sextò, eodẽ poſtea ſeculo vixit Burchardus Lauſanẽſis Epiſcopus, à Gregorio Papa VII. pariter excõmunicatus i, & tandẽ occiſus in prælio à Catholicis k. Septimò, tũc & Burchardus Baſileenſis Epiſcopus cum præfato Lauſanenſi l: aduerſus quem Epiſcopum & alios quoſdam ſententia anathematis tandem perlata eſt m in Concilio Quintilino Burgenſi. Hæc de improbis quatuor Burchardis citra pios alios eiuſdem nomenclaturæ antecedenti Numero n recenſitos. Mox aliud commemoremus ſpectans ad hanc rurſus controuerſam permixtorum falsò ſedentium notam.

h Tom. 11. pag. 270. an. 1019
i ann. 1076. & 4. PP. Bar. pa. 481.
k an. 1089. pa. 61.
l ann. 1077. pa. 505.
m an. 1085. pa. 584.
n 67. §. 3. & 6.

Paragraphus 3.

QVando hæc ad Typographum Charta proficiſci ferè putabatur quodam priore conatu, exiit è prælo Volumen Chifletij, cuius meminimus apud Viuentium Lugdunenſem Archiepiſcopum o. Author in S. Protadio 23. Antiſtite Biſuntino ſub anno 626. p hæc aliunde mutuatus eſt. *Lambertum Lingonenſem Epiſc. cum eſſe non dubitamus* (inquit) *qui cenſetur inter amicos Eccleſia Biſuntina. Proſtant verba in veteri Miſſali codice Baſilica S. Stephani Veſontionum, in quo ſic habes.* Ita nos clariùs paulò textum ſuum ordimur. Deinde is refert libri Miſſalis lineolas tales. *Nomina amicorum noſtror, defunctor. Vualterius Eduenſis Epiſcopus, Luzo Darentaſia Archiepiſcopus, Lambertus Lingonenſis Epiſcop. Hugo Lauſonenſis Epiſcop. Vilelmus Dinionenſis Abbas, Aldricus Vercellenſis Epiſcop. Nizo Lugdunenſis Epiſcop. Poppo Patriarcha Aquilienſis.* Tum idem exſcriptor claudit rem vniuerſam hoc pacto. *Iſta porrò in hunc locum retulimus* (ait) *occaſione inuenti ſub Protadio brachy S. Stephani, cùm tamen ea aliquot pòſt ſæculis contigiſſe conſtet.* En ergo, intuemini, quemadmodum apparet quidam Nizo ad Lugdunenſes Præſules pertinens. De cuius æuo percontandum eſt ex patentibus magis adnominatorum ibidem circunſtantiis. Quippe, ex Demochare q Lambertus Lingonum Præſul quadrageſimus octauus florebat circa annos 1020. 30. & 40.

o Nu. 41. §.
p pag. 137.
q To. 2. c. 28.

ſeden

ſedentibus Lugduni iam ſuperiùs dictis Burchardo ſeniore & Odolrico. Ratio huiuſce temporis eſt, quia Democharės efficit Brunonem præceſſiſſe ibidem Lambertum immediatè: qui Bruno ab ipſo Burchardo conſecratus fuerat loci Antiſtes ſub annum 1014. vti legendum præbemus ſuprà [a] ex veterum hauſta traditione. Conſimiliter, Vualterius Eduenſis, qui in Democharė vocitatur Gualtherus 46. ex affinibus ſedentium Heduæ, iiſdem penè diebus adiacet. Igitur Nizo prætenſus Lugdunenſis Antiſtes ad hoſce annos quoque pertinuit. Propterea, in præſenti rerum ſtatu atque notitia, eius hîc recordamur ſub Odolrico; & quidem tantùm per appendicem, donec maiora prædicentur, ſi in poſterum occurrat. Verùm hac idcirco vice, illum ad caput ordinandorum minimè erigimus: Imprimis eò quòd ſuperiora reſcripta aduersùs Burchardum iuniorem & Gerardum eiectos * has denuò voces ex Glabero circumambiunt: *Fuit diſſenſio maxima de Præſulatu Sedis Lugdunenſis, quam plures non iuſtis appetebant meritis, ſed inſtinctu ſuperbæ elationis, &c.* Vbi certè dictio *plures* excedit præmiſſos duos viros indirectâ viâ locum ambientes, adeóque diuinitus percuſſos. Etenim vocabulum ex ſe denominat viros plures duobus, ne dicam vel etiam tribus ſuapte naturâ, ex primaria impoſitione. Igitur probabilius eſt Nizonem oſtenſum coætaneum, extitiſſe vnum ex illis pluribus ſupra duos, qui indebitè ſeipſum ad Cathedram erigere cupiens, ad ima quoque è diametro depreſſus eſt. Iuge ſuperborum ſtipendium, à cacodæmone cœptum. Secundò, hanc qui nollet ſententiam magnifacere, credat igitur oportet Nizonem fortaſſis ortu Biſuntinenſem, perindéque ciuium amicum, tunc extitiſſe duntaxat Coëpiſcopum vel Suffraganeum Diœceſanum Lugdunenſis Archiepiſcopi, qui velut Primas poteſt & aſſolet canonico iure alium Sacerdotem ad epiſcopalia munia ſolenni ritu conſecratum ſibi aut domui ſuæ coadiutorem aſciſcere, ſicuti hodie in more & praxi poſitum quoque eſt apud pleroſque alios Archipræſules, ne dicam penè omnes. Hos enim ſenſus in textu Miſſalis Veſontionenſis ſubindicat & induit nomen ſimplicis Epiſcopi eidem Nizoni ad calcem attributū. Tertiò, vix tutam aut publicam fidem efficit illa Miſſalis ſcriptura, vt pote quæ alioqui deberet in corpore & eſſentialibus libri contineri: nimirum in Epiſtola, Graduali, aut Euangelio alicuius Miſſæ deprehendi. Quam genuinam inciſionem ſanè nullatenus redolent verba ipſa, quæ inde ſuprà extulimus. Ea ergo ſunt addititia huic volumini & priuatæ manus haud ſatis antiquæ. Equidem certè, ſi talia conſcripta forent priſcis temporibus in matutinalibus lectionibus ad Breuiarij MS. Biſuntinenſis interiora ſpectantibus: proculdubiò maior fides picturæ adhiberi poſſet, ſi tamen ibi lineæ veteris eſse characteris agnoſcerentur. At profectò Breuiarium Biſuntinenſe in hoc nequaquam legitur, aut ab Authore citatur. Sic tandem, infirma & breuior æquo reſtat ad præſens Nizonis hiſtoriola valdè anceps, aut indigna, quæ adhuc nos cogat. Iam inde, omiſſis ſemitis obliquis, carpamus viam rectiſſimam, & nunc ad noſtrum Odolricum Lugduni pacificè meritóque ſedentem expreſso tractatu deſcendamus.

Ad hoc tēpus pertineret.

Triplex de hoc ratio.

[a] n. 65. §. 3. ſi.

* nu. 67. 2. & nu. 84. 4.

Paragraphus 4.

Cœnobium Carilocenſe.

ANdreas Quercetanus Turonenſis in Notis ad Bibliothecam Cluniacenſem [a] mutuatur re ipſa fundationem Cœnobij Carilocenſis Ordinis S. Benedicti ex priore editiuncula iſtius noſtræ Lugdunenſis ac Maticenſis Chronologiæ, qualem loci baſim in prælo hoc poſteriore nos vberiùs ſuprà edidimus cum ſancto Aureliano Lugdunenſi Archipræſule [b], etſi Author hac vice nos minimè nominarit. Quæ fundatio geſta eſt annis centum ſeptuaginta ante noſtrum hunc Odolricum collapſis. Sic exactiùs Quercetano emetienda eſt intercapedo: dum Author vlteriùs progrediendo ſentit id Cœnobium Cariloci erectum, poſtea reſtauratum ac Cluniacenſi Archimonaſterio datum tempore ſancti Odonis III. Abbatis [c], deinde à Sebone quodam Principe obtentum ſeu ablatum, reſtitutum tamen ſucceſſori Aymardo Abbati [d] pro animæ ſuæ tandem pœnitentis remedio, at Cluniacenſibus nōdum proinde omnino pacificum: quia legitur in alia veteri Charta præfatum Odolricum Pontificē Lugduni publicam rurſus pœnitentiam & reſtitutionem ſuſcepiſse (adicit Quercetanus) alterius alicuius anonymi Dynaſtæ *ſuper altare ſancti Stephani Prioratus Cariloci de omnibus malis à ſe illatis eidem Eccleſiæ ac circuniacentibus terris in præſentia Almanni Decani Cluniacen. ac plurimorum nobilium*, ſub Odilone ſuccedente Abbate. Quod ſanè nouum facinus quiſnā prima fronte legendo illum authorē arbitraretur geſtum videri denuò à peiore & perfido eodem Sebone, tanquam redeunte ad vomitum? Sed profectò nihil tale opinandum. Siquidem nos deinceps peculiarem præſentis Dynaſtæ antea ignoti hiſtoriam, perſonam, aliam ac nomen inuenimus & legimus ampliſſimam, tum ex proprio inſtrumento in eodem Carilocenſi Prioratu, tum Lugduni ad Prætorium ob motam litem nuper allatum, re ignota Quercetano. Sic itaque nec tandiu vixit Sebo, quandiu allatum prognoſticon

Odolricus pro illo Monaſterio.

[a] col. 75.
[b] nu. 59. §. 3.
[c] ab an. 929.
[d] ad 944.
[d] ad an. 954.

præbet innuendum, neque duplex vir floruit eiuſdem viciſſim appellationis, quod ſciam, ſed vnicus nomine Sobbo à nobis opportunè & venuſtè palam factus in Naimbodo[e] antiquiore Matiſconenſi Antiſtite. Mox autem ecce alia ex compromiſſis in perſimili ſacrilega geſtatione narratio. *In nomine Domini Dei & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti ego Girardus miles notum eſſe volo cunctis præſentibus & futuris, quòd proclamantibus ſe Monachis Cluniacenſibus, videlicet Almanno Decano Clauſtrenſi, & Rodberto Priore Cariloci cum coeſſentibus ſibi Fratribus ante præſentiam D. Odulrici Lugdunenſis Archiepiſcopi, & quàm plurimorum nobilium Clericorum ac laicorum regionis, vuerpitionem ſeu ſuper Altare S. Stephani de omnibus alijs conſuetudinibus & executionibus quas exigere ſolebant, quas pater meus non habuit, ſed ego alienaui, non ſolùm infra munitionem ſaluamenti Monaſterij, verùm etiam in circumiacentibus terris & villis ad præfatum locum pertinentibus, &c. vt ab hac die, & deinceps, neque ego, neque alius pro me exigam qualicunque occaſione omnibus diebus vitæ meæ. Sed neque poſt mortem meam aliquis ex hæredibus meis vllam rationem habeat requirendi. Quòd ſi quis hoc præſumpſerit, iram Dei, &c. incurrat, præſentis quoque Dom. Archiepiſcopi Odulrici anathematizatione colligatus fiat, &c. & in fiſco publico auri libram componat. Signum Girardi, qui hanc vuerpitionem feci. Teſtes ſunt vuerpitionis Domnus Odolricus Archiep. Dom. Surannus Decanus, frater eius Rollannus,* & viginti quinque alij, quorum nomina præterimus. En periodus ſanè egregia. De cætero Quercetanus per homonymiam appellat Odolricum priùs Archidiaconum Lugdunenſem, veriùs ſuprà per nos creditum Lingonenſem ex veteri textu in defenſionem, nullam talem ab illo Authore in præſidium vocatam *. Pergamus vlteriùs pro eodem noſtro Primate.

Nobilis vſurpator illi reſtituens.

e nu. 19. §. 6. Matiſconenſ.

* vide in Chron. Matiſc. n. 19. §. 2.

Paragraphus 5.

Alij tres Odolrici.

BAronius permixtim fatur de tribus alijs Odolricis in eccleſiaſtica præfectura conſtitutis, ac omnino ſynchronis noſtro Odolrico Lugdunenſi. Adeò vt vnus illorum facilè potuerit ad Lugdunenſem euehi Cathedram: niſi certè conſideratio Archidiaconatus Lingonenſis præpediat, quale officium legitur proximè occupaſſe ſolus ille Odolricus, qui Burchardo Lugdunenſi canonicè ſucceſſit. Primus horum trium exprimitur hoc pacto in generalibus ſacris Annalibus. *Odelricus interea venerabilis pater familiæ B. Martialis, ſedens in Cathedra iuxta Primatem Lemouicenſem, ſacris vt erat indutus ornamentis, dare cœpit auxilium Epiſcopis* °, *&c.* Sic idem Odelricus fuit primùm Abbas Monaſterij ſancti Marcelli primi Lemouicenſis Epiſcopi ac Apoſtoli, eóque miſſi ab ipſis. De quo hæc author paulò altiùs p. *Odolricus Abbas in Synodo locutus ibidem legitur, &c.* Secundus & tertius feruntur iſti: de quibus idem Baronius metitur ſequentem pagellam ſub eadem periodo q. *Quod ad Fulbertum Carnotenſem Epiſcopum pertinet* (inquit) *ſui temporis ſummum decus Eccleſiæ Gallicanæ, in his turbis tam excitatis à filio Roberto Francorum Rege* r *in Hugonem parentem* ſ, *quàm à coniuge Conſtantia in virum Regem, ſemper Roberto fauit, vt pareſt. In literis tunc ſcriptis facilè colligi poteſt. Extat enim Epiſtola de Hugone filio* ᵗ, *tunc capto ad ipſum Robertum Regem miſſa: alia verò ab Odelrico Epiſcopo Aurelianenſi, vt conijcitur ad ipſum Fulbertum data, cùm in ſucceſſoris electione innitens Regis voluntati, ſtuderet Henrico magis* u, *quàm tertio loco nato Roberto* x. En tres eiuſdem promiſcuæ appellationis, ac paris ſolaris cum noſtro Odolrico reuolutionis.

o To. 11. Romæ 1605. pa. 120. an. 1304. p pa. 99. & 101. an. 1029. q an. 1028. pa. 95. r ab an. 997. ad 1030 Tal. ſ ab 988. ad 996. t hunc non lego in hiſtoricis. u filio Roberti Regi ab 1031 ad 1060. x Burgundiæ Duci. y ſine Data Cariloco alias in Natiſcon. an. 12. & 23.

Paragraphus 6.

Prius Odolrici Lugdun.

OBiter verò aduertendum per ordinem præmiſſam hiſtoriam, qua Odolricus Lugdunenſis publicam pœnitentiam ac reſtitutionem ſuſcepit anonymi *Dynaſtæ ſuper Altare ſancti Stephani Prioratus Cariloci, &c.* olim à nobis præuiſam in Archiuis eiuſdem Prioratus, à quibus textum illum mutuati fueramus diu antequam Bibliotheca Cluniacenſis palam ederetur, in præſentia Roberti Prioris Carilocenſis (inſit locus) *ac plurimorum Optimatum totius regionis tam Clericorum quàm laicorum, &c.* præter Decanum Cluniacen. Interea Odolricus fœlix & clarus tandem euadens, finem habuit 4. Idus Iulij, anno diéque incerto, ex li-
1044. bris Obituum Lugdunenſis Eccleſiæ z. Cenſetur autem animam effudiſſe ad annum 1044.
ob prementem ferè ſucceſſoris Chronologiam.

z fol. 157. & 181.

LXIX. *Paragraphus 1.*

HELINARDVS ſic nuncupatur ex paulò firmiore Nicolao Vignerio, vulgò *Helmar*, deinde ex libro Obituum Lugduni *Halinardus*: tametſi in Homiliario ſcribatur *Almaldus*, & Campegio ac Paradino a dicatur *Almardus*, tum Claudio Rubyzio,

a li. 2. hiſtor. Lugd. c. 31.

Quis Gregorius Papa cõſecrator Helinardi.

zio [b] *Almaricus*. Is factus eſt primùm Abbas Diuionenſis in Monaſterio ſancti Benigni: diuinitus inde à Cleto Lugdunenſi in Archiepiſcopum electus, & confirmatus à Gregorio Papa [i] veluti vniuerſim & abſolutè legitur publicum inſtrumentum à Paradino Decano exſcribente digeſtum [c], his notis ad calcem: *ſancti Domini Gregory Papæ, ſancti Henrici Regis, ſancti Hugonis Archipræſulis*. Ex quo loco Paradinus, qui eum ſolus Burchardo ſeniori antepoſuit, vt ipſius ſeculum eliciat, poſtea infert Diploma comprobatæ electionis Helinardi profluxiſſe à Gregorio V. Pontifice Maximo, tempore Imperatoris Henrici cognomine aucupis Burgundiæ Regis (ait.) Atque ad caput inferit annum 980. quemadmodum iam ſub Burchardo præmiſimus [d]. Verùm res ſecus ſe habet multis rationum momentis è Chronico depromptis. Imprimis Henricus anceps dictus, fuit primus huiuſce nominis, qui imperauit duntaxat ab anno 919. ad annum 936. ex Tritemio [e]. Eóque pacto non attigit ætatem Helinardi à Paradino connotari ſolitam ſub voce Almardi. Neque ille Princeps habitus eſt Burgundiæ Rex: quin imò tunc temporis Ricardus [f], poſtmodúmque Rodulphus eius filius Regnum Burgundionum poſſidebat per annos triginta, ex Paulo Æmilio [g], ac è viuis diſceſſit anno 936. ex Sigiberto [h]. Secundo loco, anno præfato 980. Paradini imperabat Otho 2. ab anteriore ſexcennio [i]: eíque ſucceſſit filius Otho 3. vnctus Rex ab anno 893 [k]. ex eodem Tritemio [l]. Qui Author Abbas manifeſtè teſtatur ipſum Othonem poſt triennium in Imperatorem Romæ conſecratum à Gregorio Papa V. Attamen huius Pontificis Sedes cœpit tantùm anno 989. ex cit. Tritemio [m]: vel anno 992. ex allatis in Chronico S. Antonij Florentini [n], vel denique ex Genebrardo ad annum 995. ſolóque biennio [o]. Igitur ex vniformi ſaltem omnium aſcenſu ad præſens inſtitutum, nequiuit Gregorius V. electionem Helinardi Archiepiſcopi confirmare, tanquam ſedens anno 986. ex Paradini ſententia ſeu ſcriptura. Etenim docetur inferiùs eundem Helinardum ſeriùs conſediſſe. Siquidem pro tertia ratione, vt propiùs ad ſuppoſitum thema deſcendamus: tutiùs opinandum eſt,
An.1046. quòd Vignerius Parte 2. ſuæ Bibliothecę hunc Helinardum conſtituit anno M.XLVI. valdè diſſidenti à ſuperioribus annuis calculis. Quod ſeculum eſt denique Sedes tutiſſima Helinardi. Hinc verò ſequitur profectò eius electionem comprobaſſe Gregorium VI. Pontificem Maximum, qui tunc item biennio [p] ſedit, ſcilicet ab anno 1045. ex Antonino [q]. Nam temporibus Henrici I. & Othonum Imperatorum nullus Gregorius Romæ reſedit [r]: quia Gregorius IV. obierat anno 844. [ſ] Pro quarto & vltimo demonſtrationis loco: ſedente eodem Gregorio VI. Henricus Conradi primi filius Regnum Burgundiæ poſſidebat: quem Author Æmilius dicit triginta annos variâ fortunâ regnaſſe. Et idem Princeps anno M.XLVI. inauguratus eſt Imperator à Clemente II. Gregorij VI. ſucceſſore: dictúſque eſt Henricus 3. Niger, ex Nauclero in ſuis Chronicis. Atque is verè fuit Gregorius, quem Bulla electionis Helinardi Archiepiſcopi nominat & interpellat ad calcem. Ergo vera noſtra propoſitio: & ritè quadrat data Sedes Helinardi. Qua in re miſſum facimus hîc vnicum, & quidem leue dubium, quod forſan ſupereſſet, de quonam nimirum Hugone Archipræſule concipiatur extremum Pontificij Diplomatis. Enimuerò, de quodam ſaltem Hugone Lugduneo infrà * ſermonem hoc etiam fine inſtituemus, quantum licebit. De quo ibidem interea mox iſta deſeramus: & in fortiore allata thematis concluſione ſiſtamus.

b li. 3. c. 33.
c loco cit.
d nu. 64 §. 1.
e pa. 32. vel ex aliis ab 920 ad 938.
f Æmil. ſub Ludo Balbo poſt an. 879. & ante 881.
g ſub Heru. 1. poſt an. 1011.
h an. 937. ex Tillio.
i Tritem. pa. 41.
k à Villigiſo Archiep. Mogunt.
l per an. 18. pag. 41.
m pa. 32.
n To ſeu Par. 2. tit. 16. cap. §. 17. 18.
o & aliquot menſibus.
p & menſib.
q cit. in 19.
r ſed Ioánes 18. 12. 13 14. 15. 16. Leo 7. 8. Benedic. 5. 6 Bonif. 28.
ſ ex Genebr.
* nu. 70. §. 4. circiter.

Paragraphus 2.

De quodam Almarico Epiſcopo & alius.

SVccurrunt nihilominus hæc ſeorſum memoranda: Baronius teſtatur ex Flodoardo in Prouinciali Synodo quondam habita Sueſſioni, interfuiſſe Almaricum tunc Epiſcopum Turonenſem, Pardulum Laudunenſem, Lupum Catalaunenſem & Rothardum Sueſſionenſem: vbi quoque Hincmarus Rhemenſis nominatur primus, & Almaricus illic iudex eligitur. Facilè autem dicere non auſim, hunc Almaricum fuiſſe illum, qui poſtea Turonibus Lugdunum migrarit: quia Baronius eundem altiùs multò reponit [t] ſub annum DCCCLII. ſi modò legitimus fuerit annuus ille calculus. Sed alia peraudi. Sequente integro penè ſeculo [u] iidem Authores [x] palam ferunt Zizonem & Almaricum Romà redeuntes pallium Artaldo Præſuli Rhemenſi detuliſſe, &c. Pro quorum Antiſtitum examine, aduerte imprimis, Lector, quòd ſanè Pardulus & Rothaldus [y] benè cohærent in Tabulis Laudunenſi ac Sueſſionenſi Democharis: alter quidem ſub tertium huius nominis [z]. Itémque ſecundò Hincmarus quadrat equidem in ſellula Rhemenſi [a]: ſed Artaldus ſeriùs vixit ibidem [b]. At ipſe dictator hiſtoricus in Tabella Turonenſi minimè peruenit ad hoc vſque tempus Helinardi Lugdunenſis, vt meminiſſet Almarici ſedentis Turonibus [c]. Neque denuò recordatur Lupi Catalaunenſis *, qui eodem æuo debuit eſſe ſecundus; quia author primum duntaxat conſcripſit multò ſuperiùs ad quintam Euangelij centuriam [d] aut circiter.

t 10. 11. col. 101. 102. Mogunt.
u an. 932. col. 810 Mogunt.
x Flodoar. & Baron.
y nu. 25. to 2. c. 16.
z Roth 18. Sueſſ. c. 15.
a 32 c. 14.
b nu. 35. 40. 917 ex Floriacenſi Bibliotb. l. 1. pa 80.
c Democ. 2. c. 28.
* Democ. cit. c. 15.
d Lupus n. 13

Cæte

Cæterùm, fertur noſtrum Helinardum defeciſſe 4. Kalend. Auguſti e, ignoto anno: at de quo præcisè anno magna eſt coniectura inferiùs opportunè dilatata f. In illo autem Obituum libro dicitur *vir verbo & ſapientia clarus* g.

e ex li. Obituum priore. f an.1075.§.1. g in poſteriore maiore.

LXX. *Paragraphus* 1.

Qualis Gregorius PP. conſecrator Humberti.

HVMBERTVS I. is eſt, cui opinabantur nonnulli Gregorium Papam VII. Sedem Lugdunenſem conceſſiſſe anno M L. quo etiam præciſo tempore idem Archipræſul ſuis penè ſumptibus aut motu, tanquam Comes vrbis, Pontem ſuper Arari fluuio Lugduni conſtruxit ex Homiliario & Campegio ſeorſum in poſteriore editione a, tum copioſiùs ex Paradino b. Sed profectò falſa eſt illa ad Gregorium VII. attributa inauguratio. Nondum enim tunc eo anno talis Gregorius Pontificatum Romæ obtinuerat: quia hunc apicem conſcendit duntaxat anno 1073. ex Tritemio c, vel anno ſequenti per duodecim annos ſibi ſuccedentes, ex S. Antonino d. Quippe illo ipſo anno 73. ne quidem vix dum Gaufredus Humberti ſucceſſor baculum paſtoralem geſtabat: vt neque etiam Helinardus Humberti anteceſſor id munus ab ipſo Gregorio VII. ſuſcepit, velut minimè tunc adhuc ſedente. Ergo veriùs Humberto Sedes collata eſt à Gregorio ſexto e. Qui Pontifex dum Romæ præfuerit annis duobus & pluſquàm menſibus ſeptem: ſanè is vitam An.1047. perduxit ad annum vſque ſalutis milleſimum XLVII. Quo æuo exacto, idem Papa Humbertum potuit conſecrare ad menſem Iulium, Helinardo tunc obeunte. Adeóque mox ſuprà in ordinem diſponendus fuit ipſemet Helinardus. Et hoc obiter dictum, ſit noui cuiuſdam argumenti additamentum pro firmiore vtriuſque viri ſtabilimento.

a an.1537. b a.c.32. c pa.92. d to.2.tit.16. c.23.§.22. e Interpoſitis Clem. & Damaſo 2. Leone 9. Victore, Nicolao & Alexandro 2.

Paragraphus 2.

f Adhuc qualis Gregorius ſit hic.

HIs ita poſitis inſtar fundamenti: ad maius dictorum robur duo Pontificia Gregorij cuiuſdam Diplomata ſeiunctim nectenda ſunt, ad præfatum Humbertum & Suffraganeum ſuum Cabilonenſem exarata; quæ idcirco cenſentur meliùs profluxiſſe à Gregorio ſexto, quàm à ſeptimo, dum eiuſmodi Bullæ generaliùs paulò conditorem ſuum adnominant ex more antiquo, etſi Reſcriptum videatur inſinuare Gregorium VII. ex recente Typographi allucinatione. Talia nãque deinceps legimus in moderna Volumınũ Conciliorũ editione f ex probatis alioqui MS. congeſta Coloniæ poſt primam huius noſtræ Chronologiæ calcographiam. Quæ quidem hiſtoriarum euangelia, hoc eſt, noua nuntia, minimè extant in reliquis Tomis Conciliorum antea aut hactenus impreſſis Venetiis & alibi. Continent verò remedia quædam, vt plurimùm communia Eccleſiæ Lugdunenſi ac Matiſconenſi, qualia efferre conatus eſt idem Gregorius anno præfato 1047. ſeu ex aliis ann. 1073. per Gregor. 7. * aduersùs Philippum I. Francorum Regem, tanquam venditorem ſeu deſtructorem Eccleſiarum in præpedita ab ipſo canonica Epiſcoporum electione. En verba prioris Bullæ in epitomen redacta. *Gregorius Epiſcopus ſeruus ſeruorum D. Roderio* g *Cabilonenſi Epiſc. ſal. Inter cæteros noſtri temporis Principes, qui Eccleſiã Dei peruerſa cupiditate venundando diſſipauerunt, Philippum Regem Francorum Gallicanas Eccleſias in tantum oppreſſiſſe didicimus, vt ad ſummum ſacinoris cumulum perueniſſe videatur, &c. Sed quoniam per familiarem ſuum cubicularium Albericum ad noſtri cenſuram iudicij, & vitam corrigere, & Eccleſias ordinare firmiter nobis reſpondit, rigorem canonicum interim exercere diſtulimus. Huius ergo promiſſionis fidem in Matiſconenſi Eccleſia Paſtoris regimine diu deſolata, & ad nihilum penè redacta imprimis volumus experiri, vt ſcilicet Auguſtodunenſem Archidiaconum* h *vnanimi Cleri & populi conſenſu, ipſius etiam vt audiuimus Regis aſſenſu electum Epiſcopatu dono gratis conceſſo, vt decet, Eccleſiæ præfici patiatur. Quod ſi facere noluerit, indubitanter nouerit nos hanc Eccleſiæ ruinam nequaquam diutiùs toleraturos, & ex authoritate beatorum Apoſtolorum* Petri *&* Pauli *duram inobedientiæ contumaciam canonica auſteritate coërcituros. Nam aut Rex ipſe repudiato turpi ſimoniacæ hæreſis mercimonio, idoneas ad ſacrum regimen perſonas promoueri permittet, aut Francis pro certo, niſi fidem Chriſtianam abiicere maluerint, generalis anathematis mucrone percuſſi, illi vlterius obtemperare ceſſabunt* i. *Hæc ideò, frater chariſſime, tuæ vigilantiæ intimare curauimus: quatenus ea prædicto Regi inſinuare & exhortando & rogando, modíſque omnibus inculcare ſtudeat, vt & præfatam Matiſconenſem* K *aliáſque Eccleſias canonicè procuret ordinari. Tibi ergo hæc iniungimus, quia prudentiam tuam magnam eſſe, & regia familiaritate vti cognouimus. Datum Piperni, XI. Non. Decembr.* Deinde aliud Pontificium Diploma adſequitur in eundem finem qui ſuprà, ad prælibatum Archipræſulem miſſum, hiſce notis. *Gregorius Epiſcopus ſeruus ſeruorum D.* * *Humberto Lugdunenſi Archiepiſcopo ſalutem. Clamor Matiſconenſium Clericorum venit* ad

Dux eius Bullæ. Prior. Contra ſimoniam. Poſterior, de eadem re.

f Par.2. to.3. Concil. general. per Seuerinũ Binium an.1606. in folio, ſuper li.1. Regiſtri Gregor. 7. ſeu ſub eius nomine, epiſt. 35. & 36. pa. 1165. * octo intermediis. g vel Rockeno & Rodinoca i noſtra edit. Epiſc. 38 poſt Matiſc. nu.38. h Laodricũ. nu.36. in Matiſconenſib. i recuſabunt. K Prouinciæ Lugdun. * ea Actis Greg.7. Coloniæ to.3. Concil. pa. 1165.

Ad Humbertum.

ad nos, Eccleſiam ſuam iam multo tempore Paſtore viduatam detrimentum non modicum ſuſtinere. Dicunt Regem Francorum electionem ſue conſenſu factam, velle impedire, &c. Studuimus Fratri noſtro Rodino Cabilonenſi Epiſc. noſtras dirigere literas, vt ipſe præfatum Regem conueniat, &c. Qui ſi in duritia ſua permanens, neque neceſſitati huius Eccleſiæ compati, neque exhortationi noſtræ parere voluerit: præcipimus Apoſtolica authoritate, vt fraternitas tua neque pro odio, neque gratia alicuius dimittat, quin electum ab eis Landricum Auguſtodunenſem Archidiaconum, Epiſcopum, ſeu per ſe, ſeu per Suffraganeos tuos ordinare ſtudeat, &c. Cuius negotij reſiduum iacet in oſtio hiſtoriç Landrici Antiſtitis Matiſſanæ ciuitatis. Ad quem locum recurrat Lector beneuolus Numero 39. Et de Humberto alia ibid. in Drogone Epiſc. Numero 37. §.4.

Paragraphus 3.

Concil. VIII. Lugdunenſe.

1055.

SVrgit hoc ordine præclara Synodus octaua Lugdunenſis veriùs nationalis celebrata anno ſalutis M. LV. ad emendandos prauos vſus maximè ſimoniacos Eccleſiæ Gallicanæ iam delibutos, & de qua fæce dudum Gallia inficiebatur ex commemoratis in decernente III. Cabilonenſi Concilio ſub Gauderico Archipræſule [l]. Necnon conſimiliter præſentem Synodum adegit Sedes Romana ad cauſas varias quorundam Epiſcoporum recognoſcendas. Quippe ſeptimam Lugduni congregatam deſcripſimus ſub Ætherio Archiflamine [m]: omiſſo Cõciliabulo illic rurſus coacto in Agobardo [n]. Iſti verò octauæ Synodo præfuit Hildebrãdus Legatus à latere Victoris PP. II. antea Cluniacẽſis: at præsẽtibus Galliarũ Archiepiſcopis; imprimíſque Lugdunenſi quicunque adeſſet, quatenus Cardinalis [o] Baronius hiſtoriã decerpſit ex autographo Vaticani quondam exarato [p]. Adeſt periodorum anacephalçoſis.

[l] ou. 44. §. 2. & 3.
[m] nu. 36 §. 3.
[n] nu. 56. §. 5.
[o] 10. 11. col. 289. 290. 291. Mogũt. 1605
[p] per Nicol. Aragonium Cardinalem.

Aduerſùs eãdem ſimoniã.

Eodem tempore cùm ſimoniaca hæreſis totam Italiam & Burgundiam occupaſſet, idem Pontifex miſit à latere ſuo Archidiaconum Hildebrandum ad Vltramontanas parteis, cum quibuſdam Epiſcopis. Cùm autem ad Lugdunenſem prouinciam perueniſſet, in ea Synodum celebrauit, in qua per ipſum Archidiaconum Deus maximum dignatus eſt operari miraculum. Reſidentibus enim in ea Synodo Archiepiſcopis & aliarum Eccleſiarum Prælatis, Archiepiſcopus vir quidam literatus & eloquens accuſatus eſt de crimine Simoniæ. Qui ſequenti nocte omnes ſuos accuſatores pecunia corrupit, & ſibi amicos fecit. Mane autem facto, rediens ad Synodum audacter dixit: Vbi ſunt qui me accuſant? exeat in publicum quicunque me voluerit damnare. Tunc obmuteſcentibus cunctis, prædictus Archidiaconus [q] *tanquam vir diſcretus & ſapiens, conuertens ſe ad illum, dixit: Credíſne, ô Archiepiſcope, Spiritum ſanctum cum Patre & Filio vnam eſſe ſubſtantiam Deitatis? quo reſpondente: Credo, &c. * Celebrata Synodo, & aliis rebus ritè ordinatis atque compoſitis, Legati ad vrbem redierunt, &c.*

[q] poſtea creatus eſt Papa Greg. 7.
* De glor Patris & fil. verſu non abſoluto per ſimoniacum, vnde Epiſcopi 41. ſe confitentes ſimoniacos ſuis honorib. renunciarunt Baron.

Veriùs in Burchard. II.

Vocales nonnulli arbitrantur Archipræſulem de ſimonia conuictum à Põtificio Legato, extitiſſe Burchardum II. huius nominis, ſe gerentem falſo titulo Archiepiſcopum Lugdunenſem, velut antea intruſum & audacem nimium, ſcilicet adhuc viuentem, elapſum ex carceribus ſub Archipræſule Odolrico emenſis [r], & pertinaci animo ad Concilium accedentem. Quæ certè opinio veriſimilitudinem habet annexam viro perduellionis reo: etſi Cathedra Primatus tunc occuparetur per probos ſucceſſiuè viros, ſcilicet, Odolricum, Helinardum & Humbertum I. Adeóque præfatus ille Humbertus minimè hoc loco accuſatus cenſetur, tum quia ſilet autographus eiúſve ſcriba Baronius, tum maximè quia nullibi conſtat Humbertum aut anteceſſorem Burchardum primum è ſua Sede diſiectum fuiſſe, qualis in Reſcripto Baroniano notatur depoſitus ille Archiepiſcopus anonymus, quem dicit Author ſimoniaca hæreſi contaminatum. Eſt autem neceſſe, quòd Baronius concipiat Burchardum II. qui verè & ſæpe perinde diſiectus eſt ex dudum allegatis [s]. Igitur alius quidam Archipræſul quàm Humbertus veriùs eo die ab Epiſcopali dignitate ſummotus eſt: vt pote vel Burchardus II. vel adoleſcens Girardus æquè incapax [t]. Commemoramus verò hanc Synodum, quia interfuit Archipræſul Lugdunenſis, etſi Concilio minimè præfuerit. Interea Caluiniana ſecta intuetur hac in parte, quanto ſtudio Patres poſterioris etiam Eccleſiæ expulerint aut profligare conati ſint hæreſim ſimoniacam, & fateri cogitur ſynceram perpetuò videri Epiſcoporum curam in ſubuertendis criminum ſtirpibus, maximéque hæreſim redolentibus, quantum poteſt pro viribus.

Gerardus præſenſus Archiepiſcopus.

[r] nu. 65. §. 1. & 2.
[s] in Odolrico cit.
[t] in cit. de eo.

Paragraphus 4.

Quintuplex recapitulatio duplicis ſuperioris §.

HIc ſeorſum ex profeſſo contrahenda eſt dictorum anacephalçoſis, quatenus ea potiſſimùm ad chronologiam pertinent. Quintuplicem ſcopulum, ne quis errore aut allucinatione in eum impingat atque illidat, meritò comminuere oportet. Duóque anteriora diſponunt ſequentia. Priùs quidem ſcito Hildebrandum natione Hetruſcum

I. De Gregorio Papa 7. de latere Victoris Papæ II. in Gallias miſſum, cum extitiſſe, qui anno poſtea milleſimo ſeptuageſimo tertio electus eſt in ſummum Pontificem, dictum Gregorium VII. per annos XII. ac miraculis coruſcantem [a], etſi in Sanctorum Canonem nondum tranſlatum [b]. Adeóque durarunt variæ eius legationes, aut Cardinalatus ipſius, per annos vndeuiginti, nimirum à Victore II. Papa per medios Stephanum X. Benedictum IX. & Nicolaüm ac Alexandrum ſecundos. Poſteriùs verò, Gregorius Papa ſextus, qui præceſſit, Apoſtolicum

II. De Gregorio Papa 6. decus geſtauit ab anno M. XLIV. per biennium & pluſquam ſemis, necnon Victorem præfatum anteceſſit intermediis Clemente & Damaſo ſecundis, ac Leone IX. Ex his diſpoſitis prolegomenis paulò vniuerſalioribus, iam tertiò monendum eſt circa præſens ſpeciale inſtitutum, quòd nimirum nihil incommodi futurum videatur, ſi Humbertum I. ſtatuamus tam citò Archipræſulem Lugdunenſem ab anno vltimo Gregorij VI. perindéque

III. Humberti Archiep. duratio. eum Primatum Galliæ exaltaſſe dicamus per annos ſex & viginti. Nam is facilè hoc tempus complere & munus perficere potuit, cui nullus in occurſum veniſſe legitur, vt Lugduni interim ſediſſet, ſicut alibi quandoque duos ferè concurrentes audimus, quos ſummo cum labore diſgregamus, & ſeiunctam cuique tribuimus chronologicam diſtantiæ rationem. Quartò inde aduertendum, quòd nihil mirum, ſi duas Papales Epiſtolas ſuprà à quodam Gregorio Prouinciæ Lugdunenſi exaratas dilatemus Paragrapho ſecundo, antequam

IV. Duæ Papales Epiſtolæ citè in §. 2. Synodum VIII. Lugdunenſem propagauerimus Paragrapho tertio. Quippe eas Lectori proponimus, velut liberè referendas Gregorio ſexto vel ſeptimo, prout quiſque volet, aut quo pacto vtrinque ad placitum ſeſe hactenus verterunt Authores vulgares, qui rem propiùs intuiti non ſunt. Reuerâ etiam Humbertus Archipræſul extrema vtriuſque ſummi Pontificis tempora attigit, nempe pedes ſexti & caput ſeptimi. Vt hæc cauſa ſit, cur Apoſtolicas has Epiſtolas ante Hildebrandũ in Lugdunenſi Cõcilio Præſidem explicemus [c]: quia cùm minimè denudent, quantus eſſet ille Gregorius ex more veteri Pontificum Diplomatum more in conſcribendo: ſanè eas adhuc reducebamus ad Gregorium ſextum iuxta tenacem vulgi pridem ſententiam. Verùm mox quinto loco aliter recèns cogitamus & decernendum ſuſcipimus, dum id negotium penitiùs intuiti ſumus. In priore Epiſtola ad Epi-

V. Eæ ſunt ſoliùs Greg. 7. ſcopum Cabilonenſem data mandat Papa Gregorius, & coarguit Philippum Galliarum Regem, primum huiuſce nominis, velut promotorem ſimoniacæ labis in Galliæ Eccleſiis, animos ad vmbilicum vſque artuum inuadentis cum maxima humanæ ſalutis pernicie. Poſterior autem Epiſtola ad Archipræſulem miſſa eſt tardiùs multò. Pontifex nanque ibi in memoriam reuocat Epiſtolij prioris tenorem, atque Epiſcopum denuò nominat, ad quem illa renunciabatur. At verò Philippus Rex ſceptrum Francorum arripuit anno milleſimo ſexageſimo primo ad annum vſque milleſimum centeſimum nonum. Ergo Gregorius talia ſcribens fuit neceſſariò ſeptimus, Romæ ſedens ab anno milleſimo ſeptuageſimo tertio, quo diario probabiliùs lata ſunt Epiſtolia. Inde ſupereſt enarrandum, quòd Humbertus nõ priùs

Mors Humberti Archiep. ſaltem ſpiritum emiſit, quàm ſub autumnali eiuſdem anni parte: vt Gaufredus ſuccedens nõ citiùs quàm finiunte ea ad ſummum reuolutione ſacro agolo manum appoſuiſſet. Eóque tandem pacto materia Paragraphi ſecundi debuiſſet equidem remitti ac deprimi poſt Hildebrandum in tertio Paragrapho ſupinum, vt ille vir ſecundum vſurparet, dum ipſe Hildebrandus poſtmodum iniret perſonam Gregorij Papæ VII. Attamen dicam. Parum refert hoc leue hiſteron proteron, ſi priſcorum opinionem primùm ſequebamur conſcribendo, quia ſolùm meminimus nouæ calamo delineandæ ſupputationis ex Philippo ortæ, quo die Opus iſtud vniuerſum ad prælum vrgente nuntio properabat.

Paragraphus 5.

Inſula barbara. QVid verò hoc tempore egerit aliunde quidam Epiſcopus Cabilonenſis in gratiam Abbatiæ Lugdunenſibus vicinæ, audiatis obiter collectum à nobis ex veteri Manuſcripto Cabilonenſi ſub Achardo Epiſcopo ad marginem. *Anno 1059. Achardus Epiſcopus Cabilonenſis donauit Monaſterium S. Laurentij Cabilonenſis Monaſterio Inſulæ barbarenſis Lugdunenſis, nunc noſtræ Dominæ Inſulæ barbaræ nuncupato, &c.*

Paragraphus 6.

Obitus. RIuos tandem claudamus Protoantiſtitis. Hæc de eodem aduertit liber Obituum Eccleſiæ Lugdunenſis [u]. *Humbertus Lugdunenſis Archiepiſcopus monetam S. Stephano * recuperauit, & conſuetudinem huius villæ* (Lugdun.) *ad medietatem: necnon villam de Maximiaco* [x], *& domum Epiſcopalem cum turribus ædificauit. Obiitque 3. Idus Iunij* [y], anno ibidem incerto.

Verùm

[a] Genebr. in Chronol. ſub eod. Greg. 7. citat multos Authores.
[b] per 7. mẽſes anni 1047.
[c] §. 2.
[u] fol. 171.
* Hoc eſt Eccleſiæ huic ſancto dicatæ.
[x] fortè ea quæ dicitur Maiſemeux, apud Dõbas.
[y] vel Maij ex alio lib. Obituum.

Verùm probabili argumento diſceſſit è viuis anno finali MLXXII. De quo vide Chronicon noſtrum Mariſconenſe [z], præter hîc allata [a]. Suſpicamur verò nonnulla de eo patere in reſtauratione Eccleſiæ ſancti Petri Viennenſis ſub præfatis Victore II. & Hildebrando Legaro, ex perſpecto à nobis quodam MS. Viennæ recondito, ac deinceps edito per Ioannem à Boſco in Bibliotheca Floriacenſi [b].

z od. 37. §. 4. nu. 18. §. 1.
a §. 4.
b alia p. 74. 75.

LXXI. *Paragraphus* 1.

Concilium Educnſe.

GAVFREDVS, aliis *Grofridus*, & Gotheſredus, apud vulgatos ſculptores hacteuus [a] quidem inuiſus eſt [a]. Verùm eius meminerunt priſci Authores, maximè duo ex illis veteribus. Etenim priùs Annaliſta Baronius eum nuper ſub hoc Primatiæ titulo reperit conſcriptum in antiquioribus geſtis Romanorum Pontificum, velut Præſidem Prouincialis Synodi Auguſtodunenſis aduerſùs grauamina Ducis Prouinciæ. Sic ipſe primus hiſtoriam è cimmeriis tenebris excitat cum Archiepiſcopi agnomine [b]. *Concilium Eduenſe de Hugone Abbate [c] Cluniacenſi ita referunt Gaufredus de monte ſancti Vincentij [d] & Rainaldus Heduenſis, illic præſentes.* Tum pergit Chronicon hac ſerie. *Dux Burgundiæ Robertus Haganonem [e] Heduorum Epiſcopum nimia infeſtatione grauabat, variiſque prædonum incurſibus paßim Burgundia laborabat. Eapropter Gaufredus Lugdunenſis, Hugo Biſuntinenſis, Aichardus [f] Cabilonenſis, & Drogo Matiſconenſis Heduam conuenerunt, magnique Patrem Concilij prædictum Hugonem Cluniacenſem Abbatem venire rogauerunt. Aderat illuſtrium multitudo virorum, populus confluebat infinitus, pro pace ſupplicans indeſeßis clamoribus.* Adueniens ipſe Dux, imò tyrannus, *Heduam intrauit, ſed factu maligno intereſſe Conuentui recuſauit. At pater Hugo feruore charitatis permotus adiit tyrannum, eumque vehementer increpans cunctis mirantibus ouem mitißimam ſecum adduxit. Epiſcopis autem ſupplicantibus, vt pater Hugo pro pace componẽda loqueretur, turbis vndique reticentibus, & ab eius ore pendentibus ſic ait: Qui pacem quærunt, qui Deum diligunt, nos audiant, nobiſcum agant. Qui vero filius pacis non eſt, qui non ex Deo, ſed aduerſarius eſt, huic ex parte omnipotentis Dei præcipio, vt à nobis exeat, operique diuino non noceat, &c.* En præclarum vnum teſtimonium. Pro qua Synodo plura in Cluniacenſi Bibliotheca, columm. 439. poſtmodum reperta. De temporaneo cuius ſcrupulo hæc opinamur. Baronius ſanè hiſtoriam reponit ſub annum M.LV. At vereor, ne ſcribendum foret LXXV. quia magis tunc congruunt dies iſti Suffraganeis Concilij. Verùm cenſetur media tutior menſura, vt res geſta credatur anno M. LXXII. aut III. quo præcisè ſederit Drogo [g] Matiſconi. Et inſuper ille calculus magis competit extremis Archiepiſcopis infrà ſupráque hunc noſtrum Gaufredum conſtitutis. Cuius hiſtoriæ portiunculam mutuatus eſt ex noſtra priore typographia Chiffletius in Hugone II. Biſuntino Archiflamine XLIX.

Patres.

Contra Ducem Burgundiæ.

An. 1072 1073.

a Homiliar. Campeg & Sarrazin.
b Bar. to. 11 1055. Victor. 2. an. 1. Henric. 2. Imp. an 9. col. 289. 290. 291. Mogunt. 1605. & Romæ pa. 225.
c ab an 1049. ad 1109. Abb. 6.
d Oppidulũ Diœc. Eduẽſ. diſtat Matiſcone 9. bimil.
e eſt 48. 10 Democ. to. 2. c. 28.
f Achard, 37. Epiſc. in noſtra priore Chronog. p. 440. de his Quercetan. in Bibliot. Clun. pa. 97.
g nu. 37. §. 4.

Paragraphus 2.

Gaufredus vidit miràda.

POſterior verò hiſtoria de Gaufredo tanto viro, trahit originem ex vita ſeu Legenda præfati ſancti Hugonis Abbatis, conſcripta à quodam Hugone Monacho eiuſdem Cœnobij, paulò poſt Sanctum degente: quatenus liquet in Bibliotheca Cluniacenſi, ſeu in Annalibus Abbatiæ totiúſque Ordinis nuper editis [h]. Sed nos materiam exactiùs venati ſumus ex ipſiſmet MS. Monaſterij ad manus noſtras ſufficienti ſpatio relaxatis. En typi voces vix dum palam expreſſæ. *Patri ſanctiß. Cluniacenſi Abbati* (VII.) *D. ſuo ſeruus Hugo. Dum tuam, Pater, excellentiam penſo, niſi iuſſus coram te loqui audeo. Sed quoniam memoranda quædam de magno Hugone prædeceſſore tuo* (VI. Abb.) *tacita video: ſi tua iubeat me fari dignatio, pauca de plurimis, parua de maximis breui expedio. Iſta ſiquidem diffuſos illos ſcriptores miror omiſiſſe, qui de eo tanta Volumina confecerunt. Beatus Hugo ad Francigenas eos viſitaturus olim exiuerat.* Et poſt aliquot hæc ſubdit author de Sancti exceſſu, directè ad noſtrum propoſitum. *Erat tunc in Italia apud Papiam decus Pontificum Gothefredus Ambianenſis Epiſcopus, doctrina præclarus, ſanctitate perſpicuus. Dum itaque S. Hugo præſenti vita defungitur, æternáque donatur: vidit Epiſcopus ad procedendum Conuentus eximios præparari cum luminaribus & cæteris quæ in proceßionibus ſolenniter ſolent exhiberi. Epiſcopo inquirente quis eſſet quem tanta triumphus gloria exſpectaret, reſponſum eſt, quia ad ducendum D. Hugon. Cluniac. Abbatem iſta Sanctorum deuotio feſtiua procederet. Quòd cùm Epiſcopus admirans ſociis reuelaret, & tempus quo id viderat annotaret, in Gallias reuerſus, eodem inuenit tempore in Cluniaco Sanctum migraſſe, quo ſibi monſtratum fuerat Papiæ, &c.* Adeſt mira diuinitus facta epiphania noſtro Gaufredo Lugdun. prorſus ſynchrono. Nã multi hodie prudentes ad illũ virum hiſtoriã referunt. Vnde ſequitur, quòd is creatus primũ Antiſtes

Aliunde trãſlatus.

S. Hugo moriens.

h Pariſiis Gallicè.

Ambianenſis, canonicè Lugdunum tranſlatus fuerit ad Galliarum Primatum. Atque hic à Demochare i vocitatur *Godefridus* 34. Ambianus Epiſcopus. De quo non plura, cùm hactenus minimè occurrat eius diſceſſus. Cæterùm ex Chronologia opinamur prælibatum conſcriptorem mirabilium apprimè eruditum, meritò extitiſſe Hugonem huius nominis primum, Diuum omnino; de quo plura in ſucceſſore Archipræſule; at nuſquàm deſignare ſecundum, Abbatem VIII. Cluniaci k, probum quidem, ſed nondum publicè Sanctum in Eccleſia militante, quem ſequutus eſt Petrus venerabilis l in ea dignitate. Verùm præfatæ viſionis hiſtoriola Gaufredum nuncupat Sanctum, digniſſimúmque cœleſtium phænomenorum. De quo Archiantiſtite nos alia in ſacra hiſtoria Matiſconenſi m. Et his ſimilia poſt hoc Reſcriptum euulgata patent in Bibliotheca Cluniacenſi n.

i li. 3. c. 16.
k ab ann. 1122 per tres menſes. Obiit 7. Idus Iul. antea Prior Marciguiaci.
l a 22. Auguſ. an. 1122. per annos 30. & 4. menſes cũ trib. diebus.
m n. 37. §. 9.
n col. 439. 440. 505.

LXXII. *Paragraphus* I.

Nomina ipſius.

GEBVINVS ſic paſſim vocatur ex communiore ſententia apud Romanos Pontifices & Paradinum: alioqui *Gibuynus* in Homiliario, *Guyboinus* in Campegio, qui eſt apud Democharem, *Giboinus* Sarrazino, item *Gibuinus* in Martyrologio Eccleſię ſancti Petri Matiſconenſis, & in Martyrologio Cathedrali ibidem *Iubinus*. Is à Gregorio Papa ſeptimo anno M. LXXVI. aſſequutus eſt confirmationem iuris ac dignitatis Primatiæ, iamdudum inditam, non modò ſub ſanctis Irenæo a & Iuſto b nomine Legati ordinarij, ac tanquam effecti antea Archiepiſcopi, deinde temporibus ſanctorum Sacerdotis c, Nicetij d ac Priſci e, ſub nomine Patriarchę, ſed etiã expreſſis alijs Papalibus Bullis hoc tempore antiquioribus: quæ omnis velut prima eius inſtitutio fuerat. At mox ea dignitas apertiùs corroborata eſt iterum ſub titulo Primatus aut Primatiæ f. Etenim iam ex priſcis Canonibus eiuſdem eſt officij Primas atque Patriarcha ſub diſcrepante ea appellatione: teſte Cap. *Prouinciæ*. Diſtinctione 9. g & Gloſſa. De quibus nos plura in noſtra Summa Excommunicationum & Caſuum reſeruatorum h. Atque reuerâ etiam eodem anno Lugdunum aduenerat Hugo Dienſis Antiſtes Sedis Romanæ Legatus, variis inſtructus Bullis ac facultatibus Pontificiis. Verùm hactenus perlectum aut repertum non fuerat integrum autographum Pontificij Diplomatis, donec poſt priorem noſtram typographiam ex veteribus Manuſcriptis hauſtum, nunc palam teritur, idque triplex cum adiacentibus, veluti manifeſtat recentior Conciliorum editio Colonienſis, hiſce primùm verbis ac Epiſtolis i. *Gregorius Epiſcopus ſeruus ſeruorum D. Gebuino Lugdunenſi Archiepiſc. Antiqua Sanctorum Patrum, quibus licèt meritis impares in adminiſtratione huius Sedis ſuccedimus, veſtigia imitari deſiderantes, ius quod vnicuique Eccleſiarum pro merito & dignitate ſui, ipſi contulerunt, nos ex eorum ſucceſſionis conſideratione decet illaſum & immutabile conſeruare, ac munimine Decretorum noſtrorum ad perpetuam ſtabilitatem corroborare.* En index vetuſtiorum iam Bullarum Papalium pro iſto Primatu ex Gregorij VII. aſſertione, aut quas ipſe ſupponit ac viderat, vtpote antiquiorum Primatu Vienneńſi. Dein hoc ſequitur. *Quapropter, quia, dilectiſſime in Chriſto Frater Gebuine, poſtulaſti à nobis, quatenus dignitatem ab anteceſſoribus noſtris conceſſam Eccleſiæ, cui Deo authore, præeſſe dignoſceris, confirmaremus, & quæque ſua ab infeſtatione hoſtili Apoſtolicæ Sedis defenſione tueremur, inclinati precibus tuis confirmamus Primatum ſuper quatuor Prouincias Lugdunenſis Eccleſiæ tuæ, & per eam tibi tuiſque ſucceſſoribus, his tantùm qui nullo interueniente munere illecti, vel promoti fuerint, videlicet à manu, ab obſequio & à lingua. A manu, vt nullum pretium prorſus à ſe vel ab aliquo tribuatur. Ab obſequio, vt nihil inde ſeruitij faciat, ſicut quidam intentione Eccleſiæ prælationis potentibus perſonis ſolent deferre. A lingua, vt neque per ſe, neque per ſubmiſſam perſonam preces effundat. Sed neque his, qui per ſecularem poteſtatem ad hanc dignitatem peruenerint, ſcilicet dono vel cõfirmatione alicuius perſonæ, quæ ſanctæ religioni videatur obuiare, & contra puram authenticámque Sanctorum Patrum authoritatem venire. Sed his nimirum hanc dignitatem concedendam eſſe ſancimus, qui pura & ſyncera electione tibi ſucceſſerint, & ita per oſtium intrauerint, ſicut fraternitatem tuam cognouimus intraſſe. His verò qui aliter intrauerint, videlicet qui iuxta Dominicam ſententiam, non per oſtium, ſed aliunde vt fures & latrones aſcenderint, non ſolùm Primatum huius dignitatis non concedimus, verùm etiam omni honore eccleſiaſtici regiminis indignos & alienos fore adiudicamus. Prouincias autem illas, quas vobis confirmamus, dicimus Lugdunenſem, Rothomagenſem, Turonenſem, & Senonenſem, vt hæ Prouinciæ condignam obedientiam Lugdunenſi Eccleſiæ exhibeant: & honorem quem Romani Pontifices reddendum eſſe ſcriptis propriis præfixerunt, humiliter & deuotè perſoluant, ſalua in omnibus Apoſtolicæ Sedis reuerentia & authoritate. Præterea, iuxta tenorem poſtulationis tuæ, Eccleſiæ tuæ huiuſmodi priuilegia præſentis authoritatis noſtræ decreto indulgemus, concedimus atque firmamus,*

An. 1076

Primas & Patriarcha idē.

Bulla I Papalis pro Primatia Archiepiſc. Lugdun.

De ſimonia.

Miſſa ad Gebuinum.

a nu. 2. §. 2.
b n. 14.
c nu. 3 & §. 1.
d nu. 33. §. 2.
e nu. 34. §. 4.
f Parad. a. ca. 94.
g Anacle. Papa.
h in Tab. extrema Bitanic.
i To. 3. Par. 2. li. 6. Regiſtri Greg. 7. epiſt. 34. 35. 36. pa. 241.

mus: ſtatuentes nullum Regum, &c. Datum Romæ duodecimo *Kalend. Maïas, Indictione* 2. En Bulla valde copioſa: quæ docet alias multò antea fuiſſe à Romana Sede diſtributas Lugdunenſi pro eius Primatu. Attamen conditionalis cauſa apponitur, ne ſimoniæ labes antea in Galliis percrebreſcens [k] eo in Primatu conquirendo ſubrepat, aliquo ex triplici obſequiorum incitamento. Cuius denuo Bullæ ac Gebuini Archipræſulis meminit paucis Baronius Cardinalis in ſuis Annalibus [l], eodem tempore quo Seuerinus Binius edidit [m] Coloniæ has Gregorij Epiſtolas. Atque hæc eſt prima omnium apertior Bulla Papális, quæ hactenus ſaltem comparuerit pro iſta Primatia. Nam reliqui in eius gratiam diſcurſus à nobis edicti, ex meris effectibus & praxi manarunt citra expreſſum Diploma Apoſtolicum; quorum poſtremi viſuntur in Ledrado ac S.Remigio Archiepiſcopis *.

k ex dictis ſub Humberto, Num. 67.
l To. 11. ſub. an. 1079. pa. 531. Romæ 1605.
m an. 1606.
* Nu. 54. §. 3. & Nu. 57. §. 4.

Paragraphus 2.

Bulla II. item pro Primatu.

SEcunda Papalis Epiſtola in compromiſſis poſita hæc ordine adſeritur, eodem fine RR. comprouincialibus miſſa. *Gregorius Epiſcop. ſer. ſeruor. D. Fratrib. & Coëpiſcopis Rothomagenſi, Turon. & Senonenſi. Sicut nouit Fraternitas veſtra, Sedes Apoſtolica, cui licet indigni, Deo authore, præſidemus, diuina gratia inſpirante, Spiritu ſancto edocta per diuerſas Prouincias & Regna Præſules, Archiepiſcopos & Primates ordinauit: cuius conſtitutione & authoritate Lugdunenſis Eccleſia Primatum ſuper quatuor Prouincias, videlicet Lugdunenſem, Rothomagenſem, Turon. & Senonenſ. per longa annorum curricula obtinuiſſe cognoſcitur. Sanctorum igitur Patrum, nos inquantum Deo fauente valemus, exempla ſequi cupientes, Eccleſiæ memoratæ Primatum, quem ipſi decretis ſuis conſtituerunt atque ſanxerunt, eorum freti poteſtate, ſubinde confirmare ſtudemus. Ad hoc enim diuinæ diſpenſationis prouiſio diuerſos gradus & ordines conſtituit eſſe diſtinctos, vt dum reuerentiam minores potiorib. exhiberent, & potiores minorib. dilectionem impenderent, vna concors fieret ex diuerſitate connexio, & rectè officiorum gigneretur adminiſtratio ſingulorum. Neque enim vniuerſitas aliâ poterat ratione ſubſiſtere, niſi huiuſmodi magnus* [n] *eam* [o] *differentiæ ordo ſeruaret. Quia verò creatura in vna eadémque æqualitate gubernari vel viuere non poteſt, cæleſtium militiarũ exẽpla nos inſtruunt, quia dũ ſint Angeli, ſint Archangeli, liquet quia non æquales ſunt; ſed in poteſtate & ordine (ſicut noſtis) differt alter ab altero. Si ergo inter hos qui ſine peccato ſunt, iſta conſtat eſſe diſtinctio, quis hominum abnuat huic ſe libenter diſpoſitioni ſubmittere? Hinc etenim pax & charitas mutua ſe vice complectuntur, & manet firma concordia in altera Deo placita dilectione ſynceritas. Igitur vnumquodque tunc ſalubriter completur officium, cùm fuerit vnus ad quem poſſit recurri Præpoſitus. Prouinciæ autem multo ante Chriſti aduentum tempore diuiſæ ſunt maxima ex parte, & poſtea ab Apoſtolis ac B. Clemente prædeceſſore noſtro ipſa diuiſio eſt renouata* [p], *& in capite Prouinciarum, vbi dudum Primates legis erãt ſeculi ac prima iudiciaria poteſtas; ad quos qui per reliquas ciuitates commorabantur, quando eis neceſſe erat, qui ad aulam Imperatorum vel Regum confugere non poterant, vel quib. permiſſum non erat, confugiebant pro oppreſſionib. vel iniuſtitiis ſuis, ipſoſque appellabant, quoties opus erat, ſicut in lege eorum præceptum erat. Ipſis quoque ciuitatibus vel locis celebriorib. Patriarchas vel Primates, qui vnam formam tenent, licèt diuerſa ſint nomina, leges diuinæ & Eccleſiaſticæ poni & eſſe iuſſerunt, ad quos Epiſcopi, ſi neceſſe fuerit, confugerent eóſque appellarent, vt ipſi nomine Primatum fruerentur, & non alij. Reliquæ verò Metropolitanæ ciuitates, quæ minores iudices habebant, licèt maiorum Comitum eſſent, haberent tamen Metropolitanos ſuos, qui prædictis iuſtè obedirent Primatib. ſicut & in legib. ſeculi olim ordinatum erat, qui non Primatum, ſed aut Metropolitanorum aut Archiepiſcoporum nomine fruerentur. Et licèt ſingulæ Metropoles ciuitates ſuas prouincias habeant, & ſuos Metropolitanos habere debeant Epiſcopos, ſicut priùs Metropolitanos Iudices habebant ſeculares: Primates tamen (vt præfixum eſt) tunc & nunc habere iuſſæ ſunt, ad quos poſt Sedem Apoſtolicam ſumma negotia conueniant: vt ibidem & iuſtè reſtituantur, & hi qui iniuſtè opprimuntur, iuſtè reformentur: Epiſcoporúmque cauſæ & ſummorum negotiorum iudicia, ſalua Sedis Apoſtolicæ authoritate, iuſtiſſimè terminentur. Quapropter Apoſtolica vob. authoritate præcipimus, vt ſæpedictæ Lugdunenſi Eccleſiæ honorem & reuerentiam à maiorib. noſtris de Eccleſiis veſtris præfixam ita vos exhibere humiliter & deuotè procuretis, quemadmodum vob. & Suffraganeis veſtris reddi debere non dubitatis. Omnipotens & miſericors Deus pacis, iuſtitiæque ſerenus inſpector cordi veſtro clementer inſpirare dignetur, vt per viam æquitatis concordiáque ad firmos gradus in hoc ſeculo tendere taliter ſtudeatis, quatenus pro temporalib. æterna ſumpturi, ad cæleſtis Hieruſalem fines mereamini peruenire. Dat. Romæ XI. Kal. May.* En fuſa piáque commendatio multis rationibus ſuffulta pro debita comprouincialium obedientia erga Præantiſtitem Lugdunenſem.

Parte 2. cit.

Aſtres Archipiſcopos comprouinciales.

n ordo.
o rationem.
p cuius Clementis decretum enarramus Nu. 2. § 2.

Anno 1076. pa. 484. Heelmannũ ſeu Armannum iuſtè depoſitum pro ſimonia, periuriis, ſacrileg. & apoſtaſia excommunicauit, quia Vienenſem Eccleſ. cuius fuerat Epiſcopus, infeſtare non deſtitit. Et Eccleſiis Romanenſi ac D. Irenæi Lugdunenſis dimidium intercidit officium, quandiu eis occupauerit: necnon Comitem Forenſem & Humbertum de Bello ioco propter infeſtationes Lugdunenſis Eccleſiæ excommunicauit, quouſque reſipiſcant. Baron. an. 4. Gregorij.

Patriarchæ idem.

Exhortatio ad obedientiam.

Paragraphus 3.

Bulla III. Capitulo Lugdunenſi miſſa.

TErtia Epiſtola verſatur circa adiectas alias erga Capitulum Primatialis Eccleſię Lugdunenſis circunſtantias, aduerſus eandem ſimoniæ contagionem. *Gregorius Epiſc. ſeruus ſer. D. Canonicis* (ait) *Lugdunenſis Eccleſiæ ſal. Quidam veſtrûm ad nos cum Archiepiſcopo ſuo venientes, poſtquam de Eccleſia veſtra ſtatu & vtilitate nos conſuluerunt, ſine Apoſtolica benedictione receſſerunt. Quod quidem licèt meritò indignè tulerimus, tamen Apoſtolica manſuetudine diſſimulamus: & dum cupimus ſaluti veſtræ conſulere, illorum exceſſus omittimus inſequi. De filio verò noſtro veſtraque Decano Eccleſiæ B. notificamus dilectioni veſtræ, quòd prudenti ac ſalubri conſilio ductus, Obedientias Eccleſiæ cateráque beneficia, quæ ſine communi conſenſu fratrum acquiſierat, in manus noſtras ſponte renunciauit, & ſe vlteriùs non intromiſſurum promiſit. Ad cuius formam tam his qui furtim ſe ſubduxerunt, quàm etiam Abbatibus vel cuiuſcunque clericalis Ordinis omnib. Eccleſiæ veſtræ quicunque Obedientias vel Eccleſiæ diſpenſationes pretij pactione vel contra excommunicationem Landerici Matiſconenſis Epiſcopi, quam in Capitulo veſtro fecit, adepti ſunt, Apoſtolica authoritate præcipimus, vt in manus Fratris noſtri Gebuini Archiepiſcopi veſtri refutare ſine dilatione procurent. Volumus ſiquidem, vt nobilitatem quæ inter Gallicanas Eccleſias, veſtra huc vſque reſplenduit in religionis exemplo, nunc quoque vigilanter cuſtodiat, & vt gloriam, quam hactenus præ cæteris illis habuit in dignitate, nunc augere incipiat in forma religionis. Nouerit autem dilectio veſtra, quoniam ſi noſtris ſalubrib. iuſſis obtemperantes hactenus malè habita cenſueritis iuſtè dimittere, ita vob. prouidebimus in vtroque, vt & temporalib. commodis non deſtituamini, & erroris veniam de diuina miſericordia conſequi valeatis. Quòd ſi quis contra ſalutem propriam animo indurato, poſtquam ad notitiam eius hæc noſtra præcepta peruenerint, vltra XX. dies eis inobediens fuerit, illi omnium Eccleſiarum ingreſſum, & corporis ac ſanguinis Domini communionem, quouſque reſipiſcat, Apoſtolica interdicimus authoritate. Dat. Romæ, XII. Kal. May, Indictione II.* Ecce poſtrema, Gregorij Bulla ſemper in Gebuini & ſucceſſorũ gratiã. Pro quibus Archipręſule & Landrico Antiſtite alia de mandato præfati Gregorij Papæ in ſacra noſtra Chronologia Matiſconenſi Nu.39.§.4. Duo autem priora Diplomata confirmant diſertè Primatiam Lugdunenſem erga Cathedram ſeu Prouinciam Senonenſem & alias tres in ipſis contextibus denominatas. Vnde Pontificium hoc Reſcriptum confirmat omnino, quàm imaginaria ſit prętenſa Senonenſis Archiepiſcopatus Primatia in Gallias atque Germaniam à Ioanne Papa VIII. credi conceſſa, aut potiùs vi per Caluum Imperatorem extorta, necnon iam commemorata in S. Aureliano Archipræſule Lugdunenſi ante annos ducentos [q]. Nam ſic eminenter iura poſteriora derogant prioribus, etſi lex poſterior anterioris apertè haud meminerit, ex cap. *Capitulum S. Crucis.* Tit. De reſcriptis [r]. Vbi Gloſſa hæc clariùs adiicit. *Si primus præſentatus non proſequatur ius ſuum dolo vel negligentiâ, cùm perſequi poſſit, valebunt ſecundæ præſentationes, licèt de primis non faciant mentionem. Secus in Reſcriptis ad lites obtentis: vbi per ſollicitudinem præſentantis perditur primum Reſcriptum, licèt ſecundum de primo non faciat mentionem.* En diſertè monitum. Vel profectò ſi aliò etiam tantiſper iure diuertendum puteturritè: opinandum fuerit, quòd ſi permanſerit in locis ſucceſſoribus illa Senonenſis Primatia, certè adhuc inde aliquid maius & excellentius occurrit concludendum pro antiquiore Lugdunenſi Primatu: nimirum quòd Archiflamen ſeu Primas Lugdunenſis ſit ergo verè Primas Primatum, quia de facto Lugdunenſis hodie perſiſtit Senonenſibus vbique Archiepiſcopis omnino eſſe ſuperior, & perinde is cenſendus erit director ſupra alios quoque Archiepiſcopos magnæ Germaniæ, quicunque ferentur ſubiici in perpetuum Archiepiſcopo Senonenſi. Iſta ſufficiant pro themate.

Item contra ſimoniam, at non de Primatia.

Senonenſis Archiepiſcopatus non eſt Primatia.

Lugdunenſis Primas Primatum.

q Nu. 58. §. 3. & 4.

r li. 1. Decretal. Tit. 3. ca. 30.

ſ redeundo Româ è conſpectu Leonis PP. 9. qui ſedit ab ann. 1048. ad 1054.

Parte 2. allata §. 1.

Paragraphus 4.

Epiſtolæ Gebuini.

CÆterùm, Gebuinus in eo dignitatis faſtigio quo præfulſiſſe diximus, ſimul quoque viſus eſt ſumma præditus humilitate & animi demiſſione, quia in ſuis ipſe epiſtolis * ſe duntaxat Presbyterum Lugdunenſis Eccleſiæ præ modeſtia nominabat. Patent in diuerſis ſub vno volumine editis Lutetiæ, cum nonnullis Opuſculis Hincmari quondam Rhemenſis Archiepiſcopi, & id obſeruatum nõnihil aduertimus in M.S. decimi Epiſcopi Andegauenſis S. Albiui: formuláſque relegit Iacobus Sirmundus Societatis Ieſu in Corbienſi Abbatia, tractatu Magiſtri Flori Diaconi Eccleſiæ Lugdunenſis tempore ibidem Archipræſulis 58. beneficio cuius Authoris fruimur expoſitiunculâ ſacrificij Miſſæ ex antiquis Patribus collectâ, &c.

* in vlt. eandem.

Paragraphus 5.

Fundatio eſt Eccleſiarum Gebuini.

AD reliqua ſeorſum deſcendamus, quæ inde poſtea idem Gebuinus præclarè alibi geſ-
ſit. Imprimis ipſe Primas ſic ſolus ex Gallis confirmatus in digniore ſtatu, præſente
Hugone Legato, de quo ſuprà, Collegiatam Belli-iocenſem Eccleſiam tunc recèns condi-
tam dicauit Virgini Deiparæ, an cir. 1. ſuæ Sedis, precibus eò ductus Betaldi ac Humberti
primi huiuſce nominis, locupletiſſimorum fundatorum ac Belli-ioci Dynaſtarum, vt cenſet
Guilel. Paradin.[t] quia tunc diſceſſerant: ſed votis filiorum Humberti ſynchronorum, ex — t li. 2. ca. 33. hiſtor. Lugdun. ad an. 1076.
Ren. Chop. in ſacr. Pol. Huius verò Humberti auus fuerat Vmfredus, primus factus Belli-io-
ci Princeps ſeu Comes, frater Artaldi Comitis Lugdunenſis, patrimonium ita appennagij
lege diuidentis, ex Claudio Paradino in genealogia Regum Franciæ, & ex Franciſco de
Rozieres libro Stemmatum Lotharingiæ [u]. Conſecrationi rurſus aderat Landricus Matiſco- — u in vtriſque extremis.
nenſis Antiſtes, intra cuius Diœceſis metas ſita eſt Belli-jocus. Secundò, idem Gebuinus
Archipræſul veterem quoque Eccleſiam S. Petri Matiſconis ædificauit; cui plures Eccleſias
parœciales ſui olim Archiepiſcopatus ac in Lugdunenſi ſua Diœceſi collocatas annexuit [x]. — x In agro Breſſiano.
Belli-joci.
Sic liquet ex Martyrologio ipſius Eccleſiæ S. Petri. *Obiit Domnus Gebuinus Lugdunenſ. Ar-*
chiepiſcopus (die 18. Aprilis) *qui hanc Eccleſiam conſecrauit, & Eccleſias quas in ſuo Epiſcopa-*
Eius obitus & ſepultura.
tu adquirere poſſet, eas annuit ipſo die ſui obitus, &c. Tertiò, audi ea quæ narrat vetus Mar-
tyrologium Cathedralis Eccleſiæ Matiſconenſis. *XII. Kalend. Aprilis* (ait) *obiit Gorſerannus*
Archiepiſcopus in Chriſto. Sed vbi ſederit, nullibi legitur. Tum conſequentibus pagellis ibidem,
ſic ad propoſitum. XIV. *Kal. May obiit Geboinus Lugd. Archiepiſcopus, & Donſerannus Lin-*
gonenſis Epiſcopus ac Canonicus Matiſconenſis. Quale nomen apud Antiſtites Lingonenſes non
extat in Tabula Democharis [y]. Verùm qui propiùs eò illic acceſſit circa hæc tempora, eſt — y To. 2. c. 18
Iocerandus 54. Quartò in vno Martyrologio Eccleſiæ Lugdunenſis pingitur Gebuinus dece-
dens præfato die Maij, cum aliquot Eccleſiaſticis collatis muneribus. At in altero ſcribitur
1077. migraſſe ipſo die Calendarũ Maij anno, reor, M.LXXVII.[z] corpúſque funeris quieſcere in — z conijcitur ex Nu. ſeq. §. 5. in marg. littera F.
Baſilica S. Irenæi. Quintò & ad extremum, ſupra eius ſepulchrum eminet Sacellum & Al-
tare extra Canonialem Eccleſiam: ad quod piè confugere aſſolent, qui podagræ inſanabili
morbo laborant [a]. Idque præſtant ex religioſo more antiquo, à tempore repoſiti hactenus — a vulgò *Les gouttes.*
Miracula inde orta.
cadaueris. Vulgus appellat, *l'Autel & ſepulture de S. Iubin.* Quin imò, licèt Caluiniſtæ ab anno
M.DLXII. Aras & ſacra monumenta ſuburbij huius Lugdunenſis deſtruxerint: tamen per-
ſeuerant tales infirmi in dies eò proficiſci, ſua vota reſtituentes. Teſtes habeo oculatos: qui
illuc pergentes, multi ex ipſis præſentiunt corporum ſanitatem, aut meliorem ſui ſtatum:
ſcilicet tantam inde valetudinem domum reportant, quanta ſit ſeu maior aut minor, lenta
aut feruens deuotio adeuntium, Numen ibi orantium, ſacrificia offerentium, ac priùs ſa-
cramentaliter pœnitentium: vti decet in eiuſmodi peregrinationum officio pro ſolamine ob-
tinendo corporis ſimul & animi. Ex quo præſtitorum miraculorum argumento licet colli-
gere Gebuinum inter cœleſtes atque beatas mentes annumerandum, etſi Romanum Mar-
tyrologium eius Confeſſoris minimè palam recordetur. Alia de illo viuente in Eccleſiæ Bel- — b Nu. 39. §. 2.
li-jocenſis conſecratione ſub Landrico Matiſconenſi Epiſcopo [b], & de ipſo tanquàm iam — c Nu. 40. §. 9. ac 6. & 11.
mortuo in Berardo pariter Maticenſi ſucceſſore ſub an. 1110.[c] ac cætera alibi ibidẽ allegata.

LXXIII. *Paragraphus 1.*

Arnul. primùm Religioſus.

ARnulphus recèns à nobis accuratè recognitus, quem minimè recenſuit prior noſtra
Lugdunenſis editio, eſt is de quo Liber qui dicitur *Faſciculus temporum omnes anti-*
quorum hiſtorias complectens, habet hæc verba ſub duplici calcographia: *Arnulphus*
Sextus additus.
(inquit) *Abbas Monaſtery Canonicorum Regularium Ordinis ſancti Ruffi, poſtea Archiepiſcopus*
Lugdunenſis, eum Ordinem regularis vitæ inſtituit [a], *&c.* Pro tanti Præſulis Chronologia, cer- — a fol. 54. in magno fol. & altera editio 104.
Author de eo.
tè locus vbi id affirmat Author anonymus valde orthodoxus palámque receptus iacet & la-
tet ſub Romanis Pontificibus Gregorio 7. ſedente ab anno 1073. itémque ſub Victore 3.
ſucceſſore ab an. 1087. & ſub Vrbano 2. ſacras habenas tegente ad annum vſque 1100. In-
ter quæ tempora, ſi commodè huic Volumini inſerendum putamus Reuerendum Arnul-
phum, vti profectò ex noſtro munere decet, ſanè perſpeximus reponendum à nobis eun-
dem Protopaſtorem, equidem aptiùs, ſub hoc ordine poſt Gebuinum, & ipſum Hugoni
1078. adſequenti neceſſariò præmittendum, necnon mox conſtituendum circa annos CIↃ. — b ex Nu. 73. §. 3.
1079. LXXVIII. & ſequentem cum tertij ſemiſſe ad minus, aut nouem eius anni menſibus ad
ſummum,[b] quoniam nos inde premunt arctiores Hugonis calculi, ne calamum noſtrum
vlteriùs

vlteriùs progredi patiantur pro ipſo Arnulpho longiùs trahendo in Sede ſua. Neque prætetea eundem ſub annum M C. retrouertere licuit, quia idem Hugo orbiculares illos arcus ſolares replet & excedit omnes, velut præmonſtrant firmiores hiſtoriarum circuli eius æuum ambientes, cingentes & complectentes ad integrum. Ille autem Faſciculus temporum præ manibus noſtris hæret, quondam peruenuſtè diſpoſitum Gothicis quadratis literis ab aliquo deuoto Anachoreta Carthuſiano ſub initio penè Ordinis inchoantis anno 1084. & Dõnis fratribus Opuſculum poſthac vario incremento abſoluentibus ad annum vſque 1476. quo volumen editum eſt Louanij [c]. Vnde primi authores libelli videbantur penè ſynchroni Arnulpho Archipræſuli, minimè quòd ſciam Beato in Eccleſia militante. Quapropter ſupereſt concludendum, videri multùm allucinatam editionem Breuiarij Eremitarum Ordinis S. Auguſtini [d] mutuatam ex Abbate Ioachimo ſcribente in Apocalypſim, ac dicentem S. Ruffum Ordinis Canonicorum Regularium ſub voto D. Auguſtini extitiſſe Archiepiſcopum Lugdunenſem anno 1100. ſtudioſè reformantem alumnos ſui quondam Ordinis: quia disertè probamus in tertio noſtro volumine de Sãctis Gallicè priùs editis [e] nullũ planè Ruffum, vel etiam diuum in orbe Chriſtiano tunc floruiſſe: ſed copiſtas ante calcographicam artem per errorem & homonymiam ſubſcripſiſſe Ruffum loco Arnulphi in characterum vicinia obdormiẽtes & excutientes. Itaque Ordo cenſetur à piiſſimo Arnulpho reformatus, & conſcribi iam inchoatus annis centum viginti priuſquàm floruiſſet aut annotaſſet Ioachimus nominis Archiflaminis oblitus, necdum videntis priuatum Faſciculum poſtea editũ. Qui Primas ætate prouectus Romæ tandem effudit extremum ſpiritum, religioſam hanc reformandi rationem apud ſummum Pontificem reſortiter proſequendo. Et certè vir iſte reformationum percupidus is denuo eſſe creditur, de quo ſic fatur Platina, tametſi paulò ſetiùs ſub Honorio Papa 2. [f] *Arnulphus Chriſtianæ religionis Prædicator egregius, Clericorum inſidiis Romæ necatur, quia acerbè nimiùm in eorum laſciuiam inueheretur, quódque eor. pompam & in comparandis diuitiis nimium ſtudium improbaret: paupertatem Chryſt. & integerrimam vitam ad imitationem omnib. proponens. Hunc multi ex nobilitate Romana tanquam verum Chriſti diſcipulum & prophetam ſequebantur, &c.* Is eſt ille Martyr noctu in aquis ſubmerſus, de quo Tritemius [g] & Genebrardus eo quidem ſeculo, ſed annis viginti quinque poſt præfatam vndecimam centuriam. Quod præcisè tempus parum admodum diſtans complet profectò ſedem Raynaldi I. infrà. Verùm, quia leuis eſt hæc diſcriminis ratio, nec illic ſubeſt vacuum aliquod interſtitium, quo miſceri & ſeorſum locari valeat iſte Præſul: idcirco ad hunc ordinem ſpatio capacem ſuſtulimus. Attamen, non autem fuit hic *Arnulphus ſanctus vir, qui literis imbuerat Dagobertum* Franciæ Regem, multò antiquior, & de quo talia refert Paulus Æmilius [h]. Neque rurſus fuêre alij duo Arnulphi, ſancti Confeſſores Epiſcopi Metis & Sueſſionibus in Gallia, etiam vetuſtiores, ac de quibus Martyrologia [i] cum Iacobo Gualtero in Chronographia: neque demum S. Martyr Arnulphus Hyperbolenſis Antiſtes in Saxonia, crudeli gladio inter Miſſarum ſolennia occiſus [k]. Et quod ſpectat ad ſuperſtitem Platinæ periodum de tanto viro, dicentis, fueritne hic ſanctiſſ. vir. Presbyter an Monachus, an eremita, haud ſatis conſtat ſanè author abſens & perfecta peregrini humilitas effecit, vt nullos quis noſſet in eo graues Prælaturæ geſtus. At nihilominus ſuis patet meritis in Lugduneum Archipræſulem electus. De quo pauca obiter inferiùs ſub Gaucerano [l] & Raynaldo [m] ſeu alij Alnaldo. Vnde Chenutius hunc Arnulphum tardiùs ſumpſit pro eodem Alnaldo ad numerum ſuum 71.

Aliud eius nomen.

Ipſius hiſtoria & martyrum.

c apud Ioan. Veldener 74. Kal. Ianua.

d factam Lugdun. in 8. an. 1596. ad finem.

e pag. 2560. &c.

f ab an. 1125. ad 1130.

g pag. 157.

h fol. 40. ad an 635.

i 18. Iulij & 15. Aug.

k Trit. p. 25. ad an. 890. vulgò *Arnoux*, vel *Arnoud*. S. Antoninus Par. 2. tit. 15. ca. 6. §. 15.

l Nu. 76. 3.

m 77. 2.

LXXIV. *Paragraphus* 1.

Qualis hic Hugo.

HVGO I. eſt is, qui antea fuerat Dienſis Epiſcopus, ſimúlque iam tunc Legatus Apoſtolicus; & creatus Cardinalis S.R.E. ab Alexandro Papa 2. * vnà cum Richardo Abbate de S. Victore Pariſienſi, & Bernardo Abbate S. Victoris Maſſilienſis, ac pluribus aliis. Deinde is Pontificio munere tranſlatus eſt ad Lugdunenſem Archiepiſcopatum poſt Gebuinum: perſiſtens in ſua velut perenni legatione de latere ſanctæ Sedis Apoſtolicæ, ac venerabilis nuncupatus ex Sigiberto, quémque ferunt nepotem Hugonis filij Odonis primi Burgundiæ Ducis [a], ac Priorem Monaſterij S. Marcelli Cabilonenſis [b]. De ipſo autem innumera pene, ſinguláque egregia, interueniunt proponenda. Quæ priuſquàm inueſtigemus, prolegomena quædam ſupponere decet Operi [c]. Iniit Hugo multa gerenda cum Gregorio Papa VII. eum in Gallias delegante. Atque hinc tria rerum genera percurrere neceſſum eſt ſequentibus cunctis Paragraphis. Primum eſto de commiſſis.

* ad an. 1062. ad 1072. Siacon. pa. 324.

a ex M.S. Cabilonenſi per nos viſo.

b ex viſis Archiuis Prioratus, pendentis ex Abbatia Inſula barbaræ.

c hoc to. §. 8.

ei Bullis

ei Bullis è Curia Romana, quandiu Dienſem rexit Eccleſiam. Secundò, de conſimilibus plumblatis inſtrumentis ab illo ſupremo capite eccleſiaſtico prodeuntibus, qualia inchoamus à poſtero Hugonis tempore, quo nimirum ipſe Cathedram Lugdunenſem cohoneſtare cœpit ad eius vſque finem. Et tertium, idque præcipuum, erit edita recèns hiſtoria S. Anſelmi Cantuarienſis Archiepiſcopi, Angliæque Primatis, viri exulis, ſæpiúſque hoſpitio recepti à noſtro Hugone Lugduni. Ex quo viatico nonnulli hodie incipiunt ducere argumentum, quòd propter mira eiuſdem Anſelmi prodigia Lugduni quondam peracta, nobilis Eccleſia Lugdunenſis, apud quam frequenter commoratus eſt ille Sanctus è patria profugus, religiosè permota eſt, vt ei & ſucceſſoribus ſuis ac ſuæ Anglicanæ Eccleſiæ, terrenas poſſeſſiones attribueret, non verò illi tantùm alimoniam præſtaret, quandiu remoraretur: ſed & futuris etiam Clericis Cantuarienſibus Anglicanis pro fide catholica exulibus, ſi fortè id malum omen contingeret in poſterum, quod & deinceps haud rarò occurrere viſum eſt. Recèns autem prodiit Francofurti [d], ea tota res quæ ad Anſelmum pertinet, ſtudio veteris ac coætanei Vuilelmi Monachi Malmesburienſis, nunc in M. S. reperti, etſi portio vitæ non obſeruata dudum aderat curâ & operâ Laurentij Surij ex Anglo Edinero ſumpta, pariter ſynchrono. Equidem ſanè in priore noſtra Celticæ ſacræ Chronologiæ Typographia [e], hanc poſſeſſionum Lugduni conceſſarum hiſtoriam ſeriùs paulò mutuatam ex Archiuis Capituli retulimus [f] ad D. Thomam pariter Cantuarienſem Archiepiſcopum, in Gallias quoque exulantem, & fortè Lugduni cum decore ſuſceptum, ac demum martyrem in Anglia effectum annis ſeptuaginta duobus pòſt beatum Diui Anſelmi diſceſſum è vita; adeò vt poſterior, adoleſcens, anteriorem ſenem contueri potuerit. Sic enim publica fides & Cleri opinio habet, ſaltem hactenus, quòd prædiorum ac domiciliorum largitio facta ſit in ſancti Thomæ gratiam, velut disertè conſtat ex conſequentibus ſeculis ſeu Capitularibus libris à nobis in Guichardo & Ioanne I. oſtenſis [g], quaſi natiuis ſuis locis ac crepuſculis infra. Necdum tunc nouiſſima calcographia vitæ S. Anſelmi ex Germania aut Anglia in Galliam aut ad manus noſtras peruenerat. Cunctis ergo illis exſcriptis ad noſtrum conſpectum mox ſubmiſſis: vt controuerſiam ſedemus, & in concordiam reuocemus; opinamur agros illos Lugdunenſes, cœptos profectò concedi Anglis ſub exilio D. Anſelmi; at eoſdem magis confirmatos vel auctos ſub D. Thoma Cantuarenſi; ad quem ideò poſteriora Eccleſiæ Lugdunenſis Volumina referunt illa munificentiſſimè collata bona, tanquam ad recentius exilium, perindéque notius, & ſucceſſorum mentibus memoriæve faciliùs obuerſans. Quem epilogum ad Anglos ſpectantem latiùs in tertio dicendorum regimine enarrabimus *: ſi primùm Bullatos Codices reuoluamus, ſingula in diſtinctos Paragraphos secturi ac partituri.

Triplex ordo generalis in 12. §.

Duo Authores.

Tertius ordo de SS. Anſelmo & Thoma Cantuarienſib. Archiepiſcopis.

[d] an. 1601.
[e] Lugdun. 1607.
[f] pag. 150. 151.
[g] Nu. 82. Archiepiſcopis Lugdunenſ. §. 3.
* à §. 6.

Paragraphus 2.

1. Ordo.

AD primum thema pedem referentes, ſcilicet vt dignoſcamus, quando Legatus Hugo regebat Dienſem Eccleſiam, vix diutiùs immorabimur in petendo, an is fuerit Hugo de Petra fonte, qui factus Antiſtes Sueſſionenſis, poſtea Hieroſolymam profectus, ibidem obiit [h]. Nam licèt verè ambo ſynchroni videantur: non tamen efformant idem naturæ indiuiduum: quia præterquam quòd noſter Hugo in Græcia defunctus eſt [i]; ipſe inſuper illum præceſſit annis viginti vt minimùm: etiamnum admittente ac ſecernente Demochare in ipſamet Sueſſionenſi Tabella [k]. Igitur Diplomata noſtri Hugonis Diæ adhuc degentis euulgantes, aut ei à Pontif. Romano miſſa, hoc primùm exponimus. *Gregorius Epiſcopus ſeruus ſeruor. Dei, Hugoni Dienſi Epiſcopo & Hugoni Cluniacenſi Abbati, ſal. &c. Vos ſummoperè ſtudium adhibere mandamus admonendo: quatenus finem imponere procuretis negotiis, vnde Rhemenſis Archiepiſcopus* (Manaſſes) *confrater noſter ſuis literis nobis conqueſtus eſt de confratre noſtro Archiepiſcopo Viennenſi Vuarmundo, qui in ſuo Archiepiſcopatu Presbyteros depoſuit, & eoſdem reſtituit, &c. Datũ ad S. Germanum XI. Kalend. Septemb. ann.* 1078. [l] Sub quo rurſus anno vulgares ſcriptores Andreas à Quercu [a] in Gregorio Papa 7. & Ioanne, & Lieuræus Canonicus Viennenſis [b] pro Vuarmundo ſuo quondam Archiepiſcopo, vnà cum Bibliotheca Cluniacenſi [c], inuehunt nimiùm paulò in Epiſcopum Matiſconenſem vniuerſum, qui fuit Landricus 39. à Petro Albanenſi Antiſtite, tanquam Legato Apoſtolico agitatus, de qua re habitum eſt Colloquium Matiſconi [d] aduerſus Landricum fortè inſcium de exceſſu aliquorum ciuium aut Clericorum aduerſus Legati homines. Ratio inuectionis eſt, quia Gregorius ſubinde ad Landricum ſcripſit amicè, de ſedando aut iam extincto motu cum multa beneuolentia, dum præterita comminatio cenſuræ fuerat duntaxat medicinalis in reuerentiam & ſalutem tendens, atque præuidens, ne malum pœnæ eueniat: ad quod negotium

Altiùs Hugo tunc Epiſcopus.

Bullæ Papales ad Hugonem in Lugdunenſem.

Prima, antequam eſſet Lugduni.

[h] an. 1103.
[i] § 9. ſin.
[k] Nu. 51. 52. Iluca. 15.
[l] an. 6. Pontific. Greg. 7. li. 6. Regiſtri, Epiſt. 5 pag. 6232. Colon. 1606. Tom. 3. Concilior. Par. 2.
[a] pa. 1065.
[b] pa. 512.
[c] col. 512.
[d] To. 2. in Matiſconenſib. § 4.

E e termi

Prima, antequam eſſet Lugduni. terminandum Pontifex Romanus Hugonem Lugdunenſem deſtinarat. Pergamus vlteriùs. Vuarmundus 69. Episc. ſucceſſor
Alia hiſtorica patent fragmenta Pontificia, ad idem prioris Cathedræ propoſitum: eáque Armanni citati ad marg.
tum poſteriora, tum anteriora præfato Bullæ codicillo; cuius tamen qualitates præfici Nu. 69. §. 2. &
meruêre, neque ea ad lõgum recenſenda ſunt. De poſterioribus quidem extat Bulla ſeu Epi- altiùs.
ſtola ipſiuſmet Gregorij ad Humbertum Taruannenſium * Epiſcopum, *Dat. Romæ VII. Ka-* * Teroüēnne.
lend. Aprilis an. 1079. [m] vbi conſtat Hugonem viſum tunc adhuc Dienſem Epiſcopum. m li. 7. Regiſtri, Epiſt. 16.
Extat & alia ad Hugonem venerabilem Cluniacenſem Abbatem directa, ac dat. Cyperani
Appendices. V. Kalend. *Iulij*, anno præfato. De anterioribus verò geſtis quæ allatam Bullam præceſſe-
runt, manifeſtæ ſunt hæ apud Baronium hiſtoriæ. *Anno M. LXXIV.* (ait [n]) *Gregorius PP.* n To 11. Annal. Romæ 1605. pag. 118.
Concilium Romanum & Lingonenſe. *VII. indicit Synodum celebrandam Romæ in exordio Quadrageſimæ* [o]. *Ad quam vocatus eſt &*
Hugo Dienſis Epiſcopus, vnà cum Clericis ſuis [p]. *Anno 1077. Hugonem Dienſem Epiſc. & Hu-* o ad an. ſequent. 1075.
bertum Romanæ Eccleſiæ Subdiaconum Legatos mittit ad cognoſcendam cauſam Dolenſis Epiſcopi in p Gregor. li. 2. Epiſt. 34.
Britania [q], *mandans celebrari Synodum Lingonenſem in Gallia, eidémque Hugonem Dienſ. Epi-* q minore ſeu Gallicana Armorica.
ſcopum Legatum præeſſe, ac Hugonem Abbatem Cluniacenſem voluit intereſſe, pro inueſtituris laï- r lib. 4. Epiſt. 12.
corum prohibendis [r]. Hæc iſte declarat Paragraphus, præpoſterã cuius ſeriem non mireris, Le-
ctor, ex contentis tractatulis. Quippe ſub hiſtoria Baroniana, quanquam prior tempore
ſit, finiendum nobis erat: quia proxima authoris periodus poſt dictionem, *prohibendis*, dat
initium ſacro Lugdunenſi ſolio per Hugonem poſſeſſo, iure tranſlationis è priori Dienſi
Epiſcopatu. Proptereáque illa poſtrema periodus fuit immediatiùs nectenda ſequenti Para-
grapho ac textui Baroniano his opportunè colligando.

Paragraphus 3.

II. ordo. SEquuntur Hugonis geſta, à quo tempore is Lugdunenſem captauit Archiepiſcopatum,
pro ſecundo dicendorum ordine. Donec Bullas conſcribamus,* quas ei ad nouam illam * §. 4.
Anno 1080. Sedem deſtinauit Gregorius: nos interea pergimus abſoluere Baronianos diſcurſus ſuperio-
re Paragrapho cœptos. Poſtquam author periodum hanc, *pro inueſtituris laïcorum prohibendis*,
ſuo clauſit termino ac limite; ſanè in proximis voculis ſic lineas ſuas perduxit. *Ad finem*
Concilium IX. Lugdunenſe. *anni M. LXXX. celebratum eſt in Gallia Concilium Lugdunenſe: cui præfuit Apoſtolicæ Sedis Le-*
gatus Hugo Dienſis Epiſcopus: in quo cauſa Manaſſis Rhemenſis Archiepiſcopi per plura annorum
ſpatia agitata, finem accepit, damnato iterum atque throno depoſito eodem Antiſtite, qui ſæpè Ro-
mam vocatus obtemperare noluiſſet. Eodem deinde anno Hugonem Dienſem tranſlatum fuiſſe in Ca-
thedram Lugdunenſem teſtantur Acta S. Hugonis Epiſcopi Gratianopolitani. Quo anno ab eodem
Hugone exiſtente Lugduni. *Hugone Archiepiſcopo celebratum eſt Concilium Auenionenſe: in quo cætu alter ille Hugo creatus fuit*
Epiſcopus Gratianopolitanus, eò ductus à Legato exiſtente prius iuuenis Canonicus Valentinenſis *. *Et* * Gulielm. Gazet. inuictis Sanctor. 608. To. 1. pag. 42. Alio 1. noſtra Chronol. edita pa. 155.
tunc per eundem Legatum habita eſt Meldenſis Synodus, in qua deponitur vltrò Sueſſionenſis Epiſco-
Auenionenſe. *pus Anno M. LXXXI. Gregorius VII. Legatum Apoſtolicæ Sedis in Galliis Hugonem nemini par-*
centem, plurimos excommunicantem, mitiùs agendum admonuit [ſ]. *Anno 1083. prohibitus eſt cum*
alijs quibuſdam Epiſcopis, ne Romam in Concilium proficiſceretur. Anno M. LXXXVII. Hugo Lugd.
Meldenſe. *Archiepiſc. Richardus Maſſilienſis Abbas profaſtu & ambitione Sedis Apoſtolicæ, ad quam dudum*
clam inhiabant, votis ſuis non potiti, ſchiſmata in ſancta Eccleſia fecerunt. Sub Victore III. Papa [t], ſ Gregor. lib. 9. Epiſt. 12. Sedit ab an. 1073. ad 1087.
Romanum, aliud. *qui Apoſtolica authoritate præcepit, vt alij ab eis abſtineant, neque illis communicent: quia* (inquit)
Eccleſia Romana communione ſua ſe ſponte priuarò. Hîc gradum ſiſtamus: ne ſi tam citò vlteriùs
fiunt reliquus noſter cum Baronio cæteriſvè progreſſus, in confuſionis ſcopulos concida- t Sedis anno 1. & 4. menſes ab 1087.
mus, aut ſubiecta materia & ſeries adſequentium vix mente concipiatur.

Iam hoc in Paragrapho contueamini tres Synodos vnico anno ab indefeſſo Hugone for-
titer coactas: ex quibus prima fuit Lugdunenſis, nona omninò inter prouinciales ibidem u Dat. 6. Kal. Iao ex lib. 8. Regiſtri Epiſt. 18. an. 1080.
habitas. Hanc verò ſubinde ſuo calculo obſignauit Gregorius VII. vt conſtat ex Papali Epi-
ſtola Hebolo Comiti miſſa. *Manaſſem Rhem. Archiepiſcopum diſſimulauimus* (inquit) *vt cuius*
in depoſitione ſententiam Vicarij noſtri Hug. Dienſ. Epiſcopi in Concilio Lugdun. prolatam, appro- Aliæ de ea re ad Remenſem Eccleſ. Non dubitamus.
batámque ad terminum non diſtulerimus, deinceps in perpetuum firmam eſſe & ratam ipſúmque ſine
ſpe recuperationis depoſitum adiudicem [u]. Itaque is Hugo aſſiduus & perennis erat in labo-
Hugonis culpa. rando pro matre Eccleſia. O vir in agendo expertus, laboris victor, & inediæ patiens! At- tum ad Comitem loci, & Suffraganeos li. 9. Epiſt. 17. 18. 19.
tamen ſuſpicite quàm ſubito mutata ſit volubilis humana ipſius fortitudo & audax laudabi-
liſq; conſtantia, primùm in virtutis actione collocata. Nam is meritis antea cõmendandus, ce-
lerrimus in Conciliis frequentibus adigendis, ac moribus reformandis, confeſtim ſequenti
anno auerſus a recto iam tramite, & ſui oblitus præ ſuperbia, cœpit reprehẽdi à Sede Romana

intra

Ipſius pœnitentia. intra biennium exinde arceri; poſt ſeptennium in pœnas collabi, ad quas ipſe Remeſem Præſulem condemnarat, alióſque redarguerat, & vel ad ſchiſma vſque componendum; deinde interdici ac canonicè ſuſpendi: ô lubrica ſors, dum nutant celſa ruinis! Sed deinceps videamus quàm pulchrè iterùm & honorificè *Surgit qui fuerat mortuus* u, erigit ſe qui ceciderat, pœnitet, qui peccarat, in Numinis gratiam regreditur ac bene toto poſtero tempore operatur, qui prauo errore lapſus fuerat, ádque priſtinum erga Deum remeat ſtatum. Quippe Baronius immediato ſemper ad præcedentia textu perſeuerat ſic vlri geſta conſcribere. *Anno M. XCIV. ab Hugone in Gallia Legato Concilium generale nominatum celebratum eſt, in quo Philippum Francorum Regem excommunicarunt, ob repudiatam à ſe legitimam vxorem, & aliam ſibi affinem ſuperinductam. Teſtatur verò Yuo Episc. Carnotenſis Vrbanum Papam II.* x *Gregorij VII. ſucceſſorem poſt Victorem III. credidiſſe Legationem Apoſtolicam Hugoni: ſed Hugonem renuiſſe in ea perſeuerare ſub Vrbano, anno præfato ſeu VII. ſui Pontificatus. Quod tamen manus eodem tandem anno ſuſcepit, ac damnauit poſterius id coniugium; Réxque excommunicatus eſt. Quo anno cùm deuotæ Sanctimoniales Marciniacenſes nollent infringere vota clauſtralia, aut exire Monaſterium propter flammas ibidem ardentes, vt ignem effugerent, dicerêntque* y *Hugoni præſenti, Noli Domine ſi places hoc iniungere, quod nob. agere non licet. Sed magis iniunge igni virtute Chriſti Dom. noſtri, vt à nob. fugiat. Ad quam mulieris fidem ſtupefactus Archiepiſcopus, ac ſubitò & ipſe fide repletus, lachrymíſque ora perfuſus, ait: In nomine Domini & per meritum fidei huius qua nunc loquuta eſt mulieris, recede ignis peſtifer ab ancillarum Dei habitaculis, nec damna aliqua vltra inferre præſumas. Repentè immenſitas flammarum inuiſibili virtute repreſſa vltrà procedere non potuit: & abſque humano præſidio aliquâve gutta pluuiæ, incredibili celeritate ſemetipſum extinxit. Anno M. XCV. Hugo, quia ad Synodum Placentinam ab Vrbano 2. coactam proficiſci noluit vocatus, nec Legatum eum Canonica excuſatione illuc pro ſe direxerit, ab officio ſuſpenditur. Anno M. XCVI. interfuit Turonenſi Concilio, Præſide Vrbano Papa 2. Anno M. XCVIII. annuit S. Roberto Abbati Moliſmenſi, vt conſtruat & erigat Ordinem Ciſtercienſem. Anno M. XCIX. Yuo Hugonem reprehendit, quòd exigeret nimis audacter multa, & quòd cùm Petri vteretur authoritate, Petri tamen immemor eſſet doctrinæ, dicentis: Neque vt dominantes in Cleris: ſed forma facti gregis ex animo* z. Miſſum facimus, quòd Baronius ſub præfato vltimo anno agat de Primatu Lugdunenſi ſuper quatuor Prouincias ex Gregorio PP. VII. videlicet extra temporum ordinem & tardiùs: cuius ad hoc Pontificis Bullam nos etiam ſuprà ſuo loco inſeruimus ſub Gebuino Archipræſule *. Nam iſto anno M. X C I X. obierat idem Gregorius. Et illa præceſſit annis vigintitribus; atque alia, tribus ante eius obitum annis, de qua inferiùs a. Sed interea, audi multa. Quando ante poſteriores hoſce Baronij contextus dictum eſt à nobis Hugonem ad bonum virtutis ſolidioris conuerſum, poſtquam illi Victor PP. tertius interdixit, non tamen exiſtimes eum poſteà ad vomitum denuo rediiſſe, eò quòd prædiceretur iterum ſuſpenſus ab Vrbano PP. II. Victoris ſucceſſore. Etenim momentanea vel potiùs comminatoria eiuſmodi ſuſpenſio ſubinde legitur ibidem ipſo facto ſublata, quando ante ſolutum annum ſequentem ipſe affuit eidem Pontifici in Concilio Turonenſi: breui ſcilicet tunc purgatus coràm Sede Apoſtolica ob ſuum turpiſſimum è Romana Synodo paulò antè congregata defectum. Et vel certè miraculum flammæ per eum Marcigniaci extinctæ, manifeſtat ipſum circa id tempus viſum Deo pergratum, neque vllis Eccleſiæ cenſuris irretitum. Cæterùm, illud œcumenicum Gallicanum Concilium, de quo in genere author ſine vrbis nomenclatura loquitur, duplex eſt opinio quoad ciuitatem. Imprimis fuit Claromontanum priùs conuocatum Vrbano præſente, & Rex Philippus huius nominis primus. Qua de re ſic Gaguinus b. *Philippus I. duxit vxorem Bertham Florentij Hollandiæ Comitis & Phryſiæ Regis filiam, &c. in Bertham odio concepto, eam apud Monaſteriolum aſſeruari iubet, abducta à Foco Andegaua Bertranda vxore, quam in pellicem annos complures habuit, &c. Eius adulterij cauſâ, cùm à ſtupro non reſipiſceret Philippus, Romanus Pontifex Vrbanus ſecundus Regi hominum communione interdixit. Habuítque apud Claromontem Aruerniæ ciuitatem Synodum anno ſal. M. XCV. vbi de morib. Cleri multa inſtituit, &c.* Tum Paulus Æmilius hoc ſtilo c. *Philippus I. vxorem duxerat Bertam Balduini Comitis Hollandiæ filiam, &c. Bertrandámque ex Fulcone marito matrem Fulconis futuri Hieroſolymitanorum Regis ſibi toro iunxerat, ac per aliquot iam annos habebat; tam illi deditus, vt eius nutu omnia adminiſtrarentur, nec niſi coactus pellice dimiſſâ vxorem reduxit, cùm ſummus Pontifex Vrbanus aquâ & igni ei interdixiſſet. Id quod ante Concilium Claromontanum factum Andreas ſcribit. Alij id de eo demum Concilio decretum ferunt: & difficile eſt res geſtas in ſuum quenque annum digerere. Sed id parui refert, nec abhorret à fide, res antè inchoatas, Claromonte ad exitum deductus, &c.* En hactenus ſententia vna de loco Concilij. Altera verò profertur in medium à Carolo Sauſſeyo Decano Aurelianenſi in ſuæ Eccleſiæ Notitia, hoc verborum tenore *.

Marginal notes (left): Concilium Claromontanum, eo præſente. — 1094. — Miraculum ab illo patratum Marcigniaci. — Concilium Placentinũ. — Turonenſe, ipſo adſiſtente. — Non peccat denuo notoriè. — Quis Rex in Concilio excommunicatus.

Marginal notes (right): u Ioan. 11. v. 44. — x ab an. 1088. ad 1100. — y per os Gisle nobilis Monialis. — z ex 1. Epiſt. Petri c. 5. v. 3. — Hæc Bar. To. 11. Annal. edit. an. 1605. Romæ pa. 119. — * Nu. 78. § 1. — a ad an. 1076. § 5. — b pa. 80. Francofurti. 1577. — c fol. 68. Lutetiæ 1550. — * pa. 409.

In eũ duplex Concilium.

Anno M.XCIV. ab Hugone Archiepiſcopo Lugdunenſi, Sedis Apoſtolicæ legato, conuocatur Synodus Oſtioni in Francia, in qua auctoritate Vrbani ſecundi Papæ Rex Philippus excommunicatur, quòd ſæpe commonitus, Berta regina vxore ſua repudiata, Bertradam Comitiſſam Andegauenſem pellicem celebratis etiam cum ea nuptiis ſuperduxiſſet. Quæ excommunicatio pòſt confirmata eſt ab eodem Vrbano in Concilio Claromontano œcumenico, ad quod Vrbanus in Gallias veniens tredecim Archiepiſcopos cum ſuis ſuffraganeis congregauit anno M. XCV. Itaque aduerſa Principem habita ſunt Concilia: priùs quidem vnum Prouinciale Oſtioni, vrbe vix hodie ſic vocata, & poſteriùs alterum generale, cui rurſus Hugo Lugdunenſis & ſocij interfuiſſe noſcuntur. Hactenus tandem iſta emicuêre pro primis ſecundiſque hiſtoriis, quę Hugonem circunſtant, virum ſuę probitati reſtitutum: donec plura de ipsius pietate pro tertiis in Cantuarienſi hiſtoria promamus. Adſequuntur interim Bullæ ei directæ Lugduni.

Paragraphus 4.

De II. ordine continuo.

EA proſecuturi, quæ ad præfatum ſecundum ordinem dicendorum pertinent, quandiu Hugo perուixit Lugduni Archiepiſcopus, hoc ſeorſum Paragrapho Pontificias Bullas breuiore nota perſtringimus, quotquot illuc ad eum, vel etiam nonnullæ ad alios propter ipſum dirigebantur. Prima ſanè huius generis, quæ in vniuerſum eſt ſecunda pro tali viro miſſa, mandat Flandrenſium Comiti, vt ratum habeat quicquid à Lugdunenſi Archiepi-
Bulla 2. ſcopo ſuper electione Taruannenſis Epiſcopi ſtatutum fuerit, & vt Clericis qui hac de cauſa Romam venerant, nullam læſionem fieri permittat. *Gregorius Ep. ſer. ſeruor. Dei* (ait [d]) *R... nobili Flandr. Com. ſal. & Apoſtolicam benedictionem, &c. Cauſam fratri noſtro Lugdunenſi Archie-*
Bulla 3. *piſcopo Hug... diligenter procurandam literis noſtris commiſimus, vt niſi prior electio canonicè fuerit improbata, nullum illi Sedes alterum ſubroget, &c.* Tertia Gregorij Epiſtola ad ipſummet Hugonem directa, dum idem Hugo eſſet in procinctu & è veſtibulo ſuſcipiendi Archiepiſcopatum, exprimit illi ſuo Legato, vt in vacante Eccleſia Lugdunenſi Archiepiſcopum idoneum curet ordinandum: quòd niſi citò repetiatur, ipſe eius Eccleſiæ regimen ſuſcipiat. *Hu... dilecto in Chriſto Fratri* (inſit [e]) *ſal. & Apoſtol. bened. Summopere procurandum tibi eſt, vt in magna Sede Lugdunenſi non diu differatur ordinari Archiepiſcopus, qui reuerâ ſit miles Chriſti, & defenſor iuſtitiæ, &c. Quòd ſi tam citò non poteſt reperiri, ex Apoſtolica tibi præcipimus authoritate, vt rogatus à Fratrib. tuis, & electus ab eiuſdem Eccleſiæ filiis, indubitanter præſumens de adiutorio cæleſti, ad regimen prædictæ Lugdunenſis ſanctæ accedas Eccleſiæ, imitando D. & Patrem*
Bulla 4. *noſtrum B. Petrum Apoſt. qui de minori Eccleſ. Antiochena translatus eſt in Romanam. Dat. IX. Kal. Nouemb.* [f] Quarta Epiſtola eidem facto Archipræſuli committit Papa cauſam terminandam Abbatis, cui officium propter excuſabilem contumaciam interdixerat: quod interim illi vult reddi. Præcipit vt priuilegio, quod ab aduerſariis eius Monachis ab Alexandro Pontifice ſubreptum dicebatur, ſi ita eſt, caſſato, cauſâque diſcuſſa, ſecundum veritatem iudicium ſuper ea proferat, hiſce periodis. *Dilecto Fr. & Coëpiſcopo H... Lugdunenſi Archiep. ſal. Abbas præſentium lator retulit nob. officium ſibi Eccleſiaq; ſua à fraternitate tua eſſe interdictum; propterea quòd loco ad iuſtitiam inter ipſum & Abbatem de cauſa Dei [g] diſcernendam conſtituto admonitus non interfuit: ad quem, ſicut ipſe dixit, venire contempſit, &c. Proinde quia nos illius cauſam nec pleniter ſcimus, nec abſente altera parte iudicare debemus: eam fraternitati tuæ committimus, vt ſtatuto vtrique parti congruo loco & termino, ad finem quem iuſtitia dictauerit, eorum cauſam perducas,* [h] *&c.* Pro quinto & vltimo Epiſtoliorum loco, hæc ponitur. *Gregorius, &c. Venerabili H. Lu-*
Bulla 5. *gdunenſi Archiep.* [i] *&c.* Qua ſignificat Papa, Hugonem antequam eius literas accepiſſet, Taruannenſem Epiſcopum abſoluiſſe, accepto iuramento, quòd iudicio Sedis Apoſtolicæ, vel Legati acquieſceret. Quare iubet Pontifex, vt coacto Concilio & adiuncto ſibi Cluniacenſi Abbate, ſi depoſitio eius iuſta probabitur, ſententiam confirmet: ſin minùs, eum in integrum reſtituat, & eos qui malè illum tractauerant, niſi ſatisfaciant, excommunicet. En hactenus quinque Bullarum genera. Ex quibus tertiam meditare: qua perſpicuum fertur iudicium, quòd Hugo Primatum Lugdunenſem minimè ambiuit: ſed præcipiente Romano
Hugonis geſta Cluniaci, &c. Pontifice, vt Clerus talem eligeret, conſecratus eſt. Obiter autem iſta paucis ſubiunximus ex Cluniacenſi Bibliotheca. Poſtquam idem Hugo Legatus Romam ſcripſit vnà cum præfato Hugone Abbate in fauorem Arnaldi Abbatis S. Petri Viui, [a] tum anno ſequenti M.XCV. conſecrauit quædam Altaria Cluniaci, præſente Vrbano Papa in aliis etiam ſactandis occupato [b], & ſubinde Mauſiaci palam confirmandum ſuſcepit donum Philippi I. Galliarum Regis ibidem aſſidentis de attrito loci Monaſterio collato. eidem ſancto Hugoni Abbati & ſucceſſoribus, reparando, ſimúlque reſtituendo Monaſticæ diſciplinæ, [c] conſignan

[d] lib. 9. Regiſtri Coloniæ Epiſt. 13. an. incerto pa. 1269.

[e] ibid. Epiſt. 18. pa. 127.

[f] anno ignoto, at conijcitur facilè 1079. vel 1080. neceſſariò ex circumſtantia.

[g] fortè De caſa Dei in prouincia Lugd.

[h] Epiſt. 19. lib. 9. pa. 1275. Epiſt. 31.

[a] ſumptum è Chron. MS. Eccleſiæ S. Petri. Bibliotheca col. 471.

[b] col. fin. 518.

[c] col. 533.

conſignantibus pariter Ademaro Epiſcopo Annicienſi, Aganone Eduenſi, & aliis quatuordecim nobilibus d. Inſuper contulit Archipræſul præfato Cluniacenſi *Cœnobio Eccleſiam S. Deſiderij ſitam in Brixia, & Capellam de Roorterio cum Eccleſia S. Pauli infra caſtri munitionem, cum annuali cenſu quinque ſolidorum* e, *&c.* Denique author Matier miraculum Marcigniaci repentè per Primatem ceſſantis locupletiùs multò pinxit f, quàm ſuprà dictarit Baronius. Fiat hic vlterior progreſſus ſeorſum. d 514. e col.eit.533. an.1094. f col.1281.

Paragraphus 5.

De eodem II. ordine. ALia notatu digniſſima compertum imus pro Hugone, ad præfatum ſecundum dicendorum ordinē continuò pertinentia,& ex cæteris citra Bullas emenſa hiſtoriographis. Imprimis, *Apud Cœnobium S. Medardi pollebat ſignis & virtutibus vir beatiſſimus Arnulphus* (ait Sigibertus ſub an.1080.) *qui pro miro ſanctitatis feruore propoſitum reclufionis eligens, & arcta nimis abſtinentiâ affligens, prophetiæ gratiam diuinitus accepit. Sueſſonico autem Pontifice defuncto* k, *electus eſt ad Epiſcopatum, & iuſſu Gregorij Papæ VII. à Sedis Apoſtolicæ Legato Hugone Lugdunenſi Archiepiſcopo in Præſulem eſt conſecratus.* Necnon ille Hugo ſub id tempus inaugurauit k Theobald. de Petra fonte 50. Demo. to.4.c.15.

Alia octo hiſtoriarum genera. Hugonem quoque Gratianopoli Antiſtitem: qui poſtmodum Carthuſiam ingreſſus eſt, S. Brunonem ſequutus. Secundò, ex antiquo Homiliario idem Hugo Dienſis Canonicos Baſilicæ Lugdunenſis ſancti Irenæi effecit Regulares Ordinis ſancti Auguſtini, etſi forſan priùs cenſebantur alius cuiuſdam obſeruantiæ l ad annum 868. aſſerente Paradino m: qui author poſtea alibi dicit regularem præfatum Ordinem ab eodem inſtitutum anno circiter 1112. Tertiò ipſemet Hugo memoratur Archiepiſcopus anno M. XC. præſens in literis Seguini Abbatis Caſæ Dei, remittentis D. Lauduino & Fratribus Carthuſianis Eremum Carthuſię. Quæ quidem literæ ad verbum conſcribuntur Parte 3. Conſtantiæ Carthuſianæ, authore Domno Polycarpo mihi peramico eiuſdem profeſſionis diligentiſſimo priſcorū monimentorum indagatore o. Quartò, ad annum M. XCVI. ratam denuò accepit confirmationem ab Vrbano Papa II. o eo præſente in generali Concilio Claromontano, vt illi Primatiæ adhærerent Suffraganei Lugdunenſis Prouinciæ, itémque eam profiterentur ſubiectionem Archiepiſcopi Senonenſis, Rothomagenſis ac Turonenſis, poſt motam exinde litem à Richerio Senonenſi p: vt pote ſub prætextu quod decimus quintus ante eum prædeceſſor q ſurripuerat à Ioanne Papa I I X. Primatiam in Gallias: at breui ſopitam. Quà de re nos iam in Aureliano r ac Gebuino s. Et fuit quarta omnium confirmatio. Cæterùm Acta Concilij Claromontani ſeu hiſtoriæ à nobis quæſitæ ex autographo, horum meminerunt. *Cui ſententiæ ſe humiliter obedituros Senonenſis Eccleſiæ Suffraganei propria quiſque voce profeſſus eſt* (ait Bulla) *& id ipſum de Rothomagenſi Eccleſia confirmatum eſt, &c.* reliquis Archipræſulibus eorúmque Suffraganeis Epiſcopis ſuum pariter l tempore S. Remig. reſtauratoris ſuprà nu. 56. §. 1. m l.c. 13. n collectæ ex ſuis ſcriptis oondū editis an.1615. o an.8.ſuæ Sedis. p 65. Democ. l.c.17. q Aogeſilus r nu.57. §. 3. & 4. s 69. §. 1.

4. hiſtoria.

1096. conſenſum in cœtu præbentibus, atque præſentibus aliis duodecim Archiepiſcopis t, LXXXII. Epiſcopis, & XC. Abbatibus, *per manum Ioannis ſancti Romani Eccleſiæ Diaconi Cardinalis* u. Sic loquitur typus MS. nobis factus conſpicuus in Archiuis Eccleſiæ Lugdunenſis, cuius exemplaria duntaxat legit Paradinus x: tametſi hic noſter Epilogus Lectorem ad eum lubens in cæteris remittat. Atque hæc eſt tertia Bulla Pontificia de tanto Primatu: quia duæ priores extant ſub Gebuino Numero LXIX. Andreas autem Quercetanus in Notis ad Bibliothecam Cluniacenſem effert * integrum ferè textum Vrbani Romani Pontificis. Quare Lectorem illuc meritò remittimus, neque textum huc reuocandum cenſemus. t Agonoœ Eduenſi, Lãbert. Atrebat. & c. Para. l.c. 94. u apud montem Aruern. Kal. Decem. x cit. * col.61.62.

Primatiæ confirmatio.

5. hiſtoria. Quintò, audias Sigiberti Chronicon huc ſpectans. *In Epiſcopatu Lingonenſi ſitum eſſe noſcitur cœnobium nomine Moliſmus* y, *fama celeberrimum, religione conſpicuum, &c.* Tum poſt pauca. y vulgò de Moliſme, Ord. Ciſter-cienſ

Odo. *Anno ab Incarnatione Domini M. XCVIII. venerabilis Hugonis Lugdunenſis Eccleſiæ Archiepiſcopi, Sedis Apoſtolicæ tunc Legati, & religioſi viri Vualterij Cabilonenſis Epiſcopi, necnon & clariſſimi Principis Odonis Burgundiæ Ducis freti conſilio, autheritate roboratі, eam inuentam Eremum* z Flandro de Cambreo, Ord. Ciſt.

1098. *in Abbatiam conſtruere cœperunt, Abbate Roberto à Cabilonenſis Diœceſis Epiſcopo, ſuſcipiente curam virgámque paſtoralem, cæteris Religioſis ſub ipſo in eodem loco firmantibus ſtabilitatem, &c.* z Bera. c. 11. a 1099.

6. hiſtoria. Quod & repetit Ioannes d'Aſſignies z. Sexto loco, Annales Baroniaui deliteſcentem extraxerunt è Codice Vaticano litem ferè motam inter duos Antiſtites, qualis ſequitur ipſiſſimis verbis. *Annus agitur ſalutis humanæ milleſimus vndecenteſimus* a, *Indictione 7. quo perdifficilis controuerſia agitatur inter Hugonem Archiepiſcopum Lugdunenſem Apoſtolicæ Sedis Legatum, atque Iuonem Epiſcopum Carnotenſem: cuius cauſa Vrbanus Papa II. querelarum plenam ad eundem Iuonem Epiſtolam ſcripſit. Quoniam in ea pertractata eſt magni momenti controuerſia, par eſt, vt eam (quod aiunt) ab ouo exordiamur: atque primùm tempora conſignemus ex more. Præſentem quidem annum, eius fuiſſe controuerſiæ certum tempus, ipſe Iuo in vltima Epiſtola* b *ad Vrban. Papam euidenter oſtendit, dum ſeptem numerat expletos annos à ſua * ad Carnotenſem Epiſcopatum* b ep 68.

1099.

 promo

promotione in illum diem, &c. Quod autem ad rem geſtam pertinet, ſic habeto. Mortuo Richeri[b]
Controuerſia inter Hugonē & Ioannē Carnotenſem. *Senonenſi Archiepiſcopo* [c] *in die Purificationis Mariæ* [d], *electus eſt in locum ipſius Dambertus* [e]: *vt* — [c] 1096. recepto an. 1062. Democ. cit. dep. 63.
ſequenti Dominica conſecraretur, inſtabat Senonenſis Eccleſia apud Iuonem: qui negans id fieri poſſe
niſi in temporibus proximi ieiunij, facere diſtulit. Interhæc afferuntur literæ Legati conſecrationem — [e] ſeu Cambertus obiit 1122. eſt Epiſc. 66. Democh.
impedientis ad eundem Iuonem, quibus hæc debeat impartire omnibus comprouincialibus Epiſcopis:
hoc, reor, argumento: quòd prætenderet Hugo ad Primatem Lugdunenſem pertinere Epi-
ſcopos ſuæ Primatiæ inaugurare, quantumuis non foret Legatus à latere Romani Pontifi-
cis. *Iuo his acceptis* (pergit Baronius) *quid de ea re ſentiret Vrbanus Papa, explorandum putauit,*
data ad eum Epiſtola, in qua loquitur de Senonenſi electo, quem conſecrandum Legatus impediret, &c.
Ac deinde ſic Iuo ibidem ad ipſum Pontificem. *Quid nobis agendum ſit, reſcribat veſtra pater-*
Iuo ad Papā. *nitas. Cùm enim nullo, aliquo accuſante, alia cauſa prætenderetur, propter quam Senonenſis electi con-*
ſecratio differretur, tamen propter reuerentiam veſtram manus ab eius conſecratione continuimus,
cùm de profeſſione à Metropolitanis Primatibus facienda nihil legamus conſuetudine firmatum, vel
legibus inſtitutum; vltra quas metas nihil conceſſum eſſe Primatibus teſtatur Papa Nicolaus, ita ſcri-
bēs inter alia Rodulpho Bituricenſi Archiepiſcopo: Primates vel Patriarchas nihil priuilegij habere præ
cæteris Epiſcopis, niſi quantum ſacri Canones concedunt, & priſca conſuetudo illis antiquitus contulit,
ita definimus, vt ſecundum regulas Nicænas ſua priuilegia ſeruentur Eccleſiis. Hæc Iuo. Tum Au-
Et ad Hugonem Lugd. thor Baronius ſic diſcurrere perſeuerat. *Ad Archiepiſcopum autem Lugdunenſem, qui hæc exi-*
geret nimis audacter, & importunè, magnóque cum imperio, qui cùm Petri vteretur authoritate, Petri
nihilominus immemor doctrinæ dicentis; Neque vt dominantes in Cleris, ſed forma facti gregis ex
animo, aculeatam ſatis ſcripſit Epiſtolam. Factum eſt, vt imperaſtis (inquit ei Iuo) *& manus à con-*
ſecratione Senonenſis electi continuimus, ac literas veſtras per Comprouinciales Epiſcopos pro Apoſto-
licæ authoritatis obedientia direximus. Itaque conſulendo petimus diſcretionem veſtram, vt parciùs
de cætero nos Apoſtolicæ obedientiæ vinculis aſtringatis, ne humeris noſtris importabilia imponendo,
prohibente aliqua neceſſitate, faciatis, &c. Cùm verò quæ indifferenter ſe habent, in quibus non ob-
ſeruatis minimè ſalus periclitatur, vel obſeruatis minimè iuuatur, tam obnixè ſeruanda ſancitis, vel
prout vultis minuitis: attendere debet prudentia veſtra, quid ſaluti eorum quibus prodeſſe debetis,
conferatis, &c. Nec hæc dico, quòd contra nouos exceſſus non liceat noua promulgare mandata: ſed di-
co quòd ait Papa Zozimus Narbonenſibus, Contra ſtatuta Patrum concedere vel immutare, nec huius
Sedis poteſt authoritas, &c. In lib. quoque Pontificum, qui dicitur Diurnus, ita continetur de profeſſio-
ne Romani Pontificis. Nihil de traditione, quam à probatiſſimis prædeceſſoribus ſeruatam reperi im-
mutare, &c. ſed feruenter obſeruare profiteor. B. quoque Gregorius Maurentio Magiſtro pro cau-
ſa Theodori: Graue nimis eſt contra veterem vſum Sacerdotes ſibi quicquam arripere. Idem E-
piſcopis Numidiæ Leo 4. Iudici Sardiniæ: Nicolaüs Hincmaro Rhemenſi, &c. Cùm ergo iſta genera-
lia inſtituta abſolutè conſecrationem Metropolitani contineant: miramur cur priuatis legibus & no-
uis traditionibus veteres remouere contenditis. Ad extremū, ſic ex eo arguit præfatus Baronius:
Hæc Iuo de iuribus malè vſurpatis per Archiepiſcopum Lugdunenſem, &c. cùm ex priuilegiis con-
ceſſis à Gregorio Papa VII. Eccleſiæ Lugdun. ſupra quatuor Prouincias, nihil ampliùs tribuat ipſi,
quàm antiquitùs ab aliis Pontificibus ei conceſſum eſſet. Atque hic plures miſſas facio eiuſdē An-
naliſtæ pagellas omnino ſimiles, etiámque de eodem Hugone iu Niuerniorum Antiſtitem.
Tandem verò præſens in Senonenſem diſcordia ſopita eſt iudicio ſummi Præſulis. Adeò
vt reuerâ idē Pontifex Yuo Hugonem ſibi præclarè ſuperiorē poſthac agnouerit, illique ſe
lubēs ſummiſerit in ſuis ipſis Epiſtolis, quarū titulos ſic primùm exornat [u]. *Hugoni Reuerendo* — [u] ep. 24. Parſ. 1610. pa. 43.
Lugdunenſium Archiepiſcopo humilis Iuo Carnotenſium Epiſcopus: in aliis porrò talia præſcribit: — [x] ep. 45.
Hugoni Archiepiſcopo Sedis Apoſtolicæ Vicario [x], *&c.* in pluribus autem hoc pacto [y]. *Hugoni Ar-* — [y] ep. 55. 59. 60.
chiep. Apoſtolicæ Sedis Legato Iuo Carnoten. miniſter cum debita obedientia, &c. Ac demum in cæ- — [z] 61. 66. & 158.
teris [z]: *Hugoni Lugdunenſis primæ Sedis Epiſcopo, Romanæ Eccleſiæ Legato, Iuo humilis, &c.* Tum
aliud Epiſtolium eiuſdem Yuonis ad Richerium Senonenſem Archiepiſcopum, de cedendo
Primatiæ Lugdunenſi, quale extat Numero 69. Senonum Tomo noſtro 3. Hæc ſunt fœde-
7. hiſtoria. ra vtriquе pacis eccleſiaſticæ. Septimò, elicuimus inſignem Bullam aliam præfati Vrbani Pa-
pæ ex Chronico MS. Lugdunenſis Eccleſiæ: cuius nondum meminēre Paradinus, Baronius,
Rubizius, aut quiſquam alius. Hanc verò Pontifex ſub eandem anni reuolutionem dire-
xit ad Hugonem, à quo Archipræſule tunc Romam miſſus eſt Iſmeon Dienſis Antiſtes. Qua
certè manifeſtū eſt Lugdunenſem Primatiam maius robur accepiſſe ex Damberti cōſtitu-
tione inauguranti Primati ſuo obſequentiſſimi: *adſtantibus Anſelmo Cantuarienſi, Leodegario*
Bituricenſi, Amato Burdegalenſi Archiepiſcopis (ait typus) *tum Gualterio Albanenſi, Odone Hoſtien-*
8 hiſtoria. *ſi, Guntardo Lundano, Lentardo Syluanectenſi Epiſcopis* [f], *&c.* Octauò & vltimò, vt finis ſit huic — [f] & tribus Cardinalib.
ſecundo generali membro: dicam quid ſentiendum videatur de eo inſtrumento, cuius te-
xtum integrum refert Paradinus pro Helinardi Archiepiſcopi electione à Gregorio PP. VI.

confir

confirmata, quam ſuprà commemorauimus g, & vbi demum conſcribitur *Hugo Archipræſul* vniuerſim. Siquidem, etſi nullus eo tempore ſedit Hugo Lugduni, tamen veriſimilius eſt Reſcriptum concipi de iſto noſtro Hugone. Probabilitatis ratio eſt, quia declaratio eiuſmodi non eſt talis Gregorij Papæ, qui in Pontificia perſona ſeu prima loquatur, neque alicuius alterius inſuper Archiepiſcopi Lugdunenſis: adeóque hoc etiam ſcriptum minimè vocandum eſt Bulla ſeu Diploma. Sed verè eſt tertiæ cuiuſdam perſonæ, ſiue priuatæ ſiue Collegij aut Eccleſiæ, quæ tamen dictis ſufficientem fidem faciat. Et fortaſſis Abbas ſucceſſor ſeu ſolus Conuentus ſancti Benigni Diuionenſis eam compegit: cùm ex ipſius Abbatiæ Archiuis depromptum ſit id Reſcriptum. Etenim poſtquam illie dictum eſt: *Lugdunenſis Clerus & populus pari animo Almardum Dinionis Abbatem diuinitus reuelatum, prudenter, ſobriè, iuſtéque viuentem elegit*: inſuper ita pergit ſtilus poſt pauca: *Dominus Papa Gregorius ſanctitatis culmine venerandus, eius electionem laudando confirmat, &c.* h En non prima perſona aut Pontifex ipſe Gregorius loquitur: at tertius quidam poſt obitum Helinardi. Hoc eſt, res conſcripta eſt tempore Hugonis Archiepiſcopi, qui hæc in poſteritatis gratiam memoriæ mandauit; ſiue ſub Gregorio Papa VI. qui Romæ præfuit, quandiu noſter Hugo Diæ reſedit, vti credimus; ſiue ſub Gregorio VII. quando idem Hugo Lugdunum tranſlatus eſt. Adeóque non mirandum, ſi reſcriptum in exitu ſimul coniungat & dicat, *Sancti Gregorij Papæ, S. Henrici Regis* i, *S. Hugonis Archipræſulis.* Ratióque eſt, quia etſi Gregorius VI. ante Sedem Hugonis in Lugdunenſi Archipræſulatu è viuis diſceſſerit: nihilominus vterque eodem prorſus ſeculo floruit, & eiuſdem fuit hominum memoriæ; qui vtrunque, imò ipſi ſe inuicem conrueri potuerunt. Nam diſcrimen ætatis aut Sedis eſt duntaxat annorum triginta trium inter obeuntem Gregorium VI. & Hugonem creatum Lugdunenſem. Quippe Hugo forſan diebus Gregorianis factus iam fuerat Dienſis Epiſcopus.

g in Helinar. nu. 69. §. 1.

h Alia de ipſo Hugone Lugduni in Lũdrico Epiſc. Matiſc. ann. 1087.

i ſiue Francorum ab an. 1031. ad 1060 Trilins, ſiue in Burgund.

Paragraphus 6.

III. ordo.

MOx tertium atque poſtremum dicendorum ordinem perueſtigemus: ſtantes pollicitis ſub Paragrapho primo allatis. Id genus verſatur circa Diuum Anſelmum Cantuariæ Archiepiſcopum: quæ Sedes Cantuarienſis eſt Primatus totius Angliç Inſularis. Nos autem ideò de tanto viro iſtic ſermonem inſtituendum habemus: quia in percurrenda eius vita, multiplex quoque noſtri Hugonis decus & ornamentum communi nexu in eireum apponitur, pręcipua cuius Lugdunenſis Archiflaminis hiſtoria ex profeſſo inde tradirur ad manus. Quippe apud eum Anſelmus ſępenumero eſt hoſpitatus: ad minus octies. Totam verò narrationem mutuamur ex Edinero, ac deinde ex Monacho Malmesburienſi, mixtímque paucis ex S. Antonino & Sigiberto. Rem inchoemus ex Edinero: & quot vicibus Lugdunum periit Anſelmus extraneus, deſcriptum eamus variis periodorum fragmentis ſeu k minutis titulis. Egregia ſunt ſingula, notatúque digniſſima.

De S. Anſelmo Cantuar.

k verſus Lugdun.

Frequenter apud Hugonē Lugdun. hoſpitatus.

Anſelmus natione Burgundus, nobilibus orbatus parentibus, vnigenitus ac hæres, relictis terrenis, adoleſcens *Normaniam adit, Lantfrancum virum valdè bonum, præſtanti religione ac ſapientia nobilem videre, alioqui & cohabitare volens. Eius ſe magiſterio ſubdit. Occupatur diu noctúque in literarum ſtudio. Venit ei in mentem Monachus fieri Cluniaci* k *vel Becci* l, *vbi Cœnobita factus eſt anno ætatis XXVII. Regebat eo tempore Cœnobium D. Abbas Herluinus, magna probitate conſpicuus. Lantfrancus gradum Prioris obtinebat* m. *Quo* Lantfranco *Cadomenſis* * *Cœnobij regimen aſſumpto, Anſelmus Prioris officio functus eſt Becci.* Addit autem pius Antoninus, quòd hic Lantfrancus poſtea *ex Abbate Cadom. factus eſt Cantuarienſis Archiepiſcopus, &c.* Authos equidem hac ſerie efferendus: vbi, nimirum, tacet Edinerus. Qui antiquior °, dum ad eum redeo: hęc ipſe obſeruat iſto ſuo loco deinde proponenda. *Anſelmus defuncto Herluino, Fratrum Beccenſium conſenſu, in Abbatem eligitur.* Cuius Cœnobium habebat *plures poſſeſſiones in Anglia, quas pro communi Fratrum vtilitate neceſſe erat per ipſius Abbatis præſentiam viſitari, etiámque vt reuerendum Lantfrancum videret, & cum eo familiari affatu ageret: honorificè à Conuentu Eccleſiæ Chriſti in ipſa Ciuitate ſuſceptus. Is verò pro ſua excellentia ſama toti Angliæ notus, iter repetendi Normandiam ingreditur, ditatus multiplici dono. Hinc defuncto Rege Anglorum Vuillelmo, Vuillelmus* ſeu Guillelmus * *filius eius regnum obtinuit.* Et ſub id tēpus renouat Sigibertus ad annum 1097. quòd *Lantfranco Cantuarienſi Archiepiſcopo vita functo, Anſelmus Abbas Beccenſis pro ſua ſanctitate & doctrina* (ait) *non ſolùm in Normania, ſed etiam in Anglia iam celeberrimus ſuccedit in Præſulatu. Qui licèt à Rege Guilelmo & Principibus terræ totiúſque Eccleſiæ Conuentu exceptus fuiſſet: multas tamen moleſtias poſtmodum ſub ipſo Rege paſſus eſt pro ſtatu Eccleſiæ corrigendo.* Exactior autem dies ſuſcepti huiuſce muneris, deſcribitur hoc ſtylo apud Edinerum. *Anſelmus inuitatus & coactus, Angliam ingreſſus eſt, &c. Nondum conſenſerat electioni, quæ de ſe facta fuerat, vt Pontifex fieret: ſed tamen detinente illum Rege morabatur in Anglis.*

Eius adoleſcentia & religioſa profeſſio.

Edinero Authore 1.

l in Normania, volgò l'Abbaye do Bec la riche, Ordre de S. Benoiſt.

m an. 1057. Imper. Henric. 4. an. 1. Antonin. 2. Part. tit. 16. c. 10. Papia Italiæ oriundus, in Normannià venerat mundana relicturus.

* Cadom.

n Edinet. in Sono p. 781. 803. 807 & in Operibus Anſelm. Colon. 1583.

* Eius nomen reticet Guill. Gazetius Attebat in vitis Sanctor. Gallicè to. 1. p. 495 Pariſ. 1608. in 8.

glia. Tandem poſt longum temporis ſpatium, obedientiâ ac neceſſitate adſtrictus conſenſit, & prid. Nonas Decembris, debito cum honore ab omnibus Epiſcopis Angliæ Cantuariæ conſecratus eſt. Atque ſic, hæc per ſynecdochen anacephalæoſes, breuiores multò quàm prolixus ferat archetypus, erant præmittendæ; vt efficaciùs concipiantur ea, quæ propiùs ad ſcopum noſtrum adſequuntur.

Primũ ipſius iter Lugdunũ ad Hugonẽ.

Inde poſt aliquot temporum curricula [o], *Anſelmus Regem adiit, vt ſibi Romam ad Papam Vrbanum pro ſtola ſui Archiepiſcopatus eundi licentiam daret. At ille ad nomen Vrbani turbatus dixit ſe illum pro PP. non tenere: nec abſque ſua electione alicui licere in regno ſuo Papam nominare. Hinc oria diſſenſio grauis. Iubetur vt totius Angliæ Epiſcopi ad diſcuſſionem diſſidij veniant. Anſelmus diuerſis querelis concutitur: multi Epiſcopi Regiæ voluntati fauere volentes, &c. Ad vnam Regiæ indignationis vocem, quidam ex Epiſcopis Archiepiſcopo ſuo atque Primati omnem ſubiectionem ac obedientiam vno impetu abnegant, &c. Anſelmus à Rege poſtulat, quo tutus Regno decedat.* Egreditur *à Curia; ad portum Doſras* [p]: *nauémque ingreditur.* Quacunque tranſibat, *turbarum concurſus, Clericorum cœtus, Monachorum exercitus ei occurrunt.* Atque iam propiùs ad propoſitum audi [q]. *Cùm autem Lugdunum veniſſet, & ab Hugone Archiepiſcopo Ciuitatis ipſius glorioſè ſuſceptus fuiſſet: poſt dies paucos miſsis litteris conſilium à D. Papa de negotio ſuo quæſiuit, quia præpeditus vltra Lugdunum progredi nequaquam poſſet. Ita Lugduni reditum nuntiorum expectans* *. Atque hic eſt primum Sancti Cantuarienſis ad noſtrum Hugonem itinerarium. Ex qua vrbe, *Româ nuntij redeuntes, viæ ſe periculis pro Deo tradit.* Et quæ geſſit cum Papa, ſubticeo.

o & poſt 3. integras paginas in fol.

p item poſt tres pagellas.

q poſt vnam.

* hæc prætenit Gazetius.

Secundum eò iter.

Vbi verò per annum Romæ & in Italia conſtitit: tandem *accepta licentia Roma regreditur, ac Lugdunum illæſus peruenit* [r]: nimirum pro ſecunda vice. *Illic ſummo cum honore gaudióque ſuſceptus, & à Pontifice Ciuitatis venerabili Hugone detentus, manſionem ſuam ibi firmauit, amiſſa omni fiducia viuente Rege Vuillelmo Angliam remeandi. Habitus eſt ergo Lugduni Anſelmus, non ſicut hoſpes aut peregrinus, ſed verè ſicut indigena & loci Dominus. Vnde nuſquam ipſius vrbis Antiſtes eo præſente ſuo volebat loco præſidere: ſed præſidente vbique Anſelmo, ille mira humilitate & honeſtate præditus, inferioris & quaſi Suffraganei loco ſimul & officio fungebatur. Super hæc conſtituit, vt Epiſcopale munus per totam Diœceſim ſuam pro velle exerceret. Illico frequens populorum concurſus vnctionem ſacri chriſmatis per impoſitionem manus illius ſibi conferri popoſcit. Ille omnes ad gratiam ipſius Sacramenti admittebat; ita vt ſæpiſſimè in hoc totus dies expenderetur. Creuit autem incredibilis in eum dilectio omnium, & bonitas eius diuulgabatur per circuitum: illiſque diebus quicunque ſaltem reliquias de menſa illius poterat habere, contra omnia pericula & infirmitates ſe ſalutifera credebat medicina ditatum. Nec iſta fides fallebat eos. Nam reuerâ nonnullos febribus tentos, & quibuſdam aliis infirmitatibus preſſos, mox ſumptis ciborum eius reliquiis, nouimus* [ſ], *integræ ſanitati reſtitutos.*

Miraculum Lugdun.

r Dictũ rurſus poſt 3. paginas.

ſ loquitur Edmerus.

III. iter.

Conſequenter de his operibus ponit author exempla ceſſantium ægrotationum in comedentibus ſecum Viennæ ad Cathedralem Baſilicam D. Mauritio ſacram: quò diuerterat Lugduno D. Anſelmus, qualia nos reticemus. Is exinde Lugdunum reuertitur, pro tertio peregrinationis curſu ad eam vrbem Metropolim, in qua perrexit prodigia diuinitus immiſſa operari. *Tenebant iſta ſe* (infit locus) *quin conualeſcerent falli non poſſe, ſcientes quendam non ignoti nominis virum eo ſolo quòd ſpe recuperandæ ſanitatis Miſſæ illius interfuit, à pari tunc inualetudine conualuiſſe. Siquidem vnus è principibus terræ illius diu eadem qua ipſi languoris moleſtia, vexatus fuerat. Hic agnito Anſelmum in Eccleſia beati Stephani* (veteris Cathedralis Lugdunenſis) *Miſſam ex more celebraturum, feſtinauit illò, arbitrans ſibi ad recuperandam ſanitatem vtile fore, ſi Miſſa tanti viri ac beatitudine meruiſſet potiri. Vidimus hominem ſuorum manibus innixum Eccleſiam introeuntem, mortuo quàm viuenti ſimiliorem. Sedit, & finita Miſſa egreſſus eſt.* Paucis *diebus ad* Patrem *venit flexis genibus ei pro adepta ſanitate gratias agens: confirmans quòd ab ea hora, qua ſe Miſſæ illius præſentauit, ſanitati reſtitutus eſt* [a], *&c.*

Aliud miraculum ibi.

a hic ſilet Gazetius.

IV. iter.

Ex eo Anſelmus Cluniacum profectus eſt: vbi muto *laxatis habenis ora* feſtinus aperuit. Neque tamen hic humillimus talia miranda, quæ fieri vitabat, non ſibi, ſed Deo Sanctíſque cœleſtibus adſcribebat, hominibus ad hæc præſentibus. *Deinde Lugdunum reuerſuri, iter per ciuitatem Matiſconem arripuimus* (loquitur Edinerus) in qua aliud miraculum patraſſe legitur: quale explorandum remittimus in Chronologia Maticenſi ſub Berardo Epiſcopo *. Tum pergens author poſt pauca hæc fatur. *Itaque in habitaculum noſtrum Lugdunum reuerſi,* pro quarta ſcilicet vice, *quietam vitam ab omni negotij ſecularis tumultu agebamus* [t]. Sic ipſe Edinerus [u]. *Anſelmus verò veram vitam ſerui Dei* (dicere perrexit) *ſanctis meditationibus in omnis ſexus, ætatis & ordinis hominum ad ſe venientium ædificationibus, ac in cæterarum virtutum exhibitionibus excreuebat. Per id etiam tempus ſcripſit ibi* [x] *librum vnum de conceptu virginali & peccato originali* [y], *necnon aliud Opuſculum, cui titulum indidit, Meditatio redemptionis humanæ* [z]. *Inter hæc Vrbanus* Pont. *huic vitæ decedit. Quo tempore multa etiam de Regis Angliæ interi-*

Illic libros compoſuit.

* nu. 40. §. 1.

t In eius vita liminari ante eius Opera, Coloniæ ac nomine Edineri 1573.

u ex relatione Surij & Coloniæ.

x Lugdu. inter ſuos 28. libros.

y eſt liber 10.

z eſt 10.

ſupra

tu prædicebantur,ex viſionib.quæ religioſis perſonis reuelabantur. Hine exily noſtri anno tertio,qui quo à Roma Lugdunum venimus,erat ſecundus: addit Edinerus. Iuit Anſelmus Marciniacum loqui D.Abbati Cluniacenſi Hugoni. Et alia prætermus,ibidem concertata.

V. iter. . *Poſtera die cùm inde digreſſi Lugdunum veniſſemus,* effert præſatus Edinerus pro quinto illuc reditu: *ecce iuuenis ornatu non vilis Clerico noſtro,qui prope oſtium Cameræ iacebat,& oculos ad ſummum clauſos tenebat,adſtitit vocans eum: Adam, inquit,dormis? noueris,quia totum diſsidium inter* Reuelationes *Archiep. Anſelmum & Vuill.Regem ſedatum eſt. Ille alacrior factus neminem vidit.Sequenti autem nocte inter Matutinas vnus noſtrûm clauſis oculis pſallebat.Et ecce illi quidam chartulam paruam legendam exhibuit: in eáque ſcriptum inuenit,Obiit Rex Vuillelmus* [a]. *Confeſtim aperuit oculos,& nul-* a mane in ſyluâ venatû iuit,illicque ſagitta cum in corde percuſſit, nullâque mora extinxit. Quaſi alter Iulianus Apoſtata.

VI. iter. *lum vidit præter ſocios.*

Poſt triduum abhinc ad Abbatiam,quæ vocatur Caſa Dei,multis precibus inuitatus Anſelmus progreſſus eſt,ibi honorificè ſuſceptus. Tunc fulgura & ignes è loco repreſſit, ac pleraque geſſit, iſthic ſilentio lubèns omiſſa. Verùm digrediens vlteriùs hæc continuò loquitur. *Nobis poſtea Lugdunum reuerſis:* vt inquit author teſtis & comes pro ſextò itinere ac hoſpitio: *ecce nuncij vnus poſt alterum Anſelmo occurrunt,literas ei cum precibus ex parte matris Eccleſiæ Anglorum,nonique Regis Henrici I.qui fratri ſucceſſerat,ſummopere poſtulantes eum feſtinato greſſu redire.* En ſatis in gratiam VI.Paragraphi. Sequentia diſertè ſcorſum, ſub adnominato diſtincto illo Principe Henriciano. b vrbē Angl.

Paragraphus 7.

D. Anſelmus bis Romã ex Anglia profectus. SVperſtites reſidentiæ Lugduni factæ per S. Anſelmum,vt pote ſeptima & octaua,quę adhuc tandem explanandæ videntur,ſua iacent fundamenta in proximis huſce Edmeri diſcurſibus Quando idem Anſelmus ab Henrico I. optatus eſt,vt in patriam rediret, ex prægustata ſextæ reſidentiæ periodo:ſic textus perſeuerans reſiduum paulatim ingerere. *Vbi Anſelmus Serberiam Lugduno ad Regem venit,& ei quid de Eccleſiarũ inueſtituris in Romano Concilio acceperit, plano ſermone innotuit, turbatus eſt Rex; indoluit, nec nutum eius in aliquo expectare voluit. Per duos ſemi-annos pro iſto negotio minas & tribulationes Anſelmus paſſus eſt. Nuncij ſemel & iterum Romam pro mutatione ipſorum Decretorum miſſi ſunt. Poſt quæ omnia rogauit Anſelmum Rex,quatenus ipſemet Romam iret;& cum Nuncio quem eò directurus erat, cauſæ quæ emerſerat,pro ſuo honore opem ferret. In quo cùm omnes totius Angliæ Abbates &* Principes *acquieſcerent, & eum pro tanta re,quin iret,nullatenus ſuperſedere debere conclamarent;ſe quidem iturum reſpondit,ſed nihil quæ vel Eccleſiarum libertati,vel ſuæ poſſet obuiare honeſtati ſuo rogatu vn-*

VII. iter Lugduno. *quam Papam acturum viua voce reſpondit.* Vides, Lector,hos typi diſcurſus ſaltum paſſos, vt ab extremo ad extremum proſiliant ſine medio: nimirum deſcribant Anſelmi viaticum ex Anglia Romam verſus abſque tranſitu Lugduno,rectâ viâ. Veruntamen propter id haud mireris. Etenim ratio quare ſcriba hoc ſaltem loco Lugduni non meminerit, hæc eſt:tũ quia facilè tranſitũ illic ſuppoſuit,tanquam ſemper directũ iter ac vehiculum:tum quia iã author ſciebat notiſſimum,quòd Anſelmus ex priſco more infrà repetito [c] ſoleret Lugduni au Gal- c octaua vice itineris aut ſtationis.
lia hoſpitari;& vel domicilium ei proptereà cõceſſum fuiſſe in clauſtro inſignis Eccleſiæ Lugdunenſis, etiámque tuti prope Lugdunum ſanitatis ergo tuendæ. Eſto igitur quòd eiuſmodi ſtatio numeretur iſtic ſeptima ab Anſelmo Lugduni facta,velut ſuam domũ inhabitãs ex munifica piáque egregij Cleri largitione. Ex illis autẽ monitis ſic pergimus efferre proximos prę̃fatis adſequentes Edineri contextus. *Die hinc conſtituto,* alloquendi ſcilicet Pontificẽ Romæ, *Vuillelmus quidam Anglus à Rege directus* [d], *cauſam Regis in medium tulit:ac inter alia,quòd* d Legatus, Ambaſſadeur.
Rex ipſe nec pro Regni amiſsione inueſtituras Eccleſiarum pateretur amittere, minacibus verbis aſſeruit. Ad quæ Papa: Si,quemadmodum dicis,Rex tuus nec pro regni amiſsione patietur Eccleſiarum do-

Labores Anſelmi in reditu. *nationes amittere,ſcias,ecce coram Deo dico, quia nec pro ſui capitis redemptione eas illi aliquando Paſchalis Papa impunè permittet habere. In his negotiũ Regis finem tunc temporis ſumpſit:& Anſelmus aliis cũ Papa de eccleſiaſticarum rerum inſtitutionib.actis, in iter reuerſus,Florentiam vſque peruenit.* Illic multa dormienti tanto viro noctu ter apparuêre, vnde lectus eius deinceps reuerenter aſſeruatus ſit. Poſtmodúmque iſta cõmodè ad præſens inſtitutum ab authore porriguntur: *Anſelm.cũ emenſo itinere Lugd.appropinquaſſet, Vuillel.præfatus comitatũ illius deſerere volẽs,interdixit ei ex parte D.ſui Regis redire in Angliã,niſi ipſe omnes patriæ cõſuetudines poſthabita Sed.Apoſt. ſubiectione & obediẽtia,ſe ei ſeruaturũ certò promitteret. Quod ille audiẽs admiratus eſt,ſciẽs ſe nõ alia cõdit. Angliã exiſſe. Perueniẽs ergo Lugdun.reſedit ibi ex more antiquo in pace & quiete,propriã præfati R.Hugonis eiuſdẽ vrbis Archiep. domum inhabitãs.* Atque hæc eſt octaua vltimaque Sedes temporanea,quam D. Anſelmus Lugduni habuit. Vbi cùm reſideret & diu permaneret,euenit quod adſequitur. *Dum ipſe Pater celebrato ſolenni Miſſæ officio, ſolus, prout ei conſuetudinis erat,in oratorio per fletum Deo ſeſe mactaret, vt quidam homo pedes ſuos baculo regente adueniret, oratorium ipſum Lugduni rumpere geſtiens. Quem frater & ſocius noſter*(ait Edinerus) *Alexander*

Monachus Eccleſiæ, ſcilicet Cantuarienſis, qui pro foribus egreſſum Patris fortè præſtolabatur intuens, Eccleſiam ſubire volentem, detinuit, ſciſcitans quidnam vellet. At ille clamoſa voce ſe oculorum lumen amiſiſſe reſpondit, ac velle vt ſeruus Dei ſibi manum imponeret, ſciens quòd ſancta merita eius ſibi ſubuenirent. Pater igitur clamorem audiens, ſed verba minimè diſcernens, innuit præfato Fratri venire ad ſe, & cauſam clamoris ipſius intimare. Tunc ille, Domine Pater, ait, pauper quidam venit, conquerens ſe in oculis grauiter affligi, precatúrque per vos ei ſignum ſanctæ crucis imponi. At ipſe pio vultu, veniat, dixit. Itaque tertiò ſuper oculos eius, quod petebat ſignum crucis cum pollice pingens, orauit ſic: Virtus crucis Chriſti illuminet oculos iſtos, & ab eis omnem infirmitatem depellat. Aſpergénſque eos aqua ſanctificata, hominem præcepit abire. Alexander verò mox illum reducens, monuit, vt ſi factum viri Dei & fidelis eius famuli non vſquequaque illi hac vice prima profuit, mane rediret, pollicens quòd hoc repetita vice impetraret. Ad quem ille. Ego quidem, bone Domine, hac de cauſa non redibo, quia gratia Dei & fide eius omnini cæcitate fugata, clariſſimè video, &c. En poſtremum quod Lugduni edidit Anſelmus miraculum; perindéque in Gallia aut Italia. Cætera, dum huius octonarij fines ſupergrediuntur, crede meliùs perueſtiganda in ſequenti Paragrapho.

Miraculũ de cæco per Anſelmum Lugduni vidẽte.

Paragraphus 8.

Mens Authoris.

ETſi ampliùs nihil permixtum ſupereſt inter D. Auſelmum & Hugonem Lugdunenſem Galliarum Primatem, quandiu hac mortali vita freti ſunt: attamen reuolutæ hactenus propter vtrunque de ipſo Anglo hiſtoriæ, videntur promereri, quòd ad epilogum breuiter reducere debeamus reliquum vitæ tanti viri ad tumulum vſque. Atque id maximè affirmamus conſentaneum, quia recèns excellẽtem nacti ſumus hiſtoriam de fœlici vtriuſque poſt obitum ſtatu, ſequenti Paragrapho elucidandam. Vt qui in ſeculo fuère conſortes piæ ſocietatis, vnà ſint commilitones & ſempiternæ gloriæ in cœlis. Iſtud verò officium in extremis polliciris multò ſtrictiùs amplectimur, quàm circa anteriora præſtiterimus, nihilominus arctata quantum ſemper licuit. Ergo auſculta. *Rex Henricus vt comperit Papam in ſua ſententia ſtare, mox Archiepiſcopatum in ſuum dominium redegit, & Anſelmum ſuis omnib. ſpoliauit* [e]. *Nec vno anno & ſemis indignatio Regis ſopita, &c. Poſt hæc relictâ Burgundiâ Anſelmus in Franciã iuit. Quod vbi Regi Anglorum innotuit, rogata ad eum in Normaniã venit, ibique ex timore ſimul & amore Dei correptus, reueſtiuit illum de ſuis, & in amicitiam eius receptus eſt. Conuerſante dehinc Anſelmo in Normania, &c. Vuilelmus Angliam ad Regem vadit, ac in breui Beccum ad Anſelmum regreſſus rogat eum ex parte ipſius Regis, vt iam ſopitis retroactis querelis ocyor Angliam viſitaret. Cui cùm ille promptus acquieſceret, & iter aggreſſus Gemmeticum veniret, infirmitate nè iter expleret, inibi detentus eſt. Quâ extinctâ Beccum reuertitur, Regem Angliæ transfretaturum illic præſtolaturus. Vbi cùm pro reditu omnes exultatio mira teneret, ecce infirmitas Anſelmi renouata, quæ grauis cunctos mœrore proſtrauit, &c. Vt cibi aliquid ſumeret, ꝓ tebatur, ſed ille nihil, &c. Ex perdice tãdem æger refectus: demum in dies meliùs habendo, priſtinam ſanitatem adeptus eſt. Epiſcopis & Abbatibus qui ad exequias illius venerant, in ſua remeantibus. Dehinc in Aſſumptione B. Dei genitricis Mariæ Rex Henricus Beccum adueniens* [f], *omnia quæ inter ſe & Anſelmum de ſæpe facto negotio reſederant, moderante Sedis Apoſt. ſanctione deleuit: atque de ſingulis ad quæ tendebat ſua illum voluntatis compotem fecit, &c. Cum poſtea proſpero curſu Angliam veniſſet, magno ſanctæ Eccleſ. gaudio & honore ſuſceptus eſt. Ipſo anno Anſelmus celebrata paſchali ſolennitate in Curia Regis apud Londinum, abiit ad Abbatiam S. Edmundi, electum inibi Abbatem ſua authoritate roboraturus, & alia officia Pontificalia pro ſuo iure celebraturus. Quæ vbi ſolenniter cunctà peregit, grauiſſima febre correptus, per plures dies vſque ad emiſſionem vltimi flatus vexatus eſt, &c. Eóque tẽpore adunatis in Palatio Regis Londini cunctis primorib. Angliæ, victoriam de libertate Eccleſiæ, pro qua diu laborauerat Anſelmus, adeptus eſt. Scripſit inter hæc idẽ Anſelm. libellum vnum de concordia præſcientiæ & prædeſtinationis ac gratiæ Dei, cũ libero arbitrio* [e], *&c. Vexabatur præterea frequẽtib. & acerbis infirmitatib. Tertio igitur anno poſtquã à ſecũdo exilio per Regẽ Henr. reuocatus eſt, omnes cibi quib. humana natura vegetatur in faſtidiũ ei verſi ſunt, &c. Exinde ergo aſſiduè lecto decubans, omnes Deo viuere hortabatur. Et vnus eorũ, qui circa ipſum Patrẽ excubabãt, legit paſſionẽ coram eo, ipſamet die ad Miſſam legi ſolitã. Vbi autẽ venit ad verba Dom. Vos eſtis qui permanſiſtis mecũ in tentationib. meis, & ego diſpono vob. ſicut diſpoſuit. Pater meus regnũ, vt edatis & bibatis ſuper menſã in regno meo; lentiùs ſolito ſpiritũ trahere cœpit. Adunatóq; Cleri agmine dormiuit in pace, illuceſcente aurora 4. feria præced.*

Rex detentor Eccleſiæ.

Pœnitet.

Ægrotat Anſelmus.

Alij eius libri.

Moritur.

1109. *Cænã Dom. 11. Kal. May, an. M.CIX. Pontificatus eius XIII.* [f] *&c. Loto de more eius corpore,* ex vaſculo Balſami ſacrique chriſmatis quo vngebatur, miri apparuère effectus hîc prætermittẽdi, tũ exuberante olei copia, tum in fragrãtia. Deindéque habet author: *Sanè in obitu & poſt obitum multa à multis viſa narrantur, quæ gloriã eius, quã pro meritis ſuis eũ recepiſſe à Deo non dubitamus, oſtentant. Quibus ſcribendis magis eligimus ſilentium noſtrũ, &c. Vt enim cuncta prodantur, infiniti negotij eſt, &c.* Sic itaque Edinerus non eſt auſus Sancti miracula in ſuas ſpecies deducere. At nos certè vnum aut duo miranda valdéque notanda ab eodem Diuo ſupra cœlos in Dei gloria regnante patrata, & ab alio dictatore ſynchrono promulga.

e Tales detentores excommunicati ipſo facto, nec tamen reſeruati ex c. 1. de Schiſmaticis li. 5. Decretal. & Extrauag. Pauli 2. Cap. Ambitioſæ.

f Tunc Rex Anglus poſſidebat Normaniam cum Pictauis, poſtea prætenſo iure matrim. Æmil. fol. 116. Tillius in Philip. 1.

e li. 16. ex ſuis Operib. 28.

f & vitæ 66. ann.

mulgata, ſeorſum [h] imus depictum, quale Lugduni reſplenduit, velut loco ſuæ antea dignationis, & cui annectitur decus noſtri Hugonis Archiepiſcopi, vt pote cuius etiam memini idem prodigium. Interea, ex octuplici liberalioris hoſpitalitatis beneficio, quo D. Anſelmus tot vicibus Lugduni receptus eſt ab Hugone & eius Eccleſia: profectò quatuor præcipuas aduertimus; nimirum eo bis Romam proficiſcendo, ac illinc redeundo in Gallias: & minores alias totidem nuncupamus, pendente interſtitio recognitas.

h §. 9.

Paragraphus 9.

Author alter.

ALius ille Author D. Anſelmo coætaneus, ab Edinero diſtinctus, & eruditus denuò ſcriba vitæ ipſius Sancti, eſt Vuilelmus Monachus Malmesburienſis [i], in edito Volumine noſtris ex profeſſo diebus [k]. Duplex autem narrationis genus ex eius diſcurſu hauriendum putamus: equidem ſublimi & mellifluo, vt is aſſolet, ſtylo compoſitum. Prior occupatio verſatur partim circa pauca, quæ Author iſte repetit, quatenus ſuprà ineſſe videntur apud Edinerum, partimque noua quæ Malmesburienſis elegantiſſimè ex cimmeriis tenebris palam eduxit, cum recente noſtri Hugonis commendatione, adeóque digniſſima prælo. *Primum hoſpitium illi [l] cum Monachis (ait) S. Bertini fuit: cætera fauor adminiſtrauit, omnibus certatim enim Epiſcopis & Abbatibus inuitantibus, & inuitum etiam detrahentibus. Ibat fama viri prænuncia, & dulci corda audientium afflabat aura. Quorcirca quanto amore omnium ſuſceptus, quantis officiis delinitus ſit, conanti dicere ſuccumbit ſermo & fatiſcit oratio, mira rerum conuerſione, vt honoratior eſſet in aliena prouincia, quàm fuerat ciuis in patria, Archiepiſcopus in Eccleſia. Ipſe Lugdunenſis Archiepiſcopus Hugo Legatus Apoſtolicus in Gallia magni nominis & potentiæ, nec religionis egenus, vbi ad eum Lugdunum iter aduertere audiuit, alacriter occurrit, deuotè obſequutus eſt. Eius igitur conſilio vbi reſedit, totius cauſæ indices Romam Vrbano Apoſtolico mittens, valetudo ſubitanea flagitabat otium ſimul & conſilium.* Et paulò infrà. *In Synodo* PP. *ſententiam excommunicationis vibrauit in laicos inueſtitores Eccleſiarum, & inueſtitos à laicis, ac in taliter conſecrantes [m]. Poſtera die Concilij Archiepiſcopus (Anſelmus) iter retrogradum compoſuit: plurimíſque laborum iactatus periculis per montuoſa & ſaltuoſa loca Lugdunum contendit [n]. Neque enim rectum tramitem tenere potuit, quòd ferebatur Vuibertum pictore Romam miſſo imaginem eius in tabula pingi feciſſe, vt quocunque ſe habitu effigiaret, non lateret. Lugdunum ergo perueniens, ſolitam benignitatem Hugonis expertus eſt, vt proprius loci Dominus, non vt peregrinus. Omnium ſui intus & foris Antiſtes non roganti obtulit, & vt vellet coëgit; Primatum in conceſſu, amorem in occulto, reuerentiam in publico, officium in omnibus. Solari curas, partiri vel potiùs totos exponere honores: adeò vt Miſſas celebranti Suffraganei loco ſeruiret: vbicunque ſermonem facienti ad pedes ſederet. Vir magnanimus & conſtans, qui auderet opes contemnere, fortunam prouocare. Fuit igitur ibi Pater Anſelmus toto tempore quo ſuperfuêre Vrbanus & Vuilelmus (Rex Angliæ.) Nec multò pòſt vtrunque fata rapuêre. Audita morte Regis fudit lachrymas Anſelmus, amoris indices, pietatis interpretes, continuóque à nouo Rege Henrico inuitatus Angliam aduentu ſuo dignatus eſt: vbi etiam Proceres, qui à fide deficiebant, ſæpe ex voluntate Regis conueniens, multos ad rectum inuitauit, &c. Perſeuerauit ergo in Anſelmo ad exitum vitæ inuictus vigor, pietatis feruor. Adſtantium oborta lætitia impulit aſtra. Tandémque in alterum ſeculum abijt, ſepultus primò ad caput prædeceſſoris ſui Lanfranci, & poſtea dignum Mauſoleum in orientali porticu accepit, &c.* Præter quem Anſelmum, nos S. Thomam iam promiſſum [p], vtique Cantuarienſem, proferemus ſuo loco [q].

Vuilelmus Malmesburienſis æquè primus.

Exploratores contra Anſelmum.

Hoſpitatur Lugduni.

i quem hic enarrandum promiſimus. §. 1.

K Francofur. 1601.

l S. Anſelm. ea li. 1. p. 222. & Sur. to. 2. die 21. Apr. li. 2.

m poſtquam biennio Lugduni permanſit.

n pro vice 2. ſuprà §. 6.

o pa. 229. li. 1.

p §. 1.

q in Guichar. nu 82. & in Ioan. 11. nu. 84. §. 4.

Eius obitus.

Tum inde poſterior ſequens inueſtigatio à Malmesburienſi concinnata in Anglia, ex aliis ſecretioribus MS. aut ſuis ipſis monimentis, Edinero prorſus ignotis, eſt eiuſmodi; aptior equidem ad noſtrum pro Hugone inſtitutum. *Nec tamen amantes ſui* (infit locus) *vacuos opis mundo expoſuit* Anſelmus. *Militat adhuc ſe inuocantibus, nec facilè quiſquam prona ſpe accedit ad tumulum, qui non plenariè precum referat effectum. Mirum illud, quod nuper Lugduni contigit* (addit quaſi teſtis.) *Erant ibi duæ anus recluſæ, quibus nihil ſanctius, nihil concordius. Ad has Anſelmus dum ibi maneret, dignanter veniens, crebras admonitiones virtutum infundebat. Sed poſt eius diſceſſum, ſimultas inter eas properè (vt mos eſt fœminarum) ebulliens, rupit pacem, ſcidit concordiam. Senſim itaque in manus proceſſum: quòd obliqua inuidia, & amaris ſtimulis opprobriorum dies noctéſque agerent. Furor armabat linguas: ira miniſtrabat contumelias, & ambas quidem ſtultitiæ inuoluebat communio. Sed magis vnam premebat reatus, quæ dediſſet litis principium. Huic Anſelmus nocte aſtitit, multùm mutatus ab illa lenitate vultus, quã in viuente viderat. Dabat authoritatẽ ſermonib. auſteritas, & quaſi à longè petita ſeueritas. Pulchrè (inquit) monita mea ſeruaſtis, quæ vob. ſeruanda commendare debuiſſent vel profeſſionis veſtræ religio, vel meæ ſedulitatis dilectio. Nũc ſeritis iurgia, irritatis odia, oblitæ famæ veſtræ, reuerentiæ meæ, profectus vtrorunque. Quare, per tanta terrarũ interualla, me ad vos fatigaſtis: vt ſi deſinitis, pacẽ reſtituam; ſi permanetis, intẽminer pœnã. Hæc viſio litigatricẽ mãſueſecit mẽtẽ, leniuit tumorẽ, eiſdẽq; nocte ſeq. cũ poſt lachrymas iuges, feſſas ſopor reclinaſſet,*

Miracula pro eo Lugduni poſt mortẽ.

Ff 2 *cæle*

cæleſtes protelauit excubias. Nam remotis terrenorum ſenſuum nebulis, viſa eſt perſpicuè Domina noſtra ſancta Maria aßiſtere, iuſſa pedibus aſſedit. Cúmque Domina dignatio copiam qua vellet interrogandi feciſſet: illa fiduci auſu animata, de Hugone illius vrbis Archiepiſcopo recenter defuncto interrogauit, quid ſperare poſſet. Bene (ait) filia erit: & per miſericordiam Dei in proximo ac iam in foribus eſt remißio. Et de Domino meo Anſelmo Cantuariæ Archiepiſcopo quid ſciendum? De illo (ſubdit) nullomodo dubites, quin in magna Dei ſit gloria, &c. En validiſſimum pro vtroque Archimandrita teſtimonium ac elogium. Vt qui mortales indiuiduam penè ſocietatem inierunt ad inuicem, Chriſtus poſt exitum vitæ ipſorum dignatus ſit cæteris mortalibus per Deiparam Virginem eorundem ſtatum reuelare. Quo cœleſti dictamine conſtat Hugonem de perenni ſalute tutum atque ſecurū poſt perbreues tunc finiundas in purgatorio pœnas ſuſceptas, fortaſſis quia Apoſtolicæ Sedi creditur aliquando reſtitiſſe: vnde flens ritè pœnituerit, dum interea D. Anſelmus recto tramite ad ſempiternam clariſſimámque Dei viſionem peruenerit. De eodem verò Hugone habetur, quòd obierit XII. Kalend. Aprilis, ex priore libro Obituum Baſilicæ Cathedralis; aut Nonis Nouembris, ex poſteriore admodum tutiore: equidem in vrbe Salamina, ex Tabulis Homiliarij Eccleſiæ ſancti Irenæi Lugduni. Quæ ciuitas nacta eſt ſuum in Græcia ſitum verſus Athenas & Corinthum. Arbitramur autem eum ſic in Aſia corpore ſolutum, eò quòd profectus eſſet ad ſacrum bellum Hieroſolymitanum, nec exinde rediret cum reliquis Gallis illuc transfretantibus ſub idem tempus, ex Decreto Concilij Claromontani [a]. Annus autem diſceſſus eiuſdem Hugonis adhuc nobis incertus eſt: niſi putetur migraſſe circa annum M. C. IX. id eſt, circa tempora deficientis S. Anſelmi. Sic enim videtur quaſi meritò inferendum ex facta Lugduni mulierculis reuelatione de eo ſub nomine S. Anſelmi reuelantis coætaneum ferè obitum. Verùm, quòd citiùs paulò obierit, perlege in ſequentibus diuiſim.

Tempus quo obierit Hugo.

[a] §. 3. & 5. in 4. hiſtoria.

Paragraphus 10.

Cuias eſt D. Anſelmus.

SEd redeamus paululum ad beatum Anſelmum. Robertus Cardinalis Bellarminus in nouiſſimo ſuo libro de Scriptoribus eccleſiaſticis [a] hunc in primis dicit [b] obiter natione Italum, quem anteriores ſcriptores ex Edineto Burgundionem efficiunt: ſecundò teſtatur Sanctum compoſuiſſe ſeptem ad minus libros citra plures Epiſtolas ex quatuordecim quas diuulgauit, antequàm foret Angliæ Primas, & quales author adnominat [c]: tertiò, poſtquam Archipræſulatum adeptus eſt, is Lugdunum appulſus, ibi duos quos iam præmiſimus [d] libros peperit, illóſque Bellarminus eidem facilè conceſſit [e]: quartò, totidem huic largitur in Italia peregrinanti conſummatos [f]: quintò, vnum ſcripſit reuerſus in Angliam, de quo rurſus nos ſuprà [g]; præter illum de animæ origine abortiuum, quem ipſe moriens auſpicabatur: ſextò & vltimò, Bellarminus alios pluſquàm ſexdecim enumerat, quadruplici Tomo comprehenſos [h], quos credit ei falsò attributos [i]. Veruntamen de hoc vno Lectorem breuiter moneo. Andreas Quercetanus, qui nuper veteris Petri Abaelardi [k] opera hactenus manuſcripta [l] è cimmeriis tenebris vocauit in lucem, dictitat aliquem Anſelmū præclarum Lauduni in Gallia magiſtrum atque Decanum, illic ſacris in literis profeſſorem, virum honeſtate morum & conſilij maturitate venerandum, ibidem vitâ functum [m], quíque fratrem nactus eſt Rodulphum non mediocri denuò ſcientiarum lepore perſpicuum. Quod dum Quercetanus ita ſcribit: quidni fortè & æquè facilè Doctor ille Anſelmus in Francia diuertens eſſet vnus idémque Anſelmus Cantuarienſis? Nam id ſonat & indicare cenſetur vox *Laudunenſis* in autographo per nonnullos manuales Notarios haud aduertentes collocata vice *Lugdunenſis*. Quo ſanè pacto antiquitus ex pari homonymia & abuſu factitatum oſtendimus ſuprà [n] in Chagnoaldo Lugdunenſi Antiſtite olim perperam Lauduni quoque adſcribi ſolito. Et vel allucinationem adaugere videtur Quercetanus operator [o], qui iam à primæua ſuorum Opuſculorum ætate [p], malè audit de ſolidioris doctrinæ inter ſcribendum veritate circa theſes aliquot, ob quas nonnulli valdè eruditi & orthodoxi breui palam carpere aggrediuntur. Non tamen huic noſtræ ſententiæ velim neceſſitatem imponere, at probabiles duntaxat concluſionum circunſtantias ob oculos ſtatuere, vt prudens in biuio quodlibet voluerit eligat, maximè dum tales inſinuat Robertus Bellarminus ad duas perſonas reuocandos [q]. Niſi certè eo iure redeat tota verſus noſtrum paradoxum narratio, ex eo quòd librum commentariorum in Apocalypſim, quem nonnulli tribuunt prætenſo Doctori Laudunenſi planè ſynchrono, vti Bellarminus repetit [r], vident omnes ſemper impreſſum in eodē Volumine Operū S. Anſelmi Cantuarienſis, velut author ſingulorū ſit vnus & idē vir prorſus, qui exul Theologiam Lugduni palam docuerit, vbi diu commoratū fuiſſe

Re..qui eius Lau.

Æquiuocū in veteri ſcriptura de ipſo.

[a] Lugduni Cardō 1613.
[b] pag. 164.
[c] hic ideò prætermiſſi.
[d] §. 6. ſub 4. itinere.
[e] pa. 165.
[f] de Incarn. & cur Deus homo, ceptos in Anglia.
[g] §. 8.
[h] quartus in Pentateuch. ex Sixto Senenſi.
[i] dempto 4.
[k] coætanei Anſelmo.
[l] Idem Petr. ex maiore Britannia.
[m] an. 1116.
[n] nu. 18. §. 2.
[o] pa. 9. 1163. 1166.
[p] Pariſ. Boon 1615.
[q] pa. 167. 168.
[r] pa. 166.

con

Aliſ duo Anſelmi.

Conſtat, non Lauduni. Cæterùm, aduerte, quòd bene quidem floruit vnus Anſelmus creatus Epiſcopus Lauduni [s] in Cathedrali Baſilica S. Vincentij. At iſtum alius ille vnus vel duo integro ſeculo [t] præceſſerunt. Anſelmus autem antea recenſitus ibidem Decanus [u], prædicatur quidem ſuo æuo electus ad loci Epiſcopatum. Verùm recuſando liberè abſtinuit, nec acquieuit.

s eſt 49. apud Democh.
t Sedit ad an. 1100.
u De eo Ioãnes Canonic. Regularis S. Victoris.

Paragraphus 11.

Canonici Eccleſiæ S. Stephani Lugduni.

NOs aliò diuertentes, opportunè renũciamus dignam notatu actionem quandam in Titulis M. S. Eccleſiæ Matiſconenſis repertam, & ad præſentem Hugonis tractatum ſpectantem, perſeuerantis in Legatione & generali Vicariatu Apoſtolico. *Paſch. Epiſcopus ſer. ſeruor. Dei venerabili fratri & Coëpiſcopo Sedis Apoſtolicæ Vicario ſalutem & Apoſtol. benedict. Super prudentia tua valdè admiramur, quod in negotio Eccleſiæ B. Stephani [x] Clericorum ſuor. teſtimonium aptare volueris, &c. Caterùm in poſſeſſionib. ac cæteris huiuſmodi negotiis hi potiſſimùm aſſumendi ſunt, qui ead. negot. tractauerunt, de quorum auditu haſitatio eſſe non deberet. Si ergò*

Papalis declaratio.

iidem Clerici idonei ſunt ab aſſerto cauſa illius, nullatenus repellantur. Sed ſicut aliis literis deliberatum eſt, inter ſancti Stephani & ſancti Ioannis Canonicos ceſſet iam malitia Zelus & doloſitatis cauillatio; & prædictarum Eccleſiar. negotium iuxta literar. noſtrar. tenorem commodiùs peragatur. Alioqui ad præſentiam noſtram parati prorſus & inſtructi proximo Quadrageſimalis Concilij tempore reuertantur. Data Troia VI. Kalend. Septembris, Indictione VIII.

Olim Cathedrales.

Eſt verò Paſchalis Papa II. ſucceſſor Gregorij VII. duobus intermediis. Bullàque fabricata eſt ad annum M. IX. [y] Quo ex loco diſcimus Cathedrales Canonicos, qui prædicantur extitiſſe quondam in Baſilica ſancti Stephani, eoſdem eſſe [z] qui poſtea deſignati ſunt Canonici præcipuæ ac recentioris Eccleſiæ Diui Ioannis Baptiſtæ. Etenim ſub Eucherio S. Archipræſule diximus [a] Cathedram videri tranſlatam ab Eccleſia SS. Apoſtolorum, nunc S. Nicetij, vbi ea primùm ſtabilita fuerat [b], ad præfatam Eccleſiam D. Stephani reſtauratam [c], ſub annis CCCC. XL. & LXX. Quia ergo poſtmodum condita eſt vicina latior Eccleſia ſancti Ioannis Baptiſtæ, vt foret Cathedralis, nimirum ad annum DCXXIV. [d] vel DC. [e] ſolium eò rurſus tranſmiſſum eſt hactenus. Adeóque Canonici Lugdunenſes ſeu Cathedrales dicti ſunt

Minimè diſtincti à Cathedralibus Eccleſiæ S. Ioannis.

reſidere in Eccleſia S. Ioannis. Vnde, ob honorem veteris tituli, quòd Eccleſia ſancti Stephani antea fuiſſet Cathedralis, effectum eſt, reor, vt in ea relicti ſint Clerici ſimplices, cuncti deſcendentes ac deinceps pendentes hactenus à latiore Eccleſia D. Ioannis, quæ tamen Stephaniana olim non penderet aliunde. Hi autem ſimplices Cappellani Sacerdotes diuina illo in Choro peragunt, eiſque præeſt nobilis magnus Cuſtos Cathedralis in precibus decantandis pro nota communitatis ſub eodem Campanarum ſono aggregari ſolitis

Nunc iidem mixti.

cum Clero Cathedrali [f], & partim ab ipſo Cuſtode nutritis, vel retentis cum eius ex lege data ſtipendiis. Mox verò ſeiunctim accedamus verſus Hugonis Archipræſulis exitum.

x Lugduni in clauſtro.
y Sedit ab 1100. ad 1118.
z teſte communi iuramento, Nu. 98. 1.
a Nu. 22. 4.
b Nu. 14. 1. Nu. 19.
c Nu. 24. 2.
d Nu. 19. 1.
e Nu. 30. finali.
f Nu. 97. 4.

Paragraphus 12.

Dona Hugonis.

PErnoctemus ſeorſum in recenſendis ampliſſimis donis, quæ ipſemet Hugo pleriſque in locis aut duobus potiſſimum luculenter impertitus eſt. Quippe priùs ſic pro Cluniaco legitur. *Hugo Lugdunen. Archiepiſcopus de Deo & S. Petro ac R. Patri noſtro Dom. Hugoni Cluniacenſis Eccleſiæ Abbati & ſucceſſorib. eius Eccleſiam S. Deſiderij ſitam in Brixia ſub annuali cenſu* [g h] *trium ſolidorum retentis paratis & Synodo ſecundum antiquum morem aliarum Eccleſiar. Epiſcopatus noſtri Lugduni. Facta eſt donatio in præſentia Girini Cappellani noſtri, &c.* Ipſe autem Hugo Cluniacenſis erat Sanctus ille, primus huius nominis Abbas VI. qui Primas ideò talia libētiùs

Cluniaci facta.

huic Abbati piiſſimo tradidit: quia dum eius conſuetudine vtebatur, ſuæ merita ſanctitatis nouerat. Præfatas verò doni periodos, ſicut & alia permulta ad Cluniacum ſpectantia, ac in noſtris ſacris Lugdunenſibus & Matiſconenſibus Chronologiis inſeri ſolita, hauſimus ex veteri M. S. Cluniacenſi hiſtorico, quod mihi quondam ad manum porrexit [i] illuſtris Claudius à Guyſia modernus loci Abbas, antequam Bibliotheca Cluniacenſis edita eſſet, poſtea ad publicam lucem profecta [k] ſtudio Martini Marrier, in qua donum eiuſmodi copioſius relucet, additis notis Andreæ Quercetani Turonenſis, qui primas noſtras præſentium Operum typographias citat [l]. Iam inde poſteriùs, dona migrantis Hugonis Archiepiſcopi frequentiùs alibi facta & celebrata, hoc eſt, ſuæ præſertim Lugdunenſi Eccleſiæ, quæ propenſa omnino contulit voluntate, ſunt hæc, vbi ſolares ad calcem ſuæ Cathedræ circulos vnà peraudies. *Hugo bonæ & fidel. memoriæ Archiepiſcopus* (infit liber poſterior) *eid. Eccleſiæ vtiliter prouidit. Reliquit Cappas nouem cum aurifriſio*, non eſt fimbria aurea, *franges de fil dor*: neque

g Nu. 68. 2.
h col. 551 an. 1094.
i ab an. 1595.
k an 1614. Lutet.
l Inſunt Volum. col. 9 & nos an. 1607.

vix quod vulgò dicitur de l'or friſé, quand le fonds, le champ ou la matiere eſt de ſoye ou toile d'argent, ſur laquelle y a ouurages d'or couchez ou tiſſus. Sed veriùs eſt, le parement de broderie en or, mis en bandes larges és deux coſtez au deuant de la chappe, auec ſon demy rond au dos en pareille broderie, où ſouuent auſſi ſont les franges. Redeamus Caſulas quatuor, Dalmaticas ſex, Tunicas tres, vnam cum aurifriſio, Amictus nouem vnum, de ſerico, duos cum aurifriſio, ſtolas ſeptem, ſex cum aurifriſio, ſeptimam cum auro & gemmis, pallium & balteum cum aurifriſio, cinctoria quinque de ſerico, annulos ſex cum pretioſiſſimis gemmis, duo paria chirothecarum, tria paria ſandaliorum, vnum par cum auro & gemmis, duo paria cum aurifriſio, Caligarum [y] quinque paria, duo ligamina de aurifriſio cum auro & electris ad opus caligarum; duo pallia optima [a], vnum ad cooperiendum ſedile, puluinaria tria cum pallio, tres pallas Altaris, mitras tres, duas cum aurifriſio, tertiam cum gemmis, libros Epiſcopales IV. palliis coopertos cum firmatoriis argenteis, videlicet librum Sacramentor. cum aureis literis, textum Euangeliorum & Epiſtolare, Ordinem Epiſcopalem, Calicem aureum 42. vnciar. Thuribulum argent. deauratum, Concas argenteas ſex marcharum, & tres marchas argenti ad faciend. Thuribulum S. Stephani, vaſa vinaria argentea tria, Candelabra duo argentea, phialam vnam argenteam auro perfuſam, miro opere factam, pectines tres eburneos [b], ſcutellam argenteam vario opere fabrefactam, crucem argenteam laminis aureis coopertam cum haſta ſuperducta argento, vrceum mirabilem de cryſtallo, Taſſellorum paria XXIV. duo aurifriſia ad ornand. Dalmaticas albas, alia duo optima ad ornandas cappas, cuppam vnam auream, cortinas duas ad veland. cruces in Quadrageſima, alias duas ad ornand. Chorum in feſtiuis dieb. ſericum coopertum Altaris, Tapetum optimum, ſedile ferreum deargentatum: trecentos ſolidos ad coclearium & tabulatum Eccleſiæ perficiendum. In ſumma, ille Antiſtes hactenus legitur impertitus ſingula ornamenta, quibus opus fuerit Pontifici ſacrificanti, aut Ordines ſacros conferenti. Nimirum Eccleſiam ſuam communiuit hiſce dotibus, antea fortè diuerſa bellorum ſtrage in ſimili complemento deperditis, hoc prudenti fine, vt ſucceſſores Cathedram non ampliùs vacuam ſuſcipientes, è veſtibulo hoc haberent domi vel in Capitulo Lugdunenſi, vnde ſacra facerent Pontificali planè ritu: neque aliunde quicquam emendicarent. Quam pariter viam munificam imitatus eſt poſtremus, qui nuper ſedet Epiſcopus Matiſconenſis [c]. Atnec dũ ſatis. Hugo plura denuo extranea Eccleſiæ tradidit, quæ ſic typus excurrit. Inſuper parietem Eccleſiæ & quinque vitreas adornauit, maius Altare conſtruxit, Cameras epiſcopales cum parte Turrium & atriis ædificauit, Cappellam Epiſcopal. picturis & pauimento decorauit, cellaria domus plena reliquit vaſis vinariis & granariis, ac domum ſuam adornauit: ſanctum Andream cum appenditiis, Eccleſias de Fontanis (ruri) cum decimis, ac terras & vineas apud S. Geneſium acquiſiuit, cellariúmque ibi fecit plenum: domum S. Andreæ cum Eccleſ. & domum Caſeti ſumptuoſè ædificauit: dedit S. Stephano Eccleſiam S. Symphoriani, Eccleſiam S. Martini de Noalis, & 15. ſolidos in Eccl. de Neyronda, & duos ſextarios mellis in Eccl. S. Nicolaï de la Boleyna ad procurand. Refectorium in IV. feſtiuitatib. S. Mariæ. Dedit & Eccleſias de Careya, de Sandraens, de Sylua cum duob. manſis, de quo procuratur Refectorium in media Quadrageſ. [d] Dedit hiſtoriam in IV. libris, Auguſtinum de verbis Dom. ſuper Ioan. de octo quæſtionib. de cura pro mortuis, de adulterinis coniugiis, de continentia, de Baptiſmo contra Donatiſt. de anima & ratione, de fide & operib. de paſtorib. & ouib. de bono coniugali, de bono viduit. Librum S. Ambroſij de Virginib. librum B. Gregorij Nazianzeni, & B. Ambroſ. de officiis ac de Patriarchis, D. Cypriani, vltimam partem Moralium D. Gregorij, librum Didymi de Spiritu ſancto, Epiſtolam Theophili Alexandrini, Epiſtolam S. Hieronymi, S. Auguſtini ad Dardanum de præſentia Dei, Epiſtolam Cornelij PP. ad S. Cyprian. Sermonem S. Auguſt. aduerſ. Iudæos, duas Epiſt. eius ad Voluſianum, & Voluſiani ad ipſum, vnam D. Hilarij ad Auguſt. & Auguſtini ad Hilar. ad Panubium Epiſc. & aduerſ. Epiſt. Iuliani, Epiſtolam Alipij & Auguſt. Epiſcopor. ad Martinum Medicum, Auguſt. ad Sixtum Presbyter. Hieron. ad Euſtochium de virginit. ſeruanda, Origenem ſuper Exodum, quinque benedictionales, librum Anſelmi Cantuarienſ. Epiſc. [e] de veritate & libertate, de caſu diaboli, de Incarnat. Verbi, cur Deus homo, de contemptu, virginali, origin. peccato, de proceſſione Spir. ſancti, Epiſtolam de azymo & fermentato, vitam B. Gregorij, Regulam B. Benedicti, librum S. Martini de confeſſione peccator. Epiſtolas S. Pauli & Gregor. duos Miſſales, textum & Epiſtolarium græcum, Librum Boëtij, Hymnorum, & Cant. Canticor. Librum Burchardi, Macrobij, Horatij, duo Pſalteria Græca, vitam S. Nicetij: Moralia Iob. De quibus libris nulli hodie ampliùs extant poſt tempora adinuentæ Typographiæ [f]) Rexit autem hanc Eccleſ. Lugdun. (pergit autographon) annis XXIII. menſib. octo, dieb. ſeptem. Et hæc eſt exactior nota chronologiæ Hugonis. Quem cùm ſuprà viderimus ſediſſe Lugduni ab extremo ſaltem anno M.LXXX. [g] inde ſequitur eum ibidem ſynceriùs auras vitales carpſiſſe vſque ad Septembrem, & feſtum duntaxat Natiuitatis Virginis matris anni M. C. III. ſeu annis ſex, antequam S. Anſelmus expira

Alia Pontificia in Capitulo Cathedrali aſſeruanda.

Alia dona, Eccleſiæ acquiſita per eum.

Bibliotheca.

Exactior obitus eiuſdem.

y boutines Pontificales.

a tapiz.

b yuoire. & concha, coquille.

c Gaſpar Dinet.

d Tunc degebant in communi.

e ſui coætanei.

f & inde hæc le ditio proſicua eſt.

g §. 5.

expirarit [h] contra anteriùs propoſitum. Sic equidem mox loquimur, ſuppoſito quòd annus tunc incepiſſet menſe Ianuario, ſed poſito quòd inchoaret menſe Martio, equidem veriùs, præfatus ille dies ſeptimus noni menſis finem habuit Nonis Nouembris. Quæ dies, etſi non annus, ſcitè quadrat cum allato manuſcripto Kalendario pro tutiore chronico, ex eóque typus aliunde diuertendo hæc ſequentia digerit de reliquis præclarè geſtis ipſius Hugonis. *Apud S. Irenæum Canonicos regulariter viuentes inſtituit, quib. terras, quæ quondam iuris eiuſd. S. fuerant, multo pretio à laicis redemptas in communes vſus eorum traduxit, eoſq; ſub ſua tuitione reſeruauit, & ſub protectione ſuorum ſucceſſorum in præſentia quàm plurium probabilium virorum in æternum ferè mandauit. Atque vt hoc firmius teneretur, omnib. huius ſuæ Conſtitutionis violatorib. anathematis gladium intentauit. Item tunc obiit Ioannes Prior Carthuſiæ.* Alia de Hugone in Matiſconenſibus [l].

h de quo Lectorem monere oportuit. Dignũq. notatum. n. §. 9. finali.

l Nu. 39. §. 4. 9. nu. 40. §. 2. & 12. ar. 7.

LXXV. *Paragraphus* 1.

Septimus additus.

IOANNES I. in anteriore noſtra editione prætermiſſus, is eſt, ad quem miſſa quondam fuit ſolennis vna * plurium Antiſtitum Epiſtola, continens hunc frontis verticem. *Ioanni Dei gratia Lugdunenſis primæ Sedis Archiepiſcopo, Daimbertus eadem gratiâ Senonenſium Archiepiſcopus, Iuo Carnotenſis Epiſcopus, Vualo Pariſienſis, Ioannes Aurelianenſis Epiſc. cum cæteris Coepiſcopis Senonenſis prouinciæ inſtitutam à Patrib. reuerentiam.* Deinde præcipuum texturæ corpus eſt eiuſmodi. *Iure Primatus veſtri inuitaſtis nos ad Concilium apud Anſam [a] celebrandum, in quo tractare diſpoſuiſtis de fide & inueſtituris laicorum; ad quod venire minimè contemnimus, ſed terminos quos poſuerunt Patres noſtri, terminos antiquos tranſgredi formidamus. Nuſquam enim reuerenda Patrum ſanxit authoritas, nuſquam hoc ſeruare conſueuit antiquitas, vt primæ Sedis Epiſcopus Epiſcopos extra prouinciam propriam poſitos inuitaret ad Concilium; niſi hoc aut Apoſtolica Sedes imperaret, aut vna de prouincialibus Eccleſiis pro cauſis, quas intra prouinciam terminare non poterat, primæ Sedis audientiam appellaret. Quod non de corde noſtro prophetamus, ſed Apoſtolica authoritate muniti, irrefragabilibus ſententiis approbamus. Vnde ſcribit Papa S. Nicolaus I.* [b] *in hæc verba Radulpho* [c] *Aquitaniarum Primati vltra ius Primatis aliqua ſibi vſurpanti. Conqueſtus eſt Apoſtolatui noſtro frater noſter Sigebodus Archiepiſc. Narbonenſis* (ait Pontifex) *quòd Clericos ſuos eo inuito ad iudicium venire compellas, & de reb. ad Eccleſiam ſuam pertinentib. eo inconſulto quaſi iure Patriarchatus tui diſponas, cùm hoc nec antiquitas, cui Patres ſanxêre, reuerentiam habeat, authoritas Sanctorum & Canonum penitus interdicat, niſi fortè pro cauſis quæ apud ſe terminari non poſſunt, ad te quaſi ad Patriarcham ſuum prouocauerint, vel ſi Epiſcopus ſuus diſceſſerit, res Eccleſiæ ſuæ iudicio tuo diſpenſare voluerint.* Vbi obiter aduertendum, Narbonã ergo ſpectare ab antiquo ad Primatiam Bituricẽſem. Tũc ſic pergit Epiſtolũ. *Primates enim vel Patriarchas nihil priuilegij habere præ cæteris Epiſcopis, niſi quantum ſacri Canones concedunt, & priſca conſuetudo illis antiquitus contulit, diffinimus; ita vt ſecundum Nicenas regulas ſua priuilegia ſeruentur Eccleſiis.* Hæc Papa. Atque hinc continuò Epiſcopi in Epiſtola: *Huic ſententiæ concordant Clemens & Anacletus, qui poſt Apoſtolos ordinauerunt, in quib. ciuitatib.* [d] *eſſent primæ Sedes, in quib. Metropolitani: ſtatuentes ita demum iudicium Epiſcoporum ad Primates eſſe referendum, ſi ad eorum audientiam fuerit appellatum. His authoritatib. muniti*, (& de quibus nos iam dudum ſuprà in D. Irenæo Num. 2. §. 2.) *nolumus Eccleſiis veſtris inauditam nouitatem inducere, vel iura earum antiquitus inſtituta permutare.* Sic infit locus ille ſectator. *Præterea* (addit & pergit) *quia in hoc Concilio de inueſtituris laicorum, quas quidam inter hæreſes computant, tractare diſponitis; potiùs pudenda Patris veſtri nudabitis, quæ publicanda non eſſent in Geth* [e], *nec in compitis Aſcalonis, deridenda exponetis, quàm poſt dorſum ea velando benedictionem paternam vob. acquiratis. Quod enim propter vitandam populi ſtragem paternè in ſe admiſit ſummus Pontifex* [f], *coëgit neceſſitas, non approbauit voluntas, &c.* Cæteras multò prolixiores epiſtolæ periodos deſerimus: in quibus ad integrum enarrandis Baronius immoratur [g] diutiùs quidem fortè quàm par eſſet: dum nos hiſce verbis ad præſens inſtitutum contenti ſumus cum Domno Polycarpo Carthuſiano [g]. Expoſitionis autem gratiâ & commentarij loco, hæc præmittit Author vterque, quæ decentiùs hîc vidimus ſubnectenda. *Exemplo docemur Apoſtoli Pauli, qui Petro ſibi Prælato non rectè incedenti ad veritatem Euangelij in faciem reſtitit* [h], *non tamen eum abiecit. Vbi enim ſuccumbunt humana iudicia, diuina eſt petenda miſericordia: quatenus inſitorum conſeruata pace ramorum, & ipſi qui præciſi ſunt* (inquit ſolus Baronius [i]) *vnitati Eccleſiæ ſtudeant reformari, & inſitorum ramorum ſocietate lætari. Alioqui nec præciſi inſerentur, nec inſerti fructificare aut florere in tanta turbinum concuſſione permittentur. Hac de propoſita quæſtione reſpondeo, maiorum ſententiis non præiudicans, quæ paci Eccleſiæ conſulant. Talia Iuo, qui ſpiritu charitatis, quæ operit multitudinem peccatorum, capitis vulneri*

Epiſtola Antiſtitum directa ad ipſũ Ioannem.

Primatus Bituricenſis.

Conſilium II. Anſanum.

Inueſtituræ Clericorum à laicis.

* Epiſt. 216. in Operib. Iuonis. Carnotenſi Impreſſum Pariſ. 1610. pa. 408.

a In Diœceſi Lugdunenſi, diſtans 4. leucis à Metropoli.

b Sedens ab 858. ad 867. Bar.

c vel Rodulpho Bituricenſi Archiep. Ca. Conqueſtus eſt. Can. 9. q. 3. Alia nu. 12. §. 1.

d Vide Ca. vrbes, & Ca. In illis. diſt. 80.

e Gen. 9 & 2. Reg. ca. 1.

f Paſchalis 2. de quo Epiſt. 233.

g To. 2 Annal. Carthuſian. ſub an. 1111.

h Gala. 2.

i Tom. 12. Romæ 1607. pag. 85. efficit epiſtolam. 237. ex Vaticano.

In cũ duplex Concilium.

Anno M.XCIV. ab Hugone Archiepiſcopo Lugdunenſi, Sedis Apoſtolicæ legato, conuocatur Synodus Oſtioni in Francia, in qua auctoritate Vrbani ſecundi Papæ Rex Philippus excommunicatur, quod ſæpe commonitus, Berta regina vxore ſua repudiata, Bertradam Comitiſſam Andegauenſem pellicem celebratis etiam cum ea nuptiis ſuperduxiſſet. Quæ excommunicatio pòſt confirmata eſt ab eodem Vrbano in Concilio Claromontano œcumenico, ad quod Vrbanus in Gallias veniens tredecim Archiepiſcopos cum ſuis ſuffraganeis congregauit anno M. XCV. Itaque aduerſa Principem habita ſunt Concilia: priùs quidem vnum Prouinciale Oſtioni, vrbe vix hodie ſic vocata, & poſteriùs alterum generale, cui rurſus Hugo Lugdunenſis & ſocij interfuiſſe noſcuntur. Hactenus tandem iſta emicuêre pro primis ſecundiſque hiſtoriis, quę Hugonem circunſtant, vitum ſuę probitati teſtitutum: donec plura de ipsîus pietate pro tertiis in Cantuatienſi hiſtoria promamus. Adſequuntur interim Bullæ ei directæ Lugduni.

Paragraphus 4.

De II. ordine continuo.

EA proſecuturi, quæ ad præfatum ſecundum ordinem dicendorum pertinent, quandiu Hugo peruixit Lugduni Archiepiſcopus, hoc ſeorſum Paragrapho Pontificias Bullas breuiore nota perſtringimus, quotquot illuc ad eum, vel etiam nonnullæ ad alios propter ipſum dirigebantur. Prima ſanè huius generis, quæ in vniuerſum eſt ſecunda pro tali viro miſſa, mandat Flandrenſium Comiti, vt ratum habeat quicquid à Lugdunenſi Archiepi-

Bulla 2.

ſcopo ſuper electione Taruannenſis Epiſcopi ſtatutum fuerit, & vt Clericis qui hac de cauſa Romam venerant; nullam læſionem fieri permittat. *Gregorius Ep. ſer. ſeruor. Dei* (ait [d]) *R... nobili Flandr. Com. ſal. & Apoſtolicam benedictionem, &c. Cauſam fratri noſtro Lugdunenſi Archie-*

Bulla 3.

piſcopo Hug... diligenter procurandam literis noſtris commiſimus, vt niſi prior electio canonicè fuerit improbata, nullum illi Sedi alterum ſubroget, &c. Tertia Gregorij Epiſtola ad ipſummet Hugonem directa, dum idem Hugo eſſet in procinctu & è veſtibulo ſuſcipiendi Archiepiſcopatum, exprimit illi ſuo Legato, vt in vacante Eccleſia Lugdunenſi Archiepiſcopum idoneum curet ordinandum: quòd niſi citò reperiatur, ipſe eius Eccleſiæ regimen ſuſcipiat. *Hu... dilecto in Chriſto Fratri* (infit [e]) *ſal. & Apoſtol. bened. Summopere procurandum tibi eſt, vt in magna Sede Lugdunenſi non diu differatur ordinari Archiepiſcopus, qui reuerâ ſit miles Chriſti, & defenſor iuſtitiæ, &c. Quòd ſi tam citò non poteſt reperiri, ex Apoſtolica tibi præcipimus authoritate, vt rogatus à Fratrib. tuis, & electus ab eiuſdem Eccleſiæ filiis, indubitanter præſumens de adiutorio cæleſti, ad regimen prædictæ Lugdunenſis ſanctæ accedas Eccleſiæ, imitando D. & Patrem noſtrum B. Petrum Apoſt. qui de minori Eccleſ. Antiochena translatus eſt in Romanam. Dat. IX. Kal.*

Bulla 4.

Nouemb. [f] Quarta Epiſtola eidem facto Archipræſuli committit Papa cauſam terminandam Abbatis, cui officium propter excuſabilem contumaciam interdixerat: quod interim illi vult reddi. Præcipit vt priuilegio, quod ab aduerſariis eius Monachis ab Alexandro Pontifice ſubreptum dicebatur, ſi ita eſt, caſſato, cauſáque diſcuſſa, ſecundum veritatem iudicium ſuper ea proferat, hiſce periodis. *Dilecto Fr. & Coëpiſcopo H... Lugdunenſi Archiep. ſal. Abbas præſentium lator retulit nob. officium ſibi Eccleſiæq; ſuæ à fraternitate tua eſſe interdictum; propterea quòd loco ad iuſtitiam inter ipſum & Abbatem de cauſa Dei [g] diſcernendam conſtituto admonitus non interfuit: ad quem, ſicut ipſe dixit, venire contempſit, &c. Proinde quia nos illius cauſam nec pleniter ſcimus, nec abſente altera parte iudicare debemus: eam fraternitati tuæ committimus, vt ſtatuto vtrique parti congruo loco & termino, ad finem quem iuſtitia dictauerit, eorum cauſam perducas,* [h] *&c.* Pro quinto & vltimo Epiſtoliorum loco, hæc ponitur. *Gregorius, &c. Venerabili H. Lu-*

Bulla 5.

gdunenſi Archiep. [i] *&c.* Qua ſignificat Papa, Hugonem antequam eius literas accepiſſet, Taruannenſem Epiſcopum abſoluiſſe, accepto iuramento, quòd iudicio Sedis Apoſtolicæ, vel Legati acquieſceret. Quare iubet Pontifex, vt coacto Concilio & adiuncto ſibi Cluniacenſi Abbate, ſi depoſitio eius iuſta probabitur, ſententiam confirmet: ſin minùs, eum in integrum reſtituat, & eos qui malè illum tractauerant, niſi ſatisfaciant, excommunicet. En hactenus quinque Bullarum genera. Ex quibus tertiam meditare: qua perſpicuum fertur iudicium, quòd Hugo Primatum Lugdunenſem minimè ambiuit: ſed præcipiente Romano

Hugonis geſta Cluniaci, &c.

Pontifice, vt Clerus talem eligeret, conſecratus eſt. Obiter autem iſta paucis ſubiunximus ex Cluniacenſi Bibliotheca. Poſtquam idem Hugo Legatus Romam ſcripſit vnà cum præfato Hugone Abbate in fauorem Arnaldi Abbatis S. Petri Viui, [a] tum anno ſequenti M.XCV. conſecrauit quædam Altaria Cluniaci, præſente Vrbano Papa in aliis etiam ſacrandis occupato [b], & ſubinde Mauſiaci palam confirmandum ſuſcepit donum Philippi I. Galliarum Regis ibidem aſſidentis de attrito loci Monaſterio collato. eidem ſancto Hugoni Abbati & ſucceſſoribus, reparando, ſimúlque reſtituendo Monaſticæ diſciplinæ, [c]

conſignan

[d] lib. 9. Regiſtri Colomiæ Epiſt. 13. an. incerto pa. 1269.

[e] ibid. Epiſt. 18. pa. 127.

[f] anno ignoto, at conijcitur facilè 1079. vel 1080. neceſſariò ex circumſtantia.

[g] forte De caſa Dei in prouincia Lugd.

[h] Epiſt. 19.

[i] li. 9. pa. 1275. Epiſt. 31.

[a] ſumptum è Chron. MS. Eccleſiæ S. Petri. Bibliotheca col. 471.

[b] col. fin. 518.

[c] col. 533.

conſignantibus pariter Ademaro Epiſcopo Annicienſi, Aganone Eduenſi, & aliis quatuordecim nobilibus d. Inſuper contulit Archipræſul præfato Cluniacenſi *Cœnobio Eccleſiam S. Deſidery ſitam in Brixia, & Capellam de Roorterio cum Eccleſia S. Pauli infra caſtri munitionem, cum annuali cenſu quinque ſolidorum* e, *&c.* Denique author Matier miraculum Marcigniaci repentè per Primatem ceſſantis locupletiùs multò pinxit f, quàm ſuprà dictarit Baronius. Fiat hîc vlterior progreſſus ſeorſum.

Paragraphus 5.

De eodem II. ordine.

ALia notatu digniſſima compertum imus pro Hugone, ad præfatum ſecundum dicendorum ordinē continuò pertinentia, & ex cæteris çitta Bullas emenſa hiſtoriographis. Imprimis, *Apud Cœnobium S. Medardi pollebat ſignis & virtutibus vir beatiſſimus Arnulphus* (ait Sigibertus ſub an. 1080.) *qui pro miro ſanctitatis feruore propoſitum reclusionis eligens, & arcta nimis abſtinentiâ affligens, prophetiæ gratiam diuinitus accepit. Sueſſonico autem Pontifice defuncto* k, *electus eſt ad Epiſcopatum, & iuſſu Gregorij Papæ VII. à Sedis Apoſtolicæ Legato Hugone Lugdunenſi Archiepiſcopo in Præſulem eſt conſecratus.* Necnon ille Hugo ſub id tempus inaugurauit

Alia octo hiſtoriarum geneta.

Hugonem quoque Grarianopoli Antiſtitem: qui poſtmodum Carthuſiam ingreſſus eſt, S. Brunonem ſequutus. Secundò, ex antiquo Homiliario idem Hugo Dienſis Canonicos Baſilicæ Lugdunenſis ſancti Irenæi effecit Regulares Ordinis ſancti Auguſtini, etſi forſan priùs cenſebantur alius cuiuſdam obſeruantiæ l ad annum 868. aſſerente Paradino m: qui author poſtea alibi dicit regularem præfatum Ordinem ab eodem inſtitutum anno circiter 1112. Tertiò ipſemet Hugo memoratur Archiepiſcopus anno M. XC. præſens in literis Seguini Abbatis Caſæ Dei, remittentis D. Lauduino & Fratribus Carthuſianis Eremum Carthuſię. Quæ quidem literæ ad verbum conſcribuntur Parte 3. Conſtantiæ Carthuſianæ, authore Domno Polycarpo mihi peramico eiuſdem profeſſionis diligentiſſimo priſcorū monimeu-

4. hiſtoria.

torum indagatore n. Quartò, ad annum M. XCVI. ratam denuò accepit confirmationem ab Vrbano Papa II. o eo præſente in generali Concilio Claromontano, vt illi Primatiæ addicerentur Suffraganei Lugdunenſis Prouinciæ, itémque eam profiterentur ſubiectionem Archiepiſcopi Senonenſis, Rothomagenſis ac Turonenſis, poſt motam exinde litem à Richerio Senonenſi p: vt pote ſub prætextu quod decimus quintus ante eum prædeceſſor q ſurripuerat à Ioanne Papa IIX. Primatiam in Gallias: at breui ſopitam. Qua de re nos iam in Aureliano r ac Gebuino ſ. Et fuit quarta omnium confirmatio. Cæterùm Acta Concilij Claromontani ſeu hiſtoriæ à nobis quæſitæ ex autographo, horum meminerunt. *Cui ſententiæ ſe humiliter obedituros Senonenſis Eccleſia Suffraganei propria quiſque voce profeſſus eſt* (ait Bulla) *& id ipſum de Rothomagenſi Eccleſia confirmatum eſt, &c.* reliquis Archipræſulibus eorúmque Suffraganeis Epiſcopis ſuum pariter
1096. conſenſum in cœtu præbentibus, atque præſentibus aliis duodecim Archiepiſcopis, LXXXII. Epiſcopis t & XC. Abbatibus, *per manum Ioannis ſancti Romanæ Eccleſiæ Diaconi Cardinalis* u. Sic loquitur typus MS. nobis factus conſpicuus in Archiuis Eccleſiæ Lugdunenſis, cuius exemplaria duntaxat legit Paradinus x: tametſi hîc noſter Epilogus Lectorem

Primatiæ confirmatio.

ad eum lubens in cæteris remittat. Atque hæc eſt tertia Bulla Pontificia de tanto Primatu: quia duæ priores extant ſub Gebuino Numero LXIX. Andreas autem Quercetanus in Notis ad Bibliothecam Cluniacenſem effert * integrum ferè textum Vrbani Romani Pon-

5. hiſtoria.

tificis. Quare Lectorem illuc meritò remittimus, neque textum huc reuocandum cenſemus. Quintò, audias Sigiberti Chronicon huc ſpectans. *In Epiſcopatu Lingonenſi ſitum eſſe noſcitur cœnobium nomine Moliſmus* y, *fama celeberrimum, religione conſpicuum, &c.* Tum poſt pauca,

Odo.

Anno ab Incarnatione Domini M. XCVIII. venerabilis Hugonis Lugdunenſis Eccleſiæ Archiepiſcopis, Sedis Apoſtolicæ tunc Legati, & religioſi viri Vualtery Cabilonenſis Epiſcopi, necnon & cla-
1098. *riſſimi Principis Odonis Burgundiæ Ducis freti conſilio, authoritate roborati, eam inuentam Eremum in Abbatiam conſtruere cœperunt, Abbate Roberto à Cabilonenſis Diœceſis Epiſcopo, ſuſcipiente*

6. hiſtoria.

curam virgámque paſtoralem, cæteris Religioſis ſub ipſo in eodem loco firmantibus ſtabilitatem, &c. Quod & repetit Ioannes d'Aſſignies z. Sexto loco, Annales Baroniani deliteſcentem ex-
1099. traxerunt è Codice Vaticano litem ferè motam inter duos Antiſtites, qualis ſequitur ipſiſſimis verbis. *Annus agitur ſalutis humanæ milleſimus vndecenteſimus* a, *Indictione 7. quo perdifficilis controuerſia agitatur inter Hugonem Archiepiſcopum Lugdunenſem Apoſtolicæ Sedis Legatum, atque Iuonem Epiſcopum Carnotenſem: cuius cauſa Vrbanus Papa II. querelarum plenam ad eundem Iuonem Epiſtolam ſcripſit. Quoniam in ea pertractata eſt magni momenti controuerſia, par eſt, vt eam* (*quod aiunt*) * *ab ouo exordiamur: atque primùm tempora conſignemus ex more. Præſentem quidem annum, eius fuiſſe controuerſiæ certum tempus, ipſe Iuo in vltima Epiſtola* b *ad Vrban. Papam euidenter oſtendit, dum ſeptem numerat expletos annos à ſua* * *ad Carnotenſem Epiſcopatum*

d 534.
e col. cit. 535.
an 1094.
f col. 1581.
k Thenbald. de Petra fonte 50. Demo. to. 2. c. 15.
l tempore S. Remig. reſtauratoris ſupra nu. 56. §. 1.
m 2. c. 13.
n collectæ ex ſuis ſcriptis nondū editis an. 1615.
o an. 8. ſuæ Sedis.
p 65. Democ. 2. c. 17.
q Angeſilus 58.
r nu. 57. §. 3. & 4.
ſ 69. §. 1.
t Agonone Eduenſi, Lābert. Atrebat. &c. Para. 2. c. 94.
u apud montem Aruern. Kal. Decem.
x cit.
* col. 61. 62.
y vulgò de Moleſme, Ord. Ciſterc.
z Flandro de Cambron, Ord. S Bern. c 11.
a 1099.
b ep. 68.

promotione in illum diem, &c. Quod autem ad rem geſtam pertinet, ſic habeto. Mortuo Richerio
Senonenſi Archiepiſcopo c in die Purificationis Mariæ d, electus eſt in locum ipſius Dambertus e: vt — c 1096. recepto an. 1062. Democ. cit.
Controuerſia inter Hugone & Ioannē Carnotenſem. ſequenti Dominica conſecraretur, inſtabat Senonenſis Eccleſia apud Iuonem: qui negans id fieri poſſe — d ep. 63.
niſi in temporibus proximi ieiunij, facere diſtulit. Inter hæc afferuntur literæ Legati conſecrationem — e ſeu Cambertus obiit 1122. eſt Epiſt. 66. Democh.
impedientis ad eundem Iuonem, quibus hæc debeat impartire omnibus comprouincialibus Epiſcopis:
hoc, reor, argumento: quòd prætenderet Hugo ad Primatem Lugdunenſem pertinere Epi-
ſcopos ſuæ Primatiæ inaugurare, quantumuis non foret Legatus à latere Romani Pontifi-
cis. Iuo his acceptis (pergit Baronius) quid de ea re ſentiret Vrbanus Papa, explorandum putauit,
data ad eum Epiſtola, in qua loquitur de Senonenſi electo, quem conſecrandum Legatus impediret, &c.
Ac deinde ſic Iuo ibidem ad ipſum Pontificem. Quid nobis agendum ſit, reſcribat veſtra pater-
Iuo ad Papā. nitas. Cùm enim nulla, aliquo accuſante, alia cauſa prætenderetur, propter quam Senonenſis electi con-
ſecratio differretur, tamen propter reuerentiam veſtram manus ab eius conſecratione continuimus,
cùm de profeſſione à Metropolitanis Primatibus facienda nihil legamus conſuetudine firmatum, vel
legibus inſtitutum; vltra quas metas nihil conceſſum eſſe Primatibus teſtatur Papa Nicolaus, ita ſcri-
bēs inter alia Rodulpho Bituricenſi Archiepiſcopo: Primates vel Patriarchas nihil priuilegij habere præ
cæteris Epiſcopis, niſi quantum ſacri Canones concedunt, & priſca conſuetudo illis antiquitus contulit,
ita definimus, vt ſecundum regulas Nicænas ſua priuilegia ſeruentur Eccleſiis. Hæc Iuo. Tum Au-
Et ad Hugonem Lugd. thor Baronius ſic diſcurrere perſeuerat. Ad Archiepiſcopum autem Lugdunenſem, qui hæc exi-
geret nimis audacter, & importunè, magnóque cum imperio, qui cùm Petri vteretur authoritate, Petri
nihilominus immemor doctrinæ dicentis; Neque vt dominantes in Cleris, ſed forma facti gregis ex
animo, aculeatam ſatis ſcripſit Epiſtolam. Factum eſt, vt imperaſtis (inquit ei Iuo) & manus à con-
ſecratione Senonenſis electi continuimus, ac literas veſtras per Comprouinciales Epiſcopos pro Apoſto-
licæ authoritatis obedientia direximus. Itaque conſulendo petimus diſcretionem veſtram, vt parcius
de cætero nos Apoſtolicæ obedientiæ vinculis aſtringatis, ne humeris noſtris importabilia imponendo,
prohibente aliqua neceſſitate, faciatis, &c. Cùm verò quæ indifferenter ſe habent, in quibus non ob-
ſeruatis minimè ſalus periclitatur, vel obſeruatis minimè iuuatur, tam obnixè ſeruanda ſancitis, vel
prout vultis minuitis: attendere debet prudentia veſtra, quid ſaluti eorum quibus prodeſſe debetis,
conferatis, &c. Nec hæc dico, quòd contra nouos exceſſus non liceat noua promulgare mandata: ſed di-
co quòd ait Papa Zozimus Narbonenſibus, Contra ſtatuta Patrum concedere vel immutare, nec huius
Sedis poteſt authoritas, &c. In lib. quoque Pontificum, qui dicitur Diurnus, ita continetur de profeſſio-
ne Romani Pontificis. Nihil de traditione, quam à probatiſſimis prædeceſſoribus ſeruatam reperi im-
mutare, &c. ſed feruenter obſeruare profiteor. B. quoque Gregorius Maurentio Magiſtro pro cau-
ſa Theodori: Graue nimis eſt contra veterem vſum Sacerdotes ſibi quicquam arripere. Idem E-
piſcopis Numidiæ Leo 4. Iudici Sardiniæ: Nicolaus Hincmaro Rhemenſi, &c. Cùm ergo iſta genera-
lia inſtituta abſolutè conſecrationem Metropolitani contineant: miramur cur priuatis legibus & no-
nis traditionibus veteres remouere contenditis. Ad extremū, ſic ex eo arguit præfatus Baronius:
Hæc Iuo de iuribus malè vſurpatis per Archiepiſcopum Lugdunenſem, &c. cùm ex priuilegiis con-
ceſſis à Gregorio Papa VII. Eccleſiæ Lugdun. ſupra quatuor Prouincias, nihil ampliùs tribuat ipſi,
quàm antiquitùs ab aliis Pontificibus ei conceſſum eſſet. Atque hîc plures miſſas facio eiuſdē An-
naliſtæ pagellas omnino ſimiles, etiamque de eodem Hugone in Niuerniorum Antiſtitem.
Tandem verò præſens in Senonenſem diſcordia ſopita eſt iudicio ſummi Præſulis. Adeò
vt teuetâ idē Pontifex Yuo Hugonem ſibi præclarè ſuperiorē poſthac agnouerit, illique ſe
lubēs ſummiſerit in ſuis ipſis Epiſtolis, quarū titulos ſic primùm exornat u. Hugoni Reuerendo — u ep. 24. Pariſ. 1610. pa. 43.
Lugdunenſium Archiepiſcopo humilis Iuo Carnotenſium Epiſcopus: in aliis porrò talia præſcribit: — x ep. 43.
Hugoni Archiepiſcopo Sedis Apoſtolicæ Vicario x, &c. in plutibus autem hoc pacto y. Hugoni Ar- — y ep. 55. 59. 60.
chiep. Apoſtolicæ Sedis Legato Iuo Carnoten. miniſter, cum debita obedientia, &c. Ac demum in cæ- — z 61. 66. & 158.
teris z: Hugoni Lugdunenſis primæ Sedis Epiſcopo, Romanæ Eccleſiæ Legato, Iuo humilis, &c. Tum
aliud Epiſtolium eiuſdem Yuonis ad Richerium Senonenſem Archiepiſcopum, de cedendo
Primatiæ Lugdunenſi, quale extat Numero 69. Senonum Tomo noſtro 3. Hæc ſunt fœde-
ra vtique pacis eccleſiaſticæ. Septimò, elicuimus inſignem Bullam aliam præfati Vrbani Pa-
7. hiſtoria. pæ ex Chronico MS. Lugdunenſis Eccleſiæ: cuius nondum meminère Paradinus, Baronius,
Rubizius, aut quiſquam alius. Hanc verò Pontifex ſub eandem anni reuolutionem dire-
xit ad Hugonem, à quo Archipræſule tunc Romam miſſus eſt Iſmeon Dienſis Antiſtes. Qua
certè manifeſtū eſt Lugdunenſem Primatiam maius robur accepiſſe ex Damberti cōſtitu-
tione inauguranti Primati ſuo obſequentiſſimi: adſtantibus Anſelmo Cantuarienſi, Leodegario
Bituricenſi, Amato Burdegalenſi Archiepiſcopis (ait typus) tum Gualterio Albanenſi, Odone Hoſtien-
8 hiſtoria. ſi, Guntardo Lundano, Leutardo Syluanectenſi Epiſcopis f, &c. Octauò & vltimò, vt finis ſit huic — f & tribus Cardinalib.
ſecundo generali membro: dicam quid ſentiendum videatur de eo inſtrumento, cuius te-
xtum integrum refert Paradinus pro Helinardi Archiepiſcopi electione à Gregorio PP. VI.

conſit

confirmata, quam ſuprà commemorauimus g, & vbi demum conſcribitur *Hugo Archipræſul* vniuerſim. Siquidem, etſi nullus eo tempore ſedit Hugo Lugduni, tamen veriſimilius eſt Reſcriptum concipi de iſto noſtro Hugone. Probabilitatis ratio eſt, quia declaratio eiuſmodi non eſt talis Gregorij Papæ, qui in Pontificia perſona ſeu prima loquatur, neque alicuius alterius inſuper Archiepiſcopi Lugdunenſis: adeóque hoc etiam ſcriptum minimè vocandum eſt Bulla ſeu Diploma. Sed verè eſt tertiæ cuiuſdam perſonæ, ſiue priuatæ ſiue Collegij aut Eccleſiæ, quæ tamen dictis ſufficientem fidem faciat. Et fortaſſis Abbas ſucceſſor ſeu ſolus Conuentus ſancti Benigni Diuionenſis eam compegit: cùm ex ipſius Abbatiæ Archiuis depromptum ſit id Reſcriptum. Etenim poſtquam illic dictum eſt: *Lugdunenſis Clerus & populus pari animo Almardum Diuionis Abbatem diuinitus reuelatum, prudenter, ſobriè, iuſtéque viuentem elegit*: inſuper ita pergit ſtilus poſt pauca: *Dominus Papa Gregorius ſanctitatis culmine venerandus, eius electionem laudando confirmat, &c.* h En non prima perſona aut Pontifex ipſe Gregorius loquitur: at tertius quidam poſt obitum Helinardi. Hoc eſt, res conſcripta eſt tempore Hugonis Archiepiſcopi, qui hæc in poſteritatis gratiam memoriæ mandauit; ſiue ſub Gregorio Papa VI. qui Romæ præfuit, quandiu noſter Hugo Diæ reſedit, vti credimus; ſiue ſub Gregorio VII. quando idem Hugo Lugdunum tranſlatus eſt. Adeóque non mirandum, ſi reſcriptum in exitu ſimul coniungat & dicat, *Sancti Gregorij Papæ, S. Henrici Regis* i, *S. Hugonis Archipræſulis*. Ratióque eſt, quia etſi Gregorius VI. ante Sedem Hugonis in Lugdunenſi Archipræſulatu è viuis diſceſſerit: nihilominus vterque eodem prorſus ſeculo floruit, & eiuſdem fuit hominum memoriæ; qui vtrunque, imò ipſi ſe inuicem contueri potuerunt. Nam diſcrimen ætatis aut Sedis eſt duntaxat annorum triginta trium inter obeuntem Gregorium VI. & Hugonem creatum Lugdunenſem. Quippe Hugo forſan diebus Gregorianis factus iam fuerat Dienſis Epiſcopus.

g in Helinar. nu. 69. §. 1.

h Alia de ipſo Hugone Lugduni in Lāduico Epiſc. Matiſc. ann. 1087.

i ſiue Francorum ab an. 1031. ad 1060 Tillius, ſiue in Burgund.

Paragraphus 6.

III. ordo.

MOx tertium atque poſtremum dicendorum ordinem perueſtigemus: ſtantes pollicitis ſub Paragrapho primo allatis. Id genus verſatur circa Diuum Anſelmum Cantuariæ Archiepiſcopum: quæ Sedes Cantuarienſis eſt Primatus totius Angliç Inſularis. Nos autem ideò de tanto viro iſtic ſermonem inſtituendum habemus: quia in percurrenda eius vita, multiplex quoque noſtri Hugonis decus & ornamentum communi nexu in circum appoſitur, prçcipua cuius Lugdunenſis Archiflaminis hiſtoria ex profeſſo inde traditur ad manus. Quippe apud eum Anſelmus ſępenumero eſt hoſpitatus: ad minus octies. Totam verò narrationem mutuamur ex Edinero, ac deinde ex Monacho Malmesburienſi, mixtímque paucis ex S. Antonino & Sigiberto. Rem inchoemus ex Edinero: & quot vicibus Lugdunum petiit Anſelmus extraneus, deſcriptum eamus variis periodorum fragmentis ſeu minutis titulis. Egregia ſunt ſingula, notatúque digniſſima.

De S. Anſelmo Cantuar.

Anſelmus natione Burgundus, nobilibus orbatus parentibus, vnigenitus ac hæres, relictis terrenis, adoleſcens *Normanniam adit, Lantfrancum virum valdè bonum, præſtanti religione ac ſapientia nobilem videre, alioqui & cohabitare volens. Eius ſe magiſterio ſubdit. Occupatur diu noctúque in literarum ſtudio. Venit ei in mentem Monachus fieri Cluniaci* k *vel Becci* l, *vbi Cænobita factus eſt anno ætatis XXVII. Regebat eo tempore Cænobium D. Abbas Herluinus, magna probitate conſpicuus.* Lantfrancus *gradum Prioris obtinebat* m. *Quo* Lantfranco *Cadomenſis* * *Cænobij regimen aſſumpto, Anſelmus Prioris officio functus eſt Becci.* Addit autem pius Antoninus, quòd hic Lantfrancus poſtea *ex Abbate Cadom. factus eſt Cantuarienſis Archiepiſcopus, &c.* Author equidem hac ſerie efferendus: vbi, nimirum, tacet Edinerus. Qui antiquior °, dum ad eum redeo: hęc ipſe obſeruat iſto ſuo loco deinde proponenda. *Anſelmus defuncto Herluino, Fratrum Beccenſium conſenſu, in Abbatem eligitur.* Cuius Cœnobium habebat *plures poſſeſſiones in Anglia, quas pro communi Fratrum vtilitate neceſſe erat per ipſius Abbatis præſentiam viſitari, etiámque vt venerendum Lantfrancum videret, & cum eo familiari affatu ageret: honorificè à Conuentu Eccleſiæ Chriſti in ipſa Ciuitate ſuſceptus. Is verò pro ſua excellenti fama toti Angliæ notus, iter repetens Normandiam ingreditur, ditatus multiplici dono. Hinc defuncto Rege Anglorum Vuillelmo, Vuillelmus* ſeu Guillelmus * *filius eius regnum obtinuit.* Et ſub id tēpus renouat Sigibertus ad annum 1097. quòd *Lantfranco Cantuarienſi Archiepiſcopo vita functo, Anſelmus Abbas Beccenſis pro ſua ſanctitate & doctrina* (ait) *non ſolùm in Normania, ſed etiam in Anglia iam celeberrimus ſuccedit in Præſulatu. Qui licèt à Rege Guilelmo & Principibus terra totiúſque Eccleſiæ Conuentu exceptus fuiſſet: multas tamen moleſtias poſtmodum ſub ipſo Rege paſſus eſt pro ſtatu Eccleſiæ corrigendo.* Exactior autem dies ſuſcepti huiuſce muneris, deſcribitur hoc ſtylo apud Edinerum. *Anſelmus inuitatus & coactus, Angliam ingreſſus eſt, &c. Nondum conſenſerat electioni, quæ de ſe facta fuerat, vt Pontifex fieret: ſed tamen detinente illum Rege morabatur in Anglia.*

Frequenter apud Hugonē Lugdun. hoſpitatus.

Eius adoleſcentia & religioſa profeſsio.

Edinero Authore I.

k verſus Lugdun.

l in Normania, vulgo *l'Abbaye de Bec la roche, Ordre de S. Benoiſt.*

m an. 1057. Imper. Henric. 4. an. 1. Antonin. 2. Part. tit. 16. c. 10. Papia Italiæ oriundus, in Normannia venetas mundana relicturus.

* Cađn.

° Ediner. In Surio p. 781. 803. 807 & in Operibus Anſelm. Colon. 1581.

* Eius nom rerices Guill. Gazetius Attebat in vitis ſanctor. Gallicè to. 1. p. 495 Pariſ. 1603. in 8.

glia. Tandem poſt longum temporis ſpatium, obedientiâ ac neceſsitate adſtrictus conſenſit, & prid. Nonas Decembris, debito cum honore ab omnibus Epiſcopis Angliæ Cantuariæ conſecratus eſt. Atque ſic, hæc per ſynecdochen anacephalæoſes, breuiores multò quàm prolixus ferat archetypus, erant præmittendæ; vt efficaciùs concipiantur ea, quæ propius ad ſcopum noſtrum adſequuntur.

Primũ ipſius iter Lugdanũ ad Hugonẽ.

Inde poſt aliquot temporum curricula o, *Anſelmus Regem adijt, vt ſibi Romam ad Papam Vrbanum pro ſtola ſui Archiepiſcopatus eundi licentiam daret. At ille ad nomen Vrbani turbatus dixit ſe illum pro* PP. *non tenere: nec abſque ſua electione alicui licere in regno ſuo Papam nominare. Hinc orta diſſenſio grauis. Iubetur vt totius Angliæ Epiſcopi ad diſcuſsionem diſsidij veniant. Anſelmns diuerſis querelis concutitur: multi Epiſcopi Regiæ voluntati fauere volentes, &c. Ad vnam Regiæ indignationis vocem, quidam ex Epiſcopis Archiepiſcopo ſuo atque Primati omnem ſubiectionem ac obedientiam vno impetu abnegant, &c. Anſelmus à Rege poſtulat, quo tutus Regno decedat.* Egreditur *à Curia; ad portum Doſras* p: *nauémque ingreditur.* Quacunque tranſibat, *turbarum concurſus, Clericorum cœtus, Monachorum exercitus ei occurrunt.* Atque iam propiùs ad propoſitum audi q. *Cùm autem Lugdunum veniſſet, & ab Hugone Archiepiſcopo Ciuitatis ipſius glorioſè ſuſceptus fuiſſet: poſt dies paucos miſsis litteris conſilinm à D. Papa de negotio ſuo quæſiuit, quia præpeditus vltra Lugdunum progredi nequaquam poſſet. Ita Lugduni reditum nuntiorum expectans* *. Atque hîc eſt primum Sancti Cantuarienſis ad noſtrum Hugonem itinerarium. Ex qua vrbe, *Româ nuntij redeuntes, viæ ſe periculis pro Deo tradit.* Et quæ geſſit cum Papa, ſubticeo.

o & poſt 3. integras paginas in fol.
p item poſt tres pagellas.
q poſt vnam.
** hæc præterijt Gazetius.*

Secundum eò iter.

Vbi verò per annum Romæ & in Italia conſtitit: tandem *accepta licentia Romæ regreditur, ac Lugdunum illæſus peruenit* r: nimirum pro ſecunda vice. *Illic ſummo cum honore gaudióque ſuſceptus, & à Pontifice Ciuitatis venerabili Hugone detentus, manſionem ſuam ibi firmauit, amiſſa omni fiducia viuente Rege Vuillelmo Angliam remeandi. Habitus eſt ergo Lugduni Anſelmus, non ſicut hoſpes aut peregrinus, ſed verè ſicut indigena & loci Dominus. Vnde nuſquam ipſius vrbis Antiſtes eo præſente ſuo volebat loco præſidere: ſed præſidente vbique Anſelmo, ille mira humilitate & honeſtate præditus, inferioris & quaſi Suffraganei loco ſimul & officio fungebatur. Super hæc conſtituit, vt Epiſcopale munus per totam Diœceſim ſuam pro velle exerceret. Illico frequens populorum concurſus vnctionem ſacri chriſmatis per impoſitionem manus illius ſibi conferri popoſcit. Ille omnes ad gratiam ipſius Sacramenti admittebat; ita vt ſæpiſsimè in hoc totus dies expenderetur. Creuit autem incredibilis in eum dilectio omnium, & bonitas eius diuulgabatur per circuitum: illiſque diebus quicunque ſaltem reliquias de menſa illius poterat habere, contra omnia pericula & infirmitates ſe ſalutifera credebat medicina ditatum. Nec iſta fides fallebat eos. Nam reuerâ nonnullos febribus tentos, & quibuſdam aliis infirmitatibus preſſos, mox ſumptis ciborum eius reliquiis, nonimus* ſ, *integræ ſanitati reſtitutos.*

Miraculum Lugduni.

r Dictũ rurſus poſt 3. paginas.
ſ loquitur Edinerus.

III. iter.

Conſequenter de his operibus ponit author exempla ceſſantium ægrotationum in comedentibus ſecum Viennæ ad Cathedralem Baſilicam D. Mauritio ſacram: quò diuerterat Lugduno D. Anſelmus, qualia nos reticemus. Is exinde Lugdunum reuertitur, pro tertio peregrinationis curſu ad eam vrbem Metropolim, in qua perrexit prodigia diuinitus immiſſa operari. *Tenebant iſta ſe* (inſit locus) *quin conualeſcerent falli non poſſe, ſcientes quendam non ignoti nominis virum eo ſolo quòd ſpe recuperandæ ſanitatis Miſſæ illius interfuit, à pari tunc inualetudine conualuiſſe. Siquidem vnus è principibus terræ illius diu eadem qua ipſi languoris moleſtia, vexatus fuerat. Hic agnito Anſelmum in Eccleſia beati Stephani* (veteris Cathedralis Lugdunenſis) *Miſſam ex more celebraturum, feſtinauit illò, arbitrans ſibi ad recuperandam ſanitatem vtile fore, ſi Miſſa tanti viri ac beatitudine meruiſſet potiri. Vidimus hominem ſuorum manibus innixum Eccleſiam introeuntem, mortuo quàm viuenti ſimiliorem. Sedit, & finita Miſſa egreſſus eſt. Paucis diebus ad Patrem venit flexis genibus ei pro adepta ſanitate gratias agens: confirmans quod ab ea hora, qua ſe Miſſæ illius præſentauit, ſanitati reſtitutus eſt* a, *&c.*

Aliud miraculum ibi.

a hîc ſilet Gazetius.

IV. iter.

Ex eo Anſelmus Cluniacum profectus eſt: vbi muto *laxatis habenis ora* feſtinus aperuit. Neque tamen hic humillimus talia miranda, quæ fieri vitabat, non ſibi, ſed Deo Sanctiſque cœleſtibus adſcribebat, hominibus ad hæc præſentibus. *Deinde Lugdunum reuerſuri, iter per ciuitatem Matiſconem arripuimus* (loquitur Edinerus) in qua aliud miraculum patraſſe legitur: quale explorandum remittimus in Chronologia Maticenſi ſub Berardo Epiſcopo *. Tum pergens author poſt pauca hæc fatur. *Itaque in habitaculum noſtrum Lugdunum reuerſi,* pro quarta ſcilicet vice, *quietam vitam ab omni negotij ſecularis tumultu agebamus* t. Sic ipſe Edinerus u. *Anſelmus verò veram vitam ſerui Dei* (dicere perrexit) *ſanctis meditationibus in omnis ſexus, ætatis & ordinis hominum ad ſe venientium ædificationibus, ac in cæterarum virtutum exhibitionibus exercebat. Per id etiam tempus ſcripſit ibi* x *librum vnum de conceptu virginali & peccato originali* y, *necnon aliud Opuſculum, cui titulum indidit, Meditatio redemptionis humanæ* z. *Inter hæc Vrbanus Pont. huic vitæ decedit. Quo tempore multa etiam de Regis Angliæ interitu præ*

Illic libros compoſuit.

** nu. 40. §. 2.*
t In eius vita liminari ante eius Opera, Coloniæ, ac nomine Edineri 1573.
u ex relatione Surij & Coloniæ.
x Lugdu. inter ſuos 28. libros.
y eſt liber 10.
z eſt 10.

tu prædicebantur, ex viſionib. quæ religioſis perſonis reuelabantur. Hinc exilij noſtri anno tertio, qui quo à Roma Lugdunum venimus, erat ſecundus: addit Edinerus. Iuit Anſelmus Marciniacum loqui D. Abbati Cluniacenſi Hugoni. Et alia præterimus, ibidem concertata.

V. iter.

Poſtera die cùm inde digreſſi Lugdunum veniſſemus, effert præfatus Edinerus pro quinto illuc reditu: *ecce iuuenis ornatu non vilis Clerico noſtro, qui prope oſtium Cameræ iacebat, & oculos ad ſummum clauſos tenebat, adſtitit vocans eum: Adam, inquit, dormis? noueris, quia totum diſſidium inter* Reuelationes *Archiep. Anſelmum & Vuill. Regem ſedatum eſt. Ille alacrior factus neminem vidit. Sequenti autem nocte inter Matutinas vnus noſtrûm clauſis oculis pſallebat. Et ecce illi quidam chartulam paruam legendam exhibuit: in eáque ſcriptum inuenit, Obiit Rex Vuillelmus* [a]. *Confeſtim aperuit oculos, & nullum vidit præter ſocios.*

VI. iter.

Poſt triduum abhinc ad Abbatiam, quæ vocatur Caſa Dei, multis precibus inuitatus Anſelmus progreſſus eſt; ibi honorificè ſuſceptus. Tunc fulgura & ignes è loco repreſſit, ac pleraque geſſit, iſthic ſilentio lubèns omiſſa. Verùm digrediens vlteriùs hæc continuò loquitur. *Nobis poſtea Lugdunum reuerſis*: vt inquit author teſtis & comes pro ſextò itinere ac hoſpitio: *ecce nuncij vnus poſt alterum Anſelmo occurrunt, literas ei cum precibus ex parte matris Eccleſiæ Anglorum, noui-que Regis Henrici I. qui fratri ſucceſſerat, ſummopere poſtulantes eum feſtinato greſſu redire.* En ſatis in gratiam VI. Paragraphi. Sequentia disertè ſeorſum, ſub adnominato diſtincto illo Principe Henriciano.

[a] mane in ſyluâ venatû iuit, illicque ſagitta eum in corde percuſſit, nullâque mora extinxit. Quaſi alter Iulianus Apoſtata.
[b] vrbē Angl.

Paragraphus 7.

D. Anſelmus bis Romá ex Anglia profectus.

SVperſtites reſidentiæ Lugduni ſactæ per S. Anſelmum, vt pote ſeptima & octaua, quę adhuc tandem explanandæ videntur, ſua iacent fundamenta in proximis hiſce Edineri diſcurſibus Quando idem Anſelmus ab Henrico I. optatus eſt, vt in patriam rediret, ex præguſtata ſextæ reſidentiæ periodo: ſic textus perſeuerans reſiduum paulatim ingerere. *Vbi Anſelmus Serberiam Lugduno ad Regem venit, & ei quid de Eccleſiarũ inueſtituris in Romano Concilio acceperit, plano ſermone innotuit, turbatus eſt Rex, indoluit, nec nutum eius in aliquo expectare voluit. Per duos ſemi-annos pro iſto negotio minas & tribulationes Anſelmus paſſus eſt. Nuncij ſemel & iterum Romam pro mutatione ipſorum Decretorum miſſi ſunt. Poſt quæ omnia rogauit Anſelmum Rex, quatenus ipſemet Romam iret; & cum Nuncio quem eò directurus erat, cauſæ quæ emerſerat, pro ſuo honore opem ferret. In quo cùm omnes totius Angliæ Abbates & Principes acquieſcerent, & eum pro tanta re, quin iret, nullatenus ſuperſedere debere conclamarent; ſe quidem iturum reſpondit, ſed nihil quæ vel Eccleſiarum libertati, vel ſuæ poſſet obuiare honeſtati ſuo rogatu vn-* VII. iter Lugduno. *quam Papam acturum viua voce reſpondit.* Vides, Lector, hos typi diſcurſus ſaltum paſſos, vt ab extremo ad extremum proſiliant ſine medio: nimirum deſcribant Anſelmi viaticum ex Anglia Romam verſus abſque tranſitu Lugduno, rectà viâ. Veruntamen propter id haud mireris. Etenim ratio quare ſcriba hoc ſaltem loco Lugduni non meminerit, hæc eſt: tũ quia facilè tranſitũ illic ſuppoſuit, tanquam ſemper directũ iter ac vehiculum: tum quia iã author ſciebat notiſſimum, quòd Anſelmus ex priſco more inſrà repetito [c] ſoleret Lugduni in Gallia hoſpitari; & vel domicilium ei propterea cõceſſum fuiſſe in clauſtro inſignis Eccleſiæ Lugdunenſis, etiámque ruri prope Lugdunum ſanitatis ergo tuendæ. Eſto igitur quòd eiuſmodi ſtatio numeretur iſtic ſeptima ab Anſelmo Lugduni facta, velut ſuam domũ inhabitãs ex munifica piáque egregij Cleri largitione. Ex illis autẽ monitis ſic pergimus efferre proximos pręfatis adſequentes Edineri contextus. *Die hinc conſtituto*, alloquendi ſcilicet Pontificẽ Romæ, *Vuillelmus quidam Anglus à Rege directus* [d], *cauſam Regis in medium tulit: ac inter alia, quòd Rex ipſe nec pro Regni amiſſione inueſtituras Eccleſiarum pateretur amittere, minacibus verbis aſſeruit. Ad quæ Papa: Si, quemadmodum dicis, Rex tuus nec pro regni amiſſione patietur Eccleſiarum do-* Labores Anſelmi in reditu. *nationes amittere, ſciat, ecce coram Deo dico, quia nec pro ſui capitis redemptione eas illi aliquando Paſchalis Papa impunè permittet habere. In his negotiũ Regis finem tunc temporis ſumpſit: & Anſelmus aliis cũ Papa de eccleſiaſticarum rerum inſtitutionib. actis, in iter reuerſus, Florentiam vſque peruenit.* Illic multa dormienti tanto viro noctu ter apparuêre, vnde lectus eius deinceps reuerenter aſſeruatus ſit. Poſtmodúmque iſta cõmodè ad præſens inſtitutum ab authore porriguntur: *Anſelm. cũ emenſo itinere Lugd. appropinquaſſet, Vuillel. præfatus comitatũ illius deſerere volẽs, interdixit ei ex parte D. ſui Regis redire in Angliã, niſi ipſe omnes patriæ cõſuetudines poſthabita Sed. Apoſt. ſubiectione & obediẽtia, ſe ei ſeruaturũ certò promitteret. Quod ille audiẽs admiratus eſt, ſciẽs ſe nõ alia cõdit. Angliã exiſſe. Perueniẽs ergo Lugdun. reſedit ibi ex more antiquo in pace & quiete, propriã præfati R. Hugonis eiuſdẽ vrbis Archiep. domum inhabitãs.* Atque hæc eſt octaua vltimaque Sedes temporanea, quam D. Anſelmus Lugduni habuit. Vbi cùm reſideret & diu permaneret, euenit quod adſequitur. *Dum ipſe Pater celebrato ſolenni Miſſæ officio, ſolus, prout ei conſuetudinis erat, in oratorio per fletum Deo ſeſe mactaret, vt quidam homo pedes ſuos baculo regente adueniret, oratorium ipſum Lugduni rumpere geſtiens. Quem frater & ſocius noſter* (ait Edinerus) *Alexander*

[c] octaua vice itineris aut ſtationis.
[d] Legatus, Ambaſſadeur.

Monachus Eccleſiæ, ſcilicet Cantuarienſis, qui pro foribus egreſſum Patris fortè præſtolabatur intuens, Eccleſiam ſubire volentem, detinuit, ſciſcitans quidnam vellet. At ille clamoſa voce ſe oculorum lumen amiſiſſe reſpondit, ac velle vt ſeruus Dei ſibi manum imponeret, ſciens quòd ſancta merita eius ſibi ſubuenirent. Pater igitur clamorem audiens, ſed verba minimè diſcernens, innuit præfato Fratri venire ad ſe, & cauſam clamoris ipſius intimare. Tunc ille, Domine Pater, ait, pauper quidam venit, conquerens ſe in oculis grauiter affligi, precatúrque per vos ei ſignum ſanctæ crucis imponi. At ipſe pio vultu, veniat, dixit. Itaque tertiò ſuper oculos eius, quod petebat ſignum crucis cum pollice pingens, orauit ſic: Virtus crucis Chriſti illuminet oculos iſtos, & ab eis omnem infirmitatem depellat. Aſpergénſque eos aqua ſanctificata, hominem præcepit abire. Alexander verò mox illum reducens, monuit, vt ſi factum viri Dei & fidelis eius famuli non vſquequaque illi hac vice prima profuit, mane rediret, pollicens quòd hoc repetita vice impetraret. Ad quem ille. Ego quidem, bone Domine, hac de cauſa non redibo, quia gratia Dei & fide eius omnino cæcitate fugata, clariſſimè video, &c. En poſtremum quod Lugduni edidit Anſelmus miraculum; perindéque in Gallia aut Italia. Cætera, dum huius octonarij fines ſupergrediuntur, crede meliùs peruestiganda in ſequenti Paragrapho.

Miraculũ de cæco per Anſelmum Lugduni vidēte.

Paragraphus 8.

Mens Authoris.

ETſi ampliùs nihil permixtum ſupereſit inter D. Anſelmum & Hugonem Lugdunenſem Galliarum Primatem, quandiu hac mortali vita freti ſunt: attamen reuolutæ hactenus propter vtrunque de ipſo Anglo hiſtoriæ, videntur promereri, quòd ad epilogum breuiter reducere debeamus reliquum vitæ tanti viri ad tumulum vſque. Atque id maximè affirmamus conſentaneum, quia recèns excellẽtem nacti ſumus hiſtoriam de fœlici vtriuſque poſt obitum ſtatu, ſequenti Paragrapho elucidandam. Vt qui in ſeculo fuère conſortes piæ ſocietatis, vnà ſint commilitones & ſempiternæ gloriæ in cœlis. Iſtud verò officium in extremis pollicitis multò ſtrictiùs amplectimur, quàm circa anteriora præſtiterimus, nihilominus arctata quantum ſemper licuit. Ergo auſculta. *Rex Henricus vt comperit Papam in ſua ſententia ſtare, mox Archiepiſcopatum in ſuum dominium redegit, & Anſelmum ſuis omnib. ſpoliauit* [e]. *Nec vno anno & ſemis indignatio Regis ſopita, &c. Poſt hæc relictâ Burgundiâ Anſelmus in Franciã iuit. Quod vbi Regi Anglorum innotuit, rogata ad eum in Normaniã venit, ibique ex timore ſimul & amore Dei correptus, reueſtiuit illum de ſuis, & in amicitiam eius receptus eſt. Conuerſante dehinc Anſelmo in Normania, &c. Vuilelmus Angliam ad Regem vadit, ac in breui Beccum ad Anſelmum regreſſus rogat eum ex parte ipſius Regis, vt iam ſopitis retroactis querelis ocyor Angliam viſitaret. Cui cum ille promptus acquieſceret, & iter aggreſſus Gemmeticum veniret, infirmitate nè iter expleret, inibi detentus eſt. Quâ extinctâ Beccum reuertitur, Regem Angliæ transfretaturum illic præſtolaturus. Ibi cùm pro reditu omnes exultatio mira teneret, ecce infirmitas Anſelmi renouata, quæ graui cunctos mærore proſtrauit, &c. Vt cibi aliquid ſumeret, ꝑ tebatur, ſed ille nihil, &c. Ex perdiu e tãdem æger refectus: demum in dies melius habendo, priſtinam ſanitatem adeptus eſt. Epiſcopis & Abbatibus qui ad exequias illius venerant, in ſua remeantibus. Dehinc in Aſſumptione B. Dei genitricis Mariæ Rex Henricus Beccum adueniens* [f], *omnia quæ inter ſe & Anſelmum de ſæpe facto negotio reſederant, moderante Sedis Apoſt. ſanctione deleuit: atque de ſingulis ad quæ tendebat ſuæ illum voluntatis compotem fecit, &c. Cùm poſtea proſpero curſu Angliam veniſſet, magno ſanctæ Eccleſ. gaudio & honore ſuſceptus eſt. Ipſo anno Anſelmus celebrata paſchali ſolennitate in Curia Regis apud Londinum, abiit ad Abbatiam S. Edmundi, electum inibi Abbatem ſua authoritate roboraturus, & alia officia Pontificalia pro ſuo iure celebraturus. Quæ vbi ſolenniter cuncta peregit, grauiſſima febre correptus, per plures dies vſque ad emiſſionem vltimi flatus vexatus eſt, &c. Eóque tẽpore adunatis in Palatio Regis Londini cunctis primorib. Angliæ, victoriam de libertate Eccleſiæ, pro qua diu laborauerat Anſelmus, adeptus eſt. Scripſit inter hæc idẽ Anſelm. libellum vnum de concordia præſcientiæ & prædeſtinationis ac gratiæ Dei, cũ libero arbitrio* [e], *&c. Vexabatur præterea frequẽtib. & acerbis infirmitatib. Tertio igitur anno poſtquã à ſecũdo exilio per Regẽ Henr. reuocatus eſt, omnes cibi quib. humana natura vegetatur in faſtidiũ ei verſi ſunt, &c. Exinde ergo aſſiduè lecto decubans, omnes Deo viuere hortabatur. Et vnus eorũ, qui circa ipſum Patrẽ excubabãt, legit paſſionẽ coram eo, ipſamet die ad Miſſam legi ſolitã. Vbi autẽ venit ad verba Dom. Vos eſtis qui permanſiſtis mecũ in tentationib. meis, & ego diſpono vob. ſicut diſpoſuit Pater meus regnũ, vt edatis & bibatis ſuper menſã in regno meo; lentiùs ſolito ſpiritũ trahere cœpit. Adunatóq; Cleri agmine dormiuit in pace, illuceſcente aurora 4. feriæ præced.*

Rex detentor Eccleſiæ.

Pœnitet.

Ægrotat Anſelmus.

Alij eius libri.

Moritur.

1109. *Cœnã Dom. 11. Kal. May, an. M.CIX. Pontificatus eius XIII.*[f] *&c. Loto de more eius corpore,* ex vaſculo Balſami ſacrique chriſmatis quo vngebatur, miri apparuère effectus hîc prætermittẽdi, tũ exuberante olei copia, tum in fragrãtia. Deindéque habet author: *Sanè in obitu & poſt obitum multa à multis viſa narrantur, quæ gloriã eius, quã pro meritis ſuis eũ recepiſſe à Deo non dubitamus, oſtentant. Quibus ſcribendis magis eligimus ſilentium noſtrũ, &c. Vt enim cuncta prodantur, infiniti negotij eſt, &c.* Sic itaque Edinerus non eſt auſus Sancti miracula in ſuas ſpecies deducere. At nos certè vnum aut duo miranda valdéque notanda ab eodem Diuo ſupra cœlos in Dei gloria regnante patrata, & ab alio dictatore ſynchrono promulga.

e Tales detentores excommunicati ipſo facto, nec tamen reſeruati ex c. 1. de Schiſmaticis li. 5. Decretal. & Extrauag. Pauli 2. Cap. Ambitioſæ.

f Tunc Rex Anglus poſſidebat Normaniam cum Pictauis, poſtea prætenſo iure matrim. Æmil. fol. 116. Tillius in Philip. 1.

e li. 16. ex ſuis Operib. 18.

f & vitæ 66. ann.

mulgata, ſeorſum h imus depictum, quale Lugduni reſplenduit, velut loco ſuæ antea digna- tionis,& cui annectitur decus noſtri Hugonis Archiepiſcopi, vt pote cuius etiam meminit idem prodigium. Interea, ex octuplici liberalioris hoſpitalitatis beneficio, quo D. Anſelmus tot vicibus Lugduni receptus eſt ab Hugone & eius Eccleſia: profectò quatuor præcipuas aduertimus; nimirum eo bis Romam proficiſcendo, ac illinc redeundo in Gallias: & minores alias totidem nuncupamus, pendente interſtitio recognitas.

h §. 9.

Paragraphus 9.

Author alter.

Vuilelmus Malmesbu- rienſis æquè primus.

ALius ille Author D. Anſelmo coætaneus, ab Edinero diſtinctus, & eruditus denuò ſcriba vitæ ipſius Sancti, eſt Vuilelmus Monachus Malmesburienſis [i], in edito Volumine noſtris ex profeſſo diebus [k]. Duplex autem narrationis genus ex eius diſcurſu hauriendum putamus: equidem ſublimi & mellifluo, vt is aſſolet, ſtylo compoſitum. Prior occupatio verſatur partim circa pauca, quæ Author iſte repetit, quatenus ſuprà ineſſe videntur apud Edinerum, partímque noua quæ Malmesburienſis elegantiſſimè ex cimmeriis tenebris palam eduxit, cum recente noſtri Hugonis commendatione, adeóque digniſſima prælo. *Primum hoſpitium illi* [l] *cum Monachis* (ait) *S. Bertini fuit: cætera fauor adminiſtrauit, omnibus certatim eum Epiſcopis & Abbatibus inuitantibus, & inuitum etiam detrahentibus. Ibat fama viri prænuncia, & dulci corda audientium afflabat aura. Quorcirca quanto amore omnium ſuſceptus, quantis officiis delinitus ſit, conanti dicere ſuccumbit ſermo & fatiſcit oratio, mira rerum conuerſione, vt honoratior eſſet in aliena prouincia, quàm fuerat ciuis in patria, Archiepiſcopus in Eccleſia. Ipſe Lugdunenſis Archiepiſcopus Hugo Legatus Apoſtolicus in Gallia magni nominis & potentiæ, nec religionis egenus, vbi ad eum Lugdunum iter aduertere audiuit, alacriter occurrit, deuotè obſequutus eſt.*

Exploratores contra Anſelmum.

Eius igitur conſilio vbi reſedit, totius cauſæ indices Romam Vrbano Apoſtolico mittens, valetudo ſubitanea flagitabat otium ſimul & conſilium. Et paulò infrà. *In Synodo* PP. *ſententiam excommunicationis vibrauit in laicos inueſtitores Eccleſiarum, & inueſtitos à laicis, ac in taliter conſecrantes* [m]. *Poſtera die Concilij Archiepiſcopus* (*Anſelmus*) *iter retrogradum compoſuit: plurimíſque laborum iactatus periculis per montuoſa & ſaltuoſa loca Lugdunum contendit* [n]. *Neque enim rectum tramitem tenere potuit, quòd ferebatur Vuibertum pictore Romam miſſo imaginem eius in tabula pingi feciſſe, vt quocunque ſe habitu effigiaret, non lateret. Lugdunum ergo perueniens, ſolitam benignitatem Hugonis expertus eſt, vt proprius loci Dominus, non vt peregrinus. Omnium ius intus & foris Antiſtes non roganti obtulit, & vt vellet coëgit; Primatum in conceſſu, amorem in occulto, reuerentiam in publico, officium in omnibus. Solari curas, partiri vel potiùs totos exponere honores: adeò vt Miſſas celebranti Suffraganei loco ſeruiret: vbicunque ſermonem facienti ad pedes ſederet. Vir magnanimus & conſtans, qui auderet opes contemnere, fortunam prouocare.*

Hoſpitatur Lugduni.

Fuit igitur ibi Pater Anſelmus toto tempore quo ſuperfuêre Vrbanus & Vuilelmus (*Rex Angliæ.*) *Nec multò pòſt vtrunque fata rapuêre. Audita morte Regis fudit lachrymas Anſelmus, amoris indices, pietatis interpretes, continuoque à nouo Rege Henrico inuitatus Angliam aduentu ſuo dignatus eſt: vbi etiam Proceres, qui à fide deficiebant, ſæpe ex voluntate Regis conueniens, multos ad rectum inuitauit, &c. Perſeuerauit ergo in Anſelmo ad exitum vitæ inuictus vigor, pietatis feruor. Adſtantium oborta lætitia impulit* [o] *aſtra. Tandémque in alterum ſeculum abiit, ſepultus primò ad caput prædeceſſoris ſui Lanfranci, & poſtea dignius Mauſoleum in orientali porticua cœpit, &c.* Præter quem Anſelmum, nos S. Thomam iam promiſſum [p], vtique Cantuarienſem, proferemus ſuo loco [q].

Eius obitus.

Tum inde poſterior ſequens inueſtigatio à Malmesburienſi concinnata in Anglia, ex aliis ſecretioribus MS. aut ſuis ipſis monimentis, Edinero prorſus ignotis, eſt eiuſmodi; aptior equidem ad noſtrum pro Hugone inſtitutum. *Nec tamen amantes ſui* (infit locus) *vacuos opis mundo expoſuit* Anſelmus. *Militat adhuc ſe inuocantibus, nec facilè quiſquam prona ſpe accedit ad tumulum, qui non plenariè precum referat effectum. Mirum illud, quod nuper Lugduni contigit* (addit quaſi teſtis.) *Erant ibi duæ anus recluſæ, quibus nihil ſanctius, nihil concordius. Ad has Anſelmus dum ibi maneret, dignanter veniens, crebras admonitiones virtutum infundebat. Sed poſt eius diſceſſum, ſimultas inter eas properè (vt mos eſt fœminarum) ebulliens, rupit pacem, ſcidit concordiam. Senſim itaque in manus proceſſum: quòd obliqua inuidia, & amaris ſtimulis opprobriorum dies noctéſque agerent. Furor armabat linguas: ira miniſtrabat contumelias, & ambas quidem ſtultitiæ inuoluebat communio. Sed magis vnam premebat reatus, quæ dediſſet liti principium. Huic Anſelmus nocte aſtitit, multùm mutatus ab illa lenitate vultus, quã in viuente viderat. Dabat authoritatẽ ſermonib. auſteritas, & quaſi à longè petita ſeueritas.* Pulchrè (*inquit*) *monita mea ſeruaſtis, quæ vob. ſeruandæ commendare debuiſſent vel profeſſionis veſtræ religio, vel mea ſedulitatis dilectio. Nũc ſeritis iurgia, irritatis odia, oblitæ famæ veſtræ, reuerentiæ meæ, profectus vtrorunque. Quare, per tanta terrarũ interualla, me ad vos fatigaſtis: vt ſi deſinitis, pacẽ reſtituam; ſi permanetis, interminer pœnã. Hæc viſio litigatricẽ mãſuefecit mẽtẽ, leniuit tumorẽ, eiſdẽq; nocte ſeq. cũ poſt lachrymas inges, feſſas ſopor reclinaſſet,*

Miracula pro eo Lugduni poſt mortẽ.

[i] quem hic enarrandum promiſimus. §. 1.
[k] Francofur. 1601.
[l] S. Anſelm. ex l. 1. p. 222. & Sur. 10. 2. die 21. Apr. li. 2.
[m] poſtquam biennio Lugduni permanſit.
[n] pro vice 2. ſuprà § 6.
[o] pa. 229. li. 4.
[p] § 1.
[q] in Guichar. nu 82. & in Ioan. 11. nu. 84 § 4.

cæleſtes protelauit excubias. Nam remotis terrenorum ſenſuum nebulis, viſa eſt perſpicuè Dominæ noſtra ſancta Maria aſſiſtere, iuſſa pedibus aſſedit. Cùmque Domina dignatio copiam qua vellet interrogandi feciſſet: illa fa[illegible] auſu animata, de Hugone illius vrbis Archiepiſcopo recenter defuncto interrogauit, quid ſperare poſſet. Bene (ait) filia erit: & per miſericordiam Dei in proximo ac iam in foribus eſt remiſſio. Et de Domino meo Anſelmo Cantuariæ Archiepiſcopo quid ſciendum? De illo (ſubdit) nullomodo dubites, quin in magna Dei ſit gloria, &c. En validiſſimum pro vtroque Archimandrita teſtimonium ac elogium. Vt qui mortales indiuiduam penè ſocietatem inierunt ad inuicem, Chriſtus poſt exitum vitæ ipſorum dignatus ſit cæteris mortalibus per Deiparam Virginem eorundem ſtatum reuelare. Quo cœleſti dictamine conſtat Hugonem de perenni ſalute tutum atque ſecurũ poſt perbreues tunc finiundas in purgatorio pœnas ſuſceptas, fortaſſis quia Apoſtolicæ Sedi creditur aliquando reſtitiſſe: vnde flens ritè pœnituerit, dum interea D. Anſelmus recto tramite ad ſempiternam clariſſimámque Dei viſionem peruenerit. De eodem verò Hugone habetur, quòd obierit XII. Kalend. Aprilis, ex priore libro Obituum Baſilicæ Cathedralis; aut Nonis Nouembris, ex poſteriore admodum tutiore: equidem in vrbe Salamina, ex Tabulis Homiliarij Eccleſiæ ſancti Irenæi Lugduni. Quæ ciuitas nacta eſt ſuum in Græcia ſitum verſus Athenas & Corinthum. Arbitramur autem eum ſic in Aſia corpore ſolutum, eò quòd profectus eſſet ad ſacrum bellum Hieroſolymitanum, nec exinde rediret cum reliquis Gallis illuc transfretantibus ſub idem tempus, ex Decreto Concilij Claromontani [a]. Annus autem diſceſſus eiuſdem Hugonis adhuc nobis incertus eſt: niſi putetur migraſſe circa annum M. C. IX. id eſt, circa tempora deficientis S. Anſelmi. Sic enim videtur quaſi meritò inferendum ex facta Lugduni mulierculis reuelatione de eo ſub nomine S. Anſelmi reuelantis coætaneum ferè obitum. Verùm, quòd citiùs paulò obierit, perlege in ſequentibus diuiſim.

Tempus quo obierit Hugo.

[a] §. 3. & 5. in 4. hiſtoria.

Paragraphus 10.

Cuias eſt D. Anſelmus.

SEd redeamus paululum ad beatum Anſelmum. Robertus Cardinalis Bellarminus in nouiſſimo ſuo libro de Scriptoribus eccleſiaſticis [a] hunc in primis dicit [b] obiter natione Italum, quem anteriores ſcriptores ex Edinero Burgundionem efficiunt: ſecundò teſtatur Sanctum compoſuiſſe ſeptem ad minus libros citra plures Epiſtolas ex quatuordecim quas diuulgauit, antequàm foret Angliæ Primas, & quales author adnominat [c]: tertiò, poſtquam Archipræſulatum adeptus eſt, is Lugdunum appulſus, ibi duos quos iam præmiſimus [d] libros peperit, illóſque Bellarminus eidem facilè conceſſit [e]: quartò, totidem huic largitur in Italia peregrinanti conſummatos [f]: quintò, vnum ſcripſit reuerſus in Angliam, de quo rurſus nos ſuprà [g]; præter illum de animæ origine abortiuum, quem ipſe moriens auſpicabatur: ſextò & vltimò, Bellarminus alios pluſquàm ſexdecim enumerat, quadruplici Tomo comprehenſos [h], quos credit ei falsò attributos [i]. Veruntamen de hoc vno Lectorem breuiter moneo. Andreas Quercetanus, qui nuper veteris Petri Abaelardi [k] opera hactenus manuſcripta è cimmeriis tenebris vocauit in lucem, dictitat aliquem Anſelmũ præclarum Lauduni in Gallia magiſtrum atque Decanum, illic ſacris in literis profeſſorem, virum honeſtate morum & conſilij maturitate venerandum, ibidem vitâ functum [m], quíque fratrem nactus eſt Rodulphum non mediocri denuò ſcientiarum lepore perſpicuum. Quod dum Quercetanus ita ſcribit: quidni fortè & æquè facilè Doctor ille Anſelmus in Francia diuertens eſſet vnus idémque Anſelmus Cantuarienſis? Nam id ſonat & indicare cenſetur vox *Laudunenſis* in autographo per nonnullos manuales Notarios haud aduertentes collocata vice *Lugdunenſis*. Quo ſanè pacto antiquitus ex pari homonymia & abuſu factitatum oſtendimus ſuprà [n] in Chagnoaldo Lugdunenſi Antiſtite olim perperam Lauduni quoque adſcribi ſolito. Et vel allucinationem adaugere videtur Quercetanus operator [o], qui iam à primæua ſuorum Opuſculorum ætate [p], malè audit de ſolidioris doctrinæ inter ſcribendum veritate circa theſes aliquot, ob quas nonnulli valdè eruditi & orthodoxi breui palam carpere aggrediuntur. Non tamen huic noſtræ ſententiæ velim neceſſitatem imponere, at probabiles duntaxat concluſionum circunſtantias ob oculos ſtatuere, vt prudens in biuio quodlibet voluerit eligat, maximè dum tales inſinuat Robertus Bellarminus ad duas perſonas reuocandos [q]. Niſi certè eo iure redeat tota verſus noſtrum paradoxum narratio, ex eo quòd librum commentariorum in Apocalypſim, quem nonnulli tribuunt prætenſo Doctori Laudunenſi planè ſynchrono, vti Bellarminus repetit [r], vident omnes ſemper impreſſum in eodẽ Volumine Operũ S. Anſelmi Cantuarienſis, velut author ſingulorũ ſit vnus & idẽ vir prorſus, qui exul Theologiam Lugduni palam docuerit, vbi diu commoratũ fuiſſe

Reliqui eius [illegible]

Æquiuocũ in veteri ſcriptura de ipſo.

[a] Lugduni Cardõ 1615.
[b] pag. 164.
[c] hîc ideò prætermus.
[d] §. 6. ſub 4. itinere.
[e] pa. 165.
[f] de Incarn. & cur Deus homo, cœptos in Anglia.
[g] § 8.
[h] quartus in Pentateuch. ex Sixto Senenſi.
[i] dempto 4.
[k] coætaneo Anſelmo.
[l] Idem Petr. ex maiore Britannia.
[m] an. 1116.
[n] on. 18. §. 1.
[o] pa. 9. 1163. 1166.
[p] Pariſ. Buon 1615.
[q] pa. 167. 168.
[r] pa. 166.

Alij duo Anſelmi.

conſtat, non Lauduni. Cæterùm, aduerte, quòd bene quidem floruit vnus Anſelmus creatus Epiſcopus Lauduni [s] in Cathedrali Baſilica S. Vincentij. Ar iſtum alius ille vnus vel duo integro ſeculo [t] præceſſerunt. Anſelmus autem antea recenſitus ibidem Decanus [u], prædicatur quidem ſuo æuo electus ad loci Epiſcopatum. Verùm recuſando liberè abſtinuit, nec acquieuit.

[s] eſt 49. apud Democh.
[t] Sedit ad an. 1100.
[u] De eo Ioãnes Canonic. Regularis S. Victoris.

Paragraphus 11.

Canonici Eccleſiæ S. Stephani Lugduni.

NOs aliò diuertentes, opportunè renũciamus dignam notatu actionem quandam in Titulis M. S. Eccleſiæ Matiſconenſis repertam, & ad præſentem Hugonis tractatum ſpectantem, perſeuerantis in Legatione & generali Vicariatu Apoſtolico. *Paſch. Epiſcopus ſer. ſeruor. Dei venerabili fratri & Coëpiſcopo Sedis Apoſtolicæ Vicario ſalutem & Apoſtol. benedict. Super prudentia tua valdè admiramur, quod in negotio Eccleſiæ B. Stephani* [x] *Clericorum ſuor. teſtimonium aptare volueris, &c. Cæterùm in poſſeſſionib. ac cæteris huiuſmodi negotiis hi potiſſimùm aſſumendi ſunt, qui ead. negot. tractauerunt, de quorum auditu hæſitatio eſſe non deberet. Si ergo iidem Clerici idonei ſunt ab aſſerto cauſæ illius, nullatenus repellantur. Sed ſicut aliis literis deliberatum eſt, inter ſancti Stephani & ſancti Ioannis Canonicos ceſſet iam malitia Zelus & doloſitatis cauillatio; & prædictarum Eccleſiar. negotium iuxta literar. noſtrar. tenorem commodiùs peragatur. Alioqui ad præſentiam noſtram parati prorſus & instructi proximo Quadrageſimalis Concilij tempore reuertantur. Data Troiæ VI. Kalend. Septembris, Indictione VIII.* Eſt verò Paſchalis Papa II. ſucceſſor Gregorij VII. duobus intermediis. Bulláque fabricata eſt ad annum M. IX. [y] Quo ex loco diſcimus Cathedrales Canonicos, qui prædicantur extitiſſe quondam in Baſilica ſancti Stephani, eoſdem eſſe [z] qui poſtea deſignati ſunt Canonici præcipuæ ac recentioris Eccleſiæ Diui Ioannis Baptiſtæ. Etenim ſub Eucherio S. Archipræſule diximus [a] Cathedram videri tranſlatam ab Eccleſia SS. Apoſtolorum, nunc S. Nicetij, vbi ea primùm ſtabilita fuerat [b], ad præfatam Eccleſiam D. Stephani reſtauratam [c], ſub annis CCCC. XL. & LXX. Quia ergo poſtmodum condita eſt viciua latior Eccleſia ſancti Ioannis Baptiſtæ, vt foret Cathedralis, nimirum ad annum DCXXIV. [d] vel DC. [e] ſolium eò tranſfus tranſmiſſum eſt hactenus. Adeóque Canonici Lugdunenſes ſeu Cathedrales dicti ſunt reſidere in Eccleſia S. Ioannis. Vnde, ob honorem veteris tituli, quòd Eccleſia ſancti Stephani antea fuiſſet Cathedralis, effectum eſt, reor, vt in ea relicti ſint Clerici ſimplices, cuncti deſcendentes ac deinceps pendentes hactenus à latiore Eccleſia D. Ioannis, quæ tamen Stephaniana olim non penderet aliunde. Hi autem ſimplices Cappellani Sacerdotes diuina illo in Choro peragunt, eiſque præeſt nobilis magnus Cuſtos Cathedralis in precibus decantandis pro nota communitatis ſub eodem Campanarum ſono aggregari ſolitis cum Clero Cathedrali [f], & partim ab ipſo Cuſtode nutritis, vel retentis cum eius ex lege data ſtipendiis. Mox verò ſeiunctim accedamus verſus Hugonis Archipræſulis exitum.

Papalis declaratio.

Olim Cathedrales.

Minimè diſtincti à Cathedralibus Eccleſiæ S. Ioannis.

Nunc iidem mixti.

[x] Lugdun. in clauſtro.
[y] Sedit ab 1100. ad 1118.
[z] teſte communi iuramento, Nu. 98. 3.
[a] Nu. 25. 4.
[b] Nu. 14. 2. Nu. 19.
[c] Nu. 24. 2.
[d] Nu. 39. 3.
[e] Nu. 50. fi-nali.
[f] Nu. 97. 4.

Paragraphus 12.

Dona Hugonis.

PErnoctemus ſeorſum in recenſendis ampliſſimis donis, quæ ipſemet Hugo pleriſque in locis aut duobus potiſſimum luculenter impertitus eſt. Quippe priùs ſic pro Cluniaco legitur. *Hugo Lugdunen. Archiepiſcopus de Deo & S. Petro ac R. Patri noſtro Dom. Hugoni Cluniacenſis Eccleſiæ Abbati & ſucceſſorib. eius Eccleſiam S. Deſiderij ſitam in Brixia ſub annuali cenſu trium ſolidorum retentis paratis & Synodo ſecundum antiquum morem aliarum Eccleſiar. Epiſcopatus noſtri Lugduni. Facta eſt donatio in præſentia Girini Cappellani noſtri, &c.* Ipſe autem Hugo Cluniacenſis erat Sanctus ille, primus huius nominis Abbas VI. qui Primas ideò talia libẽtiùs huic Abbati piiſſimo tradidit: quia dum eius conſuetudine vtebatur, ſuæ merita ſanctitatis nouerat. Præfatas verò doni periodos, ſicut & alia permulta ad Cluniacum ſpectantia, ac in noſtris ſacris Lugdunenſibus & Matiſconenſibus Chronologiis inſeri ſolita, hauſimus ex veteri M. S. Cluniacenſi hiſtorico, quod mihi quondam ad manum porrexit [i] illuſtris Claudius à Guyſia modernus loci Abbas, antequam Bibliotheca Cluniacenſis edita eſſet, poſtea ad publicam lucem profecta [k] ſtudio Martini Marrier, in qua donum eiuſmodi copioſius relucet, additis notis Andreæ Quercetani Turonenſis, qui primas noſtras præſentium Operum typographias citat [l]. Iam inde poſteriùs, dona migrantis Hugonis Archiepiſcopi frequentiùs alibi facta & celebrata, hoc eſt, ſuæ præſertim Lugdunenſi Eccleſiæ, quæ propenſa omnino contulit voluntate, ſunt hæc, vbi ſolares ad calcem ſuæ Cathedræ circulos vnà peraudies. *Hugo bonæ & fidel. memoriæ Archiepiſcopus* (infit liber poſterior) *eid. Eccleſiæ vtiliter prouidit. Reliquit Cappas nouem cum aurifriſio*, non eſt fimbria aurea, *franges de fil dor:* neque

Cluniaci facta.

[g] Nu. 68. 3.
[h] col. 533 an. 1094.
[i] ab an. 1595.
[k] an. 1614. Lutet.
[l] Inſunt Volum. col. 9 & not an. 1607.

vix quod vulgò dicitur *de l'or friſé, quand le ſonds, le champ ou la matiere eſt de ſoye ou toile d'argent, ſur laquelle y a ouurages d'or couchez ou tiſſus.* Sed veriùs eſt, *le parement de broderie en or, mis en bandes larges és deux coſtez au deuant de la chappe, auec ſon demy rond au dos en pareille broderie, où ſouuent auſſi ſont les franges.* Redeamus *Caſulas quatuo, r Dalmaticas ſex, Tunicas tres, vnam cum aurifriſio, Amictus nouem vnum, de ſerico, duos cum aurifriſio, ſtolas ſeptem, ſex cum aurifriſio, ſeptimam cum auro & gemmis, pallium & balteum cum aurifriſio, cinctoria quinque de ſerico, annulos ſex cum pretioſiſſimis gemmis, duo paria chirothecarum, tria paria ſandaliorum, vnum par cum auro & gemmis, duo paria cum aurifriſio, Caligarum* [y] *quinque paria, duo ligamina de aurifriſio cum auro & electris ad opus caligarum; duo pallia optima* [a], *vnum ad cooperiendum ſedile, puluinaria tria cum pallio, tres pallas Altaris, mitras tres, duas cum aurifriſio, tertiam cum gemmis, libros Epiſcopales IV. palliis coopertos cum firmatoriis argenteis, videlicet librum Sacramentor. cum aureis literis, textum Euangeliorum & Epiſtolare, Ordinem Epiſcopalem, Calicem aureum 42. vnciar. Thuribulum argent. deauratum, Concas argenteas ſex marcharum, & tres marchas argenti ad faciend. Thuribulum S. Stephani, vaſa vinaria argentea tria, Candelabra duo argentea, phialam vnam argenteam auro perfuſam, miro opere factam, pectines tres eburneos* [b], *ſcutellam argenteam vario opere fabrefactamr, crucem argenteam laminis aureis coopertam cum haſta ſuperducta argento, vrceum mirabilem de c yſtallo, Taſſellorum paria XXIV. duo aurifriſia ad ornand. Dalmaticas albas, alia duo optima ad ornandas cappas, cuppam vnam auream, cortinas duas ad veland. cruces in Quadrageſima, alias duas ad ornand. Chorum in feſtiuis dieb. ſericum coopertum Altaris, Tapetum optimum, ſedile ferreum deargentatum: trecentos ſolidos ad coclearium & tabulatum Eccleſiæ perficiendum.* In ſumma, ille Antiſtes hactenus legitur impertitus ſingula ornamenta, quibus opus fuerit Pontifici ſacrificanti, aut Ordines ſacros conferenti. Nimirum Eccleſiam ſuam communiuit hiſce dotibus, antea fortè diuerſa bellorum ſtrage in ſimili complemento deperditis, hoc prudenti fine, vt ſucceſſores Cathedram non ampliùs vacuam ſuſcipientes, è veſtibulo hoc haberent domi vel in Capitulo Lugdunenſi, vnde ſacra facerent Pontificali planè ritu: neque aliunde quicquam emendicarent. Quam pariter viam munificam imitatus eſt poſtremus, qui nuper ſedet Epiſcopus Matiſconenſis [c]. At nec dū ſatis.

Alia Pontificia in Capitulo Cathedrali aſſeruanda.

[y] boutines Pontificales.

[a] tapiz.

[b] yuoire. & concha, coquille.

[c] Gaſpar Dinet.

Alia dona, Eccleſiæ acquiſita per eum.

Hugo plura denuo extranea Eccleſiæ tradidit, quæ ſic typus excurrit. *Inſuper parietem Eccleſiæ & quinque vitreas adornauit, maius Altare conſtruxit, Cameras epiſcopales cum parte Turrium & atriis ædificauit, Cappellam Epiſcopal. picturis & pauimento decorauit, cellaria domus plena reliquit* vaſis vinariis & granariis, ac domum ſuam adornauit: ſanctum Andream cum appenditiis, Eccleſias de Fontanis (ruri) *cum decimis, ac terras & vineas apud S. Geneſium acquiſiuit, cellariúmque ibi fecit plenum: domum S. Andreæ cum Eccleſ. & domum Caſeti ſumptuosè ædificauit: dedit S. Stephano Eccleſiam S. Symphoriani, Eccleſiam S. Martini de Noalis, & 15. ſolidos in Eccl. de Neyronda, & duos ſextarios mellis in Eccl. S. Nicolai de la Boleyna ad procurand. Refectorium in IV. feſtiuitatib. S. Mariæ. Dedit & Eccleſias de Careya, de Sandraens, de Sylua cum duob. manſis, de quo procuratur Refectorium in media Quadrageſ.* [d] *Dedit hiſtoriam in IV. libris, Auguſtinum de verbis Dom. ſuper Ioan. de octo quæſtionib. de cura pro mortuis, de adulteranis coniugiis, de continentia, de Baptiſmo contra Donatiſt. de anima & ratione, de fide & operib. de paſtorib. & ouib. de bono coniugali, de bono viduit. Librum S. Ambroſij de Virginib. librum B. Gregorij Nazianzeni, & B. Ambroſ. de officiis ac de Patriarchis, D. Cypriani, vltimam partem Moralium D. Gregorij, librum Didymi de Spiritu ſancto, Epiſtolam Theophili Alexandrini, Epiſtolam S. Hieronymi, S. Auguſtini ad Dardanum de præſentia Dei, Epiſtolam Cornelij PP. ad S. Cyprian. Sermonem S. Auguſt. aduerſ. Iudæos, duas Epiſt. eius ad Voluſianum, & Voluſiani ad ipſum, vnam D. Hilarij ad Auguſt. & Auguſtini ad Hilar. ad Panubium Epiſc. & aduerſ. Epiſt. Iuliani, Epiſtolam Alipij & Auguſt. Epiſcopor. ad Martinum Medicum, Auguſt. ad Sixtum Presbyter. Hieron. ad Euſtochium de virginit. ſeruanda, Origenem ſuper Exodum, quinque benedictionales, librum Anſelmi Cantuarienſ. Epiſc.* [e] *de veritate & libertate, de caſu diaboli, de Incarnat. Verbi, cur Deus homo, de contemptu,* virginali, origin. peccato, de proceſſione Spir. ſancti, Epiſtolam de azymo & fermentato, vitam B. Gregorij, Regulam B. Benedicti, librum S. Martini de confeſſione peccator. Epiſtolas S. Pauli & Gregor. duos Miſſales, textum & Epiſtolarium græcum, Librum Boëtij, Hymnorum, *& Cant. Canticor. Librum Burchardi, Macrobij, Horatij, duo Pſalteria Græca, vitam S. Nicetij: Moralia Iob.* De quibus libris nulli hodie ampliùs extant poſt tempora adinuentæ Typographiæ [f]) *Rexit autem hanc Eccleſ. Lugdun.* (pergit autographon) *annis* XXIII. menſib. octo, dieb. ſeptem. Et hæc eſt exactior nota chronologiæ [g] Hugonis. Quem cùm ſuprà viderimus ſediſſe Lugduni ab extremo ſaltem anno M.LXXX. inde ſequitur eum ibidem ſynceriùs auras vitales carpſiſſe vſque ad Septembrem, & feſtum duntaxat Natiuitatis Virginis matris anni M.C.III. ſeu annis ſex, antequam S. Anſelmus

Bibliotheca.

[d] Tunc degebant in communi.

[e] ſui coætanei.

[f] & inde hæc le ditio proficua eſt.

[g] §. 5.

Exactior obitus eiuſdem.

expira

expirarit [h] contra anterius propoſitum. Sic equidem mox loquimur, ſuppoſito quòd annus tunc incepiſſet menſe Ianuario, ſed poſito quòd inchoaret menſe Martio, equidem veriùs, præfatus ille dies ſeptimus noni menſis finem habuit Nonis Nouembris. Quæ dies, etſi non annus, ſcitè quadrat cum allato manuſcripto Kalendario pro tutiore chronico, ex eóque typus aliunde diuertendo hæc ſequentia digerit de reliquis pręclarè geſtis ipſius Hugonis. *Apud S. Irenæum Canonicos regulariter viuentes inſtituit, quib. terras, quæ quondam iuris eiuſd. S. fuerant, multo pretio à laicis redemptas in communes vſus eorum traduxit, eoſq́; ſub ſua tuitione reſeruauit, & ſub protectione ſuorum ſucceſſorum in præſentia quàm plurium probabilium virorum in æternum ferè mandauit. Atque vt hoc firmius teneretur, omnib. huius ſuæ Conſtitutionis violatorib. anathematis gladium intentauit. Item tunc obiit Ioannes Prior Carthuſiæ.* Alia de Hugone in Matiſconenſibus [l].

h de qua Lectorem monere oportuit. Dignúq. notatum. 2. §. 9. finali.

l. Nu. 39. §. 4. 9. nu. 40. §. 2. & 12. ar. 7.

LXXV. *Paragraphus* I.

Septimus additus.

IOANNES I. in anteriore noſtra editione prætermiſſus, is eſt, ad quem miſſa quondam fuit ſolennis vna * plurium Antiſtitum Epiſtola, continens hunc frontis verticem. *Ioanni Dei gratia Lugdunenſis primæ Sedis Archiepiſcopo, Daimbertus eadem gratiâ Senonenſium Archiepiſcopus, Iuo Carnotenſis Epiſcopus, Vualo Pariſienſis, Ioannes Aurelianenſis Epiſc. cum cæteris Coëpiſcopis Senonenſis prouinciæ inſtitutam à Patrib. reuerentiam.* Deinde præcipuum texturæ corpus eſt eiuſmodi. *Iure Primatus veſtri inuitaſtis nos ad Concilium apud Anſam a celebrandum, in quo tractare diſpoſuiſtis de fide & inueſtituris laïcorum; ad quod venire minimè contemnimus, ſed terminos quos poſuerunt Patres noſtri, terminos antiquos tranſgredi formidamus. Nuſquam enim reuerenda Patrum ſanxit authoritas, nuſquam hoc ſeruare conſueuit antiquitas, vt primæ Sedis Epiſcopus Epiſcopos extra prouinciam propriam poſitos inuitaret ad Concilium; niſi hoc aut Apoſtolica Sedes imperaret, aut vna de prouincialibus Eccleſiis pro cauſis, quas intra prouinciam terminare non poterat, primæ Sedis audientiam appellaret. Quod non de corde noſtro prophetamus, ſed Apoſtolica authoritate muniti, irrefragabilibus ſententiis approbamus. Vnde ſcribit Papa S. Nicolaus I.* [b] *in hac verba Radulpho* [c] *Aquitaniarum Primati vltra ius Primatis aliqua ſibi vſurpanti. Conqueſtus eſt Apoſtolatui noſtro frater noſter Sigebodus Archiepiſc. Narbonenſis* (ait Pontifex) *quòd Clericos ſuos eo inuito ad iudicium venire compellas, & de reb. ad Eccleſiam ſuam pertinentib. eo inconſulto quaſi iure Patriarchatus tui diſponas, cùm hoc nec antiquitas, cui Patres ſanxêre, reuerentiam habeat, authoritas Sanctorum & Canonum penitus interdicat, niſi fortè pro cauſis quæ apud ſe terminari non poſſunt, ad te quaſi ad Patriarcham ſuum prouocauerint, vel ſi Epiſcopus ſuus diſceſſerit, res Eccleſiæ ſuæ iudicio tuo diſpenſare voluerint.* Vbi obiter aduertendum, Narbonã ergo ſpectare ab antiquo ad Primatiam Bituricẽſem. Tũc ſic pergit Epiſtolũ. *Primates enim vel Patriarchas nihil priuilegij habere præ cæteris Epiſcopis, niſi quantum ſacri Canones concedunt, & priſca conſuetudo illis antiquitus contulit, diffinimus; ita vt ſecundum Nicenas regulas ſua priuilegia ſeruentur Eccleſiis.* Hæc Papa. Atque hinc continuò Epiſcopi in Epiſtola: *Huic ſententiæ concordant Clemens & Anacletus, qui poſt Apoſtolos ordinauerunt, in quib. ciuitatib.* [d] *eſſent primæ Sedes, in quib. Metropolitani: ſtatuentes ita demum iudicium Epiſcoporum ad Primates eſſe referendum, ſi ad eorum audientiam fuerit appellatum. His authoritatib. muniti,* (& de quibus nos iam dudum ſuprà in D. Irenæo Num. 2. §. 2.) *nolumus Eccleſiis veſtris inauditam nouitatem inducere, vel iura earum antiquitus inſtituta permutare.* Sic infit locus ille ſectator. *Præterea* (addit & pergit) *quia in hoc Concilio de inueſtituris laicorum, quas quidam inter hæreſes computant, tractare diſponitis; potiùs pudenda Patris veſtri nudabitis, quæ publicanda non eſſent in Geth* [e], *nec in compitis Aſcalonis, deridenda exponetis, quàm poſt dorſum ea velando benedictionem paternam vob. acquiratis. Quod enim propter vitandam populi ſtragem paternè in ſe admiſit ſummus Pontifex* [f], *coëgit neceſſitas, non approbauit voluntas, &c.*

Epiſtola Antiſtitum directa ad ipſũ Ioannem.

Primatus Bituricenſis.

Conſilium II. Anſanum.

Inueſtituræ Clericorum à laicis.

Cæteras multò prolixiores epiſtolæ periodos deſerimus: in quibus ad integrum enarrandis Baronius immoratur [g] diutiùs quidem fortè quàm par eſſet: dum nos hiſce verbis ad præſens inſtitutum contenti ſumus cum Domno Polycarpo Carthuſiano [g]. Expoſitionis autem gratiâ & commentarij loco, hæc præmittit Author vterque, quæ decentiùs hîc vidimus ſubnectenda. *Exemplo docemur Apoſtoli Pauli, qui Petro ſibi Prælato non rectè incedenti ad veritatem Euangelij in faciem reſtitit* [h], *non tamen eum abiecit. Vbi enim ſuccumbunt humana iudicia, diuina eſt petenda miſericordia: quatenus inſitorum conſeruata pace ramorum, & ipſi qui præciſi ſunt* (inquit ſolus Baronius [i]) *vnitati Eccleſiæ ſtudeant reformari, & inſitorum ramorum ſocietate lætari. Alioqui nec præciſi inſerentur, nec inſerti fructificare aut florere in tanta turbinum concuſſione permittentur. Hæc de propoſita quæſtione reſpondeo, maiorum ſententiis non præiudicans, quæ paci Eccleſiæ conſulant. Talia Iuo, qui ſpiritu charitatis, quæ operit multitudinem peccatorum, capitis vulneri*

* Epiſt. 236. in Operib. Iuonis. Carnotenſi Impreſſum Pariſ. 1610. pa. 408.
a In Diœceſi Lugdunenſi, diſtans 4. leucis a Metropoli.
b Sedens ab 858. ad 867. Bar.
c vel Rodolpho Bituricenſi Archiep. Ca. Conqueſtus eſt. Cau. 9. q. 3. Alia nu. 12. §. 3.
d Vide Ca. vrbes, & Ca. In illis. diſt. 80.
e Gen. 9 & 2. Reg. ca. 1.
f Paſchalis 2. de quo Epiſt. 233.
g To. 2. Annal. Carthuſian. ſub an. 1112.
h Gala. 2.
i. Tom. 12. Romę. 1607. pag. 85. efficit epiſtolam. 237. ex Vaticano.

neri ſic mederi laborat, vt ſi fieri poſſit, abſque chirurgo ferro ipſum perfecta ſanitas conſequatur. Contrà verò, alÿ Zelo offenſa Eccleſiæ æſtuantes, inflictum acriter capiti vulnus haud eiuſmodi eſſe putarunt, vt leni olei poſſit vnctione curari: cùm præſertim res eſſet agenda aduerſus ſacrilegum furore flagrantem adoleſcentem Imperatorem (Henricum IV. tunc regnantem) *& alios Principes id ipſum cupientes; ſed opus eſſe obſtrepente tubarum ſacerdotalium clangore* (tenouat Polycarpus) *ad martyrium conuocare fideles potiùs, quàm tale probrum in Eccleſia tolerare. Fuit ex eis inter alios Ioannes Archiepiſcopus Lugdunenſis Galliarum* Primatem *agens, qui ad hoc omnium ſibi ſubiectarum prouinciarum Epiſcoporum conuocandum putauit eſſe Concilium, ad quod inter alios eũdem qui ſuprà vocauit Iuonem, ſignificans in eo tractandum eſſe de fide atque laicorum inueſtituris, ſed literis ipſe ſe excuſans, ire noluit, negans* [k] *ſe ad hæc præſtanda teneri, quib. de inueſtituris per* Paſchalem Papam *II. conceſſis* (eo tempore ſedentem) *eiuſmodi diſputationem intexuit pro Paſchali, &c.* Hæc ſingula occurrêre proferenda hactenus, pro literis ad Iuonem ipſum exaratis. Quæ ſanè manifeſtant Concilium ſecundum Anſanum tandem coactum [l], parum celebre. Nam primum iam ſuprà deduximus Numero LXVI.

Primatus Lugdunenſis.

[k] His ſuprà verbis, potiùs pudẽda nudabitis, quæ publicanda non eſſent.

[l] §. 4.

Paragraphus 2.

Ioannis reſponſio ad Epiſcopos.

HVic verò conſcriptæ ſuprà Præſulum Epiſtolæ prudens reſponſum dedit noſter Ioannes, quale adſequitur [m] dignum obſeruatu. Titulus eſt. *Ioannes primæ Lugdunenſis Sedis Archiepiſcopus, Daimberto Senonenſi Archiep. ſalutem.* Tum ſcripturæ corpus, huiuſmodi. *Quoniam ſapienti pauca ſufficiunt; Fraternitatem tuam paucis conuenire decreuimus: & quia in multiloquio peccatum non deerit, multitudinem verborum euitantes, ad prolixitatem qua potuimus breuitate reſpondere curauimus. Quædam itaque propoſuiſti, in quib. partim perſonam noſtram de præſumptuoſa elatione notare, partim Lugdunenſis dignitati derogare, partim vero in totius Eccleſiæ corpus inexpiabilem næuum inducere velle videris. Primum ergo eſt, vt noſmetipſos expurgantes ad cætera liberiores & expeditiores accedamus. Placuit enim diſcretioni tuæ, vt nob. imponeres, quod te extra prouinciam ad Concilium apud Anſam celebrandum inuitaremus, ad agendum de fide & inueſtituris laicorum, & ad iudicandum eas perſonas, de quibus non eſt nobis fas iudicare.* Teſtem itaque Deum, & conſcientiam noſtram adhibemus, *nos neque extra prouinciam, neque ad iudicandum de illis perſonis, Fraternitatem tuam trahere voluiſſe; ſed ſimpliciter dilectionis tuæ præſentiam ad colloquendum & conſulendum de diuerſis perturbationib. quæ in Eccleſia Dei ortæ ſunt, adſciſcere ſtuduiſſe: vt laborem & meritum ac præmium laboris & meriti tecũ & cum aliis religioſis viris participaremus. Siquidem cùm prima Lugdunenſis prouincia, Lugdunenſis prouincia ſit:* nihilominus ſecunda & tertia, Lugdunenſis prouincia eſt. Cùm ergo primæ Sedis Lugdunẽſis Præſul pro ſuis aut illorum neceſſitatib. ſecundæ vel tertiæ prouinciæ Præſules vocat, non ad alienam prouinciam trahit, ſed rationabili & iuſto ordine ſeruato inferiora membra ad caput reuocat, vt ei vel de aduerſitate condoleant, vel de proſperitate congaudeant. Nec prudentiam tuam latere credimus, quoslibet Metropolitas prouincialia Concilia intra ſuos fines conuocandi ius habere. Qua autem habitudine Suffraganei ad ſuos Metropolitas ſe habent, eadem Metropolitæ ad ſuos Primates ſe habere noſcuntur: vt videlicet cauſæ, quæ apud inferiores terminari nequeunt, apud ſuperiores diffiniantur, niſi ad Romanam audientiam appellatum fuerit, ſaluis tamen ſingularum Eccleſiarum priuilegiis. Vtinam igitur, chariſſime Frater, ſeriò dixiſſes, te nolle aut non audere antiquos terminos à Patrib. poſitos tranſgredi. Terminos verò Lugdunenſis Eccleſiæ ac Senonenſis ab antiquis Patrib. poſitos vniuerſa pene nouit latinitas, &c.* Sic itaque frequens quondam fuit hac de re Præſulum Senonenſium cum Lugdunenſibus altercatio. Quam ſi rurſus velis integram aut magis perſpicacem, videas etiam Reſcriptum Gregorÿ Papæ VII. [n] quo equidem ſtatuit, vt Archiepiſcopo Lugdunenſi tanquam Primati ſuo pareant quatuor Lugdunenſes prouinciȩ, id eſt, Lugdunenſis, Rothomagenſis, Turonica & Senonia. Quod ius & poſtmodũ ipſemet Daimbertus liberè libẽterque agnouit; vt vel, ni fallor, ex reliqua præfata Ioãnis Archiepiſcopi Lugdunẽſis Epiſtola inducitur. Quatenus Dominus Polycarpus repetit ex Gregorio Paſchalis anteceſſore *. Et nos perſimile à Senonenſi agnitum in Claromontano Concilio iam ſuperiùs perſpectũ fecimus in Hugone Archiepiſcopo [o]. Sed denuo eam recognitam ſubmiſſionẽ aduertamus clariorem in Epiſtola [p] Goffridi Abbatis Vindocinenſis, miſſa ad Iuonem Carnotenſem Epiſcopum. Hæc eius verba ſunt [q]. *Inde* (id eſt, Romà) *cùm rediſſem, & Lugduni à Domino Primate Lugdunenſi, & à tota Eccleſia eius multum honorificè ſuſceptus, & per quinque dies cum omni comitatu noſtro diligenter procuratus fuiſſem, audiui ab iſto Archiepiſcopo, quæ veſtræ dilectioni occultare nec poſſum nec debeo. Audiui itaque* [r] *Dominum Senonenſem cum illo feciſſe pacem, & omnem obedientiam illi tanquam ſuo Primati promiſiſſe, &c.* Quin & exinde ipſe Iuo nihil aliud ſuper his reſpondiſſe reperitur. Imò

[m] 237. in Operib. Iuonis, vel 238. Romæ in Vaticano.

* Vel, ſit Archiepiſcopatus Lugdunenſis: nec ſit Archiepiſcopatus Senonenſis prima Prouinc. Lugdunenſis, vt conãtur nonulli inducere.

Gallia Lugdunenſis quadruplex.

[n] li. 6 Epiſt. 34. & ſeq.

* ab an. 1099. ad 1118. duob. Vrbanis inter mediis.

[o] Nu. 70. §. 5. hiſtoria 4.

[p] 18. li. 2. pag. 76.

[q] editionis vulgaris ann. 1610.

[r] ad an. 1001.

Archiepiſcopos agnouiſſe Primatum Lugdunenſem.

Epi

Epiſtola 54. Primatum Lugdunenſis Eccleſiæ irrationabiliter refutari pronunciat à Sede Se- [r] ad an. 1001.
nonenſi, quamuis Chronologia Altiſiodorenſis Monachi [r] referat Senonenſem Archie- [s] epiſt. 174.
piſcopum fuiſſe olim Primatem Galliæ. Itaque non immeritò ait D. Bernardus [s] ad Cano-
nicos Lugdunenſes, inter Eccleſias Galliæ Lugdunenſem hactenus præeminuiſſe, ſicut digni-
tate ſedis, ſic honeſtis ſtudiis & laudabilibus inſtitutis. Et hęc ferè dicta ſint ex oblata occa-
ſione de Primatu Lugdunenſi, ſpectãtia ad tertiũ Bullarũ genus de eodẽ themate ſub Hugo-
ne citato. Paritérq; hic finis eſt Ioãnis Archiepiſcopi. Præciſum cuius ſeculũ & Chronologia
non patet: niſi quòd ſacer Annaliſta Baronius præfati Concilij hiſtoriã reponat ſub ann. M.
Ann. C.XI. Adeóque cùm Hugo Archiep. Lugdunenſis vitalẽ ſpiritũ efflauerit an. 1109. ex eo faci-
1110. lè concludimus Ioannẽ ſequenti ſaltẽ triennio Cathedrã occupaſſe, ſcilicet ab anno M.C.X.
1111. ad an. M.C.XII. nec certè pluribus, obſequẽtis Ioſerani Chronicon. In cuius ſucceſſoris prin-
1112. cipio ingentẽ perſpicies controuerſiã ob promiſcuas & compendioſè expoſrectas iſtius Ioã-
nis ac Iocerani ſcripturas. Vnde vix immeritò Iacobus Sirmũdus cõmẽtator Goffridi Abba-
tis tradidit poſteris mirũ eſſe hunc Ioannem I. *ab iis hactenus præteritum fuiſſe, qui Antiſtitum*
Lugdunenſium Catalogos texuerunt [t]. Nam reuerâ nec Campegius nec dum anterior noſtra edi- [t] In notis pag. 35. Pariſ. 1610.
tio meminerat iſtius ordine ſuo. Scorſum verò talem nunc ſeriò atteximus. Quia etſi tandem
hæreat Sirmundus, miſceátq; cũ adſequentẽ: attamẽ Baronius & Dom. Polycarpus admittunt
& probant ſeorſum Iuonis Epiſtolam ſub ſolo Ioannis Archiepiſcopi nomine. De eius for-
tè obitu vide Numerum extremum CXI.

LXXVI. *Paragraphus* I.

GAVCERANVS ita paſſim ſolet efferri apud vulgatos Paradinum & Tabula- [Æquiuocũ in ſcriptura huius Archiepiſcopi & præcedentis pro vnico.]
rios. Verùm certè nos in maiore ſeu poſteriore libro Obituũ Eccleſię Lugdunenſis
reperimus eũ diſertè vocatũ Iauceranũ [a], & à Quercetano Bibliothecæ Cluniacẽ- [a] §. 4. extremo.
ſis cõmentatore *Gauzeranũ* *. Dũ enim nullus verè Iaucerannus aliunde Lugduni [*] col. 164.
ſediſſe liquet: profectò talis ſcriptura ad neminẽ aliũ quàm ad hũc noſtrũ Gauceranũ reduci
conuenit. Inſuper verò Robertus ſacer Annaliſta & œcumenicus Epiſcoporũ Frãciæ recog-
nitor nobis corã teſtatus eſt legiſſe in theſauris Eccleſiæ S. Stephani Diuionenſis [b], quòd Io- [b] Lingonenſis Diœceſis.
ceranus illic inſigniretur Lugduni Archiflamẽ, dũ aliud quęſiiſſet, & perdifficilis ei ſineretur
ad eũ ſecretiorẽ locũ acceſſus. Is verò inde arbitratur duo errata hac in re tẽporũ lapſu irre-
pſiſſe. Vnũ eſt plebẽ vulgò in veteri vſu habuiſſe, quòd has ſimul voces Gocerani ſeu Ioce-
ranũ in vnã miſcuerit, Gallicè *Goceran & Iocerã*: perindeque diuerſo illo capitali charactere
ſubſcripſerit; vt libera cuiq; foret literarũ impreſſio. Alterũ eſt, quòd antiqui in proprius virorũ
nominibus exprimẽdis ſolebãt primũ duntaxat elementũ exarare, quo reliqua mente ſequu-
ta nõ ægrè cõciperent. Attamen inde homonymiã gigni non ſuſpicabantur. Quod nihilomi- [c] S. Stephani Diuion.
nus æquiuocum abſurdè factitatũ eſt. Nã in pingenda ſola maiuſcula I, litera è fronte ad eã
Ioſeranus.* poſtmodũ integro nomine cõplendã, licuit cuique proferre vel Ioceranũ vel Ioãnem. Hinc [*] Quæ nota equidem non Ioannem, ſed Ioſeranum haud ægrè referebat, vt Calcographi poſtea archetypũ perperam impreſſiſſe videãtur. Vnde cenſet ille id ſecundum nomen facilè cum Gauceranno cadere, ſicut & alibi: veteres proferebant Goffridum ac Ioſfridum, pariterque Goſlenum & Ioſlenum pro eodem. Tam inde putat nullum illo tẽpore Ioannem extitiſſe Lugduni Archiepiſcopũ.
quãdo priora Manuſcripta Iuonis ſic breuia latiùs Typographo tradita ſũt, Librarij Ioãnem
extẽdere haud dubitarũt: alij porro Ioceranũ ſeu Goceranũ annotare maluerũt, veluti liquet
in pręfato Stephaniẽſi Chartulario; qui locus docet Ioceranũ Põtific. Lugd. interfuiſſe regu-
larizationi Canonicorũ illius Eccleſię [c] ſub titulo S. Stephani ſacræ, vnà cũ Berardo Matiſco-
nenſi & Guidone Gebẽnenſi Epiſcopis ad an. 1112. Quibus profectò ſuppoſitis, tanquã à Ro-
berto recognitis: cẽſetur cõpẽdiũ literulæ capitalis ac ſingularis indiuiduã perſonã indicaſſe,
Ioannes. vnis quidẽ poſtea dictã Ioſeranũ, aliis Ioannẽ: adeò vt Numerũ ſuperiorẽ 75. debuiſſemus iſti
ferè 76. ad vnitatẽ naturę redegiſſe. Et illis rurſus Roberti ſentẽtiis adde Iacobum Sirmundũ,
qui poſt ſua ab eo hactenus edita Opera ad me reſcripſit an. 1616. circa propoſitũ, ac monuit
ſe deinceps aut nuper vidiſſe in M.S. cõpẽdioſè ſcriptũ hac formulã I.O S C [s].* Verũ tãdem
certè, omnibus animo probè reuolutis, vos perſpiciis nos eò deueniſſe ex prudentũ cõſilio, vt
tales notas audaci calamo diuiſerimus, & loco & annuo tẽpore in duos homines ſcilicet col-
locãdo Ioãnẽ priùs ſeorſũ, & Ioceranũ ſeu Gauceranũ poſteriùs, ex Bar. Quippe licèt in dia-
rio cohærere videãtur ambo nomina per I, abbreuiata ſecundũ Robertũ mihi peramicũ: tamen
in Chronologia & reliquis hiſtoricis circũſtantiis adhuc ſatis diſcrepaſſe credũtur, pręterquã
nomine. Etenim ſimile exẽplũ induxerat prima noſtra ſacri iſtius Chronici editio de Archi-
pręſule G. tũc ignoto, aut ſaltẽ valdè ancipiti: quẽ tamẽ mox Guidonẽ de Bellijoco deinceps
inuenimus vocitatũ: ac propterea eundẽ in præſenti calcographia exornamus à capite [d], ſuo [d] Nu. 88.
Iuo Carnotenſis quando. loco. Cęterùm, pro Chronologia Iuonis Carnotẽſis, aduerte multas de eo ſentẽtias huc perti-
nẽtes. Nõnulli imprimis ex pręludiis ſuorũ ipſius Operum, auſpicantur Sedem illius ab anno
1069. & aduixiſſe ferũt an. 40. ex quo ſequitur eũ obiiſſe an. 1109. neq; propterea ſcribere po-
tuiſſe ad Ioan. aut Ioſeran. Lugdun. ſeriùs paululũm ibidem ſedentes. II. Sigibertus in Chro-

nico teſtatur hunc virum floruiſſe anno 1078. Canonicum Regularem Eccleſiæ S. Quinti-
ni ſuburbij Bellouacenſis Ordinis S. Auguſtini, non autem Quintini Picardiæ; ibidémque
poſtea Præpoſitum creatū an. 1092. ac tunc cõſecratum Antiſtitem Carnuti ab Vrbano Pa-
pa IV. tunc in Gallias aduentante, & celebrante Concilium Claromontanum, vel ſaltem
inunctum anno adſequente 1093. ex Matthæo Pariſio in ſua Anglicana hiſtoria ſeu vita
Guillelmi 2. Tertiò, vt quidam Sebaſtianus Roliardus putat illum ſuperuixiſſe annis inde
46. Quo retento duplici poſteriore calculo patet literas Iuonem amandate potuiſſe vtrili-
bet nominato Archiflamini. Quartò ac vltimò, Mattheus Pariſ. docet ipſum tandem ab hu-
manis defeciſſe anno 1117.[e] At Martyrologium Eccleſiæ Carnutenſis profert, hominem — e aliter pan-lò Martyrologium Ca-
hunc finem nactum 13. Decembris an. 1115. vel etiam an. 1116. ex Kalendario Obitunm — rnenſe.
Eccleſiæ Quintinianæ. Cunctis hiſce collectis ex Iuteto Diuionenſi *. Ad extremum verò, — * In editione
nos verſus Gauceranum noſtrum redituri, nuncupatum Ioceranum aut Ioannem: certè — 2. Pariſiis
omiſſa prima vel duplici ſuperiore ſententia[f] circa breuiatum nomen in ſolo capitali ele- — 1610. cap.
mento I. opinamur Baronium Cardinalem, apud Iuonis Epiſtolas, quas citat plures numero — Teſtimonia veterum de
quàm ferat vulgatis alia Topographia, id nomen Ioannis Lugdunenſis, quale integrum Io- — Iuone.
cat, ideo pariter integerrimum reperiſſe in M.S. Vaticano; perindéque ſub hoc tandem diſ- — f huius §.
tinguendi vocabulo prudenter inhærendum, adiecto etiam Dom. Polycarpo.

Paragraphus 2.

HIs de viri appellatione præmiſſis & perſolutis: accedamus ad hiſtoricam ipſius Chro-
nologiam ſatis amplam. Gauceranus Paſchalem ſecundum Pont. Max. qui anno M.
Concilium Tricaſſinum. CXII. ex Italia venerat, decẽti humilitate ſuſcepit Lugduni anno ſequenti XIII. A quo Pon-
tifice Romano cõſecrata eſt Eccleſia Abbatiæ Athanatenſis[a]: quam anteriore ſemiſeculo in- — a Parad. 3. ca. 34.
ſtaurarat Amblardus Archiepiſcopus[b]. Et inde Papa ad œcumenicam poſteriorem Tricaſ- — b Nu. 63. an.
ſinam in Campania Synodum profectus eſt: eodem Præſide in illo cœtu ad ſequens biẽnium. — 956. §. 2.
De qua re Guillelmus Nangiacus. Sed Abbas Vrſpergenſis eam congregationem ſtatuit ad
annum ſalut. 1107. iuſſu Henrici 5. Imperatoris: & Genebrardus[c] anno M.CIX. aut ſequente,
Anno 1113. aduerſus Imperatorem. Sic diuerſim loquuntur ipſi de vario Cõcilij motore. Quibus in ſen- — c in Chronolog.
tentiis fortè mirandum: cùm Imperator, alioqui pius, tũc ſanctæ Sedis oſor creditus ſit; vt vix
talẽ Synodũ putetur is conuocaſſe, in qua Pontifex præfuerit. De exactiore tanti cœtus anno
Eius tempus & materia. hic non conquerimur. Saltem Paſchalis ſedit annis 18. & ſemianno, nimirũ à centeſimo ſupra
milleſimũ, atq; Henricus imperauit ab an. 1107. ad an. 1126. Sanè acta Cõcilij nequaquã de-
prehenduntur in Cõciliorũ Voluminibus. Verùm præfati Authores teſtantur id præſertim coa-
ctũ pro nuptiis ſacerdotali Ordini interdicendis. Quod & fœlici ſucceſſu denuo ſancitũ eſt,
forſan propter Græcos legis cælibatus hoſtes, & in tetrum ſchiſma collabantes. Hoc verò re-
petitũ de clericali caſtitate Decretũ miro conſenſu interpellat veteres alias primæ Eccleſiæ
Sanctiones circa idẽ thema à nobis iãdudũ allatas ſub D. Eucherio I. Lugdunenti[d]. Et quã ſa- — d Nu. 30. §. 7.
crá ... hodie conſtanter tuetur ac retinet eadẽ Romana ſemper Eccleſia. Id totum totis
illis tẽporibus militat aduerſus poſthumos & abortiuos Caluinitarũ fœtus, ſeriùs emerſos:
adeóq; mox ipſi hunc priſcũ motẽ valido argumento euertere & deſtruere poſſe nõ ampliùs
arbitrabuntur. Reliqua huius Cõcilij aſſerta fuêre de libera Paſtorũ electione, & de coercẽ-
da laicorũ in eccleſiaſticas dignitates præſũptione (ait Abbas) déq; Simoniacis proſcribẽdis,
& imploratis contra Henricũ ſuppetiis à Philippo I. Francorũ Rege[e]. Interea ferunt D. Ber- — e an. vlt. ſui regni.
nardũ pietatis amantiſſimũ, & è Burgundionũ regione oriundũ, Cãpaniæ proximũ, tanti ce-
lebrationẽ Concilij ſuggeſſiſſe, tanquã capitalẽ flagitioſæ ſui ſeculi vitæ hoſtem: vt nimirũ ſin-
D. Bernardus ad id non impulit. guli hominũ ſtatus, & maximè Clerus ad meliorẽ frugẽ conuerterentur. Quẽ pleriq; finem
religioſè ſunt cõſecuti. Illis autem D. Bernardi conatibus (ſi fides humana adhibeatur) vix in-
noteſcet hominibus, quonã pacto Conciliũ geſtũ fuerit ann. 1109. quandoquidẽ ex S. Anto-
nino[f] D. Bernardus adhuc adoleſcens Monachatũ legitur ingreſſus an. 1112. vel adſequenti, — f Part. 2. tit. 17. ca. 1. ante §.
ex Guillelmo Abbate[g]. Et vtrobiq; Bernardus tũ tẽporis attigerat viginti duos tantũ annos.
Nondũ autẽ potuit ante profeſſionẽ & in tenera ætate id graue opus aggredi, quale poſtea — g in vitam S.
minùs ægrè præſtare potuit. Veruntamẽ hactenus non legimus factã in eius ſcriptis mentio- — Bernardi li. 1. c. 4.
Reformatio. nẽ de Trecenſi Concilio: at ſolũmodo de ipſius miraculis ea in ciuitate patratis[h]. Cæterùm, — h ex ipſo
hæc lex de vetitis Sacerdotũ connubiis rurſus inſurgit cõtra præcoces Caluinitarũ ſentẽtias — Guilel. li. 5. c.
de iungendis matrimonio ſuis miniſtris & apoſtatis concubinariis inuerecundè pruriẽtibus, — 5. ſub finem.
ac digredientibus è noſtris Eccleſiis atque Cœnobiis, quotquot horũm ſeducere nituntur
aduerſarij, dum quempiam voluptati deditum animóq; perplexũ & inconſtantem aduertũt.
Sic bonus medicus Chriſtus eo vomitu ſuæ ſpõſæ proficuo eiici permittit infectos eiuſmodi
proditores & pſeudoapoſtolos: vt expurgatum & robuſtum ſuperſit corpus Eccleſiæ.

Paragra

Paragraphus 3.

Quis Prælatus in Concilio.

IN præfato Concilio affuit ſanè vel Gauceranus Lugdunenſium Archipræſul, & hoſpes Pontificis Româ Lugdunum appellentis: vel certè eius ſucceſſor Vmbaldus Lugdunēus pariter Antiſtes, & comes tandem Pontificis Romam è Synodo & Gallia redeuntis i iuxta veriſimiliorem allatum quem quiſque amplecti volet calculum. Equidem, vter ſit horũ definitè, certò nõ ſcitur. Sufficit verò de certitudine alterutrius. Sanè Paradinus [i] ad Alnaldũ Archiepiſcopum refert rem Romæ geſtam ab Arnulpho, ex Platina per nos depromptam Numero LXXIII. vt Alnaldus ſit eadem quoque perſona, quæ Arnulphus. Nos autem eundem Alnaldum ſuprà Heinardum appellamus [K]. Et fortè Paradinus ipſum pro ſequenti noſtro Vmbaldo vſurpat [l]. Qualiſcunque fuerit: eſto concedatur vtrumlibet aſſumi pro Arnulpho, cùm poſitiuè haudquaquam oppoſitum demonſtretur: ſaltem anceps Platina id clariùs non aperit. Nec rurſus facilè creditur, quando dicit, ſuum antea dictum de eodem ſic concepiſſe, *Arnulphus Presbyter Patriarcha creatus, ab Epiſcopis qui tum aderant, conſecratur.* Non enim ſatis conſtat Lugdunenſem Archiepiſcopum ab ipſo Patriarcham appellatum: quo ſenſu alibi vidimus [m] S. Nicetium itémque Priſcum Lugdunenſes Primates ab aliis authoribus quondam dictos Patriarchas. Quòd verò ea Platinæ mens aliò diuertat, quàm ad Arnulphũ Lugdunenſem, conuincitur ratione duplici: vnâ, quia eiuſmodi textum attulit in vmbilico hiſtorici ſui diſcurſus, qui eſt de Gothifrido Gallo vi ſacri belli Hieroſolymis Rege creato, quē ſtrenuum ducem eò paulò antè cum ingenti exercitu multis Gallicanis Antiſtitibus aduentaſſe notum eſt, vt declarat idem Platina. Adeóque veriùs fas eſt intelligere quendam Arnulphum tũ Patriarcham Hieroſolymitanum denunciatum, ex reſtituto more Patriarcharum eiuſdē loci ſub prima Eccleſia. Niſi certè dicatur Archipræſulem Lugdunenſem ad bellum ſacrum Hieroſolymam tũc cum Gallis profectum: vt facile eſt creditu *. Altera ratio, quia ſi res eſſet eiuſmodi, Platinæ animus non fluctuaſſet in cõmemorata priore hiſtoria, quæ poſterior eſt tempore, & qua Alnulphum putat Monachum duntaxat ſine vlteriore titulo. Obiter autem proponit Paſchalem II. coēgiſſe Synodum apud Guardaſtallum, ſed nequaquam Trécis, aut de ea vrbe non loquitur. Cæterùm, Genebrardus id Concilium nuncupat Trecaſſinum: non tamen aliud quàm Trecenſe in Campania Gallorum, Burgundiæ affini. Poſt cuius Synodi exitum à Paſchali PP. habitæ dignitas ac præeminentia Primatus Lugdunenſis rurſum attributa eſt eidē Gaucerano ab ipſomet Paſchali, ex Diplomate Româ miſſo [o] an. 1116. vbi Põtifex, enumeratis quatuor tantæ Primatiæ ac prærogatiuæ Prouinciis, ita rē vniuerſam in MS. concludit. *Decernimus vt nulli omnino hominum liceat eandem Eccleſiam* (Lugdunenſem) *temerè perturbare, &c. Si qua igitur eccleſiaſtica ſeculariſve perſona contra hanc noſtræ Conſtitutionis paginam venire tentauerit, ſecundo tertióve commonita, ſi non ſatisſactione congrua emēdauerit, poteſtate honoriſq; ſua dignitate careat, &c. Per manũ Ioa. S. R. Eccl. Diaconi Card. ac Bibliothecarij* [p]. Initiũ verò huius Bullæ iacet ſolitarium abſque vllo exitu in Notis Quercetani ad Bibliothecã Cluniacenſem, vtique iſtic minimè iterandũ. Vbi certè Diploma & Author Archiflaminē vocant [a] Gozeranum. Hæc ſingula pro prima huius Præſulis hiſtoria. In qua bullata chartula is nominatur Gozeranus, & apud Campegium *Gouzeranus*. Atque iſta eſt quinta Apoſtolica Bulla de illo negotio. Quippe tertia in Hugone Archiepiſcopo latet *. Et prior Tricaſſina Synodus item œcumenica lata fuit ſub annum 879. Annonius li. 5. ca. 37.

Concilium alibi.

Primatia Lugdunenſis corroborata.

[i] cit. §. 1.
[K] Nu. 66.
[l] Nu. 72.
[m] Nu. 33. 34.
* De quo alia ſub Raynaldo Archiep. nu. 73. §. 2.
[o] poſt regreſſum è dicto Concilio.
[p] Laterani 4. Kal. Martij, Pontificat. an. 17. Hunc textum prætermiſit Paradinus.
[a] col. 62.
* Nu. 74 §. 5.

Paragraphus 4.

SEcunda verò hiſtoriarũ narratio pro Archipræſule ſub idem tēpus illa eſt ordine doctrinę, quæ de viro fusè loquitur in primæua ſcriptura teſtamenti Domini Bernardi Protoprioris Carthuſiæ Portarum in Gallia [q]. Equidem autographo M.S. mihi præclarè oſtenſo à Domno Polycarpo *de la Riuiere* pariter Carthuſiano, & per eũdem deinceps palam edito [r], vel edēdo, quo tempore hanc noſtrã alteram chronologicam calcographiam digerebamus.
1115. Fuitq; conditum id teſtamentum anno ſalutis M.CXV. ibidem integrum ſanè conſcriptum: at huc eius fragmentum duntaxat è manuali chartula excerpſimus, nimirum id quod ad noſtrum præſens negotiũ faciebat; reliquiis illic remanētibus. *In ipſo igitur anno ingreſſionis noſtræ* (aiebat quondam Domnus ipſe Bernardus [ſ]) *in eam Eremum, ſcilicet milleſimo centeſimo decimoquinto, viſitãte nos chariſſimo ac venerabili Patre noſtro Gaucerano Lugdunenſi Archiepiſcopo, honorabilis Presbyter Petrus de Briort, qui etiam poſtmodum Archipresbyter fuit, ibidem eius aurib. intimauit locum iſtum ex antiquitatis traditione; & ex patris ſui, qui & ipſe multorum annorum fuerat, atteſtatione, antiquitùs regalis iuris fuiſſe, atq; ob id ad Lugdunenſ. Eccleſ. ſicut & cætera ſui Epiſcopatus regalia iure regio pertinere. Quod cùm palam poſitum ſine vlla multorum qui aderant contradictione, ita eſſe conſtaret confeſtim: confeſtim præfatus Archiepiſcopus diuina inſpirante gratiâ locum eundem cum adiacenti iure ſibi ſaiſiuit: & conſequenter Deo ac B. Mariæ nobiſque & ſucceſſorib. noſtris in perpetuum poſſidendum conceſſit, &c.* Iſta ſufficiant ad præſens negotium.

Alia hiſtoria pro Gaucerano.

[q] In Breſsia Diœceſi Lugdunenſi.
[r] Parte 3. Conſtantiæ Carthuſianæ, ad an. 1115.
[ſ] Fuit poſtea Epiſcopus Maurianenſis. deindéque Bellicenſis eiúſque vita legitur in 1. Parte Conſtantiæ. Ad eum ſcripſit D. Bernard. Epiſtol. 153.

Paragraphus 4.

Lugdunenſis Eccleſia pro Carthuſianis.

HInc ordine temporis obiter aduertendum, quòd anno præfato M. CXV. Pontius de Balmeto Canonicus & Magiſter Pœnitentiarius ſanctiſſimę Lugdunenſis Eccleſię beato Stephano (vni ex ſociis venerãdi Patriarchæ Brunonis Carthuſiani) ſolitudinem maiorem in Sebuſiana prouincia & Diœceſi Lugdunenſi tradit, ſummâque pietate propriis ſumptibus in Carthuſianam Caſam ædificat. Et anno ſequenti M. CXVI. vel XVII. Humbertus de villa Presbyter Hieroſolymitanum iter aggrediens, interuentu D. Gaucerani Lugdunenſis Archiepiſcopi & quorundam ſuorum Canonicorum Deo, B. Mariæ à Fratribus Carthuſianis in Eremo Portarum Chriſto militantibus partem decimarum remittit, quam ex iure Eccleſiæ ſuæ ibidem poſſidebat [e]. Denique Dom. Pontius Canonicus & Magiſter Pœnitentiarius Principis Eccleſiæ Lugdunenſis (habet autographon [f]) extitit fundator Carthuſiæ Majoreni, ſpretis mũdi illecebris. Is Prior tertius eiuſdem Carthuſiæ Majoreni ob ingenuas animi dotes à populo Belicenſi vrbis Epiſcopus acclamatur [g]. Hæc è M. S. hiſtoriæ Carthuſianæ breui edendæ.

[e] Ex Archiuis M S. Portarum, fol. 24. & cit. Chronologia

[f] Parte 3. Conſt. Carth. & in ſua Chronol.

[g] an. 1116. in Chronol. cit. ſub an. 1125.

Paragraphus 5.

Concilium II. Trenolchianum.

AD metam huius Præſulis nos paucis reſoluimus Patres duntaxat ſecundi alicuius Concilij Trenolchiani: quos nuper in abditis locis manuſcriptos reperimus, fidem tamen handdubiam efficientibus. Verùm enimuerò, eiuſdem Acta minimè deprehendimus. Et dum in iis expectandis ſpes eſt aliqua, quam mox abeſſe doleo: interea hæc prodire ſiuimus. Celebris illa actio viſa eſt anno ſal. M. CXVII. cui honorificè præfuit Guido tunc Archiantiſtes Viennenſis & Apoſtolicus Legatus. Suffragauêre autem noſter Gauceranus Lugdunenſis, Hugo Gratianopolitanus, Leodegarius Viuarienſis, Pontius Bellicenſis, Bernardus Matiſconenſis, Stephanus Eduenſis, Gothaldus, aliis Iothaldus Cabilonenſis, Guiloneus aut ſucceſſor Godefridus [h] Lingonenſis, & Guido Gebennenſis; omnes Epiſcopi; tum Pontius Abbas Cluniacenſis cum aliis XVII. Abbatibus, & pluribus viris Religioſis. Inter quos hæc obiter proferam de præfato Stephano Auguſtodunenſi, mutuata è libro Obituum Primatialis Eccleſiæ Lugdunenſis fol. 117. *Die III. Kal. Iunij obiit* (an. incerto) *Stephanus Eduenſ. Epiſcopus, qui pro Anniuerſario ſuo XL. marchas reliquit B. Stephano*, hoc eſt, Eccleſiæ tunc Cathedrali Lugduni. Vnde grauis coniectura eſt, quòd idem Prælatus antea vel ſimul fuiſſet Canonicus Lugdunenſis. Sedit verò quinquageſ. primus Eduorum Antiſtes ex Demochare [i]. Pro cæteris verò Prælatis ſeu Archimandritis Concilij ſtamus in excubiis exploratores & venatores. At hîc adiicimus & inſerimus aliud quid recens. Poſt biennium quo hæc à nobis priuatim ſcripta ſunt, cùm Opus tandem ad publicam lucem efferretur, noſtros ob oculos incidit [k] Veſontio eruditi Chifletij è prælo redeuntis; qui dum à tempore abſoluti huius noſtri reſcripti talem Synodum edidit ſub Guilelmo I. Biſuntinenſi Archiepiſcopo LIII. meminit quidem ſtrictiùs præfatorum Epiſcoporum: at Lingonenſem vocat Gauceranum. Sed profectò is neque annum, neque quot Abbates in genere eò conuenerint, annotauit: niſi quòd vniuerſim eam Synodum collocat inter annos 1109. 1118. Huius autem Concilij materiam ſaltem partialem dicit occurriſſe de aſſignanda maternitate ſeu prærogatiua Eccleſiarum Biſuntinenſium S. Ioannis & S. Stephani, aut pro ſedanda inde nata controuerſia. Interim ad noſtrum Lugdunenſem Anteſignanum redituri, præfatus Gauceranus ante adeptum cum Lugduni Epiſcopatum fuit Abbas Athanenſis ex Sarrazino poſt Homiliarium & libros Obituum. Iuxta quos Præſul vitam poſuit 12. Kaleud. Aprilis. Eiúſque anniuerſarium perſoluere tenetur Obedientia de Giuort.

Patres.

Cauſæ.

[h] Alias Galterus alius proximus ſucceſſor. 57.

Democ. 2. ca. 19.

[i] ca. 28.

[k] an. 1618. æſtiuo.

LXXVII. *Paragraphus* 1.

Eius nomina.

VMBALDVS ſic nuncupatus ex veteribus monimentis infrà: ex aliis verò Hubaldus & Humbaldus, quos rurſus è veſtigio perſpicies: tum apud Sarrazinum vocatur *Vimbaldus*, & in libro Obituum *Vmbaudus*. Atque Demochari nomine Campegij dicitur *Vmbaldus*: deindéque ſeparata eiuſdem Campegij editio ipſum appellat quondam Heduenſem Archidiaconum. Vbique autem hoc ordine, aduerſus Paradinum: qui certè credit [a] Gaucerano decedenti Alnaldum in locum fuiſſe ſubſtitutum, ádque marginem è regione notat annum 1128. At vix opportunè dictum. Siquidem antecedens repetitæ Primatiæ tempus à Paradino citiùs alibi deſignatum, [b] quódque mox dabimus perlegendum [c] & cæterorum ordinatio Authorum, efficit vt iſte Vmbaldus iure anteferri debeat. Subinde autem cum veriùs ac lubentiùs Reynaldum I. vocitabimus [d].

[a] lib. 2. c. 34.

[b] ad locum. cit.

[c] §. 2.

[d] Nu. 78.

De

De illo autem Vmbaldo Primate, ſermo eſt apud Martinum Marrier in Bibliotheca Cluniacenſi ſub venerabili Petro Abbate X. ex libro 2. de Miraculis [e] à nobis etiam ſeorſum perlecto, vbi exſcriptor renunciat Calixtum Papam II. [f] terribili anathemate Pontium Abbatem Cluniacenſem cum ſuis condemnaſſe, per deputatum ipſum Vmbaldum. Qui prætetea Vmbaldus circa id tempus aggregauit quandam Synodum Aurelianenſem verè Prouincialem, tanquam Legatus Apoſtolicus: & cuius Acta ignorantur. Sic Carolus Sauſſeyus in ſuis Aurelianis *.

Marcigniacum.

e c. 15. col. 551. f ſedens ab an. 1119. ad 1125. * pa. 428.

Paragraphus 2.

Primatia. An. 1121.

PRo chronologia & hiſtoria ſimul eiuſdem Vmbaldi Archiflaminis: ſanè præfatus Calixtus II. Pontifex Maximus illi impertitus eſt ratihabitionem Primatiæ Lugdunenſis, datam Romæ anno ſalutis M.C.XXI. ex origine textus hiſce verbis præcipuis. *Venerabili Fratri Vmbaldo Lugduni Archiepiſcopo, eiúſque ſucceſſoribus, &c. Patrum veſtigia ſubſequentes, conſtitutum antiquitus Lugdunenſis Eccleſiæ Primatum præſentis Decreti pagina confirmatus, &c. Per manum Griſogonis Cardinalis* [g] *ac Biblioth.* Atque hæc eſt ſextum Diploma Papale pro ea ſublimi dignitate, vnà cum pœnis canonicis aduersùs renitentes infligendis, ibidem contentis, quales ſuprà deſignantur in quarta Bulla de eodem negotio ſub Gaucerano Archipręſule. Aduerte autem circa præfatum diarium, annum MCXXI. aut vno minus: quòd ſcilicet nihil fortè mirum, ſi quondam typus Archiuorum Eccleſiæ Lugdunenſis facilè ibi ſtatuat annum MXX. pro MCXX. Nam in ſcribendo & ſtudendo breuitati videtur paſſim tunc moris fuiſſe centenarium prætermittere, ſicut & hodie vulgò millenarium haud rarò multi ſilentio prætereunt in diariis ſcripto recenſendis, præcipuéque in iiſdem repetendis: exempli gratia dicimus, *l'an 6 1 5.* pro *mil ſix cens* 15. Sic veteres calculi quandoque recognoſcendi cenſentur, cùm alioqui circunſtantiæ Calixti aut Principum illius ſeculi doceant præſentem controuerſiam tribuendam anno MCXX. vel XXI.

g Laterani, Nonis Ian. Indict. 14. Pontif. an. 2.

Anni quomodo ſcribendi.

Interim animaduerte, Lector, Honorium ſecundum præfati Calixti ſucceſſorem conſtituiſſe eundem *Humbaldum Lugdunenſem Primatum adiunctum Petro Cardinali ac Legato Papali de latere*, ad feriendum rurſus maiore excommunicatione Abbatem deprauatum (ſociis abſolutis) ſancti Hugonis & Petri vener. ſucceſſorem, iuuenem moribus, ſicut & ætate corruptum. Qui quidem Nuncij idcirco Apoſtolici reum impœnitentem diro illo non dubitarunt mucrone ferire. Deprompta ſunt ex Bibliotheca Cluniacenſi. Vnde non multùm pòſt alter ſummus Pontifex ſucceſſor Innocentius ſecundus Humbaldum prærogatiuis cumulauit, hiſce verbis apud Quercetanum [i] commentatorem Turouenſem: *Fraternitati tuæ literas pro Sanctimonialibus de Marcigniaco à nobis tranſmiſſas, &c.* Et infrà ſtatum hæc adiicit: *Quod autem præfatas ſorores foues & diligis ſicut accepimus, gratum habemus, & nos quidem earum iura ipſis volumus illibata ſeruare.* Iam vlteriùs diſtinctis periodis.

Pontius Abb. Cluniac. victus cenſuris.

i col. 164. c. 13.

Paragraphus 3.

Pro Carthuſianis.

COnſequenter de eodem Vmbaldo rurſus mentio habetur in Teſtamento Domni Bernardi Carthuſiani: quatenus in eiuſmodi rem præfati ſumus ſub Gauceranno Archimandrita [f]. *Porrò de terminis* (ait locus) *quidam maleuoli calumniam commouentes, &c. cùm annis aliquot res indiſcuſſa manſiſſet: tandem die conſecrationis Eccleſiæ ſuperioris* (Carthuſiæ Portarum) *in auribus venerabilium Patrum Epiſcoporum Humbaldi Lugdunenſis, & Humberti Gebennenſis poſt ſermonem ad populum renouata eſt. Proceſſerunt autem illico complures de eadem multitudine, qua conſtitutioni terminorum interfuerat* [g], *&c.* Idque geſtum eſt anno præcisè milleſimo CXXV. [h] *Poſtmodum autem tribus annis interpoſitis* (additur ibidem) *cùm idem Archiepiſcopus iam Apoſtolicæ Sedis Legatus inferiorem quoque Baſilicam comitantibus Epiſcopis ſupradicto Hugone Gratianopolitano, & Pontio Belliceñſi de Eremo Maioreni aſſumpto conſecraſſet, ſermonem perbreuem* (*Romam ſiquidem properabat*) *ad populum habuit: vbi repetitis quibuſdam, quæ vel ipſe vel anteceſſor ſuus ad pacem & quietem noſtram iam antè ſtatuerant, dixit, &c.* Tandem verò luminibus orbatus eſt idem Vmbaldus die 3. Nonas Nouembris, anno incerto. Viderúrque obiiſſe Legatus de latere Papæ, ac interfuit electioni Erberti primi Abbatis ſancti Stephani Diuioneuſis, vti annotat Roberti Chronicon Epiſcopale in Iocerano Epiſcopo 54. Lingonenſi, & ipſi legimus apud D. Bernardum Claræuallenſem [l].

1125.

f nu. 71. §. 3. g ex MS. per nos viſo, edito in Chron. Carthuſiano-politica. h ad an. 1125. niſi obſtet ſequès Archie. Conſtat tamen ex epiſt. 22. D Bern. & ex 20. li. 1. Gauffr. di Vindocinen. Legatū extitiſſe Honorij PP. qui præfuit an 5. l ep. ſin 169.

Contulit verò idem Vmbaldus [k] Baſilicæ S. Stephani *duo pretioſiſſima pallia, duóque millia quinque Marcharum argentea* (ait MS.) *duas capſas eburneas, & vnum aurifriſium: atque acquiſiuit domui ſuæ ab Hugone primo quicquid habebat in Ciuitate Ludgun. & in monte aureo pro mille octingentis ſolidis; & ab Aquenſib. cibaria emit* 1300. *ſolidorum: item gageriam de Coſone quingentis ſolidis. Cellarium S. Romani ſumptuosè ædificauit. In Clauſo S. Geneſij* 100. *ſolidos, in de-*

k vel obiit 3. Id. ex poſter. lib. Obit.

cimis de Amberiaco 60. ſolidos, reliquit [l], *&c. Itémque in longavalle 300. ſolidos, quos habuit Guillelmus de Farnay, Epiſtolas S. Hieronymi, Decreta* Pontificum, *libros Capellæ, Gregorium Nazanzenum, & duo ſcrinia pretioſiſſima dedit Eccleſiæ.* En multa collata beneficia. Quæ dona erant tunc excellentiſſima, quia nondum erat inuenta calcographia; librique cariores & rari.

l In decim. de Pollaco 100. ſolid. decimas de Vagioens acquiſiuit.

LXXVIII. *Paragraphus* 1.

Eius nomina.

RAINALDVS I. is eſt, quem in priore editiuncula vocabamus *Alnaldum*. Sed præſens appellatio maiorem habet veriſimilitudinem ex duabus Epiſtolis vtrinque miſſis, de quibus apud Robertum in Guilenco 59. Epiſcopo Lingonenſi, & ex Chronologia Carthuſianopolitica: præter Homiliarium ac Sarrazinum. Adde pro altera ratione, quòd vox *Alnaldus* æquiuocum gignit cum Almardo ſeu Helinardo Archipræſule ſuprà Numero LXIX. vbi etiam nonnulli ferè eundem rurſus nuncupant *Alnaldum*, velut confuſo aut propinquiore & concinniore vocabulo, ad parem omnino ſenſum expoſito poſtea in Gaucerano [a]. Ille Rainaldus primùm ex Monacho Cluniacenſi factus eſt Abbas Viſeliacenſis ſeu Veſelanus [b], deindéque Archiepiſcopus Lugdunenſis. Eámque Sedem conſecutus eſt anno M. C.XX.IIX. ex Paradino [c]. Qui author videtur crediſſe ipſum Antiſtitem comitatum eſſe Paſchalem II. Pontificem Maximum è Concilio Trecenſi Gallicano redeuntem, tanquam Gaucerani ſucceſſorem. At res aliter geſta eſt. Quippe Paſchalis in cœlum raptus eſt anno ſalutis 1118. ex S. Antonino [d]: cui ſucceſsêre Gelaſius & Calixtus ſecundi, ac poſtmodum Honorius II. ab anno 1124. per ſex annos ſequentes. Propterea que Rainaldus ſedit tempore Honorij: ſub quo eum Platina conſtituiſſe videtur nomine Arnulphi, déque eo infrà ſeorſum *. Atque hunc vnus Campegius in Demochare conſcribit *Faynaldum*: quem is efficit priùs Abbatem Varciliacenſem, dum Sarrazinus ex Homiliario dicit Virgiliacenſem.

An. 1128.

a nu. 76. §. 2.
b ſeu Vizeliacenſis. ex Biblioth. Cluniac. col. 595. vulgò *de Vezelay*.
c cit. c. 34.
d Par. 2. tit. 17. c. 1. ante §. apud quẽ is ſedit menſib. 6. dieb. 8.
* § 2

Paragraphus 2.

Tres Rainaldi huc ſpectantes.

AD propoſitum, in memoriam ſuccurrunt duo viri planè ſynchroni, & eiuſdem cũ hoc Archimandrita nomenclaturę. Ex eóque ipſi probabiliore fortaſſis argumento iſtuc pertinent per canonicam Sedium aut regionum tranſmutationem. De his pertractat Baronius. Prior ordine fuit Rainaldus Rhemorum Archiepiſcopus [e]: quem Author [f] ſtatuit ad annum milleſimum nonageſimũ quartũ. Ad eúmque ſcripſit Iuo Carnotenſis Epiſcopus [g]. Vt ei facilè licuerit, poſt annos triginta inde ſanus ad Lugdunenſem Primatum tranſuehi pio iure. Poſterior tempore eſt is, de quo Scriba hiſce textibus. *Cùm Abbatem elegiſſent Rainaldum Calamentanum, Subdiaconum Anacleti pſeudopontificis: in ſchiſmate tamen contra alium eiuſdem nominis Rainaldum Hetruſcum aduersùs eos mouit exercitum. Verùm cum eo paciſcitur idem nouus Abbas. Sed pars aduerſa* Legatione *conuenit Imperatorem Rauennæ agentem* Lothari*um II. Imperator conſolatus eſt eós literis: præmiſitque Henricum generum ad Innocentium* P*apam II. cuius ope ſubueniret laborantib. Monachis Caſſinenſib.* Collocat autem dictator hiſtoriam ſub anno M. CXXXVI. Tum ſic perſequitur. *Hoc etiam tempore quantum ex ordine Epiſtolarum ſancti Bernardi licet argumentari* [h]: *idem Sanctus redarguit Canonicos Eccleſiæ* Lugdunenſi*s, quòd permoti quadam quæ circunferretur reuelatione, celebrare cæpiſſent feſtum diem Conceptionis SS. Dei Genitricis Mariæ, quòd id nondum Romana Eccleſia feciſſet, nec faciendum indixiſſet, &c.* En præmiſſo feſto; intueamini duos poſteriores Rainaldos noſtro coætaneos. Quis ergo prohibet alterum ex his ſediſſe Lugduni, maximè Hetruſcum in fide tutiorem? Sanè quadrant iſta: vt pote qui vir Romę carpſiſſet literis ſuos quondam Canonicos, adeóque tanquam rerum probè ſcius, ſeu quaſi antea ſibi addictos, dum feſtum nondum approbatum celebrarent, quòd Papam ſic nuper conquerentem audiuiſſet. Sed inſuper bene vetat ſibi perſuaſum habere eum claruiſſe aut ſediſſe Lugduni, qui apud Platinam ſub Honorio Papa 2. nominatur Arnulphus: quia ipſum ſeiunctim Numero LXXIII. tanquam ſacco incluſum, Tyberique proiectum ad necem & interitum. Interea, ſiccarij ac parricidæ minimè inuenti ſunt, vt pœnas luerent, magno cum dolore ſummi Pontificis diuique Bernardi tunc degentis.

D. Bernard.

Arnulphus.

e 47. Democ. to. 2. c. 14.
f Baro. to. 11. p. 647. Mogunt.
g epiſt. 23.
h epiſt. 74.
i pag. 157.

Paragraphus 3.

Carthuſianorum cantus.

PRæfato ſedente Rainaldo Carthuſiani Patres à ſanctiſſima & vetuſtiſſima Lugdunenſi Eccleſia Galliarum Primate exemplaria & cantus formam velut celebrioris deuotè ſuſcepe

ceperunt q.Ex quo deinceps aliæ Carthuſianorum familiæ ac cellulæ ſeu Baſilicæ ſacræ eundem prorſus cantum ſibi aſciſcendum haud dubitarunt.Denique verò,vbicunque terrarum Rainaldus finem vitæ nactus eſt,fertur obiiſſe 7.Idus Auguſti,ac quieſcere in Eccleſia ſancti Irenæi à parte ſiniſtra ex Homiliario,anno exactè M. CXXIX. Ad quod tempus & obitum hi verſus remanent expreſſi r: quales etiam poſtmodum legi in Bibliotheca Cluniacenſi ſ.

1129.

q an.1126.ex M.S.Dom. Polycarpi

r Deprompti ex Ms.Carthuſianopolitica.

ſ col. 1353. De Rainaldo II. vide plura Numer. 86.

Rainaldi obitus & Epitaphium.

Gloria Pontificum iacet hic Præſul Raïnaldus,
Magnus in exiguo conditus hoſpitio.
Viſeliacenſis priùs Abbas,pòſt Patriarcha
Lugduni fulſit factus honoris honos.
Prædia, theſauri,faſtigia celſa loquuntur:
Quòd ſtudio primus præfuit ille loco.
Lugdunenſis apex auxiſſet cornua cœlo,
Ni celer occaſus ſubripuiſſet eum.
Cuius erat Monachus, prope cuius ab vbere natus
Accubat in gremio nunc, Cluniace,tuo.
Quem tibi commiſſum numero committe piorum,
Cùmque tuis precibus fac penetrare polum.

Forſan obiit VI.Idus Decembr.ex promiſcuo libro poſteriore Obituum t.

t an.incerto, etiam ex vno lib vel 5.Idus Nouemb.ex alto lib.

LXXIX. *Paragraphus* 1.

Tres ad eum Epiſtolæ.

PETRVS I. is eſt,de quo hæc multa profert laude digna Petrus venerabilis Abbas Cluniacenſis a,triplici via b.Prima:*Venerabili & in Chriſti corporis membris plurimum præcellenti D. Petro ſanctæ Lugdun. Eccleſiæ Archipræſuli, Frater Petrus humilis Cluniacenſium Abbas,ſpiritum conſilij & fortitudinis. Ex quo,venerabilis & dilectiſſime mihi, excellentiam ſublimitatis tuæ mea humilitas agnoſcere meruit,tenaciſſimo dilectionis glutino,vt te non ignorare credo, mea anima tibi adhæſit,&c. Iſtis animi tui magnis virtutibus illectus,quòd in te venerer ſapientiam tuam,etiã cùm longè poſitus eſſes,tecum eram; neque à te ſaltem minimo temporis ſpatio diuelli poteram. At poſtquam de Viuarienſium colle* (Epiſcopatu) *ad Lugdunenſium montem te diuina diſpoſitio tranſtulit, atque de ſublimi ſublimiorem fecit: cœpiſti quidem eſſe propinquior loco,ſed vtinam nequaquam diſiunctior animo.* Sic itaque Petrus Archiepiſcopus canonicè legitur ex Epiſcopatu Viuarienſi tranſlatus ad Primatiã Lugdunenſem.Cuius tẽporanei circini veritas creditur diſtinctè eueniſſe anno ſalutis M.CXXXI.teſte Quercetano *.Secunda Epiſtola eſt eiuſmodi. *D. venerab. & Deo digno Pontifici Petro Lugdunenſis Eccleſiæ Patriarchæ, Frater Petr. humilis Cluniac. Abb.&c. Spiritus ille qui ſecundum Apoſtolum c ſcrutatur omnia etiam profunda Dei, mouit me eo tibi vniri amore, vt te etiam Lugduni conſtitutum mecum vbique circumferam, nec poſſis ab aliquo terrarum interſtitio abeſſe,quin ſingularis dilectionis continua recordatio me ſemper faciat adeſſe* d, *&c.* Tertia ad Clericos Lugdunenſes dirigitur. *Honorandis & diligendis Fratribus* (ait) *Dom. Stephano Archidiacono,& toti ſanctæ Lugdunenſis Eccleſiæ Capitulo Fr. Pet.hum. Clun.Abb. Receptum Apoſtoli eſt: Pacem ſequimini cum omnibus & ſanctimoniam* e, *&c. Dilectionem veſtram latere non arbitror, cùm excepto præteriti anni diſſidio,iam per viginti ferè annos nulla inter Lugdunenſem & Cluniacenſem Eccleſiam lis,nullum iurgium , nulla vel parua amicitiæ læſio, Chriſto corda noſtra ad inuicem vniente contigerit,&c. Et ne in quemlibet vel paruum obicem pes inter nos mutuæ pacis offendat, ſi quid fortè de tenore pacti reſtat implendum,quod tamen neſcimus, parati ſumus adimplere* f, *&c.* De quo themate primo ac teſtimoniorum exordio iſta ſufficiant pro Reuerendo Petro.

An.1131

Sunt Petri Abbatis Cluniacenſ.

a Abb.9.ab an.1122. ad 8.Kal Iaun. 1157 aut 18. ex MS. Clun.

b li.4.ep. 2.10 Biblioth Cluniac. ponitur li.2. col. 715.

* Cõmentar. ad Biblioth Clun col. 26

c 1.Cor. 2.

d li.4.ep. 18.

e Rom. 14.v. 19 Hebr. 12. v.14.

f li.5.epiſt. 5

Paragraphus 2.

D.Bernard.in laudem Petri Lugdun.

SEcundum teſtimonij genus in ipſius Præſulis gratiam eſt illud, quod honorificè tulit S. Bernardus primus Claræuallis Abbas religioſiſſimus,ſimul ac ſcripſit pro eius mox ſucceſſore Lugdunenſi Falcone, totáque Primatiali Eccleſia, quando ſuis reſpondebat literis ad Papam Innocentium II. hac periodo g. *Dominus de cælo proſpexit ſuper matrem noſtram Lugdunenſem Eccleſiam* (ait Pontifex) *qui decedenti piæ memoriæ Petro Archiepiſcopo, virum optimum Falconem Decanum in omni pace ſubſtituit. Peto,Domine , &c.* Reliqua inde quæ illic adſequuntur, vide in Falcone mox ſucceſſuro. Et conſequenter pro totius Eccleſiæ encomiis, ipſe præterea in Epiſtola *ad Canonicos Lugdunenſes de Conceptione S. Mariæ**,hæc præbuit legenda. *Inter Eccleſias Galliæ conſtat profectò Lugdunenſem hactenus præeminuiſſe, ſicut dignitate*

Et totius Eccleſiæ.

g ep.172. in perſona Goaefridi Lingonẽſ. Epiſc.

* 174.

gnitate Sedis, ſic honeſtis ſtudiis & laudabilibus inſtitutis. Vbi enim æquè viguit diſciplina cenſura, morum grauitas, maturitas conſiliorum, authoritatis pondus, antiquitatis inſigne? Præſertim in officiis eccleſiaſticis haud facilè vnquam repentinis viſa eſt nouitatibus acquieſcere; nec ſe aliquando iuuenili paſſa eſt decolorari leuitate Eccleſia plena iudicij. Vnde enim miramur ſatis, quid viſum fuerit hoc tempore quibuſdam veſtrûm, voluiſſe mutare colorem optimum, nouam inducendo celebritatem, quam ritus Eccleſiæ neſcit, &c. Cæteráque omittimus. Sed interea dum ſermo illius Doctoris ad ſummum Pontificem rediturus eſt: ex eo aduerte, quòd prius allatum Epiſtolium eiuſdem Bernardi ad Innocentium, multum dat incrementum opportunis probatiunculis, quibus manifeſtum ſit eundem venerabilem Petrum Sedem Lugduni auſpicatum eſſe anno, quem diximus MCXXXI. Nam Innocentius II. Pontificatum beati Petri Apoſtoli iniit antecedente duntaxat anno 1130. ex S. Antonino [h] ac Genebrardo: ſucceſſitque Honorio II. ad annum vſque 1144. Iſte verò Petrus Romam peregrinatus eſt. Quippe ante memoratam Falconis electionem, Petro nimirum Sedem Lugdunenſem poſſidente, hæc enarrat D. Bernardus in anterioribus Epiſtolis [i]. *Dum adhuc Romæ eſſemus, contigit illo venire Dominum Archiepiſcopum Lugdunenſem. Venerunt cum eo Robertus Decanus Eccleſiæ Lingonenſis, & Olricus Canonicus, &c.* Dictum obiter, nec fruſtrà.

h loc. cit. in Raiald. nu. 73. §. 1.
i ep. 164. de actione cauſæ Lingonēſ. Eccleſiæ.

Paragraphus 3.

Idem Petrus Legatus Papæ.

TErtia poſtremáque teſtimoniorum ſpecies latet in Conſtantia M. S. Carthuſiana nondum edita: & cuius epitome talis eſt nomine præfati ipſiuſmet Archiepiſcopi. *Ego Petrus ſancta Lugdunenſis Eccleſiæ miniſter, Sedíſque Apoſtolicæ Legatus* (inquit) *à pia memoria Vmbaldo tertius, veſtræ vtilitati ac indeclinabili neceſſitati prouidens. Cellarium extra terminos veſtræ domus incautè prætermiſſum ad vina congreganda, terminis addo, & Apoſtolica authoritate vobis ac poſteris veſtris, dum placuerit, habendum præcipio, quòd ob confirmationem ſigilli mei impreſſione ſit munitum. Sign. D. Petri Lugdun. Archiepiſc.* Nota quòd nondum tunc familia Carthuſiana erat ab Epiſcoporum viſitatione exempta per Pontificium aliquod Romanum beneficium, quale poſtea ſucceſſit. Quod quidem Archiepiſcopale Diploma legitur exhibitum anno
1136. ſaluris MCXXXVI [k]. Apparétque ibidem Petrum Hugoni æquaſſe in Pontificia Legatione. Nam id rurſus oſtentat Innocentius II. Papa coætaneus, ex Actis in Cluniacenſi Bibliotheca recenſitis [l]. *Vt ſacrum Cluniacenſe Cœnobium de bono ſemper in melius ſuſcipiat incrementum, Monaſterium SS. Dominici & Ragneberti ſub iure & diſpoſitione tua & ſucceſſorum tuorum perpetuo manere ſancimus* (alloquitur Petrum Abbatem venerandum Cluniacenſem) *quemadmodum à venerabili fratre noſtro Petro Lugdunenſi Archiepiſcopo Apoſtolicæ Sedis Legato noſcitur inſtitutum, & ſuo ſcripto ſigillóque firmatum, &c. Datum Laterani 4. Calend. Maij, anno* 1138. *Pontificatus anno* 10. præfatis conſignantibus, necnon ſex Cardinalibus, & Teudeuino Rufinenſi Antiſtite.

Laborans pro Carthuſianis.

k in cit. Carthuſianopolitica.
l col. 1404.

Paragraphus 4.

Eius obitus.

TVm inde poſteaquam multa conſtruxit ædificia pro Eccleſia, limites humanæ vitæ impoſuit IV. Kalend. Iunij, anno MCXXXIX. in vltramarina peregrinatione [m], vti vel etiam collegimus ex ſucceſſoris chronologia [n]. Adeóque ſolium omnino ſacrum per ſolares nouem reuolutiones poſſedit. Nam pro germana comprobatione anterioris ſuæ proximæ reuolutionis hæc inſerit liber Galliæ Ciſalpinæ, cuius adeſt titulus: *Inclytorum Saxoniæ Sabaudiæque Principum Arbor gentilitia, Philiberto Bugnonio Authore.* Deinde talia proſtant verba vlterioris contexturæ. *Anno Chriſti M.C.XXXVIII. Amedeus ſecundus Sabaudiæ Pedemontiúmque Princeps ab Alberto Epiſcopo in ciuitatis iuribus auitis turbatur [o]. Arbiter Petrus Archiepiſcopus Lugdunenſis eligitur, qui eas controuerſias planè ſedare non potuit, poſſeſſioni tamen Sabaudus ſemper innititur [o], &c.* Idem verò Petrus ordienre anno ſequente videtur communi luce orbatus. At quando liber obituum Eccleſiæ Lugdunenſis teſtatur duntaxat vniuerſim eundem Legatum Primatem defunctum eſſe in vltramarina peregrinatione: poſthac certè alibi ego legi cauſas & euentus religioſiſſimi ſui occaſus. Etenim dum vetus Author Ioannes Metropolitanus ſcripſit bellicas Principum Chriſtianorum hiſtorias ad terram ſanctam ab infidelibus liberandam [p], is multa inter cætera narrat ad præſens ſpeciale inſtitutum idiomate Hiſpanico, deindéque Latino, equidem tranſlaro à ſemetipſo: nimirum dicit, quòd, quando Patriarcha Roaldus Antiochenus reuerſus fuerat Româ, *eò appulit quidam Legatus* (ait) *qui erat Archiepiſcopus* Lugdunenſis *ſuper Ararim nomine Petrus ex Burgundia oriundus, miſſus ab Innocentio* Papa 2. *ad ſopiendas & terminandas rixas enatas inter præfatum* Patriarcham *& Clerum ſuum* [q], & quòd idem Legatus proficiſcens in Suriam, portum ſeu vicum Arenſem eſt ingreſſus, *vir in ſenili ætate conſtitutus, & vita ſanctitate pradi tus*, qui penetrans Hieroſo

Quomodo mortuus.

m Guillelm. Tyrius & liber Obituũ.
n quoad annum.
n pa. 37.
o Ex Archiuis Abbatiæ Sulpitij Beugeſiani & Tabulatio Eccleſiæ Taurenenſis.
p appellant Paleſtinam, Iudæam, Suriam.
q li. 3. c. 265. & c. 272.

roſolymam vſque, ibi reperit deputatos à Clero Romã venientes [r], obnixéque eum rogantes, vt Antiochiam iter faceret, ad ſedandam litem, propter quam venerat: *ſed per medium eum portum redeundo* [ſ], *defecit, cum vario rumore propinati aliunde veneni. Et poſt virum pium è medio ſublatum miſſus eſt à ſummo Pontifice Almaricus Oſtiæ Epiſcopus.* Hæc ille.

[r] Arnauldũ &. Lambert.
[ſ] & tunc ſecũ alius Petr. Piſon. tit. S. Suſan. p. 414.

Paragraphus 5.

Is Cardinalis.

SEd præterea moneo, quòd probabili inſuper argumento cenſetur idem Petrus Cardinalis etiam extitiſſe: videlicet quartus inter nouem [t] eius nominis proprij, quos verè Cardinales inſtituit præfatus Innocentius 2. Gallias peragrando. De quibus habet copioſè Ciaconius in geſtis Pontificum Romanorum & Cardinalium: maximè verò de præſenti noſtro videtur concepiſſe textum ſequentem. *Petrus à Fontanis Burgundus Gallus Presbyter Cardinalis, tituli S. Marcelli, &c.* pag. 414. Iſta valdè præclara ſanè creduntur, pendente eius vitæ curſu.

[t] Tit. Calixt. pa. 405. Tit. Equitij, Tit. S. Chriſti. pa. 405. Tit. Paſtoris. 418. Tit alterius Suſannæ. Tit. S Mariæ in Aquiro. Tit. S. Mar. in Porticu, 439. Et Petr. Epiſ. Car. Albani 405.

LXXX. *Paragraphus* 1.

Qualis ante Primatiã obtentam.

FALCO ante obtentam Sedem cohoneſtatus eſt priùs Decanatu Eccleſiæ Lugdunenſis. Liquet in recentiore Campegio ſeorſum ex antiquis. Et præterea author ipſe apud Democharem mutatis paulò elementis eundem vocat *Fulconem*. De priore verò eius dignitate tanquam minore, vnam tutò Epiſtolam exerit vetuſtior D. Bernardus hoc titulo [a]. *Ad Falconem Decanum & Guidonem Theſaurarium* Lugdunenſis *Eccleſiæ*. Atque in anteriori Epiſtolio hoc ille congeſſit [b]. *Appellatum eſt à Falcone Decano Lugdunenſis Eccleſiæ.* Sed ad vlteriora conſcendendo: ſanè à quo tempore idem Falco inauguratus eſt Archipræſul & Primas, multa extant de eo narranda. Primum quidem, in maiorem ſuæ poſtea electionis Pontificiæ commendationem, paucis abſoluamus ſequentium Epiſtoliorum textus antea cœptos ſub anteceſſore Petro Archiantiſtite, inchoatos certè à proximis relictis voculis [c], & periodum nunc finiuntes. En ſancti Bernardi verba. *Peto Domine, vt qui à ſuis concorditer eſt electus, vtiliter promotus, ritè conſecratus* (Papam alloquitur de ipſo Falcone) *à vobis honoris ſui officiique plenitudinem conſequatur, &c.* Iterúmque [m]: *Dominus de cælo proſpexit ſuper matrem noſtram Lugdunenſem Eccleſiam, qui decedenti piæ memoriæ Petro Archiepiſcopo, virum optimum Falconem Decanum in omni pace ſubſtituit* [n], *&c.* etiam ex Quercetano. Hunc verò Metropolitanum, pro exacto tempore ſuę Sedis, exinde credendum eſt circuiſſe annos quatuor, ab anno fortaſſis 1139. finiunte ad annum 1143. tum vt prudenter diuidatur medium ferè tempus ſuperſtes inter hunc & anteceſſorem Petrum Archipræſules: tum maximè quia quo anno obiit Innocentius Papa ex dictis (an. 1144.) eodem iam ſedebat Lugduni ſequens Primas Gallorum Amedeus. Eſto incipiat ab anno M. CXL. ſic enim infra comprobatur *. At cætera plura de eodem Falcone & ſua Lugdunenſi Eccleſia ex pręfato coętaneo Bernardo eruamus. *Plaga, vt videtis, chariſſimi, Eccleſiæ noſtræ, & magna eſt, & multâ eget curâ* (ait à vno in loco) *Domine deſcende priuſquam moriatur* [e], *&c. O Lugdunenſis pia mater Eccleſia: cuiuſmodi non ſponſum, ſed monſtrum tuæ filiæ procuraſti nunc. Non planè matrem te in hoc, ſed nouercam ſenſimus. Gener hic tuus quàm longè à nobili illa tua antiqua honeſtate, grauitate, probitate degenerat, &c.* Et alio in loco [f] ad Innocentiũ Papam. *Inualuit furor, pudor euanuit, & timor Dei. Quem contra tuam, Pater, caſtam, iuſtámque diſpoſitionem non timuerunt eligere, etiam poſt appellationem tui nominis auſi ſunt execrare. Et hoc præſumpſerunt Lugdunenſis, Eduenſis, Matiſconenſis, amici Cluniacenſes, &c.* Poſteáque ad eundem Romanum Pontificem [g]. *Clementiſſime Pater, nõne præcepiſti in Lingonenſi Eccleſia perſonam eligi religioſam atque idoneam? Nonne Dominus Lugdunenſis hoc ipſum mandatum ex Apoſtolico ore tuo præſens accepit* [h], *tam fideliter executurum, quàm firmiter iniunctum, &c.* Itémque ad Epiſcopos & Cardinales Romanæ Curiæ. *Vrget neceſſitas modò. Ecce rediens à vobis tribulationem & dolorem inueni, & nomen Domini inuocaui, ſed non profuit. Siquidem dij fortes terræ vehementer eleuati ſunt: Lugdunenſis ſcilicet Archiep. & Cluniacenſis Abbas. Hi confidentes in virtute ſua & in multitudine diuitiarum ſuarum gloriantes, aduerſùm me ſteterunt, ſed & aduerſùm magnam multitudinem ſeruorum Dei, aduerſùm vos quoque, aduerſùs ſeipſos, contra Deum, contra omnem æquitatem & honeſtatem, &c.* Quorſum verò hæc querimonia occultè attributa ſit Galliç Celticę, eiúſve ſacris Pręſulib. à D. Bernard. ſanè vix ſcio. Neque profectò hiſtoriographi peculiares de illo murmure cauſas excitãt. Auguror, ſi dicere fas ſit, vel primò quòd emerſa ſit eiuſmodi querela ob ſuperſtites veteris ſimonię in Clero metus ac ſuſpiciones, tanquam ſordidę fæcis ſuperflua, quę vnico tantũ antea ſeculo inter Gallicanos Epiſcopos ſic frequenter electos percrebuerat, quatenus aperiendum fuit neceſſariò cùm de Humberto primo Archipræſule [i] Lugdunenſi ageremus, etiámque quatenus cenſetur mox electus quiſpiam Lingonenſis Antiſtes ad prouin-

Qualis poſtea.
An. 1140
S. Bernard. de eo multa.
1.
2.
3.
4.
Simonia.

[a] ep. 165.
[b] ep. 164.
[c] Peto Domine, nu. 74. § 2. in epiſt. 172.
[m] In Biblioth. Cluniac. col. 128.
* § 2.
[d] ad Falcon. Dec. Epiſt. 165
[e] Ioan. 3.
[f] Epiſt. 166.
[g] ep. 167.
[h] forſè dum Petrus Romę eſſet, aut Falco.
[i] Nu. 67. an. 1050. & alciùs ſub Gaudetico n. 42. § 3. an 650.

Schiſma.

ciam Lugdunenſis Metropolitani ſpectans. Vel ſecundò, quia nonnulli Galli Antiſtites manus auxiliatrices dediſſent innaſcenti tunc ſchiſmati cuiuſdam Petri ſe dicentis Anacletum Papam ſecundum. Aut tertiò, quia plerique ex aliis Præſulibus parteis tuerentur ſectæ Gilberti Porretani eo æuo Pictonum Epiſcopi [k] aduersùs diuinas perſonas [l]. Vnde eſſet probabile, quòd varij ad varios ambituum fines illo tempore crearentur Epiſcopi, qui ad hæc toto niſu & nutu vergerent. In omnes autem illos errores vehementi ſtilo *ſcripturus calamum ſumpſit Bernardus* [m]. Et certè ad vtraſlibet cauſas opportunè ſatis referre licet præmiſſas Bernardi periodos de illis Prælatis in diuitiarum multitudine confidentibus, velut horum ambituum neruis ac inſtrumentis. Ad quam repellendorum errorum mentem aggregata ſunt Concilia illis diebus: nimirum Autiſiodorenſe, Pariſienſe, ac demum Rhemenſe igneum fomitem penitus extinguens, ſuaſu partim eiuſdem ſacri Doctoris [n]. Verùm breui ſedatum eſt id iurgium, cùm Porretanus ſupplex veniam Rhemis petens, matrem ſuã vnicam Romanam Eccleſiam agnouerit, ádque Romani Pontificis pedes ceruicem piè ſubmiſerit, ac perinde reliqui Galliarum Antiſtites, ſi qui extra metam inſurrexiſſent, efficaces pœnitentię fructus citò produxerint, fluctus ſuos omnino pacatos reddiderint, pacem quæſierint, & perpetuò deinceps humile obſequium viſibili vnico capiti Eccleſiæ lubentes præſtiterint, obliuioni tradita rebellione quaſi momentanea. Vide reſponſiones alias in Matiſconenſibus *.

Secta. — Horum pœnitentia.

k 60. Democ. to. 2. c. 26.
l Chronographia Iacobi Gualteri, ſeculo 12. c. 8.
m Paulus Æmil. in Ludouic. iuniore Rege, fol. 107.
n an. 1148. ? ſub Eugenio PP. 3. Innoc. 2. ſucceſſore. Genebr.
* nu. 41. §. 4.

Paragraphus 2.

Priuilegia pro Carthuſianis.

VLteriora præclarè geſta per Falconem promulgaturi: iſta de eiuſdem Actis habemus præ manibus, hauſta è Manuſcriptis Conſtantiæ Carthuſianopoliticæ, ſuper controuerſia limitum domus Portarum: eáque ibidem certè ampliora, ſed iſtic reſciſſa & breuiora. *Falco ſanctæ Lugdunẽſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, Pontificibus vniuerſis, qui vſque in finem ſeculi per Dei gratiam Eccleſiæ eiuſdẽ paſtoralem Cathedram obtinebunt, Paſtorum Principi placere decet. Omnes qui ad perpetuam pacem ſupernæ Hieruſalem tendunt, pacis amatores & ſpectatores eſſe oportet, &c. Prædeceſſores mei Lugdunenſes Archiepiſcopi primùm, ac deinde venerabilis Papa Innocentius* II. *ſcriptis ac priuilegiis decreuerunt, & ſub anathematis ſententia ſtatuerunt, vt ſicut prædicti fratres Portarum vltra terminos præſcriptos licentiam vel cupiditatem acquirendi ſibi & poſteris ſuis amputauerant, ita nulli omnino Religioſorum vel ſecularium liceret infra eoſdem terminos acquirere. Quæ igitur illi ſtatuerunt, nos quoque Pontificali authoritate roboramus, & eorum conſtitutionem ad notitiam omnium veſtrûm, qui poſt me in* Pontificali Sede *Lugdunenſis Eccleſiæ ſeſſuri eſtis, per præſentem ſcripturam tranſmittimus: rogantes & obſecrantes, vt ſicut ſerui Dei, qui illo in loco per Dei gratiam vocati diuinis obſequiis ſe mancipabunt, pro veſtra & totius Eccleſiæ pace, apud Dominum intercedere non ceſſabunt: ita veſtra paterna pietas debitum eis ferat patrocinium & tutelam aduerſum eos omnes, qui religioſum illorum ſtudium qualibet calumnia vel infeſtatione inquietare voluerint, &c. Hæc autem geſta ſunt die Kalend. Septembr. Luna 27.* Indict. 4. Incarnat. *Domini anno M.C.XLI.* Pontificatus *verò* Innocentij PP.II. *anno* XII. *noſtri autem Epiſcopatus ſecundo.*

Decretum.

Optimum ſanè Præſulis deſiderium ac decretum: quod certè è penetralibus & ex intimis ſuis viſceribus egregiè prodit. Index profectò veri amoris aut chriſtianiſſimæ charitatis, quam recluſis illis Anachoretis ſemper detulit, velut ſtudioſiſſimus horum ſectator vbique. Atque reuerá etiam idem Falco Carthuſianis Portarũ adeo affectus animo fuit, vt primus fermè ſingulos plurimùm illuſtrarit, ad eorum domicilia ſæpè diuertens, in qua domo propter loci ſanctitatem habitaculum ſuum identidẽ ſeligebat. Hoc enim ipſa verba veteris Tabulæ Portarum manu conſcriptæ ſonant. *Dominus Falco* Lugdunenſis *Archiepiſcopus* (ait locus) [o] *inter præcipuos benefactores noſtros eximios frequenti viſitatione & dulci affabilitate, largitate beneficiorum, & authoritate priuilegiorum ſuorum perpetuam ſui memoriam nob. reliquit.* Hæc de tali materia. Cæterùm, prætterimus Fulconem Archiepiſcopum Rhemenſem [o] ſuperiore ſeculo & ſemis, qui dicitur quoque *Falco* apud Tritemium [p]. Idq́ue ſemel dictum exiſtima: ne quis monocolus in nomine homonymiam ſub vtroque viro ingeneret. Noſter autem Falco obiit V. Kalendis Februarij.

Falconis pietas erga Carthuſianos.

o 33. Archie; Democ. to. 1. c. 24. impiè occiſus anno 900. vel ſeq. ex Sigiberto.
p pa. 30. ann. 903.

LXXXI. *Paragraphus* 1.

Primatia.

AMEDEVS I. is fertur [a]; cuius tempore aſſueti tres Archiepiſcopi ſuæ Primatiæ addicti Põtificiã Romę declarationẽ ſeptima vice acceperunt de Primatus ſuper ipſis dignitate, quã obtinuit *Nobilis & famoſa Lugd. Eccl.* (inquit Bulla) *ſecundũ antiquã SS. Patrum*

a vulgò *Amé.*

Patrum conſtitutionem à matre ſua ſancta & Apoſtolica Romana Eccleſia. Sic loquitur Diploma

An. 1144. Cęleſtini Papæ II. anno M. CXLIV. [b] quod ipſe digeſſit *venerabilib. Fratrib. Hugoni Rothomagenſi* [c], *Turonẽſi ac Senonenſi Archiepiſcopis, vt venerabilem Fratrem noſtrum Amedeum* (adiicit Bulla [d]) *Lugdunenſ. Archiepiſc. Primatem veſtrum ſine aliqua refragatione cognoſcatis, &c.* Illo autem citato inchoante anno obierat Innocenrius Papa II. Et idem Cęleſtinus mox eius ſucceſſor ſedit duntaxat menſibus quinque, diebus, 13. [e] Hæc de primis pro ipſo Amedeo Actibus. Secunda plenior actio ab eodem directè manans hæc diſertè patet, quatenus fluit ex Titulis antiquis Eccleſiæ Matiſconenſis [f]. *Ego Amedeus Dei gratiâ Lugdunenſis Archiepiſcopus Apoſtolica Sedis Legatus, notũ facio tam præſentibus quàm futuris, quòd me præſente in Lugdunenſi Capitulo, Vicardus dè Antone donauit Matiſcenſi Eccleſia quicquid apud montem Gudinum & in appenditiis eius habebat, præſentib. Atanatenſi Abbate, Hugone Palatino, Stephano de Baiſemens, Vicardo de Franchelens, Berardo de Sentreuier, Duranno de Moyſia. Anno Dom.* MCXLVII.

1147. Sufficiat pro tanto viro. De reliquo, nonnulli opinantur hunc & præcedenrem Archipræſules ortum traxiſſe ex nobiliſsima familia *de Talaru.* Migrauit autem ad Dominum XI. Kalendas vel Augusti, vel Octobris, ex diuerſis libris Obituum [g]: equidem fortè anno præfato.

b apud Lateranum 13. Kal. martij.
c 49. Democ. 2.c.10.
d hoc non addit Parad.
e 2.c.94.
e Anton. ſuprà §.5. & Genebr.
f fol. 209.
g fol. 222.

Paragraphus 2.

Amedeus cõſecrat Altare Athanatenſe.

AD priora geſta Amedei I. Archiptęſulis hoc opportuniore loco gradum facientes, proponamus varios diſcurſus in decus & commodum vergentes Abbatiæ Athanatenſis Lugduni fundatę, editos in veteri Miſſali Cœnobij [a]. Sanè Volumen complectitur multiplex rerum genus: equidem diuerſorum ſeculorum, quæ illic vnà colliguntur. Ac quia ſub hoc noſtro Amedeo talia ſuos habent impoſitos fines & terminos, velut pręcipuo loci conſecratore: ideò totum negotium ac vniuerſum tractatum iſtic cum primario Scriptore lubèns adiicimus, nec in fruſta ſecamus. Hęc imprimis *Sciendum quòd Eccleſia ſancti Petri Athanatenſis cum Altari ſuo conſecrata fuit à D. Amedeo Lugdunenſ. Archiepiſcopo, Sedíſque Apoſtolica Legato, anno ab Incarnatione Domini milleſimo centeſimo quadrageſimo ſexto* (ſic veriùs

Abbatia quãdo diruta ac reparata.

emendanda eſt fallax etiam alibi Miſſalis cacographia [b], quæ obliuioni tradit vocem *centeſimo* in medio, dum res minùs quadret Amedeo II. Numero 108. *Eccleſia verò ſancti Martini Athanatenſis cum ſuis Altaribus conſecrata eſt à Domino Paſchali Papa II.* [c] *anno ab Incarn. milleſimo centeſ. ſexto, VI. Calend. Februar.* (hoc eſt, annis 40. priùs Amedeo) *qua deſtructa fuerat per Vuandalos tempore Eucherij Archiepiſcopi Lugdunenſ. Et ſtetit in ruina* CCCCLX. *annis* (nouum hîc pro Amedeo I. argumentum.) *Poſtea reparata fuit per Dominum Amblardum Archiepiſcopum* (LXIII.) *huius Ciuitatis, & ibidem ſunt Indulgentia multa.* Deinde in illo Miſſali præcedunt iſtę periodi mox adſequuturæ. *In magno Altari ſunt Reliquia Beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, de ſanguine ſancti Stephani Protomartyris, de Reliq. SS. Cornely & Cypriani, Mauricij, Laurentij, Coſma & Damiani, Florentij, Hilarij, Iuliani, Demetrij & Benedicti. Item in*

Variæ eius Reliquiæ Sãctorum.

Altari B. Maria ſunt Reliquia de capillis eiuſdem Dei genitricis, & de pannis déque præſepe Domini, ac de ſepulchro eius, tum B. Polycarpi, necnon Euſemia Virginis. Iterúmque ſeorſum. *In Altari ſancti Photini & Baldulphi ſunt Reliquia eiuſdem Beati Photini, Coſmæ, Dam. Floren. Hilar. Caßiani, Deſiderij & Quintini. Supérque idem Altare requieſcit corpus B. Baldulphi Abbatis.* Et rurſus ibidem à capite. *In Altari ſancti Petri eſt de ſanguine imaginis Chriſti, quam fecit Nicodemus, Reliquia vt ſuprà ferè, & S. Irenai, S. Marcelli, S. Benigni, S. Martini, S. Mamerti Confeſſoris, ac ſancta Cecilia.* Denique verò hęc [d]. *Apud Viennam & Lugdunum Galliarum nobiliſſimas vrbes, vt S. Petri Lemenſis Cœnoby fundatio diuinitus inſtituta per temporum curricula pateat, ſanctitatis*

Sancti ipſius Abbatis.

ſua merito ſub ſcriptura teſtimonio relinquitur conſeruanda, anno quingenteſimo quadrageſimo ſexto (4. poſt deceſſum beati Benedicti) *D. Anſelmus Abbas Cœnoby Athanat. Lugdunenſ. vir mira ſanctitatis & prudentia, totus diuino dedicatus ſeruitio, multiſque coruſcans miraculis, dum ſanctum Dei virum ſexto Idus Septembris poſt Matutinas ſomnus arripuiſſet, per viſionem Deus ad eum locutus eſt, dicens; Cur non tranſmittis fratres tuos Anſelmum & Gaufridum Cœnobitas meos anachoritari ſeu eremitari? Surgant & vadant ad Erem. qui dicitur Mons Lemenſis, poſitus inter magnos montes. Locus ille mihi amabilis eſt, & ibid. mihi debent famulari per longa tempora multa anima iuſta.* Atque poſt omiſſas decem lineas. *S. Anſelmus Abbas miſit Fratres ad montem, & ibi ædificauerunt Cœnobium ac Baſilicam, &c. Sub regula egregij Patris Benedicti, &c.* Hæc vtilia habebamus publicanda ſub Amedei I. titulo.

a Lugd. ann. 1531. die 6. Idus April. in Monaſter.
b fol. 44. extremo.
c ſculptum ibi coram Altari opere Moſaico ſeu lapillis cum verſibus.
d fol. 46.

LXXXII. *Paragraphus* 1.

Eius ſeries.

HVMBERTVS II. Carthuſianum Cōuentum Vallis ſanctæ Mariæ adſtruxit: quam poſtmodum ſolitudinem ipſe profeſſus eſt [a]. Non admittendum verò, quòd dicat Paradinus eum Alnado ſucceſſiſſe: quem ſuo loco Rainaldū appellauimus [b]. Quippe obſtant imprimis tres interiecti ſuperiores Archiepiſcopi [c] à coætaneo D. Bernardo permixti. Deinde obſtaculo eſt conſcripta alibi ab ipſomet Paradino [d] Sedes precedentis Amadei. Tertiò, renititur denuò Cęleſtini Papæ II. Chronologia præmittenda atque conformis huic noſtro ordini. Et poſtremò impedit iſta ſeries etiam tetenta ab authoribus Democharis. Iudicamus autem eum ſediſſe ad annum M. CLI. priùs. Cæterùm, de intermediis tribus poſt Rainaldum, pro quibus dicit Paradinus vix aliquid dignum humanis mentibus extaſſe, ſi qui fuerint: ſanè multa ſatis vidimus apud Bernardum, & ex eo ſuprà decerpſimus, inque catalogum coniecimus, circa diuinam propemodum electionem eorum, quos ipſe nouit ſuo æuo, & quibuſcum ei fuerat ſpirituale negotium. Quæ prima futuræ ſegetis ac frugis ſementa eximiam perſonarum ſuapte naturâ portendunt expectationem à D. Claraualleſe ſemper laudibus mirificè euectam. Neque abs re.

An. 1148. 1151.

a Parad. 2. c. 44.
b nu. 69.
c Petr. 1. Falco, Amed. 1.
d cap. 94.

Paragraphus 2.

Eius monachatus & miracula.

REligioſiſſimum ipſius Humberti monachatum propiùs aggreſſuri ſeorſum, aduerte quòd is anno ſal. M.CXLVIII. palam conſecrarat Eccleſiam Carthuſiæ [m] Portarū: quę diro terræ motu penè euerſa, à Theobaldo magno Campaniæ Comite iterum conſtructa [e] eſt. Ferunt autem tunc auditum, operante ipſo Archiantiſtite, mirabilem in aëre dæmonum vlulatum [e]. Qui quidem Archimandrita * cùm vitam priuatam & quietam diuinorum myſteriorum contemplationi deditam Archiepiſcopatui anteferre conſtituiſſet: non deſtitit donec Carthuſianam Cellam iuxta Burgum adſtruxiſſet [f]: in qua poſtmodum hoc anno & vitam iniret ſolitariam, & profeſſionem Carthuſianæ religionis faceret, dimiſſa dignitate. Vnde confeſtim magna illius apud comprouinciales reuerentia, & penes exteros fama. Fuit verò hic Humbertus frater Rainaldi Marchionis Balgiacenſis [g], tempore Pontij XLII. Epiſcopi Matiſconenſis: qui illum tanquam magiſtrum & vitæ diſciplinęque exemplū ſæpiſſimè viſitatat. Siquidem ille Pontius ſub illo olim fuerat Canonicus Præcentor Metropoleos Eccleſiæ Lugdunenſis: admirans delicatuli Præſulis ieiunia penè continua, vigilias, preces ſacras, Liturgias, & alia pietatis exercitamenta. Quæ quandiu ſuſtinuerit, quóve tempore vitam exuerit, quia parum cognita ſunt & diſtincta, ignorantiam profitemur. Attamē pia demum viri munera palam facimus, qualia extulit liber Obituum Lugduni. *Humbertus Vallis S. Mariæ* [h] *Monachus* [i] (infit locus) *& quondam Lugdunenſis Archiepiſcopus dedit S. Stephano vnam Caſulam, duas tunicas, & duo candelabra quinque marcharum, & in eleemoſyna cyphum argenteum cum cocleari*, indice communitatis victus ad Refectorium. Reliquit interim ſibi ſucceſſorem Eraclium Lugdunenſ. Archipræſulem, quem ferunt fratrem venerabilis Pontij Cluniacenſis Abbatis, impensè etiam Carthuſianos diligentem & dilectum ab illis [k]. Atque idem Humbertus II. obiit IV. Idus Nouembris. De Humberto I. vide Num. LXVIII.

Ipſius deuotio & dona.

m ab eodem fundatæ.
e & in Chron. Carthuſianopolitica, fol. 233.
* Anachoreta Carthuſian.
f Nomine Celleon, in Breſſia Galliæ.
g Bagé en Breſſe de Frāce, §. 4.
h ea forſan eſt Eccleſia, quam ipſe fundauit.
i Profeſſus Anachoreta Carthuſian.
k Parad. pa. 142. & Petro Sanſulian. in Antiquitatib. Matiſc. p. 187. Ille Pontius paulò vetuſtior, Abb. ab an. 1109. ad 1122. ergo potiùs frater Pontij Matiſcon. ſynchroni.

LXXXIII. *Paragraphus* 1.

Sex Capita.

1. Primatia.

ERACLIVS claruit Apoſtolicæ Sedis Legatus, ex ſacro Eccleſiæ Lugdunenſis gazophylacio: affinis aut conſanguineus nonnullorum infrà [a]. Sex autem præcipua pro eo Actuum genera emicant. Primum eſt eiuſmodi, ex Cluniacenſi Bibliotheca depromptum [b]. *Anno Domini* MCLIII. *propter nimiam longè plus ſolito peſſimorum raptorum malitiam, qui præcipuè in res Cluniacenſes furioſè deſæuiebant, rogitu Domni Petri Abbatis Cluniacenſis, Domnus Oddo ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis & Apoſtolicæ Sedis Legatus, Domnus Eraclius* Lugdunenſis *Archiepiſcopus electus, cum ſuffraganeis* Lugdunenſis *Eccleſiæ, hoc eſt, Eduenſi, Matiſcenſi, Cabilonenſi Epiſcopis, cum Comite etiam Burgundionum Vuillermo, Comite Cabilonenſi, altero Guillelmo, Humberto & Belloioco, & aliis Burgundiæ nobilibus non paucis, conuenerunt apud Matiſconem in Eccleſia ſancti Vincentij. Qui tractarunt ibi circiter ſpatium trium dierum de negotiis, & præcipuè de pace Eccleſiæ Cluniacen. reformanda. Decretum eſt ab eis Dominis, vt res ad Cluniacum pertinentes, &c. plena ac ſecura pace maneāt, &c.* Ex quo liquet eundem Eraclium anno præfato cœpiſſe Archiepiſcopatu frui. Iam ſecundū genus apponendorū eſt,

2.

a §. 2. finali.
b col. 592. repetitum col. 1650.

quòd

quòd ad eum Adrianus IV. Pont. Max. literas alias Primatiæ confirmatrices direxit anno M.C.LIV. quas hîc octauas ordine ad hunc finem numeramus, & quarum textus ampliores prætermittimus, tanquam in quartis & quintis Diplomatibus iam dudum peruulgatos [b] ſub Gaucerano & Vmbaldo Archiepiſcopis. Contenti iſta vice hac anacephalæoſi. Tertium genus inſtrumentorum eſt Federici primi Imperatoris [c], pendente aureo eius ſigillo: quo idem Eraclius inſignitus eſt *Exarchon*, ciuili ac ſublimi in toto imperio dignitate & principatu [d], an. CLVII. ſupra milleſimum. Quo tempore idem Imperator poſſeſſionem iniit ſui Regni Burgundionum, cúmque profectus eſt ſalutatum Eraclius. Siquidem tunc Lugdunenſis prouincia ad eiuſdem ſceptrum & Regnum ſpectabat. Reſcriptum primarium & aureum ſigillum vidimus [e]. Cuius textum integrum etſi deſcribat Paradinus * cum aliis [f] poſt meum I. Opus recentioribus; nihilominus fatetur ipſe non niſi exemplar mutuò accepiſſe ab Officiali Ioanne de Farges. Ideo autem nos partem duntaxat potiorem iſtic conſcribere ſat erit; cùm iam lucem viderit. Imprimis certè ita loquitur Federicus. *De vniuerſo corpore Ciuitatis Lugdunenſis, & de omnib. regalib. infra vel extra ciuitatem per totum Archiepiſcopatum conſtitutis, quæ tam antiquo quàm moderno tempore viſa eſt habere Lugdunenſis Eccleſia, plenariè inueſtiuimus*, &c. *Item concedimus* (ait) *& Caſamenta tam Comitis Sauoyæ, quàm alia omnia de antiquo & nouo iure ad Lugdunenſem Eccleſiam pertinentia, & inſuper dictis omnib. ſiue infra Epiſcopatum* vel extra ſint, *generalem iuriſdictionem*. Deinde ita pergit ſecundò edicere paucis interiectis. *Conceſſimus itaque præfato Archiep. & Primati Eraclio, & per eum omnib. ſucceſſorib. eius in perpetuum, totum corpus ciuitatis Lugdunenſis, & omnia iura regalia, per omnem Archiepiſcopatum eius circa Ararim, infra vel extra ciuitatem, in Abbatiis, poſſeſſionib. Monaſteriis, Eccleſiis, vbicunque ſint, comitatib. &c. monetis, naulis, teloneis, caſtellis, villis, &c.* Iam tertia ſeu poſtrema pars eſt eiuſmodi. *Cæterùm, Lugdunenſis Eccleſia Dominum ſuum Imperatorem Romanorum recognouiſſe ſe ſemper exultet & gaudeat, Archiepiſcopum eius ampliori & eminentiori prærogatiua dignitatis, quæ à noſtra Imperiali excellentia eſſe poſſit, noua & gratuita pietate inueſtiuimus, vt ſit ſemper ſacri Palatij Burgundiæ glorioſiſſimus Exarchon, & ſummus Princeps Concilij noſtri* [f], *& in omnib. agendis noſtris præcipuis. Vt autem hæc noſtra donatio & confirmatio perpetuæ firmitatis robur obtineat, præſentem paginam Bullâ aureâ fecimus inſigniri, annotato ſigni noſtri charactere, & adhibitis idoneis teſtib. Datum Arboſij* *. *XIV.* Kalend. Decemb. Indictione V. anno M. CLVII. Ex quo triplici loco primùm concludere licet, Eccleſiam Lugdunenſem multum ius temporale iam antea nactam eſſe in ciuitate aut in parte ipſius, ſiue ex moderna acquiſitione & emptione, ſiue mero ac vetuſto dono à tempore fortaſſis Conradi Imperatoris ſeu Archiepiſcopi Burchardi eius filij: hoc eſt, centum XXV. annis vt minimum ante Eraclium; ſaltem quantum ad vſum ex Imperatoris, opinor, permiſſu relictum, ſine legali conceſſione quæ hactenus pateat, veluti ſuprà lectitamus [g]. Quam certè vniuerſam iuris vſuram, licèt profanam, magis corroborat & approbat Federicus, lege lata. Atque profectò hæc ſingula denotant nouum ius largitionis à Federico Eccleſiæ impertitum: nondum tamen apertè conceſſum ſub titulo Comitatus, de quo videndum in ſucceſſore Archiepiſcopo. Verùm generatim mutuatum ſub nomine principatus, retenta nimirum ſimplici fide hominij ad Burgundiæ aut patriæ Reges deferenda. Eúmque ſenſum amplectuntur hodie literati hac in materia & lectione verſati. Hactenus de ſecundis Actis, quæ Heraclium Archipræſulem reſpiciunt. Pro ſuperſtite cuius rei intelligentia, vt id negotium pleniùs & ad integrum quiſquis mente reuoluat, nos obiter commemoramus, quòd multi Gallicani paſſim hiſtorici ſentiunt Burgundiam ac Lugdunenſem perinde regionem primùm fuiſſe Regum Fräcorum; veluti conſtat ex Rege Chereberto, qui Burgundos Guntranno filio conceſſit inter alias Regni tranſlatas ad filios cæteros portiones, itémque liquet ex conſanguineis Regis Hugonis ac Roberti filij, ſuprà plerunque expreſſis in Secundino [h], Dalphino [i] & S. Aureliano [k] Archiepiſcopis. Tum perhibent totam eandem regionem deinceps veriùs vſurpatione detentam, quàm iure poſſeſſam ab Imperatoribus Conrado ac Federico primis, aut à ſimilibus quoque: deinde nationem ad Gallos Principes rediiſſe temporibus D. Ludouici Regis ac ſucceſſorum cum pari Eccleſiæ hominio iiſdem Regibus præſtito.

Left margin: 3. (beside "Tertium genus inſtrumentorum") — Pancharta Federici Imperatoris. — Ann. 1154. 1157. — Exarchon. — Eius explicatio. — g — Burgundia ad quos varios Principes pertinuit.

Right margin notes:
b Nu. 76 §. 2. & Nu. 77. §. 2.
c vulgò *Barberouſſe*, ab an. 1152. ad 1190.
d Id eſt ſupremus poſt Regem, ſeu Cancellarius, vnin altior.
e In vno latere ſculpitur vrbs Romana, in altero effigies integra Imperatoris, & quod que ſigillum pondus habet 10. aut 12. aureorum ſcutorum Franciæ.
* lib. 2 cap. 35. & 94.
f Quercet. ad Bibliothecam Cloniac. col. 61. & 140.
f Chef & Preſident au priué & eſtroict Côſeil.
* vulgò *Arbois* vrbs in Comitatu Burgundiæ, Diœceſis Bellenſis, vbi vina optima.
g Nu. 64. §. 5.
h Nu. 37. an. 612.
i Nu. 38 §. 3. an. 615.
k 19. §. 8. an. 894.

Paragraphus 2.

Vdi obiter, pro quartis actibus, ingentem ac ingenuam certè munificentiam ſancti Anthelmi tunc piiſſimè florētis Carthuſiani erga afflictam exulémque totam eo tempore Lugdun. vrbem: vir equidem dignus qui poſtmodum à ſummo Pontifice eueheretur ad Bellicenſem Epiſcopatum pro meritis, quam Diœceſim mirificè diu rexit. De quo ſic electo nos multò plura ex geſtis ipſius per vitam miraculis in vulgari noſtro generaliore

Left margin: a caput.

Lugdunenſis Eccleſia affli-cta ad Carthuſianos recurrit.

Alphabetico de Sanctis Inuentario ſeu anacephalæoſi paſſim. Id verò de Lugdunenſibus reſcriptum ac ſingulare ad præſens inſtitutum. habet Surius perdoctus eiuſdem Ordinis ſacri Profeſſor in ſuis Sanctorum nomenclaturis ac Voluminibus. *Ea tempeſtate Comes Forenſis* (ait) *dolo captum Lugdunum vaſtauit , diripiens omnia , in primis autem malignitatis ſuæ rabiem in Eccleſiam exercens Clericorum euerſis ædibus , cùm illi Deo protegente ſalui euaſiſſent. Itaque ipſe Archiepiſcopus Eraclius,& cæteri magna dignitate viri , haud ſecus ac profugi & proſcripti ad Portarum Carthuſiam aduolarunt, ad quam alioqui conuenire conſueuerant, de rebus magnis conſulturi. Poſtquam autem eos conſolatus erat vir magnanimus & fortis in Domino Anthelmus Prior, iſta etiam addidit : Ne , quæſo , velitis , Domini mei , hac illac errabundi vagari , vel aliò vos conferre. Apud nos permanete , aut ſi pro expediendis negotiis interdum vultis egredi , ad nos reuertamini. Nos enim , demptis equis veſtris , & vos & Presbyteros & Clericos veſtros,quandiu neceſſe erit , alemus. Erit id pergratum nobis , & vobis nequaquam indecorum. Euntibus igitur & redeuntibus illis , quibuſquam etiam ingiter illic hærentibus , largis impenſis cum multa gratia & alacritate ad victum pertinentia accuratè ſunt ſubminiſtrata , donec non diù pòſt , nec ſine grandi miraculo profligatis hoſtibus , Clerici ad ſua reuerterentur.* En egregia ſolatia. Nec mirum , ſi eſſent illo æuo Carthuſiani præſertim Portarum beneuoli erga nobilem eam Lugdunenſem Baſilicam. Quippe ſuprà meminimus inſitæ animorum neceſſitudinis , quæ illis duabus Eccleſiis affinibus intererat iam à tempore anteceſſoris Humberti ſecundi Archipræſulis eam Religionem anachoreticam diù antè profitentis,præterquàm fundatoris ſeu veriùs reſtitutoris præfatæ domus Portarum. Ille autem Comes furore tunc percitus fuerat Guido,qui totam vrbis ferè Lugdunenſis ditionem à maioribus ſuis eidem Eccleſiæ collatam& credi ſolitam, prætendebat ſuam,ſuiſque hæredibus tribuendam , ſaltem ad minus pro maiori parte , ſic poſtea limitibus pacificè diſtinctam ex communi ſingulorum pene voto , ac veteri lite eorundem ſopita à ſummo Pontifice illuc poſtea iter agente fœliciter, ex adiunctis infrà [m].

m Nu. 83. in Guichardo §. 1.

Paragraphus 3.

Caput. 5.

PRoquintis actionum generibus audi Epiſtolam Petri venerabilis Abbatis Cluniacenſis. Ilic ſe prædicat noſtrum attingere Archipræſulem in primo gradu cõſanguinitatis,quem aſpiratione conſcribit *Heraclium.* Suas autem literas mittit ad Innocentium Papam II. Et propterea eaſdem ad ſummum exarauit anno M. C. XLIV. quia eo ſolari ambitu Pontifex corpore ſolutus eſt.Quo diario nondum certè Heraclius Archipræſulatum conſecutus fuerat , nedum prope , ſed bene quidem Canonicatum in Primatiali Eccleſia. *Summo Pontifici & noſtro ſpeciali Patri* (ait [n]) *Domino Papæ Innocentio , Frater* Petrus *humilis fratrum Cluniacenſium Abbas, obedientiam & amorem. Confiſus de benignitate paterna ſoleo filiali præſumptione etiam remotos & ignotos maieſtati Apoſtolicæ commendare. In quib. quia me ſæpe exauditum prætendi ,de notis & proximis me magis audiendũ eſſe ſperaui.Vnde Dom.Heraclium Lugdunenſem Canonicum,noſtrum carne germanũ* ([o] an verè talẽ præter Guidonẽ Abbatẽ anteceſſorẽ ſuprà [p]) *pietati Apoſtolicæ de ea confiſus commendo : cui nulla vrbem adeundi cauſa extitit , &c.* Ille autem Eraclius frater Petri Abbatis fuit aſſumptus de Canonico in Archiflamen annis octo aut decẽ poſt Innocentij receſſum è viuis. Demum verò , pro ſextis Actibus , de eodem Eraclio alia proſtãt,habita anno M.C.LVIII.cum Humberto II.Dynaſta Bellijocẽſi.In eam rem legẽda eſt cõmodiùs& vberiùs hiſtoria Pontij I.Matiſconenſis Epiſcopi,infrà [q].Hîc plura tacitùs prætermiſſuri. Cæterùm , Petrus Cluniacenſis Abbas , Eraclij frater , ad Patres euolauit an. præfato [r], ex Sigiberto. Et idem Archiepiſcopus ex variis Obituum libris animam exhalauit 3. Idus vel 3. Kalend. Nouembr. an. incerto. In quorum vno ſcribitur quoque *Heraclius* aſpirando.Qui ibidem memoratur dediſſe *S. Stephano pallia optima & duas mappas pretioſiſſimas ad maius Altare.Tum in acquiſitione de Bordelã quinque millia ſexcentos ſolidos obtulit Eccleſiæ. Gardam rurſus de Polleto vltra Velam* (fluuium) *emit , &c.* Erat autem is, Abbas etiam ſecularis factæ Baſilicæ S. Iuſti,ex ſuorum Diplomatum teſtimonio. Iacétque Cluniaci ex loci Bibliotheca.

Cuius erat Frater.

Caput. 6.

n lib. 5. Epiſt. 4.

o fratrem.

p Nu. 79. ſinali.

q Nu. 42.

r Nu. 103. cum alio de Talaru, §. 3. &c.

Paragraphus 4.

Gregorius.

MOx iſtic prætetimus quendam *Gregorium*, qui apud vnicum Sarrazinum dicitur *electus* hoc ordine : quia inde recta pendet illatio, eum nuſquam conſecratum ; perindéque in album hîc non adſcribendum : ſicut parem ob cauſam infrà concludimus delendum Ioannem Borbonium,ni poſthac res magis eluceſcat.

LXXXIV. *Paragraphus* 1.

Abbatia Belleuillæ.

DROGO Archiepiſcopus. Sic in Homiliarij ſcriptis habetur [a]; atque Drogo electus apud Campegium, tum ſeiunctim [b], tum in editione Democharis [c]: vulgò *Dreux*. Pro cuius ſeculo tria leguntur. Imprimis, poſtquàm Humbertus II. Bellijoci Prin-
Ann. ceps & Guichardi I. filius [d] conſtruxit Baſilicam Belleuillæ in Diœceſi Lugdunenſi, dica-
1158. tam Deiparæ virgini curâ Eraclij Archipræſulis [e] anno milleſ. centeſ. quinquageſimo octa-
1164. uo, inde Humbertus ipſe Lugdunum profectus anno M.C.LXIV. præſente Drogone tunc electo ad Eraclij vitâ functi ſucceſſionem, in [Ca]pitulo Cathedralis Eccleſiæ obtinuit erectionem ſuæ fundationis in dignitatem Abbatiæ: Stephano Priore S. Ireoæi Lugduni creato
1165. illis diebus primo Abbate, veluti diſcurrere ſolet Paradinus in extremis additionibus ſuæ Lugdunenſis hiſtoriæ extra metas libri tertij [f]. Próque loci poſtea inauguratione videas Num. LXXIII. En de prima peculiari nota Drogonis. Attamen antea dixit obiter idem Paradinus [g] Guichardum Eraclio ſubrogatum. Secunda ratio diarij ac Sedis eiuſdem Drogonis expromitur multis inferiùs [h] ſub propinquiore Guichardo ad annum milleſimum cēteſ. ſexageſimum quintum aut ſextum: & quidem opportuniùs illic quàm hoc loco. Quæ ſanè poſſeſſionis diuturnitas mouet apertè eum minimè ita permanſiſſe ſolummodò electū; ſed & ipſum palam conſecrationis munus conſecutum, ac ſolitis fretum iuribus.

a Et inde Paradinus.
b an. 1537.
c an. 1562.
d Qui Hugonem patrem habuit Humberti I. filium.
e Mittentis Pontium Epiſc. Matiſcon. 42. §. 4.
f pag. 407. capitib. non numeratis.
g cap. 46.
h Num. 82 §. 2. & 4. finali.

Paragraphus 2.

Duplex Chronicij inueſtigatio.

IN tertiæ percontationis gratiam pro Drogone, audi ſeiunctim controuertendum aliquem temporis ſcrupulum vlteriorem, quem fas eſt credere à nonnullis perperam deſignatum. Materiæ proponendæ expoſitio biceps eſt. Priùs, Ioannes à Boſco in læuo Xiſto ſeu deambulatorio Indice Præſulum Viennenſium Galliæ [i] attollit ſecundas patentes literas Frederici I. Imperatoris, quibus Archiflamen loci conſtituebatur Princeps & Archicancellarius Conſilij Regni Burgundiæ; *Teſtibus Ilberto Biſuntino & Drogone Lugdunenſi Archiepiſcopis* [k] (inquit Author) *Petro Tulenſi, Arducio Gebenenſi Epiſcopis, Hugone Cluniacenſi Abbate, &c.* omiſſis aliis octo præter acceptantem Vuilelmum tunc Viennæ Archiepiſcopum. *Datum apud Biſuntium* (adiicit Scriptor) *Anno Incarn. Dom. MCLXX.VI. Indict. XIV. Regni Frederici XIV. Imperij verò XII. & die XVI.* Kal. *Auguſti.* Hinc poſteriùs, duodecim pòſt annis Chifflerius ſuam prælo committens Veſontionem, in Herberto LVI. Veſontionēſi Archipręſule renouauit omnia præfata nomina & annum, ad ſcopum tamen alium conſpirans, nimitum vt doceret Herbertum ſeu Ilbertum extitiſſe ſchiſmaticū, & citraius ſe geſſiſſe Biſuntinenſem Archiepiſcopum, &c. In ſumma, deprehendo annum præmiſſum doni Imperatorij falſò conſcriptum; ſcilicet vno decennio, imò pluris minuendum [l], ac dicendum eſſe anno M.CLXIV. vel LXVI. Idque quadruplici demonſtratione affirmamus. Primò, quia ex omnibus Chronologis [m] Fredericus cœpit regnare, tum imperitare anno 1152, adeoque annus duodecimus ſui Imperij, necnon decimuſquartus Regni ſui Burgundiaui, quos ſuprà notat Xiſtus, iuſtiſſimè incidit ad annum LXIV. aut LXVI. Vnde Author quidem ritè de-

Quatuor notis.

prompſit ex primario fonte millenarium cum centenario, at non decades, eò quòd illas duntaxat conſtituere debuit ſex, non ſeptem; vt perueniret ad ſexaginta ſex, non ad ſeptuaginta. Pro eius editione corrigenda inſpiciendus denuo eſſet Archetypus Viennæ aſſeruatus: quem certè anno 1605. vidi ad manus Ioannis à Boſco tunc amici, ſæpiúſque tetigi in antiquis valde terſíſque membranis. Etenim quando ei in Cœleſtiniano Lugdunenſi Cœnobio commoranti anno 1604. & ipſi me inuiſenti (tum ad me ſcribenti) lubens oſtenderem aliquod ſpecimen noſtri MS. ſacræ Lugdunenſis ac Maticenſis hiſtoriæ ad priorem breui futuram editionem contendentis, quæ etiam reuerâ ſequuta eſt anno 1606. idem vir tunc primùm calamo dirigebat ſuam Floriacenſem Bibliothecam Benedictinam mihi factam conſpicuam. Et eo ſimul tempore venit illi in mentem hiſtoricum ſacrum catalogum Archipræſulum Viennenſium pariter adſtruere. Viennam ideo profectus, & priſcæ ætatis documenta circunſpiciens, abditis tandem & ſordidis in locis reperit, quas dixit membranas in deſpectum habitas, ignoto ampliùs & eatenus illarum valore ac pretio ab æuo graſſantium per hæreticos bellorum ciuili&. Ipſemet ſingula talia inſtrumenta diligenter collegit; & ea vtrique conſanguineo Archipræſuli Villario nobis peramico parata porrexit. Mirantibus cunctis in Clero, & vnà collætantibus, vir Lugdunum reuerſus, me repertorum teſtem eſſe

i pag. 89.
k Obiter nota, tunc Viennā & Lugdunum pertinuiſſe ad Regnum Burgundiæ.
l auferendum ſecundum.
m Caniſ. Genebr. Baron. Gualtero.

eſſe voluit, præbuit diſperſum codicem feſtinanter legendum, ſibique confeſtim propoſuit
me prçeunrem imitandum in ſacris vicini vtriuſque Primatis rebus Chronicis ſeriò euulgã-
dis. Et quia prior mea editio diſtincto volumine ac prælo ibat in publicum, Author Re-
ligioſus ſtatuit breuem hanc Viennenſem hiſtoriam ex incidente mole ſubiungendam ad
diſpoſitam calcem præfatæ ſuæ Benedictinæ Bibliothecæ. Quod & fœliciter præſtitit. Quia
ergo anterior noſtra promulgatio de Lugdunenſibus Archiepiſcopis ac comprouincialibus
Suffraganeis gradũ paulò præuenerat in duobus hiſce tractatibus prælo ferè coçtaneis: ſanè
in illa non potuit meminiſſe ſuperioris anni 1176. controuerſi circa annum vltimatum Dro-
gonis Lugduni ſedentis, propterea quòd nondum in acceleratis membranis aduertere ſa-
tis licuerat priuatas quaſque pagellas, maximéque ad Drogonom ſpectantes. Igitur eas
deinceps conceſſo paulum honorifico literario hoc otio expurgare conatus ſum pro offi-
cio: vt ſpecialem hanc de Drogone Chronologiam tanquam ſcopis mundatam, mox de-
2. Nota. mum ſplendidiorem efficiam. Pro ſecunda cuius thematis ſeu temporis confirmatione ex
polliciris perlectum itis ſucceſſorem Guichardum Lugduni Sedem veriùs inchoaſſe anno
MCLXVII. vt inde antecesſor Drogo haud potuerit cathedram ſuam prorogare ad nouen-
nium ſequens LXXVI. ſed oportuerit vitam finiiſſe anno cit. MCLXVI. Proinde, iſto vſi
nouo addito argumento dicimus, quòd ea rurſus fuit ſolaris reuolutio, qua Drogo adſtitit
3. Nota. Frederico teſtis Biſunti, neque tardiùs. Tertio loco, Domnus Abbas Cluniaci, teſtis ſu-
Hug Ab. prà nominatus in Actis Frederici, fuit Hugo tertius cognomine de Fraſan, decimus inter
Abbates ibidem, ſeu quartus poſt S. Hugonem illic Abbatem VI. ſeu primum huiuſce no-
minis. Is autem tertius ex perſpectis tutis M. S. autographis Cluniacenſibus præfuit Cœ-
nobio ab anno 1158. ad annum 1173. præcisè, quo tempore diſceſſit è viuis. Ergo diſertè
nequiuit viuus adeſſe Imperatori anno 1176. tertio poſt ipsius obitum. Quartò, ferunt
4. Robertum Viennenſem Archiepiſcopum Guilelmi cum Frederico agentis proximum ſuc-
ceſſorem, flotuiſſe Viennæ Primatem anno 1174. & ei iterum ſucceſſiſſe Aymardum. Sic-
que denuo haud potuit Vuilelmus cum Drogone Lugdunenſi Imperarorem viſitaſſe anno
1176. Quibus omnibus præludiis adhuc plura ſuccurrunt fulcimenta duobus Numeris ſe-
quentibus. Interea huius Præſulis tempore & poſthac graſſati ſunt hæretici dicti pauperes
de Lugduno, authore Petro Vualdenſi ciue opulento Lugdunenſi, omnes poſtea condẽnati.

LXXXV. *Paragraphus* 1.

Ordinatio. GVICHARDVS vbique ſic dictus: præterquàm nuncupatus in Homiliario
Vichaldus. Is fuit excelleus poëta, ac primùm Abbas Pontiniacenſis, ex Parad a. a cap. 44. ex-
ſeu Poligniaci, ex Sarrazino. De quo innumera ferè prudenter dirigenda V. Pa- perlecta ſepul
ragraphis. Inter quç excelſam aggredimur hiſtoriam, tanquam ingens Oceani turu, vulgò *de Pontigny*.
pelagus S. Thomæ Cantuarienſis Archiepiſcopi, ſuccedentis D. Anſelmo ibidem quo-
que Primati per Angliam, de quo iam ſuprà in Hugone Lugdunenſi [b]. Sed eidem Thomæ b Nu. 74.
duos Paragraphos anteferimus ad Guichardi Chronologiam prioráque eius geſta ſpectãtes. §. 1 6. 7. 8 9.
Imprimis ſanè, pro deſignando viri chronico, multùm operæ ac ſtudij adhibendum nobis
fuit, ob varios inuicem commixtos adeóque ſibi aduerſos Paradini calculos quibuſdam in
locis. Viderit alius, ſi quid certiùs deprehenderit. Quam ſeriem vbi forſan correxerit, gra-
tum nobis beneficium contulerit. Prima ſecularis nota Sedis Guichardi Archiflaminis le-
gitur apud ipſum Paradinum [c] anno MCLVIII. Quin imò ſeriùs initiũ capi oportet, propter-
ea quòd eundem annum ac vlteriores legimus iam occupatos in Drogonis anteceſſoris per- c li. 1. c. 9. fin.
ſoluenda hiſtoria. Secunda nota penetrat annum MCLXVII. apud eundem Paradinum
alibi [d]: & iam nunc ritè, ex detectis in Drogone finali valde conformi. Præſénſque indicium d cap. 37.
verſatur circa motam litem ipsius Archipræſulis ſuæve Eccleſiæ cum Guigone Foreſi Co-
mite & eius filio: velut efficientem verè annum primum ſuæ Sedis. De qua hiſtoria vlte-
Lis finita inter Eccle- riùs admodum dicturi, aduertere decet id iurgium tandem ſedatum anno MCLXXIII. in-
ſiam Lugdun. ter Eccleſiam & Comitem. Varia certè erant iura Comitis in ciuitate inque prouincia Lu-
& Comitem Forenſem. gdunenſi: vnde multa inter vtraſque partes ſuborta ſunt prælia ex Laurentio Surio e vulgò *Bourgoin*. Textus
Itémque ſinguli Archiepiſcopi & Eccleſiæ poſſidebant multa quoque iura ibidem, ex ipſis Ar-
Ann. ſæpius permixta prætenſis Comitum iuribus. Itaque pro communi bono pacis, & chiuis de-
1166. præcipiente Alexandro Papa III. celebris permutatio ex mutuo contractu facta eſt, quia promptus eſt.
Guido Comes eiuſque filius præſtito iuramento Eccleſiæ iure perpetuò conceſſerunt quicquid Lugduni f Montanay,
habebant, & in appenditiis trans Rhodanum à Vienna vſque Burgundiũ oppidum, [e] *&c. Vltra Ararim* bornes de Dombes au
quoque Caſtrum Perogiarum, ac medietatem Montaneſij [f]*, Biriacum, &c. Citra Ararim Caſtrum* matin des Lyonnois.
Caſtellionis,

ſ

Canonici Lugdunenſes dicti Comites.

Caſtellionis, Caſtrum Iconij, Tiraſiacum, & rurales alias arces atq; loca tradiderunt ſub præcipuo dominatu. In ſumma, ipſe Princeps contulit Eccleſiæ vniuerſum ſuum Comitatum: ab eóq; tempore hactenus Archiepiſcopi & Capitulum ſiue Canonici indiuiduo nexu dicti ſunt Comites prouinciæ Lugdunenſis. Viceuerſa autem Guichardus Archiantiſtes & Eccleſia imperiti ſunt Comiti ſuiſq; hæredibus *quicquid trans Ligerim poſſidebant, &c. in Caſtro ſancti Romani de Podio* [g] *vſque Aruerniam, &c. Citra Ligerim verò conceſſerunt Comiti ab Albiniaco & Poliaco vſque ad Canenam, &c. ad mandamentum Chamoceti, &c. ſancti Symphoriani, &c.*[h] En igitur Comitatus Eccleſię in priore periodo. Ipſa quidem diuerſum ius ciuile antea fuerat conſequuta, tum fortaſſis à Conrado Imperatore [i], tum clariùs à Federico [k]. At certè eiuſmodi poteſtas tunc viſa eſt inchoata aut minimè continua per prouinciam. Nunc autem ſeu à Guichardi tempore, cernitur completa ipſiuſmet Eccleſiæ in patriam dominatio. Quorſum ergo (opponet quis) Federicus paulò antè profeſſus eſt dediſſe *totum corpus Ciuitatis & regalia iura per Archiepiſcopatum*? An non talia iam videbantur complecti quicquid poſtea largiri Comes potuerit? Sanè huic empodiſmati ſubnectitur iſta teſponſio. Iura à Federico conceſſa, fuerant valde diſtincta ſedibus & loco à iuribus Comitis: vtraque ſcilicet variè conſperſa. Quorum iurium quiſque dedit ſuum. Multi autem opinantur Guigonem & ſuos progenitores fretos eſſe ſuo Comitatu ſub titulo principatus, ac perſoluiſſe ſolam ſimplicem hominij fidem Regi Burgundionum, penes quem eſſet reliquum prouinciæ. Et eapropter nullus ſubeſt anceps ſcrupulus in illa duplici forma commodi Eccleſiæ collati *. Interim, miſſū facimus, quòd nōnulli ſentiant donationes Federici ad parteis Imperij extitiſſe [l]: Comitis autem à parte regni, totas & tantùm, vt contradictorium in dono auertant. Etenim certè, quidam agri à Comite relicti ſuum quoque habent ſitum in Breſſia Gallorum; quæ ſemper hactenus vocata eſt Imperij pars. Cæterùm, Paradinus admittit ſe integrū textum contractus furatū eſſe duntaxat in exemplari aliunde mutuato [m]. Nos verò ipſum autographum (cuius portio ſuperiùs allata eſt) in Archiuis perlegimus; & quidem tutiùs factitatum. Atque reuerà etiam deceptus eſt idem Paradinus, quando inſculpſit, *vſque Burgundiam*. Adeóque intellexit fines doni ad Ducatum vſque Burgundionum [n] videri extenſum. Ipſius autem fallacia in eo poſita eſt, quòd typus dicat *vſque Burgundium* [o] oppidulum præfati Delphinatus; de qua ſola prouincia ibidem loquitur membrana. Eáque villa hodie ſpectat ad Viennenſem Archiepiſcopatum, & vicinia ad Lugdunenſem Eccleſiam.

Limites Guigonis Forenſis & Capituli Comitis Eccleſiæ Lugdunenſis.

g Du Puy en Velay.
h Et mille centum marchas argenti.
i Suprà Nu. 67 an. 1131.
k Nu. 73. an. 1157.
* Imò Eccleſia ipſa Lugdun. emit Comitatum ſuis ſumtib.
l In Sabaudia, Breſsia. Alia de his Rubyzius in Lugdunenſ. li. 3. ca. 33.
m Scil. ab exemplari defuncti D. Belieurij Præſid. Parlamenti Delphinatus li. 2. cap. 58. & aunis Claudij Archiepiſcopi ab ann. 1605.
n La Bourgongne pais.
o La ville Bourgoin.

Paragraphus 2.

Chronicon Guichardi corruptum.

VT nunc interdum meminerimus ſtare promiſſis præcedenti Numero inſtitutis, ac eò pertinentibus, & ad præſentem locum relatis; alterius Chronologiæ errorem detegamus, quæ eſt præfati Paradini, eáque prima ab eo impoſita Sedi Guichardi Archiflaminis Lugdunenſis [p]. Profectò eius annus, quem author fecit M. centeſimū quinquageſimū octauū, ſi adiūgatur ſeculo Drogonis Archipræſulis ante Guichardum conſcripti, ingentem parit seſſionis ſeu chronici vtriuſque ſtatuendi difficultatem. Nam hoc pacto, vel adſequeretur mendoſum dici calculum Paradini pro Drogone è veſtigio ſuprà contentum: qui Archipræſul Drogo alioqui eſſet Guichardo poſtponendus, emendato eodem calculo: vel duo Guichardi Metropolitani eſſent conſtituendi, Drogone intermedio; ſicut antea duo Burchardi Archiepiſcopi viſi ſunt Lugduni ferè adſcribendi ex præmonitis [q]. Verùm, nos tandem hanc omnem controuerſiam ſic dirimere ſumus enixi. Imprimis Guichardum vnicum proponimus, ex eo quòd nullus authorum duplicem huiuſce nominis Lugduni conſtituit ad hanc vſque diem: nec repetitionis moliendæ neceſſitas aut fides aliqua tantiſper occurrit. Secundò, Drogonem ei præferimus: graui ad hoc ducti argumento, quòd nimirum videmus hic euertendam eſſe ſupputationem Sedis Guichardi an. 1158. ſi rem propiùs, vt par eſt, inſpexerimus: maximè cùm via aliud ſuccurrat propugnaculum præſentis vitandæ contrarietatis, aut iuſtæ Sedis horum duorū Archipræſulum efficiendæ, quàm Drogonem præmittendo. En cauſa diſcordiarum conſequenter. Alexander Papa III. Bullam Primatiæ à ſe confirmatam erga tres dudū commemoratos Archiepiſcopos, renouauit eidē Guichardo; nimirum pro nona omniū cōfirmandi vice, ſeu pro prima Bulla eiuſdē Pontificis ad ipſum Guichardum, donec infrà aliæ ſubſequantur. Sed ad priorem hanc rediturus ſanè imperfectū huius rei textum è membranis nimia vetuſtate attritis expreſſit Paradinus, & in peculiaribus ſuis diſcurſibus teſtatur eā datam Montiſpeſſulani die 11. Auguſti anno 1158. Nos, retentâ & approbatâ hiſtoriâ, ſeu facto Apoſtolicæ Sedis, hunc calculum duntaxat improbamus. Præfatus Alexander Pont. Max. Sede Romana donatus eſt non citiùs quàm anno 1161. ſi rem penitiùs contemplemur. Etenim poſtquàm Lucius vnus anteceſſorū ſedit Romæ menſib. 11. & diebus 4. ac obiit, ex Genebr. & vetuſtiore S. Antonino [r], id eſt, ibi cōplenit an. 1144. vſque ad ingreſſum prope anni ſequentis (cùm niſi dies ſex defuerint) ſanè eius ſucceſſor Eugenius III. Sedē occupauit ann. 8. menſibus 4. diebus 20. ſcilicet hos menſes atque dies ſurripuit verſus & ſuper ann. 1153. vt concluditur eiſdem authoribus, aut infertur ex ipſis eorūdem calculis. Deinde Anaſtaſius 4. ex in Cathedram tenuit anno vno atq; triente [s] cum diebus 24. vnde ſequitur vitā finiſſe die 8. menſis decimi anni ſal. 1155. Tum Adrianus 4. alius ſucceſſor, qui rexit Eccleſiam an. 4. & menſibus 10. animam exhalauit die 8. menſis octaui ann. 1161. veluti probè licet inferre. Iſticq; vacat ſolium dies tres. Igitur ſedes Alexandri II. ſucceſſoris Adriani ipſius, initiū habuit anno iſtùm 1061. die 12. menſis octaui. Qui menſis cadit quidem in Auguſtum (de quo ſuprà) ſed triennio poſt tempus Bullæ eiuſdem Alexandri, deſignatum in textu Paradini: ſi credatur annuas ſolis reuolutiones tunc ſolitas eſſe exordium ſuum ducere à die feſto Circumciſionis Domini, veluti annum [t] nunc emetimur, de qua materia diuerſimodè Beda [u]: vel cadit in menſem Decembrem aut Ianuarium [x], ſi eo æuo anni cœperint à Paſchate, ſeu connumerati fue-

Primatia ei rurſus conceſſa.

I. Bulla.

Annus collationis valde controuerſus.

p ſeu vltima Ẽ aclij prædeceſſoris.
q Nu. 64. §. 6. & Nu. 65. §. 1. Guichardus pignora Eccleſiæ Lugdunen pro 60. marchis obligata redemit.
r 2. parte, tit. 17. ca. 1 §. 6.
s 4. menſib.
t ſolarem ſeu ciuilem.
u To. 1. li. de diuiſionib. temporum, 4. de tribus dierum nominib. To. 2. li. de temporum ratione, cap. 34. iterum To. 1. li. de Compoti ratione, 6. 6. & 7.
x Quem Genebr. in Chro. pa. 3. facit 11. menſem.

rint à menſe Martio, ex priſtino more noſtris adhuc diebus variato y, annis mox inchoātibus y Edicto Regis Car. 9.
die Calendarũ Ianuarij. Tandē verò quocunq; vertamur, ſanè Alexāder nondũ ſedit anno Lutec. 1563.
citato 1158. Arbitrandũ ergo fallacē dici Paradini editionē, & veriùs ſumptā pro anno 1168. ait 39. poſt
qui annus illic (reor) apponi debuit: vnde nos etiā eiuſmodi ſupputationē iſtic retinemus & ſtatutum
conſeruamus. Etenim verè eo tēpore, imò vlteriùs, pulchrè ſedebat Alexāndet. Nā ex 2. parte Fij 4. cùm
S. Antonini z in ipſo ſuo textu, vniuerſa huius Pōtificis Sedes extitit ann. 22. vel ex titulo ibi- antea annus
dē, fuit annorũ 21. menſiũ 11. & dierũ 23. At ex Abbate Vrſpergenſi a legitur annorũ circiter incipere in
24. Quòd ſi inſpiciatur confuſũ quoddā ſuæ Sedis exordiũ, certè ex ſententiis quidē Trite- Galliis, & alibi in feſto
Examen ſedentium Pontificum Romanorũ. mij b ac Genebrardi, nō niſi anno 1159. incepit: aut ex Abbate, ſub finē anni 1158. Qui omnes, Paſchæ.
dũ pretermittũt recapitulationē menſiũ atq; dierũ in ſummā annui tēporis ad integrũ meri- z § 10. loci cit.
tò redigendā: profectò Chronicon exactè ſcrutati nō ſunt, vti veriùs conijcitur. Rationq; ſatis a pag. 293.
euidens inducti ſenſim erroris aut vitij, eſt, quia ipſi paſſim enumerāt annũ imperfectũ cuiuſq; b pag. 189. Baſileæ apud Parcum.
Pontificis Sedē morte relinquentis pro integro vno anno: paritérq; redigunt annũ itē imper-
fectũ alterius ſubſequentis Epiſcopi pro integro rurſus anno in emetienda cōtinua Chroni-
ci Papę cuiuſq; duratione. Adeóq; vnicus annus bis ſæpe vni calculo ſubijcitur. Idq; fit non
ſecus ac annus natiuitatis, vel alius obeuntis perſonæ alicuius vulgò ei adſcribitur primus,
aut vltimus abſolutè, ac ſi integer eſſet, tametſi medius ſolùm extiterit. Nā ſequens necis itē
verè imperfectus, planè ſecundus appellatur, &c. ita facilè, quàm ſi foret emenſa ad longũ an-
nua reuolutio. Nimitũ res euenit ex vulgato ſuſcepto more, equidē corrupto, ac in abuſum
periculis tandē obnoxium trahente, dũ primus antecedentis Epiſcopi imperfectus annus pro
ſuo primo toto numeretur: & ſic de reliquis. Falsò tamē ita ſæpe obſeruari aſſolet. Atq; idcir-
co nos in præſenti negotio hoc additionũ ſeu cōmentariorũ munus percōtari & exequi mox
debuimus accuratiùs, dũ ſe obtulit vrgēs neceſſitas tanti examinis ad amuſſim perficiūdi in
notabili demum allucinatione. Hácq; ſub finē ratione, prælibata Papæ cōfirmatio in gratiam
Primatiæ Eccleſiæ Lugdunenſis attribuēda videtur an. 1165. vel ſaltem an. 1166. inchoante vt c li. 2. ca. 37.
minimum, ſi factum Drogonis ritè annumerauit Paradinus c. Sic antiquus Monachus ſancti * fol. 81.
Solutio. Mariani apud recentiorem Nicolaum Camuzæum * docet Guichardũ in Archiepiſcopum d Eſtque
Lugdunēſem aſſumptũ anno finali 1166. Et eo pacto, prætēſa repugnātiæ difformitas, in cō- dies 30. Iulij
cordiā ſcitè reuocata putatur, ex altiore ducta principio. Ac verè etiā prototypus Bullæ Ale- longè diſtans ob 11 Augusti Paradini.
xandrinę, quem legimus, ſecularem annum minimè adnotat: ſed duntaxat vrbem, & ter- Nec conſtat Alexan-
tium Calendas Auguſti conſcribit. Adeóque neſcio certè, à quo Paradinus ſuum milliarium drum dum
didicerit. Aut veriſimilius eſt deceptum eſſe Calcographum ſuæ editionis per decennij ſpa- pro Primatia dediſſe lite-
tium, citiùs quàm æquitas poſtulaſſet. ras.

Paragraphus 3.

MOx decenti tēporũ ſerie opus eſt reuoluamus vitam ac hiſtoriā S. Thomę cognomine
S. Thomas Cantuarienſis Lugduni probabiliter receptus. Bequet, Cantuarienſis Archiepiſcopi; quæ nōnihil pertinet ad præſentē de Lugdunenſi
Clero ſtatũ; velut ſit cōſequēs res eximias à proximo ſuo anteceſſore D. Anſelmo pariter Cā-
tuarieñ cōcinnatas primùm Lugduni: de quo S. Thoma obiter hunc in finē verba iā miſcue- e Nu. 74. §
ramus ſub Hugone Lugduneo e, quatenus idē Thomas veriſimiliter quoq; Lugdunũ aduene- & 9. medio.
rit & cōfugerit: vt inde ſermo pro tali Anglo ex profeſſo & copioſiùs iſtuc diffeeretur, dũ ita
ſtamus promiſſis. Atq; propterea id negotiũ debitũmq; perſoluimus hoc III. Paragrapho, quia
res ab ipſo Thoma religioſè in Galliis aut Lugduni patratæ, cōpleſſe videntur annos 1168.
1169. 9. & 70. nimitũ pulchrè ſequutos annũ præcedētis pro Guichardo Paragraphi f in Cathedra f 2. an. 1168.
1170. Lugdunēſi: donec exacto vitali curſu eiuſdē S. Thomę, qui in Angliā reuerſus obiit an. 1171.
nos per poſteriores Paragraphos redeamus ad reſiduas noſtri Guichardi hiſtorias, tũ pro Car-
thuſianis in Gallia Lugduneñ ſub eodē an. 71. pacificādis, tũ pro vlterioribus eius annis erga
cæteras tanti Primatis occupationes ſatis arduas. Sic ergo de S. Thoma pedetentim ratioci-
Pulſus ex Anglia. namur cũ lento annorũ progreſſu. Nemo neſcit probũ illũ Thomā Londinenſem g diſiectũ g ex Ioan. Carnoten.
fuiſſe ex Anglia ab Henrico ſecundo Rege ſuo, dũ in Cācellatij munere, quod obibat, regiæ Epiſcopo.
cupiditati parere nollet in his rebus, *quæ cum diuinis legib. pugnarent*, vt loquitur Surius.
Ipſe verò in terribili exilio Galliam petijt anno circiter millesimo centeſ. quinquage-
ſimo. Circa quæ tēpora, aut maximè poſtea Guichardo ſedente, inſignis Eccleſia Lugdunēſis
tantũ virũ probabili argumento reuerenter excepit, & in eum chriſtianiſſimæ hoſpitalitatis
officia deuotè liberaliſſimēq; exercuit. Dico, *probabili argum.* Nam propter dirutam ſpoliis à
Caluinitis deinceps hæreticis Eccleſiam Lugdunenſem, ſanè coęua materiæ inſtrumenta in
Archiuis Eccleſię haud deprehenduntur. Verùm hęc duo efferā pro aſſerēdo eius deſcenſu
ad Lugdunenſem Eccleſiam. Vnum eſt quidem ſynchronum huic Anglicano Primati, & aliũ
de quam ex interiori Baſilicę Lugdunenſis Gazophylacio mutuarũ. Etenim Cęſar Baronius
in Annalibus ſub Alexandro PP. III, annóq; ſalutis 1168. pręlata nonnulla inſerit ex veteri
Authore

Authore Hereberto *, quando illi S. Thomę vlterius facilis aditus nondũ patebat, vt Romam ad Pontificem ſummũ proficiſceretur ob natũ ſchiſma Guidonis Cremenſis ſe tunc pro PP. ferè gerentis, vniuerſámque Eccleſiã diuidentis, quem Genebrardus in Chronologia vocat Ioannem. Itaque poſtquam idem exul Vates & Pręſul in Gallias appulſus, Carnuti primùm, deinde apud Senonas aliquantum remanſit hoſpitatus: is peregrinus aliò gradũ facturus, dixerat: *Aliâ eſt nobis viâ procedendum. Audiuimus circa Ararim fluuium Burgundiæ* (ait Author) *liberaliores eſſe homines. Ad hos ego & vos* (commilitones Angli) *pedites ibimus, qui viſâ afflictione noſtra, fortaſſe noſtri miſerebuntur, victualia miniſtrantes ad tempus, donec nos Dominus viſitet. Potẽs eſt Deus in vltimo miſeriæ calculo ſuis adeſſe. Infidelis deterior eſt, qui de Dei deſperat miſericordia.* Vnde coniectura eſt, quòd vir pius ſuper Ararim Lugdunum tandem deſcenderit, aut ſaltem aliqui ex eius ſociis illic commorati fuerint. Nam etſi ex Authoris textu idem Sanctus cùm talia narraret, à Ludouico iuniore ſeptimo Rege Frãciæ vocatus & à Senonibus perbellè exceptus fuerit: attamen illinc ad extremum abſcedens, necnon ad Romanam Curiã pedetentim anhelans ſopito ſchiſmate ex ſelecto antea legitimo Pontifice Alexandro III. h vrbem Lugdunenſem haud dubiè incoluit, & infirmas ac debilitatas vires ſuas annis aut mẽſibus aliquot illic reficere nõ dubitauit, velut probè ſcius, quòd anteriore ſeculo D. Anſelmus etiam Cantuarienſis ibidẽ pariter honorificè receptus eſſet. Iam inde aliud theſeos veriſimilius documentũ ex valde authẽticis profluit codicillis à poſteriore petitis circa futuras ei tẽporũ ſucceſſiones latentibus in ipſiſſimis nunc Eccleſię Lugdunę ſcriniis ac Voluminibus, quæ perlegimus, quaſi proximè affinibus B. Thomę ętati: ſeu quibus MS. nos tutò inferre poſſimus D. Thomã Lugduni cõmoratũ eſſe in perfugium, & Clerum Cathedralem Baſilicę S. Ioannis Baptiſtę hunc exulẽ bene meritũ hilariter & alacriter ſuſcepiſſe, vtrinq; memores recentis iſtius latebrę, in quã paulò antea refugerãt alij exteri Thomę conſortes. Hæc autẽ ſcripta dilucidè extant Nu. 87. §. 4. tanquam loco ſeculóve decentiore. Vnde & pius Clerus Lugdunenſis pergere voluit in illo continuo pręſtando hoſpitalitatis officio ipſi D. Thomæ, quali etiã munere eadem Eccleſia nuper functa fuerat erga Anſelmũ eiuſdem Thomę Confratrẽ, viuentibus adhuc pleriſq; tunc in Clero Lugduneo, qui anteriorẽ ibi hoſpitalitatẽ perſpexerãt. Quippe aperta Cleri & pręclari facinoris veſtigia remanſerant, dum multis ſuccedẽtibus ſeculis viſa & agnita eſt in Clauſtro Eccleſię Lugdunenſis ampla domus atq; Palatium Cantuarienſibus Archiepiſcopis ſuiſq; Cleris dedicatũ, necnon nobile Caſtrum ruti, vtrunq; dono prorſus in perennẽ conceſſu poſſeſſionẽ, vt pote pro Anglis eiuſmodi recipiendis, quoties in Anglia catholica fides quateretur, & in Galliis exules verſarentur, cùm iidẽ Angli illis & ſequentibus ſeculis adeo frequenter periclitarẽtur, vt in dies fermè è patrio ſolo deiicerẽtur inermes. Tu, lector, hos ſingulos attributorũ domiciliorũ effectus ex temporũ conſequentibus, ſtudioſè perleges in Ioanne II. Archipręſule breui ſuccedente *: quę dubio procul demonſtrant anteriora vera, quę iſtic prælibauimus, deperdita antiquitatis documenta, tãquam bona abũdè in ſubſidiũ Lugduni donata, tũ S. Anſelmo, tum beato poſtmodũ Thomę, Cantuarienſibus Archiepiſcopis è propria Sede repulſis. Sic itaq; vt Clerus Lugdunenſis opportuna & neceſſaria humanę vitę ipſi Pręſuli Thomę miniſtraret, eas adiacentes poſſeſſiones cũ ſuis omnibus vſibus largita eſt, quas iã S. Anſelmo prębuerat. Vbi quandiu is poſterior remãſit, fortaſſis per trienniũ, corpus ſuũ ieiuniis, cilicio, verberibus ſecretò affligebat, cũ ſũma erga pauperes liberalitate. Scilicet, illic pergebat eandẽ profiteri morũ integritatẽ ac vitę auſteritatẽ, quã iam antea in Curia aut Anglicana Diœceſi inchoauerat, & qualẽ hiſtorici eã ſemper extitiſſe pręḋicant: vt mira ſanctitas eſſet exẽplo prouincię Lugdunẽſi ac toti Clero, quaſi in victus aſperitate Anſelmũ Collegã prorſus æquaret. Miſſa facio alia quædã eximia ſuæ vitæ geſta: imprimis quòd probus ille vir poſtea Lugduno in Italiã profectus ſit ad Alexandrũ tertiũ Pont. Max. circa annũ centeſ. ſexageſimum nonum ſupra milleſimũ: deinde quòd legatur Romã ablegatus ad Burgundionũ Pontiniacenſe Monaſteriũ Ordinis Ciſtercienſis: tertiò quòd reuocatus cenſeatur ab exilio in ſuam Angliam, operâ Ludouici VII. Regis, ad quem iſte Sanctus refugerat: & quartò quòd tandẽ in Anglia martyrio ſublatus ſit anno quinto ſequenti [i], vel ex aliis anno IX. [k] Verùm hîc potiſſimùm commemoro, quòd tantus amor & pietas Eccleſiæ Lugdunenſis exarſerit in talem virum; ſeu quòd is Præſul adeo fragrantem reliquerit odorem ſuæ virtutis in naribus & mentibus Primorum Lugdunenſiũ, vt poſtquam auditus eſt euentus martyrij crebris illuſtratus miraculis, & Alexãder Papa [l] eundem in Sanctorum Canonem retulit, è veſtigio ſequax Ioannes I. Lugdunenſis Archiepiſcopus totúmq; Capitulũ piè irruerit in religioſã illã cõmuniũ ſuffragiorũ ſentẽtiam, atque decreuerint moliendam fundationem & fabricam Eccleſiæ Fotuerianæ cum eius Canonicis, quam hactenus in decus & memoriam illius ſancti Thomæ Martyris conſuemur. Vt qui paulò antea corpore præſens adhęrat in agro Lugdunenſi, nunc ſuperſit perpetuus ob

Receptus in Galliis.

Duplici motu.

Liberaliter ab Eccleſia Lugdunenſi hoſpitatus, ſicut D. Anſelmus.

Poſſeſsiones Lugduni pro Anglicano Clero exule.

Thomas Martyr effectus.

Eccleſia Lugduni condita in eius memoriam.

* in Quadrilogo ſeu Quadripartita. Bar. To. 12. Mogun. col 742. Nu. 69.

h Sedens ab an. 1159. ad 1180.

* Nu. 87. §. 4.

i an. 1178. ex Ioanne Carnuten.

k ann. 1174. ex Petro de Natalib. li. 2. ca 59.

l Sedit ab an. 1159. ad 1180.

oculos ſyncer æ recordationis Præfectorum Cleri Lugdunenſis. Nemo autem iſtic miretur, quòd Nicolaüs Sanderus aut alij, quicunque hiſtoriam S. Thomæ delineauerunt [m], haud meminerunt prouinciæ Lugdunenſis, in qua ipſe conſtiterit, quod ſaltem inter legendum aduerterim [n]. Cùm enim vniuerſaliùs paulò de illo loquantur, nō proinde debet induci negatio ſpecialis cuiuſdam facti, dum adſunt conſequentia ad minus præfati ſui documenta perfugij in penetralibus Eccleſiæ Primatialis. Equidem certè bellorum ciuilium excidia aduerſus eam Eccleſiam totámque ciuitatem perpetrata, obſtant quominus aliquas anteriores habeamus præ manibus notas rerum præclarè geſtarum illius æui, cùm ipſi inſtrumenta ferè omnia ignibus hoſtilis ſuæ infidelitatis ſæpè tradiderint. Idque factitatum eſt in Galliis, maximè anno 1562. Non ſecus ac in Anglia Henricus octauus Rex Anglicanus hæreticus [o] ſuſtulit quoque de medio atque diripuit Sepulchrum Cantuarienſe ſancti Thomæ anno 1536. teſte Sandero: qui author aliud nihil de ipſo martyre præfatus eſt, quàm quòd recentior ille Henricus imitatus ſit in pœnis veterem Henricū ſecundum ante quatuor ſecula prædeceſſorem in Regno Anglicano: dum atroces iſtius ſucceſſoris milites ſuſtulerint è ſacro illo D. Thomæ monumento *tantam auri, argenti ac lapidum pretioſorum & ſacrarū veſtium vim & copiam* (inquit Author *) *quanta viginti ſex plauſtra boum deportauerant*: nimirum talis fuit ingens maiorum deuotio erga pium illum martyrem. In ſumma, etſi ex Archiuis Eccleſiæ Lugdunenſis deperdita ſint coętanea monimenta de tanto martyre: tamen, ex ſingulari Chriſti gratiâ, in iiſdem ſuperſunt hoc tempore Capitulares libri ſubſequentium ſeculorū, qui profectò huius narratiunculæ veritatem edocent, & varios effectus rei præcedentis in lucem proferunt centum ac ducentis pòſt annis. Sed pręcipuè viginti pòſt annis ſub Ioanne II. Archipræſule [b],

Quare hiſtoriographi non meminere ſui verſus Lugdunumdunenſis.

Reliquiæ eius ſublatæ.

m Petrus cit. Herebertus Cardin. Ioan Carnoten. Guilelmus Cantuarien Alanus & Benedictus Abbates. ac Eduardus contemporaneus Thomæ.

n non ſaltem Sanderus, Petrus & Surius perlectus.

o Lutheranus.

* li 1: de origine ſchiſmatis Anglican. pag. 189 Romæ. 1586. Simil e Iacobus Eſtoorneau in commentatiis rerum memorabil. Gallicè, an. 1558. Lat. 1571. pag. 205.

b Nu. 87. §. 4.

Paragraphus 4.

II. Bullæ.

ABſolutis hac vice Cantuarienſibus: redeamus ad domeſtica exempla de Carthuſiano Eremo intra Lugdunenſem Diœceſim conſtituto. Etenim viſum eſt conſentaneū hîc rurſus apponere alia duo ſe inuicem adſequentia & ſimul iuncta Diplomata præfatorū Alexandri Rom. Pontificis & Guichardi Archipræſulis à Chronologia Conſtantię Carthuſianę

1171, mutuata. *Regnante D. noſtro Ieſu Chriſto* (ait locus) *anno ab Incarnatione eius milleſ. centeſimo ſeptuageſimo primo, Dom. Alexandri PP. III. Epiſcopatus decimo tertio, Dom. Guichardi Lugdun. Archiepiſcopi ſeptimo, Indictione 5. ſexto Idus Nouembris, Luna 7. nimirum per mandatum eiuſdem Romani Pontificis ab ipſo Archiepiſcopo S. R. E. Legato, renouata eſt limitatio Eremi Portarum ex parte inſtaurati eiſdem veſtigiis & limitib. quibus pridem à ſanctæ memoriæ Patrib. Falcona Lugdunenſi Archiepiſcopo, Guilelmo Belicenſi Epiſcopo, & Iſnicone Ambroniacenſi Abbate iudiciali deciſione confirmati dignoſcuntur, ſecundum authenticam eiuſdem venerabilis Falconis Priuilegy formam & Apoſtolici Reſcripti tenorem, quod eſt huiuſmodi. Alexander Epiſcopus ſeruus ſeruor. Dei, venerabili Fratri Guich. Lugdunenſi Archiepiſcopo Sedis Apoſtolicæ Legato, ſal. pacem & concordiam. Quæ inter viros religioſos diſcordantes diuinâ operante gratiâ noſcūtur reformata, diligentiùs conſeruare debemus, & omnem de medio tollere materiam iurgiorum. Ne autem diſcordia inter viros religioſos Fratres de Portis & Canonicos de Ordinato per gratiam Dei ſopita, facilè occaſione reuiuiſcere poßit: Fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus viris Religioſis & diſcretis tibi aſcitis ad locum ipſum accedens, Priuilegium bonæ memoriæ Falconis prædeceſſoris tui diligenter ſuſpicias, & eos lapideos [p] amotis ligneis ſtudeas apponere, remoto appellationis obſtaculo. Dat. Tuſculi 2. Nouembr [q]. Igitur, Ego Guichardus ſanctæ Lugdunenſ. Eccleſ. Archiepiſcopus, & Apoſtolicæ Sedis Legatus, accedens ad locum, aßiſtentib. vir. Religioſis Aimone Ambroniacenſi Abbate cum Monachis eiuſdem Monaſterij, &c. poſt interpoſitam in ipſo confinio coram omnib. excommunicationem, ne quis veritati deeſſet, monſtrantib. vniformiter priſtinam terminorum poſitionem diſtinctam per venerabilis memoriæ Falconem prædeceſſorem noſtrum, his qui ſactum viderant præſentibus, Apoſtolica authoritate & noſtra ſecundum iniunctam mihi formam terminos lapideos poſui, &c.* Hæc ſatis pro ſecundo Diplomate. Nam prima Bulla Pontificia pro Guichardo, eſt ea ſuperiùs dictata ab initio [r], quam ipſe Papa contulit eidem Archiflamini in fauorem corroboratæ ſuæ Lugdunenſis Primariæ. Sed interea aduerte, Lector, quòd ſecundum iſtud Decretum ſancitum eſt anno M.CLXXI. ac ſeptimo ſedentis Guichardi. Ex qua ſcriptura, perfacilis & aperta concluſio inferenda venit, quòd ergo annus primus Archiepiſcopatus eiuſdem Guichardi fuit milleſimus centeſ. ſexageſimus quintus præciſè, item quòd anteceſſor Drogo Archipræſul illic ſedem ſuam ſtabilierit vſque ad annum præcedentem MCLXIV. vel certè ſub initiis anni pręfati LXV. adſequentis, quémque Drogonem paucis pòſt diebus aut menſibus eodem anno ſequutus ſit noſter Guichardus. Taléque Reſcriptum Papæ nondum in priore huius Operis editione deprehenderamus. Propterea recens iſte calculus hiſtoricus, fortuitò repertus

Papa Guichardo pro Carthuſianis.

p limites, ſuperius.

q vel Aprilis.

r §. 2.

Initium Guichardi.

pertus in hac altera typographia, optimè quadrat cum ſupputationibus à principio controuerſis,& in deliberationem venientibus ſuprà, quando ipſos Drogonem morientem,& Guichardum ordientem deſcribebamus [f]. Laus Deo.

f §. 1.

Paragraphus 5.

1173. REliquam breuem Chronologiam ſucceſſiuè perſecuturi, hæc ſcitote. De Guichardo
patent quædam Acta Anni M.C.LXXIII. apud Paradinum [t]: quæ idcirco huc non ſunt
compellenda, nec repetenda. Ea verò in re mirandum primò, quanam ratione idem Author
alibi narret [u]. emptionem à Guichardo Archipręſule factam in ſuæ fauorem Eccleſię anno
1239. & ſeptimo regni D. Ludouici, venditore Ioanne Brenno Comite Matiſconenſi, quem
Paulus Æmilius [x] dicit Regem Hieroſolymitanum,& alij Acrenſem [y]. Nam aduerſantur
huic calculo ſecula plurium adſequentium Archiepiſcoporum etiam à Paradino dimenſa.
Neque tandiu ſedere potuit iſte Guichardus: vt neque apud aliquem auditum eſt vnquam,
quòd alius iterum Archiantiſtes huius nomenclaturæ ſucceſſerit. Pręterea, ille annus fuit
decimus tertius ſancti Ludouici, non ſeptimus, ex omnium ore [z]. Secundò, miramur inſuper,
quonam pacto Bibliothecæ Floriacenſis editio dictitet quædam Acta Federici Imperatoris
apud Biſuntium habita videri [a] anno XIV. regni,& ſaluris anno M. CLXXVI. in fauorem
Vuillelmi Viennenſis Archiepiſcopi, quem Imperator creat Principem ſeu Præſidem Cōcilij Regni ſui Burgundiæ,& quibus in Actibus teſtis primus adfuerat Drogo Lugdunenſis Archiepiſcopus, citra plures ibi Magnates. Enimuerò tunc Lugduni ſedebat iſte Guichardus anno 1. ſuæ Cathedrę, poſt Drogonis abſceſſum. Adeóque profectò cenſentur ea
dicta veriùs celebrata anno inchoante milleſimo centeſimo ſexageſimo quinto, qui præciſè eſt annus decimustertius Federici, cùm cœperit imperitare anno 1152. Viderit ergo Typographus num errorem in pręlo commiſerit. Saltem dicimus, quòd retento eo anno 1165.
qui fuit Drogonis vltimus, ſanè Chronologia ritè congruit ad extremum ſeculare Drogonis eiuſdem tempus, quale pręfiximus [b], ſimúlque ad exordium Guichardi. Qui Guichardus è vita migrans, *pignora Eccleſia pro ſexaginta marchis obligata redemit: ei dedit duos bacinos octo marcharum, duas ampullas argenteas, caſulam vnam optimam cum aurifriſio, Dalmaticam, Tunicam, cum aurifr. Stolam cum fanone pro mille ſolidis: domum de Claſeto readificauit, in domo ſua Pontificali cameram fecit, in ſuperiori atrio tectum & picturam tecti renouauit. A Girino Abbate ſancti Iuſti domum de S. Romano cum appenditiis redemit XXX. libris. Eo præſidente ambitus murorum Clauſtri cæptus & conſummatus eſt,& opus Eccleſ. ſancti* Ioannis *inchoatum* [c] (quale nunc.) *Terram, quam apud S. Romanum tenebat, Eccleſ. conceſſit: eo tenore de medietate in refectorio, quo die anniuerſarij ſui.* Illo in textu duo aduerte. Vnum, quòd tunc Archipręſul & Canonici, totúſque Clerus reficiebantur & victitabant in communi ſocietate. Alterum, quòd aderat alius Abbas in Eccleſia S. Iuſti ſub titulo, diſtinctus ab Archiepiſcopo, qui ſolus deinceps & nunc prędicatur Abbas & Archiflamen, mixtis ad vnam ſemper perſonam dignitatibus, fortaſſis à quo tempore Eccleſia Conuentualis Monachorum D. Iuſti facta eſt ſecularis Collegiata [d]. Et alia iſte Pręſul haud pauca impertitus eſt: vt pote *acquiſiuit feudum quod Guinardus de domo ſua tenebat, necnon apud DarZiliacum tertiam partē decimar. ab Aymino milite. Item domum de Clazeto conſtruxit: tum in valle longa, vbi macellum eſſet, aliam domum adificauit: vna cuius medietas pertinet ad Eccleſiam Lugdunenſem, altera medietas ad domum Pontificalē.* Sic fantur libri Obituum [e]: in quibus minimè ſubeſt dies interitus; niſi alicubi [f] die quinta Kalend. Octobris, ac multò minùs ibi recolitur mortis annus. Videtur tamen è viuis diſceſſiſſe, orien-
1175. te anno 1176. vel pręcedenti finiunte, ex infrà poſitis *. Interea, idem Antiſtes Primas ſepulturæ tradi voluit ante maius Altare Caſtri Retortorij ſeu Riorrerij [g], quinque leucis ſupra Lugdunum diſtantis ad Ararim, quod ipſe acquiſierat à Ioanne Bremenſi Comite Matiſconenſi pro quindecim mille libris. Id ex veteri manuſcripta traditione hauſimus,& deinceps hoc editum vidimus à Quercetano in Notis ad Bibliothecam Cluniacenſem [h], qui ponit emptionem eſſe ſexdecim mille librarum,& corpus ſepultum ante maius Altare loci. Alia verò geſta rurſus ipſi Guichardo probabiliùs adſcribenda lege commodiùs appoſita Numero XCIII. §. 6. Sedit ad decennium.

Historia corrupta in duobus Authoribus.

Clauſtrum & Eccleſia conſecta Lugd.

t 2. ca. 38.
u c. 41.
x ſub Philip. Aug. fol. 134. & 137.
y Sanlul. in Burgund. origine, pa. 255.
z Æmil. Til. & Tabulæ clariſſimæ.
a In antiquitatib. Viennenſib. Ioan. à Boſco, p. 89.
b nu. 80.
c tamen apparet id templum an. 700 ex nu. 50. §. 3. fin. & iā antea nu. 70. §. 11.
d de cuius Monachatu nu. 24. §. 2.
e fol. 225.
f in mag. lib. Obit. poſt fol 14.
* n. 82. & 85. §. 1.
g ope Emanuelis Chalon,& in Martyrol. Matiſc. viſo an. 1609.
h poſtea impreſſam nouiſſimè, col. 96.

LXXXVI. *Paragraphus* 1.

Cur Gilbertus nõ priùs quàm nunc in Catalogo reponatur.

GILBERTVS ſeu aliis *Gilebertus*, hîc ritè adſequitur. Nam ſi tandem ponatur,
veluti eum iudicamus ſtaruendum, ipſum oportuit proximè Guichardo ſucceſſiſſe,
præſertim ab anno ſalutis M. C. LXXVI. Saltem mirificam de eo hiſtoriam ſub
illa ſolari reuolutione tradit Chronologus Cęſar Baronius Tomo XII. eccleſiaſticorum [a] pa. 675. 78. c. 79. c. Alexã. PP. 3. an. 17. Federic. Imperat. 22.
Annalium [a]: quo tempore pius idem Archipręſul hæreticos ſui æui telis doctrinę ſuę con-
fodere nitebatur. In priore noſtra Præſulum Celtarum editione hunc prætermiſera-
mus,& Guichardum perduxeramus ad Ioannem II. vſque per additam quinquennij inter-
capedinem,quem Ioannem mox cernetis loco ſuo collocatum poſt illum emenſum ab anno
præſato quinquennium. Ratióque iſtius quondam omiſſionis fuit, tum quia vix dum edi-
Octauus adcl us. tus aut diſperſus fuerat in lucem poſtremus ille Baronij Tomus, quando anteriorem ty-
pographiam componebamus anno 1605.& 1606. [b] tum quia cenſebatur nonnullis hunc [b] impreſſam Lugdun. per Claud. Armand. 1607. & Tom. 12. Baron. editus eſt eod. an. Romæ.
Gilbertum antiquitus confundi fortaſſis debuiſſe cum nomine Guichardi ob concordes
primarios characteres. Verùm tandem arbitrati ſumus eundem Gilbertum neceſſariò in
ordinem horum Præſulum ſeiunctim redigendum ad quinque ſequentes annos,nec plures;
nimirum ob patentes hiſtoricos Baronij poſt Sanderum tractatus aduerſùs Albianæ impie-
tatis homines: ex parte etiã quia non ſuppetunt aperta ſatis geſta tardiora Guichardi,quæ
1176. tempus ſuum prorogent vlteriùs,& quinquennium ei attribuant, adimpleántque vſque ad
numerum M.C.LXXVI. En diſcurſus ex Baronio depromptus,totáque eius mens cum
Cõdemnauit prima ſententia hæreticos Albigenſes. præcipuis ipſius periodis,& aliis inde per nos adiunctis. Eo tempore prima inchoabant &
ſuccreſcebant germina hæreſeos virorum,quos vulgus in Toloſana prouincia graſſantes vo-
citabat *bonos homines*, deindéque Albienſes, vt Author loquitur. Attamen moneo,quòd
totus Albiorum Epiſcopatus,vnde ſubiecti ibidem populi Albigenſes paſſim nuncupantur,
minimè pendet ex Toloſano Vaſconum Archipræſulatu: at ex Bituricenſi in ſuperiore A-
quitania. Inde verò Gerardus tunc Albius Antiſtes huic ſchiſmati ſe alacrem oppoſuit cum
aliis eruditis quos in Concilium aduocauit Epiſcopis,ac imprimis cum Gilberto Lugdunen-
ſi valdè conſpicuo. Plebs illa Albienſis oberrans, Oliuerio duce,credebat neminem ad fi-
dei profeſſionem teneri, Deum animos creaſſe ante corpora à cacodæmone compoſita, in
Eorum hæreſes. quæ plures viciſſim animæ tranſmigrant: de medio tollebant mortuorum reſurrectionem,
purgatorium,infernum damnatorum: denegare ſoliti ſunt commoda ſuffragiorum viuen-
tium pro defunctis: nihil ſacrorum Bibliorum ex vtroque Teſtamento, vt neque Doctores
amplexi ſunt: nullum iuramentum conceſsêre licitum: inauditis blaſphemiis abiecerunt
Baptiſmum,Euchariſtiam,Sacramentum Pœnitentiæ: improbum ſecretò Epiſcopum con-
feſtim ex dignitate cecidiſſe promulgarunt: ac denique coniugium ſaluti aduerſari, & fru-
ſtrà orationes erga Deum fundi decreuerunt. En ſexdecim theſes in Tabulis Chronogra-
phicis Iacobi Gualterij ad ordinem redactæ [c] ex fuſo multorum voluminum pelago. Ad- [c] ſeculo 12. cap. 17.
uerſùs quos errores in illo cœtu præſentibus cæteris Epiſcopis & pleriſque Abbatibus hanc
noſter iſte Antiſtes protulit definitiuam ſententiam ex nouo Teſtamento depromptam. *Ego*
Gilebertus Lugdunenſis Epiſcopus (refert Baronius de ipſo) *ex mandato Albienſis Epiſcopi & aſ-*
Gõdemnatio. *ſeſſorum eius iudico iſtos eſſe hæreticos, & damno ſententiam Oliuerij ac ſociorum eius vbicunque*
ſunt: atque hoc iudicamus per nouum Teſtamentum,&c. Deinde teſtatur Author vnum Goceli-
num Lodouuenſem Epiſcopum,& alterum Gocelinum Toloſanum Antiſtitem ſua mentis
ſenſa quenque ſeorſum ſic aperuiſſe: *Ego Gocelinus* (Ludouuenſis & Tolof. Epiſcopus) *iuſſu*
& mandato Epiſcopi Alberici,&c. iudico & damno,&c. Tum approbationem ſuam ita ſubiunxit
Præſul Albienſis: *Sententiam quam edidit Gocelinus, confirmo & laudo.* Quibus in rebus aduer- [d] Praxi benefic. pa. 486.
te obiter Ledouenſem Epiſcopatum fluere ex Narbonenſi Archipræſulatu, teſtibus Petro
Rebuffo in prouinciali omnium Eccleſiarum [d], & nobis in Volumine de Caſibus conſcien- [e] Parte 3. Tabula 9. fin.
tiæ epiſcopalibus apprimè reſeruatis [e]. En totius pręſentis negotij vmbilicus.

Paragraphus 2.

Abbatia Bellæuillæ.

ILlinc pedem paulò retrahentes, cætera huc congerenda, duo ſunt. Vnum penetrat inte-
riora ſubiectæ materiæ. Paradinus profert in medium,quòd anno M.CLXXIX. Archian-
tiſtes Lugdunẽſis palam conſecrauit Baſilicam Abbatiæ Bellęuillæ, præſente Stephano Ma-
1179. tiſconenſi Epiſcopo. Ibi nominaſſe quidem intendit Guichardum ad calcem ſuę Lugdunen-
ſis hiſtorię [f]: ſed per homonymiam loquitur. Ergo ille conſecrator veriùs fuit ſynchronus [f] pag. 407.

Gilbertus

Gilbertus, huic anno magis conformis : qui anno ſequenti obiit, ex vi adſequentium in Ioanne II. Adeóque Eraclius vel Drogo ſuprà Archipræſul LXXX. conſecrarat tantùm Altare *. Alterum ſuggerendum diuagatur extra metam huius temporis per quinquaginta poſteriores inde annos circa Albigenſes à fide orthodoxa deuiantes. Eiuſmodi ſecta mox nata, non proinde ſubitò extincta eſt hac prima Epiſcoporum concertatione. Nam ſicut moris eſt in Eccleſia, vt confeſtim emergente deformitate ad remedia diligenter recurratur, id præſtante diuina prouidentia, quę homines ad hoc aptiſſimos excitat & dirigit : ſic non tamen ſubitò talia ſolent venena tolli, cùm vix tam citò queant nociua amputari, ad chriſtianam omnium noſtrûm patientiam cum merito exercendam, memores Apoſtoli, *Oportet hæreſes eſſe, vt qui probati ſunt, manifeſti fiant* [f]. Verùm Deus Optimus Maximus, qui optauit Eccleſiam ſuam tantiſper torqueri, diſtulit quidem opem, ſed fortiùs poſtea contulit reſecationis ſpem & beneficium : quod hîc dictum eſto pari ſimul gradu. Quippe ad annum 1210. Innocentius Papa III. miſit D. Ludouicum cum XII. Abbatibus, qui certamine ſpiritus plurimùm coërcere ſtuduit proterua vaſtantium ingenia. At quia prorſus iurgia non conſopiuerit, annis infrà quatuordecim [g] Simon Comes à Monteforti cum ſociis octo millibus, centum millia Albigenſium peruicit : quod miraculo prorſus adſcripſerim. Et paulò ſeriùs, ad annum 1230. Humbertus V. Bellijocenſis Dynaſta reliquum partim extinxit, & pars quoque Eccleſiam demum agnouit, capto hæretico Comite Remundo Toloſano, ex dudum per nos allatis hoc in Opere [h]. Iſta de ſucceſſu primæ militiæ in deuios per Gilbertum Lugdunenſem fœliciter cœptos debellari.

Illi hæretici poſtea adhuc graſſantes.

* ſub Pontio 1. Marſc. 42. §. 4.

f 1. Cor. 11. v. 16.

g an. 1214.

h nu. 90. §. 3. genetat. 15.

LXXXVII. *Paragraphus* 1.

Quadruplex hiſtoriarum genus.

IOANNES II. in priore noſtra editione fuerat primus huiuſce nominis, dictus *de bellis manibus*, ſecundum Campegium ex ſolo Demochare, & creditus eſt apud quoſdam Cardinalis, oriundus è nobili familia *de Talaru*. Sed apud Symphorianum Campegium in ſolo Demochare cognomen habet *De bellis manibus*. Et Author

I. thor ſtatuit ei annum MCLXX. Verùm id tempus citra iudicium eſt. Imprimis, quia reluctantur ſuperiores calculi ſeriùs conſcripti pro Guichardo atque Gilberto Archipræſulibus, vtpote quorum Sedes nedum certè vacabat anno 1179. Secundò, quia idem Demochares in Catalogo Epiſcoporum Pictauienſium inſcribit Ioannem 63. Antiſtitem Pictauũ, anno M.CLXXXI. quem teſtatur poſtea migraſſe ad Lugdunenſem Archiepiſcopatum : & nos pariter in noſtris Pictauis cũ Chenutio. Igitur Ioannes Sedẽ Lugdunenſem citiùs non eſt ingreſſus, quàm extremo anno 1181. veluti poſtmodum deprehendimus eueniſſe in Archiuis Eccleſiæ Lugdunenſis : quantumlibet difficile ſit commercium illis in ſeriniis haberi. Etenim conſtat ibidem de Ioanne, quòd ei Cathedra obtigit hoc ipſo anno. Sequente verò ſolari curſu præciſè, Lucius Papa 3. permutationem Guigonis Comitis cum Eccleſia Lugdunenſi factam [a], confirmauit & ratam habuit: Bullâ datâ *Velleterani* (inquit) *per manum Al-*

Ann. 1182. *berti S.R.E. Presbyteri Cardinalis anno MCLXXXII. Pontificatus anno* 1. Ac paulò antè idem præſtitit Alexander Papa tertius [b]. Sed audi textum egregium, quo idem Lucius nouo Apoſtolicæ ſuæ authoritatis Reſcripto, cauſam Carthuſiæ Portarum aduersùs iniurias Iuimontenſium Monachorum iudicandam tuendámque committit duobus in Gallia Pręſulibus. En Titulus. *Lucius Epiſcopus ſeruus ſeruorum D. Venerabilibus Fratribus Ioanni Lugdunenſi Archiepiſcopo & Rainaldo Bellicenſi Epiſcopo, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.* Tum corpus Epiſtolij tale. *Dilecti Filij noſtri Prior & Fratres domus Portarum tranſmiſſa nobis conqueſtione monſtrarunt, quòd Prior & Monachi Iuimontis * magnam ei moleſtiam inferunt & grauamen, &c. Diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus memoratum Priorem & Monachos Iuimontis, vt ab indebita illorum moleſtatione deſiſtant, & de grauaminibus ac iniuriis iuſtitiam exhibeant coram vobis per eccleſiaſticam cenſuram, appellatione poſtpoſita, compellatis. Datũ Agnaniæ* [c]

II. genus. 13.° *Kal. Martij.* Hæc pro primo hiſtoriarum genere huiuſce Archiflaminis. Pro ſecundo item præcipuo, nos interea hoc obiter loco monemus Campegium vno verbo dixiſſe, quòd idem Ioannes anathemate percuſſit Vualdenſes hæreticos. Sanè id fulmen canonicum minimè ſtatim à tanto Præſule proiectum eſt anno ab authore coniunctim deſignato milleſimo CLXX. quo Ioannes nondum eâ poteſtate cathedratica fruebatur. At eam tulit ſententiam pluſquàm decennio ſequenti : ſcilicet poſt annum 1171. vel 72. & ampliùs infrà. Nam illo 70. adhuc emergere cœperat velut infans teterrimus & recèns natus ex Genebrardo [e], quin imò tardiùs ex Paulo Æmilio [d], hoc eſt, vnà cum pio ordine D. Franciſci anno 1199. qui author eos vocat Fratricellos falsò iactantes Ordinem tertium D. Franciſci:

a nu. 85. §. 1.

b Agnaniæ Cal. April & 5. Cal. Iunij. Ferentij ab an. 1159. ad 80.

* Iuimont Prieuré dependant de Clugny.

c ſedit ab an. 1181. ad 1185.

e in Chronol.

d ſub Phil. Aug fo. 119. Lut. 1550.

eiſci : tametſi hunc ortum tribuat ſeriptor Tritemius [e] anno 1153. Ioannes ergo eenſuras
Fraticelli & Vualdenſes hæretici.
protulit, quando ſecta poſtmodum adoleuit, & altas radices agere viſa eſt. Quippe tales
ſectarij multos per annos Deo permittente orbem ſordibus eoinquinarunt. Hos equidem
infra annnm præfatum damnauit hæreſeos Bonifacius Papa VIII. [f] anno 1297. in generali
Coneilio Lugdunenſi : deinde Ioannes XXII. Pontifex Maximus ad annum 1322. ex Diuo
Antonino [g] & Extrauagante [h]. Atque ad extremum Martinus Papa quintus [i] eos in Græ-
eiam aufugientes è Marchia Anconitana expulit [k]. Verùm profectò ante hæc omnia, iiſdem
hæreticis adhuc conſtrictis inter conciues aut Diœceſanos Lugdunenſes, raróque diſperſis,
tunc Ioannes Præſul Lugdunenſis ipſos primus coram dito fulmine eccleſiaſtieo adorſus
eſt : ſeriùs tamen quàm inſinuare videatur Campegius. Neque ſanctio aliqua in eos tum edi-
Ioannes hos excommunicat.
ta eſt. Etiam neque citò poſtea per Lucium Papam tertium, quamuis ille Lucius (& non
ſecundus, ex paucis [l]) ſub id tempus tales pronnnciauit hæreticos, dictante Vrſpergenſi Ab-
bate [m]. Nihilominus Decretum latæ ſententiæ non apparet aliquo Canone Lucij, authori-
tate promulgatum : qui Pontifex veriùs ſola voce obiurgans ab hiſtoricis propalata, ſedit ab
anno 1181. ad annum 1185. authore Tritemio. Horum verò fuit hæreſis inter plures,
quòd dum emenrito religionis monaſticæ titulo certas ſedes aut fundos ſui iuris habere
nollent, mulieres tamen quaſi profeſſas aut veriùs ſponſas circunducebant, ſimúlque in
Ceſſatio diuini Officij abolita.
lectulis accubare credebantur, &c. Hæc de primis geſtis noſtri Ioannis : ſimúlque de aliis
Vualdenſium graſſantium ſeculis vnico ictu non vlteriùs repetenda. Cæterùm his dun-
taxat annectimus, quòd præfatus Lucius Papa 3. Bullâ ex profeſſo direxit peculiarem Ioan-
ni Lugdunenſi, necnon Oct. Decano Eccleſiæ, qua præſertim iuſſit abolendam omnino pra-
uam conſuetudinem ceſſationum diuini Officij eo die quo Theſaurarius ſeu Quæſtor ceſ-
ſaſſet in Refectorio manuales diſtributiones tradere. *Data Veronæ Idibus Aprilis anno 3. Pon-*
1183. *tificatus.* Id eſt, ſalutis 1183. Qualia recentiſſimè ex MS. Archiuis noſtro ſtudio deprom-
pta ſunt, eáque iſtic pro ſecundis geſtis dicta.

[e] pa. 188. Genebr. ſub Innoc. 3. PP.
[f] Cap. vnicũ, li. 3. tit. 17. in 6. Decretal.
[g] 3. Part. tit. 21. c. 3. §. 1.
[h] tit. 14. c. 3. 4. 5.
[i] ad an. 1420.
[k] Anton. tit. 22. c. 7. §. 4.
[l] Choppin. de ſacra Polit. li. 2. tit. 8. § 6. de quo Lucia ſuprà nu. 80.
[m] poſt an. 1221. p. 318. Hinc Bellar. To. 1. Cõtro. 3. li. 2. c. 4.

Paragraphus 2.

Secundum Reſcriptum Federic. Imp.

TErtium publicarum actionum genus ordine chronologico diuulgandum, eſt alterum
Imperiale Reſcriptum Federici I. conceſſum eidem Ioanni in gratiam totius Eccleſiæ
ſuorum conciuium dominatricis, præter aliud inſtrumentum ab eodem Imperatore man-
cipatũ Eraclio prædeceſſori [n] ante ſeptem & viginti annos : nimirum pari aureo ſigillo mu-
nitum, quale priùs documentum, quod paſſim Bullam auream vocant. Certè contenti fue-
ramus fragmentum primi, eiúſve portiunculas exprimere, quia id dudum Paradinus inte-
grum extulit. Verùm mox, cùm maior nobis facultas facta ſit penetrandi ſacrarum turrium
ſcrinia, integrum hoc ſecundum Volumen, quod totum expreſſimus è typo, poſteris rela-
xamus, velut opportunum, & à multis peroptatum, tanquam hactenus ad aliorum Scribarum
notitiam nullatenus permiſſum. En ergo textus poſterioris dotationis : quæ fuit exactior
prioris confirmatio tantiſper in verbis diſcrepans. *In nomine ſanctiſſimæ & indiuiduæ Trini-
tatis, Fridericus diuina fauente clementia Romanorum Imperator Auguſtus. Officium Imperatoriæ
maieſtatis à Deo nobis creditum, & innata cordi noſtro humanitas, clementiæ perſonarum quoque diſ-
creta conſideratio, ſolertiam noſtram ſapienter inſtruunt ac inuitant, vt vnumquemque Principum
noſtrorum ſuis decoremus honoribus, & illuſtremus titulis, & eos quidem ampliùs, quorum dignitas
aliis iure ſuo præfertur, & honeſtas perſonæ moderantiâ vitæ, morúmque ac virtutum venuſtate mul-
tos præcellit. Et hanc quidem habentes obſeruantiam, vt ſacri Principes Imperij ſecundum ius & me-
ritum vniuſcuiuſque, æquitatis librato moderamine, gratum Deo noſtro præſtare ſperamus obſequium.
In examine nanque cuncta Dei conſpicientis æquale meritum fore credimus dantis & corroboran-
tis. Credimus ad imperialem noſtram maieſtatem pertinere, omnium ſanctarum Dei Eccleſiarum, præ-
cipuè earum quæ ſpecialiter ſub iure ac dominio Romani Imperij conſiſtunt, commoda conſiderare, &
perpetuò valitura corroborationis noſtræ ſuffragia eis impendere. Si quid eſt incommodum abolere, vt
inter ſæuientis huius pelagi procellas ſecurè & intrepidè Deo ſeruire, & pro ſtabilitate Imperij diui-
nam miſericordiam indefeſſis precibus valeat exorare. Nouerit igitur omnium Chriſti Imperiique fi-
delium tam præſens ætas quàm ſucceſſura poſteritas, quantis honoribus progenitores noſtri diui Impe-
ratores Lugdunenſem Eccleſiam ſublimauerint, quàm largis beneficiis ditauerint, & quàm dignè eam
nobis ſucceſſoribus eorum in poſterum tranſmiſerint, non imparibus dignitatum faſtigiis exaltan-
dam. Habentes itaque promptiſſimam iuris & gratiæ voluntatem erga eandem Eccleſiam & princi-
pales dignitatis ſuæ titulos, quæ antiquis temporibus ritu gentilium primis Flaminibus vel primis le-
gis Doctoribus certis ciuitatibus præeminebat. Nunc autem diuina religione & Imperiali munificentia
latiùs præſidet, & inter omnes Eccleſias Galliarum prima eſt, & Primatus dignitate præfulget, chariſ-
ſimum*

Pro Eccleſia Lugdunenſi.

[n] nu. 79. §. 2.

ſimum Principem noſtrum Ioannē prædictæ Sedis Archiepiſcopū & Galliarū Primatem, virum illuſtriſſimum, prudentē & induſtrium, morum honeſtate præditum, & religione perſpicuum, ad thronum maieſtatis noſtræ reuerenter accedentem debita honorificentia ſuſcepimus, & conſueta beneuolentia tractauimus, ſicut prædeceſſorum noſtrorū pia ac veneranda ſanxit authoritas, & ſicut ſacra eorundem nos informabant munimenta de vniuerſo corpore ciuitatis Lugduni, & de omnibus Regalib. infra vel extra ciuitatē per totum Archiepiſcopatum conſtitutis, quæ tam antiquo quàm moderno tempore viſa eſt habere Lugdunenſis Eccleſia, plenariè eum inueſtiuimus. Concedimus itaque præfato Archiepiſc. & Primati Ioanni, & per eū omnibus ſucceſſorib. ſuis in perpetuum totum corpus ciuitatis Lugduni, & omnia iura regalia per omnem Archiepiſcopatum eius, citra Ararim, infra vel extra Ciuitatem in Abbatiis & earū poſſeſſionib. Monaſteriis, Eccleſiis, & earum appenditiis vbicunque, comitantib. foris [o], *duellis* [p], *mercatis, monetis, naulis, teloniis* [q], *pedagiis, caſtellis, villis, vicis, areis, ſeruis, ancillis, tributariis, decimis, foreſtib. ſyluis, venationib. molis, molendinis, aquis, aquarúmque decurſibus, cāpis, pratis, paſcuis, terris, cultis & incultis: & in omnib. aliis reb. quæ in Lugdunenſi Archiepiſcopatu ad imperiū pertinent. Concedimus quoque caſamenta ei, tam Comitis Sauoyæ quàm alia omnia de antiquo & nouo iure ad Lugdun. Eccl. pertinentia, & in ſupradictis omnib. ſiue infra Epiſcopatū vel extra ſint, generalem iuriſdict. Nulla ergo in ſupradictis omnib. infeſtatio tyrannorum ſæuiat, nulla poteſtas ibi per violentiā irruat, nullus Comes aut Iudex legē in his facere præſumat, præter Archiepiſcopum & Primatē Lugdun. Omnis Eccleſiæ poſſeſſio pro immunitate habeatur. Sit illa Ciuitas Lugdunenſis & totus Epiſcopatus liber ab omni extranea poteſtate, ſalua per omnia Imperiali iuſtitia* [r], *quatenus ibidē Deo famulantes & primi conſtructores memoriā dignè celebrare, noſque fautores & corroboratores poſſint & velint Deo ſedulis precib. cōmendare. Cæterùm, vt Lugdunenſis Eccleſ. Dominum ſuum Imperatorem Rom. recognouiſſe ſemper exultet & gaudeat, Archiepiſcopum eius ampliori & eminentiori prærogatiua dignitatis, quæ à noſtra Imperiali excellentia eſſe poſſit, noua & gratuita pietate inueſtiuimus, vt ſit ſemper videlicet Palatij noſtri Burgund. glorioſiſſimus Exarchon & ſummus Princeps conſilij noſtri, & in omnib. faciendis agendíſque noſtris præcipuus. Vt autē hæc noſtra donatio & confirmatio perpetuæ firmitatis robur obtineat, præſentē inde paginā conſcribi, & Bullâ aureâ iuſſimus inſigniri, annotato ſigni noſtri charactere, & adhibitis idoneis teſtibus: quorum nomina hæc ſunt, Cōradus Moguntinus Archiepiſcopus, Robertus Viennenſis Archiep. Otho Babumbergenſis Epiſc. Conradus Merſeburgenſis Epiſc. Henricus Virdunēſis Epiſc. Omen-bonum Veronenſis Epiſc. Ioannes Gratianopolitan. Epiſc. Ludou. Lancrauius Thoringiæ Marchio, Albert. de Andexe Comes, Thebaldus de Kemude, Garnerus de Boulant, Henricus Mareſcallus de Lutra, Rodulphus Camerarius. Signum Dom. Friderici Romanor. Imperatoris inuictiſſimi. Ego Godefrid. Imperialis aulæ Cancellarius, vice Philip. Colonienſis Archiep. & Italiæ Archicācellarij recognoui. Acta ſunt hæc Anno Domin. Incarn. 1184. Indict. 3. an. Regni eius 33.*
1184. *Imp. verò 31. Datū in villa Iancei Zenonis iuxta Veronem.* Hoc autem Imperiale Reſcriptū noſtris dieb. plurimū vtilitatis attulit Eccleſiæ Lugdun. Nā idē ius tēporale poſtmodū legitur cōfirmatū, non modò à Philip. IV. Frācorū Rege infrà ſub Ludou. Villario Archiflamine Lugdun. [s] verùm etiam à poſteriorib. chriſtianiſſimis ſuis ſucceſſorib. Frāciæ Monarchis, quādo ingreſſi ſunt ditionem vrbis & prouinciæ Lugdunenſis ducentis pòſt annis. Patentes quorum Regū literæ vocant & profitentur Canonicos Lugdunenſes eſſe *fidos ſuos Lugduni Comites* [t]. Ac tales præterea recentiore Arreſto Senatus [u] confeſtim promulgari feruntur: in quo quidem antiqua eiuſmodi inſtrumenta citantur & cōprobantur. Ea verò diſtinctis ſuis numeris hoc loco minimè deducenda putamus, duplici de cauſa. Vna eſt quia ſeiuncta coronata Archipræſulis & Capituli ſtemmata palam diuulgata, ac ſacris in Ædibus ſemper affixa, nec vſpiam controuerſa perennē Comitatus effectum ſatis prædicant, & in apertū proferunt. Altera eſt quia Epitome noſtri inſtituti eā deſcriptionē facilè non patitur, vt neque communis aſſenſus in re vix neceſſaria. Attamen ſingulares autographos & regios textus perſpeximus in Archiuis. Quæ dum hac vice videbuntur ſufficere: hoc obiter dictum voluimus, ad ſufficientem propoſitorum fidē ſtudioſæ poſteritati faciendam. Déque his vno verbo Renatus Choppinus [x] ſuper ſingulis Canonicis Comitibus, ſic nuncupari ſolitis.

> Perpetua donatio prouinciæ Lugd. & iuris Regij facta à Feder. Eccleſiæ Lugdunenſi.

> Exarchon & Principatus eidem.

> Teſtes Optimates.

> Poſterior cōfirmatio donationis per Reges Fráciæ

> [o] Nundinis. [p] guerris. [q] menſis publicorū Quæſtorum.

> [r] Hoc eſt, ſimplex fides hominij.

> [s] an 108.

> [t] Henric. 2. & 3. à 4. Lugd. in Septemb. 1595. *Nos feaux & bien-aymez les Doyen, & Chanoynes, Comtes de Lyon.*

> [u] Magni Cōſilij 18. April. 1602.

> [x] 10 ſacra politia lib. 2. tit. 1. §. 1.

Paragraphus 3.

> Similis dignitas Archiep. tunc Viēnenſi data.

HOc loco imminet dirimenda recèns deprehenſa controuerſia inter Viennenſem Archiflaminem & Ioannem Lugdunenſem mora: nimirum quòd vnus & idem Imperator Federicus I. ciuilem eandem dignitatem Viennenſi contulerit [a], qualem ſuprà Lugdunenſi impertitam eſſe conſtat [b], & duobus vicinis in Eccleſia Primatibus: duntaxat præceſſerit annis octo facta donatio Viennenſibus [c]. Aut ſaltem vi literæ & prima fronte idem videtur munus extitiſſe, nemini hactenus notum. Quorſum, quæſo, vnicum duobus officium eodem prorſus tempore? En quomodo ſummus exterorum moderator multa Viennenſi pollicetur. Quæ tamen poſtea non tradidit. *Fredericus ſemper Auguſtus. &c. Sicut Viennenſis*

> [a] an. 1176. [b] 1184. [c] ex citatis.

Kk *Eccle*

Eccleſia inter cæteras Metropolitanas Sedes regni Burgundiæ [a]*, gloria & honore quaſi clariore ſydere refulget: ita peculiaris gratiæ prærogatiua apud Imperialem celſitudinem meruit præeminere, vt Metropolitanus eius inter Archiflamines principalem locum & dignitatem obtineat, & quia Princeps Conſilij noſtri & Archicancellarius in regno Burgund. & primus in Aula Regia & in adminiſtratione Reipublicæ reliquis excellentiori dignitate præpolleat.* Ecce ſola promiſſio futuri remporis. Audi conſequentia. *Eapropter poſteritas nouerit, qualiter pro fidelis obſequij deuotione, quã Imperio Viennenſis Eccleſia exhibere ſtuduit, eius electum Vuilelmum diuinis & humanis legibus eruditum ad Curiam noſtram venientem, conſueta benignitate ſuſcepimus, & recepto ab ipſo hominij debito de omnibus regalibus & iuſtitiis, veteribus & nouis, quas Viennenſis Eccleſiæ habere ſolebat, ipſum ex Imperialis clementiæ indultu inueſtiuimus. Itaque de plenitudine gratiæ noſtr. gaudeas, &c. Datum apud Biſuntium, an. Incarnationis* Domin. *M. CLXXVI.* Indict. XIV. *regni* XIV. Imper. XII. & XVI. *Kalend. Auguſti.* Quod idem renouat Henricus VI. Imperator Ainardo Archiepiſcopo Viennenſi, Ann. M. CXCVI [e]. &c. Iſta verò extrema ſunt ideæ Platonicæ & vniuerſaliores quædam imagines, Poëtarum atque pictorum fictionibus perſimiles, nullum in re ipſa fundamentum habentes exteriùs: dum nihil dictator in ſpecies deducat. At è diametro certè, præſenti tempore loquuntur duæ fortiores Bullæ Eraclio & Ioanni Lugdunenſibus promulgatæ: *vt ſit ſemper Palatij* (ait locus) *glorioſiſſimus Exarchon & ſummus Princeps Conſilij, &c.* Quod ſanè genus dicendi, præter hanc temporis præſentiam, ſingulas præterea rei ſpecies dinumerat, quia dignitates Exarchatus & ſummi principatus extollit. Iſq; ſtilus ſummitatis ita præcellit ſimplicem vocem principis Conſilij Vuilelmo traditi Viẽnæ, vt denominet ſummum regimen Lugdunenſi conceſſum, at ſubalternum dictet Viennenſi, quæ Sedes Allobrogum non ſit æqualis ſolio Celtarum. Sic enim in Parlamentis Franciæ & ſingulis Cameris plures adſunt Preſides; equidem omnes adunati Præfecti Conſiliarijs: verùm non æqua lance cohærentes. Sed vnus illic adeſt præcipuus: vt ſi ipſe quandoque prepeditus abeſſet à Concilio, ſequens Preſes eius vices ſuppleret faciliùs, aut ſe inuicem audiendo cauſas tutiùs multò iuuarent. Quod de more fieri ac obſeruari perſpicimus, in duplicatis ideò gradibus ſubſidiariis, vel iis alternatim conuenientibus. Hoc autem ſimile expoſitionis gratiâ dixerim. Interea, Federici Diploma pro Vuilelmo Viennenſi legeramus primùm in archetypo pariter chartaceo, quod ſubinde edidit Ioãnes à Boſco [f]. Et ita ritè tollitur congreſſus ſeu confuſio dignitatum, dum ad ſubalternum ordinem categoricum rediguntur, quæ alioqui in homonymia verſarentur.

[a] His appe-ret Lugdunũ & Viennam pertinuiſſe ad regnum Burgundiæ.

[e] Indict. 14. apud Tauriũ 1. Kal. Aug.

[f] in Vienenſi hiſtoriola. Lugd. 1606. pa. 88. 89.

Minor fit quàm Lugdunenſi.

Rationes.

Paragraphus 4.

Fundatio Eccleſiæ Lugduni in monte Forueriij.

QVartæ demonſtrationum teſſeræ pro Ioannis I. Chronico, ſanè collocantur tum in declaranda fundatione Collegialis Eccleſiæ Forueriane, Deo prepotenti dicatæ ſub honore S. Thom. Cantuarienſis Archiepiſcopi, opera eiuſdẽ Primatis Franciæ & Capituli coniunctim: tum etiam in poſteris circunſtantiis, quibus facilè aut neceſſariò concludẽdum venit D. Thom. Lugduni commoratum eſſe, etſi vulgares de eo Legẽdæ eam ſtationem in precipua Galliarum metropoli minimè indicarint.
1. Imprimis verò præfatæ Eccleſiæ dotatio facta eſt breui poſt ipſius S. Thom. martyrium in Anglia perpeſſum, & ab Eccleſia Romana comprobatum. Pro quo themate aduertendum certè primùm extitiſſe Sacellum in eodem ſitu Foruerian, ſeu cacumine montis altiſſimi intra vrbis ſepta. Hæc autem omnia inde conſequentia parent hoc fundamenti ordine ex Archiuis. *Ioannes Dei gratiâ primæ Lugdun. Eccl. Sacerdos humilis, & Stephanus eiuſd. Eccl. Decanus cũ vniuerſo Capitulo, &c. Nos præſenti ſcripto futuræ poſteritati notũ facimus, quòd nos in Capitulo noſtro cõmuniter reſidentes, Capell. de Foruerio ab Oliuerio bonæ memoriæ quondã Decano in fundo noſtro in honore B. Mar. Virginis, & S. Thom. Cantuar. Archiep. & Martyris inchoatã, ſicut infrà notatũ eſt Domino inſpirante reſtituimus & dotauimus. Imprimis conceſſimus eã fore Eccleſ. Conuentualẽ: ita quòd ad cultũ Dei & honorẽ B. Mar. ac noui Martyris, noui creentur Canonici, quib. præficiatur vnus de Canonicis noſtr. & non alius, &c. Datũ Lugduni ſedente Cæleſtino PP. 3. imperante Henrico* I. *& regnante Philippo Rege* [g]*: anno à paſsione memorati Martyris vigeſimo* [h]*, & ſalutis* 1192. En nota piæ deuotionis zeliquæ prõptioris, quẽ citò habuit
1192. religioſiſsima Lugdunenſis Eccleſia erga D. illum Thomam alumnum ſuum: ſcilicet nõ pluribus quàm duodecim annis, poſtquã Sanctus inter Diuos relatus eſt ab Alexandro PP. 3. qui obierat anno 1180. & qui dum ſedit annis 21. antea ſuſceperat ipſum D. Thomam ex Anglia pulſum, & Romam petentẽ. Nimirũ is Pontifex Thomam in ſacrum Canonem reduxit annis nouẽ poſt cruentam rati Martyris necẽ, ſedente Lugduni Guichardo. Itémque preſens Foruerana Canonicor. inſtitutio celebrata eſt annis dũtaxat 13. poſt eandẽ corporis defuncti canonizationẽ. Quæ quidem Lugdunenſiũ deuotio arguit Thomam ergo Lugduni aliquãdo viſum fuiſſe, aduerſus quoſdam fortè theſis huius refragatores. Nam quorſum alioqui

Facta à Ioãne 2. ſub inuocatione S. Thomæ Cãtuarienſis.

[g] 2. dicto Auguſto, regni an. 12. auo 6. Ludouici.

[h] ſeu 21 Nã obiit ao. 1171 vel 74. ex Petr de Natalib. 2. c. 11. die feſto SS. Innocentiũ.

tam

tam ſubitò publica ciuium affectio commota foret pro viro? Atque hæc probationis ſpecies depromitur ex repertis documentis ſeu geſtis poſt vitam mortalem hominis planè ſancti: quæ comites habet plures adſequentes huiuſce generis poſt obitum rationes. Quippe
2. ſecunda talis demonſtrationis pars complectitur Decretum Capituli habitum anno 1382. præſide D. de ſancto Amore Decano: *quòd erat quadam domus dicta Eccleſ. Lugdunenſis, vocata de Cantorberio* (ſic legi in ſcriniis [i]) *ſita in Clauſtro ante Eccleſiam S. Ioannis, cuius domus paries anterior fortuitò cecidit, &c.* Hæc deſtructio ob nimiam domicilij vetuſtatem, adauget fidem, quòd antea Clero Cantuarienſi liberè eſſet conceſſa ad ſuorum in aduerſis perfugium. Qui Clerus quia ampliùs non redibat, ideirco domus ab illis Anglis ampliùs ſarta tecta non conſeruabatur. Taliáque euidenter ſupponunt hoc rurſus diuerſorium Primati Angliæ exu-
3. lanti quondam traditum fuiſſe. Tertius locus magis expreſſus pendet ex nonnullis aliis Capitularibus Actis, ſingulíſque diuerſis circa Caſtrum rurale pro huiuſmodi Anglis à Lugdunenſibus traditum. Præcipuum eſt anni 1411.[k] adſtantibus in Capitulo D.P. de Monteioco Decano, Amedeo de Talaru Cantore, &c. *Hi ordinarunt quòd ſcribatur nomine ipſorum Dominorum Archiepiſcopo & Capitulo Cantuarienſi in Anglia, pro facto domus & Aulæ Quinciaci* [l], *quæ domus fuit antiquitus data per Capitulum Lugdunenſe B. Thomæ tunc Cantuarienſi Archiepiſcopo* (ait textus) *qui fuerat per Anglicos ex Anglia expulſus.* Et miſſæ ſunt literæ, vt Clerus Cantuarienſis tueretur ſuas poſſeſſiones, tectáque valdè caduca: vel certè Eccleſia Lugdunenſis in eas manum mitteret, velut deſertas, ab exteris ſæpiùs occupatas, & ad ipſum iure redeuntes. Quid verò iam clarius, ad docendum ſanctum Thomam Lugduni viſum hoſpitio receptum aduersùs tacentes eius Legendas? Etenim præfatum inſtrumentum diuum hominem adnominat velut præſentiſſimum, cui fuerant collata tuguria. Sed interea, noli, lector, mirari, quòd in his recenſendis prætergrediamur limites ſeculi Ioannis Archiepiſcopi. Quippe hac vice mecum diſpenſo de vnico ſeculo Ioannis alioqui hîc exactiùs obſeruando in iſto Paragrapho, aut de his tardioribus ad inferiora minimè remittendis. Nam recognitum eſt opportuniùs factum, ſi iſta pari paſſu huc ſimul congeramus omnia, quæ D. Thomam reſpiciunt. Neque ea iure nectenda ad poſteriores proinde centurias diſtulimus, quaſi ſuis quibuſque diariis annotanda. Igitur inſtitutum perſequendo, quarta multò amplior
4. certitudo inſeritur libro citato [m] Actorum Capitularium ſub anno 1416. Textus eſt eiuſmodi, adſtante Decano qui ſuprà. *R. Philippus de Thureio Archiepiſcopus & Comes Lugdunenſis* (alioqui infrà ad hoc differendus Numero CIX.) *acceſſit in dicto Capitulo, & tam ipſe quàm Eccleſia vt eos tangit, conceſſerunt literas, videlicet quòd cùm prædeceſſores ipſorum ex feruore charitatis tradiderunt B. Thomæ Archiepiſcopo Cantuarienſi, tunc apud Eccleſiam tanquam in exilium manenti, ne in opprobrium Pontificalis mendicaret dignitatis* (en repetitum Lugdunenſis reſidentiæ Sancti indicem) *Aulam Quinciaci cum ſuis iuribus & pertinentiis contulerunt. Vnde ex zelo charitatis, vt perpetua vincula fraternitatis inter Lugdunenſem & Cantuarienſem remanerent Eccleſias, & præfati S. viri ac beneuolæ receptionis apud vtroſque æterna ageretur memoria, eandem Aulam cum ſuis pertinentiis voluêre Eccleſiæ Cantuarienſi permanere* (nota continua chriſtianiſſimi affectus & ardoris Eccleſiæ Lugdunenſis in eo perliberalis.) *Sed tamen ex orta grandi diſſenſionis materia inter Francorum & Anglorum Reges* [n]: *factum eſt vt iidem Cantuarienſes Religioſi apud eundem locum Quinciaci venire metuentes, eandem Aulam cum ſuis pertinentiis ſub dominio occupare volentium reliquerint, & per conceſſionem inclytiſſimorum Regum Francorũ eadem Aula à multis fuerit poſſeſſa, vt iam profanatum videretur patrimonium Chriſti, & eius dominium manere ſub incerto. Quod conſiderans venerabilis & circumſpectus vir Magiſter Guilelmus de Salione D. noſtri Regis Conſiliarius & Miles Eccleſiæ Lugdunenſis, dictis Dominis exponi fecit, quòd prædictum locum Quinciaci per conceſſionem Regis & alias de conſenſu detentoris* (alicuius indigenæ Galli) *dicta Aula acquirere, & ad proprietatem Capituli Eccleſiaq́ Lugdun. Deo prauio reducere intendit, ſi in his ipſi Domini eorum præbere velint aſſenſum. Idcirco dicti Domini attendentes quòd iuſtè petentibus non eſt denegandus aſſenſus, ſed cum Apoſtolo Deum & bona diligentibus omnia debent cooperari in bonum* [o], *voluerunt vt pleniori lætetur ſecuritate dictus M. Guillelmus, ac dictam Aulã cum ſuis iuribus & pertinentiis eidem M. Guillelmo quandiu vixit contulerunt. Ita quòd ipſo ſublato de medio, dicta Aula ad Capitulum redeat, &c.* Alia ſuperſunt libro XII. ſub ann. 1424 [p]. quæ prætermittimus. Et ea cuncta ſunt verè incrementa ſufficientiſſimæ demonſtrationis, quod D. Thomas Martyr Lugduni honorificè receptus ſit ſui tempore exilij, illic permanſurus, etſi incerto tempore, quod hactenus in memoriam veniat. Saltem in Gallia manſit annis ſeptem. Qua in re diligentiùs paulò contemplari oportet, quòd quando Breuiarium Cameræ [q] ac Petr. de Natalib.* ſcribunt S. Thom. ex Anglia *fugã cæpiſſe, & quòd cũ parua nauicula mare tranſiens, & Senonas veniẽs à PP. Alex. 3. ibidẽ reperto, ac Senonis manẽs honorificè ſuſcipitur:*

Sequens ſecalũ domus Cantorberij vetuſtate cadentis.

Testimonia poſteritatis, quòd D. Th. Lugduni manſerit.

Bella inter Francos & Anglos cauſæ ruinarũ.

Domũ tandẽ rediſſe ad manũ Eccleſiæ Lugdun.

i typus li. 4. Actorũ Capitulariũ, fo. 92. & lib. 14. fol. 142.

k ex lib. 12. die 18. Iunij, fol. 53.

l vulgò *le Chaſteau de la ſalle de Quinciaci*

m 12. & 8. fo. 104. die 5. Ianuar.

n ſub Rege Philip. Valeſ. ab an. 1336. 38. 41. 46. Ioanne an. 1359. Carol. V. 1369. Carolo VII ab an. 1418. ad 1460. Till.

o Rom. 8. v. 28. & 2. Cor. 16. v. 26.

p fo 113. de Ioan. Gerſone Cancell. Pariſ. cui rurſus Aula cõcredita eſt, quandiu viueret.

q fol. 80. Lect. 5. & de ſeptennio, Lect. 6.

* lib 2 c. 13.

ſanè ex eo emergit concluſio, quòd poſtquam ſanctus ille Anglus breui Senonibus hoſpitatus eſt, Lugdunum peruenit, diutiùs illic permanſurus: licèt reliquæ de eo inter Sanctos historiæ vix Lugduni meminerint. Atque eſto quartus iſte diſcurſus plenior ſatisfactio eorum quæ narranda pollicebamur Numero LXXXII. §. 3. pro demonſtratione poſterioris motus ibidem compromiſſi, eáque iſtuc differenda.

Paragraphus 5.

Monaſtica Ioannis tandi profeſsio. IAm rectiùs inde ad Ioannem II. finiundum diuertentes, audiamus religioſiſſimum eiuſdem exitum, ſeu vltimam eximiæ ſuæ vitæ profeſſionem, quàm pulchrè exornat Manuſcriptum à nobis perlectum, quod amplectitur res præclarè geſtas B. Hugonis Lincolnienſis Epiſcopi quondam Anglicani, & in Franciam tunc peregrinantis: hauſtum ſanè ex Carthuſianis Archiuis, ac breui ad manus Calcographi demittendis in Conſtantia Carthuſiana. *Nos Ciſtercium pertranſiuimus* (infit locus) *quò diuertit Hugo, vt Miſſarum ſolennia in præclara feſtiuitate Aſſumptionis Dei genitricis celebrare poſſit. Gallia nanque vniuerſa, præter quædam priuilegiata Monaſteria, ea tempeſtate ſub interdicto erat. Deinde voti compos effectus, & fratrum loci illius orationibus commendatus, Claram-vallem quoque viſitauit. Miſerat ſiquidem Ioannes Lugdunenſium quondam Archiepiſcopus in occurſum eius quoſdam venerabiles viros, obnixè ſupplicans, quatenus ſibi in loco commoranti prænotato olim deſideratam præſentiæ ſuæ copiam exhiberet. Qui iam aliquo grauis, officio curæ paſtoralis renunciauerat: retentiſque duntaxat iuſſu ſummi Pontificis inſignibus priſtinis, in illo ſancto Cœnobio ſacræ contemplationi ſedulus vacabat. Sciſcitanti autem Epiſcopo, quibuſnam ſcripturis meditationis ſuæ negotia potiſſimùm deuouiſſet: ita reſpondit: Pſalmorum, inquit, meditatio ſola iam penitus totum ſibi me vindicauit. Ex his quotidie & continuè demulcens interioris hominis palatum, mihi refectio indeficiens iugiter innouatur. Poſt hæc, Monaſterium S. Remigij ſecus Rhemenſium ciuitatem ſitum, ſanctitatis ſuæ magnificè lætificauit acceſſu, &c.*

Eius obitus. En quomodo Ioannes II. Paſtoralem Lugdunenſium curam relinquens, egit religioſum virũ, vix tamen profeſſum in illo ſancti Bernardi Ordine ſacro Abbatiæ Claræuallenſis. Obiit verò 8. Kalend. Maij, biennio antequam præfatus D. Hugo ex Priori Carthuſiano Portarum euectus eſſet eo renuente in Epiſcopum Lincolnienſem [r]. Et ex libro Obituum Eccleſiæ [s], idem *Ioannes Archiepiſcopus Lugdunenſis crucem argenteam gemmis ornatam cum pede argenteo dedit S. Stephano: & Caſtrum iuxta ripam Rhodani ſumptuosè à fundamento ædificauit, &c.* Hîc finis decorus: vt annus mortis veriſimilè fuerit MCXCII. de quo vtcunque ſuprà [t], aut tu-
1198. tiùs anno MCXCVIII. infrà apud ſucceſſorem ex aliis ibidem circunſtantiis [u]. Maximè quòd ad ipſum Ioannem ſcripſerit Innocentius Papa III. qui Sedem Romæ inchoabat eodẽ anno 1198. ad ſequentes ferè vndeuiginti. Patet Epiſtola ſummi huius Pontificis ex ampla Decretali in corpore iuris [x]. De qua etiam in noſtro vulgato Antimartyrologio [y]. Ioannis verò Anniuerſarium ſupra Aulam S. Romani de Coſone debet R. Archiepiſcopus.

r ex Sur. to. 5. pa. finali 130
s fol. 165.
t §. 4.
u nu. 8. §. 1.
x li. 1. tit. 41. cap. 6.
y li. 9. c. 3. ſect. 2. §. 1. vbi æquiocã. Ioan. 1. pro 2.

Paragraphus 6.

De Petro. TAceo quòd ſolus Campegius in Demochare poſt iteratum hunc Ioannem proximè conſtituit quendam Petrum, vt pote ſecundum, Raynaldo II. præeuntem. Quod alius nullus affirmat.

LXXXVIII. *Paragraphus* 1.

Eius nomina. RAYNALDVS II. ſic præcipuè conſcribitur in Archiuis tum Carthuſienſibus, tum primæ Lugdunenſis Eccleſiæ, & in veteri Homiliario. Tametſi dicatur etiam *Raynaudus* & *Raynodus*, in aliis paſſim eiuſdem Baſilicæ Gazophylaciis: deinde verò *Raynardus* Campegio vtrobique, Rainaldus Sarrazino, & aliis *Renaudus* ſeu *Renaldus*. Pro inchoata cuius Sede, de his Lectorem commonefacimus. Defunctus D. Gaſpar de Mitte, nuper vetuſtior Canonicus Eccleſiæ primatialis [a], tradidit nobis in ſcriptis eundem Archiflaminem Cathedram occupaſſe viginti circiter ſeptem aut triginta tribus annis, ac è viuis diſceſſiſſe 3. Kalend. Nouembris, anno M.CC.XXVI. Iſque aſſeruit id quondam excepiſſe in Archiuis eiuſdem Eccleſiæ deinceps comminutis ab hæreticis. Vnde conſequens eſt, quòd idem Raynaldus Sedem inierit ad ſummum anno M. CXCIX. Quæ profectò nota
An.1199. prima ſcitè quadrat cum deſignato fine Ioannis ſecundi [b]. Et certè eadem rurſus theſis confirmatur ex Reſcripto Philippi Auguſti Regis Chriſtianiſſimi. Ita nanque fatur Princeps vnà cum eximio Eccleſiæ collato à ſe Lugduni priuilegio: quale in Archiuis poſtea legimus. *Didicimus quoties Eduenſis Sedes vacauerit* (inquit) *toties Archiepiſcopus Lugdunenſis & Rega-*

lia

a viuebat ſub 1. editio. De Rainaldo 1. nu. 74.
b nu. 84. §. 5. fin.

Regalioꝛum iura multa huic conceſſa.

lia noſtra Eduenſia, & alia quæ ad Epiſcopatum Eduenſem pertinent, in manu ſua habeat, &c. Ita videlicet quod neutri Eccleſiarum cedat ad præiudicium id quòd Regalia Eduenſis Epiſcopatus ex ignorantia occupauimus poſt deceſſum Stephani Eduenſis Epiſcopi. Vnde fideli noſtro Ioanni tunc Archiepiſcopo Lugdunenſi Regalia reſtituimus, & per ipſum ſucceſſorib. ſuis ipſo Epiſcopatu vacante imperpetuum habenda conceſſimus. Actum Pariſiis, an. MCLXXXIX. Regni decimo. Sanè ex hac ſecunda nota apparet, quòd præfato anno nondum obierat Ioannes II. quinimo ipſe tunc arripuerat Regalia Hedui Antiſtitis aut Sedis illins vacantis. Quippe Rex de eodem Ioanne loquitur, tanquam de Prælato adhuc vitâ prædito, cui reſtituerat id ius Regaliæ mox ſuo rurſus nomine confirmatum. Et pro Raynaldo idem Monarcha hoc renouauit
1222. Patraci anno MCCXXII. qui eſt altera anni nota huc ſpectans. Vnde facilior coniectura eſt, quòd Ioannes ſuperuixit ad annum ſaltem 1198. finiundum. Atque id rudimentum iuuat doctrinam Numeri ſuperioris. Cæterùm, hæc fuit primaria donatio eiuſdem Regaliæ, facta Eccleſiis viciſſim Lugdunẽſi ac Eduenſi. Quæ Regalia priùs erant penes Regẽ. Ad quod ſceptrum adhuc hodie pertinent Regalia plurium aliorum Franciæ Epiſcopatuum, hoc eſt, ad Regem pertinere dicuntur temporales fructus ſeu annui prouentus Sedium, quandiu vacant illæ Sedes. Neque ampliùs Reges hoc ſeculo à ſe hæc iura reuocant. Sed talia pro Canonicis fouendis Cappellæ Regiæ ſuique Palatij attribuunt Lutetiæ, quando occurrit. Ad quod propoſitum ſub præfato anno ſecundi ordinis ſeu noſtræ ordinationis, hæc audias de ipſo Rege conſcripta in gratiam denuo Eccleſiæ Lugdunenſis. *Renaudo ſuiſq. ſucceſſorib. conceſſit dominium & Regalia Abbatiæ Sanigniaci* (ait typus) *Actum apud Villam francham* [c], *An. MCCII.* [d] *ſeu aliis CCXXII. cum ſigillo Guidonis Buticularij, &c.* Pro quo annuo tempore abſoluendo in hoc I. Paragrapho, expecta tertios Actus reliquos hiſtoricos publicè habitos.

Domini Bellijoci ei aſtricti.

Humbertus Bellijoci Dynaſta, quintus huiuſce nominis, ac filius Guichardi III. *obligauit pro ducentis marchis argenti Domino Renaudo Archiepiſcopo & Eccleſiæ omnia feuda & fidelitates, quæ ei debebantur, & à quoque nobili vel ignobili inter Caſtrum Iconij vſque ad Sagonam teneantur, &c.* Prætereàque ſacramento firmauit, quòd iura Eccleſiæ Lugdunenſis defendet aduerſus illos, qui talia auferre præſumerent, & quòd Archiepiſcopum atque Canonicos præſentes ac futuros eorúmque homines ſaluos reciperet. Patrata feruntur iſta an. 1222 [e].

[c] vrbem Bellijocenſium.
[d] ſic ergo ſedebat an. 1201. finali, quo obiit Ioannes.
[e] 11. Kal. Maij.

Paragraphus 2.

Deuincti quoque Abbati Inſulæ barbaræ aliquib. bonis.

EOdem prorſus ſolari tempore plura à præfato Dynaſta eiúſque pia vxore geſta leguntur in Lugdunenſium vicinia, eáque ad præſens quoque inſtitutum nonnihil pertinentia. En patentes literæ ex autographis MS. petitæ. *Marguarita Domina* [f] *Bellijoci, vniuerſis inſpecturis, &c. Nouerint compoſitionem & concordiam, quæ facta fuit inter venerab. Abbatem Inſulæ barbaræ* (prope Lugdunum) *& Dominum ac maritum noſtrum Humbertum* [g] *Bellijoci ſuper controuerſiis de rebus ad Caſtellum Miribelli* [h] *pertinentib. quod equidem Caſtrum ad nos ſpecialiter ratione dotis noſtræ pertinere dignoſcitur. Et illud ab Abbate Inſ. certum eſt in feudum nos tenere in perpetuum* [i]. *Cuius compoſitionis tenor eſt einſmodi. Humbertus de Bellijoco omnib. volumus innoteſcat inter nos & Guigonem Abbatem Inſulæ barb. diſſenſionem ex quarund. cauſar. germinib. pullulaſſe. Nos dicebamus, quod Abbas Caſtrum Mirabelli propriis deberet munire ſumptib. cùm guerrarum neceſſitas immineret. Verùm quoniam Abbas hæc conſtantiſſimè denegabat: diligenter inquiſiuimus* [k], *&c. Cum autem D. Guido de Balgiaco* [l], *Dominus Mirabelli, volens Sepulchrum Chriſti Domini viſitare, vniuerſa vſagia quæ quærebat in Grangia Abbatis, ſita in coſta Mirabelli, Eccleſiæ Inſulæ bar. donauerit & quittauerit: Nos Miribelli tenentes dominium, eandem donationem donamus & concedimus: volentes eam futuris temporib. immobilem permanere. Dicebamus etiam quòd Præpoſitus Mirabelli cum plurib. ſociis apud Inſ. barb. in vigilia B. Martini venire deberet, &c.*

Reciprocus illorum contractus.

Nos virorum ſapientum vſi conſilio, diſcordiam hoc modo decreuimus terminari, vt Præpoſitus venire poſſit cum duab. tantùm equitaturis & IV. ſociis, tactis ſacroſanctis Euangeliis. Et ne ſuper hoc vlla in poſterum poſſit ſuboriri dubietas, præſentem Chartam fecimus Sigilli noſtri munimine roborari: volentes vt eand. Guido Abbas ſuo ſigillo faciat inſigniri. Actum an. ab Incarnat. MCCXXII. menſe Maio [m]. *Nos igitur præfatam compoſitionem ratam habentes* (renouat Margarita) *eam Vuillelmo Abbati nomine ſuo & eiuſdem Eccleſiæ confirmamus; nec vnquam contrauenire ratione dotis, quin immobiliter obſeruare per nos & hæredes noſtros promittimus Deo teſte, &c. Actum an. 1229. menſe Iulio, in Camera noſtra apud Miribellum.* Cuius hiſtoriæ fontes ſcaturiunt ex Archiuis per nos inſpectis eiuſdẽ Abbatiæ [o]. Sed ſi eodẽ calamo liceat inde altiùs paulò diuertere, dum Bellijocenſes Optimates peropportunè reuoluimus: profectò etiamnum circa nõnullos prædeceſſores eorundem Magnatum gradiemur, vnà propiùs ad noſtrum Archipræſulem peruenturi. Res continetur Humbertum quintum Bellijoci Dynaſtam, & quarti nepotem, me-

[f] de qua nos alia Nu. 89. §. 2.
[g] quintum.
[h] vulgò Mirebeau in Burgund. Docatu, 5. leucis diſtans Diuione. Marquizat vers Auxonne.
[i] confeſſio & recognitio feudi debiti.
[k] Non debet Eccleſia id laicis, niſi expreſſè in contractu contineatur.
[l] conſanguineus Margaritæ.
[m] die 17. Iunii.
[o] è lib. qui vulgo dicitur *la petite Pancharte*, fol. 15. & 16.

Alia bona Eccleſiæ Bellijoci cõſeruata.

dio parente Guichardo III. Quia verò auus Humbertus IV. plures immunitatum dõua-
tiones vineáſque contulit Eccleſiæ Bellijoci Deiparæ Virgini ſacræ: tunc lis defen-
ſiua contigit eidem Eccleſiæ,ſuſtinenda aduerſus petentem Domicellam Petronillam, ne-
ptam Bernardi Andiliaci, anno ſcilicet Incarnationis milleſimo CCIX. Mulier obiecerat
ſe debere poſſeſſionibus ſuccedere patrui ab inteſtato decedentis o. Quos tamen agros o Bona fuerant in pagulis *d'Andilé, Eſlour*, & *à Marchant*.
Capitulum à Bernardo poſtmodum vita functo coëmerat. Adeóque hæc legitima acquiſi-
tio ſequenti anno in confeſſo fuit ipſi fœminæ, necnon Bernardo eius filio: pollicentes ad
ſancta Dei Euangelia eum ſe contractum perpetuò obſeruaturos: præſentibus Raynaudo
Lugdunenſi Archiepiſcopo, de quo Paſtore iſte Numerus LXXXVIII.ex profeſſo, atq; Ai-
merico Athanatenſi Abbate, vtriſque per Sedem Romanam ad hoc nominatis. *Actum
anno Domini MCCX.* vti deprehenſum eſt à nobis in ſacro præfati Capituli Gazophylacio.
Iſta media complementum Paragraphi efformant valde egregium, quaſi parentheſim ad
præcipuum hiſtoricon anno 1212. de principe Marguareta. Vlteriùs pedem attollamus.

Paragraphus 3.

Quatuor aliæ actiones.

Hic ordine incidunt geſta adſequentis anni MCCXXIII. ſimul à nobis congeſta: pro-
ptereáque ſeorſum definienda. Primum manifeſtat laudabilem fundationem Eccleſiæ
Collegiatæ vrbis Capitalis atque Baliuiæ Forenſis, Diœceſis Lugdunenſis, ſub Raynaldo:
1. Actio. quam ex multorum votis è prototypo hactenus inuiſo collegimus hac ſerie. *Guido Comes
Forenſis, &c. Nos,&c. ad honorem Dei & B. ſemper Virginis Mariæ authoritate Diœceſani noſtri,
venerabilis Archiepiſcopi D. Rayn.* e *patrui noſtri, Eccleſiam conſtruximus apud Montēbriſonem* e En cuius ſit Prælatus.
*in Parochia Modoni,ſine præiudicio iuris alieni, & in eadem Eccleſia tredecim Canonicos inſtitui-
mus, qui diuinis Officiis mancipati; Deo & B. Virgini Mariæ perpetuò deſeruirent. Ex quib.
vnus Decanus, alter Cantor, alius Sacriſta, ſequens Magiſter Chori eſſent. Hæc omnia in præſen-*
Eccleſia Mõtis Briſonis fundata. *tia vener. Patris in Chriſto D. R. Lugdunenſis Archiepiſcopi. Actum anno M. CC. XXIII.* Hinc
licebit eodem ictu reliqua in fundationis ſequentibus longè temporibus iſtic aſſuere, cau-
sâ breuitatis, neque ea ad vlteriora remittere. Nam deinde interuenit confirmatio rei præ-
ſtitæ ſic per hunc Archipræſulem obſignata. *Rayn. Dei gratiâ primæ Lugdun. Eccleſiæ Miniſter
humilis: notum ſit quòd Guido quartus, Comes Forenſis, chariſſimus nepos noſter, diuina inſpira-
tione tactus intrinſecùs, pro ſalute animæ ſuæ, & prædeceſſorum ac ſucceſſorum ſuorum, nihilomi-
nus de conſenſu & conſilio noſtro, &c. eidem Eccleſiæ conceſſimus quantum ad authoritatem pertinet*
1223. *Diœceſanam ſine præiudicio iuris alt. Actum anno MCCXXIV. menſe Octobri.* Tum immunita-
1224. tes & priuilegia eidem Eccleſiæ conceſſa ſunt à præfato Guidone Forenſi ac Niuernenſi
Comite, anno 1229. Iterum ſtatuta circa diuina, collata ſunt ab alio Archipræſule ann.
1385. f Ac tandem eadem priuilegia cum ſtatutis leguntur approbata per Franciſcum I. f 13. Octob.
2. Actio. Galliarum Regem anno 1535. g Secunda generalior propoſitio huc pertinens, ſermonem g 14. Iunij.
inſtituit de multis iuribus decimarum Leproſario Lugdunenſi ab eodem Protopaſtore at- h Parad. 2. ca. 44.
tributis anno M. CC. XXIII. h tametſi nonnullis citiùs i: necnon priùs de pignore dato ci- i an 1215.
uibus ipſo captatæ ſuæ Sedis anno. Tertia contuetur hominium Humberti V. Belli-jocen- K Balmont.
ſis, redditum eidem Archiepiſcopo pro parœcia Bellimontis K. Nonnulli recentiores l, dum an. cit. vel 1222. 8. Idus Maij.
vniuerſim loquuntur, proferunt in medium multa caſtrorum mœnia pro tutamine Eccle-
ſiæ ac Sedis Archiepiſcopalis ab ipſo Primate conſtructa. At vetuſtiores Homiliarij Scri- l Parad. cit.
ptores ſimul cum ſequace Campegio addunt in ſpecie, *quòd nobilitauit Eccleſiam Lugdunen-* Chamelet Caſtr.
Comes Forenſis. *ſem.* Et antiquus liber Obituum Eccleſ. hæc fatur de Raymundo: *Munitiones nouas Caſtro-* * Chaccelay Pollenay.
rum Eccleſiæ adſtruxit, Petram inciſam, Coindriacum *, *&c. aliarúmque acquiſitionem promouit,* Rochefort,
feuda plurima & hominia ſibi & ſuis ſucceſſorib. peperit; Anſam, de Thalaro, & alia per ſaltem fol. 236.
folia ad ſequentia, de quibus §. 5. Scilicet is fortè confirmauit vnionem Comitatus Forenſis m Num. 65. §. 5. Nu.
cum ſua Lugdunenſi Eccleſia peractam, qualem hodie contuemur eidem Baſilicæ attri- 78. 2. Nu. 80.
butam, ex frequenter allatis ſuprà m. Probabilitatis ratio eſt, quia vidimus eundem Ray- 2. Nu. 81. 2.
naldum extitiſſe patruum germanum Guidonis IV. Comitis Forenſis, quaſi Raynaldus
fieret Comitatus etiam antea conſors & particeps iure hæreditario; atque is vnà Canoni-
cos iam pridem ex nobili oriundos proſapia per aſſuetudinem ſtatutúmve ſub Burchardo
Archipræſule n, voluerit (inquam) amplioribus ideo ditare nobilibus prædiis, aut tales cor-
roborarit hactenus egregia ſobole & ſucceſſione illuſtres. Vbi aduertendum obiter, quòd n Nu. 65. §. 3.
Guido Forenſis, alius à Guigone ſeniore, quaſi II. aut III. parente ſub Guichardo Archie- o Nu. 81.
piſcopo o, hoc tempore recognouit poſſidere & obtinuiſſe à Dom. Archipræſule & Capi-
tulo feudum, Caſtrum vulgò *de Chamelet*, quale Dominus Bellijoci tenuerat ab ipſo Comite
in

4. Actio. in tale Feudum o. Quarta & vltima vniuerſalior protheſis viſus intendit aciem ad Bur- o an. 1220. Martij 3. & alio actu menſe Iunio. p Kal Septembr. 1213.
gundiæ Duciſſam, quæ Cabiloni hominium fecit eidem Rayn. Lugdun. Archiepiſcopo, ſi-
cut Odo maritus & eius prædeceſſores olim fecerant pro villa *de Nuys* p. Sed demum ne ſe-
iunctim breuem annum alium cogamur deſerere, dum aliò ſequenti Paragrapho conten-
Additio. dimus, nos prouectiore ordine chronologico recordamur altioris & hic tardioris alterius
Reſcripti Regis denuo Philippi Auguſti Raynaldo clariſſimè indicti pro conceſſis pedagiis
hac periodo. *Nos chariſſimo conſanguineo & fideli noſtro Raynaldo Lugdunenſi Archiepiſcopo, &
per eum Eccleſiæ Lugdunenſi, &c. Apud Compendium Ann. M. CC. VIII.* Hæc ſatis. Alia
de eodem Renaudo Archipræſule in Matiſconenſibus Num. XLV. §. 5.

Paragraphus 4.

Quadruplex Reſcriptum pro Carthuſianis. SVpereſt in medium proferre quatuor publica inſtrumenta promiſcui temporis de Car-
thuſianis, quę ſingula Raynaldi honorificè meminerunt. Primum eſt eiuſmodi. *Honorius
Epiſcopus ſeruus ſeruor. Dei: dilectis filiis Priori & Fratrib. Carthuſienſib. ſalutem. Ea quæ iudicio
vel concordia, firma debent perſiſtere, &c. Eapropter dilecti in Domino filij, compoſitionem quæ inter* q vulgò De Iong Dieu, prope Villam francam ad Bellijocenſes.
vos ex parte vna, & dilectos filios Abbatē ac Conuentū Monaſterij de Iugo Dei q *ex altera ſuper domo
Montiſmerulæ* r, *quæ alio nomine S. Stephani appellatur, mediante venerabili fratre noſtro Rayn.
Lugdunenſi Archiepiſcopo amicabiliter interceſſit, ſicut ſine prauitate prouidè facta eſt, & ab vtra-
que parte ſponte recepta, hactenuſque pacificè obſeruata, & in inſtrumento exinde confecto, ſigillo* r vulgò Mont-merle, ad Ararim, ripa oppoſita.
*eiuſdem Archiepiſcopi roborato. Tenor autem eſt talis. Renaudus Dei gratiâ primæ Lugdunenſis Ec-
Litt. Papæ. cleſiæ miniſter humilis, omnib. in perpetuum. Quod coram nobis pia intentione geritur, ne cuiuſ-
quam dolo vel verſutia peruertatur, vel annis tacitè labentib. obliuioni tradatur, dignum duximus
literarum adminiculo communiri. Nouerint igitur vniuerſi, quòd cùm controuerſia verteretur inter
domum Carthuſienſem ex parte vna, & domum de Iugo Dei ex altera ſuper domo Montiſmerulæ:
tandem Raynaudo & Ogerio Selſionis & Vallis S. Martini Priorib. qui ſpeciale mandatum à Domo
Carthuſiæ ſuper eadem cauſa ad agēdum ſeu aliàs faciendum ſe per literas ſigillo Carthuſiæ munitas
habere monſtrarunt: & præterea Aymone Abbate & Ioanne Priore de Iugo Dei, pro ſe & toto con-
uentu in noſtra præſentia conſtitutis, partes in hoc vnanimiter conuenerunt, vt quicquid iuris in
dicta domo habebant, in nos transferrent. Facta igitur ab vtraque parte iuris ſui & profeſſionis in
nos translatione: Nos de conſilio venerabilis Fratris noſtri Duranni Cabilonenſis Epiſcopi, Vuilel-
mi & Ioannis Sauiniacenſis & Belleuillæ Abbatum, rem taliter diuiſimus inter eos, &c. Sciendum
quoque quòd de pecunia, quam vir nobilis Guido Dominus Baugiaci habuit, ſtatuimus vt inter ſe
æqualiter diuidant. Dictum etiam fuit, &c.* Datum Agnaniæ VI. Non. Octobris MCCXX. s s an 8. Pontificis vlt PP.
II. vel XXIV. aliis XXVII. t Secundum inſtrumentum è M.S. depromptum edendæ Conſtan- u habetur Charta Parte 3 Conſtāt. ad fundation. Carthuſ.
tiæ Carthuſianæ u, eò tendit, quòd idem Raynaldus Archiepiſcopus plenè planèque abſol-
uit ordinem Carthuſianum ab omnibus pedagiis ciuitatis Lugdunenſis, deprecantibus B.
Stephano Priore Carthuſiæ Portarum, & deinde Antiſtite Dienſi creato, ac Terrico Con-
III. Eremi Portarum benefactores. uerſo Syluæ Benedictæ, anno incerto vel MCLXXXVI. vel CXCVI. vel CCVI. &c. Ter-
tium verò documentum M.S. nobis compertum hæc in eadem Conſtantia pollicetur. *Non-
nullos etiam Principum & nobilium, qui immunitatem & plenariam libertatem noſtræ ſolitudinis
(ait Domnus Bernardus Carthuſiæ Portarum) hìc & diuerſis locis ac temporib. abſolutè laudauerunt,
& quicquid in ea iuſtè vel iniuſtè habere poterant, non inutile credimus ſubnotare. Sunt autem hi.
Amedeus Comes* x, *Guiſcardus Bellioceſis* y, *Girardus de Turre, Amblardus de grandi monte,* x Sabaudiæ 2. huius nominis.
Humbertus de Colloniaco, Boſo & Vuillermus de Briolt, Hugo de Plombis, & alij plures. Hanc y aliàs, Guichardus 3. Bellijocenſis ſeu Vuichardus 2. ab an. 1195. &c. fuit pater Humberti 4.
*itaque chartam ad munimentum ſucceſſorum noſtrorum, ſtabile atque perpetuum (pergit idem Bernar-
dus) in aurib. chariſſimi Domini ac venerab. Patris noſtri Raynaldi Archiepiſcopi Lugdunenſis recitari,
& authoritatis eius ſigillo fecimus inſigniri. Quod per anteceſſorem eius Dominum & amantiſſimum
Patrem noſtrum Vmbaldum* z *Archiepiſcopum, ad quem maximè pertineret, idcirco fieri non potuit,
quòd ſicut ſuprà dictum eſt, conſecrata inferiori Eccleſia Romam properans, feſtinantiſſimè tranſiit,
& peccatis noſtris prohibentib. ad nos vltra non rediit.* Totum ſine Data. Quartum tandem ac
IIII. Eſt Raynaldi Epiſcopi. poſtremum inſtrumentum, eſt ipſiuſmet Raynaldi: diarij quidem anterioris quàm patiatur z De quo ſupr Nu. 72.
ordo huiuſce Paragraphi: at in fauorem Carthuſiæ cernitur exaratum. Adeóque id nego-
tium per ipſum Antiſtitem meritò terminamus, dum Carthuſianos aggeres iſtic cumulamus
& claudimus, è M.S. acceptum. *Raynaldus Dei gratiâ primæ Lugdunenſis Eccleſiæ Miniſter hu-
milis, & totum eiuſdem Eccleſ. Capitulum* (ait) *Dilectis in Chriſto Filiis vniuerſis Carthuſienſium
Prioribus, & Generali eiuſdem Ordinis Capitulo: ſalutem in Domino. Poſtulationes iuſtas peten-
tium & honeſtas, & quæ pietatis opera reſpiciunt ac ſalutis, gratanter volumus amplecti, & eis vt
optatum ſortiantur effectum, benigno cordis aſſenſu gratam conniuentiam liberaliter impartimur.*

Eapropt

Pedagium pro Eccleſiis.

Leida.

Eapropter, chariſſimi in Domino filij, petitionibus veſtris, quib. conſideratione honeſtatis & ſynceritatis, quam ad veſtrûm vniuerſos & ſingulos, atque ad ordinem veſtrum ſpecialiter habemus, eſſe non poſſumus indeuoti: tum quia dilecti noſtri S. Prior Portarum & Frater Terricus pro hoc obtinendo nobis inſtantiùs ſupplicarunt, tum maximè & pręcipuè pro reuerentia Ordinis veſtri & animarum noſtrarum ſalute, tam miſericorditer quàm liberaliter duximus annuendum. Vobis igitur & vniuerſi Ordinis veſtri nunc profeſſis, vel impoſterum profeſſuris concedimus in perpetuum, ne de his quæ in ciuitate noſtra ad vſum veſtrum, emere vel vendere volueritis, vel aliunde de reb. emptis vel vob. conceſſis ad quamlibet domorum veſtrarum per eandem ciuitatem tranſduxeritis, à nobis vel noſtris nomine Leidæ vel pedagij, vel alicuius omnino vſagij aliqua fiat exactio; ſed ea vob. & veſtris, abſque omni exactionum iure, de eadem ciuitate liberè concedimus tranſuehenda. Et vt talis donatio perpetuis temporib. inconcuſſam obtineat firmitatem, præſentem inde vob. concedimus chartulam ſigillorum noſtrorum impreſſione munitam & roboratam. Actum an. ab Incarnat. D. milleſimo CXCVI. Hæc habebamus narranda de ſacro Ordine Carthuſiano: quæ ideo promiſcuis temporibus in hoc ſolo Paragrapho vnà collegimus. Eaque ſimul pro R. Raynaldo nobis hoc loco proficua ſunt.

Paragraphus 5.

Tempus Sedis Raynaldi.

PRæclarum Raynaldi exitum tenuiori penicillo delineemus. Poſterior liber Obituum Eccleſiæ Lugdunenſis, recèns hanc in ſecunda editione compertus, & M.S. profert integra viri munera multis collata Eccleſiis ſuæ Diœceſis; iſque tractatus priore antea deprehenſo locupletior. Eum verò duas in parteis ſecamus. Vna eſt de temporanea Raynaldi migratione, totáque Sedis duratione. Cuius deſcriptio communis eſt vtrique volumini: niſi iiſdem in libris varies tantiſper crepuſculum diſceſſus, hac clauſula. *Obiit XI. Kalend. Nouemb.* [a] ſeu, VI. *Idus Decemb.* [b] (ait locus, ni fallat ſtrictior calamus) *Raynaldus venerab. Archiep. Lugdun. bonæ & fidelis memoriæ, qui feliciter triginta trib. annis Lugdun. Eccleſiam rexit, & eidem vtiliter prouidit.* Hic ſiſte gradum, Lector, paulipſer. Imprimis, hæc capi nequeunt pro Raynaldo I. quia biennio duntaxat Cathedræ aſſediſſe vidimus. Deinde non ſum impedimento, quin vnus ex duplici præfato obituum diario applicetur eidem Raynaldo I. decedenti. Veruntamen moneo, quòd vtrobique præfatorum ſcriptorum contuemur dona

a prior fol. 156.

b poſterior mixtis fol.

Obitus eius.

Eccleſiis facta à Raynaldo (quantuſcumque eſſet) qualia diſertè ſaltem haud legimus de primo huius nominis: etiamque is talia vix præſtare potuiſſet tam breui ſpatio. Quòd verò ad XXXIII. annos pertinet: ſanè ab initio notamus [c] Gaſparem de Mitte eam moram inchoaſſe ab an. 1193. velut id intulerit ex antecedentibus. Et reuerà nos antea concluſimus, ſed longè pertraximus aliunde, quòd vltima prædeceſſoris Ioannis II. hiſtoria inſculpſerit [d]

c 51.

d Nu 83. 5.4.

1226. annum 1192. Vnde Raynaldus iſte finem habuit rectiſſimè anno 1226. Qualem certè numerandi rationem Gaſpar vix ex alio, quàm ex præfato typo M. S. emunxit. Altera ſectionis portio, quæ de variis ipſius Raynaldi largitionibus ſermonem inſtituit, ſic eloquitur.

Varia ipſius dona pro Eccleſiis.

Reliquit pro Anniuerſario ſuo honorificè faciendo Conuentib. trium Eccleſiar. 100. marchas argenti, cũ quibuſd. terris apud Coindriacũ: ad opus maioris Eccl. 100 marchas, & in memoriam eleemoſynæ quingentos monanteſios ſiliginis. Eid. reliquit Cappam de ſerico pretioſam, Dalmaticam vnam, Abbam, Calicem argenteum deauratum, & duo Candelabra de argen. Multas quoque munitiones nouas conſtruxit: Caſtrum Petra-ciſſæ [e]*, de Chaſſelay, de Anſa, & veterem aulam ib. Munitiones de Larzilliaco & de Lentiliaco muris aggeribúſque inſtruxit. Dominium Caſtri de Rochiſort ac multas terras dominicaturas ſuis ſumptib. acquiſiuit, illícque munitionem extruxit. Villam quoque Ripagiery muris & aggerib. muniri fecit. In ædificiis S. Martini de Plantie copioſam pecun. expendit. Apud Coindrieu in præſidio turrim, barrium & cortinam erexit: murum & aggerem ab aquilone & ante Capellam S. Ioannis cum duob. fornellis & ciſterna intus præſidium magnis ſumptib. fieri iuſſit. Apud Giuors tres parteis proprietij, & pedagium à Philippo Rege Franc. impetiuit. Munitionem etiam de Franca villa* [f] *funditus erexit, pedagiúmque de Bechiuellerey à Ph. Imperat.*

e inciſæ.

f Francheuille.

Ædificia.

Romanor. obtinuit, &c. Aulam S. Romani de Coſone operiri fecit. Vicariam [g] *de Anſa emit 120. marchis argenti, in grangiam Vuilelmi de Marcheant militis quadringentas libras miſit. Quicquid Vuilelmus de Tararo apud Anſam habebat per 120. marchas comparauit. In grangiam Guichardi de Iconio XX. millia ſolidorũ miſit: & acquiſiuit ab Aiguone de Iconio medietatẽ gardæ, quam habebat in cœmeterio. Præterea in acquiſitione domus Guilelmi de Furans ante portã præſidij de Coindrieu XX. libras Viennenſ. miſit. Item in augmento gageriæ de Liſſeu, vbi ſupradicta fuerant, feudum Aymonis de Chaſtillon in eod. Caſtro, & alia feuda extra Caſtrum, quæ erant de dominio Bellijoci, ducentas marchas miſit, Capitulo medietatem ſoluente. Ibidem etiam domos Pamionanches precio 100. librar. Vienn.*

g obedientiam ſeu Decimam, Deſmerie.

Vienn. & terram quoque Petri Arriui pretio mille ſolidor. Vien. adquiſiuit. In Grãgia quam habebat Eccleſia à Guigone de Papeis apud Chanamina [l] *centum marchas miſit: & in grangia quam accepit à Falcone & Atgerio Dampois fratrib. tria millia ſolidorum miſit.* Quo deinceps ſitu illic ſequuntur alia iam à nobis exarata ſub Verannio Archipræſule [k]. Tum iſta. *Item Caſtrum de Fauteone propriis ſumptibus erexit. Apud Longes à Stephano Vaſſro Villicoloci, pro decem libris & dimidia emit vicariam, quam ibid. habebat in terris redditis Domino de Reutria. Munitionem S. Circi magnis ſumptib. meliorauit. Caſtrum S. Andreæ muris & aggerib. firmauit: ibique cameras cum aliis ædificiis conſtruxit. Apud Caſetum acquirendo ædificandóque marchas quadringentas expendit. Vicariam de Coindrieu à Girino Ciſrei milite permutatione acquiſiuit, &c. Medietatem terræ* (cit. Vuil. de Tar.) *apud Tarnant pro 142. libris obtinuit: aliámque ter. ab eod. pro 40. libris pignori accepit. Singulis duodecim Presbyteror. maioris Eccleſ. 40. ſolidos dedit. Pro Anniuerſario Comitiſſæ matris ſuæ 70. libras. In die Anniuerſarij dicti Archiepiſcopi debent erogari pauperib. in Refectorio per Eleemoſynarios duo ſextaria ſiliginis. Feuda plurima & hominia ſuis ſucceſſoribus acquiſiuit. Ab Hugone Domino de Colloniaco hominium ſibi debitum recepit. Poſt reformationem pacis inter eos Caſtrum S. Andreæ de Reuermont hominio adunauit. Humbertus de Roria accepit in feodum ab ipſo Archiepiſc. munitionem de Caſtellari, & inde hominium ei fecit, atque à ſuis ſucceſſorib. fieri præcepit. Stephanus Dominus de Candiaco hominium ligium per Comitem Sauoyæ pro feudo de Chaceu ei fecit, & ab hæredibus ſuis fieri mandauit. Achardus de Breſſens accepit ab eo in feudum quod iuris habebat in parœcia S. Iouis* * *de Turigieu, & inde hominium ſibi fecit, & à ſucceſſor. ſuis fieri iuſſit. Amedeus de Bænc & frater eius acceperunt in feodum villam de Vioble, & inde hominium fecerunt, & à ſuis deinceps fieri iuſſerunt. Aymo de Boczoſel accepit ab eo in feodum ſyluam de Contes, & inde hominium ei præſtitit, atque ſuis fieri ſibi mandauit. Guido de Syuicie poſſeſſiones, quas vltra Rhodanum habebat, accepit ab eo in feodum, & hominium inde fecit. Quicquid habebant illi de Chauorlay apud S. Proiectum ab ipſo acceperunt, & ei hominium fecerunt, & 50. gallinas debitales in ipſa villa eidem Archiepiſc. & ſucceſſor. ſuis in perpetuum conceſſerunt. Ioannes Abbas & Conuentus Athanacus tradiderunt eid. Archiepiſc. in villa de Vindies duos ſolid. debitales & tot capones in ſingulis, quæ ibi de cætero per ædification. accreuerunt. Stephanus de Buxera miles grangiam ſuam de Molar cum appenditiis iuxta Vindren in feodum ab eo accepit, & hominium inde fecit. Emit medietat. gardæ quam habebat Aymo de Tconio in cœmeterio de Chacelay: & ipſe Aymo accepit ab eo in feodum, quod habebat in parœcia de Saluagiis. Apud Anſam feodum Milonis de Vallib. in Voſco de Conninceu, &c. Apud Yſeronem redemit de mille ſolidis quartam partem in mandamento, dominio & vſagiis Caſtri loci, obligatam Iocerando de Lanieu: quæ omnia dederat huic Eccleſ. Lugdun. Girinus de Sal quondam Canonicus. Aliam verò quartam partem à Dom. Blanca de Montaigneu pro 120. libris acquiſiuit: & ibi ædificauit de Fautione, vbi pedam Girardi de Bullio pro 20. ſolidis emit, & pedam Falconis de Vallib. pro 60. ſolid. &c. Emit à Philippib. apud Quincenaſterram pro 12. libris. Falco & Seluo de Vallib. acceperunt in feudum ab ipſo Archiep. terras, quas habebant in ea parœcia, & grangiam ſuam de Maximieu, & inde ſibi hominium fecerunt, &c. Terram* [m] *de Roanneis precio mille ſolidor. acquiſiuit. Dominium Berardi de Piſeiz apud Rochifort emit. A Berardo de Chaſtillon & à Dom. de Piſaiz vxore eius, ad quam deuoluta erat illa terra, ſolam pedam Guidonis de Talaru Seneſchalli Lugd. Eccleſiæ ſuæ vniuit. Terram Caſtanarei cum appenditiis, terram de Monchanin & vineam de Rantalon, quod habebat Petrus Armandi, emit. In pareria quantum habebat Gandemarus de Iareſio apud Coindrieu, & vt recognoſceret ſe habere ab Eccleſ. Lugdun. quod habebat à Cruce montis Violi inferiùs vſque ad mandamentum de Mallaualle accepit in pignus, &c. In pareria Seluonis de Farnay miſit pro gageria nouies 20. libras Vienn. Guifridus de Albaripa & Briandus de Lanieu maritus Vuilelmæ filiæ dicti Seluonis recognouit pro ead. villa & de mandato eiuſd. ſe habere in feodum ab Eccleſia quicquid poſſidebat citra Rodanum ad Coindr. Chauannam & ad Doiſyn, &c. Fecit permutationem pareriæ de Coindr. & pareriæ de S. Annemundo cũ Guigone de Iareſio, & ad meliorationẽ ſui Anniuerſarij, quod ibid. fieri præcepit, omnib. Clericis 100. marchas reliquit, atque ad opus Eccleſiæ totidem dedit. Acquiſiuit quicquid iuris habebat Eccleſia de Inſula de ſubtus Viennam, & Inſula de Giuort precio 28. librar. fort. & dominium quod Ber. de Piſaiz habebat in toto Caſtro de Giuort: conſtituítque 107. libras fort. & 50. ſolidos debitales in pedagio. Domos & terras planas, quas habebant in mandato de Giuort, emit poſtea ab Ber. pro 58. libris Vienn. de 300. ſolidis de Drudariis, quos habuit Aeſmarus de Montſol. Permutauit Guichardo de Montagneu & Dom. Blanchæ vxori ſuæ illud quod Eccleſia habebat in monte rotundo, & apud les Bieſſes: dedítque eis magnam peciam pro portione iuris & dominij, quæ habebant in poipia de Giuort, &c.*

Marginal notes:
[l] aut paulò aliter.
Rem. — [k] Nu. 25. §. 3.
In Vrbe.
[*] vel Ioannis. 5.
Hominia ab eo recepta.
[m] Seigneurie.
Acquiſitiones per eum factæ.
Permutationes.

Alia præterimus. En egregia dona, eáque ferè innumera: cum paribus numero Hugonis Archiepiſcopi, octaui anteceſſoris. Ex qua munificentiæ hiſtoria hoc vnum venit colligendum: quòd dum bis térque ibi fiat ſermo de Raynaldo *proprijs ſuis ſumptib.* emente, poſteáque alibi, Capitulo *medietatem ſoluente*: iſta, inquam, videntur eſſe merè ſigna proprietaris poſſeſſionum ſeu prouentuum apud quemque de illo Clero; & quòd tunc cœperūt diuidi fructus annui temporales illius Eccleſiæ inter Raynaldum Archipræſulem & Capitulum ſeu Canonicos, reliquóſque, quæ tamen antea ex ſcriptis de Hugone cenſebantur fere communia. Verùm certè, nomen Refectorij in ea nartatione conſperſum, creditur demonſtraſſe, quòd ea communitatis & pietatis ratio vtcunque obſeruabatur, ſaltem ex conuiuendi modo, & ex præbendatis ſe reficientibus in loco ſpatióque ad eam cōmunitatem deſtinato. Niſi hoc ad cōmunes etiam pecuniarias prouētuum eccleſiaſticorum rationes per Receptorem Capituli ſeu Comitatus eo in loco deſtinatum audiendas & reddendas opportunè ex nonnullorum mente referatur: vbi ſimul quandoque & non ſingulis diebus perinde conuiuebatur inter deputatos, vix toto ſemper Clero præſente. Interea, non abs re huc coëgimus topographicos illos diſcurſus. Etenim, præter liberales eiuſmodi fundationes: cætera induunt ſolennes & famoſas rerum aut perſonarum circunſtantias futuris euentibus proficuas & vtiles.

[Margin: An tunc bona Eccleſiæ eſſent communia Clero.]

Paragraphus 6.

[Margin: Gaſpar de Mitte.]

ILlis tandem exactis: in iſta poſtrema Numeri ſeu capitis calce, tria ſunt aduertenda. Vnum eſt, quòd ab hoc Primate Raynaldo ad noſtros ferè dies, maiorem partem Chronici ſequentium Archiepiſcoporum hauſimus ex conquiſitis ſtudioſè præfatis Archiuis M.S. Eccleſiæ Lugdunenſis, tū à nobis, tū maximè quas ad manus porrexerat [a] Gaſpar de Mitte, idē qui ſuprà [b], vulgò *de Cheurieres*, nuper Canonicus, Comes & Camerarius octogenarius valde literatus eiuſdem Eccleſiæ [c] ſub primæua Operis editiunculа. Siquidem perrexit nobiſcum feliciter vſque ad Hippolytū Ferrarienſem Archiepiſcopum [d]: non certè quoad hiſtorias hoc Numero congeſtas & in poſterum: dum is nullam expreſſerit: ſed quoad Datas ſeu diaria. Alterum eſt, quòd poſt eius deceſſum nobiliſ. Carolus de Buſſeul, item Canonicus, Comes, & magnus dum viueret Cuſtos ipſius Baſilicæ, poteſtatē à Capitulo nactus eſt, me præſente, latiùs ſępiúſque aperiundi nobis Theſaurum [e], vt ſingulos penè Codices inuiſeremus. E quorum promptuariis deſumpſimus multa Pontificum Diplomata, & alia hic paſſim recenſita à [f] temporibus Hugonis aut Falconis [g] Archiepiſcoporum, ad Philippum vſque Antiſtitem è [h] Comitibus Sabaudiæ oriundum [h]. Cum quo certè præſto etiā fuêre nobiles alij è gremio Baſilicæ, iiſque Iuris vtriuſque Candidati, in collecto nobis ſecundario rerum origine [i], atque vno minore obituum libro [k], ſingulari humanitate. Ex qua membrana cū poſteriore libro [l] eiuſdē materię, has plures in obitibus fundationes aut dotationes elicuimus. In quibus chartaceis foliis ſuum, reor, exēplar piè furatus eſt idē Gaſpar. Dēq; his Lectorē paucioribus monueram in priore topographia. Cæterùm, dum hîc Raynaldum pingimus, occupat Numerum LXXXVIII. quem in anteriore calcographia Analdū duntaxat vocabamus. Vnde noſter iſte Raynaldus, abſolutè antea ſeu vnicus nominabatur. Nunc verò eum lubèns ſecundum dicimus cum Tabulariis Campegio & Sarrazino hac in parte fidelibus.

[Margin: Carolus de Buſſeul.]

[Margin: Alij adiutores.]

[Margin notes: a menſe Maij 1604. — b 61. — c obiit menſe Decem. 1606. — d infra Nu. 109. 111. — e Menſib. Ianuar. Febr. uar Mar. 1605. — f Nu. 70. — g Nu 76. — h Nu. 88. — i an. est liber eſt in folio. — K in quarto, extractis ex originalib. per Notar. regios Vauſelles & Bamel — l etiam in quarto.]

LXXXIX.

[Margin: Peraldi nomini & ſcripta.]

GVILELMVS Peraldus non antea viſus à capite, ſic eius cognomen deſcribitur in ipſius libello à nobis perſpecto, cui titulus eſt; *Summæ virtutum & vitiorum Tomus primus, Guilielmo Peraldo Epiſcopo Lugdunenſi Ordinis Prædicatorum Authore, Lugduni apud Rouillium ann.* 1571. [a] Repetitúrque id agnomen ac Cathedra in præfatiúcula liminaris Epiſtolę, deindéq; in primariis Operibus & Epiſtoliis Fratris Bernardi de Croſo * Doctoris eiuſdē Ordinis Prædicatorū, & Pœnitētiarij apud Auenionē. Opus ſanè Peraldi vberè valde cōcionatoribus materiā ſuppeditat, quódq; poſtea Iacobus de Voragine in Epitomē redegit. Verùm idē Antiſtes in Bibliotheca Conradi Geſneri vocitatur *Peraltus*, ſeu *de Petra-alta*, natione Gallus. Apud quē dictatorē ex Volaterrano is pereruditus anima

[Margin notes: a in 16. & Antuerpiæ eo anno. Venetiis, Tomis duob an. 1557. ac Lugdun. 1580. — * Lugd. apud Carol. Peſnot.]

animarum paſtor alia plura in lucem edidit:ſcilicet librũ vnum de Religioſorum eruditio-
ne, Sermones de tempore libro vno, & alium de Sanctis. Cætera de tali viro eduxit Trite-
mius in libro de Scriptoribus eccleſiaſticis. In priore noſtra typographia ſeriùs profectò eius b Nu. 109.
meminimus, equidem per appendicem poſt Archiepiſcopum Cardinalem Borbonium [b], vt an. 1607.
pote quia præfatum de ipſomet Opuſculum inuenire & legere duntaxat cœperamus, quan- prioris edit.
do hoc Eccleſiæ Celticæ Volumen ad prælum multo iam profectu ac velociore curſu pro-
perabat. Neque idcirco ſupererat otium, quo tanti hominis ſeculum venari tunc nobis licuiſ-
ſet. Nunc verò nitentes eius æuum percontari cum multo labore, deprehendimus Ioſſeum
Eius tempus cognitu difficile. Coccium, qui dum noſtris penè diebus Patrũ teſtimonia duplici Tomo recognouit, ad præ-
cipuos fidei articulos in controuerſiam cadentes confirmandos, noſtrum Peraldum collo-
cauit ſub annum MCCLV. Cuius ſpecimen Chronologiç ſequutus eſt Iacobus Gualterus in c ſeculo 13.
ſuis Tabulis Chronographicis [c]. Adeóque Peraldum ad caput & categoriam Primatum in columna Scriptorum
Franciæ directo vertice ac numero ereximus. Ipſum autem ad huius pagellæ ſegmenta re- Eccleſiaſticor.
ponimus, vt Sedem inchoarit præcisè ab anno 1227. Raynaldo exitum faciente anno præ- d §. 5. ſupr.
Ann. cedente [d]. Ratióque proximi huius ſucceſſoris eſt, quia annus 1255. ſi præcisè à quoquam
1227. hîc putaretur ſumendus, Peraldus incideret cum Philippo de Sabaudia, quarto poſt hunc
1229. ordinem Archipræſule [e]. Quæ quidem virorum ſimul penetratio in eodem ſolio locum obti- e Nu. 89.
nere nequit: præſertim nõ illic Dominicanus, eò quòd firmiores habẽtur de Philippo hiſto-
riæ, quàm ferantur laxiora de iſto Peraldo Chronica hactenus reperta. Igitur ſecularis nota
Coccij paulò vniuerſalior & latior iſtuc in aſcenſum reducenda eſt, quia idẽ Coccius plures
annorũ circuitus pro Peraldo intendit annotaſſe, non exactiorem annũ. Vnde cùm ſub hoc
Num. LXXXIX. multum reſtet ſuperuacaneum tempus, quo præfatum Peraldum conſti-
tuamus, equidem proximis diebus à Coccio deſignatis; fit vt idem Peraldus facilè potuerit
annos quatuor integros percurrere, alioqui vacuos hoc loco ſeu interſtitio poſt Raynaldum,
& nõ alibi locandus in iſto toto ſeculo decimotertio. Nam propinquior hiſtoria Roberti ſuc-
ceſſoris Archiepiſcopi legitur ſolùm ab ann. 1230. Qui angulus quadriennij remanet in præ-
ſenti tabula vel Coccij centuria, aliàs otioſus, vt inde admittere reciperéque valeat famo- f Nu cib. §. 6.
ſum Peraldum de literis & pietate valde meritum. Adde quòd infrà [f] ſub Philippo recenſen-
tur Acta egregia de Statutis Eccleſiæ Lugdunenſis, quæ ibidem inſpicies per eum relata ad
anteriorem quendam Archiepiſcopum G. nomine ſic in ſola prima litera decurtato, vt Phi-
lippus multò probabiliùs concipiat hunc Guilelmum Peraldum, velut propinquiorem ac
Statutorum decretorem, cuius memoria Philippo recens fuerat; at non Guidonem ſuprà,
remotiorem quàm par ſit, vt ita breuiter crederetur à longè conſcriptus. Proptereáque
Guilelmo rurſus hunc ſitum impertiri nos oportuiſſe concludimus. Interea nomen Epiſco-
pi ab eo vſurpari ſolitum neminem mouere debet, vt inde Peraldus ſit exiſtimandus po-
tiùs Suffraganeus aut Coëpiſcopus Lugdunenſis, non autem Archipræſul. Quippe ex vna
parte nunquam Suffraganei hoc Superiorum titulo donati ſunt: & ex altera, chriſtianiſſima
ac deuota veterum maximè Cœnobitarum humilitas id habebat in vſu, vt veri Archifla-
mines ſeu Metropolitani ſe quondam prædicarent ſimplici voce Epiſcopi. Teſtis eſt S. Pa-
tiens Lugdunenſis [g], & alij apud S. Sidonium Apollinarem. Quinimò ampliùs quidam
Vox Epiſcopi. ſeipſos inſcribebant, *humilis miniſter Eccleſiæ N.* Quaſi pro maiori animi ſummiſſione non g Nu. 24.
auderent ſe Epiſcopos appellare, etſi munia epiſcopalia ſanctiſſimè geſſiſſent. Itaque tan-
dem Peraldus ob Chriſtum intimo corde demiſſus hãc opportunè ſtationem in Lugdunenſi
Cathedra videtur quadriennio aſſecutus, donec noſtro forſan & amicorum ſtudio lux ma-
ior acceſſerit, pro auguſta eius poſitione ſcrutanda & reſtituenda.

XC.

ROBERTVS cognomine de Turre, filius & frater eſt Comitis Aruerniæ, ex M.S. a 61. Sauaro.
traditione: tum priùs Antiſtes Claromontanus [a], ex Homiliario & Sarrazino. [b] Etſi b ac vulgò cognominatur *de la Tour*,
verò ignoretur exactum tempus ſuæ illinc tranſlationis ad Eccleſiam Lugdunenſem: ex Campegio
tamen in Archiuis habetur de eo præclara mentio pro Archipræſulatu Lugdunenſi, anno ſeorſum.
Ann. præcisè M. CC. XXX. [c] quo certè Delphinus Viennenſis & Albonenſis Comes accepit *in* c Menſe Ianuario.
1230. *feudum francum Caſtra d'Annonay & d'Argentau: fecítque homagium D. Roberto Archiepiſcopo*
& Eccleſiæ (ait textus) *ac eĩ iurauit fidelitatem, & è contrà, Eccleſia pollicita eſt eum iuuare, ac eidem*
auxilium impendere. Vnde fidendum minimè eſt cunctanti nimium Demochari ac dicenti in
Tabella Epiſcoporum Aruernenſium [*]: *Robertus fit Archiepiſcopus Lugdunenſis* 1200. *Ludouico* * To 2 fol.
regnante. Nam alioqui ſpatium nullum ſinceretur, præmiſſis duobus Archipræſulibus: & eo an- 41. col. 4.
no regni habenas tenebat Philippus Auguſtus pater Ludouici 8. regnantis ab anno 1225.
per ſequax triennium duntaxat, quẽ ſequutus eſt Diuus Ludouicus filius ab anno 1217. &c.

Tandem verò idem Robertus ſuum condidit Teſtamentum anno milleſimo duc teſimo
trigeſ. ſecundo, menſe Iunio, & obiit ſequenti VII. Idus Ianuarij: iacétque in qua m Cap-
pella Eccleſiæ S. Ioannis, vbi habentur ſigna eius gentilitia. Ex libello autem Obituum
manifeſtum eſt, ipſum deuouiſſe Eccleſiæ ducentas marchas argenti pro duobus Anniuer-
ſariis (vt vocant) annuatim celebrandis, nomine ſuo ac Odonis cognati ſui, Burgundiæ Du-
Odo. cis. Qui quidem Odo princeps diu manſit Canonicus eiuſdem Eccleſiæ. Vnde Lugduni e fol. 189.
ad Patres tranſiit 2. Nonas Auguſti, *ac dedit S. Stephano calicem argenteum deauratum,* & in alio lib.
veſtimentum ſacerdotale (ait locus[e]) *ad ornandum pannum ſericum Altare; & vnam vitream* centū marchas.
in capite maioris Eccleſiæ, &c. Præterea Robertus habuit nepotes Hugonem Epiſcopum f ex Archiuis.
Claromontenſem, Guidonem de Turri Lugdunenſem Archidiaconum[f], & Guidonem
alium Comitem Forenſem. Cæterùm miramur quo titulo Paradinus dicat ad extremum g & ex lib.
Capitis XL[g] inita videri Concordata inter eundem Robertum ac ciues circa annum 1270. Obituum.
præſente Odone præfato Duce: & tamen ſub initium ad marginem conſcribitur annus
1215. Etenim ſeriùs priorem notam apponit, quia interſeruntur quinque ſequentes Ar-
chiepiſcopi propinquiores. Et poſterior nota citiùs allata eſt: eò quòd tunc Raynaldus ſe-
dit, nec tandiu vitam agere potuit idem Robertus. Adeóque latet ibi repugnantia. Sed de-
nique tutiùs ipſis Archiuis fides eſt adhibenda pro anno defectus ipsius. Eius Anniuerſa-
rium debet commune Caſtrum de Riorterio, VII. Idus Ianuarij.

XCI.

1235. RODVLPHVS I. ſic nuncupatus in Archiuis & Homiliario; aliàs *Radulphus* ex
Campegio & Paradino[a] vbique; vel Radolphus[b] ex Sarrazino. Cùm eſſet primùm a lib. 2. c. 44.
Ciſtercienſis Monachus, ac Epiſcopus Agennenſis[c]: conſtitutus eſt Præfectus Me- b Gallicè Raoul ex
tropoleos Eccleſiæ Lugdunenſis operâ Gregorij IX. Pont. Maximi[d] anno IX. Roma- Belforeſio.
ni ſui Pontificatus, & ſalutis anno M. CCXXXV. quantumuis pars vna Capituli Archi- c ex lib. Obituum.
diaconum, altera Procuratorem Eccleſiæ Valentinenſis poſtulaſſet. Idem verò Ra- d ab an.
dulphus ſucceſſit Roberto, ac texit Eccleſiam vno duntaxat menſe, veluti loquuntur Char- 1227 ad
tæ Gazophylacij. Obiit 3. Nonas Martij. 1241.

XCII. *Paragraphus* 1.

AEMERICVS itá dictus ex Demochare ſub Campegio; tum *Aymericus* ex Ho-
miliario, *Aimericus* ex Sarrazino, tandémque *Emericus* ex Paradino[a] & Campe- a cap. 44. cit.
gio ſeorſum: primùm fuerat Archidiaconus Pariſienſis[b]. Atque ex nonnullis Sedem b ex Homeliar.
Lugdunenſem biennio tantùm occupauit[c]. At quicquid de ea duratione ſit: ipſe ſaltem ex c Parad. cit.
1236. Homiliario renunciauit Archiepiſcopatui anno M. CC. XLV. inter manus Innocentij Papæ
1245. IV. anno ſecundo Romani ſui Pontificatus. Ex Paradino tamen facta eſt renunciatio ad an-
num M.CCLI. præfato Innocentio PP. redeunte Romam è generali Concilio Lugdunen- d ex Genebrar. in
ſi, quod fuit decimumtertium œcumenicum[d], & in quo præfuit idem Innocentius. Qui Chronol.
certè calculus Paradinianus nō cohæret Chartis è Gazophylacio Eccleſiæ depromptis, quia
ex ipſis Chartularibus libris ſequens Archipræſul Sedem ſuam inchoauit ab anno M. CC.
XLVI. Quòd ſi verum putetur ſediſſe Rodulphum antecedentem per ſpatium vnîus tantùm
menſis: ſanè concluditur iſtum ergo Æmericum Epiſcopale ſolium tenuiſſe integris de-
cem annis aut ferè vndecim: ſcilicet poſita renunciatione (& quidem veriùs) anno M.CC.
XLV. Ratio eſt, quia conceſſo ſolo menſe pro Rodulpho, cœpit hoc pacto Æmericus ful-
gere Lugduni anno M.CC.XXXVI. De reliquo, idem Æmericus multa præclarè fundauit:
priùs quidem eximia Anniuerſaria tum pro Raynaldo Archiepiſcopo eius affini, & Rober-
to item Archipræſule ipsius auunculo[e]; tum rurſus pro Guidone Archidiacono eiuſdem e Nu. 86.
fratre. Ibidémque vocatur *Aymericus*: totum ex libro Obituum. Poſteriùs fundauit de-
nuo Cappellam ſui ipſiuſmet Palatij Archiepiſcopalis ſub inuocatione S. Mamerti quon-
Piæ eius fundationes. dam Vienneniſis Epiſcopi[f], aut veriùs anteriorem Sacelli rationem adauxit *decem libris for-* f an. 468 Sigib. vel 464.
tium: itémque Girardus eius Cappellanus reliquit in puram perpetuámque eleemoſynam Cappellanis Ado. Feſtum
ad ipſam Cappellam intitulatis, domum ſuam contiguam Domui noſtræ Lugduni iuxta furnum no- 11. Maij
ſtrum (ait litera Archiepiſcopalis) *ac vniuerſam ſupellectilem, &c. Nos Arnoudus Decanus,* g perſœciales, ſub qua
Capitulum Lugduni, & Guido de Turre Archidiaconus Lugd. de cuius patronatu eſt Eccleſia S. R. g hæc domus.
Lug. quæ ſeruitium duor. denarior. in præſcripta domo percipit annuatim, ea quantum in nob. eſt ap- h Cappellani.
probantes, ſigilla noſtra vnà cum ſigillo R. Patris Aymerici Dei gratiâ Archiepiſcopi noſtri, præſentib.

duximus

duximus imprimenda. Datum anno Domini millesimo CCXL. menſe Decembri[i]: veluti cum Emanuele Chalom Vicar.gener.perlegimus [k] in archetypo. Erat autem Æmericus ex cognomine & familia de Turri oriundus in Aruernia: nepos præfatorum Roberti Archiflammis, & Odonis Burgundionum Ducis.

i cum duob. ſigillis in cera viridi & flaua.

k an.1609.

Paragraphus 2.

Alius quibuſdam Archiepiſcopus.

ISTic homonymiam, teor, expecta paulò attentiùs. Dum Frater Seraphinus Razz. Dominicanus Italicè ſcripſit vitas Sanctorum vtriuſque ſexus ac illuſtrium virorum Ordinis ſacri Dominicanorum, Gallicè tranſlatas per Fratt. Ioannem Blanconum Franciſcanum Obſeruantiæ apud Toloſanos *, ipſi has periodos in lucem edidêre. *Frater Hugo de ſancto Theodorico, aliis cognomine de S. Carolo, creatus fuerat Archiep. Lugdun. in Francia ab Innoc. PP. IV. Deinde Cardinalis S. Sabinæ, anno ſalutis M.CCXLIV. iſque primus Cardinalis ex Dominicano Ordine aſſumptus: vir pereruditus, à quo Bibliorum ſacrorũ Concordantiæ primùm ex ſuis corticibus erutæ palam feruntur hactenus, necnon is doctiſſimam Gloſſam in omnes diuinæ Scripturæ libros compoſuit.* Hæc ille. Verùm nos profectò alibi nuſquam legimus, quòd talis Hugo de S. Theodorico Archiflamen Lugduni ſederit. Neque id etiam veriſimile arbitrandum, maximè ſub anno præfato 1244. vt neque in circum prope: quia temporanei tutiores ſcrupuli præſentis Æmerici finiuntis ac Philippi I. ordientis non compatiuntur præfatum Hugonem intermedium collocari potuiſſe. Si verò certior fides pro eo ſtatuendo in poſterum eluceſcat, illum ad caput tandem erigere & attollere minimè grauabor. Interea recenſitus idem Præſul nequit eſſe Theodoricus Lugduni Antiſtes XLII. à nobis ſuprà demum inſeri ſolitus ſub anno DCXXXII. & DCXLVII. quia nondum illo vetuſtiori æuo effulſerat Ordo Dominicanus, imò neque ſexcentis ferè poſtea annis. Fortaſſis ad Epiſcopalem vſque conſecrationem haud peruenit, tametſi canonicè electus. Nam is primùm fuerat Doctor Theologus eiuſdem Baſilicę, vno ſeculo tardiùs quàm ferat iſte locus, ſicuti reuoluere placuit in Henrico II. huiuſce nominis, Archiepiſcopo C I.[a] Atque hinc vereor, ne Author P. Seraphinus Archiepiſcopi titulum vſurparit obdormiſcens, atque Hugoni craſſa Minerua aſcripſerit pro Theologo Eccleſiæ ſub prætextu ſuccedentis Cardinalatus eidem Hugoni.

Hugo de S. Theodorico.

* Pariſ. an. 1616. in 4.

a § 3.

Paragraphus 3.

Principes Bellijoci fundatores Cœnobij Poletenſis.

HInc paucis extranea ad rem peraudias, quæ ſub id Archipræſulis tempus in ſua Diœceſi præclarè occurrebant, neque vix à præſentis pietatis ſcopo deſiliunt. Marguareta Balgiacenſis Marchiſſa, de qua nos paulò antè *, vnà cum illuſtriſſimo Domino Humberto[l] de Bellijoco marito ſuo fundauit ac dotauit Cellam B. Mariæ Virg. de Poletens, quæ aliàs vocitatur domus Poletenſis pro Monialibus Ordinis Carthuſienſis anno præcisè M.CCXL. Quod equidem Cœnobium fuit olim exemplar virginitatis & omnis caſtimoniæ, tametſi hodie belli calamitatibus dirutum. *Fundo & conſtruo* (inquit ipſa) *Monaſterium quod vocabitur Cella B. Mariæ, pro ſalute animæ meæ & nobilis viri Humberti mariti mei D. Bellijoci, & anteceſſorum meorum ac ſuorum viuorum & defunctorum, &c.* Ad quam fundationis chartulam ſequitur placitum præfati illuſtris Humberti. *Ego Dominus Humbertus Bellijoci prædictæ Marguaretæ maritus tam pium opus prædicti Monaſtery attendens, ob reuerentiam D. noſtri Ieſu Chriſti & glorioſæ Virginis matris eius, omnia ſuperiùs expreſſa approbo in Domino & collaudo: Confirmo etiam, ac in teſtimonium perpetuæ veritatis, huic Chartæ ſigillum meum appono. Inſuper pro remedio animæ meæ dictum Monaſterium, & res eius mobiles, immobiles atque perſonas ſub mea protectione, ducatu, & ſecuritate recipio, &c.* Quorũ Principum filia virgo nomine Iana[n], mundi huius vana deſpiciens, vni Chriſto ſeruire ſtuduit, fœlici exitu in Domino quietura[o]. Quam dotationem decreto ſuo bullato approbauit Paulus Papa II: Romæ apud ſanctum Marcum anno Incarnationis M.CCCCLXV.[p] Taléque programma ex MS. Carthuſiæ fluxit. In quo diligenter aduerte, textum ritè inducere pręmiſſos Dynaſtas regiunculæ Bellijocenſis, poſſediſſe pariter prouinciolam, quæ deinceps nuncupata eſt Dombarum principatus æquè latè patẽs in quo ſitum eſt id Poletenſe Cœnobiũ: patria tota Diœceſis Lugdunenſis: cùm tamen pars Bellijocenſium, fluuio Arari intermedio, ad Maticenſem Diœceſim pertineat. Atque ſic etiam fert ſeniorum huius æui traditio. Quod dominationis incrementum vel certè ſonant iſtæ allatę Humberti voces, *Res Monaſtery ſub mea protectione & ducatu recipio.* Is enim nequiuiſſet vti verbis eiuſmodi in terra aliena: niſi aduersùs Dombas incolas ius patrimonij forique ciuilis obtinuiſſet, vnà cum affini Bellijoco eidem familiæ adſtricta.

In ſuo Dombarum principatu, vicino Bellijocẽſib.

* ſub Raynaldo a. 88. § . . . l quarto, obiit an. 1250. rel. . . . Guichardo 4. & ſex filiabus.

Confirmauit etiã bona tradita Priori & Ioannis d'Ardiere, in Iulio 1239 ac interfuit tranſlationi Priori cum incolis Bellicuillæ in April. 1254.

n ſeu Ioanna.

o illic poſtea Prioriſſa.

p 9. Kal. Nou. Pontif. an. 1.

Paragraphus 4.

Catalogus Canonicorũ Eccleſiæ L. Lugdunenſis. EX illa parentheſi nos aliò pro exitu contendentes: vnum peraudias. Quo inſtanti Lugdunũ profectus credebatur Innocentius Papa, recognitus eſt numerus perilluſtris Canonicorum primæ Lugdunenſis Eccleſiæ, quatenus id palam extractum Luteriç comparuit anno 1245. ex Computorum Regiorum Cameraq. Inito calculo, viſi ſunt ſeptuaginta quatuor Canonici tunc ſimul florentes in Eccleſia Lugdunenſi: nimirum vnus Imperatoris filius, nouem Regum filij, quatuordecim Ducum, triginta Comitum, & viginti Baronum nati. Neque de his mox plura: cùm talia ſcripſerint Charpinus & nonnulli vulgares r. Meritò tamen hæc è veteribus MS. hauſta recenſuimus, equidem iſto decenti loco repoſita, quia velut ſemina præludiaque inſeruiunt futuris breui commentatiis ſub Petro III. cognomine de Sabaudia Archipræſule, pro diminuto tunc f hoc ingenti nobilium Canonicorum numero. Nam præſens maior numerus tunc valdè incertus videbatur paulò creuiſſe ex importunis Optimatum in Capitulo precibus. Inter quos nonnulli fortaſſis erant Canonici duntaxat honoris. Et eiuſmodi geſta ſunt ſub Æmerico. Quo ſedente, in dictorum fidem, obiit nobiliſſimus Vuilelmus de Palude, ad VIII. Idus Nouembris, anno 1243. vir Canonicus & Leuita Eccleſiæ Lugdunen. Præpoſitus S. Thomæ Foruetij, ex Baronum gente: qui reliquit B. Stephano 120. marchas pro anniuerſario ſuo Conuẽtibus trium Eccleſiarum annuatim faciendo. Itémque dedit Eccleſiæ Lugdunenſi 220. marchas argenti, quas habebat ſuper domum Cantuarienſem Clauſtri Lugdunenſis, & alia quædam. Hæc ex magno Obituum Volumine in Archiuis, latiùs allato ſub Henrico I. Archipræſule t ad iſtum decentem locum. Reliqua illic, vel ut tardiora.

q en la Chãbre des Compres.
r du Rubys.
f an. 1321.
t nu. 101. §. 4.

XCIII. *Paragraphus* 1.

An. 1246. PHILIPPVS cognomine *de Sabaudia*, primus huiuſce vocis, tum in Sede Lugdunenſi, tum in ſua Principum familia, electus eſt Archipræſul Lugdunenſis ſub anno MCCXLVI. ex Archiuis: & quidem creatus ab Innocentio Papa IV. iam ſuprà conſignato a, qui eo anno Lugdunenſi Concilio initium dedit, Æmerico tunc Sedi renunciante: tametſi minùs ritè Philippus credatur ſelectus anno 1251. ab eodem Innocentio, ex Paradino b diſcurrente paulò antè c. Idem verò Pontifex ſummus anno milleſimo ducenteſimo quadrageſimo quinto Lugdunum in Synodi fines appulſus d, conſecrauit primùm maius Altare Eccleſiæ Lugdunenſis ex vetuſta editione Breuiarij Cameræ f. Et alio Diplomate, quale in Archiuis legimus, ſub annum ſequentem, *omnibus benefactoribus fabricæ Lugdunenſis Eccleſiæ, quæ dudum incœpta eſt, magno & ſumptuoſo opere* (ait idẽ Pontifex) *quadraginta dierum indulgentiam duximus concedendam: quia aſſiſtentibus nobis venerabilibus fratribus noſtris Cardinalibus & aliis quamplurimis Eccleſiarum Prælatis* (addit g) *ſacroſanctum Altare ipſius Eccleſiæ manibus propriis conſecrauimus* h. Eſtq; maius Altare Cathedralis Baſilicæ, tanquam magna ex parte ante id tempus extructæ, qualem hodie contuemur ingentis altitudinis, ſub inuocatione D. Ioannis Baptiſtæ. Et à quonam muris cœpit attolli ipſa Eccleſia, videtur docuiſſe Martinus Papa quintus vno ſeculo & pluſquã ſemis poſt hunc Philippum protopaſtorem: rem totam ad ſuperiores centurias reducendo. De illo quippe negorio idem Martinus Bullam direxit ad viros egregios Abbatem Sauigniaci, Carolum Archiepiſcopum Viennenſem, & Capitulum Lugdunenſe, hac verborum ſerie. *Olim in prima ria fundatione Eccleſiæ, tam Burgundiæ quàm Bohemiæ, qui tunc erant Reges illius fundatores, conſiderantes multitudinem nobilium in illis vigere partibus*, tradiderunt i eidem Baſilicæ patrimonium, omnémque iuriſdictionem, &c. Quo in loco, etſi Pontifex minimè fundatorum ſeculum i deſignarit: attamen ſatis antiquam cenſuit Templi fabricam, ſimul ac veteres eſſe poſſeſſionum nexus ibi loco allatos. Niſi fortè præcellat eorum ſententia, qui arbitrantur ſacram illam ædem conſtructam à Ioanne Franciæ k, Duce Burgundo, ſeriùs regnante in Galliis, ad quem præſumitur referendus anceps textus Paradini l. Verùm certè tardiùs ſeculum præfati Ducis aut Regis legitur obtigiſſe duntaxat circa annum 1350. apud San Iulianum m, vel anno 1392. ex infrà receſſitis in Philippo II. Archipræſule, paulò ante Martinum. At profectò dicam. Ante ſexcentos illinc annos ad minus, ſubeat Eccleſia S. Ioannis Baptiſtæ, eáque Cathedralis, veluti liquet è ſexto & ſeptimo Eccleſiæ Chriſti ſeculo, tempore venerabilis Bedæ aut citiùs, ex allegatis in Maldeberto n, Leidrado o & Guichardo p Archiepiſcopis. Adeóque mox vel ſolùm maius Altare reſtitutum eſt ob decennale bellum

Altare conſecratum. & indulgentiæ Lugduni à PP. collatæ.
Pro reficiẽda Eccleſia S. Ioãnis Bapt.
Quando putabatur eucta.
Quando tutiùs.

a nu. 88. §. 2.
b li. 2. c. 42. & 44.
c nu. cit.
d 8. Idus Iul. ſeu die 6. mẽſis, 7. Idus ſeu die 7.
f fol. 258.
g Datũ Lugduni 8 Kal. Iun. Põtif. an. 3. ſal. 1247.
h Alia eius Bulla de indulgentiis pro ead. fabrica, Lugd. 5. Kal. Martij, an. 8. Itẽ alia, ne Clerus Lugdunenſis trahatur ad iudicium extra vrbem, 16. April. an. 5
i Bulla 4. Kal. Februar. Põtif. 5. an. 1420
k de quo pleriùs n. 107. §. 1.
l locis cit.
m In Origine Burgundiæ, pa. 408. per 14. annos.
n nu. 107. cit.
o nu. 55. extremo.
o 55. §. 2.
p nu. 81. citt.

lum antea ſub eodem Maldeberto vigens, vel Baſilica tandem ſplendidiùs reſtaurata, ſicut & à Leydtado cooperta de nouo multis antè ſeculis.

Paragraphus 3.

Concilium X. Lugdunenſ.

QVia obiter de Eccleſiarum Concilio Lugduni habito ſermonem habuimus ſub pręfato Philippo: hinc ordine, iſto ſeorſum loco ex officio conſiſtentes, potiora Synodi capita recenſebimus, iuxta morem noſtrum ſeligendi floſculos inter plura obuiantia ad manus decreta, quæ Romanam Eccleſiam pręclarè tuentur, & damnãdas huius æui ſectas prorſus euertunt. Eſt equidem is cœtus decimumtertium [q] generale Concilium totius Eccleſię cùm orientis tum occidentis: ídque à ſuprema poteſtate connocatum, Pręſide Innocentio Papa quarto. Sed decimum efficit omnium etiam prouincialium, quę in Ciuitate Lugdunenſi Gallię metropoli celebrata viſuntur. Quippe nonum alluit Numerum LXXIV.[r] Sanè ipſius decimi Acta minimè patent in Conciliorum Voluminibus: licèt reliquorum Canones, ibidem plerunque diſpoſiti ſigillatim deprehendantur. Verùm certè nos pro iſta Synodo ex variis multifariam diſperſis periodis compilanda, intuemur frequentes Titulos prudenter conſperſos ac diſtributos per totum Sextum Decretalium corpus ſecundum diuerſa tractatuum obiecta ſub præfati Innocentij nomine Conciliόque palam editos *, & in publicam legem ritè verſos: Quę capita ita verſantur circa regimen vniuerſalis eccleſiaſticæ iuriſdictionis & fori; vt nihilominus ſępè trahant ſecum adiunctam aliquam fidei orthodoxæ materiem, è qua plerunque pendet politia Eccleſię. Enarrando, vbi ſeſe offendet res de fide catholica, inſiſtemus paulò: vbi verò nulla apparebit, percurremus. Sic ergo talia ex munere paucis congerimus.

Quatuor ibi materierũ genera huc ſpectantia.

I. genus.

Imprimis libro 1. eiuſdem Sexti Decretalium, titulo *De Reſcriptis* [ſ], adſequuntur capita duo, *De iudiciorum formulis*, diſertè conſcripta ab ipſo Innocentio in ſacro Lugdunenſi Conuentu. Secundò habentur totidem illius Capita, *De electione & electi poteſtate* [t]. Tertiò, alia duo, in titulo *De ſupplenda Prælatorum negligentia*, ad Comites Regni Portugalliæ [u]. Quartò, vnum caput ex titulo *De officio Vicarij* [x]. Quintò, aliud è Titulo *De officio Legati* [y] *& poteſtate Iudicis delegati.* Sextò, vnicum Titulo *De officio Ordinarij* [z]. Septimò, ſimile libro 2. *De Iudiciis* [a]. Octauò, pariter, *De foro competenti* [b]. Nonò, tria capita in Titulo *De ſententia & re iudicata* [c], vbi ſermo eſt de quodam Abbate, déque poteſtate Romani Pontificis ad deponendum Imperatorem ex cauſis legitimis: & tunc reuerà depoſitus eſt Fredericus 2. Occidentis Imperator ob plures ſuæ congreſſus rebellionis in ſanctam Sedem eiúſque prouincias. Decimò, Caput 1. Titulo 5. *De reſtitutione ſpoliatorum*: prius ex duobus inſertis Titulo ſequenti, *De dolo*: Caput vnicum, *De eo qui mittitur in poſſeſſionem* [d]: anterius *De confeſſis* [e]: tertium Caput *de teſtibus* [f]: & aliud [g], *De exceptionibus in oppoſitionibus excommunicationum*: poſtmodúmque Capita quatuor [h] Titulo [i] *De appellationibus ad Papam*, velut ad monarchicum Epiſcoporum principem. Vndecimò, extant nonnulla libro 3. *De conceſſione præb.* & Caput 1. Tituli *De rebus Eccleſiæ non alienandis* [k]. Duodecimò, alterum, *De cenſibus & exactionibus* [l]. Decimotertiò, aliud libro 5. in eodem Sexto, *De homicidio* [m]. Decimoquartò, ingentia ſeptem Capita prima *de ſententia excommunicationis, Interd.* [n] *&c.* Decimoquintò, erat ſingulare Caput Titulo *De pœnis* [o]: alterum *De pœnitentiis & remiſſionibus* [p]: tum aliud, *De priuilegiis* [q]: & ſeorſum *De verborum ſignificatione* [r]. Quæ cuncta complectuntur ſoluendi poteſtatem, & pœnæ temporalis debitæ peccatis relaxationẽ per indulgentias aut aliã viã extra Sacramentorum formas, veluti ex diuino etiam Iure comprobauimus in libro noſtro *De Atheiſmo & hæreſibus.* Decimoſextò & vltimò, ſupereſt Titulus [ſ] eiuſdem Innocentij, *De regularibus & tranſeuntibus ad Religionem.*

De multis capitibus per corpus Canonicum diſperſis.

Quibus in omnibus hactenus traditis, & ad ſummam Capitum XL. redactis, facilè deteguntur tria ſaltem Articulorum genera de vera fide orthodoxa: nimirum vires Põtificiæ Indulgentiæ, Monarchia Eccleſiæ Lutheranis & Caluinitis tantopere exoſa; necnon omnimoda ligandi poteſtas in Romano Pontifice reſidens, quatenus eandem Chriſtus legiſlator ſupremus contulit D. Petro ac ſucceſſoribus [t]. Qualem certè propoſitionem de fide catholica eſſe, & primam ab Apoſtolis relictam Eccleſiam fuiſſe vſam nomine Primatus, ſatis dudum adſtruximus in priore chronologici huius Operis editione [u], tũ in noſtro Antimartyrologio [x], præterquàm in iſta noſtra Opella ſub Diuo Irenæo [y]; necnon patet apud ſuperioris ætatis Authores [z]. Ex qua generaliſſima voce, velut ex ſcaturigine prodeunt riuuli ac ſpecies variæ poteſtatum mox pro Eccleſia expoſiti in Sexto Decretalium ad vtriuſque eccleſiaſtici fori regimen decorandum. Adeóque iſta Synodus fuit iuſtiſſima imitatrix Eccleſiæ, quam ipſe cœtus ad viuum exprimit cum hodierna noſtra Eccleſia. Nequaquam autem hoc decus obtinet Caluinitica ſecta, quæ leges vnius ſupremæ iuriſdictionis perhorreſcit [a]. Ad eáſque hactenus allatas Innocentius quadrageſimum primum caput legum politiam reſpicientium eo in Concilio adſtruxit & ſuperaddidit de

Illic adſunt 40. capita.

formu

[q] Genebr. in Chronol.
[r] §. 3. ſub Hugone Archie.
* paténtque in priore editione, pa. 269. 271.
[ſ] tit. 3. c. 2. & 3. in 6.
[t] tit. 6. c. 1. & 2.
[u] tit. 8. c. 1. & 2.
[x] tit. 13. c. 1.
[y] tit. 14. c. 1. & tit. 15. c. 1.
[z] tit. 16. c. 1.
[a] tit. 1. c. 1.
[b] tit. 2. c. 1.
[c] tit. 14. c. 1.
[d] tit. 7.
[e] tit. 9.
[f] tit. 10.
[g] c. 1. tit. 12.
[h] c. 1. 3. 4. 125.
[k] tit. 7. & 9. c. 1.
[l] tit. 20. c. 1.
[m] tit. 4. c. 1.
[n] tit. 11.
[o] tit. lib. 5. tit. 9. c. 1.
[p] tit. 10. c. 1.
[q] tit. 7. c. 1. & 2.
[r] tit. 12. c. 1. l. 3
[ſ] 14. c. 1. l. 1.
[t] per vocem quodcumque. Mat. 16. v. 19.
[u] Parte 3. c. 1. Sect. 1. 3. 2.
[x] li. 1. c. 7. 25. 30. 31 & aliis locis.
[y] tit. 1. §. 1.
[z] Bellar. to 1. Contro. 3. li. 1. c. 3.
[a] Cal. 4. Inſt. c. 6 §. 3.

formulis inter Cardinales & Officiales Curiæ Romanæ ritè obſeruandis, in eligendo ſum-
mo Pontifice, ad breues duodecim Canones rednctis, quas profert Ciaconius[b].

b pag. 600.

Paragraphus 3.

a genus materierum.

PRæter quadraginta Canonum decretula è præfato Concilio iam hactenus emerſa, ſu-
ptáque conſcripta, & ad triplex membrum reſtricta, ſuperſunt tres aliæ Sanctionũ ma-
teriæ prorſus hiſtoricæ, ibidem conflatę, & ex multis Chronographis hauſtæ, extra Decre-
torum Volumina. Prima facies hæreticis huius temporis pariter inimica, eſt de ſanctæ Cru-
cis vexillo, qua tunc grauiter ſignatus Diuus Ludouicus Francorum Rex chriſtianiſſimus,
fortem armata vi expeditionem habuit pro Iudæa & reliquis humanæ redemptionis locis
in ſuam reſtituendis ditionem: diſiectis ſcilicet inde Saracenis iuxta Innocentij Decretum
in præfato Lugdunenſi Concilio promulgatum. Atque Princeps ille ſanctiſſimus *Coronam
Chriſti ſpineam religioſiſſimo receptam apparatu, & bonam Dominica Crucis partem cum ſpongia &
lancea ferro, quibus, dum Christus cruci affixus eſſet, potus & confoſſus fuerat, ingenti pecunia re-
demit*, inque Gallias ſub id tempus adduxit, vt loquitur Gaguinus[a]. Secunda dicendorum
facies eſt *De plenariis indulgentiis*, quas idem Innocentius piè impertitus fuerat iis omnibus,
qui bellum Frederico & Saracenis inferrent; quarum recordatur S. Antoninus: & à quo
rurſum vſu peruenuſto ſecedunt hodie hæretici Galli, Caluinitæ. Tertia poſtremáque facies
eſt, *De feſto Natiuitatis Deipara Virginis*, cuius Octauas in diuinis Officiis præcepit idem In-
nocentius firmo decreto, ex Platina[b]. Indéque vel etiam eum pium morem in aliis percre-
buiſſe ſolenniis eiuſdem Mariæ matris ſub prima Apoſtolicáve Eccleſia monet D. Athana-
ſius[c] hiſce in genere verbis circa omnia aut ſingula huius Diuæ Feſta. *Ad prædicationem
diuini Euangelij de Deipara & matre Dei nos conferentes, concionaturi, ſcilicet ad cœtum conuentúm-
que iſtius Feſti diei*. Et poſt pauca: *primum hoc memoriæ ſubiiciendum, Feſtum hoc* (quodcunque
virginis Matris) *vnum eſſe ex Dominicis Feſtis, atque adeo primariũ prorſuſq; venerandum, vt pote
quod pro ordine rerũ in Euangeliis de Chriſto prædicatarum ſacroſanctũ habeatur*. Proptereáque in
hæreſeos ſuſpicionem venit, quicunque iſta famoſæ pietatis inſignia retorquet & impro-
bat. Huic verò œcumenicæ Synodo Lugdunenſi, quam deſcribit Matthæus Palmerius[d],
interfuit Suffragator Æmericus, vel eius ſucceſſor Philippus Sabaudiæ, Lugdunenſes Ar-
chiepiſcopi, aut vterque viciſſim, iuxta litem & controuerſiam de pręciſo tempore motam,
dum prior ceſſit poſteriori in ipſo Concilio eiúſve exitu[e].

Vexillũ crucis in Saracenos.

3. genus de indulgentiis.

4. genus.

De Feſtis Virginis matris in ea Synodo.

a li. 7. hiſt. Franc. pag. 4.

b ſub Innoc. 4.

c Sermone de Sanctiſſima Deipara, p. 1.

d in Chronic. ſub an. 1244. ſcripſit vſque ad an. 1481.

e Hæc in priore edit. Parte 3. c. 1. ſect. 4.

Paragraphus 4.

Bulla Papalis poſt Concil.

HIc iam opportunè ſuggeremus Bullam præfati Innocentij, quam ipſe Lugdunum mi-
ſit, in ſuam Italiam reuerſus è Concilio Lugdunenſi, fauſtè fœlicitérque ſoluto. Auto-
graphum ſic integrum perlegimus. *Innocentius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Dilectis Filiis
Obedientiario & Capitulo Eccleſia S. Iuſti Lugdunenſ. ſal. & Apoſtolicam benedictionem. Licèt is
de cuius munere venit, vt ſibi à fidelibus ſuis dignè ac laudabiliter ſeruiatur, de abundantia pietatis
ſua, qua merita ſupplicum excedit & vota, bene ſeruientibus multò maiora retribuat, quàm valeant
promereri. Nihilominus tamen deſiderantes Domino reddere populum acceptabilem, fideles Chriſti ad
complacendum ei quaſi quibuſdam illectiuis muneribus, indulgentiis ſcilicet & remiſſionibus inuita-
mus, vt exinde reddantur diuinæ gratiæ aptiores*[f]. *Cùm igitur dum Lugduni traheremus in clauſtro
Eccleſia noſtra*[g] *moram in Dominica, qua cantatur Lætare Hieruſalem, Roſam auream*[h], *quam pro-
pter diei ſolennitatem more ſolito in noſtris manibus geſtabamus, eidem Eccleſiæ noſtræ duxerimus
concedendam. Nos volentes eam donis maioribus honorare, ac cupientes vt ipſa congruis honoribus
frequentetur, omnibus verè pænitentibus & confeſſis, qui Eccleſiam ipſam in die Dominica prædictæ,
& vſque ad Octauas Reſurrectionis Dom. venerabiliter viſitauerint, annuatim de omnipotentis
Dei miſericordia, & beatorum Petri ac Pauli Apoſtolorum etiam authoritate confiſi, vnum annum
& quadraginta dies de iniuncta ſibi pænitentia miſericorditer relaxamus. Datum Peruſij*[i] *IV. No-
nas Decembr. Pontificatus an. IX.*[k] E qua membrana ſcutum plumbeum directè pendet in ſe-
rico rubro, cui ſculptum apparet *Innocentius* PP. IV. cum hiſce voculis *ſpe, ſpe*. Atque ſe-
quenti triennio Alexander Papa IV. ſucceſſor proximus eodem prorſus ſtilo ipſi Eccleſiæ
indulgentias renouauit & contulit: dempto Roſæ titulo: ſed is duntaxat fœlicis *recordatio-
nis Innocentij* PP. reminiſcitur ad finem qui ſuprà. *Datum Laterani quinto Idus Decembris,
Pontificatus anno primo*, hoc eſt, ſalutis anno milleſimo ducenteſimo quinquageſimo quin-
to, appenſo plumbo rotundo in ſerico flauo cum præfatis denuò voculis.

Roſa.

Indulgentiæ.

f hic ſtilus patet alibi æqualis in literis etiam indulgentialibus Roſã per PP. benedictâ. vel etiã teſtatur Ciaconius Romę an. 1601. pa. 572.

g vel veſtra.

h hanc aſſeruatã vidi an. 1616.

i ad oſtium Tyberis. Plin. li. 3 c. 4.

k ſal an. 1251. vel 1252.

Paragra

Paragraphus 5.

Alia VII. Acta. EX ſpirituali largitione ab Innocentio Pontifice facta Eccleſiæ Collegiatæ S. Iuſti Lu-
gduni, deſcẽdamus ſeorſum ad alias item ſpirituales gratias Apoſtolicas, vel dicam mi-
xtas, partímque temporales eccleſiaſticas, quas legimus ab eodem conceſſas metropoli Ec-
cleſiæ tanti Primatus. Inde verò alios quoque ciuiles Tractatus cum præfato Lugdunenſi
Archiſynagogo à Principibus laïcis initos ſimul colligimus. Eáque omnia verè adſtruunt
ſeptem Actuum genera, ordine iam conſequentia. Primum quidem eſt hoc egregium
1. Diploma Papale. priuilegium: *Innocentius Papa dilectis filiis Decano & Capitulo Lugdunenſi, &c. vt nullus de-
legatus vel Conſeruator, aut etiam executor à Sede Apoſtolica deputatus in vos excommunica-*
1251. *tionis vel ſuſpenſionis, ſeu contra Eccleſiam Lugdunenſem Interdicti ſententias valeat promulga-
re* (ait Iudex ſummus) *abſque mandato Sedis prædictæ ſpeciali faciente expreſſam de verbo ad
verbum de præſenti indulgentia, & de Lugdunenſi Eccleſia mentionem. Peruſij* 8. *Calendas Maij,
Pontificatus anno* 9. id eſt, ſalutis anno milleſimo ducenteſimo quinquageſimo primo.
Secundum ſtatuit ne qui eiuſdem Eccleſiæ moleſtentur atque grauentur *in præbendis, di-*
2. *gnitatibus aut aliis beneficiis*, ac temporalibus ſuis, ſub pœna ſimiliter eroganda *per cenſuram
eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita*: eadem in vrbe, diéque præfato. Tum tertiò & quartò,
alia rurſus duo priuilegia Nonis Martij, atque decimo Kal. Aprilis emergũt. Item quintò, re-
3. 4. & 5. etiã Apoſtolicũ. liquum geſtum IX. Kalendis Iunij, in eoſdem penè fines l. Quæ profectò Bullæ prædi- l vbi an. cit. omiſſis aliis
cant omnes Innocentium generali quidem nomine. At veriùs cenſentur manaſſe ab In- quinque Kal.
nocentio IV. quàm ab aliis, quadruplici ratione. Prima, quia eiuſmodi Diplomata feruntur Iulij & 12.
conſcripta Peruſij, ſcilicet in qua vrbe cæteræ Innocentij quarti Bullæ ſuprà digeſtæ conſpi- Kal. Aug. an. 10.
ciuntur. Secunda, quia cùm dicantur obſignatæ anno 9. Pontificatus; ſanè author ille mi- m 1276.
nimè fuerat Innocentius quintus, vt pote qui vnico ſemeſtri tempore m ſacras infulas geſta-
uit. Tertia, neque extitit Innocentius tertius, alioqui per annos octodecim locum D. Pe-
tri occupans. Etenim obſtat ciuitas Peruſij frequentior Curia ſolius Innocentij quarti. Et
quartò denique hunc quem petimus fuiſſe quartum, ritè colligitur ex MS. libro ſeptimo n fol. 207.
Actuum Capitularium Eccleſiæ Lugdunenſis n. Ex quo etiam loco ſubobſcurè colligi vide-
tur, quamuis pagina ſit vetuſtate lacera, Eccleſiam Lugdunenſem totámque Diœceſim at-
que Prouinciam in Collegiatis pariter Eccleſiis accepiſſe eo æuo facultatem Pontificiã de-
Aliud priuilegium inde ſecutum. ferendi Mitras epiſcopales, quoad Sacerdotem & Diaconum Subdiaconúmque ad Altare
Sacrificij ſtantes o. Quod ſanè priuilegium nulli aliarum orbis Chriſtiani Eccleſiarum com- o In tribus
mune, vel ſubinde licet inferre, ex eo quòd Innocentius in illo Concilio cœpit primus co- aliis Lugdunenſib. Moo-
Pilei Cardinalitij. honeſtare ac illuſtrare Cardinales pilei rubri inſignibus, teſte Ciaconio p, qui pilea inde ha- tisbriſonis,
ctenus pinxit ad Magnatum Rubicundorum capita, quibus indiciis ſignificabatur eoſdẽ vi- Treuoltiana, Matiſconenſi
ros Cardines terræ atque proceres populorũ Patres (addit Genebrardus) caput ſuum, ſi opus & Bellijocẽſi.
foret, pro Eccleſia offerendum tempore belli, ſeu Federici 2. præſertim, tunc Imperatoris val- p ante p. 56t. ad Lectorem
Mitræ epiſcopales Cleri Lugdun. dè rebellis, Eccleſiam oppugnantis, Lugduni anathemate percuſſi, & ſceptro depoſiti. Vnde poſt Martinũ
quia priùs Cardinales non Epiſcopi deferebant Mitras duntaxat epiſcopales, quas illis antea Polonum.
ſolas efformabat & imponebat Ciaconius, deinceps ideò mitræ Clero ſaltem Lugdunenſi
collatæ ſunt, ad inferiores ſic deſcendendo ex ſingulari priuilegio, in memoriam Pontificum
Romanorum ibi ſæpè commorantium, & excellentiora Concilia celebrantium.

Paragraphus 6.

6. Actus de hominiis. IAm denique ſextum genus Literarum publicarum ad præſentem ſpectans Paragraphum
admiſcetur prophanis hominibus. Hugo nanque Dux Burgundiæ manualem fidelitatem
præſtitit D. Amedeo Maurianenſi Epiſcopo, nomine D. Philippi de Sabaudia Archiepiſco-
7. pariter. pi, fratris eiuſdem Amedei, eo modo quo anteceſſores præſtare ſueuerunt. Datum Aquæ-
bellæ anno milleſimo ducenteſimo quadrageſimo octauo. Septimò, quoad ciuilem pariter
1260. tractatum, anno MCCLX. Renaudus Comes Forenſis & Guichardus quartus Dominus
Bellijoci, Humberti quinti filius, permiſerunt ſtipulationẽ perpetuò obſeruatam iri cum Ar- o ab Hũbert. patre.
chiepiſcopis & Capitulo, qualem antea bis factam o videri docuimus ſub Raynaldo ſecun- p an. 82. §. 1.
do Archipræſule p. Atque ea res mox renouata eſt. Quæ ſingula geſta ſunt, præſente aut & 5. extremis.
ſedente Lugduni Philippo.

Paragraphus 7.

Diplomata trium Archiepiſcoporum.

HAbemus ſuperſtes vnum Diploma Philippi Archiflaminis diuulgandū: quo ſanè magis firmantur tenaciúſque approbantur ſtatuta peruetuſta inſignis Eccleſię Lugdunēſis, paulò anteà vtcunque renouata à quodam prædeceſſore ſuo, aut ſub ipſius chirographo & authoritate; diſerta & integra cuius appellatio hactenus nos latuit, cùm autographum MS. aduertat & pingat ſolummodò G. primum capitale elementum nominis, ex indiſcreta ſæpe antiquorum reticentium conſuetudine. Qualis autem fuerit aut deprehendatur ille G. præteritis hinc temporibus: dicerem veriſimiliùs extitiſſe Guillelmum Petaldum Archipræſulem iſtinc minùs remotiorem in aſcenſum [q], quàm Guidonem primum & Guichardum dudum elapſos [r], multóque altiores, & talibus hiſtoriis prorſus orbatos. Audite ipſos propoſitorum & rerum efficiendarum contextus. *Nos G. prima Lugdunenſis Eccleſiæ miniſter humilis totumq́; Capitulum, omnibus in perpetuum. Prolixitate fit temporis, vt rerum geſtarum notitia ab hominum memoria facilè dilabatur, niſi apicibus literarum commendetur. Quoniam multorum ſtultitia, ſiue imperitia vel negligentia calumniando & contemnendo, aut deridendo de peruerſis cordibus nequiter nituntur erumpere, &c. conſilio vnanimiter accepto, & primò inuocato Spiritu ſancto, &c. Diuiſimus morem ordinis, ſi conſtat eſſe probabilem, &c.* Deinde his ita perductis ex typo Eccleſiæ, vnde totum mutuabamur: ſequuntur in iiſdem priſcis ac conſcriptis membranis Capita LXVIII. per triginta & vnum folia [ſ] ibidem completa, hoc eſt, Statuta Chori & Clauſtri, in ſe vbicunque ritè gerendo, maximéque in diuinis cultibus, hîc vix enarrandis. Tum, priuſquam ad compromiſſum Philippi Reſcriptum veniatur, adeſt iterum textus alius Ioannis Archipræſulis, aut in illius gratiam, qui fuerat proximus Guichardi ſucceſſor, hiſce libri notis. Recitatum fuit (præfatum Reſcriptum) *in Capitulo Lugdunenſi, præſentibus Ioanne Archiepiſcopo, Stephano de Rochetallia Decano, & multis aliis Canonicis, Presbyteris ac Clericis. Item recitata iſta diſtinctè in Synodo coram omnibus Archipresbyteris & Capitulis* [t], *& poſtea fuit ita longo tempore obſeruatum, atque adhuc à multis obſeruatur. Item tunc authenticata ſunt etiam ea quæ habentur in libro Prima, & Charta quæ vocatur* Poletum (ſeu Poletus [u]) *in quo deſcribuntur omnes Archipresbyteri, qui debent incenſum & ceram Eccleſiæ, obſeruata ab antiquo.* Vbi attende per Ioannem concipi ſecundum huiuſce nominis [x]. Cuius tempore proclamata fuēre prima vice eiuſmodi ſtatuta: cùm Guichardus eius deceſſor talia compegiſſe duntaxat cenſeatur. Sed quia id rurſus nondum ſuffeciſſe videbatur: vt Clerus ex vſu & praxi frequentiore ea diutiùs animo reuolueret & infigeret, Philippus mox perſuaſus, ſingula denuò apertiùs comprobauit hoc palam decreto. *Nos Philippus Dei gratia primæ Lugdunenſis Eccleſiæ electus, notum facimus vniuerſis, quod oblatis nobis in ſcriptis à Decano & Capitulo dictæ Eccleſiæ noſtræ quibuſdam Statutis ſeu Conſtitutionibus eiuſdem Eccleſiæ, cùm eaſdem pias & laudabiles inuenimus, ad inſtantiam & requiſitionem dicti Capituli eas approbamus & confirmamus: præcipientes ipſas inuiolabiliter cuſtodiri: taléſque ſub ſigillo noſtro & Capituli de verbo ad verbum inſeri fecimus, in hunc modum. Statutum eſt, vt omnes in ſua inſtitutione iurent, quòd ſeruabunt Statuta ſeu Conſtitutiones Eccleſiæ, ac permutationem Comitis Forenſis: & quòd nullo modo conſentiant, vt terræ Eccleſiæ à commutatione fratrum Deo & S. Stephano in propriis perſonis ſeruientium abſtrahantur: & quòd nulli dentur, niſi Clericis in eadem Eccleſia continuè reſidentibus: item quòd nullus admittetur in Canonicatum & ſocietatem, niſi iſta iurauerit. Iurent etiam, quòd in nullum Clericorum de corpore manus inicient violentas, vel in habitationem eius. Iurabunt etiam quòd eleemoſynam pro poſſe ſuo adimplebunt, &c.* Deinceps verò nos ea, quæ in Volumine Manuſcripto adſequuntur, prætermittimus, velut prolixiora, neque valdè neceſſaria. Poſt quatuor autem folia [y], ſic finis eſt dictorum. *Datum Anno Domini milleſimo ducenteſimo quinquageſimo primo menſe Iunii.* Ac deinde pergit liber ibidem alia reuoluere Statuta per nouem folia [z] conſequenter, qualia pariter omittimus. Rurſus paulò antè componuntur ibi loca * ſeu ſtallum vniuſcuiuſque in Cathedrali Choro, cùm Reuerend. Archiepiſcopi, tum Perſonatuum, Canonicorum, Comitum, Cuſtodum & cæterorum Militum ſacrorum, necnon reliquarum Ciuitatis Eccleſiarum Collegiatarum eò certis feſtiuis anni diebus venientium ad laudes Deo ſimul decantandas. De quo vario themate iſtic plura innouare opus non fuerit, Lectori extraneo nauſeam afferre verentes. Porrò tandem, his omnibus abſolutis: ille Tomus immediatè perſeuerat conſcribere *Statutum de cætero Canonicorum numero in Eccleſia Lugdunenſi*, nomine primario Stephani Decani, ídque valdè copioſum. Verùm, quia huic enarrationi apponitur annus 1321. adeò ſummotus & diſtans à præſenti inſtituto, ſeu à

præ

Primum eſt Guichardi antiquioris.

II. eſt Ioannis etiam anterioris.

III eſt præſentis Philip.

Deo Stephani Decani.

q n. 89. an. 1229.
r nu. 84. an. 1170 & nu. 63. an. 940.
ſ à fol. 45. ad 76.
t vrbis Lugd.
u beneficiorū totius Diœceſ. catalog.
x nu. 87. an. 1183.
y à fol. 67. ad 80.
z à pag. 81. ad 91. Et in alio lib. à fol. 77. ad 80.
* fol. 74.

præmiſſis diſcurſibus, tametſi in eo libro contiguis: idcirco factum eſt, vt talia diſtulerimus ad Petrum tertium Archipræſulem è Sabaudiana familia oriundum a. Vnde cauendum, ne quis exiſtimet poſteriorem Decani appellationem circa ipſum numerum in eandem perſonam cadere vnà cum priore Stephano item Decano, Statutorum promulgatore, quo tempore ea recèns condita fuerant. Quippe Stephanus promulgator multùm præceſſit noſtrum Philippum: at Stephanus ſupputator eundem electum à remotis ſecutus eſt. Diſſidéntque ab inuicem illi duo Stephani annis centum viginti ac pluribus. Sed tandem contemplare vocem *electus* eidem Philippo attributam, tanquam minimè conſecrato, attamen diutiſſimè recognito vice Primatis, munia exercentis. Et quorſum ita ſe ſemper inſcripſerit, perſpicies in ſequenti Paragrapho 8. ſeu in fine peregrinationis humanæ eiuſdem viri.

a au 99.

Vnus infetus.

Paragraphus 8.

Inſula barbara.

SVb iſtud obiter tempus, aduerte pari paſſu celebratum fuiſſe publicum pacificationis inſtrumentum (Tranſactionem vocant) inter R. Abbatem, Priorem, Religioſos alióſque Beneficiatios Conuentus Inſulæ barbaræ prope Lugdunum ex vna parte, necnon inter Diœceſes Ebredunenſem, Gapinenſem, Dienſem, cæteráſque Maſſiliæ prouinciæ ex altera: totum equidem firmatum authoritate Caroli Regis Hierofolymitani, Siciliæ, Apuliæ, Principis præfatæ Phocenſis prouinciæ *, & fratris Diui Ludouici Francorum Regis. Itémque corroboratum eſt à ſummo tunc Pontifice, die VI. Kalend. Maij, anno M.CC. LXI. Signatum *Canalis*. Quibus notatu dignis per parentheſin teuolutis, ad hominem Paſtoris officio mancipatum redeamus.

* Comitis de Foleaquier, & Pedemõtani.

Paragraphus 9.

Philippi origo & fratres.

POſtquam medium vitæ curſum Philippi conſectati ſumus, gentilitia egreſſui copulantes, oſtium aperiamus vtrunque b. Sic lubricum eius iter penetrandum, & quam viam carpſit cõiungendum. Philippus de Sabaudia Archiepiſcopus Lugdunenſis, habitus eſt filius Thomę primi huiuſce nominis, Comitis III. Sabaudiæ, & Beatricis filiæ Comitis Geneuenſis; frater verò octauus Amedei, Humberti, Thomæ, Guillelmi Epiſcopi Valentinenſis Galliæ Allobrogicæ, Amedei iunioris è Carthuſiano Mauriannenſis Antiſtitis, Petri & Bonifacij iterum ex Carthuſiæ alumno Epiſcopi, primùm Bellicenſis, móxque Cantuarienſis in Anglia Archiepiſcopi. Hic Philippus primis annis ob fratrum multitudinem ſacris deditus, primùm poſt Guillelmi fratris Epiſcopi Valentinenſis ad Sedem Leodienſem tranſlati obitum, Cathedram Valentinenſem quadrageſimus quartus in ordine Antiſtes obtinuerat anno milleſimo ducenteſimo trigeſimo nono vel quadrageſimo: inde confeſtim anno milleſimo ducenteſimo quadrageſimo ſexto Lugdunenſem Archiepiſcopatum ſedente Emerico ingreſſus, neque propterea ex ſingulari Pontificis diſpenſatione Epiſcopatus Valentinenſis reditus percipere deſtitit, idque in gratiam Bonifacij Cantuarienſis Archiepiſcopi, quem idem Innocentius Papa propria manu Lugduni conſecrauit anno milleſimo ducenteſimo quadrageſimo quinto. Electus tantùm in publicis inſtrumentis dicitur ipſe Philippus. Speciménque horum vidimus ſuprà c. Non enim ad ſacros vnquam ordines ſe promoueri paſſus eſt d, quòd plus caſtris quibus natus erat, quàm clauſtris delectaretur. Mirum tamen Dei iudicium. Statim vt ſanctius illud auguſtiúſque vitæ genus deſeruit, vxorémque duxit Ælizan * Burgundiæ Comitiſſam, vt gentile Sabandorum Principum decus ingenti capeſceret auſu, ſeptimus Comitum, omnia illi retrò & in peius fluere cœperunt. Continua ſiquidem ei inualetudo fuit: nullâque proles per eum ſuſcepta eſt ab ipſa vxore, filia Othonis Burgundionum Comitis, hæredéque vnica, aliis dicta Alexia. Is interim deuotiſſimus magnæ Carthuſiæ fuit: cuius prouentus vectigaliáque longè fecit auctiora, vt ex variis Diplomatibus conſtat, quæ in Chronologia Carthuſianopolitica e prolixiùs deſcribuntur. Reliqua ex Surio f. Itaque dum nequiuit non Sacerdos ſacris tingi vnctionibus, ideò ſempiternum electi titulum pati maluit contentus, quàm
1268. ſtrictiùs adſtringi & aſciſci. Sedit autem annis XXII. ex Campegio: & ob id ad annum vſque milleſimum ducenteſimum ſexageſimum octauum menſe Septembri. Vnde quamuis meros electos nec vltrà prouectos ſoleamus extra categoricam ſeriem ad latus remittere: nihilominus diutina iſtius Cathedra & realis ac pacifica poſſeſſio, effecit vt eundem in directa arbore collocemus.

Elizan.

b antè & retrò.
Claud. Parad. in Affinitatibus pa. 592.
c §. 6.
d mirandum ergo quomodo munia epiſcopalia à ſe geri permittebantur fori exterioris.
* Claud. Paradi pa. 601.
e ad an. 1168.
f to. 5. pag. 813.

XCIV. *Paragraphus* 1.

Antiſtes recens deprehenſus. GVIDO II. cognomine *de Bellijoco*, ſcu ex illa potenti cretus familia ; is eſt pro ſingu-
lari cuius appellatione anceps valdè fuerat prior noſtra editio Catalogi Archiepi-
ſcopalis Lugdunenſis. Neque etiam mirum. Quippe vulgares Tabularij huiuſce
prouinciæ [a] nequaquã iſtius Archiſynagogi meminerunt. Dubij verò cauſa tunc inerat bre- a Cãpegius. Sarrazinus & Democharés.
uior multò ſcriptura ex Eccleſiæ Archiuis per nos emenſis deprompta. Quę profectò ſcri-
bendi ratio, iuxta morem antiquum ita ſynecdochicè hominum propria exprimere ſolita
eſt, vt totius nominis vice capitalem ſeu primam vnicam literam ſæpenumero pingerent.
A Papa conceſſus. Teſtatur illa charta Gazophylacij, *quòd à menſe Septembri anni* 1268. *vacabat Sedes Lugdu-
nenſis.* Quę Cathedra vt quàmprimùm repleretur, curatum eſt. Ad eúmque finem extat ibi
recordario Bullę Clementis Papę IV. datæ 3. Kalend. Ianuarij, Pontificatus ſui anno 31. hoc
eſt ſalutis anno prefato 1268. extremo, ſeu die trigeſimo Decembris. Eóque Diplomate ap-
paret, quòd *cùm pars Canonicorum Lugdunenſium Milonem Decanum elegiſſet, pars Epiſcopum*
Nonus additus. *Claromontenſem poſtulaſſet: ipſe Papa G. Epiſcopum Alticiodorenſem Eccleſia Lugdunenſi præfecit.*
Vnde in ea typographia appendicem tantùm pro illo G. compoſueramus, donec tutiorem
poſitionis veritatem lux maior induceret. Quis verò eſſet ille G. factus Archipræſul mini-
mè inſignitus, necdum tunc ſciebatur, aut otium aliunde percontandi & veterum libros re-
uoluendi vix ſinebatur, quia Opus illud ad prelum ſedulò properabat ex aliorum votis. At-
que id genus ſacræ prouincialis hiſtoriæ primùm adhuc fuerat in Galliis palam editum ad
Eccleſię Latinę decus & ornamentum. Porrò maior heſitandi fomes idcò miniſtrari cen-
Nominis inueniendi cura & ſtudiũ. ſebatur, quòd Tabulæ Epiſcoporũ Anticiodorenſiũ à Demochare in ordinem redactę egre-
gios quinque Antiſtites locãt ſub hoc tempus [b] à conſona G inchoantes: nimirum tres mix- b ab an. 1181. ad 1280.
tim Guillelmos, tum Guidonem de Melloto, & Gerardum de Ligneriis. Neque vter horum
foret diſtinctè poſtea Archiepiſcopus Lugduni, facilè colligi à quoquam poterat ex attritis
membranis Capituli Lugdunenſis, vt anxietas animo ſemel concepta penitus tolleretur. Sed
neque rurſus, ex mente Democharis, Guido cognomine de Melloto, vnus ex illis quinque,
Chronologia eius erronea. fuit is qui ex ea primęua Sede videtur canonicè tranſlatus ad Primatum Francię. Nam idem
Democharés ſic de illo fatur: *Sedit annis* 23. *menſ.* 6. *anno Domini* 1270. *&* 13. *Kalend. Au-
guſt. ſepultus in Eccleſia Cathedrali, regnante Ludouico.* Vt nimirum Guido obierit Anticiodo-
ri, velut eiuſdem ciuitatis Protopaſtor ſub Archipręſulatu Senonenſi. Proptereáque lõgè ab-
eſt, quòd inde Lugdunum acceſſerit viuus ac ſedens & incolumis. Hęc viſa in contrariũ ar-
gumenta. Verùm ſanè obnoxia eſt veritati illa theſis. Et fallax denunciatur recentior pa-
gella Democharis. Nam de reali Epiſcopatus tranſmigratione conſtat ex variis antiquiori-
bus aliis authoribus, ſimúlque de Guidonis cognomine, ſeu eius Bellijocẽſi familia, quicquid
Andræas Belforeſius item neotericus in ſua Coſmographia exſcribens [c], agnominet eum *de* c pag. 340.
Melot. Audi ſeorſum pondera & momenta atteſtantium.

Paragraphus 2.

Triplex emẽdatio. IMprimis idem Guido claruit Epiſcopus Anciciodori anno 1259. id eſt multò citiùs quàm
dictitet Democharés. Vt nimirum ipſi Guidoni hoc pacto facilis ſupereſſet locus & oppor-
tunum tempus remeandi illinc Lugdunum anno præcisè MCCLXVIII. Ad quam vrbem
nouam is contendere tunc nequiuiſſet, ſi adhuc biennio ſequenti ſeu anno 1270. Anticio-
dori reſideret poſſeſſor. De illa ſua anteriori reſidentia, annis vndecim priùs Anticiodori,
1. appatet clariſſimè ex Actis Eccleſiæ S. Mariæ de Baugentiaco in Annalibus Eccleſiæ Aure-
lianenſis ad Robertum Epiſcopum [d]. Qui quidem Guido tunc aderat Vicarius ſummi Pon-
tificis in quodam negotio. Idem repetit Matthæus Pariſienſis in hiſtoria maiori ad annum d pa. 526.
1265. [e] Itémque Guillelmus Nangiacus in geſtis S. Ludouici [f] ad annum præfatum 1265. e pa. 968.
Tres authores. vbi is adiicit, quòd ille Guido originem traxerat ex familia de Belloioco ſeu Bellijoco, vir f pa. 451.
peritus in armis, manu promptus & eminentis militiæ, quæ ſub Epiſcopali velamine tege-
batur. Quin etiam monet ipſe Nangiacus multis adhuc augmentis in vita Regis Philip-
pi filij Diui Ludouici, quòd Humbertus de Bellijoco agnitus eſt frater præfati Guido-
nis, & conſanguineus eiuſdem Philippi. Quem nexum fraternum veriùs ego dixerim
à traduce initum, non cum Humberto quinto huius nominis, Dynaſta Bellijoci: at
multò facilius cum Humberto de Bellijoco Domino ſeu Comite Montiſpenſerij in ap-
penna

pennagium, & Conneſtabilis Franciæ g, nepos Humberti, ſeu filins fratris Gui- g poſt Guichardum 4. Humberti ſ. filium.
chardi Montiſpenſerij: quia certè alioqui vix concordes eſſent temporum rationes Guidonis, qui annoſior ferè cerneretur, quàm humana eius ætas ferre poſſet. Quo fine lucis afferendæ infrà dirigitur arbor conſanguinitatis eiuſdem Guidonis ac proauorum.

II. Emendatio. Secundo probationum loco, noſter Guido demonſtratur emerſus ex ſurculo gentis Bellijocεæ ac Præſes animorum Anticiodori, per fidos authores Pandulphum Collenutij in hiſtoria Neapolitana h, Annales Franciæ Nicolaï Gillij, ac Prateoli Tomo 1. hiſtoriæ eccleſiaſticæ i. h lib. 4. pag. 166. i fol. 173.
Authores; g totidem. Vnde mirum non eſt eundem Guidonem Clementi Pontifici notiſſimum & Philippo Galliæ Regi aliqua vinctum affinitate, in ipſa Eccleſiæ Lugdunenſis runc vacatione, poſthabitis qui vehementer ambiebant aliis communibus Papæ & Regis ſuffragiis, in Archipręſulem Lugdunenſem renunciatum fuiſſe. Non eſt ergo arbitrandum illo tam pio ſeculo
Ann. Lugdunenſem Sedem orbam luxiſſe, & vacuam remanſiſſe ab anno M. CCLXVIII. ad M.
1269. CCLXXI. vel LXXIII. Quod proculdubio eſſet portenti ſimile, eo tempore quo ſan-
1270. ctiſſimus Ludouicus Rex conferre ſolebat atque valebat Sacerdotia omnia cum ſummo Pō-
1271. tifice iuxta antiquiorum Canonum Sanctiones, ſine vllo ſi fieri poſſet deliquio. Cùm igitur in ſcriniis Eccleſiæ Lugdunenſis legatur Diploma Clementis IV. ad 3. Kalend. Ianuarij, Pontificat. ſui anno 3. quo G. Epiſcopum Alticiodorenſem, id eſt Guidonem præfatum denunciat Eccleſiæ Lugdunenſis Archiantiſtitem: nemo prudens negare poteſt illum ſolummodo electum fuiſſe. Ergo etiam eidem Guidoni prouiſum eſt de illo Franciæ Primatu. Qui ideirco actualem de Sede poſſeſſionem arripuit. Alioqui Diplomata inania eſſent.

Tertio dicendi loco, non ſemel laudatur ac nominatur Guido Lugdunenſis miniſter humi-
III. Emendatio. lis in Chartis Carthuſianæ Portarum anno M.CC. LXX. menſe Octobri, & ann. M.CC. LXXI menſe Iunio. Adeóque triennium ad minus præterijt, poſt præmiſſam Canoni-
Ex literis publicis. corum Lugdunenſium ſeu Capituli electionem. Quibus certè eò fortius atque validius noſtrum redditur argumentum. Cæterùm, fuit inſuper hic Guido de Bellijoco ex fundatoribus Carthuſiæ Monialium Poletenſis in Lugdunenſi Diœceſi De quo titulo nos alia Nu. k §. 4.
LXXXVI. k cum prælibato Humberto V. eiuſque vxore etiam Virginum ibidem fun- l ad an. 1240. m ſub an. 1268.
datoribus. Hæc & plura in 3. parte Conſtantiæ Carthuſianæ l, & in Chronologia Carthuſianopolitica m, compacto à Domno Polycarpo *de la Riuiere* Carthuſiano. Menſtruus verò n Nu. 61. §. ſ. fin.
obitus præfati Guidonis decernitur in extremo Guidone 1. n

Paragraphus 3.

Progenitores Guidonis Archiepiſcopi. ISta vt planiora fiant quæ narrauimus, operępretium eſt Guidonis atauos omnes in medium proferre. Etenim ex vno fonte parente creato Lugdunenſis prouinciæ totius Comite, regione poſtmodum ſubdiuiſa, erecta ſunt propter natos diſtincta appennagia patrimonialia Comitum etiam Foreſtenſium pro ſecundis natu familiæ, ac Baronum ſeu Dynaſtarum Bellijocenſium pro tertiis, pleniſſimis cuique trino membro conſcriptis iuribus, atque ad tertios deuolutis quoque ſpatiis aliis terrenis temporum lapſu, qualia vulgus poſtea Dombas & Montempenſerium appellauit. Vnde hactenus Baliuatus Foreſiorum & Bellijocenſium ab inuicem & à Lugdunenſi diſcriminantur: ádque vnicum tamen regij moderaminis Gubernatorem ſpectant noſtris diebus tres illi dominatus. Sicque publica hæc materia cæteris incrementis adaugenda, eſt multæ vtilitatis pro tota reliqua hiſtorica Gallorũ re perſpicaciùs concipienda. Adde quòd eam genealogiam à Claudio Paradino, & in Stemmatibus Lotharingiæ imperfectè conſcriptam habemus locupletandam cum gloſſis, additis quoque perſonarum numeris, quàm illi ferantur breuiùs quantùm obtineri potuit.

Arbor & gradus Conſanguinitatis.

Guilelmus 1. [1] Comes Lugduni, an. ſal. 913.	*filius*	Artaudus. 1. [2] Comes Lug.	*Eius filius*	Girardus Com. Lugdun. & tres eius filij alij.	A

Tres Leccontiones. 1. Talis conſtitutus eſt à Carolo ſimplice Galliæ Rege, & progenitor magnæ ſuccedentium Principum nec interruptorum catervæ. Nam etſi ex Guil. Paradino lib. 2. cap. 24. Lugdunenſis hiſtoriæ, quidam Gerardus ſemel viſus ſit Comes Lugduni tempore S. Remigij ibidem Archiepiſcopi, de quo Paſtore nos ſuprà Numero 58. anno 857. & 868. tamen non liquet

 eum

eum aut alios veteres in illo ordine genealogiam effeciſſe, maximéque ita perennem in ea regione; qualem ferè ad nuſtros vſque diés habuit continuos iſte Guilelmus, deindéque Artardus filius ex ſuorum natu minorum germine.

2. Conſtat de ſecundo eo viro, tum Numeris 60. §.1.& 65.§.5.ex Auſterio ac Burchardo Archiepiſcopis Lugdun. apud Paradin. & cit. cap.25. tum per nos denuo, vnà cum ipsîus Artaudi filiis, ſuprà in Gebuino Archipræſule, Num.69.§.4. Sepultus verò in Baſilica D. Irenęi Lugduni, vbi apparuit ſculptũ hoc Epitaphium, antequam Caluinitę Templum Suburbiúmque anno 1562. diruiſſent; *Hic iacet Artaudus Comes Lugdunenſis, & Comes Forenſis, & Dominus Bellijoci anno 993.** *&c.* hiſce tribus Comarchiis ſeu Dominiis poſtea in patrimonia ad poſteros natos latiùs circunſcriptis ac diuiſis. Ad tumulum verò lapideum prominent Stemmata leonis atri (vulgò *de ſable*) in aureo campo cum rubicundo limbo quinque pedum inferiùs tendentium (*cinq lambeaux de gueule*) perductos ad rectos in tranſuerſum angulos: his ſingulis collocatis intra ſcutum coronà dignitati Comitatus aptari ſolità deſuper cinctum, aureiſque punicis pomis decoratà. Nota certè, quòd Guilelmus adſequentium parens videatur emerſus iunior geniturâ ex Flandriæ Comitibus, vt pote cunctis vnà prorſus antea in Stemmate inſigniorum æqualibus, dempto ſolùm limbo, qui non niſi à minoribus natu familiæ apponitur. Vnde Guilelmus fortè vocatus ſub id tempus ex infimo Belgio à Rege Francorum alióve Principe ſummo ac potentiſſimo, quaſi apud Celtas Gallos moderaturus, eò conuenerat pedémque fixerat annis 50. poſt cœptum in Flandria Comitatum per Baudoinum I. anteceſſorem ſuum, de quo Claudius Paradin. qui in Baudoini natis ſeu collateralibus à pag. 764. hunc Guilelmum minimè adnumerat. Guilelmus tamen videtur filius 3. Baudouini Comitis Flandriæ, morientis Gandaui an. 918.

Familiæ origo.

Stemmata.

* 900 obiit Artaudus.

IV gener.

A
1. Artardus II. Comes Lugdunenſ. non amplius hîc in poſteris incertis deſcribendus. Obiit an. 999.
2. Stephanus Comes Forenſis, nec denuo iſtic ad ſequaces incertos protrahendus, niſi in quibuſdam notis membris & Yzabella vltra medium.
3. Vmphredus Dominus I. Bellijoci ad an. 989. ſub Rege Hugone Capet. Is longiores ramos habuit perducendos ad noſtra pene tempora. Eius duo filij. } B

V. gener.

B
1. Berardus, Dominus 2. Belli-joci: vxorem duxit Vandalmodam ignotæ familiæ. Obiit ad an. 1032. Eis duo filij.
2. Ioſmarus 3: non in Paradini genealogia: liberis carens. Eius obitus fortaſſis VII. Kalend. Maij.
} C

VI gener.

C
1. Humbertus I. Domin. Bellijoci, ad ann. 1053. Duæque ipsîus vxores. } CC
2. VVALTERIVS, Epiſcopus [4] Matiſconenſis XXXVI. ab an. 1031. ad 1062. Probabiliùs frater.

3 Commemoratio Berardi & vxoris fit V. Idus Decembr. ex lib. Obit. Baſilicæ. Atque pręfatæ tres vel quatuor perſonæ viſitarunt Romæ Leonem PP. IX. an. 1052. Inde ambo fratres priores cum iuuene Humberto prębuêre ſe fundatores Eccleſiæ Collegialis de Bellijoco. Apparet ſeorſum in Drogone & Landrigo Epiſcopis 37. & 39. Matiſconenſib. Contulerúntque eid. Baſilicæ Dei genitricis Eccleſiam parœcialem de Charentaſia cum reb. & decimis pertinentib. Datum per manus Duranni Decani II. Kal. Septemb. Regnante Philippo I. ex Chartulariis Eccl. Bellij. cap. 2. vbi Ioſmarus diſertè nominatur. Memoria Humberti & vxoris Auxil. in diuinis habetur 7. Idus Septemb. ex lib. cit. Vocantur Domini loci; non Comites, quia ſunt natu minores familiæ. In iſtis autem & aliis arboribus genealogicis huiuſce Voluminis cogimur varias in ſpecies deducere cõmentaria; tum ad propulſanda tacitè & fortiter multa anteriorum Authorum errata; tum etiam interpretationis, honoris & publicæ vtilitatis gratiâ.

Fundatio Eccleſiæ.

4 Ante Prælaturam Canonicus fuerat, vt creditur: eiúſque nomen cenſetur indicaſſe liber Obituum Nonis Ianuarij, licèt ſubobſcurè. Quamuis autem ignoretur cuius diſertè ſit filius, tamen cùm ſit valde ſynchronus Humberto I. veriſimilius eſt hunc extitiſſe ipsîus fratrem Berardíque natum, quàm eundem ſeciùs traducendum, & efficiendum fratrem Vualterij II. de Belli-joco, qui adhuc eſſet adoleſcens pendente ſenio Vualterij, cum quo ei negotium ſemel ſcripto initum legitur bis in Matiſconenſibus [a] per nos ſecundò editis. Adde

Vualterij Epiſcopi origo.

a Nu. 56.§. 1. 6. Nu. 40. 6.

quòd

quòd & Paradinus in Geneſi affinitatum dicat ° vniuerſum ibique ſolùm, Principem Berardum in lucem protuliſſe Humbertum & alios ipſi Authori ignoros. Hos autem mox è cimmeriis tenebris eductos nominamus, ſaltem egregium vnum Vualterium ad Eccleſię apicem patriæque puppim meritò ſedentem. ° pa.086.

CC. Humberti I. vxores.
- 1. Auxilia filia veriùs Humberti II. Comitis III. Maurienæ an. 1076. quàm Amedæi II. Comitis IV. tardioris. Quinque eius filij ex illo viro. } D.
- 2. Helmeetha ignotæ gentis. Per eam ab Humberto I. ſuſcepti duo maſculi. } DD.

VII. generat.

D
- 1. Hugo I. Domin. Bellijoci, [5] ab an. 1060. Ei filius ſolus. { Guigo ter Romam profectus obiit Lugduni 1066, ſepultus apud Athenacum, ex lib. Obit. 4. Kalend. Febr.
- 2. Guichardus I. Domin. Bellijoci poſt fratrem; [6] ex Chartular. Eccleſiæ cap. 12. Ei quatuor maſculi. } E
- 3. Humbertus iuuenis, ſine liberis, quia obiit in itinere Hieroſolymitano, ex lib. Obit. 8. Idus Auguſt. De illo autem eiúſque fratribus Chartularij cap. 15. §. *Poſtea verò, hoc ordine. An. ab Incarnat. Dom. M.XCIV. & Philipp. I. Regis an. 32. Canonici requiſierunt, &c. D. Humbertus & vxor ſua Auxil. ac infantes eor. Hugo, Guichardus, Humbertus & Guigo obtulerunt manſum integr. cum vineis, prat. ſylnis, &c. præfatæ Eccleſ. & Canonicis ibid. Domino ſeruientib. &c.* Sic Humbertus I. diutiſſimè vixit.
- 4. Guigo [7], non nupſit, cap. 12. Chartular. §. *Quia verò.*
- 5. Stephanus à Renato Choppino, præterquàm a Parad. recenſitus in ſacra Politia lib. 3. tit. 1. §. 15.

Eid. gener.

De Canonicis.

DD.
- 1. Letardus de Bellijoco occiſus. De quo ſic in Chartul. ca. 18. an. 1090. *Cùm Letardus mortuus fuiſſet, & Stephanus grauiter vulneratus.* Vnde hi duo vnà iuncti ſunt fratres, ad minus ex patre, mutato thoro materno. Præfatus verò Letardus eſt is fortè, quem ita pinxit liber Obit. *VIII. Nonis April obiit Letardus Canonic. Bellijoci & S. Irenei.* Vbi iterum nota obiter tunc eundem virum fieri ſolitum Canonicum ſecularem & Regularem Monachum ſimul in vnica duabúſve Eccleſiis. Ac de Letardò interfecto, liber 13. Kalend. Martij.
- 2. Vuicardus I. de Bellijoco, hîc ſtatuendus, quia loquitur hoc pacto liber Obituum. *XV. Kal. Septembr. obiit Vuichardus Belyocenſ. filius Domini Humberti.* Cùm ergo plures huiuſce nominis & propaginis in familia viguerint: æquiuocum ſcripturæ putatur intelligẽdum de iſto annoſiore lubentiùs quàm de Vuicardo 3. filio Humberti 2. aut de Vuicardo 4. filio Humberti 3. infrà. Porrò, Vuichardus iſte I. cenſetur perinde frater Letardi cit. quia in obſcuris Chronologiæ conformitas nos eò ducit, & vt tales efficiamus Helmeethæ liberos: nec aliter veriſimile. Vuicardi mentio fit in noſtris Matiſconenſibus: bis quidem Num. 36. §. 1. 7 & ſemel Nu. 40. 6. Qui omnes ſeptem fratres ſe oſtentarunt ſtudioſi promotores conſecrationis Eccleſ. Collegialis Bellijo. de qua nos ſuperiùs Nu. 73. §. 5. Vuichardum autem Choppinus nominat Viſcardum. Ex quo vnus, } EE.

5 De 1. inter hos ſeptenarij numeri cultores ſic fatur liber Baſilicæ *VIII. Kal. Decembr. obiit Dominus Hugo Bellijocenſ. auctor & reſtitutor noſtræ Eccleſ.* Vxor ignota. De eo autem tanquam patruo Vuichardi 2. vide in Matiſconenſib. Nu. 36. 7.

Abbat.

6 Guichardus conſtruxit Eccleſiam parœcialem S. Nicolaï an. 1129. fundauitque Abbatiam de Iugo Dei Ordin. S. Bened. Gaucerio Abbate 1. decedente 3. Idus Decembr. & ſuccedente ei Engelberto. Vxor Guichardi Luciana; in libro Obituum dicta *mater Domni Humberti*

Geſta.

Humberti Bellijoci, mortuáque ibid. 2. Nonas Maij. Et de viro, hæc leguntur in Chartul. cit. *Guichardus Humberti filius Princeps famoſiſſim.* Quod minimè referendum ad Guichardum 2. Humberti 3. filium, ex Parad. pa.992. Iſte primus, ſuſcipiens dominatum an.1066. obiit 9. Kalend. Octob. ex lib. allato, an. 1137. in Cluniacenſi Monaſterio, vbi reliquum vitæ deuouerat.

7 In libro Primæ Collegialis Eccleſiæ ſic habetur. *XIII. Kalend. Octob. obiit Guigo de Bellijoco, Lugdunenſis & noſter Canonicus*: non confundendus cum Hugone, etiam ibid. Canonico, breui ſequuturo.

VIII. gener.

E

1. Humbertus ſecundus Dynaſta Bellij. filius maior natu Guichardi I. ac præcipuus hæres. 8 Eius tres filij. — **FF**
2. Martinus, de quo in libr. Obit. *V. Kal. Martij obiit Guibors vxor Martini de Bellyoco*: anno incerto. 9
3. Bauduinus, pro quo certiùs ibid. *VII. Kalend. Auguſti obiit Bauduinus puer filius Guichardi Domini Bellyoci.*
4. Gonterius, illic hoc pacto. *XIII. Kalend. Septembr. obiit Gonterius de Bellyoco, Confrater noſter* Canonicus, *& benefactor huius Eccleſ. ac in fine conuerſus.* Loquitur ipſa Eccleſia Bellijocenſ. Et à viri nomine creditur dictus mons vicinus. Hi autem tres neque extant in genealogia Paradini.

Vota remiſſa.

8 Is eſt, qui horrendas viſiones aſpexit, Deo ob delicta permittente: vnde pœnitens, pollicitus eſt proficiſci Hieroſolymam ex Petro. Abbate Cluniac. lib.1. de Miraculis cap. 27.* Innocentius PP. II. eum domi inuiſit, qui ſedit Romæ ab ann. 1130. ad 1144. Et Eugenius PP. III. ſedens ab an. 1145. ad 1153. eidem votũ remiſit ingrediendi religioſum Ordin. Templarior. Rhodiorum S. Ioan. Hieroſolymitani, ſuadẽte erga Pontificẽ Petro venerabili lib.6. Epiſt. 29. ob viri potentiam in tota regione, & in Eccleſia vtilitatem. De fundatione verò per ipſum ideo facta Abbatiæ Belleuillæ, vbi ſepelitur, nos ſuprà in Drogone 84. & Giberto 86. Archipræſulib. & ſeorſum ſub Pontio. Epiſc. 42. Matiſconenſi. Obiit 16. Kalend. Septembr. an. 1158. De eo in noſtris Matiſconenſib. ſub Landrico Epiſcopo 39. §. 9. qui ſedit ab an. 1076. ad 1096. Vnde Humbertus rexit ditionem, patre viuente Cluniaci Monacho.

** In Biblioth. Cluniacenſi. Col. 1292.*

9 Antiquitas characterum, quibus æqualibus pinguntur Luciana, maritus, atque Martinus, docet eund. Martinum probabiliùs extitiſſe filium horum parentum. Pariterque de Gonterio. Et Guichardus, vt ſit Gonterij genitor, per antonomaſiam vniuerſalioris illius appellationis debet intelligi primus: maximè quia plures iſto habent filios alij Guichardi nullatenus confundendi cum Vuichardis.

Subdiuiſa generatio.

EE

Vuichardus II. de Bellijoco Miles, &c. officiis munificus & beneuolus erga propatruum Vualterium Epiſcopum & Eccleſiam Matiſconenſem. De quo nos multa in ſacro Maticenſi Chronico circa annum 1060. aut 1063. Ex triplici loco ſub Vuicardo primo eius patre. Duxit vxorem Ricoariam huius nominis primam, gentis ignotæ. Ex qua veriſimiliùs ſuſcepti ſunt duo maſculi ſequentes. — **F**

Iterum ſubdiuiſa.

F.

1. Vuicardus III. de Bellijoco, liberalis pariter erga matricem Eccleſiam Diœceſanam Matiſconi an. 1117. & 1121. Demonſtratur ex Chronico cit. in Berardo & Ioceranno XLI. Epiſc. Vnde probabiliùs cenſetur filius Vuicardi II. & in ætate virili florens, quàm arbitrari patrem abſque ſobole ad hos vſque annos in extremo penè incredibili ſenio victitaſſe. De iſto III. non leguntur liberi nati.
2. Hugo Bellijocenſis Abbas, ſic dictus ac conſcriptus frater Vuicardi de Bellijoco in actis ſub Berardo Maticenſi allatis anno 1127. Qui vir qualis fuerit, perquire in aliis etiam locis paſſim apud auum ſuum commemoratis, & rurſus infrà decentiùs ex apophaſi. 10

10 De illo liquet his primùm verbis in Volumine Obituum ſacri Collegij Bellijocenſis. *Pridie Idus Iunij obiit Hugo Bellijocenſis, Lugdunenſis Eccleſiæ & iſtius Canonicus.* En iam duo illi attributa beneficia. Audi alia duo ex lib. Obituum Eccleſiæ Matiſconenſis pari die. *Pr. Id. Iun. obiit Hugo Bellijoc. Lugdunenſis & huius Eccleſ. Canonicus, ac B. Iuſti Abbas*, dignitas I. in ſeculari Eccleſia Collegiata Lugdunenſi, deinceps vnita menſæ Archiepiſcopali, *excellentiſſimus*

tiſſimus vir, magnæ prudentiæ & vtilitatis in Chriſto: diſtinguendus à Guigone de Bellijoco ſuprà, idque cum literis tum obitu, aduerſus confundentes. Atque rurſus præterit hunc Paradinus.

IX. gener.

FF
1. Humbertus III. Domin. Bellijoci, natus ann. 1142. In Caſtro ſuo Polliaco duxit vxorem filiam Hugonis Comitis Cabillonenſ. Et ann. 1179. conſecrari fecit Abbatiam Belleuillæ. Ex Aruernia Lutetiam ad Regem Ludouicum 6. in carceres conduxit Vicecomitem Polliniaci. Ex libr. Obit. deceſſit prid. Idus Septembr. ann. 1189. aliis ann. 1192. Ipſius tres identidem nati. } G
2. Vuicardus IV. eius frater, obiit adoleſcens 18. die Auguſt. 1165. ex lib. Obit.
3. Filia vxorata Guilelmo Comiti 11 Cabilonenſi & Matiſconenſi.

11 Comes factus eſt oppreſſor Eccleſiarum: ob idque à Rege Philippo Auguſto caſtigatus: & diuino tandem iudicio raptus vt fertur à dæmone, ex ſententia Petri venerabilis Cluniacenſis, ſub nomine Vuilelmi, lib. 2. de Miraculis cap. 1. Cœperat opprimere ann. 1151. complice ferè Humberto III. cit. ſed pœnitente, de quo nos in Matiſconenſib Num. 43. §. 1.

X. gener.

G
1. Guichardus II. Domin. Bellij. vxoratus cuidam Comitiſſæ abſque liberis. Incepit quidem dominari ann. 1189. ex Paradin. at veriùs an. 1192. quo ann. obiit pater ex manuſcripto Eccleſiæ Collegialis. Iſte autem filius interiit 14. Kal. Septembr.
2. Vuicardus V. huius nominis ex familia, 12 Dominus Bellijoci poſt fratrem ab an. 1199. Quinque eius filij. } GG
3. Vuicarda vxorata, nacta filium Vuicardum ſine liberis. Is obiit ann. 1216. in bello Anglicano.

12 Deſponſauit Ricoariam II. cognomine & ex familia de Salornayo. Inſuper viſus eſt Comes Aruerniæ opulentiſſimus, comitatus Philippum Auguſtum aduerſus Anglos. Anno cit. iuuit Capitulum Bellijocenſe ad recuperandam terram de Chazelles, ex viſo archetypo membranæ, ac cereo ſigillo pendente, clypeato ad victoriam currente, enſe nudo. Ergo videtur factus Dynaſta Bellijoci, antequam Claudius Paradinus in Geneſi ſtatuerit, qui eum inchoat ſolummodò ab an. 1199. Eleemoſynis clarus. Obiit vxor Idibus Nouembris, Eccleſiâ multis per eam ditatâ muneribus. De viro autem alia præclara in hiſtoria Maticenſi Nu. 36. §. 7. & Nu. 44. Parag. 4

XI. gener.

GG
1. Humbertus IV. Dom. Bellijoci ab ann. 1201. Francopolin a mœnibus cinxit, inde factam caput Bellijocenſium, & ſedem Baliuiæ: cui loco ipſe magnas contulit immunitates: ſimúlque vineas Eccleſiæ Collegiatæ B. Virginis impertitus eſt. 13 Ei obtigit vnicus natus. } H
2. Berardus II. natus an. 1192. quo tempore auus obiit: abſque liberis.
3. Guichardus alius. } 4. Dalmacius. } Hi duo ignoti Paradino. Attamen extant in Titulis antiq. Eccleſ. Matiſcon. Numer. 36. §. 7. ex noſtro ſacro loci Chronico.
5. Brugerius: quem Fuſtalierius quondam Aduocatus ex ſuis M.S. Vuicardo parenti cit. tribuit. Id verò alibi haud legitur.

a vulgò Villā Francham

13 De rebus aliis ſub eo geſtis nos ſuprà Num. 85. Parag. 2. fin. Benefactor tandem repertus earum Eccleſiarum, quas paulò antè commacularat. Deceſſit ad ann. 1209. iacétque Cluniaci.

Nn Guichardus

XII. gener.

H — Guichardus III. Dominus Bellijoci [14], deſponſauit Sibyllam Flandriæ [15], Filiam Ferrandi Portugalliæ & Ioannæ Comitiſſæ Flandriæ, filiæ Bauduini 4. huius nominis [16] Imperatoris ad orientem, vel noui nominis Comitis Flandriæ, eiuſdem olim ſanguinis cum Dynaſtis Bellijoci. Nam aſcendendo ad maiores Ioannę, decimus tertius parens ipſius fuit Baudoinus ſecundus Flandriæ Comes, habitus pater Guilelmi primi Comitis Lugdunenſis, Foreſiorum & mediæ Bellijocenſis regiunculæ. Ex Guichardo autem geniti quatuor filij. — I

14 Anno 1209. quo præfatus Guichardus cœpit dominari, armis inuaſit Albigenſes hæreticos cum Philippo Rege Auguſto, poſtquàm militarit aduerſus Comitem Forenſem ſuper communibus ſuis diſcriminibus. Deinceps Rex eum Conſtantinopolim Legatum creauit, vbi ipſe Guichardus Turrim dictam Bellijocenſem in ænea tabella conſtruxit. In reditu ſecum primus vltra montes in Franciam adduxit tres Aſſizio Religioſos Minores Ordinis D. Franciſci tunc viuentis, in Caſtello ſuo Polliaci conſtitutos. Hinc denuo ad ann. 1216. miſſus eſt legatus in Angliam ad obſidionem *de Douures*, iuxta librum Primæ & Biblia aurea Eccleſ. Bellij. Non eſt hæc volitans & momentanea illa obſidio illic ſeriùs facta, de qua Froiſſardus lib. 1. ſuæ hiſtor. ca. 327. ad an. 1378. Nam Guichardus illic in præcedenti obſidione verè obiit die 21. Septembr. an. præfato 1216. Sed ipſius oſſa aſportata ſunt partim Cluniacum ad tumulũ patris, partim Bellam-villam. Eodémque anno Honorius PP. III. Iudices nominauit Abbates Bellęuillæ & de Iugo Dei, ad decernendum ſuper petitione vltimi Canonici Eccleſ. Bellijoci pro congrua portione, tunc obtentu difficili; quia cùm necdum certus eſſet Canonicorum numerus, creſcebant in dies Canonici ad commendatitias Principum literas aut expectatiuas Pontificum gratias.

15 Vidua Sibylla conſtruxit Villæfranchæ Cœnobium pro præfatis Minoribus Religioſis, ibidem morientibus depictis more Capucinorum noſtræ ætatis: primum ſanè eius Ordinis viſum in Galliis: ſecundum autem Lugduni erectum eſt ſub titulo poſtea S. Bonauenturæ: & tertium Matiſconi. Ipſa obiit IV. Idus Aprilis, ex libro Obituum, nomine Comitiſſæ.

16 Hic aduerte Philippum Auguſtum Franciæ Regem duxiſſe vxorem Yſabellam præfati Bauduini filiam. Qua matrimonij lege Guichardus Bellijoci factus eſt nepos Regis ex canonica affinitate.

XIII. gener.

1. Humbertus V. Domin. Bellijoci [17] ab anno 1216. Sponſam duxit Margaretam [18] Balgiaci. Horum ſeptem nati. — K

2. Guichardus Domin. Montiſpenſerij. Eius quatuor filij. ——
   1. Humbertus de Bellijoco, Dominus [19] Montiſpenſerij: ſine liberis.
   2. G V I D O, Archiepiſcopus tandem Lugdunenſis: de quo nunc ex profeſſo.
   3. 4. Eraclius & Ludouicus Equites fortiſſimi.

3. Ludouicus Canonicus Bellijoci & Primatialis Eccleſiæ Lugdunenſis. Infra ſub Ludouic. Archid. Trecenſi.

4. Margareta, [20] omiſſa à Paradino: eiúſque nepos *Guido* ſequens Archiep. omiſſus ab eod. & aliis. Vide prudenter, num hic fuerit de familia Pontius Beliocenſis ſeu de Bellijoco, Decanus fortè Matiſconenſis Eccleſiæ, ex Titulis loci antiquis, an credatur Decanus Bellicenſis Epiſcopatus ſatis vicini, alterius gentis, conſtitutus in Matiſconenſibus To. 2. Nu. 40. §. 5.

17 Is tanquam benemeritus & affinis ſceptro Franciæ, ab eius conſobrino Ludouico VIII. Francorum Rege, patre D. Ludouici, conſtitutus eſt moderator Phocenſis ſeu Maſſilienſis Prouinciæ, necnon Volcarum ſeu Arecomiorum (vulgò *du Languedoc*) aduerſus Raymundum Strategum, aliàs Comitem Toloſanum hæreticum, cæteróſque Albigenſes hæreſi infectos à Regina matre miſſus, ex vitis Sanctorum Renati Benedicti Doctoris Theol. De quo Principe ſic propterea Paulus Æmilius: *Vmbertus vir bello clarus, Præfectus Regius in Toloſates iuſſu Blanchæ profectus peruicit, vt ſe dederent*, pag. 140. Lutet. 1550. & Chronicon Ioannis Tillij ſub anno milleſimo ducenteſimo vigeſimo ſeptimo, *à Blanca Regente aduerſ. Raim. Toloſatem miſſus, &c.* An. 1234. egregiis cõmuniuit priuilegiis Canonicos Regul. S. Auguſt. Belleuillæ,

leuillæ, & Eccleſiã ſecularem Collegiatã Bellijoci: cui ipſe cũ matre impertitus eſt decimas Ardilliaci, pagi de Oratorio, & domus ſuæ de Allogniaco, ex Chartular. Eccl. pa. 81. & 94.

Patria Dombarum pertinens ad Dominos Bellijoci.

Et obiter ad probandum, quòd ipſi Domini Bellijoci nacti eſſent de iure antiquo paternum quoque dominatum Prouinciæ Dombarum, hoc ſaltem lego huiuſce rei documentum in Bibliotheca Cluniacenſi ex Actis anni 1239. quando Abbas Cluniaci Hugo 6. negotium de quibuſdam limitibus habuit dirimendum cum ipſo Humberto ob eas poſſeſſiones, quas Abbas in agro Dombarũ Lugdunenſis Diœceſis obtinebat prope Toiſſiacum oppidum, dependentes ex Decanatu de Harpaiaco, ſitum habente ad Bellijocenſes ſub Diœceſi Matiſconenſi: tunc prudens Humbertus edixit ratum id totum facilè habiturum, *ſecundum exiſtimationem bonorum virorum*, reliquo perſiſtente, quòd de ſolito (ait) *in dominium noſtrum cederet, & noſtros homines, terras ac poſſeſſiones de noſtro proprio allodio aſſignare eis, &c.* Cæterùm,

Conneſtabilis.

is Humbertus creatus Conneſtabilis Franciæ, ſocium ſe præbuit ſanctiſſimi Regis ad ſacrum bellum Hieroſolymitanum, ibíque in Damieta capta mortuum, 12. Kal. Iun. 1250. ex libr. Obit. Bellijoci. Sed hîc obiter & opportunè aduertat quicunque Lector dogma vniuerſaliſſimum. Præfata mater D. Ludouici, affinis hiſce Dynaſtis Bellijoci, perperam hactenus paſſim vocitatur Blanca à ſingulis rerum Gallicanarum hiſtoricis, appellatione ſeriò ſumpta ab ipſis pro nomine eius proprio, vti mens omnium paſſim affirmat. Sed, inquam, falsò. Nam ante annos viginti ſex, hæc ego primus noſtro ſeculo vidi ſculpta in marmore nigro ad dexteram maioris Altaris Dominicanorum Pariſienſium: *Hîc iacet Carolus, Comes Andegauenſis, Rex Siciliæ, filius D. Clementiæ, frater Ludouici IX. Francorum Regis.* En vetus Epitaphium circa duos Reges. Hinc audi. Ex Optimatum Franciæ origine Tillio dictatore pag. 101. Pariſ. milleſimo quingenteſimo octuageſimo, Ludouicus VIII. Rex horum fratrum parens vnicam in vita duxit vxorem, Alphonſi VIII. Caſtiliæ Regis filiam, de qua is narrat Ludouicum ſex maſculos ſuſcepiſſe contiguos, è quibus S. Ludouicus numerandus ſecundus, & Carolus Dux Andegauenſis quintus. Nec vſquam lectum eſt patrem ſu-

Mater D. Ludouici.

pereſſe orbatum vxore, vel ad iteratas nuptias conuolaſſe, quin è diametro viduam eius vxorem annis viginti ſeptem marito ſuperuixiſſe. Igitur neceſſariò inferre decet eandem principem matrem verè nuncupatam Clementiam, & nunquam eum titulum Blanchæ ad ſacrum fontem ſuſcepiſſe: imò poſteriorem hanc nomenclaturam ex forenſi aduentitióque

Non Blanca, ſed Clementia.

vſu à populis contractam, ſolùm ad eiuſmodi matronam, ob diutinam valde huiuſce viduitatis ſtatum, quo durante illa prudentiſſima totius Franciæ clauum tenebat, abſente multis annis filio Rege. Quippe ſic mos eſt Reginas viduas olim candido ſuperindutas, Blancas paſſim ac ſemper ideo appellari (teſte nuper Lotharingiana Henrici tertij vidua ad Molinenſes Galliæ) niueum ferè velum liberè ad faciem gerentes, ritu Monialium. (a ab ann. 1590. ad 1605.) Ex eóque hiſtorici poſtmodum emerſi vnum idem haud ægrè nomen ſcripto mandarunt continuò, velut plebi aulicíſque peruulgatum. Et illo elapſo mulieris regnantis ſeculo, hominúmque coætaneorum memoria: poſteri lectores & Chronici arbitrati ſunt, vocem Blanchæ, deberi fœminæ proprium. At certè nihil minus. Decepti ſunt omnino. Tutiores viſuntur ſynchronæ effigies poſthumis vulgaribus vmbris fallacibus. Ergo æquiſſimi rerum æſtimatores præteritas futuráſque de ea re ſcripturas ad hunc circinum emendare tenebuntur. Iſta notatu digniſſima.

18 De Marguareta iam bis verba fecimus in ſuperioribus Archiepiſcopis Numero 83. §. 2. & Num. 89. §. 3. Itémque de Humberto V. eius viro, déque IV. patre alia etiam plura Num. citat. 83. §. 2. & 3. atque Nu. 89. Paragr. 3. fin. Obiit 20. Decemb.

Guido Archiepiſcopus. Conneſt.

19 Humbertus Montiſpenſerij, frater *Guidonis* noſtri Archiflaminis, decoratus quoque eſt fulgore Conneſtabilis Franciæ in locum Humberti V. patrui ſui. Sed quo præciſo tempore, hîc diſcas. Non enim continuò ab obitu auunculi ann. 1250. Nam Tillius in citat. Optimatib. pag. 275. præmittit Matthæum Montmorancium & Amaurium Comit. Montisfortis: poſt quos author nominat hunc *Meſſire Humbert de Beau-jeu Sire de Montpenſier:* ſcilicet non priùs quàm anno 1266. vel etiam ex aliis anno 1281. Imbertus ipſe deuotam rurſus iniit Solymorum peregrinationem, bellum aduerſus Saracenos illaturus cum S. Rege Ludouico. Vnde reuerſus, & in Aragones cum Philippo 3. Rege filio proficiſcens, ibi victor animam exhalauit. Cæterùm aſcendendo ab hoc principe & à fratre ſuo *Guidone* noſtro Archiſynagogo ad Guilelmum ſtipitem Comitem Lugdunenſ. pluſquàm tritauum: ſane interſeruntur tredecim illuſtres & nobiliſſimi patres genealogici.

20 Tillius in Magnatibus pag. 82, dicit Theobaldum 6. Comitem Campaniæ, poſtmodúmque Regem Nauarræ (per matrem ſuam Blancam p) deſponſaſſe filiam Guichardi de Bellijoco in ſecundis nuptus; non certè aliam à præfata Margareta, quia pater pluribus caruit filiabus. Neque rurſus idem pater Margaretę potuit alius eſſe quàm Guichardus III. quia circunſtantiæ S. Ludouici & Ioannis Principis Moreæ eius fratris, qui ſunt præſentis ſeculi genealogiæ, & de quibus author vnà loquitur cum Theobaldo ibidem, ſatis docent adſtruere non licere parentem filiæ vnum ex aliis Guichardis Bellijoci, obſtante Chronologia; qui denuo cæteri habent ſuas omnino connotatas filias. Sed iterum hoc prius argumentum iſto poſteriore confirmatur multò fortiore. Liber Obituum manuſcriptus Eccleſiæ Bellijoci peruetuſtus ſic fatur. *Die XVI. Kalend. Decembris obiit Marguarita filia Domini Guichardi de Bellijoco, & Sibylla vxoris eius.* Quid perſpicacius aduerſus omittentes, libello, æquè propinquos? Nam ſolus Guichardus III. vxorem duxit, quæ Sibylla nominatur.

Margareta de Bellijoco

p Tit. pag. 131. 132.

XIV. gener.

K
1. Guichardus IV. Dominus Bellijoci, 21 ſine liberis.
2. Yſabella I. filia Humberti V. hæres & Domina Bellijoci, mortuo fratre, ac deficientibus hîc maſculis I. ſtirpis. Proptereáque ei deſponſatus eſt Regnaudus Comes Foreſij, velut olim vterque ex eadem conſanguineorum progenie 22 oriundus. Per hos tres maſculi in lucem editi, — L
3. Filia hactenus anonyma, vxorata Aimeryo Pictauienſi.
4. Marguarita, facta vxor Peralti, Domini Montis S. Ioannis, obiit 6. Idus Maij. Peraltus fortè conſanguineus Guilelmi I. Archiepiſc.
5. Filia forſan dicta Vuicarda, collata Vicecomiti *de Combors* in Aruernia. Eius commemoratio 13. Kalend. Iunij.
6. Filia in matrimonium data Roberto Comiti Boloniæ, filio Roberti Comitis Claromontani, Bolon. & Aruerniæ.
7. Filia Religioſa Prioriſſa in Conuentu Poletenſi, nomine in Paradino carens: at ſuprà ex authentico Inſtrumento eam diſcimus vocatam Ianam ſeu Ioannam, Num. 85. §. 2.

II. Stirps.

Conneſtab. 21 Cœpit dominari an. 1251. à S. Rege Ludouico IX. factus Cōneſtabilis Frāciæ. Maſſilienſes caſtigauit, rebelles Carolo eorum Dynaſtæ, fratri eiuſdem Ludouici, Comiti Phocenſis Prouinciæ. Negotium ei fuit ſub pecuniaria obligatione cum Philippo de Sabaudia Lugdunenſi Archipræſule. De qua re nos iam Numero XCIII. §. 5 fin. id geſtum conſequenter ad hominium patris ſui Humberti V. priùs exhibitum Raynaldo II. anteceſſori Archiepiſcopo, ex Numero LXXXVIII. §. 1. & 3. Deſponſauit D. Blancam Ioannis Comitis Cabiloni filiam. Obiit in Anglia 9. Maij M. CC. LXV. eò miſſus à Rege Legatus. Vxorem Belleuillæ hæredem, vbi ſepultus eſt, conſtituit. Quæ matrona cùm ei diu ſuperuixerit, Conuentum Deſertæ Lugduni fundauit pro deuotis virginibus anno 1304. in Iulio. Deinde renupſit Beraldo Domino de Mercueir in Aruernia.

Quare præfatum matrimonium. 22 Conſanguinea propago ſeu radix paterna Yſabellæ atque Regnaudi Forenſis coniugatorum oſtenditur ex communi vtriuſque patre Girardo ſuprà conſignato in ſecunda tertiáve generationis via. Nam dudum vidimus Girardum protoparentem genuiſſe Stephanum primum ſeiunctim ex appennagio Comitem Forenſem, è quo per plures quoque medios patres fluxit hactenus iſte Regnaudus Forenſis: prætermiſſo hîc Vmphredo Stephani fratre, ex quo ſatis conſtat Yſabellam manaſſe. Vnde, reor, factū eſt, & quidem prudenter: vt eadem Yſabella conſilio ſterilis fratris Guichardi IV. & affinium, nupſerit Regnaudo Forenſi: imprimis ne poſſeſſio hæreditaria ad tribum aliam tranſiret extraneam: ea nimirum lege, quòd omnis ſoboles natu minorum ex Regnaudo per Yſabellam ſuſcepta, ſibi nihilominus retineret cognomē de Bellijoco, at non Foreſiorum, niſi ſolus maior natu. Quod & praxis ſequēs docuit. Secundò, idcirco renouata eſt illa affinitas, vt ſopirentur bella ciuilia ſæpe antea moueri ſolita inter duas haſce familias, ob iura quędam ferè communia, reſtantia ex illorum quem diximus * ſtipite. Legitimè autem potuit id matrimonium celebrari. * commentario 14.
Gradus parentelæ. Neque opus fuit Pōtificia diſpenſatione, vt cenſuit Paradinus. Etenim ex decretali *Non debet.* Innocentij PP. III. in Concilio 12. generali Lateranenſi q præcipitur, *ne prohibitio copula cōiugalis quartū coſanguinitatis & affinitatis gradū de cætero minimè excedat.* Adeóq; cùm Yſabella Gi-

q Tit. 13. de conſanguinit. & affin. cap. 8.

rardo poſt duodecim patres directè ſucceſſerit, ac Regnaudus poſt totidem fortaſſis genitores eidem ſingulorum fonti: ſanè nulla ampliùs ei interceſſit ſanguinis communitas matrimonij coërcitiua. Neque iterum recentior ipſis affinitas intra quartum ſcalæ genus legitur aliunde ſuperueniſſe. Ergo coniugium ratum. Sic itaque Henricus Nauarræ poſtea IV. huius nominis Galliæ Rex, in prioribus nuptiis ritè duxerat vxorem Marguaretam Franciæ noſtris hiſce oculis conſpicuam, & Henrici ſecundi filiam, citra Bullas Papales, quantumuis ambo ex eodem primùm ſurculo S. Ludouici Regis emerſerint. Qui Rex ſanctus filios huc ſpectantes obtinuit Philippum 3. & Robertum fratres: illum quidem annoſiorem ac Regem, ex quo tandem poſt nouem genitores prodiit Marguareta; iſtum verò Comitem dote Claromontanum, patrem Ludouici primi Ducis Borbonij, ex quo poſt totidem patres eolluxit Henricus. Cæterùm, de iſto Regnaudo iam nos eſſe locutos ſentimus anno 1260. antequam Yſabellæ thorum ingrederetur, Numero 88. §. 5. finali, ad fines alios rerum agendarum cum Guichardo quarto Bellijocenſi. Sed vlteriùs, iſtic obiter aduerte potiores ipſius Comitis Foreſij anteceſſores. Imprimis, Paradinus docet Regnaudi patrem appellatum Guidonem (dicit vulgò *Guy*) Comitem Forenſem. Secundò, nos ſuprà ad hiſtoriam redegimus vnum Guidonem Comitem Foreſij, Eccleſiæ Collegialis Montisbriſonis fundatorem ſub tutela beatæ Virginis matris, anno milleſimo ducenteſimo vigeſimo tertio, ad exemplar Eccleſiæ Caſtri Bellijoci, conſimiliter Deiparæ ab eius propinquis dicatæ integro ſeculo priùs. Qualis Guido ob temporis intercapedinem cenſeretur liberiùs fuiſſe auus quàm pater præſentis Regnaudi. In Archiuis verò Lugdunenſibus effertur paſſim Comes quartus Forenſis: niſi fortè ex æquiuoco intelligant eum veriùs credendum quartum huius nominis, nepotem Raynaldi II. Lugduni Archipræſulis. De quibus Numero 83. §. 3. & Numero 85. in Roberto eius auunculo Archiepiſcopo. Tertiò, legimus aſcendendo Guigonem Comitem Forenſem, eiúſque filium anonymum, paciſcentes cum Guichardo 85. Archipræſule annis 1167. & 1173. Qui denuò putatur auus præfati Guidonis. Plures non habemus ad manus, huc accerſendos. Iſte autem iam propè accedit ad Artandum ſecundum Forenſem primum Comitem ſuprà, paucis forſan interiectis. Yſabella tandem fuit pia fundatrix Eccleſiæ Collegiatæ vulgò dictæ *de Semur en Brionnois*.

Quomodo prohibent nuptias Borbonorum. *Comites Forenſes.*

XV generatio.

L { Guiotus ſeu Guido natu maior, Comes Forenſis, cui Ioannes ſucceſſit, forſan eius filius.
Ludouicus minor natu cognomen ſemper habuit de Bellijoco, factúſque eſt Dominus dicti loci [23] cum poſteris eius hæredibus. Ipſius fuêre vndecim liberi. } M
Ludouicus alter natu minimus, Dominus Montisferrandi. }

23 Vxorem nactus eſt Eleonoram Sabaudiæ, filiam Thomæ Principis Pedemontani. Perfunctus quoque eſt munere Conneſtabilis in Francia: cuius officij meminit Eccleſia paſſim dicta *du Bourg d'Oh*, Diœceſis Bituricenſis, ſuper Epitaphio fratris ſui de Monteferrando. Aſſenſum præbuit fundationi Eccleſiæ Collegiatæ Aquæſparſæ factæ ab Hugone ſexageſimo primo Eduenſium Antiſtite, velut ſuæ Diœceſeos: ſed in temporalibus ditionis Bellijocenſis, ſuámque ibi conceſſit immunitatem. Atque ſyluam impertitus eſt Eccleſiæ Bellijoci. Deceſſit è viuis 23. Auguſti anno milleſimo ducenteſimò nonageſimo ſexto. Iacétque Belleuillæ. Et eiuſdem vxor 6. Decembris anni præfati, humata Villefranchæ in Conuentu Minorum: cuius mater Beatrix fuit neptis Innocentij Papæ IV.

XVI gener.

{ 1. Guichardus V. huiuſce nominis, [24] Dominus Bellijoci, cognomine Magnus. Huic tres vxores obuenerunt. } N
2. Humbertus Domin. *de la Iuliane*, Canonicus Lugdunenſis, [25] de quo ex Actis Capitularibus infrà Numero 97. in Ludouico de Villars Archiepiſcopo, Paragr. 2. fin.
3. Thomas, obiit 24. Iunij 1300. Iacet in tumulo materno Conuentus Villefranchæ.
4. Guillelmus Canonicus Præcentor Lugduni, ex Actis Num. 100. anno 1320. Paragr. 4. Poſteáque Epiſcopus 29. Baiocenſis in Northmania. Obiit 27. Octobris 1337. ex Numero 103. Paragr. 2. * & iacet Villefranchæ in tumulo matris.

* Alij collaterales 7. Id. Septembr.

M

5. Ludouicus de Bellijoco, Canonicus Archidiaconus Cathedralis Baſilicæ Trecenſis. [26]
6. Marguareta vxor Ioannis Cabilonenſis, Domini de Rupe forti, an. 1320.
7. Eleonor vxor Humberti Comitis *de Villariis*, poſtmodum erecti in Marchionem: ſeu domus facta eſt Comarchia.
8. Alia filia hactenus anonyma, aut quibuſdam Blanca, vxorata Ioanni *de Luzy*, Domini de Caſtro-vilano, *Chaſteau-vilain*, prope Lingones.
9. Alia filia Religioſa in Poletenſi Cœnobio.
10. Itémque alia profeſſa.
11. Alia rurſus Monacha Brienenſis: *à Brienne lez Anſe.*

24 Summæ in Galliis viſus eſt authoritatis, pendentibus regnis Philippi pulchri, Ludouici Hutini, Philippi Longi, Caroli pulchri & Philippi Valeſij: quorum fuerat primus Camerarius, *Grand Chambelan*. De eius nanque principio, ad biennium ſui initi principatus loquitur Numerus XCVIII. Paragr. 2. an. 1298. Magnum poſtea exercuit magiſterium Hoſpitalis vltramarini: conductor factus aciei Montiſcaſſel à Philippo Valeſio obtentę contra Flandros, eo in prælio cæſos fugatóſque anno primo ſui Regni, die ſancti Bartholomæi 1328. (Geſta Guichardi 5.) Quando Froſſardus hiſtoricus bellicum hunc conflictum enarrat, non recordatur quidem Guichardi libro primo capite 23. Sed talem virum in id propoſitum adiicit Volumen illud quod dicitur Mare hiſtoriarum, fol. 105. vnà cum Gualtero de Caſtellione Conneſtabili, Comitibus Flandriæ, Barri, Atrebatenſium, &c. Idem præterea Guichardus Dynaſta vndecimum Comitem Sabaudiæ, Amedeum ſextum cognomine Viridem iuuit in Valeſiis incolis emendandis, aduersùs proprium eorum Epiſcopum rebellionem minitantibus: qui præclaræ Sedi reſtitutus eſt. Ludouicus nanque de Bellijoco Sedunorum vrbem eis ſurripuit anno ſequenti, vulgò, *Sion en Valais, és ſources du Rhoſne.* Denique Capellaniam Deo ſub inuocatione ſancti Laurentij ſacram in Turri ſui Caſtri Bellijoci fundauit, duobus inſtitutis Capellanis. Hinc Pariſiis mortuus eſt 18. Septembris 1331. Iacet Belleuillæ in nouo tumulo à ſe compoſito; quem hodie inter alios ſuperſtitem videmus poſt ignes excidiáque à Caluinitis illi Abbatiæ allata nobis in tenera ætate conſpicientibus ann. 1567. (Froſſardus.) Aliæ de ipſo circunſtantiæ inferiùs, ex Commentario 27. finali. Et Numero 93. Paragr. 1. rum Num. 96. Paragr. 2. ac Num. 97. Paragr. 2. fin.

25 Occiſus Humbertus, aut ſaltem vulneratus ad mortem in bellico conflictu Varenſi, *de Varey*, initro inter Comitem Sabaudiæ & Delphinum Viennenſem anno 1331. Adeóque expirauit Ebreduni 12. Septembris. Funus ſolenne factum Villefranchæ 3. Octobris ſeq.

26 Iſte Ludouicus Trecis promotus, immane ſacrilegium perpetrauit. Quippe 17. Martij 1359. manus violentas iniecit præcipuus R. Cardinali Talarando, Albanenſi Epiſcopo ac Legato Pontificio in Gallias: quem captum eſt auſus ducere in Caſtrum. Id ex profeſſo reſtantur parentes Literæ ſub Odone, Ioannis de Salaniaco ſucceſſore, Epiſcopo 54. Matiſconenſi [1]. (15. 5. g hoc §. 3. genet. 13.) Talem verò hiſtoriam fas non eſt reducere ad Ludouicum de Bellijoco, filium Guichardi III. Canonicum primæ Lugdunenſis Eccleſiæ ſuprà [g]. Non enim potuiſſet vitales auras carpere ad hanc vſque diē. Neque alius eius nominis ac familiæ legitur in Clero, quantumuis nonulli eum arbitrentur obiiſſe anno 1300. Saltem prior ille Ludouicus migrauit è ſeculo Kalend. Septembris.

XVII. genet.

N

1. Vxor Guichardi V. fuit Ioanna filia Comitis de Geneua, ex qua per eum infantes duo ſuſcepti ſunt.
   - Maria, vxor Ioannis l'Archeueſque, nonnullis l'Archeleſque. Eſt nomen nobilis familiæ apud Lemouicenſes prope Luſigniacum. Itémque Ioannes fuit Dominus de Partenay, ſine liberis.
   - Paruus infantulus, qui naſcendo cum matre obiit 23. Februarij 1303. ſepulti Belleuillę.

II. Maria filia Domini de Caſtellione, Conneſtabilis Yzabellæ *de Dreux*, defuncta die Veneris ſancta 1317. apud Bellamvillam ſepultæ. Déque ea tres.
   1. Eduardus I. Dominus Bellijoci [27] vxorem duxit Mariam filiam [28] Domini du Til, Anticiodorenſis. Ex qua geniti duo liberi. O
   2. Maria vxor Caroli Monmorancij, Mareſchallis Franciæ.
   3. Alionora ſeu Leonora Religioſæ Poletens. Niſi illa fuerit vxorata, ex Numero 102. Paragr. 1.

1. Euſta

Iterum N — III. Ioanna de Caſtello-vilano. Inde ſeptem liberi.

1. Euſtachius de Bellijoco, Mareſchallus Franciæ.
2. Guichardus de Bellijoco [10] Dominus Peruſij. Duxit Marguaritam Pictauienſem, filiam Comitis Valentinenſis. Ex his ortæ ſex perſonæ. } P
3. Iacobus de Bellijoco. [11]
4. Guillelmus de Bellijoco, Dominus d'Amplepuis. [12] De tertia ſua vxore nati ſunt duo: de quibus longiùs infrà poſt Borbonios. } Q
5. Robertus de Bellij. Dominus de Iugo *ſous Tarare*, duxit vxorem Agnetam de Vienna, Dominam de Chadenay. Vnde quatuor liberi. } R
6. Ludouicus Dominus d'Alloignet, duxit Ioannam de Bellijoco ſuper Ararim. Ex quibus emerſa Antonia. Iacétque in Prioratu ſancti Mamerti de Cluniaco. De quo Ludouico in Commentario 32.
7. Blanca vxor Mabrionis Domini de Linieres. Is an. 1369. adſtitit obſidioni Caſtri Rupigonenſis * ab Anglis capti. Froſſard. 1. capite 268. Illúmque intellexit vniuerſim dictum in pugna Pictauienſi ſuprà. * *Roche ſur Yon.*

Eduardi I. geſta. 27 Natus die Paſchæ 1316. Dominari cœpit anno 1332. Is cum exercitu ſuis expenſis mare tranſnatauit: vbi ſæpiùs prælio Mahometas adorſus eſt. Quem propterea redeundo Philipppus Valeſius Rex Mareſcallum Franciæ conſtituit. Vlteriùs in Gallia religioſè militaturus: Iudæos primùm è terris ſuis (Treuoltij, &c.) exulauit, ac teſtamento prohibuit, ne ampliùs reditẽt & admitterentur. Deinde Froſſardus honorificè de eo plerunque loquitur libro primo. Imprimis nimirum Capite 43. & 60. quòd miſſus à Rege in vrbem *de Mortaigne*, prope Caletum ab Anglis occupatum anno 1340. hoſtilem obſidionem generoſè victor ſuſtinuit. Capite 119. quòd Ducem Normaniæ contra eoſdem Anglos in Gaſconia iuuerit anno 1345. vrbéſque ab ipſis detentas meritò interceperit. Capite 129. quòd is tertius Baro Regem Comitatus, adiit militiam in Angliæ Regem deſtinatum apud Creciacum [h] Picardiæ. Cap. 145. quòd eundem ſuum Galliæ Regem ad obſidendum Caletum ſtrenuè ſequutus eſt ann. 1347. tandem verò in conflictu gnauiter occiſus tertio Nouembris millesimo trecenteſimo quinquageſimo primo. Iacet Belleuillæ in patris tumulo, obſequiis ibi peractis, die vltima Iunij ſequentis. h Crecy.

Verificatio. Quo in loco obiter memineris Claudium Paradinum citra veritatis ſemitam aſſeruiſſe, quòd Froſſardus mentionem fecerit Guichardi V. velut ſtrenui Ducis militaris, nempe, Paradino ſecludente Eduardum I. ab illo authore Froſſardo. Sed profectò ſcias velim è diametro ſapienter factitatum aut mente conceptum à dictatore Froſſardo: qui perpetuò, etſi vniuerſali quodam ſtilo, attamen capaci, Eduardum capit. Nam imprimis, quando Froſſardus librum primum orditur ab anno ſalutis 1326. quo florebat Guichardus, & in Cap. 26. claudit annum 1331. quo obiit ille princeps: ſanè iam in toto illo annali circuitu nullum omnino Bellijocenſem Dynaſtam adnominat. Secundò, cùm Eduardus I. haud dubiè vitam produxerit ab anno 1332. ad annum 1351. & multis Froſſardus Dominum Bellijoci commendarit encomiis intra id ſpatium, vtendo in genere illa phraſi [i]: non potuit ab implicito diſcurſu Eduardum excludere, aut eundem non includere. Tertiò, non eſt vt quis in Paradini gratiam ritè putet opponendum, quòd Froſſardus vocet Guichardum de Bellijoco cum Rege & aliis Galliæ Principibus pro ineundo Pictauienſi in Anglos certamine, quatenus author quintum ſubaudiat. Quippe datum eſt id prælium anno 1356. quo diatio ante annos triginta quattuor defecerat Guichardus V. ſeu natu maior, & Eduardus I. ante annos quinque. Ergo Scriba hiſtoricus ſermonem illum texuit pro alio Guichardo de Bellijoco natu minore, præfati maioris fratre ex latere patris, tunc virilem ætatem agente: qui nimirum alius in dotem patrimonij Peruſiacũ [k] ad Bellijocenſium fines prope Ligerim adeptus erat, Mareſcalliámque Franciæ poſſidebat. De quo Principe paulò infrà [a].

i ſuprà a'b an. 1340. ad 45.
k Perreux.
a Comēt. 35.

28 Ipſa Eduardum deſponſauit 6. Nouembris ad annum 1338. Pro maritali dote attulit Caſtra *de Bordelie*, Rupē *de Montlay*, Caſtellaniam de Montagniaco, & Præpoſituram *de Carriſy* in Lugdunenſi Baluia. Eadem matrona ſuorum tutrix liberorum ſic rem domeſticam bene geſſit, quòd ſibi atque ſuis Caſtrum Berziacum acquiſierit. Mundo vale dixit in Caſtello Poliaci 4. aut 12. Martij, anno 1358. vel 1359.

Voluente

Bellijoci Canonici omnes quondam nobiles.

Voluente Eduardi ſeculo, & in circum: Canonici Eccleſiæ Collegiatæ Bellijoci, omnes paſſim nobiles genere cernebantur: hoc eſt tredecim numero reſtituti, ex emendata promiſſua inſtitutione: qua ratione Seruator imitatione digniſſimus tredecim ſibi adſcripſit Apoſtolos, ſubrogato poſt Chriſti aſcenſum D. Paulo diuinitus, præter reliquos duodecim. Tot, inquam, & tales Bellijoci nobiles, tanquam modeſtè redolentes illuſtrem Principum fundatorum ſobolem, tunc illis ſucceſſiuè præſentem, & coram degentem. Siquidem anno 1352 [b]. inchoante principatu Eduardi, celebre factum eſt in illa Eccleſia Capitulum Collegiale in Iulio menſe & Caſtro Bellijoco, vbi aderant congregati ſuffragandi egregij viri Guillelmus d'Aillant Cantor, Petrus de Mouceaux Sacriſta, Lancelotus de Propreriis, Guido de Franchelins [l], Ioannes Dux, Ludouicus de Propreriis [c], Petrus de Bruxeria, Goſridus Doubletens, Petrus de Marziaco, Ioannes de Can, Ioannes de Marcigniaco, & alij. Qui propter obitũ Petri de Theliz Decani, Ioannem Ducẽ in locum ſelegerunt. Nobilis horum ſurculus comprobatur, tum ex præfatorum cognominum formulis, tum quia ſex [m] ex his eo ſimul tempore habebantur Canonici Comites nobiliſſimæ Lugdunenſis Baſilicæ Primatialis Frãciæ. Hi patent inferiùs Numero 99. ſub R. Petro III. Archiflamine *, etiámque ex ſtatuto alios non admittendi in illa Metropoli, de vtroque parente. Quin iam præterimus quatuor [n] ex iſta Bellijocenſium Dynaſtarum familia in vtroque ferè Capitulo ſuſceptorum. Adde quòd circa poſteros annos [o] Ioannes de Franchelins & Guido de Fougieres viſi ſunt in Bellijocenſi ſocietate: quorum progenies in multis præluxit Lugduni [p]. Horúmque Caſtella hoc æuo in ſucceſſoribus hæreditario iure ſuperſunt. Et vel ego ipſe adoleſcens noſtris diebus conſpexi [q] Petrum de Nagu ibidem Canonicum, ac Lugduni Comitem Præcentorem, necnon pro vtraque Eccleſia munificum largitorem. Eiúſque Teſtamentum conſuimus infrà ſub Antonio Archiantiſtite.

Euſtachius de Bellijoco quis fuit.

29 Tillius in Magnatibus Euſtachio tribuit agnomen de Bellijoco, & Mareſcallum efficit vnàcum Matthæo de Tries [r] ſub Philippo Valeſio, regnante ab anno 1328. ad annum 1349. Quamuis autem Eduardus I. parem quoque dignitatem in Galliæ ſceptro tunc obtinuerit: tamen ex præmiſſis temporum circunſtantiis faciliùs præſumitur eum extitiſſe filium Guichardi V. Domini de Bellijoco, & fratrem natu minorem Eduardi I. quinimò ex tertia vxore magni eiuſdẽ Guichardi oriundũ. Nã adſunt præ manibus in Froſſardo hiſtoriæ magis peculiares & anteceſſores in gratiam Guichardi V. à nobis iam deductæ [ſ]. Ex quo perſuaſo decreto, eſt etiam viceuerſa multò probabilius, Euſtachium fratrem annoſiorem fuiſſe Guichardi Domini de Perruſiaco, quoniam perſpectum imus poſteriora Regis Valeſij Chronica, quæ ſanè complectuntur huiuſce Guichardi geſta eodem periodi fluxu. Adeóque tardior floruit. Et propterea ſex aut ſeptem filios opinamur è tertio illo thoro promanaſſe, licèt Paradinus quinque duntaxat adſtruxerit, aut quicunque libros penitiùs haud volutarit. Equidem certè Tillius accuratior poſt Paradinum ſcriptor ſuam expiſcatus eſt hiſtoriam è tutioribus Archiuis Cameræ Computorum & Parlamenti Pariſienſis, in quo ipſe propior publica munia & conſilia exercebat à ſecretis, perenniterque reſidebat.

Guichardus Perruſiaci quo ordine.

30 Illi Guichardo Franciæ Mareſcallo oppidum Perruſiacum obtigit cum appenditiis membris totius Baroniæ Bellijocenſium, pro eius appennagio ſeu patrimoniali iure. Eum verò reputamus ſecundum tertij thori filium. Nam ſuorum geſtorum hiſtoriæ apparent ſub annum 1355. poſteriores geſtis Euſtachij, idcirco prioris: ſcilicet leguntur ſub Ioanne Rege filio & proximo ſucceſſore Philippi Valeſij. Etenim poſtquam Froſſardus excurrit obitum Philippi, & regiam Ioannis inaugurationem [t] Capite 151. libri 1. Guichardum de Bellijoco cõſequenter & honorificè adnominat Capite 160. [u] ſub initiis in Anglos certaminibus apud Pictauos, velut eò à Rege miſſum, collocatúmque in tertio conflictu aduerſùs Gallæ Principem [x], Caput Anglicani exercitus [y]. Ibi Guichardus cum Petro Borbonio occiſus eſt die 20. Septembris 1356. & corpus delatum Bellam-villam, vbi Sacellum fundarat D. Dionyſio ſacrum, necnon funus ibidem celebre factum 12. Decembr. 1357. Priùs verò opem tulerat fratri Eduardo antiquiori aduerſùs eoſdem Anglos in media planitie S. Omeri, & Caleti [z]. Qui Eduardus in obitu natus erat annis duntaxat triginta quinque.

Iacobus de Bellijoco quando.

31 Froſſardus Capite 162. diſertè Iacobũ de Bellijoco ſimplici voce adnominat, citra qualitates alias ab eo prætermiſſas, quæ virum alioqui meritò circunſcriberent. Textus allegat illum conſtitiſſe in altero cornu prælij Pictauienſis cum Dominis item Iacobo Borbonio, de Linieres, de Caſtro-villano, d'Achen, Ioanne & Iacobo d'Artois fratribus ac pluribus. Quo in bellico tumultu, cùm Bellijocus agnitus & deprehenſus non fuerit inter mortuos, ſequitur eum inde elapſum, ſuperuixiſſe, ſaltem ad annum 1360. Syncerioris autem examinis gratia iſte Iacobus de Bellijoco, quem Paradinus præterijt, nequiuit dici vnus de Borboniorum familia, ad quam demum tranſiit dominatio in Bellijocenſes. Ratio eſt, tum quia

locus

[b] die Lunæ poſt feſtum B. Magdalenæ, ex archetyp ſigillo pendente.
[l] apud Dombas.
[c] etiam Canonicus Eccleſ. Lugd. cui dedit ducentos florenos auri pro animæ ſuæ & parentum remedio. Ex li. Repertorij Anniuerſar. fol. 24. & Gaichard d'Allãt Canonicus Lugd. legauit lib. 100. florenos. fol. 28.
[m] Theo. Aill. Guy, Ludou. &c.
[n] §. 13.
[o] Hugo. Ludou. Hubert. Guillelm. in Matiſconẽſi. lib. n. 51. §. 3.
[o] 1344.
[p] infrà de Fougeres Capellaa Lugduni inſtituentib. ſub Fräciſc. I.
[q] Lugd. ann. 1576. Singula ex Archiuis.
[r] Domin. de Vauuain, pa. 279.
[ſ] Commẽtar. 27. à c. 43. ad 141.
[t] ca6. Septem.
[u] ab an. 1355.
[x] primogenitum Regis Angl.
[y] eccoti 18. Septẽb. 1356.
[z] *prés Ardres ville* Cap. 150 ibi mortuus.

locus iam interpellauit talem Iacobum Borbonium ex dictis:tum rurſus, quia quoties aliquis ex illa numeroſa Borbonienſi domo ſibi nomen de Bellijoco adſcripſit pro ſibi tradito matrimonio ſeu appennagio: hic mos non niſi poſt annum ſalutis 1400. incipere potuit. Quo iuſto tempore regij Borbonij Principes cœperunt ingredi & poſſidere agros Bellijocenſes, ſaltem in potiori parte, tertiámque radicem ibi excitauêre. Vnde primus huiuſce nominis Borboniorum ab illo æuo, reperitur fuiſſe Iacobus frater Ludouici, Petri & Caroli Borbonij, vnuſquiſque ſine liberis. Qui quaternarius maſculorum numerus patrem habuit Iacobum Rupellæ mortuum, & auum Iacobum alium Borbonium Comitem Carrolocenſem [a], annis L. priùs, ſeu ad annum quo floruit Iacobus de Bellijoco [b]. Indéque coniectamur annum hunc fuiſſe illum Iacobi de Borbonio, quem Froſſardus obiter pinxit. Veriùs ergo creditur iſte Iacobus dici filius Guichardi V. fratérque Eduardi, Euſtachij, & Guichardi natu minimus. Nullus enim commodior ſitus ei aut ſynchronus eius geſtis agnoſci poteſt. Hancque controuerſiam nemo ſuſcepit hactenus dirimendam. Propterea verò pari ductu affirmare licebit ipſum noſtrum Iacobum præceſſiſſe Guillelmum, Robertum & Ludouicum de Bellijoco, fratres alios qui adſequuntur illo iuniores, dum ſuprà tali ſuo ordine in tabella ſeu catalogo efferuntur. Seriùs enim ternarium eum numerum circino emenſum contemplatur Froſſardus. Sícque decernendum putamus, donec lux maior forſan affuerit in ſeptenaria illa computatione, aut ſub tertia ſeptenarij ordinatione fratrum. Sed inſuper arbitrandum denuò non eſt, iſtum Iacobum extitiſſe alterum Iacobum, de Bellijoco nuncupatum, & Dominum de Linieres, de quo nos poſtea *. Siquidem tempore iam præſentis cōflictus Pictauienſis, adfuit quidam hæres, Dominus de Linieres, ex cit. Froſſardo. Itaque duo nequibant eodem mēſe aut anno ſimul fieri Domini aut hæredes loci ſingularis de Lineriis. Igitur Iacobus de Linieres oriundus de Bellijoco vixit alius à præfato Guillelmo, vno ex eius maioribus. Adeóque extremus is Iacobus non niſi centum annis aut circiter poſt cædem Pictauienſem florere potuit, neque ob id eidem prælio adeſſe. Miſſum tandem facio, quòd veriſimilius eſt noſtrum, de quo nunc, Iacobum decoratum fuiſſe dominio Caſtrorum Polliaci, Tiſiaci, aliorúmve pro dotis parte in Bellijocenſibus, veluti frequenter aliis eiuſdem familiæ conſtat accidiſse, ex ſuprà poſitis, maximè dum fratres Guillelmum, Robertum & Ludouicūm legimus occupaſse alia id genus loca vicina [b]. De cætero autem Chronica Franciæ generaliora, contenta ſunt de cognomine recenſendo, & ſuperſedent ab hiſce minutis enunciandis.

Margin notes, left: …tamus Bor- | Alij eius nominis ad Bellijocū pertinentes, aut ius habentes.

Margin notes, right: [a] Charrolois. | [b] de quorum arbore, in cōmentar. 32. infrà. | * Cōmēt. 37 | [b] Amplep. loug ſous Tar. Alloign.

32 Trium Guillelmi vxorum prima fuit Domina de Villedieu, ſecunda Agnes à S. Germano, ſine liberis, quæ quidem fruebatur media parte ditionis Deſtours, medio altero collato Ioannę à S. Germano, vxoratæ Ioanni de Laya Dynaſtæ S. Leodegari, vulgò *S. Lagier*. Tertia autem erat Marguareta filia Domini de la Gorſse. Ludouicus verò Dominus d'Alloignet ipſius Guillelmi frater minor natu floruit peritus & excellens orator: obiítque inter Turcarum prouincias & Armeniam anno 1300. in Raguſa ciuitate & Conuentu Minorum ſepultus ad ſiccam Sclauoniam cum habitu D. Franciſci: obſequíis nihilominus poſtea Belleuillæ palam celebratis. Hauſta ſunt hæc & id genus alia è veteri MS. exiſtente in Eccleſia Lugdunēſi.

O {
1. Antonius Eduardi primogenitus 33 deſponſauit Beatricē filiam Ioannis Cabilonenſis: ſine liberis.
2. Marguareta, vxor Principis Pedemōtani & Moreæ. Nata Mōtiſmerulæ apud Dōbas 20. Octob. 1346. Caſtrū ſui patris. Ex his duo liberi. {
Vnus, anonymus: Moreę Princeps; itémque Peloponneſi annexæ anguſtiſſimo Iſthmo Græciæ inter mare Ægæum, & Ionium: ſine liberis.
Ludouicus alter, ex dono patris Princeps Achaiæ, Inſulę Græciæ, cuius caput eſt Corinthus: ſine liberis. }
3. Amedeus, Præcentor Eccleſię Lugdun. vendidit domum ſuam dictā de Bellijoco in Clauſtro Cardinali Ioanni de Talaru, Nu. 106. ab an. 1376. ad 1392. in Chartul. Bellij. vnde cenſetur veriùs frater Antonij. }

XVIII. gener. 33 De ipſo nouem genera proprię virtutis in mediū proferenda. I. natus eſt in Polliaco prope Francopolim 12. Aug. 1343. peſsimè aliis an. 1318. Cùm egregię eſset formę & liberalis, eū amore proſequuti ſunt Reges Frācię, Hiſpanię, Aragonū, Granatę. Cœpit in patrimonio dominari an. 1351. niſi fortè mater tutrix patriā rexerit per ſeptem ſuę viduitatis annos nomine ſui hęredis ad maternū vſque obitū [c]. II. Priuilegia Burgi Bellijoci cōfirmauit: & in Collegiali Baſilica Cappellaniā inſtituit S. Ioānnis Euang. cuius dotē applicuit ſuper telonio Araris & portu Belleuilię. III. De eo intellexit ſcripſiſse Froſardus lib. 1. à Cap. 221. ad continuū 224. ſub an. 1364. Eúmque nomine proprio interpellat Cap. 230. ad an. ſeq. nimirū quādiu idē Antonius ſequebatur Philippum Burgund. Ducem, minorē natu Caroli V. Francię Regis in bello cum Bertrando Gueſclino inito aduerſùs latrones Nauarros per Normanniam diſperſos. IV. Vt auxilio eſset Carolo, Principem illum comitatus eſt; luctaturus

Margin note, right: [c] an. 1358. aut 59.

Antonij geſta.

Comitem Montisbeliard, cætetóſque Germanos medio tempore graſſantes in ſuis prouinciis. V. anno 1366. à Rege deputatus exercitum regium in Hiſpaniam duxit ſub Ioanne Borbonio Marchiæ Comite, aduersùs Petrum Caſtiliæ Regem eccleſiaſticis obſtrictum cenſuris. VI. ex præfato Froſſardo Capitibus 251.253.257.& 259.idem Antonius ſequutus Ducem Bituricenſem aduersùs Anglicanum Gallæ Principem apud Pictauum anno 1368. & ad Cadurcenſes anno ſequenti effectum eſt, vt vicinæ ciuitates Regi ſint reſtitutæ. VII. loco,ad ann.1370. ex Capite 283.exercitus ille, cui fetè præerat Antonius, Lemouicenſes ab Anglicana ſeruitute liberos reddidit Monarchę Gallotum.VIII.ad domandam regiæ ditioni Bellam-perticam Aruernorum arcem munitiſſimam , traduxit homines armatos trecentos ad Borbonium Ducem.IX. ſub annum ſequentem ex Capite 297. is cum ſociis ſub Gueſclino Conneſtabili Franciæ Vzenſem ciuitatem curauit denuò reſtituendam. E cuius prouinciæ reditu obiit Antonius Montipeſſulani, 12. menſis Auguſti 1374. poſtquam creatus eſſet ex primis Torquatis Equitibus Sabaudiæ , Comite Viridi donatore,cui Antonius multis bellicis inſignibus opem tulit & affuit. Iacet Bellæuillæ.

P
1. Maria Guichardi Perruſiaci filia, vxor Domini *de Sombernon*,Caſtrum ſeu Batonia I. Ducatus Burgundiæ,aliàs de Monte-acuto. Hæc familia , hodie deficiens, ſibi arma Ducum aſciuit. Caſtrum nunc pertinet ad D. Comitem de Bauffremont. Et Caſtrum vulgò *du Thil* eſt 2. Baronia ibid. mox ad familiam de Balma ſpectans.
2. Alix tribus copulata eſt maritis : Dominis *de Fougeroles,de Vailly, & de Coſſay.* Ille de Vailly frater Comitis de Sancerre.
3. Ioanna, vxorata D. Baroni de S.Triuiaco in Breſſia.
4. Philibertus obiit adoleſcens Belleuillæ.
5. Maria Monialis apud ſanctum Marcum ſeu Marcigniacum.
6. Eduardus II. factus Dominus Bellijoci 34. Eius filius Guichard. paruus obiit Bellijoci in ephebis, natus eod.an.1372.die 20.Iul.prope Valentiã.

XIX. gener.

34 Is menſe Iulio 1400.confirmauit fundationem Miſſarum pro diebus ſingulis à matre vidua factam anno 1380. in Conuentu Ordinis D.Franciſci prope Carilocum,vbi ipſa cum filia iacet : viſis per nos patentibus Literis in Monaſterio. Ex quo creditur maiores Bellijoci Conuentum primò fundaſſe. Cùm autem eſſet Dominus ſolùm Perruſiaci ex patre,accidit vt ab an.1374.die 1.Septembr.ſucceſſerit Antonio patruëli, ſeu vulgò conſobrino,Domino abſolutè Bellijoci,&c.morienti ſine liberis,ſic teſtamentum condenti in propinquioris maſculi gratiam,etſi iunioris inter natos Guichardi Domini de Perruſiaco , patrui eiuſdem Antonij.Quo in facto meliùs conſultum fortè videtur Antonio , quàm ſi patrimonium diſtraxiſſet ad ſorores alioqui annoſiores,quæ profectò coniugiis ſeiungebantur ad gentes alias:ne rurſus ipſe tam citò & iam citra cauſas magis vrgentes tertiæ ſtirpi prorſus extraneæ viã aperitet.Nam etſi Guichardus IV.propatruus ipſius Antonij conſenſerit ditionẽ ſuam aliquantum ad ſororem Yſabellam diuelli versùs Comitum Foreſiorum familiam pro genealogica ſecunda radice : id tamẽ non inſipienter geſtum creditur;quia coactus ille Guichardus maſculis conſanguineis intra quatuor gradus carebat omnino , & ſuæ quondam familiæ nupſit ſororem.Nunc autẽ ſupererat Antonio conſanguineus ſecundi gradus. Ex illa verò recèns parta ſucceſſione,ipſe Eduardus II.hęres publicam tutiùs adiit poſſeſſionem in Balliuiis Bellijocenſi ac Dombarum ex Decreto & authoritate Officialis Lugdunenſis , necnon Iudicis ordinarij Bellijocenſis [d].Is deſponſauerat Eleonorã filiam Petri de Beaufort Vicecomitis de Turenne,neptem Gregorij [e] PP.vndecimi. Illum bello eſt proſequutus Amadeus VII. huius nominis Comes XII.Sabaudiæ [f], filius Amadei VI.cognomine Viridis. Quas ob cauſas oportuit Eduardo hominij iura Comiti pręſtare,de terris quas vltra Ararim poſſidebat, mox fortaſsis Dombas nuncupari ſolitas.Non legitur verò ipſum aliquod iter bellicum peregiſſe; niſi forſan in Flandriam an.1383. [K] Carolo ſexto Rege illuc proficiſcente.Sed veneri addictus, & de virginis raptu Francopoli acto accuſatus,carceres Parlamenti ſuſtulit Pariſiis. Vbi liberis orbus, & à quibuſdam perterritus metu poſſeſsionũ omnium fiſco tradendarum, ex donatione induit ſuo patrimonio potentem valdè Principem liberis fœcundum Ludouicum tertium,Ducem de Borbonio, anno milleſimo quadringenteſimo, * qui ex Tillio [l] vnicam duxerat vxorem , Annam Beraldi Aluernię Dalphini filiam. Vnde liber factus Eduardus , & Perruſiacum ſe recipiens , domum natalium , animam penitùs exhalauit [m]. Iacétque Belleuillæ. Vxor autem ipſius Eleonora ſuperuixit ad minus octennio triſtis.

Sabaudiæ Comites.

Eduardi ad extraneã familiã de Bellijocenſibus donatio.

d 1. Septemb. an.cit.
e Andr. Theuetius in Coſmogr.li.14.c.23.
f pater Amadei 8. Ducis, 1. per erigentẽ Imper.
K infr. R.
* Die feſto Ioan.Bapt.
l pag. 118.
m 3.Aug.ſeq.

Eduar

Eduardus ergo non genuit filiam eidem Borbonio in matrimonium iunctam, quæ ideo patrimonium Bellijoceenſe ad Borbonios tranſtulerit, vt cenſent pauci, quia hoc nullibi legitur.

Itaque ſic iſta vice tertius Bellijocenſium Dynaſtarum truncus incipit ad noſtros vſque dies, vergens ad propaginem aliam planè diſtinctam, quę nouum fœdus affinitatis lege coniugali minimè compegerat [n]. Adeóque præfati Borbonij ſobolem, ad quam tranſlata eſt hęc prouincia, percurramus, ſtrictiùs tamen quàm antea de aliis. Nam ipſe & poſteri numeroſæ ſuę progeniei agnomen cum iuribus de Bellijoco, Montiſpenſerij & Dõbarum, haud rarò ſibi applicuerunt, retenta in paucioribus appellatione Borbonij, aut altioris dignitatis, quæ minorem quandoque abſorbeat vel præferatur in titulis, ex eo quòd maximè tales iam viri ſunt regij ſeminis. Et præterea id commodi referet Lector Operis ex hac vniuerſa Tabula, quòd vnà cum ipſis Borboniis hinc deprehendet propaginem ac ſeriem nonnullorum deinceps Archiepiſcoporum Lugdunenſium ex illo fonte erumpentium, præter GVIDONEM Bellijocenſem loci pręſentis: quos hoc in libro palam facere profitemur. En anacephalęoſis Borboniorum per opticem arboris & genealogicæ tabulę, clariùs ſolitę mentibus inſinuari.

[n] Claud. Parad. pa. 210. Till à p. 715. ad 210.

GENEALOGIA.

Pro XX. generat. quæ eſt Borbonior.

LVdouicus Francię, tertius Dux Borbonius [K], at ſecundus huius nominis ab an. 1356. Comes Claromontanus ac Foreſiorum, tũ Dominus Bellijoci ab an. 1400. ex dono pręfati Eduardi de Bellijoco. Cuius Ludouici tritauus fuit Rex S. Ludouicus: vnicus patris natus. Obiit an. 1410. Ex Anna verò ipſius vxore, filia Comitis Delphini Aruernię & Marguaritæ amitæ dicti Ludouici, verè ſuſcepti ſunt tres maſculi, omiſſis hîc 7. filiabus. } α

[K] Eius pater Petr. auus Ludou. 1. Dux, abauus Robert. Comes Claromont. 4. filiu D. Ludou. Nos alia in Cõment. 22. Et idem Petr. frater Iacobi Marchiæ Comitis: de quo nos cũ filio etiã Iacobo & aliis in Comment. 31. Aliter Parad. pa. 208. vide infrã n. 208. §. 1. in marg.

III. Surps.

α {

1. Ioannes Ludouici primogenitus, primus huius nominis, Dux IV. Borbonius, Comes Claromontenſis, Dominus Bellijoci poſt fratrem natu minorem. Obiit anno 1435. Eius item tres maſculi. } β
2. Ludouicus, Dominus de Bellijoco, [35] apennagium ei à patre viuente attributum. Obiit anno 1304. ętatis ſexdecim annorum. Sic Claud. Paradinus pag. 210. Silet Tillius.
3. Iacobus Camerarius Francię, obiit anno milleſimo trecenteſimo nonageſimo ſeptimo, & vna filia. Sine liberis Paradin. At Tillius Ludouico patri conceſſit vnicum Ioannem inter maſculos, ſed duas filias, pa. 118.

Pro XXI. generat.

35 Ad hoc cognomen nota Tillium pag. 115. illo titulo *Bellijoci* inſigniuiſſe Philippum Borbonium 3. filium Ludouici Ducis primi ac fratrem 3. Petri Ducis ſecundi. Adeóque Philippus erat patruus Ludouici 3. Ducis, floruírque diu ante Dominum primum de Bellijoco ſuprà inter Borbonios palam conſtitutum. Vnde ergo idem Philippus ſic Dynaſta de Bellijoco, antequàm deficeret Eduardus ſecundus anterioris radicis? Dicerem obiter donec plura, quòd fortè Philippus diutiſſimè floruit ad tempora vſque præfati Ludouici 3. Bellijocenſium dominatoris primi ex Borboniis ab anno 1400. eóque beneficio Ludouicum voluiſſe Philippum decrepitum afficere: tum honoris cauſa ad captandam beneuolentiam, vt ille Philippus abſque liberis ſuas alias poſſeſſiones lubentiùs ſibi Ludouico traderet: tum quia intuebatur patruum diu etiam non fruiturum eiuſmodi bonis.

Pro XXII. generat.

β {

1. Carolus I. huius nominis, Dux V. Borbonius, Dom. de Bellijoco, vxorẽ duxit Agnetem filiam Ioannis Ducis Burgũd. Obiit an. 1456. Omiſſis ſex eius filiab. inter quas Marguarita, γ inferiùs extitêre 5. ipſius filij. } γ
2. Ludouicus Comes Montiſpenſerij. Obiit 1497. Hic duo eius liberi, &c. }
   1. Gilbertus hæres. Ex quinque natis hic duo. —— { Carolus ſecundus de ſuo ex appennagio Frãciæ Comes
   2. Gabriela maritata.

 mes

3. Ioannes Borbonius, Epiſcopus Anicienſis, Abbas Cluniacenſis: nominatus ad Archiepiſcopatū Lugdunenſem, infrà, Numero CXIV.

Et ante hunc Carolus Alenconius alterius radicis, creatus etiam Archiepiſcopus Lugdunenſis, Numero CX. pleno iure ac pacificè. Hic breuiùs eodem calamo recenſitus.

1. mes Forenſis, Marchiæ Aruerniæ & Claromontenſis: at ex hærede Suzanna Borbonia vxore, Dux 8. Borbonius & Dominus Bellijoci. Erant conſanguinei in tertio gradu. Hic autem à Rege Fräciſco I. creatus Tribunus Celerum ſeu Magiſter Equitum, poſtea Conneſtabilis, an. 1523. defecit ab eo ad Carolum 5. Imperat. Ictu mortuus Romæ an. 1527. Vnde Rex edicto diruit ſuas arces & Caſtra: bonáque fiſco tradidit anno 1528.

2. Ludouica in ſecundis nuptiis data Ludouico Vindocinenſi filio Ioannis ſecundi Comitis Vindoc. Till. pag. 119. Ex quo ſecundo thoro ortus.

Pro XXIII. gener.

1. Ioannes 2. nominis, Comes Claromont. Dux 6. Borbonius ſine liberis.
2. Ludouicus Dominus Bellijoci. De eo intelligitur dictum Tillij pag. 407.8.& 10. eunte obuiam R. Ludouico II. die 14. Aug. 1461. factus Epiſcopus Leodienſis: obiit ex lepra.
3. Petrus Dominus Bellijoci poſt Ludouic. fratrem; deinde Dux 7. Borbonij poſt Ioannem, natu maiorem, floruit ab an. 1487. ad 1503. Deſponſauit Annam Franciæ, filiam Regis Ludouic. II. quæ deceſſit an. 1522. Quando ergo Tillius dixit in Chron. pa. 89. quòd Rex Carolus 8. in tutela fuit Dominę Bellijoci; de iſta Anna loqui concipitur, quæ prudentiſſima vidua per annos 19. fuit Domina de Bellijoco ex dote & appennagio. De eo, reor, tanquam Comite Forenſi dictum Num. 110. §. 6. extremo. — Horum vnica filia præfata Suzanna, Domina Belhioci, & per eam Carol. eius maritus cit. Ipſa obiit ann. 1522. ſine liberis.
4. CAROLVS, *effectus Archiepiſcopus Lugdunenſis & Abbas S. Vaſti apud Atrebatenſes*, ac inferiùs Numero CXIV.
5. Ludouicus Epiſcopus Leodienſis.
6. Iacobus, qui obiit adoleſcēs Brugib. ex Tillio, pa. 19. & MS. Lugd. Sed præterit hunc Paradinus. Hæc autem Borboniana familia exactior tutiùs deprompta eſt ex vberiore ac dilucidiore Ioanne Tillio in Fräcię Optimatibus *, quàm præſtent recentiores, breuiores ac obſcuriores Saingmarthani fratres, vbi imperfectam poſtmodum vidimus hanc Borboniam geneſim.

* à pag. 113. ad 120.

Pro XXIV. gener.

Ludouicus ſolus, filius præfatorum Ludouici & Ludouicæ, Princeps Rupigonenſis [m]. Nupſit Iaquelinæ de Longouico. Sed de cunctis bonis auunculi [n] Caroli 8. Ducis Borbon. atque Suſannæ, quæ is in lite repetebat, ſolùm factus eſt recèns Dux Monſpenſerius (antea Comitatus) tum Dominus Bellijoci 36. At quia Ducatus Borbonienſis, & quatuor præmiſſi Comitatus [o] vnita ſunt ſceptro vnde venerant, ob anteceſſoris crimen Romæ mortui: ſanè loco tantę ditionis, illi conceſſa eſt Dombarum regiuncula, ſiue tunc ideò in ſummum Principatum verſa pro ſucceſſoribus Monſpenſeriis ab Rege Franciſco I. ſiue iam àntea ſub aliis Borboniis, vt ritè forſan putant multi: 37 quam tamen prouinciolam priùs Dynaſtæ Bellijoci poſſidebant in ſolitum cum cæteris terris dominium hominio Regis addictum: ídque geſtum Ludouico ad compenſationis æquilibrium 38 ferè pro lite ſopienda. Hunc vidi Lutet. an. 1584. Obiit ſequenti? Eius filius, omiſſis filiabus 7.

m vulgò *Roche ſur Yon, vel Yonne.*
n vno ſenſu, *propatruus*, altero Til. 117.
o Citra Ducatum *de Chaſtelberault.*

36 Quos duos dominatus Rex priùs confiſcarat ad vtilitatem Ludouicæ Sabaudiæ matris filiæ Marguaritæ Borboniæ, vxoris Philippi Sabaudiæ Ducis: qua decedente poſt triennium à fiſco peracto, ſingula voluit Rex ad ſe deuenire, qui inde priuata iura priuatis hominibus vendidit [p]. Verùm ſingula tandem temporis curriculo rediêre ad

p *la Chaſtelenerie de Teiſſ. à Antoine de Gondy, Trenole aux Henrys de Lyon.*

Ludo

Ludouicum Rupigonenſem, ex inito ſequaci Contractu. Quippe ipſemet confiſcationi oppoſuerat, quòd crimen anteceſſoris perſonale dixerit; non præiudicandum iuribus ſucceſſionis.

37 Illa tellus Dombarum videbatur fuiſſe iam antea principatus ſub Carolo poſtea Romæ mortuo: quia regio illa tunc cernebatur regalibus ſicut nunc exempta pedagiis, adcóque fecerant incolę Principi donum gratuitum 10000. librarum, mox vno quoque nouennio concedi ſolitum. Itémque liquet anno milleſimo quingenteſimo trigeſimo, &c. quod in ſtipulatis ibi contractibus apponebatur [q]. *Pro Domina Ludouica de Sabaudia, Domina ſuprema Dombarum.*

[q] appert par les protocoles d'André Deſcours, pere, d'Andry treſpaſſez, Procureur d'Office, ou Receueur à Toiſſay.

Series regiminis Dombarum.

Neque inde mireris quòd MS. Inſulæ Barbaræ à nobis perlectum [r] ſic ediſſerat. *Conſiliũ illuſtris Principis Domini Philippi de Sabaudia, Comitis Baugiaci, patriarum Breſſiæ, Dombarum, Reuerſi montis, & Vallisbonæ*, & cætera media quæ prętermittimus. *Datum* 11. *menſis Martij* (infit extremum) *anno* 1479. *à natiuitate Domini ſumpto, præſentibus D. Hugone Chandeaci Gubernatore Breſſiæ, Ioanne Clopeti Præſidente, &c.* Quippe hæc in Dombas dominatio Philippi Ducis VII. Sabaudiæ*, non fuit nota quòd proinde Dombarum patria eſſet antiquum ſibi addictum patrimonium, aut talis iam fuiſſe penes ſuos anteceſſores. Sed duntaxat ei conceſſum eſt, tum pro vita ipſius, tum vxoris ſuæ Marguaritæ, filiæ Caroli I. Borbonij ſuprà Domini Bellijoci, ac perinde Dombarum, in dotem matrimonij. Quæ Marguarita peperit ex illo viro præfatam Ludouicam talium poſſeſſionum hæredem, ac Regis Franciſci I. matrem, necnon attingentem tertium conſanguinitatis gradum cum altera Ludouica iſtius Ludouici Rupigonenſis matre. De reliquo, Philippus in medio ipſo mandato ita loquitur pro quapiam re iampridem inchoata. *Dilecto noſtro Caſtellano Miribelli ſeu eius locum tenenti: Viſa ſupplicatione præſentibus annexa, necnon aliis bonis moti reſpectibus vobis harum ſerie inhibendo mandamus, quatenus ad dictum locum Inſulæ barbaræ die vigilia S. Martini vltra numerum ſex perſonarum, ſcilicet duorum equitum & quatuor peditum nullatenus accedatis, ſub pœna viginti quatuor librarum fortium, &c.* Qua de materia per nos in ſimili caſu antea dictum eſt ſub Raynaldo 2. Archipræſule [ſ].

[r] in lib. dicto parua Panchatta, fo. 17.

* poſt 4. nepotes ſuos Duces, prole tandem carentes. qui fuerat filius Ludo. 2. Ducis.

Inſula barb. & Caſtrum Miribelli.

[ſ] nu. 88. § 2.

38 Ille contractus celeber eſt habitus Aurelijs à duobus Notariis, receptus anno 1540. vel 44. Non vi Arreſti Curiæ. Vnde parta priuata iura ceſſarunt. *Montmerle & Chalamont auoit eſté vendu au Comte du Pont de Vaux: Amberieu, Ville-neufue, &c au bon Aleman de Lyon.* Reſtituta.

Pro XXV. genet.

{ Franciſcus, Princeps Rupig. Dux Monſpenſ. & Dominus Bellijoci, ex patre: ac inſuper dictus Princeps Delphinus Aruerniæ. Nupſit Agnetæ Andegauenſi. Obiit anno 1597. Vnicus eiuſdem natus. } 2

Pro XXVI. Stirps 3.

{ Henricus, præfatarum regionum hæres, &c. hominij iura excepit in ſcriptis Francopoli, tanquam ſibi præſtanda à nobilibus Bellijocenſibus, quatenus ea ipſe Regi ſemel tribuit, paritérque illic abſolutiſſimè idem excepit à Dombarum incolis nobilibus. Teſtis ego. Nupſit Ducíſſę à Ioyeuſa. Obiit 1608. Ei ſuperfuit } Vnica filia, pupilla.

Poſt XIX. dictam generationem.

Q {
1. Guichardus de Bellijoco, ex ſuperſtitibus minoribus familiæ dotatis in portione patrimonij Belluocenſis (eſſet ſextus huius nominis) filius maior natu Guillelmi, inter duos quos pater genuit: ſecundæ radicis, ad quam denuò abſoluendam & colligandam reducimur per aſcenſum longè remotum ad ſuperiora [p] eiuſdem ſtirpis, hoc eſt, antè Dynaſtam Antonium ac Eduardum ſecundum cœpta, & multò magis ante Borbonios tertiæ originis, ſuccedentes Dominis maioribus de Bellijoco, adeóque præmittendos in ordine ſolo ſcripturæ. Attamen iſte Guichardus interiit iuuenis ſine liberis die nono Octobris, anno incerto. Is atque frater ſequens nacti ſunt bona paterna, nempe patriæ Bellijocenſis portionem.

2. Eduardus minor natu Guillelmi (eſſet tertius nominis) deſponſauit Iaquelinam de Linerus: 39 ob quam is factus eſt Dynaſta domus *de Linieres*. Vixit ad annum vſque milleſimum quadringenteſimum. Tres eius pueri. } S
}

[p] In genet. 17.

39 Eadem

39 Eadem vxor ipſi Eduardo viro ſuo fuerat coniuncta, deprehenſa in tertio affinitatis gradu: ſola hæres Domini Ioannis de Lineriis eius patris. Vnde colligendum ſequitur, quòd idem Ioannes eſſet patruëlis Mabrionis de Linieriis ſuperiùs allati, ſeu magis quàm conſobrinus, eò quòd ſtrictior paulò videtur conſanguinitas affinitate [q] in pari gradu vtrinque diſpenſationi prætermittendæ obnoxio. [q De qua in Comment. 2.]

R {
1. Guichardus primogenitus ex quatuor maſculis Roberti de Bellijoco, Domini de Iugo, portiuncula Bellijocenſium. Eſſet ſeptimus.
2. Marguareta de Bellijoco. De horum patre Roberto ſuprà in generatione 17.
3. Ioannes iuuenis obiit Montiſmerulæ, an. 1383. vel 86. Iacet Belleuillæ.
4. Ianeta. Omnes hoc ordine. Caréntque liberis 40.
}

XX. directa alia generat. 40 Quadruplex iſta proles Roberti de Bellijoco ſecūdę radicis fratris præfati Guillelmi, nō legitur apud Authores Froſſardum & Paradinum. Verùm talia inde orta nomina eruimus ex veteri fideliſque aurographo MS. ad manus in quadam Eccleſia occurrente. In quo hęc ad verbum pateſcunt. Quando Rex Carolus 6. occupabat aliquot vrbes de nouo in Flandria, quas cœperat, maximéque Leodium, præfatus annoſior Guichardus de Bellijoco creatus eſt Eques Franciæ die 3. Auguſti anno 1383. aliis 85. per mediam manum Eduardi II. patruëlis eius, ſeu ſecundi gradus, quem præfiximus [r] Dominum de Bellijoco, non autem ab Eduardo altero ſuo patruële Domino de Lineriis, qui foret tertius, mox tradito. Iſte verò Guichardus cum Ludouico Duce Borbonio trans mare peragrauit. Qui ambo Gallorum exercitum illuc conduxerunt: appulerúntque ad Thunenſem ciuitatem, ex Tillio. Eodémque anno vel 1390. Guichardus in Africa defecit 6. Decembris: & iacet ſuum corpus in Sacello ad oram Mediterranei maris. Attamen cor ſeu inteſtina allata ſunt Bellam-villam ad prædeceſſores: ductore Burcino ſcutifero, aliiſque ipſius domeſticis, quatenus ex genuina hactenus hauſtum eſt traditione. Pius autem Robertus parens finem habuit in prælio die Paſchæ 1361. Belleuillæ ſepultus. [r generat. 19.]

S {
1. Franciſcus de Bellijoco, prior filius Eduardi, Dominus de Linieres, ex matre. 41 Deſponſauit Dominam de Culan, poſteáque Franciſcam de Mailhe Dominam d'Aumont, ſine liberis.
2. Anna, vxor trium viciſſim Mareſcallorum Franciæ.
3. Iacobus de Bellijoco, poſterior filius, vxorem duxit Iaquelinam Iuuenel de Vrſinis, 42 filiam Guillelmi de Vrſinis, Cancellarij Franciæ: necnon extitêre de illa Vrſinorum familia Cardinales Curiæ Romanæ, aliique magni & pij in Republica viri. Ex illo coniugio natus vnus.
} T

XXI. alia generat. 41 Cùm legerimus matrē illam fuiſſe oriundā ex opulenta familia de Lineriis, quæ mox apparet proxima affinitate iuncta domui clariſſimæ de Bellij. reuocandus nobis eſt hoc loco in memoriā R. Gerardus de Lineriis, quatenus vna annorum centuria & ſemis ante præſentem hiſtoriam habebatur Epiſcopus Anticiodorenſ. ex conſanguineis collateralib. ac verè propatruis pręfatæ nunc Iaquelinæ. Vt non ſolùm mox cœperit propagatio de Lineriis obtinere conſortiū & mutuam parentelæ neceſſitudinem cum illuſtribus Bellijocenſium Dynaſtarū Principibus. Verùm iam olim etiam cernebantur hæc arctiora graduum vincula inter ambarū partium anteceſſores. Quippe noſter GVIDO de Bellijoco, quē hîc tantopere prædicamus Lugdunenſem quōdam Archiſynagogum, perſpicitur auunculus pręmiſſi Gerardi de Lineriis Antiſtitis ad an. ſal. 1270. & de quo pręfati ſumus pauca ſuperiùs cum Demochare. Etenim ſic præterea adiicit ac loquitur Author [ſ] ad præſens inſtitutum. *Gerardus de Ligneriis obiit Romæ an. Domi. 1277. die 25. Kal. Septemb. cuius oſſa ad Baſilicam S. Stephani ſunt deportata, & cum Guidone de Melloto eius auunculo collocata.* En ſecundus affinitatis aſcendentium gradus. Et nunc locuples illa domus de Lineriis pertinet ad præfatum Franciſcum de Bellijoco, qui eam cum poſteris fratris Iacobi poſſedit hæreditario iure ex horum parente Eduardo & genitrice Iaquelina parto. Sed aliud præterea audi quę inferre poſſumus in ſecundo hîc dicendorum ordine ex annexis verbis aliis præmiſſæ periodi apud Democharē. Quando ipſe teſtatur oſſa Gerardi de Lineriis tranſlata fuiſſe Româ ad Ædē ſacrā B. Stephani: ſanè intelligimus dictum concipi de Eccleſia Stephaniana quondā Cathedrali Lugduni [t] ad dies vſq; GVIDONIS de Bellijoco Archiepiſcopi: quę Sedes nūc eſt Templū S. Ioānis Baptiſtę, & antea primū fuerat in Baſilica SS. Apoſtolorū: omnes intra mœnia eiuſdē ciuitatis Lugdunēſis. Siquidē nulla patet Eccleſia in Epiſcopali Lingonēſiū vrbe, quæ Numini probetur dicata ſub opitulante pręſidio & inuocatione D. Stephani, nedū ſaltē Cathedralis, vti nobis cōpertū eſt.

Antiquior familiæ de Ligneriis affinitas cum Bellijocenſi.

[ſ lib. de ſacrificio Miſſæ, c. 19. ſupr. §. 1. huius nu. 90.]

[t toties decātata per totū hoc Opus.]

Verùm

Hinc Guido euidentiùs comprobatur translatus ex Lingonensi Præsulatu ad Lugdunensem Archiepiſcopatum.

Verùm titulus Cathedræ Lingonibus eſt *S. Mammes*, ita conſcriptus in Kalendario Breuiarij Lugdunenſis [u], & *Mamas* in Martyrologio Baroniano [x]. De quo Sancto apud D. Gregorium Nazianzenũ lego [y] hoc inter cætera elogiũ. *Mamas ille inſignis & paſtor & martyr* (in Capadocia) *ceruas mulgebat, ad ſanctum virum nouo & inuſitato lacte alendum certatim properantes, nunc Metropolis plebem paſcit, hodiéque multis hominum millib. vndecunque accurrentib. ver innouat*, &c. Igitur verba Democharis rectiùs de ſacro Fano Lugdunenſi capienda ſunt. Quæ certè res nouum & ingens nobis porrigit argumenti robur, ſeriò & fortiùs hac vice concludendi, *Guidonem* de Bellijoco reuerâ tranſlatum fuiſſe è Lingonenſi ad Lugdunenſe ſolium per triennij ſpatium vt minimum, atque eundem *Guidonem* Lugduni obiiſſe; & dum oſſa Gerardi Epiſc. Lingonenſis Româ aſportata Lugduno tranſirent, vt pote quæ via rectiſſima eſt, faciliùs ibi medio itinere retenta videri, honorificè condita & eccleſiaſticæ ſepulturæ tradita prope corpus ſui auunculi illic paulò antè iacentis Primatis; nec viſum opus fuiſſe eadem oſſa longiùs ad Lingones tranſmitti. Vnde ſequitur per homonymiam à decepto Demochare id ſcriptum eſſe de noſtro GVIDONE; *ſepultus in Eccl. Cathedrali* [z], ſi concipiat dictum pro Cathedra Lingonenſi: bene tamen, ſi pro Lugdunenſi. Quod is alioqui diſertè non aperuit. Cæterùm, ipſe apponit Gerardum de Ligneriis ſediſſe Lingonibus poſt *Guidonem annis 7. menſibus duob. tempore Ioannis XXI. & Nicolai III. Pontificum* [a], *ac Regis Philippi* [b]. Compleuit autem ibi numerum Antiſtitis 64.

[u] Cameræ. menſe Aug. fol. 273.
[x] die 17. Aug.
[y] Oratione finali in nouam Dominicam. pag. 146. Pariſ. 1569. Alia Baſilius, Sozomenes. 5. c. 2. Niceph. 10. c. 1. & lib. 18. c. 41.
[z] hoc repete ex cit. § 1.
[a] an. cit. 1277.
[b] 3. filij D. Ludoui. an. 7. Regni.

42 Eidem Iaquelinæ vxori Iacobi pro coniugali dote obuenerunt Baroniæ *de Treinel & de Marigny* in Campania Gallorum, Vicecomitatus Trecenſis, S. Sepulchrum, *les Ormes* apud Bituriges, *Montilliers, Tremelly, Baſſon, Cuſſanſy, Allebaudieres, S. Briſſon, autry la Mothe, Ioſſerand*, cum diſſitis locorum appendicibus. Ab anno autem milleſimo 400. ad an. vſque 1460. flocuêre hi duo fratres Franciſcus atque Iacobus

T { Philibertus de Bellijoco, 43 vltimus ſecundæ ſtirpis, Dominus de Lineriis, Tiſiaci, Amplepuis, &c. in Bellijocenſis agri confinibus. Ipſe verò vxorem duxit Catharinam de Ambaſia, 44 aliis Amboëſia [c] vulgò *d'Amboiſe*: familia potens.

[c] Genebrard.

Ligniacum pro Ligneriaco, nobilis domus.

43 Floruit ab an. 1460. ad an. 1520. Vnde quando Huberti Velleij Appendix in Robertum Gaguinum hiſtoricum fusè loquitur de Liniaco militiæ Pręfecto pro Rege Ludouico XII. hunc fortaſſis mente concipit, mutatis tantiſper literarum apicibus. Rex etenim imperabat ab anno 1498. per annos 17. *Hoſtis Sforcia regios arcis Præfectos pecunia ſollicitat* (inquit author [d]) *Sed vbi nil venale apud fidiſſimos nouit, exercitum Nouariam duxit; vbi Trimollium, Triuultium, Ligniacum ac cæteros Gallorum duces copias conuolaſſe acceperat. Ac nec pugnandi copiam imbellis fecit*, &c. Itémque paulò pòſt. *Impudentiſſima copia medius Sforcia incedit. Simulata religione noſtros fallere ſperat. Sed illi Mercuriali caduceo lyráque opus fuerat, quo Argo vigilantiores Ligniacum, Trimollium, Triuultiúmque ſtrenuos noſtrorum duces ſopiret* [e], &c. Argumentum verò præfati cognominis, quòd ad Philibertum Bellijoci, Dynaſtam Lignerij, ſcitè referatur, ex eo certè incrementum ſuſcipit, quòd ſcriba in illius hiſtoriæ circum miſceat geſta Ambaxij Pontificij Legati, quem deprehendimus proximum conſanguineum Catharinæ vxoris Philiberti. Quippe is Legatus idem eſt vir valdè elegans, quem ſuperiùs ex reliquis hiſtoriographis de Ambaſia appellamus. Pro cuius circunſtantiis inſpice ſeorſum adſequentia. Atque interea ſcito phraſim Authoris facilè Ligniacum pro Ligneriaco Dynaſta nominaſſe, breuitatis causâ, ſic apud Aulicorum vulgus proferri ſolita. Equidem domus eſt alia à nobili pariter Lugniaco bis reperto in Matiſconẽſibus vel Antiſiodorenſibus. Nec non de quo periſluſtri viro ita periodum tandem obitus claudit & terminat Velleius. *Dum Gonzalus differt, & nonnullos ordinum Francorum tardat* (in prælio) *his ſiniſtris auibus inauſpicacior Ligniaci mors, heu ſucceſſit, quem & regia aula & populares gemitus publico luctu ſuſpirarunt, Principem mea ſententia nulli ſuæ tempeſtatis cedentem.*

[d] pa. 299. Francofurti 1577.
[e] pa. 302.

Ambaſia potens familia.

44 Eadem Catharina fuit ſoror Cardinalis de Ambaſia [f], qui à Romano Pontifice diſpenſatrices Bullas obtinuit ad præfati coniugij fines à ſe peroptatos: nimirum eò quòd ambæ partes eſſent conſobrini, in ſecundo affinitatis gradu ſeſe attingentes. Hoc vniuerſim de illo purpurato dicimus: ſiue eiuſmodi Cardinalis ſit is, qui in Tillij Chronico dicitur *Georgius de Ambæſia Cardinalis in Francia Legati, qui decedens Lugduni anno 1509. trãslatus Rothomagum, vnicum* (ait) *ab ipſo optatum Sacerdotium*: ſiue is fuerit Domnus Iacobus de Ambaſia religioſiſſimus Abbas Cluniaci per annos triginta tres, reſignante ſibi Ioanne Borbonio

[f] Sic nominatur familia in M.S. Cluniaci.

ad annum 1481. de quo Ioanne nos pluribus ſuprà [g] infráque ſub Primatu Lugdunenſi: ſitue tandem talis minus probabilis extiterit Domnus Gaufredus de Ambaſia Iacobi nepos, item Abbas ibidem ab anno 1514. per annum vnum & ſemis ſecundum quoſdam, aut per quatuor annos, ex aliis. Etenim verò hi tres floruêre iiſdem præcisè diebus, quibus Philibertus de Bellijoco. In laudem præclari illius & rubicundi Eccleſiæ fulcri ſic inter cætera diſcurrit appendix Vellcij. *Mediolanenſes conſcij, vt Sforciadas euanuiſſe, Galloſque vrbem populaturos aduentaſſe viderunt, ſupplices ad Ambaxium Cardinalem & Proregem Oratores mittunt, &c.* [h] Ac poſtmodum etiam Author ſic meminit illius hominis, ſimúlque recordatur alterius de eadem familia.

Duo Cardinales eiuſdē familiæ.

Aſcanij aduentus [i] *vt Lugdunum appulit, per vrbem ad ridiculum ſpectaculum ductus, in carcerem Petraciſſæ miſſus eſt, ne fratre Sforcia ibi quoque incluſo melior cenſeretur. Quem tamen Ambaxius vbi ab Inſubrib.* (*conſtituto eis Carolo Ambaxio ex fratre nepote Vicario*) *gratiſſimis rediit, ne ſui ordinis fratrem in vinculis pateretur, Regi conciliauit, &c.* [k] Et rurſus: *Alexander PP. VI.* [l] *Ambaxium vniuerſa Galliæ coapoſtolum* [m] *legat, decimáſque ſacerdotalium redituum in Turcas Ludouico XII. Regi indulget.* Iterum, Iulius PP. Alexandri ſucceſſor, *Ambaxij coapoſtolatum firmauit, & ex ſorore nepotem* (Carolum) *Cardineis inſignibus donatis* [n]. En quatuor ſublimes de Ambaſianorum propagine, vtique domui Bellijoci affines. Reliqua prætermittimus. Tractatulum abſoluturi, illinc quinque ad ſequentium hæredum genera nunciamus. Philibertus de Bellijoco diſceſſit è viuis abſque liberis, vt creditur: etſi quidā putent eum filiam reliquiſſe in Campania maritalibus donatam amplexibus. Primus verò omnium eius bonorum hæres fuit ipſa vxor Catharina; ſcilicet donatione, teſtámento, & tranſactione. Cum quibus ſecum allatis, eadem poſſeſſor in ſecundis nuptiis Ludouicum natu minorem Ducis Cliuenſis [o] ſibi nexuit in virum, ni fallor, Guilelmi, qui anno 1542. Cæſarianos è ſuo Ducatu expulit, militantes in Franciſcum chriſtianiſſimum Regem Francorum. De quo hæc reor, pauld antè narrant *memoria noſtra* à Guil. Paradino editæ in Regis gratiam. *Si quando maior noſtrorum vis hoſtem* (inquit) *palantem vrgeret, citus equitatus laborantibus ibat auxilio, robúrque noſtrorum Geldubenſis Cliuenſíſque equitatus ſuſtinebat, donec pabulatores receptum aliquem fidum tutúmque haberent* [p].

Cliuenſes Duces, Niuernenſes, Gonzaga.

Hinc iam adeſt ſecundus hæres, pro totius genealogiæ exitu. Eadem Catharina finem vitæ dedit anno 1540. pariter ſine liberis. Quæ bona cuncta tradidit ipſi Ludouico, accepta tum à Philiberto, tum à Iaquilina de Vrſinis in Campania, &c. Sequenti autem quadriennio vna Domina de Ligneriis ex Niuernienſibus venit ad præfata minora Bellijocenſium loca: ſingula bona ſua locauit, & Francopoliteni mouit *. Tertius hæres, Ludouico obeunte an. 1548. ea ſingula contulit Franciſco Cliuenſi ſuo nepoti, in hæredem à ſe conſtituto, poſſeſsionibus illis comprehenſis, quę apud Bellijocenſium fines per Philibertum de Bellijoco relictæ fuerant. Et quidem is Franciſcus vocitabatur Dux Niuernenſis in Gallia Aquitanica: nactus recèns eas nominis qualitates ex parte vxoris ſuæ, quæ Ducatui Niuernenſium in hæredem & maiorum locum ſucceſſerat. Quartus hæres idem Franciſcus moriens talia contulit Henrico ſucceſſori. Quintus hæres: Henricus deficiens omnia impertitus eſt Henrietæ Cliuenſi, tanquam hæredi filiæ ſuæ; quę poſtmodum nupſit Ludouico à Gonzaga Italiæ Principi, quem ſæpe vidi [q] nuncupatum Ducem Niuernenſem. Denique verò, ipſe Gonzaga, quicquid per vxorem obtinuerat in agro patriáve Bellijocenſi, vendidit quadraginta mille aureis coronatis Claudio de Rebé, omnium totius agri nobilium primo, anno 1578. videlicet Tiſiacum & quatuor alias Iuriſdictionum topographias [r]. Hactenus iſta habebamus in medium efferenda de præfata genealogia pro R. *Guidone* II. Archipræſule: quem iudicamus Lugduni Cathedram honoraſſe tribus expreſsis annis ad ſummum, ob arctantem & prementem ſucceſſoris Chronologiam.

[g] Generat. 22. 23.
[h] pag. 301.
[i] Cardinal. antea Gubernator Mediolani pro Carolo
§ De his Nu. 112. §. 1.
[k] pag. 103.
[l] ſedit ab an. 1492. ad 1503.
[m] Legatum de latere Apoſtolicum.
[n] pag. 307.
[o] de Cleues inter Flandriam & Leodium.
[p] pag 145. Lugd. 1548.
* Teſtis Andry Deſcours.
[q] an. 1584. 85.
[r] les Seigneuries d'Amplepuis, Tort. Ranchal, & Chenagny le Lombard. Claud. obiit an. 1590. Zacharias filius hæres 29. Nouemb. 1610. cuius hæres Philibertus degens adoleſcens.

XCV. *Paragraphus* I.

Eius qualitates.

PETRVS II. cognomine de Tarētaſia, ex Archiuis Eccleſiæ; antea generalis Miniſter Ordinis Dominicanorum, & primus eò euectus inter Religioſos Prædicatores, ex Homiliario *Baſilicæ* D. Irenæi; natione Lombardus, ex Faſciculo temporum: ſed ex Onuphrio & Ciaconio, Gallus genere, prouinciâ *Burgundus*, patriâ Tarentaſienſis [a] Magiſter ſeu Doctor in ſacra Theologia: hinc conſecratus primò Archiepiſcopus Lugdunenſis: deinde factus Lugduni Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis à Gregorio Papa decimo: poſtea creatus Romæ maior Pœnitentiarius: tum Cardinalium omnium

[a] ex Gallia Togata. acp. 598 & Campegius ſeorſum.

ſuffragius

ſuffragiis decedente è viuis Gregorio renunciatus Pontifex Maximus decimo tertio Kalend. Februarij ann. 1276. dictúſque Innocentius quintus. Is equidem nullum habet tempus exactum aut ſatis peruium inchoatæ Sedis Lugdunenſis. Verùm certè, dum ſubobſcurum Gazophylacium eiuſdem Eccleſiæ adnumerat quartum Idus Februarij anni 1271. vnà cum Bulla Clementis Papæ quarti antea collatæ [b], & conſequenter ſub eadem periodo deſcribit atque commemorat ipſum Petrum Tarentaſienſem: hinc magis opportunè præſumitur eundem Petrum ſedem obtinuiſſe anno ſal. M.CCLXXII. Ratióque eſt, quia Clemens
Ann. 4. Romanam Cathedram occupauit annis ſex ac nouem menſibus, vitámque finiit anno
1272. præfato, vel anteriore, ex Chronologia Genebrardiana. Vnde paulò pòſt illuxit Lu-
1273. gduni idem Petrus: licèt D. Antoninus [c] & Tritemius tres duntaxat annos [d] eidem Clementi in Sede conceſſerint.

Cæterùm, aduerte Gregoriũ Papam celebraſſe Lugduni Concilium 14. œcumenicum annò 1273. [e] vel 74. [f] quod ſanè fuit vndecimum Lugdunenſe, ſeu omnium, etiam prouincialium, ibidem conuocatorum. De quo nos infrà abundantiùs [g]. In media verò Concilij pompa & corona veriùs purpurâ Cardinalitiâ indutus eſt idem Petrus ſub Feſtum Pentecoſtes, nominatúſque ſimul Pœnitentiarius cum adepto Archipræſulatu, ex ſacris Lugdunenſibus Archiuis: indéque tranſlatus ad Eccleſiam Oſtienſem, ac demum appellatus Innocentius PP. V. ex allegatis. Tametſi Paradinus annotet [h] eundem à Gregorio Archiepiſcopum Viennæ conſecratum è reditu finiti Concilij, & priùs euectum ad Cardinalatum.

Concilium XI. Lugdunenſe.

b Nu. 94. Art. 1.
c ac dies 21. pa. 3. tit. 20. ca. 1.
d & dies 2. p. 250.
e Genebr.
f Parad li 2. cap. 50. Pau. Æmilius an. 1280. alij an. 1272.
g § 2.
h ca. 18. De Petro 1. Nu. 75.

Paragraphus 2.

IAm ordine multa præclara habemus congerenda de eodem Pontifice Gregorio huiuſce Concilij authore ac Præſide, hactenus vnà minimè concinnata. Huic viro primùm nomen erat Theobaldus, ex S. Antonino [i], è nobili familia Vicecomitum Placentiæ [k] oriundus: & antea fuerat Canonicus Metropoleos Eccleſiæ Lugdunenſis. Quod equidem conſtat ex ſuo Diplomate apud Paradinum impreſſo [l] atque ex pœnalibus Conſtitutionibus ab eo Lugdunenſi Eccleſiæ relictis poſt exitum præſentis Concilij, & annuatim in Capitulo legi ſolitis pro diuinis officiis in vniuerſo Clero tutandis: vbi certè is nominat *Lugdunenſem Eccleſiam, in qua nos olim* (inquit) *diuturnam fecimus reſidentiam, dum minori officio fungeremur de Canonicorum ipſius Eccleſiæ Collegio exiſtentes.* Attamen idem Gregorius circa ea priora tempora credebatur Archidiaconus Leodienſis [m] ex Platina: vel Dienſis, ex Genebrardo: aut Eburonicus, ex Æmilio, ſemper in Galliis: [d] eindéque Antiſtes Placentinus, ſucceſſiuè. Quem, quia vitæ probitas plurimùm commendabat, Cardinales abſentem in Pontificem Viterbij ſelegerunt anno 1271. [n] ſede ante biennium vacante, vt cenſent nonnulli, & eo tum in Syria cum chriſtianiſſimis Principibus agente pro retinenda Hieroſolymorum poſſeſſione grauiſſimis bellis parta & denuo periclitante. Is autem Vuiterbium appulit, Pontificiæ inaugurationis celebrandæ gratiâ, cum comitantibus Philippo 3. cognomine Audace, S. Ludouici primogenito, & Carolo Siciliano Rege ipſius patruele. Inde Lugdunum ſe contulit, ad ſacrum Concilium à ſe pridem indictum ſine mora: cui ipſe initium dedit an. 1272. ex Tritemio [o] & Gaguino [p]; vel ſequente anno, ex Palmerio [q]: ſuffragantibus ibidem 500. Epiſcopis, 70. Abbatibus [r], mille Prælatis aliis, Michaële Paleologo Orientis Imperatore, Rhodulpho Occidentis, Patriarcha Conſtantinopolitano, & innumeris penè Dynaſtis Eccleſiæ Græcorum, pro pia eius vnione molienda cum occiduis circa tertiæ Trinitatis perſonæ proceſſionem: præcipuis Tartarorum Optimatibus Lugdunum quoque petentibus, & liberè ſacro tùm lauacro ablutis ſub perenni Eccleſiæ Romanæ obedientiâ ex præſtito iuramento. Sic Gregorius PP. recèns electus nihil magis in votis habuit, quàm vt ab exordio Pontificatus id Concilium cogeret, & ſolenne redderet. Cuius ideo cœtus Acta mox occurrunt proponenda. Ea profectò non extant in Conciliorum Voluminibus: vt neque Capitula Concilij 13. generalis ſuperiùs digeſta [ſ], itémque Lugduni, ſub Philippo I. Archiflamine: fortaſſis quia Sanctiones huiuſce 14. Synodi leguntur in Sexto decretalium corpore, ſicut & geſta præfati Concilij 13. Saltem permulti Canones de iſto 14. Concilio referuntur in poſitis Titulis eiuſdem Sexti. Primo namque loco adſeritur Titulus *De ſumma Trinitate & Fide Catholica*, libro 1. [t] quo decretum eſt Spiritum ſanctum æternum ab æterno Patre & Filio, velut ab vnico principio, non à duobus, procedere, aduerſus Græcos contranitentes atque præſentes, & ſchiſmata tandem diſſipantes. Secundò, apponuntur tredecim capitula *de electione & electi poteſtate* [u], ac pariter, *de collationib.*

Gregorij PP. 10. geſta.

Concilij Patres.

Et Græci ac Tartari.

Capitula Synodi recèns collecta.

i c. 2. loc. cit.
k in Longobardia.
l ca. cit. 30. & 52.
m Liege, in Belgio.
n die natalis Chriſti ex Trit. vel an. 1270. ex Anton. Greg. 10. ſedit ab an. 1271. ad 1276. Petrus cit. in vita illuſtrium Dominican. Italicè per Fr. Seraphin. Razzi. Lutet. 1610.
o fol. 152.
p ſub Philippo 2.
q aut cit. 1274. ex Anton.
r Faſciculus temporum.
ſ Nu. 88. §. 2. 3.
t tit. 1. c. vnico.
u tit. 6. à cap. 3. ad 13.

nib. beneficiariis Tertiò, caput vnicum, *De ritu Clericos ordinandi*, Titulo [a] *de temporib. ordinationum*: quæ res omnes directè de fide catholica, verè incidunt cum formulis primæ Eccleſiæ circa ſacratiſſimam Cleri ordinationem. Quartò, *De bigamia*, vnico capite [y]. Quintò, tractatur *De diuinis officiis*, Titulo, *de officio ordinarij* [z]. Sextò, habetur quæſtio *De his quæ vi metúſque cauſâ fiunt* [a]. Septimò, inſeruntur triginta & vnum capita *De præbendis & dignitatib. canonicè adipiſcendis*, ſecundum varias obtinendi formas libro 3. Octauò, ſequitur Titulus *De religioſis domib.* [b] quo rurſus verificantur ea quæ in prima Eccleſia conſpiciuntur de Religioſis & Monachis ex voto, in Epiſtolis D. Dionyſij Areopagitæ, virique Apoſtolici. Nonò, idem Gregorius in præfato Concilio renouat Decretum Innocentij Papæ 4. Titulo *De cenſib. & exactionib.* [c] Decimò apponitur Statutum *De decenti reuerentia intra Eccleſias obſeruanda*, Titulo *De immunitate Eccleſiarum* [d]. Vndecimò, ex libro 5. eruitur locus *De iniuriis ſeu damno dato* [e]. Et duodecimò ac vltimò, *De monendis excommunicatis*, Titulo *De ſent. excommunicat* [f]. Quæ ſingula LIV. Capita ſunt ſingulares probati effectus Apoſtolicæ poteſtatis à Chriſto traditæ D. Petro ac ſelectis eius ſucceſſoribus. Præter orthodoxas autem leges allatas, Tritemius & Gaguinus hiſtorici [g] teſtantur in præfato Concilio diuulgatam fuiſſe expeditionem in Saracenos, nimirum cum aſſumpto vexillo ſanctæ Crucis Chriſti à militibus ex religioſo more illius æui, quoties aduerſus infideles bellum gerebatur, & ex apertiore ſimili decreto præcedentis [h] Concilij Lugdunenſis ante [i] annos duntaxat triginta ſub Innocentio PP. 4. initi: etſi authores iſti id mox non repetant. Quippe cætera referunt ad ea quæ ipſi paulò antè in materiam eandem narrarunt cum antiquioribus: atque rurſus hanc piam mentem non ægrè ex ſeculi conſuetudine & expeditionis qualitatibus inducere fas eſt. Quæ tota res, nouas probationes adiungit ad veteres, pro tuenda vnitate fidei Patrum huiuſce Conſilij ac noſtrorum ſimul temporum cum antiquiſſimis à Chriſto conſtitutis Epiſcopis, ſtudioſiſſimis quoque ſigni Crucis cultoribus aduerſus Caluinitas: veluti hoc ſignum ex Apoſtolico iam vſu peritritum demonſtrauimus [i] in ſancto Eucherio Lugdunenſi. Hinc ad Gregorium breuiter regreſſuri: *moritur Pontificatus ſui anno* 4. (ait Platina) *menſe 2. die decimo* *.

Decretum expeditionis in Turcas.

Signum crucis.

a tit. 9 c. 2.
y tit. 12.
z 16. c. 25.
a tit. 20. cap. vnic.
b tit. 17. cap. vnic.
c tit. 20. ca. 2.
d tit. 23. ca. 1.
e tit. 9. c. vnico.
f tit. 11. ca.
g cit. §. 1.
h ſub Philip.
i Archiep. cit.
i Nu. 21. & 30
* Nu. 21. §. 7.

Paragraphus 3.

Aliò contendentes: egregia duo adiuncta illorum temporum audias, tunc viſa Lugduni. Vnum tale ex textibus veteris Manuſcripti Eccleſiæ D. Irenæi. *Sanctiſſimi Patres Domini Alexander Papa tertius, Eugenius item tertius, Innocentius 4. Alexander 4. Lucius tertius, Clemens 4. & alij quàm plures ſummi Pontifices* (Gregorius 10. Innocentius 5.) *ob reuerentiam SS. Martyrum Irenæi, Ippipodij* (his ſparſim verbis) *Eleazari cum filiis octo, ac decem & nouem millium Martyrum* [K] *relaxarunt cunctis Eccleſiam viſitantib. ſeu iura ipſius cuſtodientib. in ſolemnitatib. anni* [l], *ſeptem annos & totidem quadragenarum Indulgentias.* Alterum eſt de mirandis euentibus eo ſeculo Lugduni conſpicuis. Lippomanus in vita S. Bonauenturæ [m] illis diebus ibidem florentis, narrat imprimis quòd Romana Sedes plurimùm laborabat difficultatibus, quæ in præfato Concilio Lugdunenſi inextricabiles emerſerant. Gregorius Pontifex, & reliquus ſuus Senatus, præſente noſtro Petro Franciæ Primate, omnes illecti ſtudio tanti viri, quem leuandis difficultatibus intelligebant multa præſtiturum, ipſum in Cardinalem Epiſcopúmque Albanenſem quantumuis reluctantem promouerunt. Eo in cœtu de multa illius ſapientia conſultum eſt, atque Græcorum compoſitæ hæreſes: qui orientales, præſente Palæologo Conſtantinopolitano pro iiſdem Imperatore, & ad hoc Lugdunum appellente, ad Romanæ Sedis obedientiam liberè redierunt. Exin dum Simona Lugdunenſis B. Bonauenturam viuentem ſumma deuotione proſequeretur, mortuum peperit. Ad quam euocatur vir ſanctus, & expoſito cadauere, mater quæ in lectulo ingemiſcebat & reliquæ mulieres adſtantes, Sancti opem in ſalutem mortui deprecatæ ſunt. Tum vir commiſeratus, manibus ac oculis in cœlū erectis deuotiſſimè orauit. Mox ſigno crucis ſuper puerum facto, viuentem reſtituit matri. Ioanna Lugdunenſis octo dies continuos vtero diſtenta, deſperauerat de ſalute. Monita à mulierculis, ſe Sancti precibus commendauit, certúmque votum pro recuperanda ſalute fecit: & confeſtim incolumis incolumem peperit. Opus mirabile ac ſtupendum! Hæc haud dubiè reſciuerant Græci: qui iam tunc nulla in oriente edebant ampliùs miracula, multóque minùs hodie præſtant aliqua: eò quòd viris apprimè ſanctis carent, vti vera ſimul fide. Ob ídque exemplum, magna iis deberet perennis conuerſionis ineſſe voluntas & ardens deſiderium.

Martyres Lugdunenſes.

Indulgentiæ ob id tunc ibid. conceſſæ.

Miracula tunc Lugduni, Græcis probè ſcita.

K Illic ſepultorum.
l Pontificatione. Palmis, Om Sanct. Apoſtolor. & reliquiæ B Mariæ.
m pag. 211. Coloniæ 1579. ca Octauiano. de Martinis Saccano. & Baron. Tom. 3. Rom. 1591. pag. 210.

Paragr.

Paragraphus 4.

Petri Archiepiſcopi Opera. AD Petrum Lugdunenſem pro exitu rediturí : ille doctiſſimus ſcripſit in Pentateuchum,ſeu poſtillas in libros Moſis : in Pſalmos Dauidis librum vnum : in Cantica pariter : in Epiſtólas D. Pauli libros 14. in Magiſtrum ſententiarum Tomos quatuor, præterquàm in D. Lucam. Præterea edidit volumina de mundi æternitate, de intellectu & voluntate, de formarum vnitate, de cœli materia:atque Opera D. Thomæ, Dominicani ſui Ordinis, in Epitomen redegit ; qui Sanctus iiſdem quoque annis floruerat [n]. Habuit inſuper Lugduni elegantem funebrem orationem obeuntis D. Bonauenturæ conſocij,miraculis clari : maximè ex reperto corporis corroſi capite ſolido, hærentibus capillis : labiis,dentibus & lingua in nullo à vitali colore demutatis : dum, inquam, idem Petrus eſſet Cardinalis. Qua de re perlegas nomenclaturam Cardinalium [o] Toloſæ editam, Ciaconium [p] & Bellarminum de Scriptoribus eccleſiaſticis [q]. Deceſſit verò ipſe Petrus, aliàs Innocentius quintus, ſexto ſuæ Sedis menſe, die 10. Kalend. Iulij ex Onuphrio : hoc eſt ipſo ſuæ coronationis anno 1276. Abſens quoque ad Pontificatum ſelectus pro meritis eximiis Romęque tandem conſepultus in Lateranenſi Baſilica.

Mors.

n obiit an. 1274.
o pag. 57.
p pag. 598.
q pa. 203 & Bibliotheca Geſneri.

XCVI.

Ann. 1274. AYMARVS cognomine *de Roſſillon*, profeſſus Cluniacenſis; legitur à Gregorio Papa X. [a] dilectus, & ab eodem conſecratus, quando præfatus Petrus Lugdunenſis [b] Oſtienſem Eccleſiā aſſumpſit,anno M.CC. LXXIV. [c] Quo pendente motu ſolari idem Gregorius lites Aymari cum Capitulo Primatialis Eccleſiæ compeſcuit, ex perſpecto à nobis Diplomate : atque eundem conſtituit tutiſſimum œcumenici Concilij cuſtodem & vadem [d]. Editio autem Democharis nomine Sarrazini hîc minùs rectè ſcribit Gregorium 9. quia ſedit is Romæ ab an. 1227. ad 1241. ſolummodò. Creditur verò Aymarum ſediſſe vſque ad annũ M.CC. LXXXIII. quia ex Archiuis in conſe-

1283. quente textu habemus,quòd eo anno vacabat Sedes Lugdunenſis quinto Nonas Octobris.

Regalia. Qua equidem præciſa anni reuolutione & poſteriori aliquo menſe celebrata ſunt Concordata inter DD. Capitulantes, quibus ſtatutum eſt, quòd *R. Iacobus Epiſcopus 60. Eduenſis confeſſus fuit & recognouit ſe habuiſſe ac recepiſſe adminiſtrationem Archiepiſcopatus Lugdunenſis à Capitulo Lugdunenſi, & eandem adminiſtrationem debere reddere, reſtituere, & tradere dicto Capitulo Lugdunenſi, nomine & ad opus electi Archiepiſcopi, qui præerit in Eccleſia Lugdunenſi prædicta, quotieſcunque caſus, tempus & locus ſe obtulerit, &c. Pontificatus D. Martini Papæ quarti anno tertio* [e]. Proptereàque Capitulum appellatur cuſtos Regaliæ, velut pro Rege conſtitutus ex mera Principis donatione ſuperiùs expreſſa in Raynaldo II. Archipræſule [f]; & deinde Papali, reor, approbatione corroborata. Adeò vt idem Capitulum ſit medius Procurator temporalium Archiepiſcopatus inter decedentem Primatem & Regaliſtam Eduenſem, ſeu etiam proximum ſucceſſorem.

a ſedit ab an. 1271. ad 1276. Genebr.
b Nu. 91. §. 1.
c Homil. Campeg. Sarraz. Parad. ca. 59. & in Archiuis cum lib. Obituum.
d Menſe Aprili.
e hoc eſt an. ſal. 1283.
f a Rege Philippo Auguſto, Nu. 88. §. 1.

XCVI. *Paragraphus 1.*

Eius nomina. RODVLPHVS II. ex Paradino [a] & Campegio vocatur *Rodolphus*; apud Sarrazinum *Radulphus*, cognomine *de Torreta*; vel in Homiliario, *de Correta*: antea Monachus Cluniacenſis ex Campegio ſeorſum, ſeu Canonicus Verdunenſis ſecundum alios : ſempérque hoc ordine. In Archiuis Lugdunenſibus conſpicitur Archiepiſcopus anno M.CC. LXXXIV. die lunæ poſt feſtum Natiuitatis Chriſti Domini : ſcilicet tunc

Anno 1274. Sedi eſt conſtitutus : & eo loco dicitur *Rodulphus*, proximúſque Aymari ſucceſſor. Iſta dum fierent, celebratum eſt decretum Officialis Lugdunenſis, ſeu ſententia lata de moderandis prætenſis iuribus petitoris Abbatis Inſulæ barbaræ prope Lugdunum, iiſque conquiſitis erga defenſores rurales Priores è ſua Regula ſeu Abbatia canonicè pendentes, atque inter Capitulantes officiarios Monachóſque eiuſdem Abbatiæ pariter in lite ſopita opponentes. *Nos Magiſter Henricus de Sartiner Officialis Lugdunenſis* (infit M.S. nobis conſpicuum) *vniuerſis inſpecturis, quod conſtitutis in noſtra præſentia religioſo viro Domino Girino Abb. Inſ. barb.*

a lib. 2. cap. 15. 56.

&

& venerabilibus vir. fratre Raymundo Priore maiore, Aymone Priore Clauſtrali, Guilelmo de Cletens Priore de Pomeriis, Petro de Bargia, Sacriſta maiore, Aymone Priore Abolena, Dalmatio Priore S. Chriſtofori, Iocerando de Marzon Camerario, Guichardo de Marchant Priore S. Romani in Vaynesio, Hugone Priore S. Mary, Roberto de Riorio, Guichardo de Chantria, Ioffrido Balmondi, Pontio de Guyen, Hugone de Tarnone, & plurib. aliis Monachis pro ſe & Conuentu conuenerunt vnanimiter. Imprimis ſtatutum eſt, quòd Abbas non auferat Prioratus vel Obedientias ſeu Decanatus Monaſterij ſine cauſa rationabili in præſentia Capituli, & ex conſilio maiorum de Conuentu vel maioris partis Officialium, &c. In cuius rei teſtimonium ad requiſitionem Abbatis & Monachor. Sigillum noſtrum præſenti Inſtrumento duximus apponendum. Actum an. milleſ. ducenteſ. octuageſ. quarto, die veneris poſt Feſtum B. Magdalenes, Indict. 12. Pontificat. Martini PP. IV. anno IV.* Hęc geſta ſunt, ſedente præfato Rodulpho Lugduni. Qui interim Archipręſul realem beneuolè ſuſcepit paulò pòſt inaugurationem Hugonis 61. Eduenſis Epiſcopi, vnà cum ſuo Lugdunenſi Capitulo: qui nouus Antiſtes ſic Canonicos Primatiales affatus eſt. *Ego Hugo ſanctæ Eduenſis Eccleſiæ electus & confirmatus ſubiectionem ac reuerentiam à ſanctis Patribus* [b] *conſtitutam, & obedientiam ſanctæ Sedi Lugdunenſis Eccleſiæ, Rectoribúſque eius in præſentia venerabil. virorum D. Radulphi Dei gratiâ Archiepiſcopi & Guidonis Decani ac Capituli perpetuò me exhibiturum promitto* [c]. Hæc autem peracta ſunt paulò ante Hugonis conſecrationem. Et eiuſmodi textus videtur docere Archiepiſcopos tunc in ſuffragiis & ſecularibus negotiis vnitos adhuc videri cum Canonicis ſeu toto Capitulo: perindéque in communibus regendis ſuis poſſeſſionibus ac temporalium vſu. Quæ forma deinceps non ita viſitur. Ad præfatum Hugonem redituri: is aliquo poſtea tempore contractum celebrem fecit cum Rodulpho Præſule; nimirum *quòd Sede* (vtriuſlibet) *vacante*, alter *habeat* reciprocè *adminiſtrationem in temporalibus & ſpiritualibus ciuitatis, quatenus de longa & approbata conſuetudine extitit obſeruatum* (de qua nos ſub Raynaldo II. Archiepiſcopo [d]) *Datum menſe Martio, ann. M.CC.LXXXVI.* [e] *Item clariùs anno ſequenti: Conuentum eſt ſolenniter inter præfatum Hugonem Heduenſ. & Decanum ac Capitulum Lugdunenſ. in præſentia Notariorum & teſtium: quòd ſi admi-*
1286. *niſtratio pertinuit ad electum prædictum, dictus Epiſcopus prædictam adminiſtrationem nunc denuo, prout moris eſt, petiit & recepit à Capitulo memorato, &c.* Hæ baſes aduertendæ, pro reliquis futuris diſcurſibus in vltimo ſeu hodierno Archiflamine [f] ſuper Regaliorum materia.

Cœnobium Inſulæ Barbaræ.

Submiſsio Eduenſis Epiſcopi coram Archiepiſcopo.

Mutua inter eos Regalia.

tria per folia, libro paruæ Pâchartæ Abbatiæ, à folio 10. Alia folio 13. ac 14. de Yberno Priore S. Ragnoberti ta Fotesio, & cit. Petri de Bargiis Prioris de Chauanno. An. 1286. & 86

b Sergio PP. 3. Nu. 59. §. 1. fin. Hæc conſcribuntur libro 3. Actorum Capitular. Eccleſ. Lugduo. fol. 3. ſub an. 1379.

c Sed id folij [illegible] ad altiores iſtos annos eſt referendum, proindéque talia videntur illic ſertùs collocata poſt rem geſtam.

d Nu. 88. ex Philip. 3. Rege cit. Num. 91.

e Ex Archiuis.

f Nu. vlt.

Paragraphus 2.

Seruato temporum ordine hic ſuccurrit deſcribendus ad longum textus præcipuus Arteſtationis publicæ Religioſorum octo Doctorum, qui ex iniunctione eis facta viſitarunt ſacroſanctas corporum Beatorum Reliquias, ſeu ipſamet nondum releuata corpora reuerentet condita in Antris Eccleſiæ Collegialis, olim Monachalis S. Iuſti ſuburbij Lugdunenſis. Quoniam in rebus illis enarrandis cœpimus [g] à D. Irenæo & ſociis, atque id negotium deduximus per medios diuerſos ſuccedentium Archiepiſcoporum canales, ſeu per commemorata ſeptemdecim virorum Sanctorum corpora ad Primatem Beatum Remigium vſque Numero LVIII. [h] quatenus illic ſuis quibuſque nominibus cõpendiariò renouamus: idcirco nunc ſupereſt duntaxat Prologum Doctorum efferre, qui locus alia nomina mox prætereunda in publico illo deinceps Reſcripto poſtpoſuerat. Non enim hoc exordium hactenus ſuprà tradideramus; quia id promulgare expectabamus ad præſentem vſque diem, quo floruêre illi Doctores, quando res ipſa palam & honorificè geſta eſt. En paginæ eiuſdem inſtituti. *Ad honorem omnipotentis Dei & exaltationem nominis & fidei Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui bonum odorem notitiæ ſuæ per Sanctorum ſuorũ merita in fidelium corda diffundit: Notum ſit vniuerſis, quòd anno Incarnationis eiuſdem Domini noſtri Ieſu Chriſti M. CC.*
1287. *LXXXVII. die IV. Kalend. Septemb. Nos Frater Hugo de Loſanna Lector Clauſtri Lugdunenſis, Frater Hugo de Vienna, Frater Richardus de Peziaco & Frater Iacobus de Romanis de Ordine Fratrum Prædicatorum Conuentus Lugdunenſis: itémque Frater Ioannes de Viuariis Lector Fratrum Minorum Lugd. Frater Guilelmus de Corbano, Frater Marchus de S. Boneto, & Frater Ioannes de Mornant Ordinis Fratrum Minorum Conuentus Lugdunenſis, ad inſtantiam & requiſitionem Obedientiarij & Capituli Eccleſiæ S. Iuſti Lugdunenſis, necnon ad requiſitionem & rogatum ſeu etiam Commiſſionem Reuerendi in Chriſto Patris Domini Guilelmi Dei gratiâ ſanctæ Viennenſis Eccleſiæ Archiepiſcopi: cui ſuper reuelatione* [i] *ſacratiſſimi corporis ſancti Iuſti & aliorum ſanctorum indicta Eccleſia S. Iuſti requieſcentium à prædictis Obedientiario & Capitulo inſtanter fuerat ſupplicatum: Acceſſimus perſonaliter ad prædictam Eccleſiam S. Iuſti Lugdunenſis, Priore Prædicatorum Lugduni & Fratre Ioanne de Tarentaſia eiuſdem Ordinis & Gardiano Fratrum minorum Prædicatorum, qui etiam ſuper*

Inſtrumentum publicum octo Doctorum pro viſitandis Sanctorum corporibus XLVI. in Crypta Eccleſiæ S. Iuſti.

Viſitantium nomina.

Eorum Cõmiſsio.

g Nu. 2. §. 7.

h §. 5.

i vel releuatione.

ſuper hoc requiſiti fuerant , abſentibus & degentibus in remotis. Quoniam igitur , teſte Scriptura , opera Dei reuelare honorificum eſt , ne lucerna memoria Sanctorum diutiùs lateret ſub modio , quæ ad promotionem fidei & ampliandam deuotionem populi Chriſtiani potiùs erat ſuper candelabrum Eccleſiæ exaltanda , reſeruato tumulo ſancti Iuſti ad manum prædicti D. Archiepiſcopi (fortè quia tunc aberat è prouincia Rodulphus II. Lugdunenſis , vnde eam curam facilè demandarat Viennenſi , amico & affini loci, vt eius vices ſubiret) *aliorum Sanctorum circa eundem iacentium fecimus aperiri ſepulchra , inuentáſque ibi ſacroſanctas Reliquias in Capſis ſingulis ad hoc ſpecialiter deputatis , vnà cùm Sacriſta & pluribus aliis eiuſdem loci Canonicis repoſuimus & incluſimus ſigillatim. De ſingulis tamen Reliquiis ſeorſum in ſacculis poſuimus , de voluntate Capituli ſupradicti , ad oſtendendum populis , cùm fuerit opportunum. Prædictorum autem Sanctorum nomina ſunt iſta. In primo tumulo reperimus corpus B. Arigij , &c.* veluti narrare pergimus Numero quadrageſimo [k] de illo S. Archipræſule. Et ita collige ſuprà ſuis quibuſque locis citatis [l], de ſexdecim aliis hîc omittendis. Vbi obiter aduerte , D. Arigij corpus ideo primum nominari ſub illo Reſcripti Catalogo , quia ad Cryptæ limen & oſtium ferè repoſitum fuerat, cæteris pene concaui ſpatiis iam antea completis & onuſtis in recipiendis dudum quindecim aliis corporibus tempore anterioribus. Arigius nanque ex Chronico fuit omnium penultimus ibidem moriendo conſepultus , & D. Remigius poſtremus. Peragratis autem illis omnibus vitis : ſic tandem tota Doctorum actio ſoluitur. *In quorum omnium teſtimonium ſigilla noſtra duximus præſentibus apponenda. Ego tamen prædictus frater Iacobus de Romanis , quia ſigillum proprium non habebam , ſigillo fratris Ioannis Seneſcalci vſus ſui. Et ego prædictus frater de Mornant , quia ſigillum proprium non habebam, ſigillum Gardiani Lugdunenſis feci apponi. Datum in Capitulo prædictæ Eccleſiæ ſancti Iuſti, anno & die quibus ſuprà.* Tum , eiuſmodi Charta octo ſigillis ſignata conſpicitur , in cordula ſerica rubea & viridi pendentibus. Primi effigies , ducta manu à læua ad dexteram , eſt imago Virginis Mariæ , ſuum tenens in vlnis filium , qui vni Religioſo genua coràm flectenti benedictionem porrigit : & in circum ſcriptum eſt hoc nomen, *Hugo de Loſanna* , Capitulibus characteribus. Secundum huius Inſtrumenti ſigillum roſam deſcribit, & in circuitu, *Hugo de Vienna.* Tertium , Saluatorem habet geſtatorem ſuæ Crucis , & in ambitu , *Fr. Richardus de Peztaco.* Quarto loco , ſurgit è cera Virgo mater cum filio puero in Cathedra cortinis circundata ſedens , quod ſigillum mutuò acceptum eſt à Seneſcalco. In quinto ſigillo apparet idea S. Ioannis Euangeliſtæ ſuper pulpitro ſcribentis , aquila volante propinqua : & in circulo ponitur, *Ioannes de Vinariis.* Sextò , ſculpitur agnus paſchalis crucem deferens cum vexillo ſeu inſigniis : & in rotundo, *Fr. Guilelmus de Corbano.* Septimò, obiicitur Cruci Chriſtus affixus cum matre & Ioanne Euangeliſta ad vtraque proxima latera ; at in imo ſubiicitur paruus Religioſus : tum ad circinum videmus emenſum hoc nomen , *Fr. Marcus de ſancto Boneto.* Octaui verò & vltimi ſigilli pictura ſemifracta aſſimilatur ferè quarto. Sed quis fortaſſis opponet, quorſum octuplex iſta peculiaris tabella ? Sanè exprimit ingens ſynceræ vitæ myſterium. In eiuſmodi namque iconibus relucet veterum Religioſorum excellentia , qui oblitis ſeriò maiorum ſtemmatibus & ſecularibus cunctis , in Actis publicis aſſumebant pro inſigniis omnia quæ ad veros chriſtianiſſimæ humilitatis titulos pertinere videbantur , & quæ ardentiſſimum Deo præſtandum obſequium redolent , abdicatis ex animo curis prophanis. Vnde pariter Religioſi Patres in literis vtuntur pio ſigno , Ordini ſuo communi , ingenia ad pietatem excitante & impellente. Maximè verò ea ipſi mirè pingunt quæ fœliciter contuentur ſalutarem Paſsionis Chriſti Saluatoris noſtri anagogiam , ideo chartis impreſſa , vt mentibus perpetuò figantur & hæreant, velut figuræ ſenſibus obiectæ , ac teſtatrices imaginum intus latentium. Hinc recedente vertamur ad alia.

Vbi reliquiæ Instrumenti.

Fun & ſigilla doctorum.

Sigillorum myſteria.

k §.2. medio.
l Nu. 93. §.2.

Paragraphus 3.

Controuerſia de Rodulphi tempore.

IAm vt finis ſit omnium : ſub præſenti Archiflamine Rodulpho , nonnullæ ſcripturæ duplex æquiuocum induxiſſe cenſentur. Prius homonymum eſt quòd dum Paradinus [m] narrat Rodulphi diſcrimina inter ciues pro Clero habita , editio ad marginem locat annum M. CC. XC. quaſi debeat ideo Rodulphus ipſe poſtponi Ioanni III. Archipræſuli. Verùm certè huic notæ reluctatur tum antiquior Campegius, qui è contra eundem Ioan. vbiq;

m 2. c. 55.

efficit ſucceſſorem Rodulphi, tum etiam alius ipsîuſmet Paradini calculus de illo Ioanne vti ſuo loco adſequitur. Idcirco præfata eiuiû Concordata haud dubiè maturiùs celebrata creduntur, ſaltem cœpta, Rodulpho citiùs decedente. De cuius obitu audi mox in ſecundo ſeu altero æquiuocorum genere. Nam poſteriore loco in Archetypis [g] maioris Eccleſiæ Lugdunenſis legitur, quòd *XIII. Kalend. Iuly obiit Petrus de Auguſta Archidiaconus Eccleſ.* (g ex libro poſteriore Obituum, & aliqua ex Homiliario)
1287. *Lugdunenſis, qui in eadem Baſilica fuerat concorditer in Archiepiſcopum electus, & per electionem ſcrutinio de ſe factam, tenuerat adminiſtrationem Sedis dicta Eccleſia. Sed antequam ei proniſum eſſet in Eccleſia Romana, quæ tempore illo vacabat, ipſe migrauit ad Chriſtum anno milleſimo ducenteſ. octuageſimo ſeptimo* : eo nondum inaugurato, nec Sedis poſſeſſionem ingreſſo. Vnde neceſſariò conſequens eſt Rodulphum fato ceſſiſſe eodem vt minimùm anno M. CC. LXXXVII. vel forte etiam anteriori. Quod eueniſſe legimus VII. Idus Aprilis, ex Kalendario magni libri Obituum Eccleſiæ Lugdun. poſt fol. 14. De cætero : equidem reuerâ conſtat eundem Petrum Auguſtanum gratias egiſſe Capitulo per Epiſtolam à ſe miſſam. Verùm neſcitur vtrum per id reſcriptum electionem acceptarit, aut reſpuere voluerit. Saltem nihil apparet de canonica reali inueſtitura : tametſi paulùlum adminiſtrarit, vt œconomus, Sedis temporalia. Illi ergo è vita migranti ſucceſſit Ioannes tertius, Cathedram facilè conſecutus. Cæterùm, de præfatis Concordatis verò ab- (h 15.a.&c.) ſolutis an. 1290. luculenter tractatur Num. CVI.[h]

Alius electus moriens.

XCVIII. *Paragraphus* 1.

Ann. 1289.

IOANNES III. ſedit anno M. CC. LXXXIX. velut manifeſtum eſt ex inita eius pace cum Ludouico & Guichardo V. Bellijocenſibus Dynaſtis [a]. Hoc eſt, aſ- (a Parad. ex 54. copioſiùs.) ſedit Cathedræ elapſo biennio decedentis Rodulphi anteceſſoris : ſeu poſt demortuum citiùs medium Petrum Auguſtanum in realem poſſeſſionem vix canonicè miſſum, (b Nu. 91. § 2.) ex iam allegatis apud eundem Rodulphum [b]. De Ioanne verò obmutuêre quidem Gazophylacium Eccleſiæ & Sarrazinus. At hiſtoricæ circunſtantiæ ſat ipſum conſtituunt. Quare (c loco cit.) autem is Rodulpho poſtponatur, diximus [c]: etſi Paradinus cit. eum prætulerit.

Paragraphus 2.

Gladius ſpiritualis Apoſtolicus

POrro ſub hoc ordine, eodem pede recèns palam edendum eſt Diploma Nicolaï Papæ, directum Capitulo Eccleſiæ Lugdunenſis, circa priuilegium ſpiritalis cuiuſdam facultatis eidem conceſſum, his potiſſimùm verbis. *Ad audientiam noſtram peruenit, quòd nonnulli propria ſalutis immemores, &c. ac etiam plerique Officiales Regij commiſſa iuriſdictionis finibus non contenti, vos ac eandem Eccleſiam & alios beneficiatos ipſius Eccleſia in perſonis & bonis ac iurib. eiuſd. Eccleſ. & veſtris, &c. grauibus iniuriis & offenſis afficere indebitè non verentur. Nos igitur diligentiùs attendentes, quòd eò commodiùs & efficaciùs vos & beneficiatos Eccleſia, bonáque & iura prædicta conſeruare poteritis, quò per eand. Sedem maiori fueritis authoritate muniti : Vobis ſpiritualem gladium, vt eo contra veſtros & beneficiatorum ac Eccleſia veſtræ iniuriatores, moleſtatores & impeditores quoslibet, cuiuſcunque praeminentia, dignitatis, conditionis aut ſtatus exiſtant, liberè per vos vel per alium ſeu alios vti poſſitis, quotieſcunque putaueritis expedire, de gratia concedimus ſpeciali. Volentes vt huiuſmodi gladius vobis aliàs quomodolibet competens in ſui perduret roboris firmitate : non obſtantib. quibuſcunque priuilegiis chariſſimo in Chriſto filio noſtro Philippo Regi Francorum illuſtri, vel prædeceſſoribus ſuis, ſeu Comitibus, Baronibus ac nobilibus, ſub quouis tenore verborum conceſſis, &c. Sed de Indulto huiuſmodi ac de toto eius tenore plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum, & etiam de prædicta Lugdunenſi Eccleſia non fecerint mentionem. Nolumus autem, quòd conceſſio huiuſmodi ad prædicti Regis & conſortis ſuæ perſonas & Capellam regiam aliquatenus ſe extendat, &c. Reate XV. Kalend. Auguſti, Pontificatus anno ſecundo.* Hæc de præclara Bulla, ad hanc vſque diem in ſcriniis ſtudioſè recondita : at mox cunctis meritò gentibus promulgata. Auguſtiſſimum ſanè Priuilegij genus : ſi quod vnquam. Et mihi perſuadeo nullam in Galliis

Conceſſus Capitulo Eccleſiæ Lugdunenſis.

Eius excellentia.

Metro

Metropolitanam Eccleſiam pollere adeò copioſa, alta & perenni facultate, in ea præſertim rerum contentarum ſpecie, ne dicam pene papali, nullis ad Reges vſque demptis à pœnarum incurſibus, quanta ſupereminet iſta. De præfati verò Nicolaï Papæ qualitatibus, certè prototypus non dictitat quotus ille fuerit huiuſce nomenclaturæ. Verùm circunſtantia Philippi, quem vniuerſim adnominat Pontifex, præbet fortiſſimum argumentum inſerendi, quòd is fuerit Nicolaüs quartus, & Philippus Pulcher, etiam nominis quartus. Cauſaquo eſt aſſerti, quia nullus Nicolaüs Pontifex ſummus occurrit tempore alicuius Philippi Galliarum Regis (qui fuêre ſex) quàm Nicolaüs quartus cum præfato Philippo. Adeóque annus ille Incarnationis diuinæ fuit milleſimus ducenteſimus octuageſimus nonus. Quo fit vt rectè priuilegium expromamus ſub Ioanne III. Archipræſule. Capitulum autem ab eodem anno hactenus exercuit ſpiritualem & eccleſiaſticam eiuſmodi iuriſdictionem. Vnde perſpicua etiam veſtigia leguntur ea de re in Manuſcriptis Eccleſiæ ex vſu frequenti: videlicet quando Capitulum tulit æquiſſimam diræ execrationis ſententiam aduerſus nobilem Guilelmum de Chalomonte equitem & milites ſuos, propter violata ab eiſdem claustra Eccleſiæ anno 1362. [c] & rurſus quando eccleſiaſticam pœnam relaxarunt aliis crimine infectis anno 1369. [f] Atque ita de reliquis. Hoc æuo pergit ea Eccleſia frui & gaudere illo ſuo Gladio. Propterea egregij DD. Canonici Comites, maximè conſtituti in nouem dignitatibus ſeu perſonatibus, viciſſim & ſucceſſiuè, duos ſimul vel quaque vice, pro tanto annorum ſpatio, quantum liberè placet ipſius congregatis ritu capitulari Dominis Comitibus, quoſque binos ſua ætate legitima eligunt ad hæc munia, & immutant concordi valde aſſenſu, ac honorificè in continuis generalibus quindecim pene dierũ Capitulis ter annis ſingulis celebrari ſolitis de more ad ſonum campanæ, vt loqui ſueuerunt; eiuſmodique nominatos hanc ſuam hodie iuriſdictionem optimè conſueuerunt exercere, vnà cum Graduatis Aſſeſſoribus, quos ad nutum vocant, quando fit opus, ex quorum numero nonnunquam accerſitus comparui in delinquente iudicando Sacerdote.

Conceſſoris Papæ qualitas.

Vſus gladij in ea Eccleſia.

Commiſſus à Capitulo priuatis duobus Canonicis.

[c] Ex lib. 1. Actuum Capitularium 16. Decemb. fol. 16. Alia Nu. 105. §. 2. hiſt. 1.

[f] fol. 98.

Paragraphus 3.

HIc obiter & coniunctim vnius thematis alterius generis demum reminiſcimur. A ſolo Campegio hac ſerie & nomine duntaxat *Raynaldus* quidam ſubiugitur, quem is proximè ante ſequacem Beraldum, & poſt præfatum Ioannem 3. nexuit. Hunc verò Raynaldum nos præterimus, ne ad capitis frontem conſtituatur. Ratióque tum quia Homiliarium & Gazophylacium antiquioris authoritatis eundem cum aliis ſcriptoribus ſubticent: tum maximè quia iam ſuprà de duobus Raynaldis Archipræſulibus Lugduni verba fecimus [g], etiam Campegio notis, ſaltem ei vnus in ſcriptis eſt agnitus. Fortaſſis verò idem Campegius horum alterum iſtic faciliùs concepit: maximè quia anterius vnicum colligit: alterum fruſtrà per eum conuertendo in *Faynaldum* cæteris ignotum. Attamen certè, ſolus ille Raynaldus, quem ipſe inter prætenſum quendam Petrum [h] & verum Robertum adnominat, ſecundus à ſe deſcribitur apud Democharem: vt videatur hîc mox tertium Raynaldum effinxiſſe. De tribus collocandis, ſi tot extiterint, expectamus qui id nobis reuelet, aut intellectum ſollicitum ab ea ancipiti cura liberabit. Interea, non immediatè ſequitur Beraldus, quantumuis apud omnes ſit ſucceſſor. Quippe vnum intercalarem Aruernum, hactenus in cimmeriis tenebris ſopitum, recèns effoſſum addiſcimus, & nunc ſubitò coordinandum. De Ioannis 3. obitu vide finalem Num. CXI.

Tertius quidam prætenſus Raynaldus apud vnum Campegium.

[g] Nu. 74. & 84.

[h] De quo Nu 88 ſub ad margin. & nu. 91.

XCIX.

HVGO II. cognomine Seguinus [a], Billomenſis apud Aruernos, hactenúſque inuiſus pro Lugdunenſi Archipræſule; adiicitur decimus à nobis hoc loco ſub iſta altera editione, citra nouem alios additos noſtrâ quoque diligentiâ ad præſens vſque ſpatium & Numerum XCIX. Hunc verò Hugonem Seguin arbitrantur nonnulli vitales Lugduni auras carpſiſſe ad annum milleſimum treceneſimum vigeſimum octauum. Verùm id fieri non potuit, nec geſtum demonſtratur. Quippe tempus illud antè & retrò plenum eſt prorſus hiſtoriis aut chronicis Petro III. Archipræſuli debitis infra [b] ex Sabaudiana familia: vt iſti Hugoni locũ illic tribuere ſimul haud liceat. At certè, multò grauiora porriguntur ad manus teſtimonia, quæ eundem Hugonem

Decimus additus.

Tempus eius.

[a] vulgò Seguin.

[b] Nu. 102.

huc ſpectaſſe probant ante Beraldum, ſaltem vno ferè anno ſuperuacaneo ad minus. Primùm: In ipſius viri gratiam prodit Theſaurus arcanus, Luſitanis gemmis refulgens; ad cuius vmbilicum [c] pendet Ægidij Magi ſtupenda hiſtoria variis exculta Dialogis, ac ibi inhærent geſta aliorum Patrum Ordinis Prædicatorum ex eadem Luſitania, per Reuer. P. Fr. Stephanum de Sampayo, eiuſdem ſacri Inſtituti & Theologiæ profeſſorem [d]. Illic hæc eduntur. *M. Fr. Hugo Billonius, Claremontanus, Epiſcopus Lugdunenſis, factus Cardinalis à Nicolao PP. IV.* [e] *anno M.CC. XC. Inquam, Cardinalis Diaconus; & à Celeſtino V. ſuccedente* [f] *factus eſt Cardinalis Epiſcopus, præſertim Oſtienſis.* Hæc ille. Secundò: Nomenclator S.R.Eccleſiæ Cardinalium, qui ab anno Chriſti milleſimo quippiam commentati ſunt, ſeu ab eo tempore quo Pontificis electione ad eos duntaxat ob Romani Cleri multitudinem reuocatâ, maximus illis honos haberi cœpit, ſic de noſtro Hugone rurſus edifferit, ad cuius libri calcem acceſſerunt & Cardinalium Epitaphia ſupra ducenta, quæ in Alphonſi Ciaconij libro de Pontificum Geſtis appoſitè interſeruntur [g]. *Hugo Seguin de Billom* (ait hîc vterque Scriba) *apud Aluernos Cardinalis.* * *Ordinis Prædicatorum Archiepiſcopus Lugdunenſis, in diuinis Scripturis ingi exercitatione doctus, & Theologicarum difficultatum penſitator ſubtiliſſimus, ſcripſit,*

Duæ pro eo authoritates.

Ann. 1290. Initio.

Ipſius Opera.

In Threnos Hieremiæ Commentaria:
In quatuor Libros Sententiarum:
De immediata viſione diuinæ eſſentiæ;
Contra corruptores D. Thomæ.
Sermones plures, & alia.
Obiit Romæ [h]. *Sepultus in æde S. Sabinæ, cum hoc Epitaphio ante maius Altare.*

Sepultura

Hugo vocatus, homo fuit hic, & de Biliomo.
Per mortem clarum dedit Aluernia charum.
Ordinis hic Frater, quippe dicat hunc bona mater.
Edidit ad ſtudia doctorem Theologia;
Cui ſocios Petrum, Paulum det gratia Chriſti.

Sedit Lugduni ad nouem menſes; & tranſlatus in Italiam mortuus eſt Romæ an. 1328. Cæterùm, ſolus Onuphrius nullum iſti Hugoni tribuit Archiepiſcopatum, hac in parte deficiens, quia potiſſimùm Cardinales deſcribere profeſſus eſt, non vix aut rarò anteriores Cardinalium Epiſcopatus. Et Bibliotheca Conradi Geſneri ideò non meminit Operum tanti Præſulis: quia cùm talia vix hoc ampliùs tempore appareant, eorum ſaltem catalogum ſeriùs reperit & enarrat præfatus recens Nomenclator [i]. Nos verò interea ex conſanguinea Hugonis familia nouimus Lutetiæ Ioannem Seguin Billomenſem ſacræ Theologiæ Doctorem Pariſienſem eximium, collegam noſtrum valde pium, Eccleſiaſten Curioſopolitanum [k] in Armorica: necnon eius fratrem natu minorem, hodie Sacerdotem Decanum Eccleſiæ Collegiatæ Billomenſis. Ioannes edidit in lucem tres eruditos vulgares tractatus, Epiſtolarum noui Teſtamenti expoſitores, aduersùs plures errantes huius ſeculi hæreticos [l]: dum reſideret Præpoſitus ac Officialis ſub Diœceſi Nannetenſi in Britania minore [m], tota pertinente ad Turonenſem Archiepiſcopatum, perindéque ad Galliam Lugdunenſem, & in eccleſiaſticis appellationum cauſis ad noſtrum Franciæ Primatum. Interea fortaſſis de præſenti Protopaſtore concipi debent iſta magni Obituum libri Eccleſiæ Lugdunenſis, anni incerti. *Nonis Octobris obitus Hugonis Archiepiſcopi: Prioratus S. Irenæi debet Anniuerſarium*, poſt folium manuſcriptum decimum quartum. Non enim Reſcriptum adeò altè conſcendit, vt dictum capiat de Hugone I. Numer. 74. Quia ibi oſtenſum eſt [n], illum diſceſſiſſe 7. die vel Septembris vel Nouembris. Neque rurſum audiendus hac in parte Ciaconius obdormiſcens, quando ad annum milleſimum trecenteſimum vigeſimum octauum, præmiſit confusè, *Moritur Romæ III. Kalend. Ianuary, initio anni.* Nam tertia dies Kalendarum Ianuarij incidit ad trigeſimum diem menſis Decembris ſub finem anni præcedentis. Igitur Nonæ Octobris concipiuntur de Hugone 2. ſicuti deinceps inſpeximus in aliis veteribus Martyrologiis M.S. [p]

Erudita poſteritas illi conſanguinea.

[c] pag. 126. & 245. pa. 45.
[d] Pariſ. apud Thomam Petter 1586.
[e] Sedit ab an. 1288. ad 1294.
[f] Solo an. 1294.
[g] Toloſæ apud Dominicum de la Caſe: & in Ciaconiana editione anni 1601. pa. 619. vbi dicitur de Billomo lector in conuentu S. Sabinæ. Tit. eiuſdem
* Tituli S. Sabinæ ex authorib. cit. Nu. 88. §. 2.
[h] Siue ann. 1290. ſiue 1328. vt aliis placet. Fortaſsis tranſlatus Lugduno Oſtiam in Italiam ann. 1290. in qua prouincia obierit poſt 18. annos, ſeu an. 1328. nihil tamen habens Lugduni.
[i] Toloſ. cit. an. 1614.
[k] de kimper-Corantin, ou Cornouaille.
[l] Pattendant mieux, in 16. Nannetis ap. Lucam Gobert 1609.
[m] à Guerrande.
[n] §. 9. & 12. finali.
[p] ex li. Obituum Eccl. Bellijoci.

C.

C. *Paragraphus* 1.

Varia huius Præſulis nomina. BERALDVS Cardinalatu eſt inſignitus ex Campegio & Paradino [a]. Recentior a li.2.c.56.
autem Ciaconius dicit eum inde effectum Epiſcopum Cardinalem [b] Albanum: etſi b pa.938.
purpuram non legamus apud vetuſtiorem Onuphrium. Ei imprimis cognomen
fuit *de Bloco* ex Archiuis Lugdunenſibus, ſeu *de Goco* ex eodem Paradino. Vel to-
tum nomen erat *Berandus Delgot*, ex Homiliario Baſilicæ D. Irenæi: aliàs *Bertrandus*, apud Pa-
radinum alibi [c]: tum *Bertrandus Delgel*, tanquam Lugdunenſis item Archipræſul, ex Tabu- c c.60.
lis Lugdunenſibus Sarrazini conciuis Canonici. Vnde iam antea Platinæ vocitabatur [d] *Ber-* d in Clemēte PP.5.
trandus Gotho, & Gaguino [e] *Gothus*: ac denique S. Antonino *Raimundus Gothus* [f]. Secundò, e pa. 124. Francofur. 1577.
Eius natio. quoad eius gentilitia: Paulus Æmilius eum prædicat *Vaſconem* [g]: Paradinus paulò clariùs di-
cit *de Gaſconia*: & Commentarius Antonini exactiùs loquens cum Genebrardo, eum teſta- f 3.Par.tit. 21.c.1.
tur emerſum ex oppido *Mihandran* in Diœceſi Burdegalenſi: poſteàque creatus eſt abſens g fol. 172.
Papa, & dictus Clemens V. Benedicti X. [h] ſucceſſor. Propterea miſſum facio vnum autho- h ab an.1303 ad 1305.
rem [i], qui hunc putat genere Lemouicenſem: quandoquidem illa eſt patria, quæ ſoli Cle- i Parad.cit.
menti ſexto [k] Pontifici competit, à Clemente quinto diſtanti poſt duos, Ioannem XXI. Ca-
durcenſem & Benedictum II. Toloſatem. Tertiò, Onuphrius qui ipſum repetit natione Gal- K ab an.1342 ad 1352.
lum Vaſconum, & dictitat Raimundum Bertrandi equitis filium Aquitaniæ inferioris: eun-
dem ſcribit & addit à Bonifacio Papa VIII. Benedicti X. anteceſſore factum Antiſtitem, pri-
Variæ ipſius Sedes. mùm Conuenarum, móxque creatum Burdegalenſem Archiepiſcopum, atque poſt menſes
nouem obeuntis Benedicti XI. à Cardinalibus tandem concordibus renūciatum Pontificem
Peruſij, illo in paſtorali munere Burdegalis commorante. Quo in toto Onuphrij diſcur-
ſu nulla quidem fit mētio Sedis Lugdunenſis, quam occuparit idem Beraldus ſiue Bertran-
dus. Verùm certè ex primæ Eccleſiæ Archiuis conſtat illum Lugduni conſediſſe: nimirum
poſt Cathedram ſuam Conuenenſem, & ante Burdegalenſem. Vt Sedes Lugdunenſis media
ei fuerit inter duas eiuſmodi extremas. Tiara nanque ibi donatus eſt in Iunio menſe an-
An. 1295. à medio ſin. no ſalutis M. CC. XCV. iuxta Cathedrale Gazophylacium. Dilexit nanque Beraldus ſiue
Bertrandus Lugdunenſem Eccleſiam. Attamen inde transferri ſe tandem curauit ad Bur-
degalenſem; non tanquam dignitate ſuperiorem aut ditiorem, ſed velut proficiſcentem ad
patrios lares magis paſſim cuique gratos & acceptos, ex dato opportunè loco vacuo. Quam
Onuphrius Sedem ideò penè ſolam commemorat, tanquam recentiorem. Huius ſeriei
tranſmigrationum probationes non vulgare capiunt incrementum, eò quòd is audita ſua ad
Factus Papa. Pontificatum electione, citò relicta Burdegala Lugdunum antiquam ſellam petrexit. *Illic
omnes ad ſe ex Italia conuocauit Cardinales in Eccleſiam* (ait Onuphrius) *ſancti Iuſti ſuburbij Lu-
gdunenſis, vbi pridie Idus Nouemb. MCCCV. coronationis inſignia* ſuſcipere percupiuit, & vocari
Clemens V. hoc eſt, annis quindecim poſtquam Franciæ Primatum aggreſſus eſt, aut circi-
ter triennio poſt Burdegalam à ſe optatam. Hócque periucundum Lugdunenſe itinerarium
renouant Platina, Gaguinus ac Æmilius *. Conuenatum verò ſolium ſacrum poſſedit ipſe * loc.cit.
Nominum ſynonyma. annis quinque aut ſex ad ſummum, antequā Lugduni ſederet, quia ad id promotus eſt à pre-
fato Bonifacio PP. teſte Onuphrio, qui Bonifacius Romæ duntaxat aſſedit ab anno 1294. ex
Genebrardo. Probabiliùs ergo idem fuit numero vir, dictus Beraldus, vt in ſequenti do-
meſtico ſeorſum dato publico inſtrumento liquet, & nuncupatus Bertrandus ſeu Raimun-
dus in antecedentibus conceſſis: idque propter varia eorundem dierum, locorum aut agno-
minum adiacentia vtrique voci ſatis confusè. Igitur neque vtralibet dictio concurrit ad hu-
manum planè indiuiduum cum Raimundo Saqueti ſeriùs Lugduneo Archipræſule poſt an-
nos ad minus ſexaginta [l], neque cum Bertrando 69. Antiſtite Lingonenſi hoc æuo [m], Sede l infrà num. 101.
Suffraganea Archiflaminum Lugdunenſium. Cæterùm, *Clemens Auenionem vrbem Galliæ* m Democh. to.2.c.28.
Pontificatus adeptimodus. *cœpit incolere* (addit Gaguinus) *vbi per annos quatuor & LXX. Sedes Pontificum manſit*: aſſiſten-
tibus Lugduni ad coronationem *Philippo VI. Rege, Carolo fratre Valeſio Comite, Ioanne Britan-* cognomine De Agrauis.
niæ Duce, ac Principibus compluribus Franciæ. Ex quo pax inita eſt Bertrandi Archipræſulis an.1270.
& Caroli Valeſij ſe antea iniquè habentium, operante Philippo, & electionem nunciis pro-
mouente, ex ſecretis mutuò articulatis conditionibus, Priuilegijs à Sede ſuprema ad regnum
deuolutis, quæ aperit ſingula D. Antoninus [n]. Beraldum vide obiter in Archiflaminibus n loc.cit. horū non hic opus.
Burdegalenſibus.

Paragraphus 2.

Solennis cōpoſitio inter Archiep. & Capitulū iuſſu Papæ.

INde ad ſolennes Actus Capitulares huiuſce Archipræſulis condeſcendamus, ex poſſicitis: in quorum autographo nobis perſpicuo is coætaneus diſertè Beraldus appellatur. Eiuſmodi Tabulæ in ſex tandem Articulos diſtributæ ſunt publica valdè compoſitio inter controuertentes Primatem & Capitulum Archiepiſcopale inita iuſſu Nicolaï Papæ quarti è veſtigio à duobus Cardinalibus comprobata, quos idem Pontifex ideò Lugdunum & vlteriùs in Gallias direxerat; hactenus in Archiuis deliteſcens. Index amoris & beneficentiæ Nicolaï erga eam Eccleſiam: vt qui non contentus præmiſſa ſua vſus gladij largitione o, hoc inſuper pacis beneficium in Primatu Franciæ procurarit. Sanè reſpectu Authoris Papæ, & prioris fabricæ geſtorum, debuerat fortè Charta ſuperiùs promulgari in hiſtoria Ioannis III. aut Hugonis II. anteceſſorum Archipræſulum, qui ad Lugdunenſem eam Sedem videbantur ab eodem Nicolao prouecti: maximè cùm iſtius Beraldi tempore ſediſſet partim Romę Bonifacius Papa VIII. per nouennium, iſque Nicolaï ſucceſſor poſt medium Cæleſtinum V. anno vnico p. Verùm quia ſoluta planè eſt controuerſia ſub Beraldo Tabularum etiā comprobatore, cùm finis & executio rerum ſit primùm in agentiúm præeuntium intentione: idcirco inſtrumenti promulgationem meritò diſtulimus ad iſtius Beraldi tempora, ſiue Nicolao adhuc ſedente, ſiue Bonifacio. Vnde conſequitur eundem Bonifacium perſeueraſſe ad Legatorum miſſionem per Gallias fouendam & tutandam. Tota ea res fortè prolixa, ſed egregia, tres ſequentes Paragraphos q complet. Quod equidem negotium ex Baſilicæ Archiuis hauſeramus in prima editiuncula, præſidio nobilis Claudij de Talaru de Chalmazel, tunc Decani pientiſſimi & peramici, deincépſque vita functi: at mox à nobis paulò locupletatum & abſolutum eſt ad idem aut perſimile exemplar. En ipſæ notæ.

Eius deſcriptio hîc cōuenientiùs.

o nu.94. § 2.

p 1294.

q hoc 2 cōprehenſo.

Prior ipſius fabrica.

Cùm olim inter bonæ memoriæ Rodulphum de Toreta r primæ Lugdunenſis Eccleſiæ Archiepiſcopum ex vna parte, Decanum & Capitulum, ac Henricum de Villariis Camerarium eiuſdem Eccleſiæ Obedientiariúmque Comitatus ipſius, & Præpoſitum Foruery ex altera ſuper iuriſdictione temporali ſeu ſeculari Ciuitatis Lugdunenſis ac eius exercitio, & ſuper iuriſdictione Clericorum ipſius & in ea delinquentium ac eius exercitio, & ſuper aliis articulis, ſuborta fuiſſet materia quæſtionis, maximè eccleſiaſticæ cuiuſdam ordinationis olim factæ per fœlicis recordationis Dominum Gregorium Papam decimum s tandem præfata diſcordia per Hugonem Epiſcopum Eduenſem t & Girardum Abbatem ſancti Stephani Diuionenſis, Lingonenſis Diœceſis, quandam formam compoſitionis & pacis vmbram aſſumpſit; ex qua multa dubia, nonnulla obſcura, & quædam imperfecta, Beraldo nunc dictæ Eccleſiæ Archiepiſcopo, ac dictis Decano & Capitulo, Camerario & Præpoſito videbantur, quæ materiam magnæ diſſenſionis & diſcordiæ minabantur inter Archiepiſcopum, Capitulum, Camerarium & Præpoſitum ſupradictos. Propter quæ ſanctiſſimus Pater & Dominus noſter D. Nicolaüs Papa quartus u, cupiens præfatam Eccleſiam & perſonas in ſtatum tranquillitatis & pacis impoſterum conſeruare, nobis miſeratione diuina Gerardo Epiſcopo Sabinenſi & Benedicto Diacono Cardinali direxit literas, formam quæ ſequitur continentes. *Nicolaus ſeruus ſeruorum Dei, Fratri G. Epiſcopo Sabinen. & dilecto filio Bened. S. Nicolai * Diacono Cardinali, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Cùm inter venerabilem Fratrem noſtrum B. x Archiepiſcopum & eius prædeceſſores aliquos y ex parte vna; & dilectos filios Decanum ac Capitulum Lugdunenſe ſuper diuerſis Articulis ex altera grauis diſſenſionis materia ſit exorta: nos percupientes diſſenſionem ipſam ſopiri, vobis quos ad parteis vltramontanas pro quibuſdam Apoſtolicæ Sedis negotiis deſtinamus, præſentium authoritate committimus & mandamus, quatenus vos, iuxta datam vobis ex altiſſimis gratiam, partes ad concordiam reuocetis, ita quòd opitulante vobis diuina gratia per noſtræ diligentiæ ſtudium, inter eaſdem partes huiuſmodi diſſenſio præcidatur, ac poſtmodum quòd in præmiſſis per induſtriam noſtram de vtriuſque partis aſſenſu communicatum fuerat vel etiam ordinatum, faciatis immobiliter obſeruari: Contradictores authoritate noſtra appellatione poſtpoſita compeſcendo. Datum Romæ apud ſanctam Mariam maiorem, Nonis Maij* Pontificatus *Anno* 3. hoc eſt ſalutis 1290. *Deinde nobis per Ciuitatem* Lugdunen*ſem tranſitum facientibus, dum eſſemus in proſecutione noſtri itineris ad partes Gallicanas, ad quas per ſanctiſſ. Patrem D.N. prædictum fuimus deſtinati, partes productæ ſuper cauſis & diſcordiis prælibatis ſe noſtræ ordinationi & diſpoſitioni ſubmiſerunt ſub forma inferius annotata. Nouerint vniuerſi, quòd nos Beraldus Dei gratiâ primæ* Lugdunenſis *Eccleſiæ Archiepiſcopus volumus & expreſsè conſentimus, quòd Reuerendi in Chriſto* Patres *& Dom. D. Gerardus Dei gratia Sabinenſis Epiſcopus & Benedictus, &c. quaſdam Compoſitiones ſuper iuriſdictione Eccleſiæ ſecularis* Lugdunenſis *& eius exercitio inter D. Radulphum quondam Archiepiſcopum* Lugdunenſem *prædeceſſorem noſtrum, ac venerabiles viros Decanum & Capitulum dictæ Eccleſiæ, &c. valeant facere inuiolabiliter obſeruari. Promittentes ſub obligatione omnium bonorum noſtræ Sedis Archiepiſcopalis prædictæ,*

Tutior eius renouatio.

Commiſſio Papæ ad duos Prælatos Cardinales.

Commiſſariorum propoſitum.

Submiſſio Archiep. Lugdunenſis.

r nu.93.

s ſeptimū ante Nicol. 4. ab an. 1271. ad 1276.

t De quo in cit. nu 91.

u Aſculanus

* In carcere Tullian.

x intelligitur Beraldus.

y à nu. 92. ad 94.

quic

quicquid per dictos Cardinales in prædictis actum fuerit. In cuius rei teſtimonium, ſigillum noſtrum duximus præſentibus literis apponendum. Datum Lugduni, die Dominica poſt Feſtum Natiuitatis B. Ioan. Bapt. Anno M. CC.LXXXX. Et poſtea. *Reuerendis in Chriſto Patribus & Dom. D. G. diuina prouiden. Sabinen. Epiſcop. & D. Benedicto, &c. G. Decanus & Capitulum primæ Lugdunenſis Eccleſiæ ſubiectionem & reueren. cum honore. Cum Reuerendus in Chriſto Pater D. Hugo Epiſc. Eduen. ac bonæ memoriæ Gerardus, &c. ſuper quæſtionibus & querelis vertentibus inter claræ recordationis dictum Rodulphum Archiepiſcopum Lugdunenſem, & nos dictos Decanum & Capitulum, Petrum Auguſtæ tunc Archidiaconum, Henricum de Villards, nunc Camerarium, Hugonem de Turre Seneſchallum Lugdun. ſuper iuriſdictione Curiæ ſecularis Lugdunen. ſeu Curiæ Comitatus, &c. compoſuerunt amicabiliter ſuper quæſtionibus prælibatis, &c. Datum die Dominica in craſtinum Feſti Natiuitatis B. Ioannis Baptiſtæ, Anno milleſimo ducenteſimo nonageſimo.* Hactenus de Apoſtolica facta ad duos Iudices arbitros Commiſſione, & duarum partium ad id ſubmiſſione.

Capituli etiã ſubmiſſio.

Paragraphus 3.

Commiſſariorũ Decreta in ſex Articulos diſtributa.

NVnc ſequuntur ordine Concordatorum Articuli à Commiſſariis prudenter inſtructi, penitúſque deciſi, hiſce verbis. *Igitur Mandati Apoſtolici ac ſubmiſſionum partium prædictarum authoritate, virtute & poteſtate ſuffulti ad ordinationem & compoſitionem inter partes præmiſſas proceſſimus in hunc modum. Imprimis dicimus, arbitramur, ſancimus, ſtatuimus, ac etiam diffinimus ſub pœnis, iuramentis & obligationibus inferius annotandis, quòd deinceps ſit & eſſe debeat concordia, zelus ſyncera patriæ & filialis dilectionis inter, &c. Item ordinamus ſeu modificamus iuriſdictionem temporalem & eius exercitium in ciuitate Lugdunenſi ſpectantem ad Archiepiſcopum pro duabus partibus, & ad Capitulum pro tertia parte pro indiuiſo.* Adeſt primus totius materiæ Articulus. Secundus. *Item diffinimus, quòd vna ſola ſit Eccleſia ſecularis in ciuitate Lugdunenſi prædicta*[a], *& exercitium iuriſdictionis eiſdem ſit Archiepiſcopi & Capituli, Ita quòd ratione exercitij iuriſdictionis eiſdem ordinetur hoc modo: videlicet quòd primò anno Archiepiſcopus qui pro tempore fuerit, per ſe vel per alium ipſi Curiæ Cercarium*[b] *ac Iudicem inſtituat in Capitulo Lugdunenſi, requiſito in communi conſilio, &c.* Reliqua in Chartis huc ſpectantia omittimus, quia hodie talis in laïcum populum iuriſdictio eſt regia, nec ampliùs penè Cathedralem Eccleſiam, ſaltẽ intra vrbis ſepta, dempto Clauſtro & confinibus Clauſtris, prætermiſſis etiã pagis in circum, aduersùm quos illa Eccleſia retinet forenſem ſemper iuriſdictionem. Verùm, cæteri iam rerum Articuli & textus viſi ſunt hoc loco integrè à nobis recenſendi, eò quòd circa Clerum verſantur, & Capituli in Clericos iuriſdictio mox tota ſupereſt ac perſeuerat. Ergo tertius eſt eiuſmodi. *Porrò, ſuper Iuriſdictione Clericorum in Ciuitate Lugdunenſi commorantium, vel in eadem Ciuitate delinquentium, dicimus & ordinamus vt ſuprà*[c], *quòd omnis iuriſdictio Clericorum perſonalis, pecuniaria, & etiam ſpiritualis ſit & eſſe debeat Archiepiſcopi, & etiam realis, exceptis rebus cenſualibus Capituli & ſingulorum Canonicorum de dicto Capitulo, quarum rerum cenſualium ſi quæſtio oriatur ſuper proprietate earundem, ſit cognitio illius, cuius res prædictæ fuerint cenſuales, ſi per ſimplicem querimoniam ipſum, à quo res cenſuales tenentur, adierint, vel ad eum petierint ſe remitti, &c. In criminalibus autem quæſtionibus, in quibus agetur criminaliter vel ciuiliter de crimine, ſit & eſſe debeat communis iuriſdictio Archiepiſcopi & Decani, exceptis Curatis & Religioſis Ciuitatis, & ſaluis Archiepiſcopo ſuis viſitationibus, correctionibus, reformationibus & inquiſitionibus, cùm ad loca Collegiata deſcenderit pro prædictis vel aliquo prædictorum, quorum iuriſdictio totaliter pertineat ad Archiepiſcopum memoratum. Verùm ſi ratione exercitij iuriſdictionis Clericorum, aliorum quoque Curatorum & Religioſorum, vt ſuprà in Ciuitate Lugdunenſi commorantium vel ibi delinquentium, cùm agetur criminaliter vel ciuiliter, vt ſuprà de crimine, Iudex fuerit ordinandus, ipſe Archiepiſcopus & Decanus, quotieſcunque ſuper prædictis fuerit inſtituendus, Iudicem committant & ordinent, qui iuret in prædictis fideliter iuriſdictionem prædictam nomine Archiepiſcopi & Decani, ac pro bono vtriuſque exercere: & obuentiones ac emolumenta, quæ occaſione prædicta obuenient, diligenter & fideliter cuſtodire, ita quòd inter prædictos Archiepiſcopos & Decanum diuidantur*[d]. *Et ſi neceſſarium ſit quòd aliqui occaſione dictæ iuriſdictionis per cenſuram eccleſiaſticam compellantur, Officialis Archiepiſcopi Curiæ Lugdunenſis ad requiſitionem Iudicis communis illum per cenſuram compellat eccleſiaſticam, & compellere teneatur. In iuratis verò Curiarum dicti Archiepiſcopi vbi delinquerent in officio vel officium tangentibus, vel quocunque modo delinquerent, in domo Archiepiſcopali vel ipſius porpreſio, iuriſdictio totaliter pertineat ad Archiepiſcopum ſupradictum. In aliis verò omnibus & ſingulis, de quibus aliquid ſuperiùs vel inferiùs non ſtatuimus, diffinimus vnicuique ius ſuum remaneat illibatum: ſaluis tamen & retentis nobis iure & poteſtate addendi, mutandi, corrigendi, interpretandi & modificandi prædicta & infrà ſcripta, prout* videbi

Primus.

II.

Illi ſunt de temporali Archiep. & Capituli iuriſdictione in ciuitate.

Tũ in laïcos,

III.

Tum in Clericos.

Iudex cõmunis Archiep. & Decani.

Cenſuræ per quẽ infligendæ ob id.

Quid ſoli Archiepiſc.

a Nota quòd videtur alias Collegiatas Vrbis Eccleſias tunc fuiſſe monaſticas regulares, nẽpe Eccleſ. D. Pauli, nam de Eccl. D. Iuſti & Iren. nihil dubium.

b ſeu, Procuratorem, diſtinctiuè tempore à Iudice.

c & infr. nu. 105. §. 2. hiſtor. 5.

d Parad. Cõpoſitionẽ hãc Gallicè tantũ enarrat li. 2. c. 56. At nos ipſummet viſi typi contextũ declaramus & exponimus.

audebimus expedire. En quartus Articulus. *Item volumus, ordinamus & pronunciamus, quòd ſi Canonicus aut Canonici vel Clerici Eccleſiæ Lugdunenſis, vel familiares eorum, in Clericos vel perſonas religioſas vel alias quaſcunque, exceptis familiaribus Archiepiſcopi, de quibus nondum determinatum eſt, de ciuitate & Diœceſi, vel in ciuitate & Diœceſi Lugdunenſi commorantes deliquiſſe videntur, duo Canonici Eccleſiæ, de illis qui probiores homines & magis pacifici reputabuntur, annis ſingulis per Capitulũ eligentur, & iurabunt officium ſibi commiſſum fideliter exercere, qui infra ſexaginta dies, & citiùs, ſi commodè poſſint, à tempore querimoniæ exceſſus prædictos perfectè & commodè faciant emendari: & niſi infra tempus prædictum fecerint emendari, Archiepiſcopus nominet duos Canonicos de Capitulo quos voluerit, & illi ponantur per Capitulum, qui prædicta faciant emendari, niſi per partem petentem emendam ſibi fieri vltra prædictos LX. dies oportuerit prorogari, &c.* Tum miſſam facimus reſidentiam Canonicorum Eccleſiæ Collegiatæ Foruerij, minimè ſpectantem ad præſens inſtitutum. At ſubinde apponitur quintus Articulus, talis. *Nolumus autem nos prædicti Cardinales, quòd per ea quæ ſuprà diximus & ordinauimus, aliquibus Conuentualibus vel Collegiatis Eccleſiis, vel perſonis Ciuitatis Lugdunẽſis, vel aliis qui in nos nõ cõpromiſerint, vel ordinationi noſtræ ſe non ſuppoſuerint, aliquod præiudicium generetur.* Denique adiicitur iſte ſextus atque poſtremus Articulus. *Archiepiſcopus poſſit dare licentiam vni Doctori in Legibus, alij in Decretalibus, & Capitulum vni in Legibus, ac alij in Decretal.[e], &c.* Adeóque tunc temporis aut deinceps aderat florens ſtudiorum Vniuerſitas in Lugdunenſi ciuitate, circa Ius vtrumque. Et ibi additum eſt: *Seneſchalia quæ fuit in Eccleſia Lugdunenſi, omnino ceſſet.* Erat quondam dignitas in Capitulo & Choro, exinde hactenus abrogata.

Diſtinctio pro aliis Iudicibus nominandis.

V. Artic.

Excipiuntur Collegiales & Conuentuales Eccleſiæ.

VI.

Vniuerſitas ſtudiorum Lugdun.

Paragraphus 4.

Iuramentum Archiepiſcopi & Capitulariorum ad obſequendũ.

IAm verò ſeiunctim properemus ad ſequens ſacrorum Commiſſariorũ Decretum & propoſitorum ſtipulationem. Sic ipſi ediſſerunt. *Hanc autem Compoſitionem & ordinationem, & omnia ac ſingula ſupradicta dictus Archiepiſcopus pro ſe & ſuo nomine, ac Henricus de Villars Camerarius, Briandus Sacriſta, Guigardus Præpoſitus Foruery in Eccleſia Lugdunenſi, Guilielmus de Franchelins, Hugo Bruni eiuſdem Eccleſiæ Canonici, Procuratores Decani & Capituli prædictorum, tam ſuo quàm procuratorio nomine eorundem Decani & Capituli Lugdunenſis emologantes, volentes & approbantes expreſſè iurarunt & firmauerunt, ſtipulatione ſolenni interpoſita, videlicet Archiepiſcopus in præſentia Euangeliorum, & dicti Canonici tactis ſacroſanctis Euangeliis, ipſam Compoſitionem & ſingulos eiuſdem articulos pro ſe & eorum ſucceſſoribus firmiter in perpetuum & inuiolabiliter obſeruare, & contra præmiſſa non venire. Et vt res effectum habeat pleniorem, mandamus vt deinceps hæc præſens compoſitio annis ſingulis in craſtinum Feſti Natiuitatis beati Ioannis Baptiſtæ legatur, & tunc prædictum iuramentum per Canonicos Lugdunenſes, qui ibidem præſentes fuerint, renouetur.* Tandem verò graues pœnæ proponuntur contranitentibus hoc pacto. *Inſuper ad maioris roboris firmitatem authoritate Apoſtolicà qua fungimur, decernimus & ſtatuimus, quòd tam Archiepiſcopus quicunque, quàm ſingulares Canonici qui nunc ſunt, vel qui pro tempore fuerint, ſi fortè, quod abſit, contra præſentem Compoſitionem noſtram in toto vel in parte venerint, niſi admoniti infra octo dies ad dignam emendationem venerint de exceſſu, ipſo facto ſtatim ſententiam excommunicationis incurrant Canonici Lugdunenſes, Archiepiſcopus verò ab ingreſſu Eccleſiæ excludatur, & niſi infra alios octo dies emendauerit, à Pontificalibus nouerit ſe ſuſpenſum[f], &c. Acta, lata, ſtatuta, & pronunciata fuerunt omnia & ſingula ſupradicta, prout enarrantur[g]; per nos Cardinales prædictos, Pariſiis, ſub anno Domini M. CC.LXXXX. die XII. Septembris, Pontificatus Nicolaï Papæ quarti anno tertio, præſentibus Philippo Granen. Archiepiſcopo, Hugolino Cantore Meldenſi, Leonardo de Fuſco Pariſienſi[h], &c.* Sic itaque idem ſummus Præſul Nicolaüs, qui ſuperiore anno impertitus fuerat gladium ſpiritualem Capitulo, mox copioſum temporalem gladium iiſdem Archiepiſcopo & Canonicis præbuit exercendum aduersùs Clerum quandoque obertantem. Ex Voluminibus autem ſacrorum Faſtorum ſeu Actorum Capitularium Eccleſiæ viſa eſt hactenus temporalis illa praxis in vſu: vt pote quando Iudices Eccleſiaſtici præfatos Clericos in ſcandalum prorumpentes *cum manu forti* ad virtutis ſemitam regredi coëgerunt anno 1380. ex libro tertio[i]; quando inſuper vnus aut alter Canonicus de moleſta percuſsione accuſabatur, indéque anno 1405. præceperunt vt proceſſus *in Curia Clauſtri coram Dominis Iudicibus eiuſdem Clauſtri terminetur*, ex libro ſeptimo[K]. Proptereáque iiſdem Officialibus, dum in Capitulo nominabantur, tunc tradebatur *ſigillum Curiæ gladij*[l] *cum præſtito iuramento*, in ſignum adeptæ dignitatis[m]. Qua poteſtate Capitulum illicò vtendum mandauit, vel etiam vſque in Præceptorem Eccleſiæ Canonicum[n], ob patratum ab eo aliquod maleficium. Huiuſce rei alia quæ extant paradigmata, omittimus[o]. Probus autem ille ri-

Compoſitionis publicatio.

Pœnæ aduerſùs inobedientes.

Secuta praxis præfatæ iuriſdictionis.

e hæc materia prætermiſſa eſt à Parad. Nimirum vt ipſi publicè doceant Iura Lugduni.

f Similia de ea re h. 7. Actor. Capitularium, fol. 83.

g ob id debuerunt hic eſſe integra.

h Alios teſtes ſinimus in originali, & nonnulli de Curia Pontif. hæc denuò approbarunt.

i fol. 45.

K 28 Maij, fol. 22. Alia fol. 15. 16. 27.

l ibid. fo. 41.

m li. 9. fo. 136.

n 1. Sept. an. 1411. li. 8. fo. 60.

o ibid. in Cleric. fur. & in aliũ mercatorem, ann. 1409. fol. 6. & 9.

tus

Iuris huius vtilitas.

tus hoc noſtro ſeculo perſeuerat: cuius ope retinetur egregiè ſplendor, grauitas & decus tantæ Eccleſiæ, remota omni perſonarum acceptione. Neque hanc ob cauſam facilè poſſunt abuſus in eam irrepere, quandiu forenſis ęquitas ita ſemper aſſueſcet rigorem iuris imitari, & pariter cum clementia temperare. Ex eo nanque fit, vt rariora multò conſpiciantur errata in Clero. Atque potiſſimùm omnes ingenti lætitia afficimur, dum contuemur veterem Lugdunenſis Eccleſiæ diſciplinam & Chori præſtantiam hodie priſtino ſplendori redditam, in renouatis etiam aliis maiorum ſtatutis [p]. Sic enim Deus cætera in dies proſpera, vti ſperamus, adducet.

[p] an. 1607.

Paragraphus 5.

Beraldus.

AD Beraldum promulgatorem iſtorum paulò redeuntes: ſanè is poſt talia geſta ſedit Lugduni annis quinque, nec etiam pluribus, hoc eſt ad annum vſque M. CC. XCV.
1295. quia iris perlectum ſucceſſorem anno præciſè ſequenti Cathedram aſſecutum. Vltimus autem ille annus Beraldi, fuit ſecundus Bonifacij Papæ VIII. Romæ ſedentis: ipſo Beraldo tranſeunte ad Burdegalenſes, &c. ex allegatis.

CI. *Paragraphus 1.*

An. 1296. HENRICVS I. *de Villariis* [a] quondam Cameratius Eccleſiæ Lugdunenſis ex ſuprà allegatis [b], dictus per excellentiam homo nobilis, quia is Comes ab ephebis iure patrimonij, factus eſt vrbis Archipręſul anno M. CC. XCVI. poſt Pentecoſten, necnon ſucceſſit Beraldo, ex Archiuis. Anno autem ſequente habitum eſt Lugduni Concilium, quod hîc eſto duodecimum omnino ibidem conuocatum, equidem præſide Bonifacio 8. Pontif. Max. potiſſimùm ſanè initum pro interdicendis nobilibus laïcis, qui vectigalia Sacerdotibus imponerent, præſertim Gallis. Vnde cenſetur veriùs generale *, cùm Papa cœtui præfuerit: etiamſi Authores, qui vitas Pontificum poſteris tradiderunt, minimè proferant numerum nominàve Patrum ibidem ſuffragantium; vt neque quale ſit. Verùm certè plures alios Canones edixit etiam ille Pontifex, quatenus per Sextum Decretalium diſperſi reuoluuntur. Quæ ſanè leges in illo editæ libro multiplici, nomine Bonifacij, vix alibi quàm hoc in Concilio exaratę creduntur, quia aliud nullum coëgit Bonifacius. Seſſiones verò non extant in Tomis Conciliorum. Sed tamen Polydorus Virgilius [d], vt Anglicana refert hiſtoria, de tanta Antiſtitum corona vnà cum Bonifacio pręſide fidem facit egregiam.

[a] vulgò de Villards.
[b] tit. 96. §. 4.
* eſſet 15. œcumenicũ. De 14. n. 90. §. 1.
[d] li. 17.

Immunitates Eccleſiæ.

Ad quod rurſus propoſitum citant plerique duo Capita *De immunitatibus Eccleſiarum*, ex ipſo Bonifacio manantia [e], & in eodem Sexto Decretalium ſatis promulgata, tanquam Lugduni condita: quamuis locus Concilium in fronte non exprimat, at Pontificem duntaxat. Materia nanque nos inducit, vt perſuaſum habeamus id caput in tali Synodo fabrefactum, ex eo quòd præcipit Clero, ne poſthac iniuſſu Romani Pontificis conferat ſecularibus Principibus vectigalia, tum ſæpe imponi ſolita beneficiis. Quæ vna res fuerat pręcipuus congregationis habendę ſcopus.

Concil. XII. Lugdunenſe.

Ex quo fine ſeu exemplo in Decretorum corpore manifeſto, facilè licebit iterũ affirmare aliàs penè innumeras Decretales ipſiuſmet Bonifacij & libri Sexti in libellos rurſus diſtributi eo quoque in cœtu expreſſas eſſe. Sunt autem eiuſmodi. Imprimis Bonifacius author eſt duorum Capitũ *De Conſtitutionibus* libro primo [f] Sexti. Deinde afficit Capita duodecim, Titulo [g] *De reſcriptis*. Tum quatuor *de Conſuetudine* [h]. Poſtea vnicum, *De poſtulatione Prælatorum* [i]. Quintò, triginta Capita, *De Canonicis Cathedralis Eccleſiæ*, & aliis, Titulo *De electione & electi poteſtate* [k]. Sextò, Capita duo, *De beneficij renunciatione ſeorſum* [l]. Septimò, totidem, *De ſupplendo Prælatorum neglectu* [m]. Octauò; Capita ſeptem, *De officio Ordinarij* [n]. Nonò, porrigo ſolitarium, *De maioritate & obedientia* [o]. Decimò, aliud *De pactis* [p]. Inſuper nouem Capita, *De procuratoribus in eccleſiaſtica lite conſtituendis* [q]. Rurſum, *De reſtitutione in integrum* [r]. Decimotertiò, duplex Caput, *De arbitris* [ſ]. Decimoquartò, tot habentur loca ab exordio libri ſecundi *De Iudiciis* [t]. Decimoquintò tot iterum, *De foro competenti*, & vnum, *De litis conteſtatione*: necnon tria, *De iuramento calumniæ* [u]. Hinc leges duas, *vt lite pendente nihil innouetur* [x]: & vnam, *De exceptionibus*, atque binam *De præſcriptionibus* [y]. Decimoſeptimò, totidem *De ſententia & re iudicata*, & ſeptem De *appellationibus* [z]. Decimooctauò, Caput *De vita & honeſtate Clericorum*, libro tertio, Titulo primo, Capite ſecundo. *Deque Clericis coniugatis*, & conſequenter

Veriùs vniuerſale.

[e] li. 3. Tit. 23. à Cap. 3.
[f] Tit. 2.
[g] 3. à Cap. 4.
[h] Tit. 4.
[i] Tit. 5.
[k] Tit. 6. à Cap. 18.
[l] Tit. 7.
[m] Tit. 8.
[n] Tit. 16. à c. 4.
[o] Tit. 17.
[p] Tit. 18. c. 1.
[q] Tit. 19.
[r] Tit. 20. c. 2.
[ſ] Tit. 22.
[t] Tit. 1. c. 2. & 3.
[u] tit. 2. 3. 4.
[x] tit. 8.
[y] tit. 12. 13.
[z] tit. 14. & 15. à Cap. 6.

ter, *De non reſidentibus in Eccleſia* [b]. Poſtmodum, *De Clerico ægrotante* [c], & *De inſtitutionibus* [d]. Continuò, Capita ſeptem, *De multiplici conceſſione præbendæ*: & vnicum, *Ne Sede vacante aliquid innouetur* [e]: ſimulque *De rerum permutatione ac de teſtamentis* [f]. Vigeſimoprimò Capitula quinque, *De ſepulturis*, & quatuor; *De tranſeuntibus ad religionem monaſticam* [g]. Qua ex parte ſub hac poſteriore Eccleſia corroborantur ea quæ dudum ſub primitiua demonſtrauimus, *De emiſſis votis in vita monaſtica, iiſdem ad obſeruationem obligantibus poſt factum*: cuius obſeruationis Articulus de Iure diuino eſt [h], perindéque ad fidem catholicam pertinet. Vnde Apoſtata eſt, quicunque è clauſtris temerè egreditur [i]: quam tamen apoſtaſiam Caluinitæ ſemper virtuti tribuendam finxerunt, & eiuſdem voti redemptionem perſequitur Bonifacius conſequentibus ibi Titulis *De voto & voti redemptione*, vnà cum *ſtatu Regularium ac Monachorum Capellis* [k]. Vigeſimo ſecundò, poſtquam tractatum edidit *De iure patronatus* [l], ſancit nonnulla. *De conſecratione Eccleſiæ*, déque *Reliquiis & veneratione Sanctorum*, vnicis Titulorum Capitibus [m]. Quorum profectò pium vſum ad hanc vſque diem retentum nos traximus ex Apoſtolico tempore, & ſucceſſiuis in Romana Eccleſia reuolutionibus, aduersùs Lutheranorum & Caluinitarum deliramenta, veluti iam patuit [n]. Vigeſimo tertiò, adſequitur recens Titulus, *Ne Clerici vel Monachi ſecularibus negotiis ſe immiſceant* [o], *&c.* Summa eſt hactenus centum triginta Capitulorum. Scribunt autem neoterici præfatum genus immunitatis cōſcriptum ab exordio, ſeminarium fuiſſe varię diſſenſionis inter Anglos, ne dicam etiam Francos. Certè ab eo tempore ad noſtrum vſque ſeculum conquieuit mos perennis decimas colligendi à Clero per laïcos Principes. Illis verò diebus regnarunt in Anglia Eduardus 2. & in Galliis Philippus 4. cognomine Pulcher, quem Tillij Chronicon vocat grauem decumarum exactorem. Miſſóſque facimus hoſtiles impetus, quos tunc legimus emerſos inter prælibatos Bonifacium atque Philippum. Saltem contuemur Reges quondam non niſi Pontificio permiſſu à Sacerdotibus collegiſſe, eáſque temporaneas ſolùm & in pium vſum, teſte imprimis largitione eiuſdem Bonifacij facta Carolo Siciliæ & Hieroſolymorum Regi, *de iure exigendarum à ditionis ſuæ Sacerdotibus in ſex annos decimarum, Ptolemaïdem vt ſacro regno contributam defenderet*, Authore his verbis Æmilio in hiſtoria præfati Philippi [p]. Deinde Ioannes 22. Pontif. Max. Philippo 5. cognomine Longo-Franco *petenti ius decimæ ad ſacram militiam de Sacerdotibus exigendæ, conceſſit, ſi è re pietatéque id eſſe Epiſcopis Franciæ videretur* [q]. Tandem ex Leonis X. aſſertis [r], perpetuæ ſunt effectæ eiuſmodi decimæ: nec tamen deſiit Tridentinum Concilium antiquos Canones pro Eccleſiæ immunitate recèns innouare [s], vt ad primæ Eccleſiæ priuilegia quantum tempora patiuntur accedatur [t]. Iam pro vigeſimotertio loco, vt in Lugdunenſis Concilij Capitibus vlteriùs pergamus, adſequuntur vnica Capita (duo) *de ſponſalibus & matrimoniis*, ac *de deſponſatione impuberum*, libro 4. Sexti, atque tria eodem tractu, *De cognatione ſpirituali* [u]. Vigeſimo quintò, apponuntur libro 5. Capita duo *De accuſationibus* [x]: conſequenter nouem *De hæreticis*, & vnum *De ſchiſmaticis* [y]. Vigeſimo ſextò, duplex *De homicidio* [z]: & ſimplex, *De exceſſibus Prælatorum*. Vigeſimo ſeptimò, ſex *De priuilegiis* [a], & quadruplex *De pœnis* [b]: atque hinc duplex, *De pœnitentiis*. Poſtremò, adſunt duo themata, *De verborum ſignificatione* [c]. Quæ ſingula, aut demptis perpaucis creduntur, inquam, exarata in Lugdunenſi Concilio: maximè quia ferunt ipſas Conſtitutiones in eadem Synodo confirmatas [d], vbi Sanctiones totius Sexti promulgatas obſeruari præcepit. Efficiúntque centum ſexaginta rerum Capita, comprehenſis CXXX. allatis; de quibus in prima ferè editiuncula [e]. Quibus ſanè Tractatibus adſequũtur Regulę iuris octoginta octo in eodem Decretalium Bonifacij Volumine: *Data Romæ* (inquit) *quinto Nonas Martij, Pontificatus anno quarto*: hoc eſt, confeſtim poſt Synodi Lugdunenſis exitum, & regreſſum Romam: vt non abs re cēſeantur Regulę Lugduni compilatę: quippe vidimus Concilium adactum in Lugdunenſi ciuitate anno Pontificatus tertio & quarto. Licèt verò potior harum Decretalium pars ſanciat circa temporalem in eccleſiaſtico regimine iuriſdictionem, eæ tamen trahunt originem ex pręmiſſo iam articulo fidei de ſummi Pontificis poteſtate à Chriſto Eccleſiæ conceſſa in D. Petri perſona. Neque obganniant Caluinitę de tot hodie leguncul̄is [f], quę nondum in prima Eccleſia patuerunt. Nam diuino penè Chriſtianorum feruore diu poſt Apoſtolos tepeſcente, & succreſcente nimium improbitate morum, pernecеſſarium fuit pluribus homines legibus compeſcere, & vniuerſales facultatis diuinitus attributę conceptus in illos ſuos riuulos ſenſim diſſecare, quò ſpectabant. Alioqui fruſtrà certè retineretur illa velut Chimera generaliſſimæ poteſtatis à Deo tam grauiter & seriò prolata, niſi ipſe materiam, ſpecies ac membra è veſtigio concepiſſet, ſine quibus exemplis conſiſtere nequit illa Idea. Quemadmodum ergo laïci Principes quondam paucis contenti legibus, eas in plures poſtmodum ſpecies diſtribuerunt, quatuum opus viſum eſt, neque in id reclamitatúnt

Capita Synodi recèns collectæ.

Deprompta ex 6. Decretalium.

Reges quādo vectigalia impoſuerint Eccleſ. cōtra immunitatē, aut onn.

Capita mixta per 5. libros Sexti.

Regulæ iuris.

Immunitas trahitur ex diuino Iure.

b Tit. 3.
c Tit. 5. cap. vnic.
d 6. c. dupl.
e Tit. 7. & 8.
f Tit. 10. 11.
g Tit. 14.
h Pſ. 21. 49. 60. Nahum 1. & Actor. 24. v. 17. Nos de votis ſup. ou. 21. 3. 12.
i In noſtra Summa Caſuum, Caſu 1. Belgico.
k Cap. vnicis. Tit. 15. 16. ac 18.
l Tit. 19.
m Tit. 21. & 22.
n ne. cit. in Eucher.
o Tit. 24.
p li. 8. fol. 5. Et decimæ Saladinides in hoſtem Eccle. Æmil. ſub Phil. Auguſt. an. 1183. Aliæ ſub Carol. 6 pag 1. 1381.
q ſub Phil. 6. Valeſ. ana. 1317.
r cū Frāciſc. 1. an. 1516.
s ſeſſ. 25. de Refor. c. 20.
t Cap. duo ſunt. in diſt. 90. ex Geleſ. PP. an. 491. & c. Quis dubitet. ex Greg. 7. a. 1180.
u Tit. 1. 2. 3.
x Tit. 1.
y Tit. 2. 3.
z Tit. 3. c. 2. 3.
a Tit. 7. à c. 7.
b Tit. 9. & 10
c Tit. 12. capite 4.
d Genebr. in Chronolog. etſi non lego in ſcriptis quæ citat.
e Parte 3. c. 1. Sect. 6.
f Calu. lib. 4. Inſtit. c. 7. §. 9. 11. 19.

ſunt vnquam hæreticis [g], ſic eccleſiaſticæ leges ritè ſuſcipiunt pro mutantium temporum ratione & commodis, adeò vt nullam iuſtæ vltionis cauſam nanciſci poſſint aduerſarij. Nonne Chriſto prudenter aſſerere licuit, *Quodcunque ſolueris & ligaueris*, vt ſcilicet vox illa indefinita omnem complectatur materiam, ſine vlla reſtrictione aut certo ad aliquod ſubiectum reſpectu? Nunquid ditionis illius natura exæquat vniuerſam ſub cœlo rerum cōpoſitionem? Igitur quicunque de medio tollit vim & robur priuatarum legum omnium quas adduximus, aut qui delet indiuidua naturæ eiúſve ſpecies; is pariter conuellit omne genus & id vniuerſale epitheton. Nec ſecus præſtat quàm qui ſublato viſibili fundamento, tecta domus euertit & corruere iubet. Sic itaque perdurat legum efficacia, quandiu æquitatis colluſtrantur radiis, & ius naturæ vel diuinum poſitum imitantur, velut cauſam effectus, quam ipſe continuò ſequitur.

Ad hoc ſimi- litudines.

[g] Cal. cit. li. c. 20. § 14. 24.

Paragraphus 2.

DEinceps hæc de præfato viro Archipræſule occurrunt diuulganda. Imprimis, ſequente anno conſcriptæ Synodi, cui interfuit ipſe Primas, is quædam hominij iura præſtitit Philippo Pulchro Regi Aureliis: hoc eſt, ſimplicem fidem vni ſummo Principi debitam ab Eccleſia de Lugdunenſi Comitatu, ſuiſve bonis paternis, anno milleſimo ducenteſimo nonageſimo ſeptimo. In quo cœtu aderat præſens & teſtis contractui Guichardus quintus
1297. huiuſce nominis, Dynaſta Bellijocenſis: non Humbertus quintus, vt cenſet Guillelmus Paradinus. Quippe ille Humbertus, poſtremus huius nominis, ſemiſeculo iſtum annum præceſſit. Coætanea cuius Guichardi ætas ſat ſupérque liquet, & eò ampliùs ex duobus Actis quæ is habuit cum ipſo Villario. Vnum eſt ſolenne eiuſdem Homagium Archiepiſcopo factum, quod eſto ſecundum totius huius Paragraphi, quale hîc ad longum ideò deſcribimus, quia complectitur generalem veterum hominiorum formam à nobilibus feudatariis præſertim laïcis fieri ſolitam Eccleſiæ Lugdunenſi; ereptam ex libro cuius titulus eſt, *Fundatio Primatialis Eccleſiæ Lugdunenſis*: dignam ſanè commemoratu, eámque talem. *In nomine Domini Amen. Anno eiuſdem milleſimo ducenteſimo nonageſimo octauo, die Martis poſt Quaſimodo, Guichardus Dominus Bellijoci fecit homagium in Capitulo Lugdunenſi* (loquitur Scriba more hiſtorico recitante in tertia perſona, loco primæ fidem præſtantis ore proprio) *Reuerendo in Chriſto Patri D. Henrico de Villars Archiepiſcopo Lugduni, nomine Eccleſia Lugdun. ſecundum quod prædeceſſores eius fecerant, & ſibi promiſit fidelitatem, iunctis manib. inter manus dicti Dom. Archiepiſcopi præſentis, & oſculatus fuit eum, vt eſt fieri conſuetum. Actum præſentib. Guillelmo Decano, Ludouico Archidiacono, Ioanne Camerario, Humberto Cuſtode, Guichardo Præpoſito Foruerij, & pluſib. aliis Canonicis Lugduni nobilibus viris Dominis Ioanne de* [h] *Guidone Domino ſancti Tonitrui, Ioanne de ſancto Eugendo, Stephano de Vaßiliaco, Petro de Freus, Guidone de Albine, militibus, Humberto de Villars, Guichardo de Lauens, &c. Et ego Ioannes Greci de Amberiaco Cle-*
1298. *ricus publicus, authoritate Apoſtolica Notarius præſens fui. Pontificatus Dom. Bonifacij PP. octaui anno quarto.* Iam alterum Reſcriptum in aliis diſtantibus Archiuis latitans, patet ex Concordatis valdè prolixis inter vtrunque Magnatem initis anno præfato M. CC. XCIIX. nec iſtic niſi paraphraſticè conſcribendis; vt ſit tertium præſentis Paragraphi, nimirum eò quòd de poſſeſſionum limitibus *querelæ & graues diſcordiæ, quæſtiones & controuerſiæ mouerentur, & eſſent ac grauiores apparerent* (habet textus) *inter Reuerend. Patrem D. Henricum Lugdun. Archiepiſcopum nomine ſuo, Eccleſiaque ſua Lugdunenſ. ex vna parte: & illuſtrem virum Guichardum Dominum Bellijoci, ac Guidonem D. ſancti Trinerij, ex altera, &c. Pontificatus Bonif. Papæ* VIII. *anno quarto.* Sic epilogum tantæ molis huc duntaxat compellendum cenſuimus. Quorum oblitus eſt Paradinus. Ille verò Dynaſta eſt is fortè, de quo ſic liber MS. Obituum Cathedralis Eccleſiæ Matiſconenſis. VIII. *Kalend. Octobris, obiit Vichardus miles, Bellijoci Dominus, qui dedit B. Vincentio Clauſum, qui eſt ante Hoſpitale Bellyoci, &c.* Quarto loco ex matricibus Lugdunenſis Eccleſiæ nobis compertum eſt, quòd anno ſalutis milleſimo trecenteſimo primo, menſe Iulio, præfatus Henricus ſuum condidit Teſtamentum, quo ea imperatiuis eſt iuſſa ſuæ Eccleſiæ; qualia ſequuntur. *Præcipimus* (inquit) *quòd Caſtrum Treuoltianum cum ſuis pertinentiis ab Archiepiſcopo & Capitulo teneatur perpetuò in feudum. Mandantes hæredibus noſtris, quòd hominium faciant Archiepiſcopis & Capitulo* [r]. Vi cuius inſtituti & iuſſus; ſequens eiuſmodi poſſeſſionum hæres, nimirum Dominus Comes de Villariis, faſſus eſt quar-
1300. & to poſt anno [ſ], ſe tenere in feudum è ſucceſſore Ludouico Villario Archipræſule conſan-
1301. in- guineo ſuo, ſcilicet, Treuoltium, & inſuper Caſtrum Burgum, ſeu *quicquid habet Ec-*
choato. *cleſia Lugdunenſis ex cauſa proprietatis ac iuriſdictionis* in dictis locis, ſub iiſdem præ-

Homagium Archipræſulis Villarij factum Regi.

Aliud hominium nobilis laici Archiep. præſtitum.

[h] deeſt cognomen.

3. Homagiũ

Diſcordiæ ſopitæ inter eũ & Domin. Bellijoci.

IV. hominiũ ei Henric. & ſucceſſoribus Archiepiſc. exhibitum.

[r] 15. Iul. ann. 1301.

[ſ] in Feſto S. Laurẽt. 1304.

ſidij legibus quibus ſuprà. Die verò XV. Kal. Auguſti * anno pręfato idē Hēricus diſceſſit ex hac mortali peregrinatione in Curia Romana, illuc pro iuribus Lugdunen. Eccleſiæ tuendis appulſus. Sic legi ſolet in veteri Homiliario & Archiuis. Quod mortis crepuſculum incidit ad diem 18. Iulij, quartum poſt celebratum teſtamentum, ideò ſequi Romę factum ſolenne. Vide vnum Henricum Villarium coætaneum in Catalogo Epiſcoporum Valentinenſium Numero 50. ſub Tomo 3. integri huiuſce Operis. Et de iſto Lugdunenſi perlege alia biennio ante eius mortem ſub Numero 103. §. 3.

Obitus ipſius.

* ex magno Obituũ libro fol. 14.

Paragraphus 3.

Alij obitus.

EA autem hiſtoria dum de huiuſce Archipręſulis obitu loquitur, ſanè iſtic pari paſſu eodémque pede rimari & reuoluere nobis interea licebit alios pleroſque deceſſus, præſertim virorum magis illuſtrium: tametſi diarium & annuus recurſus defecerit: neque quantus aut quando quiſque vixerit in medium hactenus prodeat. Attamen eam inde materiam notatu dignam poſſumus æquè bene, imò meliùs iſto & ſequace Archiſynagogo patefacere, quàm longiùs infrà differre: maximè quia ſi reliqui viri meritò commemorandi, veriùs circa hęc tempora obiêre, eò quòd pinguntur omnes eodem Tomo & charactere cum pręſenti Henrico proximiſque ſucceſſoribus: cætera compromiſſa ſic iam incœpturi. Hæc verò anacephalæoſis per breues Articulos diſtributa vſui erit quàmplurimùm ad alios ſępe literatorum fines exquiſitos.

Artic. 1. II. Idus Iulij Anniuerſarium D. Stephani *de Rochetallia* Decani. Aſſignauit ſuper Comitatu Eccleſiæ.

Canonic. Kalendis menſis obiit Pontius Canonicus Lugdunenſis, qui dedit S. Stephano vnum manſum, & Guilelmus Boclu Canonicus ſexies viginti libras Vienn. pro Anniuerſario ſuo annuatim faciendo: item maiori & minori eleemoſynæ 20. aſinatas ſiliginis & 30. ſolidos Vienn. ac 15. libras Vien. Eccleſiæ S. Crucis pro Anniuerſ. ſuo.

2. Decanus. III. Nonas Iulij, ſeu die 5. menſis, obiit Milo de Vallibus Decanus, qui reliquit Eccleſiæ Lugdunenſi multa ab eo acquiſita in Obedientia de Chazellis. Item quæ ſibi comparanit in Parœcia de Chatens, & in villa Daignon à D. Guilel. de Piſais milite pro Anniuerſar. ſuo: & quæ apud Tacins: ac domum ſuam de Quinciaco, quam accepit in francum feodum ab Archiepiſcopo & Capitulo Hoc videtur incidiſſe ſub annum 1100. quia poſtea locus conceſſus eſt Epiſcopis expulſis ex Anglia.

3. Abbas. III. Idus Auguſti obierunt Hugo & Girardus Abbates Eccleſiæ S. Stephani Diuionenſis, &c. Id euenit die 11. menſis. Idibus Auguſt. obiit Hugo quondam Seneſchallus Lugdunenſis, qui inſtituit fieri Anniuerſarium ſuper grangia quam accepit à Girardo de Caſtellione apud Ambayrieu pro mille ſolidis, die 3. menſis.

4. Seneſch.

5. Decan. XIV. Kalend. Septembr. quæ incidit die 19. Auguſti, obiit Stephanus de Rupecæſa, Sacerdos & Decanus: qui dedit 100. libras fortium pro Anniuerſario Conuentibus trium Eccleſiarum, & in eleemoſyna, ducentas.

6. Nobiles. IV. Kalend. Septembr. ſeu die 29. Auguſti obierunt Hugo & Vuilelmus de Chaſam milites. Iſte dedit S. Stephano terram, quam habebat apud Tarnant, & 300. ſolidos, de quibus Eccleſiam emit à Ponceto de Nigro monte, item allodium illius terræ 10. libris: & de reſiduis centum ſolidis cum aliis 60. empta fuerunt alia apud Tarnant. Obiit rurſus Guigo de Roſſilione, Archidiaconus Lugdunen. qui dedit S. Stephano ducentas libras Viennenſes, quas accipiunt in portione pontis Rhodani.

7. Canonic. III. Nonas Septembris, ſeu die 3. eiuſdem menſis, obiit venerab. vir D. Ludouicus de Propériis quondam Canonicus Lugdun. qui dedit eidem Eccleſiæ Lugdun. CC. florenos auri communis ponderis ad reditus emendos pro vno Anniuerſario in eadem Eccleſia faciendo annis ſingulis die obitus ſui, in animæ ſuæ ſuorúmque parentum ſolatium.

8. Decan. Pridie Nonas, 4. Septembris, obiit Oliuerius de Chauannes, bonæ memoriæ, huius Eccleſiæ Decanus: qui dedit beato Stephano Caſulam optimam, & baculum argento ſuperinductum, valente vnam marcham: atque quinquaginta libras reliquit ad emendam terram, vnde Refectorium à die ſui Anniuerſarij ſolenniter preceтur: ad opus maioris Eccleſiæ triginta libras, &c. In Obedientia de Pulmeniaco nemus, aliáque permulta hîc prætermiſſa.

Nonis menſis, quinto Septembris, obiit Rodolphus de Borbone, qui dedit S. Stephano dimidiam marcham argenti. Obiitque Aymo Abbas & Doctor.

9. Sacriſta. IV. Idus, 10. menſis, obiit Raymundus Sacriſta huius Eccleſiæ, qui reliquit ſancto Stephano tria anniuerſaria: vnum commune, & duo ſimplicia, &c.

III. Idus

10. Decanus. III. Idus, 11. menſis, vel 3. Id. Octob. in aliis libris Obit. fol. 218. obiit Arnaudus de
Colongiis, Decanus & Sacerdos, qui reliquit B. Stephano ſepties viginti & ſeptem libras
fortes pro Anniuerſario ſuo. Item pro patre & matre 60. libras fortes. Et 70. libras fortes
ad emendos reditus deputandos duobus Sacerdotibus qui deſeruiunt Altari. Necnon 13.
Kalend. Martij, Guilelmus de Colongiis Decanus anno incerto.

11. Ad VI. Nonas Octobris, ſeu die 2. menſis, obiit quidem Vicardus laïcus, qui dedit B. Ste-
phano quatuor anaphos argenteos, & duo candelabra. Sed deinde tunc præcipuè deceſſit
Guido de Talaru, Cuſtos maioris Eccleſiæ, Sacerdos (ait liber) *qui dedit S. Stephano Cappam vnam,
& Albam cum aurifriſio, necnon Campanam clariſſimam, quam emit. Apud villam Dei domum fe-
cit & Eccleſiam: ac vitreas ſuprà conſtruxit. Ad procurandum Refectorium in die Anniuerſary ſui
terram emit 215. ſolidis, & 37. ſextarias ſiliginis. Fuit Anniuerſarium incorporatum ſupra por-
tum Pontis Rhodani.* Vlteriùs ſequentia.

12. Epiſcopus, vnà & Canonicus alibi. Ad Nonas Octob. die 7. menſis, obiit Iſinio [a], aliis Aſinio bonæ memoriæ Dienſis Epi- [a] in aliis li. Obit. fol.
ſcopus, Canonicus S. Stephani: cui Eccleſiæ dedit Annulum aureum cũ pretioſiſſima gem- 227.
ma. His verò nos adiicimus, quòd ille ſucceſſit proximè poſt Hugonem Archiepiſcopum
Lugdunenſem, & antea Dienſem Antiſtitem. De quo Hugone ſupra Num. 70. Adeo vt
iſte illic circumfulſerit ab anno ſal. 1109. ad exitum ſuæ vitæ, in Dienſi Cathedra. Sed obi-
ter iterum commemoramus, quòd ex mente textúque libri Obituum, idem Aſinio videtur
eodém tempore ſuo fretum eſſe Epiſcopatu ac ſimul Lugdunenſi Canonicatu: quaſi talis
eſſet tunc mos & conſuetudo in Eccleſia: quæ alioqui noſtris ſeculis abrogata eſt: quando-
quidem ſi quis Canonicus ad Epiſcopatum promoueatur, ei neceſſe ſit hodie titulo Cano-
nicæ renunciare, velut de facto vacantis: vnde præbenda in ſolitis prouentibus ad fratres
Canonicos ſuperſtites diſtribuenda venit. Lege Num. C. §. 2.

13. Bis Canonicus. Eodem die, anno incerto, Petrus Athanulphi Canonicus Lugdunenſis, & Cantor Rhe-
menſis, dedit Eccleſiæ Lugdunenſi ſepties viginti & decem libras Viennenſ. pro Anniuer-
ſario ſuo, quod incorporatum fuit ſuper conquerementum *de Fōtanis*. Pingi fecit totum Ec-
cleſiæ Letrinum ab vtroque latere: vnde ſoluit ter 20. libras Viennenſ. Ac fieri curauit in
eadem Eccleſia quatuordecim vitreas albas. Ex quo veteri diſcurſu mox è tenebris palam
erepto, conſtat quòd vſus antiquus eidem Clerico ſinebat officium perſonale ſeu præben-
dam in diſſitis duabus Eccleſiis Cathedralibus poſſidere: quod nunc ſanè vix permiſſum
conſpicitur.

Ad XVIII. Kalend. Octobr. obiit Hugo de S. Annemundo miles, qui S. Stephano imper-
14. Dec. titus eſt ea quæ obtinebat apud *Champagnieu*, pro Anniuerſario ſuo. Obiit quoque Hugo de
Turre Seneſchallus Lugdunium. Item 11. Kalend. Iun. Anniuerſar. Ioannis de Marziaco
15. Epiſcop. ſenioris Decani. Et 11. Idus Iulij Anniuerſ. Stephani de Rochetal. Decani. Kalend. Nouem-
bris obiit R. Guido Epiſcopus Gebennenſis, & Can. S. Stephani: qui ad Tabulam confi-
ciendam dedit centum ſolidos Gebennenſis monetæ. Hæſitamus verò an volumen M. S.
breuiato nomine per *Can.* intelligat Guidonem extitiſſe Lugduni Canonicum duntaxat, an
etiam Cantorem dignitatis notam. De reliquo, patet quòd iſte vir non deſtitit à Canonia
poſſidenda cum ſuo Epiſcopatu. De quibus iam Artic. 12. Sic autem pariter ſcriptum. *III.*
Decan. *Id. Octobr. obiit Beraudus de Sura Can. Lugdun.* & Gladinus Decanus bonæ memoriæ, qui dedit
B. Stephano Eccleſiam de Villars cum cemeter. & decimis.

16. Decan. & Camerar. IV. Nonas Nouembris, ſeu die 2. menſis, obiit venerab. & diſcretus vir D. Henricus de
Rupeforti, bonæ memoriæ Decanus [b] huius Eccleſ. & Doctor Decretorum: qui Anniuer- [b] In Reper-
ſarium ſuum ſuper domum ſuam in Clauſtro, & ſup. pratum ſuum apud Anſam reliquit torio Anniuerſ. fol. 16.
librandum. Atque ad 8. Idus, Pontius de Rochefort, qui dedit in opus maioris Eccleſiæ.
Sed & eodem pede, Idibus Iunij obiit Falco de Rochefort Leuita Camerarius Lugdunenſ.
qui reliquit maiori Eccleſiæ ſepties 20. libras Viennenſ. in Anniuerſarium ſuum ponendas,
& totidem libras in conquerementa pro vno refectorio annuatim in feſto B. Catharinæ,
atque alias ſepties 20. libras Viennenſ. in conquerementa pro Anniuerſario Girardi fra-
tris ſui.

17. Canonic. III. Non. menſis obiit Guigo Canonicus bonæ mem. qui dedit B. Steph. tres libros. Itém-
que venerab. D. Guichardus *d'Allant* Com. Lugduni: qui legauit Eccleſ. Lugdun. centum
florenos auri pro Anniuerſ. ſuo. Eod. die obiit Alnulphus de Colongiis, miles: & Vuilel-
18. Decan. & Præcentor. mus Lugdunenſ. Decanus, filius eius. Acquiſiuit Anniuerſarium incorporatum in Obedien-
tia de Charnay. Item obiit Guido de Thierno Eccleſiæ Lugd. Præcentor ac Sacerdos: qui
reliquit 200. libras Vienn. in eadem Eccl. ponendas perpetuò pro anima ſua; miſſæque ſunt
in conquerementa facto à Dom. Ioan. de Yarenis Can. Lugdun. apud Yconium.

19. Canonic. VI. Idus Nouemb. ſeu die 8. menſis, obiit Berno de Saconins Subdiaconus, qui pro annuali ſuo faciendo impertitus eſt 60. libras, conſignatas apud *Socen* in Grangia Berardi de Piſais. Ac Stephanus de Chandiaco Canonicus Subdiaconus, qui reliquit S. Stephano vnum Anniuerſarium ſupra domum ſuam. Et obiit Guichardus de Sathenay Can. Lugd.

20. Archidiac. V. vel VIII. Idus menſis obiit Stephanus Lugdunenſis Eccleſiæ Archidiaconus bonæ recordationis, qui memoriale reliquit B. Stephano, nimirum Bibliothecam vnam ampliſſimam, eccleſiaſticam hiſtoriam ab Euſebio tranſlatam, librum paſſionalem, cum quibuſdam ſermonibus, &c. Pallium vnum optimum, Cappam pretioſiſſimam cum aurifriſio, Dalmaticam aptiſsimam ex eadem materia, Stolas duas, Manipulos totidem. In Obedientia S. Laurentij vltra Rhodanum acquiſiuit.

21. Canon. Circa Nonas Decembris, ſeu die 5. eiuſdem menſis, obiit Fulco de Giuort, Canonicus & Leuita: qui dedit S. Stephano 180. libras pro tribus Anniuerſariis faciendis. Itémque Durannus Sacerdos & Canonicus, qui dedit S. Stephano 100. ſolidos & 7. libros. Alii ſub Nonis Nouemb.

22. Camer & Miles. Ac denique V. Idus menſis (alij dicunt Iunij) obiit Theotardus de Roanneis Camerarius Lugdun. qui tradidit S. Stephano 10. vncias auri; & 10. Marchas argenti, ac fecit argenteam aquilam. Itémque obiit nobilis D. Henricus de Monte-acuto, qui miles multùm diligenter laborauit circa expeditionem villæ Anſæ, *quam tenebant* (inſit locus) *inimici Regni Franciæ occupatam.* Necnon expendit 20. Marchas argenti pro acquirenda Eccleſia de Sandrehens. Reliquos paucos miſſos facio y. y Ad 5. & 14. Kalend. Iul. &c.

Sub hunc verò finem ad Henricum I. vno verbo regreſſuri, monemus quòd in Chronico Matiſcenſi liquet Pontium II. ibidem Epiſcopum XLV. extitiſſe quondam præmiſſæ Villariorum ſobolis, & vnâ annorum centuriâ cum ſemiſſe iſto antiquiorem floruiſſe.

CII. *Paragraphus* 1.

Ann. 1301. finali. LVDOVICVS I. cognomine *de Villars*, primùm fortaſsis Epiſcopus 53. Valentinenſis Galliæ, ſi diaria cohæreant, deinde patruo Henrico I. Lugduni ſucceſsit anno M. CCCI. menſe Septembri, ex Archiuis: quem delegit ac confirmauit Bonifacius Papa VIII. & conſecrationem miſit anno ſequenti celebrandam in Archiepiſcopatu Lugdunenſi: appáretque ſolenni tunc ritu conſecratus per vnctas manus Archiepiſcopi Viennenſis, Epiſcopi Matiſconenſis & aliorum. Hæc tutior perhibetur ſententia de tempore ſui ingreſſus & annexis circunſtantiis. Pro cuius Ludouici geſtis quinque V. Præcipua dicendorum capita. præcipua rerum genera ordine chronologico excurrimus. Imprimis, anno M. CCCIII. Carmelitis Religioſis facultatem conceſsit, vt cœnobiticam domum in vrbe conſtruant: I. de Carmelo. tametſi iam antea eam poteſtatem à Capitulo accepiſſent, Guidone Decano, anno 1291. Conſtat ex ſacris Carmelitarum Lugdunenſium ſcriniis, nobis à R. Roberto Berthelot ex-1303. porrectis, Doctore Theologo Pariſienſi commilitone, Epiſcopo Damaſceno, Suffraganeo Lugdunenſi Carmelita. Secundò; Eccleſiam Lugdunenſem ſanctis Apoſtolis primùm ſacratam, deinde ſancto Nicetio quondam Archipræſuli, & adhuc ad ſuos vſque dies parœcialem duntaxat, ipſe instituit Collegiatam ſeu Canonialem, quæ ſimul veterem curam fi-2. Ocparœciali Eccleſia S. Nicetij erecta in Collegialem. delis parœci atque paſtoris retineret ſibi continuam. En efficacia primi fundatoris verba, mox è loci Gazophylacio pertracta, & à nobis prudenter optata vt hîc inſerantur. *Ludouicus miſeratione diuin. primæ Lugdunenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus*, (ait typus M.S.) *Cùm actus hominum vetuſtas deleat, eorúmque mentes paulatim ſubtrahat obliuio, condecens eſt ea quæ de nouo fundantur firmis radicib. roborari; &c. Cùm igitur per ſcripturam antiquam didicerimus Sedem Metropolitanam noſtræ Eccleſiæ Lugdun. in noſtra S. Nicetij Lugdun. retroactis temporib. extitiſſe, multáque corpora Sanctorum prædeceſſorum noſtrorum ibidem requieſcere: nos ad laudem Dei & Petri Apoſtoli, ſanctíque Nicetij & aliorum Sanctorum in dicta Eccleſia quieſcentium, cultum diuinum ibid. augeri cupientes, in hoc bonæ memoriæ D. Rodulphi a prædeceſſoris noſtri veſtigiis inhærentes, qui infraſcripta facere propoſuerat, ſed morte præuentus non potuit, ordinamus dictam Eccleſiam S. Nicetij, quæ ad nos pertinet pleno iure, in perpetuum Conuentualem eſſe: vbi per nos & noſtros ſucceſſores creantur & inſtituuntur ſexdecim Canonici, ac conferantur per nos & noſtros ſucceſſ.* a Nu. 93. 1285. Vnum Diploma Inſtitutionis. *&c. Primos Canonicos creamus in dicta Eccleſia, videlicet Curatum ipſius* (qui nunc eſt) *Petrum de Chalone, &c. Sit vnus Sacriſta maior inter cæteros, & Caput Capituli, & qui curam animarum regiménque ipſius Eccleſiæ ſeu Canonicorum ac aliorum qui ibid. deſeruiunt, habeat: necnon tota familia dictarum Canonicorum & Capituli dictæ Eccleſiæ eadem immunitate gaudeat, qua gaudent*

noſtri

noſtri Canonici Lugdunen. in perſonis, rebus, & familia eorundem, &c. quando literæ Canonicorum fuerint ſigillandæ, pro ſigillo noſtro & ſucceſſorum noſtr. ac Officialatus noſtri Lugdun. nihil omnino dare teneantur, &c. In cuius rei teſtimon. Bullam noſtr. atque Sigillum Officialatus Curiæ noſtræ præſentib. duximus apponendum. Datum Riergiis [b] *die Veneris ante Ramos Palmar. An. M. CCCV.*

b Vulgò, Riotiers.

1305. His peractis, quia nobiles Canonici Cathedrales vnum corpus tunc efficiebant cum ſuo Archiepiſcopo, eorum zelus facilè paſſus non eſt Archipræſulem ſolitarium eſſe circa religioſam eiuſmodi fundationem: ſed aduerterunt ſe eſſe nectendos pari charitatis ardore in illo pio opere. Propterea vno ſimul ore & valde propenſa in Deum & Sanctos voluntate hęc edixerunt; quaſi ea quæ ſuperiùs dicta ſunt ratificantes. *Ludouicus Archiepiſcopus, Gulelmus Decanus & Capitulum Eccleſiæ Lugdunenſis, prauidentes quòd Eccleſia S. Nicetij, quæ olim Cathedralis extitit, & in qua plurium Sanctorum coruſcantib. miraculis corpora requieſcunt, &c. ordinamus dictam Eccleſiam S. Nicetij fore Collegiatam & Collegij Canonicorum ſecularium munificentia decoratam, ſexdecim Canonicos ſeculares ibidem præbendas habentes, &c. Sacriſta nominatus curam habens animarum, dignitas ſiue perſonatus erit, eſt, & habebitur. Alter verò de Canonicis Magiſter Chori eſt: & erit Officium, non perſonatus* [c], *&c. Volumus tam nos Archiepiſcopus quàm Decanus & Capitulum Lugdunenſe, quòd Archidiaconus Lugdunenſis perpetuò cenſeatur poſt nos Archiepiſcopum & ſucceſſores noſtros maior Canonicus Eccleſiæ S. Nicetij: tamen in eadem Eccleſia nihil percipere debeat* [d], *niſi ſolùm quòd conferat nomine Capituli Lugdunenſis tres Canonicatus, ſcilicet Canonicum & officium Magiſterij, quod nunc tenet vir diſcretus Petrus de Chalone Officialis Lugdunenſis, &c. Decanus verò nomine Capituli præbendas & Canonicatus duos, &c. Item quòd poſt fidelitatem quam Domino Archiepiſcopo facere tenentur Canonici S. Nicetij, fidelitatem quoque Archidiacono facere teneantur nomine Capituli & Eccl. Lugdunenſis, omni dilatione poſtpoſita, & iurare quòd contra Capitulum Lugdunenſe non erunt, &c. dictúſque Archidiaconus & ſucceſſores iurare debent dictis Sacriſtæ & Capitulo dictæ Eccleſiæ S. Nicetij, quòd erga ipſos*

1307. *fideliter ſe habebit. Datum an. M.CCCVII. in Octauis Purificationis B. Mariæ.* Addit & exemplar M. S. Eccleſiæ Monialium S. Petri, ſeu vetus ſatis proceſſus earum aduerſus Canonicos S. Nicetij, quòd iidem Canonici Nicetiani *ſe congregare & Capitulum tenere non poſſunt ſine præfati Archidiaconi licentia* primæ ac maioris Eccleſiæ. Conſcriptus proceſſus, vnde hæc eruuntur, fusè citatur Num. XLIII. [e] Ex primariis verò teſtibus obiter hoc vnum aduertendum ſignificatur, nempe quòd ad Petrum de Chalone attinet, Officialem quondam Lugduni ex eodem textu, ac primum Sacriſtam præfatæ Eccleſiæ: ſcito noſtra quoque ætate Lugduni floruiſſe Antonium Emanuelem Chalon Foreſianum, Iuris vtriuſque Candidatum, pariter Sacriſtam eiuſdem Baſilicæ, in Græcis apprimè verſatum, Vicarium generalem RR. Archiflaminum Pinacij ac vtriuſque Belieurij, Primatiæ Officialem, & Regium in Lugdunenſi Præfectura Conſiliarium; fortaſſis conſanguineum de latere deſcendentium præfati Petri térque quatérque propatrui: tum nobis haud vulgari amicitia iunctum dum viueret [g], partim velut affinem meo conſanguineo ſeu patruo Foreſio, vnde mihi ſuas quandoque vices ipſe infirmus conferre inter Pinacij manus cupierat [h].

Alterum Diploma.

Chalon I. ibi Sacriſta.

Alius Chalon illic hodie.

c Mox appellatur Cantor.

d Id eſt, ſit Canonicus honoris, & habet ſupetius ſtallum in Choro. Alia Parad. 2.c.57.58.

e §.5.6.

g obiit an. 1612.

h Vicariatum, an. 1596 ſi tunc ſtallum habuiſſem Lugduni, poſtea occurrens an. 1601.

Paragraphus 2.

3. Caput.

EX illis ſpiritualibus ſeu eccleſiaſticis ad temporalia deſcendamus eiuſdem Baſilicæ. Tertio igitur loco ipſe Antiſtes Ludouicus authenticum memorandúmque fœdus percuſſit cum Rege Francorum Philippo quarto, cognomine Pulchro. Etenim Rex Chriſtianiſſimus expetebat [i] temporalem ciuitatis Lugdunenſis iuriſdictionem atque prouinciæ ſibi aſſiſcere, quaſi eandem arctiùs Sceptro vincire niteretur, quàm præſtare cœpiſſet auus ſanctus Ludouicus [i]: etſi Philippus III. pater eandem ſiuiſſet Archiepiſcopo Petro Tarentaſienſi. Igitur Philippus ipſe quartus, ex vna parte, inſpexit ſuperiorem Eccleſiæ Lugdunenſis ſtatum, penes quam fuerat patriæ principatus à temporibus Conradi [k] ac Frederici [l] Regum Burgundiæ, pariter Lugdunenſium: qui quidem iſta ſua iura pene tota eidem Eccleſiæ tranſtulerant, retenta ſimplici fide hominij. Siquidem Philippus patriam ad Franciæ Sceptrum reduxit feliciter, è quo Gallicani Chronologi ipſam credunt profluxiſſe, antequam præfati Imperatores, aut ſimiles alienigenæ regionem extorquere conarentur ex vetuſtiori ſua matrice. Quod longiùs perueſtigare non eſt breuis huius Proloquij. Ex altera parte, contemplatus eſt idem Philippus prærogatiuam Comitatus, quam Guigo Forenſis dudum eidem Eccleſiæ ex commutatione contulerat [m], ſiue additam Regi Burgundo, ſiue non. Et inſuper vidit ſe ac duos prædeceſſores ſuos Franciæ Reges iam receptos Regno Burgundionum in ſucceſſionem gentis Frederici. Propteréaque mixtum regimen introducere

Philippi 4. Regis contractus cum Eccleſia Lugdunenſi.

i Rubizius lib.3.c.37. & 38

k Nu. 64.

l Nu. 79.

m De quo Nu.81 §.1.

peropta

Confirmauit Comitatum Lugdunenſem ipſi Eccleſiæ.

peroptauit: hoc eſt, Comitatum adſcripſit denuo tantæ Eccleſiæ: ſed temporale ius fori ad ſe trahere non dubitauit, dum Archiepiſcopus auxilium ab eo poſtularet aduerſus inſultantes. Summa ergo Tranſactionis hæc eſt, ad medium. *Nos volentes ipſam Eccleſiam Lugdunenſem frui prædicti Comitatus honore, & dignitatem huiuſmodi latiorib. terminis ampliari: Dilectis & fidelib. noſtris Ludouico Archiepiſcopo, & ipſi Eccleſiæ tenore præſentium concedimus gratioſè, quòd Ciuitatem Lugdunenſem, necnon Caſtra, villas, feuda, retrofeuda, terras, poſſeſſiones & iura quæcunque ſub Eccleſiæ iuriſdictione ſeu Baronia exiſtentes aut exiſtentia, omnémque temporalitatem ſuam perpetuò in Comitatum habeat Lugdunenſem, & ſub titulo habeat dignitatis & prærogatiuæ ſpecialis Comitatus ac Baroniæ, &c. Sicque volumus Comitatum Lugdunenſem perpetuò appellari, ac deinceps ſub Priuilegiis & honorib. Comitatus & Baroniæ perpetuò futuris temporib. cenſeatur, & iure Regio in omnib. perfruatur, &c. Item conſequenter telonea, monetas, feoda, retrofeuda, cenſus, ſeruitia, nundinas, immunitates, & alia cuiuſcunque ſpeciei per Archiepiſcopos, qui pro tempore fuerint, Capitulum & Eccleſiam Lugdun. coniunctim vel diuiſim quæſita laudamus & concedimus gratioſè* [n], *&c.* Quam publicam ſcripturam vulgò Philippinam appellant. Et ſanè illo textu Rex excellentiùs aut clariùs Comitatum tradit Eccleſiæ Lugdunenſi, quàm nacta id fuiſſet initio: attamen cum ſolo primæ litis iudicio. Nam forenſes appellationum lites ad regiam omnino Curiam exinde concepit deuolutas: hoc eſt, ad Principis ſummi Parlamentum, tunc nuncupatum vulgò deambulatorium, bis in anno celebrari ſolitum [o], vbicunque Galliæ Rex eſſet aut teneri præciperet; veluti ex vſu patuit. Ac perinde ſupremum eiuſdem Lugdunenſis Comitatus dominatum ad ſe perlexit duntaxat [p], vti ex poſtrema ſuæ Philippinæ periodo liquet, & indicat, quando concludit, *Saluo in aliis rebus iure noſtro, & in omnibus quolibet alieno. Datum Pontiſaræ* [q], *anno M.CCCVII.* [r] Quartum caput, [s] continuò quidem ferè ad præcedentia, ſed alterius materiæ, eſt quòd in eadem Priuilegij Charta Philippus conceſſit Regalia, inſuper, Eccleſiæ Eduenſis & Monaſterij Sauigniaci dominium cũ iure regio inter ſpeciales gratias à prædeceſſoribus Francorum Regibus factas prædictis Archiepiſcopo & Eccleſiæ Lugdunenſi. In cuius gratiam anno cit. M.CCC.VII. non nulla recognouit Bellijocenſis Dynaſta ſub iſta periodo: *Nos Guichardus Dominus Bellijoci confitemur eſſe vaſſallum D. Archiepiſcopi Lugdun. & Eccleſiæ, propter villas de Maximiaco, de Chalemonte, & eorum territorius. Præſentibus Humberto & Guilelmo de Bellijoco, &c.* Eſt verò Guichardus V. de quo ac de teſtibus ſuis fratribus nos ſuprà Nu. 90. generatione 16. §. 3. [ſ] Ludouicus autem Archiantiſtes eadem ſolari reuolutione ad 4. Idus Iulij naturæ debitum ſoluit, ex Homiliario & Archiuis.

Sed ſibi iuriſdictionem fori attribuit.

Ac ſupremum dominatum.

4. Caput.

1307.

Regalia & homagium.

[n] Cætera integra apud Renatum Choppinum in ſacra Politia lib. 2. tit. Nu. 11.

[o] in vere & autumno. Factum ſtationarium Pariſiis ann. 1315.

[p] Scilicet, cũ ſimplici hominij fide.

[q] *Pontoiſe.*

[r] Menſe Septembri. Id legimus in Archiuis, præterquam in Papad. & Choppino.

[ſ] de his Nu. 84. §. 1.

Paragraphus 5.

5. Caput.

QVinta & vltima dicendorum ordinatio eſt de veteri forma iuramenti, quam præſtabant tum ſinguli Archiepiſcopi in Capitulo, tum Canonici coram Archiepiſcopo in legitima ac ſolita cuiuſuis receptione. Eo in ciuili ſacramento fit mentio ſolennis Contractus inter Beraldum Archipræſulem & Capitulantes ſuprà initi [t] operâ duorum Cardinalium ibi recenſitorum ſub anno 1290. ea lege vt quotannis in generali Capitulo coram omnibus ex lectione id ſemel renouaretur. Vnde, reor, ventum eſt, vt deinceps eius meminiſſe voluerint in Canonialium receptionum formulis, ſiue inchoata ſit illa iuramenti forma in Henrico I. Beraldi ſucceſſore pro receptionibus, ſiue in ſubſecuta Ludouici iſtius Archipræſulis conſecratione. Saltem iuramentum hic ſub Ludouico primùm deſcribimus: quo ferè ordine eam chartulam in Archiuis deprehendimus. Taléque eſt ſeminarium futurorum. *Audite Canonici ſancti Stephani* (ait quicunque Archiflamen) *qui impræſentiarum prætitulati & prætitulandi huic noſtræ Eccl. Lugd. eſtis; Eccleſiæ terras cum appenditiis quæ præſentialiter tenetis, ac deinceps Deo donante tenebitis, non tollam de veſtra communi poſſeſſione, me ſciente; Abbatias Canonicales, quas nũc Canonici tenent, laïcis non dabo, neque viduas relinquam, &c. Præcepta Regum & Apoſtolicorum, ſeu iſtius Eccleſiæ priuilegia de manſionib. & Clauſtra ſecundum meum poſſe cuſtodiam. Malas conſuetudines noſtris terris & Eccleſiis impoſitas iniuſtè, vbi potero, Deo iuuante, auferam, & ego non imponam, nec imponere ſinam. Eccleſias & terras de noſtra communi poſſeſſione ablatas veſtræ menſæ reſtituam, præiudicium nec violentiam veſtrorum corporum, ſiue poſſeſſionum, nulli veſtrũm faciam, &c. Neminem vob. ad Canonicalem ſocietatem conſtituam, niſi quem ſententia veſtri Capituli ſine malo ingenio elegerit, &c. Theſaurum Eccleſiæ noſtræ, quem nunc poſſidet & in poſterum acquiſierit, nullo modo auferam, &c. Terras Canonicorum & Monachorum iſtius Eccleſiæ* [u] *non tollam, &c.* Ex quo minimè eliciendum, quòd Eccleſia Lugdunenſis in ſuo gremio & Choro Monachos vnquam admiſerit aut ſuſtulerit; ſed quòd monachales Conuentus

Iuramentum Archiepiſcoporum in receptione.

Nullus Monachatus Canonicorum.

[t] Nu. 91. §. 1.

[u] Nu. 108. & Nu. 109.

tus per vniuerſam diſperſi prouinciam hinc doceantur adſtricti Eccleſiæ Lugdunenſi vi etiam Iuramentorum Abbatum pridem à nobis expreſſorum, veluti comprobat forma paulò latior & explicatior Iuramenti Archipræſulis Hippolyti Cardinalis Aſtenſis ad hodiernum vſque diem retenta hiſce notis: *Terras Canonicorum & Monachor. ac Monialium iſti Eccleſiæ adiacentium* (id eſt, ſubditorum) *non tollam vt perdant, &c.* Deinde ſic pergunt reliquæ ipſius Iuramenti partes, cùm antiquę tum hodiernæ. *Item in toto Archiepiſc. Lugd. nullum Caſtel. conſtruã, niſi per commune & vtile conſilium iſtius Capituli, niſi propter acquiſitionem illius mei Caſtelli, &c. Perſonas veſtras, incorporatorum & Clericorum B. Steph. & Eccl. Lugd. & vobis ſeruientes à violentiis ac iniuriis vbique pro poſſe meo defendam, &c. Priuilegia, libertates, immunitates & iuriſdictionem Clauſtri noſtri Lugd. pertinentiarum, perſonarum, Canonicorum & Clericorum dictæ Eccl. ac familiarium veſtrorum inuiolabiter obſeruabo & ſeruari faciam. Permutationem olim factam inter D. Gui-*

Renouatio Contractuũ.

chardum Archiepiſc.[x] *& Eccl. Lugdun. ac Guigonem Comitem Forenſem: & Compoſitionem ſeu ordinationem factam inter Berandum Archiep. Lugdun.*[y] *& veſtrum Capitulum per RR. Dominos Girardum Epiſcopum Sabinenſem, & Benedictum S. Nicolai in carcere Iuliano Diaconum Cardinalem inuiolabiter obſeruabo. Hæc omnia in hoc pergameno adnotata vobis Canonicis veſtriſque ſucceſſorib. attendam & ſeruabò. Sic me Deus adiuuet; & hæc ſancta Dei Euangelia.* Hoc ſacramenti genus ineſt libro M. S. cui titulus eſt *De fundatione Primatialis Eccleſiæ Lugdunenſis*, equidem opera vetuſti & ſtudioſi Comitis antiquiora colligentis[z]. Sed ego alium prætetea Iuramenti Archipręſulis ſtilum lego in diſtincto libello[a] etiam antiquo præfatæ Eccleſ. equidem ſatis æqualem aut pene eũdem cum præmiſſo quoad ſubſtantiam, at profectò cõpactum, ſub diſcrepantibus paulò verborum formulis. Maximè ſaltem illic adiicitur triplex breuis periodus ſeu trina iuſiurandi materia à ſuperioribus differens, cõfeſtim poſt allatam recordationẽ tuẽdæ Compoſitionis inter Beraudum & Cardinales celebratam. Qualia tria additamenta vix

x Nu. 85. cit. §. 1.
y Nu. 100. cit.
z fol. 23.
a fol. 99.

Additiones ad iuramentum.

deſpicienda, quin meritò inſerenda, ſunt eiuſmodi. *Compoſitionem vltimò factam inter bonæ memoria Dom. Philip. Reg. Franc.*[b] *& Eccl. Lugd. item Conſtitutionem Dom. Gregor. Papæ*[c] *& Statutum de edito Canonicorum numero*[d] *ac ſtatuta alia & conſuetudines Eccl. Lugd. inuiolabiliter obſeruabo, &c.* Quod equidem poſtremum iuramenti Archiepiſcopalis additamẽtum, reſpectu numeri Canonicorum, verè nondum tũc legebatur ſub iſto Ludouico I. quia certus ille numerus anno tardiore in legem abiit, nimirum ſub Petro 3. ſucceſſore proximo[e] Archipræſule, à quo tempore & vltrà id duntaxat legi cœpit. Attamen eiuſmodi formulam nos huc maturiùs eodem ſimul calami ductu transferendam putauimus, & vnà cum ſuperioribus iurandi partibus, licèt paulò altiùs. Totum autem præfatum genus fidepræſtitæ eſt tanquam mutuum ius honeſtatis vtrinque, debitique adinuicem officio in ipſo Capitulo. Quale iuramentum aut pene ſimile ex munere præferunt Reges Catholici & chriſtianiſſimi coram Statibus ſeu generalibus Comitiis ſui Regni, in ſua potiſſimùm inauguratione præſentibus. Et inde reciprocũ ex analogia iuramentum præſtabant priſci Canonici, in verbis præfato reſpondens, perpaucis è ſtilo mutatis. Qui ritus ad hanc vſque diem obſeruatur, veluti in poſtremo Archipræſule R. Dionyſio ad calcem perſpicietis[f].

b hic §. 2.
c Nu. 92. §. 2. princ.
d Nu. 89. §. 3. & inferiùs.
e 103. § 3.
f Nu. vlt.

Iuramentum conſueis Canonici.

Iuramenta Abbatum Eccleſiæ Lugdunenſi adſtrictorum.

Nunc verò ſequitur alia generalis forma & exemplar antiqui Iuramenti maioris neceſſitatis, quæ formula mox perhibetur fuiſſe in feriorum erga verè ſuperiores, hoc eſt, Abbatum, Diœceſeos pendentium ex Primatiali Eccleſia, in eodem libri folio reperta. *Ego N. Monaſtery N. Abbas, &c. promitto, & in conſpectu omnipotentis Dei, atque totius Eccleſiæ, quòd ab hac hora in antea, fidelis & obediens ero perpetuò B. Stephano, ſanctæq; Lugdun. Eccleſiæ, & vobis Domino meo N. diuinâ gratiâ eiuſd. Eccleſ. Lugdunenſis Archiepiſcopo, veſtriſque ſucceſſorib. canonicè intrantib. prout eſt à ſanctis Patrib. inſtitutum, & à meis prædeceſſorib. obſeruatum, ac Romanorum Pontificum commendat authoritas. Non ero in conſilio & conſenſu vel in facto, vt vitam perdatis vel membrum, aut capiamini mala captione. Conſilium quod mihi per vos, aut per literas aut per nuncios credituri eſtis, aut damnum veſtrum, me ſciente, nulli pandam. Vocatus ad Synodum veniam, niſi præpeditus fuero canonica præpeditione. Vos quoque atque nuntios veſtros & Eccleſiæ Lugdun. quos certos eſſe cognouero, ineundo, ſtando & redeundo honorificè tractabo, & in ſuis negotiis ac neceſſitatib. adiuuabo. Poſſeſſiones verò ad mei Monaſtery menſam pertinentes non vendam, nec dabo, vel aliquo modo contra ius ſeu conſuetudinem dicti Monaſtery mei alienabo, vobis vel veſtris ſucceſſor. inconſultis. Sic me Deus adiuuet, & hæc ſancta Dei Euangelia.* Suffecerit hæc formula in præſenti.

CIII. *Paragraphus* 1.

PETRVS III. cognomine *de Sabaudia* collocatur hoc Archipræſulum ordine, & ſub delibata Principum familia ex Lugdunenſis Eccleſiæ Archiuis. Qui vir credetetur filius ſextus Thomæ tertij Sabaudiæ Comitis, ſi inhærendum foret hiſtoricis de ea hactenus familia ſcriptoribus. Nam alioqui nullus reperitur ipſius in illa ſurculus ex integrata fortè Claudij Paradini de his genealogia, qui ſit huius nomenclaturæ. Veruntamen ſic opinando, eiuſmodi vir altiùs deprehēditur ſtatuendus, quàm ferant edita Chronica. Quippe eſſet frater annoſior Philippi de Sabaudia dudum ſuprà Archipræſulis Num. LXXXIIX. In Paradino autem legitur * Petrus Comes ſextus occumbens laïcus an. 1268. qui eſto ſextus iſte filius Thomæ: & quem lubens traherem ad præſentem Archiepiſcopum, ſi conſtare poſſet eum diutiùs ad hos vſque dies ſuperuixiſſe, & ſe ad Clerum tandem deuouiſſe. Quo deficiente argumento: ſanè Petrus de quo nunc, probabiliore rationum motu cenſeretur filius Amedei IV. cognomine Magni, Comitis VIII. Sabaudiæ frater minor Eduardi ac Amedei V. viciſſim Comitum z: etſi hunc natum prætereant cæteri Chronologi. Etenim vrget Eccleſiæ Primatus matricula, pro viri ſaltem enritate ac dignitate. Et talis rurſus poſitio hiſce annis ritè competit. Quidquid ſit: vnus Petrus de Sabaudia Sedem Lugd. poſt Ludouicum Villarium ex Gazophylacio conſequutus eſt an. 1308. menſe Decembri, ex Archiuis Eccleſiæ Lugdunēſis: & anno ſequente inauguratus legitur ibidem Archiepiſcopus. Abſtinuit tamen à promotione ad venerabile Sacerdotium, vt pote Diaconatu fortè contentus, ſpe redeundi ad ſeculum & primogenituram ſuprēmorū Comitum. Quod & is proximus tandem conſecutus eſt ordine ſucceſſionis, non ſine Pontificis maximi venia. Quin etiam, ſeclusus ab Eccl. vxorem duxit: at obiit demū, nullis obtentis liberis. Pendente verò ſua Lugd. Cathedra, aut quandiu hanc poſſedit: ei atq; Sedi Lugd. ſeptem ad minus inſignia geſta obuenêre. Primū eſt de quodam generali Capitulo Lugdun. in quo aderant quinquaginta octo Canonici ſuffragātes: hoc eſt, pauciores quàm viſi ſint antea: quia ex Nu. 92 a circa annū ſalut. 1245. numerabantur ſeptuagintà quatuor, pluſquā nobiles & per Magnates Franciæ genitos: omnes tunc etiam incerti aut ad incrementa plerunq; vergentes honoris gratiâ, ob frequētes Principum in Capitulo fortè petitiones. En catalogus, anno præfat o 308. primo Sedis eiuſdem Petri. *Venerabilis in Chriſto Pater Dom. Bertrand. de Monte-fauentio Cardinalis, Stephanus de Balma Decanus, Theobaldus de Vaſſaliaco Archidiaconus, Ioann. de Varennis Præcentor, Guilelmus de Sura Cantor, Ioan. de Villariis Camerarius, Ludouic. de Vaſſaliaco Sacriſta, Hugo de Monte-lupello Cuſtos, Guilel. de Bellijoco Præpoſitus Fornerij in Eccl. Lugd. Item Iacob. de Candiaco, Hugo de Marzaco, Aymo de Sabaudia, Philip. de Laya, Guido de Franchelins*, Ioa. de Marzaco ſenior, Io. de Suyriaco. Io. de Caſtellario, Guil. de Vaſſaliaco, Guiffr. de Montaigniaco, Gaufridi de Balma, Hugo de Corgerō, P. de Salurnay, Henr. de Rupeforti, I. de Lorgo. Pe. de S. Symphor. Aymo de Saraualle, Laucard. de Solugniaco, Percenall. de Palud. Drodo de Vallib. Fr. Dom. Guid. de Grolea, I. de Marziaco iunior, Henr. de Villariis, Guliel. de Telis, Ludou. de Proprieriis, Lud. de S. Laurent. Aymo de Yllins, Filius Dom. P. de Moyriaco, Dom. G. de Claromonte Decan. Vien. Dom. Thom. de Sabaud. Raynald. filius Comitis Forenſis, Amedeus Fr. Comitis Geben. Humbert. de Bellijoco, Gul. de Roſſilione, Dom. Franc. de Guyotan, Dom. Amphulſus de Yſpania, filius Dom. de Camera, Filius Dom. de Montebello, quidam Petr. Vaſco, Aymarus de Ancone, &c.* En præciſè quinquaginta Canonici. Alios octo ſuperſtites pro cōplendo 58. prætetimus, omnes ex lib. MS. de fundatione Primatialis Eccl. Lugdun b. Annus autem tantæ Congregationis probatur fuiſſe, 1308. ad ſummum, vel biēnio infrà, nec minus; adeóq; hanc narrationem iſtuc probè ſub Petr. III. ſpectaſſe, duplici de cauſa. Prior eſt, quia ibi, ſeu in priore chartula, Guilel. de Bellijoco inter Canonicos apponitur Prępoſitus: qui ſi conferatur cū ſeipſo ſedente in alia Capitulo, atq; prçſide alla vice, quale mox adſequetur c, vbi ponitur Eccl. Prçcentor, altior dignitate, an. 1322. ſanè cōcluditur quòd præſens Capitularis coitio anteceſſit multo tēpore, quam idcirco ordine etiam ſcripturæ præmittimus. Ratióq; eſt, quia Præpoſitura Baſilicæ Lugdun. eſt octaua ſeu vltima minórque dignitas in eadem Eccl. quod vel etiam ex pręmiſſa Capitulari tabella demonſtratur. Et Præcentor eſt quartus poſt Archiepiſcopum. Ob ídque neceſſum fuit, quòd idem Guilel. Bellijocenſis primùm adeptus ſit officium Præpoſiti: & deinde aliud excellentius conſcendendo occuparit, vacante pederentim loco. Quippe ordo eſt in iiſdem Eccleſiis, vt à minori ad maiorem perueniatur dignitatem, ex perſonæ meritis: non autem è contrà. Propterea cenſendum eſt, eam tam inſignem actionem emicuiſſe circa annum 1308. ſub Petro Archiepiſcopo

Anno 1308.

VII. Themata.

1.

Numerus Canonicorum Lugdunenſium tūc temporis.

Diſcuſsio anni. Diſcuſsio

* In Affinitatibus, pag. 592. 598.

z pag. 602. 604. 606.

a ſin. §. 4.

* Fundauit 12. Ian. 1341. ex Repertorio & obitu fol. 34. tunc Præpoſitus Fornerij. ib. Sed vide ne contradicat. Guilel. de Bellij.

b fol. 2.

c §. 4. huius Numeri.

piſcopo ſucceſſore Ludouici I. Etenim in Ludouico vidimus [d] Guilelmum & Humbertum Domus Bellijoci adſtitiſſe teſtes ſui conſanguinei in Archiepiſcopi præſentia. Qui certè duo viri egregij hìc celebrantur Canonici Lugdunenſes. De quibus nos ſuprà in eorum genealogia [e]. Poſterior finis allati hoc ordine & tempore catalogi eſt, quòd in illo perſpicimus Guilelmum de Sura tunc verè Cantorem Eccleſiæ, quando Lugduni ſedebant præfati Ludouicus I. & Petrus III. Sabaudianus Archipræſules. Quibus certè duobus succeſſit ipſe Guilelmus Suranus Cathedræ ſeſſor valde meritus.

d Nu 98. §. 2. fin.
e Num. 94. §. 3. geneal. 16.

Paragraphus. 2.

2. Thema.

ALterum compromiſſi genus ſub hoc tempus eſt de Collegialis Eccleſiæ approbatione in Baſilica S. Nicetij Lugdunenſis, ſuprà per Ludouicum I. inſtituta [f]. Etenim adeſt potior ſuprema Romani Pontificis confirmatio poſt fundationis quinquennium, quæ adhuc ſanè hìc deſiderabatur, velut ſub eodem Petro III. perſpecta. *Clemens Epiſcopus* (ait charta) *ſer. ſeruo. Dei, &c.* Sanè petitio pro parte *dilectorum filior. Sacriſtæ & Capituli Eccleſiæ* S. Nicetij *Lugdun. nobis nuper exhibita continebat, quòd bonæ memor. Ludouicus Archiepiſcopus Lugdunenſis cultum diuinum augere cupiens, voluit dictam Eccleſiam fore in perpetuum Collegiatam, &c.* Vbi poſtquam ſummatim recenſuit ea quæ de fundatione dicta leguntur, eandem ſuo calculo, vt breuitati ſtudeamus, ad plenum corroborat: tum ſic vniuerſum negotium clauſit: *Nulli ergo liceat hanc paginam noſtræ confirmationis & ſuppletionis infringere, vel auſu temerario contraire. Si quis autē hoc attentare præſumpſerit, indignationem Dei, &c. ſe nouerit incurſurum. Datum Auenioni quinto Idus May, Pontificatus noſtri an.* 7. Hoc eſt ſalutis an. 1312. Eſtque Clemens Papa V. Quo tempore aderat quoque medius in foro Eccleſiæ comprobator nobilis Burgundio [g] Ioannes de Senecey Canonicus Comes Eccleſiæ Lugdunenſis, Vicarius generalis in ſpiritualibus ac tēporalibus R. Petri III. Archiflaminis. De quo viro S. Iulianus vicinus, in Burg. antiquitatibus [h].

Papa confirmat Collegialem Eccleſiam S. Nicetij Lugdunen.

1312.

f §. 1. Nu. cit.
g inter Trenolchium & Cabilonem.
h ſub ann. 1316.

Paragraphus 3.

Præſentia Archiepiſcopi ad regiam coronationem.

HIc verò duplicem chronographicum errorem aduerte, Lector, quem paſſus eſt Iuriſcōſultus Ioan. Chenutius perpetraſſe in ſuis Lugdun. circa duos Henricos Villarios Archipræſules 90. & 95. ſecundum priorem noſtram typographiam, & ſuam vnicam: qui duo Præſules mox in iſta noſtra ſecunda editione occupant Num. 101. & 107. conſtituto præſenti Petro de Sabaudia his ferè medio 103. Imprimis ergo, Chenutius ſub Henric. Villario hæc adiicit [a] *D. de Ioinuille ſcripſit iſtum Henric. de Villars Archiep. Lugd. canonizationi S. Ludouici Regis.* At verò eiuſmodi celebritas canonizandi euenit Romæ anno ſal. 1298. per Bonifaciū Papā octauum [b], regnante in Gallijs Philippo 4. Pulchro, poſt reconciliatam ipſius cum Romano Pontifice de præteritis iurgijs amicitiam. Qui annus certè cadit directè in Henric. 1. Villarium, ideo beatificationi præſentem, non alium, biennio antequam mundo vale dixiſſet idem Henricus. Secundò, idem Chenutius in extremis ſuis additiunculis expetiuit quidē mendum reſarciendum: ſed quando id enixus eſt, in peiorem lapſum irruit [c]. Quippe, dum optaret illa geſta ad Henricum primum reuocaſſe, ſic loquitur. *Ioan. de Ioinuille ſcripſit hunc Archiepiſc. interfuiſſe coronationi S. Lud. Franc. Regis.* Tum ſubdit: *Hic delenda ead. verba, quæ tribuuntur Henr. 2. de Villarijs.* En Author non ampliùs mox fatur de S. Ludouici poſt mortem canonizatione, ſed de eodem iuuene viuente coronando ad regium ſceptrum. An autē id verè putauit dixiſſe, vel per homonymiam, ſanè nequiui libellū Ioinuillei reperire ac legere. Et abſurdū foret in meris hiſtoricis figuratas metonymias effingere, aſſumereq; coronationē Regis in cœlis beatificandi, non in terris, qui Princeps diu prius ex miraculis inter viuos agnitus fuerat in cœlos receptus. Verùm profectò ad literā, temporalis hæc & viſibilis inauguratio S. Ludouici ad Regnū accidit an. 1226. [d] tunc ſedente Lugdun. Raynaldo 2. Archiantiſtite 88. cuius partes fuerāt ad ſacrum regiū acceſſiſſe, & ad quem Præſulem Chenutius debuerat præſentiam referre. Tertiò, ſi is ac Ioinuillæus firmo pede velint regiam terrenam coronam concipere de aliquo Ludouico circa Villariorū tempora, profectò illa concipiatur oportet de ſacra Ludouici Hutini [e] vnctione, celebrata anno 1315. [f] Quo pacto & ſenſu Petrus de Sabaudia Archipræſul medius inter hos ambos Villarios, interfuit Actis iſtis Regijs. Atq; iſta cauſa fuit, cur æquiuocum iſtic rectiſſimè ſub Petro 3. dirimendum cenſuimus. Demùm aliò diuertentes, ad calcē iſtius Paragraphi hoc per appendicē tēpori multùm conforme adiicimus. *Die VI. Ian. an.* 1319. *obiit diſcretus D. Ioan. de Varenis prima Lugd. Ecc. Præcentor, Archidiaconúſque Belluenſ. in Eccl. Eduenſi, qui in Lugdunenſi iuxta Chorū ex parte aquæ benedictæ ſuam elegit ſepultur. Et legauit vnū Anniuerſ. generale ſingul. annis die obitus ſui, Canonicis incorporatis, aliiſque Sacerdotib. ac Clericis de trib. Choris S. Ioan. S. Steph. ac S. Crucis, &c. In Repertorio fol.* 33.

Controuerſa Chronologiæ, & quo Archiepiſcopo.

De Varen.

1319.

a pag. 49 extrema.
b Tillius in Chronicis.
c pag. 149.
d per Epiſc. Sueſſionen. Remis, in 12. anno, 1 Decembr. Alter Tillius in Originib. Franciæ pag. 111.
e filij Philippi 4.
f 20. Auguſt. Remis, Till. in Optimatib. pag. 114.

Paragraphus. 4.

3. Thema.

TErtia Appendix eſt de imminuto & deinceps fixo Canonicorum numero in prima Lugdunenſi Eccleſia, qui antea diuagabatur. Hunc ita ſtatuto deſcribunt ſuccedentes

pagellæ è citato de fundatione Baſilicæ libro. *Nos Stephanus Decanus & Capitulum primæ Lugdun. Eccleſ. omnibus in perpetuum, &c. Ne perfectum conditionis humanæ peccatis exigentib. ad* i fol. 1. 9.
eum noſcatur veniſſe defectum, vt rem in præſentia ſua geſtam cras aut permittat aut tradat obliuioni: neceſſe rem, cuius durare volumus memoriam, ſcripturæ teſtimonio commendare, quæ veritatem acceptam nullis patiatur diſpendiis perturbari. Eapropter huius ſcripturæ teſtimonio duximus commendandum, quòd nos in Capitulo noſtro generali ad ſonum campanæ more ſolito congregati, deliberatione diligenti & tractatu ſolenni inter nos & cum pluribus peritis præhabitis & diſcuſſis etiam valorib. redituum, prouentuum & obuentionum præfatæ Eccleſ. Lugdun. nulla fraude vel malitia ſuf-
Canonici Lugdunenſes numero hîc diminuti.
fragante, ſed ex pura conſcientia concitati: Cùm propter multitudinem Canonicorum in dicta Eccleſia receptorum, & exiguitate redituum ipſius Eccl. ac propter guerrarum diſcrimina, oppreſſiones Baronum, & Principum vicinorum ipſiuſmet Eccleſ. multi ex Canonicis in magna indigentia perſtiterunt, quia hoſpitalitatem, eleemoſynas & alia onera honeſta & conſueta perſequi non poterant, vt debebant: Et, quod intolerabilius erat, frequentiſſimè plures ex ipſis Canonicis ob cauſas prædictas oportebat abſentare, ex quo diuinus cultus & hoſpitalitas erant multipliciter diminuti: attendentes etiam quòd ſecundum canonicas Sanctiones non debent in Eccleſiis inſtitui vltra quàm facultates Eccleſiar. valeant commodè ſupportare. Idcirco, ex cauſis prædictis & aliis quæ ſecundum Deum & veram con-
Cauſæ horum.
ſcientiam nos informant nunc ſuffulti; vnanimi voluntate & conſenſu facimus & ordinamus certum numerum Canonicorum in dicta Eccl. Lugdun. perpetuò firmiter & inuiolabiliter obſeruandum; videlicet triginta duorum Canonicorum, & non vltrà, octo Canonicis perſonatus ſeu dignitates in k de quib.
ead. Eccleſ. habentib. in dicto numero incluſis [k]*, cum quatuor Cuſtodibus & ſeptem Militib. ac XII.* No. 98. §. 4.
Capellanis in dicta Eccl. ab antiquo haberi conſuetis. Et hoc ad maiorem roboris firmitatem iuramento ibid. præſtito, omnes vnanimi conſenſu duximus roborandum, authoritate Sedis Apoſtolicæ in omnib. ſemper ſeruata. Statuimus etiam quòd cùm ad numerum ſupradictum redacti fuerimus, nul- in marg. vſque ad præpoſituram contentam, quib. addi poteſt Magiſter Chori pro nona ob Angelicos ordines.
4. membra ſtatuti.
lus poſſit per Capitulum creari in Canonicum, vel etiam literas ſuper futuro Canonicatu habendo infra numerum ſuprà ſcriptam concedere, niſi priùs citatione legitimè facta per nuntium publicum, & ſub ſigillo noſtri Capituli continente dilationem trium hebdomadarum, in qua citentur omnes Canonici in prouincia exiſtentes, ad Canonicum creandum. Et ſi contrà contingeret attentari, quod abſit,
3. *ex nunc ſtatuimus eſſe irritum & inane, atque ipſam creationem nullatenus vigorem obtinere. Volumus denuo, quòd ex nunc in antea nullus recipiatur in Canonicum, nec poſſit aſcendere chorum, donec iurauerit tactis Euangeliis prædicta omnia ſeruaturum. Statuimus quoque, huiuſmodi Statutum* 6. Ianua. 1319. obiit Ioannes de Varenis Præcentor Lugduni & Archidiaconus Belliocenſis, qui multa dedit Eccleſiæ Lugdun. ex Repertor. Anniuerſ. fol. 33.
4. *in craſtinũ feſti natiuitatis B. Ioan. Baptiſtæ quolibet anno ad præſentiam Canonicorum in Capitulo generali legi, ne prætextu ignorantiæ aliquis ſe valeat excuſare, &c. in quo Canonici illud teneantur iurare; aliàs per Capitulum puniantur, &c. Item, quicunque de Canonicis noſtris contra dictum*
1321. *Statutum aliquid attentare tacitè vel expreſsè quocunque quæſito colore præſumpſerit, tanquam periurus & ſuſpenſus in Choro, Capitulo & diuiſionib. terrarum habeatur, &c. Actum & dat. in Capitulo noſtro gener. die 2. Non. anno M. CCCXXI.* Deinde hæc ſequuntur. *Et ego Stephanus Poy-*
Notarius.
ſat l *Clericus Lugdun. authoritate Apoſtolica, Imperiali & Regia publicus Notarius præmiſſis Statutis, Ordinationib. & Actionib. aliis ſuprà ſcriptis interfui, præſentiq; Inſtrumento manu propria ſubſcripſi, & ſignum cum ſigillo dicti* Capituli *appoſui, ab eiſdem Dominis Decano & Capitulo requiſitus.* l aliàs Poyſuel de Dombis. fol. 33.
Capitulares.
Tum ſic habet exitus. *Nomina verò Canonicorum Lugdun. qui omnia & ſingula ſupradicta ad ſancta Dei Euangelia iurauerunt, ſunt hæc: venerabiles viri Domini Stephanus Decanus, Guilelmus de Belliioco Præcentor, Guilelmus de Sura Cantor, Ioannes de Siuriaco Sacriſta, Guido de Franchelens, Guilelmus de Saraualle, Hugo de Marziaco, Ioan. de Caſtellario, Guilel. de Telis, Guifredus de Montagniaco, Ludouic. de S. Laurent. Perceuallus de Palude, Ioan. de Marziaco ſenior, Ioan. de Marz. iunior, Henric. de Rupeforti, Petr. de S. Symphor. Girinus Perhentis, & Petr. Mochoux Canonici. Datum in dicto*
Horum præxis.
Capit. gener. die 5. menſis & anni cit. [m] Hic verò mos & numerus Canonicorum hodie hactenus retinetur. Vnde, antiquiores Canonici ſeu dignitates mox degentes, qui portiúnculas duplices in diſtributis vacantibus terris obtinent, ſanè habẽt ex quo hoſpitium teneant, & vnde quoſdam alios in Capitulo nominandos Clericos ſeu Sacerdotes alere queant, cùm in prouentibus excedant plures è Gallia & Italia Epiſcopos; ad hoc vt pia hoſpitalitatis officia exteris etiam exercere poſſint. De quo fixo certoq; numero præbendarum canonialium ab eo deinceps tempore ex capitulari Statuto meminêre & loquuntur Archipræſules Lugdunẽſes. Atque hoc adiiciunt, quando in cuiuſque horum aduentu præſtant ſuum de veteri more in medio Capitulo Iuramentum: quo pollicentur ac profitentur ſe nullũ ampliùs incrementum his terminis vnquam addituros. Saltem hunc quoque articulum tunc proferebant, ſi non hodie in recèns editis formulis. Verba cuius Iuramenti ab iſto æuo nata patent in Ludouico I. Archiflamine. [n]

m ex lib. etiam paruæ Panchartæ Inſ. barb. fol. 93.
n 99. §. 3. fin.

Para

Paragraphus 5.

4. thema.

QVartum genus Capitum eſt de multis eiuſdem Petri Actis, initis cum Franciæ Regibus, partim ante duas ſuperiores hiſtoricas narrationes, & ex maiori parte finitis poſtea. Vnde totam rem geſtam hîc ſimul putauimus ordine ſubiiciendam. Primùm de tali Archipræſule ſic tacitè fatur Robertus Gaguinus in rerum Gallicanarum Annalibus ſub Rege Philippo Pulchro. *Templariorum Ordo in Viennenſi Concilio* [n] *Dominicæ pietatis anno milleſimo trecenteſimo duodecimo per Clementem V. finem accepit. Adminiſtrabat eadem tempeſtate Eccleſiam Lugdunenſem quidam non ſatis prudens Epiſcopus* (nomini pepercit Author) *qui ob blaſphemias regiæ ſublimitati irrogatas, obſidione à Ludouico Hutino cinctus* (filio Pulchri) *& inde ad Philippum deductus poſt longam cuſtodiam, ſatisfactione exhibita, tandem ſuæ libertati permiſſus eſt. Non intercedentibus poſt multis diebus Lugdunenſes coniuratione facta à Rege deficiunt: mouentéſque S. Iuſti Caſtellum diripiunt. Sed per Ludouicum Hutinum edomiti, ſe imperata facturos iurant* [o]. Itaque fidebat Petrus potentiæ Comitis Sabaudi atque affinium. Sed præterquàm Ludouicus I. anteceſſor Primas de mutuis negotiis tranſegerat cum eodem Philippo, ex iam allegatis [p]: iſte Antiſtes denuò tranſegit cum eodem Principe Franco pro extinguendis reliquiis Cõtrouerſiarum ob ciuilem in vrbe iuriſdictionem exortis Lugduni. Textum effert integrum Paradinus [q]: ideò mox prætereundum. At quando Hutinus Rex ſequens ſceptro Franciæ, Lugdunum planè connexuit anno milleſimo trecenteſimo decimo quinto, alius ſubſequutus tranſactionis Contractus pacem omnino inter parteis conciliauit 11. Kalend. Iulij, anno milleſimo trecenteſimo vigeſimo, eodem dictante Paradino [r]. Verùm certè, alia plura extant Concordata in Archiuis à nobis adhuc perlecta, quæ habuit ipſe Archipræſul ritu ſolenni, imprimis quidem Lutetiæ cum eodem Rege anno præfato, menſe Aprili, deinde verò cum Capitulo, ſequenti biennio. Eáque duo ignota fuêre Paradino. Ambæ autem eiuſmodi Compoſitiones aliud ferè nihil ſunt quàm plenior renouatio cuiuſdam præcedentis penè ſimilis, circa tertiam partem vrbanæ iuriſdictionis ad Archiepiſcopum pertinentis, & reliquam penes Capitulum adhærentem, qualem iam indiximus ſub Beraldo Archiflamine [ſ]. Adiicit duntaxat id Reſcriptum hæc peculiaria. *Quingentas libras Viennenſes annuatim ſoluendas eiſdem Decano & Capitulo per dictum D. Archiepiſcopum & ſucceſſores ſuos in dicta Eccleſia, &c.* Acta ſunt hæc per Ioannem de Polliaco tenentẽ *ſigillum commune in Baliuia Matiſconenſi conſtitutum pro D. Franciæ & Nauarræ Rege, &c. inter illuſtrem Principem & R. D. Petrum de Sabaudia primæ Lugdunenſis Eccleſiæ Archiepiſcopum & Comitem, ac venerabiles DD. Decanum & Capitulum Lugdun. ſuper reſtitutione iuriſdictionis meri & mixti Imperij Ciuitatis Lugdunenſ. &c. Præſentibus Guillelmo de Bellijoco Præcentore, Philippo de Laya, Guillelmo de Saranalle, Hug. de Marzaaco, Gaufredo de Balma, Petr. de ſancto Symphor. Perceual. de Palude, Guilelm. de Telis, Ludouico de S. Laurent, & Guichardo d'Aillant, Canonicis Lugdunenſibus. Datum die 2. Martij, Anno milleſimo trecenteſimo vigeſimo ſecundo.* Hæc meritò fuerant aduertenda.

Historia accuſans Petrũ.

Contrahit denuò cum Philip. Rege.

Teſtes Contractus.

1322.

[n] ex quo etiã omnes Clementinæ poſt li. 6. Decretal.

[o] li. 7. c. 5. §. Per eoſd. Frãcos. 1577.

[p] n. 98. §. 2.

[q] li. 2. c. 72.

[r] c. 64. 65. 73.

[ſ] nu. 96. à §. 2.

Paragraphus 6.

5. thema.

PRo quinto affirmandorum loco, incidunt quatuor ad minus iuramenta totidem virorum, partim Abbatum, partímque Priorum Conuentualium, aliorumve [t]: qui omnes, nomine inferiorum, honori vertunt ſubmiſiſſe ſe RR. Archipræſuli & Capitulo Lugdunenſi: ſanè ad modum fermè, quem præſtat generale Sacramentum Abbatiale eiſdem Superioribus addictum, & ſuprà in Ludouico exaratum [u]. Ea autem iſtic in lucem promimus ex recognitis MS. quia ſub præfatis diuerſis diebus & annis celebriora viſa ſunt, degente Lugduni R. Petro Sabaudiano, clauum ibi ſpiritualem tenente.

Carmelus.

Anno 1312. die Lunæ poſt Feſtum Natiuitatis beatæ Mariæ, Frater Ioannes Boiſſet Prior Monaſtery de monte Carmelo, pro ſe & Conuentu ſuo iurauit in manibus D. Decani Lugdunenſis in præſentia Euangeliorum, eſſe fidelis Eccleſiæ Lugdunenſi, prout in literis ſuper hoc confectis ſigno mei Stephani Poyſat (inſit locus) *à tergo ſignatis. Ita eſt Poyſat.* Ad formam quę ſuprà, &c.

Anno 1316. *die quarta Nouembris, Frater Guillelmus de Erector Prior Beatæ Mariæ de Carmelo promiſit, &c.* vt ſuprà.

Anno 1318. Veneris poſt feſtum omnium Sanctorum, D. Guido Calli Legum *Doctor, legens in Ciuitate* Lugdunenſi *iurauit ad ſancta* Dei *Euangelia eſſe fidelis Eccleſiæ* Lugdunenſi *& perſonis ac Canonicis eiuſdem Eccleſiæ.*

Anno 1321. in Feſto Annunciationis B. Mariæ Virginis, D. *Hugo Abbas ſancti Eugendi Iurenſis*

Iuramenta multorũ Abbatum Eccleſiæ Lugd. ſubiacentiũ.

[t] adſunt quinque.

[u] n. 98. fin.

renſis (hodie S.Claudij) *fecit iuramentum ſecundum præceptum ſancti Benedicti, in præſentia* D. *Ioannis de Sturyaco Sacriſta Lugdun. & Ioannis Militis in Eccleſia Commiſſariorum* D. *Archiepiſcopi : ac in præſentia* D. *Decani & Capituli.* Ita eſt. Stephanus Poyſat publicus Notarius.

Ego Anſelmus electus, poſtulatus & confirmatus Monaſterij S. Ragueberti Iurenſis, iuro ſubiectionem & reuerentiam, &c. ſecundum præceptum B. Benedicti, &c. in præſentia DD. *Ioannis de Caſtellario Sacriſta & Aymonis de Saranalle Canon. Lugdun. Commiſſariorum* D. *Archiepiſcopi Lugd. & in præſentia* DD. *G. de Sura Archidiaconi, G. de Bellijoco Præcentoris, &c. Actum in Capitulo, anno* 1328. *die* 15. *Aprilis.* En ampliores prærogatiuæ Lugdunenſis Eccleſię, quandiu Cœnobiorum dignitates canonica electione in Capitulis electos inſtituentibus probè regebantur, præſertim à tempore Pragmaticæ Sanctionis antiquiora de eo iura in Gallia Biturigibus renouantis [x] ſub conformi exitu Concilij œcumenici Baſileenſis [y]. Verùm à quo tempore Concordata Franciæ ſucceſſerunt operâ Leonis Papæ X. & Regis Franciſci I. quibus noſtri Reges loco vacante futuros Archimandritas habent nominandos in vnoquoque Religioſo ordine profeſſos coram inſtituente Romano Pontifice, nimirum ab anno ſalutis milleſimo quingenteſimo decimo quinto [z], & deinceps hactenus in vſu eſt : profectò hæc iuramenta pauxillatim abiêre in non vſum ex Capituli bonitate vel neglectu : etiámque potiſſimùm, quia inde perennes ſecularium Clericorum Commendæ intra Regulares Conuentus ad ſeruitutem redactos irrepſêre faciliùs, cum pluribus peioribúſque ſimoniæ quàm antea facinoribus perpetratis. Attamen non proinde Eccleſia Lugdunenſis de veteri ſuo iure lapſa eſt, aut minuit : quia promotos ſemper ad iuramentum præſtandum compellere poteſt, alioqui ſeſe in reali poſſeſſione decet opponere pro moliendo piè rerum circa Eccleſias ſtatu. Atque vel quoque à nonnullis hodie paſſim exigit : alios verò ſinit, partim litis & ſumptuum vitandorum causâ, quaſi vix vtilium, vt pote pro re turbidiſſimis noſtris diebus haud admodum neceſſaria.

An ſtatus Eccleſ. Gallicanæ mutatus in Abbatiis commendatis mutet hoc iuramentorũ Statutum.

x à Carolo 7. in Iul. 1438. & in Senatu publicata.
y ab an. 1431. ad 1441. Kal. Iulij.
z publicata Pariſ. in Parlam. 22. Martij 1517.

Paragraphus 7.

6. thema.

SExtò, aduertendum quòd huius Petri æuo & paulò pòſt, vetus feſta dies Mirabilium adhuc palam Lugduni recolebatur. De variis cuius cauſis valdè probabilibus nos quadrifariam [a] dudum iam ſumus loquuti, velut de Feſto quondam cœpto ex nonnullis pedagiis diuinitus immiſſis Lugduni. Et quia nondum hoc Petri tempore finiit illa ſolennitas: ideò plura impræſentiarum non referam, eò quòd Acta MS. Capitularia primę Eccleſię de illius feſti vſu ter ſeriùs obiter tractant : nimirum ad annos 1361. [b] 63. [c] & 69. [d] ſeu pluſquam annis triginta poſt Petri III. diſceſſum. Neque rurſus de illis ſolennis tractaturi ſumus in Guilelmo tertio & Carolo I. Archipręſulibus [e], qui ſub illo triplici annorum genere floruerunt. Nam nihil tunc noui in illa ſubiecti materia accidit. Sed opportunè de vltima eiuſdem feſti abolitione ſermonem habebimus in Primate Philippo II. cognomine *de Tureyo* [f]; ob chronologicas & hiſtoricas demonſtrationes ibi vnà conuenientiùs allatas ſeu efferendas.

Solennitas Mirabilium Lugduni.

a an. 1. §. 3. & 7. an. 4. § 1. an. 13. § 3.
b li. 1. fol. 7. die 9. Iun.
c fol. 19.
d 3. Iunij, fol. 98.
e an. 109. & 110.
f an. 112.

Paragraphus 8.

ISTic obiter, priuſquàm ad ſeptimum thema deueniamus, nonnullas pietatis fundationes percurramus, ad hoc ſubſequens chronologię tempus ſpectantes. Quatuor maximè pręſto ſunt, velut parentheſes emerię ex libro Inſulæ barbaræ Lugdunenſis, cui Titulus eſt, *Parua Pancharta* *, ádque pręſens inſtitutum opportunæ. Prima eiuſmodi eſto.

** pag 5.*

Ardor pietatis in fundatione.

Venerabilis Ioannes de Suriaco Sacriſta Eccleſię Primatus, reliquit eidem vnum Prębendarium in Capella B. Thomę Martyris in dicto Templo fundata, ad hoc vt Prębendarius ſit Presbyter bonus ac probus, qui quater in hebdomada celebret pro defunctis, & quòd tribus aliis hebdomadæ diebus ſubmiſſa voce annis ſingulis hebdomadarum Pſalterium dicatur per Capellanum, qui in eadem celebrare debet, & Cathedra ibi ligata cum catena ferrea. Datque ſemel in anno ducentas libras Turonenſes pro reditibus. Super quo onerat conſcientias venerabil. Decani & Capituli. Cuius Pręhendę collationem voluit teſtator pertinere ad Capitulum, pro tempore in die Iudicij extremi reſponſurum (ô zeli indicia!) Et pro Miſſa Anniuerſarij ſui donauit ſemel pro annuis reditibus ſexies viginti libras Viennenſes. Tum quando pauci exiſtent in Choro, reſiduum irrogetur Chriſti pauperibus. Obiit VI. Nouembr. anno M. CCC. XXIII.

Aliæ fundationes.

Die III. Nonas Iulij aut Auguſti, anno milleſimo trecenteſimo vigeſimo ſeptimo obiit Theobaldus de Vaſſaliaco Canonicus Eccleſię: *dedit librum de Floribus Sanctorum, vt ponatur*

in catena retro Altare S.Ioannis,& domos ſuas in Clauſtro ſitas Guillelmo de Vaſſaliaco nepoti ſuo Cantori Lugdunenſi, & eo præmoriente, Guilielmo de Sura Archidiacono cum pertinentiis, quandiu vixerit: & his deficientibus vendatur domus,& teditus diſtribuantur in Choro ad augmentum diuini officij.

[Abbas.] VII. Kalend.Iunij obiit Ogerius Athanatenſis Abbas, & Guido Canonicus Eccleſiæ;qui dedit duas vncias auri:atque in Obedientia ſancti Martini de Plauitie emit, terram de Ronſia 300. ſolidis. Sine anni Data. Egregius Henricus de Saconayo Decretorum Doctor [f], & primæ Eccleſiæ Sacriſta,fundauit vnum Præbendarium in Capella B. Thomæ Apoſtoli. Iuſſit fieri ſerraturam dictæ Capellæ, atque dotauit de tredecim ſcutis veteribus annuæ & perpetuæ penſionis. Adiecit fundationi pratum francum à ſe acquiſitum ad onus trium [Saconeus.] Miſſarum qualibet hebdomada. Voluit quòd Capitulum ſit collator Pręendæ, dum vacauerit: quam reſeruauit nominandam ab illis Canonicis Eccleſiæ,qui cognomine de Saconeyo adetunt. Anno diéque nobis hactenus incertis.

[f In Repertorio Anniuerſ. fol.12.]

XII.Kal.Octobris,Anniuerſarium Guilelmi de Rupeforti Decani Lugd.ſupra domũ ſuã in Clauſtro.Atque diſcretus Henricus de Rupeforti Decretorum Doctor, Decanus Eccleſiæ Bellijoci, fundauit in Eccleſia Lugdunenſi Anniuerſarium ſupra domum ſuam ante Baſilicam Lugdunenſem, dictam *Domus Confratriæ*,& ſuper pratum ſuum ante Anſam,aſſiſtentibus Capellanis ſanctę Crucis. [Decan. 5. Lugdun.] Amalricus Decanus Lugdunenſis *apud Rochetalliam turrim ſumptuosè ædificauit; multa Eccleſiæ maiori reliquit; apud Anſam turres & portas Caſtri leuauit:* aliáque præſtitit, ac obiit 2. Idus Auguſti: ex alio libro Obituum Eccleſiæ, folio 192. cum ſequenti. Item III. *Idus Ianuar. Anniuerſarium Anſelmi Decani Lugdun.* Obedientia Comitatus debet, ex magno lib. Obit. Petrus Berardi etiam Decanus adhuc multò plura Eccleſiæ tradidit, ex fol.196. animámque Deo reſtituit 8.Idus Auguſti. Obedientia de Sociaco debet ex 6. Idus Ianuar. in mag. lib. Obit. poſt fol.14.& in 13.Kal. Auguſt.

[g ſeorſum, ex magno lib. Obit. Eccleſ. in Kalend. poſt fol. 14.]

Hæ verò quinque proximæ fundationes,quia tempore anonymo conſcriptæ ſunt affines primæ,hoc eſt,Ioanni de Suriaco: propterea non abſurdè cenſentur ad iſtud pariter ſeculum & locum Petri III. pertinere. Præfatis ſex addo ſeptimam fundationem. [Anna Comitiſſa.] *Anna Delphini Comitiſſa, Forenſis, & Domina de Beaujeu, mota deuotione & pro ſalute ſua ac Domini Ludouici quondam Comitis Forenſis eius auunculi, fundauit annuatim in Eccleſia Lugdun. ſuum Anniuerſarium perpetuò faciendum menſe Maio, præſentibus in Matutinis & Miſſis Anniuerſarij, pro quo faciendo ſolui ordinauit per Receptorem ſui Caſtri de Fay * IV. libras.* Hæc Domina quæ ſit,nondum perſpicuè ſatis video in Chronicis: niſi talem fortè neptam ſit nactus Ludouicus filius natu minor Regnaudi Comitis Forenſis,cui Ludouico obuenerit Comitatus patrimonium à deceſſu Guidonis fratris ſui natu maioris, & ante Ioannem ibi deinde Comitem. Etenim hi floruêre ad annum milleſimum trecenteſimum ex allatis Numero 89. §. 3. generatione 15. Vt inde neptis probabiliore euentu poſtea obierit ſub annos Præſulis huius Guilelmi milleſimum trecenteſimum trigeſimum quartum aut trigeſimum nonum. Siquidem, Anna Borbonia vxor Henrici Cliuenſis Niuerniorum Ducis, vna ex filiabus Ludouici Ducis primi Montiſpenſerij,Domini Bellijoci,tardiùs vixit,nimirum hiſce noſtris penè diebus, vt iſtic concipi poſſit vel debeat ex illo veteri libro. Adde quòd nec idem Monſpenſerius fuit vnquam Comes Forenſis, quia paulò ante ipſum Comitatus annexus eſt regio ſceptro: & neque ratio patrui in textu expreſſa ei Montiſpenſerio competit reſpectu Annæ filiæ, ſed patris. De quo Montepenſerio & nexibus ſimilia iam deduximus loco cit. generatione 24. Hæc tanquam decens parergon citra propoſitum circuniacentium.

[* in Repertorio, fol. 83.]

Paragraphus 8.

[7. thema.] Septima denique ſyllogiſandi ratio mortem Petri ediſſerit. Qua in re de loco ſolùm controuerſia eſſe poteſt: non de tempore. Gazophylacium Eccleſię Lugdunenſis monet eum [Petri finis, vbi, qualis & quando.] condidiſſe Teſtamentum Kalendis Nouembris anno ſalutis milleſimo trecenteſimo trigeſimo ſecundo, ſedente Romæ Ioanne XXII. & corpus decedentis reuerenter ſepultum in Collegiali Baſilica ſancti Iuſti ad muros. Vnde concludendum videtur vel obiiſſe Lugduni
1332. Archiepiſcopum agentem,quod negare cenſetur eius alibi matrimonium;vel certè cadauer, eo ſic inſtituente,ex Sabaudia tranſlatum fuiſſe ad Cathedralem Lugdunenſium Eccleſiam, tum ad viciniam diuum Iuſtum. Quod ſanè alibi non legitur: neque quòd obierit Archiepiſcopus: ſed omnes de eius matrimonio & ſolij abdicatione paſſim loquuntur. Cùm ergo [De loco ſepult.] ad ſecularia retroceſſerit, & vxorem in Sabaudia duxerit, ſupremum ibi dominium exercens: profectò extrema cadaueris tranſlatio illinc Lugdunum maiorem retinet veritatis lucem

cem & energiam. En ſenſus & mens ex vna parte. Ex altera verò: audi hæc diuerſa. Attamen rurſus, quod mirum eſt, ex illo præfato ſuſcepto conſilio, ſatis alioqui congruente, aliud nihilominus naſcitur incommodum, ſi teneatur, neque diſſoluendum putetur. Nam ſatis recognitum, quòd Guilelmus ſecundus eius Lugduni ſucceſſor inſulas Epiſcopales ſubinde arripuit eodem Petri morientis anno milleſimo trecenteſimo trigeſimo ſecundo. Idque diarium accepimus à veterano Gaſpare de Mitte Comite Camerario ipſiuſmet Eccleſiæ: qui vir ſani valdè iudicij ac circunſpectus intérque legendum verſatus dum viueret, teſtabatur ſe eam chronologiam tutò collegiſſe ex penetralibus Baſilicæ, cum pleriſque aliis nobis ab eo expotrectis Primatum chronicis & exemplaribus in ſuo accuratè depicto libro, apud nobiles ſuæ ætatis comprobato, ex alibi conteſtatis g. Quo inde hauſto & poſito necis Petri horizonte ac hemiſphęrio: ſanè opinari licebit Sedem Primatialem non igitur ſubitò declararam vacaſſe per Petri coniugium, etſi id præſtaſſe licuiſſet, vt alius promptè in vicem ſacraretur: ſed expectatum paulò fatales rei euentus. Quod proculdubio incompetens eſt ſic videri prorogatum tempus iniuſtè, aut citra cauſæ æquitatem. Dicerem ergo, crepuſculum vtriuſque Prælati cùm abeuntis tum aduenientis non prorſus exactè per [illegible] putandum emenſum, & quòd quia breui extinctus eſt vxoratus poſt abſceſſum ex diuino penè iudicio, ſicut multi loquuntur, interea de ſucceſſore nondum citò poſſidente cogitabatur. At cùm ſeriùs deinde acceſſerit poſſeſſor ſequutus, ideis illa intercapedo nullius momenti viſa eſt, vel ſaltem exigui, vt eam minimam Sedis vacationem chronologi poſtea dignarentur computare. Propterea arbitratum eſt remanſiſſe calculum ſatis ingenuum atque veracem ſenſibus: nec opus videri interiores talium medullas rimari prorſus, ſcrutari & penetrare ad indiuiſibilem vſque punctum. Quippe hiſtorica ſunt, non metaphyſica.

Marginalia: Vel tranſlatâ corpus tenûciantis ex Sabaudia Lugd. — Vel obiiſſe Lugdun adhuc Epiſc. agentem. — Calculus têporis largè emenſus, at ſatis verè. — g nu. 88. §. 6. — Alia pro eodem Petro nu. 109. §. 7.

CIV. *Paragraphus* 1.

Vndecimus addictus.

PETRVS IV. cognomine *de Chalant* Sabaudus, ex nobiliſſima progenie oriundus, antea Præpoſitus Archiepiſcopalis Eccleſiæ Aſtenſis Sabaudianæ, & poſtmodum effectus Archipræſul Lugdunenſis. Verùm ſubinde veneno in ipſa vrbe ſublatus eſt anno milleſimo trecenteſimo trigeſimo tertio, incerto menſe, quando perſonali accepta
1333 poſſeſſione Cathedram occupare inchoabat. Propterea aliud nihil de ipſius in ea Sede geſtis præſagire & conſcribere nobis licuit, quàm eum proximè Petro III. Sabaudiæ ſucceſſorem iſtic reponendum putemus. Interea verò, hiſtoriæ proponendæ loco, natalitia eiuſdem viri ſunt iſta.

A { Vuido Dux Saxoniæ, vulgò *de Saxe*, quondam duxit vxorem Huinnam filiam Comitis Palatini. Hinc hæres natus, { Aleranus de Saxonia, Marchio de Monteferrato. Alixia eius vxor, filia Imperatoris Othonis quinti potiùs quàm tertij, vt tempora coaleſcant. Inde maſculi ſaltem duo. } B

B { Godefridus minor natu de mõte Ferrato*, Vicecomes Auguſtenſis, vulgò *d'Oſte*, Dynaſta *de Chalant*, caput ſtirpis adſequentis. Beatrix eius vxor, filia Comitis Geneuenſis. Ex quo maritali nexu emerſi tres maſculi. {
1. Ebertus cognomine Magnus, hæres *de Chalant*. Eius quatuor viri progeniti. } C
2. Amedeus Vicecomes Aſtenſis, *d'Aſt*, Dynaſta *de Freius, Morenſi, &c.* deinde alicubi Epiſcopus, loco ignoto.
3. Bozo Dominus Caſtillonenſis & de Cly.

* maiore hic omiſſo.

C {
1. Godefredus *de Chalant*, Dynaſta *de Fenix*, Senator Romanus, &c.
2. PETRVS Archipræſul Lugduni, qualis ſuprà.
3. Bonifacius Archiepiſcopus Aſtenſis, &c.
4. Iacobus Dynaſta de Chalant, at ſine liberis, &c.

Tres

Tres alij ex Godefredo emerſi viguêre, creati Equites B. Mariæ Sabaudiani: & inde plures omnes vſque ad centum animas, vel eò ampliùs, tum mares, tum fœminæ, ad noſtros vſque dies. Inter quos mixtim deprehendimus, Antonium de Chalant Cardinalem Romanæ Eccleſiæ Cancellarium, Tarentaſienſem Archiepiſcopum, Abbatem ſancti Michaëlis, in œcumenico Conſtantienſi Concilio electum ad Papalem ſummam dignitatem, niſi morte præuentus & tempore ſchiſmatis deſtitiſſet anno 1414. in cuius & aliorum vicem pacificè optatus eſt Martinus Papa quintus. Atque tunc inter nouem eius fratres, fuêre tres Epiſcopi, Guilelmus Lauſanenſis, Franciæ Cancellarius, Iacobus Sionēſis, & Franciſcus Gebenenſis a. Deinde ſub ann. 1480. Georgius Prior S. Odoëni b & Vrſi in Valladota floruit Canonicus Comes primæ Lugdunenſis Eccleſiæ, qui conſtruxit fortè caſtrum d'Yſſogne. Cuius ſobrinus Ludouicus Comes 3. de Chalant c erat Dynaſta d'Vcel in Valladota & S. Marcelli in eadem Vallad. duxit nobilem Margaritam *de la Chambre* de Sabaudia d. Tum deguit Carolus Protonotarius Apoſtolicus, Prior vt ſuprà, Præpoſitus S. Gillij, &c. Nos talia hauſimus deprompta ex Tabulis MS. & antiquis eiuſdem familiæ, nobis tardiùs in diem conceſſis, quando reliqua iam Voluminis ſeries tota pridem inſtructa deferebatur: iſto ſurculo mox huc inſerto.

Conſanguinei à latere ſucceſſorum.

a in Concil. Baſilienſi ſeſſ. 5. & 18. ann. 1432. Deinde To. 2. c. 50. b a S. Claud. in Comitatu Burgund. Alius Georgius familiæ, Protonotar. Apoſtolicus, Prior S. Betoni, Canonicus Vienēſ. in Gallia. c Eo Comitatu cōfirmato à Ludou. ſummo 2. Duce an. 1456. poſt Franciſc. Patrem 1. Comitē de Chal. d nō de Gallia in Diœceſi Cabilon. Comitatum de Sauigny, &c. Item Guillelmus Canonic. Vien. nepos Georgij, filij Humberti.

CV. *Paragraphus* 1. A

GVILELMVS II. vulgò *de Sura*, fuerat primùm Canonicus Comes & Cantor, deindéque Archidiaconus Eccleſiæ Lugdunenſis. Liquet ex præmiſſis paulò antea a. Tum ex intimis Baſilicæ Archiuis, per ſcrutinium legitimámque electionis canonicæ viam ſolio donatus eſt ſacto in locum Petri IV. aut ſi mauis Petri III. renunciantis Cathedræ ob ſuccedens ei matrimonium, ſiue peracto ſeculi huius viatico, ex nutantium rationum ponderibus fusè conſperſis ſuperiùs b. Pontificia verò mitrâ indutus eſt IX. Kalend. Ianuarij præfato ſtatim anno 1333. quo Petrum IV. diximus è medio ſublatum c. Et dies ille fuit anni penè terminus, vigilia Natalis Chriſti Saluatoris. Indéque ſequenti mēſe, inchoante ſolari reuolutione 1334. creditur perunctus Archipræſul Lugdunenſis ann. 18.
An. 1334. ſummi Pontificatus Ioannis 22. d velut prænunciant exemplaria Gazophylacij ſacrorum. Quæ ſuo tempore geſta ſunt, dicam paucis. Legitur triplex potior Actus iuramentorum per quoſdam Archimandritas ei & ſuo Capitulo præſtitorum: Ordinum, inquam, Monachalium pridem addictorum ſibi ſuæque Eccleſiæ, quales intra Diœceſeos limites iacent. En horum methodus.

a nu. 99. §. 1. §. 7. b §. 7. nu. cit. c §. cit. d Caducēſis Galli.

Iuramenta Abbatum.

Gor. B. Abbas Monaſterij Athanatenſis Lugdun. iurauit ſubiectionem, &c. in præſentia R. D. G. Archiepiſcopi Lugdun. &c. N. Decani ac Capituli, die 20. Maij, 1338.

Anno 1336. die 6. Nouemb. Dominus Petrus de Caſtellione Abbas Monaſterij Bellevillę, Ordinis S. Auguſtini Lugdun. Diœceſis, fecit iuramentum Eccleſię & Sedi Lugdunenſi, in præſentia DD. Ioannis Decani, Ludouici de Villariis Archidiaconi, Guidonis de Francheclins Præpoſiti, & Guilelmi de Turcyo Canonicor. Lugdun. &c.

Athanat. Bellevillæ.

Anno 1339. die 15. Ianuar. Pōtificatus Benedicti PP. XII. an. 6. Religioſa Domina Sibylla de Varenis, Abbatiſſa S. Petri Monial. Lugd. Ordinis S. Benedicti, comparēs perſonaliter in Eccl. Lugd. ante magnū Altare pro iuramēto infrà ſcripto faciendo (ait libri conditor) ante omnia fuit proteſtata, quòd tam Domino Lugdunenſi Archiep. iuramentum fecit, & per iuramentū huiuſmodi non intendit præiudicare vel derogare priori iuramento. Et his præmiſſis, Ego Petrus de S. Iuliano Clericus Notarius publicus, ipſa Abbatiſſa præſente, alta voce ibid. legi ſchedulam infrà ſcriptam, cuius tenor talis eſt (infit typus) Ego Sibylla Abbatiſſa S. Petri Monialium Lugd. iuro ſubiectionem & reuerentiam à ſanctis Patrib. inſtitutam, & obedientiam ſecundum præceptum S. Benedicti ſanctæ Lugdunenſi Eccl. & Sedi, in præſentia DD. Ioannis Decani, Ludouici Archidiac. Ioannis de Caſtellario Sacriſtæ (& quinque aliorum Lugd. Canonicor.) ac promitto & manu propria firmo ſuper Altare iſtius Eccleſię, & ſuper hęc ſancta Dei Euangelia: Præſentibus DD. Bonifacio Priore de Plateria Lugdunenſi Decretorum Doctore, & Guidone Galli Legum. Paríque omnium formâ iurauit D. Lancelotus de Cariloco, Prior S. Irenęi Lugdunen. proteſtatione tamen præmiſſa, quòd non intendit facere iuramentum, niſi prout eius prædeceſſores præſtare conſueuerunt, præſentibus Canonicis qui ſuprà, & die ac anno præfato.

Abbatiſſa S. Petri Lugd.

Paragraphus 2.

Fundatores aliqui Anniuerſariorum.

EXactis iuramentis, recolamus duos funebres actus perſonarum eiuſdem nominis proprij, per obeuntem noſtrum Archipræſulem finiundarum. Prior eſt eiuſmodi, è magno libro Obituum Eccleſiæ S. Ioannis, ſub hunc temporis ordinem. *Anno* 1337, *die* VII. *Kalend. Decemb.* [c] *obijt Gulielmus de Bellioco, Epiſcopus Baiocenſis & Præcentor Lugdunẽſis, qui promotus eſt ad Epiſcopatum per fælicis recordationis Dominum Papam Ioannem* XXII. * *in Auenione, vbi tunc reſidebat. Et fuit eccleſiaſtica traditus ſepulturæ apud Villamfrancam Lugdunenſis Diœceſis, in Reueſtitorio Fratrum Minorum iuxta ſacrarium, præſente multitudine Prælatorum. Reliquit maiori Eccleſiæ Lugd. vnum Anniuerſarium generale ſingulis annis die obitus ſui, perpetuò ibid. faciendum. Ad hoc obligat domum ſuam cum appendītiis in clauſtro Lugdunenſi cum domo ſua, quam acquiſiuit à Dom. Perceuallo de Pallude, Canonico Lugdunenſi, iuxta domum Cluniaci, &c.* Ex quo tumulo videntur duo colligenda.

c alibi 4. Kal. Nouemb. & in Repertorio Anniuerſal. die 4. Kalend. fol. 25.

* al. an. 1315. ad an. 1333.

Olim vnus erat Epiſc. & Canonicus alibi ſimul.

Primum: textus cenſetur innuere eiuſmodi Guilelmum de Bellijoco ſimul poſſediſſe Epiſcopatum in Northmania, & Canonicatum Lugdunenſem cum ſua dignitate Præcentoris. Vt hic mos percrebruerit illo æuo, qui nunc minimè licet, ſed per adeptum Epiſcopatũ vacant præcedentia beneficia eccleſiaſtica in titulum, non tamen in Commendam obtenta. Textura namque copulat illa duo, *Epiſcopus & Præcentor* erat, velut eodem tempore. Neque ſcribit, *factus Epiſcopus & antea Præcentor* ſecularis: vbi diſtingueret. Deque his nos iam numero XCVIII. §. 3. art. 12. Secundum eſt, quòd domus Cluniaci quondam ſita fuerit prope & extra clauſtrum Baſilicæ Lugdunenſis ad partem occiduam verſus montem. Vnde tutò duntaxat inferimus, quòd pridem Abbatia Cluniacenſis eiúſve membra monachalia Lugdunenſi Eccleſiæ addicta fuiſſent, tum in iuramentis præſtandis aliiſque iuribus Capitulo Primatiali ex officio reddendis, tum in meatibus aquæ per hoſpitij fundamenta libero decurrere fluxu ſinendis, atque ad inſignem medij Clauſtri fontem dilabi. Quo de canali patent Acta ſub Capituli poteſtate latentia. Illáque domus laïcis conciuibus poſtmodum ementibus relicta eſt, à quibus vario item tranſlationis iure poſſidetur hactenus. Iam verò ad extremum, poſterior funebris actio eſt Archipræſulis noſtri Gulielmi Surani: qui legitur in Archiuis viam vniuerſæ carnis ingreſſus anno M.CCC.XL. teſte mecum Gaſpare de Mitte Camerario. Iacétque idem Antiſtes in Sacello B. Mariæ Virginis, nuncupato *de alto dono*, ad maiorem D. Ioannis Baſilicam. Et aliunde in magno Obituum libro [g] vidimus eum obiiſſe XII. Kalend. Octob.

g ex Calendario poſt fol. 14.

CVI. *Paragraphus 1.*

GVIDO III. cognomine *de Bolonia*, ex inſpectis à nobis cum Gaſpare ſecretioribus Archiuis, creditur factus Archiantiſtes III. Idus Septembris anno ſal. M.
1341. CCC.XL. Verùm iſte apud quoſdam aliis nuncupationibus putatur decorandus.
Sed an verè, intuendum: quantum penetrare fas erit. Amphibologia autem vel anxietas ferendi iudicium pendere cenſetur ex confuſis ferè vocibus ſeu Titulis Cardinalatus, quos illi aut ſimili viro attribuit Onuphrius peculiaris Cardinalium Chronologus. Varia nanque dicit is Author circa hunc propoſiti ſcopum & ambitum. Vno in loco ſic fatur [a]. *Guido de Monteforti Lemouicenſis Gallus, Epiſcopus Bolonienſis, creatus Cardinalis anno milleſimo trecenteſimo quadrageſimo ſecundo ſub Tit. ſanctæ Ceciliæ.* Et alibi paulò hiſce notis. *Guido Epiſc. Bolonien. ſupra mare, Cardinalis Tuſculanenſis, Gallus, ap. &c.*

Guido poſtea Cardinalis.

a pa. 204.

Ex quibus paradoxis ſeptem concertationum genera excitare & euomere oportet tentandi gratiâ, deinde concludendi. Imprimis; Omnes Guidones familiæ de Monteſorti, ortæ ex Amalrico Roberti Regis filio natu minore ad annum milleſimum, inière matrimonium, artémq; militarem profeſſi ſunt, quatuor numero, & horum nulli ſe ipſos eccleſiaſticæ diſciplinæ deuouerunt: nec eis fuit aliquod commercium aut peculiaris affinitas cum Boloniæ Comitibus, vt neque apparet pagus & iuriſdictio loci Montiſfortis apud Lemouicenſes. Hi cuncti vitam tranſegerunt multo ante hunc noſtrum Guidonẽ tempore, ſeu diutiſſimè ſupra annum milleſimum trecenteſimum quadrageſimum, quo ſedit Lugduni iſte noſter Guido Boloniæ, aliunde propterea emerſus: teſte Ioanne Tillio in Optimatũ Franciæ Ordinibus [b]. Secundò, duplex eſt Bolonia ſiue Bononia ciuitas. Prior in Italia, portus ferè Adriatici maris, ad octo bimilliaria diſtans Rauennâ vero portũ in ortum; diſiuncta ſolùm à Tuſcia ſeu Tuſculana regione, quondã Hetruria verſus auſtrũ, per medios Apẽninos mõtes: Italis & Gallis vulgò dicta *Boulongne* [c] ex reſcriptis. Vnde argumẽto eſt Guidonẽ ſecũdò allatũ ab Onuphrio intelligi factũ Antiſtitẽ Boloniæ ſeu Bononiæ Italicæ, haud longè à Tuſculo, titulo ſui Cardinalatus, idq; ita geſtũ, tũ quia propior erat locus ſub vna eadémq; geographica Claudij Protolomei

Septem de eo intelligentia.

b pa. 69. 71.

c longit. 42. 1 quart, latit. 51. 1 quart, in chartis hodiern Ptolomæo ferè idem.

lomei Tabula in Hetturia [e], tum etiam quia Romanus Pontifex, vt faciliùs eum virum ad ſe vocaret, & à ſuis conſiliis ſiſteret, ipſum vicmiore Epiſcopali dignitate oblata & vacante inſigniuit, ſimúlque purpura promeritis. Tertiò, poſterior Bolonia Ciuitas ſitum habet in Gallia Belgica [d] prope Caletum, portus oceani Anglicani, & Comitatus vetuſtior. Cuius loci Dynaſtæ & hæredes diu florentes coniugia cum ſummis Galliarum Magnaribus ſemper fœliciſſimè contraxerunt. Ex quo diuite ſurculo noſter Guido de Bolonia aſſumptus eſt. Mox id ſeorſum conſtabit ex arbore conſanguinitatis tantæ domus, * quam ideo ſtudioſè conquiſitam & à nobis fabrefactam ex profeſſo omnium oculis infrà ſubiicimus, nimirum facilitatis & maioris lucis causâ in perplexa eiuſmodi materia, quæ hilares vultus in nitente ſpeculo poſtulat. Quartò, neſcio à quo didicerit Onuphrius eundem Guidonem primò conſcriptum extitiſſe Lemouicenſem, an locum ex eius natalitiis dictum capiat; vel vtrum duo Guidones indiuiduos homines complectatur, vnum Lemouicibus, alterum Boloniæ oriundum. Attamen certè moneo, Principes aut parentes Optimates variis paſſim in vrbibus gignere & incolere, aut filios ſuos per conductas eò matres vxores in lucem edere; eò quòd eiuſmodi viri potentes valde proni ſunt ad equitandum, & circuncurſitare ſolent belli pacíſque tempore, occurrente rerum ſtatu. Vt ſi vnicus ſplenduerit Guido Cardinalis, non deſierit pertinere ad familiam Bolonienſem, quantûuis natus ponatur apud Lemouicenſes. Sed demum probabilius eſt eundem luci humanæ redditum in patria Bolonienſi Belgarum ciuitate, aut prope Lutetiam in règia Curia, non autem in Lemouicenſibus, alibíve, niſi validiſſimo pateat teſtimonio. Impulſus ad hoc ſentiendum eſt potiſſimùm, quia eius mater fuit quoque Belga natione, in Flandria ſæpè commorans, aut ſaltem in vrbe Bolonienſi ſuorum maiorum vicinia. Quintò, non creditur veriſimile noſtrum Guidonem cõparuiſſe Epiſcopum Bolonienſem Belgicum. Ratio ponitur, quia nondum illo decimo tertio aut quarto Chriſti ſeculo præluxit Bolonia hæc in Epiſcopatum ſublimata: at veriùs ſeculo decimo ſexto nobis nuper videntibus elapſo. Etenim manifeſtum eſt locum hunc ſic adhuc erectum anno ſalutis 1552. operâ & ſuaſu Regis Chriſtianiſſimi Henrici ſecundi erga Pontificem Max. eodem modo, quo eius parens Franciſcus I. Rex Mallacenſem & Sarlatenſem Epiſcopatus optauit creandos ad ann. 1530. veluti de Sarlatenſi teſtatur Petrus Rebuffus in Prouinciali omnium Eccleſiarum beneficialis ſuæ praxeos [e]. Sextò, maius ex eo ſuſcipit incrementum quarta demonſtratio: quòd quando idem Rebuffus deſcribit vndecim Suffraganeos Rhemenſis Archiepiſcopi, nominat quidem Cameracenſem [f], Tornacenſem [g] & Attrebatenſem [h] Epiſcopatus, qui Boloniam vrbem circundant planè, quin vel ipſamet tales vlteriùs præterit verſus Aquilonem, nobis Francis ad auſtrum conſiſtentibus. Verũ Author illam ſubticet omnino: ſcilicet quia quando ſcripſit imperante Franciſco, nondum illa vrbs ſuo æuo erecta fuerat in Epiſcopatum. Ergo quemadmodum tempore Franciſci latitudo Pictauienſis Diœcèſis maior quàm par eſſet, diſtributa eſt in parteis, vt inde recèns conflarentur prefatæ Diœceſes Mallacenſis ac Sarlatenſis in Abbatialibus alioqui Eccleſiis inſtitutæ, pro exactiore in diuinis pabulo toti Clero & plebi porrigendo: ſic Boloniana ciuitas in ſui Monaſterij viſceribus effecta eſt Epiſcopatus: & pro eo fouendo reſtrictæ ſunt iuriſdictiones veterum Diœceſeum Cameraci, Tornaci & Attrebatum longiùs æquo prorumpentium, ad peruigiles animorum cuſtodias tutiùs ſæpiúſque mox curandas & obeũdas. Igitur delendum nomen *Epiſcopi Bolonienſis ſupra mare* ex editione Onuphrij ſiue Venetenſi, ann. 1557. ſiue alia quauis, quæ id mendum non habeat veritati reſtitutũ. Quippe illi calcographi lõgiùs ex Gallia ſummoti ſeipſos deceperunt, dum arbitrati ſunt ritè typum compegiſſe, propterea quòd audiuerant Boloniam Belgicam ſuis nunc diebus dici Epiſcopalẽ. Nam ex eo ignoranter induxerunt eam proinde antiquitus verè tali Epiſcopatu præditam ſemper extitiſſe. Cuius dicti fides nemini certè perſuaſa erit, donec conſtiterit Sedem illic olim viſam, deinde abrogatam, & mox turſus priſtino ſplendori reſtitutam. Quod pauci fortè ſic factitatum autumant & animo fingunt. Vnde nomina gentilitia in dignitatis titulos verti cogitant & cupiunt: cùm tamen ea iſtic arctentur ad familiam phyſicali & natiuo curſu. Immò verò, ſanè ex remanente eiuſmodi typographia Onuphrij è diametro inferendum eſſet Guidonem potiùs à ſummo Pontifice eo die conſecratum Bononienſem Antiſtitem in Italia, vnà cum adepta Cardinis purpura ob allatas meritorum cauſas, relicta per eum Archiepiſcopali Sede Lugdunenſi poſt biennium. Et eo pacto roborandum magis ſyllogiſmum de cõcipienda Italorũ Bononia pro ſecũdo Guidonis Præſulatu in corrigẽdis Onuphrij ſcriptis. Qui author etſi recordatus non fuerit priorum viri dignitatum, videlicet Primatiæ potiſſimùm Lugdunenſis; non ob id fatendum Cathedram Lugdunenſem Guidoni haud aduenisse. Nam mos eſt ſcribentis vltimam ſolam plerunque, velut notiorem ideo ſellulam, ta-

Bolonia vrbs duplex.

4 inueſtigatio.

Guido non fuit Lemouicẽſis ortu.

5. inueſtigat.

6. inueſtig.

Nec fuit Epiſcopus Bolonienſis Galliæ.

Recentes Epiſcopatus.

Lubentiùs fuiſſet Epiſc. Bononienſis Italiæ poſt Sedem Lugd.

e Tab. 6. li. 3. c. 1.

Ioan. Maçeus in Catalogo propriorum Lutetię 1578. videtur inſinuaſſe duplicem Bononiã Italiæ, ſed verè ibi vnica eſt, ex Plinio li. 3. c. 5. & 15.

d long. 22. 3 quarts, latit. 50. 3. quarts.

* §. 2.

e pa. 486. Lugd. 1599.

f long. 25. lat. 50.

g 25. lat. 50.

h 24. vn tiers, lat 50. vn quart.

bulis exornate; aut eius meminiſse cum auguſtiore pileo virente ac rubente. Septimò denique, vt finis ſit, concludendum eſt ſolitariam voculam *Boloniæ*, facilè nomen eſse, non alicuius Præſulatus eiuſdem Guidonis: ſed, ſuæ gentis, patriæ, ac iuris paterni duntaxat: vt perlectum itis in ſequacibus demonſtrationum aggeribus ex magna proauorum caterua, quibus inopinata Authoris homonymia magis detegitur.

Paragraphus 2.

EN ſeries genealogica Comitum Boloniæ ex compromiſſis, & quam operæpretium eſt nunc palam facere. Enimuerò vix minus hîc nobis licet idem munus præſtare cum magno decore, quàm honeſtum fuit ſupra genealographiam Dynaſtarum Bellijocenſium pariter expandere i, in gratiam Archipræſulis Guidonis II. illinc oriundi. Quippe ex dilatatis ſimilibus ramis coaleſcit totum præſens noſtrum Opus, & euadit multò venuſtius. i nu. 94. §. 3. in gener. 13.

ARBOR CONSANGVINITATIS, EX IOANNE Tillio, in Originibus Optimatum Franciæ, à pag. 96.

IV. generat.

A — 1. Adolphus filius minor natu Baudouini Comitis Flandriæ, Dominus ſeu Comarchus de Guynes & Bolonię Belgicę, tunc erectę in Comitatum pro illo filio à Rege Frācorum, floruit poſt Carolum Caluum Francorum Regem ad annum 880. Eius filius.
— 2. Radulphus hæres, ſeu Comes Boloniæ, vulgò *Raoul*. Cuius item filij duo. → B

B — 3. 1. Euſtachius I. Comes Boloniæ. Eius 3. filij.
2. Gofred. Epiſ. Pariſ. & magnus Cācellarius Francię.
— 4. 1. Goffredus ſeu Godefred. Buillonius pius Rex Hieroſolymit. tantę famæ in Chronicis.
2. Bauduuin. ſucceſſor Rex ibid. Ambo ſine liberis.
3. Euſtacius II. Comes Bolon. Eius vnica filia. → C

V. Generatio.

C — Cohalda Comitiſſa Bolonię vxorata Stephano Regi Anglicano anno 1145. Ex his tres nati.
— 1. Euſtachius III. Comes Bolon. maritus Conſtantiæ filiæ Ludouici Francię Regis ſine liberis.
2. Gulielmus Boloniæ non vxoratus.
3. Maria hęres fratrum duxit Mathęum Alſatium filium Comitis Flandrię. Ex quibus vna filia. → D

D — Ida Comitiſſa Bolonię, in ſecundis nuptiis tradita Reginaudo Comiti de Dommartin; per quos nata eſt
— Mahulda parentum hęres, vtrobique Comitiſſa data Philippo Philippi Auguſti Regis filio natu minori an. 1201. A quibus orta filia. → E

VI. generat.

E — Anna Comitiſſa Boloniæ & de Dommartin ad ann. 1220. mortua ſine liberis. Cuius hæres fuit quidā Robertus I. per Arreſtum Curiæ an. 1275. ſiue conſanguineus, aut affinis Ioānæ, ſiue aliunde, quod non aperit Tillius. Ea verò maritum optauit Guilelmum III. Comitem Aruerniæ, poſt datum à Rege Comitatum auo Guidoni in feudum patrimonialē. Et hinc emerſi ſunt duo filij.
— 1. Robertus II. Comes Boloniæ, Aruerniæ & Dommartin. Ex Beatrice vxore vnicus ei filius. → F
2. Ludouicus de Bolonia, Dominus ſancti Martini in Aruernia.

Rober

XI. generat.

F

Robertus III. cognomine *Magnus*, Comes Boloniæ, Aruer.& Domm. qui in I. nuptiis vxorem duxit Blãcam filiam Roberti Franciæ, Comitis Claromontani Bellouacenſis. Ex his natus.
- Guilelmus Comes Boloniæ,&c. Ei ſucceſſit Filia
  - Ioannes Comitiſſa Boloniæ, Aruerniç,&c. ſine liberis. Vnde Ioannes de Bolonia Baro de Mont-gaſcon patruus ſuus fuit hæres ipſius.

Tũ in II. nuptiis, an. 1312. duxit Mariam filiam Guilelmi Flandriæ. Ex quibus geniti ſex liberi

G
1. GVIDO, à Tillio dictus vulgò *Cardinalis de Bolonia* ſeu Bolonienſis. Et hic eſt noſter *Archiepiſcopus Lugdunenſis*, de quo Onuphrius.
2. Ioannes I. Baro de Mont-gaſcon a, & deinde hæres neptis Ioannæ eit. hinc Comes Boloniæ, Aruer,&c.

Is duxit Ioannam Borboniã de Claromon. eit. Vnde ſuborti duo.

H
3. Robertus IV.
4. Gofredus, Baro de Mont-gaſcon, &c. Duxit in 2. nuptiis Ioannam filiam Comitis de Vãtadour. E quibus emerſa eſt.
5. Mahalda vxor Comitis Geneuenſ.
6. Marguarita Monacha.

a Sed hîc nonnulli dicunt ipſum Ioannem I. fuiſſe præterea Comitem de Monte-forti oppido Armoricæ ſeu minoris Britaniæ prope Rhedones. Verùm minimè legitur apud Tilhum genealographam in Bolonienſibus: quin è contrà docet in ramis Roberti Regis per Amalricum eius filium, quòd Comites de Monte-forti ſuos inde ſemper habuerunt ſucceſſores alios ac hæredes minimè interceptos. Iſti verò recentes anonymi attribuunt Montem-fortem Ioanni I. Bolonienſi ſine teſte, vt ſolùm inde eruant & ſumant, ſi poſſint, occaſionis capilos & fręna confirmandi ſcriptum Onuphrij, qui fratrem huiuſce Ioannis nominat *Guidonem de Monte-forti*. At non ſolet inferri tale cognomen ex fratre minore pro maiori, etiamſi ea qualitas de Ioanne probaretur, quæ longè videtur abeſſe vt demonſtretur.

XIII. gener.

G
1. Ioannes II. Comes Bolonienſis, Aruer.&c. Duxit Eleonorã Comingiarũ. Hinc vna
   - Ioanna, Comitiſſa, ſine liberis, tametſi vxorata. Cuius hæres trium Comitatuum fuit Maria eius auuncula ſecundi gradus. — I
2. Maria vxorata Raymũdo Vicecomiti Turenenſi,&c.

H
Maria, hæres Ioannæ neptis, adeóque Comitiſſa Boloniæ Aruer.& Domm. Nupta Anneto Baroni de Turri. Ex quibus tres nati.
1. Bertrandus I. Comes Boloniæ, Aruer. at Baro de Turri,&c. Ex eius corpore duo filij.
2. Ioanna vxor Beraldi Delphini Aruer.
3. Yſabella.
— K

XV. generat.

K	1. Bertrandus ſecundus tripliciter Comes & ſemel Baro, duxit Ludouicã de Trimoilla. At is Comitatum *Bolonienſem* permutauit cum Comitatu de Lauragues accepto à Rege Ludouico XI. in antidotum, nectente Boloniam ſceptro. Hinc vir vnus. 2. Gauffredus Baro de Montcaſſon.	Ioannes III. Comes Aruetniæ, de Dommartin & de Lauragues, ac Baro de Turri; duxit Ioannam Borboniam, ſororem Comitis Vindocinenſis, per quos nata eſt ſola	L.

XVII.

L. Magdalena, ſecunda filia præter cæteras hîc omiſſas, vxor Laurentij de Medicis Ducis Vrbini, patris Catharinæ de Medicis ex illo vtero; quam deinde Catharinam in coniugem duxit Henricus II. Francorum Rex, ab eóque geniti noſtri Reges, quos vidimus Carolus IX. & Henricus III. carne ſolutus anno 1590.

Paragraphus 3.

Piæ aliæ hiſtoriæ. 1.

HÆc poſtquam abſoluerimus, vt pote quæ primùm fuerant inſerenda pro illuſtri ſobole Guidonis III. Archipræſulis; reliqua eius geſta perſtringenda ſunt, cum rebus cæteris illo ſedente Lugduni occurrentibus. Duo extant. Priùs, is anno ſequente ad ſuam inaugurationẽ milleſimo trecenteſimo quadrageſimo, & vno, adſtitit imprimis fundationi Collegij Heduenſis in Pariſienſi ſtudiorum Academia, cum perdocto Cardinali Petro Bertrando Heduorum Antiſtite 68.[b] Gymnaſij eiuſdem fundatore, ex Gillio Lorrozet in Antiquitatibus Pariſienſibus[c]. Sic enim expetiuit purpuratus ſuum Celtarum Primatem his adeſſe, antequam idem Guido Lugdunenſis parem purpuram Romæ eſſet conſequutus. Poſteriùs[f] ad domeſtica Eccleſiæ deſcendamus. En ſubſunt tres priuatæ in diuinis Officiis dotationes. Prima eſt, quòd anno præfato[g] *Venerabilis Guido de Francheleyns Præpoſitus Foruery in Eccleſia Lugdunenſi ad memoriæ reliquit. Cappellam Beati Thomæ Martyris in ipſa Eccleſia Lugdunenſi ædificauit & dotauit; voluítque vt duo probi Cappellani de Choro Lugdunenſis Eccleſiæ per Præpoſitum Foruery, qui pro tempore fuerit, in ipſa Cappella intitulentur. Item quòd alternatis ſeptimanis Miſſas quotidie celebrare teneantur. Pro quibus faciendis dedit* 200. *libras Vien. ad acquirendas* 10. *libras in reditib. pro illis duob. Cappellanis.* Sic liber magnus Obituum[g]. Secundum dotationis genus eſt ibi eiuſmodi. *Anno M.CCC.XLII.* * qui dicitur vltimus ſedentis Guidonis Lugduni, *obiit die* 2. *Iunij diſcretus* Percenallus *de* Pallude *Camerarius Lugduni: qui Cappellam S.* Petri *Eccleſiæ Lugdun. dotauit de ſumma VII. librarum Vienn. perpetui reditus, &c.* Tertia dotandi ſpecies huc pertinet *Anno* 1342.[h] *obiit Gaufridus de Balma* Canonicus *S. Ioannis, qui fundauit Anniuerſarium ſuum ampliſſimum, pulſatis omnibus campanis, aſſignatum ſuper domo & vineis ſuis, quas voluit obligatas dictæ Ecleſ. vt ſoluantur.* Et hîc finem habet omnis directio ſub Guidone oſtenſa, antequam Lugduno Romam proficiſceretur, pileo ad exitum ferè anni decorandus.

2. hiſtoria triplex.

1342. Piæ Fundationes.

b Democh. li. 2. ca. 28.
c fol. 152.
f 1341.
g ad pag. 120.
* vel anno 1345. ex Repertorio fol. 61.
h Io certo menſe io Repertorio Anniuerſariot. fol. 32.

CVII. *Paragraphus* 1.

HENRICVS II. familiæ Comitum *de Villariis*, primùm Canonicus Eccleſiæ vnà cum Ioanne conſanguineo anno 1308. ex dudum allatis[a], deinde Sacriſta, poſteáque Camerarius; ex ſacro Gazophylacio iuramentum receptionis ad Primatiam præſtitit vigiliâ natalis Saluatoris anno M. CCC. XLII.[b] Pontificatus Clementis Papæ VI. anno I. Tum realem poſſeſſionem arripuit oriente anno M. CCCXLIII. Et ſequente XLIV. receptus eſt Cardinalis Eccleſiæ Romanæ poſt feſtum natiuitatis B. Ioannis Baptiſtæ.* Terræ autem diuiſio per eius obitum nonnullis facta creditur anno 1355.[c] Quibus poſitis, concludendum venit neceſſariò, vel eius Canonicatum non vacaſſe per ſuam ad Epiſcopatum & pileum rubeatum erectionem, ſed eum ſingula per annos tredecim poſſediſſe; cùm tamen de more locus vacationi & terrarum partitioni è veſtigio aperitur in tali caſu hiſce noſtris diebus. Vel certè in ſuperſtitum Canonicorum mente ab inſtanti ſuſceptæ Prælaturæ terra Canonicalis habita eſt pro diuiſibili, attamen reuerà diuiſa non eſt, niſi poſt eos annos tredecim. Quod vix perſuaſum eſt cuique, Canonicos tandiu prouentuum ſectionem

1343.

Dubius Cardinalatus Henrici Villarij.

a Nu. 99. in Petro 3. §. 1.
b 24. Decemb.
* Non tamen lego apud Ciaconium de Cardinalibus.
c 10. Auguſti.
d Nu. 90 §. 3 generat. 19. Commentar. 33.

ſectionem expectando protelaſſe: & ſubiiciſſe multa, quæ interim emerſura fuerant incommoda, aut illi ſe periculo ſubieciſſe. De reliquo floruit ſuo quoque æuo Lugduni Bernardus *de Turre*. aliter vulgò, vt quidam putant, *de Turene*, domus nobiliſſima Franciæ, ſ de qua nos alibi. Hine nonnulli ex quibuſdam Archiuis tribuunt ei vni perſimiles conſequentes Eccleſiæ Lugdunenſis ac rubei amictus dignitates, quas mox Henrico II. Villario adſcripſimus. Siue iſti homini poſt illum, ſiue ipſi ſoli Bernardo id concedant; penitiùs non inquirimus. Attamen certè obitum ſuum addicunt diei præfato S. Ioannis, ſed anno tardiori 1361. quo facta ſit capitularis ſuarum terrarum diſtinctio. Iſti verò bini Cardinales non leguntur apud Onuphrium ſcribam creatæ genealogiæ purpuratorum: Qui enim propiùs ad poſteriorem acceſſit, eſt apud ipſum Authorem *Bernardus de Ponto*, *de Caſtro nouo*, *Diœceſis Caturcenſis, Gallus*, *Presbyter Cardinalis Tit. S. Marcelli* : concreatus à Ioanne Papa XXII. ſub hoc tempus [f]. Sed iam ad Henricum Archiflaminem regreſſuri: is habetur filius Humberti Domini *de Theyré & de Villars*, necnon Leonoræ *de Belliioco*. Nihilominus vix inde intelligi putarim Eleonoram tardiorem viduam Eduardi II. Domini Belliioci ibidem [g] exaratam anno 1400. & ſuprà, quæ inſuper orta non eſt ex familia de Belhioco, velut conſanguinea, ſed ei ſolâ maritali affinitate inſerta tanquam extranea, filia Vicecomitis Turennenſis. Dicerem ergo concipi hoc loco Leonoram Guichardi V. Dynaſtæ Belliiocenſis filiam ac Eduardi I. ſororem ibidem ad annum 1320. [h] quæ ideo facilè potuit dici fierique mater Henrici Villarij, dummodò ipſa monachale profeſſionis votum haud ediderit, quin ſolùm catechumena in Cœnobio viſa ſit, etſi eam verè Religioſam ſentiat Guilel. Paradinus Henricus verò ex illo thoro cretus in virum, rexit imprimis Delphinatû loco & nomine Caroli Delphini primogeniti Ioannis Franciæ Regis. Exin piè vocatus ad Clerum, fuerat primò Epiſcopus Viuarienſis [i] ſeu Vaurienſis [k] tum eximius Antiſtes 50. Valentianus, ex Homiliario: & ad extremum Lugdunenſis. Ad quod vniuerſum hiſtoriatum de ipſo propoſitum, certè optaſſem ex animo totam arborem conſanguinitatis de illo & Henrico I. Archipræſule in formam deducere, cùm iam viros ſex ex illo ſurculo deſcripſerimus huc vſque. Id enim ita bene promerebatur hæc illuſtris familia iam necti cœpta, ſicuc nuper de Bellijoci Dynaſtis [l] & Comitibus Bononienſibus [m] honorificè præſtitimus. Verùm hactenus non placuit diuinæ bonitati & prouidentiæ noſtros tales conatus effeciſſe proſperos in conquirendo. Materiam ad ad catalogum lubèns redigemus, ſi tandem abauos tritauóſque deprehendamus.

[Margin: Et Bernardi de Turre.]

[Margin: f 1316. an. 1. Ioannis, & tunc Bernardus de Monteſauentio Gallus Caturc. Diac. Card. S. Mariæ de Aquiro, pag. 207. — g cit. generat. — h Ibid. generat. 17.]

[Margin: Henrici genealogia ex parte.]

[Margin: i Viuiers ſub Archiepiſcopatu Vien. — k La Vaur ſub Toloſano. — l Nu. 90. — m Nu. 20.]

Paragraphus 2.

[Margin: Dona Eccleſiæ facta.]

FInde aliò paucis ſeorſum diuertentes, ex opportuna chronici ratione hîc ſeſe offerunt multa quæ adſequuntur. Imprimis ex Repertorio Anniuerſariorum Baſilicæ Lugdun. fol. 58. Ioannes de Caſtellario Sacriſta Eccleſiæ ædificauit ac dotauit Cappellam B. Iacobi maioris cum duobus Presbyteriis 15. Maij 1344. Deinde, Aymo de Illino Canonicus Metropoleos Lugdunenſis donis & variis crementis conſtituit in Eccleſia S. Stephani Cappellam S. Euſta-
1349. chij die 14. Aprilis 1347. ex fol. 55. Tertiò ac vltimò, ex magno libro M.S. Obituum eiuſdem Eccleſ. paginâ 112. & in præfato Repertorio fol. 34. *Anno M. CCC. XLIX. die V. Ianuar. obiit R. Petrus de Salornay Canonicus Eccleſ. qui ſemel ei dedit centum florenos auri pro centum ſolidis annui perpetui reditus ad vnum Anniuerſarium.* Quæ cuncta directè ſub Henrico II. Archipræſule geſta ſunt. Sed verò hinc emergentes, & cæteros illos prætereuntes nos alteram nobiliorem inſtitutorum ab ipſo Henrico Anniuerſariorū ſegetem diſtinctè pendamus atque promamus.

Paragraphus 3.

[Margin: Exceptæ Capellanorum duodecim Eccleſiæ Lugdunenſis inſtitutio.]

ADſequitur iam præclara bonorum fortunæ largitio in decus & honorem Metropoleos Baſilicæ impenſa, huic referenda Villario ſecundo: nimirum conſtructio & fundatio per eum ad complementum deducta, & ampla Capellania Deo ſub titulo patrocinióque B. Mariæ Magdalenes ad latus dextrum ingreſſus chori Primatialis ipſius Eccleſiæ. Sanè quidem prior Typographia reponebat id genus beneficij ſub Henrico I. de Villariis anteceſſore conſanguineo, dudum elapſo [n], iuxta vnicam exci Campegij epitomen citra vllum tem-
1355. poris calculum. Verùm deinceps ſublata eſt eiuſmodi anxietas noſtro præſenti ſtudio ac diligentia ex deprehenſo fundationis anno, qui fuit trecenteſimus quinquageſimus quintus præter milleſimum. Tempus certè totum conforme huic ſecundo Henrico Villario, non primo, ex introſpectis nuper variis tutioribus aliis Obituum Eccleſiæ voluminibus M.S. valdè conformibus, & ob reliquam ſimilem chronologiam multùm vicinam iſtius, non alterius

Henrici.

[Margin: n Num. 101. qui fuerat Num. 90.]

Henrici. Inſtituit verò in eo Sacello *duodecim Capellanos perpetuos maioris Chori ſeruitores, itémque Officium duplex atque ſolenne Chori annuatim in quolibet feſto B. Magdalenes*, rurſus *veſpertinas preces eo die in Sacello decantandas à Capellanis*, poſt exhibitas ſuas in Choro præſentias, & dietim Sacrificium Miſſæ ibidem ab ipſis viciſſim celebrandum, ac cætera plura indixit, relictis poſſeſſionibus ad onera ſufficientibus. Verùm dicam vlteriùs. Ipſi duodecim cenſentur dudum antea conſtituti à Capitulo Perpetui ad Canonicorum in Chorum ſolamen ab antiquiore ferè Primatialis Eccleſiæ baſi. Tametſi fortè non tot adeſſent temporalium commodorum præſidia, ſed cum tenuiori prouentu. At verò Henricus diues eiſdem mox adiecit opes, vnde victitent, ferántque pôdus & æſtu diei in Choro & diuinis Officiis peragendis. Atque idcirco ſingulis quaſque domos emptione attribuit extra Clauſtri ambitus, & in eius circuitu colocatus, velut ipſi eſſent nocturni in excubiis fideiuſſores reliqui totius Cleri intra Clauſtrum aſſidentis & recumbentis, tanquam regij corporis cuſtodes tutiſſimi in prima acie conſtituti. Vnde firma & ſtabilis hæc ſecunda Henrici II. de perpetuis Sacerdotibus fundatio perfecit feliciter & luculenter abſoluit primam talis Eccleſiæ mentem, aut antiquiorum inſtituentium pietatem, vt ipſa eius nunc omnibus foret partibus completa & conſummata.

Eos dotando Henricus fecit Capellanos B. Magdalenæ.

Integer ergo ſcopus quò tendebant cuncti illi primæ Gallicanæ Baſilicæ Patres, eſt eiuſmodi è veteribus M. S. Eccleſiæ hauſtus, & hîc in decadem probè diſtributus, neque vix citiùs commodè quàm hoc ſitu proponendus: vt ſimul & ſemel hîc omnia proferam. Imprimis *Militans in terris Eccleſia Lugdunenſis olim per ſanctos Patres fundata eſt, quantum poſſibile extitit, ad ſimilitudinem Eccleſiæ in cœlo triumphantis*. Sic ediſſerunt priſci illi. *Imprimis*, ſicut à Beatis Trinitas perſonarum in vnitate diuinæ eſſentiæ colitur (pergunt enarrare) ſic in Eccleſia Lugdunenſi tres perſtant Baſilicæ contiguæ [z], tribus quidem tectis aut muris diuerſæ, at in cultu vniformes & ad eundém Clerum pertinentes, ſeu vni eidémque Capitulo Cathedrali annuatim reſpondentes: hoc eſt, vno verbo, repræſentantes diuinæ Trinitatis vnitam entitatem. *Secundò*, in eadem Eccleſia ſupereminet omnimoda identitas ſtatutorum Collegij incorporatorum, & diuini planè Officij ſub triplici tecto ad vnius eatundémve campanarum ſonum perficiendi, vtique pro referenda ſemper diuina in tribus inuicem collatis perſonis vnitate. *Tertiò*, in illo quolibet templo trino ſingulis annis horiſque matutinis leguntur integrè & palam tota Biblia ſacra pari modulo. Qui ritus diuinarum perſonatum æqualitatem præſefert. Earundem verò titulares Patroni, ſub quo nomine viſuntur conſecratæ, ſunt ſancti Ioannes Baptiſta, Stephanus Protomartyr, & tertia eſt ſanctæ Crucis. Quam ſeriem egregiam ſic latiùs luciditiúſque paulò oſtentamus; dum portendunt mirabile & cæleſte quoddam myſterium à priſcis peruigili mente conceptum. Horæ canonicæ, maximè tres præcipuæ, ita ſimul canuntur in quaque trium Eccleſiarum, vt poſtquàm in Choro primæ Baſilicæ peruenitur ad Pſalmum primarium, tunc nec priùs inchoatur ſolennis cantus in ſecúda; vbi prima Pſalmodia pene abſoluta cùm ſit, incipit modulatio in tertio. Inde ſi quis extra poſitus ad medium ferè interſtitium tres illos ſubaudiat Choros præcinentes, credit gratiſſimam inuiſiſſe mixtim ſymphoniam cuiuſdam tinnitus, aures piè demulcentis & ferientas in illo pleno cantu. Neque tamen muſicis vocalibus, alibi in Francia etſi vſu peruritis, aut organorum artificio contentis vtitur vnquam Eccleſia Lugdunenſis, cereræve Collegiales Diœceſeos, cùm ſit nouitatis fugandæ prorſus ignara, vt de ipſa inter primas habenda loqui ſueuit D. Bernardus eiuſdem ſæpè encomiaſtes. Subalternus autem ille ordo canendi induit rationem & imaginem primæ in diuinis perſonæ ab alia non pendentis, ex qua gignitur ſecunda alioqui æqualis, ſed mutuis relationum oppoſitiunculis diſtincta; & tertia ab vtraque procedens. *Quartò*, in eadem Eccleſia fuêre ab initio nouem Perſonatus conſtituti, ſeu octo dignitates, ad inſinuandos nouem [a] Ordines Angelorum per tres hierarchias conſtituros in Eccleſia triumphante. Quorum in dignitate perſonatuum vnus omnium ſupremus diſtinctus appellatur Abbas S. Iuſti Lugdunenſis, ſedens in maiori Eccleſia. Hunc autem perſonatum tenet, quicunque dicitur Archiepiſcopus Lugdunenſium. Seu ipſe potiùs eundem nouenarium præcellit, velut decimus, perfectus vnitatum numerus, vlteriùs deinceps ſemper repetendus, atque decem præcepta Decalogi myſticè ſpectans. Et tenui penicillo imitatur partim vnius eſſentiæ Deum in Eccleſia triumphante, tum etiam Chriſtum hominem aut D. Petrum eius generalem Vicarium, ſummum caput in tota Eccleſia militante. *Quintò*, in illa Lugdunenſi Eccleſia nitent & recenſentur nobiliſſimi Comites, hodie triginta duo, ſed olim ex priore inſtituto ſeptuaginta omnino, aut de more antiquo, comprehenſis octo dignitatibus ſeu nouem perſonatibus ac officiis: quales ſeptuaginta præ ſe ferunt ex parte reliquos vndecim Apoſtolos vniuerſales mundi Epiſcopos, tum etiam ſeptuaginta Chriſti Diſcipulos, reſperſos in particularibus Epiſcopatuum

Textus veteris ſeleſtis fundationis Eccleſiæ Cathedralis Lugdunenſis in X. membra.

[z] S. Ioannis, S. Stephani, & S. Crucis.

I. 2. & 3. reſpiciunt diuinam Trinitatem.

Dignitates Eccleſ. Lugd.

IV. membr.

[a] Decan. Archidiac. Præcentor, Cantor, Camerar. Sacriſta, Cuſtos, Præpoſitus, Magiſter Chori. Tres primi efficiunt primã hierarchiam &c.

V. membrũ.

tuum locis, & præſertim effectos primos noſtræ Galliæ Epiſcopos, teſte noſtro Volumine tertio præſentis Operis, vbiq; paſſim ferè. *Sexto*, ibi apparent poſiti duodecim vel tredecim Cappellani perpetui, de quibus tantopere in hoc Henrico II. Archiantiſtite ſumus præfati hactenus. Hi referunt planè fontes illos duodecim è clariſſimis virgultis ſeu palmis ſeptuaginta prodeuntes, de quibus Moſes ſub veteri Teſtamento [b], ad irrigandum campum latiſſimũ Eccleſiæ Lugdun. in Canonicis palmitibus ſplendentis. Sunt præterea duodecim cophini euangelici fœcũdorum reſiduorum [c] de panibus lectiſsimis nobiliſsimi huiuſce Capituli ad maius Eccleſiæ ornamentum referentes in Choro pondus diei & æſtus. Depingunt rurſus duodecim Apocalypſeos ſtellas [d], equidem circũſtantes caput mulieris Reginæ, ſeu Eccleſię Lugd. quæ eſt amicta Sole radiantium illuſtrium Comitum: reſonant ipſi canoras Cleri & Chori voces, ſacraq; Altaria diuinis myſteriis tonantia ambiunt, ac præcinunt. Sunt deniq; duodecim portę ciuitatis [e] mirificę, in quibus totidem margaritę viam monſtrantes ad beatam vitam ſuis perennibus Officiis in Templo Dei. *Septimò*, in eadẽ Eccl. extra Canonicos & ſupra Cappellanos permanent Officiarij quatuor præcipui, vulgò nuncupati Cuſtodes Parœci, nimirum Quæſtor ſeu Theſaurarius Eccl. S. Ioan. Sacriſta Baſilicę vnitę S. Stephan. & duo Curiones ſeu Cuſtodes Eccleſ. pariter coniunctæ S. Crucis, qui creduntur primi huiuſce quaternarij, curam animarum gerentes Cleri ac populi, iiſdem Sacramenta ſub beneficij & honorarij titulo miniſtrantes per ſe ſuoſve Vicarios, dempto ſecundo, at omnes Miſſas celebrãtes ad triplex maius Altare trium quæ dicimus Templorum, eodem cum ipſis nobilibus Canonicis iure. Et hi quatuor Chriſti Euangeliſtis, qui fuêre minores Apoſtolis, maximè duo [f], ad nutum decentérq; reſpondent. *Octauò*, in eadẽ triplicata domo Dei verſantur ſeptem Milites ſacri pariter Capellanis anteriores in literatis Academiis graduati, ſeu Iuris vtriuſq; candidati & profeſſores, qui ſedulò Eccleſiæ iura defendunt, quò deputantur, quandiu cęteri liberiùs deuotiúſque ea quæ ſunt diuini muneris exequuntur. A quibus Officiis nec abſunt ipſi Milites, habiti tanquam in Choro exiſtentes ac diſtributionum fructuúmve participes, quando illis pene ſecularibus vacant aut implicantur Eccleſiæ negotiis. Atque omnes hactenus conſeri pti, præfatis exceptis Cappellanis, interſunt Capitulo, ſeptiq; ingrediuntur vnà cum perſonatis Canonicis, conſilium in dubiis porrigentes. Iidem verò Milites nobis ſeiunctim delineant ſeptem altioris ſpiritus dona cũ luce ſeptem dierum apud Eſaiam vatẽ decantata [b] tum ſeptiformes alios perſimiles diuinæ gratiæ ſpiritus in tot viatorum credentium Eccleſiis diffuſos per ſeptem Angelos ſtãtes ac in timore Dei laborãtes, itemq; ſeptem candelabra aurea præſente filio hominis collucentia, & ſanam doctrinam præſtantia, qualia vidit in noſtri bonũ præmiſſus Biloan. Euangeliſta [c] vnà cum ſeptem ardentibus eximiæ charitatis ante thronum lampadibus [d], cum ſeptem odoriferis proborum exemplorum phialis [e], cum ſeptenis ad vigilias & orationes excitãtibus tonitruis [f], cornibus [g] ac oculis ſeptem. *Nonò*, illic mixtim cũ ſacro Militũ Eccleſ. Ordine perfunditur Doctor Theologus, vel octauus Miles, imò octonarij primus: qui octauã addit beatitudinẽ ad ſeptẽ beatę viſionis ſimilitudines in Euãgelio Matthęi [g] expreſſas [h]. Vt pote cuius ſit onus docere Clerũ populũmq, per ſe aut alios, viã ſibi cõparandi dona S. Spiritus, ac æternã Beatorũ fœlicitatẽ amplectẽdi. Adeóq; idẽ Theologus Eccleſiaſtes Capit. cũ præmiſsis ingreditur de diuinis conſulẽdus: cũctis æquali Almutiorũ fabrica canonicali & pretioſa vtẽtibus. Hinc, alij omnes tũ præfati Capellani perpetui, tum 20. Choriales quos vocãt Clericos, & tondẽ pueri qui paſsim Clericuli *Clergeons* nuncupãtur, lectiunculiſq; ac cęteris Officiis tenẽtur intereſſe, ſubindicãt planè ſeptẽ plus minùs Diaconos ſeu Diſcipulos alios Chriſti Domini ab Apoſtolis accerſitos; vt in vniuerſũ hodie pro tribus Eccleſiis reſidentic concùm ſupra triginta ad minus perſonæ cum nominatis per Dignitates ſtipendia ipſis largientes. Inter quos Clericuli de omnimoda veteri expenſa Capituli extant duodecim reſidui octo aliunde vrbani & aſcititij. Sed ad cõmemoratos duodecim perpetuos Cappellanos paucis redeuntiſh minimè ſedent in Choro aut gradiuntur eo ſuperiori ordine, quo fuêre ſuprà recenſiti, verùm poſt Theologum ſeptemque Milites, Almutiis tamen inferioris pelliculæ veſtiti. Et in eo ad extremum diſcas, quòd præter hos duodecim Cappellæ Magdalenæ ex §. 3. mancipatos: ipſis à Capitulo quondam adiecti ſunt alij octo Perpetui, ſimiliter pro Choro corroborando conſtituti, nihilominus ſub incertis & ignotis hactenus temporum ſcrupulis: aique prioribus XII. coæquales, excepto hoc vno, quòd eiuſmodi octo paululum recentiores aliud nihil in præfato Sacello percipiunt, cui etiam miniſtrandum habent ex inſtituto eum veteribus, quam pro rata denarij, quoties vnus ex duodecim moritur, nec vltrà in maioribus Cappellaniæ fundationibus ſeu fructibus ſuſcipiunt. Déque his viris Numerus CXIII. §. 4. recentiores alias indagines iſtis breuiores amplectitur.

[a] *Decimò*, modus de cætero conſtitutus à ſanctis Patribus ſeruiendi in diuino dictæ Eccleſiæ Officio, fuit iſte. Omnes Canonici habentes Perſonatus, vel alij Sacerdotes ac Clerici omnes

Tt præben

Marginal notes: VI. Membr. XII. Capellani. VII. Membr. Quatuor Cuſtodes. VIII. Memb. De ſeptem ſacris Militibus Eccleſiæ. IX. Membr. De Eccleſiaſte Theologo Eccleſię. De perpetuis XII. aut XX. Habituatis. X Membr.

[b] Nu. 33. v. 9. [c] Matth. 14. v. 20. [d] ca. 12. 1. [e] c. 21. 10. [f] Marcus & Lucas. [b] ca. 11. v. 1. ca. 30. v. 26. [c] Apocal. c. 1. v. 12. ca. 8. v. 2. [d] ca. 2. v. 1. [e] ca. 4. v. 1. [f] c. 17. 1. [g] 10. 1. [g] 5. v. 6. [h] ca. 5.

Canonicorū obligatio.

præbendati in Canonicorum famulatu exiſtentes, adſtringuntur ex neceſſitate alterius noctibus ſurgere ad preces matutinales Deo Opt. Max. offerendas ſecundum Statuta Eccleſiæ, &c. Item ſtatuerunt S. Patres, quòd Canonici & incorporati eleemoſynam non fraudent: quæ eleemoſyna miro ac ſumptuoſo valde modo exerceatur oportet; & de qua pauperes Religioſi, viduæ, orphani, pupilli, mendicantes ad ianuas, verecundi ſuſtententur. Atque ac hæc iurat quicunque in receptione Canonicus ſeu incorporatus admittitur. Item decreuerunt, quòd illi Canonici maiorem teneant hoſpitalitatem, & plures faciant eleemoſynas, qui in diuiſionibus terrarum plus percipiunt; vt in reditibus fiat gratia maior: pérque hoc magis moueantur omnes ad opera pietatis. Quod tamen vetus eleemoſynarum genus à ſingulis ferè tradendarum deinceps verſum eſt in publicas à Capitulo nomine ſociorum largiendas. Scilicet id bonum opus contuemur reſperſum in æquale aut multò maius; nimirum ad generaliſſimam totius vrbis eleemoſynam, honoratiorem ſi quæ ſit in tota Gallia, illic annuatim porrigendo libras pecuniarias, quadringentas: congregatis eiuſmodi pauperibus laicis. Templum ampliſſimum conſtruendo cum appoſitis Capellanis: rurſus ad frumēta vináque Religioſorum Mendicantium Conuentibus haud rarò largienda; quorum tecta muróſque curat inſuper & iuuat Capitulum. Impertiuntur denuo Comites ſuas nummorum ſummas ad ſeniorum valetudinariorúmque Hoſpitalia. Cuius ideo generalis eleemoſynæ hi ſoli nobiles Canonici optantur Rectores, vnà cum aliis laïcis ciuibus ad ſubalterna eiuſdem locorum officia vocatis. Erat verò iſta Eccleſia adeo ſanctiſſimè fundata, quòd bonæ memoriæ frater Hugo de ſancto Theodoro ex Ordine Prædicatorum, primus Magiſter in Theologia ex familia ipſorum, maximè Doctor Theologus & initio publicus lector in eadem Eccleſia extrinſecè aſſumptus cum ſtipendiis, necnon vir creatus deinde Cardinalis in Alemania, Eccleſiam Leodienſem ad Moſam fluuium ſecundùm ritum & ordinationes ac modum Eccleſiæ Lugdunenſis reformauit, Lugduno illuc ob id eo proficiſcente. Atque vſus ita hodie ibi obſeruatur. Déque illo themate nos ſuperiùs. Atque de Hugone Prædicatore alia Num. XCII.

Alius Theologus Lugd. ad Leodienſes.

Gladius ſpiritualis Eccl.

Ad extremum, inter quinquaginta octo Canonicos, qui poſtea præluxerunt in prima Eccleſia Lugdunenſi, cum perſeuerantibus octo Dignitatibus, ſanè Decanus in Clericos Ciuitatis Lugdun. tamen non exiſtentes de Choro Eccleſiæ prędictę, mediam partem iuriſdictionis & emolumenti emendarum habet in cauſis criminalibus. Et in illis caſibus Archiepiſcopus ac Decanus communem vnum Iudicem nominant adhibéntq; diuos Petrum & Paulum Apoſtolos in cæterorū coriphæos in hoc depingētes. Qui nihilominus Iudex minimè anathematis ſentētias fert aut abſoluit. Sed Officialis Archiepiſc. ad ipsius Iudicis poſtulationem hæc pręſtat & efficit. Itémq; adsūt ibi duo alij Iudices, quonis anno ſoliti à generali Capit. inſtitui. Hi poſſunt excōmunicare, abſoluere, ſuſpendere, procurare, Clericorū exceſſus corrigere, ex ſupremi Pōtificis cōmiſſo. Vnde nanciſcuntur Iuriſdictionē in Decanū ipsū & omnes Perſonatus, incorporatos, Clericos & Cappellan. Eccl. Atque hic duplex gladius Baſilicę Lugd. Romę conceſſus, cùm ſpiritualis, tū etiam tēporalis, iam plurib. nunciabatur ſuprà in Ioan. III.[l] & Berald. Archiepiſc. Cęterùm pręfata hoſpitalitatis forma domeſtica ſaltē, hęc erat ex archetypis. *Perſonatus debent perſonaliter iugitérq; reſidere: ac tenentur ſecū in hoſpitio ſuo tenere & habere pro ſeruitio Eccl. faciendo ſex tā Presbyter. quàm Clericos, &c.* Iſta ferè cuncta ad verbum habebamus promulganda è magno Obituum libro, Inter quos plures, vt vocant, Habituatos parent pręfati duodecim Sacerdotes Perpetui.

l No. 98. §. 2. in Nu. 100. §. 2. 3. 4.

Paragraphus 4.

Onera Cappellan. XII.

AD eoſdem Cappellanos Magdalenes breuiùs reuerſuri pro ipſorū tractatulo cōplendo, monemus præfatū Henricum II. obiiſſe 15. die menſis Nou. ex vnis ſuis MS. Codicib. aut veriùs die 25. ex aliis incluſis & aſſeruatis in eorundē Capellanorū ſcriniis: *ſepultūs à parte dextra Cappella.* Quo ſemper die celebratur *eius Anniuerſ.* Atque idē fundator ſuas ita diſtributiones omnino ſtatuit, vt debeāt *librari in Capella annis ſingulis, & quòd adſtricti ſint incorporati ad hoc ſub pœna Cōſtitutionis Gregorianæ*[m], & multis aliis cōtentis in Eccleſię ſtatutis, quæ ſubinde fundationes huiuſcemodi cōprobauit tali periodo. *Nos Guil. de Thureyo Dec. & Capit.* Lugd. *noſtro in Capit. generali exiſtentes, habitâ inter nos matura deliberatione, vnanimi cōſenſu omnes ordinationes ſupradictas per D. H. de Vilars Archiepiſc. factas laud. approbamus & ratificamus, &c.* Atque is certè Decanus eſt ille de Tureyo, qui poſtmodū Primatui ſucceſſit, medio duntaxat poſt hūc Henr. Raymūdo Saqueti. Cęterùm pręfata annua reuolutione decedētis Henr. & paucis ante obitū menſibus tria demū egregia eidem ſubuenerūt, huc ſolerter pertinentia. Primò, vocatus eſt teſtis in publico inſtrumento Nantuanēſis Prioratus Sabaudię Diœceſis ſuę Lugd. ex M.S. Nantuę nobis oſtēſo. Deinde legitur pręſens in releuatione corporis ſancti Ludouici Regis[n]. Tertiò, in extremo pene libro manuſcripto fundationis Eccleſiæ Lugdunenſis hæc perferūtur.

Fundatio approbata.

m Gregor. Pap. 10 De quo ad Nu. 95. §. 1.

Geſta vltima Henrici, triplicia.

n apud Ioinuilæum in vita S. Ludou. cap. vlt.

G. P.

G.P. Abb.Monaſterij Inſulæ barbaræ Lugd.Diœceſ.in præſentia D.Henr.Archiepiſ.G.Decani, & alior. quatuor Canonic.præſtitit iuramentum ſecund. formam ſuperiùs annotatam. Datum die 20. Maij, Anno 1355. Sic loquitur Notarius. Et de ſimili negotio nos antea ſub nomine hominij [o]. Atque tãdem in iſto Henrico 2. finem habent tum Reſcriptum Homiliarij ſeu duorum Martyrologiorum Eccleſiæ S.Irenæi Lugdunenſis, tum liber vetus Obituum, non autem alij recentiores. De ipſo Henrico alia conuere ſuprà in Petro de Sabaudia Archiflamine [p].

o Nu.98.§.2.& Num.103.§.5.
p Nu.105.§.3.

Paragraphus 5.

PRo exitu, obiter de tribus mirandum apud Guilel.Paradinum [q], ac iſtic Lectorem monendum. Imprimis, quo pacto, dum refert præfatum Carolum Delphinum hominij ſacramẽtum detuliſſe eidem Henrico, ob quaſdam terras Eccleſ. quas princeps poſſidebat, cum declararet Henr. huius nominis primum, cùm ſtatuat in margine an.1349. ſcilicet conformem ſeculo ſolius Henrici ſecundi, quem iſtic ſumus aggreſſi. Etenim vidimus Henr. I. eiuſdem familiæ iam in cineres redactum ab elapſo ſemiſeculo [r]. Secundò, quorſum alibi cõſcribat Henricum 2. Archiepiſc. (qui ſit iſte) ſub an.1357. cùm ſuprà ex Archiuis dixerimus eum naturę ſatisfeciſſe anteriore biennio? Tertiò, eodẽ anno Carolus V. Rex Franciæ Ioan. Regis filius ſceptrum Francorum nondum eſt aggreſſus, quod tamen ipſe Paradinus affirmat. Verùm inauguratus eſt Rex an.1363. tantummodò, teſtibus Chronicis Æmilij & Tillij.

q li.2.hiſt. Lugdun.cap.79. an.1349.
r an.1301. Nu.101. Parad.2 cap.5. extremo, 125. Nou. 1355.

CVIII.

RAYMVNDVS Saqueti cõpatuit primùm tanquam regius Conſiliarius in Parlamento & Baſilica regia Philip.4. Valeſij Regis ante ſuos Epiſcopatus adeptos, ex Tilleto in Oprimat. Francię an.1331.* Sic autem dictus eſt Archiuis, Cãpegio in Demochare, & Paradino; vel *Sequeti* ex Cãpegio ſeorſum, ſeu *de Saquella* Sarrazino: ſedit primùm ordine 41. in Epiſ. Morinenſi ad an.1346. vt conſtat ex Tabula Epiſc. Morinenſiũ apud eundem Democharem [a], qui eum illic denominat *Sacheti*. Sed eo anno ciuitates Morinenſis & Caletũ portus ab Anglis concremata ſunt. Vnde Raymundus Lugdunũ ſe contulit, ſede ibidẽ donatus
1356. ex præſtito iuramento V.Kal.Maij an.1355. Innocentij Papę ſexti ann.IV. Sic reſcriptum Gazophylacij Eccleſ. Et ſedit ad biennium. Verùm ne confundantur addiſcentium ingenia: noli Morinẽſem Diœceſim vnà miſcere cum Maurianenſi Eccleſ. Quippe Morinenſis vrbs ea eſt Belgica, quæ ſitum habet ad auſtrum ortiuum Caleti & Boloniæ, de qua ſuperiùs [b], vulgò *Teroüane*, ad Archiepiſc.Rhemenſem ſpectans. Et Maurianenſis eſt Galliæ Togatę ſeu Sabaudię, ad Tarentaſienſem Archipræſulatum pertinens, vulgò *S.Iean de Maurienne.*

* Die Mercurij ante Dominic. Palmarum pag.188.
a Nu.42 li.2. cap.16.
b Nu.106.

CIX. *Paragraphus* 1.

GVILELMVS III. cognomine *de Turreïo* hoc pacto [a] & ordine recenſetur in Archiuis [a]: etſi recentior Sarrazinus hunc poſt *Ioann.de Talaru* inſinuauerit, qui tamen iacet inferiùs poſt medium Carolum I. Idem Guilelm. primùm Decanus Eccleſ. ex bis iam nunciatis [b], Cathedram Lugdun. occupauit circiter annum 1357. ex ſacro
1357. Gazophylacio: & iura Eccleſiæ tutatus eſt pro Religioſis recluſis in vrbe anno 1359. [c] Non-
1359. nulli ſentiunt eum poſtea extitiſſe Epiſcopum Eduenſem. Veruntamen obiit Lugduni ex libro martyrologico poſt ſuæ promotionis octennium. Neque etiam Demochares [d] inter Prę ſules Eduenſes prędatum agnomen *de Turreïo* ſupponit, at proprium duntaxat valde ambiguum. Et vix inſuper ſibi perſuaſum habebit quis, noſtrum Guilelmum tunc prætuliſſe Epiſcopatum Primatiis: niſi fortè priorem ſimul cathedram vnà cum poſteriore eidem eſſet illo æuo permiſſum obtinere, ſicut vidimus ſuprà Epiſcopatũ & aliunde Canonicatum ab eadem tunc perſona ſimul retineri potuiſſe. Hinc verò ordinem temporum proſequentes: deſcendamus ad clericales fundationes eo ſedente ad finem perductas fœliciter. *III. Kalend.Septemb.* [e] (ait vnus liber Obituum) *anno 1359. obiit D. Ioan.de Montagniaco quondam Canonicus Eccleſiæ*
1362. *Lugdun.&c.** Alibi. *Anno 1362. die penultima May Humbertus de Balma Cuſtos Eccleſ.* Lugd. *& Canonicus Collegiatæ S.Pauli legauit Eccl.XX. libras Vienn. annui & perpetui cenſus* [f], *incluſas in terra vocata, del petit molin. Item dedit IV. libras redituales pro anniuerſario ſingulis annis & die ſui Obitus. Andrea de Balma Canon.S.Nicety fratri ſuo legauit vineã ſuã cum domo de Franco-villa ad eius vitam poſt obitum per XII.* Cappellanos *Eccleſiæ* Lugdun. &c. Inde feſtinemus reliquam Chronologiam materiámque ſeorſum delibarę.

a Et Parad.2. cap 80.
b Nu.98.§3. Nu.101.2.°
c Parad.cit.
d lib 2. cap.28.
e 19. Auguſt.
* Et hic obiter nota, quòd an.1358 die 2.ſept. obiit D. Gerald.de Cultil I.V.profeſſor Canonic.Pariſ & miles in Eccleſ Lugd. cui dedit centũ Flor. auri. Ex Repertorio Anniuerſar. fol.23.
f reditus.fol.100.& Repertor.fol.47. obiit 4. Maij 1380. Archidiac. Eduen. Auditor Palatij Apoſtolici, & Petr. Nepos Magiſt.Choti.

Paragraphus 2.

Compoſitio Archiepiſcopi & Capituli pro rebus mobilib. decedentium in Clero.

IN libro cui Titulus eſt, *Statuta Eccleſia Lugdunenſis*, inter plura legitur Compoſitio huc pertinens, facta cum D. Archiepiſcopo per Dominos Decanum & Capitulum Lugdunenſe, de lectis Dominorum & incorporatorum decedentium. *Nos Petrus de Croſet Decretorum Doctor, Sacriſta, & Officialis Lugduni* (infit typus g M.S.) *notum facimus vniuerſis, quòd cum diſcordia & quaſtio verteretur inter R. D. Guilelmum Dei gratiâ Archiepiſcopum & Com. Lugdun. ex vna parte, & venerab. ac circunſpectos viros Domin. Ioan. de Talaru Decanum & Comitem Eccleſia Lugdunenſis, nominib. ſuis, nec non dignitatum, Canonicorum & incorporatorum ex altera: ſuper eo quòd Dom. Archiepiſcopi aſſerebant ſe habere debere loca dignitatum, Canonicorum, & incorporatorum defunctorum Eccleſia, videlicet meliorem culcitram, puluinar, & pannos, meliúſque coopertorium. Et quia dicti Domini Archiepiſcopi lectos dignitatum, Canonicorum & incorporatorum defunctorum ipſis defunctis non habebant, nec habere poterant ſicut petebant, quia ſapiſſimè non inueniebantur penes defunctos; & quia per hæredes ſeu executores defunctorum petebantur plura; quæ ſcandala circa ſepulturam ipſorum defunctorum & pulſationem Campanarum obuenirent in Cleri & populi deriſionem, nec ſuper his certus modus reperiebatur, niſi quòd in libro Statutorum Eccleſiæ reperitur ſcriptum, quòd Stephanus Prior Portarum, qui antea per plures annos fuerat de corpore dictæ Eccleſiæ, depoſuit ſuper his aliqua ſe vidiſſe, cuius teſtimonium non erat certum nec approbatum, & adhuc exiſtebant dicta cauſa diſſenſionum: Tandem D. Archiepiſcopus, Decanus & Capitulum attentis prædictis, volentes poſſe temporib. ſuis pacem & tranquillitatem ſuper his inter eos reſidere, & ad bonam formam ac perpetuam concordiam deuenire, iurgia & contentiones reſecare, & certam formam ſtatuere ac declarare, ſic quòd perpetuò eſſe non poſſit diſſenſio inter eos, habita ſuper hoc deliberatione cum ſapientib. & Iuriſperitis coram Iacobo de Granellis & Bartholomao Placzardi Notariis publicis mandatis, Curiæ dicti Archiepiſcopi iuratis in præſentia eorum, ſponte ſua, & ex certa ſcientia, conuenerunt, tranſigunt, & declarant: Imprimis quòd D. Archiepiſcopus, & eius in perpetuum ſucceſſores habeant perpetuò pro lectis dignitatum, Canonicor. & incorporator. quoties ipſos decedere contigerit, 15. florenos auri boni, quorum LX. florenı valebunt vnam marcham auri ad marchā Lugdun. item pro lecto & aliis prædictis cuiuslibet Canonici ſimplicis dignitatem non habentis, decem florenos auri dicti ponderis & cuiuslibet quatuor Cuſtodum & cuiuslibet Militis Eccleſia, octo florenos auri; & cuiuslibet Cappellani perpetui, ſex florenos auri. Quam ſummam hæredes ſeu executores ſoluere teneantur D. Archiepiſcopo & ſucceſſorib. &c.* * *Acta fuerunt quoad D. Archiepiſcopum in Camera ſua domus Archiepiſcopalis Clauſtri Lugdunen. Præſentib. D. Ioanne de Lay Legum Doctore, & Martino de Vlmo Licentiato in Legibus. Et quoad Dominos Decanum & Capitulum in Capitibus Eccleſiæ Lugdun. venerabilib. viris Iacobo de Coloigniaco Cantore, Guilelmo de Eſpinacia Cuſtode, Amadeo de Monte-bello Præpoſito Foruery, Guilelmo de Sinemuro Magiſtro Chori, Ludouico de Propreriis ſeniore, Theobaldo de Calomonte, Haynardo de Tureyo, Humberto d'Ars, Ludouico de Propreriis iuniore, Canonicis*
1363. *præſentib. die XXVI. menſis Iuny Anno M. CCC. LXIII.* En opportuna Concordata ad rem familiarem & domeſticam pertinentia, necnon decenti hominum conſuetudini aptiſſima, vt hodie in vſu perſeuerent.

Præterita ferè ſcandala inde.

Super lecti ha morientium pro Archiepiſcopo in Clero.

Redempta & verſa in pecunias.

g Ex Repertor fol. 61. obiit Guilelmus de Theſis Canonic. Magiſter Chori Eccl. Lugd. 24. Aug. 1360. legauit pro Anniuerſar. acquiſita apud S. Symphorian. Caſtri à nobili domicello Ioann. de Monte aureo. In Repert. fol. 65.

* Ex Repet. Anniuerſar. fol. 59. obiit peoult. Maij 1362. Humbertus de Balma Cuſtos Eccl. Lugd. & Canonic. Collegiatæ S. Pauli, qui multa eiſdem legauit Tunc quoque obiit Theobaldus de Calomonte Præpoſitus Foruerij, in Eccleſ. Lugd. qui ibi reliquit Anniuerſarium generale, &c.

Paragraphus 3.

Poteſtas Eccleſiæ Lugd. ſeu Capituli fabricandi Monetas.

INterim ſedente eo Archiflamine, Capitulum Lugdunenſe multa præclara moliebatur, qualia hauſimus ex libris Actorum capitularium eiuſdem Eccleſiæ; quos alibi paſſim citamus infrà. Quod verò iam ſpectat ad materiam, quæ impræſentiarum iſtić occurrit erigenda, quæque ex libris illis eruta eſt, tota collocatur in docenda numiſmatum conficiendorum poteſtate Capitulo Lugdunenſi conceſſa atque relicta. Id enim eximium ius fabricandi pecunias fuit & reſidet penes Eccleſiam Primatialem: veluti dudum antea probarūt quatuor hactenus allata quondam ſummorum Principum Edicta cum Lugdunenſi Capitulo inita, imprimis duę extant Conceſſiones Frederici I. Imperatoris, ſubſignatæ *Bulla aurea*, pro ſumma penè Lugdunenſis Eccleſiæ erga Prouinciam vrbémque dominatione in Eraclio Archipræſule [h]: repetita ab eodem Monarcha ſub Ioanne II. Primate [i]. Secundò patet tertia Compoſitio digeſta cum Guidone affini Comite Forenſi in Guichardo Archiantiſtite [k]. Qui ſanè tres publici Actus generaliſſimi quidem ſunt, nec priuatim deducunt Nummorum rationem. Verùm ea vis continetur ſufficienter in totali regionis dominatu renouato. At denique quarta lex ſpeciali tenore lata eſt ex commodiore paulò Philippi Pulchri Francorum Regis tractatu, per ipſum habito cum eadem Lugdunenſi Eccleſia: vbi meminit

Floruit ex ſuperiori.b. temporib

* Obiit Præpoſitus Foruerij 1332. cum quadam fundatione, ex Repertorio fol. 66.
h Nu. 83. §. 1.
i Nu. 87. §. 2.
k Nu. 85. §. 1.

minit ſpecialis circa Monetas prærogatiuę Archiepiſcopo ſimul & Capitulo attributæ, agente Ludouico I. Villario Lugdunenſium moderatore in ſpiritualibus & eccleſiaſticis l. Hinc vſus ille poſtea legitur fœliciter ſequutus. Nam conſtat ex libro 1. præfatorum Actorum, Dominos Capitulantes præcepiſſe anno milleſimo trecenteſimo ſexageſimo tertio, *quòd fiat Moneta* m, ſuo nomine ſuiſque inſignibus. Túncque ſedebat idem Guilelmus III. Póſtque ipſum hæc circa id negotium euenerunt. Quippe ſub annum deinde milleſimum trecenteſimum ſexageſimum ſeptimum iidem Domini Capitulantes rē clariùs edixerunt hiſce verbis: *Petrum de Capaliis tailliatorem Monetarum facimus & creamus* (inquit Volumen n) *qui Petrus ſe breui iuramento deuinxit ad id officium* o. *Et ſequenti trimeſtri capacem Nummorum cuſtodem inſtituerunt* p. Quę forma denuò in publicum contractum verſa eſt anno 1372. q Tum ipſi Domini ſuis Monetariis priuilegia conceſſerunt anno 1375. cuius rei inſtrumentum incipit, *Nos Ioannes de ſancto Amore Decanus*, *&c.* libro ſecundo r. Pariterque Sacramentum fidelitatis præſtari voluerunt in Capitulo à Præpoſito Lugdunenſi Simone Detorgenas, & ab vndecim ſuis militibus, antequam ſua poſſent munia exercere ſ, ſcillicet, *quòd non facient aliquid contra conuentiones contentas in compoſitione dudum facta.* Quod nunc eſt aliud materiæ genus, ſaltem paulò vniuerſalius, à Monetis: patratum in aſcendendo verſus dies noſtri Guilelmi t. Atque hæc ſingula ſunt indicia ſummæ poteſtatis, quam Eccleſia ſibi adhuc aſſeruabat diu poſt ſui deditionem Philippo Regi factam. Hoc autem loco nemo ſollicitus ſit, quorſum pręſentem de Monetis explicatiunculam ex parte protrahamus vltra dies præfati Guilelmi Archiflaminis; quæ alioqui videretur differenda ad vnumquodque tempus ſuccedentium Primatum, iuxta noſtrum docendi morem aliis in rebus. Nam hac vice magis opportunum iudicauimus huiuſmodi narratiunculam ſimul omnem diluere, ex coniectis vnà capitularibus Actis breuitatis causâ, ne poſthac cogamur rem fruſtrà repetere, & prolixiores Chartas efficere.

Praxis horũ.

l nu. 98. § 1. m 9. ſept. fol. 26. n 28. Iunij, fol. 69. o vlt. Iunij, fol 81. p 20 Sept. fol 23. q fol. 118. r 8. April. fol. 16. Item an. 1367. li. 1. ad fol. 94. & 95. ſ 1. Aug. 1365. t id docet an. cit. 1363.

Paragraphus 4.

Nobilis & eruditus Thomas de Meſchatin *de la Faye*, antea Canonicus Cantor, hodie verò Camerarius Eccleſię Lugdunenſis, & Vicariis generalis Reuerendiſſimi Simonis de Marquémont nunc Illuſtriſſimi Archipręſulis, pręfata ſacra Voluminum repoſitoria nobis aperuit, de mente D. Decani, cæterorúmque Collegarum, potiſſimùm ſub prima huius Chronologię editiuncula anno MDCVI. & VII. vt hęc de Monetis, atque id genus plura depromeremus, quę conſequenter dictitamus, quoties eiuſmodi libros ſuprà infráque proferimus. Similes autem facilitatis indices DD. Canonici Comites nunquam hactenus patefecerunt aliis, præſertim laïcis Lugdunenſis hiſtorię Chronologis, quales mox nobis perbenignè oſtentarunt: qua ope licuit ſyncerum veritatis aditum recognoſcere, & ſingula noſtro labore exactiùs perſcrutari. Nihil tamen noui ab eo ſociiſque accepimus hiſce annis ſecundę induſtrię MDCXVI. & XVII. aut XXV. in finem alterius editionis.

Autoris cõmilitones in re conſeribendam præſtiti.

Paragraphus 5.

Vt finis ſit: ad Primatem Guilelmum III. redeamus. Ipſe ex actis allatis viam vniuerſæ carnis ingreſſus eſt IV. idibus Maij, anno ſal. M. CCC. LXV. Et iacet in choro Eccleſiæ ad Sancta Sanctorum: fundauítque Anniuerſariũ ex 4. florenis, &c. * Sed iam, priuſquàm fiat ab eo ad vlteriora progreſſus: iſta paucis dicenda. Capitulum Lugdunenſe poſſeſſionem
1365. Regaliæ arripuit per obitum eiuſdem Guilelmi de Tureyo; vi allati Canonicorum Lugdunenſium iuris ſæpiùs antea ad hunc ſcopum, pendente Archipræſulatu Raynaldi II. u Gilberti, x & Ludouici I. y Vt nimirum Eccleſia Lugdunenſis eam Regis vſuram mortuo nunc Guilelmo validè retrocederet Epiſcopo Eduenſi; velut in turno & die ſuo. Sic vocant. Iſta verò dum agerentur, capitularis Congregatio ſelegit Iacobum de Cologinco Cantorem in Cathedrali Lugdunenſi, vt ſe pro Archiepiſcopo gereret, quatenus loquitur Tomus I. citator. Actuum z, die XIII. Kalend. Iunij anno præf. M. CCC. LXV. Subinde autem Canonici iura & claues Regaliæ attribuunt Præſuli Auguſtodunenſi, ſuiſve Vicariis generalibus in ſpiritualibus & tēporalibus. c At nihilominus tale ſcrutinium Capitulare euanuit ſine effectu. Vnde Antiſtes ſequenti menſe Iulio eandem Regaliam capitulo remittit. In quo cœtu tunc temporis nominatus eſt Ioannes de Talaru, ſiue maior adhuc Eccleſię Cuſtos, ſiue iam Decanus, vt tanquam futurus Archiantiſtes vacantem locum repleret. Quem ideò Sarrazinus promptior æquo in decurtatis Tabellis proximum Guilelmi ſucceſ-

Obitus Guilelmi.

Succeſſorum iteratæ electiones.

* Totidem Amedeus de Montebello Præpoſitus Foruer. in Eccl. Lugd. Vtrique ex Repertor. fol. 84. 86. u nu 88 § 1. x nu. 86. y nu. 101. z fol. 42. c die 13. Iul.

ſorem efficit. Verùm rurſus id geſtum fruſtrà, ſaltem pro illa vice: quia è diametro immediatè prouiſum eſt Carolo Principi Alenconio, nouo curſu atque delectu, qualis mox ſequitur. Et inde poſtmodum Sedem conſecutus eſt præfatus Ioannes Talarienſis, vti ordine dictum imus de vtroque viciſſim.

CX. *Paragraphus* 1.

CAROLVS ALENCONIVS Comes, ex Ducibus Alenconiorum & illuſtri regiáque Franciæ proſapia cretus. Cuius ideò genealogiam placuit meritò hic in ordinem redigere.

1. gener.

- A
  - 1. Philippus III. Rex Franciæ, S. Ludou. Regis filius, tres nactus eſt filios.
    - 1. Philippum IV. Pulchrum Regem, cuius filios nunc omittimus.
    - 2. Carolum Franciæ Comitem Valeſiorum & Andegauenſem, cuius fuêre tres item filij.
      - 1. Philippus Valeſius V. Rex: cuius filios hîc non recenſeo.
      - 2. Carolus II. Comes Valeſiorum 5, cuius quatuor filij: iis hîc opus. → B
      - 3. Petrus Comes Aleneonius.
    - 3. Ludouicum, qui iuuenis obiit.

5 obiit 16. Aug. 1346. vxor Mariæ Hiſpaniæ, 19. Nou. 1361.

IV. generat.

- B
  - 1. CAROLVS III. Comes Alenconiorum, deinde renuncians pompis huius ſeculi, voluit vltrò profeſſor eſſe Ordinis ſancti Dominici: tum piè creatus eſt ARCHIEPISCOPVS Lugdunenſis. Ioannes Tillius in Optimatum Ordinibus, pagina 123.
  - 2. Petrus Comes Alenconiorum, hæres poſt Carolum fratrem Religioſum. Ei filius vnicus. → C
  - 3. Philippus de Alenconio, Archiepiſcopus 71. Rothomagenſis, ex noſtris addītis ad Democharem Tom. 2. Cap. 20. & Patriarcha Hieroſolymitanus, ex Tillio. Nos infrà Tomo 3.
  - 4. Robertus de Alenconio Comes *du Perche* abſque liberis. Hos duos poſtremos non recenſent fratres Sammartani.

V. gener.

- C
  - Ioannes I. Dux Alenconius. Ei etiam vnus, inter maſculos.
    - Ioannes II. Dux Alenconius. Ei pariter vnus, omiſſis filiabus.
      - Renatus Dux Alenconius. Ei filius, citra fœminas.
        - Carolus vltimus Dux Alenconius deſponſauit Marguaretam ſororem Franciſci I. Regis, ex matre Ludouica Sabaudiæ 6, ſine liberis.

VII. gener.

6 De ipſa Ludouica nos ſupr. n. 94 §. 3. gener. 11. commentar. 55. 36.

En genealographia & florens progenies noſtri *Caroli*, qui tandem legitimè ordinatus eſt Archipręſul Lugdunenſis 3. Idus Iulij 1365. per deceſſum Guilelmi anteceſſoris. Etenim quantumuis Iacobus de Cologinco & Ioannes de Talaru à Canonicis paulò antè viciſſim & pacificè electi ſint, via alioqui Spiritus ſancti, vt creditur, de quibus nos ſuprà b: Carolo tamen velut ſanctiori prouiſum fuit de Primatu per Gregorium Papam vndecimum inter Vrbanos V. & VI. Romæ ſedentem. Atque præualuit via hæc: vt pote quia viri integritas ſummo Præſuli innotuerat. De illo Antiſtite fatur Theſaurus arcanus Ægidij Theologi & Stephani de Champayo Religioſorum Ordinis Prædicatorum ex Luſitania; de quibus nos alibi c. En verba. *M. Iacobus de Lugduno Archiepiſcopus Lugdunenſis, Primas Galliarum, M. Carolus de Alençon, relicto amplo Comitatu intrauit Ordinem Pariſiis, factus Archiepiſcopus Lugdunenſis, Prim. Galliarum, &c.* Inter duos Præſules illic adnominatos, inquiramus rantiſper de priore, qualis ſit: relicto poſteriore velut ſyncerè huc pertinente. Sanè ex illa Tabella, qua illi Dominicani de Iacobo loquuntur, facilis coniectura eſt eos intellexiſſe præfatum Iacobum de Cologinco Canonicum Eccleſiæ primæ Lugdunēſis, nec vix alium nominis proprij. Verùm conſtat apertè eos deceptos, tanquam minimè propiùs accedentes ad Manuſcripta tutioráque ſcrinia amplioris Theſaurarij Baſilicæ Lugdunenſis; vt neque ad Sarrazinum pro Ioanne Talarienſi ſuprà. Nobis autem intimè penetrantibus, comparuêre Iacobi & Ioannis electiones nequaquam legi confirmatas, multóque minus ad ſacras olei myſtici vnctio

b n. 104. §. 1.

An. 1365.

c nu. 95. §. 1.

Authores pro Carolo.

Falſæ opiniones pro alio.

vnctiones perueniſſe, quatenus hę confirmationem ſupponunt pręceſſiſſe. Et reuerâ alioqui in Catalogum epiſcopalis dignitatis non eſt reducendus quicunque auctiorem characteris indelebilis amplitudinem per ſacrum Chriſma minimè perceperit. Nullus ergo ampliùs ſtupebit, aut in admirationem rapietur ex dicto Ægidij: ſi id quis ad genuinam editionem noſtram contulerit. Sed potiùs expuncto planè Iacobo Carolum vices ſuppleturum exiſtimabit atque reſtituet.

Paragraphus 2.

Octo hiſtoriç de Carolo. MOx ad hiſtoricas ipſius Caroli rationes veniamus: equidem ſatis plures, at per-
breues, numero octonario. Imprimis, oriente anno ſequenti ſuæ receptionis, nem-
1. pe milleſimo trecenteſimo ſexageſimo ſexto, Acta in Capitulo digeſta ſunt, orta ex libro
primo [d] frequenter citato Actuum capitularium, quibus certè Canonici tunc disertè & in
ſcriptis publicis vocabantur Comites, nimirum vi Imperialium atque Regiarum ipſi Eccle-
1366. ſię Conceſſionum, quas ſuprà renouabamus [e]: velut eſſet aut ſit fœlicior praxis & vſus lar- [d] fol. 43. Februar. 23. & fol. 49.
Comites Lugd. gitionum. En exemplar qualitatum & inſignium titulorum illic deliteſcentium hactenus.
Nos Ioannes Decanus & Capitulum primæ Lugdunenſis Eccleſiæ & Comites, &c. Qui Decanus [e] num. 105. §. 3.
fuit Ioannes de Talaru, ſuprà electus penè ad Primatum, & paulò poſt [f] reuerà conſecratus [f] nu. 107.
2. hiſt. ad præclaram eiuſmodi Cathedram. Secundò, ſub finem ſolaris præfatæ reuolutionis ipſe
Carolus præſtitit ad maius Altare iuramentum eidem Prælaturæ debitum & ſolitum, Do- [g] 22. menſis ex fol. 59. lib. cit.
3. minica tertia menſis Nouembris [g]. Cuius Sacramenti formulas expreſſimus antea [h]. Ter-
tiò, hæc percelebris actio geſta eſt anno milleſimo trecenteſimo ſexageſimo octauo, quòd [h] nu. 99. §. 3. 128. Iul. fol. 88.
Andreas de Bourneuille (ait idem Actuum Volumen [i]) *Domicellus Capitaneus in ciuitate Lu-*
Gladius ſpiritualis. *gdunenſi pro D. noſtro Francorum Rege, de quibuſdam exceſſibus per eum commiſſis contra Clau-
ſtrum & immunitatem Eccleſiæ*, mulctatus eſt in Capitulo, vi Bullæ gladij ſpiritualis, conceſ-
ſæ à ſummis Pontificibus Eccleſiæ Lugdunenſi. Nos Diplomatis textum ſuprà connotaui-
mus [k]. Præſens cuius executio eſt digna notatu, dum nec primo Regio in vrbe Officia- [k] nu. 98. §. 2.
rio pepercit, & quem non verebatur Eccleſia Lugdunenſis: multóque minùs auderet ci-
uem alium res Clericorum aut perſonas offendentem pœnis eccleſiaſticis medicinalibus
afficere & conſtringere, donec illatum damnum reſarciret. Quartò, poſtremum Teſta-
4. hiſt. mentum præcedentis Archiepiſcopi Guilelmi de Tureyo poſitum eſt in cuſtodia & Archi-
uis Capituli Lugdunenſis anno præfato [l] penes eundem Tomum inhærente, necnon ad no- [l] 1368 die 22. Sept. fol. 91.
ſtram poſterorúmque inde notitiam peruenienre. Ac idcirco ſubinde promulgatum eſt ge-
Publicationes teſtamentar. nerale Decretum [m] Capitulare, quòd vltimæ Archiepiſcoporum voluntates ſcripto relictæ [m] an. & die cit.
debeant in eodem Capitulo aperiri, hoc eſt, publicari: ac perinde in illius Archiuis perpetuò
5. aſſeruari. Quintò, iidem Canonici ſedentem tunc Primatem Carolum Alenconium coge-
re haud dubitarunt, vt eiſdem Capitulantibus libras quingentas Vienneńſes * perſolueret, [*] vel 300. libras ex n. 99. §. 4.
Comitatus Lugdunenſ. in compenſationem tertiæ partis iuriſdictionis ciuitatis: nimirum *pro Comitatu tradito* (ait lo-
cus) *& ſingulis eius iuribus ac emolumentis.* Sic fatur vetus ille liber Actuum pleriſque in lo-
cis [n]. De tertia autem præfata iuriſdictionis parte nos dudum verba fecimus ſub Beraldo [n] cit. & fol. 101 ſub Carolo 5. Rege 2. Aug. & fol. 96. die 20. Febr. 1368.
Archipręſule, quatenus ea ſpectat ad Capitulum, & duæ partes ad Primatem, qui ſi omnib.
portiunculis fruebatur, debeat in antidorum & compenſationem præfatas pecunias hoc no-
uo ferè Contractu dictatas perſoluere, & reſarciendo ad menſam capitularem mittere nu- [o] nu. 83 §. 1.
merandam. De Comitatu verò illi Eccleſiæ conceſſo, vide loca frequenter allata ſub Era- [p] 85. 1.
clio [o], Guichardo, [p], Ioanne II. [q] & Petro III. [r] Archiepiſcopis. Hæc enim ſunt verę notæ con- [q] 87. 2. [r] 102. § 4.
tinui tunc Principatus in vrbe atque vicinia; quo iure Eccleſia Lugdunenſis potie- [s] 23. Iul. fol. 137. aliud ſimile li. 3. fol. 185.
6. hiſtor. batur. Sextò, noſter Carolus Archiantiſtes in medio Capitulo à Collegis excitatus, anno
milleſimo trecenteſimo ſeptuageſimo ſecundo pollicitus eſt ſe nunquam præbiturum con-
1372. ſenſum alienationi temporali ciuitatis aut Eccleſ. Lugdunenſis cum damno [s]. Et ſanè mo- [t] li. 3. Decret. tit. 9. Nouerit enis Epiſc.
dus ille conformis eſt omnino Decretali Alexandri Pape III. [t] qui vniuerſim loquens ante
annos ducentos [u] hęc indixit. *Irrita erit Epiſcoporum donatio, venditio, vel commutatio rei eccle-* De his quæ fiunt, &c.
ſiaſtica (ait) *abſque collaudatione & ſubſcriptione Clericorum, &c.* Vnde quicunque talia facinora [u] ab an 1159 ad 1181.
Non alienanda iura Eccl. pręſtant in orbe chriſtiano, omnes ipſo iure & facto cenſuris irretiti ſunt, partim ſummo Pō-
tifici reſeruatis, vt habet Clementina *Nolentes* [x], partímque nulli ſub leuioribus aliis pau- [x] li 5. tit. 5.
lò circumſtantiis, vt liquet ex ipſo Alexandro, cum ex Pontificio Pœnitentiario Doctore [y] in Enchir. c. 27. co. 108.
Nauarro [y], & in noſtra Summa Caſuum reſeruatorum [z]. Etiámque illa Caroli pollicitatio 142. 249 art. 212.
de non aſſentiendo liberę alienationi iuriſdictionis ciuitatis Lugdunenſis cum damno, di- [z] Part. 1. Nu.
ſertè contenta eſt in communi ſingulorum Archipręſulum Lugdunenſium iuramento ſuprà 39. & Part. 2. Num. eod.

luci

7.8. hici reſtituto ad hiſtoriam Ludouici primi Archiflaminis a. Septimo breui loco, ipſe Carolus eadem annua quæ ſuprà tempeſtate d cenſuras eccleſiaſticas pronunciauit aduerſus nobilem Archimbaldum de Combors, narrante Paradino e. Octauò denique obiit idem Primas tertio vel quarto Nonas Iulij, anno milleſimo trecenteſimo ſeptuageſimo quinto in Caſtro Petræ ſciſſæ Lugduni ex libro ſecundo ſacrarum Ephemeridum ſeu Actorum capitularium. a n.99. §.5. d 1372. e li.2.c.84. §.5. f fol.7.

1375.

CXI. *Paragraphus* 1.

IOANNES IV. cognominatur *de Talara*, inter potiores veteris Eccleſiæ Scriptores: tametſi apud Campegium in Democharte vocetur *de Talaria*, apud Sarrazinum *de Talara*, & in Ciaconio *de Trelaier* *, obmuteſcente Belforeſio. Idem verò Ioannes credebatur primùm maior Cuſtos Eccleſiæ Lugdunenſis ab obitu Guilelmi de Layre anno 1353. poſtmodúmque Decanus per deceſſum Æmilij Baſſeri anno 1360. Inde autem ſuppleuit locum Caroli Alenconij in Archipræſulatu ſub exitum anni milleſimi trecenteſimi ſeptuageſimi quinti, ſeu ordiente anno milleſimo trecenteſimo ſeptuageſimo ſexto, vt pote cuius vice is iam antea electus fuerat, velut capax & dignus, quamuis primùm ſine effectu ob ſuperuenientem alium altioris excellentiæ breuiori tempore. Sed nihilominus quidam priuati calamo exſcribere auſi ſunt eundem virum ſuo Primatui ceſſiſſe ſub anno 1380. quando ad Cardinalatum euectus eſt à peramico Clemente nuncupato Papa ſeptimo, alioqui ſedente Auenioni a in ſchiſmate contra Vrbanum Papam ſextum[b], & ante Pontificatum Canonico Præcentore Lugdunenſis Eccleſiæ. Atque arbitrantur ipſum Ioannem illo iam tempore ſuam porrexiſſe Cathedram Philippo de Turreyo eius conſanguineo ſeu affini: qui Philippus reuerà etiam proximè ſequitur, cuiuſcunque operâ proſper ille euentus inciderit. Verùm certè fallax eſt omnis illa Chronologia. Nam Paradinus c effert patentiſſima Concordata ex ipſo textu, quę celebrata ſunt inter noſtrum Ioannem de Talaru & Obedientiarum Eccleſiæ ſancti Iuſti ac eiuſdem Canonicos, anno præciſè milleſimo trecenteſimo octuageſimo ſeptimo d. Etenim Præſul Lugdunenſis inſignitur perpetuus Abbas eiuſdem Baſilicæ Iuſtinianæ. De qua re orta tunc fuerat controuerſia, pręſente Ioanne. Adeóque diutiùs ſedit Lugduni, quàm ferat illa ſententia. Quinimò ſtata ipſius Sedes aut vita ſupergreſſa eſt illas Concordatorum ſolennitates quinque prętetea annis ad minus.

* pa. 800.

1576. (margin, beside "milleſimi trecenteſimi ſeptuageſimi quinti")

Emendatio Chronolog.

a ab an.1378. per 15. ann. menſes 11. b Romæ ab Italis Cardinalib. electus ab an cit. per 11 an. & menſes 8. c li.2.c.88. d die Mercurii poſt Purificationem, Ratificata ſequenti 7. Martij.

1387. (margin, beside "ſtrum Ioannem de Talaru")

Paragraphus 2.

Concil. XIII. Lugdun.

IAm verò præclara ipſius Ioannis Archipræſulis geſta ordiamur ab ouo. Idem Ioannes confeſtim ſub illo priore ſui ingreſſus anno milleſimo trecenteſimo ſeptuageſimo ſexto, die tertia Martij habuit prouinciale Concilium Lugduni: nimirum vt Sedem atque Primatum fœliciùs auſpicaretur cum multo animorum reformandorum inter Eccleſiaſticos populúmque chriſtianum deſiderio, feruorę & cautela. Equidem certè non patent Acta ſeu Capitula Synodi in editis palam Conciliorum Voluminibus, aut in ſexto Decretalium libro ſeu corpore, quo modo ſuperiora Lugduni agitata Concilia viſa ſunt ſuprà e in alterutro locorum tutò latère & hærere, velut in matricula, & ex autographis orta. Neque inſuper licuit nanciſci aut deprehendere nobis potuiſſe numerum & nomina Antiſtitum, qui eò conuenêre. Aſt profectò occurrunt in vicem plenæ ex vetuſtis manuſcriptis libellis narrationes de Patrum vel Pręſulum vniuerſum conſcriptorum pręſentia, déque publicis diuinorum Officiorum pręludiis, quę ſolent conciliis ſolemnia per Clerum antecedère, in compenſationem Sanctionum ſeu Canonum minimè hîc digeſtorum. Nam è diametro, quibus in Conciliis deducuntur Seſſiones, pręuiæ etiam eccleſiaſticę cæremoniæ ibidem ſemper omitti aſſolent, quales iſtic ſanè locupletes oſtenduntur: reliquis vtcunque deficientibus in typo, quod grauiter dolemus, è quo theſim noſtram hauſimus. Sic ergo inchoarunt illi, qui quondam rem breuiùs nec integram deſcripsêre in manualibus Statutis Eccleſię Lugdunenſis ad hanc vſque diem ſanis & incorruptis: *Anno 1376. die tertia Martij celebratum fuit Concilium prouinciale in Eccleſia maiori Lugdunenſi* (inquit liber f) *per Reuerendiſſimum D. Ioannem de Talaru Decanum Lugdunenſem tunc Archiepiſcopum Lugdun. Primo in ortu Solis dicta eſt Miſſa Crucis, & continuo pulſatæ & cantatæ fuerunt omnes preces ac duo Anniuerſaria. Et poſtea omnes proceſſiones acceſſerunt, ſicut in feſto corporis Chriſti. Ibant retro cuncti Prælati, & D. Lugdunenſis vltimus, & iuxta ipſum duo Clerici in albis cum candelabris argenteis, & iuxta ipſum duæ cruces maiores,*

e nu. 33.§.2. ſub S. Nicet. eſt quartū inter omnia. Nu. 14.§.3. ſub Priſco, eſt quintū. Nu. 88 § 2. ſub Philip. 1. eſt decimū, & 1. ex Decretal. Nu. 90. §.2. Eſt 11. ex iiſd. Decretal.

Eius preambula.

f fol. 113.

ſores quas portabant duo Diaconi *in albis , & decantata Litania ſicut in Rogationibus. Poſtmodum in regreſſu Miſſa ſolennis de beata Maria cum quatuor Cappis. Et non celebrauit eam Dominus Lugdunenſis : quia dicebat non eſſe de more, quòd in Conciliis Præſidens, eidem celebraret illam Miſſam : imò celebrauit eam Dominus Abbas ſancti Eugendi , quia nullus erat ibi Epiſcopus. Et in illa Miſſa factus fuit Sermo : & erat Cathedra ſermocinantis inter Chorum & maius Altare prope Sedem* Decani. *Quâ Miſſâ finitâ omnes iuerunt ad conſociandum* Dominum *Lugdunenſem , ipſis priùs deueſtitis. Et quando omnes fuerunt pranſi in domo* Domini *Lugdunenſis, priùs prandium nihil factum fuit. Secunda die in ortu Solis fuit* Prima *pulſata more ſolito , & dicta Miſſa Crucis. Quâ finitâ, fuit pulſa groſſa campana , ſicut in introitu Anniuerſarij. Et ſtatim celebrata fuit vna Miſſa de mortuis in Choro ad maius Altare, cum Cappis de ſabulis nigris : celebranſq; erat vnus Cuſtos ſanctæ* Crucis. *Et erat* D. *Lugdunenſis in Choro , in* Sede *Præcentoris ; & nullus erat in Sedibus ſuis conſuetis.* Prima *autem die D.* Lugdunenſis *erat in* Cathedra (Primatiali extra Chorum) *retro Altare : & omnes Prælati in Presbyterio iuxta ipſum. Et Miſſâ ſecunda die finitâ , omnes ibidem exiſtentes iuerunt proceſſionaliter per* Clauſtrum, *ſicut fit die Dominica, quando fit aqua benedicta: Et ipſis reuerſis in* Choro , *quilibet iuit ad locum coram D. Lugdunenſi , & omnes Prælati ac procuratores abſentium, Priores & Archipresbyteri , omnéſque nobiliores iuerunt ad domum Domini Lugdunenſis, & ibi* Concilium *magnum tenuerunt.* Nihil ibi ampliùs extat in narratione poſitum. Stamus ergo peruigiles , de Synodi Capitulis inquiſituri ad poſterum tempus, dum interea hæc editio pergit ad prælum. Cæterùm hoc Concilium eſt decimum tertium Lugduni celebre factum. Nam de duodecimo habetur ſub Henrico primo Archiflamine Numer. 101.

Miſſarum celebrationes, Proceſſiones & pia ante ipſam Officia.

Miſſæ antiquitas in Chronico Matiſcon.nu. 6.§. 3.

Obiter verò Lectorem de reliquo ſic monendum. Tunc primo Iulij milleſimo trecenteſimo octuageſimo ſeptimo, aderant in Capitulo generali Reynaldus de Tureyo Decanus Lugdunenſis, Simon Dandelot Camerarius, Philippus de Marboſio , Guilelmus de Gorrenodo , Guichardus de Sachins , Simon de Albapina , & Guilelm. d'Albap. Canonici, in Repertorio Anniuerſar. fol. 39.

Paragraphus 3.

AD ſingularem Ioannis perſonam redeuntes , qui ſimul eſſe potuit Cardinalis & Archiepiſcopus, inueſtigemus Onuphrium circa id genus hiſtoriæ Cardinalium. Quidam tenui calamo ſcripſit præfatum Clementem, dictum ſeptimum [g] in ſummo Pontificatu, nouam Cardinalium creationem Aueni oni celebraſſe anno ſuæ coronationis duodecimo, ſalutis anno M. CCC. LXXXIX. & die VI. Idus Nouembris : quo etiam die inſtituerit Lugdunenſem Archiepiſcopum Cardinalem Presbyterum, ab ipſo tamen Scriptore anonymum commemoratum, qui interim putat eum ab Onuphrio recenſitum incerto tempore, veruntamen ſub interſtitiis annorum 1400. & 1409. in obedientia Benedicti XIII. Hæc ille. At profectò nihil tale deprehendimus in Epitome Pontificum Onuphrij , edita Venetiis anno milleſimo quingenteſimo quinquageſimo ſeptimo. Benè quidem tet ibidem ſtatuitur, *Petrus de Tureyo* [h], *Gallus Presbyter Cardinalis, Tit. S. Suſannæ ad duas domos* : nimirū bis depingitur ſub præfato Clemēte in quarta ordinatione [i], & ſemel ſub Benedict. PP. illegitimo cit. [k] tanquā ſynchrono Ioanni quarto, & vltrà. De muto ea in parte Onuphrio, reſpectu Ioānis, Lectorem ſic obiter monitum voluimus. Hiſce contenti. Neque ob id renuimus eſſe probabilem erectionem Ioannis ad Cardinalatum anno qui ſuprà. Meminerit verò quiſquis eoſdem Clementem & Benedictum Pontifices ſediſſe in ſchiſmate piè tandem ſopito, quando Vrbanus Papa ſextus, iſque legitimus, Romæ ſedit ab Italis Cardinalibus vnctus poſt Bonifacium IX. Vnde iſta leguntur ſub præſentis purpurati cognomine apud Ciaconium; *Ioannes de Trelaier Gallus Archiepiſcopus* Lugdunenſis , *creatus Anticardinalis à* Clemente *ſeptimo* (Antipapa) *anno 1378. ſub Benedicti 13. obedientia, &c.* meliùs anno 1388. Vbi aduerte quòd nullus ibi ponitur titulus veri Cardinalatus. Is autem vir cenſetur eſſe vnus & idem, quod noſter Ioannes de Talaru , de quo hîc quæritur, immutato agnomine. Nam circunſtant omnino tempora, natio, modus & promouentium qualitates. Sic talia mecum infert ex dictis Ciaconij vnus recens Ieſuita voce & calamo eruditus , ac Cōſiliarius Mornieu hanc reducendo erectionem ad ann. 1383. Interea audi, Lector, fundationes ac ſepulturam conſanguinei præfati Petri de Tureyo Cardinalis à nobis effoſſam ex magno Obituum libro MS. Eccleſiæ Lugdunenſis, tanquā adhuc loco temporique aptiſſimam. *Dominus Reymundus de Tureyo* (inſit liber pag. 120. [a]) *obiit anno 1387. die 1. Iulij Decanus Eccl.* Lugdun. *fundauit ſuper bonis à ſe acquiſitis in Parœcia S. Geneſ. vallis* [b] *X. bichetos frumēti, 7. raſos auenæ, 16. Gallinas, & 7. ſolidos*

1389.

Ioannes factus Cardin.

Sui conſanguinei fundationes.

[g] ab an. 1378. in 12. Calēd. Octob vſque ad 16. Cal. Octob 1394. Benedict. 13. inde electus à Cardinalib. Clementis, die Cal. Oct. contra electū Romæ.

[h] frater Philipp. ſequētis ex li. 2. Actuū capitular. fol. 118. & lib. 3. fol. 93.

[i] pa. 139. & 142. Onuphr.

[k] pa. 245.

[a] cum aliis ſupr. §. 3. in marg. in Repertor. fo. 30.

[b] de quo loco n. 41. §. 2. fin.

Vienn. perpetui reditus, ad hoc, vt quolibet feſto ſanctæ Catharinæ Virginis ſolenniter celebretur Officium, & quòd ad librandum Obedientiarius Obedientiæ de Laya teneatur, & debeat ſub pœna Conſtitutionis Apoſtolicæ Gregorianæ. Et Capitulantes promiſerunt bona fide id præſtiturum. Reliqua prætermitto. Et de conſanguineo Petro Cardinali, plura in proximo ſucceſſore Archiepiſcopo, ob corpora Sanctorum a ſe Cardinali releuata Lugduni.

Paragraphus 4.

Confirmatio numeri Canonicorum Eccleſiæ.

CONſequenter ad purpuræ beneficium, quod Clemens VII. Ioanni contulit, etiam Idem Pontifex Capitulo ſtuduit opitulari. Ipſe nanque confirmauit numerum triginta duorum Canonicorum Baſilicæ Cathedralis Lugdunenſis anno extremo ſuæ vitę & Sedis infrà detectæ: qualem numerum antea conſtituerant Canonici in generali Capitulo ex maiori numero faſtidiêre, qui priùs admittebatur, veluti iam per nos conſtitit ſub Archipræſule Petro III. [l] Eóque præterea tempore celebrata ſunt Acta in Capitulo, quorum hæc fuêre initia, *Guichardus de Epinaria Decanus* [m], *&c.* His equidem apparet Ioannem Ducem Bituricenſem [n] dediſſe Lugdunenſi Eccleſiæ [o] maxillam ſancti Ioannis Baptiſtę, pro ſanctis illius aſſeruandis ibidem Reliquiis: & optaſſe admitti ſe in Canonicum Comitem honoris, præter conſuetos XXXII. paulò antè ſtabilitos & confirmatos. Datum menſe Iulio [p], anno 1392. præſentibus Dominis Guillelmo d'Albon & Gautherio de Paſſac. De quo abſoluto negotio alia pleniùs in ſucceſſore Philippo ſecundo. Hinc nunc ad cætera diuerſa ſub Ioanne gradum faciamus ſeorſum.

Reliquiæ.

l au 202. §. 3. m Antea Præpoſitus Eccl. 1375. Obiit in Decanatu 26. Nouemb. 1399. o Et Aruernæ. Is teſtem ſe obtulit in Capitulo nobilitatis Guillelm. Emoin. recepti in Canonicũ & Sacriſtã ann. 1377. cum Guidone de Tumollia Camerario ſeu Chãbellano Ducis Burgund. & li 2. Actor. fo. 50. 51 52. o per Epiſc. Cabilonenſ. p die 23. q §. 6.

Paragraphus 5.

Quintuplex diſcurſus de Cardinalib. factis Lugd Canonicis.

HOc loco & ordine quinque ſumma rerum Capita Lugdunenſi Eccleſiæ honorifica, ſunt
meritò enarrãda, quę euenerint pendente Sede pręfati Archiep Ioannis: eò quòd totidem ſerè Cardinales, antea euecti tales, fuêre tunc ſuſcepti Canonici eiuſdem primę Lugdunenſis Eccleſię: attamen quia quintum exemplum prolixum eſt, ideò ſeiunctim [q] portractatur. Primarium genus eſt, quòd Iacobus Gebennenſis filius nobilis Guigonis de Rupecula creatus eſt Canonicus Lugdunenſis ad effectum per Gregorium Papam XI. pręter
I. completum numerum triginta duorum; literis datis in Diœceſi Arelatenſi, anno 1376. [r] ex
ſecundo Capitulari Volumine [s]. Is ſuę ſtirpis nobilitatem antea docuit ad exemplar probationum in Capitulo exiſtentium, receptarum per tractatum Franciſci Richerini, ſignatarum
P. Paſcal anteriore biennio [t]. Pro altera ſpecie, idem Pontifex Bullam ad Capitulum mi-
II. ſit anno ſequente, qua offert & creat Robertum de Gebennis in Lugdunenſem Canonicum,
nimirum honoris & extra pręfatum numerum. Erat ipſe Presbyter Cardinalis, Tituli Baſilicę duodecim Apoſtolorum, Sediſque Legatus, vt fatur Tomus qui ſuprà. De quo Onuphrius talia reperit, cum eius in Lombardiam & Romandiolam legatione: ſed ipſum effecit poſtea Cameracenſem Epiſcopum. Subinde verò eidem impartitur ſtemmata domus Sabaudiæ, è qua originem traxerat iſte filius Comitis Geneuenſis. Succeſſit autem Canonicatui decedentis Epiſcopi Valentinenſis, in cuius gratiam optauit Pontifex, vt obtineret *Stallum in Choro & locum in Capitulo*, quantũuis eſſet extra certũ numerũ *Canonicorum exiſtere debentium in eadem Eccleſia, &c.* Hæc includit liber Capituli [u], cum Roberti poſſeſſione [x]. Tertium inſigne reſpicit pręfatum Clementem Papam ſeptimum tempore ſchiſmatis, qui
III. in quarta ſuorum Cardinalium creatione erexit Nicolaüm Presbyterum ad id honoris faſtigium, teſte Onuphrio, qui eum adnominat *Albanum Gallum* [y]. Sub id verò tempus ſcripſit Auenione ad Capitulum Lugdunenſe, ex tertio capitulari volumine [z], in quo titulus Cardinalatus ponitur [a] ſanctæ Mariæ trans-Tyberim [b]. Et in Bulla ſeipſum prębet fideiuſſorem nobilis progeniei pręfati Nicolaï hiſce vocibus ad quartum vſque gradum; quòd nimirum eſſet, *ab vtroque latere ex nobili proſapia & genere militari procreatus, ſuíque aui & proaui ex vtroque parente, & alij progenitores, &c.* Geſta ſunt iſta anno milleſimo trecenteſimo
IV. ſeptuageſimo nono, vt fert ille Tomus. Quarta materia ſermonem inſtituit de aliis Epiſtolis Clementis Papę & duorum Cardinalium, qui peroptarunt D. Cuſantinum Cardinalem Neapolitanum admitti in Canonicum Lugdunenſem anno citato [c]: vacante prębenda ex obitu D. Petri de ſancto Albano. Hi autem tres teſtati ſunt de ipſius ambientis nobilitate (pręter cæteros pręſentes) & receptus eſt in Capitulo. Talem verò non lego apud Onuphrium.

Omnes honoris extra numerum.

r 4 Non Iun. Pontif. an. 4. s fol. 24. 26. 27. t 12. Decem. 1374. fol. 11. u fol. 45. 46. 47. 48. 49. x fol. 50. y an. 1390. Pontif. an. 10. pa. 239. z an. 1379 & 15 Kal. Decẽ. Pontif. 2 vbi nõ cognitũ in data duo Scriptores præfati. a fol. 3. 4. 7. b hæc omiſit Onuphrius ac Ciaconius. c fol. iiſdẽ.

Paragra

Paragraphus 6.

V. diſcurſus.

QVintum & poſtremum Caput dicendorum eſt ſeiunctim de Amadęo Salluciarũ Valentinenſi Gallię Epiſcopo, quem Onuphrius dictitat [d] Marchionem Lõgobardum, & Ciaconius Subalpinam Italum *, effectum Cardinalem Diaconum à præfato Clemente, Tituli ſanctæ Mariæ nouę vna cum ſuperioribus aliis [e] Cardinalibus Auenione 10. Kalend. Ianuar. in 4. creatione anno 1383. vel aliis meliùs anno 1385. Is deinde eodem anno receptus eſt Archidiaconus Canonicus in Eccleſia Lugdunenſi [f], ex libro 3. Actorum [g] ac cæteris, Ioanne Talarienſi exiſtente Archiepiſcopo. Quòd ſi eodem pede liceat Amadeum iſtic abſoluere, ex his quæ ei obuenerunt poſt Ioannis Archiflaminis ſolium: ſanè eximia pro ipſo occurrunt meritò adiicienda, quæ alioqui poſteriùs tractanda forent. Ille vitam poſuit anno 1419. ex libro 11. eorundem Actorum capitularium [h], ſepultus in Cathedrali cum multa ſuæ pietatis fundatione. Quæ fundatio ſic amplior inducitur ex magno libro Obituum eiuſdem Eccleſiæ Lugdun. [i] *Anno milleſimo quadringenteſimo decimo nono * recolendæ memoriæ D. Amadeus de Saleuciis S. R. E. Diaconus Cardinalis, Archidiaconus Eccleſiæ Lugdunenſis obiit in villa S. Donati Viennenſis Diœceſis, ac in Eccleſia ibidem inhumatus. Et die Iouis ante Ramos Palmarum anno ſequenti [k] iuxta morem Curiæ Romanæ 28. Martij fuit corpus eius honorificè trãſlatum ad dictam Eccleſiam Lugdunenſem, aſſociatum omnibus proceſſionibus ciuitatis, cymbalis ſanantibus, ibique cum ingenti ſolennitate ſepultum in presbyterio iuxta Chorum ſiniſtrum, in ſarcofago, ſuper quo inſculpta eſt mirabilis tumba mirificè operata [l]. Ordinauit XVI. Anniuerſaria pro ſe quolibet anno: vnum de XII. libris ad diem obitus, & reliqua de quatuor libris. Fundauit duos Cappellanos, qui habeant domum in Clauſtro. Conſtituit retrò Altare Tabulam argenteam ad reponendas imagines S. Mariæ, S. Ioannis & S. Stephani cum brachio ſancti Vincentij. Dedit Benedictorium ſuum argenteum, & paramenta rubea: Imaginem argenteam B. Mariæ Virginis, Imaginem S. Laurentij, vnum album Pluuiale de brodatura facta ad compaſſus, Caſulam Dalmaticam & tunicellam cum florib. lilij duplicata de bocaſſino: duo frontalia à ſe empta de executione D. Cardinalis de Thureyo, duo tapeta velata, pannum de brodatura, in quo eſt B. Maria ad medium, S. Petrus & S. Mathias à laterib. domum de Collogneu pro Archidiacono Eccleſiæ gratis inhabitante, Cappam de panno aureo viridis coloris, magnum calicem argenti deaurati, duas magnas imagines argenti deauratas B. Ioannis Baptiſtæ, & S. Stephani* [m]. Præter alia quędam Eccleſiæ Conſtantiæ collata. Finis opulentus, & intimæ charitatis aut zeli indicia, foris oſtenſa ad virtutem, ſingula boni odoris, dignáque imitatione. Quæ ſingula complectuntur paginas integras quatuor ex libro Obituum Baſilicæ. Vnde is cenſetur vitâ functus Lugduni. Attamen Ciaconius vno verbo aſſerit eum Florentiæ mortuum atque ſepultum 4. Kalendis Iunij *.

Amadeus Salluc. Cardinalis.

Eius obitus.

Sepultura Lugduni.

Fundationes ipſius.

[d] pag. 239. & 241.
* pag. 797.
[e] ad an. 1379.
[f] 14. Martij.
[g] fol. 140. de quo & li. 8. fol. 99. 104. ac lib. 9. fo. 142. an. 1418.
[h] fo. 46.
[i] pa. 124.
* 28. Iun.
[k] 1420.
[l] pendet tubeus eius pileus ex alto ſinu, de la voute, Capellæ S. Petri.
Hæc ampliora fiunt in aliis Eccleſ. libellis.
[m] fertur talia dona poſtmodũ reuocata, aut pars, vt Conſtãtiam deferrentur, & c Sed alia in vicẽ æquales valoris Eccl. Lugd. reliquiſſe.
* pa. 883.

Paragraphus 7.

Obitus Ioannis IV.

AD noſtrum Ioannem pro exitu redeuntes: ſtata ipſius Sedes pertexit ad annum vſque 1392. ex Archiuis Eccleſiæ. Quo Solis curſu is animam exhalauit 8. Kalend. Octobris. De quo hæc recenſemus ex præfato magno Obituum libro. *Anniuerſarium R. D. Ioannis de Talaru Cardinalis & Archiepiſcopi, ad opus eiuſdem Eccleſ. & Cappellæ ſancti Petri ibi fundatæ, in qua fuit ſepultus. Fundauit ibi qualibet die vnam Miſſam ſuper bonis patrimonialibus Bellicaſtri & de Vallibus: paritérque in feſto S. Annemundi. Et fundauit alium ſocium Sacriſtæ S. Stephani ad iuuandum, miniſtrando luminaria & neceſſaria Altari.* Cæterùm ad hęc ſubiicimus iſta pauca ex illo Volumine, alioquin incerti annui temporis. *XIX. Kalend. Septembris, obiit d'Albineu Cuſtos Eccleſiæ, qui dedit 700. ſolidos in Vicaria de Taeins ad Refectorium in die Anniuerſarij, duas Cappas ſericas & ſex Albas.* Item, *Ioannes de Amanziaco* Decanus *fundauit vnum Anniuerſarium. IV. Idus Martij. Anniuerſarium Malleni* Decani. *Obedientia S. Geneſij vallis debet.* XVII. *Kal. Februar. Anniuerſa. Guilelm. de Franchelins* Decani, *& Guilelmi de Verneto* Decani *Montis Briſanis.* Ac denique VII. *Kal. April. Anniuerſar. Ioannis Archiepiſcopi, ſupra aulam* S. *Romani de Coſone.* Quod non de Ioanne 3. aut 4. capitur: ſed de 1. aut 2. Num. 72. & 95.

1392.

Decanorum.

Et alterius Ioannis.

Fundatio integra legitur in lib. nobis exporrecto à D. Faure Theſaurario Eccleſiæ.

CXII. *Paragraphus 1.*

Varia eius promotio.

PHILIPPVS II. dictus *du Tureyo* [a], antèa Canonicus Eccleſiæ Lugdunenſis, ſic creditur electus Archipræſul, vt terræ eius diuiſio facta ſit 13. Kalend. Decembr. anno 1389. ſecundũ quoſdam, dum legitur ad Primatiam euectus in locum anteceſſoris Ioan. creati Cardinalis, & hunc ſucceſſorẽ eligentis. Habet ita Reſcriptũ aliquod Gazophyla

[a] Campeg. & Parad. vulgò de Thurey, li. 2. c. 90.

zophylacij. Attamẽ actualis & realis Sedis tradita poſſeſſio cõmodiùs annumerãda cenſetur ab obitu eiuſdẽ Ioannis, ſeu ab inchoante anno milleſimo trecẽteſimo nonageſimo tertio, & nihilominus ſub extremum anni præcedentis agnoſcebatur iam Archipræſul, velut in electione confirmatus. Atque tunc ipſe hoc electi nomine ſuſcepit te ipſa in Canonicum honoris illum Principem, qui paulò antè id decus religioſè ambibat ex allegatis in præfato Ioanne [b]. Eiuſmodi autem publica actio ſic depingitur libro quinto Actorum capitularium Eccleſiæ [c]. *Illuſtris & sereniſſimus Princeps D. Ioannes Dux Bituricenſis attenta deuotione, quam habet erga Eccleſiam Lugdun.* (ait textus) *petiit ipſum recipi in Canonicum dictæ Eccle. ad modum illuſtris & sereniſſimi Principis D. Philippi eius fratris Ducis Burgundiæ ac fundatoris eiuſdem Eccleſiæ, quoniam idem Dominus Dux Bituricenſis ſuper hoc obtinuit Bullas ſeu literas Apoſtolicas. Idcirco Domini Canonici habita deliberatione cum Reuerendo in Chriſto Patre D. Philippo de Tureyo Dei gratia* [d] *Archiepiſcopo & Comite Lugdunenſi, qui propter hoc ad dictos Dominos acceſſerat, &c. Decretum fuit quod ipſi dictum D. Ducem Bituricenſem reciperent in Canonicum dictæ Eccleſiæ Lugdun. ad formam dicti D. Ducis Burgundiæ fundatoris Eccleſiæ prædictæ, &c. His peractis, dicti Domini à Capitulo acceſſerunt ad D. Ducem Bituricenſem, qui erat in domo Domini Lugdunenſis infra Clauſtrum: & inde D. Dux venit cum Frochia & Aumucia ad modum Canonicorum dictæ Eccleſiæ, & ipſo exiſtente ante maius Altare, petiit recipi per dictos Dominos in Canonicum ad modum D. Ducis Burgundiæ fundatoris, vt pari modo reputaretur fundator eiuſdem Eccleſiæ. Cui D. Duci Bituricenſi reſponſum fuit per D. Lugdunenſem ex parte dictorum Dominorum & Eccleſ. Lugd. quòd antequam aliquis reciperetur in Canonicum dictæ Eccleſiæ, ante omnia debet informare iuxta morem dictæ Eccleſ. quòd ſit nobilis ex vtroque parente, & ex legitimo matrimonio procreatus. Tunc D. Dux Bituricenſis Statuta & Ordinationes dictæ Eccleſiæ obſeruare volens, de & ſuper origine ac nobilitate ſua examinari iuſſit magnificos Principes DD. Ioannem de Sancerra, Ludouicum Comitem de Tampis, præfatum D. Lugdunenſem Archiepiſcopum, & nonnullos alios Duces ac Magnates cum ipſo D. Duce exiſtentes, qui mediis eorum iuramentis in ſolidum depoſuerunt, quòd dictus D. Dux Bituricenſis eſt nobilis ab vtroque parente, & ex legitimo matrimonio prognatus, quoniam fuit filius naturalis Regis & Reginæ Francorum. Et ſumpta informatione, quam dicti Domini reputauerunt eſſe ſufficientem, ipſi Domini receperunt eundem D. Bituricenſem in Canonicum dictæ Eccleſiæ. Ita tamen quòd ipſi Domini non intendunt eorum numerum infringere* [e], *nec ſtatutis ſuis in aliquo derogare. Quibus ſic actis præfatus Dominus Dux Bituricenſis iurauit Statuta & conſuetudines dictæ Eccleſiæ Lugdunenſis tenere, &c. Præſentibus ſupradictis, &c. & quàm plurimis aliis teſtibus in multitudine copioſa ibidem aſtantibus* [f]. En ſolennis actio. Pro cuius pleniore conceptu quinque ſunt enarranda. Imprimis aduerte ex Tillio [g] præfatum Ioannem Biturigum Ducem, eúmque Canonicum ſuſceptum, extitiſſe filium tertium Ioannis Regis, fratrem natu minorem Caroli V. cognomine *Sapientis* Regis, ex Bonna priore vxore eiuſdem Ioannis Regis, filia Regis Bohemiæ. Secundò, memineris illum inſuper creatum Ducem Aruerniæ Comitémque Flandriæ & Pictauienſem. Tertiò, recordare ſequi ex allata Charta Philippum præfati Ioannis Bituricenſis fratrem, antea videri quoque admiſſum in Canonicũ Eccleſiæ: qui tamen Philippus eſſet quartus Ioannis Regis filius ex eadem Bonna vxore, & minimus poſt Ioannem Ducem: equidẽ dictus Audax, quia ferox repertus in armis, & maximè in patris defenſione ad pugnam Pictauienſem. Quartò, idem Philippus non eſt habendus totalis & primarius fundator ſeu conſtructor Eccleſiæ S. Ioannis Baptiſtæ: ſed duntaxat ſecundarius & partialis ſeu locuples benefactor fabricæ aut complementi Baſilicæ ex dudum traditis ſub Philippo de Sabaudia Archiepiſcopo [h]. Cuius beneficentiæ comes etiam voluit eſſe Dux Ioannes. Vt nimirum argumento ſit, cum larga deinceps manu illi Eccleſiæ multa quoque bona impertitum eſſe, etſi locupletes datas pecunias in ſpecies deductas hactenus haud legerimus in Actorum Voluminibus. Quintò, dicam hoc vnum. Conſuetudo & deſiderium quo multi Optimates Franciæ ſic optarunt recipi in Canonicos honoris Lugduni, non in Cathedrali Bituricenſi aut alibi, cenſetur pendere ex ſummo Prouinciæ principatu quondam tradito ipſi Eccleſiæ Lugdunenſi tempore Burchardi inclyti Archiepiſcopi è Conrado Imperatore oriundi ſub annum ſalutis milleſimum [i]. Deinde maiora forſan ſuſcepit incrementa tempore Frederici Imperatoris, qui latiùs Eraclio Archipræſuli [k] & ſucceſſoribus temporalem in vrbe iuriſdictionem attribuit ad annum milleſimum centeſimum quinquageſimum ſeptimum. Quo tandem ſeculo, probatio nobilitatis Canonicorum magis enituit quàm ſuperioribus centuriis, crebriúſque Canonici dicti ſunt Comites ex permutatione Capituli cum Guidone Forenſi Comite [l]. Atque res hæc clariùs illuſtrata eſt ſub Raynaldo Archiantiſtite, veluti ſuperiùs patuit [m].

Sed

Margin notes (left):

An. 1393.

Duo filij Regis Franciæ tunc recepti Canonici Lugdun.

Ipſi fundatores Eccleſ. S. Ioannis.

Horum natalitia.

Qualis eorundẽ fundatio.

Quorſum Principes optarunt fieri Canonici honoris Lugduni.

Margin notes (right):

b nu. 106. 4.

c fol. 38.

d Ex forma Regum. Nota eſt tẽporalis principatus in vrbe, ex vſu Archiepiſcoporũ antea perfruentium illo principatu. Cuius ſtili loco, Antiſtites qui nunc carent principatu, ſcribere ſolent, *Apoſtolicæ ſedis gratiâ.*

e de quo nu. 99 §. 1. & 3.

f Signatum Humbert.

g in Originib. Magnatũ, pa. 140. 142.

h nu. 90. §. 5.

i nu. 67 §. 5.

k nu. 83.

l n. 85. §. 1. an. 1167.

m n. 88. ann. 1226. Alia nu. 98. §. 2. & nu. 106. §. 2.

Rex Franciæ primus ibi Canonicus.

Sed dum iſta de Franciæ Ptincipibus regij ſeminis commemoramus: aduertite quòd de priſco more Rex Francorum habetur primus eiuſdem Baſilicæ Canonicus honoris, ſéque ibi ſolùm nec alibi per Gallias geſtiuit talem cognominaſſe. Vnde quoties variis ſeculorum interuallis ipſimet Reges Lugdnnenſem ingrediuntur ciuitatem, Templum D. Ioannis imprimis adeunt: Canonici omnes Regi ſolenniore ritu ingredienti ad brachium collocant Superpelliceum & Almutiam: is Chorum intrat, Sacrum peraudit hiſce veſtibus eccleſiaſticis honorificè coram poſitis, donec à Templo recedat: teſte facto nuper Henrico IV. Rege. In cuius rei ſignum, quiſque Rex pro iucundo ſuo ad ſceptrum aduentu, vnam primo vacantem confert Præbendam Canonicalem, viro valde nobili ſuppliciter petenti. Quod inde ius Reges ex vſu & nutu dilatant per cæteras etiam Cathedrales Galliarum Eccleſias.

Interea verò hoc ad iſtam calcem dicendum. *Anno 1400. committebantur Villam-francham D. Decanus & Sacriſta ad D. Ludouicum 3. Ducem Borbonium, vt hominium redderet pro terris, quas tenebat*, ab Eccleſia Lugdunenſi D. Bellijoci, cuius ille erat hæres: ex lib. 6. Actor. Præſtitit fidem fol. 19. an. 1402. fol. 189. & nos Nu. 90. §. 3. gener. 20.

Paragraphus 2.

Expirat celebratio feſti Mirabilium Lugduni.

SVb annuas haſce Philippi Archipræſulis reuolutiones ſubiit benemerita occaſio ampliùs deſcribendi deindéque finiundi pro ſexta vltimáque vice multas diſputationes iam quinquies hoc in Opere ſuprà concertatas de Feſto Mirabilium ſolenniter haberi ſolito Lugduni, ab ineunte ætate Chriſtianiſmi ferè, in ea Prouincia per beatos Pothinum & Irenæum fundati, ac cœpti & conſtabiliti in credentium anteceſſorum mentibus. Guilelmus Paradinus * de illo themate nonnulla excurrit partim veriſimilia. In quibus ſingulis enarrandis, termini ad hunc Præſulis locum imponi debent. Idem Author hæret quidem in auguranda baſi huius feſti. Duas ſanè probabiles cauſas adducit ille ex diuis Helio atque Nicetio quondam Archipræſulibus, ordine quarto & XXXIV. Quas euentuum cauſas nos tertiam & quartam numeramus. Verùm ego id lubentiùs negotium ad priores & antiquiores duas retulerim ſub diuo Pothino Lugdunenſium Apoſtolo emerſas cum ingenti miraculo. De quibus ſat dictum à nobis ſuo pridem loco [n], & qualia Paradino ignota fuêre. Ergo ſupereſt duntaxat Feſti exitum iſtic traducere, & quam ob rem mox extinctum ſit, aperire. Certè abolitionis motus & impulſus originem traxit ex populari abuſu, qui pedetentim Lugduni irrepſit in tanti feſti cultura ſtato die celebritatis. Sic enim paſſim fieri aſſolet: & adeo procliues ſunt plebeij vultus & ſenſus ad ſtolida quæque, necnō ad ſanctorum rituum profanationes; vt quæ pio religioſóque intuitu cœpta feruntur, temporum lapſu in deterius & prauum vſum collabantur. Eo ſiquidem pacto per Gallias tritum contuemur hiſce temporibus, quòd pari modo in die feſto patroni & ſolennibus ſæpe anni feſtiuitatibus accolæ ruralium Eccleſiarum Regem agricolam ſibi conſtituunt, publicas ineunt ſaltationes, Choros cum ſonotis inſtrumentis profaniſque cantibus ducunt, aleas ſectantur, epulis & crapulæ indulgent, diuina ob id officia acceleranda petunt, plures inde abſunt è templis, quæſtui inhiant, & omnes diu noctúque interſunt ludibriis, cæleſtem in ſeipſos furorem ſic prouocantes. Ad propoſitum verò, & in oppoſitum, Regia erga tales abuſus Edicta ſeu leges dudum emanarunt [o], quaſi ſequaces anteriorum ſacrorum Canonum confirmatrices [p], vt tunc ſuperſit indefeſſus pene erga Deum & patronum reliquóſve beatos cultus illa die, atq; tollatur omnino, aut ſaltem ad ſequentem feriam profanam remittatur illa merces [q], pro parendo aut condonando humanæ aliquantum infirmitati. At nihil proinde minus abſtinetur; Regiis fortè Officiariis torpentibus in ſedula Regiarum Ordinationum obſeruatione exequenda. Veruntamen, quia hi feſti patronorum dies videntur ad communem primæuam Pontificum Romanorum inſtitutionem pertinere, & quarum ſolennitatum abdicationem facilè moliri non poſſent Paſtores aut Reges ac Iudices: idcirco contenti fuêre in earum abuſus decernere, nec poteſtatis falces extenderunt ad auferenda de medio ipſamet feſta. Sed profectò quia id feſtum Mirabilium Lugdunenſe, non eſt feſtum commune toti Eccleſiæ Romanæ, quinimò Lugduni priuatum, quondam ſubortum ob Sanctorum miracula in martyriis ibidem viſa conſpicua, quod in cultu retinendo non creditur planè neceſſarium, ſicut magis vrgent in vniuerſa Eccleſia dies feſti Chriſti, Virginis matris, Apoſtolorum, & nonnullorum priſcorum Martyrum Confeſſorum ſeu præcipuarum Virginum: ideo viſum eſt ſatius factum, ſi id feſtum Mirabilium in luſis ſecularibus verſum extingueretur Lugduni prorſus, quàm ſi eo retento ſuperflua popularia tantùm reſecarentur, &

Cauſæ inſtitutionis, tum abolitionis ipſius.

Populares exceſſus in Feſtis alus celebrandis.

Canones & Regia Edict. in profanationes Feſtorū.

Rationes id ſacibus abrogandi.

* lib. 1. Lugd. hiſt. ca. 73.

n Nu. 1. §. 5. & 7.

o Carolus 9. in Statibus Aureliorum an. 1566. Art. 23. 24. Henricus 3. in Statibus Bleſiorum an. 1579. Art. 38.

p Ex veteribus Statutis Eccleſiæ in Concil. Toletano ca. *Irreligioſa. de conſecrat.* Diſt. 3. & in Mogont. ca. 7. ac 37. & in Compendieñ Galliæ, Ca. 1. extra *De feriis*, ac in Rhemenſi Synodo Can. 31.

q Arreſtum Senatus ſeu Curiæ Phocenſium *d'Aix*, Ar. 23. ad an. 1580.

damnum imperfectè tolleretur, vnde breui poſtea facilè renaſceretur, quaſi vermis incaleſcens rediuiuus. Itaque: ſic igitur Petrus III. Archiepiſcopus CII. familiæ de Sabaudia, optauit iam ante hoc æuum eidem malo mederi. Sed felicior probæ illius intentionis executio dilationem paſſa eſt ad hanc vſque diem Philippi II. Archipaſtoris, ſeptem Præſulibus interiectis. Eam verò ob rem tempore eiuſdem Petri emerſerant aliquot diſcordiarum ſemina ad [illegible] ſpectantia inter ipſum Petrum ſuámve Eccleſiam & Philippum IV. Regem Francorum circa regimen ciuitatis cùm in ſpiritualibus tum maximè in temporalibus. De quibus iam ſuprà [r]. Inter paciſcendum autem, præ variis Contractus Articulis, iſta Petrus ſignificarat, ſibique aſcinerat. *Nobis & ſucceſſoribus noſtris* (inquit) *retinemus Feſtum* appellatum *Mirabilium*. Hoc eſt, Petrus ad ſe reuocauit, & à Rege Regiiſve Officiariis ſummouit notitiam ac iuriſdictionem ſuper correctione inſolentis abuſus, qui ob illud Mirabilium Feſtum ſerpſit velut cancer in populis: vt pote quia hæc notio ſpiritualis eſſet; quæ circa religionis materiam, & non ciuilis politiæ, verſari conſpiciebatur. Plebeius verò exceſſus erat fere eiuſmodi. Eò paulatim ventum eſt, vt ſtata illa die pararetur nauis ad Ararim, tanquam Bucentaurus. Eam ciues ditiores publicæ lætitiæ gratiâ ingrediebantur, colludentes; & bacchanalia haud rarò exercentes. Deducebatur illa nauis in fluuij deſcenſum, ſub vltimum latioremque arcum Pontis ad læuam [ſ], qui arcus vulgò *Mirabilis* appellatur, vt liquet ex publico Inſtrumento anni 1309. ſiue ita dictus ratione geſtorum in hoc feſto, ſiue quia miræ latitudinis ſit inter cætera Pontis concaua. Fortaſſis ob vtranque cauſam vicißim nuncupatus. Deſuper arcum aderat ianua (nunc clauſa) ad Pontis pauimentum, per quam viuax taurus deſiliens in aquam proiiciebatur: ſiue ideo fabricata eſſet ibidem porta, ſiue potiùs ad deiiciendos per eandem condemnatos morti, vt in aquis merſi, illo necis genere punirentur pro ſeculi more. Qui vterque ſimul finis ianuæ paſſim inſtitutæ cenſetur iterū probabilis. De medio autē ſublata ſunt talia ad riſum & cachinnū, non ad pietatē, irritamēta: nimirū principale & acceſſoriū: veriùs enixa ſub Philippo II. quàm aliâ hactenus ignotâ tempeſtate. Nam ſaltem ea de re extat hoc inſtrumentum anno 1395. compactum, ſedente Philippo. *Quin etiam Conſules Ciuitatis Feſtum Mirabilium & banquam* (ſuper Pontem, infit locus) *pro ſuo poſſe impedirent & diruerent.* Hæc verba ſcripto ei coniiciebantur, pendente lite ab Archipræſule & Capitulo mota aduerſus vrbis Conſiliarios ob ſcamna, officinas & tuguriola à mercatoribus ſuper Pontem tunc præſertim erigi ſolita [t]: qualia ciues officiarij euertere curauerunt, ne deinceps in prætenſi Feſti memoriam potiſſimùm talia fierent, tanquam eſſent exceſſus ciuilis aut promiſcuæ iuriſdictionis: tutati præſertim virtute regiarum Literarum Caroli VI. vt hi prorſus indebiti ſeu indecentes plebis acceſſus & inceſſus præciderentur. Nec inde ampliùs auditi ſunt.

Illud Feſtum iam antea ferè ſublatū.

Populares in iſto celebrādo exceſſus.

1395.

Extinctio abuſuum ac Feſti.

[r] §.4. Nu. cit. Alias cum eod. Rege Nu. 98. §. 2.

[ſ] Ad latus Eccl. D. Nicolaj.

[t] Vulgò *Bans & loges.*

Paragraphus 3.

NVnc illis peractis, ad reliquam Primatus Philippi II. Chronologiam accedamus: vnà hiſtoricè diuagantes. Quatuor breuia in præſenti Paragrapho occurrunt, quæ eo rurſus ſedente geſta ſunt. Primùm, ex tertio Actorum libro, anno præfato M.CCC.XCIII. & anno deinde XCIX. [a] inſtituta ſunt in Capitulo Feſta S. Annemundi [b] & ſanctæ Crucis: nimirum ſiue illi feſti dies putentur conſtituti in diuinis peragendis tantùm Officiis, ſiue in profanorum etiam ceſſatione per mediam populis refertam Ciuitatem. De eccleſiaſticis verò illius diei Officiis iam multa inſecutimus Num. XLIII. [c] vt prudenter tutior valde ſequuta ſit aliorum Feſtorum poſitio ab Archipræſule collocata, ſtatim poſt aliud Feſtum de Mirabilibus ſuprà obſoletum, & in vanam ſpem cadens. Adeóque duplex feſtum ſecurius vni dubio ſuccedit fœliciter eodem tempore. Secundo loco, Domus Canoniales Eccleſiæ Collegiatæ [d] S. Pauli, tunc declaratæ ſunt releuare ab ipſo Capitulo Eccleſiæ Cathedralis [e]. Tertiò, Abbas Belleuillæ tum recèns electus iuramentum in eodem cœtu præſtitit. Et quartò [f] denique Nilo de Graueriis ex Decano Eduenſis Eccleſiæ, factus ibidem Epiſcopus, *Confirmatus eſt à Philippo de Tureyo Archiepiſcopo Lugdunenſi in ſuo Palatio* (infit locus) *præſentib. D. Decano & Cantore Lugdunenſi, deputatis ad hoc à Capitulo Lugdunenſi, anno M.CCCC.I.* ex ſexto Volumine Actuum [f].

Feſtum S. Annemundi.

1399.

Eccleſia S. Pauli.

1401.

[a] 1399. f. 64.

[b] fol. 170. Tacéóque Actum pro Clauſtro eo an. in Parad.

[c] c. 90. §. 4. Art. 4. & §. 7. Art. 1. & 3.

[d] fol. 157.

[e] 158.

[f] fo. 48. die 19. Aprilis Alias de illa Sede Auguſtodun. Nu. 93. §. 1.

Paragraphus 4.

SVccedit ordo depingendi patentes Literas Cardinalis oriundi ex propinquo ſanguine noſtri Archipræſulis. De quo nos obiter in Ioanne IV. Archiflamine [g]. Iſtic mentio fit de dignißima

Releuatio ſanctorum corporum in Eccleſia S. Irenæi.

[g] Num. 118. §. 1.

digniſſima multorum ſanctorum corporum releuatione ex Irenæana Baſilica, hoc prolixo
verborum tenore è loci matrice ſummoto. *Petrus miſeratione diuina Tit. ſanctæ Suſannæ, ſan-*
ctæ Rom. Eccleſiæ Presbyter Cardinalis [h] *de Tureyo vulgariter nuncupatus, in Lugdunenſi & certis* h creatus à
aliis Regni Franciæ Prouinciis cum plena poteſtate Legatus à latere, Nuncius Apoſtolicus ſpecialiter Clemente
deſtinatus, vniuerſis Chriſti fidelibus præſentes Literas inſpecturis, ſal. in Dom. ſempiternam. Glorio- PP. 7. an.
ſos Chriſti Martyres, qui eius amore victo terrore ſeculi, ac ſpretis pœnis corporis ſanguinem pro- 1385. Auenione in
prium ſuderunt non timentes, cœleſtis ſunt effecti beatitudinis poſſeſſores, & in Choro ſanctitatis Schiſmate 4.
coruſcant, decet per Chriſti fideles magnis attolli præconiis ac ſollicitis indefeſſiſque ſtudiis honorari: Id Iul.
Chriſti nãque fidelibus, cùm ipſi ad eos humiliter recurrunt, benignas aures exhibent, & pro eis Gen- Onuph. pag. 227. & 272.
Per Petrum de Tureyo Cardinalem.
tium deuotarum inclyti defenſores apud Regem Regum ſuis excellentib. meritis ſedulò intercedunt. Legatus etiam in regno Neapolitano Epiſc.
Cupientes igitur, prout Iuris exigit authoritas: & expoſcit iudicium rationis, veritatis teſtimonium Malleacenſis
perhibere, eiſdem Chriſti fidelibus clarum fieri volumus, quòd nuper, videlicet anno Domini mille- Ciacon. pag. 798.
1410. *ſimo quadringenteſimo decimo, ad notitiam noſtram deducto, quòd inclyti Chriſti Martyres SS. Ire-*
næus Lugdunenſis *ſecundus Archiepiſcopus, Epipodius & Alexander pro fide orthodoxa glorioſiſſi-*
mo martyrio coronati, per B. Zachariam in Baſilica ſiue Eccleſia Monaſterij S. Irenæi Lugdun. Or-
dinis S. Auguſtini, in terra fuerunt tumulati; & quòd dilecti nob. in Chriſto Prior & Conuentus
dicti Monaſterij aſſerentes dictorum Sanctor. corpora exhumari, & in loco notabiliori releuari. Cúm-
que pro parte nonnullorum Canonicorum Eccleſiæ S. Iuſti Lugdunenſ. *aſſeritur dicta* Sanctorum *cor-*
pora, non in Baſilica S. Irenæi, ſed in dicta Eccleſ. S. Iuſti fuiſſe tumulata: Nos cùm de præmiſſis ali-
quam notitiam non haberemus, cupientes de huiuſmodi varia affectione plenariè informari: die Da-
Capitulum S. Iuſti propoſuiſſe ſe habere corpora S. Irenæi & duplicis ſocij.
tæ præſentium vnà cum Reuerendiſſimis in Chr. Patrib. DD. Philippo de Thureyo Archiepiſcopo &
Comite Lugdun. *Galliar. Primate, germano noſtro, Petro de Saleuciis Annaten. Iacobo Crepigniaci*
Domoren. Epiſcopis, necnon Ioanne de Apeherio Sauigniaci, Ludouico de Varambone Ambroniaci,
Gulielmo Maliruphi S. Ruffi, Valentinenſi; Girardo de Cordone Inſulæ barbaræ, Antonio de Bro-
na Athenatenſi Lugdun. *Monaſterior. Abbatib. ac D. Petro de Monteioco Decano Eccleſiæ* Lugd.
& plurib. aliis viris tam literatis quàm nobilib. & laicis in multitudine copioſa: primo perſonaliter
acceſſimus ad Eccleſiam S. Iuſti Lugdun. *in monte ſupra* i *Ciuitatem, & ibid. ipſius Eccleſiæ Canoni-* i & extra.
ci ſcientes, quia pro Informatione huiuſmodi facienda principaliter veneramus, ad probandum quòd
dicta Sanctorum corpora Irenæi, Epipodij & Alexandri in eorum Eccleſia S. *Iuſti requieſcerent, quã-*
dam ſcripturam priuatam, in qua continebatur, quòd dicta corpora Sanctorum in dicta eor. Eccleſia S.
Iuſti requieſcebant, in pergameno coram nob. produxerunt. Cuius lecto coram nob. & intellecto tenore:
nos poſtmodum vnà cum eiſd. Prælatis, literatis, nobilib. ac aliis ſupradictis acceſſimus, intrauimus
& viſitauimus, inſpectionique oculorum ſubiecimus ipſam Cryptam Eccleſiæ S. Iuſti. Quo facto, ſub-
ſequenter ad dictam Baſilicam S. Irenæi direximus greſſus noſtros, dictis Priore & Conuentu pro-
Cardinalem inde profectum ad Baſilicam S. Irenæi.
ceſſionaliter & honorificè obuiam exeuntib. omnib. probis: & ad probandum quòd ſupradicta Sancto-
rum corpora in eadem Eccleſia S. Irenæi requieſcerent, nonnullos libros antiquos, Martyrologia nun-
cupatos, Legendas Sanctorum*, & nonnulla alia ſcripta tam in Archiuis ipſius Monaſterij, quàm Me-*
tropolitanæ Lugdun. *ac S. Nicetij & Athenatenſ.* Lugdun. *Eccleſiar. reperta coram nob. produxerunt.*
In quibuſdam ſcripturis coram nob. diligenter perlectis inter cætera continebantur dictorum ſanctorum
Martyrum corpora, videlicet S. Irenæus dudum per B. Zachariam ſepultus in dicta S. Irenæi Baſilica,
ſcilicet in Crypta Baſilicæ S. Ioannis *Euangeliſtæ ſub Altari, & ſanctus Epipodius à parte dextra* S.
Irenæi, *ac ſanctus Alexander à parte ſiniſtra, tumulata.* Conſimiliter D. Gregorius Turonenſis *[*] * li. 1. de Miraculis c. 49.
hos tres ſic conſepultos diu antea enarrarat, vt obiter dicã velut per parentheſim opportunè
in præſenti occurſu. *Hac etiam ſculptura antiqua in Crypta poſita cum fama publica referebat* (per-
git Cardinalis in Actis) *& ipſa* Crypta, *quam vidimus ac viſitauimus, ſeipſam manifeſtat. Iſta quo-*
que atteſtabantur Altaria tria in ead. Eccleſia: videlicet Altare S. Irenæi quaſi in medio, & Altaria
Ex ibi reperta.
ſanctorum Epipodij atque Alexandri à duob. lateribus, &c. Subſequenter verò, vt res maioris firmi-
tatis & approbationis exiſteret, vocari fecimus Capitulum Eccleſiæ S. Iuſti ſupradicti, vt veniret
ad certificationem & apertionem tumulorum dictor. Sanctor. & ad viſionem ſcripturarum ſculptar. in
dictis eorum tumulis, vt ſuper diſceptatione huiuſmodi, quam ipſi de Sancto prætendebant, viderent
nos cum multitudine Prælatorum, Doctorum & Licentiatorum *in vtroque Iure ad dictor. corporum*
Sanctorum releuationem proceſſuros. Vnde comparentibus coram nob. pro Capitulo S. Iuſti dilectis nob.
in Chriſto *Amedeo de Talaru Decretorum Doctore* Canonico*, & Gaufrido de Thelis dictæ Eccleſ. S.*
Iuſti Magiſtro Chori *ac etiam* Canonico *eiuſdem ab vna parte, ac præfatis Priore & Conuentu S. Ire-*
næi ex altera, habitáque ſuper his matura deliberatione cum dictis & aliis ſolennibus Clericis *in vtra-*
Canonici S. Iuſti ad hoc vocat.
que facultate peritis, videlicet venerabilib. & Religioſis Magiſtris Ioanne *Bard. &* Ioanne *Roceti Ma-*
giſtris in ſacra pagina, ac etiam venerabilib. viris Dominis Ioanne *de Burgo* Camerario S. *Pauli, Pe-*
tro Papa *Sacriſta Viennenſi &* Cantore S. *Niceſij Lugdun. Antonio Grandis* Legum *Doctore, An-*
tenio

tomo de Furano, & Petro de Auriliaco Licentiato in legib. Iacobo de Merſiaco Metropolitano Iudice in Decretis Licentiato, & plurib. aliis expertis ibid. exiſtentibus. Ac materiâ huiuſmodi per nos vnà cum ipſis diligenter examinatâ, manifeſtè comperimus indubitatum & notorium eſſe, quòd attentis antiqua fundatione dicta Eccl. S. Irenæi & Scripturarum Martyrologior. & ſculpturis lapideis cum fama publica ocularique viſione, & aliis præmiſſis, dictorum Sanctor. corpora non in dicta Eccleſ. ſancti Iuſti, ſed in Eccleſ. S. Irenæi fuiſſe & eſſe tumulata. Et ideo ad releuationem Sanctorum dictorum proceſſimus in hunc modum. Primò ad monumentum dicti S. Irenæi plurib. facib. & cereis accenſis acceſſimus, & capſam plumbeam, in qua corpus S. Irenæi iacebat, per dilectum nob. in

Ceremoniæ leuandi corpora Sanctorum.

Chr. Ioannem de Ham aurifabrum fecimus aperiri, infra [k] quam oſſa Capitis eius inuenimus, quæ per dictum Epiſcopum Aniciatenſem cum magna reuerentia recipi & leuari, & in mappa alba quam tenebant Abbas Monaſterij Ambroniaci & Decanus Eccleſiæ Lugdun. poni fecimus, & nob. apportari. Quod caput infra quandam capſam fuſteam argento tectam poſuimus, ac oſſa alia ſui corporis reponi fecimus in eadem. Deinde ad tumulum S. Epipodij accedentes, & apertâ ſuâ capſâ plumbea per auri-

[k] intra.

S. Epipodij. poſt Irenæū.

fabrum prædictum, inuenimus in ea oſſa ſui corporis, cuius caput ſuper humerum ſuum dextrum exiſtebat, & ab ipſo capite in cerebro vulnerato cruor ſanguinis adhuc apparebat, quod caput cum aliis oſſib. ſui corporis in quad. capſa fuſtea [l] repoſuimus. Ad tumulum verò S. Alexandri poſtmodum ac-

S. Alexandri.

cedentes, capſam ipſam fecimus aperire: in qua capſa dicti S. Alexandri corpus quaſi in carne cum capite prorſus piloſo repertum, leuari & extrahi & nob. apportari, ac in quadam alia capſa fuſtea ad hoc præparata, reponi fecimus & recondi, atque per Priorem & Canonicos dicti Monaſterij præcepimus, prout decet, dictorum Sanctor. corpora honorificè cuſtodiri. Et ne de cætero, vbi dicta Sanctorum corpora requieſcant, in futurum valeat haſitari, præmiſſa ad perpetuam geſtorum memoriam publicè atteſtamur. Ideóque cupientes vt Chriſti fideles ad exhibendam eiſdem ſanctis Martyrib. reuerentiam & honorem eò deuotiùs inuitentur, quò ex iis donis gratiæ ſpecialis vberiùs conſpexerint ſe refectos: de omnipotentis Dei miſericordia & beatorum Petri ac Pauli eius authoritate confiſi, & ex poteſtate à Sede Apoſtolica nob. tradita, omnib. verè pœnitentib. & confeſſis, qui in Sanctorum Irenæi, Epipodij & Alexandri prædictorum Feſtiuitatibus ac in Sermone generali, qui ibidem fit & in

[l] de bois.

* Vel 5. annos ea magno li. Obituum per epitomem. poſt fo. 243. vel quatuor annos, & tot quadragenas item à 2. die Quadrageſimæ ad octauas Paſch. ſingu. dies an 1. & 40. dies indulgene ea vete. ri MS. Lect. Matutinalium Eccl. S. Irenæi. pag. 56.

Indulgentiæ concellæ viſitantibus ea loca.

die releuationis huiuſmodi, videlicet ſexta die Aprilis, prædictam Eccleſiam & loca in quib. dictorum Sanctor. corpora ſunt collocata, deuotè viſitauerint, & in dicto Sermone interfuerint, vt præfertur, tres annos * & tres quadragenas de iniunctis ei pœnitentiis miſericorditer relaxamus, præſentib. tamen quoad Indulgentias huiuſmodi poſt decennium minimè valituris. Datum Lugduni apud S. Irenæum prædictum VIII. Idus Aprilis, Pontificatus Domini noſtri Alexandri Papæ V. Anno primo: Id eſt, ſalutis 1410. Atque idem Petrus Cardinalis erat frater maior natu Philippi Archipræſulis, qui exceſſit è viuis in illa Legatione Gallica menſe Septembri an. 1412. [a]

[a] Ciaconius pag. 866.

Paragraphus 5.

Controuerſia vbi primùm iacuerint ea corpora.

EX præmiſſis Actibus & aſſertionibus Cardinalis de corpore S. Irenæi ac duplicis ſocij, quatenus concluſum eſt ea cadauera supereſſe in Cryptis Baſilicæ Conuentualis ipſi D. Irenæo ſacræ, non autem in Eccleſia D. Iuſti: ſanè nunc emergit controuerſiæ fumus in aëra volitans & propulſandus, ſi hæc Cardinalis affirmatio ritè conferatur cum oppoſitis Actibus octo Doctorum, qui vno antea ſeculo ſentire tandem viſi ſunt, quòd Reliquiæ Sanctorum Irenæi atque ſociorum Epipodij & Alexandri deprehenſæ ſunt in Baſilica S. Iuſti, & nequaquam in Irenæana. Plenior res geſta Doctorum apparet anno 1287. & Nu. 96. [m] verùm cœpta eſt Nu. 2. [n] & perſeuerat aliquot ſequentibus Archipræſulum Numeris, quorum ana-

[m] §. 2.
[n] §. 7.
[o] §. 5.

Veriùs poſita fuiſſe in Templo S. Irenæi.

cephalæoſis & epilogus reniter Num. 58. [o] in S. Remigio Archiflamine. Vt autem has tempeſtates ſedare nitamur, quinque opinionum genera quaſi ſententiam ferendo producimus. Imprimis, ex vna parte liquet in præfato Num. 2. hoc per Doctores factitatum: quòd nimirum in Æde S. Iuſti reperta ſunt membra & caput S. Irenæi cum hac antiqua ſuperſcriptione: *Hic iacet S. Irenæus ſecundus à beato Photino.* De oſſibus verò ſociorum Ypipodij & Alexandri loquuntur quidem iidem Doctores: at paulò leuiùs: ſcilicet dicunt eadem oſſa vulgari ſermone credi iacere in ipſa Iuſtiana Eccleſia. Sed ex altera parte monemus ſecundò, videri firmius teſtimonium poſterius, qui eſt Illuſtriſſimi Cardinalis, eò quòd munitur tum priſcis documentis, tum variis experimentis, maximè quia ibidem corpus partim indicabatur eſſe S. Irenæi per plumbeam capſam aliáque adiuncta, & partim ſociorum duorum per cruorem ſatis recentem aſpectibus, necnon per capillos adhuc carni adhærentes in piloſo capite. Tertiò, aduerte Doctores extraneos eſſe ad id officium, aut indirectè commiſſos, vt pote ab alieno Antiſtite [p] & nouercali parente, quorum Inſtrumentum non docet eos acceptam hauſiſſe à hierarchico Primate Rodulpho II. Lugdunenſi [q] poteſtatem ſic viſi-

Quintuplici demonſtratione.

[p] Vienneſi.
[q] Nu 97. §. 2.

tandi

tandi decernendique, ſeu ipſoſmet Doctores ad eum finem conuocandi & exequendi. Cardinalis verò diſertè teſtatur ſe à Romano Pontifice amandatum cum Diplomate, velut à categorico Ordinariorum Ordinario miſſum. Cuius proinde facto ſeu decreto adhibenda eſt fides, aut in ipſo ſaltem minus ſubeſt hæſitandi argumentū. Quartò, audi abuſum vel notabile æquiuocum. Doctores ex ſuo latere ſcribunt proceſſiſſe ad Cryptam iuxta portam principalem Eccleſiæ S. Iuſti ſub Altari B. Ioannis Euangeliſtæ, in qua Crypta eſſet idem corpus S. Irenæi ac duorum ſociorum, veluti iam ex iiſdem Scribis monuimus Num. 2.[r] At Cardinalis viceuerſa teſtatur[ſ] ipſum D. Irenæum ſepultum fuiſſe in Baſilica eidem S. Irenæo conſecrata, in crypta ſancti quoque Ioannis Euangeliſtæ ſub Altari ibidem. Anne hæc vtrinque rite dicta? Sanè cum anno ſal. M.D LXII. lues Caluinitarum Eccleſiam S. Iuſti funditus in Lugdunenſi ſuburbio euerterit, ab eo tempore vix vllus hodie ſupereſt in viuis, qui teſtari poſſit, num in præfata Baſilica verè eſſet Sacellum D. Ioanni ſacrum, vt neque relicta talium ſcripturatum eiúſve prouentuum indicia ſeu inſtrumenta. Verùm conſtat magis in veteri Eccleſia S. Irenæi quondam præluxiſſe Capellam ſub inuocatione D. Ioannis Baptiſtæ dicatam, tum ex prænunciatis apud Cardinalem[t], tum maximè ex priſcis MS. eiuſdem Irenæani Prioratus, addito venerabili Beda, cuius mens fuit deſignaſſe Eccleſiam S. Irenæi, quando narrat compoſitum fuiſſe ipſius S. Irenæi corpus in monte & præfato Sacello D. Ioannis. Pro quo Authore Anglicano vide Numerum II.[u] Is autem ſcriptor Anglus floruit annis ſexcentis ante octo hoſce Doctores. Quorum tamen ſcripta non dedignor amplecti; ſi modò hac in parte mutata non ſit nomenclatura Sacelli vicinioris Eccleſiæ monachalis. Non enim impoſſibile eſt propinquiora alioqui Templa videri decorata Sacellis eiuſdem patroni apud Deum. At certè probabilior ratio pro membro Eccleſiæ S. Irenæi militat. Quintò & vltimò, mirum cenſetur, quomodo Clerici S. Iuſti in Cardinalis apud eos aditu eorum Cryptam viſitando pro agnoſcendo ibi corpore S. Irenæi, non attulerunt in medium id publicum aut fortius octo Doctorum Inſtrumentum, tam validum, aut ſaltem illis vnis valde proficuum: produxerunt autem vnicam priuatam ſignaturam, vt conſtat ex cœtus relatis cum Cardinali præſente. O gens quondam fortè oblita ſui! Quippe prætererat vnicum duntaxat ſeculum, quo celebratū fuerat illud Reſcriptum, quando purpuratus ſuū cōfecit, adeóque memoria illius aderat multùm recens, aut ſatis potens, quia vel etiam ad noſtrum æuum vſque peruenit ipſe archetypus M.S. Doctorum. Legi ego integrum: atque hinc excerpſi. Vnde profectò talis Scriptûra faciliùs potuit in manus Canonicorū Iuſtianorum deuenire, vt id Cardini pileato à Papa miſſo oſtentarent. At nihil minus præſtitêre iidem Canonici. Quinimò adeundo etiam & concomitando ad Ædem S. Irenæi poſt leuem priorem renitentiam, obmutuère rurſus. Magnus deficientium rationum index! Adde quod magis conſentaneum eſt, & cuiuis perſuaſum, vt id ſacrum corpus cum duplici ſocio ſemper iacuerit in Templo, proprij ſui nominis, quàm alibi: niſi profectò intra illud breue centenariū annorum tale corpus ritè tranſlatum fuerit ex fano Iuſtiano ad Irenæanum: quod vtique nullibi legitur. Ergo ſecurior permanet noſtra S. Ioannis Cappella, & tumulus trium Martyrum in totali Baſilica deinceps idcirco nuncupata S. Irenæi: donec tandem poſt Caluiniana naufragia Caput Irenæi ad Cathedralem tranſlatum doceamus[o], vbi mox honorificè ſiſtit.

Margin notes: IV. Demonſtratio. — V. Demōſtr. — [r] §. 7. cit. — [ſ] Ibid §. 4. — [t] Capſa plúbea, &c. — [u] §. 8.

Paragraphus 6.

AD Philippum II. Archipræſulem redeuntes, extremos ipſius dies claudamus. Liber magnus Obituum à priuato quondam anonymo Lugdunenſis Eccleſiæ conſcriptus efficit[p] eundem Philippum conuolaſſe ad ſuperos die 17. Auguſti anno 1412. atque fundaſſe egregiè Cappellam ſex Cappellanorum ad honorem ſanctiſſimi Sepulchri Domini Ieſu Chriſti, in gratiam omnium Clericorum triplicis Baſilicæ[p], qui Quadrageſimali tempore diebus feriatis, ſeu exceptis feſtiuis, intereſſent horis Canonicis in Choro Cathedrali, velut duplici tūc annona reficiendi: ſuperadditis ſex Prebendariis cum quingentis libris annui prouentus. Quod equidem fundationis genus lubens acceptamus, at minimè diarium. Nam ex publico Volumine octauo Actorum capitularium[q] olim à Secretario palam conſcriptorum & maiorem fidem efficientium, conſtat Abbatem Sauigniaci de nouo creatum & in dignitate cōfirmatum, ſuę fidei ſacramentum obtuliſſe præfato Primati Philippo ęgrotanti die 4. Kalend. Auguſti an. 1415. At eodem prorſus anno poſt quadrimeſtre tempus ipſum Archipræſulem è viuis abiiſſe, ſcilicet 4. Kalend. Decemb.[r] Vide alia de ipſo Philippo ſub Ioanne 2. in collata domo Eccleſię Foruerianę, illic decentiùs cœpta & abſoluta[ſ]. Fuit conſanguineus ſynchroni Petri de Tureyo Epiſcopi Malliacenſis.

Margin notes: Vnius Abbatis præſtita fides. — 1412. — Obitus Philippi II. — 1415. — [o] Supr. Nu. 2. §. 9. infrà Nu. 116. — [p] S. Ioa. Bap. S. Steph. & S. Crucis. Teſtamentum integrum legitur in lib. Repert. Anniuerſ. oſtenſo per D. Fabrum Theſaur. Eccleſ. fol. 20. — [q] fol. 48. die 14. April. — [r] ibid fol. 68. 49. vel 8. Kalen. ex cit. Repert. Phil. I. habet Nu. 94. — [ſ] Nu. 87 § 4

CXIII. *Paragraphus* 1.

Amedei perſona.

AMEDEVS II. cognomine *de Talaru* eiuſmodi eſt, vt eius cognomen omittatur planè à Campegio in Democharæ. Et virum prætereà omnino Sarrazinus in Tabella: vel ſaltem nomen proprium immutat, dum ſolus ſcribit vno verbo *Andream de Talaru*, fortè quòd aſpexerit in veteribus M.S. poſitum *A.de Talaru*, quatenus mos fuit antiquis ita prioribus elementis nomina contrahere per ſyncopen & apocopen. Vnde Sarrazinus ipſe ad nomen poſtea integrandum facilè ſomniauit *Andream* loco *Amedei*: equidem perperam: proptereàque eàdem nobiſcum humanam perſonam concepit. Is Archipræſul vir nobiliſſimus fuit in Lugdunenſi prouincia. Cuius ideo & anteceſſorum Archiflaminuum ſui agnominis genealogiam inueſtigamus, quanrum fas eſt, vt ei latiùs præſentem honoris locum tribuamus, comparari ſi poſſit. Idem Amedeus religioſus cùm eſſet & eruditus, ſimúlque antea Lugdunenſis Eccleſiæ Archidiaconus, Clerus eum ſelegit vt proficiſceretur ad XVI. Oecumenicum Conſtancienſe Concilium, apertum anno 1414. In quo eùm ipſe ſederet ſuffragator anno 1415. ſub finem eius anni acceſſerunt Conſtantiam litteræ de eius à Capitulo ad Archipræſulatum electione, vice demortui Philippi. Quæ Capitularis electio facta fuerat die 9. Decembris[a] anni præfati ex libro IIX.[b] Actorum Eccleſiæ. Deinde approbata eſt in medio Concilio à tribus nationibus[c]: tum à Suffraganeis Lugdunenſis Eccleſiæ Epiſcopis, Lugduni, ex iiſdem Actis[d]. Siquidem tales propterea euocati

Concilium Conſtantienſe.

Viri promotio.

Anno in vrbem appulerunt die XIII. Ianuarij anno 1416. nimirum Reuerendi Carolus Lingo-
1416. nenſis 84. Ioannes Matiſconenſis 59. & Hugo confirmatus 70. Cabilonenſis Antiſtites. Hinc relatione à Doctoribus facta de electi examine[e], ipſi eum in Cathedrali Lugdunenſi conſecrarunt die 16. cum ſolenni valde ritu[f]. Poſtmodum cùm Martinus Papa V. finalis Concilij Præſes & comprobator illinc rediret, & Geneuâ pertranſiret, eidem Amedeo Primatiæ innouauit priuilegia ibidem, die Kalendarum Auguſti anno 1417.[g] Quod eſt decima omnium
1417. Bulla Pontificia pro eodem Primatu; cùm nona reſideat Nu. 81. & 82.[h]

a Aliis 28. Nouemb.
b fol. 59. cum Miſſa de Spiritu ſancto.
c Ex Parad. 2 c. 93.
d f. 117. 119.
e f. 123. 128.
f 133 Treuolcium vibs ad eum pertinebat. fol. 136.
g Parad. 2. c. 94.
h §. 2.

Paragraphus 2.

Amedeus quomodo enumerandus inter Cōcilij Patres.

SEd ne ritè obiiciendum putes, Lector, quòd noſter Amedeus minimè recenſeatur vnus ex Patribus Concilij præfati ſuffragatoribus in catalogo & volumine Conciliorum; vt proinde tenaciùs affirmare audeas, Amedeū igitur Synodo haud interfuiſſe, & mireris ferè, quorſum inter Capitulantes Conſtantiæ ipſum enumeremus: Hoc dicam ego. Si quis rem propiùs contempletur, multæ taciturnitatis cauſæ occurrunt, ad minus quinque hic obiter ſeorſum enucleandæ, & in præſentia ſuæ affirmationes conuertendæ. Imprimis, ex Gallorum deputatorum epitome in illo catalogo, liquet Matthæum Claræuallis in Theologia Magiſtrum vocitatum Ambaſſiatorem Eccleſiæ Gallicanæ, & Alexandrum Abbatem ſanctę Mariæ de Bellofonte Ordinis S.Benedicti Diœceſis Maleacenſis, Legatum dici Eccleſię Regni Franciæ pro Burdegalenſi prouincia, miſſos Conſtantiam: cuius certè Galliæ caput & Primas eſt paſsim Archiepiſcopus Lugdunenſis: & quam adhuc Sedem anno primo Concilij occupabat Philippus II. de Tureyo: quaſi ipſe Philippus æger, & paulò pòſt è vita decedens aſſenſum præbuerit horum delegationi, vel alterutrius; cùm nec ipſemet, nec ſequax adeſſe haud potuerit, quia alioqui eò is conueniſſet. Et certè, in propoſiti huiuſce demonſtrationem hiſtoria non narrat Amedeum miſſum nomine Philippi, at Capituli: ſiue ab vtroque, ſiue à poſteriore ſolo illuc amandatus fuerit. Vnde Tomi Conciliorum, qui præfatos Legatos collocant octauum & decimumquintum Concilio aſsidentes ab initio cœtus, non potuêre Amedeum quoque nominare, vt pote qui in vrbem conuentus non tam citò, ſed tardiùs paulò acceſſerit. Secundò, Epiſcopi Suffraganei Sedis Lugdunenſis eò appulêre, aut ſaltem Archipræſules eiuſdem Prouinciæ atque Primatus: vt pote Thomas Senouenſis quintus ordine, & Guilelmus S.Pauli de Cornuto pro Diœceſi Turonēſi titu X. Conſtantiæ, infirmante aut moriente præfato Philippo II. Tertiò, in Paralipomenis Chronici Abbatis Vrſpergenſis, & in Chronologia Genebrardi deſcribuntur cōueniſſe Patriarchas 4. Cardinales 29. Archiepiſcopos 47. Epiſcopos 160. aliis 170. præter Abbates atque Doctores 564. Sic itaq; vniuerſus vnà collectus Patrum numerus, qui eo in Concilio affuêre ex allato recentiorum epilogo & deptis Abbatibus, peruenit ad ducentos quadraginta, omnes pręſentes, tū à principio, tū partim ſub finē totius Synodi. Vnde palā docetur imperfectā eſſe anacephalæoſim Patrū in ipſis Conci

Quintuplex perſuaſio.

I.

Eius comprouinciales, ibi.

II.

III.

Numerus Patrum Concilij.

Conciliorum Voluminibus expreſſam, quæ poſt vigeſimam Seſſionem ibidem conſcribitur: neque locupletior alius ſufficitur catalogus ſub viginti tribus Seſſionibus adhuc ſuccedentibus. Quo fit vt cum præfato Patrum incremento apud Authorem Abbatem Amedeus Primas Lugdunenſis, concipi facilè debuerit aut potuerit, ſimúlque eius Suffraganei Antiſtites,
4. nimirum Eduenſis, Lingonenſis, Cabilonenſis & Matiſconenſis. Quartò, hiſtoria de Amedeo Lugdunenſi non agnoſcitur ſub Ioanne Papa 23. Concilij protoauthore: verùm ſub Marnino V. quem nondum hîc in Cathedra Petri electum contuemur, at ſequacibus poſtea ſedentium congregationibus. Adeóq; in ſuperiore catalogo apponere nō oportuit Amadeum, tanquam fortè tunc adhuc abſentem, & medio ſolum tempore appulſum. Quintò &
5. vltimò, aduerte quòd à Seſſione 21. ad 39. Concilij, inter plura quæ ibi patent aduerſus Hieronymum Pragenſem hæreticum, ſubeſt receptio Illuſtriſſimi Principis Caroli Regis Nauarræ per ſolennes ſuos Ambaſſiatores Guilelmum Arnoldi Bayonenſem & Nicolaüm Aquenſem Epiſcopos. Quos duos Galliæ Antiſtites in Concilio demum ſuffragantes non comprehendit catalogus præmiſſorum Voluminum. Propterea, quemadmodum mox ipſi ad ſuas de more ſententias in reliqua Synodo ferendas venerunt: ſic ſeriùs acceſſit quoque Amedeus Lugdunenſis, tametſi vix cum cæteris adnominatus in prioribus reſcriptis.

Paragraphus 3.

Regalia aperta.

INterea, per Philippi II. interitum aperta ſunt denuo iura Regaliæ, petentibus Vicariis Epiſcopatus Eduenſis. Qui Vicarij talia in Capitulo Lugdunenſi [h] ſuſceperunt per Canonicos *tenentes claues ſigillorum*, in ſignum traditæ poteſtatis. Inde Vicarij iurarunt ſingula fideli calamo adminiſtrate, eáque cœtui capitulari reſtituere opportuno tempore. Qua pēdente intercapedine Hugo d'Ogez electus Epiſcopus Cabilonenſis legitur confirmatus Lugduni ab Epiſcopo Eduenſi [i] tenente Regaliam Sedis Lugdunenſis, ex Capituli aſſenſu. Atque ab eodem Eduenſi reſtitutæ ſunt tandem omnes hæ claues (iuriſdictionis indices) Dominis Capitulantibus [k], & poſtmodum inaugurato Amadeo.

h 9. Decemb. 1415. fol. 68.69.
i 14. Ianuarij 1416.
k 28. Ian.

Paragraphus 4.

Renouatum Statutum de nobilitate Canonicorum Lugdun.

DEinceps autem hîc occurrit pergrata ſermocinatio de tutiore approbatione ſecretioris Statuti Nobilitaris Canonicorum Lugdunenſium, vnà cum ſerie dignitatum Primatialis Eccleſiæ. Iam ſub Carolo I. [l] & Philippo II. [m] Archipræſulibus tantæ claritatis oſtentandæ originem & vſum recapitulando trahendum duximus à tempore Burchardi Primatis [n], promulgatum per Principes ſub Eraclio Patriarcha, [o] dilatatum ſub Guichardo [p], & tandem altiore vſu pertritum ſedente Ioanne IV. [q] At poſtquam eiuſmodi lex nata eſt ciuili & capitulari Statuto, necnon præſidio ſummotū Principum, ſanè è veſtigio approbata & confirmata legitur à ſummis Eccleſiæ vniuerſæ Patribus & Pontificibus, quorum ope talis conſuetudo altas egit radices, ac maioris æquitatis vires aſſumpſit, ſicuti peræquum videbatur. Veruntamen hac in epitome miſſa facimus antiquiora quædam eorundem Pontificum Diplomata hunc in finem. Sed ad clariſſimam Bullam Martini Papæ V. deſcendimus, quæ obuiat omnium patentiſſima, quæque ſcrupulum totum ſedauit, ſi quod antea fuiſſet. Hoc verò vt ſequitur ordine, aperimus conceſsionis eius cauſas & rationes. Quinquennio poſt ſacras Amedei ſecūdi vnctiones acceſsit Petrus de Grolea, qui optabat aſſequi Canonicatum vacantem

Statim à Papa confirmatum.

1419. per deceſſum D. Archidiaconi de Salluciis Cardinalis, ex libro XI. veterum Actorum. Propterea que ſuam probauit nobilitatē per Humbertum de Grolea Baliuum Matiſconenſem * & alios, admiſſúſque eſt anno 1419. menſe Iulio [r]. Hinc menſe Nouembri ſequenre [ſ] Domini Capitulantes *exactiùs renouarunt & approbarunt Statutum olim factum à fundatione Eccleſiæ, quòd nullus in Canonicum recipiatur, niſi priùs probata nobilitate ſua in Capitulo, &c.* Quale decretum cùm æquo ſatis animo non ferret initio Ioannes de Grolea præfatorum conſanguineus, & Canonicatum quoque ambiret, conatus eſt aucupari Martini Papæ beneuolentiam. Literæ cuius Pontificis ideo Româ allatæ ſunt in Capitulum, & reuerenter perlectæ, de ipſo Ioanne recipiendo, anno citato. Sed ſe excuſarunt Canonici apud Romanam ſedem, niſi idem Ioannes probaretur nobilis in eodem Capitulo [t]. Etenim Ioannes dedignabatur ferè genus ſuum ita palam facere, vel id certè præſtare expetebat non productis in Capitulum teſtibus, at iiſdem ipſo longè abſente conuocatis, aut illo in Romana Curia agente. Eum verò increpabat Carolus VII. Rex, quòd id ſibi vertere honori fatebatur hiſce verbis ad Pontificem à ſe conſcriptis: *Ioannes de Grolea improbè petit admitti in Canonicum præfatæ Eccleſiæ, in illud conſortium, cui ratione Delphinat. ac Ducatus Bituricenſis adſcripti ſumus, & iureiurando ſpōte conſtricti.*

Vnus difficilis ad obtendum Statuto.

Reprehenſus à Rege.

l Nu. 110. § 2.
m Nu. 112. § 1.
n Nu. 67. § 5.
o 85.
p 85. § 1.
q Nu. 111. 8.
* Alius quidam Humbertus de Grolea fuit Canonic. Sacriſta Lugd. vbi fundauit aliquot librationes. Obiit 11. Iun. 1483. ex Repert. fol. 73.
r die 5. 10. 12.
ſ die 9.
t fo. 46. Nota quòd ann. 1424 Andreas Ferrari miſſus eſt Romam proſequi cauſam cuſtodiæ Ioa. de Grolea. 27. Iun. fol. 96. libr. 12.

Atque vult annumerari aliter quàm liceat & expediat. Menſe Decembris, An. M.CCCC.XXII. [u] Qua
1422. ſolis reuolutione ſuſcepti ſunt in Canonicos Georgius de Salluciis [x], & Petrus d'Amanſé [y], priùs libere probata eorundem nobilitate. Pari rurſus voluntatis propenſione introductus eſt Petrus de Iuys ad alium ibidem Canonicatum. Teſtéſque produxit ſui generis Antonium de Iuys fratrem, nobiles & potentes DD. Humbertum de Grolea Baliuum Maticenſem & Seneſchallum Lugdunenſem, Hugonem de Chaudea Dominum loci & Baliuum de Breſſia,
1425. Meraudum D. de Franchelins, Amedeum Maceti Domicellũ [z], &c. anno M.CCCC.XXV. ex libro XII. [a] Tandem ergo Ioannes ad exemplar horum paradigmarũ piè excitatus, quibus ſubiiciendum ſe perſuaſit, pacificè creatus eſt Canonicus & magnus Cuſtos Eccleſiæ ſub id tempus [b], informatione de ipſo præcedente [c]. Atque breui pòſt interuallo dierum Romam miſſus eſt à Capitulo cum obſignatis eiuſmodi capitularibus documentis corporum nobilitatem concernentibus, ſimul & dignitates Eccleſiæ. Adeóque anno ſequente *impetrauit in Romana Curia à D.N. Papa Martino V.* (inquit volumen) *Bullam Confirmationis Statutorum Eccleſ. Lugdun. de non recipiendo Canonico in dicta Eccleſ. niſi nobilis ſit.* [d] Vno verbo Pontifex in animo habuit veterem Eccleſiæ traditionem corroborare: vt nimirum ſacer ille Chorus pergat ſemper retinere in vſu nouem dignitates Angelicarum Hierarchiarum repręſentatrices inter XXXII. Canonicales Præbendas, [e] ſeu tot Canonicos nobiles per quadruplicem ſtirpem aſcendentium progeniti; deinde quatuor Cuſtodes ſacris totidem Euangeliſtis reſpondentes; tertiò Eccleſiaſtem ſeu Doctorem in Theologia; quartò ſeptem milites [f] Licentiatos in Iure, omnes hoc ordine in Capitulo & Eccleſia aſſidentes, velut ſectatores donorum Spiritus ſancti: tum duodecim Presbyteros citra plureis alios addititios. De quo fundationis Eccleſiæ myſterio nos iam plura ſub Henrico II. Archipræſule Numero 107. [g] Vmbilicus autem contentorum in Bulla, & ipſa verba Martini huc neceſſariò compellenda, ſunt eiuſmodi, ad fidem dictis merito faciendam. Poſtquam in Diplomate anteuertitur *petitio pro parte dilectorum filiorum Decani & Capituli Eccleſiæ Lugdunenſis*: idem Pontifex antiquum in ea receptum morem ſic pergit diligentiùs enarrare: *Comitatus Lugdunenſis longus & latus ac in Imperij* [h] *& Regni* [i] *prædictorum ac aliorum Dominorum, Ducum, Principum, Comitum & Baronum limitibus conſiſtens ad ipſam Eccleſiam pertinet* (ait) *necnon Duces, Principes, Comites & Baro. præfati ſuos Ducatus, Principatus, Comitatus & dominia, aut aliquas ex illis parteis ab ead. Eccleſia in feudum tenere cenſentur, propter qua ipſi Decanus & Capitulum multas confœderationes & ligas pro pace & ſtabilitate eorum per media Canonicorum ipſius Eccleſiæ, qui ex eiſdem Ducib. Principib. Comitib. aut Baronib. traxerunt originem, & ſæpiùs fauore ſanguinis ac promotionis parentum & amicorum eorund. Canonicorum causâ, qua iuris rigore feciſſe dignoſcuntur, & etiam in ipſa Eccleſia vltra triginta duas præbendas ſolis nobilibus conferri aſſuetas* (nouem dignitatibus comprehenſis [k]) *& quorum nobilitas abſque commixtione ignobilitatis vſque ad quartum gradum aſcendendo per teſtes nobiles vel alios omni exceptione maiores* [l], *in Capitulo dicta Eccleſia & coram ipſis probentur expreſſè, quòd etiam eorum parentes Eccleſia* [m] *non fuerant in guerris contrarij, aut patrimonium vel bona illius non occupauerant violenter, &c.* Deinde, Papa præter nouem dignitates iſta renouat, nimirum, *quatuor alia beneficia Cuſtodiæ nuncupata* [n], *quo etiam beneficiati Cuſtodes nuncupati Miſſas canere & Sacramenta eccleſiaſtica miniſtrare adſtricti fore noſcuntur: & octo alia perpetua beneficia etiam Præbenda nuncupata, vnam videlicet pro vno Magiſtro in Theologia* [o], *& reliqua ſeptem pro VII. Doctor. in* Iure *Canonico vel ciuili, aut cũ rigore examinis Licentiatis pariter fundata exiſtũt,* Quod certè decretum in fauorem Theologi renouatum conforme plurimùm eſt anteriori valde ſanctioni, quam edixerat Innocentius Papa tertius in duodecimo œcumenico Lateranenſi Concilio [a], ducentis ante præfatum Martinum annis omiſſa nunc illa vetuſtiori Laterana minus vniuerſali Synodo ſub Diuo Martino Papa I. [b] ſimúlque decimo tertio Lugdunenſi [c], ſedente poſtea Innocentio 4. [d] Ex quo nos parentheſeos ferè diuerticulo ad Martinum V. regreſſuti pro Lugdunenſi Eccleſia, ipſe de eadem loqui dum pergit, enumerat *duodecim perpetua illic beneficia, quorum beneficiati inibi die ac nocte diuina laudis organa modulatis vocibus cantant, &c.* Tum Pontifex Canonem ſuæ voluntaris & Sanctionis perenni decreto ſubiungit his verbis, quod eſt præcipuum præſentis inſtituti: *Nos itaque huiuſmodi ſupplicationibus inclinati conſuetudinem & obſeruantiam prædictas ac omnia inde ſecuta, rata habentes & grata* (loquitur Martinus PP.) *illa authoritate Apoſtol. ex certa ſcientia confirmamus & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Atque decernimus illa vim atque vigorem perpetuum debere in omnib. obtinere: ſupplentes omnes defectus, ſi qui forſan interuenerint in iiſdem, &c. Datum Rom. apud*
1426. *ſanctos Apoſtolos II. Idus Martij an. 9.* hoc eſt ſalutis an. 1426. Hæc verò Bulla à Summo Pontifice conceſſa eſt, ſolicitante præfato Ioanne de Grolea [e].

Alij tunc obſequentes.

Demum parit legi, receptus.

Romam miſſus.

Dignitates Eccleſiæ.

Attulit Pontificiam ſtatuti confirmationem.

Textus Bullæ.

4 Gradus.

Perſonatus Eccleſiæ.

Decretum Papæ confirmatiuum.

u fol. 191.
x 1. & 3. Septemb. fol. 176.
y 4. Ianuar. fol. 193.
Ex Repertorio Anniuerſ. fol. 63. Ioan. de PonteVeilæ Magiſter Chori canonic. Lugd. obiit 7. Iun. 1425. dedítque ibid aliquot penſiones.
z Conſanguineum Epiſcopi Matiſconenſ. Nu. 58.
a 19. Sept. fol. 134. 135.
b 6. Nouem. 1425. lib. 12. fol. 149.
c fol. 140. 142.
d 2. Iul.
e de hoc numero ſub Petr. 3. Num. 103. §. 4.
f vulgò Chenaliers.
g §. 3.
h occidentis.
i Franciæ.
k deſcriptæ. Nu. 107. cit.
l vulgò, gens ſans reproche.
m tam vniuerſæ ſeu Romanæ quàm particularis, & præſertim Lugdun.
n vulgò Cuſtodes.
o Hinc nota Theologum præcedere ſeptem Milites, ex Capituli & Pontificis inſtituto: ſicut & in Concordatis Leonis PP. X. ac ex ſtatutis Henrici 4. Regis ann. 1596. Art. 5. Theologi omni iure præcedũt Canoniſtas & Legiſperitos in ſuis quibuſq; gradibus. Leo an. 1514. Henr. menſe Maio.
a ab an. 1197. ad 1215.
b ab an. 646. ad 655.
c an. 1245.
d ab ann. 1242. ad 1255.
e 21. Iunij 1426. li. 12. fol. 158. 161.

Paragra

Paragraphus 5.

Obiectio in Bullam.

IN cuius Reſcripti tenorem vix nemo arbitrabitur ritè obiiciendam Decretalem Gregorij Papæ IX. ¶ Miſſam ad Portuenſem Epiſcopum, qui cum effectu nixus eſt I. Clericum [q] ignobilem admitti in Canoniam Argentinenſis Eccleſiæ vacantem: in cuius gratiam *Procurator Argentini Capituli propoſuit conſuetudinem antiquam inuiolabiliter obſeruatam, iuxta quam nullum niſi nobilem & liberum, & ab vtroque parente illuſtrem, honeſtæ conuerſationis ac eminentis ſcientiæ in ſuum conſortium hactenus admiſerant* [r], &c. Fatemur ſanè tunc reſpõſum eſſe à Pontifice Gregorio, *quòd non generis, ſed virtutum nobilitas vitæq; honeſtas gratum Deo faciunt & idoneum ſeruitorem; ad cuius regimen non multos ſecundum carnem nobiles & potentes elegit, ſed ignobiles ac pauperes, eò quòd non eſt acceptio perſonarum apud ipſum.* Ac denique non inficiamur Papam concluſiſſe, quòd ſi conſtet Portuenſem Epiſcopum contuliſſe Argentinenſem Prębendam ignobili, ipſe ad eam recipiatur.

Quintuplex ſolutio.

Verùm dicimus parem haud eſſe animaduerſionem, in præſenti themate ad Lugdunenſem Eccleſiam ſpectante, multis de cauſis. Imprimis, vtraque Decretalis Pontificia eſt rei ſingularis, & ſuper priuatis duabus Eccleſiis lata. Adeóque ſubſtractio nobilitatis Gregorij [s] ab Argentinenſi Eccleſia non includit legem vniuerſam aliquo, quod in textu appareat, iudicio [t] per omnes Eccleſias totúmve orbem chriſtianum promulgato. Imò neque perenne ſtatutum inuoluit aduerſùs vnicum Argentinum Capitulum. Sed veriùs diſpenſabat in Capituli conſtitutionibus pro illa vice. Secundò, Martinus quintus [u] in Cathedra B. Petri collocatus ducentis poſt præfatum Gregorium annis, quia æqualis eſſet poteſtatis cum ipſo Gregorio, potuit partem aientem affirmare pro Lugdunenſi Eccleſia multùm diſſita ab Argentina. Tertiò, perpendendum eſt quòd poſteriores leges derogant prioribus: eas irritant & abrogant, aut ad minus interpretantur. Irritant ſanè, quando legem aliam recenter conditam è veſtigio impediunt, ne vim vnquam habeat obligandi. Abrogare quidem dicuntur, quoties cæteras tollunt prorſus à quibuſlibet ſubditis pro reliquò poſtero tempore, poſtquam vſum & robur nactæ ſunt in praxi.

Quid legis irritatio, abrogatio, derogatio & interpretatio.

Derogant verò propriè recentiores leges prioribus, quando ſolùm pars aliqua anterioris nonnullis detrahitur ab habente poteſtatem, etiam in totum poſterum tempus. Sic Tullius Cicero [x], & collector Azorius [y]. Atque eas demum interpretantur, vbi decernunt legem priorem erga perſonam aliquam ſeu communitatem locum non habere in certo excuſandi caſu, aut per aliquod duntaxat temporis ſpatium. Talia ſunt exactiora inter quatnor haſce voces diſcrimina. De qua materia Dominicus Soto [z] nos in Tomo de recentioribus Controuerſiis generalibus. In ſuppoſito autem præſenti exemplo, Decretum Martini pro Lugdunenſi Eccleſia eſt imprimis irritatio legis admittendi ignobiles Canonicos. Qui ritus etſi in Argentinenſi Baſilica viſus ſit: tamen nuſquam Cathedralem Lugdunenſem legitur ingreſſus. Deinde factum Martini eſt derogatio legis, quæ interpretationem eiuſdem excedit, quatenus reſpectu aliarum Eccleſiarum, ſola Lugdunenſis primaria vnà cum Collegiali S. Petr. Matiſconenſis inter ſeculares Gallicanas eximitur à ſuſcipiendis ignobilibus Canonicis, & pro vnicis nobilibus tota deuouetur. Quartò, Gregoriana approbatio eſt ſimplex permiſſus in I. Clericum, ſingularem perſonam, quòd iterùm dicitur legis interpretatio per ***. At Martiniana regula generalis fit pro vniuerſa Lugdunenſium Canonicorum Eccleſia, & in omne tempus. Quod diſertè irritationi denuò competit. Quintò & poſtremò, licèt Deus Chriſtus naſcente Eccleſia voluerit ignobiles & pauperes ad Clerum vocari, vt magnum hac in re doceret miraculum, quòd Eccleſiæ fabrica non pendeat ex opibus Magnatum huius ſeculi: tamen poſtquam ſponſa militans viſa eſt altas radices iecisſe, atque inſpexit hæreticorum zizania ſimul creuiſſe in mundo & agro Chriſti: tunc proculdubiò ipſe cõſentaneum eſſe duxit per claues probantibus relictas Pontificibus, vt poſthac nobiles etiam habeant aliquos ſibi peculiares Eccleſiarum receſſus inter plures, vnde maiori vi & poteſtate Eccleſias defendant, tueantur & protegant ab aduerſariorum inſultibus, veluti probè adnotarat Martinus: vt rurſus (inquam) nobiles æquè bene poſſideant ſuum Hoſpitale honorificum in Eccleſia, quale alibi latiùs ignobiles adipiſcuntur. Atque eiuſmodi conſuetudo diuitum ſaltem in Eccleſia vocatorum frequens eſt apud alias quoque Galliarum Eccleſias. Propterea inſtitutio legitima eſt, maximè nobilibus exiſtentibus honeſtæ vitæ & literaturæ, vt ſuprà monent Canones.

Quare nunc opes nobilib. attributæ in Eccleſia.

Cæterùm, obiter hoc monemus. Obiit 30. Mart. 1428. Gaufridus de Telis Canonicus Lugdunenſis, ac Obedientiar. S. Iuſti, qui in Anniuerſario dedit 4. ſcuta auri, &c. ex lib. Repertorio, tradito à Theſaurar. Faure, fol. 19.

[q] li. 3. Decret. Tit. 5. de Præbendis & dignit. c. 37. Venerabilis.

[r] Nota obiter quòd receptus eſt Canonicus illuſtris Princeps Antonius de Leui cũ probatione nobilitatis in Capitulo Lugd. li. 17. Actor. fol. 154.

[s] ſedit ab an. 1227. ad 1241.

[t] indicio.

[u] ſedit ab an. 1417. ad 1431.

[x] li. 2. de Inuentione.

[y] li. 5. Inſtit. Moral. c. 15. initio.

[z] li. 1. de Iuſtitia & iure Quæſt. 7. art. 3. vbi diſpenſare etiã eſt quempiam ſubditorũ à tota lege eximere.

Paragraphus 6.

Sex hiſtoriarum genera. HInc aliò diuertamus. Sex extranea hiſtoriarum genera tum homagia tum funebria
I. emergunt dilatanda, pendente Amadei curſu. Primum eſt eiuſmodi. *Ego ſoror Mar-* a Dominis
Quædam iuramenta. *guarita de Villars Monialis & Prioriſſa Monaſterij de Canalli Lugduni, iuro ſubiectionem* a, *&c. ſe-* capitulantib. & Eccl. Lugd.
cundum præceptum B. Benedicti, &c. in præſentia venerabilium & egregiorum virorum D D. G. de
Monte-Canuto Decretorum Doctoris, Decani, H. de Albone Cantoris, & aliorum trium Canonico-
Prioriſſa. *rum Eccleſ. die 25. Martij, anno 1429.*
1429. Secundum tale eſt: *Ego Petrus humilis Abbas Monaſterij B. Mariæ de Iugo Dei Lugdunenſis*
Diæceſis, Ordinis S. Benedicti, iuro ſubiectionem, &c. manu propria firmo ſuper Altare ipſius ma- b lib. de fundatione Eccl.
II. Abb. de Iugo Dei. *tris Eccleſiæ, præſentibus venerabilibus G. Decano & multis Baſilicæ Canonicis ac teſtibus nobilibus,* poſt fol. 21.
Henrico de Varenis & Guichardo de Verulo militibus, &c. Datum vt ſuprà b.
III. Cardinalis. Tertium vt ſequitur. *Anno milleſimo quadringenteſimo trigeſimo primo, die 27. Iulij intra-*
uit Lugdunum Reuerendiſſimus D. Cardinalis ſanctæ Crucis Legatus Eugenij Papæ quarti miſſus ad
Regem Franciæ pro vnione & pace Regni. Et iuerunt ei obuiam proceſſionaliter, cum Cappa, cruce &
baculo paſtorali, ac mitra. Et inde totum Collegium Lugdunenſis Eccleſiæ cum Cappis, duobus candela-
1431. *bris, Thuribulo & Aqua benedicta, veniendo vſque ad Chorum decantarunt*, INTER NATOS
MVLIERVM NON SVRREXIT MAIOR, *&c. Poſtea verò D. Archiepiſcopus dixit*
Orationem OMNIPOTENS SEMPITERNE DEVS, *&c. Et inde Cardinalis dedit benedi-*
ctionem ante maius Altare c, *&c.* Alia de eo Numero 119. §. 5. c ibid. fo. 112.
IV. Quartum ſic. *Anno milleſimo quadringenteſimo trigeſimo ſeptimo Dominica in Ramis Palma-* Idē Cardin. antea etiam
rum XXIV. Martij Reuerendus Ioannes de Rupeciſſa S. R. E. tit. S. Laurentij in Lucina Cardina- miſſus à martino PP. 5. ad
1437. *lis, Vicecancellarius & Archiepiſcopus Biſuntinenſis, in primitiua Eccleſia Lugdunenſi Canonicus eru-* Venetos ex
ditus, in ciuitate Gebennenſi ab hac luce migrauit, in Eccleſia Fratrum Auguſtodunenſium inhuma- Platina. Eiſdē
1439. *tus. Sequente verò anno milleſimo quadringenteſimo trigeſimo nono iuxta morem Curiæ Romanæ die* que teſtamētū in Repert.
Miſſæ LÆTARE HIERVSALEM, XV. *Martij ductus eſt ad Eccleſiam ſancti Ioannis Lu-* Anniuerſar.,
gduni, aſſociatus proceſſionibus ciuitatis, & cymbalis ſonantibus in medio Chori repoſitus. Miſſa ſo- fol. 39.
lenni celebrata donauit Capitulo d *Crucem ſuam Archiepiſcopalem deauratam, duo Candelabra argen-* d hoc eſt, apertū eſt tūc
Alius Cardinalis. *tea, duo puluinaria, duas mappas, vnam Caſulam, Tunicam, Dalmaticam, vnum pannum de velu-* eius teſtamētum, & lecta
to nigro, in quibus Dalphini ſeminati deaurati, & octingentos ducatos boni auri pro quatuor Anniuer- donatio.
ſariis ſingulis annis faciendis more Cardinalium, qualibet die Iouis in quatuor temporibus Ieiuniorum,
cum vigiliis defunctorum, & quòd in quolibet Anniuerſario diſtribuantur octo Franci monetæ Regis
Eſt Ioannes de Rupeciſſa Lugdunenſ. *Franciæ de redditibus emendis & diſtribuendis Dominis Canonicis & miniſtris ipſius Eccleſiæ* e. Sed e ex magno lib. Obituū.
de eodem Cardinali alias ſubaudias multò diſcrepantes ſuperioribus enarratis circūſtantias
ab Onuphrio & Alphonſo Ciaconio Cardinalium hiſtoriographis palam commendatas,
quibuſdam ſaltem in locis minimè communes. *Ioannes de Rupeciſſa* * *Gallus, Iuris vtriuſque* * vulgò Rochetaillée.
Doctor, Corrector Literarum Apoſtolicarum (ſic loquuntur) Archiepiſcopus Rothomagenſis, Patriar-
cha Conſtantinopolitanus, Presbyter Cardinalis tit. S. Laurentij in Lucina, & S. R. E. Vicecancella-
rius, ad purpuram euectus eſt anno 1246. à Martino Papa quinto, Pontificatus ipſius nono g. *Inter-* g die 9. Cal. Iunij.
fuit creationi Eugenij Papæ quarti anno 1431. obiitque Bononiæ in Legatione anno 1437. die 7. Ka- h Ciaconius.
lend. Aprilis, ibidémque ſepultus eſt. Ipſius autem inſignia rubra ſunt h, *cum tribus Delphinis au-* vulgò Champ de coral.
reis curuatis tergo deorſum intra clathrum ſeu barram argenteam à ſummo ſiniſtro ad imum dextrum
Duplex oppoſita de eo hiſtoria. *in obliquo tranſuerſam.* En egregia rota narratio. Duntaxat mirandum, quòd eiuſmodi calco-
graphia non æquat omnino priorem ſcripturam ex Archiuis MS. Lugdunenſibus oriun-
dam. Vt verò typi concordes eſſe queant, hæc opinarer. Imprimis, quando vir illic celebra-
tur Archipræſul Biſuntinus, hîc autem Rothomagenſis & Conſtantinopolitanus: certè di-
gnitatū varietas concipietur meliùs viciſſim quàm ſimul ex quodā Pontificiæ diſpenſationis
beneplacito illi eueniſſe. Secūdò, vbi verò Bononiæ detegitur interiiſſe, & cadauer illic funus,
humūq; ſuſcepiſſe, iuxta Authores, ex noſtris autē ſcriniis id Geneuæ videri cōſepultū, cor-
pore Lugdun. poſtea trāſlato: ſanè neſcio iā prorſus quid referā pro moliēdo in hiſce poſtremis
Non nbile nec fuit ſepultus Bononiæ. cōcentu. Nādicere cor & hepar Magnatis demortui allatū vni locorum, & reliquū alteri Ec-
cleſiæ defoſſum, vt fieri ſæpè aſſolet: proculdubio vix eiuſmodi quadrant aut purgant, quin
ſuperuacaneam excuſationem prætexunt. Maximè eò quòd remanet adhuc quæſtio inſo-
lubilis de extremo duplici ſitu, qui vnicus eſſe oportuit ægritudinis & obitus hominis. Er-
go tandem, circa diffinitum illud vltimum ſpatium, priori noſtræ theſi tanquam potiori ad-
hærerem, duas ob cauſas. Anteriore quidem, quia nobile germen ſeu Caſtrum Rupiſciſſæ,
vbi natus eſſet Cardinalis eiúſque familia educata, topicam habet poſitionem apud Foreſios
prope

prope Lugdunum [i]. Ex eáque ſobole alij plures Canonici Comites Lugduni leguntur emerſi: de quibus partim ſuprà [k]. Vt nihil mirum, ſi iſte Ioannes vicinus & egregius à principio ſuorum honorum fuerit de eodem illuſtri gremio & Capitulo. Poſteriore autem ratione, quia idem Ioannes in Gazophylacio Lugdunenſi ponitur Legatus Papę ad Franciæ Regem. Ergo is animam non effudit Bononiæ in Italia. Sed iterùm, quia nomen hoc vrbis æquiuocum gignit, cùm ſit Bononia quoque in Gallia ex Numero CVI. [l] idcirco concluderem cũ infirmatum Boloniæ in Gallia Belgica, portu Oceani verſus Angliam; vbi Rex Carolus ſeptimus & eius Curia tunc eſſet, præſertim cùm ei negotium aut bellum inerat aduersùs Angliæ Regem, ob Carolum Ducem Aurelianum ipſius patruëlem [m] Anglicanis carceribus interclusum. Ex qua ciuitate Bolonienſi, legationis perfuncto munere, Ioannes Cardinalis deferri facilè poterat ad proprios lares, intereáque medio recto itinere obierit, nimirum Geneuæ, & Rhodano inde Lugdunum opportunè delatus ſit, fortè ſic priùs dictante illius teſtamento. Eapropter graues iſtæ confiniorum appendices nos impulerunt, vt hiſtoricę priori ſententiæ adhæreamus.

Sed Geneuæ.

Corpore Lugdunum tráſlato.

i ad duo milliaria ſuperiùs.
k nu. 97. §. 3
l §. 1.
m horũ aquo Carolus ſe Rex Till.
in Originibus pa 158. ad an. 1440 Til. in alio Chronico.

Benefactores.

Quinto loco audi. *V. Nonas Octobris obiit Durannus Sacerdos & Canonicus. Item ad VI. Idus obiit Andreas de Albone Miles, qui dum adiuuaret ædificationem Templi propriis ſumptibus, fecit depingere lapidem, qui eſt ſuper Altare Crucis, in quo maior Crux poſita eſt: atque duas Cappellas* [f], vterque anno incerto. Hîc autem monendum quòd R. Claudius Sorizo erat Abbas Inſulæ barbaræ, ex Actis 20. Octobris 1440.

f lib. cit.

Paragraphus 7.

Fundationes.

SExto & vltimo hiſtoriarum loco, hæc audi ſcorſum. *Anno milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo tertio, die ſeptima Iunij obiit Yſabella de Villars vxor viri potentis Humberti d'Harencourt, quæ reliquit Dominis de Capitulo & incorporatis ac ſucceſſoribus ſua bona & villas Caſtri noui, Dargoire, S. Mauri, &c.* [g] *cum mandamentis, pedagiis & reditibus. Super quibus ordinauit celebrari perpetuò omnibus diebus alta voce vnam magnam Miſſam de mortuis, etiam diebus Dominicis aliisq́ feſtiuitatibus in Cappella B. Mariæ de Alto-dono* [h], *per duos Presbyteros, duos Clericos & duos Clericulos eligendos per Dominos. Item voluit quòd ſingulis diebus Quadrageſimæ, quatuor Temporum & Aduentus Domini librentur per Dominos omnibus intereſſentibus ad Matutinas, magnam Miſſam & Veſperas, id quod per Dominos bonum videbitur; & ſingulis annis in die obitus ſui in maiori Altari vnum Anniuerſarium honorificè fiendum cum ſuffragiis ſuper tumulo, in quo Anniuerſario diſtribuuntur ſex libræ* *. Cauſæ verò cur defunctæ illius piæ Comitiſſæ Yſabellæ opulentæ conſanguinei in vita ſuperſtites ad matricem Baſilicam ſancti Ioannis Baptiſtæ pro corpore ſepeliendo recurrerint, ſunt hæ, quæ profectò multam ante & poſt id tempus trahunt dicendi materiam mirificis oppletam myſteriis, mox tandem multorum chirographo teſtatam, quatenùs ſigillatim per varia hactenus ſecula ipſi chriſtianiſſimo firmóque à Patribus hauſto veteris traditionis fundamento, ſemper conformi & inconcuſſo religiosè acceperunt. En geſta res. Comitiſſa ſolenni optarat & decreuerat codicillo teſtamentario, vt intra quancunque potiorem Lugdunenſem Eccleſiam eius corpus humo deuotè mandaretur, dum vrbem ſibi in ſepulturam eligeret ob maiores ſuos collaterales in illa Archiantiſtites tumulatos [k], præmiſſæ opes eidem cum appenſis oneribus traderentur, ac potiſſimùm ipſa Ædem D. Pauli ſacram in funus ſuum ſcripto nominarat, domum Collegiatam, fundatã vtique annis octingentis nonaginta [l] ante has ipſius Comitiſſæ depoſitas facultates. At tũc certè accidit, vt effoſſa per Clerum tellure, ad corpuſculum eccleſiaſticis ceremoniis capiendum, madida terra quaſi virgo & nullis adhuc temerata humanis corporibus quantumlibet ſanctis, guttulas ſanguineas portentoſo vultu emitteret. Quo ſanè attoniti prodigio primores è Clero ac populo, recordabantur anterioris quod pridem famà publicà à maioribus audierant miraculi: nimirum eiuſmodi Eccleſiam in ſui quondam fabrica à Deo ipſo conſecratam fuiſſe, hoc eſt, à demiſſo Angelico miniſterio, ſine corruptibilibus aliorũ Pontificum manibus, ſed aſſumpta mirabili tranſeunte manu inaugurationem, viſam eſſe perfectam, quia dum ſanctus Sacerdos Archipręſul [m] ædificando eam Numini ex pio voto dedicaret, & fato ceſſerit ſub operis complementum, ipſam nullo chriſmate Pontificali feſtinus & feſſus delibuerat, Creatore omnium ſupplente defectum. Proptereáque totus ille Clerus hinc cogitabundus cenſuit Conditorem vniuerſi nolle corpora intemerato priùs Templo, deinceps tamen Parœciæ ciuitatis connexo, intra ſtructuræ muros reponi ac ſepeliri. Adeóque Parœcialis Eccleſia diuo Laurentio ſacra è vicina regione conſtructa & addita eſt, ad parœcialia munia plebi obeunda ſeorſum: & mediis ſimul inter duo Templa diſtantiis ac ſpatiis exterius cœmeterium apparet conſtitutum, pro admittendis Cleri & ciuium defunctis

Miracula in D. Pauli Eccl.

Quando cõſtructa.

Parœcialis coniuncta.

g Tartare, Lõges au ſrõs Lyonnois, tirés à S. Chaumõt: y a 17. parroiſſes baillées:
h ad dexterã Chori.
* ex ſculpto lapide ad Sacelli parieté & Repertorio fol. 85.
k n. 101. 102. 107.
l an. 553. ex nu. 33. 3. 8.
m nu. cit.

functis corporibus: vtraque Eccleſia medio tecto contigua. Vnde, ſub iiſdem annis in eadem Parœciali conſepultum eſt corpus egregij Ioannis Gerſonis ſacræ Theologiæ Doctoris Pariſienſis, literariæ Vniuerſitatis Lutetianæ Cancellarij, & in œcumenico Conſtantienſi Concilio clariſſimi, pro quo & aliis finibus is præclarè multa ſcripſit, ad minus centum viginti quinque libros ſeu Tractatus quatuor Tomis comprehenſos. Comitiſſa verò tranſlata humóque tradita eſt ad Primatiale Fanum & Patruorum tumulos in Sacellum eo fine conditum ſub B. Virginis Matris titulo ac patrocinio. Interea, ex illo ſummo inſolitóque diuinæ largitionis priuilegio in cæleſti planè Templi conſecratione, alia immenſo quodam munere conceſſa beneficia ſunt emerſa: videlicet à priſcis illis temporibus ad noſtros ferè dies viguêre duo præſertim inſtrumenta, nempe Cereus, atque Thuribulum, maiori ſacro Altari mancipata: illud quidem ita mixtum in ſui ſabrica, vt nunquam accenſus conſumeretur, aut imminutus agnoſceretur: iſtud autem tot támque diuerſis pretioſis metallis ac erutis mineralibus compactum, quòd artifices iudicium ferre haud poſſent, cuiuſnam præſertim exquiſiti ac fulgentis lapilli ſubterranei foret. Ob quæ dona cælitus miſſa, & piorum oculis

Hoſtilis Baſilicarum deprædatio.

reuerenter conſpicua, Hæretici noſtri æui canino liuore tabeſcentes, ac ſuis technis effecti dominatores Vrbis n, quemadmodum & aliarum in Galliis, anno MDLXII. haſce duas ineffabiles antiquitatis teſſeras ipſi prophanis conculcarunt pedibus, & vulcano tradiderunt cum cæteris Eccleſiarum documentis atque Sanctorum Reliquiis inaudito ſcelere, quò hæc veneranda depoſita ex præclara hominum memoria euellerent & oblinerent prorſus. Sed oppoſitum incidit & eueniet magis in poſterum noſtro calamo ex ſingulari Chriſti gratiâ, hoſte licèt inuidia poſthac fremente: quia etſi noſter oculorum carnalium obtutus tanti hodie boni præſentiâ orbetur, cuius miſerè iacturam fecerit aduerſarius; tamē is piam fidelium animorum recordationem minimè abſtulit, & teſtes alios veraces mox ſerò quidem, at validè rem deponentes remorari & impedire nequiuit, quin horum ope hiſtoriam ex ampla data occaſione diuulgandam cenſeamus, palámque in totum poſterum tempus competenter ſeramus per orbem vniuerſum. Quo in negotio, ſi forſan prędeceſſores Catholici paulò ſegnes viderentur in deponendo, tanquam non rogati, etiam quia beneficio fruebantur, futurum vix periculum imminere rati, nunc horum abſentia calcar addidit animis, vt conſtanter iſta typis mandanda reſcriberent, & in proparulo venerint, quæ peritura putabantur.

n diebus qui patent alibi in hiſce Tomis.

Atteſtatio.

Quippè inſignes è Clero Doctores Canonici, verbi diuini præcones, ea quæ ſuo à deceſſoribus ocularis audiuère calculo, bene timorati in pulſato Capitulo comprobarunt o, manu ad pectus coram Deo poſita, quo prælibato ſyncerè didicerunt ordine, qualiter ſingula hoc opere proſtant ad Dei gloriam, viuorum ſalutem, & in maiorem publicę famæ commendationem: maximè beneficio veteris relecti ac ſuperſtitis è flammis documenti, quale tandem repertum viri illi venerabiles nobis ad manus inde promendum tradidêre, vnà cum inſerto Epitaphio Gerſonis coætanei, ea qua methodo adſequitur, & egregiè contuendum itis.

o Extractum ex Originali.

Acta Capituli Eccl. S. Pauli Lugdun.

Omnibus quorum intereſt cùm præſentibus tum futuris notum ſit, quòd anno Domini milleſimo ſexcenteſimo viceſimo quinto, & die Iouis decima menſis Aprilis, Venerabiles viri & Domini Philibertus de Chaſtillon Camerarius, Petrus Chalon Cantor, Petrus Scarron Sacriſta, Iacobus Blanchet, Franciſcus Laurencin, Ioannes de Chaſtillon, Benedictus Minieres, Ioannes Claudius Deville, Nicolaus de Chaſtillon, Stephanus Canet, Ioannes Baptiſta Chalon, Andreas Murard, Ioannes Croppet & Iacobus Croppet, omnes Canonici Eccleſiæ Collegiatæ ſancti Pauli Lugdunenſis congregati in Capitulo eiuſdem Eccleſiæ ad ſonum campanæ more ſolito, & de rebus ad diuinum Officium, Eccleſiam & Capitulum ſpectantibus tractaturi: Cùm præfatus Dominus Ioannes Claudius Deville Canonicus retulerit nobis & aſſeruerit nuper venerabilem Dominum Iacobum Seuert, ſacræ Facultatis Theologicæ Doctorem Pariſienſem & Lugdunenſem Eccleſiaſten ſuam de Archiepiſcopis Lugdunenſibus hiſtoriam iterum ſub prælum mittere meditantem, à ſe ſciſcitatum fuiſſe, num aliqua documenta haberet Eccleſia ſancti Pauli de ſuo Authore & fundatore, déque aliis nobilibus monimentis, quæ eam non vulgari commendatione claram reddunt, quæ poſſet ipſe in ſuo Opere

Cauſæ Actor.

inſerere, & futuris ſeculis fideliter in Succeſſorum gratiam & ſolatium tradere: Nos præfati Camerarius & Canonici dictæ Eccleſiæ ſancti Pauli gratias habentes quàm maximas Domino Seuert Lugdunenſis Eccleſiæ Theologo de tanta in Eccleſiam noſtram & Capitulum beneuolentia, eiúſque deſiderio ſanctiori impendio facere ſatis cupientes: fidem fecimus, ſicut & facimus poſt noſtra penè omnia cunctis olim de Religione bellis ſacrilegio abrepta documenta, hæc de præfata noſtra Eccleſia ſancti Pauli in mediam lucem proferre hoc in tempore compotes eſſe, quæ nimirum in libro, cui inſcriptio eſt, Ordo ſeu vſus Officij totius anni ſecundùm morem & conſuetudinem Eccleſiæ ſancti Pauli Lugdunenſis: *& qui veteribus membranis compactus, ferrea reuinctus catena in Reueſtiterio*

rio

rio (quod aiunt) dictæ Eccleſiæ aſſeruatur, à quo ne latum quidem vnguem in ordinando diuino Officio vnquam receſſum fuit, exarata conſpiciuntur in Officio vigiliæ Dedicationis eiuſdem Eccleſiæ, quæ quotannis celebratur XII. menſis Septembris hiſce conceptis verbis. Vigilia Dedicationis huius Eccleſiæ ſancti Pauli, quæ fuit ædificata à ſanctiſſimo Sacerdote Archiepiſcopo Lugdunenſi, deinde fuit conſecrata miraculosè per manus Domini noſtri Ieſu Chriſti cum Angelis ſuis, fit feſtum cum dupla, cum magna campana, & colitur in Parochia. Paratur maius Altare de pannis regulatis. Item paratur Presbyterium de pannis aureis. Item portatur Capa rubea aurea, & in die veſtimenta aurea cum mitris aureis rubeis. Item in veſperis vigiliæ, & in die in Matutinis, & in Miſſa Dominica ponuntur ſupra maius Altare Reliquiæ, videlicet Altare S. Ioannis Euangeliſtæ, & deſuper Thuribulum miraculosè repertum, cum quo manu Chriſti Ieſu dicta Eccleſia ſancti Pauli fuit conſecrata. *Et in hoc libro hactenus. Verùm inſuper fidem facimus, Nos per continuatam traditionem duo quæ miracula præ ſe ferunt accepiſſe & audiuiſſe à Maioribus noſtris Dominis* Canonicis, *qui ab Anteceſſorib. eadem quoque hauſerant. Primum, ex illa Seruatoris noſtri propria manu peracta conſecratione noſtræ Eccleſ. deinceps circa annũ* Domini 1438. *contigiſſe, vt cũ corpus nobiliſſimæ Dominæ Iſabellæ de Harencour, Dominæ Baroniarum de Roſsillon & de Reuirie, antea vxoris magnificentiſſimi Humberti quondam Dynaſtæ ac Baronis de Thoiré & de Villards* *(*cuius Domina quædã pia legata etiã nunc ad cornu Euangelij maioris Altaris huius Eccleſiæ inhærent muro inſcripta) vellent Eccleſiæ miniſtri mandare ſepulturæ in medio Eccleſiæ Choro deſignatæ, copia ſanguinis ex euiſcerata inaugurat*i*ore terra manantis, & quaſi de illata iniuria reclamãtis, adferre nõ potuerit, adeò vt hæredes in S. Ioannis Eccleſiã coacti fuerint curare deportandũ. Nec immeritò ſanè, quippe ſupra omnem hominum memoriam olim, atque ad hunc vſque diẽ pariter, ſacrat quàm religioſiſſimè obſeruatũ, ne quod intra ſanctiſſima ſepta parietũ Eccleſ. S. Pauli cadauer vnquam recondeetur ibidẽ in cineres reducendum. Secundum, ex illa conſecratione diuinitus perfecta ſuperfuiſſe quandã Cerei partẽ, qui in annua Dedicationis ſolennitate accenſus, ardẽs minimè decreſceret, nec vllo modo abſumeretur dũ combureretur, eũq. ad ann.* 1562. *perſeueraſſe, manibúſq; ſacrilegis impiorũ hæreticorũ ſublatum, certũ & exploratum habemus ex firmo & graui eorũ Sacerdotũ teſtimonio, qui illũ ſæpiùs ex officio ſuper Altare ipſi detulerunt, accenderũt, extinxerũt, retulerũt nuper vita functi. Ad ſuperiora veluti Corollarij loco iſtud poſtremò, quod ad Eccleſiæ huius ſtatũ & politiã ſpectat, quódque profectò nõ mediocri prædicatione & gloria efferre debet Eccleſiã noſtrã, duximus appendendum, imò tanquã rem minimè dubiã cenſuimus aſſeuerandum, videlicet hãc Eccleſiã iugi & nunquã interrupta diuini Officij celebratione venerabilẽ, & inclytã viris admodũ illuſtrib. & cũ pietate, tũ doctrina & rerũ experiẽtia excultiſſimis omni tẽpore cõdecoratã; atque ita ſuã ſibi, apud ſe, & ex ſe eſſe ſempérque fuiſſe, vt omnia planè, quæ in ipſa ſunt beneficia quoad nominationẽ & collationẽ à Dominis Camerario, Canonicis, & Capitulo vel abſolutiſſimè dependeãt. In quorũ fidẽ Nos præfati Camerarius & Canonici præſentes literas Lugduni in noſtro memorato Capitulo, die, menſe & anno quib. ſuprà, noſtris & Scribæ noſtri ſubſcriptionib. firmãdas, ſigillóque Eccleſiæ & Capituli noſtri S. Pauli muniẽdas conſtituimus, Signatum Ioannes Ray Secretarius.*

Autographus & baſis dictorum cum miraculo.

Alia duo quondam miraculosum genera in illa Eccleſia.

1. Sanguis.

2. Incenſoriũ præter præfatũ thuribulum.

Depoſitiones

* hic nota præfatorum vxoratorum nomina in typo Collegiatæ aliter immutari in typo præmiſſo Cathedralis.

Iam paucis ſequitur Epitaphium Magiſtri Ioannis Gerſon, &c. ſcriptum ad circumferentiam Sepulchri ipſius Lugduni in parœciali Eccleſia præfata, veluti etiam conſtat in Parte 2. Operum Moralium eiuſdem poſt mortem edita [q].

Magnum parua tenet virtutibus vrna Ioannem
Præcelſum meritis, Gerſon cognomine dictum,
Pariſius, ſacræ profeſſor Theologiæ:
Claruit Eccleſiæ, qui Cancellarius anno
Milleno Domini centum quater atque viceno
Nono: luce petit Superos Iulij duodena.

Tum in illius Tumulo.

Vixeris hic & nunc, velut hic & nunc moriturus.

Eius Anniuerſarium in illa Eccleſia D. Pauli celebrari ſolitum collocatur ſub titulo Teſtamenti peregrinorum libri editi Tomo ſecundo, folio 37. [r]

[q] Idib. Decemb. ann. 1494. literis vetuſtis quadratis.

[r] in 1. Tomo extant 40. libelli, in 2. habentur 34. in 3. ſunt 16. & in 4. pluſquã 33. collectore Conrado Geſnero.

Paragraphus 8.

AD Amadeum de Talaru Archiepiſcopum tandem regrediamur. Is poſtero tempore multa pietatis argumenta promouit ſuis adhuc diebus: qualia patent Acta contra blaſphemos. Simúlque enixus eſt diſiectionem Iudaïcæ Synagogæ vrbis Treuolrianæ Diœceſanæ anno 1429. [s] Hoc autem prudenter & conſequenter geſtum eſt ad exemplar facti in eoſdem Iudæos, qui dudum antea è Lugdunenſi ciuitate expulſi fuerant, nimirum anno 1311. [k] ſedente illic Petro III. de Sabaudia [l]. Ob infidelem verò eiuſmodi genrem in Lugdunenſi prouincia graſſantem ex permiſſu, eò ventum eſt, vt veteres Archiepiſcopi in foro conſcientiæ ſibi reſeruarint grande peccatum eorum fidelium totius Diœceſeos, qui cum Iudæo Iudæáve carnali copula miſcerentur ex prætextu initi illicitíque matrimonij [m], aut ex fornicationis turpitudine. Qua de re nos in Summa omnium excommunicationum & Caſuum Epiſcopis Gallicanis reſeruatorum [n].

Iudæi expulſi è Diœceſi Lugdunenſi.

[s] Parad. li. 2. c. 95. 96. 97. 98.

[k] ibid. c. 60.

[l] nu. 99.

[m] 1. Cor. 7. v. 15.

[n] Part. 3. in Tabul. Lug art. 19. Par 1602.

Cæterùm, Amedeus ille creatus eſt inde Cardinalis ſub Amedeo antea Sabaudiæ Duce, dicto in ſchiſmate Antipapa Fœlice quinto. Adeóque conſtituti à ſe vocitabantur

Anticardinales, quales tunc inſuper extitêre Dionyſius nonageſimus nonus Pariſienſis
Dona Amedei mortētis. Epiſcopus, Philippus Turonenſis Aechiepiſcopus, & pauci alij. De quibus Ciaconius*. * pa 914.
Sed ipſe demum Amedeus Lugdunenſis ſub extremum vitæ *fundauit de conſenſu Capituli*
(inſit magnus liber Obituum) *quòd ſex ſeptimanis quæ incipiunt Dominica proxima S. Ferreoli* o, o quod Feſtū cadit in 18. Septembr.
in quibus dicitur VACARE MODO, *Miſſa dicantur ſtatim finitis Matutinis. Et qui interſunt*,
1443. *atque in Miſſa Chori, ſi interfuerint Matutinis, recipient maximè dicti Capellani vnum panem al-*
bum ponderis duarum librarum; & poſt mediam noctem, aliam micham einſdem ponderis, & offician-
tibus Altari aliam micham, &c. Tum exceſſit ab humanis idem Amedeus III. Idus Februarij,
anno 1443. ex Actis Capitularibus p. Ac eius corpus humatum eſt in Sacello D. Petri ad
Alia dona. lęuam Chori. Quo pari ductu calami in libro Obituum proximè deſcribitur, qui iſtic ob id p li. 16. fol. 178. vel obiit 20. die menſis ex li. per D. Faure Theſaur. expoſtecto, fol. 22. Repertorij.
nectitur, *Egregius Henricus de Saconayo Decretorum Doctor, Sacriſta Eccleſiæ, qui fundauit vnum*
Præbendarium in Capella S. Thomæ Apoſtoli (ait locus) *& fecit fieri ferraturam dictæ Capellæ, eám-*
que dotauit de tredecim ſcutis veteribus annuæ & perpetuæ penſionis. Adiecit fundationi pratum
franchum à ſe acquiſitum ad onus trium Miſſarum qualibet hebdomada. Voluit quòd Capitulum ſit
collator Præbendæ, dum vacauerit, quam reſeruat nominandam ab illis Canonicis Eccleſiæ, qui cogno-
mine de Saconayo aderunt. Hæc ſine temporis nota.

CXIV. *Paragraphus* 1.

Præuiæ multis annis diſpoſitiones ante Caroli 2. conſecrationem. Ioannes Borbonius eius patruus electus Archipręſul ſtatim mortuò Amedeo.

CAROLVS II. *Borbonius* Regio ſanguine cretus ex genealogia Numero XCIV.
conſperſa a, ſucceſſit quidem proximè Amedeo II. in Archipræſulatu. At non tam a §. 3. genea. 23.
citò. Etenim idem Carolus, anteceſſore deficiente, teneram adhuc ætatem age-
bat. Veruntamen Sedes interim vtcunque occupata eſt à patruo Ioanne Borbo-
nio Comite Velaniæ in ſpem nepotis, tum adhuc nouennis, iuxta eam diſcurſuum feriem,
quos traditum imus. Itaque duplicem inde narrationum ordinem pro integra ipſius Caroli
duratione illuſtranda complectimur. Primus ordo eſt præuiarum diſpoſitionum quæ ope-
râ Ioannis cum nepotem ſuum præceſſerunt. Vacante ſolio Amedei, confeſtim per ſcrutinij
viam electus eſt in Capitulo præfatus Ioannes Borbonius Abbas Monachus Cluniacenſis,
Epiſcopus Anicienſis, & Abbas S. Andreæ prope Auenionem. Geſta ſunt hæc pridie Idus
1444. Februarij anno 1444. b Sed ſequenti menſe Aprili liberrimæ *electioni diſſentit, & eidem pe-* b trib. diebus poſt obitum Amedei.
nitus renunciat procuratorio nomine M. Petri Balarim c, vt ferunt Acta Capitularia libri decimi
ſexti d. Attamen celebrata electione, & ante renunciationem Canonici Comites continuò c die 6. menſis an. 1443.
eam in ſcriptis miſerunt ad Eugenium quartum Pontificem Maximum e confirmationis ob- d p. 167. 175. 178. 237.
Electioni renunciauit. tinendæ gratiâ: apud quem ipſi electum benemeritum ſummopere commendarunt. Ve-
rùm ſubſequuta honorifica Cathedræ renunciatio f piis einſmodi Eccleſiæ conatibus finem e Martini 5. ſucceſſorem.
fecit. Neſcimus verò à quo hîc didicerit Paradinus g, quòd Lugdunenſes Canonici hunc f ad inſtar
Ioannem in ſecularis Baſilicæ Prælatura non patiebantur, quia Monachus eſſet, adeóque ap- Celeſtini 5. PP. an. 1294.
pellationem ad Romanam Curiam mouerint, de eius ad Primatum ſubrogatione. Sanè vix g a. c. 100.
Triplici ratione perperam obuciebatur Canonicos appellaſſe & repuliſſe Ioannem ob eius monachatum. Acta Capitularia eidem Authori commnnicata ſunt: ex quorum lectione res ſecus ſe ha-
bet, multis rationum momentis. Primùm quidem quia anteriore ſeculo eiuſmodi Eccleſia
valdè prudens & religioſa, non eſt dedignata, quin potiùs vltrò amplexata electionem & pa-
cificam poſſeſſionem Monachorum Aymari Cluniacenſis h & Petri ſecundi Ordinis ſancti
Dominici i Archiepiſcoporum. Quòd ſi altiùs aſcendere oporteat, Capitulum lubenti ani- h nu. 96. i nu. 95.
mo ſuſcepit Alnardum Abbatem ſancti Benigni in Archipræſulem k, itémque Rainaldum k nu. 69.
1. Veſelanum l & Guichardum Pontiniacenſem quoque Abbates m: non vtique Commen- l 78. m 85.
1. datarios vel ſeculares, quia minimè talis vſus tunc fuerat: ergo Conuentuales & verè Mo- n nu. 21. 22. 23. 30.
nachos. Prætereo antiquiores ſanctos Eucherium, Salonium, Verannium Cœnobitas, Lu- o nu. 39.
pum Anachoretam n, & Chagnoaldum profeſſum clauſtralem S. Columbani Abbatis o, om- p nu. 22. §. 4. & nu. 41. §. 2. ſeq.
Plures Archiepiſcopi Lugd. Monachi. nes factos Lugduni Archipræſules, citra plures alios ibidem p. Sic ſemper Religioſi ex voto
potuêre ad Epiſcopatum chriſtianæ perfectionis acquiſitæ ſtatum nulla diſpenſatione me-
dia peruenire. Quippe diſtincta & altior dignitas latiorem de nouo imprimens chara-
cterem nihil habet commune in eo cum ſeculari Canonico Collegio. Adeóque Religioſi
& clauſtrales profeſſi ab omni æuo recepti ſunt Epiſcopi vbique terrarum, abſque vllo
Capitulorum ſeu Canonicorū præiudicio. Vnde ita ſe pariter geſſit Eccleſia Lugdunenſis er-
2. ga probū Ioannem Borboniū longè abſentem ab electionis loco. II. ratio Paradinianę allu-
cinationis profluit ex vnanimi Canonicorum aſſenſu, in ſecretiore Ioannis Borbonij
electio

Conſenſum præbuerunt tali electioni.

electione, cui aderant Domini Gaufredus de Montecarmeto [a] Decanus, Guilelmus de Chamreyo Archidiaconus [b], Regnaudus de Albone Camerarius ; duo Anthonij de Trezetes & d'Ars, Ioannes & Iacobus de Amanziaco, Ludouicus de Pictauia, Ioannes d'Andelot, Iacobus de Saconeyo, & Guichardus de Albone Canonici, ex præfato Volumine [r]. Ipſi curarunt *tunc, prout Spiritus ſanctus gratiam in eis inſpirauit, eligendum virum habilem in Archiepiſcopum & Paſtorem : elegerúntque Scrutatores D. Regnandum, &c.* Sic habet textus: ac tandem nominatus eſt præfatus inſignis Borbonius. Nec ſatis. Qnando Capitulantes eundem præterea Ioannem obtulerunt Eugenio Papæ IV. loquuti ſunt hoc verborū tenore.

Miſerunt ad Papam, vt Ioannes confirmaretur.

Inſpirante gratiâ, nemine penitus diſcrepante, vota noſtra perlata ſunt in generoſum, venerabilem & magnæ religionis virum D. Ioannem de Borbonio Abbatem, &c. electum Aniciensem Epiſcopum, prouidum moribus virtuoſis, & multipliciter perornatum, in ſpiritualibus & temporalibus eruditum, & ex illuſtri proſapia ortum, in noſtrum & dictæ Eccleſiæ Archiepiſcopum. Quapropter, Beatiſsime Pater, humiliter ſupplicamus, quatenus eandem poſtulationem canonicè factam recipere & admittere, ac eam confirmare, ipſumq́; poſtulatum Archiepiſcopum recipere, ſibiq́; munus conſecrationis impartiri benignè dignemini. Datum in Capitulo vltimo Februarij [f]. En mutuus ille conſenſus nullam portendit alicuius Canonicorum appellationem ad Romanā Curiam, nec alibi legitur in Actis, quod viderim. Igitur ſimulata appellationis narratio apud quoſdam remotos Scriptores, eſt
3. verè ſomnium. Et citra dubium: Pontifex poſtulationem confirmaſset, niſi Borbonius abſens ſubitò per Legatum eidem renunciaſset. Tertius diſcurſus eſt, quòd renunciationis cauſa non fuit aliquorum appellatio & condemnationis metus, ſed probitas & ſynthereſis Borbonij, qui cùm alias iam Prælaturas conſecutus fuerat, verebarur diuina iudicia. Hæc enim ſat ipſe indicauit hiſce capitularibus de eo reſponſis, quibus dictum eſt; *quòd ex certis, iuſtis & legitimis cauſis ipſum ad hoc mouentibus, non fuit intentionis conſentiendi, quinimò diſſentiendi & renuntiandi* [t], *&c.* Illicò autem dedit operam, vt iuris ſui reſignatione & Capituli poſtulatione Sedes poſtridie deuolueretur ad illuſtrem adoleſcentem Carolum nepotem ſuum optimæ ſpei [u]: atque conſtituti ſunt Procuratores ad illum magnæ authoritatis virum præſentandum.

Contentus alijs beneficijs demum ſe ſe reſtituit Capitulo.

Cæterùm, præmiſſus Antonius d'Ars obiit Præpoſitus Forueiij 18. Iulij 1460. cum fundatione ſatis præclara horis Canonicis ſeu Choro applicanda, ex Repertorio fol. 76. & 86. præter duas Miſsas quaque hebdomada in Capella S. Antonij per vnum Præbendar. celebrandas. Sed legitur alius etiam Antonius d'Ars Canonicus Eccleſiæ, qui obiit 27. Auguſti 1538. cum fundatione ex folio 88.

[a] Poſitus in Sacello S. Sepulchri cum fundatione ad dict. S. Ioan. Bapt. Repert. fol. 81.
[b] Obiit 21. Ian. 1475. fundauitque Miſſas per 2. Præbendar. in Capella S. Michaëlis Archan. fundata in Eccl. Lugd. ex Repertor. fo. 68.
[r] fol. 155.
[f] Iun. 1443. fol. 181.
[t] fol. 237.
[u] 8. April. fol. 262.

Paragraphus 2.

Ioannes factus 1. Sedis œconomus pendente adoleſcentia nepotis.

VBi ergo nobilis & illuſtris Eccleſia Lugdunenſis agnouit ſe non poſſe obtinere Ioannem Borbonium in titulum Primatis, ſaltem eundem in œconomum Sedis ac temporalium peroptauit, perſpectis tanti viri meritis. Ille ergo Princeps animum tandem inducens, inter hæc ſuſcepit œconomatum Archiepiſcopatus; donec nepos ætatem legitimam, Sacerdotium, ac Pontificalia eſſet adeptus. Pro eiuſmodi verò temporalium gubernaculo fidelitatem in Capitulo fecit ſub annum 1449. his præcipuè notis. *Ego Ioannes Borbonius*
1449. *Vicarius & adminiſtrator* Lugdunenſis *Eccleſiæ, &c. deinceps Deo dante non tollam de veſtra communi poſſeſſione, me ſciente, Abbatias Canoniales quas nunc Canonici tenent, &c.* ex libro decimo octauo Actorum [x]. Poſtmodúmque Reſcriptum pergit iſto pacto. *Præfati Domini per vocem D. Decani proteſtati ſunt, quòd per huiuſmodi iuramentum non intendunt derogare neque renunciare iuramento per Dominum poſtulatum præſtando in ſua receptione, dum ad ætatem peruenerit. Acta in præſentia G. Decani, G. Archidiaconi, G. Præcentoris, G. Cantoris, R. Camerarij, A. Præpoſiti, P. Magiſtri Chori, & H. de* Propreriis. *Ac inde D. Adminiſtrator cum cæteris Dominis in Capitulo dilectionem adinuicem promittentes, prænominatus D. Epiſcopus tànquam Adminiſtrator dictæ Sedis ſingulis DD.* Decano *& ſuperiùs nominatis oſculum pacis præbuit &c.* Quo ſanè in loco nullus denuò obiiciendū aut adiiciendum putet appellationem à Parad. recenſitam cohærere primùm cum eiuſmodi allata proteſtatione Decani. Id enim ſtare nequit: quia actió illa eſt litis, hęc concordię ex oſculi ſigno, quo retinetur duntaxat mos & conſuetudo ſe ita gerendi proteſtando obiter in publicis Actis, ſeu dicendi *Saluo iure*, &c. ſimúlque pacificando. Hoc eſt, talis proteſtatio ciuili tantùm ritu facta eſt ad maiorem cautelam, vt pręmiſſum Ioannis iuramentum haud pręiudicet futuro alteri iuramento, quod meritò pręrendit Capitulum in poſterum deberi à Caroli perſona, quando conſecratus in realem poſſeſſionem mittetur. Deinde aduertendum rurſus, idem iuramentum Ioannis in volente Capitulo pręſtitum & mutuū pacis oſculum, fidē allatam adaugere concludendi, quòd Canoni-

Ipſius iuramentum.

IV. ratio contra obiectionem.

[x] fol. 214.
[y] 8. Nouem.

ci minimè appellarunt ad Sedem Apoſtolicam aduerſùs præteritam ipſius ad Primatum electionem. Nam ſi quis iterum obiectet pro eodem Paradino, nonnullos Canonicos ex aliis ſociis Canonicis diuiſos aliud Capitulum tenuiſſe, in quo appellarunt de electione celebrata à cęteris priùs capitulantibus Canonicis: ſanè id nuſquam legitur. Et neque Paradinus talem bifidam aduerſámque Canonicorum congregationem præſumpſit aut declarat: vt ſit hoc inſtar quartæ aduerſùs eum rationis. Inſuper verò legitis ſuprà, quòd Capitulum aliunde bis legitimè conuocatum[z] ad tantam electionem celebrandam, præclarè compoſitum fuit ex ſeptem potioribus Eccleſiæ dignitatibus, ſeu antiquioribus ſapientioribúſque Canonicis, & ex decem aliis è corpore Comitibus vtrique in prudentia ſelectis. Adeò vt reliqui, ſi forſan aliqui in oppoſitum abiiſſent, eſſent iuniores pauci & infirmiores. Cæterùm, præfatum breuius Iuramentum non eſt propriè Archiepiſcopi Iuramentum, ſed ſolius œconomi minimè conſecrati. Quippe iuramentum præſtari ſolitum ex qualitate cuiuſcunque Archipræſulis iam vnctione inaugurati & Sedis poſſeſſionem ingredientis, eſt multò copioſius atque celebrius, quatenus patet ſuprà in Ludouico I. Numero CII. *

Nullos Canonicos appellaſſe ad Pontificē de electo Ioāne.

z §. 1. & 2. initio.

* §. 1.

Paragraphus 3.

Socius ad œconomatū ei datus.

De ratione fuit huiuſce œconomatus hęc porrò enarrare. Diu poſt noſtram priorem editiunculam Lugdunenſem, ac iſta noſtra altera editione iam in ordinē diſpoſita, prodiit nouiſſimè in lucem Opus Annalium Eccleſiaſticorum Aurelianenſium amici Caroli Sauſſæij; a ibidem Decani, iſta promulgantis. *Ioannes de Vado in Cathedra Aurelianenſi ſediſſe comperitur Epiſcopus anno milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo ſexto, quo tempore Carolus Borbonius filius Ducis Caroli Borbonij & Aluernenſis & Agnetis de Burgundia factus eſt Archiepiſcopus Lugdunenſis per reſignationem patrui ſui Caroli de Borbonio Abbatis Cluniacenſis, Epiſcopi Anicienſis. Nam cùm electus eſſet tantùm ferè puer, dati ſunt ei adminiſtri ſui Pontificatus Carolus Borbonius Epiſcopus Anicienſ. & Ioannes de Vado Epiſcopus Aurelianenſis.* En textus. Qui duo continet errata. Primò quidem patruus ille nunquam vocatus eſt Carolus, at ſemper Ioannes, teſtibus Reuerendo Principe Petro de Luſignan Religioſo Dominicano in Tabulis, quem noui, Ioanne Tillio in Optimatibus Franciæ b, & Sammartano, necnon Chenutio, nobiſcum in Catalogo Anicienſi infrà, ac ſuprà Numero XCIV.[c] Vbinam ergo Sauſſeius expiſcatus eſt nomen ſuum Caroli patrui aduerſarius cæteris, ſimúlque antiquis MS. Lugdunenſibus. Secundò, Carolus nepos minimè conſecutus eſt Archipræſulatum Lugdunenſem per meram patrui reſignationem, quia patruus ille Ioannes purè & abſolutè renunciauit in manus Capituli. Et Capitulum plenam ſic retinens poteſtatem eligendi vt priùs, Carolum nepotem nominauit. Apparet ex periodis Metropoleos. Tertium addimus, quòd ſecretiores Archiui Lugdunenſes non efficiunt Ioannem de Vado Antiſtitem Aurelianum coadiutorem & ſocium Ioannis Borbonij in Primatus Franciæ adminiſtratione, tanquam remotiorem valdè. Videtir ergo Sauſſeius vnde hoc tutò capiat [d]. Reliqua conſequentium audi ſeorſum.

a anno 1615. in 4. Pariſiis.

Errores aliorum.

b à pa. 115. ad 120.

c Genes. 13.

d pa. 601.

Paragraphus 4.

Carolus nepos factus Commendatarius Sedis Primatialis poſt patruum.

PEndente eccleſiaſtica Ioannis Borbonij œconomia, occurrit interim ſolennis actio, & publica de eo déque ipſius nepote Carolo memoria, quæ cum aliis adiunctis docet egregiè tempus diuturnum prorogatę adminiſtrationis & eius exercitij. En ſeries manuſcripti contextus: poſt quem externa pauca inde tandem elicimus & percurrimus. *Nos Ioannes de Amanziaco* (infit locus) *Camerarius Eccleſiæ Lugduni, Vicarius Generalis in ſpiritualibus & temporalibus Reuerendi in Christo Patris D. Ioannis de Borbonio, Dei gratia Epiſcopi Anicienſis, adminiſtratoris in ſpiritualibus & temporalibus eiuſdem Archiepiſcopatus, & Sedis Primatialis Lugduni, pro Reuer. D. N. Carolo de Borbonio S. Sedis Apoſt. Protonotario, dictorúmque Archiepiſcopatus atque Sedis Primatialis electo & Cōmendatario, authoritate Apoſt. deputati, &c. Cū nuper diſpoſitione diuina Baſilica ſanctæ Crucis huius inclytæ ciuitatis iamdudum antiquorum Patrum pia deuotione fundata, ampléque dotata, ac in Titulum Eccleſiæ Parœcialis & baptiſmalis erecta, adeóque populoſa, quadam die pauliſper lapſa, in qua tā Parœcianorum quàm aliarū perſonarum multitudo copioſa tota die fuerat conuerſata, ex omnino integra in ruinā totalē præ nimia eius ſenectute vnico momento collapſa penitus extiterit. Et iterū dono diuino ac tēpore breuiori readificata pro ſui parte fuerit, ampliori forma intra paucos dies Deo duce completura, &c. Datum die* 8. *Decembris anno milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo octauo.* Signatum [b] *Hugo de Belieure* [c]. Huiuſce hiſtoriæ ſeu reſtaurationis Tēpli nondū meminêre Scriptores ſuperioris ætatis. Verùm ea omiſſa, & dictis contēti, illius prolegomena ſeu titulos duorum Preſulum ibi in fronte adnominatorum diſcutiamus.

Eccleſia S. Crucis reſtaurata.

1458.

b Sigillo Cameræ præfati D. Commendatarij.

c Teſtib. DD. Cuſtodib. &c.

Qua

Quadruplex illatio.

Quatuor ex eo videmus deducenda inſtar commentarij. Primùm, forenſis adminiſtratio ſpiritualis regiminis Archiepiſcopatus Lugdunenſis largior colligitur quàm fortè par eſſet. Nam ab Amedei obitu ad diarium vſque præfati Inſtrumenti præteriêre iam anni quindecim. Et rurſus prorogata ac intercalata denuo eſt conſecratio Caroli nepotis quinque præ-

Anni œconomatus.

terea annis integris cum aliquot menſibus, vti conſequenter perſpicietis [d]. Vnde tota ſumma illius extraneæ gubernationis Eccleſiæ creuit in annos viginti completos. Secundò, aduerte Ioannem de Amanziaco ſe dicere Vicarium Generalem Ioannis Borbonij adminiſtra-
II. toris Archipræſulatus, æquè patenter in ſcriptis, ac ſi idem Ioannes Borbonius Cathedram acceptaſſet, & perinde fuiſſet canonicè conſecratus. Qui titulus vix ritè cenſetur inde ob-

An Vicarij generales Epiſcopatuũ conſtituendi ab œconomo ſeu Commẽdatario Sedis.

tentus. Etenim temporales eiuſmodi adminiſtratores ſeu Commendatarij, hoc eſt, pro certo tempore conſtituti, & non perennes aut in titulum, qui ad idem cum œconomo Beneficij incidunt, non videntur ius habere in ſpiritualia eiuſdem Beneficij, neque proinde nacti ſunt facultatem ad conſtituendos Officiales ſeu Vicarios circa regenda ſpiritualia. Sed duntaxat *debent fructus percipere, & eos aut in Eccleſia vtilitatem expendere, aut futuris perſonis* (prouiſis) *fideliter reſeruare*: vti loquitur Eugenius Papa in decretali de Officio Iudicis ordinarij [e]. Vnde ſic Gloſſa ibidem: *Hic conſtituitur œconomus ad conſeruandum, non ad agendum.* Quinimò etiam altera Gloſſa in Caput *Nemo deinceps*, de electione & electi poteſtate in Sexto [f], narrat quòd *talis beneficij Commendatarius* ſeu Cuſtos & Commiſſus, *non eſt Prælatus, ſed Procurator tantùm, nec efficit fructus ſuos. Habet tamen legitimam adminiſtrationem*; hoc eſt circa bene-
III. ficij eccleſiaſtici temporalia, Can. *Qui plures* & Can. *Relatio Cleri* [g]. Tertio loco, hæc tamen ſcribit Petrus Rebuffus in praxi beneficiali [h]. *Poteſt Capitulum Sede vacante œconomum præficere Eccleſiæ, vt iura illius regat & adminiſtret. Hoc enim pertinet ad Epiſcopum ratione vniuerſalis iuriſdictionis Epiſcopalis, in qua ſuccedit Capitulum Sede vacante.* Verùm id non lego in Decreta-

Toleratur ille conſtituendi mos.

libus, quas Author ipſe propterea citat. [i] Attamen dicam. Capitulum ſuccedere Epiſcopo mortuo in iuriſdictione vniuerſim ſumpta, concipitur, non quidem de exercendis iis quæ ſunt ordinis ſeu ampliati characteris; vt pote ad Clericos ordinandos, ad cõſecranda Altaria, Calices, &c. Sed intelligitur de iuriſdictionis actibus cùm fori interioris paſſim, tum exterioris, qualia poſſit Capitulum exercere, vt pote Vicarios Generales conſtituere, & alienum Antiſtitem introducere, cui interea ſcripto ſinat Capitulum Ordines ſacros celebrare, &c. Cùm ergo poſſit idem Capitulum illam ſuam transfundere extra ſe poteſtatem creando Vicarium in ſpiritualibus & temporalibus, maximè tempore Regaliæ: ſanè pari modo licebit Vicario ſeu Commendatario & œconomo ſic per Capitulum conſtituto iſtas iuriſdictionum vias tacito ſaltem permiſſu inſequi & ad praxim reuocare, vbi nulla interuenit op-
IV. poſitio. Quartò & vltimò, attende quòd dum anno præmiſſo 1458. Carolus Borbonius eſſet inſtitutus Protonotarius Papæ, profectò adſequitur eundem annos maioritatis iam tunc attigiſſe, ſeu perueniſſe ad vigeſimum quintum aut ſuprà, vnde reuerà poſt quinque vlteriùs annos Archipræſulatum conſecutus eſt in titulum, videlicet ſub annum ſuæ ætatis

An tales Cõmendatarij nominandi ſint Reuerendi.

trigeſimum, quo tempore fuerit ad ſacrum Presbyteratus Ordinem legitimè vocatus & promotus. Tantummodò ſupereſſet mirandum, aut iſtic ſaltem aperiendum, quòd antea iſti duo pendente œconomatu nondum eſſent Prælati ſeu conſecrati Antiſtites [k]. Ob idque Ioannes de Amanziaco fortè non debuiſſet vtrunque hominem appellare Reuerendum, cùm id nomen & epitheton competat Epiſcopis duntaxat conſecratis: niſi ipſe Camerarius ita ſcribens excuſatione dignus habeatur, quando ambos nuncupabat Reuerendos aut Reuerendiſſimos, ex eo quòd eſſent Principes Regij potiſſimùm ſeminis, & maximè Ordinis eccleſiaſtici, quin ampliùs in ſacris conſtituti, ſenior quidem veriùs ſacerdotio inſignitus, & iunior ad minus Diaconatu, donec plura.

Interea, præfatus Ioannes de Amanziaco ex ſcriniis perſpectis Cuſtodum S. Crucis Lugduni, 1. Ianuar. obiit an. 1429. qui reliquit in Cappella S. Crucis multa Anniuerſar. ex Repertorio fol. 70. per duos Præbendar. alternatim celebranda. Sed ex fol. 14. quidam alius Ioannes de Amanziaco fuit ibid. Decanus incerto tempore, vbi vnum fecit perpetuò Anniuerſarium. De quo Nu. 107. §. 7.

[d] §. 4.

[e] li. 1. Tit. 11 ca. 4 fortè eſt Eugen. 3. an. 1110.

[f] lib. 1. Tit. 6. ca. 15.

[g] Cauſa 22. qu. 3. in corpore Decreti.

[h] In deuolutionib. pa. 123. n. 50. Lugd. 1599. Hic commemorandus D. Antonius Dars Præpoſitus Fornerij in Eccl. Lugd. qui obiit 18. Iulij 1460. fundauitque ſuum in Choro Anniuerſarium ex Repet. fol. 76.

[i] Addit verò & Gloſſatorem.

[k] Niſi fortè Ioan. ad Anucientem.

Paragraphus 5.

Caroli inauguratio.

Iam ordine ad ſacratiſſimam præfati Caroli inaugurationem & ad reliqua eius in Primatu geſta gradum faciamus. De hac præcipua ipſius vita quatuor ſummatim proponimus, eaque breuia, cùm plura aut locupletiora ex percontatis non ſuppetant. Primùm, is palam
1466. receptus eſt Lugdunenſis Archipræſul die II. Kalendar. Octobris anno 1466. Ad eas ſolen-

nitates eum comitati ſunt imprimis tres Prælati; nimirum Archiepiſcopus Bituricenſis, Epiſcopus Electenſis, ac Vricenſis: deinde affuit Dominus Ludouicus à Borbonio Comes Mouſpenſerius, frater annoſior præmiſſi Ioannis œconomi, quorũ frater natu maior fuit Carolus I. Dux V. Borbonius, proparruus Caroli II. Borbonij, Ducis VIII. veluti ſuprà manifeſtum eſt ex eorum genealogia Num. XCIV.[l] tum eò etiam conuenêre Bertrandus de Turre [l ſ. 3. gener. 22.] Comes Boloniæ, & Godefredus de Thurre; qui Bertrandus eſt primus huiuſce nominis [m ſ. 2.] ex illa Comitum familia, de quo nos ſuperiùs Numero CVI.[m] in Genealogia Bolonenſium.

Eiuſdem Cardinalatus. Secundo loco, idem Carolus pro gerendis ſui Archiepiſcopatus negotiis & aliis D. Bartholomæum Bellieurium [n] ciuem Lugdunenſem nactus eſt; virum perdoctum, prudentiſſimum, [n fortè filium Hugonis cit. ſ. 3.] ac vices Primatis in temporalibus gerentem; qui quidem nomine Caroli tredecies Romam profectus eſt: tandémque eidem Primatui attulit purpuram Cardinaliriam, & Bullas Legationis Auenionenſis. Tertiò, ipſe Primas rubeo galero auguſtior effectus, plures annos adſequentes conſumpſit in conſtruendo excellentiùs Archiepiſcopali Palatio prope Baſilicam

Ædificia per ipſum. D. Ioannis, atque in recèns ædificando ſumptuoſo Sacello ſui nominis, Cathedrali Baſilicæ contiguo, ad Miſſas Euchariſtiales ibidem cum multa cura per Capellanos celebrandas [o]. [o Parad. 2. ca 100.]
Et interea honorificè optatus eſt patrinus Regis Caroli octaui naſcentis anno 1470. [p] ex Tillio in Magnatum Franciæ Ordinibus: Quartò denique, miſſis quibuſdam locorum Archi- [p vlt. Iun. in Caſtro Amboſiano, pag. 164. coronatus. 1484.]

1470. uis, qui narrant Ioannem eiuſdem Caroli patruum ſuperbas eas ſtructuras extuliſſe, & id bo-

Obitus. ni præſtitiſſe Archiepiſcopatui, pendente nepotis minoritate, de quibus extremo §.6. plura: nunc nobis ſuffecerit, ſi dixerimus eundem Carolum tandem ſpiritum Deo reddidiſſe Idibus [Ex Rep. fol. 68. obiit Gulielm. de Chamreyo Archidiaconus Eccl. 28. Ianu. 1475. qui in Capel. S. Michaëlis in ea Eccl. fundauit Miſſam quotidianam, per duos alternatim Præbendarios, &c.]

1488. Septembris anno 1488. ex intimis Baſilicæ Gazophylacijs. Adeo vt ſederit Archipræſul Lugduni annis viginti duobus, præter totidem ferè ſui aut auunculi œconomatus præcedentis.

Paragraphus 6.

Concilium XIV. Lugd. DEductis Actis vtriuſque Borbonij, velut interioribus, aut ad ipſorum vitam ſpectantibus: mox alia ſequuntur exteriora, ſeu præter eorundem perſonas Lugduni emerſa. Eáque ſunt duplicis generis. Quædam enim publica eſſe contuemur, in totíus Eccleſiæ gratiam illic confecta. Et talia præſentem Paragraphum occupant. Reliqua verò feruntur priuata, ibidem quoque habita pro ſola Lugdunenſi Eccleſia atque Diœceſi. Eiuſmodi autem ad ſequentem Paragraphum differuntur. Quæ verò hîc publica nuncupamus, complectuntur Lugdunenſe Concilium, ídque nationale, vel pluſquàm prouinciale. Adeóque vocatur Synodus Gallicana apud Genebrardum in Chronologia: quam in vniuerſo ordine appellamus decimumquartum Concilium ex cunctis hactenus Lugduni conuocatis. Nam de Con-

Nationale. cilio XIII. in eadem Ciuitate celebrato verba fecimus ſub Archiepiſcopo Ioanne IV. [q] De [q No. 126. ſ. 2. an. 1376.] præſenti verò cœtu 14. narrat author ille, quòd Patribus Lugdunum accedentibus tractabatur ibi an. 1449. ex pio iuſſu Caroli VII. Regis Chriſtianiſſimi in Galliis, de penitus tollen-

Pro auferendo ſchiſmate totius Eccl. do ſchiſmate moto inter Nicolaüm V. legitimum Pontif. Max. Eugenij quarti ſucceſſorem, & Amedeum Sabaudiæ huiuſce nominis octauum, ibi effectum I. Ducem per Imperatorem Sigiſmundum, filium Amadei Comitis ſeptimi; qui octauus Apoſtolicum Pontificatum ambiens in ſeligente eum Baſileenſi Concilio, ſe Fœlicem V. nominare fecerat aduerſus Eugenium. Sed ipſe Fœlix tandem rogatus à Concilio & à Frederico III. occidentis Imperatore liberè ceſſit prætenſo Pontificatui. Vnde ab eo loco & tempore ſocietatis initæ Lugduni, ferebatur hoc de eo Carmen in vniuerſum pene orbem; Lux *fulſit mundo, ceßit Fœlix Nicolao* [r]. [r Ioan. le Maire.] De qua Synodo déve ipſius materia imperio præfati Principis tacitè & ſufficienter hoc pacto videtur loquutus Robertus Gaguinus Francorum hiſtoricus [ſ] ante Genebrardum. *Baſileenſis Synodus Amedeum Sabaudum, qui ſolitariam vitam apud Ripaliam agebat,* (ait) *in Pontificem aſſumpſit, quem Fœlicem nominauit. Interim mortuo Eugenio, cùm Romani Cardinales Thomam de Suſanna Eugenio ſubſtituiſſent Nicolaüm V. appellantes, orto in Eccleſia ſchiſmate, Caroli maximè operâ contentio ſopita eſt, conceßâ Fœlici per Sabaudiam ampliſſima Legati poteſtate.* [ſ li. 10. c. 3. extremo pa. 226. Francofurti 1577.]

Tres Authores de Synodi materia. Et Paulus Æmilius adſequutus pariter hiſtoriographus ſic habet in illud thema [t]. *Baſileenſis Concily purpurati magis irritati quàm territi; damnato Eugenij nomine, Amadeum Sabaudum Pontificem ſalutauêre, Fœlicem V. nuncupantes. Is primùm Comes, deinde Dux Sabaudiæ quadraginta annorum fuerat. Reliquit filio* (Ludouico) *Ducatum, ac eremo ſe dicauit, ſex ſeniorib. ex ſuorum nobilitate cũ comitãtibus, &c.* Deinde ibidẽ ad propoſitũ. *Eugenium gente Venetum* [u] *Dux Mediolanẽſis Amadei gener, Venetorum hoſtis oderat, &c.* Quæ animorum acerbitates & mutuæ duorum Ducum affinitates in Eugenium bella machinantes cauſa fuêre ac ſeminarium, tum prætenſæ depoſitionis ipſius Eugenij, tum electionis perinde Amedei in locum ex ſchiſmaticis con- [t fo. 225. Pariſ. 1550.] [u Hoc ... ganc ... uetis ex na ... Ph ... ves]

ſpirationi

ſpirationibus Synagogæ Baſileenſis exauthoratæ. Duplex autem præfatus ſcriptor rei geſtæ omnes textus quos ſuprà induximus,effert ſub Carolo ſeptimo,Franciæ. Qui Rex perilluſtris, & tranquillitatis eccleſiaſticæ percupidus, necnon viri ambientis in terris conterminus, hoc tandem ſchiſma prudenter curauit ſedandum, idque in vrbe ſua Lugdunenſi, quia illa ciuitas Galliarum ferè Metropolis, viſa eſt Sabaudiæ vicina,fortis & apta ad id negotium, Rege ſic locum eligente. Vbi quinruplex ſecurior animaduerſio facienda eſt pro exquiſitiore rei examine & pondere trutinando, priuſquàm vlteriùs hac in hiſtoria progreſſum faciamus. Prima hæc erit: quòd Martinus Papa V. Eugenij prædeceſſor, antea dictus Otto Columna, in Pontificem conſecratus legitur anno 1417. ab exitu generalis Synodi Conſtantienſis, vt eo probè electo faciliùs extinguerentur priora ſchiſmata prætenſorum Pontificum Gregorij XII. Ariminenſis, & Benedicti XI. Hiſpani: ſeditque annis quindecim cum trimeſtri tempore. Secunda eſt, quòd Gabriel Condelmarius à præfato Gregorio aucturo numerum Cardinalium & ſuis de rebus diffidente, in Cardinalibus relatus eſt, ſedente adhuc Martino; tum Legationibus clarus, *ſolus è duobus ſuperſtes de viginti Cardinalib. qui tunc in conclaui apud Mineruam aderant* (infit Platina y) *Pontifex creatus eſt anno* 1431. z per ſequentes annos quindecim & menſes vndecim: dictúſque Eugenius IV Tertiò, quòd Thomas Sarzanus, vir infimæ conditionis, at labore ſuo literis deditus, & ad Theologiæ Doctoratum ſublimatus,adhibitus eſt in ſocium & Secretarium Cardinalis Carthuſiani tit. S. Crucis, de quo nos ſuprà a, factus & ipſe Cardinalis Bononienſis, eloquentiſſimus, & in erogando liberalis b. Vnde creatur Papa anno 1447. Eugenij ſucceſſor. Quartò, quòd Baſileenſe Concilium cœpit anno 1431. pro deponendo Eugenio partim coactum: & exitum habuit non anno XXXIX. veluti cenſent nonnulli, ſed veriùs anno 48. c ex Seſſione 45. ſeu vltima in veteri ſolitaria editione anni 1512 d quam ſequutæ ſunt Datæ, ſeu diarij, adſequentium poſtea & hactenus multarum typographiarum. Quinta demum animaduerſio eſt, quòd Amedeus Sabaudiæ, quaſi his intermedius, creditur nòmine Fœlicis conſediſſe in ſuo ſchiſmate annis nouem & ſemis, nimirum ab anno 1439. ex Seſſionibus 39. e & 40. (quo iuſto tempore ſeipſum ab Optimaribus impulſus abdicauit, ex allegatis. Propterea, inſequente illo calculo, ſanè nonus Fœlicis annus cum medio verè cadit in annum exactiorem præſentis Concilij Lugdunenſis, milleſimum quadringentes. quadrageſ. ſeptimum; hoc eſt in eundem prorſus annum, quo Nicolaüs V. fuit conſecratus Pontifex. Adeo vt vtriuſque viri tempus hic requiſitum ritè cohæreat, nimirum vnius cedentis & alterius occupantis. Atque ſic quinque iſti computationum epilogi rectè omnes inſeruiunt noſtro ſingulari inſtituto de enucleanda XIV. Synodo Lugdunenſi. Cuius certè Patres Epiſcopi non occurrunt ad manus huc numero & nominibus compellendi. Verùm ſaltem liquet diſertè Lugdunenſem Archiepiſcopum illic minimè vocatum, nec ſuffragium dediſſe ſuum: quia Carolus II. nondum eo anno ſolium ibi tenebat,ſed potiùs Ioannes eius patruus œconomatum Sedis citra titulum hiſce Concilijs perneceſſarium poſſidebat. Iam quod reſiduum eſt addiſcendum, id eſto. Cauſæ motrices paucis aperiendæ veniunt, cur crebior purpuratorum numerus Eugenium odio proſequentes, eum Baſileæ conati ſunt deponere, & adeo tetrum ſchiſma edere in vniuerſa Eccleſia. Quæſtionis rationes S. Antoninus diſertè conſcribit g. Quarum ecce anacephalæoſim. Quia Martinus Papa V. antea decreuerat ſingulis decennijs adigenda eſſe Concilia œcumenica, & ea mente Cardinalem Iulianum Cæſarinum deſtinarat Baſileam ad celebrandum ibidem Concilium eius authoritate aduerſus Huſſitas Bohemiæ hæreticos h: ſanè cùm is interierit opere infecto, Eugenius ſequax eundem Legatum ad hos fines confirmauit. Sed eò quòd Laurentius de Columna pecunias Eccleſiæ à Martino relictas diligenter requirebat erga Eugenium, etiamque alij proceres Romani Sedi Apoſtolicæ rebelles varios hoſtiles incurſus ad vrbem vſque molirentur, tunc bellum exarſit, Eugenio ſilente, aut ſe modeſtè in defenſionem continente i, tametſi hoſtes ipſi Philippum Ducem Mediolani, Amadei generum, ad ſuas quoque parteis trahere conarentur, vt fortiores euaderent. Inter hæc, Philippo aliunde prælium excitante contra Venetos & Florentinos; Eugenius Florentinis ſociiſque adhæſit k. Quorum etiam querela tandem recognita eſt ſecurior, vt vix Pontifici videretur in medio conſiſtendum. Hinc Cardinales quaſi ab hoſtibus illecti Romà diſcedentes, Baſileam perrexerunt, ſpe illic celebrandi Concilium vnà cum Epiſcopis Mediolanenſis iuriſdictionis, quos Philippus eò aduerſus Eugenium ſanciturus direxerat. Vnde Eugenius trepidare coactus, clam nauiculâ Florentiam aufugit, amicis Philippi iam in Pontificis captionem ſollicitatis, & Apoſtolicum ſubinde Palatium diripientibus. Eugenius inde poſtea didicit Florentiæ, Cardinales Baſileæ haud vacare ad præfatas hæreſes eradicandas, Eccleſiámque reformandam l, vt pote quas

Marginal notes (left): Quare Lugd. electa ciuitas ad id Concil. — Aliud alibi Concilium, & ſchiſma. — Pontifices ætatis. — Item aliud vniuerſale. — Quinque perquiſitiones ad Concilij Lugd. intelligentiam. — Fœlix Antipapa vltimi ſchiſmatis. — Cauſæ prætenſæ ad Cõciliabulo Baſileenſi pro deponendo Eugenio PP. legitimo.

Marginal notes (right): y ſub Eugenio 4. pag. 1. — z 5. Nonas Martij. — a Nu 113. §. 4. — b S. Anton. 3. Par. tit. 22. c. 11. — c 17. Kal. Iunij. — d Pariſ. apud Ioan. Petit. — e confirmatæ electionis 15. Kal. Decemb. — f Sui conſenſus & non ſuæ prouiſionis. an. 1440. pridie Non. Auguſti. Seſſ. 42. — g Part. 3. Tit. 22. ca. 10. — h Quorum author Ioan. Hus combuſtus in Cõc. Conſtantien. — i Nos in Antimartyrologio. Loco cit. ante §. — k Ibidem §. 2. — l cit. loco §. 4.

quas vnas ob res illa Synodus indicta fuerat, quin ſolùm aut primariò tempus conterere ad ipſum deponendum, eo prætextu quòd foret diſcordiarum author, ac bonorum Eccleſiæ dilapidator pro iniuſto bello tuendo. Quæ tamen cauſa omnino ciuilis etſi vera eſſet, nullatenus cenſeretur capax ad deponendum. Quapropter ſummus idem Præſul Florentiâ Prælatos & Oratores Baſileam miſit, vt Cardinales à talibus incœptis deſiſterent, reuincendo intentatum opus. Exinde Concilium ipſo iure & ea authoritate Apoſtolica diſſolutum eſt, atque Legati ab eiuſmodi præſidentia reuocati. Sed Cardinales obturantes aures ſuas, & perſeuerantes confringere Synagogam nullius roboris ex maiore Decretorum parte, temeraria præſumptione Eugenium ad id Concilium citarunt, tandémque depoſuerunt [m], Philippo ad hoc facinus impellente, & prohibentibus alioqui ne fieret Sigiſmundo Imperatore illuc ſerò appellente, necnon Cardinali S. Crucis è Gallicana Legatione redeunte, quantum ipſi poterant, licèt abſque ſuorum votorum fructu ac effectu; imò Venetis Eugenij conciuibus ſe inſuper mediatorum nomine gerentibus ad Cardinales reconciliandos eidem Eugenio euerſos. Quo pendente rerũ ſtatu, Epiſc. Longobardi & cæteri Baſileæ cõgregati, ob ſcelera ab Eugenio Epiſcopatibus ſpoliati Amedeum ab eremo fictitio deſilientem in idolum Pontificatus euexerunt: à quo per eos ortum eſt ſchiſma, quod dicimus Lugduni ſolutum ex ſingulari Chriſti gratia. Cuius Synodi Lugdunenſis Acta manuſcripta ad nos minimè peruenerunt, vt res quaſque reduceremus in ſuas ſpecies. Quod dolemus. Annis autem vndeuiginti [n] priuſquàm hæc geſta fuêre in Galliæ Primatu, habita ſunt denuo alia duo Concilia eadem æſtare. Vnum nationale Gallicanum, pro approbanda Biturigibus Sanctione Pragmatica Baſileæ compoſita, expetente Carolo Rege. Cuius Baſileenſis comprobatæ ſunt illę duntaxat Seſſiones [o] à Nicolao [p], quæ ad cenſuras, diuina in Choro Officia, cauſas beneficiales & dies feſtos pertinent, ſub Fœlice in Canones redactas, velut vnitas ibi repertas orthodoxas. Alterum Concilium eſt œcumenicum Ferrarienſe, cum Græcis vltimum, à Cardinali S. Crucis cœptum & ab Eugenio præſente completum, durante pſeudo-Baſileenſi. Qui Pontifex liberè poſtmodum fœdus ſuſcepit initum cum Philippo Mediolanenſi [q], & cum ſeditioſis antea Romanis priſtinum errorem agnoſcentibus, ac eius ideo reditum in vrbem poſcentibus [r], vbi tandem Eugenius obiit pacificus, Amedeo ſubinde ad Lugdunenſis cœtus Decreta ſecedente.

Is Romã euaſerat.

Florentiæ receptus Baſileam mittit.

Sanctio Pragmatica.

Concil. Ferrarienſe.

m Seſſ. 41 ad 10. Auguſt. 1440.

n an. 1438. Ioan. Till. in Chron. & Genebrar. Chronol.

o à Can. 12. ad 33. Seſſ. 22. 30. 31. 41.

p Bulla triũ pagellar.

q Antonin. loc. cit. §. 7.

r §. 17.

Paragraphus 7.

Quinque ſuoc fundationum genera.

IAm ſequuntur priuata quædam Carolo Archipræſuli exteriora ex antea collectis [s]: quatenus ſingula Lugduni euenerunt, illo & patruo Ioanne florentibus, hoc eſt, intra metas annorum 1454. & 1488. Quibus temporibus viguit primò Commenda in Sede Lugd. ac deinde titulus, in amborum viciſſim manus & poteſtatem. Ea autem quaſi domeſtica probitatis & largitionum exempla ſunt quintuplicis generis hiſtorici, per ipſius Caroli hæredes aut locupleris ſui teſtamenti executores finiundi. Primum omnium paradigma ordine chronologico efferendum intra præfatos ſolares terminos, eſt eiuſmodi ex M.S. cui titulus apponitur: *Magnus liber Obituum Eccleſiæ S. Ioannis Lugdun.*

s §. 5. initio

Prima fundatio.

Obiit venerab. Petrus de Amanziaco Sacriſta Eccleſ. 20. Nouem. 1461.* (infit locus) *vir notabilis & magnæ prudentiæ, eleemoſynarum cultor, & ſeruitiorum maximus remunerator. Ordinauit duas librationes panis & vini incorporatis: cuilibet vna micha ponderis 4. librarum, & vna ſimeſia vini boni, ac Simplicib. pro qualibet libratione vnum florenum dieb. ſabathi Vigiliarum Paſchæ & Pentecoſtes. Item fundauit vnum Anniuerſ. ſeu Annuale generale in Choro de ſex florenis monetæ regiæ die ſui obitus librandis & diſtribuendis per duos ſuos Prabendarios, pulſatis campanis proceſſionaliter ad tumulum ſuum.* Tum egregius Regnaudus de Amanziaco, primùm Magiſter* Chori ac frater dicti Petri, &c. ſucceſſor Sacriſta obiit die 9.* Septembris an. 1465. ex lib. cit. ac antea Magiſter Chori. Secundum paradigma eſt tale, ex præfato M.S. è quo & cætera tria conſequentia. *Venerabilis Ioannes de Amanziaco præfatorum frater, Camerarius Eccleſiæ Lugdun. Vicarius Generalis Sedis Archiepiſcopalis obiit 21. Ianuary 1479. Fuit vir magnæ ſanctitatis. Largitus eſt plura bona ſua peregrinis, & bene ac honeſtè in vita ſua conuerſatus eſt. Tandem in dicta Eccleſia plures fundationes & augmentationes diuini cultus fecit. Prima qualibet die hebdomadæ vnam Miſſam celebrari ordinauit, & fundauit deſeruiendam per duos Presbyteros alternis ſeptimanis, ſtatim finita Miſſa alta Crucis. Alioqui deficiens ſingulis vicib. perdat ſex albos monetæ regiæ. Voluit quòd collatio Prabendarum ad Canonicum Eccleſiæ de ſuo genere aut cognomine pertineat, ſi non ad nepotem ſuum D. Ioannem de Amanziaco Militem modernum.* Fuit autem Vicarius R. D. Ioannis de Borbonio, vt liquet Nu. 43. §. 5. Artic. 20. ex Actis anni 1456.

Anniuerſarium.

II. Fundatio.

Miſſæ.

* Frater Ioa. ex Reper. Anniuerſar. fol. 71.

* an. 10 omnes ex Reper. fo. 60. 71. 72. & in ſculpto lapide ad Capel. S. Sepulchri Cathed.

Tertium

III. Fundatio.

Tertium paradigma. *Humbertus de Grolea Sacriſta Eccleſiæ 13. Iunij an. 1483. fundauit vnam librationem panis & vini Dominis Incorporatis ex more, & ſimplicibus vnum florenum monetæ Regiæ quolibet die lunæ Pentecoſtes in magna Miſſa. Et fundauit vnum Anniuerſarium in dicta Eccleſia die ſui obitus de quinque francis, & aliam medietatem in Miſſa Anniuerſarij. Ad hoc obligauit bona ſua vniuerſa, & Dominus Robertus de Balma & eius nepos ac ſucceſſor Sacriſta fuit eius hæres, qui de præmiſſis ſe obligauit die vlt. Iunij* *, an. cit.

* Ex Repert. fol. 71. pro Humb.

IV. Fundatio.

Quartum paradigma. *D. & R. Pater Claudius Gaſte Decanus Lugduni, penultima Iunij 1485.*[a] *conſtrui fecit in Eccleſ. Lugdun. ſumptuoſam Cappellam à parte ſiniſtra ſub vocabulo BB. Ioannis Baptiſtæ, Dionyſij Martyris & Auſtregeſilij Confeſſoris. Quam dotauit & vniuerſalem hæredem inſtituit de omnibus bonis ſuis. In qualibet die perpetuò duas Miſſas celebrari ordinauit: vnam horâ de* SANCTVS *magnæ Miſſæ S. Crucis, alteram horâ de* SANCTVS *magnæ Miſſæ per quatuor Præbendarios à ſe nominatos, ac vno Clerico pro ipſis inſeruiendo, præſentandos per* DD. *ſucceſſores Decanos, Capitulo Eccleſiæ inſtituente. Præbendariis reliquit onus librandi Vigilias de 4. libris Turonenſibus, & in craſtinum ſuum Anniuerſ. in Choro in magna Miſſa de mortuis, &c.* Sed iam ampliùs ipſi Capellani parte horum bonorum hodie non potiuntur: quia pridem talia maximè piſtrina aquaria eò ſpectantia viſuntur concremata ab hæreticis & rebellibus Caluinitis prouinciam Lugdunenſem & res Eccleſiæ vaſtantibus anno 1562. &c. ſicut & cætera plura ex veteribus & aliis hactenus deductis hoc in Volumine fundationibus ampliſſimis tunc & aliis vicibus profligata ac depopulata ſunt. De Gaſte miſit ex Reliquiis S. Auſtregeſilij in Eccleſ. parœcialem de Neruieu ad Foreſtenſes.

Capella fundata.

[a] Tunc Teſtamentum publicatum per Antoniũ Bettordi Decretor. Doct. Sacriſtam S. Pauli Officialem Lugd. Et fundatio cœpta eſt 5. Iulij 1482. Sign. de Vimo. Vide & Repertorium Anniuerſarior. apud D. Faure, fo. 74. Obijtque eo die.

V. Fundatio.

Quintum & poſtremum paradigma redit ad caput vnde orti ſumus, nimirum ad R. Carolum II. Archipræſulem, circa excellens ædificium à ſe inchoatum, & eius complementum ſuis poſt ipſius mortem conſanguineis ſeu collateralibus ſtudioſè commendatum, hiſce ex priſco cit. MS. depromptis. *Obiit D. Carol. de Borbonio Tit. S. Martini de Montib. Presb. Card. & Archiepiſcopus Lugd. an.* 1488. *die 13. Septemb. qui Sacellum in Eccl. Lugd. magnis ſumptib. ædificari cœptum morte præuentus imperfectum reliquit: quod poſtea Petrus de Borbonio Comes Forenſis & Aruerniæ eius frater*[b] *ad preces Andreæ de Pinay ſanctæ Eccleſiæ Archiepiſc. & Card. atque Capituli perficiendum ſuſcepit, & annuum reditum Præbendariorum ex fundatione dicti Caroli fratris de 260. libris auxit de aliis 40. libris; quam ſummam 300. librarum aſſignauit ſuper decimis ſancti Marcellini, S. Eugendi & Chamberij, tam pro ſeruitio Præbendariorum quàm pro 12. libr. & 12. ſolidis Turonenſib.* Et dictus Pet. impetrauit à Franc. de Rohã Archiepiſc. & ab vniuerſo Capitulo, vt collatio Præbendariorum dicti Caroli ad ſe & ſucceſſores Comites Forenſes pertineret.* En variæ architecturę Caroli abſolutæ: nimirum quo pacto quibúſve modis non omnes à ſe, ſed harum partes aliquæ à relicto poſt eum fratre laïco conſummatæ ſunt, & ad culmen vſque perductæ. Verùm vnde ergo, quæret aliquis, ſupra in eiuſdem Caroli vita dictum eſt[c] tales ſtructuras à Ioanne patruo, deindéque ab ipſomet Primate fuiſſe confectas? Ego vtranq; ſcripturam videbor facilè ad concordiam reuocare, ſi dixero Ioannem Palatium Archiepiſcopale conſtrui cœpiſſe, aut totum pene attigiſſe; at Carolum ſequutum ei extremam manum admouiſſe; tũ inchoaſſe Sacellum, quale frater perfecit, antequàm eſſet Dux VII. Borbonius ac hæres decedentis Ioan. fratris Ducis VI.[d] Nam reuerà hic textus vlterior Petro Comiti ſolùm attribuit Sacellum completum: & nihil ei de Palatio: imò neque Sacelli niſi portiunculam ſeu faſtigium impoſitum ab ipſo Comite indicat. Vide Tom. 3. Articulo 110. Archiepiſcopatus Arelatenſ. quendam Ludouicuum, qui cenſebatur Ciaconio pauciſſimis verbis tranſmigraſſe Arelate Lugdunum: ſed non aliunde agnoſcitur: nec hîc reſidendi tempus vllum ſubeſt vacuum.

Ædificia Caroli.

A quo fratre adiuti.

[b] De quo plura Nu. 94. §. 3 gener. 13. & etiam obitus in Reper. fol. 82.

* Ex Repertorio cit. fol. 81.

[c] §. 4. huius Num.

[d] Ex Geneal. cit.

CXV. *Paragraphus 1.*

Hugonis qualitates.

HVGO *de Talaru*, proprij huius nominis tertius, cùm de ſecundo tractatum ſit Numero XCIX. quondam primùm habebatur Archidiaconus Eccleſiæ Lugdunenſis, Abbas S. Cornelij Cõpendienſis, & Præpoſitus S. Benigni ſaltus. Viſus eſt autẽ nonnullis in ancipiti ponẽdus, an fuerit dnntaxat electus Archipræſul Lugdun. nec ipſe vltra proceſſerit, de qua ſaltẽ eius electione ad Cathedrã nemini dubium: vel rurſum petitur vtrum præter electionem in realẽ quoque Solij poſſeſsionẽ ſit poſtmodũ miſsus. De vtraque verò quęſtione hîc nobis viciſsim ſermocinandum. Hoc vt perſpicaciori ordine pręſtemus: ſanè pro actuali Primatus ſui fruitione primũ loquamur oportet, antequã nos electionẽ proferamus. Id enim hiſteronproteron cogimur hoc loco admittere, vt rite materiam explicemus, quæ ſe de Hugone offert multùm intricata. In extremo veteri M.S. cui titulus eſt *De fundatione Primatialis Eccl. Lugd.* iſta præſcribũtur circa proximum ſucceſſorem Caroli Borbonij

Is verè Archiepiſcopus quęncuplici tatione.

Archipræſulis,de quo mox ſuprà[a]. *Die Martis ſequenti*[b] *poſt mortē dicti Domini, quæ fuit decima*
1489. *ſeptima menſis Septembris, omnes DD. Canonici Presbyteri de mane confeſſi fuerunt, & celebrauerunt Miſſas Euchariſtiales humiliter: & alij Canonici non Presbyteri poſt cōfeſſionem receperunt corpus Chriſti. Item inter ſeptimam & octauam horas de mane, antequàm dicti Domini intraſſent Capitulum, fuit celebrata per totum Conuentum vna magna Miſſa in Choro de S. Spiritu: vt ſanctus Spir. ipſos illuminaret ad eligendum bonum Paſtorem Archiepiſcopum. Miſſa finita, proceſſionaliter cantando* VENI CREATOR, *cum Cruce præcedente, & dictis Dominis ſequentibus, acceſſerunt ad Capitulum, atque egregium virum D. Hugonem de Talaru Archidiaconum elegerunt viâ ſancti Spiritus illuminati, & ipſum receperunt, & in poſſeſſionem proceſſionaliter in æde Archiepiſcopali poſuerunt, ac in craſtinum terram ſuam diuiſerunt, ſicut mos eſt: me præſente C. Berthodi.* En iam ſimul expreſſa electio atque realis accepta poſſeſſio prima fronte, quæ Canonica miſſio in actualem dignitatis poſſeſſionem disertè præſupponit vnctiuam conſecrationem verè præceſſiſſe ex more, vt is minimè fuerit ſolummodò electus. Idem ibi ſecundo loco demonſtrat terrarum ſui Canonicatus diuiſio. Quæ certè nunquam fieri aſſolet propter ſolam ad Epiſcopatum electionem nondum conſecratione corroboratam; quia necdum vacat Beneficium, vt eius prouentus in ſodalium commoda diſtribui poſſint & debeant. Sed vacatio computatur à die ſola poſſeſſionis arreptæ & conſecrationis celebratæ, vt inde fructus omnes reſignantis diuidantur. Qua de materia vide plura Nu. 113. §. 3.

I. De poſſeſſione ſui Archipræſulatus.

II. ſumpta ex vacatione ſui anterioris beneficij.

a Nu. 109.

b Diebus 5 poſt obitum 1488.

Paragraphus 2.

III. Ratio.

PRo tertio quondā diſputationis loco, ſeorſum ingeritur ſermo de ſolitaria electione eiuſdem Hugonis, annexa ſuæ reſignationi ſeu abdicationi à Sede relicta & alteri conceſſa. Quantùm autem diſcurſus ille proficiat theſi noſtræ de intromittendo ipſo Hugone ad titulum fruitionémque per eum tanti Archipræſulatus initam, nos hoc inferimus & docebimus poſtea. Igitur ſic rem primùm aggrediamur. Nouerint vniuerſi, quòd extat in Archetypis Eccleſiæ maioris Lugdunenſis Compoſitio facta inter prælibatum Dominum Hugonem de Talaru & Reuerendiſſimum Andream Deſpinay tituli S. Martini in montibus Presbyterum Cardinalem, Archiepiſcopum Burdegalenſem, qua ipſemet Dominus de Talaru renunciat iuri, quod habebat ſeu nanciſci poterat ratione electionis de ſe factæ à Capitulo Lugdunenſi ad Archipræſulatum eiuſdem Sedis & omnibus litibus ob eam cauſam motis ac pendentibus, tum in Curia Romana, tum in Senatu Pariſiēſi. Conſentitque vt ſententia definitiua ab anteceſſore Papa in fauorem ipſius Domini Cardinalis pronunciata ſuum ſortiatur effectum, ſub certis tamen reſeruationibus in dicto Compoſitionis Inſtrumento expreſſis[c]. Quæ quidem Compoſitio lata eſt in conſpectu Regis Franciæ Aurelijs in domo Regia ſancti Aniani, præſentibus D. Georgio de Ambaſia Cardinali dicto Rothomagenſi, D. Guidone de Rochefort Cancellario Franciæ, D. de Labret D. de la Val, Ludouico d'Armaignac Comite de Guiſe, Petro de Rohan Mareſcallo Franciæ, Ludouico de Grauille Admirali, Guilelmo de Poi-
1499. ctiers Domino de Clerieux Gubernatore Pariſienſi, cum alijs proceribus die 23. menſis Decemb. an. 1499. Pontificatus Papę Alexandri VI. an. 8. ſubſcripta à Petro Bernardi, & Ioanne Fourtage Notarijs: abſente Andrea, ſed præſente & acceptante eius nomine nobili Ioanne Eremita *de la Faye*, velut Procuratore. Hæc è promptuarijs Eccleſiæ deprompta, ex quibus ritè hactenus concludendum eſt Hugonem *de Talaru* realem inſuper poſſeſſionem ſuæ Primatię adeptum eſſe, pręter meram illam ſuprà depictam ſui electionem. Etenim aduertite. Dum Hugo nominatus ad Curam ſuſcipiendam legatur quinto poſt Carolum morientem die, an. 1488. menſe Septemb. & muneri renunciauit an. 99. ſanè, diſtantia eſt annorum prorſus vndecim. Qua pēdente diuturna intercapedine, difficile eſt creditu eundem Hugonem ſola electione contentum fuiſſe, aut Capitulum atque Diœceſim tantam motam paſſum eſſe, in qua deniq; ad poſſeſſionē vſque ſolummodo peruenerit, imò vel nuſquàm eò acceſſerit. Nō enim legitur eum Sedem Primarialem in Commendam ſeu œconomatum tenuiſſe, quo pacto nuper præſtitit Ioan. Borbonius[d]. Ergo illud prolixum tempus arguit ei titulum Epiſcopalem aduenïſſe, vel etiam magis atq; faciliùs quàm Andreę ſucceſſori, quem mox perſpicietis vix anno integro Cathedrā poſſedīſſe. Propterea Hugo minimè renunciauit ſimplici iuri electiuo, ſed planè titulo ac poſſeſſioni. Atque ſic mixta & lata cōcipiuntur verba indefinita obſcuráque Cōpoſitionis inter parteis celebratæ; cùm ad præciſum electionis ſenſum arctari non queant, obſtantibus alijs circunſtantijs. Adde quarto loco ſimiles euentus quondam pariter effluxiſſe, de varijs Epiſcopis poſt præſcriptum poſsidendi ius renunciantibus in poſterum: vt pote vel eremum & Cœnobia ingredientibus, vel qui maluerunt in ſeculo priuatam agere vitam ſolo Epiſcopali charactere ditati & prædit: quos tamen interim Diœceſani non deſtiterunt à longè abſentes venerari, ac eoſdem recognoſcere legitimos ſuos Paſtores & Antiſtites. Adeóque non citò de illis ſuis Epiſcoparibus valdo

Eligitur is Archipræſul.

Renunciat electioni.

Reſignat Andreæ.

Reſignat diu poſt captam poſſeſſionem.

IV. Ratio.

Potuiſſe regere eam Eccleſiā etiam poſt reſignationem.

c Mediantib. beneficus ad valorem 1000. librarū monetæ, dandis ab Andrea ad nutum Cardinalis de Ambaſia.

d Nu. 109. §. 1. 2. 3.

valde remotis aliunde prouiſum eſt: quemadmodum præclarè accidit diuis Claudio Biſun- e No. 15. 41
tinenſi, *Iuſto*, Viuentio ac Ilduino Lugdunenſibus, de quibus ſuperiùs [e]. Hunc omnem 42. §. 2. & Nu
quoque finem aut alterutrum recedendi modum Hugo noſter optare potuit, etiámque re- 52.
uera id executioni mandauit, velut proprius antea Archiantiſtes, qui liberè tandem deſiit
& abſtinuit ab oneribus ſuſtinendis.

Paragraphus 3.

V. Ratio. IAm verò aperiamus rationes eiuſdem Hugonis è mortali vita decedentis. Hinc enim palam
Obitus Hugonis. deducemus quintum atque poſtremum rurſus argumentum comprobandi ipſius Epiſco-
patum Lugduni palam receptum atque poſſeſſum. En textus magni Voluminis Obituum Ec-
cleſiæ S. Ioannis Bapt. de viri præfati interitu. *Obiit D. Hugo de Talaru, Archidiaconus Eccleſiæ* a De quo
Lugduni, anno 1517. die 22. Decembris * : *qui vt conſtat per Teſtamentum, fundauit ſuum Anni-* etiam in Re-
uerſarium honorificè fiendum: pro quo ſemel dedit 240. libras, ſuper quib. percipit D. Sacriſta 10. ſo- pert. fol. 84.
lidos pro campanis pulſandis. Item ordinauit celebrari in Eccleſia Lugdunenſi, Cappellâque Trinitatis,
ſingulis ſeptimanis 4. Miſſas per duos Præbendarios, ac fundauit ſuam librationem prima die Rogatio-
Diu poſt reſignationem. *num, deditque vnam Cappam auream magni pretij.* In his attende, quòd dum id Reſcriptum
aliâ Hugonem dignitate non inſigniuit, præterquàm Archidiaconi, minimè autem Archie-
piſcopi; non proinde obiicias, eundem ergo nunquam patuiſſe conſecratum in Primatem
Galliæ, ſed duntaxat Eccleſiæ perſonatum in Choro geſſiſſe cum ſuo Canonicatu, vt pote
quæ præbenda tunc plerunque non ſolebat vacaſſe ex mera electione ad Præſulatum ſubſe-
quente. Quinimò lubentiùs oppoſitum ex eo docemus pro ſpirituali ſolio eidem Hugoni at-
tribuendo: aut ſaltem quod illud ipſimet accidiſſe nullum gignit contradictorium. Etenim,
ex allegatis, is per annos vndecim Primatum exercuit ac poſſedit: hoc eſt, tenuit ad annum
1499. vſque M. CCCC. XCIX. quo demum tempore Pontificiam tiaram Andreæ tranſmiſit.
Illis verò petactis, Hugo præterea ſuperuixit per annos octodecim in ſuis Abbatia aut Ar-
chidiaconatu, ſeu ad annum præcisè M. D. XVII. veluti ſuprà ex obitus Inſtrumento le-
Hinc verè Sedem poſſedit. giſtis. Quod vitæ genus haud arguit, eum non priùs conſecutum Primatiam: at bene illam
poſt obtentam atque poſſeſſam vltrò deſeruiſſe. Quippe, eo pacto, Petrus Villarius ordinis
Eccleſiaſtici ſecularis (vt vocant) & factus inde Archiepiſcopus Viennenſis noſtris diebus,
perductis multis à ſe annis in illo faſtigio, abſtinuit à longiore ſolij occupatione, cùm reſi-
gnarit fratri Hieronymo hodie ſedenti Viennæ, & totidem poſtmodum annos ſuperuixit
priuatus, Pontificalia ampliùs non peragendo, niſi tanquam extraneus, rogatus ab Ordina-
riis aliis Antiſtitibus. Sic Ioannes de Cheuriers Epiſcopus Gratianopolitanus nuper degens,
Eiam poſtquam liberè receſſit. renuncians Sedi, eam curauit legitimo filio ſuo deferendam. Et alij plures extant eiuſmodi:
de quibus nos dudum num. 22. f & 42. g Pari modo, noſter Hugo de Talaru potuit aliquan- f §. 1.
do recedere à Pontificatu, quo antea fretus eſſet, ſiue reliquum vitæ exegerit in Abbatia g §. 2.
commendata, aut Conuentuali, ſiue in Canoniali Præbenda, ſaltem honoris, etſi non am-
pliùs emolumenti, quia dictum eſt ſectos fuiſſe antea fructus omnes ſui Canonicatus in par-
teis ad ſodales. Quo fit vt mox liber Obituum meminerit ſolius Archidiaconatus, tum quia
hic locus ei primùm fuerat deſignatus, tum etiam quia repertorium Eccleſiæ Lugdunenſis
recordatur duntaxat eorum quæ ſua ſunt aut fuerunt, nec curat aliena, ſeu dignitates ex-
tra ipſam ſuam Eccleſiam ad eum quondam pertinentes.

CXVI.

Calculus diuerſus. ANDREAS d'Eſpinay nobiliſſimus Brito, iam dictus a Cardinalis S. Martini in Mõ- a Num. 115. §. 2.
tibus, tit. Equitij, antea fuerat Archiepiſc. Burdegal. ex Lugdun. Eccl. Archiuis. Nam
alioqui Demochares in Tabella Archipręſulum Burdegalę b non eò vſque peruenit: b To. 2. c. 16
eſſéque eum arbitror, qui à Ciaconio de Cardinalibus nominatur *Ludouicus Spinay Presb.*
Card. tit. &c. Vt ſuprà euectus ab Innocẽtio Papa 8. c Idem Primas Galliarum ex erraticis non-
nullis Manuſcriptis viſus eſt per canonicæ tranſlationis viam Primatum Galliæ Lugduni c Sedente ab an. 1484. ad 1492.
aſſumpſiſſe an. 1493. menſe Aptili. Verùm, ex interioribus tutioribúſque Capituli poſtea
recognitis Inſtrumentis, ſic tranſlatus eſt Andreas anno XCIX. hoc eſt, annis ſex tardiùs,
vi Compoſitionis in eius gratiam factæ per Hugonem anteceſſorem. Quo ſanè pacto, ſe-
quitur Andream occupaſſe Lugdunenſem Cathedram vno anno duntaxat: quia renunciatus
1500. eſt ipſius deinde obitus die 16. Kal. Decẽb. anno Chriſti 1500. Ille diſceſſus conſtat tũ ex pręfato vlteriore Gazophylacio, tũ ſimile ex Gillio de Corrozet in editis Antiquitatib. Pariſien-
ſibus d. Quo in libro ſcribit Author eundem virum Lutetiæ mortuum 4. Idus Nouembris, d Lib. 3. c. 12.

 anno

anno præfato Iubilæi, ſepultum in Cœnobio vrbis Cæleſtiniano. Qui quidem ſolaris or-
biculus valde accommodus eſt anno octauo Sedis Romanæ Alexandri Papæ VI. in Actis
capitularibus deſignato. Et Rex Franciæ præſens Compoſitioni, quam ipſemet præcepit, fuit
Ludouicus XII. an. Regni ſecundo. Is multos nactus eſt conſanguineos in Clero pariter ſu-
blimes, velut multis per nos conſpicuum fiet in Redonenſibus, Nanneticis & Burdega-
lenſibus. Hic verò, pius ſpeculator aduertere poterit, quantùm Numini diſpliceant humani
Cupiditas dignitatum caſtigata. ambitus eorum qui venantur, quærunt & *amant primos recubitus in cœnis, primas Cathedras in
ſynagogis, & ſalutationes in foro* (ait Chriſtus [e]) vt pote qui cogunt bonum ſeſſorem ac ante- e Matth. 23. v. 6. Marc.
ceſſorem, & quaſi impellunt, vt partum & præſcriptum eidem ius alteri remittat. Nam in- 12. 39. Luc.
de effectum eſt, quòd Andreas breuiùs multò ſederit quàm probus Hugo, talium honora- 14. 7. & cap. 20. v. 46.
riorum minimè aut vix adeo cupidus. Id autem commodi enixus eſt Andreas pendente Se-
dis ſuæ anno, quod erga Petrum Borbonium Comitem Aruernum procurarit complemen-
tum Sacelli Caroli Borbonij fato cedentis antè annos duodecim [f]. Aliquot fundationes & f De quo Nu. 109. §. 6. fin.
munera reliquit præfato Monaſterio.

Sub hæc tempora ex Repertorio folio 77. Franciſcus de Stangno Decretorum Doctor,
Abbáſque Commentatius S. Theofridi, ac Canonicus Camerarius Eccleſiæ Lugdunenſis
contulit 200. libras & alia plura tribus Choris pro Anniuerſario, publicata in Capitulo, 20.
Decembris, anno 1499. conſtruxítque domum Camerariam Eccleſiæ Lugdunenſis: poſteà-
que electus eſt Epiſcopus 40. Ruthenenſis, defunctus ferè Beatus.

CXVII. *Paragraphus* 1.

Franciſci ingreſſus. FRANCISCVS I. cognomine *de Rohan*, filius Armorici Principis, Mareſcalli,
Dynaſtæ de Giez, electus eſt à Dominis Capitulantibus, & receptus procuratorio
nomine V. Idus Februarij anno 1501.[a] Verùm alius quidam Author [b] ſentit in ſuo a in Archiuo Eccl.
Chronico eum ſolennem in perſona Lugduni adeptum poſſeſſionem 19. Kal. Septembris b Petr. des Ryz.
ann. 1506. quo tempore florebat S. Catharina Senenſis. Et Ioannes Chenutius ſtatuit annum
1510. Is Præſulatum etiam Eccleſiæ Andegauenſis conſecutus eſt eadem ſimul tempeſtate
aut prope. Quippe Symphorianus Campegius varium & multiplex ſuum Opus ad eum voto
Anno 1501. deſtinauit VI. Idus Iunij anno 1507. vbi illum hoc duplici titulo Epiſcopum inſignit, & Ar-
chiantiſtitem nominat [c]. Fortaſſis etiam vtramque Sedem vnà poſſidebat veriùs quàm ſuc- c De eo obiter Gul. Par.
ceſſiuè & viciſſim, ex vſu illius æui ante ſacrum Concilium Tridentinum. Hunc verò iudi- 2. c. 100.
camus extitiſſe filium Petri de Rohan, quem ſuprà legimus [d] Mareſcallum Franciæ ſub Lu- d Nu. 115. §. 2.
douico Rege XII. velut teſtem, præter cæteros Galliæ Optimates, Compoſitionis habitę in-
ter Hugonem de Talatu & Andream viciſſim Archiepiſcopos ſedis huiuſce Lugdunenſis.
Prȩfuit autem velut Primas vltimæ Synodo Turonicæ nationali anno 1510. De quo Franci-
ſco iſta proſtant apud Robertum Gaguinum Francorum Annaliſtam, aut Hubertum Vel-
leyum in eius Appendice [e]. Etenim, poſtquam nos pagellam Authoris eduximus ſub Gui- e pa. 304.
done II. Archipræſule [f] de Sforcia Duce Mediolanenſis militię pro Maximiliano Imperato- f N. 94. §. 3. post genet.
re [g] aduerſus prȩfatum Regem Ludouicum [h]: ſic pagina adſequente Scriba perſequitur. *Non* 16. Act. 42. 43.
Ludouicus XII. Rex. *defuère blanditores, etſi nihil illis deferret Ludouicus* (Rex) *qui & fluuios* (Lugduni duos) *eius* g regnat ab an. 1494. ad 1529
conſuetudine oblectari profiterentur: Cauſati Rhodanum eius diſceſſum indoluiſſe, mediámque
Pontis partem, qua Lugd. meabilis eſt, impatientiùs obruiſſe. At non paucis hæc ruina ſiniſtri quidpiam h ab 1497. ad 1514.
portendere viſa eſt. Quorum vanam opinionem Heluetij firmauère: qui nonnullas in regiam ditionem
occurſiones fecère: ſollicitatis ad defectionem pleriſque, quibus regij corporis cuſtodia (neſcio qua
fide) *creditur: ſed eorum inanes nixus illico repreſſi ſunt. Ego magis his accedo; qui nouum Pontifi-*
Flumina tūc Lugdun. tumentia. *cem Lugd. præſagiri autumauère. Nam per id tempus vita functo Lugd. Præſule, Franciſcus Rohanus,*
Mareſcalli de Gies filius, in Lugd. Sede ſuffectus eſt, nec tamen fluuiorum furor (*deſpecta forſitan*
noui Præſulis tenera adhuc ætate) *lenitus eſt. Nam & Arar Lugd. Matiſconem vſque glaciatus eſt: &*
Rhodanus adeo intumuit, vt vterque innauigabilis diu fuerit: vnde nimia Lugduni annona caritas
irrepſit. At Ludouicus fluuiorum iras parui pendens, nec quid minitarentur curans, principum amicitias
ſtudioſo quæſiuit animo, eum facillimè & ventis & mari imperaturum prætendens, qui præpotentum
Franciſci propago. *auxiliis Regum fulciretur, &c.* Hęc initia, pręcipuáque Franciſci themata. Inchoatam cuius ge-
nealogiam ſedulò conquirimus, perſtamus exploratores, & breui obtinere ſperamus, ex com-
promiſſis familię gentilitiis in minore Armoricorum Britannia Gallicana, ſeu extremâ Gal-
lię Celticę Lugdunenſis parte occidua atque maritima, & ſummam cuius loci Duciſſam
Annam hęredem poſtremam duxit in vxorem Ludouicus XII. Rex Francorum, qui re-
gnabat in Galliis pendente hac ipsâ totâ Franciſci Archiprȩſulis ętate ac Sede. Nimirum

id

id perſcrutari conamur: vt eam iamcœptam ſobolem, in dies perfectam integerrimamque per horum atauos & proauos ordine detegamus & abſoluamus: cùm tales fuerint ſecundi Principes, poſt genitos quondam illius Prouinciæ Reges, deinde regionis Duces ſummos, hactenus varios in ramos inde diſperſi, quos videmus noſtris hiſce diebus.

Paragraphus 2.

EN inter has tandem curas, ad noſtras manus è remotis conquiſita diu genealogica præfatæ gentis ratio, Epiſtolis noſtris parta ex Armorica & primoribus literatis Dynaſtæ ac Principis familiaribus; qualis adſequitur.

ARBOR CONSANGVINITATIS.

1. conſpicua ſucceſſionum generatio.

A { Alanus II. Vicecomes *de Rohan*, ſub anno ſal. 1340. à quo tutiùs incipit ordinata nec ampliùs refracta perennis inde ſucceſſionis familiæ Tabula 1, quæ alioqui intercepta ſinitur in aliis anteceſſoribus. Ei verò filius vnicus. } B

1 Etenim floruit Alanus quidam, fortè primus radicis, qui integro anteriori ſeculo piè cruciatus Regem S. Ludouicum ad ſacrum bellum Hieroſolymitanum comitatus eſt. Et huic inſuper viſus eſt ſynchronus aliquis de propagine, quem ferunt dictum Meriadem minorem natu ſui ignoti genitoris: quique vir ex vicina Religioſorum traditione creditur in Sanctorum Canonem relatus circa æuum Alani primi, etſi eius non recordentur Eccleſiæ Martyrologia. Verùm certè plures adhuc habentur his annoſiores alumni ex eadem proſapia oriundi: vt pote Sanſon Vicecomes *de Rohan*, ad annum quingenteſimum cum Alienora ipſius vxore, filia Hoëlis 2. huiuſce nuncupationis Britanniæ Regis: deinde alius ad annum quingenteſimum ſexageſimum quintum coniugali nexu vinctus Gratianæ filiæ Regis Irlandiæ & neptis Iuſtini Imperatoris ex latere matris. Tum promiſcui ſex comperiuntur citra æui notam: potiſſimùm vnus comes Guilelmi Baſtardi Normanniæ Ducis in Angliam proficiſcentis: cuius Angliæ Regibus eſſet affinis quidam Carolus *de Rohan*. Inſuper dignoſcitur alius Vicecomes *de Rohan*, & vxor Conſtantia filia Regis Caſtiliæ, anno 1154. qui ampla dotatione Abbatiam Bonæ quietis fundauit. Atque hi omnes putantur duxiſſe originem ex Connano reperto 1. effecto Armoricorum Principe, eò quondam ex Anglia prorumpente temporibus Maximi Inſulæ domitoris ac Imperatoriam maieſtatem vſurpantis, cuius iſte Connanus vices militares gerebat h aduerſùs legitimum tandem Gratianum Imperatorem occiſum anno trecẽteſimo octuageſimo tertio ex Sigiberti Chronico. Quos vetuſtiores Dynaſtas ſeu Principes *de Rohan*, dum in hóc ſtrictiori commentario arctamus, tales ad textum minimè extollimus ordine gentilitiorum, quia perplexa eorundem proſapia ante Alanum 2. ſeriem parentelæ & ſanguinis nullam retinet continuam. Nos igitur tutioribus ac ſibi ſuccedentibus arbuſculæ ramis contenti, maiores Alani 2. relinquimus ei lubẽtiùs, qui ex propinquiore regione volet his inſudare, veluti audimus breui domeſticorum ſtudio euenturum. Interea de ſuperiore Connano iam nos eloquimur ad fines alios in Gallicano noſtro Breuiario vitæ Sanctorum m ſub diua Martyre Vrſula Britannica regiæ ſobolis fruſtrà ab ipſo viro in vxorem expetita. De qua vſus Matiſconenſis celebrat Officium ſemiduplex 21. Octobris. Romanus verò tantùm commemorat poſt Feſtum ſimplex ſancti Hilarionis. Vide circa hoc tempus alios de illa gente infrà Tom. 3. ex Catalogo Epiſcoporum Brioconſium, Num. 36. & Catalogo Maclouienſium Num. 51.

Margin notes: Vnus Sanctus *de Rohan*. — Ioan. Tillius in Regiſtr. Franc pa. 85 — America. — h *Lieutenant General.* — 1 Lugduni. — Principes minoris Britanniæ. — m Cap. de Caſtitate 11. Num. 55.

2. Generatio.

B { Ioannes primus Vicecomes *de Rohan*, vxoratus Ioannæ hæredis Leonenſis, deinde Ioannæ filiæ Philippi Ebroïcenſis ac Ioannæ Reginæ Nauarræ 2. Ex quo primo matrimonio emerſus eſt vnus. Et ex ſecundo natus Carolus, de quo infrà ſub *Anna*. } C

2. Filiç Ludouici Hutini Regis Francorum Comitiſſæ de Brie & Campaniæ Gallorum. Cuius Ludouici erat abauus ſanctus Ludouicus huius nominis nonus. Tum de Ioanna & de Philippo Comite ſcribit Ioannes Tillius in Optimatum Franciæ Originibus, pagina 125 & 132. Lutetiæ 1580.

3. Genet.

C { Alanus III. Vicecomes *de Rohan*, & Leonenſis [3] deſponſauit Marguaretam filiam Ioannis quarti huius nominis, Ducis Britanniæ [4], & alterius Ioannæ Nauarræ, filię Caroli I. Nauarrę [5] Regis 18. Ex quo thoro vnus maſculus præter duas filias. } D

3 Obiit in pugna noui Portus Anglicani, ſic dicitur locus ex Claudij Ptolomæi Geographia in Tabula 1. Europæ Cap. 3. vulgò *Douures*, an. 1364. ſecundùm quoſdam, vel anno 1377. ex Ioannis Froſſardi Chronico lib. 1. Cap. 326. & 327.

De Regibus Franc. & Nauarræ. 4 Cognominabatur de Monteforti ex Claudio Paradino in affinitatibus genealogicis Franciæ pag. 566. necnon ex Tillio in Optimatibus pag. 83. apud quem vnum is fuerat Comes inſuper Lemouicenſis.

5 Ille Carolus legitur filius maior natu præfati Philippi Ebroïcenſis filij Ludouici Comitis Ebroïcenſ. qui Ludouicus eſſet filius 5. Regis Philippi 3. ac nepos aui S. Ludouici, ex Tillio, pagina 121. & cit. 125.

4. Gener.

D { Alanus quartus Vicecomes bis vt ſuprà, nupſit Beatrici annoſiori, filiæ Oliuerij Dom. de Cliſſon Conneſtabilis Franciæ [6]. Vnde ſuſcepti duo maſculi. } E

6 Sic Tillius pag. 83. de vtroque coniugali nexu: ſed aliter Paradinus de vxoris natali pag. 568. & de parentibus filiæ Froſſardus Cap. 328. & 329. ſub anno milleſimo trecenteſimo ſeptuageſimo octauo.

5. Gener.

E { Alanus quintus verè fœdus maritale iniit cum Maria filia Ioannis V. Ducis 6. Britanniæ ex Tillio pag. 84. tametſi dubitent pauci. Déque iſta vxore Paradinus concipit pagellam 568. vniuerſim. Sed vir per copulam 2. nupſit Mariæ filiæ Ducis Lotharingiæ, ex M S. familiæ [7]: de qua ſola orti per eum tres maſculi. } F

2. Eduardus deſponſauit quidem Marguaretam filiam Baronis *de Chaſteaubriant*. At ſine liberis. Captus mortuúſque eſt in prælio *d'Azincourt*, anno milleſimo quadringenteſimo decimo quinto. }

7 Hîc aduertendum quòd Ioannes Franciæ Dux Engoliſmenſis, filius tertius Ludouici Ducis Aureliorum filij natu minoris Regis Caroli quinti, detetus exul apud Anglos deſponſarat per verba de futuro & legatos Ioannam filiam natu maiorem Comitis *de Rohan*, poſt annum 1412. Sed is dum in Galliam rediit, fœdere coniugali ſe iunxit Marguaretæ *de Rohan*. Ex quo thoro nata eſt Ioanna Aurelianenſis, & emerſus Carolus Comes Engoliſmenſis, qui anno 1427. duxit in vxorem Pariſiis Ludouicam filiam Philiberti Ducis ſeptimi Sabaudiæ, matrem Regis Franciſci primi. Sic Tillius in ramo Aurelianenſi pagina 150. & Paradinus pag. 244. Sed à quo parente & genitore fluxerunt hæ duę Rohanorum filiæ, non lego. Fortaſſis ab Alano quarto aut quinto.

6. Gener.

F { 1 Alanus ſextus obiit ante genitorem in obſidione *de Fougeres*, innuptus, anno 1449.

2 Ioannes ſecundus. Vicecomes *de Rohan*, ac hæres patris matrimoniali copula donatus eſt Mariæ ſecundę filiæ Franciſci primi nominis, Ducis ſeptimi Britanniæ ex vxore 2. Yſabella filia Iacobi primi nominis Scotiæ Regis [8]. Huic Ioanni nati ſunt quinque liberi vtriuſque ſexus. } G

3 Petrus minor natu ſublatus eſt progenie orbatus. }

8 De his Paradinus pag. 570. & 571. At Tillius pagina 85. nominat iſtum Ioannem etiam Comitem Leonenſem: necnon efficit pręfatum Franciſcum rurſus Comitem *d'Eſtampes*, filium Richardi Comitis de Stampis, Domini de Cliſſon, fratrémque Ioannis ſexti Britanniæ Ducis: quem tamen ſextum nullibi ſtatuit Paradinus. Omnes ſub annis 1454. & 1461. ex Manuſcriptis.

7. generatio pimaria.

1 Ioannes tertius innuptus, occiſus in militari conflictu S. Albini.
2 Iacobus animam exhalauit abſque liberis.
3 Claudius hac ſerie, inauguratus Epiſcopus Curioſopolitanus, ſeu Cariſopitenſis apud Petrum Rebuffum in praxi beneficiali pag. 486. Lugdun. 1599. vulgò *Cournouaille*, vel *Kimpercorantin*. De quo nos infrà ex Tabula ſeu Catalogo Coriſopitenſium. Tom. 3. Num. 50.
4 *Anna* effecta hæres ac Domina *de Rohan* iure ſucceſſionis; data in primum coniugium Ludouico *de Rohan*, Dynaſtæ *de Gumenay*: & in ſecundo collocata tradiráque Petro *de Rohan*, Domino *de Fontenay*, de quo inferiùs: nimirum extra quatuor prohibitos conſanguinitatis gradus. Hoc autem nuptiale iugum intra familiæ ſepta viſum eſt celebrandum, ne patrimoniales tituli ſuos fines exirent. } H

G { In iſta verò ſecunda virili radice aſſumpta poſt defectum maſculini trunci prioris, eſt meritò aduertendum, quòd Ioannes primus *de Rohan*, pro quo ſuprà, ſuſcepit ex vxore 2. Ioanna Nauarræ Carolum effectum Dynaſtam *de Gumenay*, pro ſuo appennagio, qui Carolus vt longo dilatatus eſt ſurculo ad noſtros vſque dies, deſponſauit Catharinam filiam Bertrandi *de Gueſclin*, Conneſtabilis Franciæ, de quo permulta honorificè Chronicon Froſſardi libro ſecundo, Capite quadrageſimo nono.

Triplex alia generatio collateralis.

Iam idem Carolus filium nactus eſt Ludouicum primi nominis in familia *de Rohan*. Qui genitus duxit filiam Domini de Monte'albano Britanniæ Mareſcalli.

Ex illis autem nuptiis oriundus creditur Ludouicus ſecundus Dominus de Gumenay, maritus equidem præfatæ *Annæ*, de qua hic mentio, cuncti eiuſdem proſapiæ. Et per vtriuſque copulam editi fuere quatuor liberi ſeorſum adſequentes. } H

5 Maria vltima filia Ioannis ſecundi non legitur vxorata.

8. directa generatio.

1 Ludouicus tertius ſucceſſit patriis iuribus, vt eſſet Dominus *de Rohan*, *&c.* vxorem ſibi comparauit Ludouicam *de Rieux*. Ex quo ſequutus vnicus filius. } I
2 Ioannes quartus Dynaſta Montiſalbani, Thalaſſiarchus Franciæ, vulgò Admitalis: deinde Mareſcallus & Magiſter Aquarum atque Syluarum ſub Ludouico duodecimo Rege. Cuius liberi minimè viſuntur.

H { 3 Petrus factus Dynaſta de Giez prope ſuo iure, & Mareſcallus Franciæ. Cuius ſimul ac Præſulis filij Franciſci ritè meminit Robertus Gaguinus in rerum Gallicanarum Annalibus [a]. Vir optimæ famæ, ſequutus Regem Carolum octauum in parta Neapolitana expeditione, ac cuſtos Regis Franciſci primi, antequam ſceptrum foret adeptus. In primis nuptiis ſacrum thalamum ingreſſus eſt cum Franciſca *de Pauch*: & in ſecundis eum Marguareta d'Armaignac filia Ducis de *Nemours*, ac Ludouici Andegauenſis. Per eam geniti ſunt tres maſculi. } K

[a] in Appendice Huberti Velleij ſub Ludou. 12. p. 304 Francofurti 1577. Tilius pag. 341.

4 Elena deſponſauit Petrum Baronem Pontis Britanniæ.

9. & 10. generatio.

I { Ludouicus quartus Dynaſta de Guymenay. Eique vnus filius. } Ludouicus quintus, cui iterum primogenitus. } L

11. gener. collateralis.

1 Carolus Dynaſta *de Gyez*, Comes vſufructuarius Guyſiæ, ac Vicecomes *de Frouſſac*. Nupſit Carolæ d'Armaignac, &c. Habuítque tantùm filias.
K { 2 FRANCISCVS 9, Epiſcopus primùm Andegauenſis, deinde Archipræſul Lugdunenſis ſeu Primas Galliarum: pro quo hæc arbor præcipua totius ſui ſanguinis euecta eſt.
3 Petrus Dominus de Frontenay, deſponſauit viduam Aunam, de qua ſuprà, Viecomitiſſam *de Rohan*. Vnde natus vnicus. } M

9 Ioannes

Alius additus. 9 Ioannes Tillius in Optimatibus Fráciæ ſub finem euulgat ex ſupremi Senatus Archiuis, quòd regnantibus Ludouico duodecimo [b] ac deinde Franciſco primo Regibus Galliarum, ac bis ſedentibus pro Tribunali in Parlamento Pariſienſi [c] aderant cœtui D. Franciſcus de Rohan, Eques Ordinis regij, Dynaſta de Dye, D. Ludouicus de Myolans, Eques Dynaſta de Cheurieres, Seneſchallus Borbonienſis, & Capitaneus cuſtodiæ corporis Regis [d], tũ eò venerãt Archipræſul Lugdunenſis ac Epiſcopus Matiſconenſis [e]. Igitur vixit quidam Franciſcus de Rohan, vir laïcus, equidem alius à R. præſenti Franciſco de Rohan Archiflamine, at vterque inuicem conſanguineus in propinquo gradu, tametſi hactenus ignoto, quem diſertè non effert hæc Tabella genealogica, aut typus MS. nobis ex Armorica miſſus.

b 8. Iul. 1498. c Pa. 416. 418. an. 1523. d pag. 424. 425. 429. e pag. 431. 432.

12. genet.

L { Ludouicus ſextus Dominus Princeps de Guimenay, noſtra penè ætate defunctus: Ex quo viri tres orti. } N

13. genet.

M { Renatus Vicecomes *de Rohan* ex Petro genitore occiſo in pugna Pa-tauina vidente Rege Franciſco 1. Is filius necatus in Lotharingia à Marchione Brandeburgenſi deſponſatat Yſabellam Nauarræ filiam Domini Ioan. d'Albret, & Reginæ Catharinæ Nauar. ſororémque Henrici Regis Nauarræ, aui Henrici quarti nuper Francorum Regis & abaui Ludouici 13. hodie regnantis. Ex Renato autem ſex liberi emerſi. } O

14. gener.

O {
1 Henricus *de Rohan* duas genuit filias in adoleſcentia commigrantes.
2 Ioannes 5. Dynaſta de Frontenay, vnica filia prēditus in iuuentute mortua.
3 Renatus ſecundus Vicecomes *de Rohan*, nupſit Catharinæ de Partenay, Dominæ vrbis *de Soubize*, de qua ditione Froſſardus ante trecentos ferè annos libro 1. cap. 328. Fœmina nunc adhuc degit: ex cuius vtero prodiêre duo maſculi, præter tres filias. } P
4 Claudius, 5. Petrus, 6. Ludouicus non vxorati.
}

15. gener.

N {
1 Dominus de Monte-Albano Princeps de Guimenay.
2 Dom. Dux *de Montbazon*, Aulicus à latere intereuntis Henrici 4. Regis, anno 1610. &c.
3 Comarchus ſeu Marchio de Marigniaco, vulgò *de Marigny*. Cuncti mox in ſenio florentes, an. 1618.
}

16. gener.

P {
1 Henricus II. Vicecomes *de Rohan*: terra hac propter ipſius gratiam in Ducatum erectà à Rege: duxit Catharinam de Bethune filiam Ducis *de Sully*, quæ duas ei filias peperit. Patre vxoris fortè oriundo ex Roberto quondam de Bethune, ditione ac ciuitate apud Atrebateſes locata, cuius meminit Froſſardus ante annos trecentos libro 2. Cap. 161. & 165. Vrbe tunc in permutatione accepta à Ioanne Duce Burgundo cũ Guilelmo affini ſuo Comite Namurcenſi, an. 1385.
2 Benjámin *de Rohan*, Dynaſta locorum de Soubize, &c. legi coniugali nondum addictus. Floret cum Henr. fratre maiore ad hos annos 1619. 24. &c.
3 Inter filias, horum ſorores, vnica Catharina nupſit Ioanni Frederico Comiti Palatino ad Rhenum fluuium, poſtmodum è ſeculo in partu egreſſa. Iam autem pro exitu gentis huius: ex perſpecta maiorum pietate orthodoxa, obnixè precamur, vt Deus Opt. Max. *conuertat trahendo corda patrum ad filios, & corda filiorum ad patres eorum, ne fortè veniat, & percutiat terram anathemate*, veluti fatur Malachias Vates. Faxit, quod tandem ſperamus. Cap. 4. v. 6.
}

Paragraphus 3.

Septem hoc tempore extrinſecus adiecta. Hinc verò ad R. Franciſcum de Rohan Archipræſulem ſeiunctim priuatímque redituri, fiat deinceps paulò fœlicior deſcenſus ad quaſdam extraneas cingentes eiuſdem viri tempus circumſtantias, eáſque ſextuplicis generis vt minimùm: quæ omnes ad indiuiduam & caſtiſſimam ipſius Franciſci ſponſam matrem Eccleſiam Lugdunenſem pertinent, à ſe in perennem vxorem ſolenni ritu duplici [h] ſuſceptam: & quę tamen illius perſonam minimè attingunt. Prima aduentitia hiſtoria contuetur nonnullos Sabaudię Duces eorúmque Officiarios [h] 5. 1. init.

ficiarios, cunctos deuorè affectos erga religioſam Abbatiam Inſulę barbarę propè Lugdu-
num. Sic itaque, eorum ſingularis religio non contenta ſuis dominationum finibus in Gal-
lia Togata ad Alpium & Pedemontanorum radices, ſe quoque extendit ad Celticam vſ-
que Galliam Regum Francię. Enimuerò quemadmodũ bis oſtendimus [i] antiquiores Sabau- i nu. 84. §. 2. & nu. 90 §. 1. generat. 24
dianę eiuſdem familię eximiam ſuam charitatem exercuiſſe in illam Abbatiam, nempe Phi-
lippũ Ducem VII. pari modo optimi ipſius ſucceſſores eodem ducti feruore perſeuerarunt
ſimilem illuſtri opella beneuolentiam corroborare. En iam primò triplex horum ſpeci-
men ſimul inuolutum [k] pro hac vice ſeu temporũ menſura. Imprimis liber Inſulæ, qui *par-* k hoc § 3.
ua Pancharta vulgò appellatur, hæc inſerit. *P. Dux Sabaudienſis, Dilecto Caſtellano Miribelli.*
1. additium triplici via. *Viſis ſupplicatione & literis præſentibus tibi per has expreſſè committimus & mandamus ſub pœna*
centum librarum fortium, quatenus dictas annexas literas iuxta ipſarum tenorem teneas, attendas
& obſerues, tenerique, attendi, & per quorum intererit, obſeruari facias, & in nullo contraueniàs
quomodolibet, niſi imminente periculo. Datum Chamberiaci 20. *menſis Septembris* 1503. Iſtic duo
1503. poſtulanda ad formam Commentarij. Vnum qualis ſit ille P. Dux. In nonnullis MS. ſcri-
bitur *Petrus*. At fieri nequit: & fallax eſt ille typus. Etenim Petrus I. ſeu vnicus huiuſce
nominis in illa domo, viſus eſt duntaxat Comes VI. Sabaudiæ, & nondum Dux: qui patriam
1. via. rexit ab anno 1256. ad annum 1268. frater natu maior Philippi primi, Comitis ſeptimi an-
tea Lugdunenſis Archiepiſcopi [l]. Titulus autem Ducatus non citiùs incœpit quàm ſepti- l ſuprà num. 88. §. 7.
mo poſt hunc hæredi, videlicet Amedeo, talis nomenclaturæ octauo, ab anno 1397. ad ann. m §. 5.
1459. De quó ſuprà Numero CXI. [m] Neque denuò is fuit Philippus ſecundus, Dux ſepti-
mus ab anno 1495. per ſolum triennium; quia minimè quadrant ipſius tempora cum emiſ-
Pro Abbatia Inſulæ barbaræ. ſa inſtrumenti ſcriptura. Sed clariſſimè apparet extitiſſe Philibertum II. Ducem octauum,
præfati Philippi primogenitum, florentem ab anno 1498. ad annum 1504. ex genealogico
ordine Claudij Paradini. Alterum ritè poſtulatum eſt quòd tenor literarum eiuſdem Ducis
ſub pœna pecuniaria Caſtellano Mirabelli comminatoria eò tendit, vt idem Caſtellanus ſuc-
ceſſiuè annis ſingulis in feſto S. Martini proficiſcatur ad Inſulam barbaram, Principis deuo-
tionem & vota maiorum redditurus, cum moderata & leui equitatura, quæ Monaſterium
haudquaquam grauet, qualem in ſpecies pridem deduxerant anteceſſores. De quibus nos ad
ſingulas partes ſuprà in Archiepiſcopis Raynaldo & Guidone ſecundis [n]. Vt vix opus fuerit n n. 88. & 94
tales iterum textus in autographo prolixos hic recensêre.

2. via. Alterum largitionis ſpecimen ex pollicitis eſt eiuſmodi. *Laurentius de Gorrenodo, Baro*
Montaneſij, Condominus de Challes & Corgemons [o], *locum tenens, generalis Gubernator & Ballinus* o vel Corgenonis.
Breyſſiarum pro illuſtriſſima D. noſtra D. *Marguarita Archiduciſſa Auſtriæ & Burgundiæ, Duciſſa*
Doageria Sabaudiæ, Comitiſſa Burgundiæ, Quadrilegij, Baugiaci & de Villariis, patriæque Breyſſiæ,
&c. Dilectis Caſtellanis *Curiarum Burgi, Montiſlupelli & Miribelli, &c. vobis & cuilibet præci-*
pimus ſub pœna centum librarum, quatenus literas ipſas iuxta earum formam Reuerendo Domino
ſupplicanti Abbati Inſulæ barbaræ teneatis & obſeruetis, &c. de recipiendis iiſdem equitibus,
Sabaudiæ Duces. *&c.* [p] Ex quibus texturis vnum id colligendum habemus: videlicet, quòd illa Marguarita p fol 18. 19. Panchartæ.
eſſet filia Maximiliani Imperatoris & Marię Burgundianæ, ſoror Philippi I. Hiſpanię Re-
gis [q], atque vxor pręfati Philiberti Ducis octaui in tertiis nuptiis, in primis nupta Carolo 8. q ante Carolum V. Imp.
Regi Francorum, tum in ſecundis Ioanni filio Regis Aragonum. Adeóque ipſa facilè decre-
uit, quæ legimus ſuo nomine geſta; quia vidua tandem remanſit poſt obeuntem Philibertũ
annis 26. nimirum ab an. 1504. ad annum vſque 1530. Vnde licèt pręfata Charta diario or-
1509. bata ſit, tamen lex cenſetur non ægrè lata inter hæc annorum tempora. Obiter autem ad-
uerte, quòd pręfatus Philibertus eſſet frater natu maior Ludouicæ matris Franciſci I. Fran-
corum Regis.

3. via. Tertium ſpecimen tale eſt. *Karolus Dux Sabaudienſis*, dilectis Caſtellanis Montiſlupelli, &
Miribelli, &c. eum eadẽ miſſione de equitatibus ſub pœna, &c. *Datũ Gebennis* 20. *Octobr.* 1517.
præſentib. Hugone de Balma, &c. Erat iſte Princeps frater natu minor pręfati Philiberti, atque
in Ducatu ſucceſſor, tertius huius nominis, & Dux nonus, ab an. 1505. ad ann. 1555. De quo
alia ſeorſum conſequenti Paragrapho, eò quòd ſunt alterius omnino ſpeciei.

Paragraphus 4.

2. Additamentum. SEcundum genus extraneæ circunſtantiæ docet quoſdam Duces Sabaudos non modò
Celticam Galliam citra ditionis ſuæ fines vehementer dilexiſſe in pręfata Inſula & ſub-
urbiis Lugdunenſium, verùm etiã impertitos eſſe ſui decoris atque præſtantię faſtigia in pe-
netralibus ipſiuſmet vrbis Metropoleos, quin potiùs in vmbilico primæ Gallorum Eccleſię.
Horum teſtis eſt præfatus Carolus Dux nonus, qui ſe Lugduni in Cathedrali expetiuit Ca-
nonicum fieri, haberi, palámque admitti, cum ſedula veterum Statutorum lubèns obſerua-

1511. Princeps ſummus laicus factus Canonicus honoris Lugduni.

ta ab eo ceremonia. Audi typum MS. *Die Dominica vltima menſis Auguſti anno 1511. Domini Canonici dictæ Eccleſiæ induti Cappis cum toto Collegio, Cruce & Candelabris acceſſerunt proceſſionaliter à Choro eiuſdem Eccleſiæ: & ibidem reperto D. Carolo Duce Sabaudiæ, cum in Canonicum Eccleſiæ receperunt, habitúmque ſibi contulerunt, ipſum induendo ſupercilio & Cappa. Tum Domini Hugo de Talaru Archidiaconus & Iacobus de Amoncuria Præcentor eundem Dominum Ducem conduxerunt à porta vſque ad maius Altare, cantantes* TE DEVM LAVDAMVS, *&c. Atque illic oblationem fecit in præſentia plurium Magnatum.* Quo futuræ receptionis fine, idem Princeps ſe primùm iam præſentarat anno M. CCCCLXXXIIX. antequam conſtitutus eſſet Dux ſummus, ſeu genitore adhuc viuente; dederátque teſtes probationis nobilitatis egregios viros *Dominos Ludouicum de Camera Comitem* (aducit Charta primæuæ ſcripturæ) *Iacobum de Monte-Valle Comitem, Ludouicum de Miliriaco, Franciſcum de Rotarus Vicecomitem, Antonium de Monte, Iacobum de Grolea, Antonium de Roſſilion, & Ludouicum Alleman, &c.*

Archidiaconatus Hugonis de Talaru poſt Archiepiſcopatum à ſe poſſeſſum & reſignatū.

En ſolennis actio digna prælo. In qua, Lector, aduerte obiter Hugonem de Talaru ibi collocatum eſſe præſentem, ac inſignitum Eccleſiæ Archidiaconum. Vnde verò hoc, cùm cum antea feceramus Archipræſulem, & de ſuo Canonicatu ſeu Archidiaconatu ita lapſum, vt fructus Præbendæ diuiſionem inter ſodales paſſi ſint, quibus ipſe poſtmodum orbatus fuerit pendente decennio & aliquot menſibus, quo medio tempore ſacras geſtauit infulas? Sanè Acta publica adeò patent Numero CXV.r de accepta ab ipſo viro poſſeſſione Primatus ac Titulo, vt vix prudenter in dubium à quoquam debeant reuocari, cùm legantur erepta ex veteri libro Baſilicæ. Dicendum ergo, quòd poſt annos ſui Pontificatus Lugdunẽſis, is corde humilis probabiliùs redijt ad priſtinam Eccleſiæ dignitatem, quam perſpecta ipſius virtute Capitulum ei condonauit, vt hoc ſaltem foret illi Sedes honoris, ſiue ex reſeruata ſellula, ſiue interim ex vacante rurſus loco infra peractum decennium. r §. 1. poſt nu. 110. 111. §. 1.

Paragraphus 5.

3. additam.

TErtia rerum aliarum exhibitio ſub hoc tempus eſt teſtamentaria fundatio nobilis vnius ex primoribus de Clero Lugdunenſi. Etſi verò illius calculus ſit paulò maturior præmiſſis quibuſdam ex quadripartitis ſuprà: tamen quia ibi Duces Sabaudiæ circunſpiciunt, idcirco eaſdem ſimul expedire oportuit, vt inuicem quaſi necterentur. Iſtud verò locuples Anniuerſarium iacet in Chartis MS. quarum titulus eſt, *Magnus liber Obituum Eccleſiæ ſancti Ioannis Baptiſtæ Lugdunenſis*, vbi ſic materia ad epilogum reducitur, & ſuccus exprimitur. *Anno 1507.* * *die 12. Septembris obiit D. Claudius de Fougerus Decanus Eccleſiæ Lugdunenſis, qui primùm fuit Magiſter Chori, deinde Præcentor. Dotauit honorificè Cappellam B. Raphaëlis Archangeli. In ea ſex Præbendarios conſtituit, vt ipſi quotidie tres Miſſas celebrent, ſuúmque Anniuerſarium die ſui obitus librent de octo libris Turonenſibus & 10. ſolidis pro pulſatione campanarum in vigiliis mortuorum, & Miſſa maiori de mortuis in magno Choro. Item fundauit vnam librationem panis Dominis incorporatis, qui præſentes fuerint in Matutinis & Veſperis à die Cinerum ad Sabbatum ſeptimanæ ſanctæ, exceptis Dominicis: ſcilicet vnicuique de vna micha ponderis duarum librarum, &c.* Eiuſmodi verò epitomes à nobis aliunde latiùs deprompta eſt, nimirum ex ipſa teſtamentaria origine, hoc planè exordiorum ſeu diſpoſitionum ordine qui adſequitur. *Nos Officialis Lugdunenſis notum facimus coram Bartholomæo Belieure Clerico publico Curiæ Lugdunenſis Apoſtolica authoritate Notario & Officialitatis noſtræ, ac teſtibus ſubſcriptis, perſonaliter conſtitutus venerabilis & egregius vir D. Claudius de Fougeriis Canonicus, olim Decanus Eccleſiæ Lugdunenſis. Sciens, prudens, ſpontaneus, omnibus vi, dolo, metu & quouis alio fraudis ingenio hac in parte ceſſantibus, reuoluens quòd nihil magis refulget in capite orthodoxi, quàm recta fides ſyncerâque deuotio ad Deum. Conſiderans quòd in culpa natus eſt plenus miſeria & pœna omnis homo viuens, nulluſq́; eſt tanta fœlicitatis, vt aliqua ex parte ſui ſtatus non rixetur, nullus illæſus peccato, quin renouatione indigeat. Et ſequitur poſt omnia mors importuna plerunque improuiſa: quam nulli verentur Principes, Optimates, &c. In mentem dicti Claudij Canonici quotidie occurrit, vt antequam ſua vita attingat finem, antequam Altiſſimus det ſibi optatum diuerſorium inhabitandi perpetuò, antequam eripiatur de laqueo venantium, antequam bonorum ſpirituum turba ſuum exitum comitetur: attendens quòd nihil magis eſt ſalutiferum viuenti, quàm quòd quiſque ad vitam ſtudeat auctore Deo peruenire ſempiternam: Conſiderans ſui ſtatus ordinem, quódque de bonis ſibi à Deo collatis non poteſt vtiliùs diſponere, nec conſanguineos ſuos ſpecialiter facere participes, niſi in pia ſua fundatione, qui pro animæ remedio, ſuorúmque nobilium progenitorum, conſanguineor. ac ſeruitor. & familiariũ, tã defunctor. quàm viuorũ ſuffragiis, eoſdẽ ſecũ aggregari deſiderat.*

* vel 1506. factus tum Decanus, ex Repertor. fol. 87.

Fūdatio vnius Cappellæ.

Stilus piorũ Teſtamẽtor.

Propter

Dotatio memoria.

Sacellum de Angelo Cuſtode.

Propter quod cordi habens quantum ſit laudabile, & quàm meritorium Domini Dei inde Cappellam ædificari facere, quæ vetuſtate non mollitur nec tabeſcit, vt nec ærugo nec tinea ipſam conſumit: in qua Cappella pro viuis & defunctis in ara Dei ſacrificia celebrentur, & diuinum penſum quotidie perſoluatur, &c. cùm omnia etiam conterat tempus, ac propter vſum infirmitatis humanæ literarum vſus ſuit mortalibus doctis. Ne ergo præfati D. Claudy de Feugeriis Canonici olim Decani fundatio obliuioni tradatur, & perdatur: eandem in inſtrumentum publicum per ſuprà nominatum Notar. inſinuari, & in ſcriptis redigi voluit, ne inimica ſua nouerca memoriæ, &c. Igitur zelo deuotionis ſuccenſus, quia ſic ſibi placet, dictam ſuam fundationem facit in hunc qui ſequitur modum. Imprimis, in laudem Dei, necnon in venerationem S. Raphaëlis Archangeli, vt ſuæ animæ & corporis eſſe dignetur fidelis Cuſtos, quo dictum D. fundatorem rore ſuæ benedictionis prôtegat, facta & geſta in melioris frugem vitæ contra hoſtem humanæ ſalutis diſponat, atque ex omni latere velit ipſe Raphaël eſſe ipſius patronus, author & protector, tanquam ille cui mandauit Deus, vt cuſtodiat dictum D. fundatorem in omnibus viis ſuis. Qui Seraphicum ipſum deprecatur ob ſuæ creationis excellentiam, vt ſicut fuit Tobiæ in ſalutis ſuæ miniſterium iuſſu Dei deputatus, eumque proſperè retroduxit ad ſui patris domum; fundator pariter obſecrat, quòd vſque ad portum ſalutis reducere ipſum dignetur, vt tam ipſemet quàm genitores, familiares & benefactores Deum videre poßint in terra viuentium, vbi theſaurus omnis inhabitat, illóque frui concedat æternus Deus, qui eſt benedictus in ſecula. Volens & cupiens ipſe idem D. Claud. de Feugeriis quandam Capellam ſeu Oratorium per eum in Eccleſia Lugdunenſi & prope Beyterium ipſius Eccleſiæ, ad omnipotentis Dei & eius intemeratæ glorioſiſſimæ Virginis Mariæ matris Domini noſtri Ieſu Chriſti laudem & honorem, ac ſub vocabulo præfati beatiſſimi Raphaëlis Archangeli fundatam, ædificatam, & ſufficientibus Calicibus Miſſalibus, aliiſve inferiùs deſignatis Ornamentis ad Miſſarum celebrationem neceſſariis honorificè munitam, decentibus prouentibus, redditibus & bonis temporalibus, quibus illius Præbendarij pro tempore exiſtentes nutriri valeant, dotare, Miſſáſque dicendas & alia ſuffragia oneráque, per dictos illius Præbendarios dicenda & ſupportanda ordinare, ac patronos Collatores & Præbendarios ipſius facere, conſtituere, committere & deputare, auxilio omnipotentis Dei, ſine quo nihil boni effici poteſt, niſi eo priùs inuocato, dictum ſuum Oratorium ſeu Cappellam dotauit & dotat ſub qualificationibus inferiùs annotatis, bonis mobilibus & immobilibus ac penſionibus & rebus aliis ſequentibus, &c.*

* etiá noſtro ſeculo 17. Lugduni pia Congregatio pienoſú viris de Angelo Cuſtode, a Summ. Pont. Paulo V. approbata, & inde Matiſc. an. 1615. 1617.

Ornamenta Altaris.

Commoda textuū fundationis hic traditorum.

Sufficerit ad præſens: vt opus non videatur ſingulas res ipſas in ſpecies deducere, aut teſtes ipſos adnominare, quæ in cætero fundationis ſtilo ſupereſſent dicenda. Proderit verò iſta textuum recordatio hoc præſertim ſeculo, quo religioſè ad Angelos Cuſtodes palam ſolet per Catholicos haberi recurſus*, & etiam maximè ad multos orbis Chriſtiani Eccleſiaſticos erudiendos & commonefaciendos de Teſtamentis aut dotationibus circa pietatem condendis pro virili animorum conuerſione & Eccleſiarum reſtauratione ac ſimilibus; ad exemplar famoſæ & opulentæ huius fundationis.

* in cit. Congregationib. de Angelo Cuſtode.

IV. additio.

Quartus commentarius eſt Bulla Adriani Papæ ſexti [a], pro beneficiariis Reſignationum formulis Perpetuorum Metropoleos huius Baſilicæ Sacerdotum aſſiduè, deferentium pondus & æſtum diei noctiſque in Choro pro rebus diuinis honorificentiùs exhibendis. *Pro parte dilectorum filiorum moderni Decani & Capituli Eccleſiæ Lugdunenſis nobis facta petitio continebat* (inſit præcipuus autographus) *quod licèt in dicta Eccleſia altarum Cathedralium Galliæ Primatialis, ac in cantu, ceremoniis diuinorúmque celebratione admodum notabili & inſigni, vltra dignitates ac qui triginta duo exiſtunt Canonicatus & Præbendarij, necnon alia beneficia in ea ſunt inſtituta viginti perpetua beneficia, de numero duodecim nuncupata* [b]*, quæ ad omnimodam Decani & Capituli diſpoſitionem pertinere noſcuntur ab eorum primæua inſtitutione. Ita vt dum pro tempore vacant, Clericis duntaxat eidem Eccleſiæ deſeruientibus & habituatis, in ceremoniis & pſalmodiis magis idoneis conferre & aſſignare conſueuerunt, &c. Nihilominus à certo tempore citra, dicta beneficia de numero duodecim extraneis perſonis in cantu & aliis loci miniſteriis minùs expertis per reſignationem ſimpliciter aut ex cauſa permutationis in manibus Apoſtolicæ Sedis remittebant. Vnde Eccleſia in diuino cultu non modicum patitur detrimentum. Verùm ſi ſtatueretur, quòd de cætera beneficia de numero duodecim niſi de moderni Decani & Capituli licentia in Romana Curia concedi non poſſint, ac facta reſignationes aut ceſſiones in odium reſignantium tenerent, ex hoc diuini cultus in dicta Eccleſia conſeruationi ſalubriter conſuleretur. Quare nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt pro ipſius Eccleſiæ decore & venuſtate opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur qui Eccleſiarum quarumlibet præſertim Metropolitanarum inſignium decorem & venuſtatem ac in illis diuini cultus augmentum & miniſtrorum eccleſiaſticorum commoditatē ſinceris deſideriis exoptamus, modernum Dec. & Capitulū ac ſingulares perſonas Capituli huiuſmodi, à quib. vis excōmunicationis, &c. huiuſmodi ſupplicationib. inclinati authoritate Apoſt. tenore præſentiū*

Bulla pro Capitulo cōtra perpetuos Capellanos.

Capituli ſupplicatio.

[a] poſt Leonē.

[b] nu. 98. 4. & nu. 103. 3. expoſita.

Papæ Decretum. *ſtatuimus & ordinamus, quòd de cætero perpetuis futuris temporibus beneficia de numero duodecim nuncupata ac illa obtinentibus aſsignari ſeu concedi ſolita, niſi de moderni & pro tempore exiſtentis Decani & Capituli prædictorum conſenſu & licentia expreſsis ſimpliciter ſeu ex cauſa permutationis reſignari & dimitti; ac per Romanum Pontificem pro tempore exiſtentem, & Sedem prædictam ſeu eius Legatos conferri & concedi non poſsint, ac de illis aliàs prò tempore factæ reſignationes & conceſsiones in odium reſignantium & dimittentium collationes & prouiſiones ac conceſsiones nullius roboris vel momenti exiſtant. Ipſique Decanus & Capitulum quibuſuis prouiſionibus & conceſsionibus aliter quàm vt permittitur factis, ac literis etiam Apoſtolicis expreſſe derogantibus ac quaſcunque ſententias, cenſuras & pœnas in ſe continentibus, parere minimè teneantur. Nec propterea cenſuris & pœnis huiuſmodi innodari poſsint. Sed ſublatis obſtaculis vniuerſis de dictis beneficiis de numero duodecim nuncupatis pro tempore vacantibus, Clericis dictæ Eccleſiæ in diuinis deſeruientibus habituatis nuncupatis in cantu, pſalmodia, ceremoniis & aliis miniſteriis prædictis magis expertis, qui horis diurnis & nocturnis in eadem Eccleſia intereſſe teneantur, vt præfertur, liberè prouidere, ac denarios & portiones reddituum ad eorum arbitrium iuxta dictam conſuetudinem diſtribuere valeant, quódque eiſdem præſentibus nullatenus aut non niſi de illorum toto tenore de verbo ad verbum facta mentione derogari poſsit, & ſi derogetur, derogatio huiuſmodi nemini ſuffragetur, non obſtantibus præmiſſis ac conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, necnon dictæ Eccleſiæ iuramento, confirmatione Apoſtolica vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis & conſuetudinibus, cæteriſque contrariis quibuſcunque, &c. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno milleſimo quingenteſimo vigeſimo ſecundo* [c], *quarto Idus Ianuarij, &c.* Poſtmodúmque Pontifex mandat Abbati Sauigniaei & Ca- [c ſedit hoc ſolo anno Clemens 7. cū ſequutus.]
1522. merario Eccleſiæ Collegiatæ ſancti Pauli ac Officiali Lugdunenſi, quatenus Ordinationes compeſcendo faciant obſeruari, inuocato ſi opus ſit auxilio brachij ſecularis. Signatum retrò *Compain Chandelier*.

Reſignationes ſiendæ habituatis, & prohibitæ extraneis.

V. additio. Quinta commemorationum ſpecies huc diſertè pertinens, erit duplex. Prior ſic, ex Repertorio [d]. *Iacobus Damoncourt Præcentor Eccleſiæ obiit 20. Aprilis, anno 1526. ſepultus in tumulo auunculorum de Chamreyo & Monte-Martino in Cathedrali, Sacello S. Stephani, cum varia fundatione.* Altera hoc pacto. *Obiit Dom. Petrus de Sinemuro, Cuſtos Eccleſiæ Lugdunenſ. qui fundauit ibi quolibet anno in perpetuum die obitus ſui vnum Anniuerſarium commune, de quinque libris Turonenſibus per medietatem diuidendis in Matutinis, & in Miſſa, &c.* Vbi aduerte, Lector, nullum quidem hac in vlteriore charta patere diarium pro Petri exequiis. At certè veriſimilius eſt eum virum claruiſſe hoc etiam æuó ſub Franciſco Rohanio Archipræſule, degente rurſus Claudio de Fougiere iam antea per nos emiſſo [e]. Concluſionis argumentum eſt, quòd pari dierum interuallo floruit quoque Rolinus de Sinemuro Canonicus Sacriſta primæ eiuſdem Eccleſiæ, & Vicarius generalis ipſiuſmet R. Franciſci de Rohan. Adeò vt iſti duo fratres carnales aut ſaltem conſanguinei, & ſpiritu in eadem ſimul Eccleſia copulati probabiliùs vixerint eadem tempeſtate. De quo etiam Rolino atque Franciſco verba fecimus Numero XLV. §. 10. in recenſendis per publica ipſius Vicarij Acta venerabilibus Reliquiis S. Annemundi quondam Archiepiſcopi Lugdunenſis. Interea, per appendicem, tunc obiit D. Guillelmus de Vere Præpoſitus Lugduni in Eccleſia Forueri j 14. Maij anno 1514. qui domum Præpoſituræ à fundamentis honorificè extruxit, dúoſque Prębendarios in Eccleſia Lugdunenſi & Cappella Annunciationis B. Mariæ Virginis fundauit, pro Miſſa quolibet die celebranda: collatione data Præpoſito ſuis temporibus. Sic ex Repertorio fol. 82. Quæ domus deinceps à Caluinitis funditus euerſa eſt, cum vicina de Talaru.

[d fol. 81.]

Duo eccleſiaſtica dona.

[e additam. 5.]

Paragraphus 6.

VI. extraneū. SExtum additamentum exigit renouationem firmiùs conſtabiliendi ſtatutum de ſolis ingenuis & illuſtribus viris ad vacantes Canonicatus Lugdunenſis Eccleſiæ aſſumendis, poſt primam de illo negotio Bullam, quam dudum eidem Baſilicæ lubens conceſſerat Martinus Papa quintus, quo pacto fusè dedimus in ſcriptis ſub Amadeo ſecundo Archiflamine [f]. Etenim certè, ad id propoſitum, Clemens ſeptimus, Pontifex legitimus Romæ, [f nu. 108. §. 4]
1352. anno milleſimo quingenteſimo trigeſimo ſecundo, confirmauit Diploma præfati Martini, quod ipſe Clemens interpellat: renouatque exactam nobilium habendam probationem ad quatuor gradus, vnà cum dignitaribus & ordine Cleri. *Nos igitur qui Eccleſiarum omnium decus & venuſtatem ac bonorum conſeruationem ſynceris deſideramus affectibus* (inquit ad medium Clemens) *huiuſmodi inclinationibus inclinati, fundationem & obſeruationem cum omnibus & ſingulis in eis contentis clauſulis & decretis ſingulas literas productas ac inde ſecuta quæcunque ex certa ſcientia noſtra, atque de ſimilis poteſtatis plenitudine, authoritate Apoſtolica tenore præſentium approbamus* [t], *confirmamus & innouamus, necnon illis perpetuæ & im-* [t ad 4. gradus vt illic loco cit.]

Bulla pro Canonicorū nobilitate.

mobi

mobilis firmitatis robur adiicimus, &c. [u] In ſigillo autem Papalis ipſius Bullæ, ex perſpectis Eccleſiæ Archiuis, attexuntur quoque approbatrices literæ Franciſci primi Regis Chriſtianiſſimi, in eam geniture rationem, collatę vigeſimonono menſis Auguſti, anno 1535. [x] Qua etiam de re promulgatum eſt Arreſtum in Lutetiano Parlamento, ídque Regiſtris Curiæ inſertum IV. Octobris, anno eodem.

[u] 4. Nonis Auguſti Pontific. an. 9. [x] à Æſcleron an. 21. Regni.

Paragraphus 7.

VII. extraneum.

SEptimum poſtremúmque fulcimenti genus extrinſecum, eſt penes Canonicatuum Eccleſiæ Lugdunenſis qualitates, & circa redituum cuiuſque Canonici quantitates; reliquáſve adiacentes materias, propter controuerſias ex lite motas inter Claudium de Monteaureo Canonicum ex vna parte, necnon Cathedrale Capitulum ex altera: re mutuata ex Baſilicæ penetralibus. Poſt ſupremi Senatus Pariſienſis Placita anno præfato 1535. inde lata [y], qualia citat Renatus Choppinus [z] ex Regeſtis Curiæ (ait) hauſta *: perpenſis aliis inſurgentibus difficultatum nodis, non obſtantibus Arreſtis, quibus planè renunciarunt collitigantes: ſanè tandem communi votorum ſuffragio ventum eſt ad viri boni arbitrium ac iudicium. Hinc ſequente annua reuolutione 36. Frater Ioannes de Rebé Legum Doctor Abbas de Cruaz Diœceſis Viuarienſis (vide tunc pleroſque Abbates adhuc Religioſos) & Guydo de Fugieres pariter Doctor, Abbas Biſcodonenſis, Diœceſis Ebredunenſis, ambo valde nobiles Lugdunenſis prouinciæ, ſelecti ſunt compoſitores & arbitri totius negotij. Varia autem arbitrariæ huiuſmodi ſententiæ capita præcipua, hæc fuêre, hodie vſu retenta, & ex vulgari idiomate in latinam coloniam verſa. I. Noui recepti Canonici vulgò dicti Bacchalaurei tenentur per ſex menſes reſidere, antequam diuiſiones terrarum & ceſſiones Dignitatum in Subdiaconatu percipere queant, pro prima reſidentia [a], omni dempta obtinendæ diſpenſationis ſpe à Capitulo præterquam fauore ſtudiorum [b] ac Iuris, II. Iidem Canonici nihil percipientes in donis præfatis minimè adſtringuntur ad ſecundã reſidentiam; bene quidem ad onera ſuorum titulorum per ſubſtitutos ſecundum ſtatuta idonea: vnde ſi abſint, in diuiſionibus percipient, dummodò hypodiaconi comprobentur. III. Si hi Bacchalaurei in eiuſmodi perceptionibus libras duodecim capitulares nacti ſint, deinceps Hoſtellarij neceſſarij vocabũtur: quæ libræ ſic viſuntur in poſterũ diſtributæ, vt minor aſcendendo ad valorem decem librarum Turonenſium perueniat, & maior deſcendat ad triginta libras. Atque vt reductio eiuſmodi debitè perpetuò obſeruetur, Capitulum tenebitur trigeſimo quoque anno aut intra tot elapſos talem librarum nutantem calculum reuiſere ac reponere. IV. Dignitates octo adſtringuntur ſex in anno menſes etiam intercalatos reſidere pro decore diuinorum Eccleſiæ Officiorum, arduiſque Capituli tractandis negotiis, cùm duplicibus cohoneſtentur portionibus: parique interſtitio obligantur Hoſtellarij, ſi libras 24. ſuſceperint; ſin minùs, quatuor duntaxat menſes retinent omnes in Clauſtro & circa limites antiquos: vbi profectò duę ſaltem Dignitates & quatuor Canonici quaque ſimul vice reſidebunt; alioqui quartam partem fructuum amittunt deductis oneribus, quæ nullatenus remittenda præſentibus Canonicis acquiruntur. V. Præfati Canonici duplicis gradus intererunt cuncti generali Capitulo S. Ioannis Baptiſtæ ſub pœna arbitraria: diéſque trium generalium ac feſtorum ſolemniũ, quibus ipſi adfuerint diuinis Officiis aut Capitulo in percipienda manuali reſidentia, eis duplicabuntur. VI. In terris doniſque vacantibus diuidendis, quæuis Dignitatum tanti percipit, quanti duo Hoſtellarij, & Hoſtellarius quanti duo Bacchalarij: ſicque quatuor Dignitates quanti octo Bacchalaurij. VII. Dominus Archipræſul in occurrente qualibet diuiſione donorum vel pagi capit omnino tanti, quanta eſt Bacchalarij portio. D. Decanus tam in quaque diſtribuenda terra quàm in pago incorporatorum aſſumet viginti aſſes fortes: cõſimiliter quatuor Cuſtodes, Theologus (hac ſerie in autographo) ſeptem graduati Milites, Vicemagiſter Chori & Scholaſticus percipiunt quoque ſicut & Bacchalaureus occupat in terris. Sed quia antiquitus aliquid pluris conſequebantur, ideò ne in poſterum grauentur, omnes ſimul aliam perſimilem deinceps recipient Bacchalaurei portionem, &c. En ſumma. Atque ſententia eiuſmodi poſtmodum legitur per Pontificem Maximum & magnum Regis Franciæ Concilium debitè confirmata. Quæ planior textuum & articulorum conformitas poſtmodum à nobis viſa eſt priùs latinè in Capitulo facta ſub annum anteriorem [c]. Et alius ſtilus multò antiquior item latinè compertus, à quo etiam poſtea ſuas dicendi formulas ſumpſêre arbitri, ſic prorſus habet. *Quatuor Custodes percipiunt quilibet quotidianam diſtributionem integraliter ſicut Canonici, & in diuiſionib. terrarum percipit quiſque horum medietatem portionis, quam percipit Canonicus continuans* (id eſt Hoſtellarius.) *Et ad hoc intelligendum, ritè ſciendum, quòd quã-*

Arbitrariæ ſententiæ pro regimine totius Eccleſiæ Lugd.

Libræ capitulares quãdo.

Dignitates.

Canonici Hoſtellarij.

Bacchalarij.

[y] 28. Iulij. [z] 6. Kal. Iun. ſeu 4. Non. Quintiles. * In ſacra Politia li. 1. tit. 3. Nu. 18.

[a] A feſto Natalis Chriſti. [b] Per ſeptennium. Habebuntur pro præſentib. facta priùs fide per literas Vniuerſitatis.

[c] 1535. die 14. Ianuarij.

do fit diuiſio terrarum , & quando quilibet perſonatum obtinens percipit ſeptem libras , continuantes percipiunt quilibet quatuor libras , & ſimplices Canonici (Bacchalaurei) *quinquaginta ſolidos : prædicti vero Cuſtodes percipiunt quiſquis quadraginta ſolidos. Iténique ſeptem Milites Iuriſperiti (præter Theologum) percipiunt quotid. diſtributiones ſicut Canonici, & in diuiſionibus terrarum ſicut prædicti Cuſtodes quatuor , &c.* Pro cunctis autem allatis prudenter ad normam reuocandis, maximè iuuat librarum capitularium æqualitas ſuperiùs ad pręceptum emiſſa , aut propiùs quantum fieri licuit in portiunculis exæquandis iuſſa & præſcripta , eò quòd diſperſorum valor agrorum ac æſtimatio ex vario regionis ſitu comperiebatur nonnihil iniuſta,tametſi æqualiter ſectus foret librarum numerus inter capaces ex diuiſis Canonicorum obeuntium terris. Vnde oportuit plures cùm ſteriles tum pingues fundos ad vnam bilancem & ſtaterem conferre vel comparare. Igitur ſtatuere conati ſunt arbitri per modum prouiſionis clericales libras ſic trigeſimis quibuſque annis reintegrandas pro temporum opportunitate,vt tota ſuccedentium poſteritas eo frueretur bono, quandiu id legitimè ac vtiliùs paulò fieri poſſet En potiora ſancitorum argumenta : quæ , cæteris minutis omiſſis,multam iuſtitiæ& æquitatis analogiam inter ſe tuentur ad ſingulorum in Clero ſolamen , dum cunctis ſatisfactum eſſe putarunt recti æſtimatores, & animum cuiuſquam expleſſe; ſibi proponentes veterem generaliorem Innocentij 3.Papæ [d] Decretalem , velut imitandam [e] quantum eis propiùs licuiſſet , totam Canonicis Senonenſibus & Trecenſibus demandatam , conſtitutis in eadem Celtica ſeu Lugdunenſi ferè Gallia,tribus antea ſeculis. Alibi porro in priſcis Baſilicæ Conſtitutionibus latino ſermone inſtructis habetur, *quòd obtinens dignitatem in ea Eccleſia , tenere hoſpitium debeat*, hoc eſt, *ſex tam Presbyteros quàm Clericos à diuinis ſeruientes* , in menſa ſua educare, eóſque quotannis in Capitulo recèns nominare. Qualis honorifica victitandi conſuetudo hiſce diebus ad vnguem retinetur, ſiue domi , ſiue plerunque verſo menſæ quotidianæ vſu in annuas æquales pecunias ſtipendij nomine diſtribuendas. Prætereáque Decanus ſingulari paſſim munificentia præditus fouet & alit de laudabili more prædeceſſorum iuniores Canonicos ſeu Bacchalaureos, nondum familiam enutrientes , neque libras poſſidentes:quibus ad hoſpitium teneantur. Cæterùm , ad principium redeundo : ſi quis optet Canonicorum nomina in aſſueto publico loco capitulantium ex parte altera, quando Arbitri duo Abbates ſeptiformem , antea per nos in ſpecies deductam, tulêre ſententiam : hi extitêre in generali Capitulo * : nobiliſſimi Claudius d'Amanſé Decanus, Antoniusde Talaru Archidiaconus, Bertrandus de Turre Cantor, Carolus d'Eſtang Camerarius, Rolinus de Semur Sacriſta, Petrus Bonos Cuſtos, Ioannes de Talaru, Antonius *d'Ars*, Claudius de Mont-dor , Ludouicus de la Barge, Petrus de Nagu, Ioannes d'Eſtang,Georgius de Changy , Gabriel de Saconay, Canonici. Poſtmodúmque Compoſitionis Inſtrumentum facilè approbarunt abſentes Canonici , cùm primùm eò appulerunt,

Custodes. — Theologus. — Hoſpitia. — Papa. — Decanus. — Canonici Capitulantes.

Paragraphus 8.

Obitus Franciſci Primatis. — De Talaru. — De la Barge. — De Nagu.

ABſolutis quatuor hiſtoricis rebus externis ad interiora redeamus,ſcilicet ad Franciſcum Rohannium Archipræſulem ; vt eius tandem interitum contemplemur. Sic enim per eandem digreſſuum viam nobis ſapienter regrediendum eſt , per quam ſumus hunc campum ingreſſi : prologum & epilogum eodem claudentes oſtiolo. Quippe etiam reuerà Franciſcus ipſe talia quæ narramus de allatis Sabaudiæ Ducibus & motis litibus , aut vidit præſens , aut abſens facilè audiuit geſta fuiſſe ſuo tempore , vel etiam grata habuit comprobauítque. Præclarus autem obitus ipſius Primatis renunciatus eſt Clero Lugdunenſi die III. Idus Octobris anno pręfato 1536. Atque hîc finem ſibi impoſuit ſolitaria editio Campegij [i] Verùm eodem paſſu nos pauca interim proponamus de nonnullis ex Canonicis ſuprà Capitulantibus pro allata ſententia arbitraria roboranda. Tria ſunt. Primò , Antonius de Talaru erat nepos Hugonis de Talaru anteà Archiflaminis,& deindè aſſumpti denuo in Archidiaconatum : cui perſonatui fœliciter ſucceſſit idem Antonius ab anno 1517. Secundò,Ludouicus de la Barge Canonicus fuit patruus [k] Stephani de la Barge eiuſdem Eccleſiæ Archidiaconi,Iuris vtriuſque Doctoris, Abbatis Commendatarij , ac Vicarij generalis Præſulum Petri Pinacij [l] & Alberti [m]. Quem Stephanum nos diu nouimus , ac morientem ferè inſpeximus [n]. Tertiò , Petrum de Nagu ſuprà rurſus Capitulantem ſub Franciſco ego ipſe adoleſcens noui ſæpè , & vidi Cantorem Eccleſiæ ſenio prouectum. De cuius funeralibus obſequiis poſtmodum in Pinacio.

[d] Sedit ab an. 1198. ad 1216.
[e] De conſtit. li. 1. c. 6. cùm omnes tit. 2.
[*] Die 7. Iulij, an. 1536.
[i] Ideo impreſſa anno 1537.
[k] *Oncle paternel.*
[l] Nu. 118
[m] Nu. 119.
[n] Ad an. 1604.

CXVIII.

Ioannis V. promotio.

IOANNES familia Lotharingus [a] numeratur quintus huiuſce nominis in toto Lugdunenſi ordine. Nam quartus erat Ioannes de Talaru Archiepiſcopus CXI. Is Lotharingus fuit illuſtriſſimus Cardinalis Diaconus tituli S. Onuphrij, antea cum ipſo Cardinalatu factus Epiſcopus 78. Metenſis, 65. Valentinenſis, & Abbas Cluniacenſis [b]: princépſq; magnificus. Idem autem vir excellens primus deprehenditur inter Archiflamines Lugduni percelebres, qui ad id culmen vocatus ac deputatus ſit nominatione Franciſci primi Regis Galliarum, vi Concordatorum quæ Rex ipſe annis paulò antè elapſis [c] habuerat cum Leone Papa X. Bononiæ. Proptereáque noſter *Ioannes* Lugduni ad Primatiam euectus eſt reali per procuratorem poſſeſſione III. Nonas Augusti anno
1537. M.D.XXXVII. poſt præfati Franciſci Rohanni deceſſum. Quam Primatiam vnà ferè cum Narbonenſi Archipræſulatu poſſidebat ex Papali in commendam diſpenſatione eo æuo inſignioribus trita ante ſacrum Concilium Tridentinum. Maſculinam ſeu paternam eius genealogiã breui detectum imus in ſeiuncta Tabella, quæ ex Frederico [d] Comite de Vaudemont emerſit, ſi primùm pauca de materna Yolanda ipſi Comiti in vxorem tradita diſcurramus. Ea patrem nacta eſt Renatum tertium Ducem Andegauenſem, Siciliæque Regem; necnon inſuper Ducem XXII. Lotharingum ab annò 1450. ad an. 1480. ex Claudio Paradino. Cuius Renati genitor agnoſcitur Ludouicus Dux ſecundus Andegauorum: & auus, alter Ludouicus, Dux I. Andegauiæ, filiúſq; natu ſecundus Ioannis Francorum Regis, poſt Regem Philippum V. Valeſium parentem. Adeóque iam Yolanda verè eſt de regio ſemine. Quæ ſanè fratrem habuit Ioannem Renati pariter filium natu maiorem [e], Lotharingiæ Ducem XXIII. prætérquàm Calabriæ. Et idem Ioannes ſuſcepit filium Nicolaüm, Ducem XXIV. Qui Nicolaüs decedens abſque liberis, Yolanda auuncula ius hæreditatis arripuit pacificè. Hinc verò reliquam geneſim ex pollicitis commemoremus.

Genus maternũ ipſius.

[a] Vulgò *de Lorraine.*

[b] Ac Abbatię *de Marmoutier* in Turonib.

[c] Finitorum in Concil. gener. Lateran. an. 1516. Regiſtratorum in Frãcia an. 1518.

[d] Vulgò *Ferry.*

[e] Et ea ſeniores ac vltimus infans.

Genus paternum.

A { Fredericus Comes de Vaud. & Yolanda coniux. Ipſis natus vnus. } { Renatus Dux XXV. Lotharingiæ & Calabriæ ex matre, * ſecundus huius nominis; ac inſuper Rex Hieroſolymitanus, Siciliæ & Aragonum. Ei ſex filij maſculi, præter totidem alios in tenera ætate mortuos. Regnat ab anno 1473. ad ann. 1508. } **B**

* Ciaconius pa. 1082.

B {
1. Antonius, Dux XXVI. Lotharingiæ, frater Henrici Metenſis Epiſcopi, floruit ab an 1509. ad an. 1544. Ex Renata Borbonia tres huius infantes. } **C**
2. IOANNES, Cardinalis à Leone Papa X. effectus Romæ an. 1521. de quo nunc, Lugduni ſedens biennio ſolùm: deinde Archiepiſcopus Rhemenſis. De quo nos Tomo 3. in Epiſcopis Nannetenſibus Num. 89.
3. Claudius Dux I. Guiſiæ, Par Franciæ: vxorem duxit Antoniam Borboniam, filiam Ducis Vindocinenſis. Ex quibus ſeptem nati emerſi. } **D**
4. Ludouicus, Comes de Vaudemont. Obiit Neapoli anno 1527.
5. Franciſcus Comes *de Lambeſque & d'Orgon.* Obiit in conflictu Paduę an. 1524.
6. Alius, præter cæteros plures hîc omiſſos. }

C {
Franciſcus I. nominis, Dux XXVII. Lotharingiæ, anno ſolo 1545. Ei filius ex Chriſtiana vxore, filia Regis de Dannemarch. } **E**
Anna vxor Renati Cabilonenſis, Principis Arauſienſis, *Aurenge.*
Nicolaüs Epiſcopus Verdunenſis, deinde Metenſis, tandem Comes de Vaudemont. Reliqui in adoleſcentia obière. }

1. Franciſcus

D

1. Franciſcus, II. Dux Guiſius: tuitus eſt Metum & bello accepit Caletum aduerſus Carolum V. Imperatorem; atque defendit Eccleſiam Romanam contra Lutheranos. Cúmque caſtra metaſſet in hæreticos Aureliam detinentes, proditoriè inflicto plombeæ glandulæ vulnere periit ann. 1563. Ex ſponſa filia Ducis Ferrariæ ab eo ſuſcepti ſunt liberi quatuor. — F

2. Carolus Cardinalis Lotharingus valde eruditus, primus Par Franciæ, Archiepiſcopus Rhemenſis poſt patruum Ioannem præmiſſum.

3. Claudius, Dux I. d'Aumale.

4. Ludouicus Cardinalis Guiſius Epiſcopus Albigenſis.

5. Franciſcus Eques Rhodius ſeu Melitenſis, magnus Prior.

6. Franciæ illius Ordinis.

7. Maria, facta Regina Scotiæ, deinde Franciæ, vxoris Franciſci 2. Martyr in Anglia.

E

Carolus, Dux XXVIII. Lotharingiæ ab anno 1546. Ab eo & Claudia filia Henrici II. Regis Franciæ ſuſcepti ſunt duo potiſſimùm viri. — G

F

1. Henricus III. Dux Guiſiæ, Protector Eccleſiæ aduerſus Caluinitas, occiſus Bleſiis extremo anno 1588. Eius tres liberi ſuperſtites. — H

2. Carolus Dux Mayēnenſis, obiit an. 1607. Cui filius vnicus Hēricus vxoratus filiæ Ludouici à Gonzaga Ducis Niuernenſis. num. 90. fin. & defunctus in bello an. 1621. die 16. Aug.

3. Ludouicus Cardinalis Guiſius, Rhemenſis Archiepiſcopus, etiam Bleſiis gladio interiit. Ad Cathedram ſuffectus loco Caroli patrui.

4. Filia, &c. ex nonnullis in aliis nuptiis deſponſata Ludouico Duci Monſpenſerio, Dombarum Principi, de quo num. cit. §. 3. generat. 24.

G

1. Henricus XXIX. Dux Lotharingiæ, quem vidimus nuper vita functum: Supereſt hodie filius ipſius, qui in primis nuptiis deſponſauit ſororem Henrici IV. Regis Franciæ, primi Borboniorum ad ſceptrum Gallicanum admiſſi.

2. Carolus, Epiſcopus Metenſis, & Abbas S. Victoris Pariſienſis etiam huius lucis vſura orbatus.

H

Carolus, Dux IV. Guiſius, vxorem duxit Ducissam à Ioyeuſa, relictam Henrici Borbonij Ducis Montiſpēſerij nuper obeuntis, de quo Henrico ſuprà num. 90. generat. 25.

Claudius, Princeps Ioinuillæ, & Dux de Cheureuſe.

Ludouicus Abbas S. Dionyſij & Cluniaci: expectans ætatem ad Cardinalatum & Sacerdotium pro Rhemenſi Archiepiſcopatu obtinendo obiit ann. 162.

Franciſcus, Eques Rhodius nuper defunctus fortuito ictu bombardæ ignitæ.

Ioannis receſſus à Sede. Hæc de Lotharingorum ramis ad inſtitutum noſtri Ioannis Archiepiſcopi, ab initio ferè eorundem ſurculorum recenſiti. Quem virum reſcripſit quidem Sartazinus ac ſuus Belforeſtus. At ſine vllo temporis calculo. Et ſilet vbique Campegius. Ex Archiuis autem reſignationem Primatiæ cõtulit Hippolyto ſequenti ſub anno M.D.XXXIX. Et apud Ciaconiũ

moritur

gnationem Primatiæ contulit Hippolyto ſequenti ſub anno M. D. XXXIX. Et apud Ciaconium * moritur an. anteriore. Veruntamen Claudius Paradinus [f], à quo partem præfatæ arboris ſumus mutuati, ſcribit eundem Ioannem, cuius Sedem Epiſcopalem non aduotat, mortuum eſſe anno M. D. L. Quòd ſi vterque calculus nulli mendacio ſit obnoxius, is ergo non obiit, quando ſequaci viro Cathedram remitti canonicè voluit. Sed ipſe veriùs tunc aliò ſe tranſtulit, quaſi Sedem aliam ſuis fortè natalitijs propinquiorem expetens. Videmus autem eam ſuam tranſlationem factam eſſe ad Rhemenſem Archiepiſcopatum: quia Demochares [g] inter Rhemenſes Paſtores reponit Ioannem Cardinalem de Lotharingia Numero LXXIX. ſanè vix alium quàm hunc immediatum ſucceſſorem Roberti de Lenoncourt pariter Rhemenſis paulò antè. Vnde conſequens eſt ipſum Ioannem interea Lugduni applicuiſſe, donec Robertus anno M.D.XXXIII. deficeret, & inde Rhemos demigraret, vbi ſtaret eius Claudius Guiſius Dux gubernacula tenebat nomine regio, velut loco vtrique fratri multò acceptiore. Vnde vel etiam Lugdunum ſimul cum Remo amplectebatur Adeóque Lotharingi Optimates Eccleſiaſtici ex eo æuo in poſterum illam præfecturam ſuæ frequentiùs affectarunt familiæ. Ex quo deinceps ipſemet Ioannes ſuccedendum ſibi poſtea curauit nepotem ſuum [h] Carolum Guiſium denuo Romæ purpuratum, de quo ſuprà in Tabula geneſeos, & in qua Remenſi ciuitate is deceſſit anno præfato.

Obitus. Reſignatio.

pag. 1153. [f] pa. 694. [g] To. 3. c. 14. [h] ab 1551.

CXIX. *Paragraphus* 1.

Hippolyti dec.

Ippolytus Aſtenſis, aliis Ateſteſis ſeu Ateſtinus [a] Cardinalis Ferrarieſis à Demochare ſub Campegij nomine vocitatur Hercules. At primùm certè ſub iſto agnomine latet homonymia. Cùm enim anterior editio credidit vnicum illo æuo floruiſſe Cardinem Hippolytum, profectò ſequuta Alphonſi Ciaconij editio de Cardinalibus, aut eius Româ vltra Alpes in Gallias acceſſus poſtquàm noſtra manuſcripta efferbuerant, aperit duos extitiſſe hoc ſeculo Hippolytos eiuſdem progeniei. Poſteriorem verò eum eſſe, de quo hîc fit ſermo, opportunè manifeſtabit Numerus cēteſimus vigeſimus primus ad calcem. Interea is Præſul antea creatus Abbas Athenatenſis, aſſumpſit deinde Archiepiſcopatum Lugdunenſem reſignatione prædeceſſoris amici, quarto Kalendas Martij an. 1539.
1539. pet miſſum Procuratorem receptus. Tria cuius geſta præcipua noſtris conſpectibus duntaxat oblata feruntur. Primum eſt, quòd ſequenti receptionis anno milleſ. quingenteſ. XL. is piè confirmauit fundationem Canonicorum Eccleſiæ S. Nicetij, quæ dudum antea in Collegiatam ex Parœciali erecta fuerat à R. Ludouico de Villatiis Archiepiſcopo, Actis patentibus ſub eodem [b]; tum corroborata à Clemente Papa V. ſub Petro III. de Sabaudia etiam Archipræſule [c]. Adeo vt valde conſentaneum eſſet, quòd nunc poſt deceſſum Archiflaminis fundatoris, ac primò quaſi confirmantis, alius quiſpiam inter eius ſucceſſores hunc ſuum prima-
1540. rium fundandi lapidem pleniùs altero ſuo comprobaret calculo: necnon eidem baſi aliquod nouum pietatis inſigne palam atque latiùs adiungeret, quo efficaciora Collegis remanerent verba fundationis in totum poſterum tempus. Hoc autem munus egregiè mox præſtitit noſtet Hippolytus, velut Antiſtes magni nominis, & Sedi Romanæ proximus. Etiamque profectò lucûdus effectus illius repetitæ facultatis ac firmitatis breui poſtea ſucceſſit. Siquidem, ex Archiuis, nobilis Bertrandus de Turre aliàs de S. Vidardo, Archidiaconus, prouidit in Titulum de Cantoria ſeu Magiſterio Chori eiuſdem Eccleſiæ Nicetianæ, vacante poſtmodum 9. Kalendas Apriles [e] anno 1561. Et iterum anno adſequente, de alio item Canonicatu [f] iuxta formulas ac priſcas retentiones in literis eiuſdem Inſtitutionis contentas [g].

Triplex de eo hiſtoricæ. I. Collegium S. Nicetij.

[a] Vulgò d'Eſt vel d'Eſte. Ciaconius pag. 1098. [b] Nu. 101. [c] Nu. 103. §. 1. [d] an. eit. 1540. die 10. Maij. Signatum Ioan. Gi-rinet. Secretar. [e] Signatum Pauvre. [f] 14. Marc. 1563. pro Anton. Tiſſier. Sign. Bor. tellier. [g] Nu. 101. cit.

Paragraphus 2.

Secundam compromiſſorum geſtorum recordationem elicuimus ex hiſtorico Volumine Guilelmi Paradini, cui titulus eſto, *Memoria noſtra*, Capite *Poſtea quàm* de Landrizio vico & Lucemburgo, [h] hiſce arctioribus notis. *Ad hunc modum frequentes cum hoſte conflictus, varijs locis fuêre, in quib. dum incautiùs pugnat Baranſonus Diceius Sequanus, à Francis capitur: cui nixus ſuccurrere Ioannes Franciſcus Ateſtenſis, Ducis Ferrariæ frater, & ipſe in poteſtatem venit. Is Cæſarianis leuis armaturæ equitib. præerat, iuuenis alioqui ſtrenuus. Hic Hippolyto Ateſtenſi fratri, purpurati [i] ordinis viro, in cuſtodiam traditur. Illum* (Hippolytum) *Rex præterquàm quòd Archiepiſc. Lugd. præfecerat,* [k] *in ſummū quoque ſubuexerat Antiſtitū purpuratorū ordinē*; ſeu in aliquod ſublime officiū Curię Rom. inter Cardinales regio interuentu. *Hic in aula Franc.* (pergit Author)

II. hiſtorica. Hippolytus liberat fratrem belli Duc. ...

[h] li. 4. p. 145 Lugd. ann. 1598. [i] Cardinalis. [k] Nominante Papæ vi Concordatorum.

magno ſtrepitu acceptus Regi, Primatibúſque agebat, ob inſignes animi corporiſque dotes, cùm frater in conſpectum Regis captiuus venit, Decens præter generis nobilitatem, inſignem quoque fælicitatem ingenij & facundiæ præ ſe ferens, armis equiſque ab Rege liberíſque Regiis donatus dimittitur. Eo prælio cæſa fugatáque feruntur quatuor plus minùs bellatorum Annonici nominis. Et poterat tum Cæſaris exercitus ſemel deleri, ſi cataphractorum turma, quæ in Leucis præſidio ſubſtiterant, prælio interesse potuiſſent. Hac accepta clade, Ferdinandus Gonzaga Præfectus Cæſariani exercitus, Guyſia relicta [l], *quam ſe expugnaturum breui in ſpem ingreſſus erat, ad Caſtra Landriziná ſe recipit, &c.* Hæc deſcriptio eſt ciuilium bellorum à Franciſco I. Galliarum Rege, in Italia & Paduæ prouincia initorum aduerſus Carolum V. Imperatorem. In vna quorũ acie & pugna captiuus adductus eſt coram Rege Germanus Hippolyti Archiflaminis ex vtero, militans à parte Imperatoris. Is tamen bellator factus cliens orante facundo Primate Germano, liber tandem abiit cum

1543. ſocio Balanſono, ex ingenita Regis beneuolentia ſub annum milleſimum D. XLIII. hoc eſt, poſt annos viginti duos [m] cœpti inter hoſce duos Monarchas certaminis. Nam licèt decennio anteriore interuenisſet pax, adhærente medio Papa Clemente VII. [n] nihil poſtea minus id bellum recrudeſcere & ardere fortiùs viſum eſt, per aliquod poſt hanc adhuc pugnam tempus, ſedente ad longum Hippolyto Lugduni.

Bella inter Franciſcũ I. Regem & Imperatorẽ.

[l] Vrbe apud Veromãduos long. 25. gr. & dimid. lat. 49. & tertia part. in Gall. Belgica.

[m] ab anno 1521.

[n] ad annum 1531. ſedit ab 1523. ad 1534.

Paragraphus 3.

III. hiſtoricam.

TErtium atque poſtremum dicendorum genus eſt eiuſmodi. Hippolytus anno M. D. XLVIII. honorificè ſuſcepit [o] Henricum II. Regem Chriſtianiſſimum, ſolenni apparatu Lugdunum ingredientem, tanquam initio ſui ſceptri Gallias inuiſentem, defuncto parente

1548. Franciſco I. [p] Ea verò res geſta eſt, ex perſpectis ſacris Lugduni Archiuis, poſtquã Princeps ſummus corroborauit nobilem Canonicorum primæ Baſilicæ proſapiam, ſufficienter probandam de more maiorum ad quatuor vſque gradus, nullo mixto ignobilitatis genere intermedio [q]: quatenus ſuprà renouatum eſt in Franciſco I. Rohannio Archipræſule [r], poſt veterum illic allatorum ea de re inſtrumẽta. Taléſque Canonicos Rex ipſe ſemper vocauit, *Fidos & dilectos ſuos Lugduni Comites.* [s] Cuius etiam legis reminiſci non dubitarunt alij Reges Chriſtianiſſimi iſtius ſucceſſores, ad hunc noſtrum vſque diem. Proprerea hos ſummos Principes in quaſque ob id ſpecies ſuis infrà locis deducimus circa præſens breuiarium.

Canonici nobiles dicti Comites.

[o] Paradi. in Lugd. hiſtor.

[p] an. 1547. vlt. Martij.

[q] factum 28. Iulij 1547. Regoi I. Signatum *de l'Aubepine.*

[r] Nu. 112. §. 5.

[s] *A noz. franx & bie ayme: les Doyen, & Chanoines, Cõtes de Lyõ.* Similéque idem 20. Febr. 1553. apud S. Germa. in Laya.

Paragraphus 4.

Hippolytus Sedem permutás cum ſequente Franciſco II.

AD extremum verò idem Hippolytus genere & natione Ferrarienſis in Italia, Sedem ſuam Cardinali Turnonio peramico reſignauit: ex canonica mutua, vt ferunt, permutatione ſui cuiuſque Præſulatus antea poſſidenti. Sed cuiuſnam loci? vtriúſne ſimul? neſcimus. Equidem, de vno horum ſaltem conſtat apertiùs. Quippe apud Democharem [t] Franciſcus de Turnone electus eſt Bituricenſis Archiepiſcopus 94. die feſto Pentecoſtes anno 1515. vel apud Chenutium anno 1525. Rege poſtulante: & illic præterea ſedens factus eſt Cardinalis tit. SS. Petri ac Marcellini anno 1529. à Clemente Papa VII. Ciacon. pag. 2101. At nihil ibi de Hippolyto in eius poſtea locum ſubrogando. Verùm ſanè, in illo Biturigum Catalogo, etiam in M. S. per nos conquiſito, [u] Franciſcus de Bude Turnonium præceſſit, & Iacobus le Roy eundem illic cõſequutus eſt. Fortaſſis verò tunc ipſe Hippolytus Epiſcopatũ Eduenſem ingreſſus eſt: quia Demochares [x] eodem ſeculo Eduis adnominat Hippolytũ 82. virum Cardinalem Ferrarienſem; eúmque ſucceſſorem Iacobi Huraut, ac anteceſſorẽ Philiberti Dugni anno 1560. & in circũ, ambobus in illa Auguſtodunẽſi Cathedra ſedentibus. Niſi forſitan idem Hippolyrus ad Auxitanũ Præſulatũ migrarit. De quo problemate mox ſeorſum.

Vbi vterque anteà & poſt.

[t] Tom. 1. ca. 14. fin.

[u] apud Canonicum Theologalẽ Bituricenſ. D Faydeau, literis.

[x] cap. 18.

CXXI. *Paragraphus 1.*

Variæ Franciſci dignitates in Eccleſia.

FRANCISCVS dictus Cardinalis de Turnone, legitur Comes de Roſſilione ex iure patrimonij, vrbe ſubtus Viennam [a] in Delphinatu, diſtante tredecim bimilliaribus ab vrbe Turnonia, vel ab eius natalitiis verſus auſtrum poſitis [b], Velaniæ & Aruernorũ fere conterminis. Is fuit ſecundus propriæ talis nomenclaturæ. Nam de Franciſco I. ſcriptum eſt Numero CXII. Qui equidem Comes iam habet depictam à nobis ſuæ ſtirpis originem in S. Iuſto Archipræſule, dudum Lugduni florente [c]. Et vt noris quantus ille ſuo æuo extiterit: aduerte quòd primùm factus eſt tripliciter Abbas vtique Cõmendatarius: nimirũ S. Germani à Prato Pariſ. S. Valeriani Trenorchij in Burg. [d], & Caſæ Dei cõfinis Foreſiorũ ac Borbonẽſium. Deinde incidit ei ſimul Archipræſulatus Ebredun. tum Bituric. vti in Hippolyto diximus [e].

[a] 4. bimilliarib. ad merid.

[b] Rhodano intermedio.

[c] Nu. 23. §. 5.

[d] Inter Muſiſcoo. & Cabilonẽ.

[e] finali.

Iterum,

Iterum, illa Sede relictâ, fertur electus à Rege Archiantiſtes Auxitanus. Et ad extremũ ex
Obtinuit Primatum Franciæ per compermutationem. poſſeſſione talis præfecturæ aliò miſſus eſt. Nempe vi alterius Regiæ nominationis ſeu concordatorum obtinuit Romæ Bullas Pontificias pro inſigni Archiepiſcopatu Lugdunenſi, Primatu Franciæ, tanquam vacante per liberam cedentis Hippolyti renunciationem: qui anteceſſor Ferrarienſis tunc forſan petrexit ad Auxitanam Eccleſiam compermutationis allatæ gratiâ [f], eò quòd de oppoſito nihil apparet, neque Demochares aut quiſquam alius palam [f Nu. 114. §. 4.]
hactenus edidit integram ſeriem Præſulum Auxitanorũ. Quod verò ad nos hoc in negotio pertinet: ſanè quondam præ manibus aderant [g] conſtitutiones M. S. Prouinciales Auxitanæ [g an. 1599. Lutet.]
ſub anno M. CCC. celebres effectæ, nobis Lutetiã ex Capituli Auxitani catenis allatæ curâ R. Leonardi d'Eſtrapes, tunc peramici Archipræſulis Auxitani, quando ibi Volumen noſtrũ de Caſibus conſcientię reſeruatis inter ſingulos Galliarum Archiepiſcopos cõſcribebamus [h]. [h editũ Pariſ. apud Nicol. Buon 1601. vide Tab. 8. fol. 231.]
Verùm, proh dolor! non illinc eo tempore educebamus Catalogum Archipræſulũ ſuæ gentis, quem nunciamus ibidem concludi, ad minus potiorem eius partem ac fortè integrum, vel ſaltem ibidem vſque ad Ioannem Flandrinum LXXV. Antiſtitem loci, aut rurſus vſque ad vnum de ſucceſſoribus ipſius, Franciſcum Claromontis Cardinalem Tuſculanum, Legatum
Hippolytus compermutator quò tranſlatus eſt. Auenionenſem & ciuibus Auxitanis Archipræſulem anno 1507. [i] Quippe illa ſeriei percontatio ad ſcopũ illum de caſibus ſyntereſis nullatenus ſpectare videbatur. Et præterea, nondũ illis diebus præſumebamus, aut in mente venerat duplex fabrica & editio prætetitæ, atque [i de quibus obiter liber Caſuum, fol. 171. & ſeq.]
pręſẽtis Chronologiæ Primatuũ Galliæ. Alioqui profectò vehemẽti ſtudio huc pertraxiſſemus ea quæ tunc reſtituta, & mox è noſtro conſpectu remotiſſima, facile non eſt repetere, aut in viam reuocare; etſi præſentiam valde cupiamus. Vt neque etiam arbitramur omnino ampliùs neceſſarium eò mittendum iſtas ob cauſas Tabellariũ; ſicut & olim præſtabamus. Inde autem ad Franciſcum Turnonium Cardinalem ex profeſſo redituri: is munitus ad manus præfato Diplomate Lugdunenſis Archipræſulatus Româ allato; præſentauit eiuſmodi Bullas
1551. Eccleſiæ Lugdunenſi die IX. Kalend. Iulij anno M. D. LI. beneficio cuius plombati inſtrumenti receptus eſt in Archiepiſcopũ, caput Celtarum, die XIII. Kalend. Auguſti anno eodem. Ipſe verò expetiuit Lugdunum apprehendere; cæteriſque præferre Sedibus tribus de cauſis.
Quare Franciſcus hanc Sedem prætulit aliis Archiepiſcopatibus. Primò quia Patriarchatus Bituricenſis pendebat ex veteri Primatu Viennenſi Allobrogũ [k]. [k Dictũ Nu. 22. Nu. 32. §. 1. 3.]
II. eò quòd illa Sedes Biturigum & Burdegalenſium, qui ſe viciſſim Aquitanorum Primates iactitabant, certabant mutuò de prætendendo ad horum alterum Auxitano Archiflamine, velut eis ſubdito ad conſtabiliendam ſibi Primatiam, perindéque ad ipſum compellendũ in Synodos Prouinciales Biturigibus ſeu Burdegalæ cogi ſolitos. [l] Quod rorum, aut neutrum, Franciſcus de Turnone nec audire nec pati optabat. III. quia Lugdunum eſt ſitus ſuo Comitatu ſuiſque laribus propinquior, præ aliis locis allatis: prǽterquã quòd Lugdunenſes Archimandritæ ſunt pacifici ſuæ poſſeſſores Primatiæ citra litem [m]. Et ab eis appellatur immediatè non ad Viennenſem Primatem nonnullorum in Gallia aliorum Primatum ſeu Patriarcharum: ſed ſolùm directè ad ſummum Romanum Pontificem in cauſis eccleſiaſticis. [l Inter Caſib. reſerua. fol. 124. etiam Narbonẽſi & Toloſano. Et fol. 131] [m Nu. 69. §. 1. 2. 3. Num. 70. § 5 Num. 72 & 73. §. 2. Nu. 77. §. 2.]

Paragraphus 2.

Canonici Comites. AD hoc tempus Rex iunior Franciſcus II. renouauit ea quæ pater ipſius Franciſcus I. dictauerat de Canonicis primæ Lugdunenſis Eccleſiæ à ſe denuo nominatis Fidelibus & dilectis ſuis Lugdũni Comitibus: literis datis in arce Lochiarum menſe Maio an. M. D.
1556. LVI. Signatum *Dumeſnil*, & Regiſtratum Lutetiæ. Hæc mutuati ſumus ex Archetypis M. S. [n] [n 119. §. 1.]
Eccleſiæ, concomitante Carolo de Buſſeul, Canonico magno Cuſtode, dum nuper floreret, Capitulo eum committente. Acta verò patris, priora de tali negotio, manifeſta ſunt Numero ſuperiore [n].

Paragraphus 3.

Secularisatio Abbatiæ Inſulæ barbaræ. SVb hac Frãciſci II. collocatione incidit relaxatio Cœnobij Inſulę barbarę à Regula Benedictina triplici actuũ genere paucis conſcribendo. Primum inſtrumentũ Capituli eiuſdem Inſulæ cum Abbate eſt illud, quo ipſi poſtulantes nomine procuratorio ex profeſſo delegarũt quatuor viros Religioſos ad expeditionẽ obtinendũ Bullæ & ſeculariſationis præfati Monaſterij, traditã nominatis, die 24. Decẽbris anno M. D. XLVIII. Signatam *Ponchon*, vt Romam mitteretur. Secundum reſcriptũ eſt ipſamet obtentio Diplomatis collati in Romana Curia à Paulo Papa IV. hiſce prolegomenũ auſpiciis. *Paulus Epiſc. ſeruus ſeru. Dei, ad perpet. rei memoriam. In ſupereminenti Apoſtolicæ dignitatis ſpecula, meritis licèt imparibus, diuina diſponente clementia cõſtituti, & ad ſingulas Eccleſias ac Monaſteria, quorũ omniũ principatũ à Domino obtinemus, diligẽter noſtræ cõſiderationis intuitum dirigentes, vt eorum diſpẽſationi occurramus, & profectui cõſulamus, &c.*

 medio

medio hic prætermiſſo: Tum ad calcem: *Datum Romæ apud S. Petrum anno incarnat. diuinæ milleſimo quingenteſimo quadrageſimo nono, pridie Idus Aprilis, Pontificatus noſtri anno decimoquinto.*
Regius concurſus. En ſumma rei. Próque aperienda huic Bullæ via erga Sedem Apoſtolicam, Henricus II. Chriſtianiſſimus Francorum Rex Breue ſuum ad eum finem imprimis contulerat, exiſtente tunc in illa Abbatia venerabili Capite & Abbate nobili Antonio d'Albon in prouincia Lugdunenſi oriundo. Tertiò, ipſa ſeculariſatio Abbatiæ & membrorum eius facta eſt die penultima menſis Aprilis anno M. D. LI. Scilicet promulgata eſt, reor, in medio Capitulo, ſeu creditur ſolenni ritu habita ceremonia eò ſpectans, cum reliquis fortè debitis circunſtantiis.

Paragraphus 4.

Franciſci obitus. AD Primatem Franciſcum II. regreſſuri, & eius viaticum abſoluturi: monemus hunc obiiſſe anno ſal. M. D. LIX. poſſeſſorem ſui Archiepiſcopatus Celtarum. Ita creditur ex Belforeſio in Coſmographia: præterquàm didicimus Lugduni ex ſenibus oculatis teſtibus
1559. adhuc ſuperſtitibus, qui id coràm teſtati ſunt nobis præſentibus, paulò ante priorem huius noſtræ Typographiæ, ſeu Chronologiæ editiunculam [o]: tametſi Chenutius ſibi contradicat in Bituricenſibus, dum in vna pagella efficiat eum demortuum anno 1537.[p] in altera [q] anno 1562. De ipſius verò largitione pro matre noſtra Eccleſia, eius ſponſa, hactenus nihil legimus dotatum, & ad poſteros fratres è Clero tranſmiſſum.

[o] anno 1604.
[p] pag. 107.
[q] 110.

CXXI.

HIPPOLYTVS Cardinalis Ferrarienſis, idem denuo qui ſuprà Numero CXIX. tanquam ſecundò conſtitutus, verè ad hanc Primatialem Cathedram reuerſus eſt. Etenim is, illuſtri Cardinali Turnonio ſublato de medio, legitur regreſſus vnde venerat & exierat, viâ reſignationis optantis defuncti amici anno M. D. LX. Sic
1560. quippe Hippolytus Galliam adamauit, vt videatur petiiſſe extremnm diem illic traducere, aſſumptâ rurſus per eum ex animo Lugdunenſis Eccleſiæ præfecturâ. Etiámque propterea eiuſmodi vir conſtans, & apud Regem eloquentiâ clarus, vti iam conſpeximus [a], in iterato illo Celtárum ſolio vitam demum cum morte commutare optabat anno præfato. Adeóque dum bis in Catalogum compellitur, meritò eum inſignire debuimus ſub duplici calculo, quaſi eſſent duo hominum ſeu Præſulum indiuidua, qui tamen reipſa fuit vnus ſingularis.
Quales duo Hippolyti. Vacat à fundationibus quod audiuerim. Sed aduertite Ciaconiũ, de quo habet idẽ Numerus CXIX. duos ſub eadem annorum centuria propoſuiſſe Hippolytos vnius radicis Antiſtites Cardinales in orbe Chriſtiano, quos is longè ab inuicem enarrat. Prior certè eſt Hippolytus creatus ſub tit. S. Luciæ in Silice ab Alexãdro Papa VI. filius Herculis primi Ducis Ferrariẽſis (ait[b]) Archiepiſcopus primùm Strigonienſis, deinde Ferrarienſis, tum Mucinẽſis Archipræſul, poſtea Agrienſis, Mediolanenſis, Capuanus, & Nouarienſis; finémque nactus eſt vitæ anno 1520. [c] in Septembri, Ferrariæ. Quale ſeculum altius certè multò fuerat, quàm vt iſtic & præfato numero competere poſſit, adeóq; Galli Demochari cautiones oberrarunt. Poſterior ſeu iunior erit Hippolytus Eſtenſis Ferrarienſis (vtrumque ſic nominat Autor Romanus) filius Alphonſi Ferrariæ Ducis, natus anno 1509. [d] *Franciſci I. & Henrici II. Regum Galliæ affinis*, [e] & ab eiſdem effectus Præſul *Aurelienſis, Mediolanus, Auxitanus, Eduenſis, Lugdunenſis, ac Narbonenſis*: denunciatus Cardinalis anno 1539. à Paulo Papa III. ſub tit. S. Mariæ in Aquiro, Galliæ Protector. Atque is verè eſt, de quo nunc ſermo. Nam Lugduno tranſlatus eſt Eduam ſub annum 1560. quando inchoauit ſucceſſor Antonius. Et aliò adhuc tranſlatus, tandem *moritur Romæ* (addit Author) *anno ſalut.* 1572. Déque ſolo priore Ioannes Chenu [g]. Hæc luce clariora ſufficiant.

[a] nu. cit. §. 2.
[b] pa. 1015. in 1. creatione 1493. ſub 12. kal. Octob.
[c] pa. 1084. fuit etiam Auxitanæ.
[d] 9. kalend. Septemb.
[e] pa. 1121.
[f] 4. Non. Decemb.
[g] In Præſul. Trecorenſib. 121. & Arelatenſib. 213.

CXXII.

Anno 1561. ANTONIVS de Albone vir nobiliſſimus hac ſede Lugdunenſi donatus eſt à finiente an. M. D. LX. ſeu LXI. Is eſt quem ſuprà diximus [a] antea extitiſſe Abbatem Inſulæ barbaræ, tum priuſquàm illa eſſet facta ſecularis Eccleſia, tum poſtea per annos ad minus quindecim. Antiquiſſimam verò egregiámq; maiorum ipſius arborem ac genealogiã ab hiſtorico hoc exordio publicamus, qualem partim ex veteribus familiæ Archiuis, partímq; ex vulgato Claudij Paradiui volumine in geneſeos Franciæ deſcriptionibus ac cæteris hauriendam putamus planè integram. Sic priſcos originis homines piè mox ſurripere licuit, quaſi Principes,

[a] Num. 110. §. 3.

RAMI

RAMI CONSANGVINITATIS.

1. generatio.

A{ Guigo primus dictus Craſſus, Viennæ & Albonenſium Comes, ſiue de Albone, floruit anno ſalutis milleſimo centeſimo. Eique vnus maſculus. }B

2. generatio.

B{ Guigo 2. Comes de Albone & Delphinus Viennenſis [1] circa annum 1135. Ei duo nati. }C

Antiquior horũ Comitũ origo.

1 Duo iſti Guigones putantur deſcendiſſe ex duobus Dynaſtis, de Albone nuncupatis, qui ante annos ſexcentos locum viciſſim Ducis generalis [a] teneret in iſtis Allobrogibus accolis ſub imperio & nomine Guntranni latiſſimum Burgundiæ regnum ibidem inchoantis, tum ſub Clotario primo Rege, pendentibus quinto & ſexto Eccleſiæ ſeculis. De quibus bis ſeorſum tractaſſe legimus Guilelmum Paradinum in duplici editione Chronici Sabaudiani [b] ſucceſſiuè rerum incremento ditati. At poſteriore Albonenſi occiſo ab hoſte Aletheo: illi non comprobantur certam ſobolem aliquam ad duos præfatos Guigones vſque orbi aut in dignitate ſaltem reliquiſſe. Veriſimiliùs tamen duo iſti in altum reuecti, illius Reipublicæ clauũ denuò tenuiſſe creduntur, adeóque ex veteribus eiuſmodi Albonis quaſi à Viennenſibus Comitibus duxiſſe originem, aut in ea Allobrogum parte ſeu Galliæ Comatæ pedetentim commiſſi & addicti à primis Burgundiæ antea Regibus: vbi tandẽ hi Sedem collocarunt ſuam titulo Principatus demum obtenti, inſignia fortiùs ſibi inſtituentes Principum Delphini Viennenſis [c]. Ad quod ius enitendum ac firmandum faciliùs quoque impulſi ſunt ex populari ferè aſſenſu & vrbanitate, quandiu Regio lapſu aliorum temporum ex frequenti graſſante adſequentium Optimatum rebellione deſeri ab Imperatoribus videbatur, ſuis quondam Regibus tunc illinc remotis & longiùs aliò præpeditis. Sic Claudius Paradinus in Genealogiis vniuerſim [d]. Qui euentus vt paulò diſtinctiùs concipi mereatur, aduertendum nomine primo Burgundiæ olim capi ſolitum regnum latiùs multò extenſum ad meridiem, quàm poſtea hactenus dilatari fuerant cùm Ducatus tum Comitatus Burgundiæ aquilonalis in Gallia Celtica. Etenim, quicunque Principes priſco tempore Reges Burgundiæ nuncupabantur, ſub illa vna appellatione poſſidebant eas rurſus ditiones quæ ſolari inde ſucceſſu vocatæ ſunt Breſſia, Delphinatus, Prouincia, antea Phocenſis, Arelas, Sabaudia & incolæ Seguſiani cum Lugduno & vrbe dicta Sebuſium [e], equidem portiones occiduæ & boreales totius reliquæ Galliæ Togatæ ſeu auſtralium Pedemontanorum vltra Alpinm ſaltus [f], omnes Allobrogi. Hanc autem vniuerſam Burgundiam permulti Principes vario niſu tenuiſſe leguntur. Et vel liquet ex præcedentibus in iſto Volumine characteribus, tali methodo. Quippe in primis, vetuſtior Theodoricus [g], cuius auus fuerat Sigibertus Auſtraſiæ Rex [h] Francorum ſanguine regio cretus, Regnum Burgundionum adeptus eſt ſexto completo Eccleſię ſeculo: ſcilicet totum ac integrum, vti præfiximus. Atque huius thematis recordamur ſuprà Numero X L. locupletiore [i]. Secundò, ad nonum ſeculum Clotarius primus & ſecundus, itémque Carolus ſecundus & III. Richardus, Othoi & Henricus fratres, Boſo ac Ludouicus filius, omnes genere Principes, eo regno Burgundię freti ſunt ſuis quibuſque ſucceſsiuis vicibus: atque cœperunt vaſtam eam regionem partiri in regnum ſuperius ac ſeptentrionale, quod ſit hodie Ducatus & Comitatus citra vltráque amnis Araris vicinias: necnon alterum Regnum appellandum cenſuêre inferiorem ſeu auſtralem Burgundiam ad Rhodanum ſuperiùs Numero LXVII. dilatatum [k]. Tertiò, ad decimum Eccleſiæ ſeculum Giſlabertus in vniuerſos illos regionum tractus ſub vnica continua Burgundiana appellatione dominabatur ex Numero LXIII. [l] vbi Antiſtes Lugdunenſis narratur Synodum nationalem habuiſſe cum Gratianopolitano Præſule Viennenſis prouincię, præſentibus quoque Eduenſi, Cabilonenſi ac Maticenſi Epiſcopis hodie Ducatui addictis, cunctíſque præter Veſuntionenſem aggregatis aduersùs varios irregulares Giſlaberti conatus. Ex quo manifeſtum eſt eos omnes vni in temporalibus Duci ſummo Principi tunc mancipatos. Quartò, circa vndecimam inchoatam Chriſti centuriam habebatur Rodulphus Rex latæ totius quam reſperſimus Burgundiæ, qui id ſuum regnum tranſmiſit Conrado Imperatori, ex noſtris capitalibus Num. LXVII. [m] LXVIII. [n] huiuſce Operis. Regni autem donator non fuit Rodulphus alius vno ſeculo annoſior, vi intruſus ad Franciæ præterea ſceptrum, qui eſſet filius Richardi ſuprà effecti [o] Burgundiæ Ducis, & ex Numero quadrageſimo deprompti. Verùm eſt alter tardior Rodulphus Conrado ſuſcipienti amicus & ſynchronus: iſque Conradus Regnum poſtea ad filium Henricum tertium Impera-

Eorum Sedes mox fixa.

Regnum & Ducatus Burgund. primò duplex.

Demum triplex.

a Lieutenant General.

b Lugd. apud Tornæſiũ an. 1552. Cap. 4. & an. 1561. cap. 29.

c vulgò, Dauphins de Viennois.

d In genealogiis Franciæ affinitatib. pag. 272.

e Sion.

f ad plagam orientalẽ & meridionalẽ.

g Anteceſſit an 80. Theodoricum regẽ t. ab minis.

h Mediomatricum. §. 1. an. 620.

K §. 1. an 892.

l §. 2. an. 944.

m §. 1. an 979. & 9. §. 6. an. 1031.

n §. 1.

o in 2. hîc §. 1.

torem cognomine Nigrum transfudit. Quintò, iam propiùs aduertendum, quòd eodem finiunte ſeculo vndecimo cœpit audiri diuiſio atque diſtinctio totius regni illius Burgundiani, ex humano ambitu diſtributi in parteis ſummorum dominiorum, ad peculiares ſpectantium, effectos Principes per ius plerunque appennagij. Perindéque eo æuo conditi ſunt tum Albonenſes Comites & Delphini Viennenſes ſeorſum, tum alibi permulti alij, hoc partim ordine hiſtorico pro breui probationum experimento. Ex epilogo nanque Claudij Paradini p circa annum milleſimum quadrageſimū & deinceps, Humbertus filius Beraldi tertij nati Hugonis Saxonum Ducis creatus eſt Comes primus Maurienna cum ſummo Principatu, ex Imperiali gratiâ fortaſſis Henrici Nigri tunc degentis, quem præmiſimus. Simúlque legitur tunc euectus Comes Burgundiæ. Etenim Amedeus primus hæres Humberti ſeu Comes ſecundus bellum geſſit aduersùs Raynaldum Burgundiæ Comitem primum, ad cuius filiam nomine Ioannam matrimonio poſtmodum ſeſe coniunxit inita pace ſub annum milleſimum ſexageſimum q. Et Amedeus ſecundus nepos ipſius dictus eſt prætereà Comes primus Sabaudiæ, nomine & principatu Sabaudiano in lucē recèns edito ſub anno milleſimo centeſimo nono r. Denique ſuprà ex noſtro Numero ſeptuageſimo ſ patet chronologia Odonis Ducis Burgundiæ altioris in aquilone circa territorium Cabilonenſe diuerſantis anno milleſimo octuageſimo octauo. Igitur tunc regio illa ſuperior diſcreta proſus videbatur ab inferiore olim Burgundia verſus Rhodanum, quæ mox ampliùs minimè vocitatur Burgundia, ſed Prouincia Arelatenſis, Sabaudia, Delphinatus, Belicēſis, patria, &c. Quod autem inde poſthac perpetuę obliuioni tradita ſit illa meridiana quondam Burgundia, adeóque locus facilior concedatur ab vndecimo ſeculo Principibus Delphinatus Viennenſis, & cæteris præmiſſis ibidem vicinis, ſanè id ſatis teſtantur conſequentes rerum Gallicarum hiſtoriæ, quæ dum hactenus recordantur Ducatus Burgundię, ſolummodò reminiſcuntur borealis inter fluuios Sequanam & Ararim conſiſtentis. Enimuerò ſic numero octuageſimo quarto habetur mentio de anonyma vnica tali Duciſſa t. Tum à quo tempore ille quicunque Ducatus fuerat annexus regio Frācorum ſceptro ſub annum milleſimum u ex obitu ſine liberis Henrici vltimi Ducis fratris Hugonis Capeti x Regis, traditúſque Regi Roberto ſeu toti coronæ; ditio eiuſmodi per annos ſupra CCC. liliis regni vnita permanſit, donec quartanæ generationes Regis Ioannis Francorum denuò à parente ſortitæ ſunt renatum hoc appennagium, velut è ſuo fonte rurſus diſcerptum, per dotatum filium Philippum Audacem, ſaltem creatum ſolius altioris Burgundiæ Ducem ad annum milleſimum trecenteſimum quinquageſimum ſextum y, deinde per Ioannem Philippi natu maiorem, hinc per Philippum alium Ioannis primogenitum, & ad extremum per Carolum Philippi ſecundi filium, occiſum anno milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo ſexto, relicta ei filia Maria cum Maximiliano Imperatori Auſtriaco nupta z, ob cuius dotem Comitatus ſeptentrionalis Burgundianus familiæ Auſtriacæ hactenus remanſit, ſuperſtite adhuc potiore Ducali ſublimitate collaterali eiuſdem Burgundię iterum iunctę domanio Regni Francorum ad noſtros vſque dies. Propter quæ ſingula ab vndecimo æuo patens via reſtitit Guigonibus Delphini Viennenſis, & ſimilibus aliis propinquiorum ad meridiem agrorum Dynaſtis, vt paſeua ſua in omni ditione colerent. Vnde perſequamur hanc cœptam Delphinorum gentem.

Margin notes: Quinque varia exēplorū genera. — Sabaudis, Maurienna, Delphinatus, Sauonia, Prouincia, &c. — Comitatus Burgundiæ. — p in lib. affinitatum, pag. 582. — q 585. & 884. — r 588. — ſ 5. — t 5. 3. ſin. an. 1226. — u Till. Chron. an. 978. — x — y Til. in Optimatib. pag. 141. — z Till. 156. Parad. 962.

3 gener.

C {
1. Guigo tertius ſecundi filius, Delphinus item Viennenſis, ac Comes de Albone 2 & *de Herby* 3. Ei vnica filia. } D
2. Guigona de Albone, vxor ſecunda Amedei ſecundi Maurienna Comitis, Marchionis *de Suze*, Dynaſtæ Tarenteſiæ 4, ipsáque mater Humberti 3. Comitis 1. Sabaudię.
}

2 Anno 1146. Sic Paradinus in affinitatibus, pag. 274. qui eum efficit Guidonem 2. nominis: at nos tertium, ex origine huius arboris.

3 Hoc addit Tillius in Optimatibus Franciæ, pag. 66.

4 Amedeus ille floruit ab ann. 1109. ad an. 1134. & Humbertus inde ad an. 1201. ex Paradino pag. 588. 590. Stemmata Sabaudię, Crux plana argentea in campo rubicundo, vulgò *de gueule*.

4. gener.

{ Beatrix, Delphina Viennenſis 5, & Comitiſſa de Albone 6 in primis ſponſalibus nupſit Raymundo 7 Comiti Toloſano, anno 1151. in ſecundis Odoni ſeu Hugoni 8 Duci Burgundiæ anno 1183. }

& in

D { & in tertiis Guigoni IV. de Albone, emerſo ex quodam anonymo collaterali minore naru familiæ; nimirum ſic geſtum, vt genus maſculinum progeniei reſtitueretur anno 1194. Adeóque ex ſolo 3. connubio ſuborti ſunt duo maſculi. } E

5 Stemmata Delphinatus ab ortu per Guigonem primum ſunt Delphinus aureus in campo cyaneo, aliter cæruleo, vulgò *bleu d'azur* : ne dicam amethyſtino, ſeu violaceo, *violet*.

Stemmata plerum Magnatum ac familiarum.

6 Stemmata de Albone ſecta viſuntur. Ex vna parte reſidet Crux plana aurea in atro campo, vulgò, *de ſable*. Ex altera, auis.

Ex latere autem Crucis paria ſunt omnino integra ſtemmata R. Philippi de ſancta Cruce Antiſtitis Matiſconenſis, Dynaſtæ de Colongiis iure patrimonij. Id ex ſuis natalitüs per nos patuit in Matiſconenſibus, Numero 55. §. 1.

7 Raymundus ille fuerat tertius nominis, Comes decimus quintus Toloſæ ab ann. 1140. ad ann. 1185. parens Raymundi 4. Comitis infecti labe hęretica Albigenſium. Paradinus pag. 276. & 874. Quorum ſtemmata ſunt Crux aurea aliquot figuris contexta in campo rubicundo.

8 Erat Hugo 3. nominis, Dux 11. poſt Richardum & Gilbertum primis duobus ex Paradino à pagina 422. ad 443. Stemmata horum Ducum ſunt tria repagula (*barres*) planè aurea, & in tranſuerſum aſpiciendo à lęua ad dexteram cadentia in campo cęruleo. Paradinus pagina 278. & 442. Tillius eum vocat Eudonem tertium in Optimatibus Francię pagina 65. 66.

5. gener.

E { 1. Andreas, Delphinus Viennenſis [9], ac Comes de Albone, an. 1208. & 1238. Cui filius vnicus. } F
2. Ioannes factus Comes Delphinus Arueruiæ in Francia Aquitanica orientali. Paradinus pagina 280.

Alij Dynaſtæ vrbis Viennę eadem tempeſtate.

9 Iſto filiorum & matris Beatricis tempore atque nonnullorum ſequacium, meritò aduertenda ſunt ea, quæ Tillius narrat in Optimatibus Galliæ [y]. Robertus Franciæ (inquit) filius 4. Ludouici Craſſi Regis [z], effectus Druidarum [a] & Brennæ Comes, necnon Dynaſta Viennæ in Delphinatu ex quadam appennagij lege, matrimonio ſe colligarat Agneti Brennę [b]. Inde liberi ſex ſuſcepti ſunt. Et horum poſtremus vocitabatur Ioannes de Brenna Dominus Viennę pręter Henricum Antiſtitem Aurelianum, &c. Robertus horum frater maior natu ex quadam Yolanda vxore pręgnante maſculos 4. genuit, Robertum tertium Druïdarum Comitem, Henricum Remenſem Archiflaminem, Ioannem cognomine de Brenna, natum Dynaſtam Viennę, & virum Alixię Matiſconenſis Comitiſſę, de quo déque vxore nos multa in ſacro Maticenſi Chronico [c]. Quartum tacemus. Igitur quęſtio verſatur in eo, vt dignoſcatur quonam pacto Robertus primus, itémque Ioannes I. ac II. dicti Viennę Domini, minimè tamen aſciſcuntur huic vni ſurculo & arbori de Delphinis Viennenſibus: aut qua ratione ambo potentes ac ſeiuncti familiarum nobiles potuerint licitè eundē in locum paterna ſucceſſione dominari, & velut ſub ipſis aduerſari. Ego, donec plura, opinarer lubens, diſtinctionis ergo, quòd Druïdarum Comites extiterint ad tempus Dynaſtę vrbis Viennę aut vicinioris duntaxat Balliuię: at Comites de Albone perennem nactos eſſe ditionem in cęteras pręterea ciuitates aut Balliuias Prouincię Delphinatus multò amplioris, ex quibus eſt Gratianopolis Diœceſis maior portio. Ita vt illi particulas, iſti totum ex antiquiore præſcripto ſolerent poſſidere.

Diſtinctio inter hos cunctos.

Druidar. & Bren. Com.

[y] pa. 77. *en la branche de Dreux.*
[z] ab an. 1110. ad 1137.
[a] Vrbs ſic dicta à Druidis ſyluicolis ethnicis paganorū Gallorum Sacerdotibus illic ſæpiùs remorantib. tempore Iulij Cæſ. & antea in Commentar. li. 6.
[b] an. 1151.
[c] nu. 46. §. 5. 6.

6. gener.

F { Guigo quintus Delphinus Viennenſis, Coméſque de Albone [10] ann. ſal. 1242. &c. Ei filię duæ. } G

Vxor ipſius.

10 Quando Claudius Paradinus in Affinitatibus dicit vniuerſim [d], quòd matrona Conſtantia filia Petri primi nominis Comitis 6. Sabaudię, filij 6. Comitis Thomę, facta ſit vxor legitima Comitis de Albonę: proculdubiò annuę circunſtantiæ docent, ſcriptum generali clauſula concipi oportere de Guigone V. velut marito Conſtantiæ. Ad cuius viri latera Paradinus alioqui chartam ſinit [e] vacuam contra morem, quaſi Guigo cælebs vita eſſet, cùm tamen in coniugio filias procrearit adſequentes. Etenim certè Petrus ille floruit ab an. 1256. ad an. 1268. & Guigo V. ad annum vſque 1282.

[d] pa. 598.
[e] pa. 285

7 gener.

G
1. Anna hæres Delphinatus Viennenſis ad annos 1283. & 1291. Ipſa deſponſauit quendam Humbertum ignotæ hactenus familiæ, anno 1292. primum huiuſce vocis, equidem dictum Comitem de Albone, &c. at ex ſola parte vxoris. Quibus eſt vnicus filius. H

2. Filia anonyma, aut cuius nomen proprium ad nos peruenire haud potuerit: vxor 1. Amedei 3. nominis, Comitis 4. Sabaudiæ ſub annis 1234. & 1246. Paradin. pa. 286. ac 595.

8. gener.

H Ioannes primus Delphinus Viennenſis & Comes Albonenſis ab anno 1305. ad an. 1321. Ex ignota vxore ei conceſſi fuêre ſex præclari maſculi. I

9 gener.

I
1 Guigo ſextus Delphinus Viennenſis & Comes de Albone ab anno milleſimo trecenteſimo vigeſimo ſecundo ſine liberis [11].

2. Humbertus ſecundus hæres Guigonis ab anno 1342. ac inſuper Dynaſta *de Foncigny*, [12] vendidit Delphinatum, ſimúlque Comitatum de Albone in ea regione ſitum Regi Philippo IV. Valeſio [13] ad annum 1349. ex Claudio Paradino, & ex ſecretioribus Chartis familiæ de Albone, per nos viſis.

3. Ioannes ſecundus cognomine de Albone [14], ac hæres Delphinorum ſeu Comitum in pecuniario appennagio: duxit Mariam Franciæ ſibi vxorem [15], veluti loquitur Manuſcriptũ vetus familiæ Caſtri ſancti Ferreoli per nos receptum, vulgò *de ſainct Fourgeulx*. Atque hinc orta vnica filia. K

4. Guy primus Eques Regius, quartúſque Ioannis primi natus, ex collectis hiſtoricis MS. eiuſdem domus ſancti Ferreoli cum omnibus poſthac inde conſequutis animabus, neque ampliùs ex Paradino in Equitis huius ſurculis obmuteſcente. Idem vir dotis pecuniariæ hæres per præfatum Humbertum fratrem Principem, duxit vxorem nobiliſſimam Dominam Marguaretam Dyoing, Dynaſtam ſancti Ferteoli, Baignol, & Chaſtillon d'Azargues an. 1288. pertracto ad noſtrum ſeculum illo ſanguine, & recepto matrimonio per Ioſſerandum Sauuage [16] Notarium Regium ſynchronum. Vxoratorum quinque infantes. N

5. Guillelmus primus Dominus, &c. vxoratus Elionoræ Dyoing ſorori præfatæ Marguaretæ. Ex quibus orta vnica filia. O

6. Henricus primus ſacer Antiſtes Metenſis. Atque ſuper his ſex natis opportuna ſeptem Commentaria adſequuntur.

Filiæ plures Franciæ.

11 Paradinus, qui hunc Guigonem vocat quintum, ſic claudit [f], *ſans laiſſer aucuns hoirs.* [f] pag. 191.
Neque ſubinducit an concipiat Principem defunctum cœlibem, nullóque colligatum vnquam matrimonio. Verùm certè, non proinde arbitrandum eundem Guigonem minimè vxoratum. Quippe de oppoſito liquet affirmatio. Nam quando Tillius in Optimatibus enumerat [g] filias quatuor Regis Philippi quinti cognomine Longi [h], (fratris Ludouici Hutini filiorúmque Philippi Pulchri) diſertè promulgat Ioannam annoſiorem collatam viro Eudoni 3. nominis, Duci Burgundiæ: deinde Marguaretam Ludouico Comiti Flandriæ: tum ſic ipſe ad propoſitum fatur; *Tertia fuit Domina Iſabella Franciæ deſponſata per verba de futuro Regi Alphonſo 11. Caſtillæ, ſed de præſenti verè nupta Guigoni Comiti de Albone filio Ioannis Delphini Viennenſis.* Nihil perſpicacius. Alius autem Guigo non extat filius Ioannis quàm iſte. Ergo ſaltem viſus eſt præditus vxore: tametſi partes fortè liberos haud emiſerint. Cæterùm, filia 4. dicebatur Blancha in Cœnobio Longi-campi profeſſa Monialis. Omnia baſes adſequentium.

[g] pa. 136.
[h] ab an. 1316. ad 1320.

Alphonſ. Guigo.

De Maria Franciæ, falſa ſententia.

12 Paradinus eidem Humberto præbet [i] vxorem Mariam tertiam (inquit) Regis Philippi Longi filiam. At vel fallitur, quia mox in Guigone ſexto vidímus Philippum Longum nullam Mariam in lucem emiſiſſe, ex Tillio, ſed alias 4. filias duntaxat: vel etiam Tillius ipſe [i] pa. 293.

alioquin

[a]lioquin deceptus eſſet. Mallem verò Tillium pleniùs diſcurrentem, quàm Paradinū breuiùs prætereuntem ſequi. Atque ſic tutiùs ratiocinandum videtur, quòd Humbertus à longè Eremum proſpiciens nullam pius vxorem duxerit ex veriſimiliori coniectura, etiámque propter adſequentes de præfata ſimilive Maria opiniones valdè graues, pro ea alteri viro danda de eadem proſapia.

Vēditus Delphinatus.

13 Cauſę venditionis erant, quòd vnicus ei filius anonymus in tenera ætate Rhodano ſubmerſus fuerat, neque ſpes vlterior huic mœſto eſſet alios procreādi: & quòd proceres patrię eidē addicti maluêre Regibus ſubeſſe quàm Eccleſiæ, cui alioquin Henricus ipſe regionem conferre optaſſet, ac in mente haberet, dum zelus eximius Deo famulādi in Monachatu animum ſuū penetraret & perurgeret, quódque aliquo fortè iuſto in conſanguineos ſtomacho mouebatur, qui ei ſucceſſiſſe alioqui debuiſſent. Eapropter vili pretio Delphinatum à ſe abdicauit ea lege (adiicit Tillius [k]) *vt primus Regis filius* Delphini *ferret nomen perpetuū, dominatūq́; obtineret*. Hinc itaque Hūbertus factum Dominicanū inſtitutū aggreſſus Lugduni in illo Ordine generalis Miniſtri vices geſſit; ac obiit Patriarcha Alexandriæ à ſummo Pontif. palā creatus, perenniſque adminiſtrator ſedis Remēſis an. 1355. Iacétque Lutetiæ ad Dominicanorū Altare [l]. Iſta ex Archiuis familiæ. Vide plura Tom. 3. infrà articulo 52. Catalogi Gratianopol.

Humberti monachiſmus.

[k] in Chronū ſub an. 1349. quo Valeſius obiit.

[l] vidi tumulū an. 1590.

Principes Delphinat regiæ ſtirpis.

14 Ratione præmiſſi voti & factę acquiſitionis regiæ, nullus ex familia de Albone ſe ampliùs inſcripſit Delphinus Viennenſis: quinimò regij ſeminis primogeniti eū pręclarum ſibi titulū aſſumpſère. Teſtis Carolus Franciæ Valeſius Ioannis Regis primogenitus, & cui Philippus Rex Valeſius fuerat auus. Is habitus eſt primus Delphinus Viennenſis de regia ſtirpe [m]. Eum legitur ſequutus Carolus Franciæ primogenitus Caroli 5. Regis [n]. Poſt hunc, Carolus Caroli 6. Et ita deinceps pro nouem aliis ad Franciſcū vſque ſecundū Regis Henrici 2. primogenitum ab anno pueritiæ 1546. ad an. 59. quo factus eſt Rex: ſingulis à Paradino conſcriptis.

[m] ab an. 1359

[n] 1368.

Ioannes 2.

15 Exemplar MS. hodiernæ nobilis familiæ S. Ferreoli de Albone mihi exporrectum cenſet Mariam Francię Regis Philippi Longi filiam extitiſſe coniugem Ioannis II. hæredis & Comitis ſuperſtitis de Albone: nempe eandem omnino fœminam iſti marito attribuit, qualem Paradinus ſuprà Humberto II. deſtinarat. Verùm ſicut authorem illum iudicauimus allucinatum ex Tillij oraculo, qui tutiora ſecreta ab ipſiuſmet Senatus Pariſienſis Archiuis hauſerat: ita hoc MS. à Paradino fortaſſis euulſum, & aliò mancipatum, debile eſt ac infirmum. Igitur fundamentum iacendi gratia pro ſolida veritate eruenda, dico ac intueor Regem Carolum 4. cognomine Pulchrum, fratrē natu minorem Philippi ac proximū in ſceptro ſucceſſorē, perſpici ac inueniri circūdatū tribus puellis ab ipſo genitis, quarū maior eſſet anonyma, tertia Blanca poſthuma, ducta in matrimoniū Philippo Franciæ Aureliano Duci. Et ſecūda, de quā hîc ſermo ex profeſſo, fuit Maria, quā etſi Tillius in iuuentute mortuam narret, attamen illa facilè potuit connubio necti alicui, maximè verò iſti Ioanni de Albone, tum quia Tillius in ſpecies minimè deduxit, an illa diſceſſiſſet ante vel poſt pubertatis annos, adeóque Ioanni potuit vinculo coniugali inflecti, & cum ipſo illā velut matrē peperiſſe filiam iris auditum, quantumuis in cunabulis fortè relictā, matre è terris in cœlum abeunte. Hæc autem ipſius filia eſt Catharina ſola, &c.

Verior ſentētia de præfata Maria.

Radix Albonum de S. Ferreolis.

16 Rurſus, conſanguinitas præfatorū ſex virorū legitur hiſce notis cōfirmata per alios ipſius æui Notarios, Aymonē de Tornaphal & Petrū Filon de Montloup. *Literæ aſſignationis & procurationis factæ per nobilē Humbert. Delphinum Comitē Viennæ & de Albone* (inquiunt) *ad vtilitatē nobilium Guy, Guilel. & Henrici de Albone fratrū ſuor. quib. literis patet, quòd dictus Delphinus aſſignat dictis de Albone* (ſeu cuique) *ſummā duorum millium ſeptingentar. octoginta ſex librar. quā ille eis debebat ſuper pecuniis eidē debitis à* Dom. *noſtro Rege*. Geſtū menſe Iunio, an. 1298. Pręfatus autē Guy Henricū fratrē egregiè imitatus, ſerò vxore orbatus, ex qua liberos 5. antea ſuſceperat, profeſſus quoque eſt Lugd. Ordinē S. Dominici, vbi ad extremū is animā exhalauit in Cœnobio humi traditus. Caſtrū verò Dominicū S. Ferreoli atque parœcialis Eccleſia ſui oppiduli eidē diuo ſacta ſub Diœceſi Lugdun. ideò ſic quondam nuncupata ſunt, quia pridē S. Martyr Ferreolus, non quidē alius Veſontinus [o], ſed vnus patrię Viennēſis ac vicinę Lugdunēſis [p], ibidē pro Christo Seruatore animā profuderit, quatenus in Martyrologiis liquet. Siquidē prætetea ita paucis iſtic cōtraximus potiorē textum authenticū Surij [q] de illo viro. *Criſpinus temporis illius Præſes in Viennenſi ciuitate, iuxta Imper.[r] præceptū cœpit ad ſacrificandū Chriſtianos compellere. Sedens pro tribunali, &c. inter alios beatiſſimū Mart. Ferreolū habitu ſolo non officio militantē, quòd eſſet Chriſtianus, ſacrificare cōpulit, &c. Egreſſus autē extra portā Lugdun. ancipiti defixus cōſilio ſubſiſtit, &c. Dein cōcito gradu ingreſſus aggerē publicū, vſque ad latē fluuiū percurrit: vbi cùm à perſecutorib. cōprehenderetur, & reuinctis poſt tergum manibus duceretur in eum locū, in quo ſepulchrum S. corporis eius veneramur, ſubito inſtinctu crudelitatis percuſſus* (capite) *occubuit* [ſ], *&c.* En inſigma propinqui huiuſce loci, vbi ſactū id corpus quieuit prope Viennam & regionē parœciæ quæ deinceps in honorem Martyris, retenti tanquā patroni, ſuam complexa eſt nomenclaturam,

[o] 16. Iunij.

[p] 18 Septem.

[q] eo die Sept.

[r] fortè Diocletiani & Maximiani ad an. 303.

Tumulus & Eccleſia S. Ferreoli.

[ſ] Sur. to. 5. p. 123.

vbi excurrit fluuiolus hodie *Gerria* dictus, vulgò *Giers* *. Vnde hi etiam nobiles de Albone, aut reliquæ hinc poſteræ domus eiuſdem radices ſuum hactenus cognomen ſumpſiſſe creduntur. Attamen videntur harum portiones reliquiarum inde Viennam Gallorum translatæ quadringentis poſt martyrium annis. Ratio eſt, quia S. Ado loci Epiſcopus diu ante Surium, ac florens anno ſalutis 880. ſic in ſuo Chronico loquitur de ſuis ætate ſexta anteceſſoribus ſub ann. 727. & 741. *Vuilicarius Auſtreberto vener. Epiſcopo Viennæ ſuccedit. Qui ob cladem Sarracenorum cum eſſet domus præclariſſima Martyrum citra Rhodanum ab eis iam incenſa, oſſa beati Ferreoli cum capite Iuliani Martyris intra vrbem tranſtulit, eiſque accelerato opere non magno pretio Eccleſiam conſtruxit, vbi & eorundem Martyrum Reliquias reuerenter compoſuit.* Sufficiat.

Corporis ſancti tranſlatio.

* Papyrius Maſſonus in Annib. Gallic. pag. 405. Pariſ. 1618

S Ado Vien.

Quoad Henricum fratrem poſtremum, certè apud Antonium Monchiacenum Demochatem Tomo de diuino Miſſæ ſacrificio, Cap. 33. fin. pag. 55. conſtat Henricum Delphinum ſic ibi vocari ſolitum, cõparuiſſe ac ſediſſe Mediomatricibus Epiſcopum & Præſulem 68. digniſſimum. Quem extitiſſe hunc, de quo mox, ſatis docet temporum conformitas.

20 gener.

K { Catharina de Albone pecuniario etiam appennagio dotata, vxor effecta eſt Ioannis Atrebatenſis, vulgò *d'Artois* vel *Arraz*, Principis regiæ ſtirpis [17], Comitis Eburonicũ, vulgò *Comte d'Eu* aut *de Heu* [18], vrbis limitis Normanniæ & Picardiæ prouinciarum: niſi certè admiſerimus recentem vnum, qui ſemel inter Latinos eam ciuitatem *Heu* vocat *Augum*. Beneficio autem huiuſce matrimonij creduntur orti duo liberi, partim ex authoribus, partimque ex maiorum traditione. } L

17 En regius ſurculus ac ſeries pro ipſo Ioanne Atrebatum. Robertus tertius filius Ludouici 8. Regis Francorum ac proximus frater minor natu ſancti Ludouici pro ſuo appennagio ſeu patrimonio creatus eſt Comes Atrebatum: vxor Mahaulda filia Ducis Brabantini. Eis filius Robertus Comes 2. Ex Roberto 2. nati quatuor: Philippus I. Robertus 3. Mahaulda, & Blanca vxoratæ. Maſculi equidem cognomine gentilitio dicti Attebatenſes, at non Comites loci, quia prior prolem habens ex coniugio obiit ante patrem, poſteriórque abiit è vita ſine liberis. Philippo autem primogenito ſucceſſit filius Robertus 4. Atrebatenſis, Comes Bellimontis (*de Beaumont le Rogier.*) Qui princeps diſceptans in iudicio, minimè tamen ſucceſſit Comitatui Atrebatenſi, ſed Mahaulda ipſius patruëlis ex Arreſto currentis & ambulatorij coram Rege Parlamenti, re filiabus competente. Robertus ille 4. duxit in vxorem Ioannam ſororem Philippi Valeſij Regis. Ex quo thoro genitus præfatus Ioannes Atrebatenſis Comes de Albone per coniugem Catharinam, itémque minor Carolus Atrebat. Comes Longueuillę. Hæc ſingula ex Tillio in Optimatibus pag. 103. Qui Author certe non recordatur Catharinæ de Albone vxoris eiuſdem Ioannis: ſed tamen ipſe illi viro ſuo velut parenti tribuit liberos in ramis conſanguinitatis proximè adſequentes. Paradinus verò in Affinitatibus pag. 288. Catharinæ vno verbo iungit virum Ioannem, liberóſque prætérit inde prodeuntes. Nos autem deficientem vtrunque dictatorem in vnum colligantes, hiſtoriã locupletamus & perficimus, recenſitis per me vtraque ſimul parte maritata & horũ filus. Ad quod negotium minimè iuuat Catharina Atrebatenſis, quam ſeorſum idem Tillius ſcribit datam in vxorem Ioanni Borbonio III. Ioannis Borbonij filio, pag. 117. eámque in hac Atrebatenſium arbore conſanguinea repetit pag. 104. tanquam ſororem fratrum Ioannis & Caroli poſtremò commemoratorum.

Plures Roberti Frãciæ.

Valleſij, atrebat. Bellim.

Borbon. Cathar.

18 Vt in latinam coloniam deueniat notitia vrbis *de Heu* ac Comitatus, vel vt perſpicax fiat pluribus vox antiqua fortaſſis ignota, ſeu inter paucos ad vſum reuocata, quę eũ locum digito monſtret, mox articulatos eo characteres diſcamus. Ad eum finẽ conſequẽdum imprimis miſſos libèns faceremus Eburones, tanquam paſſim vſurpatos pro extremis Belgicis Gallis, apud Leodinm incolis, & Germanorum limitibus: niſi me aliò diuertere cenſerentur potiora rationũ momenta in tali problemate. Nã profectò, ſi quis propiùs cõformes idiomatum affiniũ ſimilitudines à priſcis inſtitutas cõtueatur, aduertet per Eburones faciliùs deſignãdos eſſe certos quoſdam populos in Nortmannia poſitos, ad Celticę Galliæ Septentrionẽ pertinentes, quorum ciuitas Epiſcopalis vulgo *Eureux* appellatur, quaſi olim ferè vicinatum Metropolis: vt inde ſinatur etiã occaſio vacua cõmodiùs poſtmodũ replenda, & aliò haud longiùs trãsferẽda, quę ſit propinquioris alterius dictionis fœliciori paulò exitu applicãdę alteri vrbi vulgò *Heu*, eiuſdẽ Nortmannorũ prouinciæ, quatenus hęc illa vox breui delineãda pręſagiet. Ratióque Eburonum ſic adiungendorum eſt, quia quoties in nomenclatura conferenda hęrent aut variant interpretes, & quò pedem in progreſſu certò figant, vix ſciunt, tunc meritò ad

r. Eburones qui populi Gallicè.

Leod.

Nortmannia regio.

Authores. tò ad indicem magis veriſimilem ſuos flectere tenentur animos, quæ propenſior figura ſit
potiùs vrbs illa *d'Eureux* pro Eburonibus, quàm ciuitas Leodienſis *le Liege*. Ad quos ſanè
claudendi riuos ac terminos non ægrè tandem trahenda & reducenda ſunt tentamenta hæ-
ſitantis Roberti Cenalis Epiſcopi Arboricenſis in illa patria, atque nutantis Blaſij Vigenerij
in Commentaria Cæſaris, viri quondam mihi familiaris: ambobus de iſto vrbium nominan-
2. Eburonices qui. darum themate conſcribentibus. Secundò, vox alia ſcitè occurrit, nempe, *Eburonicum*, quos
Eburonices bini præfati Authores cæteríque paſſim diſertè ſcernunt ab Eburonibus. Priore
ergo recognitâ voculâ pro ſitu *d'Eureux* ex noſtris aſſertis; ritè conſequitur poſteriorem E-
buronicum notam pro vrbe *d'Eu* accuratè ſupponi ac ſupereſſe. Verùm inde proſpicio à
longè & augutor dictum ab ipſis, quòd admittunt quidem vocum diſcrepantiam, at certè
alio quàm nos ſenſu: Eburones pro Leodienſibus, & Eburonices pro *Eureux*; nihil autem
planè pro vrbe *d'Eu*. Sed proculdubio dum his obiectis non immoror, deleo & oblimo
de ſententia mentéque mea nomen Eburonum pro Leodio, ob maiorem, imò vnicam indiſ-
ſolubilémque eius vocis neceſſitudinem cum rediuiua metropoli *d'Eureux*. Adeóque ſem-
per reliquum eſt, quod ſuperuacaneum Eburonicum pergat ſpecimen exhibere vrbis *d'Eu*.
3. Ebroicenſes qui. Tertia vice, eſto quòd Eburones pro Leodienſibus permanſiſſe poſſint vel debeant, tametſi
hoc indignum creditu ex remotiori quàm par ſit etymo deduceretur: nihilominus adhuc
reſtat ſufficiens aliunde declarandi modus, quòd allata iam Eburonix ciuitas topographi-
cè vrbem *d'Eu* perſeueret conſcribere. Nam Gallico ſermoni vrbis *d'Eureux* inſeruit
præterea & miniſtrat Latinè aliud nomen vetus *Ebroïcum* & Ebroïcenſis Diœceſis, nationib.
peruium, magis frequens atteritum, nec ampliùs anceps. Teſtes ſunt, tum religioſus anti-
quior Robertus Gaguinus in profanis rerum Gallicarum Annalibus p: tum duo ſacri dicta- p li. 9 ſub Ioan. Rege
tores Antonius Demochares libro dudum citato q, & Ioannes Rebuffus Iuriſperitus opti- pa. 147.
mę famæ Doctores r. Hi in ſingulis orbis chriſtiani Diœceſibus enodandis agrum *d'Eureux* q c. 21. p. 38.
vocant Ebroïcenſem duntaxat, notam inter Latinos valdè diſſidentem ab Eburonico. Ergo r in praxi beneſic. p. 486.
4. Eburonices qui. ſemper enatant aut ſupereminent Eburonices, ſumpti pro *Heu* ciuitate vel Comitatu. Quar-
tò, interuenit denique vox ſingularis Eburouicus, aut pluralis Eburouices, velut per ſe rur-
ſus diſcreta tum ab Eburonibus, tum ab Eburonicis, conſona *n* in *u* mutata, atque recèns
ſeu perpaucis explanata. Paulus Æmilius geſta Francorum Latinè conſcribens, ſinguláque
prudenter elucidans, diſerto & eleganti calamo inducit ac effert vnis ex locis Eburoues po- ſ fol. 217.
pulos in hiſtoria Caroli VI. ſ & Ludouici XI. t tum alibi, ſeorſum, ac priùs Eburonices bis ſub t 234. 235.
Reges. Philippo Auguſto u Rege circa eandem prouinciam. Quorſum hęc? Non aliter certè: niſi u 2. fol. 123.
vt ſi prior dictio Eburonum aſſumi præſumatur pro Eburonicis & Ebroicenſibus confuſo 124.
paululum ſtilo, altera ſaltem pluralis, videlicet Eburouicum excitetur capienda pro incolis
vrbis & Comitatus *d'Eu*. Id affirmo maximè quia Eburouix Comes iterum quater re-
nouatur ab Authore in vitis Lotharij x, Philippi Valeſij y ac Ioannis Regum z, equidem pro-
piùs ad noſtrum inſtitutum. Ac in Carolo V. Sapiente fit ſermo de Eburouicib. ab Anglicano x 63.
Rege in deditionem receptis *, quando Angli bellum in regnum Francorum acerrimũ diu- y 187.
Heu quæ ciuitas. tinúmque gerebant, atque Normanniam occupabant, præſertim maritimas Prouinciæ ci- z 192. 198. 199. ann.
uitates & portus omnes, inter quos vrbs *d'Heu* propiùs multò adhęret Oceano quàm Ciui- 1376.
tas *d'Eureux*. Propterea facilè vrbem illam *d'Heu* exprimi intendit nomine Eburouicum, ſi
vnicus ſemper locus ſub variis dictatis comprehendendus arbitraretur. Sic æquiuoca anteà
Inter hos diſcretio. mixta & perobſcura primùm ex Philoſophis diuidenda ſunt, & ſole clariùs diſtinguenda,
deindéque ſuis diffinienda certis limitibus, non autem priùs, ne diutiùs cæcorum more am-
bigendo torpeamus circa eoſdem penè ſonos, quaſi vnicum perpetuò ſignificatum auribus
tinnire geſtirent. Quintò, tandem fortè promendam putarim dictiunculam *Augum* à Gagui-
5. Augum quæ vrbs. no ſanè euectã peculiari quodam fine pro vrbe *Heu*. Qui Author dum reminiſcitur Ebroï-
cenſium pro *Eureux*, reticet etiã Eburones & Eburouices perpetuò, quaſi intendat haſce duas
tréſve prolationes ſub vnicã cadere. Equidem vocula *Augum* pro vulgari *Eu* accõmodatiùs
Translatio. paulò illuc referenda ab ipſo cenſetur quàm Eburouices, ſi Latinorum Chronica cum Gal-
licis propiùs conferantur. Etenim vbi Gaguinus initio Chronol. Regis Ioannis ſcribit b. *Ve-* b li. 9. p. 143.
nerat tum ex Anglia ſolutus carcere Rodulphus Augi Comes & Conneſtabilis, &c. ibi Bernardus Gi-
Haillan. rardi hiſtoriographus Gallicus promit hæc verba ſub eam diarij partem c: *La premiere choſe* c vulgò du Haillan lib. 5.
que le Roy ſacré fit, eſtoit qu'il deſpecha le procez à Raoul de Neeſle, Comte d'Eu & de Guines, Con- Lugd. p. 796.
neſtable de France, &c. Verùm Gaguinus ſemel & ſolus id nomen recèns innouat à nullo poſt- Pariſ. 1586. in folio.
hac inſequutus: vt ad frequentiores penè Eburouices ſatiùs redeundũ exiſtimetur, tanquam
elegantiùs & ſuauiùs dictum. Atque iſtic competebat tale propoſitum corrigere, pro eiuſmo-
di emendanda peculiari diſputatione. Alius ad extremum ſuo ſenſu abundet vt volet.

Situatio. 19 Situs borealis vrbis *de Heu* adeſt propè mare Oceanum ad vicinum ſeptentrionem Diepę, ſubque eadem meridiana linea cum *Eureux*, quæ altera ciuitas auſtralis cùm ſit, illuc diſtat & ab inuicem diſſident bimilliaribus triginta tribus, Sequanâ verſus Rothomagum vrbem intermediâ. Ac locus vterque iacet in Neuſtria. Paradinus autem in præfata Catharina de Albone finem apponit Comitibus ſeu toti familiæ Albonenſi.

21 gener.

M {
1. Filius Atrebatenſis ſecundus huiuſce nominis ex allatis in commentario 17. & Conneſtabilis Franciæ, filius erat Ioannis Atrebatenſis, necnon Catharinæ de Albone, quia non legitur virum Ioannem Philippi genitorem altam duxiſſe vxorem quàm Catharinam. Philippus verò deſponſauit Mariam Bituricenſem filiam Ioannis Franciæ Ducis Bituricenſis, Exindéque ſuſcepti ſunt duo liberi. } L

2. Ioanna Atrebatenſis, ſoror præfati Philippi, & vxor Simonis Comitis Druidarum, ſine liberis.
}

14. gener.

L {
1. Bonna Atrebatenſis vxor Comitis Niuernenſis Philippi Burgundi, minoris natu Philippi Audacis Burgundię Ducis, &c.

2. Carolus Atrebatenſis, Comes Eburonicus. Obiit anno 1471. abſque liberis. Atque ſic finiit Tillius in ſuo Chronico ſub an. 1556. Et hîc perinde ſuos imponit terminos illa radix Comitum Atrebatenſium, quorum denique hæredes fuêre Comites Niuernenſes.
}

13. gener.

M {
1. Anna de Albone filia maior natu Equitis Regij Guy ac Marguaretæ Dyoing, vxorata nobili Ioanni de Chaſtillon 10. Septembr. 1303. Sign. *Sor* Notar.

2. Sibylla prima de Albone, maritata Guichardo de Montagny 1305. Petrus de Montlouis Notar.

3. Agatha, nobili Godemardo du Fay 1315. Signatum *Stephan. Peyſat* Not. De quo viro militante pro Rege Philippo 4. Valeſio aduerſus Anglos ad Caletum Oceani portum diſertè loquitur Ioan. Froſſard. in Chronic. ſuis hiſt. lib. 1. c. 134. ſub an. 1346. & 19. Regni Philippi: vbi Author apertè vocat nobilem Gaudemarum du Fay, &c.

4. Henricus II. de Alb. hęres patris Guy ex teſtamento 18. Iulij 1318. publicato 21. Octobr. 1326. Deſponſauit Blancham Richardi filiam nobilis Egidij Richard. an. 1327. Thomas Bacouier Notar. Ex qua ſeptem item liberi verè ſuſcepti leguntur. Ipſe autem præter vxorem ſepulturam elegit apud Dominicanos propè patrem 26. Octobris 1360. Guilelmum filium inſtituens hæredem. } N

5. Ludouicus I. de Alb. Canonicus Eccleſ. Cathedralis Tricaſſinæ.
}

O { Alix Guilelmi primi de Albon. filia duxit nobilem Antonium de Talaru anno 1383. } P

14. gener.

P {
1. Guy ſecundus Alb. Henrici II. primogenitus Monachus Sauigniaci.

2. Gilletus I. de Alb. Canonicus Comes Eccl. Lugd. Obiit 1427.

3. Marguareta de Albone Henrici primogenita duxit Hugonem de Trazetes, Dominum de Nouailles, menſe Decembr. 1347. Ioann. de Ciche Not. & 12. Iunij, 1369.

4. Anna tradita nobili Matthæo de Talaru Dynaſt. de Chalmazel & Noailly, anno milleſimo trecenteſimo quadrageſimo nono.

5. Guilelmus II. de Albone hæres, 10. Octobr. anno 1362. vxorem nactus eſt Alixiam de l'Eſpinaſſe 20, Dominam Caſtri de S. Andrea apud Roannam & de Curys, filiam nobilis Hugonis de l'Eſpin. Dynaſtæ S. Andreæ, &c. Ex quo thoro emeriti duodecim legitimi infantes. Vir autem tumulum ſuum deſtinauit apud Dominicanos cum genitoribus 7. Iunij 1405. } Q

6. Ioannes III. &c. Sic tales hi duo, ex M. Ioan. Bruïdon Notario ſub Data 10. Octobris 1349.

7. Henricus III. Monachus Inſulæ barbaræ.
}

20 Eo

20 Eo tempore floruit Guilelmus de l'Eſpinaſſe Magnus Cuſtos Eccleſię Cathedralis ſeu Primatialis S. Ioannis Baptiſtæ Lugdunenſis an. 1342. per Guillelm. Hernard. Notat. Fuerat patruelis Alixiæ.

15. Gener.

1. Blancha de Albone, vel aliàs Petronilla, primigenea Guillelm. II. nata an. 1367. Prioriſſa apud S. Symphor. in Ninerníis. Iacet Lugduni in Monialib. S. Petri.
2. Alix eius ſoror, nata an. 1368. in Caſtro S. Ferreoli: vxor Antonij de Talaru Dom. de Noailly.
3. Guichardus de Albone natus an. 1371. fuit hæres ſeu Dominus S. Ferreoli, *de Fourgeulx*, *&c.* deſponſauitque Philibertam filiam Gaualguionis de Sinemuro, vulgò *de Semur*, Dominam d'Oches, anno 1400. vel 1437. & deceſſit è viuis 30. Ianuar. 1442.
4. Ioanna de Albone nata an. 1373. menſe Auguſti.
5. Ioannes IV. de Albone natus an. 1374. Capitaneus de Beſſenay, Dynaſta S. Andreæ ex parte Guilelmo, & S. Ferreoli ex obeunte Guichardo fratre abſque liberis. Ioannes nupſit Guillemetæ de Laire, filiæ Radulphi Domini de Cnſieu in Foreſiano: & condidit teſtamentum 24. Septemb. 1432. Eis collati quinque nati. } R.
6. Henricus IV. de Alb. natus an. 1375. apud S. Ferreolum die feſto S. Vincentij, Canonicus Præpoſitus Eccleſiæ Lugd. 1398. deinde Cantor an. 1421.
7. Ianeta nata an. 1376. in Ianuario finali.
8. Marguareta an. 1377. apud S. Ferreol. paulò ante Quadrageſimam.
9. Guillelmus III. an. 1379. extremo Aprili apud S. Ferr. deinde effectus Prior de Montrotier, & electus Abbas Sauigniaci an. 1415. ac mortuus excellens Canoniſta an. 1455.
10. Reginaldus I. d'Albon natus in Caſtello de Curis an 1380. vigilia Decollationis S. Ioannis Baptiſtæ, Comes in Eccl. Lugd.
11. Gilletus natus an. 1385. die feſto S. Michaëlis. Creditus Cantor Eccleſiæ Lugd. Præterea verò vnus Regnaudus de Albone erat Camerarius eiuſdem Eccl. an. 1440. ſuprà ex Num. 100. §. 1. ac rurſus quidam Andreas de Alb. Miles graduatus in illa Eccl. an. 1439.

16. generat.

1. Guichardus II. de Alb. Ioannis IV. filius, Canonicus Cantor Eccleſiæ Lugdunenſis, expirauit an. 1483.
2. Guilelmus IV. de Alb. natus in Caſtro d'Oches apud Roannam die feſto S. Simonis an. 1418. Dominus S. Ferreoli, deſponſauit nobilem Mariam *de la Paliſſe*, Dominam *de Chaſeul* apud Borbonienſes. Inter eos comperti ſunt quinque liberi. } S
3. Abbatiſſa Monialium S. Petri Lugdunenſis, anonyma.
4. Gilletus III. aliàs Parey de Alb. 21. natus in Caſtro de Curis die 1. Decemb. 1419. Eques Dominus de S. Andrea, duxit Ioannam de la Paliſſe, Dominam d'Oches. Signatum Guichard Montoſat Notar. an. 1462. Per quos ſuſcepti leguntur quatuordecim infantes. } T
5. Ioannes V. de Alb. ſelectus Abbas Sauigniaci, anno 1455. Diſceſſit è vita anno 1492. Ibidem ſepultus.

I. gradus. Atque hic inchoat primus gradus, quaſi truncus adſequentium.

21. Circa hoc tempus obiter aduerte quendam Petrum de Albone, de Baignols extitiſſe Refectorij Præpoſitū, vulgò *Refectarier*, Abbatiæ Sauigniaci an. 1392. deindéq; Hoſpitalarium *Hoſtelier* ibid. an. 1425. necnon Antonium de Alb. Dominum de Baignols an. 1426. Quorum etſi ignotus ſit paternus ſurculus aut directus ramus arboris: tamen ſeculi affinitas docet eos videri præfatis de familia conſanguineos in gradu valde propinquo.

17. Gener.

1. Catharina de Albone filia prouectior Guillelmi IV. nata in Caſtro S. Ferreoli die 9. Octob. 1444. tradita nobili Claudio de Lanyeu Domino de Ponſſins in Foreſiis, ad an. 1463. ex Guichardo de Montoſſat Notario, ratificādo die 3. Auguſti.

2. Guillelmus V. natus in Caſtro cit. die Cinerum an. 1445. duxit Marguaretam de Leui, aliàs *de Conſan*, ex Petro Borrel Notar. 3. Septemb. 1471. Elegit ſepulturam in Eccleſ. d'Oches 16. April. 1474.

3. Henricus V. de Alb. ibidem editus in lucem 23. Iunij 1447. vxoratus Annæ de Montmorin 15. Ianuar. 1475. ex cit. Petr. Bor. & creatus Eques 3. Octobris paulò ante interitum. Inde prognati ſeptem præterea liberi: obiit an. 1502. — V

S — 2. gradus.

4. Anthonius I. de Alb. natus 24. Aprilis 1449. effectus Religioſus Sauigniaci 16. Nouembr. 1519. & à 22. Maij 1520. poſſedit Prioratum S. Clementis.

5. Franciſcus I. de Alb. natus 21. Maij 1451. Camerarius Sauigniaci, deinde ibid. Abbas [22] electus an. 1493. cuius Baſilicæ conſtruxit Campanile, itémque Prior de Mornan, Tarare, Coſuac & de Vicy. Obiítque 18. ſeu 28. Martij 1520. ante Paſcha, & reſignauit, vnde bis infrà.

22 Proximus ferè anteceſſor ipſius in Abbatia fuit Ioannes de Albone electus Sauigniaci an. 1455. & morte ſolutus an. 1492. qui minimè apparet in præfata arboris categoria, vt neque adſequaces Eccleſiaſtici eiuſdem æui, quos tamen nullus anceps erit fuiſſe conſanguineos præmiſſorum quinque; nimirum Guy II. Canonicus Comes Eccleſiæ S. Ioannis Baptiſtæ Lugdun. an. 1487. alius ibidem dictus Archidiaconus de Albone ac Prior de Rendans an. 1490. deinde Ioannes de Albone Abbas Sauigniaci, qui exhalauit 1. Septemb. 1492. adeóque cernitur immediatus dicti Franciſci in Monaſterio prædeceſſor. Quo die anni ſequentis 93. obiit eius nepos Rolinus de Albone Prior de Mornans & de Rendans. En quinque additi: omnes veriùs collaterales ſuperioribus totidem in linea poſitis.

Additi iiij.

18 gener.

1. Guichardus III. de Albone, Gilleti II. primogenitus, præmiſſorum quinque in recta ſerie patruelis, vulgò conſobrinus, deſponſauit Annam de Seneterre, poſteáque vnam de Talaru: natus eſt Dominus de S. Andrea 22. Martij 1443. Eques Torquatus 50. lancearum, & Magiſter Equitum ſub Principe Duce Borbonio an. 1478. Obiit 28. Maij 1502. Ei pueri quinque ex vxore Anna de Sinemuro. — X

2. Philibertus de Alb. natus an. 1445. Canonicus Comes Eccleſiæ Lugdunenſis.

3. Ioannes VI. de Alb. editus 17. Septemb. 1446. Fortè is qui ſuprà Abbas Sauigniaci. Obiit an. 1492.

4. Guillelmeta de Albone nata an. 1447. paulò ante feſtum Natalis Chriſti, Abbatiſſa Monaſterij S. Petri Lugdunenſis [23], vbi ipſa ab oculis receſſit mortalium 10. Iunij 1503.

5. Alius Ioannes de Alb. iſque VII. natus apud S. Ferreolum poſtridie feſtiuitatis Domini Ieſu naſcentis 1448. fortè ſic nominatus pereunte fratre Ioanne V. Et obiit Prior Taratri, vulgò *Tarare*.

6. Antonius II. & Philiberta de Alb. nati in eodem Caſtro 1. Ianuar. 1450.

7. Antonius III. emerſus in Caſtro d'Oches die feſto S. Crucis Septembris 1452. Abbas Inſulæ barbaræ: quam Abbatiam 1. Nouemb. 1514. reſignauit Antonio de Alb. nepoti ſuo, Præpoſito maioris Eccleſiæ Lugdunenſis; etiámque ſuos Prioratus de Noally & Marnan D. Abbati Sauigniaci eius fratri, quicunque fuerit ille ex reliquis nouem maſculis eius fratribus in hac 18. generatione recenſitis. Fuit rurſus Camerarius Sauigniaci & Abbas S. Ioannis de Theroanna. Ipſe verò tandem occubuit 13. Aprilis 1515.

T

Alterum membrum ex 1. gradu.

8. Gilletus III. de Alb. natus in Caſtello d'Oches an. 1453. &c.

9. Reginaldus II. vel Regnaudus, aliis Roletus de Albone natus, in loco cit. menſe Septemb. 1455.

10. Robinetus, alius Robertus d'Albon, egreſſus die feſto S. Antonij 1456. fuit Prior de Mornan & Rendans, ac Hoſtellarius Sauigniaci. Obiit an. 1493.

11. Marguareta de Alb. ex vtero materno educta 29. Iunij 1457. in Caſtro d'Oches. Ei tres viri: de Riuoire, Dynaſta de Belletriche, & Paillardus Baro d'Oroze.

12.

12. Ludouicus II. de Alb. ibidem ortus 9. Octob. 1458. Ratificat cum fratre Guichardo 16. Ianua. 1481.
13. Guy III. de Alb. illic è vulua eiectus an. 1459. Comes in Eccleſia Lugdun anno 1487. &c.
14. Ioanna de Alb. in eadem domo luci reddita die vlt. Auguſti 1461. Et hîc explicit gradus ſecundus conſanguinitatis.

Commentarius.

23 Ex Archiuis Domus S. Ferreoli & Abbatiæ Sauigniaci conſtat equidem præfatam Guillemetam reſignaſſe ſuam S. Petri Abbatiam Franciſcæ de Albone nepti ſuæ; quæ Franciſca realem ſeſſulæ poſſeſſionem ſuſcepit canonicè 2. Nouemb. 1503. At quoto gradu præcisè fuerit his 14. conſanguinea eadem Franciſca, aut cuius parentis filia, ſanè nondum conſtat Appoſiti. infrà ex collectis aut recuperatis in tota præſenti arbore genealogica. Eodem pariter ſeculo floruêre Renatus I. de Albone Prior de Noally in nouenaria ætate & nonnullæ ipſius domus Chartulæ proferunt Mariam de Alb. Priorиſſam de Poilly apud Roannam ſub annum 1516. rurſus Ludouicum de Alb. ac Renatum præfatum Canonicos Eccleſiæ S. Ioannis Lugdunenſ. poſteáque hunc Archidiaconum de Theroanne anno 1520. qui niſi credatur Ludouicus 12. ſuprà tardiùs victitans, ergo ſeorſum quatuor ſaltem hîc per aſteriſcum ſubnciendi ſunt, velut à latere, ex ignota eorundem proſapia, donec clariùs.

19. generat.

1. Sibylla II. Albonenſis, Abbatiſſa Eccleſiæ Benedictinianæ S. Petri clauſtralis Lugdunenſis.
2. Maria de Alb. Prioriſſa *de Pouilly*, deinde Abbatiſſa præfatæ Baſilicæ ſancti Petri.
3. Ioannes VII. de Alb. primus Henrici quinti maſculus, oriundus in Caſtro S. Ferreoli die S. Simonis Apoſtoli, an. 1477.
4. Guillemeta de Alb. ibidem nata feſto die S. Martini 1478. nupta nobili Girardo *de la Tour*, Dynaſtę de *S. Vidal*, ad ann. 1504. vtique conſanguineo mariti Franciſcæ de Albone infrà.
5. Guicharda de Alb. illuc ſuborta pridie feſti S. Lucæ an. 1480. nupta nobili Franciſco de Chaſſonge, aliàs Chaſtaigny, Domini du Pont apud Roannam 15. Iunij 1500.

V

6. Guillelmus VI. de Albone, eodem in loco natus an. 1482. hæres Dynaſta S. Ferreoli, de Curis, &c. Locum tenens omnium nobilium Regiæ Cameræ, duxit vxorem Gabrielam 24 *de S. Chaumont* 4. Februar. 1536. ex qua per eum ſuſceptæ viſuntur nouem ſoboles. Y

III gradus.

7. Antonius IV. de Alb. cretus an. 1486. Præpoſitus Baſilicæ Primatialis, & atnepos Antonij III. cuius operâ effectus eſt Abbas Inſulæ ex allegatis ſuprà cum reſignatis ei aliis Beneficiis. Verùm interiit apud S. Ferreolū, ibique tumulatus 6. Auguſti 1525. poſtquam relicta Præpoſitura eſſet electus Eccleſiæ Decanus 25, ſaltem ab anno 1523. Hæredem verò conſtituit fratrem Guilelmum 4. Auguſt.

Genealogia domus de S. Chaumont.

24 Gabriela erat filia nobilis potentiſque viri Ioannis *de S. Chaumont*, Dynaſtæ loci & Montchal, ac Dominæ Ioanne de Turnone: deinde aſcendendo, Ioannes habitus eſt filius Yuonis *de S. Chaum.* Yuo Leonardi *de S. Prieſt* an. 1470. Leonardus potentis Ioannis de S. Pr. hæredis Guichardi de S. Annemundo, vulgò *S. Ennemond*, an. 1427. Ioannes Guichardi de S. Prieſt an. 1378. Guichardus nobilis Briandi de S. Pr. Domini de S. Annem. an. 1344. Briandus Ioannis Dom. de S. Annem. an. 1325. Ioannes Iacobi Domini de Iar. S. Annem. & d'Iareys & S. Annem. anno 1300. Iacobus potentis Gaudemardi Dom. de Iar. S. Annem. & d'Argentau an. 1282. Ac iſte tandem filius nobilis Guy de Iareys, Equitis de S. Annem. an. 1233. &c. En patres decem ſeu directi maiores Gabrielæ.

25 Hic dignum notatu, quòd ex domicilij gazophylacio liquet Franciſcum 1. de Alb. ſuprà Abbatem Sauigniaci eam ſedem ſuam an. 1520. reſignâſſe cuidam Antonio de Alb. vocitato nepoti ſuo, ætatis duntaxat annorum 14. aut 15. eiúſque Bullas cum regio Placito Franciſci

1. & Pontificia Leonis 10. inſtitutione expeditas fuiſſe, eóq; in poſſeſſionem miſſo die 11. Maij 1521. per conſtitutum Dom. *de S. Chaumont* Comitem primæ Eccleſiæ. Hinc verò iure percontandum qualis ille ſit Antonius. Certè non fuit primus nomine ſuprà frater annoſior Franciſci, quia illi iam tunc obuenerant anni 71. Neque ſecundus patruelis, ob eandem adoleſcentiæ huic non conceſſæ rationem. Multóque minus eſſet Antonius III. aut IV. viciſſim Abbates Inſulæ, tum quia vix poterat eiuſmodi Antonius duabus ſimul Abbatiis inſigniri; partim etiam quia in vtroque cernebatur ætas prouectior quàm quæ reſignatario tribuebatur. Et inſuper poſtremus non nepos nec abnepos, ſed atnepos erat Franciſci duntaxat. Adde quòd nondum Concordata inter Pontificem & Regem animo concepta niſi quinquennio poſt reſignationis diarium publicata feruntur, quibus Rex ad beneficia nominare inchoaret. Ergo ille Antonius creditur alius, íſque paterni alterius ſurculi, nobis hactenus ignoti: niſi probabiliùs extiterit ANTHONIVS V. Præſens, Archipræſul, de quo infrà.

Alius de Albone.

10. gener.

IX

1. Ludouicus de Alb. III.
2. Ioannes VIII. de Albone Guichardi II. primogenitus, Comes Eccleſiæ Lugd. 1482. vulgò dictus *Meſſire I. d. &c.* apud Hiſtoriographos; Dynaſta Caſtri S. Andreæ & Ouches Eques Ordinum Regiorum; Balliuus Matiſconenſis an. 1531. tum Moderator Regius Lugdunenſium, Foreſtenſium & Bellijocenſium; Capitaneus 50. lancearum: ſemper ex primis militaribus per Gallias Ducibus in ciuilibus bellis Regis Henrici II. vocatus[26], ac vxoratus Carolæ de Rupe, vulgò *Charlotte de la Roche*, Dominæ de Tornouelles prope Riomum in Aruernia. — Z

3. gradus.

3. Ioanna de Albone, nata 24. Decembris 1473. Vxor Guilelmi de l'Aire, Dom. de Cornillon.
4. Guy IV. de Alb. Canonicus Comes Eccleſiæ Lugd.
5. Claudius I. d'Albon vitâ donatus 15. Maij 1475. At Ioannes 8. ob diuturnam eius in rebus præclarè geſtis quæ adſequuntur peregrinationem, videtur minimus natu, longéq; poſt hoſce duos: quē nihilominus propter ipſius dignitatem & velut hæredem patris, hic primum deſcripſimus, vt fieri aſſolet in potioribus maſculis. Ibique finis tertij gradus.

Commentarius.

Vndecim notæ de Albonum geſtis

26 Pro ſtrenuis viri actis non allego Guillelmum Paradinum latinè dicentem in Volumine cui titulus eſt, *Memoriæ noſtræ, &c.*[a] vbi fatur hoc ritu: *Ioannes Andreas eius loci primarius, &c.* nempe Pariſienſis Curiç. Neque acerſo Tillij Chronicon ita loquentis de proximo Ioannis Andreç conſanguineo[b], *Rex Petro Liſeto, Franciſco à ſancto Andrea & Antonio Minart Præſidib. in Senatu Curia interdicit, &c.* Quippe hoc illis eſt cognomen gentilitium, & ſunt alterius ab Albonenſibus familiæ: qui Albonenſes exteriùs apud vulgus prædicantur ſolùm *à ſancto Andrea*, ex Caſtri ſuæ ditionis appellatione. Sed de iiſdem nobiliſſimis bello furentibus Capitaneis, maximè nunc de præfato Ioanne Albonum alumno pertractat item Latinè Iacobus Thuanus nuper viſus à nobis Præſes Tribunalis Lutetiani in hiſtoriis paſſim ſui temporis[c] per quatuor Tomos[d] iſtic compendiariò vndecim Articulis comprehenſos. Primus ſic. Anno 1546. hyeme. *Delphino duce Annalius & Santandreanus*[e] *Guidonis rupem ad Sequanam oppugnabant*[f], vbi aderat Franciſcus Bernardus Orator Venetus, & propugnator[g] Franciſcus Borbonius Augianus, captúmque eſt Caſtrum. Secundus Articul. ex anno 1547. *Santandreanus Equitum Tribunus creatur*, præter alios vndecim ad id munus dudum conſtitutos[h], &c. *Santandreano Lugdunenſis prouincia, Bellijocenſis, Dumbares, Forenſis, Seguſiani, Aruerni, Boij, Bituriges,* in quibus quæ ad ſui magiſtratus officium pertinent à Rege Henrico II. exequi iubebantur in bello aduerſus Anglos. Tertius, ex anno 1550.[i] *Santandreanus qui torquem conchyliatum S. Michaëlis in Angliam pertulerat*, in ſignum pacis aut induciarum: *cùm rediret, in itinere periclitatus eſt, diſpoſitis à Maria Pannonia Regina inſidiis, quod vbi Rex intellexit, quicquid Dieppæ nauium Belgicarum erat, quòd Santandreanus reduſſet, retineri iuſſit, &c.* Quartus, ex anno 1552.[k] renouatis in Anglos prælus, Rex vt eos è Scotia repelleret, viduámque Reginam Mariam Lotharingam eriperet, eò pariter proficiſcens, ac Meten

I. Nota.

II. Henric. 2. Rex.

III. Maria.

IV. Santandreanus militans in Anglos.

a Lugd. apud Ioan. Tornef 1546. in fol. pag. 224 lin. 6.
b Lute. 1550. in fol. ſub an. 1549.
c Pariſ. 1604.
d in 8.
e Parte 1. To. 1 pa. 174.
f *Aſſiegement le Chaſteau de la Roche ſur Yonne, fleuue pres de Sens, tombant en Seine.*
g *En defenſe.*
h To. cit. p. 214.
i pag. 472.
k pag. 762.

ac Metenſem & Mommedium ciuitates iure capiens, *munienda vrbis cura data eſt Santandrea-*
no equitum Tribuno, qui conſultis peritis de conſtruenda arce in hortis Epiſcopi loco editiore, conſilium
V. Guiſius. *iniit, &c.* Quintus, ex anno ſequenti [l]. *In ſecunda acie rexerat cum Alphonſo Ateſtino Ferrariæ* l pa. 901.
Principe, Guiſio & Santandriano, quorum vnicuique aliquot equitum turmæ attributæ fuerant, &c.
Sub eodem Tomo prætermittimus Cardinalem Santadreanum ex cognomine apud Sco-
tos florentem anno 1547. [m] alterius familiæ ab iſto Lugdunenſi ex ſola Caſtri ſeu patrimo- m pa. 128.
VI. nij ſui appellatione ſic vocari ſolito, ac ex agnomine *de Albone*. Sextus inde Articulus n Partis 1.
fluit ex anno 1554. [n] *Santandreanus cum CCCC. Cataphractis, CCCC. leuis armaturæ equitib.* To. 2. pa. 3.
legione peditor. vna, & maiore tormentorum parte, Naubertum verſus tendit, ibique X. Kal.
Quintil. caſtra ponit, &c. Foſſorum operâ difficultates ſuperatæ ſunt, & poſtridie omnes copiæ
tormentáque ſine iactura traducta ſunt, atque ad Mariaburgum, primum hoſtica ditionis oppi-
dum caſtra promota. Santadreanus locum luſtrat admotis tormentis, magnum terrorem obſeſſis ni-
Romerus. *hil tale cogitantib. iniecit, qui eò magis auctus eſt, poſtquam Iulianum Romerum cum delectis*
Hiſpanis auxilio miſſum à noſtris repulſum intellexerunt. Poſt tertiam ab obſidione diem de dedi-
tione egerunt; conuentúmque vt annona oppidi penes noſtros remaneret, miles exutus armis abiret,
VII. Is aduerſus Imperatorem. *&c.* Septimus Artic. ex eodem anno [o], de bellicis actis aduerſus Carolum V. Imperato- o pa. 14. 15.
rem. *Colinius maris Præfectus* (Thalaſſiarchus ſeu Admiralius Franciæ) *latera cingebat, ſúb-*
que meridiem cùm ſerenato cælo equites circiter quingentos ſibi viſos Santadreano nunciaret, hinc
Santadreanus virib. impar, metuens ne loco adeò anguſto ordinib. ſuis terrorem iniiceret, verſa in
hoſtem fronte aciem ordinat in tumulo, cui riuus quà tranſeundum erat, ſubiacebat. Angianus pri-
Admiralius. *mi agminis ductor iuſſus eſt riuum tranſire, &c. creſcente ſemper tranſmiſſor. numerò impetum*
ſuſtinuit; donec Santandreanus ipſe cum Condæo & Aumalio cæteríſque procerib. tranſiit, relictis
à tergo Sauly & Suzæ Comitib. & Cruſſolio, qui prudentiam Santandreani & animi præſentiam
VIII. *ſupra modum laudauit, &c.* Octauus, ſub anno 1555. [p] *Santandreanus ex Picardia cum DCCC.* p pa. 220. 221.
Capit Vrbes. *Cataphractis ac totid. leuis armaturæ equitib. præterea VIII. M. peditum, præmiſſo Ringrauio cum*
ſuis, Cameti-montem & Retelium ad Niuernium venit, tandémque ad Mauberti-fontem conuenê-
IX. *re omnes, &c. Primum agmen ducebat Santandreanus cum numeroſo peditatu, &c.* vt ſuprà.
Nonus, ex anno 1557. [q] *Monſpenſerius tandem in manus hoſtium venit: capti & Santa-* q pa. 430.
dreanus E. Trib. Longauilla Dux, Ludouicus Gonzaga, Ringrauus Germanor. Dux, omnes tor-
quati equites. Decimus, ex anno 1559. [r] *Mommorantius equitum Tribunus, Guiſianis Lu-* r pa. 901.
X. Principes. *tetiæ rerum potientibus, remanere iuſſus eſt. Et Santandreanus Molinium in Boiis abiit, cui attri-*
buta Danuillæ, Burdillonij, Faietæ, Vilarij Comitis & Monlucij alæ. Taceo plura eodem anno
Reges. alibi. Itémque alius eſt vtriuſque cum noſtro appellationis diſcrepantiſque familiæ Ioan-
nes Santandreanus ex cognomine, vir Præſes Senatus Pariſienſis cum Præſide Ægidio Ma- ſ pa. 908.
giſtro [ſ], &c. in vicina illa hiſtoria recenſitus [t]. Hæc ſingula ſub Franciſco II. Rege Henri- 956.
XI. ci filio adoleſcente patent. Vndecimus poſtremúſque Articulus ſuccedit ex annis 1561. & t pa. 628. 690. 740.
1562. regnante Carolo IX. Franciſci II. fratre, ad Authoris Partem 2. Tomo 2. vbi *recen-*
Cardinales. *ſentur* (ait [u]) *Borbonius & Turnonius Cardinales, ac Santandreanus equitum Tribunus, alioqui* u pa. 91. 95. 70. & 168.
à Proteſtantium cauſa alieniſſimi, eo tempore Delegati Prouinciarum, qui in aula erant, ad ſuos ſcri-
bunt, &c. Plura quidem præterimus [x], ſed maximè cætera quibus narratur [y] occiſio eiuſ- x 178.
dem Ioannis de Albone Dynaſtæ S. Andreæ. Quo in trucidationis modo & via, dum hîc y pa. 498
cauſas reticeo, hæc concludit Author de viro, quòd *ante florentem ſub* Henrico II. fortu-
nam eſſet bello ſtrenuus Dux. Enecatus paulò ante factam publicam apud Druydas
pugnam.

21. gener.

1. Anna de Albone, proles maior natu Guillelmi genitoris, huius nominis VI. vxorata in primis nuptiis nobili Hectori l'Hermite, Domini de la Faye, 14. Maij 1525. abſque liberis. Et in aliis duobus coniugiis petiit viros, quos breui docet infrà commentarius 28. quaſi famoſos, etſi mos alioqui non ſit conſcribendi natos mulierum, velut extraneos in genealogia virorum fratrum ex profeſſo hic duntaxat pingendorum.

2. Guicharda II. de Albone tradita nobiliſſimo ac potenti Petro de Pinac patri ſucceſſoris Archiepiſcopi: quorum qualitates eximiæ pleniùs deteguntur in ſua ipſorum genealogia, Numero ſequenti, generatione ſexta, Paragrapho 1.

Familia de S. Vidal.

3. Franciſca de Albone duxit nobilem Antonium de la Tour Dominum de S. Vidal anno 1504. ex quo per eam genitus vltimò defunctus D. de S. Vidal regius Anitij Gubernator, & ibidem bellico tempore occiſus circa ann. 1588, vulgò *le Puy en Velay*: qui vxorem nactus eſt Dominam de S. Poinct, vnde nata viuens filia conceſſa Dynaſtæ de Digoine in prælio trucidati ann. 1617. ad Pedemontanos. Aliud ſuprà in Guillemeta de Alb.

4. Gabriela de Alb. duabus maritata vicibus, vt infrà 29. paucis ex commentatio.

Y

5. ANTONIVS V. DE ALBONE ARCHIEPISCOPVS Lugdunenſis, de quo nunc ex profeſſo, & propter quem digeſta eſt hæc ingens Tabula genealogica. Hunc primùm effectum Sauigniaci Religioſum 16. Nouemb. 1519. aut. 1520. ferunt eundem eſſe cui Franciſcus de Alb. antea loci Abbas tale beneficium reſignarat, ipſo Antonio V. annum decimum quartum agente tantùm, & Sedem per Bullas Pontificias obtinente. At certè quando cortex literæ in Archiuis dicit & efficit illum Franciſci nepotem; ſanè deceptio latet. Nã verè poſtremus iſte Antonius minimè fuerat propriè nepos, vt neqi abnepos aut atnepos Franciſci; verùm pronepos ſolùm, & ſub 4. gradu cõſanguinitatis. Quicquid ſit de illis formulis: altè is reuerà loci Abbatē ſe geſſit. Et de reliquo vitæ, idẽ vir ſuis meritis creatus fuit imprimis Archiflamen Arelatenſis, ac longo ſatis bellorum tempore Moderator ciuilis Lugdunenſium, Aruerniæ, vtriuſque Marchiæ, Combraille, & S. Petri le Motier: ex erudito coętaneo Comite Saconeo in diſcurſu apologetico eiuſdem belli aduerſus prætenſos reformatos pag. 30. deindéque Arelate derelicto Galliarum Primatiam, quę eſt Archiepiſcopatus Lugdunenſis, conſecutus eſt anno 1560. ex Archiuis Eccleſiæ Lugduneæ ſuæve domus, demúmque teſtamentum condidit prórſus ſolenne, ſigillatum 6. Nouembris 1568. tametſi poſtea quinquennium & menſes aliquot ſuperuixerit.

Familia de Chaſeul.

6. Claudius II. de Alb. Dynaſta de Chaſeul, Eques Torquatus, Capitaneus centum leuis armaturæ Equitum, deſponſauit nobilem Franciſcam de Sugny, occiſus in captura Principis ac Ducis de Aumalio. Quorum filius vnus. — A, A

7. Henricus VI. de Alb. Prior de Coſuac an. 1540. & Canonicus Camerarius Baſilicæ S. Ioan. Lugd. Abbáſque de Lodeue. Fuit cohæres bonorum parentis Guilelmi VI. ad commodum tamen Abbatis Sauigniaci fratris ſui, nimirum Antonij V. ex Data 34. Ianuar. 1559. nondum tunc Archiepiſcopi Lugdunenſ.

8. Renatus II. de Alb. probatus valde nobilis in generali Capitulo, & factus Comes Eccl. Lugd. an. 1540. mortuus tamen Toloſæ in grauioribus ſtudiis.

4. gradus.

9. Bertrandus I. de Albone minimus natu, at hæres paternus ſeu Dynaſta S. Ferreoli, Auanges, Curys, Nuelles, &c. Eques Ordinis Regij, déque Camera Regia, vulgò *Gentil-homme ordinaire de la chambre du Roy*: duxit Antoniam de S. Marcello d'Vrphé apud Forenſios 2. Nouemb. 1572. poſteáque teſtamentum condidit 21. Decemb. 1579. ſanè in gratiam Petri maioris ſui filij. Sed vltima die Ianuarij 1587. deſponſauit poſteriùs Antoniam de Galles, relictam demum ab eo viduam ac teſtantem 11. Aprilis. Genuerúntque omnino decem liberos qui adſequuntur. — B, B

Teſtamenta. 27 Præmiſſus parens Guillelmus V. Dom. de S. Ferr. ſuum iam teſtamentum ediderat 20. Maij 1536. hoc eſt, tempore quadrimeſtri ferè poſt ſuas habitas nuptias cum Gabriela de S. Chaumont prægnante, quæ ſuum pariter fecit penultimo Iunij 1549. At idem Guillelmus aliud conſcripſit in gratiam filij ſui Bertrandi 7. Decemb. 1552. Claudius verò Guillelmi præfati maſculus Dominus de Chaſeul ſuum celebrauerat ad vtilitatem progenitorum, 27. Februarij 1551. & Guillelmus VII. eiuſdem Claudij filius vnum compilarat in fauorem ac intuitu conſobrinorum ſuorum ſecundi gradus, nempe filiorum Bertr. patrui ſui 25. Martij 1569.

28 Anna

28 Anna in ſecundis nuptiis tradita eſt Ioanni Mareſchal Domino de Fourchaut apud Borbonienſes: vnde nata filia collocata in matrimonium nobili viro iuniori de Chaſeron Dynaſtæ de Ponſac, per quos venit in lucem vlterior Dominus de Chaſeron, qui hodie filium contuetur ætatis annorum 24. Tum ipſa Anna in tertiis nuptiis iunxit ſe Domino Ioanni de Marconay Borbonienſi, regióque patriæ Gubernatori: & produxerunt duas filias, Gilbertam datam annoſiori fratri de Chaſeron, qui genuit Claudiam vxoratam Domino de S. Teran hodie in Aruernia florentem, ac Hilariam matrimonialiter vinctam Thomæ de Gadaigne Domino *de Beau-regard*, ex quibus ſuborti duo maſculi, Balthaſar Dominus de Champerroux, & Guillelmus Eques ſacer Melitenſis, dictus vulgò *de Beau-regard*, Duxque marim exercitus ſub magno Duce Florentino, paſſim *General des Galions*, præter filias quatuor. De Chaſeron habet S. Iulianus in Burgundionum Originibus, pag. 333.

Familia de Chaſeron, &c.

Familia de la Liegue.

29 Gabriela primùm ſe adiunxit nobili Amblardo de Chaluz Domino de Cordels abſq; liberis: & deinde Renato de Blion Dynaſtæ de la Liegue, atq; hinc emerſi tres, Dominus de la Liegue florens; alius nuper Canonicus Comes Eccleſ. Lugdun. per nos viſus, & denique vnus Balliuus Lugdunenſis ac ſacer Eques Melitenſis ad id mediterraneum in Turcas mox commorans.

22. gener.

Z

1. Iacobus de Alb. 56, filius Ioannis VIII. Eques Torquatus veterum Ordinum Franciæ ſub Carolo IX. Rege, Dynaſta Caſtrorum S. Andreæ, Ouches, Tournonuille, Cereſac, Cheuerelles, S. Germani ad Borbonios, &c. Marchio de Froiſſac, Comes de Vallery, Mareſchallus Regni Galliarum; connubiali thoro vinctus Marguaretæ de l'Eſtrac: ex quibus genita comparuit Catharina, vetuntamen mortua ante ſuos genitores.

2. Marguareta de Albone Iacobi ſoror, virum duxit nobilem Artaudum d'Achon ad Foreſios: quæ facta tandem hæres Iacobi fratris ex obitu neptis Catharinæ, ipſa inde contulit omnes præfatas ditiones ad diuitem & auctam plurimùm familiam d'Achon hactenus in maſculis florentem. Atque per hunc Iacobum de Albone eſto fœlix exitus quarti gradus conſanguinitatis.

30 De illo pernobili viro hanc elegantem periodum in ſpecies deducit Guilelmus Paradinus in cit. ſuis Memoriis[a]. *Ex Annonibus ad internecionem prope deletis* (hæreticis LuteroCaluiniſtis) *Signa militaria permulta ad Regem relata ſunt, quorum ſeptem vnus Iacobus Albonius à ſancto Andrea eripuit, vir ſtrenuus & eâ familia ortus, quæ duces militares permultos Reipublicæ peperit, &c.* Deinde, Chronologia Genebrardi ſic de homine loquitur. *Anno 1562. in Regno Franciæ omnia fuère funeſta, &c. In conflictu Druydum Dux Niuernenſis, Santandreanus Mareſcallus & plerique alij deſiderabantur*, videlicet contra ipſos Caluiniſtas. Ac denique ipſius quoque creduntur eſſe illa geſta, quæ poſtmodum vniuerſaliùs trahuntur apud Iacobum Thuanum ex anno ſalutis 1569. his verbis: *Eo tempore Nemauſus ciuitas Proteſtantium* (hæreſiarcharum) *aſtu intercipitur, &c. Proteſtantes partim illinc eiecti, partim in dignitatib. malè habiti à Santandreano vrbis Præfecto iam ſeniore, &c.* Ille verò Capitaneus ibidem paulò pòſt ſub eodem anno in lectulo à furente plebe confoſſus eſt, &c.

a Li. 4. pag. 141.

Bella aduerſus hæreticos.

23. gener.

A

A

Guilelmus VII. de Albone, Claudij II. filius, Dynaſta de Chaſeul & de Sugny, Eques Regius, Capitaneus 50. Cataphractorum, ætatis annorum 68. hoc anno 1619. Ei decem liberi, omnes natu maiores. Is eſt in ſecundo recentiore gradu conſanguinitatis cum ſequentibus aliis 10. fratribus.

C

C

24. gener.

3. gradus.

1. Petrus I. de Albone, filius maior natu Bertrandi I. ac ipſius hæres, Dom. de ſancto Ferreolo, &c. vir potens annorum 46. ac florens natiſque teneræ ætatis abundans hoc anno 1619. Is nobilem Annam de Gadaigne deſponſauerat 19. Auguſti 1597. per recipientem Ioannem Cropper Notar. Lugdunenſem ea deinceps migrans è vita, nondum ille hactenus renupſit.

2. Franciſcus II. de Albone, Abbas Commendatarius Sauigniaci, & Canonicus Comes Eccleſiæ Lugdunenſis, Diaconus. Reliqua de ipſo inferiùs ad communes Canonicorum genealogias.

3. Claudius III. de Alb. Dynaſta de Curys & S. Marcelli *lez Vrphé* in appennagium, duxit nobilem Mariam de Damas, Dominam du Sauſay & de Auemaco apud Bellijocenſes in Diœceſi Matiſconenſi. Infantes paruulos Ioannem IX. Petrum II. & Mariam.

4. Guilelmus VIII. de Alb. Comes Diaconus inſignis Eccleſiæ Lugdunenſis, Prior de Montrorier, Taratri, & de Saltu *lez Donzy*.
5. Bertrandus II. de Alb. Eques ſacer S. Ioannis Hieroſolymitani, ſeu Rhodienſis, nunc Melitenſis.
6. Claudia de Alb. tradita nobiliſſimo Reginaldo de Nanton, vulgò *Meſſire Renault*, Dynaſtæ de S. Columba ad Foreſtenſes, & de Piſiaco, plebi, *Piſay* apud Bellijocenſes, ab anno 1607. die 27. Iunij. Progenie clarent in ephebis.
7. Catharina de Alb. Prioriſſa Monaſterij de Lanieu.
8. Marguareta de Alb. vxorata Domino Antonio de Foudras Dynaſtæ Caſtrorum de Contanſon, Soſternum, &c. fratri natu maiori Domini Gaſparis de Foudras Comitis Canonici Baſilicæ Lugdunenſis, Diaconi. Annoſior ſobole prædìtus. Hos cunctos intuemur viuentes an. ſalut. 1619.

B

9. Anna de Alb. Religioſa profeſſa in dicto Prioratu.
10. Yſabella II. matrimonio iuncta nobiliſſimo Hugoni de Rubeomonte, vulgò *de Rogemont*, Dynaſtæ Caſtri Petrę clauſæ, & vicinę de Buſſieres in Diœceſi Maticenſi. Pueris erudiendis donatur. Equidem vetus familia, & nobilis valde quondam domus. Vnde Ioannes Froſſardus lib. 1. ca. 162. ſub. an. 1356. dicit, *Le Sire de Pierre Buſſiere, &c.* in commiſſo prælio Pictauienſi per Ioannem Franciæ Regem aduerſus Gallæ Principem Anglum, adſiſtentibus Dom. Iacobo de Bellijoco poſt Guichardum de Bellijoco ca. 160. ac præſentibus D. de Caſtello Villano Burgundo, D. de Partenay, D. de la Chaire, d'Achon, & aliis permultis. At demum perlege inferiorem commentarium 31.

31 Anna filia potentis Guilelmi de Gadaigne, Domini de Botheon, Comitis Verdunenſis ad Ararim ſupra Lugdunum, Dynaſtæ de Miribel ad Foreſios, Eques Torquatus recentiorum Franciæ Ordinum, Regius à ſecretis Conſiliarius, Locumtenēs generalis ad gubernacula Prouinciarum Lugd. Foreſiorum ac Bellijocenſium, cuius frequentiâ olim vſus ſum.

1. Franciſcus III. de Albone filius Guilelmi VII. nuper Locum tenens in re bellica ad Pedemontanos contra Mediolanenſes ſub potenti viro D. d'Halincourt Regij Lugdunenſium cæteręque annexæ prouinciæ Moderatoris, annorum 35. ac vxoratus & ſobole clarus.
2. Petrus II. de Alb. minimè cōnubio alligatus. Tres ſacri Equites Melitenſes Ordinis S. Ioannis Hieroſolymitani.
6. Guilelmus IX. Eccleſiaſticus Prior de Nouailly.

C

7. Filia nupta Comiti de Copoli Generali Ducis Florentiæ in bellico Mediterraneo nauium apparatu, vulgò *Gener. des Galeres*.
8. Altera Prioriſſa in Cœnobio Fœminarum *de Lauoyne*.
9. Reliqua, hactenus nobis anonyma, ibidem Religioſa profeſſa.
10. Yzabella III. de Alb. in vxorem tradita nobili viro annoſiori *de la Cheze de Chantelot*, Dynaſtæ *de Beaupoirier*. Qui omnes decem attingunt duas ſuperſtites filias Petri I. Domini S. Ferreoli in tertio recentiore gradu conſanguinitatis. Et hîc ſubeſt extremus terminus præfatæ totiùs genealogicæ Tabulæ.

Paragraphus 4.

1562. AD peculiaria ipſius R. Antonij monita, tametſi breuia, mox deſcendamus, pro
1565. eius exitu. Duo præcipua hominis geſta occurrunt. Vnum quòd anno M. D. LXI. ante captam ab hæreticis vrbem Lugdunenſem, quando vir ciuile ac profanum loci gubernaculum teneret vnà cum ſacro Arelatenſi Præſulatu, Clerus Nicetianus die Octauarū feſti Corporis Chriſti publicas ſupplicationes Numini offerebat, venerabileq; Sacramētum euchariſticum in circum Eccleſiæ ſeu Clauſtralium platearum ex priſco ritu piè deferebat. Hoc autem dum religiosè moliebatur, & Sacerdos miniſtrans tremenda myſteria ad ſacrum Altare reponeret, inſiliens quidam ignotus Caluinita à cacodęmone pulſus, Sacramentum ex pontificatis manibus audax feroci conatu abſtulit, ac pedibus conculcare nitebatur. Qui, ſaluis ſpeciebus, & veſtigio interſeptus, carceri addictus, & crimine confeſſim prorſus inſtructo, eadem die ignibus ex lata ſententia viuus eſt traditus, procurante Reuerendiſſ. Antonio ex chriſtianiſſima cum vitæ ſuæ periculo charitate atque conſtantia: qui certè ne cibum dignabatur ſumere, quin priùs

emeri

emeritas de facinore pœnas per Iudices propter Deum ſumeret, & offenſam ſummopere vindicaret. Secundum verò genus dicendorum eſt, quòd anno 1565. ſeu triennio poſt reſtitutam à victis hæreſiarchis ciuitatem, idem R. Antonius paulò antè effectus Lugdunenſis Archipræſul ex canonica permutatione cum Arelatenſi Cathedra, die feſto eiuſdem corporis Chriſti pares habuit ſolennes erga Deum ſupplicationes, quas generalem Proceſſionem vocant per vrbem vniuerſam è Cathedrali Baſilica D. Ioannis Baptiſtæ exeuntem toto Clero præſente ac viris diuerſorum Ordinum religioſiſſimis. Quo tempore hæretici Lutherocaluiniſtæ truces exploratores ſuperſtites in vrbe quàm plurimi iuxta pontem Araris & vltra, magnum lapidem ac ſulphureos ignes in auratum quadratúmque velum ex altioribus domuum feneſtellis ad ima detrudunt, atque verſus cœtum deuotè prætereuntem feroci conatu præcipites dant. Vehemens lapidis cadentis impetus id fulgens panni velamen ad Præſulis caput lacerat & perforat. At, mirabile viſu! hoc graue pondus Pontificem myſteria auguſtioris Euchariſtiæ geſtantem minimè læſit, ſed retrò dilapſum ad ſcapulas leuiter in terram colliſit, nec cuiquam voraces flammæ nocumento fuère. Quod omnes diuino propemodum miraculo referendum meritò arbitrati ſunt. Occulti autem traditores ac nefandi authores ſceleris miſerè gladio periēte ex lata criminali ſententia & obſeruatis formulis iuris ſic æquiſſimas ſacrilegæ temeritatis pœnas luentes. Interea Antonius & Clerus catholica circundatus armata cuſtodia intrepidè tandem vlteriùs pertexêre, piáſque ceremonias complecti curarunt. Deinde verò Archipræſul acerrimus orthodoxæ religionis propugnator in Sabaudiam pauliſper diuertens, conſilium iniit de ſe ritè gerendo pro eccleſiaſticis muneribus obeundis & ciuili regionis cura turiùs renouanda. Quo fine is breui in ciuitatem ſingula gubernaturus proſperè regreſſus eſt. Vbi cùm ipſe rurſus videret, proh dolor! detractas antea eſſe innumeras penè Sanctorum reliquias à Caluinitis hæreticis in vrbe: ſaltem inter alias quas non potuit, effoſſum & repertum caput Diui quon-

(Margin: Caluiniani inſultus erga Præſulem & cultum diuinum.)

1572. dam Irenæi, ſecundi Archiflaminis, multo tandem labore redemit ex ingenita ſibi pietate anno ſequenti LXXII. Pleniorem cuius deprehenſi ſacri pignoris hiſtoriam nos iam conſcripſimus Numero 2. g ad directum thematis ipſius propoſitum opportunè facientem; ſimúlque ibidem recognoſce interſeptam à ſpuriis illis Eccleſiæ hoſtibus Ciuitatem anno 1562. vbi idem Antonius præclarè adnominatur, oblato ex præuenientibus eius meritis diſcurſu. Ad quem præ cęteris locum ex officio ſtudioſum lectorem remittimus. Hinc ille Præſes poſt habitum & comparatum caput pretioſum, tale præmium facto ſolenni Eccleſię commeatu tranſtulit magnificéque repoſuit in Æde ſacra D. Ioannis Baptiſtæ Lugduni: argenteis poſtmodum thecis deauratis reuerenter incluſum, expenſis valdè ſpontaneis D. Stephani de la Barge Canonici Archidiaconi ac generalis Vicarij: quale egregium caput hodie conſpicitur, dum potioribus feſtiuis diebus apponi ſoleat maiori Altari ex ſingulari deuotáque mentis propenſione. Aliæ quidem Antonij geſta prætermus in iſta epilogo, cùm diſertè recenſeantur apud vulgatos hiſtoriæ Lugdunenſis ſcriptores h. Sed pro exactiore tanti viri Chronologia & fine, duntaxat meminimus recentioris Baſilicæ Diuo Iuſto ſacræ, mox intra Lugduneæ ciuitatis cancellos fundatæ, ſeu poſt deplorandam Caluinianam veteris quondam exciſæ vltra muros ſtragem, ac ingentem ab illis relapſis Deo eiúſque Sanctis irrogatam blaſphemiam. Quod nouum Chriſti Redemptoris domicilium Antonius Archiantiſtes ſacra inauguratione communiuit Nonis Aprilis,

(Margin: g 5. 9. nu. 2.) (Margin: Caput S. Irenæi repertū.) (Margin: h Saconeum, Paradinum, Rubyſium, Gallicè.)

1573. anno milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo quarto, vt hæc fuerit vltima penè eius actio publica, cùm intra ſequax quadrimeſtre tempus ſucceſſor illius in ſolio ſit collocatus. Attamen nonnulli ſentiunt hanc Iuſtinianam Eccleſiam decennio priùs ab eodem Reuerendo Antonio conſecratam d.

(Margin: d an. 1564.)

CCXXIII. *Paragraphus* 1.

(Margin: Petri dotes.)

PETRVS D'ESPINAC, quintus eſt proprij huiuſce nominis: quia de Petro tertio habetur diſcurſus Numer. CIII. Præſul iſte IV. perdoctus & eloquentiſſimus, præterquā nobilitate præcipuus, claruit primæ Lugdunenſis Eccleſiæ Decanus. Inde verò ſuis meritis euectus eſt Archipræſul, ſucceſſor Antonij de Albone auunculi ab anno milleſimo

1574. quingenteſimo ſeptuageſimo quarto menſe Septembri: ſimúlque viſus Abbas Commenda-

1576. tarius Athanatenſis in vrbe. Virum excellentem præclarè nonimus, etiam maximè quando publicè orauit in primis Bleſenſibus Ordinum Franciæ Comitiis anno milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo ſexto. Et ſequente ad autumnum ſolari reuolutione percelebrem

Pius præſentia Comitiis.

Diœceſanam Synodum habuit. De qua nos ex profeſſo multa proferemus, ſicut & de reliquis eius geſtis; ſi modò priùs genealogicam ipſius enarrationem extulerimus integram, certè in haſce Tabulas ſtudioſè concinnatam.

ARBOR CONSANGVINITATVM.

1. gener.

A { Nobilis quondam Guilelmus primus cognomine Mareſchal, ex Anglicano Comite eiuſdem appellationis olim emerſus, & in Gallias profectus belli causâ, vel illic à patre bellico tempore genitus [1], ibi commorans connubiali lege deuinctus, eſt effectus Dynaſta Caſtri d'Epinac [2] in Aruernia Galliç Celticæ. Ei filius vnicus legitimus. } B.

1 Sic fert priſcorum traditio in familia. Huiuſce autem originis fontes & indicia mutuari licet ex hiſtorico Ioannis Froſſardi [a], in quo, præterquam in Ioannis Tillij Chronico, manifeſtè patet Reges Franciæ Philippum quartum Valeſium ac Ioannem eius filium ſcepérique ſucceſſorem diutinum bellū ſe defendendo aut propulſando gerentes ac ſuſtinentes aduersùs Anglos Reges occupantes Gallicanas permultas ciuitates, nec deſiſtentes; Princeps Galliç Regis Angli filius maior Burdegalam & Pictauum obtinens in Gallia Aquitanica præcæteris vrbibus, ac in campo pertuſo [b] Francos vtcunque ſuperans, is tunc & priùs ſuos Mareſcallos genere Comites ac prudentes belli Duces apud ſe retinebat perpetuò [c]. Ex quo perenni ferè eorundem officio, vnus horum id ſibi nomen poſthac aſciuit, & ad poſteros ſuç contraxit familiæ in Galliis hactenus proprium inſtituenti domicilium, nimirum vice cognominis.

a li. 1. c. 162.
b prope Pictauum 19. Septem 1356.
c Froſſar. cit. & cœpit id bellum an. 1336. ac antea.

2 Ad maiorem dictorum fidem ac propoſitum; ſanè apud eundem Froſſardum ter quaterque liquet [d], dum aliquot nobiles Gallos Anglo Regi per Franciam deditos & cum Anglicanis pariter nobilibus mixtos enumerat, quòd palam hunc etiam nominat, *le Sire de Pinane*, vnà cum DD. de Partenay, Ludouico de Harecuria, Thoma de Percy; d'Argenton, & de Chaumont, cum omiſſis nobilibus aliis ad Anglicanas parteis conuolantibus annis 1369. & 70. Probabilius verò eſt eum virum tunc nuncupatum Dynaſtam *de Pinane*, poſtea breuiori per apocopen voce dictum conſcriptúmque *d'Epinac*, & ad noſtros vſque dies retentum. Quam vocem *d'Epinac* diſertè exprimit Petrus San-Iulianus in Burgundionum Originibus, pagina 358.

d li. 1. c. 268. 271. 277. & 287.

2. gener.

B { Nobilis Ioannes primus Mareſchal, Dominus d'Epinac, &c. anno milleſimo trecenteſimo vigeſimo octauo Domicellam Alexādram de Amputheo vxorem ad ſe vocauit, filiam nobilis Ioannis de Amputheo Dynaſtæ dicti loci. Ioannes autem deceſſit è viuis anno 1347. abſque liberis: teſtamentóque hæredem conſtituit nobilem *Paſturel de Sainct Prieſt* [3], nepotem ſuum, filium Dominæ Elionorç Mareſchal ſororis ſuæ, vxoris nobilis Franciſci de S. Prieſt, aliàs Chinard Equitis, ea lege vt deferret nomen & arma dicti Domini Mareſchal. Vbi aduertendum obiter San-Iulianum pagina 317. annotaſſe nobilem Iacobum Mareſchal (vtique his proximè conſanguineum) deſponſaſſe Dominam *de la Veiliere*, Baroniam in montibus ſupra ſanctum Rambertum Sabaudiæ, incerto tempore, eorúmque filiam vnicam illic anonymam præclarè nuptam fuiſſe Dynaſtæ etiam anonymo *de Cheurieres*, tempore fortaſſis ad huius loci ſeculum pertinente. Ceterùm, quod ad virum Paſturel ſpectat, is anno milleſimo trecenteſimo quinquageſimo tertio duxit Beatricem de Gorcia, filiam nobilis Petri de Gorcia Equitis Domini dicti loci in Diœceſi Anicienſi, *du Puy en Velay*. Ex quo thoro ſuſcepti duo infantes. } C.

Caſtella de S. Prieſt.

3 In Galliç Celticç vicinis duo extant caſtra dominiáve ex æquo vocata apud vulgus *de S. Prieſt*. Vnum eſt Baronia ad Foreſtenſes, omnimodç cuius iuriſdictionis eſt vrbs S. Stephani, & aliæ rurales Forenſium parœciæ, vbi vigent fabri ferrarij. Alterum eſt Caſtrum villáque eius appellationis ad ſeptentrionales Delphinates prope Lugdunúm cum ſimili erga he

ga herum iuriſdictione. De alterutro aut veriùs de priore ſitu videntur concipienda hæc verba quondam hiſtoriea Froſſardi [c]: *Le Roy Faucon retourna deuers Prie ſon compaignon, &c.* idémque pro bello aduerſus Anglos; *Le Sire d'Auangour & de Raix, le Sire de Prieſt, & maints bons Cheualiers du coſté de Meſsire Charles de Blois* [f], *&c.* Niſi talia cenſeantur capienda pro Caſtro Armoricæ Prouinciæ huiuſce vocis [g]. Saltem prima vicinior eſt domui *d'Epinac.* Quas periodos intelligimus loquutas de eiuſmodi quibuſcunque locis ac viris ad anuum milleſimum trecenteſimum ſexageſimum quartum & 70. ſceptrum ingrediente Carolo V. Ioannis filio. Itémque Tillius [h] in Originibus nominat Dynaſtam *de Prye* cum aliis nobilibus in Parlamento Regis Caroli ſeptimi apud Vindocinenſes conſiſtentem anno milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo octauo [i].

[e] li. 1. c. 181. [f] c. 127. [g] infrà commentar. 5. [h] pa. 406. [i] die 20. Apr.

3. gener.

C
- 1. Ioannes ſecundus de S. Prieſt, cognomine *Petit Mareſchal*, ac Dominus d'Epinac, &c. Is anno 1373. duxit Domicellam Yſabellam de Polargues filiam nobilis Ioannis de Polarg. Dynaſtæ loci præfati. Vnde tres nati. } D
- 2. Eleonor vxorata nobili Amblardo de Polargues, filio Ioannis item de Polarg. in Diœceſi Claromontana.

4. gener.

D
- 1. Ludouicus primus de S. Prieſt, aliàs Mareſchal, filius I. Ioannis ſecundi, ac d'Epinac, &c. anno milleſimo quadringenteſimo vigeſimo ſexto deſponſauit Domicellam Germanam filiam Domini, vulgò *Meſsire*, Ioannis de S. Prieſt Dynaſtæ *de ſainct Chaumont en Iarez* 4. Ex quibus decem ſoboles prodière in lucem. } E
- 2. Franciſcus de S. Prieſt dotatus, & vxoratus Catharinæ *du Moneſtier*, Dominæ dicti loci in Diœceſi Viennenſi.
- 3. Beatrix de S. Prieſt vxorata anno milleſimo quadringenteſimo decimo quinto nobili Iacobo de Breſſoles Dynaſtæ loci. Vna iaceet huiuſce protſus nominis in Chalmazeliorum origine Numeto 121. §. 6. generatione 3.

4 Præmiſſo quòd Germana deceſſit anno milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo nono, monemus ſuum quondam maritum Ludouicum in ſecundis nuptiis ſe contuliſſe ad D. Ludouicam de Ioyeuſe, filiam illuſtris Ludouici Vicecomitis de Ioyeuſe, viduam nobilis Beraudi de la Tour Dynaſtæ de S. Vidal.

5. gener.

E
- 1. Ioannes tertius de S. Prieſt, aliter Mareſchal & hæres, filius natu minor Ludouici primi, Dynaſtę d'Epinac, &c. duxit Domicellam Antoniam de Turri filiam præfatorum Beraud de la Tour & Ludouicæ de Ioyeuſe anno 1460. Ioannes ille fuit vir prudentiſſimus. Cui triplex progenies. } F
- 2. Bertrandus duxit Domicellam Dionyſiam du Vergier filiam Domini (*Meſsire*) Petri du Vergier Dynaſtæ d'Vrphey in Burgundia, anno milleſimo quadringenteſimo octuageſimo ſeptimo.
- 3. Claudius primus de S. Prieſt factus vir Eccleſiaſticus.
- 4 Yzabella vxorata Domino Ioanni de Montaigny apud Lugdunenſes 1454. filio Guichardi de Mont. & Marguaretæ de Reſſin-San-Iul. pag. 358.
- 5. Marguareta de S. Pr. vxorata à patre Domino de Valpergne.
- 6. Maria vxorata nobili Claudio de Boiſuerd Dynaſtæ loci, anno milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo ſecundo.
- 7. Antonia data nobiliſſimo Ioanni de Saconay Dynaſtę de Beauuieux, anno milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimonono.

8. Ioan

8. Ioanna tranſlata nobili Antonio du Cluzel, Dynaſtæ loci in Diœceſi Claromontana, anno milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo ſexto.

9. Gabriela Religioſa in Cœnobio *de Cuſſet*.

10. Anna de S. Prieſt Abbatiſſa in Monaſterio *de Vourez*, Diœceſis Anicienſis.

6. gener. 1. Antonius I. de S. Prieſt Mareſchal, Dom. d'Epinac, &c. hæres teſtamento patris Ioannis tertij ſubſtituendo ei Petrum I. io caſu mortis ſine liberis. Præfatus autem D. Antonius anno 1521. traduxit domum maritali lege nobilem Franciſcam de Bouſſé, filiam Domini (*Meſſire*) Franciſci de Bouſſé. Vitáque functus eſt ipſe Antonius anno ſequenti abſque prole.

F 2. Petrus primus d'Epinac, Eques Ordinum Regiorum, Dux militaris quinquaginta Cataphractorum Regij ſtipatus, Maieſtatis locum tenens ſeu Gubernator in Burgundiæ Ducatu, Dynaſta in omni iuriſdictione Caſtrorum d'Epinac, Ialenoux, Grauenaz, Crezoles, Barges le Colombier, &c. Sed obiter interim noſſe oportet eundem Petrum genitorem ſuóſque deſcendentes poſthac ſe in ſcriptis cognominaſſe ſolùm *d'Epinac*, nec ampliùs vnquam *de S. Prieſt*: fortè quia locus iſte indominicatus tunc aliò tranſlatus fuerat, ſeu pecuniaria venditione, ſeu ad matrimoniales familiæ dotes perſoluendas & ſuper Caſtro imponendas 5. Ille autem vir, ſtrenuus ac auguſtus verè gaudens ſuo præfato ſubſtitutionis iure duxit Catharinam de Bouſsé ſororem prædictæ Franciſcæ de Bouſſé. Quæ Catharina deceſſit abſque liberis. Vnde Petrus primus per ſecundas nuptias domum intulit Guichardam de Albone anno milleſimo quingenteſimo vigeſimo ſeptimo, filiam Guilelmi ſexti Albonenſis ſuprà Numero centeſimo vigeſimo ſecundo, generatione 21. recenſitam. Ex eóque thalamo 7. ſequuti ſunt nati excellentes. G

3. Claudius ſecundus d'Epinac, eruditus ac deuotus Cœnobiarcha: creatus ſuperior Præfectus ſeu Miniſter generalis diui Antonij, in capite Monaſteriorum ſacri illius Ordinis, Sedem habens ad Viennenſis Delphinatus limites, vulgò *Commandeur de l'Ordre*.

Familiæ de S. Priet, &c. 5 Veriſimilius eſt quandam olim mulierem d'Epinac extitiſſe ſub id fortè ſeculum coniugatam alicui nobili, quæ alterutrum locorum ſeu Caſtrorum in ſuam dotem nacta ſit, qualia ſuperiùs k Caſtella locauimus vel apud Forenſes, vel in Delphinatu: Caſtro deinde per eandem vxorem ad virum tranſlato, qui vtique eſſet alterius familiæ. Saltem etiam hodie viri nobiles Dynaſtæ *de S. Prieſt*, aliter vtrinque cognominari aſſolent, iiſdem mox ac deinceps aliis nexibus maritalibus copulati. Miſſum verò facimus, ſi pagellæ Froſſardi aut Tillij, ſeu locus ab eis nuncupatus *de Priet & de Prie* lubentiùs occupet Armoricam ſiue minorem Britanniam Galliæ Celticæ, veluti ſubobſcurè coniiciunt periodi ſequaces prioris Authoris, & an de illa regione intelligi debeat vetus patrimonium familiæ Mareſchalliorum tanquam originem trahentium aut venientium ex inſulana maiore Britannia in præfatam minorem terræ continentis, affinem ac vicinam, interiecto Oceani alueo, ab Angliæ Regibus certo quondam tempore ex violentia detentam. Viderit Lector perſpicax & prudens. k in Commentar. 5.

7. gener. 1. Antonius ſecundus d'Epinac, primigenius Petri primi, natus anno 1530. Locum-tenens centum Cataphractorum ſeu armatorum ſub Principe Duce Aumalio. Deceſſit non vxoratus anno milleſimo quingenteſimo quinquageſimo ſexto in Ambianenſi obſidione.

2. Catharina d'Epinac nata anno 1533. &c.

3. Ioannes quartus d'Epinac, exoriens anno 1538. duxit Domicellam Magdalenam *de Chambellan*, Dynaſtam *d'Oyſilly* in Burgundia, anno milleſimo quingenteſimo quinquageſimo nono, eámque filiam nobilis Nicolai de Chamb. & Domicellæ Suzannæ Rolin. Ex qua progeniti quatuor liberi. H

4. PETRVS

G{ 4. PETRUS D'EPINAC ſecundus, natus anno 1540. poſt adeptum Decanatum primæ Lugdunenſis Baſilicæ, dignus repertus eſt, cui ſacræ infulæ Archipræſulatus regionis ac Primatus Galliarum donarentur, & propter quem meritò excitata eſt vniuerſa hæc propago genealogica. Erat à ſecretis Conciliis Henrici tertij Regis.

5. Marguareta d'Epinac ſe coniunxit nobili Ioachimo de Malain, Baroni de Lux in Burgundia, anno 1556. De quibus alia inferiùs ex additis ſeorſum genealogicis ſacrorum Comitum Lugdunenſis Eccleſiæ arboribus ſub quinto Canonico Edmundo de Faulquier. Cuius gratiâ Marguaretæ natos ex incidenti citràque morem iſtic efferimus. Extant autem quinque inſignes. } I

6. Claudia d'Epinac nata annno 1547. &c.

7. Ioanna d'Epinac concrera an. 1551. In primis nuptiis copulata Domino d'Arbouze in Aruernia Celtica, & in ſecundis Domino d'Achon Dynaſtæ ſancti Germani in Foreſio. En primus gradus futuræ partitionis.

1. gener.

H {

1. Guicharda vxorata nobili Ludouico de l'Eſtang, Domino de Sablon in Delphinatu, anno 1582. Anno autem 1597. florebat nobilis Sebaſtianus *de S. Prieſt*, Dynaſta *de Combes* in Lugdunenſibus, tunc ætatis annorum 55. ex Capitulati Volumine Primatialis Eccleſiæ, folio 103.

2. Antonia tradita in primo coniugali thalamo nobili Ioanni de Flachat Domino *de Sas* apud Foreſtenſes, & in iteratis matrimonialibus ligamentis D. Petro d'Auuergne Dynaſtæ d'Orteul in Picardia.

3. Gaſparus d'Epinac vinctus Domicellæ Gabrielæ de Vaudray, Dynaſtæ loci & de S. Falle in Campania Gallorum, an. 1588. ex quibus nata vnica filia nomine Claudia.

4. Eliſabetha Monialis in Conuentu S. Petri Lugdunenſ. ab anno 1583. Adeſt ſecundus gentilitiæ diuiſionis.

2. gener.

I {

1. Franciſca de Malain, primus infans Marguaretæ d'Epinac, nupta nobili Claudio de Faulquier, Domino de Vitrey. De quo rurſus negotio habetur mentio in præfato Edmundo Canonico. Cuius Edmundi ac cæterorum illic ad calcem catalogus multiplex procedit ſanè & inchoat à iuuenibus ad patres aſcendendo, contra ordinem præſentis Tabulæ ac ſimilium Operis anterioris, vbi fit deſcenſus à priſcis ad nouiſsimos ex cauſa ſuo loco exponi ſolita.

2. Edmundus de Malain, filius Ioachimi Equitis, &c. vt in Canonico cit. Dynaſta de Miſſery, ſub Balliuia *d'Auſſois* in Burgundia.

3. Carolus de Malain, vxoratus alibi, &c.

4. Philiberta Religioſa profeſſa apud S. Petrum Lugduni.

5. Angilbertus occiſus in prælio & publico certamine *de Couteras*.

Finis ſecundi gradus ac totius ſanguinis. Iam ad ſequentes hiſtorias ſeorſum.

Paragraphus 2.

Concilium XV. Lugdun.

MOx ſingularia R. Petri Archiflaminis geſta exaraturi, ex compromiſsis initio, ordimur ab explicanda Diœceſana per eum conuocata Synodo Lugduni. Sanè hunc cœtum religioſo eo fine adactum ac in lucem editum cernimus, vt is ſuúmque Clerum & laïcos, quantum poſſet, in Galliis adiungeret obſeruationi Decretorũ ſacroſancti Oecumenici Tridentini Concilij, in his potiſsimùm quæ ad totam Francorum Rempublicam aut ſceptrum minimè pertinent, cùm ea palam Synodus generalis Romani Pontificis nondum alioqui tam citò palam recepta eſſet à ſummo Galliarum Principe chriſtianiſsimo. Hanc verò Primatis Synodum facimus decimamquintam & vltimam hactenus inter plures celebrem factam cum ſacro vrbis ac viciniæ gremio, quãdoquidem Synodus decimaquarta aut penultima in ipſius ciuitatis vmbilico aggregata latet ſuprà Numero centeſimo XIV. §. 6. Quam præſentem

potiorum Diœceſanorum cœtum Lugdunenſem eo poſtmodum anno imitati ſunt permulti alij Franci Archipræſules, in ſuis Prouincialibus Conciliis, quales præſtitiſſe legimus Ar-
Pro Tridentino Concilio partim publicando.
chiepiſcopos Viennenſem [b], Rothomagenſem [c], Burdegalenſem [d], Rhemenſem [e] & Bituricenſem [f]. In quibus certè atque potiſſimùm in Lugdunenſi congregatione, decretum eſt præter cætera pro nullitate clandeſtini deinceps matrimonij in Gallicana horum Archiepiſcopatuum latitudine, conformiter ad Tridentinum Concilium [g], etſi tale coniugium antea ratum eſſet, cum peccato tamen: itémque ibi ſancitum eſt multifariam pro reliquis morum in Gallia componendorum regulis opportunis. Quæ ſingula in Clero ritè ſtabilita per iſtos ſex Archipræſulatus, ſanè regni ſtatum minimè conuellunt, nec iura ciuilia labefa-
Alij Archiepiſcopi huc ſequuti.
ctant, vel tantiſper imminuunt. Cuius ſenarij numeri Conciliorum in Galliis, ſimul & clandeſtini ſublati, recordantur vberiùs Tabulæ comprouinciales libri noſtri De Summa omnium excommunicationum & Caſuum ſeptendecim Archiepiſcopatibus Galliæ reſeruatorum [h], dudum Pariſiis editæ [i]. His autem valdè dilatatis reformationibus ianuas aperuit citra montes noſter Pinacius pro Tridentino coitu promulgando, vt pia ſimili audacia & pari
Regius aſſenſus.
charitate reliqui eum Præſules in agendo ſectarentur. Neque enim tales impediêre conatus Reges Francorum, quin ſæpiùs laudarunt, & ad hoc Præſules ſibi in temporalibus ſubditos frequenter hortati ſunt, vbi maximè nulla ipſorum intereſt, veluti diſertè in noſtro Antimartyrologio [K] docuimus.

b an. 1572. c 1581. d 1582. e 1583. f 1584. g ſeſſ. 24. cap. Tametſi. h 56. 63. 97. 118 131. 216. 240. clandeſt. fol. 82. 142. i apud Bugnon 1601. K in cæſar. 1. §. 3. finali.

Paragraphus 3.

Nouë Decreta huc pertinentia Concil. Lugdun.

SVb hoc dicendi ordine pari viâ promulgandi & latiùs exponendi ſunt potiores Canones Synodi Diœceſanæ præfati R. Pinacij. Enimuerò talia iudicamus magni eſſe momenti, quæ futuras aut adſequentes haſce pagellas promerentur. Inſcribuntur autem *Statuta & Ordinationes Synodi Diœceſanæ Lugdunenſis* [l], *&c.* adſtantibus primoribus totius ſui Cleri, Eccleſiarúmque Parœcialium. Quæ ſcripta vniuerſim complectuntur Capita XXXIIX. verè inſignia pietatis ac traditionis Apoſtolicæ: dum comitantur ea ad fidem ſpectantia, quę
1. Decretum. vſu experta eſt prima Eccleſia. Talia autem de fide aut circunſtantia, ad nonum capitularem numerum iſtic reduximus. En præcipua horum anacephalæoſis. Etenim R. idem Ar-
Crux.
chipræſul expreſſit primùm ibidem normam conferendi Baptiſmum [m], cum repetito Crucis ſigno, quale Apoſtolorum tempore deſignarat D. Dionyſius Areopagita [n]. *Communia ſunt &*
2. Decret. *Pontificibus & Sacerdotibus, &c.* (ait [o]) *inflexio genuum, Pontificis manus admotio, ſignum Crucis, prædicatio.* Deinde Pinacius ipſe Sacramentum Confirmationis ex diuina inſtitutione [p], per-
3. uium ſuis Parœcis compaſtoribus explanauit [q]. Tertiò regulas in auguſtiſſimo Miſſæ Sacrificio obſeruandas ex primaria conſtitutione direxit [r]: pluréſque in Sacramentum pœnitentiæ animaduertit [s]. Quartò, Caſus ſuæ Sedi reſeruatos ac pendentes è ſolo foro conſcien-
4. Decret. tiæ digeſſit, quales nos annis elapſis ſumus interpretati initio Partis tertiæ noſtræ *Summæ*
Caſus reſeruati.
omnium Excommunicationum & Caſuum reſeruatorum tam Apoſtolicæ quàm Epiſcopalis abſolutionis [t]. Quintò, Ordinis quidem Sacramentum indixit [u]. Verùm nos fuſiùs ad ſextum locum reminiſcimur legum matrimonij, quas ipſe Archipræſul totáque Synodus ita latè diſ-
5. tinxit [x], vt nihil accuratiùs nihilque vberiùs dici poſſit circa Paſtorum hac in re officia, aut gradus in omni cognationis genere prohibitos, & innumera penè alia. Inter plura materiam potiſſimùm clandeſtini coniugij impræſentiarum aggredimur, vberiùs multò quàm
6 Decret. de Matrimonio
obiter antecedenti Paragrapho præſtiterimus. Quippe ea exactiori indagine nunc opus eſt. Eius ergo materiæ tractatum accuratiùs paulò inueſtigamus, ac tres in parteis diſtribuimus. Primò aduertendum veterem Eccleſiam in ſecundo ipſius ſeculo clandeſtinum connubium dixiſſe nullum, teſtibus SS. Anacleto [y], Euariſto [z] atque Sothero [a] Pontificibus Maximis &
Triplex eius expoſitio pro Concil. T.ij.
ſuis quibuſque Decretis. Quippe ideò Anacletus primùm voluit Romæ obſeruari ordinem ſacrum benedicendi deſponſatos, tum quia Chriſtiani malè de coniugio audiebant, tum maximè quia ipſe didicerat hunc fuiſſe in orbe morem tempore Chriſti, qui ſua matrimonium authoritate probarat, & quidem hoc fortaſſis fine ac modo. Itaque expetiuit nuptutis cauere, & aſperſam Eccleſiæ labem eluere. Et rurſus idcirco Sother renouator Sanctionis, *inſtituit item ne legitima habeatur uxor, niſi Sacerdos benedixiſſet, quia reſecit multa pericula* (ait Platina [b]) *quæ in nouas nuptias cadere ſolent ex præſtigiis & magicis improborum artibus.* Verùm ſe-
1. quentibus ſeculis etſi Eccleſia perſeuerarit damnare talia coniugia, non tamen ea quę interdum fiebant irritabat, ſed facta ſinebat. Et propterea tacitè videtur permiſiſſe aut ſine poſita lege rata ſuſcepiſſe clandeſtina eiuſmodi matrimonia, quamuis non ſine contrahentiū peccato,

l Apud Ioan. Stratiū, Lugd. 1577. m cap. 3. n in eccleſ. hierarchia de baptiſmo. o c. 1. 2 & 17. libri ea ſectione Perionij. p Actor. 8. v. 10 17. Ca. 19. v. 5 6. q c. 5. & 6. r c. 7 & 8. ſ c. 9. & 10. t Parij. 1601. u c. 12. x c. 13.

y ab an. 102 z ab an. 111. To. 1. Concilior. & Cauſa 30. q. 5. c. 1. a ab an. 172. b in vita S. Sotheris.

cato, dum nuptias publicè celebrandas ſemper iuſſerit: qua de re extant Capita Euariſti, Nicolai Papæ[c] & Innocentij 3.[d] ſub vndecimo ſeculo[e]. Saltem, poſt antiquiora illa tempora ad promulgationem vſque Tridentini Concilij[f], vſus hic inualuit adeóque Tridentini Patres in proloquio ſui Decreti de matrimonij reformatione[g], obiter iuxta formam antiquam dixêre *rata & vera eſſe matrimonia, quandiu Eccleſia ea irrita non fecit* apertiùs. Secundò, dicendum quòd Tridentina congregatio inhibet vim & robur eiuſmodi nuptiarum. Vt verò publicè credātur, tres præſcribit cōditiones. Prima eſt, vna ſaltē denunciatio, *antequā matrimoniū contrahatur*, ſi trina in ſuſpicionis caſu promulgari nequeat, cū Epiſcopali diſpēſatione de reliquis. Altera eſt, *quòd Parocho & duobus vel tribus teſtib. præſentib.* (ait locus) *matrimonium celebretur: deindéque 3. ante illius conſummationē denunciationes in Eccleſia fiant*, quando nullæ publicati antea potuerunt, nec habita eſt diſpenſatio. Qui omnis textus duplicem habet conditionem, nimirum perſonam Parochi ſeorſum concipiendam; & rurſus teſtium diſtinctè præſentiam. Quod totum ſanciunt Patres efficiendum, *ſacri Lateranenſis Concilij*[h] *ſub Innocentio tertio celebrati veſtigiis inhærendo*, vti loquuntur. His tribus prælibatis: ſequitur ordine textus Decreti Concilij ipſiſſimis verbis. *Qui aliter* (inquit) *quàm præſente Parocho, vel alio Sacerdote de ipſius Parochi ſeu Ordinarij licentia, & duobus vel tribus teſtibus matrimonium contrahere attentabunt, eos ſancta Synodus ad ſic contrahendum omnino inhabiles reddit: & huiuſmodi contractus irritos ac nullos eſſe decernit, prout eos præſenti Decreto irritos facit & annullat.* En ad validas aut publicas nuptias efficiendas vitandáſque clandeſtinas, Synodus de tribus allatis conditionibus duas poſteriores duntaxat neceſſariò poſtulat. Propterẽáque dum prima ſubticetur ante vel poſt celebritatem coniugij, lethale quidem peccatum committitur, at rata eſt ſolennitas. Sic enitimur maiorem paulò lucem & ſeriem afferre Nauarro perdoctè interpretanti[i] Decretum Tridentinum: qui adiicit valere quidem matrimonium coram Parocho & teſtibus initum, omiſſáque denunciatione, ſcilicet citra Epiſcopalem diſpenſationem omittendi, nec dici clandeſtinum *quoad effectum nullitatis*: at monet dicendum tamen clandeſtinum, *quoad alios effectus quàm annullationis matrimonij* (ait) ſcilicet quoties banna (vt loquitur vulgus) illegitimè prætermittuntur. Adeſt facilior conceptus. Tertiò, videndum de pœna à Synodo irrogata iis qui deficiunt in alterutra duplicis poſterioris allatæ conditionis, quæ matrimonij eſſentiam conſtituit, quatenus Sacramentum eſt & eſſe debet. Eam ita Patres ediſſerunt[k]: *Inſuper Parochum, vel alium Sacerdotem, qui cum minore teſtium numero, & teſtes qui ſine Parocho vel Sacerdote huiuſmodi contractui interfuerint, necnon ipſos contrahentes, grauiter arbitrio Ordinarij puniri præcipit.* Ecce, dum arbitrariam ſolummodò pœnam comminantur Patres, nihil eccleſiaſticæ pœnæ ipſo facto inflictum docent, ſed futuras per iudicis ſententiam pœnas tantùm pollicentur. Hæc ſequentium ſeges notanda, pro mente capienda Lugdunenſis Decreti hinc profluentis & lationis.

2. expoſitio trina.

Nullitas matrimonij clandeſtini.

3. expoſitio.

Pœnæ contrahentium clandeſtinè.

c Cauſa cit. cap. 3.
d li. 4. Decret. Tit. 2. c. 3.
e ad an. 1100.
f an. 1564.
g Seſſ. 24. c. 1.
h 12. œcumenic. an. 1215. eſt 2. c. 51. & in Cap. Cum inhibitio.
i in Enchir. c. 22. nu. 70.
k Seſſ. cit. 24.

Paragraphus 4.

Decretū eiuſdē nullitatis, ex Synodo Lugdunenſi.

MOx ad legem Synodi Lugdunenſis deſcendendum: quæ ad propoſitum duos ſequentes habet textus. Vnus eſt de clandeſtini matrimonij nullitate, pro Lugdunenſis Archiepiſcoparus ambitu confirmata, eáque conformi prorſus cum ſuperiore, hac periodo[l], *Quicunque aggredientur & attentabunt matrimonium contrahere, aliter quàm præſente Parocho, alióve Presbytero de Parochi licentia, aut noſtra authoritate* (infit Archiepiſcopus) *& duobus teſtib. iuxta ſanctam Synodum Tridentinam, reddimus eos tanquam inhabiles ad contrahendum illo pacto: & ſtatuimus quòd tales contractus inualidi & nulli erunt, &c.* Hac in parte priore, Synodus Diœceſana Lugdunenſis ſequitur planè œcumenicam Tridentinam, velut diſcipula magiſtram. Vtrobique autem non capit aut admittit teſtes abſque Parochi præſentia, neque etiam Parochum ſine teſtibus pro ritus ſolennitate: ſed hos omnes coniungit, atque præſentes ad hoc deſiderat. Iam alius textus magis ad inſtitutum præſentis Capitis inſeruiens, eſt eiuſmodi[m]: *Declaramus eos interdictos & excommunicatos realiter ac de facto, qui vel quæ ſponſant & nubunt furtiuè & clandeſtinè, etiam Sacerdotes illos qui tales recipiunt, aut cæteros qui ibidem adſiſtunt, vel fauorem præſtant.* En egregia omnino lex & nouum ius, in adiecta ſtrictiore pœna ſupra pœnas per ſacroſancta Concilij Tridentini Decreta indictas propter coniugium ſecretò initum. Additio hæc in duobus conſiſtit, ſi rem penitiùs contemplemur. Imprimis pœna per Tridentinos Patres impoſita nullas complectitur cenſuras reis perſonis ipſo iure illatas: hæc verò lex Diœceſana illicò eccleſiaſticum interdictum & maiorem excommunicationem interpellat ipſo facto. Secundò, lex Tridentina quinque duntaxat

Pœnæ additæ ſic contrahētibus ſupra pœnas Conc. Trident.

l c. 13. §. 2. Statutorum Lugdunenſ.
m ibid. §. 16.

taxat tangit perſonas minori pœnæ arbitrariæ ſubiectas, videlicet Presbyterum, duos vxoratos, totidémque teſtes: at Sanctio Lugdunenſis omnes inſuper alios fautores ac negotiatores tanti facinoris comprehendit & ligat anathemate iuris. Primum repetamus. Duę cenſuræ per Lugdunenſe Decretum pronunciatæ non deſignant ſolam comminationem vocalis ſententiæ, quæ poſtea ſequatur & proferatur ex aliquo ſingulari probato crimine: ſed prætèrea denotant vinculum è veſtigio appoſitum, quia textus Lugdunenſis dicit *realiter & de facto*: quæquidem notæ ſunt peculiares & propriæ illi cenſuræ, quæ ampliùs non poſtulat ſententiam iudicis quaſi expectandam, vt pœnalem ſuum effectum conſequatur: veluti de perſimili materia fusè ſcripſimus in *Summa omnium excommunicationum* n, & in noſtro Volumine, *De multiplici Anathemate iuris æquipollente ad nominatim* o. Eáque omnis cenſura in vtroque foro cenſetur reſeruata Superiori, hoc eſt, Archiepiſcopo, ſeu eius Officiali, quoties quæſtio verſabitur circa forum exterius; aut Vicario in ſpiritualibus generali & magno Pœnitentiario, quando ad vnicum conſcientiæ forum refertur. Videtur, inquam, reſeruata, ſi textum accipere liceat pro mero Superioris mandato & excommunicatione ab homine, quales ſunt monitoriales cenſuræ. At ſi contextus ſumatur pro Epiſcopali Canone ſeu continua lege, qualis is certè creditur eſſe, equidem perennis veritatis ac roboris: ſanè eo ſenſu interdictum ſemper reſeruatur, vt alibi docuimus p: verùm citata maior excōmunicatio iuris minimè reſeruata putatur, quia vniuerſim conſcribitur ſine vlla reſeruationis nota. Sic enim decernendum, vbi conditor Canonis ſibi vel alteri abſolutionem non reſeruat ex Decretali nuper q. Pœnæ verò ſic ſunt reſtringendæ r ad vltimum vſque ſenſum textuum. Et quidem hic articulus verè & propriè eſt annumerandus tanquam vnus ex Caſibus reſeruatis in Eccleſia ac Diœceſi Lugdunenſi: adeóque inſerendus venit in Tabula Lugdunenſi Parte 3. ſ præfati noſtri Voluminis *Excommunicationum & Caſuum Reſeruatorum*: in qua trigeſimus primus vltimúſque Articulus eſt de falſificantibus ſeu corrumpentibus ſigilla Curiæ Archiepiſcopalis Lugdunenſis: cui iſte proximus ſequens iure ſubiici debebit, velut Articulus trigeſimus ſecundus t. Copioſiùs autem eo in libro diſſeruimus de præfata non reſeruatione, & de interdicto. Cæterùm pœna leuior Tridentina ex parte clandeſtini connubij, meritò vim habet in tota Gallia, ſeu etiam in vniuerſo orbe Chriſtiano, etſi reſpublica Gallicana non acceptarit Tridentini Concilij promulgationem, idque ob rationes eo in libro latentes u.

Duplex matris excommunicatio.

An ea hic reſeruata.

Caſus 32. Lugduni reſeruatus.

n 2 Parte, Præfat. 2 & in Tabula Auxit. art. 6.
o c. 1. Sect. 3. Nota 4.
p in Tab. de. Auxit. art. 6. fo. 149 150.
q de ſent. excom. li. 5. tit. 39.
r Cap. Pœna, 33. q. 3. & Ca. Odia reſtringi. De reg. iur. li. 5. tit. 13. in 6.
ſ deinceps poſteſ in Gallica editione Ar. 31.
t Tab. 1.
t In altera futura edit.
u Parte. 1. Animaduerſione 6.

Paragraphus 5.

VII. Decretū Synodi Lugd. IAm perſequamur & abſoluamus reliquum ordinem Statutorum Synodi Diœceſanæ Lugdunenſis. Septimo loco a illic traduntur præcepta Sacramenti extremæ Vnctionis ex diuino ab Apoſtolis promulgato iure, teſte Epiſtola b D. Iacobi prima promulgatrice ibidem repetita. VIII. Octauò, commendantur Sanctorum Reliquiæ c, & dies feſti: quæ antea documus d in honore habita ſub primitiua Eccleſia. IX. Nonò, Cleri caſtitas ab Hypodiaconis & ſuprà innouatur e. Atque vltimò monachalis ſtatus religioſè collaudatur f, quem dudū mirificè extulit D. Dionyſius g coram ipſis Apoſtolis. Fides circa hæc habenda, non eſt humana & ciuilis, ſed Chriſtiana prorſus & infuſa: adeóque animos obſtringit ſub æternæ ſalutis periculo. His autem fidei articulis horrendo clamore detrahunt quantum poſſunt Lutherani & Caluinitæ. Veriſſimè igitur diſſident à prima Eccleſia, cui nos Catholici Romani in omnibus adhæremus, dum paria ſunt nouiſſima primis. In maiorem cuius thematis retinendi gratiam, non verebimur ſubiicere à fidelibus credi oportere, quòd explicata ſolennitas matrimonij eſt hodie de explicita fide Catholica: adeóque oppoſita propoſitio, qua quis forſan tueretur, clandeſtinam deſponſationem fide Chriſtiana tenendam, hæretica dicitur. Hoc damus exemplum de tali nexu maritali, etiam maximè poſt votum caſtitatis, velut de notiore latiúſque tradito ex præſenti Synodo inter alia paradigmata. Etenim hæreticū planè eſt, velle docere id quod nequaquam habetur pro Sacramento, eſſe reuera Sacramentum, taléque exhibitum. Copula autem duorum clandeſtinè facta ſub prætenſo coniugij nomine, quæ ex dictis matrimonium non eſt, ſanè nec pariter eſſe poteſt Sacramentum. Eam verò fuiſſe mentem Chriſti inſtituentis, iam prælibauimus ex traditione Eccleſiæ peruetuſta, ab æuo nimirum ſancti Anacleti: & proptereà Tridentinum Concilium minimè nouum aliquem fidei articulum tam ſerò condit: ſed duntaxat tradit explicitè, quæ quondam eſſe potuerit ſingularis intentio diuini Legiſlatoris, aut veriùs intermiſſam paulò Eccleſiæ doctrinam à ſeculo Anacleti, mox reſtituit priſtino ſplendori, & equidem apertiùs cum adiuncta pœna, ne impoſterum vileſcat, & obliuioni denuò tradatur. Neque tamen ideo

Solennitas matrimonij eſt de fide tenenda.

Patres.

a Cap. 14.
b c. 5. v. 14.
c ca. 16. 17.
d in Lugdunenſib. nu. 2. § 9 n. 19. § 3.
e ibid. n. 21. § 12
f c. 18 & 19.
g Epiſt. 1 & 8. ad Demophil.

Et oppoſitum credere pro clandeſtino eſt hæreſis.

ideo Eccleſia ante Tridentinam Synodum infidelis putanda eſt; quia eadem res nondum diſertè tunc pro fidei articulo viſibili Eccleſiæ innotuerat. Quapropter, ſi Caluinitæ, ſociiue aduerſarij defenderent iterum, clandeſtinam copulam eſſe veraciter matrimonium, quanquàm ipſi coniugium pro ciuili tametſi perenni contractu aſſumant, nihilominus in rei natura totum hoc verè hæreſim ſapit. Itaque quocunque ſe vertant Caluini aſſeclæ, deficiunt planè non modò ab hodierno Eccleſiæ ſtatu, verùm etiam ab Eccleſia SS. Anacleti, Euariſti, reliquorúmve Patrum, quorum iidem ſcripta alioqui venerantur. In ſumma, iuxta eam Lugdunenſem de coniugio Sanctionem anterioribus ſtrictiorem, nos Officialis Matiſconenſis grauia ea matrimonia pari modo clandeſtina plerunque nulla omnino iudicauimus, velut Commiſſi à Romano Pontifice, ſententiis in vtroque foro latis, quibus, vel ſaltem priore, dictum eſt [h] ritè iudicatum ab Officiali Metropolitano ſeu Ordinario Lugdunenſi [i], ſcitè confirmatum à Primatiali [k], malè à viro [l] appellatum, & decretum id effectum ſortiturũ vnde appellabatur, appellante à Primatu ad hoc & in expenſis condemnato per tertiam hanc vniformem ſententiam. Quarum prima apud Metropolitam fuit, quòd vir prætenſus antea maritus fœminæ viduæ [m], iſque deceptor & fornicator ſub occulto ac reprobato fœdere matrimonij, offerre ſe teneretur intra menſem in facie Eccleſiæ ad futurum coniugium publicè celebrandum, & perenniter ei vxori adhærendum, viro ad hæc præſtanda cenſuris coacto [n], & partibus ad certa ieiunia quaſdámque eleemoſynas condemnatis ob perpetratum ſimul delictum. Nec abſimili modo pronunciata eſt poſterior tertia de caſu ferè tali ſententia [o]. Quæ tres conformes vim vltimi Arreſti nactæ ſunt, à quo non poſſit ampliùs vlterior appellatio prouocari, nullo abuſu perpetrato. Potior verò ratio, quare ita iudicatum ſit per tres in vna, & in altera per ſeptem veteres, quos Aſſeſſores Candidatos ad iudicium vocabamus, vel partim Eccleſiaſticos Senatus Pariſienſis Conſiliarios caſu in regione præſente, hæc certè fuit: nimirum iſte Canon Lugdunenſis, aperto ad menſam volumine, cœtum ad hoc valde commouit; equidem promulgatus in Diœceſi Lugdunenſi: & perinde eum duximus habendum pro ſatis denunciato in quatuor Diœceſibus Suffraganeis Lugdunei Archiepiſcopatus, cui ipſæ addicuntur: ſcilicet in Eduenſi, Lingonenſi, Cabilonenſi & Maticenſi, quæ præſertim vrbs Lugduni omniũ proxima eſt. Ac inde conſimiles alias in eadem materia forenſes hactenus ſententias tulimus. Neq; ſum anceps, quin illud ipſum axiomatis robur in iure dicũdo hodie Lugduni quoque plurimùm commendetur. Ad quas formulas reliqui Galliç Archiepiſcopatus ſuum etiam forum dirigere poſſunt aut debent pro meliori ſtatu potiſſimùm, quia quinque Prouinciæ, Viennenſis, Rothomagenſis, Burdegalenſis, Rhemenſis & Bituricenſis alias Synodos inter ſuos deinceps conuocarunt poſt illam R. Pinacij legem Lugduni conditam, qui iis viam aperuit, vt audaciùs in id torum clandeſtinum decernerent, & reclamarint. Cæterùm in congreſſu præfatæ Synodi orabat Lugduni Antonius Emmanuel Chalom, nuper eloquens in Clero Niceriano & S. Pauli, ac vtrobique Officialis ſucceſſiuè.

Exempla clandeſtinorum per ſententias annullatorum ſub Archiepiſcopatu Lugdunenſi.

Forma pro aliis Galliæ Archiepiſcopatibus.

[h] 10. Ianuar. 1601. Sigo. Arnaud.
[i] 23. Ianuar. 1601.
[k] 29. Maij, an. eit Sig. Champier. Girinet
[l] Petro Bern. mercatore in prouincia.
[m] Ioanna Odin defuncti Euſtachij Guignand.
[n] Quod & præſtitum inter partes 23. Iul. 1603. horâ 5. matut. in Eccl. parœciali de Mornant, præſente Notario, &c.
[o] Tamen partes liberæ factæ ſunt ad futur. matr.

Paragraphus 6.

Fundatio varius Cappellaniæ.

ABſolutis aut adiudicatis hactenus iis rebus, quæ eſſent R. Pinacio interiores, déque ſuo Concilio: nos mox vnĩi quoddam extraneum ſuo iſtic ordine collocamus de certa fundatione aut inſtituentis ſaltem morte ad hoc Pinacij tempus ſpectans. Audi relationem Secretarij ſeu Scribæ publici in Actis Capituli Cathedralis, depromptam ac promulgatam ſuper doratione pronunciantis in tertia, vt aiunt, perſona. *Petrus de Nagu Canonicus Eccleſiæ Lugdunenſis, pro fundationibus, omiſſis præambulis circa minora* (inquit Notarius) *vult ſolui Matriculario Eccleſiæ, vt diligentiam adhibeat circa ea quæ ſunt ſui officij* 12. *denarios Turonenſ. totidem pulſatori Campanarum, ne culpa eorum quid omittatur, ſub pœna priuationis diſtributionum in caſu defectus: & celebrari* [i] *in Cappella B. Mariæ Magdalenes* 20. *Miſſas Euchariſtiales, ſcilicet decem die Commemorationis S. Pauli, & de Officio S. Petri: reliquas* 10. *die Viſitationis B. Mar. Virginis, & in* 2. *Oratione dici* INCLINA DOMINE, *pro remedio animarum defunctor. egregior. virorum Dominor. Hugonis & Antonij de Talaru ac Domini Ioannis de Talaru nuper* 21. *menſis Decem. defuncti* [k], *dum viuerent dictæ Eccl. Archidiaconorum* [l] *dicti D. fundatoris Auunculorum, necnon D. Gilberti de S. Columba nepotis & aliorum ſuor. parentum, amicorum, & benefactorum. Atque vult quòd quilib. dictor. Dominorum de duodecim, & Cappellanor. S. Magdalenes* [m], *dicat vnam dictar. Miſſar. nec poſſit duas dicere. Et vt facilius fiat, vult quòd ipſi poſſint eaſd.* 20. *Miſſas celebrare dictis duob. dieb. reſpectiuè: pro quib. Miſſis vult ſolui cuilibet dictor.* 12. *& pro qualibet Miſſa tres ſolid. turon. Quod autem ſupererit ſupra dictis integrè ſolutis, ordinat fundator*

Fundator de Nagu Canonicus Lugd.

[i] Supple, vult.
[k] an. 1549.
[l] Perpetuorum.
[m] De quibus fundatis No. 1.3.4.5. N. 107 § 3.

Miſſæ & Paramenta.

fundator totum reſtans ſiue ex defectu dictarum Miſſar. non celebratar. conuertit in Ornamenta, luminaria, altáque neceſſaria in decorationem dictæ Capellæ B. Mar. Magdalen *. *Et vt ſcriri poſſit, qualis ſumma reſtabit ſine fraude, vult vt Vicemagiſter Eccleſ. teneatur in dictis hor. deſcribere numerum aſſiſtentium, & ipſum referre Dominis de 12. próque eius labore percipiat duplicem portionem. Pro quib. fundator realiter ſoluit in Capitulo 250. libras turon. in reditum annuum pro oneribus perſoluendis & aſſignandis, quando ſua fundatio erecta videbitur, & in poſterum obſeruabitur, ſi conſentientib. quorum intereſt, nos Capitulantes his reb. communi conſenſu approbatis, decretum noſtrum & authoritatem interponimus.*

Aſſignatio fundi.

Idem Dominus fundator hoc petit à Dominis Cappellanis Perpetuis, vt eam ſummam percipiant, promittántque eam in reditus annuos impendere & aſſignare: deinde obligent ſuæ Cappellæ bona ad perfectam huius fundationis obſeruationem. Quem Domini Cappellani q retulerunt ad plenum informatos eſſe de onerib. & pia voluntate fundatoris, offerúntque eã ſummam recipere ſub onerib. & bona Cappellæ obligare, &c. receperunt, &c. Deinde ibi ſequitur.

Approbatio Capituli.

Nos Decan. & Capitulum authoritatem noſtram in præmiſſis interpoſuimus. Datum Lugdun noſtro Capitulo generali, in quo eramus Theodorus de Vichy Decanus, Gabriel de Saconay Præcentor, Bertrandus de Turre Cantor, Henricus de Albone Camerarius, Ioannes de Sinemuro Sacriſta, Ludouicus de la Barge, Petrus de Nagu, Girardus de Fougeriis, Gulielmus de la Bargo & Gaſparus de Mitte. Die 16. Ianuarij 1550. Præſentib. Stephano Faye, Andrea Amyot Cuſtodib. S. Crucis, Philiberto Girinet Sacriſta S. Stephani, & Franciſco du Soleil milite, vocatis. Sign. Barrot, Tourneon. Hæc ſcripta, in quibus Capitulum loquitur per Secretarium, geſta ſunt quidem ſub Franciſco de Turnone r, vbi videbantur alioqui reponenda ſ. Verùm clauſit lumina idem largitor Petrus de

Tempus fundationis. 1581.

Nagu die 11. Maij anno M.D.LXXXI. degente Archiepiſcopo Petro Pinacio: nouitque ſeptem Archiepiſcopos Lugduni ſedentes. Quo potiſſimùm tempore firmata & perfecta eſt eiuſmodi fundatio. Adeóque iſtic collocatur. Et fulſit ipſe Petrus, Eccleſiæ tandem Præcentor in illo ſenio. Hunc ideo ſæpe vidi: quia cùm eſſet quoque Bellijoci Canonicus, eidem Eccleſiæ Collegiatæ, cui primùm nomen ſacrum dederat adoleſcens, tunc contulit multa ſerica auro intexta Ornamenta ſacerdotalia pro deſeruiendo Altari Virginis matris

Et alibi dedit.

in vario ſolenni Officio. Sic ergo præſens ac opportuna ſuæ fundationis narratio profutura eſt aliis legentibus è Clero orbis chriſtiani, quam aut ſimilem religioſè imitentur ac præſtent ſuis quibuſque in Baſilicis.

* De hoc etiam Teſtamento in Repert. cit. fol. 93.

q Nominantur 19. ex quib. Dionyſius Papartinus erat nonus, nepos conſanguineus meæ abauiæ Authoris.

r an. 1550.

ſ N.115.§.2. Pleniùs in Reper. fo.93. 94.95.96.

Paragraphus 7.

Conſecratio ſecunda magni Altaris Eccl Lugd. 1582.

AD peculiarem R. Petrum de Pinac, fœlicem regreſſum faciamus. Hic dignus Antiſtes maius Altare Metropoleos Baſilicæ Lugdunenſis conſecrauit die IX. Iulij anno M.D LXXXII. ſiue id dicauerit in honorem ſolius D. Ioannis Baptiſtæ, tanquam priſtini ac veteris Eccleſiæ patroni poſt Numen diuinum, ſiue in decus etiam S. Irenæi, vt cenſent aliqui, ex eo quòd nuper diximus t Caput Irenęi ad eam matrem ſacram Ædem allatum fuiſſe, perpetuóque ibi pro ſecuritate maiore cuſtodiendum. Qua in re duo aduertenda. Vnum eſt, primum Altare videri collapſum vi bellica decennali apud Lugdunenſes graſſante, à nobis conſignata ſub Maldeberto Archipræſule u: deinde reſtitutum & denuo conſecratum

Vtrunque quando.

ab Innocentio Papa IV. ſub Philippo de Sabaudia Archiepiſcopo x. Alterum eſt, quòd ſecundum Altare ab Innocentio delibutum rurſus flagitioſè profanatum & exciſum eſt à ſceleratis Caluinitis anno vrbis proditoriè per eos captæ milleſimo CC. LXII. Vnde poſtea honorificè de nouo conſtructum eſt pio ſtudio & operâ egregiorum Templi Canonicorum, conquiſito alio lapide marmoreo prorſus integro & excellenti. Quem lapidem R. Petrus oleo ſacro palam deliniuit eodem prorſus die, quo aliud ſimile inauguratum fuerat à præfato Innocentio. Adeóque in eo facto mirificè completum eſt id, quod reſtaurato quondam Templo Hieroſolymitano per Machabęos Duces accidit ſub veteri lege, poſtquam ab impio gentili Rege Antiocho demolitum cernebatur, quando *acceperunt lapides integros ſecundum legem, & ædificauerunt Altare nouum, ſecundum illud* quod fuit priùs y. Quippe talis figura mox in veritatem peruenuſtè verſa eſt. Sub eo autem lapide Altaris Lugdunenſis tunc

Quales Reliquiæ ſub eo.

repoſitæ ſunt Reliquię ſanctiſſimi Irenæi Martyris & in vaſculo reconditæ z: hoc eſt, fuêre in partem ex eius forſan Capite ſeorſum aſſeruato mutuatæ. Ita, reor, geſtum: quia eiuſmodi Eccleſia nullas ampliùs haber pixides præfati S. Ioannis patroni, poſt tot ciuiles & inteſtinos bellorum fomites intra & extra muros. Nam quod ad dentem molarem attinet ipſius

Dens S. Ioan.

D. Ioannis, quem hodie poſſident Domini Canonici in Theſauro ſuo: ſauè dens ille ibi aliàs ob annuas frequentandas ceremonias permanſurus eſt cum reliquo D. Irenæi capite.

t Nu.17.

u Nu.50.§.3. ad an.750.

x Nu.89.§.1. an. 1245.

y 1. Machab. c.4. v.47.

z Dictum Nu.117.

Cæterùm

Indulgentia. Cæterùm, inde noſter R. Petrus liberè conceſſit dies quinquaginta verę Indulgentiæ in forma Eccleſiæ conſueta cunctis Chriſti fidelibus, qui quotannis eodem die ipſum Altare religioſo affectu & cultu viſitabunt. Proptereáque in proximum diem Dominicum remittitur generalis ad populum concio, habenda in ampliſſimo nauis ipſius Eccleſiæ theatro.

Paragraphus 8.

Merita Pinacij. MAgnus ille vir magna ſemper in commune bonum animo voluens, in frequenti veterum Patrum lectione aſſiduus quoties potuit, in rebus agendis ad publicam vtilitatem verſatiſſimus, quoſuis Principes Catholicos pro maioribus Eccleſiæ commodis continuus hortabatur. Ad quæque Optimatum conſilia vocatus & expetitus, is ingenio ſagax, in deliberando grauis, in exequendo promptus, diu noctúque in laboribus exercitatus, omnes multùm iuuabat, cunctis opem ferebat ad ſalutem. Adeò potentes ei fuêre ſpiritus ad perſuadendum cęteris quodlibet, vt à ſecretis Magnatū conſiliis perpetuò ſtans, miro vtrinque deſiderio ſingulorum vota quò ferè volebat, non ægrè trahebat, & ad pietatem quaſi impellebat. A ſummis exoptatus Dynaſtis, præcipuo inter cæteros pollentes iudicio plerunque valuit. In poſterioribus Comitiis Bleſenſibus anno M. D. LXXXVIII. eius potiſſimùm enituit conſtantia, firmitas probatæ conſcientiæ: ibi diuino propemodum eloquendi fulmine atque facundia populi & regnicolarum voluntates ad ſui amorem haud rarò concitabat. Ipſe quoſcunque tum pro quętenda pace tum pro bello tolerando ex vario rerum ſtatu ac circunſtantiis flectebat, vrgebat. In Curia non aulicus, ſed penè coactus & iuſſus, ob inſolitam nec vulgarem illius prudentiam, nonnunquam aſſidebat, quantum oportuit, ne dicam vel ſæpe, quatenus pios Galliarum Prælatos competebat alternatim pro meliore fine chriſtianiſſimo Regi aſſiſtere, ad pręueniendos aut præcauendos hoſtium latentium conatus in aures Monarchæ praua quæque ſuggerentium. Denique verò carceres pro Chriſto & virtute paſſus, ac neci minabundæ propinquus cū aliis Illuſtriſſimis gladio rēipſa perēptis; inde tandem ereptus innocuus, ad ſuos Diœceſanos Lugdunum religioſè perrexit. Illic in eccleſiaſticis viis deinceps fungendis muneribus toto pectore vacans & anhelans, aliud nihil ampliùs quàm gregibus præſens adeſſe concupiuit. Ordines ſacros cum ingenti ardore celebrabat. Frequenter ore mellifluo & feruenti concionaturus, verbum Dei ad plebis profectum ex labiis paſſim tanti Sacerdotis reſonabat. In ſingulis viciſſim per Metropolim ciuitatem Eccleſiis auguſtum Confirmationis Sacramentum vtriuſque ſexus & ætatis hominibus gregatim concurrentibus miniſtrabat. Quæ præclara veri Paſtoris munia dum in aliis quoque Diœceſeos vrbibus, oppidis ac villulis præſtare aggrediebatur, & vehementer pro debito viſitationum officio ad quæque loca proficiſci meditabatur, quinimò conabatur & parabat vela dare ventis, in morbum Deo miſericorditer permittente incidit, & ardua febri correptus, ob præteritas etiam ærumnas partim confectus, tandem naturæ ſatisfecit, præmunitus deuotiſſimè viaticis Sacramentis in Archiepiſcopali Palatio. Horum partem vidimus oculati. Tum obſeruatis funebrium actionum honoribus atque ſolenniis, corpus eius quieſcit in Sacello ſæpe decantato B. Mariæ Magdalenes, præmiſſa in ſcriptis ſui Anniuerſarij memoria. Ad piam cuius recordationem erectum eſt ibi eius nomine Epitaphiū parieti affixum: in tela quidem tantùm hactenus depictum ſub forma marmoris: at breui, ſpero, in natiuum marmoreum lapidem nigrum gnauiter ſculpendum. Cuditur autem capitali charactere ſub tali verborum ſono, illic ſanè nimio breuiario coarctari ſolitorum in doctiorum gratiam: ſed ad integrum iſtic extenſorum pro cuiuſuis captū lectoris: ſcilicet quantum nobis coniectari licuit de ſenſu, vi & energia aut directa mente dictantis patroni, Regij Hiſtoriographi.

Margin notes: Eius præſentia in aliis Comitiis. — 1588. — Officia ab eo præſtita Diœceſanis. — Ipſius mors.

Epitaphium ad tumulum. *En ſumptuoſæ ædes, in quibus ſpectandum præbuit Præſulem, non viſurum, non videndum ampliùs. Is fuit omnib. modis maximus, ab antiqua Pinaciorum & Albonum familia, quæ Torquatos milites, Equites, cohortum Tribunos, Prouinciæ Præfectos, Antiſtites illuſtres edidit: diuinarum & humanarum literarum eruditiſſimus: præclarè è ſummo Decanatu Lugdunenſis Baſilicæ ad primam Galliarum Sedem vocatus, Eccleſiaſtici Ordinis in Comitiis Bleſenſibus Orator ſelectus, Meldunenſis Conceſſus Præſes, in Armoricos Legatus Regis Chriſtianiſſimi, ab intimis Conciliis, variã per æſtus ciuilis procellæ fortunâ iactatus, cui ſatis amplum theatrum extitit conſcientia. Qui dum pacato orbe pacis munera & collapſam Eccleſiæ diſciplinam reſtituere cogitabat, hac mortali viâ ad immortalem vitam curis ſolutus anxiis abiit V. Idus Ianuarij, horâ noctis XI. Anno M. D. XCIX. ætatis LIX.* Et in vicino lapide tumuli recumbentis hæc habentur. *D. O. M. Petrus de Pinac*, [a] *Archiepiſcopus & Comes Lugdunenſis, Galliarum Primas, vir incomparabilis, cui mos ad vitam fuit,*

Margin notes: 1599. — [a] Supple, iacet hic.

fuit, &c. Nimirum is ante ſenium, *Placens Deo factus dilectus* (inquit Sapientia [b]) *& viuens inter peccatores translatus eſt; raptus eſt ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet animam illius, &c.*

b cap. 4. Sap. Salomo. v. 10. 11.

Reuelatio diuina, pro ſtatu R. Pinacij defuncti.

Sic finiit vitę tędiis ac moleſtiâ reſolutus; necnon ob ſuſceptos labores defeſſus. Cuius certè præmium in cœlo nobis aſſertum eſt paucis pòſt menſibus aut annuis ſpatiis: quia dum in Epiſcopali vrbe Carpentoratenſi conueniſſet arreptitius ſe causâ liberandi à cacodęmonis poſſeſſione, in quam ideo ciuitatem frequens eſt energumenorum concurſus ob miram corporum illic iacentium ſanctitatem & famam, dæmon ſacramento vel iureiurando adactus ab eruditis Exorciſtis hierarchicè & canonicè ad hoc munus conſtitutis, ne ſcilicet aliud quidpiam niſi prorſus veritati conſentaneum reuelaret, tanquam pulſus à Deo, is, inter cætera, quæ retulit, hæc poſteris mortalibus nota rurſus eſſe voluit, Deo ita annuente, dicens: *Petrus de Pinac nuper moriendo fuit tantopere contritus de commiſſis ſuis antea culpis, tam vehementi dolore & ſeria contritione erga Deum permotus ac conſternatus, vt prædâ hac per nos ſibi expectatâ deperditâ* (aiebat ſatan) *ſit in Purgatorio collocatus, breui laureâ donandus in ſempiterna gloria.*

Ab energumeno prolata.

Hæc rata tutò accepimus à referentibus RR. Religioſis [c] & eruditis concionatoribus fidę dignissimis, tanquam oculatis teſtibus hoſtilis inſolitæ huius aſſertionis ſeu apparitionis. Perſimiléque à B. Virgine Deipara, ſeu eius nomine, quondam reuelatum eſt etiam de Hugone I. pariter Lugdunenſi Archiflamine [d]. Sed profectò iſtud pręſens vocis auditæ portentum admirabilius eſt, quòd ab energumeni ore prolatum fuerit ex diaboli parte diuulgantis. At dicet fortè aliquis. Nequam ille ſatelles mendax eſt, patérque mendacij. Et iterum, inordinata hæc foret Exorciſtarum petitio, ſi extra prudentiæ & inſtituti metas de ea re conquiſiuiſſent. Reſpondemus verò: diabolum mendacem à Deo nihilominus cogi, vt adiuratus denũciet tunc veritatis inſignia, etſi nollet, atque Exorciſtas ab eo vi præcepti non extorſiſſe Carpentorati, vt de illo Pinacij themate diceret: ſed dum intra fines liberandi poſſeſſum eſſent contenti adiurando, liberum fuit dæmoni vlteriùs diuagari, Deo id aliquando permittente. Adeóque longior paulò ille prolapſus Dæmonis loquacioris coërcebatur intra limites præcedentis iuramenti de vero dicendo, nec aliter. Sic cenſeamus veriſimiliùs concludendum. Itaque hoc prætetea modo ſtatum Henrici quarti Regis Galliarum palam nunciauit atque detexit alius poſtea energumenus apud Maſſilienſes in antro ſanctæ pœnitentis Magdalenes. Quale factum publicè editum eſt à R. P. Michaële Religioſiſſimo Doctore Theologo ac inſigni concionatore Dominicano. En duplex paradigma veritatis promulgatæ à cacodæmone, etiam intra conceſſos diuinitus limites Exorciſtæ poſcentis iuramentum: attamen extra mentem ipſius petentis. Quæ propoſita à nobis de tali veterum entitate vt comprobemus; audi conſequentia ex aliis conſimilibus exemplis. In id meritò præcinit Epiſtola Canonica D. Iacobi pro rerum baſi & fundamento. *Dæmones credunt* (ait [f]) *& contremiſcunt.* Videlicet, confitentur Chriſtum eſſe Meſſiam. Quod eſt prima ſummáque veritas. Maximè ſatan illud tandem agnouit, quando Seruatorem tentare & aggredi auſus eſt [g]. Atque latiùs clariúſque eam fidem hoſtis, tametſi ſine meritis, renouauit egregiè D. Lucas Euangeliſta [h], quando dæmonium Saluatori occurrens conclamauit. *Quid mihi & tibi eſt Ieſu fili Dei altiſſimi? Obſecro te, ne me torqueas. Præcipiebat enim* (Meſſias) *ſpiritui immundo, vt exiret ab homine.* Atque nos hinc pergentes circa theſeos dilatationem, rem teſtatur Abbas Rupertus [i] extra ſcripturam & competenter ad ipſam, nimirum *de diabolo, quia ſciebat dæmon eſſe Chriſtum* loquutum [k]. Deinde S. Gregorius Nazianzenus Apologiâ *I. Dæmones ad Chriſti nomen cohorreſcunt* [l]. Taliáque inſinuat Theophylactus in Marcum [m], ex dæmoniaco ſanato, & legione Dæmonum ex illo corpore in porcos ingreſſa, permiſſu disertè obtento ab ipſo Mediatore, ex Luca [n]. Reliqua obiter in B. Athanaſio [o]. Vnde Romanus Eccleſiæ exorciſmus in ſecunda Coniurationum formula, tacitè quidem, at ſufficienter dicit: *Adiuro te, &c. Illius brachium contremiſce, &c.* (alloquitur diabolum) *Quid temerariè retractas? &c.* Quaſi dicat Exorciſta nomine totius Eccleſiæ, *ne retractes verum hîc dicere atque fateri.* Itémque quartus Exorciſmus, *Adiuro te, tranſgreſſor bonæ viæ & veritatis, &c.* In ſumma, cùm videatis diabolum coactum fuiſſe verum agnoſcere in re de Chriſto nato geſta, poteſt ac poterit quoque adigi æquè facilè, vt verum nunciet in poſteriore Archipræſulis ſeu Regis ſtatu, perindéque in quibuſdam rebus aliis à Deo permiſsis. Itaque ſic hoſtes noſtri pro nobis ipſis militant in allato & ab eis conceſſo articulo fidei œcumenicæ de Purgatorio, atque de vi ſacramentali ad gratiam conferendam ſuſcipienti viatori ritè pœnitenti: necnon vt priuatam quandoque ab eodem hoſte veritatem eliciamus, quæ ad credendum animos probè ſcios obſtringere fortè poſsit. Sic vindictam de propriis inimicis aduerſus ipſoſmet ſumimus, dicente Ieremia vate [p]. Inque ſimili caſu quandoque ex hæreticorum ſcriptis arma ſurripimus nobis

Obiectio.

Solutio.

Probatio veritatis Pinacio reuelatæ.

Biblia.

Patres.

Reuelationis vtilitates.

c A P. Thom. Aueniōneñ. & à R. Patre Scholaſt. Capucino Guardiano, &c. an. 1614. obiit poſtea Exorciſta in vrbe.

d Nu. 70. §. 9.

f ca. 2. v. 19

g Matt. 4 ſin.

h ca. 8. v. 28. 29.

i In Apoc. li. 11. pa. 176.

k Louanij. 1573.

l Pariſ. 1596. pa. 22.

m In ca. 5. pa. 108 Baſil. 1554.

n ca. 8. v. 32. 33.

o De humanitate Dei. pa. 69. Baſil. 1556.

p ca. 49. v. 10.

nobis aptanda, quibus tela & argumenta in eos pro noſtræ religionis tutamine iaculamur.
Dæmones bonum non bene præſtitiſſe. Aduertite autem quòd in ea tota re, etſi dæmones bonum aliquod præſtent in genere en-
tis, & compulſi in accidentali ſua veri confeſſione, quatenus id eis eſt actus natu-
ralis à Deo imperatus; tamen non bene faciunt, aut actio illis meritoria non eſt: at
mala, ex deliberata praua voluntate procedens in genere moris: abutentes tali bo-
no actu phyſico ad decipiendum mortales, aut in malum finem alium tendendo,
ex D. Thoma Aquinate [q]. Vbi hac vice Theologum agimus hiſtoricis mixtum, pro [q] 1.par.q.64 Art.2.ad 5.
maiore vniuerſalis Eccleſiæ profectu. Cæterùm, ſi nobis profundam Albonum ori-
ginem ac genealogiam obtinere contigerit, vt pote cuius ramos ſæpiùs occurrere
agnouiſtis in media hac ſacra hiſtoria, nos eam ſeriem in iſta calce lubèns inte-
gram conſcribemus circa R. Primatem loci præſentis.

Paragraphus 10.

Canonici Lugd. dicti Comites. HIc obiter commemoranda veniunt duo regia beneplacita de titulo Comitatus & ſin-
gulorum Comitum, quæ indicta ſunt ac iterata Canonicis Capitulóque perilluſtris
Eccleſiæ Lugdunenſis, ſedente præfato R. Pinacio, partim fortaſſis in fauorem digniſſi-
mi ipſius Primatis, confirmata poſt ſuperiores de eodem themate atteſtationes Regum an-
teceſſorum, allatas ſub Hippolyto I. & Franciſco II. Archiepiſcopis. Primum eſt Hen-
rici III. Regis, die 1. Decembris, ann. M.D.LXXXIII. Regiſtratum die & ann. cit. Signa-
tum *Thiellement*.. Quo Actu Princeps gloriabatur ferè in vocando Canonicos, *Fidos ac di-
lectos ſuos Lugduni Comites* Secundum eſto Henrici IV. Regis, Lugduni menſe Septembri
an. M. D.XCV. qui præſens, nec ego illinc longè, ſcripſit latiùs in ipſa Eccleſia, *Noſtri fi-
deles & dilecti Decanus & Canonici Lugduni Comites, &c.* Liquet in Archiuis per nos probè [r] 18. Apr. 1602.
viſis. Poſteàque ſimile repetiit magnum Regis Concilium [r].

CXXIV. *Paragraphus* 1.

Alb. gentilitia. ALBERTVS *de Belieure* fuerat ſuis quandoque temporibus I. V. Doctor: in Græ-
cis, myſtica Theologia & Patrum lectione admodum excellens (teſtis ego) ac pius
1599. Conſiliarius à Secretis Regis Chriſtianiſſimi Henrici IV. filius Pomponij Belieurij
de Republica Chriſtiana rantopere meriti, ſummíque nuper Galliarum Cancellarij. Cuius
denuo Pomponij patrem vel auum ad ſummum arbitramur extitiſſe Bartholomæum Be-
lieure ciuem Lugdunenſem, Secretarium Archiepiſcopatus Lugdunenſis, &c. De quo ſub
tali nomine ſuprà in Carolo II.[a] & Franciſco I.[b] Archipræſulibus, annis M. CCCC. LXVI. [a] Nu.109.§.4
atque M.D.VII. Itémque de Hugone Belieurio, eius conſanguineo a latere, ibidem [c]. Præ- [b] Nu. 112.§.4.
fatus Albertus olim conceptus in vtero materno Lugduni, & Pariſiis natus, vir factus, Pa- [c] 117.§.3.
palem de Primatu Lugdunenſi Inſtitutionem accepit, vi Regiæ præſentationis, datam Ro-
mæ apud S. Petrum IV. Kalend. Aprilis, anno M. D. XCIX. Pontificatus verò Clementis
PP. VIII. anno octauo. Deinde conſecratus Lutetiæ nobis præſentibus [d] in Sacello Catha- [d] Nonis Iulij.
rinæ Mediceæ Reginæ matris Henrici III. prope S. Euſtachium: & in perſona arripuit cano-
1600. nicam poſſeſſionem Lugduni vltimo Kalend. Auguſti anno M.DC.

Paragraphus 2.

160. EIdem Alberto dicauimus anno MDCI. Volumen noſtrum, cui titulus eſt, *Summa om-
nium Excommunicationum & Caſuum Reſeruatorum tam Papalis & Apoſtolicæ quàm Epiſcopa-
lis abſolutionis*: vnà cum quindecim Prouincialibus Tabulis Caſuum, qui reſeruantur ſingulis
Gallicanę Eccl. Archiepiſc. Inter quas Tabellas Archiepiſcopatus Lugdun. primas tenet par-
Lib. Alb. dicatus. teis. Quibus opuſculis ac lucubrationibus putabamus opportunè adiiciendũ eſſe & omnium
luci relinquendum præſentem catalogum Archiantiſtitum ſeu Primatum Galliarum, ac ferè
totíus prouinciæ Lugdun. pro Eccleſiæ bono piáque hoſtium eiuſdem conuerſione, in ea pre-
clara tutaræ fidei ac Protopaſtorum ſucceſſione. Sed allatum tandem maius iſti Chronologię
Sedis finis. incrementum hiſtoricum, poſtulauit hunc Tomum ſeiunctim edendum, tanquam multò
1604. denſiorem. Hic demum Albertus maluit Sedem deſerere, & ab hominum forenſi conſortio
ſummotus deuotè vitam priuatam peragere. Adeóque Pręſulatum ceſſit fratri natu minori
tempore: quod ſat ſupérque in ſucceſſore habetur.

CXXV. *Paragraphus* 1.

Claudij prouiſiones de Sede.

CLAVDIVS *de Belieure* frater minor præfati Alberti liberè huic locũ cedentis, vir Iuris vtriuſque candidatus, Regius à ſecretis, in ſupremo Senatu Pariſienſi Conſiliarius, in rebus agendis apprimè verſatus, & animi candore ac pietate clarus: vi Pontificij Diplomatis Clementis Papæ octaui[a] donatus eſt Lutetiæ ſacra inauguratione pridie Idus Decembris anno M. DC. IV. equidem miniſterio Illuſtriſſimi Cardinalis Gondij in Epiſcopali Aula Pariſienſi[b]: dictúſque ibi ac proclamatus Primas Gal-
1605. liarum & Comes Lugdunenſis. Tertiò, Kalendis Ianuarij conſequentis, in realem poſſeſſionem miſſus eſt procuratorio nomine nobilis Antonij de Gibertés Canonici Comitis Eccleſiæ Lugdunenſis, anno M.DCV. Tum & ipſe Primas Lugdunum profectus, honorificè Cathedralem Baſilicam ingreſſus eſt decimoſexto Kalendas Maij anno eodem, ſolenni tunc ritu in Capitulo receptus à nobiliſſimis & egregiis illis Canonicis Comitibus ſeu Dignitatibus viríſque primariis, quos aliquando ſuprà hoc in Volumine nominauimus[c], itémque ab aliis perſonatibus, qui præſentes eo tempore reſiderent[d]. Porrò, omnes eum præſentem actuali denuo poſſeſſione ad Sedem conduxerunt ſequente VI. Kalendas eiuſdem menſis. Et æquè ſolenni formâ pariter ſuſceptus eſt in Eccleſia S. Iuſti, nomine Abbatis ſacri illius Fani Collegialis intra annum. Ipſe verò Antiſtes vix tunc pene fuerat præditus ætate neceſſaria ad Sacerdotium, quod priùs tamen obtigerat ob merita, viuaces ingenij ſui aculeos atque præclaras reliquas in illo collucentes virtutes. Sed maximè, prætercætera, in hebraïcis literis diligenter pro ætate verſatus agnoſcebatur; ac in dies aſſiduo cum ſtudio & experimentis Lugd. *creſcebat in doctrina, confortabatur ſpiritu, proficiebat ſapientiâ, ætate, & gratiâ*[e] *apud Deum & homines* (conſimiliter de Chriſto ſcriptum quoad humanitatem in phœnomenis[f]) vt ſi idem Claudius ſuperuixiſſet ad ſenium; ſanè miraculum tandem in terris allatutus videretur, ob profundam ſcientiarum encyclopediam, quibus capax euaſiſſet, dum ſummo & incredibili tenebatur deſiderio cuncta diſcendi, quæ ad Scripturarum notitiam atque ſubortas Eccleſiæ controuerſias inſeruirent.

Pia eius ſtudia.

[a] Rom. apud S. Marcum 4. Kal. Octo. Pontific. an. 13.
[b] Ante meridiem.
[c] Decan. Cantore, Præcentore, Camerario, Cuſtode.
[d] Claud. de Refuiz Sacriſta Ioann. Meſlet de la Beinerie Præpoſito, Guichardo de Chantelot, Iac. d'Amanzé, Claud. de Refuiz nepote, &c.
[e] Luc 1. v. 80. c. 2. v. 40. & 52.
[f] Apparentiis, cùm à conceptione inſtructus eſſet doctiſſimus.

Paragraphus 2.

Is munificus pro Eccleſiæ ornamento.

IS Primas ſemper reſidens, & in diuinis muneribus perſoluendis plerunque aſſiduus religioſè conuertit ſe ad multa domi illuſtranda. Quippe variis ſæpe tapetis ac ſumptibus exornauit maius Altare Cathedralis Baſilicæ: necnon Archiepiſcopale Palatium ſtatim ferè ab ingreſſu priſtino ſplendori ſumma cum liberalitate reſtituit. Similique officio perfuncti ſunt D. Claudius de Chalmazel Decanus, ac vnà Domini Canonici in circunducendis Choro, Altari, atque nonnullis Sacellis diuerſo æris opere, & inſtructo marmoreorum lapidum artificio verſicolore.

Paragraphus 3.

Præfuit Cœtui Epiſc. Franc.

DEnique idem Primas reuerâ præfuit Congregationi Antiſtitum Galliç Pariſiis celebratæ anno conſequente M.DC.VI. pro totius Cleri in Regno defenſione[g]: vbi is Pallium à ſummo Pontifice miſſum reuerẽter accepit per manum elegantis Reuerendiſſimi Gaſparis Mariſconenſis Epiſcopi. In eiuſmodi cœtu, Regiâ non Pontificiâ authoritate conuocato pro decimis Regis aderant decem Galliarum Archipræſules, viginti duo Epiſcopi, viginti quinque ad minus venerabiles Clerici ſeu Sacerdotes, ac plures alij illuc deſtinati ex par-
1606. te cęterorum, inter quos fuit Claudius de Chalmazel Decanus Eccleſię Lugdunenſis, Galliæ Prælatorum, & Capitulorum. Qui cuncti tandem definierunt ius præſidentiæ ad illuſtriſſimum Belieurium pertinere ſuper mora eam ob rem controuerſia à Reuerendo Reginaldo de Beaune[h] nuper Senonenſi Archipræſule, tametſi omnium vetuſtiore ſecundum conſecrationis tempus & ordinem Etenim iudicatum eſt[i] locum hunc intra limites Lugdun. Primatiæ ſuum habere ſitum, nulla tum habita ratione ad conſecrationum inſtantia.

[g] A 25. Iulij 1605 ad 14. Apr. 1606. móſque eſt quoquo decennio.
[h] Obiit menſe Septemb. ſequenti.
[i] Extat lib. Pariſ. editus apud Ioan. Richer. 1606. fol. 194.

Paragraphus 4.

Author.

EIuſdẽ verò Claudij hortatu, ſimul & Capituli, dum Opus prioris editionis ad pręlũ ferè properaret, præcipua Actionũ capita hauſimus[k] ex multiplicibus Eccl. Archiuis ad manum communicatis, quatenus vniuerſum Gazophylacium Indulta, Priuilegia Ædis ſacræ, aut

[k] Eod. an. 1606.

aut alia eius generis plura reſpicere directo tramite noſcebatur, & qualia deſcribit tota præſens hiſtoria à S.Remigio [l] Lugdunenſi Archipræſule ad Franciſcum vſque Turnonium [m], huius nominis ſecundum Archiflaminem, quæque in hac etiam ſecunda editione retenta ſunt. Ad extremum autem Claudius Lutetiâ reuerſus, deinceps Lugduni in Palatio reſedit, graui morum probitate inſignitus, cum eximia in gregem paſcendo charitate, & multa demum omnis virtutis ſupellectile ac vrbanitate prǽditus. Verùm cùm ſic totus in Deo ſimplex pergeret, & oppidatim viſitatâ ex officio Diœceſi, in Palatium ſuum velut in Eremum eſſet regreſſus; cœpit opera pietatis feruentiùs adhuc & exactiùs paulò colere, frequentibus carnem domare ieiuniis, meditationibus dies noctéſque ſolus tranſigere. Quod cùm ardentiùs præſtaret Quadrageſimali tempore anni M.DC. XII. & in Cameram ſuam liberè concluſus breuem cibum ad ſe vehi præciperet ac prægustaret, paucíſque ingreſſum permitteret: hoc ſanè pacto inierat vitam anachoreticam, quaſi ſpecimen aliquod edere cupiens futuræ Carthuſianæ profeſſionis, vt ſeipſum pedetentim diſponeret ad emittenda tandem excellentis eius familiæ vota, tanquam imitaturus quoſdam ſuos prædeceſſores Lugdunenſes Archipræſules, maximè Humbertum II.[n] qui eo ſacro quondam relicto ſolio Carthuſianum Ordinē reipsâ ingreſſi ſunt. Sed quia tenuis ac delicatæ erat naturæ ab ephebis, & lentus vigor in debili corpuſculo ferre non poterat hoſce continuos abſtinentiæ atque orandi ignes: is tandem feſto Paſchæ proximus, comitantibus ſecum illis exercitiis, velut Chriſtum Seruatorem tunc in Cruce ab Eccleſia depictum ſectaretur, expirauit [o]. Hinc verò perſoluta ſunt ſua perbreuiter funera, nec de more ſolennia, ob iuſtantes feſtos dies, donec cadaueris artus omnes diuinitus reſtituti in cunctorum reſurrectione clariùs reſplendeſcant. Atque in hoc Præſule explicit anterior Typographia, de illo minus perfecta & breuior. Verùm iſtic inſuper audi tres prǽterea ſequentes Paragraphos, tum pro Decano, tum de multis euentibus poſt celebratam ipſius Reuerendi ſepulturam, quæ eundem circunſtant.

Margin notes: Claudij viſitatio per Diœceſim. — 1612. inita. — Eremitica ipſius vita in Palatij augu[?]la. — Obitus. — [l] Nu. 56. — [m] Nu. 115. — [n] No. 78. an. 1150.

Paragraphus 5.

Decanus huius temporis. — VNico ante Belieurij iunioris interitum anno, ad Chriſtum quoque in cœlos vocatus eſt annoſus R. Decanus Metropoleos Baſilicæ; vir pius diuini cultus recognitor & obſeruator; qui nos, dum viueret, multùm ipſemet iuuit in tradendis ad manum pleriſque veteribus Chartulis ad Eccleſiæ ſuæ ornamentum facientibus, maximè contulit ſolennem inter priſcos Archipræſules & Capitulum Compoſitionem per duos Cardinales Româ miſſos prudenter temperatam. De qua cum eodem Decano verba dudum ſeruimus in Beraldo ſuprà. Adeſt autem optimi Decani Epitaphium, ſeu breuior ſuorum geſtorum tumulus ad lapidem ſub dextro Chori exitu. *Claudius de Talaru de Chalmazel vixit ad alias dignitates Eccleſiæ triginta annos, in Decanatu totidem: obiit XV. Februarÿ, ann. M. DC. XI. ætatis anno LXXIV.* Hic alia denuo tradidit, deuouítque Sacrario. Sed & fundaturus erat multò plura, niſi morte præuentus caruiſſet illo fœlici bono: dū iam triginta auri millia quæſierat, qualia pollicebatur impendere, aut aſſeruare hunc in finē, verùm ad poſteros alioqui tranſlata de nobiliſſima propagine, infecta re. Percontamur verò de integra anteceſſorum ſuorum genealogia ſedulò inuenienda: vt eam perfectiſſimam ad vltimum hunc virum eius generis iſto loco protendamus; tum quia plures antea præteriêre hoc Volumine mixti cùm Archipræſules tum Canonici Lugdunenſes ex illa proſapia; atque ob ipſius Claudij merita, cùm tandem moninenta deprehenderimus. Cæterùm, Archipræſul Claudius, de quo impræſentiarum, eſt ſeptimus quem idem Decanus videre potuit in Canonicatu receptus, nimirum ab Hippolyto Cardinali Archiepiſcopo [q] prima vice, per Franciſcum II. Antonium & Pinacium, vtrunque de Albone, & ſequentem fratrem duplicem Belieurium. Ingreſſus [*] eſt autem ſuum Decanatum octennio * poſtquam Pinacius ſuum deſeruerat, ad Primatiam euectus. Hunc interim Claudium de Chalmazel beare dignetur pius Chriſtus. Atque iſta ſeiunctim agere decuit.

Margin notes: Quæ vidit. — [q] An. 1581. — [*] Nu. 121.

Paragraphus 6.

Genealogia de Talaru & Chalmazel. — SEd nunc incidit tempus valde opportunū congerendi vniuerſam ac integram Chalmazeliorum genealogiā, vnà cū alia de Talaru ſub præfato Claudio Decano poſtremo eiuſdem familiæ, haſtenus ad huiuſmodi ſurculum pertinentē. Quippe hanc arborem ad nos miſſam ſummo cum labore hauſimus ex priſcis conſignatis nobilium hæredum Chartulariis,

ſequenti quindecim Patrum Catalogo. Etenim Domus hæc quondam deſcenſum habuit ex Marcilliaco Caſtro: cuius etiam loci ſeu radicis iſti fuerunt priſca inſignia. Verùm aor illa & truncus ante annos ferè quadringentos incidit ad manum Comitum Foreſiorum. Vnde anno milleſimo ducenteſimo trigeſimo ſecundo Comes Guigo Niuernenſis atque Forenſis authenticas permiſſionum literas tradidit Arnaudo de Marcilly (vulgò *Arnault*) Domino de Chamazel ædificandi fortè Caſtrum in poſteriori illo ſitu. Ab illóque hic mox inchoandum.

Arbor conſanguinitatis.

I. gener.

A { Arnaudus Eques recepit feudum à Guygone Comite an. 1224. cuius mater fuit ſoror Arnaudi de Couzans Camerarij Eccleſiæ Lugdunenſ. Is condito Chalmazelio Teſtamentum edidit an. 1232. Quorum ſponſorum nati legitimi ſunt hi. } B

II. gener.

B { 1. Ioannes de Marcilly Eques, Dynaſta de Chalmazel, teſtatus eſt an. 1257. obiit. 1274. Iacet in Prioratu Hoſpitalis Rupis fortis.
2. Margarita vxorata Arnulpho Durfé 1290.
3. Arnaudus, 4. Hugo, 5. Rolandus } Quorum trium vnus fuit Canonicus Comes Eccleſiæ Lugdun. Adeóque parens ei tradidit domos ſuas ciuitatis Lugdunenſis. Ioanni verò maiori tres potiſſimùm nati ſunt. } C

III. gener.

C { 1. Arnaudus D. de Chalmazel obiit anno 1286. ſobole carens. Iacétque in præfato Prioratu.
2. Beatrix de S. Prieſt. Antiquior fuit totâ familiâ Domini d'Epinac, vbi vna huius nominis Nu. 119. §. 1.
3. Antonius Dom. de Chamazel & de la Ferriere ex matre, ac hæres ſubſtitutus Ioannæ de Marcilly fortaſſe ſororis, teſtantis an. 1282. Ipſe adhuc viuus an. 1321. Ei viro totidem geniti. } D

IV. gener.

D { 1. Girinus Dynaſta de Chalmazel, &c. abiit è vita an. 1334.
2. Ioannes de Marcilliaco Dom. Ferreriæ, viuebat adhuc ann. 1356. Nactúſque eſt duas ſeorſum vxores, Catharinam d'Oye & Anglauam de Fogeroles: ſine liberis quod ſciuerimus.
3. Marguareta de Marcilly vxorata Guilelmo de Montrauel Domino de la Faye an. 1315. Girino quatuor ad minus prognati. } E

V. gener.

E { 1. Amedeus Ordinis S. Antonij, *Commandeur d'Auuergne, & de rechef en Allemaigne.*
2. 3. Antonius & Yſabella, Religioſi, Superiores in duob. Prioratib.
4. Ioannes de Marcilly. Dom. de Chalmaz. & Ferreriæ, Eques degens an. 1361. Tum 5. Dalphina, quæ obiit 1280. ac Catharina viro data. Ioannis in fantes tres. } F

VI. gener.

F { 1. Antonius Eques, Domin. de Chalmazel & Ferreriæ, interiit abſque hæredibus, atque teſtatus eſt an. 1370. ſorori bona conferendo.
2. Beatrix de Marcilly hæres morientis fratris Antonij. Ipſa nupſit D. Matthæo de Talaru an. 1364. qui per vxorẽ factus eſt Dominus de Chalmazel: frater Ioannis de Talaru Cardinalis Archiepiſcopi Lugdunen. De quo Præſule nos ſuprà Nu. 104. extremo, 105. initio, & 106. toto, antéque Decanus Eccleſiæ ex §. 2. Nu. 104. En familia Chalmazeliorum hic tranſlata ad aliam iure coniugalis affinitatis. Qui nobiles de Talaru ante hunc Matthæum patent clariſſimi ſuperiùs, ſaltem Guido de Talaru Cuſtos maior Eccleſiæ Lugdun. incerto quod ſciam tẽpore, ex Nu. 97. §. 3. Matth. deceſsit, an. 1382.
3. Yzabella iuncta viro Blaſio *de Beaunoir le Loup*: & deinceps Religioſa, Prioriſſa *de Lagnieu*. Matthæo autem fuêre quatuor maſculi ex Anna de Albone ſuprà Nu. 118. generatione 14. } G

1. Hugo

7 gener.

G
1. Hugo, ſine liberis, aut de quo nihil aliud.
2. Amedeus ſecundus huius nominis Archiepiſcopus 108. Lugdunenſ. ab ann. 1416. ad an. 1443. ſuprà.
3. Agnes tradita Martino de Courgemont.
4. Ioannes de Talaru, Dominus de Chalmazel, Eques interemptus anno milleſimo quadringenteſimo decimo quinto in conflictu & prælio *d'Azincourt*. Ab eo tres procreati. H

8 gener.

H
1. Annas de Talaru, Eques, Dominus de Chalmazel.
2. Yzabella in vxorem collata Antonio *de Caſtro nouo*, &c.
3. Ludouicus obiit adoleſcens. Annæ vnicus filius. I

9 gener.

I
Annas ſecundus de Talaru, Dominus de Chalmazel. Ei quatuor maſculi. K

10 gener.

K
1. Annas tertius de Talaru, Dynaſta de Chalmazel.
2. Poncius Prior de la Chaſtelle.
3. Philibertus Prior de Rochetaillade.
4. Franciſcus adoleſcens mortuus. Huic tres præſertim filij Annæ tertiæ. L

11 gener.

L
1. Gaſpard de Talaru, Eques, Domin. de Chalmazel, & Magiſter *des eaux & Foreſts du pais de Foreſts*.
2. Baltazar Ordinis S. Antonij *Commandeur de Marſeille*.
3. Ioannes Comes Canonicus Magiſter Chori Eccleſiæ Lugdunenſis; de quo nihil ſuprà. Ac Prior de la Chatelle.
Deinde 4. fortaſſis Marguarita *de Beauchamp*, vxorata Domino de la Grolée.
Et 5. videtur inſignis Hugo de Talaru iſtic reponendus, Archiepiſcopus 115. ſuperiùs apud Lugdunum, quia eſt omnino coętaneus circuniectis, nimirum ſedit ab anno 1489. ad an. 1499. At obiit anno milleſimo quingenteſimo decimo quinto.
Alij 6. tribuunt Annæ tertio Annam quartum, qui deſponſauit Ludouicæ de Couzans. Teſtatus eſt anno 1495. Gaſpari autem ſi nuntur quatuor geniti. M

12 gener.

M
1. Ludouicus Dominus de Chalmazel, Pralong, Maignieu, le Gabion, Eſtain, la Pié, S. Eloy, Baro d'Eſcotay, Magiſter aquarum & Syluarum, Conſiliarius & Camerarius Regius (vulgò *Chambelan*) Capitaneus Regiæ Cuſtodiæ, *de l'vne de ſes gardes*, & locum tenens maieſtatis apud Compiennam, pendentibus bellis S. Quintini. Obiit anno 1557.
2. Ioannes Canonicus Comes Eccleſiæ Lugdunenſis alibi in hoc Opere non recenſitus: ſed viſus à ſenibus quos vidi. Auunculus Petri de Nagu Cantoris Comitis.
3. Franciſcus, iuuenis mortuus in bello.
4. Catharina nupta Domino *de Rochebonne*. At Ludouicus videtur duxiſſe Claudiam de Cheuriers, filiam Ludouici de Cheuriers, Capitanei Regiæ Cuſtodiæ, Seneſchalli Lugdunenſ. & Borbonienſis, Balliui *de Giuoſdan*. Qui obiit anno milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſexto, iacétque in Caſtro aut Parœciali de Chalmazel. Verùm eidem Ludouico de Talaru conceſſi ſunt quinque potiſſimùm filij, aut nati vtriuſque ſexus. N

13 gener.

1. Franciſcus de Talaru, Dynaſta de Chalmazel, Maignieu, le Gabion, & Eſtain, Baro d'Eſcotay, Eques Ordinis Regij Franciæ, obiit

in obſidione Rupeculæ noſtrorum temporum ad annum milleſimum quingenteſimum ſeptuageſimum tertium, vulgò *la Rochelle*, Sanctonum portus Galliç Aquitanicæ.

N

2. *Claudius* de Talaru, digniſſimus Eccleſiæ Lugdunenſis Decanus, ſtudioſiſſimus prioris ac breuioris Typographiæ huiuſce Operis promotor an. 1606. ſingulari ſua mecum beneuolentia, de quo plura ſuperior 5. Paragraphus.

3. Antonius Eques Ordinis ſancti Ioannis Hieroſolymitani, aliàs Rhodij, nunc Melitenſis.

4. Franceſia ſeu Franciſca Abbatiſſa religioſa apud ſanctum Iuſtum in Delphinatu prouincia.

5. Ioannes de Talaru, de Chalmazel, Dominus de la Pye, & ſancti Marcelli de Felinis, Caſtri Foreſtenſium ſub Neyronda. Hunc vidi Equitem Ordinis Regij, Ducem quinquaginta Cataphractorum armatorum, & *Maiſtre de Camp de vingt Compagnies Françoiſes*. In primis nuptiis deſponſauit Ioannæ de Mars, & in ſecundis Claudiæ de Champier, quæ ei morienti ac factæ hæredi ſuperuixit. Obiit nanque Ioannes, abſque liberis, ordiente anno 1617. Dèque eo alia in Matiſconenſibus, Numero 68. §. 7. ex parte. O

6. Additur 6. & Gabriela vxorata Domino de Gibertés & Souuers apud Aruernos, patri D. Antonij de Gibertés, hodie Canonici Archidiaconi meritiſſimi Eccleſiæ Lugdunenſis, cuius alibi hoc in Volumine recordamur *. Franciſci autem natu maioris fuère duo maximè filij. *Nu. 95. §. final.

14. gener.

O

1. Claudius de Talaru de Chalmazel, Dominus dicti loci, & Baro d'Eſcotay, pro decima quarta ac directa ſeu hierarchica genealogia. Ei duplex natus. P

2. Hugo Dominus de Maigneu, le Gabion & Eſtain. Ei quinque nati pro decima quinta collaterali generatione minorum natu. Q

pro 15. gener.

P

1. Chriſtophorus de Chalmazel, adoleſcens in nuptiis, delator inſigniorum Equitatus Cataphractorum militaris exercitus Moderatoris Prouinciæ Domini Marchionis d'Halincourt, de Villeroy, vulgò *Porte enſeigne*, profectus ad Pedemontanos, aduerſùs Mediolanenſes, hoc medio & extremo anno 1617. futurus hæres Claudij parentis.

2. Peronna ſeu Petronilla, virgo teneræ ætatis: Patre ſtrenuo ruſo in florente adhuc ætate, velut altero Dauide bellicoſo Rege.

Q

1. Gaſpard de Talaru, adoleſcens ſub tutela patris Hugonis.
2. Ioannes, & 3. Baltazar, fratres domi minores.
4. Carola, vulgò *Charlote*, Religioſa *de Laigneu*.
5. Peronna iunior Religioſa ſtrictioris Ordinis S. Claræ.

Seuertiana Anthoris familia.

Hactenus iſta dicta ſint de Chalmazeliorum genitura, ad nos miſſa vigilanti cura præfatę viduę D. Claudiæ de Champier, menſe Auguſto, anno milleſimo ſexcenteſimo decimo ſeptimo. Sic illa tandem noſtris Epiſtolis reſpondens fideli calamo ſatisfecit. Vnàque ex Archiuis Caſtri ſancti Marcelli de Felinis hauſit atque tranſmiſit altiora paulò quàm alibi deprehenderimus gentilitia meæ Seuertiorum familię ac progenitorum; æquè antiqua ſuis de Chalmazel chartulariis. Cuius noſtrę Seuertianę propaginis documenta ideò extant in ea arce ſancti Marcelli, quia anteceſſor D. Ioannis de Chalmazel, hęres loci, coëmerat poſſeſſiones aui mei apud ſanctum Marcellum ſitas, perindéque inſtrumenta ſibi aſſeruarat, ſupra annos quingentos recognita, veluti idem nobiliſſimus Ioannes moriens propinquis monitus teſtabatur.

Para

Paragraphus 7.

Captatio per Capitulum Lugdun. adminiſtrationis ſedis Archiepiſcop. vacantis.

QVibus abſolutis præfatis natalitiis Claudium Belieurium denuò requiramus, & ad ipſius deficientis circumiacentia veniamus, ex pollicitis. En Acta duplicia Capitularia, ſingula ſeorſum pingenda, de rebus forenſibus Sedis Archiepiſcopalis, tanquam poſt R. Claudij obitum ad politiam ſpectantibus, iiſque iuxta Canones aut mores maiorum ritè obſeruandis, ac perinde meritò huc introducendis. Attamen certè archetypus tales res geſtas per Secretarium in Capitulo Gallicè ſolùm conſcripſit ex vltimi huius æui conſuetudine. Adeóque illas eodem idiomate pergimus enarrare, tanquam vix ritè variandas, neque in Latinam coloniam hac vice perducendas. Primum verò inſtrumentum eſt eiuſmodi. *Le dixneufieſme Auril mil ſix cens douze, fut tenu le Chapitre de l'Egliſe de Lyon, où eſtoient Illuſtres Iean Meſlet de la Beſnerie Doyen, Hector de Cremeaux Precenteur, Thomas de Meſchatin la Faye Chantre, Louys de Saconay Chamarier, Claude de Reßiz Secreſtain, Guichard de Chantelot Preuoſt, François d'Albon, &c. Venerable François du Soleil Promoteur dudict Chapitre & Cours du Cloiſtre de l'Egliſe a dict & remonſtré auſdicts Seigneurs Capitulans, que de droict & loüable couſtume inuiolablement obſeruée, aduenant vacation de l'Archeueſché de Lyon, ledict Chapitre a droict de ſe ſaiſir & emparer du regime & entiere adminiſtration, tant au ſpirituel que temporel dudict Archeueſché, & faire les fruicts ſiens. Au moyen dequoy ayant eſté aduerty enuiron l'heure de XI. de ce iourd'huy, que Reuerendißime M. Claude de Belieure Archeueſque eſtoit decedé en*

Inuentarium bonorum mobilium.

ceſte ville, auroit à ſa requeſte pour la conſeruation deſdicts droicts dudict Chapitre & à tous autres qu'il appartiendra, eſté procedé par deſcription ſommaire ſur les meubles eſtans au Palais Archiepiſcopal, ſitué dans le Cloiſtre: a partant requis leſdicts Sieurs du Chapitre, qu'vſans de leurs droicts, ils ayent à ſe ſaiſir & emparer du regime & totale adminiſtration du ſpirituel & temporel dudict Archeueſché. A ces fins de mettre & deſtituer, ſi beſoin eſt, les Officiers dudict defunct, partie deſquels il a fait aßigner, & en commettre & inſtituer autres en leurs places, ou les continuer. Et apres

Oeconomi Officiarios moriente Archiep. pēdere à Capitulo.

que ſur ce a eſté meurement deliberé entre leſdicts Sieurs, auec viſions de leurs droicts, ont pris à eux & au Chapitre le regime & l'entiere adminiſtration dudict Archeueſché de Lyon vacquant par ledict decez. A l'inſtant ont comparu audict Chapitre M. François Champier Lieutenant en l'Officialité de la Primace, & ainſi des autres, leſquels ont ſupplié leſdicts Sieurs du Chapitre les vouloir continuer en l'exercice de leurſdictes charges & Offices, comme ne pouuans leſdicts Officiers pourueus en tiltre d'office, eſtre deſtitués, offrans neantmoins ſous l'authorité dudict Chapitre, de faire le ſerment accouſtumé, &c. Leſdicts Seigneurs ont pourueu, eſtably & ordonné pour Vicaire general au ſpirituel & temporel dudict Archeueſché, au nom & ſur l'authorité dudict Chapitre, noble Thomas de Meſchatin de la Faye, Chantre Chanoine & Comte de ladicte Egliſe auec pouuoir neceſſaire: luy faiſant expedier lettres de Vicariat par le Secretaire. Et faiſans droict ſur la Requeſte des Officiers

Vicarius generalis ab eodem Cap. ſubſtitutus.

ſuſdicts de l'Archeueſché pourueus en tiltre, les ont continué en leurs charges, & ordonné qu'ils comparoiſtront le lendemain audict Chapitre, pour preſter le ſerment requis d'exercer deuement leurs Offices. Ledict lendemain ont comparu en Chapitre leſdicts Officiers, leſquels ont de faict preſté le ſerment accouſtumé entre les mains du Sieur Doyen Preſident au Chapitre. Ex hiſce Gallicis contextibus duo inferimus. Prius eſt, quòd ex prælibatis apparet D. Ioannem Meſlet[r] de Beſneria ſucceſſiſſe Decanatui primæ Lugdunenſis Eccleſiæ anno medio milleſimo DCXII. proximè à diſceſſu commemorati[s] Claudij de Talaru, moderni Decani. Poſterius eſt, quòd

Antiqua lora Capituli iura ad hoc.

præfatæ ceremoniæ occupandi per Capitulum regimen & adminiſtrationem ſpiritualium ac temporalium Sedis Archiepiſcopalis vacantis poſt migrantem è vita R. Claudium Belieurium, nominantur atque vocantur vno verbo *Regalia* in ſingulari, ſeu *Iura Regaliorum* in plurali, ex veteri per ipſum Capitulum conſuetudine à Regibus quõdam lata[t] vel comprobata, qua iidem Canonici fructus omnes Sedis efficiunt ſuos, donec aliter in ratione reddenda procedatur, & medeantur illi quorum intererit. Pro quo negotio ipſum Capitulum iam antiquitus conuenerat ſolenni contractu ad annum milleſimum ducenteſimum octuageſimum ſextum. De quo vide ſub Rodulpho ſecundo Archipræſule vltimo ibi dicendorum loco ſub illo themate[u]. Adeò vt res mox geſta aliud nihil ſit quàm praxis perpetua continuáque ex priſco illo iure fluens.

r antea Præpoſitum.

s §. 5.

t dictum nu. 84. §. 5.

u nu. 97. §. 1

Paragra

Paragraphus 8.

Epiſcopi Edutnſis acceſſus pro aſſumenda Regalia Lugd.

Hinc ſecundum compromiſſorum inſtrumentum, quod eſt de transferendis Regalus Archiepiſcopatus à præfato antea cuſtodiente Capitulo ad regimen & gubernaculum Eduënſis Epiſcopi, idcirco aduenientis, fuit omnino tale, idque pariter Gallicum. *Le Lundy dernier Auril MDCII. en ce Chapitre, preſens nobles & egreges Iean Meſlet Doyen, Hector de Cremeaux Precenteur, Thomas de Meſchatin Chantre, Claude de Reßiz, &c. eſt venu audict Chapitre R. Pere en Dieu Meßire Pierre Saulnier Eueſque d'Autun, lequel a remonſtré auſdicts Sieurs Doyen, Comtes & Chapitre, qu'en ladicte qualité notoirement luy compete & appartient par droict de Regale le regime & adminiſtration au ſpirituel & temporel de l'Archeueſché de Lyon, le Siege d'icelle vacquant, ſelon que ſes predeceſſeurs Eueſques dudict Autun & luy en ont iouy. Et partant qu'au moyen du decés de feu Meßire Claude de Belieure Archeueſque aduenu le 18. du preſent mois, le Siege audict Archeueſché ſeroit demeuré vacquant. Qui eſt la cauſe qu'il ſe ſeroit exprés acheminé dudict Autun en ceſte ville, pour des mains dudict Chapitre prendre le regime dudict Siege Archiepiſcopal à luy ouuert par le moyen de ladicte vacquance, & iouir des fruicts d'iceluy, ſpirituels & temporels. A partant requis leſdicts Sieurs Doyen, Comtes & Chapitre luy bailler & remettre l'ad-*

Poſtulat in Capitulo.

miniſtration dud. Archeueſché, tant au ſpirituel qu'au temporel, & le laiſſer iouir pleinement & paiſiblement des droicts & fruicts d'iceluy, comme à luy appartenans par ledict droict de Regale, au moyen de ladicte vacquance, eſtant preſt de faire les ſermens & promeſſes en tel cas accouſtumez. Sur quoy ayans leſdicts Sieurs deliberé, ont declaré audict Sieur R. Eueſque d'Autun par la voix dudict Sieur Doyen Preſident audict Chapitre, que dés auſſi toſt qu'il y a eu vacquance & ouuerture de Regale audict

Canonici transferunt etiã Regaliã Epiſcopo.

Archeueſché, ledict Chapitre s'eſt ſaiſy de l'adminiſtration d'iceluy au ſpirituel & temporel, comme à luy appartenant, & fait les fruicts ſiens iuſqu'à preſent, leſquels ils proteſtent de recouurer contre tous qu'il appartiendra. Et apres leſdictes proteſtations, & icelles ſauues, ont baillé & remis aud. Reuer. Eueſque d'Autun, ce requerant, l'adminiſtration dudict Archeueſché, au ſpirituel & temporel, pour en iouir par luy dés ce iourd'huy ſeulement, & iuſques à ce que ledict Siege ſoit remply à la forme que ſes predeceſſeurs Eueſques en ont iouy cy-deuant, & ſans aucunement preiudicier aux iuriſdictions, droicts & authoritez de ladicte Egliſe. Et d'icelle adminiſtration ont ledict R. Eueſque d'Autun inueſty, mis & mettent en poſſeßion & iouyßance, luy baillant les clefs des priſons Archiepiſcopales en ſigne de ce, à la charge qu'eſtant le Siege de l'Archeueſché remply, ledict Sieur Eueſq. d'Autun ſera tenu remettre és mains dudict Chapitre, & non ailleurs ladicte Regale & droict d'adminiſtration, payer & ſupporter les refuſions & charges deues & accouſtumées eſtre payées par Meßieurs les Archeueſq. dudict Lyon, pendant ladicte vacation. Auſquelles conditions ledict Sieur R. Eueſque

Iurat Epiſc. aliã Capitulo poſtea redonare.

s'eſt ſoubmis, & ſous icelle accepté ledict regime, moyennant le ſerment par luy preſté ſous les ſaincts Euangiles de Dieu, & par obligation de tous les biens temporels dudict Archeueſché de Lyon, & de l'Eueſché d'Autun, qu'il a pour ce ſoubmis à toutes Cours ſpirituelles, Royales, & ordinaire du Cloiſtre de ladicte Egliſe. En titus obſeruati ad integrum iuris Regaliorum Lugduni. Eiuſmodi verò poteſtatem recognoſcas eidem Eccleſię in ſolidum confirmatam per Philippum Pulchrum Regem, quatenus ipſe hunc morem illic ante ſua tempora reperiſſe faſſus eſt. Ob idque recurras per aſcenſum ad Raynåld. II. Primatem Numero inchoãte LXXXVIII. x Itémque perlegas primum mutuum Contractum propterea dudum iniri ſolitum inter Rodulphum ſecundum Archipræſulem & Hugonem tùm Eduënſem Antiſtitem. y. Atque horum praxim renoua, conſpicuam effectam ſub Ludouico Villario z. Hoc ergo duntaxat nunc referam. Quòd nimirum arbitrati ſumus perfectum exemplar tanti vſus, necdum palam oſtenſum, prudentet dilatandum hac vna ſemel vice, pro pleniore egregióque propoſiti thematis ſtilo cuique patefaciendo, velut multis aliis Eccleſiis orbis chriſtiani valdè frugifero. Et hic eſto finis Claudij Belieurij, cuius cauſa, vt pote morientis ante viriles annos, excitati ſunt omnes iſti Actus publici: in quibus Secretarij pagellis, ne verbum quidem de reuelando ipſius adhuc Belieurij ſucceſſore.

Priſca huius rei conſuetudines.

x an. 1193.
y an. 97. 1.
z an. 101. §. 1.

CXXVI.

CXXVI. *Paragraphus* 1.

Officia R. Dionyſij ante Primatus aſſecutioné.

DIONYSIVS *Simon de Marquemont* Pariſinus, ſacri vtriuſque Iuris profeſſor egregius, patre ſene nobilem Lutetiæ ciuem agente, à Rege Chriſtianiſſimo Henrico quarto ſub initium Regni iampridem vocatus eſt primus ille Francorum ſui æui, qui Romam miſſurus eſſet ad Romanum Pontificem, illic adſcribendus Auditor Rotæ ſeu Curiæ Romanę ſupremę iuxta id vetus priuilegium, quo Reges Galliarum[a] præditi ſunt nominandi vnum viciſſim Conſiliarium Papæ, qui aſcitus Romæ reſideat, & cui prouiſionales literę à ſummo Pontifice tribui debeant, quoties eiuſmodi vir, quicunque foret, capax & idoneus comprobabitur, vt perinde in realem Officij ac honorarij poſſeſsionem mittatur. Quod equidem faſtigium ibi ſplendidè diutiſsiméque occupauit R. Dionyſius maioris notæ repertus, & cellulâ digniſsimus. Atque eo munere fretus eſt, quin etiam perfunctus tanto cum decore, & per quàm magnificè: vt inde ſummi duo illius ſuæ prouectionis genitores nihil magis opportunum eſſe duxerint, aut rati habuerint & in votis, quàm apud ſe paciſcerentur, etſi ab inuicem aſpectu remotiſsimi, quòd quando in Gallijs dignior ſeſsio occurreret huic homini Gallo conſentanea, & Rex in nominando penes ſuum ius ex Concordatis, & Pontifex in conſtituendo, quaſi vtrinque ſeorſum diuino ad hoc afflati Spiritu, qui eos ad indiuiſibilem punctum nequaquam variandum aut

Diuina prorſus ipſius ad dignitatem vocatio.

declinandum & aliò flectendum perduceret, ſic pariter collimare geſtierint verſus vnicum ſcopum eligendi Dionyſium, iam valdè natiuo ductu propenſum ad eccleſiaſtica obeunda in grauioribus Prælaturæ alicuius obſequijs ac miniſterijs, quibus is dignus eſt oneribus ſuſtinendis. Etiamque proſpera & cœleſtis planè lux eis tandem affulſit, vt dato apertiore loco, virum hunc concordi valdè animo ad Lugdunenſem Cathedram Franciæ Primatum ſublimarint. Reuerendiſsimus ergo Dionyſius in ætate matura ſubiit partes & perſonam ſoluti ac emortui iunioris Belieurij. Pro quo Dionyſij ingreſſu explanando, Diplomata Pontificia propoſitum imus ad integrum, vnà cum Actis Capitularibus, & cæteris inde natis appendicibus: tum quia recentiora ſunt, adeóque obtentu facilia, vt iſtic appoſitè reuoluantur: tum quia ſaltem æquiſsimum fuit talia in hoc toto Opere ſemel propoſuiſſe, equidem hac potiſsimum vice: vt ſicut nuper viam Regariorum omnium promendorum

Eius ad hoc Inſtituto ſex Chartæ demonſtratæ.

ſub Belieurio notam fecimus[a] pro vniuerſo elapſo poſteróque tempore; ſic mox auguſtiorum Prouiſionum & miſsionum in Poſſeſsionem formulas aperiamus, quæ in deſcribendi modo ſint exemplar omnis præteritæ atque futuræ dignitatis Prælatorum, maximè excellentium aut Primatum vel Patriarcharum in orbe chriſtiano. Ex quibus egregijs regulis Lector ſtudioſus multa vſu diſcere poſſit, atque ad virtutem comparandam magis accendi. Igitur hæc patefacienda narratio, de intrœunte Reuerend. Archiepiſcopo Dionyſio, it amplexum ſex dicendorum capita, certè partim Gallica in autographis, atque eo modulo per nos exactè retentis & hîc expreſſis: quaſi ſint totidem ferè minuti aut exiles paragraphi infrà conſequentes: nimirum antequam ad reliquas illuſtris ipſius viri res geſtas deinceps conueniamus.

[a] Nu. 110. 5. 6 & 7.

Paragraphus 2.

I. Charta.

PRimum caput eſt Bulla Prouiſionum ſummi Eccleſię Pręſulis, in fauorem R. Dionyſij pro futura ſua Cathedra. Quod reſcriptum pene quidem integrum deſcribimus. At quia

Prouiſio Papalis.

prolixius eſt, index amoris in tanta vbertate & copia ei per Romanum Pontificem delati, ideo nõnulas periodos minus fortè neceſſarias prętermittimus, breuitatis gratiâ: reliquis ad pręclaram viri commendationem oſtenſis. *Paulus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilecto filio Dionyſio Simoni de Marquemonte electo Lugdunenſi ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Diuina diſponente clementia, cuius inſcrutabili prouidentiâ ordinationem ſuſcipiunt vniuerſa, in Apoſtolicæ poteſtatis culmine* [b] *meritis licèt imparibus conſtituti, ad vniuerſalis orbis Eccleſias aciem noſtræ conſiderationis extendimus, & pro earum ſtatu ſalubriter dirigendo, Apoſtolici fauoris auxilium adhibemus. Sed de illis propenſius cogitare nos conuenit, quos proprijs carere Paſtoribus intuemur: vt eis iuxta cor noſtrum Doctores & Paſtores præficiantur idonei, qui*

[b] aliàs columine.

commiſsis ſibi populis per ſuam circunſpectionem prouidam & prouidentiam circunſpectam ſalubriter dirigant & informent, ac bona Eccleſiarum ipſarum non ſolùm guberment vtiliter, ſed etiam in vltimo die efferant incrementis. Sanè Eccleſia Lugdunenſis, cui bonæ memoriæ Claudius Archiepiſcopus Lugdun. dum viueret, præerat, per obitum eiuſd. Claudij Archiep. qui extra Rom. Curiam debitum naturæ perſoluit, Paſtoris officio deſtituta, ne vacaret, relatib. fide dignis intellectis, ad prouiſionē eiuſd.

Pontifex Dionyſium blādè alloquitur.

Eccleſiæ celerem & felicem, ne illa longa vacationis exponatur incommodis, ſollicitis ſtudiis intendentes; poſt deliberationem, quam de præficiendo dictæ Eccleſiæ perſonam vtilem & fructuoſam, cum Fratribus noſtris habuimus diligentem; demum ad te Presbyterum Pariſienſem ex nobilibus & Catholicis parentibus procreatum, iuris vtriuſque Doctorem, Cappellanum & familiarem noſtrum, ac cauſarum Palatij Apoſtolici Auditorem, officio Auditoris Cauſarum Palatij huiuſmodi ſumma cum laude à multis annis perfunctum; nobilitate generis, vita ac morum honeſtate decorum, in ſpiritualibus prouidum, & temporalibus circunſpectum, aliiſque multiplicium virtutum donis, prout fide digniorū teſtimoniis accepimus inſignitam, quem chariſſimus in Chriſto filius noſter Ludouicus [c] Francorum Rex Chriſtianiſſimus vigore Concordatorum dudum inter Sedem Apoſtolicam & claræ memoriæ Franciſcum primum etiam Francorum Regem tunc in humanis agentem ſuper nominatione perſonarum certis inibi expreſſis modis qualificatarum, ad Eccleſias Regni Franciæ & certorum aliorum Regi ſubditorum locorum priuilegio eligendi non ſuffultas pro tempore vacantes promouendorum per Regem Franciæ pro tempore exiſtentem facienda initorum, nobis ad hoc perſonas literatas nominant, erexerimus oculos noſtræ mentis. CXIII.

Eum à cenſuris abſoluit.

Quibus omnibus debita meditatione penſatis: te à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris & pœnis à iure vel ab homine quauis occaſione vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtis ad effectum præſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes & abſolutum fore cenſentes, &c. ſiue præmiſſo, ſiue alio quouis modo aut ex alterius cuiuſcunque perſona, ſeu per liberam ceſſionem dicti Claudij Archiepiſcopi, vel cuiuſuis alterius de illius regimine & adminiſtratione in dicta Curia vel extra eam, etiam coram Notario publico & teſtibus tempore quo vacauerit eius prouiſio iuxta Lateranenſis ſtatuta Concilij, aut alias Canonicas ſanctiones ad dictam Sedem legitimè deuoluta exiſtat, & alia ex quauis cauſa ad Sedem eandem ſpecialiter vel generaliter pertineat, &c. [d]

Hortatur ipſum ad officium.

Iugum igitur tuis impoſitum humeris prompta deuotione ſuſcipiens, curam & adminiſtrationem præfatas ſic exercere ſtudeas, ſollicitè, fideliter, & prudenter, quòd Eccleſia ipſa gubernatori prouido & fructuoſo adminiſtratori gaudeat ſe commiſſam: túque præter æternæ retributionis præmium noſtram ac Sedis prædictæ benedictionem & gratiam exinde vberiùs conſequi merearis. d Icy laisse presque page.

Mandat Suffraganeis & Capitulo ei obediendum.

Quocirca venerabilibus Fratribus noſtris vniuerſis Suffraganeis dictæ Eccleſiæ ac dilectis filiis illius Capitulo & Vaſſallis, necnon Clero & populo Ciuitatis & Diœceſis Lugdunenſis per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus Suffraganei tibi tanquam membra capiti obſequentes, & Capitulum tanquam Patri & animarum ſuarum Paſtori humiliter exhibeant tibi obedientiam & reuerentiam debitas ac deuotas. Ita quòd mutua inter te & dictos Suffraganeos gratia gratos ſortiantur effectus, & nos eorum deuotionem poſſimus in Domino commendare:

Mandat populis.

necnon Clerus te pro noſtra & dictæ Sedis reuerentia benignè recipientes & honorificè tractantes tua ſalubriora monita ac mandata ſuſcipiant humiliter, & efficaciter adimplere procurent. Populus verò te tanquam Patrem & Paſtorem animarum ſuarum deuotè ſuſcipientes & debita honorificentia proſequentes, tuis monitis ac mandatis humiliter intendant. Ita quòd tu eos deuotionis filios, & ipſi per conſequens patrem beneuolum inueniſſe gaudeatis.

Vaſſallis.

Vaſſalli autem prædicti te debito honore proſequentes, tibi fidelitatem ſolitam, necnon conſueta ſeruitia & iura tibi ab eis debita integrè exhibere ſtudeant, &c. [e]

Excitat Regem ad fouenda illius Eccleſiæ iura.

Rogamus quoque & hortamur attentè Ludouicum Regem & dictam Eccleſiam habentes pro noſtra & dictæ Sedis reuerentia propenſiùs commendatos, in ampliandis & conſeruandis iuribus veſtris, ſic te benigno fauoris auxilio proſequatur, quòd tu eius præſidio fultus, in commiſſo tibi Curæ præfatæ officio poſſis Deo propitio proſperari, ac eidem Ludouico Regi à Deo perennis vitæ præmium, & à nobis condigna præueniat actio gratiarum [f], *&c.* e Icy 4 lignes sautées.

Et poſtquam in vim promotionis ac perfectionis præfatarum poſſeſſionis, ſeu quaſi regiminis ac adminiſtrationis, atque bonorum dictæ Eccleſiæ, ſeu maioris partis eorum aſſecutus fueris, & munus conſecrationis ſuſceperis Monaſterium ſancti Nicolai prope & extra muros Virdunenſis (vrbis) *ſancti Auguſtini, ac Prioratum forſan Conuentualem ſancti Germani de Breſolsis, ſancti Benedicti Ordinum Carnotenſis Diœceſis, quibus Cura parœcianorum non imminet animarum, quoſcunque cuiuſlibet fructus, reditus & prouentus, dummodo viginti quatuor ducatorum auri de Camera ſecundùm communem æſtimationem valorem annuum non excedant, & quæ ex conceſſione Apoſtolica in commendam ad tuã vitam obtines, vt accepimus in eandem Commendam vt priùs, & vnà cum dicta Eccleſia, quandiu illi præfueris, &c.* f manque six lignes.

Duo Monaſteria ei prius commendata reliquit.

An.1612 fin.

Datum Romæ apud ſanctum Marcum Anno Incarnat. Domini 1612. *Nonis Nou. Pontif. noſtri an.* 8.

Signa

Signatum *Cobellutius, &c.* Tum ſub Replica De *Viſinis*, cum ſigillo plumbeo: Regiſtratum apud Scipionem Secretarium.

a Charta. Et pro ſecunda Charta mox iſta conſequenter à Capituli Secretario g in originali deſcribitur. *Permiſſio Regis Ludouici, vt Bullæ mandentur executioni, & quòd harum virtute in poſſeſſionem mittatur Reuerendus Dionyſius de Marquemont dicti Archiepiſcopatus fructuum, emolumentorum, &c. Datum Pariſiis XIV. Decembris, M. DC. XII. & Regni noſtri anno tertiò.* Signatum, *Louys par le Roy & la Royne Regente ſa mere: Brulart* h. *Deuement ſcelé.* Hæc Bulla Romana eſt Pauli Papæ quinti, qui Reuerendiſſimum Illuſtriſsimúmque Dionyſium ingenuè ibi vocat *Cor ſuum familiarem ſibi*: ac eundem multis aliis, quas ipſe permiſcet, extollit laudibus & encomiis, velut optimè meritum, hinc poſtea conſecratum Lutetiæ.

Signaturæ datum. — g Giraud. — h Chancelier.

Paragraphus 3.

TErtium Caput ſenarij compromiſſi de Actibus Capitularibus Secretarij eſt eiuſmodi. *Die Veneris prima Febr. MDCXIII. in Capitulo præſentibus nobilib. & illuſtribus Ioanne Meſtet de la Beſnerie Decano, Ludouico de Saconay Camerario, Claudio de Reſſiz, Sacriſta, Iacobo Damanzé de Choffailles Cuſtode, Laurentio de Sumieune Magiſtro Chori, Franciſco de Rebé, Franciſco d'Albon, Amato de Foulquier Vitrey, Claudio de Reſſiz, Gaſpare de Eſtuduar Gontenſon, Claudio de Damas la Baſtie, Gaſpare Deuiré, & Guilelmo D'Albon Canonicis: ſe præſentauit in Capitulo nobilis & illuſtris Magiſter Thomas de Meſchatin la Faye Cantor Canonicus & Comes dictæ Eccleſiæ, tanquam Procurator & hoc nomine Reuerendiſſimi & Illuſtriſsimi Magiſtri Dionyſij Simonis de Marquemont, diuinâ clementiâ Archiepiſcopi, Comitis Lugdunenſis, Vtriuſque Franciæ & Germaniæ, Conſiliarij Regij, Procuratione recepta per Thomam Gallat Notarium Apoſtolicum & iuratum in Curia Epiſcopali Pariſienſi dies vigeſimi primi Ianuarij nuper elapſi* i, *præſente Fratre Roberto Berthelot Epiſcopo Damaſceno, Suffraganeo Lugdunenſi, nobili Mauricio de Fenoyel Obedientiario Eccleſiæ S. Iuſti* k, *venerabili Magiſtro Franciſco du Soleil Officiali Lugdunen. Petr. Maillet Cuſtode Eccleſiæ ſanctæ Crucis, Ioanne Faure Promotore in cauſis Archiepiſcopalibus, &c. Qui de Meſchatin dicto nomine expoſuit dictis Dom. Capitulantibus quòd placuiſſet D. noſtro Paulo Papæ quinto, Romæ ſedenti ad nominationem & præſentationem Ludouici Regis Chriſtianiſſimi Franciæ nunc regnantis, prouidere dictum Dominum de Marquemont de dicto Archiepiſcopatu vacante, &c.* l *Quòd cùm Dom. de Marquemont propter vrgentia ſua negotia, ob quæ detentus eſſet propter regiam maieſtatem, ne in perſona realem poſſeſſionem aſſumere potuiſſet* m, *dictam procurationem ideò dediſſet: cuius virtute dictus D. de Meſchatin requiſiuit dictum D. Decanum & Capitulum Comites Lugdunenſes, vt eum admitterent nomine quo ſuprà, offerens iuramentum præſtare ſolitum* n, *&c. Quibus Bullis Apoſtolicis receptis, &c. exeunte è Capitulo dicto D. de la Faye: dicti Capitulantes ſtatuerunt dictum Reuerendum de Marquemont in perſona dicti Procuratoris mittendum in poſſeſſionem, &c. ſine præiudicio iurium ſuorum, &c. etiam ea lege, quòd quando dictus Dominus de Marquemont in perſona ſe mittet in poſſeſſionem, de nouo dictum iuramentum præſtabit, à prædeceſſoribus ſuis præſtari ſolitum. Quod totum dictus D. de la Faye acceptauit, & pallium fuit obſeruatum dicto D. de Marquemont. Eoque inſtanti dictus de la Faye receptus eſt, nomine quo ſupra, tanquam Archiepiſcopus à dictis DD. Capitularibus, ſonante maiore tympano, & Canonicis cum toto Choro canentibus,* INTER NATOS MVLIERVM NON SVRREXIT MAIOR *, *&c. procedentes à Capitulo ad Chorum & maius Altare.*

3 Charta. — 1613. — Procurator R. Dionyſii in Capitulo. — Petit mitti in poſſeſſionem pro Reuer. — Admittitur reſeruatis articulis. — i Indictione ... — k Collegiali ... — l poſt 10. lineas. — m vel potuerit. — n poſt 3 lineas. — * Matth. ...

Paragraphus 4.

PRo quarta Regiſtrorum ſerie, meminerim quòd iuxta præfatum Capitulare o Edictum de recipiendo Domino Thoma Gonterio in poſſeſſionem nomine Reuerend. Dionyſij, propterea è veſtibulo templi ductus eſt in Chorum, & ad maius Altare, cum pluſquam obſeruatis ibi ceremoniis. Et quid inde? quæſo, factum eſt, quonam ſe poſtea tranſtulit tota illa ſacra cohors? Sanè nondum ad priuata domicilia. At quia necdum vniuerſum procurationis negotium adhuc videbatur abſolutum; omnes exinde rurſus profecti ſunt in Aulam Capitularem velut iterum congregandi, aut Capitulum integrius continuandi. Et quid eò actum perfectum? En res illic tunc geſta Gallico ſermone vulgari ſtilo illic conſcripta, quo pacto in Secretarij ordine digeritur & aſſeruatur. *Eſtans reuenus apres leſdicts Seigneurs remontez du Chœur de l'Egliſe audict Chapitre, ſur la requiſition*

4 Charta. — o Charta 3. finali. — Obitus Epiſc. Eluenſis administratoris Archiepiſcopatus.

dudict Sieur de la Faye, comme Procureur dudict Sieur Reuerendiſsime & Illuſtriſsime Archeueſque: leſdicts Sieurs Doyen, Comtes & Chapitre luy ont baillé & remis audict nom (de Procureur) *l'adminiſtration ſpirituelle & temporelle dudict Archeueſché de Lyon à eux cy-deuant reuolue par le decez de Reuerend Meſsire Pierre Saulnier Eueſque d'Autun: & ce par la tradition des ſeaux, Clefs de l'Hoſtel Archiepiſcopal, priſons d'iceluy, & autres ſolennitez accouſtumées, és preſences que deſſus.* Ex vi huiuſce textus tria commentariola emergunt meritò proponenda. Primò, [Adminiſtratio tùc collata D. Cantori Eccleſ. Lugd. à Capitulo.] cùm Antiſtes Eduenſis non compleuit tempus ſuæ ſub interregno adminiſtrationis, ad quam ſuprà diximus p, eum admiſſum obeunte Belieurio (ſic magna ſimul occurrunt incommoda Deo hic permittente) ſequitur quòd illo Eduenſi rurſus moriente ante ratas omnes Dionyſij poſſeſſiones, ius miniſtrandi natura duce & ex conſuetudinum fundamentis q totum reuoluatur ad Capitulum, ſolitum fontem, vt antea. [p nu. 111. §. 7. & 8.] Secundò: Quia id quidem Corpus multis compactum Canonicis tanquam membris ſeu partibus, nequit talia gubernacula per ſeipſum ſollicitare: ideò opus fuit curam hanc vni indiuiduo de ciuili Corpore tutò committere. [q recapitulatis nu. cit. §. 6. fin.] Ita enim perpetuò fieri aſſolet, vt res ad Communitatum onera ſpectantes deriuentur neceſſariò ad priuatas perſonas canonicè & ritè committendas. Tertiò: At vix vllus horum magis idoneus ad id regimen viſus eſt, quàm ille D. Thomas tunc Cantor, nunc verò Camerarius; vt pote quem iam Reuer. Dionyſius dignatus fuerat ſapienter ſapiētem ſibi Procuratorem deligere. Proptereáque eo etiam titulo Procuratoris, adminiſtratio Sedis Archiepiſcopalis faciliùs ei competebat, vt nimirum gereret eandem nomine Capituli, donec illuſtriſsimus Dionyſius accederet, ipſemet ſingula poſſeſſurus, & cum parta principali dignitate gubernaturus.

[V. Charta.] Quintum genus allegandorum eſt realis præſtatio iuramenti Archipræſulum Lugdunenſium, facti ritu ſolenni per Dominum Thomam Cantorem nomine procuratorio R. Dionyſij Archiepiſcopi abſentis. Quale iuramentum is paulò antè fuerat pollicitus: déque illis promiſsis extant Acta in III. Chartula r. En ergo verba & exhibitio rei præſtitæ, ex Secretarij Regeſtis. [r §. 3. fin.] [Iuramentum in perſona Procuratoris.] *Ego Thomas de Meſchatin de la Faye Cantor Canonicus & Comes Eccleſiæ Lugdunenſis procuratorio nomine Reuerendiſsimi & Illuſtriſsimi in Chriſto Patris & Domini Dionyſij Simon de Marquemont Archiepiſcopi & Comitis Lugdunenſ. Galliarum Primatis, Iuro in animam ipſius D. Archiepiſcopi, & iuxta poteſtatem mihi attributam promitto in hunc qui ſequitur modum.* AVDITE CANONICI SANCTI STEPHANI, QVI IMPRÆSENTIARVM PRÆTITVLATI ESTIS, &c. Cæteráque perſecutus eſt, & voce extulit: quatenus ad longum emicant ex forma iuramenti in Ludouico Archipræſule ſuprà ſ. Quod totum idem Thomas ſuo ſigno corroborauit. [ſ n. 104. §. 3.]

Paragraphus 5.

[VI. Charta.] SExtum & vltimum caput ex pollicitis t enarrandis, verſatur non ampliùs circa Procuratorem, ſed circa ingreſſum ipſiuſmet Illuſtriſsimi Dionyſij ad Sedis poſſeſsionem. [t §. 1. fin.] Eſtque eiuſmodi, totum Gallicum. *Le Samedy neufieſme Mars mille ſix cens dix-huict, Nobles & Illuſtres Iean Meſlet de la Beſnerie Doyen, Anthoine de Gibertés Archidiacre, Louys de Sacconay Chamarier, Claude de Reßiz Secreſtain, Iacques d'Amanzé, &c. tenans Chapitre au ſon de la* [Acceſſus perſonæ R. Dionyſ. ad Eccl. Lugdunenſ.] *groſſe cloche, ſuyuant la reſolution par eux priſe en iceluy, ayant eu aduis que Reuerendiſsime & Illuſtriſsime Meſsire Denys Simon de Marquemont Archeueſque Comte de Lyon, Primat des Gaules, Conſeiller du Roy en ſon Conſeil priué, & d'Eſtat, s'acheminoit de ſon Palais Archiepiſcopal en ladicte Egliſe de Lyon, pour eſtre inſtallé & mis en poſſeſsion perſonnelle de ſondict Archeueſché de Lyon, ſont leſdicts Sieurs ſortis dudict Chapitre, & acheminez auec tout le Clergé d'icelle, iuſques ſur la Calade, au deuant de la grande porte & principale entrée d'icelle Egliſe. Où eſtans s'eſt preſenté ledict Sieur Reuerendiſsime & Illuſtriſsime Meſsire Denys Simon de Marquemont Archeueſque, qui a requis leſdicts Sieurs en conſequence de la priſe de poſſeſsion par luy faicte par le Procureur de ſondict Archeueſché le premier de Feurier dernier paſſé, le vouloir mettre & inſtaller en poſſeſsion perſonnelle dudict Archeueſché; & le receuoir comme leur Archeueſque, conformement à laquelle requiſition luy a eſté par ledict Sieur Doyen baillé en ladicte Egliſe, & veneſtu d'vne Chappe & mitre de drap d'or; & aſpergé de l'eau beniſte, iceluy mené & conduict proceſsionellement par leſdicts Sieurs Doyen & Archidiacre, la groſſe cloche ſonnant, tout le Clergé de ladicte Egliſe y aſsiſtant, chantant le verſet,* [Suſceptus eſt in poſſeſſionem.] INTER NATOS MVLIERVM NON SVRREXIT MAIOR IOANNE BAPTISTA, *&c. depuis ladicte Calade & entrée dans ladicte Egliſe iuſques deuant le grand Autel d'icelle Egliſe. Où eſtant ledict Sieur Reuer. Archeueſque s'eſt mis à genoux, a fait ſon Oraiſon, baiſé ledict Autel, & les Reliques eſtans ſur iceluy. Et luy ayant la forme du ſerment*

accou

accouſtumé preſter par ſes predeceſſeurs Archeueſques Comtes dudit Lyon eſté preſentée par le Secretaire de ladicte Egliſe, ledict Sieur Archeueſque a icelle leue à haute & intelligibile voix, promis l'obſeruation du contenu en icelle, moyennant le ferment qu'il a preſté en conſequence de celuy ia faict par ſon Procureur ſur leſdicts ſaincts Euangiles de Dieu par luy nouuellement touchez, cõme s'enſuit, AVDITE CANONICI S. STEPHANI [u], *&c. Ce faict a eſté receu comme Archeueſque, & par leſdicts Sieurs Doyen & Archidiacre mis en poſſeſsion reele, actuele & corporelle dudict Archeueſché de Lyon, droits, authoritez, preeminences, prerogatiues, fruits & reuenus à iceluy appartenans : inſtalé & aſsis en la Chaire Archiepiſcopale & Siege des Archeueſques, eſtant dernier le grand Autel de ladicte Egliſe, en laquelle Chaire ſeant ledit Sieur Archeueſque, a imparty la benediction au peuple, & a fait les autres ſolennitez en tel cas accouſtumées, nul empeſchant ne contrediſant, ains paiſiblement & auec grande reiouyſſance de tout le peuple aſsiſtant en grand nombre le Sieur Marquis de* S. *Chaumont Lieutenant general pour ſa Maieſté à Lyon, païs de Lyonnois, Foreſts, & Beau-iollois, la Iuſtice en corps, les Sieurs Threſoriers generaux de France au Bureau des Finances eſtably à Lyon, les Preuoſt des Marchans & Eſcheuins de ladicte ville auſsi en corps, &c.*

Præſtitit ipſemet iuramentum.

u legitur integrum Nu. 98. §. 3.

E Cathedra benedixit populo.

A l'inſtant, ayant eſté ſonné Chapitre, leſdicts Sieurs Archeueſque, Doyen, Archidiacre, Secreſtain, Cuſtode, Preuoſt, &c. aſſemblez en iceluy, les portes dudict Chapitre ouuertes, ledict Sieur Archeueſque aſsis en vne Chaire, ledict Sieur Doyen tant en ſon nom, que des autres Sieurs dignitez, Chanoines & Chapitre Comtes de Lyon conſentans, a fait hommage, & promis fidelité audict Sieur Archeueſque, les mains ioinctes auec le baiſé de paix. Et de meſmes ledict Sieur Archeueſque a faict & promis ſemblable fidelité & hommage que deſſus audict Sieur Doyen acceptant, tant pour luy que pour les autres Sieurs dignitez, Chanoynes & Chapitre. A l'iſſue dudict Chapitre leſdicts Sieurs ont conduit ledict Sieur Archeueſque depuis la Salle dudict Chapitre iuſques en ſon Palais Archiepiſcopal, & inſtallé. En diſcurſus in vnica actionis Chartula aut textuum expreſſione cõprehenſus; qui ſimul complectitur omnia à præſente illuſtriſſimo Dionyſio geſta ſub fœlici ad ſuum Primatum ingreſſu, qualia ambibant ſuprà duæ Chartulæ [x] de Thoma Procuratore, dum hoc principalis nomine ageret, mox aduentantis reſidendi gratiâ, ex ſingulari Chriſti beneuolentia.

Ipſe & Capitulum ſibi mutuò hominis præſtiterunt.

x Charta 3. & 5. §. 3. & 4.

Paragraphus 6.

Tria capita de geſtis R. Dionyſij.

TEnui penicillo conſequenter delineemus eximias eiuſdem Dionyſij Illuſtriſſimi virtutes & præclara deinceps opera, quę ipſe tum Lugduni tum in prouincia exercuit ab illa ſui aduentus die ad poſteras hactenus ephemerides, in quibus is vberiore ſemper exitu perſeuerat. Ad triplex genus virtutum actionúmque videntur referenda conſecuta ipſius munera & officia in ſuperſtite vita, quam diuino valde præſidio honorificentiſſimè geſſit, ne dicam & conſtantiſsimè, atque in dies conficere pergit. Primum genus exactiores contemplatur rationes vitæ priuatæ, quam ſibi petennem normam impoſuit R. idem Dionyſius; quatenus ab ephebis ſit continuus omnino abſtemius à vino, & quòd certis in quaque hebdomada diebus ieiunet acerrimè. Quale profectò opus, cur non facilè dixerim ego meritis in cœlo digniſsimum, proptérque diuinum nomen deuotè à tanto viro ſuſceptum? Dicet fortè aliquis id ſpecimen ſtrictioris alimoniæ inuectum fuiſſe ex natiuo corporis impulſu, & diſpoſitionis organo, quæ ei hoc videantur temperamento ad ſanitatem egere neceſſariò, vt gloſſator huiuſmodi ſummam potiorémque nitatur & audeat deprimere vim duplicem ſolidioris iſtius virtutis, ac vehementer detrahere meris aut frugiferis exercitiis ſynceræ chriſtianęque Autiſtitis pœnitentiæ. Sed obtrectationi reſpondendum, quòd ampliſsimi nexus reliquarum hominis virtutum, inſignis eius aliunde pietas, & aſsidua animarum cura erga concreditum ſibi gregem, ſat ſupérque oſtentant illum ſine fuco præfata opera alacri animo perficere propter vnicum Deum à ſe in præcipuo honore habitum ſumméque dilectum : adde & cæteràs colligatas cunctis notas ingenij ſui dotes, vrbanitatem in ciuilibus cum humana ſocietate permixtis, grauitatem in geſtu, laborem ſuſceptum circa diuina, pendentes quotidie manus ad ſacrum Altare, pro rebus eccleſiaſticis ſollicitudo, ad oberrantes increpandos prudentia, verborum auſteritas indulgentiæ coniuncta, atque frequentes ipſius ad populum habitæ conciones pro orthodoxæ religionis tutamine. Quæ omnia arcent ab eo vel minimam quidem hypocriſim, & falſæ aut ſimulatæ deuotionis ſuſpicionem in ieiuniis obeundis & obſeruanda perenni abſtinentia à vino extra auguſtiſsimum miſſę Sacrificium, in quo vinum lymphatum ei Deo offerre oporteat. Nihil verò prohibebit admittete ex tali ieiunio ſequi accidentariò, quòd ſubinde oriatur maius etiam qualita-

1 Caput. de eius victu.

Obiectio.

Solutiones.

Ipſius ieiunia & aquæ potus quotidianus propter Deum.

 tum

cum elementarium in corporeis artubus temperamentum, agente tamen id, non intendente aut cogitante, vt hoc temporale commodum expectaret. Etenim plenæ ſunt Medicorum voces, plena Volumina de illis reflexibus ex victus parcimonia ad corporis valetudinem, quantùuis celebrata intuitu pietatis. Hippocrates a, *Cibus & potus ſint mediocria. Optimus medicus, ſola dieta.* Galenus: *Sublimior omnium medicinarum eſt abſtinentia. Morbos interdum ſolâ coctione vacuari* b. Celſus: *Vt innumerabilium morborum parens intemperantia, ſic eorundem medicatrix abſtinentia. Crudelem medicum intemperans æger facit.* Seneca: *Abſtinentiâ plus acquiris animus, quàm caro deperdat. Simplex ex ſimplici cauſa valetudo: multos morbos luxuriæ multa fercula fecerunt. Saluberrimum conſiliorum parens ſobrietas.* Tandem, Iuuenalis Poeta c omiſſis Horatio d & Schola Salerni e. *Accipe nunc victus tenuis, quæ, quantáque ſecum Adferat, imprimis, valeas bene. Nam variæ res Vt noceant homini credas: memor illius eſcæ, Quæ ſimplex & olim tibi ſederit, &c.* De aqua verò in potu quotidiano, hoc cum Tralliano f & loc. a Quercu g Medicis eloquor. *Aqua* (inquiunt) *vitalis eſt & nutritiua, &c.* quia Deo creante producit ex ſe *omne reptile animæ viuentis* h, *&c.* Adeóque primi homines ante mundi cataclisſmum per duo ſolarium annorum millia in ſolo aquæ potu diutiùs victitabant: paritérque Sancti ſub Euangelio Eremitæ, quam poſtea & hactenus reliqui degere ſoleant, vini culturâ in humanis viibus poſita. Itaque ſobrium linguæ palatum infert pectoribus plurimùm roboris ac optimi ſtatus in corpore, eſtq; primum retinendæ ſalutis pharmacum. Vt qui parcet cibis, maximè verò propter Chriſtum, hepati ſimul proficiat, Deo etiam iuſtis ac valde probis haud rarò concurrente. Atque vna perinde ex eo comprobatur rectiſſime id diuinum & ſuaue Chriſti Seruatoris elogium: *Quærite primùm regnum Dei, & iuſtitiam eius*, primaria agendorum voluntate; *& hæc omnia adiicientur vobis*, ſcilicet humana decenniáque corporis ſeu bonorum fortunæ, ad quæ mentis aciem non ita primariò debeamus intendere. Vnde D. Chryſoſtomus: *Hic apertè oſtendit iſta non eſſe petenda tanquam bona noſtra, etſi neceſſaria. Regnum Dei petendum eſt, & in eo finis noſter ponendus, propter quem omnia efficiamus. Manducemus vt euangelizemus, non euangelizamus vt manducemus.* Necnon D. Gregorius k. *Magis ſe Dominus quàm ea quæ condidit vult amari, æterna potiùs quam terrena poſtulari. Et ideo hæc omnia quæ ſunt filiorum adiicientur etiam non quærentib. quibus ſi ſubtrahuntur, ad probationem eſt, &c.* Sic ergo, ad propoſitum themæ. Vtrunque hunc collimandi ſcopum aſſequitur illuſtris Dionyſius ſingulis penè diurnis momentis, dum carnem domare ſtudet, & ex ore ſuperflua ſubtrahere cupit; vt mercedem grauiter multóque excellentiùs à Deo ſolo largitore in æternas retributiones fœliciter alacritérque demum obtineat, quò is rectò ſemper tramite conſpirat.

Talia etiam corpori prodeſſe

Illius ind. merita.

a 6. Epidem. b Commentar. 15. in 3. Hippocrat. Aphoriſ. c Satyra 15. d lib. 2. Satyra 2. e chæc 3. membr. hilaris, requies moderata, dieta, &c. f lib. 1. c. 15. Incura phrenit. g In piſtis Sanitatis pa. 327. 344. ann. 1606. Pariſ. h Gen. 1. v. 20. i Matthei 6. v. 33. k Mag. li. 13. Moral. ca. 13.

Paragraphus 7.

II. Caput.

SEcundum genus actionum R. Dionyſij, eſt eiuſmodi. Is ſequente anno ſuæ conſecrationis, milleſimo DC. XIII. integrum tempus æſtiuum conſumpſit in ruralibus viſitandis ſuæ Diœceſeos Eccleſiis ac vrbibus l, conſcriptis verbalibus (vt aiunt) Proceſſibus ſuper vita Clericorum, & multis horum ad meliorem frugem conuerſis; vt penè in optimam reformationem ſedulò ſtabiliendis; & quantùm ipſe potuit inſtructis atque reſtrictis aut auerſis à præterita paulò indebita conuerſatione. Vnde verò, apertis generalibus Regni Comitiis Lutetiæ, iuſſu Mariæ Reginæ matris & filij Ludouici XIII. Regis Chriſtianiſsimi, eundem Dionyſium eò proficiſci oportuit, ac reſidere menſibus ſeptem. Ipſo autem, velut Primas Galliarum, præfuit in Camera ordinis Cleri Franciæ, tametſi ei ſit aduerſatus R. Franciſcus de la Guele Archiepiſcopus Turonenſis, eo nomine quòd tunc eſſet antiquior degens Archipræſul, in Regno Franciæ conſecratus. Quo non obſtante impedimento, collectis reliquorum Antiſtitum ſuffragiis, communi decreto omnes in eam abiêre viam, quòd R. Dionyſius ſit intra cancellos atque prouincias ſuæ Primatiæ ad iuriſdictionis poſſeſſionem vſu pertinet, & propterea debere in Cleri Comitiis præſidere. Qua ſubinde Cathedra & ſublimiore loco ille fretus eſt: ac paucis poſt diebus ſenex Archiepiſcopus Turonenſis catarrho Pariſiis interiit in media lite de tali negotio, nondum plenè conſcriptis ac obſignatis Patrum ſuffraganeium ſententiis. Porro idem R. Dionyſius Lugdunum ſub vere reuerſus an. 1614. ſane ardenti diuino amore ſuccenſus, nihil magis in votis habuit, quàm diligenti curâ viſitationem Eccleſiarum ſuæ Diœceſeos reſumere & abſoluere, quas præcedente anno confecere nequiuerat. Peragrauit Dombas, Breſſiam Gallicanam ac Burgundiæ Comitatum auſtralem, comite frequenter brachio ſeculari, Principúmve Iudicibus: & derelicto angulo

l apud Fontales & Beliiocenſes.

Præſidentia R. Dionyſij in Statibus Franciæ.

Eius per Diœceſim viſitationes

Delphi

Delphinatus ad vices alias breui Deo duce perficiendas. Cæterùm vbique populis vtriuſque ſexus concionando frequentatæ Confirmationis Sacramentum conferebat. Atque hic eſt viri zelus, charitas ſumma in proximum, & amor erga commiſſum ſibi gregem.

Paragraphus 8.

III. Caput. TErtium poſtremúmque genus actionum R. Dionyſij, aut ſpiritualium in vrbe commodorum propter eum, reor, Lugduni affluentium, poſtulat hoſce diſcutſus. Ex præfatis tanti viri incrementis circa pietatem in ciuitate conſpicuam, & ab eodem profectam, adeò flagrans odor longè latéque reſperſus eſt, vt perauctа erga Numen æternum deuotio altio-
A Dionyſio tredecim religioſorum habitacula Lugduni inſtituta. res multò quàm antea egerit per vrbem radices, luce altiùs refulgente & micante. Quippe tredecim celebriora Conuentuum religioſiſſimorũ habitacula illo ſuo tempore intra vrbis populoſæ mœnia ſuſpiciunturconſtructa, & Deo tum ab ipſomet tum de eius mandato conſecrata, ex recentioribus totidem ferè religioſis Ordinibus in Gallia receptis, ac nuper à ſummo Pontifice comprobatis. Nimirum totum id geſtum eſt citra veteres quindecim Monachales Conuentus ea in vrbe dudum admiſſos, quatuor Eccleſias Collegiales dempta
1. Cathedrali, decem Parœciales, & quatuor præcipuas Congregationes. En ergo ſacri recentis tredenarij enumerationes. Imprimis, Ciuitas egregiè permiſit ſuſcipi Virgines S.
Vrſelinæ. Vrſulæ in monte S. Sebaſtiani collectæ, ad conciues adoleſcentulas in orthodoxa pietate & morum probitate erudiendas. Apud quas primum ſacrum celebrauerat R. Fr. Robertus Berthelot, Doctor Theologus Pariſienſis Carmelita, Epiſcopus Damaſcenus, & Suffraganeus Lugdunenſis anno M.DC.XII. m nec non cubicula benedixit, ab eo die conuiuentes. Deinde, Illuſtriſſimus Dionyſius nouam Eccleſiam earundem puellarum deinceps ædificatam iuſſit benedici à Patre Romillon reformatorum Sacerdotum doctrinæ Chriſtianæ parente, die Præſentationis Virginis Mariæ anno 1615. donec idem R. Dionyſius Archipræſul eam planè abſolutam breui contueatur, & ritu decentiori conſecret.

m 6. Maij.

n 21. Nouemb.

2. Nouitiatus Ieſuitarum. Secundò, Sacellum Collegij Nouitiorum Ieſuitarum ſub id tempus benedixit, domiciliis ad Ararim antea emptis atque conſtructis ex patrimonio R. Patris de Canillac. Tertiò, recluſas omnino Viſitationis S. Mariæ Virgines ſumptibus ſuorum mutuò patrimoniorum in ſepta coëmpta, ac ſeorſum adhærentes ad vallem Athenacum approbauit. In quarum gra-
3. tiam ipſemet Miſſarum ſolennia Deo palam obtulit, ſacro die Aſſumptionis Deiparæ anno
Anno. M.DC.XIV. &c. Quartò, inuiſit eo æuo ac ordinauit ambitus cœptarum Religioſarum S.
1614. Elizabethæ in eadem Athenatenſi planitie ſub tertio Ordine Diui quondam Franciſci, vul-
4. gò nuncupari ſolito S. Ludouici Regis. Quintò, Altare atque Sacellum Hoſpitalis ſenum
5. Hoſpitium & Carthuſia. incolarum ſub id latus Athenatenſe, diuinis mancipauit, à ciuibus ſuo erectum conſilio: * vt eos ex peſtiferorum extra vrbem Hoſpitali, intra metas tutiùs congregarent. Sexto, die
6. VI. Iunij, profeſto D. Claudij Abbatis S. Eugendi, anno milleſimo DC. XV. idem Ar-
1615. chiantiſtes ſuis auguſtè manibus conſecrauit & vnxit ingentem Eccleſiam Carthuſianorum Lugdunenſium anno eodem conſummatam, tametſi ante annos viginti cœptam ædificari; aderántque ciues vrbis primores. Atque dedit ipſe ducentos aureos coronatos in proximo-
7. Patresque. rum Religioſorum annonam, vt familiam illic permanſuram inchoare poſſent. Septimò,
regnos. in monte Carthuſiano ſtabiliuit Carmelitanas Virgines cæteris multò auſteriores, & ex Hi-
1616. ſpania Lutetiáque illuc aduentantes, pendente Autumno anni M. DC.XVI. donec Eccleſia breui rurſus apta eſſet prorſus dedicationi, quam ipſe poſtea etiam Numini cõſecrauit. Octa-
8. Angelus Cuſtos. uò, is in Cœnobio Eccleſiave Carmelitarum Congregationem de Angelo, Cuſtode humani generis eiúſque indiuiduis, præclarè inſtituit; ex primoribus laicis, vt plurimùm, compactam ipſomet duce: Diplomatibus Romæ conquiſitis anno præfato. Nonò, tunc refor-
9. Clerici contemplatiui. matos Sacerdotes Theatinos ſeu Congregationes de Oratorio Româ & Lutetiâ Lugdunum aduexit, ac introduxit o ad vicum ferè S. Vrſulæ: ſpe perbreui Seminarium inde condendi ad idoneos valde Paſtores in ſua Diœceſi pro cura animarum ruri ſalubriùs exercenda, iuxta
10. decernentes Regias Ordinationes & Tridentinum Concilium. Decimò, celeberrimus idem
1617. Carmelitæ diſcalceati. Præſul anno DC.XVII. viros Carmelitas Reformatos, qui vulgò Diſcalceati prædicantur, acciuit & approbauit, collocatos ad radices penè montis Forueriani in hoſpitio antea Tunctano p nuncupari ſolito. Quibus egregiè poſitis Religioſis, fama eius peruolitans è veſtigio Regem Chriſtianiſſimum Ludouicum XIII. penè compulit, vt cùm de more Romam mittat laicum nobilem Gallum triennalem Legatum in Curiam ſummi Pontificis, hac vice

* deinde verſum in marius Hoſpitale Charitatis Eleemoſinæ generalis.

o Menſe Decemb. 1616.

p Thuinet.

Diony

Dionyſium Primatem à menſe Auguſto anni præfati cò cum ſtipendiorum honorario citra Francorum morem delegauit: illéque ibi perrexit commorari regio nomine totis hiſce ſe-
1618. quentibus annis M.DCXVIII.& XIX. quibus interea hoc Opus abſoluimus. tamen verò;
1619. corporea eius abſentia tot fragrantes pietatis odores in primario Clero reſperſit & effudit, maximè erga præfatos de Oratorio Patres recèns Lugdunum illectos, vt Domini Comites Eccleſiæ ſuauiſſimis illis replen ſaporibus cum toto illorum auguſtiſſimo Primatiali Capitulo eoſdem Theatinos ſe etiam ex animo offerentes conſtituerint in maiore ſui Clauſtri anſi & appendicibus; vbi amplioribus hoc fine per ipſos Reuerendos Dominos ædificiis renouatis annuíſque adauctis prouentibus præceptores Sacerdotes ac in magiſterio feruentes erudiant & inſtruant adoleſcentes Cleri Cathedralis ad conſonendam orthodoxam interiùs pietatem, literarum præcipuam notitiam exteriùs ſtabiliendam, & ad quotidianas multi-
Dionyſius Romæ. formes vnitæ triplicis Baſilicæ ceremonias inculcandas: hi videlicet inuenruti ſemina viua præſtantes & abundantem coaleſcentium virtutum omnium ſupellectilem, in priuata illa ſchola, choróque adſtantes: donec publica tandem & latiùs patentia per Diœceſim ſeminaria alia in poſterum ab Archipræſule religioſa mente præſtentur, ex depictis iam lineamentis.

Paragraphus 9.

11. Fuliantini SEorſum paulò ſpiritum exhalantes: pro vndecimo piarum fundationum loco, poſteaquam is Archiflamen a ſupremis Principum Curiis, Romana & Gallicana, Lugdunū rediit toto anno præfato ac ſequente oues paſcendo, ſedulam inſuper dedit operam vt Patres Congregationis Fuliantinorum Ordinis D. Bernardi per eos ad normam arctiorem vocati ſpatia in vrbe ſibi ad Rhodanum egregiè compararint vbi cœnobium ædificent, præmiſſis tunc qua-
1620. dragesimalibus in maiore Baſilica concionibus ab eloquentiſſimo meditabundóq; eorundem promotore Theologo, quem notum Præſul Romà Epiſtolis in Franciam miſſis adhoc graue munus conquiſierat & præfecerat ſpe maioris erga Chriſticolas frugis. Vnde Conuentu intra ſequens biennium abſoluto, R.Dionyſius eum locum ſacrum Pontificali benedictione
12. Recollecti admiſſi. colluſtrauit. Duodecimò, ſic iam ordine fandum in gratiam Patrum Recollectorum, efficientium membrum diſtinctum ac denuo reformatum Ordinis vniuerſalioris B. Franciſci Aſſienſis. Præſul R. Lugdunenſis anno M. DCXXIII. ſub autumnum Regio mandato pro emergentibus aliis Reipublicæ Gallicanæ negotiis erga ſedem Apoſtolicā, è veſtigio Romam
1623. regreſſus eſt, ibique ad triennium elapſum hodie perſtat continuò, dum anno 1625. & ſequente prodit in lucem iſtud Opus. Iam dudum verò Antiſtes Recollectos eiuſmodi aſſignarat ac repoſuerat in pago *de Hulins* ſuæ ditionis ac Diœceſcos bimilliario ab vrbe, vbi etiamnum reſidere pergunt, ſe tanquam murum opponentes pſeudotemplo atque pro-
Dionyſius Romam reuerſus. fano vicino paucorum in regiuncula hæreticorum. Sed idem Anteſignanus & pii nonnulli è ciuibus optantes viciniorum horum Fratrum ad plebis ſolamen acceſſum, recepti fuère in altiore ſuburbio Rubeæ Crucis, vulgò *à la Croix Rouſſe*. Sic loci nomen ab antiquo. Equidem opportunè ad Religioſorum habitacula, qui profitentur diu noctúque meditari de ſanguinea Cruce Redemptoris noſtri Domini Ieſu in illo ligneo ſigno crudeliſſimè paſſi pro toto humano genere: propter quod ineffabile myſterium id vocabulū in illo ſitu quondam relictum eſt. Verùm Cœnobitæ propius in vrbem penetrare appetentes, in vere anni præfati q q 23. April. 1623.
realem aſſumpſere poſſeſſionem ſui noui Conuentus intra mœnia ad Fouerianū montem r, r vulgò, au
pro ſacris populi Confeſſionibus excipiendis efficaciùs, & plebeiis eleemoſynis commodiùs deſſus de
Crucis myſteria. poſtulandis, necnon ad populo concionandum. Id geſtum eſt operante Prælato ante diſceſ- Garillan.
ſum, deinde rem procurante & abſoluente ex miſſis ſuis Romà Epiſtolis: tum accedente rurſus concurſu & fauore Mariæ Mediceæ Reginæ matris eo tempore Lugduni cōmorante, ac ſimul impellēte Magnate Carolo *de Neufuille*, Dynaſta de Halincuria, Marchione *de Villeroy*, vrbis ac Prouinciæ Moderatore: priuatis quibuſdam domum verſam in Baſilicam cœnobiticam pecuniaria ſolutione coëmentibus, tanquam occultis propter Deum fundatoribus, donec breui interueniat ſelectus palam fundator egregius ex Franciæ Optimatibus, cœleſti
13. Auguſtiniani Reſormati. munere. DECIMO-TERTIO ac vltimò, ad Eremitas Auguſtinianos verè reformatos accedamus, qui vulgò nuncupantur etiam Diſcalceati. Anno M.DC.XXIV. menſe Maio ſ, Con- ſ 9. die.
ſulibus vrbis ad Palatium vocatis, hi Anachoretæ recepti fuère ad vacuam præfatam rubeam Crucem demio piè occupandam pro toto poſtero tēpore. Cùm enim id ſuburbiū valde remoueatur à Patrociali ſua D.Petri Eccleſia mœniorum mediæ ciuitatis, procul dubio ſuburbani populi ſpiritualibus haud rarò commodis ac præſidiis orbantur, & plerumque opus habent
1624. Ædicula ſacra propinquiore, ad quotidianos Parœci defectus ſupplēdos circa Sacramētorum vſum, frequentiā & orthodoxū Catechiſmū plebi deuotè intimandū. Receptionis baſes fuerāt

Bulla

Bulla Clementis Papæ octaui Romæ expedita anno milleſimo ſexcenteſimo [t] vnà cum Breuiculo & aſſenſu Regis Henrici quarti [u] vtique poſthac rurſus comprobato à Rege filio Ludouico decimo tertio, eo fine vt admittantur per Gallias Eremitæ Ordinis D. Auguſtini reſtauratores. Cœpit autem inſtitutum ſub annum ſaluris quadringenteſimum ab illo Hipponenſi Antiſtite Africano lubentiùs iuxta formulas eremiticas ac ſolitarias, quàm cœnobiticas congregatorum: donec Alexander Papa quartus ſedens ab anno milleſimo ducenteſimo quinquageſimo quarto eos vrbes ingredi voluit ad Epiſcopalia munia ſubleuanda. Circa totas illas centurias, quicunque Religioſi liberam pedum nuditatem ferre poterant, à ſancto Auguſtino laudibus extollebantur [x]. Et ſanctus Fulgentius eiuſdem Regulæ alumnus, nudis etiam pedibus ſolebat procedere verſus annum quingenteſimum vigeſimum intra Monaſterium, tametſi eſſet Epiſcopus, intelligens ritum hunc ab Archetypo D. Auguſtino profluxiſſe, Baronio in Annalibus textum ipſius renouante [y] hiſce notis: *nec calceamenta ſuſcipiens* (inquit Author) *Clericorum caligulis vtebatur, & interdum ſoleas aſſumebat.* Qua voce caligularum ſandalia mente concipiebat, teſte Ludouico de Angelis, libro de vita & laudibus beati Auguſtini [z]: vbi caligulæ dicuntur ſandaliolæ ſupra pedum pectus alligatæ. Qui Fratres eremi poſtquam in vrbes vocati ſunt, communem & cœnobiticam ſimul vitam agentes, indecens & abſurdum ferè viſum eſſet, quòd in profeſſis eiuſdem cœtus, nonnulli calceis vterentur, & reliqui caligulas abiicerent, diſpari cultu aut habitu. Eapropter vbi Clemens Papa octauus aduerteret hunc diſcalceatorum Ordinem per quatuor Italiæ Prouincias, totidémque per Hiſpaniam dilatari, tunc præmiſſum Breue Apoſtolicum Fratribus benignè impertitus eſt, quale publicandum permiſit in Francia Ludouicus decimus tertius ad inſtantem ſupplicationem R. Petri Auançoni Ebredunenſis Epiſcopi, qui Præſul Fratribus illico primùm in Gallis, Conuentum de ſuis poſſeſſionibus in Gratianopolitana Diœceſi Delphinatus [a] conſtruxit, eò miſſo R. Patre Mattheo à S. *Catharina*, quaſi Apoſtolo Regionis, obeūte poſtea Aueniom cū aliquot in tranſlato integerrimóque ſarcophago miraculis poſt annum deceſſus. Inde verò ampla ſeges receptorum Conuentuum diſperſa eſt Maſſiliæ, Aquis ſextiis, Gratianopoli, Camberiaci, Lutetiæ, & aliis in locis. Ex quo tandem euenit, quòd cùm R. P. Carolus de S. Agnete eiuſdem Ordinis Lugduni illis diebus frequenter concionaretur, pia eloquentia præditus: Dominus de Halincuria Prorex decreuit apud ſe toto niſu Ordinem eiuſmodi promouere ac conſtituere ad locum Crucis cruento rubore inſignitum. Qui Dynaſta literis ideo monuit illuſtrem Archipræſulem Romæ degentem, quatenus magnopere vrgeret præſentia iſtorum Patrum in illa coccinea Cruce Seruatoris. Primas autem reſcripſit, & poſtulauit erga Ordinis Patres, vt nouam Baſilicam dicandam curarent diuo ſuo Patrono ac Martyri Dionyſio Galliarum Apoſtolo, qui ſe reuerſus offerebat breui fundatorem egregiè futurum eiuſdem Conuentus. Ac interim dedit in mandatis, vt egregius aliquis eius Ordinis Concionator verbum miniſtret in maiore Baſilica proximo Aduentu & Quadrageſimali tempore: quale munus facundè præſtitit & exercuit P. Carolus [b]. Et hunc vniuerſum Præſulis zelum mirificè Patres exceperunt, gratias habentes, & preces perinde erga Deum offerentes perennes. Adeóque primum ibidem ſacrificium Deo oblatum eſt à R. Damaſceno Epiſcopo Lugdunenſi Suffraganeo, annuente nobili Thoma de Meſchatin la Faye, Camerario Eccleſiæ Lugdunenſis, & Generali Vicario Illuſtriſſimi Primatis: literis publicis de toto illo negotio exaratis & authenticè conſignatis, teſtibus potentiſſimo de Halincuria, & vrbis Conſulibus die feſto S. Bonauenturæ veteri Patrono Lugdunenſium, anno M. DC. XXIV.

Diſcalceati.

Diffuſi per Gallias.

Lugdunum adeunt.

1625.

[t] 21. Nou. [u] 26. Iunij. 1607. Contreſigné Bruſlart. [x] Serm 41. de Sanctis. [y] an. 504. num. 33. Annalib. [z] lib. 4. ca. 4. [a] Vitar-breuiſt. [b] ann. 1625.

Vnde tertio profeſto die Pentecoſtes 20. Maij 1625. palam infixa eſt Crux lignea altior de more apponi ſolita in platea coram deſignata Eccleſia, præſentibus cunctis qui ſuprà vrbis Proceribus. Et inde parantur ædificia.

Paragraphus 10.

Alia Dionyſ. ſeminaria.

IN ſumma tantus Antiſtes alios præterea viros prudentes, benéque meritos in dies ad ſe vocat, promouet & amplectitur propriis viribus exhauſtis quantum ei licet, vt publicæ vtilitati Eccleſiarúmque profectui ſubuenire ſemper conetur. Teſtis eſt aliud ſeminarium in Ponte Velano, vrbe Breſſiana, à ſe prudenter aduerſus Caluinitas hæreticos inſtitutum per eruditos ſeculares reformatos Sacerdotes: teſtis rurſus Manſio (vt vocant) Patrū ad minus trium Societatis Ieſu in vicinò Balgiacenſi Marchionatu, & Treuoltij Dombarū Baliuia, ô ſalutaris impenſa! ſollicitudo variis ſupernis expectata præmiis! Hoc itaq; pacto

vocem talis Paſtoris lubentiùs ſequuntur pecudes plæræque demiſſæ. Vt vbi optimus Paſtor opimáque paſcua conſiſtunt ; ibi quoque oues fœtoſæ præ deuotione verſentur, & agniculæ ardenti deſiderio prægnantes, animæ nimirum ſubditæ, abundantiùs pabulentur, quatenus patentem Agnum cœleſtem pio vultu gradatim æmulantur ac imitantur. Obiter verò Lectorem beneuolum monemus, quòd dum præſens aderat Reuerend. Dionyſius in medio grege reſidens, optarat à nobis ipſe humillimus corde, vt à fideli horum quæ in vrbe & extra præclarè inſtituit mentione abſtineremus ; memores eum ipſo dicti Saluatoris ad Apoſtolos, poſtquam è celſo ſe transfigurandi nitore deſcenderat ; *Nemini* (inquit) *viſionem dixeritis, donec Filius hominis à mortuis reſurgat* e. Et reuerà, ſi is corpore intra ouile hactenus perſtitiſſet, e Math. 17. talia fortè pro eius nutu ac votis præteriiſſemus. Sed dum ille pro totius Galliæ commodis abeſt, hæc ſingula de more primùm exarata iſthic lubentiùs paulò adiunximus, Prælóque ſiuimus ; maximè quia profutura ſunt tum Eccleſiæ Gallicanæ, tum ſacris deductis Religioſorum Ordinibus. Quod æqui boníque conſulent Antiſtes, reliquus omnis Clerus, atque populorum maiores. Ergo perge ad Neſtoreos annos, D. de Marquemonte ; cùm ætatem noſtram planè ferream, ne dicam veriùs terream, in auream ſeu priſtinam maiorum pietatem fœliciore exitu noueris ita commutare ac reuocare. Orabunt pro te Cunctipotentem deuoti fœtus emerſi bonis tuis artibus. Et dum interea morimur, ac ego primus adimpleto miniſterio; tu cogita de condigno ſucceſſore, tuis propiùs æquando virtutibus, & in ſacra hac hiſtorica Tabula ſubmittendo ab illis qui aptiores magíſque induſtrij mihi ad ſcribendum ſubrogabuntur. Pro méque Lector Numen deprecetur, exopto.

Authoris vota.

LAVS DEO.

NONNVLLI

NONNVLLI

REVERENDI EPISCOPI, SVFFRAGANEI REVERENDISSIMORVM ARCHIEPISCOPORVM LVGDVNENSIVM, QVOS

tutò nanciſci licuit, ſaltem ab elapſo nuper ſeculo.

***

1. DOMINVS Ioannes Balarin. Religioſ. ignoto titulo, at ſub R. Franciſco de Rohan Archipræſule, regnante in Galliis Franciſco I.
2. Dominus Ioannes Patiſot, Theologus, regnante Henrico II. Franciſci filio.
3. Dominus Hieronymus, aliis Guichardus, Lexart, profeſſor Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, ſub id tempus.
4. Dom. Bartholomæus Portalenquius, Lucenſis, Religioſus Carmelita, ex titulo Epiſcopus Troianus, ſuperſtes vitâ anno ſalutis M. D. XXVII. De quo apertè conſtat, tum ex lapidea tabella appenſa prope altare Sacelli B. Virginis matris in Clauſtro magni Hoſpitalis Lugdunenſis, & ex ampliſſima eius poeſi in ſingula penè verba paſſionis D. Ieſu Chriſti, typis mandata à Fratre Ioanne Diophilace, Carmelita Gandenſi, quam eidem Antiſtiti dicauit.
5. Dominus Ioannes Bothianus Doctor Franciſcanus, qui obiit anno 1556. Inſtitutor multarum ſuæ pietatis ſacrificalium fundationum in metropoli Baſilica S. Ioannis Baptiſtæ.
6. Dominus Ioannes Henricy, Ordinis D. Franciſci de Obſeruantia, ſacræ Theologiæ Doctor Pariſienſis: creatus Suffraganeus anno 1557. obiitque anno 1573. Humatus in Eccleſia Conuentus S. Bonauenturæ Lugdunenſis.
7. Dom. Iacobus Maiſtret, Doctor item Theologus Pariſienſis, Carmelita; creatus anno 1574. cum Epiſcopatu Damaſceno: ac deceſſit in Comitatu Burgundiæ anno 1615. Sed annis quatuordecim antequàm è vita migraſſet, is plenus dierum curauit dignitatē remitti eruditiſſimo nepoti ſuo. Interea auunculus initio me Authorem Diaconum fecit.
8. Fr. Dom. Robertus Berthelot præfati D. Maiſtret ex ſorore nepos, Carmelita, rurſus Doctor Theologus Pariſienſis, mihi ſtudiorum commilito, creatus eſt Epiſcopus Damaſcenus, & Suffraganeus pariter Lugdunenſis anno 1601. Floret hoc anno 1625. & 1626.

TANDEM DE DIVERSIS ALMVTIORVM ECCLESIASTICORVM INSTITVTIS qualitatibus tractatio.

§. 1. Almutiorum etymologiæ

DE Almutiis demum, maximè qualia defert totus Clerus Lugdunenſis, pauca opportunè circa hanc Operis periodum delineanda putamus: nimirum quatenus ex verſicoloribus intextis ac duplicatis pellibus murium araneorum, vulgò *d'Ermine*, in faſciolas diſtributis [a] ornatè componuntur. Ea verò Almutia, ſi etymon expetatur, vniuerſim dicta ſunt ab amiciendo Gallis, *d'affubler*, *couurir*, *enuelopper*, quòd perſonas Eccleſiaſticas ad diuina proficiſcentes reuerenter amiciant, aut religioſè cooperiant. Hæc verò triplicis eſſe generis ex hodierno vſu comperimus. Vnum Almutiorum genus eſt integrum ad modum pallij in circum ambientis vtraſque ſcapulas ac totum pene corpus: quin etiam habeat capitale ſeu capitium [b] à tergo reuolutum, ſanè nunc vſurpatum à capite capiendo vel comprehendendo, vt id tegere poſſet ſi opus & mos eiuſmodi eſſet. Vndè vulgus noſtratium talia inſtrumenta vocat *vne Haumuſſe*, quaſi dictam *hautement miſe* ſupra veſtes alias tum ciuiles tum Clericales, *par deſſus tous autres habits*. Quàm proxim nonnulli egregiè fortaſſis ſentiunt trahendam aut hactenus inualuiſſe, ex eo quòd veteres è Clero humidis in templis ad humum demiſſis ſemper diuina tractare ſolerent, vt eis fuerat opus tanto amictu frigus per antiperiſtaſin repercutiente, & ſanitatis tuendæ gratiâ in aſſiduis diu noctúque celebrandis officiis. Taléque veſtimentum ad crura pendens vnà cum pendulis caudis cernitur peculiare Clero Lugdunenſi inter illos per orbem Canonicos, quos

Hæc triplicia.

paſsim appellant Seculares. Atque eſt duplicis fabricæ: vna pretioſa ſeu dignior, attribui ſolita ipſis Archiepiſcopo Primati atque Canonicis, Cuſtodibus, Theologo & Candidatis Militibus: reliqua autem minus elegans, ac de agninis tanquam leuioribus pellibus interiùs aſſuta, penéque vniformis conceſſa eſt cæteris inferioribus Presbyteris loci: ſanè vno pellium ordine breuior, & æſtate deleta, tum hyeme cappis nigris in vſum venientibus, vſque ſerico rubro [c] ab anteriori parte exornatis, vnà cum pelliceo ad cerebrum pileolo. Secundum genus eſt quorundam Monachorum, præſertim multorum Regularium Canonicorum Ordinis D. Auguſtini inter plures eius nominis, alio per Gallias habitu facto vtentes. Quorum equidem pallium pelliculatum eſt, prorſus ſimile tegumentis pelliceis Canonicorum ſecularium Lugdunenſium. Tertia Almutiorum ſpecies eſt quadrans duntaxat præfati totius pallij ſacri Lugdunenſis; quo ſolo quadrante eiuſdem varij contextus vtuntur reliquæ tum Cathedrales tum Collegiatæ Galliarum aut orbis Chriſtiani Baſilicæ ſeculares, non quidem ad humeros more Lugdunenſis Eccleſiæ, verùm ex collo in ſiniſtrum brachium collapſæ, atque ſic tantum honoris gratiâ geſtari aſſuetæ. De ſecundo potiſsimùm genere Almutiorum loquitur Clemens Papa V. [d] in œcumenico Viennenſi Concilio capite 1. tit. *De ſtatu Monachorum vel Canonicor. Regularium*. Et inde Ioannes Molanus Doctor Theologus Louanienſis plura pro illo themate ediſſerit libro ſuo de Canonicis [e].

a En bandelettes.
b Chapperon, Capuchon.
c Taffetas rouge.
d ab an. 1305. ad 1315.
e ca 5. 6. 7.

§. 2. Trinæ eorundem allegoriæ.

Sed nos iſtic munus hoc atque negotium multò exactiùs pertractandum ſuſcipimus. Ad quemcunque Cleri ſtatum deriuetur hæc venuſta Almutiorum geſtandorum conſuetudo, certè multa allegoricè deſignat. In primis quemadmodum conditor Deus Adamo & Euæ ob peccatum eiectis de Paradiſo *fecit tunicas pelliceas & induit eos* [f] ad horrendam delinquentis generis humani nuditatem cum pudore latitandam. Sic nos Almutiis ad pœnitentias pro facinoribus comprobandas veſtimur. Denuo, quemadmodum vates Helias Thesbites *zonâ pelliceâ accinctus erat renib.* [g] ita Religioſi ſimul ac Clerici Seculares tenentur perenni cingulo caſtitatis circa lumbos ſtudioſè arctandos ex voto circundari. Tandem

f Gen. 3. v. 21.
g 4. Reg. ca. 1. v. 8.

dem quemadmodũ D. Ioannes Baptiſta verè tulit *veſtimentũ de pilis camelorũ* [h] *&c.* eodem titu Clerus Euangelicus, cuius ille Præcurſor typum inchoabat & referebat, ad præmiſſas animi dotes ſummam humilitatis virtutem adiungere debet ac profiteri, velut fœlix principium omnis ſpiritualis ædificij. Ita rurſus commentantur Patres antiqui primæ Eccleſiæ. Quibus allegoricis conceptibus & circunſtantiis ac intra horum limites profectò complectimur primùm Religioſos, vt cum Almutiis animo deuotè apud Deum perfici queant: Secundariò Eccleſiaſticos quoque ſeculares, vt pro togæ pelliceæ intuitu auidiùs aggrediantur ſtatum inchoantium ac ſpiritualiter proficientium; ne doloſus ſępe de gentilitia & illuſtri claritate fucus aut fulgor cęcas haud rarò voluntates decipiat: ſed è diametro tales veſtes de hiſce exutiis ex mortua cute ingenia nimiùm fortè ſublimia cum cœleſti merito ſummiſsè temperet, incorruptibiliáque aut firmiora circa virtutem omnem oſtentet. Quæ tamen veſtis, licèt teſſera ſolius perficiendæ humilitatis: nihilominus ſeculari Clero imprimit vnà inſigne ac notam decoris, honorarij, & honeſtatis, pro maiore totius Eccleſię ornamento.

h Matt. 3. v. 4.

§. 3. Pelles villoſæ.

Addam & plura. Demonſtrat vtique principatum Eccleſię à laico valdè ſeiunctum, iuxta illud Petri Apoſtolorum Coriphæi de toto Clero. *Vos genus electum, regale Sacerdotium, gens ſancta, populus acquiſitionis* [i]. Vnde Candidati ſacræ Theologiæ profeſſores honorificis pelliceis tegumentis hirſutis ad colla pectoráque ſubmotis in publicis Studiorum Vniuerſitatibus colluſtrantur. Adeóque ſummi Principes terræ, non plebs, in quam ipſi dominationem exercent, ex ſingulari modo priuilegio & vi vnctionis quaſi Sacerdotalis ſeu Chriſmatis, quo inaugurantur in Templorum Chriſti tutelam, pro qua militare tenentur ac pollicentur, pallia regia hiſce fragrantibus murium araneorum pelliculis intrinſecus reſperſa [k] geſtant ad decorem, velut aſteriſci; quidam ſui plenioris aut abſoluti erga populum Magiſtratus; equidem communia ſuis fere Parlamentis aut ſupremis Iudicibus, ſed ab ipſis ad caput tantùm deferri ſolita: quantumuis omnes habeantur viri profani ſeu vxoribus colligati, attamen ſectatores pellium antiquorum vſui Eccleſiæ inſeruientium, maximè latiùs in Lugdunenſi Clericatu effulgentium; vt quia hæc Baſilica primas tenet huiuſce totius Gallicanæ Eccleſię, ipſa domus ſacra pati quoque phænomeno [l] pallia auctiora pellicea induit, tanquam ſuę primogenituræ trophęa & vexilla: vtrique verò Rectorum generi deſignantia continuò maximam mentis puritatem, & ſummam in agendis rectitudinem.

Honoraria Principum Eccleſiaſticorum ac terreſtrium, & Theologorũ.

i Ep. 1. Pet. c. 2. v. 9.

k marques.

l apparentia.

§. 4. Itaque, mures aranei, animantia quadrupedia, ex quibus eleganter Almutia conſtare aſſolent, munditiam aut nitorem tum catuis, tum ſpiritus tantopere amant & perueſtigare nõ ceſſant, quandiu viuaces ſub muſtelina effigie apparent; vt in anguſto poſiti, malint rete vicinum ingredi, & à venatore intercipi, quàm lutum aut fœtorem corruptionis ſcaturiginem attingere, ad propinquum antri ſui foramen collocatum, vel ne tãtiſper naribus teterrimum locum odorare, ac ſecum pari & ſuſtinere. De quo Plinius [m]. Exinde, pellis etiam mortui animalculi efficitur cuſtos incorruptibilitatis, doris eximiæ, necnon prętere inanimis rebus aliis ſibi coniunctis incorruptum aërem aliquantum impartitur. Scilicet quo ſymbolo ex hieroglyphicis apprimè notis, quemque noſtrum oportere mentem crimine carentem incorruptibilitatémque tueri, quantum fas eſt: vt humano inſuper corpori moribundo parem communicet, eique refundat immortalitatis odorem ſuauiſſimum, ac in ſempiterna ex eo tandem fœlicitate beandum.

Pelles Almutiorum innata ui pollent.

m li. 29. c. 4. & 6.

§. 5. Sic imitatores nos eſſe decet Anteſignani D. Seruatoris, de quo Paulus Apoſtolus, *Induimini Ieſum Chriſtum* [n], qui Dux veræ religionis transfiguratus mortalis in monte, *veſtitus eius factus eſt albus ac refulgens* [o] dum oraret, formam gerens noſtri Cleri in pellibus albeſcentis, ac cum ipſo meditantis in ara & alto cœleſtium contemplationum monte, qui eſto ſacrum Altare hinc pendens, quò gradimur aſcendendo pro Corpore Chriſti ex azymis panibus deſuper conficiendo. Cuiuſce rei myſteria ſyncerè amplectuntur hanc comitem ab eodem Paulo latam ſententiam; *Induite armaturam fidei* [p], *induentes nouum hominem* [q], *&c.* Eſtque id vno verbo nobis efficere perennes ſocias virtutes tres nomini Chriſtiano peculiares, quas ſeniores Scholaſtici vocant Theologales, & quales ipſe Paulus alibi diſertè ad Scholas noſtras hoc induxit calamo: *Induti loricam fidei & charitatis, & galeam ſpem ſalutis.* Nimirum hæc eſt myſtica periodus allatorum apophthegmatum de præclaro eiuſmodi pelliceo amictu tantopere in cœleſtibus efficaci, quòd fœlices demum illi homines ad æthercam conſummandi æuiternitatem, *ambulabunt* (fatur Deus) *mecum in albis, quia digni ſunt* [r], & cum beatiſſimis Angelis in Albis ſedentibus [ſ] prope angulare ſepulchrum Chriſti reſurgentis, ſéque nobiſcum beatificantis.

Myſtica virtutum ex Chriſto indumenta Clericalia.

n Rom 13. v. 14.

o Luc. 9. v. 29.

p Ephe. 6. v. 11.

q ad Coloſ. 3. v. 10.

r in Apocal. 3. v. 9.

ſ Id. an. 20. 12.

§. 6. Archiepiſcopus Lugdun. diſcrepat veſtitu ab aliis Præſulibus. Pro dicendi exitu: equidem Archipræſul Lugduneus in Cathedrali ſuo Choro ac publicis alibi cum Clero ſupplicationibus induit habitum duntaxat Canonicalem cæteris Canonicis, Cuſtodibus Militibúſve prorſus æqualem: hoc eſt, Superpellicium laxioribus manicis inſectum, & appoſitum humeris ſupra aliud ſtrictius Epiſcopale arctioribus circa brachia manicis confectum, vulgò *le Rochet*. Huic autem formulæ ex præſcriptis illius Eccleſiæ ſtatutis reluctari minimè permiſſum eſt, quinimò talia Præſul ad ingreſſum iurat ſeruanda. In quibus aliquando cohæret. Sed quando idem Antiſtes extra eum cœtum Cathedralis Baſilicæ concionatur ad populum, aut reliquis pleriſque Eccleſiis ſacros Ordines confert, eaſdem inuiſit, Altariáve conſecrat: illis diebus præter vnicum ſtrictius Superpellicium adhibet perpetuò Superhumerale ſeu Scapulare Epiſcopale, Gallis *le Camal*, cui ſanè ex Lege veteri & Aaronico Sacerdorum principatu adſtipulatur Ephod, alioqui Pectorale [t], derelictis tunc villoſo Almutio æſtiuo & Cappâ nigrâ hyemali, circa ſimpliciorem planè morem aſſuetum cæteris orbis Chriſtiani Prælatis ad pectus ſic coopertis in ſuis etiam Cathedralibus Choris. [t Exodi 28.]

§. 7. En diſcrimina ornatus Archiflaminis Lugdunenſis à ſociis conſimilibus, licèt inferioribus paulò per Europam conſperſis Antiſtitibus. Neque hoc immeritò. Etenim quemadmodum is innotuit Primas omnium Galliæ Primatum, quia maximè Archiepiſcopus Senonenſis ei addictus ſe vocitat Primatem Germaniæ [u], quibus perinde Lugdunenſem præeſſe [u dictum ſupra nu. 58 §. 5.4. & nu. 69. §. 3.] Primatus eiuſdem. conſequitur: proculdubiò noſter ille tanquam Princeps Eccleſiaſticus & eius Canonici Lugdunenſes iure debent præfatis extraneis eminere, cultúque exterioris habitus ſeu integrantium Almutiorum ſupra diſſitas Eccleſias alias pollere. Hinc ſi quæ floreant inter Germanos Eccleſiæ eodem amiciendi ritu præditæ, veluti ferunt, & credere fas eſt, eæ ex priſco Similitudines Lugdunenti fonte, quaſi emiſſarius palmes, ſuas quaſcunque pelles mutuatę ſunt: non ſecus ac Patriarcha Iacob veteris Teſtamenti, alioqui frater minor natu, tamen pellibus hœdorum à matre coopertus, cœleſtem diuinitus primogenituram inter fratres omnes Iſraëlitas ex paterna Altiſſimi benedictione ſibi ac ſuis in recta linea ſucceſſoribus impetrauit [x]: aut nec iterum ſecus ac regius aureúſque Salomonis thronus myſticis pellibus opiparè conſtructus emerſerat [y], pręter & vltra quotquot vigent in orbe ſuperſtite, Principes Summos. Adeóque pari modo Principatus Baſilicæ Lugdunenſis his ſibi propriis inſignibus docetur per matrem Eccleſiam Romanam excellere ſacros affines Epiſcoporum thronos. Atque hæc videbantur de Almutiis & circumiacentibus decenti loco prudentérque tradenda. [x Exodi 27.] [y 3. Reg. 10. Cantic. 1. v. 5. & Eſaiæ 54.]

VLTIMVS FINIS.

ÇXXVII.

CAROLVS tertius Miron, anteà Regis à ſecretioribus Conſiliis, ſelectus eſt Romæ abſens, & in Galliis degens ab Vrbano VIII. Romano Pontifice, ac ita deſcribitur à fronte: *Vrbanus Epiſcopus &c. Venerabili fratri Carolo pro nuper Andegauenſi, in Archiepiſcopum Lugdunenſem electo ſalutem ac Apoſtolicam benedictionem*, &c. ac in fine habetur, *Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem anno Incarnationis Dominicæ 1626. die 4. Nonas Decembris, Pontificatus noſtri anno quarto:* nimirum, poſtquam Simon Dionyſius de Marquemont fuerit pileo Cardinali donatus ab eodem Vrbano, Romæ agens, tanquam ſecundò à Rege Chriſtianiſſimo Ludouico XIII. demandatus eſt Romam Ambaſſiator, & ibi opratus fuerit ſecundus inter vndecim Cardinales totius orbis Chriſtianiſſimi XIX. die Ianuarij anno præmiſſo *a*, quique poſteà obiens Romæ in palatio ſuo XVI. Septembris eiuſdem anni *b* (quod equidem poſtea, ſupra cõſcriptam ipſi inter hiſto- *a die lunæ in Conſiſtorio.*
riam præfixam euenit) vnde præſtitit Carolus fidem Regi pro temporalibus dicti Archiepi- *b die Mercurij quatuor temporum.*
ſcopatus ſecundo Februarij an. 1627. miſitque ſe in realem poſſeſſionem à perſona D. Hectoris de Cremeaux præſentis Decani Lugdunenſis die ſtatim 12. Februarij. Ad quem Mironium literas honeſtè miſit poſtmodum Vrbanus Pontifex, quibus denunciat munia pietatis, reſidentiæ & vlteriorum officiorum circa res omnino diuinas. Quod inſuper Pontificali diplomate compellitur *proprio* Vrbani *motu* ad meritum eiuſmodi ſemper viri Apoſtolici nutum *c ann. 1577.*
præmuniuimus. Quali vrbana & peculiari voluntate eundem agnitum prædeſtinarit, ac reſtituerit dignitatem tantæ Sedis, ipſum demortui in Curia Romana vices præſignaret, non expectato ſimúlque expectante Regis Chriſtianiſſimi ad virum hunc præuidentis. Propterea is Mironius fuit & remanet verè ſpeculum, quale in alterutro latere armorum ſuæ familiæ deprehenditur. Ex quo etiam ſpeculatore id dignoſcitur moderator re ipſa Epiſcopus, & actionum humanarum indagator meiúſque poruestigator, vt illo fermè coſluſtrali lumine nos omnes in animo excandeſcimus, & toto pectore inardeſcimus, ac ad pedes tuos feruenti amore cuncti in flammis corroboramur. Atque ſic ego primus huiúſce diœceſeos te quondam noui, quando Pariſiis Abbas iam eſſes, nedum Andegauenſis Epiſcopus, tunc cùm *d 17. Octobris, 1626.*
in ſcholis Harcutianis verſabamur, & ego ibi legebam ac meditabar in publico maiore Auditorio geographicas literas, quibus tu eius pe ſæpè ſtudioſus auſcultator, cum innumeris penè aliis, è quo ſemiſi uctu promulgauimus ſequenti ferè anno illam auitam geographiam Latino ſermone, quibus dedi nomẽ *Orbis catoptrici*, & poſt quem palam editum, me contuli ad ſacræ Sophiæ ſtudia. Itaque, maiorem vterque operam regulari artificio, & tu maximè in Sacramentis, in concionaudo, & poſtmodum in arduis Regum poſterorum conſiliis omnino erupis ac euaſiſti. Sic tuus hîc ordo, velut ad apicem, prorupit in album confeſtim poſt allatos apud Dionyſium ſuffraganeos, & Almuias, vbi antea finẽ conſtitueramus: quia patuit tibi aditus facilis ante biennium editis iam dudum præfatis diſcurſibus, antequam proponerẽtur ab Vrbano de te déque Henrico Ludouico Pictauienſi Epiſcopo, qui ideirco nuper ad me reſcripſit *d* ſe erga Sedem Apoſtolicam excuſatum mandaſſe, quod non poſſit per reliquas ei conceſſas vires tantum onus ſuſcepiſſe, & quod dixerit Paulus; *Oportet Epiſcopum eſſe* (a t) *vnius vxoris virum*. Quam ſanè amphibologiam licet vtrinque ſenſum arripere.

Pro tempore Religioſarum, quæ vocantur Cœleſtes, intra æuum hoc Lugduni functione initarum, adhuc talia liquent apud Notarium, Domina fundatrice id nolente propter Deum reſciri, neque ideò Apoſtolicas Bullas poſtulari. Hæc verò iſtic renunciatur inſtitutio hactenus perfecta, quia hodie liquet oculis ſub monte quo itur ad Carthuſianos.

ELVCIDATIONES AD HVNC PRIMVM TOMVM totius Operis, qui eſt de Lugdunenſibus Archiepiſcopis, &c. quæque deinceps ſub hanc calcem additiam occurrerunt interim proponenda.

1\. Articulus TYPOGRAPHIA primi huiuſce voluminis abſoluta vſque ad Dionyſiũ Archipræſulem 126. remanſit priuatim biennio hactenus inter Bibliopolæ manus & noſtras, expectantes omnimodam tertij Tomi confectionem circa reliquos Franciæ totius Epiſcopos multo cum labore ſub id tempus collectos. Illo autem pendente ſpatio, D. Claudius Robertus vniuerſum Epiſcopale ſuum Opus edidit in lucem, quando & poſtquam exitum in Prælo attigimus Arelatenſium Archiflaminum *a* tertij eiuſdem libri. Vnde claudendo hoc totum Opus, paucis redimus obiter ad iſtud primum, ſedulò eum eodem Authore *b* communicandum Deprehendimus ergo eum nonnullas breuiſſimas anteriorum Scribarum Appẽdices eruditè profectò ſparſiſſe, quas ideò minimè decuit ſuprà iam per nos dictata hîc renouare. Et ex alia rurſus parte Lectorem monemus noſtras lucubrationes induxiſſe non ſolùm plures alios diſcurſus reconditos in ſingulis Archiepiſcopalibus Numeris, præter ipſius Roberti inueſtigationes; verùm etiam duodecim Archiepiſcopos recèns extulimus & adiecimus, quibus idem ſcriptor orbatur, nimirum ſanctos Anterium decimum apud nos, Eucherium alterum 21. Salonium 22. Theodoricum 43. Sigisbertum 65. Arnulphum 73. Ioannem 175. Gelbertum 86. Guilelmum 1. Peraldum 89. Guidonem 2. de Bellijoco 94. Hugonem 2. 99. & Petrum 4. *de Challant*, Numero 104. cum variis in eorum gratiam optimarum probationum generibus; quæ in priore noſtra editione non patuerant. In qua rurſus Eraclium Archipræſulem abundè texuimus, Numero 76. Attamen Robertus, qui ſeriem illam ſequi pro ſuis Lugdunenſibus videtur profeſſus, hunc quoque omninò prætergreſſus eſt. Et quare? Non edocet. Eundem verò Eraclium denuò locupletamus in præſenti calcographia Numero 83. Vide Articul. 23. pro addito alio 14. nouo. *a* Additiones Archiepiſcop. ſupra Tractatum Roberti. *b* A pag. ſua 79. &c.

2\. Artic. Pagina 24. Numero 7. §. 3. extremo, hæc ſubiice. *De reliquo, Sebaſtæ locus, pro quo ſuprà, fuit potiùs Armenia quàm Samariæ vrbs, ex Stephano & Macæo.* Talia in textu, lucidioris expoſitionis gratiâ.

3\. Artic. Pag. 71. lineâ 45. loco *Vbi* lege *Cui Epaunenſi pariter*: deinde pa. ſequenti lin. 1. *id Placidi.*

4\. Artic. Pag. 105. verſu 47. lege *Martinum Turonenſem.*

5\. Artic. Pag. 109. extrema poſt verbum *quadrat*, in S. Nicetio Lugdunenſi Archiepiſcopo 35. hanc periodum adiungas. *Iſte autem Archiantiſtes vocatur Nizo ſub Odolrico 68. Protopræſule Lugdunenſi. §. 3. in Actis Biſuntinenſibus, appoſitus ſeriùs in autographo quàm par ſit circa an. 1034. mixtis equidem ibi cum multis extraneis Epiſcopis aliorum paſſim temporum ac prouinciarum, quales viſuntur per nos recogniti ſuis plerisque in locis, etiam in aliis noſtris voluminibus Præſulum Orbis vniuerſi.* Hæc fuerant obiter ſedulo Lectori inſinuanda.

6\. Artic. Pag. 115. lin. 48. *Conciliis tertio Arelatenſ. &c.*

7\. Artic. Theodoricum poſuimus quidem ſuprà Archiepiſcopũ Lugdunenſem, in Cõcilio Remenſi præſentem ann. 616. ſub Num. 39. *c* cum Theodorico etiã Lugdunenſi Præſule in illo cœtu, quem virum dictauimus poſtmodum Num. 43. ſub an. 632. *d* propter ambigua Concilij Prouincialis tempora. Sed quia Chagnoaldus ibi nuncupatur, Laudunenſis Antiſtes Belgicus, vt ſolùm deinceps, at nondum tunc, fuerit Primas Lugdunenſis Celricus: idcirco mox iſtic maluimus vice verſa opinari, quòd Theodoricus Lugduni verè præfuerit circa ann. 616. anteuertẽdum aut ſtatuendum Nu. 39. & Chagnoaldus etiã poſtea Lugduni, ſeriùs huc Laudnno tranſlatus anno 632. pro Nu. 43. Inuerſionis moliendæ rationes illic tacitè iam reſperſimus, ac ferè ſufficienter, quam mente præcauebamus. Verùm Præli curſu premente in anteriore poſtmodum minimè licuit poſteriorem 43. retrouertere. Lectorem ergo de huiuſmodi reſtitutione certiorem facimus, ad iudicium viri prudentis. *c* pa. 118. *d* pag. 178.

8\. Artic. Hugo dictus Epiſcopus Thabarienſis pag. 155. lin. 40. eſt fortè is, qui aliàs nuncuparetur Antiſtes Taberenus. Qui Tabereni ex Macæo ſunt populi iuxta Chalybes in Ponto extremo mari Mediterraneo ſeptentrionali. Eiuſmodi autem Epiſcopatus in Miræo non viſitur. Locus penè hoc æuo ignotus, velut mutata ex poſtero vſu ipſius appellatione.

Rober

9. Artic. Robertus Numero 51. integram quidem Ledradi Archipræſulis Epiſtolam ad Carolum Magnum exſcripſit anno tãtùm elapſo. Sed à quo eam deprompſerit, minimè aperit. Nos mediam ſolùm eius portionem exhibemus ſuperiùs Numer. 55.e quatenus ipſe Lugdunenſium propoſito inſeruiebat: ſanè iam per nos digeſtam ex allegaris triennio priùs, quàm aliquid de Roberto reſciremus, at chartis impreſſis adhuc domi reſeruatis ex dictis. Citamus ibi noſtrum Authorem & priùs conſpicua nobis anteriora MS. citra Gloſſas hîc inſeruientes, & alia multa de compertis ſanctis Reliquiis. e §.2.

10. Articul. Poſt hanc periodum reſignantem de Verannio Archipræſule pag.54.lin.6.talia ſubiice, in textu. *Quòd ſi quis obiectet Veranny corpus filiique S. Eucherij Lugdunenſ. ex Vincentio Baralli * in vrbe Venciensi Allobrogûm velut in ſua Cathedrali iacere, tanquam in ſuo Epiſcopatu ſub Metropolita Ebredunenſi, neque ideò Lugduni ſecundò reſediſſe. Solutio facilis eſt, quòd poſt iuridicam viuentis tranſlationem inde Lugduuum, optauerit demum moriens corpus vehi ad priorem ſponſam Ecleſiam, tum humilitatis ergo, tum quia Sedes illa prior eſſet vicina ſuæ ac paternæ natiuitatis, eremíque prope Durantium fluuium, ac Lerinum ſui quondam Monachatus, vt ſapè fit alibi inter Præſules, teſte Tomo 3. Itaque de cætero, circa propoſitum*: Clerus Lugd. &c. * parte 1. pa.362.

11. Artic. Pag.178.lin.penult.poſt vocem *agente*, de Agobardo Archipræſule, volut conſenſum ferè præbente eiectioni ſenis Ludouici Pij è ſceptro, opportunè addẽda venit hæc periodus. *Quem vetuſtior Annonius libr.5.cap. 16. docet poſtea fermè ob eam cauſam depoſitum, quòd filÿ Lotharij Imperatoris parteis tenuiſſet, licèt præter intentionem.* Talia pro textu.

12. Artic. Pag.181.lin.26.poſt *Annalibus*, adiunge, *aduerſus Guanelonem proditorem, Archiepiſcopum* 54. Senonenſem. Item ead.lin.dele, *ſecundus iſta continet*. Atque in locum hæc reſtitue. *Et tunc Concilium etiam Lugdunenſe curauit.* Idem autem Archiep.Remigius, &c.pa.193.lin.41.pro *Aygo* lege *Aggo*.

13. Artic. Numero 59.§.1.extremo, pag.185.poſt vocem *ſecula*, adiice has periodos. *Nam Aurelius Præſul Arelatenſis 34.ſeu 35.reſplenduit ibi ad annum 552. & vltrà. Adeóque non cohæret tempore cum Aureliano Archiep. Lugdunenſi.* Interea cenſetur demum Aurelianus Sedem tutiùs inchoaſſe ab an.870.ex Baronio.Nu.35.aduersùs Hincmarum Laudunenſem Epiſcopum 29.cœtu conuocato in Attimiaco.

14. Artic. Pag.201.ad calcem ferè in pręcipua ſiniſtra margine, ad latus inchoantis Paragraphi, ſtatue hanc prætermiſſam marginulam: *Comitatus Lugd. quando cœpit ad Eccleſiam loci pertinere.*

15. Artic. Pag.211.lin.2.poſt *allata*, ſic recèns adhibe alteram periodum ſub Humberto.I. Archipræſule 70.Lugdunenſi: *Illic manifeſtum eſt eundem etiam Humbertum anno ſuperiore præfuiſſe aliis Prælatis in cœtu & Actis pro fundatione Abbatiæ S.Rigaudi Diœceſanæ. Suſpicamus verò nonnulla de ipſomet Humberto patere.* Pa.213.li.10.ad marg.ſic. * *nu.*55.ac *nu.*58.&c.

16. Art. Pagin.216.v.17.loco, *obdromites*, lege *obdormientes.* & ſeq. pag. lin.27. pro *ſedemus*, dic *cedamus.*

17. Artic. Ioannes 1.Numero 75.fuit vnus ex aliis ſuperiùs additis f, qui non erigitur ſanè per Robertum ad caput Catalogi. Attamen is de ipſo mixtim loquitur in ſuo Gaucerano ſeu Iocerano 69.Archipræſule, qui apud nos præfatum Ioannem ſequitur Numero 76.ſuprà. Sed dum ille ibi de me verba promit, quòd Ioannem à Iocetano diſcernam *in editione* 2. (inquit g) ſanè rumor eiuſmodi nequaquàm deſignat, quòd ego priùs in lucem ediderim, qui expecto Lugduni annum præſentem 1627. Verùm Lutetiæ ad eum peruenit quoddam epiſtolium inchoante anno elapſo 1626. quo ei ſignificabatur, me editionem alteram moliri, quam de facto in MS.ſuppoſuit compactam. Nihilominus, dum probè didicit me vndecim Præſules Lugdunenſes adiungere citra anteriorem meam edituunculam, quos meris nominibus accepit, profecto is vim & robur non concepit animo mearum probationum reliqui denarij Archiflaminum à me nuper additorum. Cæterùm, ibidem pag.231.lio.33.lege *ergo*.pa.235. in marg. pro 66. lege 69. Et pa.236.lin.23.legatur Berardus .... Gotſaldus, Iotſaldus.49. f Art.1. g Pag.83.

18. Artic. Pag.267.lin.15.ſic legas: *quia ſi annus* 1255.*præcisè à*, &c. Tum lin.47.Robertus Archiep.90. Lugdunenſ. antea Claromontanus 74. Atque pro Philippo de Sabaudia Archipræſule 93.pagin.270. &c. certè fuerat ille, qui anonymus in Bibliotheca Cluniacenſi Columna 1666. aderat Innocentio Papæ III. electus Lugdunenſis Cluniaci in feſto S.Andreæ an. 1245.necdum vnctus.

Pa.271.dic.§.2.

Artic. Quod ſpectat ad Geneſim Dynaſtarum Belli iocenſium à nobis propoſitam pagina 278. Lugdunenſi, vbi teſtamur Berardum Dominum loci extitiſſe Vinfredi natu maiorẽ filium, ſequuti Paradinum & Choppini matriculam, à nobis ipſis in MS.perlectam, ſanè Quercetanus Author hiſtoriæ Regum Ducúmque, quam nuper editam vidimus b, poſtquàm noſtrum huius Tomi I. Archetypum condideramus; inducere conatur Vuicardum ſeu Guichardum I. b Pariſ. in 4. an.1619.

recognoſcendum pro Vulfredi filio, ſponſum Ricoariæ de Salornayo, & Berardum ex Vuicardo genitum eſſe; Attamẽ nos poſuimus Vuicardum I. neceſſariò fuiſſe Humberti I. filium, & ipſum Humbertum Berardi. Deinde ſcripſimus Vuicardum II. Militem de Bellijoco, at non patriæ Dynaſtam, muneta obtuliſſe patruo ſeu propatruo ſuo Gualterio ſeu Vualterio de Belli joco Matiſconenſi Epiſcopo 36. §. 4. infrà Tomo 2. circa annos 1300. & 1060. vxoratum Ricoariæ I. recognitæ: cunctis hiſce depromptis ex tutiore vetuſtiſſimo MS. libro Titulorum Matiſconenſium, ac obituum Collegialis Eccleſiæ Belli jocæ, mihi valdè conſpicuo: quem Vuicardum cum tertio nominis, Lætardo & Hugone duplici, præterit omnino Quercetanus, ac ſimul Guigonem & Stephanum. Tum Guichardum noſtrum I. Dynaſtam Belli joci, minorem natu fratrem aliorum trium malè ſecundum nominat i. Omittit i Pag 446. denuò Iomarum de Belli joco Berardi fratrem, necnon patruum præmiſſorum Humberti I. & Vualterij Antiſtitis fratre. Rurſus quintò ignorat Martinum, Baudinum & Guauterium fratres iuniores Humberti II. annoſioris à ſe politi tantùm poſſeſſionem Dominatuum arripientis ann. 1137. ex ipſo dictatore k. Ad extremum ſcire neglexit Vuichardum IV. Humberti tertij fratrem, item Guichiardi ſecundi fratrem germanum Vuicardum quintũ, alterius k Querc. pa. 447. Ricoariæ maritum; quæ fuit de Salornevo comprobata ſuis annis 1192. & 1199. equidẽ multò tardiore altâ Ricoariâ, quatenus ab ipſo vnico Quercetano noſtris duabus altior efficitur. Et dum præterea Author ad dicti fidem de ſuo maturiore Vuicardo iã citat nimis vniuerſim Benedictũ Papam XII. velut qui virum nominat, quando Romã miſit Epiſtolã ad Epiſcopos & Magnates Burgundiæ circa ann. inquit, 1 0 2 4. ipſúmque Vuicardum egiſſe multa cum Gualtero Matiſconenſi Epiſcopo, Roberto Francorũ Rege in Curia Romana tunc exiſtente: profectò in recitatis deceptio eſt multiplex. Quippe Benedictus XII. Antipapa vixit ad annum milleſimum trigeſimum nonageſimum quartum l, & ſenior alius legitimus nuncupatus l ex Ciaconio. p. 819. duodecimus, ſedit ab anno milleſimo trecẽteſimo trigeſimo quarto, vterque tardior pro præſenti inſtituto. Qui autem Benedictini Pontifices Maximi propiùs acceſſerunt ad Quercetani intentum, neque tamen ſcopum ante Berardum vix attigerunt, fuère Benedictus VII. dictus VIII. ab anno 1012. ad annum 1023. & alius Benedictus VIII. dictus IX. ab anno 1032. ad ann. 1044. Quibus Benedicti IX. diebus non ampliùs degere poterat prætenſus Quercetani Vuicardus I. malè creditus parens Berardi, vtpote iam morientis anno 1032. A quo tempore cœperunt noſter verus Vuicardus V. Ricoariæ vir, ac Epiſcopus Vualterius. Rex verò iam dudum antea Romam profectus fuerat anno milleſimo ex Tillij Chronico. Et Quercetanus in aëre loquutus textum Papalem minimè profert in medium; quod certè ei præſtaſſe neceſſum fuit: nec ipſe ſaltem autographum, è quo periodum deprompſerit, allegat, ſi quæ ſit: vt contueremur an reſcriptum eſſet Benedicti VIII. Neque ego Epiſtolam eiuſmodi obiter conquiſitam feſtinante Prælo deprehendi in multis Voluminum Conciliorum editionibus m. Igitur donec tutior nouæ opinionis doctrina occurrat, ſtamus à parte promulgatæ retentæque per nos ſententiæ pro Berardo Vmfredi primogenito, &c. m Romæ Venetiis, Colon 1551. & 1615.

40. Artic. Quercetanus Humberto III. Belli-jocenſi, ei & nobis communi, dat n Guichardum filium anno 1200. quem dicit tertium ob cauſas allatas, & nos ſecundum ab anno 1189. Ipſum verò n pa. 450. Guichardum deſponſat Sibyllæ Flandrienſi, docétque allatos ab eo Franciſcanos in Gallias. Quas dotes nos ab anno 1209. & vltrà conceſſimus Guichardo quidem tertio, ſed tanquam filio Humberti quarti, à Guichardo ſecundo geniti. Vnde is Author Paradinum arguit, verum proponentem Guichardos tres in loco vnius conſtituendi ob vicina tempora. At præmiſſæ annorum diſtantiæ, & medius Humbertus quartus, Dynaſta ab anno intercalari milleſimo ducenteſimo primo, ſatis manifeſtant perſonarum diſcrepantias: quas ſic recèns lego variàs in ſinu iore domeſtico libro Obituum Eccleſiæ, ritè antea Paradinum ſequutus. Huic autem Humberto 4. præbemus o fratres Berardum ſecundum, Guichardum alium, & Brugerum ignotos Paradino ac Quercetano. Qui poſterior ſcriba ſolùm nominat Guichardum o pa. 451. Montiſpenſerij Dynaſtam. Et in defectum cæterorum addit p fratrem Humberti IV. Ludo- p pa. 451. uicum de Belli-joco, velut Canonicum Primarialis Baſilicæ abſque Authore & anno. Equidem altiùs æquo dictum. Nos quippè ipſum Canonicum multò tardiorem diximus poſtea fratrem iuniorem Humberti 5. necnon præfati Guichardi Montiſpenſerij filiorum præmiſſi Guichardi III. Dynaſtæ Belli jocenſium, quorum trium auus eſſet Humbertus IV. Niſi credatur duos fortè poſſibiles aut probabiles viciſſim & propinquos extitiſſe Guichardos Monſpenſerios. De cætero vxoris ſanè ipſius Humberti IV. obliuiſcimur. Sed Quercetanus eidem miniſtrat Marguaretam Balgiacenſem coniugem pa. 453. quam priùs polliciti ſumus Hum-

41. Artic. berto V. Guichardi tertij filiu ex Sibylla. Et is Author narrat eum poſt ann. 1239. in terra q mutando 3. in o medio. ſancta mortuum, at nos ſepultum Cluniaci circa annum 1209. ni fallat q Archetypus.

Poſueramus r allatum Guichardum Monſpenſerium genuiſſe Humbertum natu maio- r pag 252.

tem

tem (præter alios tres, de quibus infrà) hæredem Montiſpenſerij ſine liberis. Verùm Quercetanus dat ei ſaltem filiam Ioannam de Belliioco toto fruentem patrimonio, & vxoratam Ioanni Comiti Druxenſi ac Brennæ f, Humbertúmque, de quo nos alia in pagina ducenteſima octogeſima tertia, duxiſſe Iſabellam de Meloduno, tum Caſtra tria in dominium accepiſſe anno milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo à Rege Philippo tertio ſine teſte. f pa.458.

22. Articul. Ludouicum alium de Belliioco nunciabamus ſolùm Equitem, & fratrem prælibati Humberti Montiſpenſerij Eraclij t, ac Guidonis ſecundi Archiflaminis nonageſimi quarti Lugdunenſis. Aſt Quercetanus, ignarus amborum citat. fratrum Humberti, ſubijcit eum deſponſaſſe filiam Domini *de Bonnés* Bituricenſem, nactúmque hinc prolem triplicem: Blancam de Belliioco maritatam Guidoni *de Chauuigny* Dynaſtæ *de Leuroux*, Marguaritam matrem Bernardi Vicecomitis de Ventadorio, & Mariam Sanctimonialem in Abbatia de Longo-Campo prope Lutetiam. t Aliàs vulgò Eric.

23. Artic. Iam Quercetanus u egregiè nobiſcum x adhæret in numero & qualitatibus Guichardi quarti Dynaſtæ Belliiori, qui prole & maſculis fratribus carens, prima eius ſoror Iſabella inter cæteras quinque (vltima Moniali, ac nobis anonyma à Quercetano vocatur Ioanna y) detulit è coniugio nomen Dynaſtarum Belliiocei domui Comitum Foreſiorum mutato ſurculo, at olim mutua vincti conſanguinitate. Ex quo thoro emerſit Ludouicus minor natu Forenſis factus Dynaſta Belliiocenſis atque Dombarum altetius radicis; Is verò genuit Guichardum hæredem, etiam vtrobique quintum z; de quo præter multa apud nos, Quercetanus adijcit, quòd præſens adorat Aurelis tanquam Regius Camerarius a, quando Henricus primus de Villaris Archiepiſcopus 101. Lugdunenſis (quem Quercetanus perperam vocat Humbertum) præſtitit fidelitatem temporalium Sedis Philippo Pulchro quarto Regi anno milleſimo, ducenteſimo nonageſimo ſexto. Eius autem frater Ludouicus b iacet in Conuentu Minorum Villæ-franchæ cum alijs familiis, & ex horum ſorore Eleonora nupta c proceſſit Henricus ſecundus de Villaris Archipræſul centeſimus ſeptimus Lugdunenſis ſuprà, teſte illo Authore d. Sed Euſtachius ac Iacobus primus de Belliioco, filij eiuſdem Guichardi quinti e, ſecundum Tillium & Froiſſardum, minimè leguntur in eod. Quercetano. Maria tamen filia præfati Guichardi quinti Belliiocenſis ex ſecunda vxore f nuncupatur Marguarita in ipſo Quercetano g. Tandémque Ludouicus ac Robertus Dom. de Iugo Euſtachij & reliquorum fratres, obiêre in Africa iuxta Quercet h. eorúmque meminit Froiſſardus: cùm tamen Ludouicus Dom. *d'Alloignet* legatur, ſepultus in patria Belliiocenſi apud Paradiſum. u pa.455. x pa.184. y pa.454. z Quer.464. nos 285. a Chambellã. b Archid. c pa.286. d pa.465. e pa.287. f Maria de Caſtellione. g pa.465. h pa.468.

24. Artic. Franciſcus de Belliioco & Anna ſoror fratres Iacobi 2. aliter nupſerunt ex Quercetano i quàm ſicut ex aliis diximus pag. 294. Nam primus nupſit Franciſcæ *de Maillé* ſoli (ait) Dominæ *de Chaſteau Roux, de la Chaſtre & de Dun le Palcteau*, ſine propagine. Verùm Anna matrimonio iuncta eſt an. 1441. Philippo *de Culant* Mareſchallo Franciæ, deinde Ioanni Dom. *de Baudricourt*. Tum Ludouico Dom. *de Beauuau*, &c. Philibertus autem vltimus de Belliioco, Dom. de Linetiis k vixit poſt annum 1556. Per cuius obitum orta eſt lis de bonis ſuis in Lutetiano Parlamento an. 1555 l. Hactenus totum pro Belliiocenſibus. i pa.479.480 k pa.295. l Quer. pa. 451.

25. Artic. Petrus 2. de Tarentaſia Archiepiſcopus 95. Lugdunenſis, vt addam egregia ad ea quæ dicta ſunt m, fuerat vir adeo eximiæ pietatis & doctrinę, quòd Lutetię longo tempore ſacram Scripturam publicè interpretatus ſit, omneſque Bibliorum ferè libros, pręſertim D. Pauli Epiſtolas gloſſauerit: ex Ciaconio in creatione Cardinalium Gregorij Papę 10. an. 1274. pag. 596. & 598. m ap. 296.

26. Artic. Beraldus Archiepiſcopus centeſimus Lugdunenſ. iuxta quoſdam ex varijs Authoribus per nos ſuo loco inſertus, videtur quidem nuncupandus etiam Remundus propria appellatione, & cognomine Bertrandus, Gothus, Delgot, &c. vt putaretur eum extitiſſe Remundum illum Bertrandum, qui factus Pręſul Burdegalenſis, tum Lugdunenſis, indé breui ad ſummum Auenioni Pontificatum conſcenderit anno 1305. nobis illic pene tunc inclinantibus ex trito vocum apud quoſdam miſcellaneo. At deinceps exactiùs penetrantes inſpeximus duas fuiſſe omninò perſonas, ex varijs Ciaconij vnà collatis pagellis: quin rurſus duplicem coëtaneam aliam illinc enaſci adhuc perſonam eiuſdem agnominis ac oppidi. Imprimis luxit ſeorſum Beraldus Delgot Aquitanus oriundus circa Burdegalenſes, reliquis ſenior, Primatiam duntaxat Celtarum obtinẽs, cum ſequuto Cardinalatu & Albanenſi Pręſulatu an. 1294. à Cæleſtino Papa 5. n mortuus an. 1297. Id expreſſimus infrà Num. 36. Burdeg. ex accidente To. 3. quem integrum limare ſtuduimus, antequam iſtuc remeando arbitraſſemus has Obſeruationes componendas eſſe. Secundò, Clemens Papa V. fuerat priùs Berardi & Bertrandi plures. n ciac p.638.

 ſolùm

ſolùm Burdegalenſis Archiantiſtes poſt Conuenarum Epiſcopatum Num. 5. dictus ſeiunctim Remundus Bertrand. Sic nequiuit eadem eſſe perſona quæ Berardus, iam ante huius Bertrandi Cathedram ſupremam è vita functus: ita dictus a Ciaconio *ex patre Bertrando*(ait) *vel* a p. 664. 665.
Beraldo agro Michandrau. Tertiò, quod ad cæteros attinet, iſta loquitur Claudius Robertus in ſuis Lugdunenſibus. 89. *Beraldus, frater Clementis S. ex Bezouio* 1305. En alia denuò virorum certè diſcretio. Verùm fraternitatis gradum non lego probatum. Quartò ſeu vltimò, idem Clemens erexit Cardinalem nepotem ſuum Remundum Gothum, &c. latiùs expreſſum in eit. u. Burdegalenſi b. Interim ſuprà pro Beraldo pa. 305. lin. 26. in XCV. dele V. Suffece- b Ciac. 670.
rit lux eiuſmodi clarior.

Art. 26. Item Paginâ 325. lin. 43. lege hoc pacto: *præſente*(inſit locus) *alta.* Pag. 330. lin. 21. *Corrozet.*

Art. 27. Pag. 332. lin. 40. *& ferientis in.* tû in margine 2. dextra ſic addendo legas. *Tres primi pingunt & repræſentant primam hierarc. Angelicam, tres ſecundi, alteram, &c.* Pa. 333. lin. 13. *citra* loco *ſupra.* Pa. 335. lin. 22. pro 42. dic 45. Paginâ 356. lin. 55. ita legendum: *omnia cruentis olim de Religione bellis ſacrilegè abrepta.* Id pro Eccleſia Collegiali S Pauli Lugdunenſis antiquiſſima.

Art. 28. Claudius Robertus obliuiſcitur Hugonis 3. de Talaru, quia in priore noſtra editione videbamur cum dixiſſe electum duntaxat an. 1607. & ad latus conſtitutum poſt Carolum Borbonium, ſeu ante Andream 103. Archipræſulem. Verùm deinceps Acta ſolennia ſuæ vltiò miſſionis in poſſeſſionem, & fructuum ſui Canonicatus diuiſionem inuenimus, qualia ſuperiùs mox repoſuimus, virúmque à capite in recta Archiepiſcoporum ſerie ereximus Numero accreſcente 115. Adeóque floruit ille vetus Archiflamen Lugdunenſis. Atque ſic is eſt decimuſquartus Paſtor recèns additur. De cæteris 13. adiectis Epitomen coniecimus extremo Articulo 1. ſuprà.

Art. 29. Quoad gentem familiæ *de Rohan* iam noſtris typis mandatam pag. 370. & 371., velut in MS. ex minore Britannia per Capitaneum Caſtrorum domus ad nos miſſam, priuſquam ederetur in lucem liber genealogicus fratrum Sammarthanorum, inſpeximus poſtea ſub hunc exitum, traditam ab ipſis illam Geneſim paulò aliter quàm receperimus. Dicunt pa. 722. Ludouicum 2. in vxorem duxiſſe Ludouicam de *Rieux*, quam nos Ludouico 3. tradimus, filio ſecundi, cum eius fratribus Ioanne 4. ac Petro I. Cui ſecundo Ludouico nexuimus Annam coniugem, tanquam filio primi, ducentis vxorem vtrobique Mariam de Monte Albano. Deinde ſuo Ludou. 2. nobiſque tertio cõceſſit duos liberos, ſcilicet Ludouicũ 3. mihi quartũ ſine prole: & Ioãnẽ Dynaſtã *de Landal* fœcũdũ filiabus. Vbi certè eidẽ Ludou. pollicemur dũtaxat Ludou. 5. filium, cúmque parentem Ludouici 6. Atque antea profectò tribuimus citato Petro I. fratri Ludouici 3. ac patruo Ludouici 4. filios præclaros Carolum 2. Petrum 3. & Franciſcũ primum Archipræſulem 117. Lugdunenſem præcipuè ibidem propoſitum, quaſi motricem cauſam totius geneſeos. Cæterùm ibi ferè pa. 37. lin. 9. dic *Frontenay.* Tum pa. 373. lin. 20. loco *primi* lege *primum.* Ante hunc nu. 114. pa. 363. lin. 38. lege *crebrior.*

Art. 30. Pa. 379. ſuper genealogica arbore Principum Lotharingorum adde Philippam Geldriam vxorem Renati Ducis lineâ 28. Deinde infrà Num. 58. Tabulæ Epiſcopat. Bolonienſis proponimus Henricum Lotharingum ibi Epiſcopum Antonij Comitis Vaudemontij ex appennagio filium. Qui Henricus lubentiùs haberetur patruelis Renati, & Antonius frater minor natu e an. 1457.
Frederici genitoris Renati, quia hi quatuor ſunt planè ſynchroni e. Attamen nondum exa- 78. 85.
tantur in illa noſtra geneſi: vt neque Ludouicus à Lotharingia, filius Caroli, Epiſcopus 82. Virdunenſis: bene tamen Ioannes Cardinalis ibid. Antiſtes 83. deinde Archiepiſcopus 118. Lugdunenſis. Nondum enim tunc aut nunc vniuerſam familiæ geneſim profitemur educere: bene tamen aliarum. In illa verò pagella ex Typographi allucinatione ponitur annus 1522. ſui Cardinalatus, at collocari debet an. 1518. lin. 34. teſte Ciaconio f. Et lineâ 37. loco Nume- f pa. 1082.
ri 89. ſtatue Nu. 92.

Art. 31. Pro pag. 380. ibi ſequente addendum eſt Ludou. Guiſio lin. 10. quòd inſtitutus fuerit Epiſc. Albigenſis 62. poſt præmiſſum Ioannem patruum ſuum, vbi vide infrà tali Numero annos ſui Cardinalatus & vitæ. Solùm iſtic de nouo ſubiicimus eum Romæ vidiſſe coronationes Pauli Papæ 4. an. 1555. & Pij 4. an. 1560. ex Ciaconio t. Item quòd ſponſa Franciſci 2. Ducis pa- t ie 61. & 76.
tris ſui vocaretur Anna pro lin. 5. Ad extremum quòd vxor Henrici 3. Ducis nepotis ſui eſſet Catharina Cliuenſis lin. 19.

Art. 32. Pa. cit. Carolus Lotharingus ibi nuncupatus Præſul Metenſis (83.) factus eſt Diaconus Cardinalis tit. S. Agathæ per Sixtum Papam 5. anno 1589. io creatione 5. die 19. Kalend. Ianuar. Romæ ex Ciaconio pa. 1256. Erat conſanguineus in tertio quartóque gradu mixto cũ proximis prænominatis ex allata geneſi. De qua Prælatura nos in alio Tomo Epiſcopali. Cæterùm vltima linea præſentis paginæ fruſtrà repetitur in linea prima ſequentis paginę 381. Prelo oberrante. Alterutram tolle.

Carolum

33. Art. Carolum 2. Archiepiſcopum Cardinal. Tornonium diximus [u] mort. ũ : h. 1557. vel 1562. u Nu 113. 4 pa 384.
ex Chenutio. Quem poſtremum an ſolitarium in Ciaconio deprehendimus [x], menſe Aprilis, x pa. 1198.
ætatis ſuæ 79. ſepultum Turnoni apud ſuos. Sed ad concordes randem faciendos præmiſſos
calculos, monemus, quòd is poſt hunc Lugdunenſem Primatum, aſſumpſit Epiſcopatum O-
ſtienſem Italiæ, primum ex pendentibus immediatè à ſummo Pontifice Romano, quem ipſe
de veteri more coronat. Cuius Sedis Oſtienſis titulum ille ob id opportunè poſſederat ab an.
cit. 1557. vſque ad Præfatum ipſius occubitum. De quo in Oſtienſibus Numero 56. altero
noſtro Epiſcopali Tomo.

34. Art. Genealogiam vniuerſam Dynaſtarum de Albone Articulis nouem renouaturi, ſeu exa-
ctiùs paulò tradituri, hîc adiicimus nonnulla, præterea quæ induximus paginâ 385. & vltrà in
Antonio de Albone Archiepiſcopo 122 Lugdunenſi. Ibi docebamus quòd ſupra duos primos
Guigones de Albone vndecimo Euangelij ſeculo florentes ſub annis 1100. & 1135 [y]. velut y in geneal.
radices continuò hactenus ſuccedentium, comparuerant alij multò anteriores ſexto ſeculo, cius Cloud.
at interrupti, ſub Clotario I. & Gontranno filio in Francia Regibus, annis 560. & 597. quo de- Parad. a pa. 280. 282.
ceſſit idem filius. Guilelmum Paradinum allegauimus abſque nominibus aut virorum exem-
plis. A quo Guigone tantùm Quercetanus ordirur propagines nobilis familiæ in ſua vulgari
hiſtoria Regum Ducúmque, qui volumẽ ſuum recèns edidit [z], poſtquàm geneſim domus ab- z Pariſ. 1619.
ſolueramus, & Typographo iam conceſſeramus. Sed deinceps legimus in ſpeciali hiſtoria a pa. 651.
Phocenſis Prouinciæ Cæſaris Noſtradami [a]. Quippe Vuarnerius ſeu Garnerius Princeps in a Parte p. 58. Lugd. 1613.
Burgundia adeo prudenter Clotarium ad ſui amorem perlexit, vt regio permiſſu veterum
patrum ſuorum Burgũdiæ Regum inſignia [b] præſumpſerit: genuítque Gondeualum & Albo- b Trois bandes d'azur en biais trauers, barſans du gauche à droit en champ d'or au bord de gueules, peu mieux aud liure. & ny. qu'es alliances de Parad. pa. 412.
nem Burgundiæ Conneſtabilem, à quo deſcenderunt (inquit Author) Principes Viennæ &
Aruerniæ. Gondeualus genuit Droginum Comitem Æduenſem; Droginus hæredem Girar-
dum, Hugonem Burgundiæ Regem, & Hermengardam Regis Caroli Calui vxorem. Quam
tamen in Tillij Optimatibus non lego inter quatuor Calui fœminas [c]: ſed bene pater ipſius
Ludouicus Pius Rex ac Imperator ibidem primò deſponſauit Hermengardam Comitis In-
grani filiam [d]. Gerardus verò procreauit Samſonem erectum primum Ducem Burgundiæ à
Carolo Magno Imperatore Pij parente multò ante Richardum effectum primò loci Ducem
à Paradino in genealogicis affinitatib. [e] & paulò ante Hugonem Magnum dictum Abbatem, c pa. 48. 49.
ac conſcriptum Burgundiæ Ducem primarium à Quercetano [f]. Deinde idem Gerardus ma- d 45.
ritali ſemine produxit Arnulphum Aquitaniæ Ducem, necnon Albonem Comitem Picta- e an. 890. pa. 432.
uienſem, &c. Reliquos autem horum Albonum ſucceſſores vſque ad præfatos Guigones f pa. 187.
nondum lego. Cæterùm, Quercetanus Guigonem 2. altiùs conſtituit ſub an. 1089. pa. 655. deſ-
ponſantem Mathildam Stephani Comitis Burgundiæ filiam, & Calixti Papæ 2. neptẽ pag. 656.
Qui Pontifex Maximus fuerat antea Guido Archipræſul 67. Viennenſis, infrà Tomo 3. frater
Stephani ex communi patre Guilelmo Comite, & auunculus Balduini Flandriæ Comitis, te-
ſte Ciaconio pag. 383. Habent omnes in ſtemmatibus Delphinum piſcem cæruleum in pla-
no campo aureo.

35. Art. [1] Efferuntur mox alij Comites Albonenſes nouo incremento dotati, tum quandoque in
auctis horum numeris, tum in pluribus iam allatorum ſub Antonio qualitatibus ex Quer-
cetano ſupra Paradini terminos depromptis. Sequentibus autem Articulis repetimus litte-
ras capitales ſeu indices depictæ ibi arboris conſanguinitatis, quas duplicamus ac triplica-
mus, vbi adaugentur perſonæ per alios parentum gradus, vt facilioris diſcretionis gratiâ com-
municando in reditu ſeruentur eædem litteræ, quæ in ſingulis generationibus prioris arbuſ-
culæ habentur. En illico exemplum vnum adhibitarum recèns qualitatum.

Generatio 3.

C { Guigo 3. fuit primus qui firmo decreto familiæ commutauit titulum Comitum
Vienuenſium in vocem Comitum Delphinorum, & appellauit Delphinatum
totam Prouinciam ei ſummo principatu addictam, qualis hodie ſuos habet li-
mites, & Parlamentum Gratianopolitanum. Duxit filiam anonymam alicuius
Imperatoris anonymi, ſed qui probabiliùs videtur eſſe Henricus 4. Sueuiæ Ger-
manicæ. Huius verò thoro emerſere tres liberi [g]. } CC g Quercet. p 658.

Gen. 4.

CC { 1. Humbertus I. hæres Delphinatus, Comes de Albone, *& de Griginaudam*, mor-
tuus adoleſcens ante coniugium.
2. Beatrix I. heres omnium poſt fratrem, nupſit Guilelmo Magno Aruerniæ Co-
miti ex Querect. 659. Non in Paradino tres iſti. Horum vnica filia. } D
3. N. anonyma fortè vxorata Aymaro Pictauienſi, patri Aymari Pictau. Comiti
Valentiæ an. 1212. ex ſolo Quercet. pa. 658.

Beatrix

Gen 5.

D { Beatrix 2. Delphina Viēnenſis & Comitiſſa de Albone, eſt ea, quàm ſolam collocat Paradinus. ſed per ſaltum velut filiam Guidonis 3. ac tanquam vxorem trium virorum ſuperiùs paginis 386. & 387. éxque tertio homogeneo ſeu eiſdem gētis ſuſcepiſſe Andream per Guigonem 4. de Albone. At Quercetanus illi fœminæ porrigit duos priores tantùm viros: Andrea genito ex ſecundo nempe Hugone 3. nominis Duce Burgundiæ heterogeneo[h], ingrediente regimen Delphinatus. De quo ſeorſum conſequenter. } E

h an. 1183. p. 659.

Art. 36.

E { Andreas de Burgundia, filius vt ſuprà, habitus eſt verè Delphinus, Comes de Albone ac *de Grigiuaudan* ex legitima hæreditate matris, qui efficit ſecundam Delphinorum ſtipitem, ab eo ducentem originem. Is antequàm vitá obiret ann. 1237. duas habuit vxores. } EE

Gen 6.

Gen. 7.

EE { 1. vxor ipſius Andreæ an. 1202. fuit Beatrix Dom. *de Forqualquier*. Per quā orta } B attix 3. Delphina, vxor Demetrij de Mōteferrato Rege Theſſaliæ an. 1202.
2 Beatrix altera, filia Bonifacij 2. Comitis de Monteferrato, vel erat Bertha filia Guilelmi 4. Marchionis de Monteferrato. Quercet. pa. 661. & ſeq. Vtrique Author per alterutram mulierem dat Andreæ quadruplicem prolem. At Paradinus, qui his quatuor vxores non agnouit, præbet vnicam maſculinam. } F

Gen. 8.

F { 1 Guigo Andreæ primogenitus Princeps Delphinus Viēnenſis, Com. de Albone & de *Griſin*, eſt quidem verè quintus huiuſce nominis ſecundū Paradinū ob rationes in Beatrice 2. allatas. Veruntamen is illū pinxit quartū, ſicut & Quercet. quia erat quartus collateralis, ſed parum aut nihil obeſt; cùm ex familiæ conſanguineis fuerit. Deſponſauit Beatricem filiam vnicam Petri 1. Comitis 6. Sabaudiæ, ſecundùm ambos Authores. Ex quo maritali Sacramento prodiere tres perſonæ iuxta Quercetanum circa annos 1247. & 1257. At duæ apud Paradinum. } G

i pa. 665.

2 N. anonyma Delphina matrimonio iuncta Amaury de Montesforti Duci Narbonenſi, Comiti Toloſano & Conneſtabili Franciæ. Pag. 663.
3 Anna 1. vxor prior Amedei Comitis verius tertij Sabaudiæ, cū Paradino illic non hìc, quàm quarti cum Quercet. loquente ſolâ voce citra demonſtrationem.
4 Helena Delphina ex Quercet. deſponſata Richardo Comiti *de la Chambre* in Sabaudia. Nihil Paradinus. Sequentia ſeorſum, ob diſtinctum triuncum.

Art. 37.

Gen. 9.

G { 1 Ioannes 1 vixit Delphinus cum aliis Iuribus ab an. 1282. ex Quercet. Et an. ſequente mortuus eſt, dilapſus ex equo ſub ætate annorum 20. Iuxta quem Authorem, duxerat Bonam filiam Amedei S. Comitis Sabaudiæ ſine liberis. At ille Princeps alias habuit filias ex Parad. in Sabaudiæ affinitatibus. Qui tamen Paradinus in Delphinis hunc Ioannem prætermiſit.
2 Anna 2. ſucceſſit fratri & effecta rerum Domina nupſit Humberto de Turri, Dynaſtæ Caſtrorum in Delphinatu, vulgò *de la Tour du Pin & de Coillolgnac*, ex Quercetano pa. 667. ſiue is fuerit alterius gentis ab Albonēſibus, veluti faciliùs perſuadetur, ſiue quondam oriundus ex ipſis collateralibus, vt pauci arbitrātur. Qui maritus ab vxore titulos accepit Principis Delphini Viennenſis, Comitis de Albone, &c. an. 1283. ſic itaque efformat tertium domus Delphinatus ſurculum. Cuius agnomen de Turri nondum aduerteramus ſuprà Pag. 388. Attamen creditur diſcrepaſſe à familia Roberti de Turre Archiepiſcopi 90. Lugdunenſis[k], ex Foreſiorum Comitibus. Præfatus autem Humbertus adeò ægrè tulit Annæ obitum, quòd Ordinem Carthuſianum profeſſus fuerit in Monaſterio Vallis S. Mariæ Dienſis territorij. Vterque autem tres maſculos procreauit ex Quercetano pa. 668. licèt vnicū duntaxat ex Paradino ſuprà. } H

k to 2. pa. 667.

3 Catharina Delphina ſolo nomine apud Quercet. Cuius fœminę loco ponitur à Parad. Ælis vxorata Amedeo 4. Comiti Sabaudię, qui tamen nupſit aliàs ex ij ſomer mutatis pagellis 616. editionis anni 1606. At quādò ſcripſimus pa. 388. quòd ſit filia anonyma, vxor Amedei 3 Sabaudiani: certè locus Claudij nimis vniuerſim loquitur de filia Comitis de Albone, nec profert cuius illa eſſet partis. Vnde vix tutò iſtic quadrat. Alia prior editio Paradini eſt ſine Data.

Gen. 10

H { 1 Ioannes Delphinus, non mox primus, vt ſuprà pa. cit. ex Parad. at ſecundus nominis in Quercet. cœpit Delphinatum adminiſtrare circa an. 1294. Vxor eius ſ[illegible]rat lubēnùs Beatrix filia Regis Hungariæ quā Caroli 2. Regis Siciliæ & Mariæ de Hungaria, pa. 669. Obiit an. 1319. Et vxor pie Monialis viuebat an. adhuc 1343. Horū duo maſculi, totidemq; filiæ, diſtincto infrà Nu. Ad octo ſecundùm alios. } I
2 Henricus Delphinus Epiſc. Metēſis, ex vtroque Authore filius Annæ 2. &c. Illic ſedens ab an. 1319. ex Chenutio in Me. ſium Antiſtitum catalogo Nu 68.

Verùm

Verùm Paradinus inter filios præmiſſi Ioannis 2. ſtatuit alium præterea Henricũ, etiã Metenſem Epiſc. Idem quoque teſtari videntur antiquæ mẽbranæ nobiliſſimæ domus S. Ferreoli ſeu Ferralij, *S. Forgeul.* Qui alter Henricus foret ergo nepos prioris Epiſc. At Metis non niſi vnicus Henricus Delphinus Præſul apparuit.

3 Guy I. Delphinus Eques Templarius ex religioſo voto, iuxta ſolitarium Quercet.

an. 38. 1 Guygo V. iuxta Quercetanum, vel ſextus ſecundùm mentem aut plures textus Paradini, hæres cùm eſſet paternus in prima adoleſcentia, Henricus ſuprà Epiſcopus patruus ipſius tutelam & gubernacula Delphinatus adminiſtrauit ab an. 1320. Is vir factus bellum iniit aduersùs Amedeum 8. Sabaudiæ, filium Amedei 2. Comitis, ac Ducẽ

Gen. 2. t. cum aduersùs Guichardum 5. Dominum Bellioci. At breui concordata mutuis chirographis celebrarunt an. 1327. ex Quercetano [l]. Qui Author adijcit vxorem eiuſdem extitiſſe quidem Yſabellam Franciæ, filiam Regis Philippi 5. Longi. Sed dum narrat eandem vocari Blancam in Curiæ Regiſtris, & Mariã in Tilij chronico: ſanè Tillius nullam Mariam promit in ſuis Optimatibus pag. 136. multóque minùs in breuiore chronico. At diſtinguit duo priora nomina in diuiſas perſonas: nimirum Yſabellam

I fuiſſe tertiã Regis filiam præfato Guidoni conceſſam. Deinde Blancam quarto loco natam, profeſſam Monialem in Longo-Cãpo, Abbatia Diœceſis Pariſienſis, vigiliã Purificationis B. Mariæ an. 1317. ibique mortuam 26. Aprilis 1358 [m]. Sed is Delphinus renouato in Sabaudum bello, mortifero ictu deceſſit in prælio 26. Auguſti 1333 [n]. Sepultus Gratianopoli, ſine liberis.

[l] pa. 671.
[m] Nos alia pa. 188. finali §. 11.
[n] Quercet. p. 672.

2 Humbertus Delphinus veriùs mox tertius nominis, quàm ſecundus, ex allegatis ſuprà Generatione 4. vxorem duxit Mariam filiam Bertrandi *de Baux* Comitis de Monte-Campo, vulgò *Mont-Champ*, & Beatricis Siciliæ, filiæ Caroli 2. Regis Siciliani, ac Mariæ Hungariæ. Ex qua maritali copula natus quidem fuerat Adrianus ſeu Andreas 2. Verùm deceſſit paruus 11. Iulij an. 1338. iuxta Quercetanum. Attamen Paradin. in poſteriore Affinitatum ſuarum editione repetit ſolus [o] eundem Humbertum deſponſaſſe præfatam regiam Mariam, & prole tandem caruiſſe. Cuius parentis poſtea exitus fusè ſuprà liquet pa. 389. & infrà paſſim in commentariolis poſt eius ſorores.

[o] 1606. p. 304

3 Beatrix Delphina coniuncta viro Hugoni Cabilonenſi Domino *d'Arlay*.

4 N. anonyma Delphina. Ambæ mulieres ex ſolo Quercet. pa. 670. Atque in hoc Humberto 3 & ſuis collateralibus eſt finis Delphinorum apud Quercetanum, quoniam ille Princeps factus Monachus bona ſua venditione tranſtulit ad Franciæ Reges. De quo facto nos ſuperiùs pa. cit. & quædam obiter infrà, eo moriente 22. Maij 1355. Sed ex Chartis D. de *S. Forgeulx* in Diœceſi Lugdunenſi Henricus ille nactus eſt adhuc fratres de Albone Guyonem 2. & Guilelmum, necnon quibuſdam Henricũ Epiſc. cit. pa. 388. Sed in ipſo Guyone pa. eâdem, lineâ 28. loco an. 1488. lege an. 1388.

an. 39. Quod ſpectat exactiùs ad præfatum Humbertum 3. ſuas ditiones tradentem, venditionis contractus habitus eſt pro ſumma quadraginta millescutorum aureorum, vna vice, & decem mille florenos annuæ penſionis pro vita & ſtatu ſuæ perſonæ, ex Noſtradamo in Prouinciæ hiſtoria [p]. Quercetanus verò narrat, quòd Philippus 6. Valeſius Rex donum acceptans, pollicebatur aliunde Humberto ſummam centum & viginti mille florenorum intra triennium ſoluendorum, ac decem mille libras annui prouentus Beatrici Hungariæ matri ipſius Humberti cum dote, qualia filius eidem annoſæ promiſerat. Sed quando, & cui perſonæ hæc facta bonorum traditio, Author rem geſtam eſſe dicit an. 1343. in gratiam Philippi 4. [q] filij præmiſſi Valeſij, vel vni ex filiis Ioannis Regis, qui Ioannes erat Valeſij primogenitus [r]. Et dum paulò poſt dictator renouat, quòd Humbertus an. 1349. profitendo Lugduni profitebatur Ordinem Dominicanum in Conuentu, tunc eam tranſlationem confirmarit *à Charles fils aiſné de Iean Duc de Normandie* 6. Iulij, qui fuit primus Delphinus domus Franciæ: ſanè noli proinde arbitrari Authorem à priori diſceſſiſſe ſententia, aut de aliis hominum generibus loquutum. At ſenſus eſt homonymiæ, quòd Carolus primogenitus in adepto poſtea ſceptro dictus quintus, antea erat in appennagio Dux Northmanniæ, teſte Paradino [ſ], paritérque eius genitor Ioannes ante ſuam ad regnum inaugurationem viuente parente Valeſio fuerat Dux. Anno autem ſequenti milleſimo trecenteſimo quinquageſimo, die vigeſimo octauo Auguſti ceſſit mundo Valeſius. Iſta latiùs exponunt paragraphum ſeu commentarium trigeſimum tertium paginæ trecenteſimæ octuageſimæ nonæ. Deinde paragraphus decimus quintus confirmat ſatis ex documentis domus *de S. Forgeul*, Guyonem & Guilelmum extitiſſe verè fratres præfati Humberti tertij Principis vnà cum Henrico cit. alio tamen, aut alterius vitæ

[p] pa. 677.
[q] Tillius in Optim. p. 138
[r] Querc. pag. 676.
[ſ] sua edit. cit. pa. 304.

Diœceſis Lugdunenſis, Dominam *du Sauſay,&c. ad eoſdem Belliioc.ſub Diœceſi Matiſconen.* Nam regio in ſpiritualibus bifida eſt. Atque hîc indicatur ſituis illius gentis ad vltimos noſtros vſque dies.

Art.44. Pag.418.ad extremum lineâ 22.loco *hocin volumine*,ex textu, lege *in priore typographia*. Et dele iſtam è regione marginem,Nu.83.§.3.final.

Appendix diſtincta pro Artic. 40.

De genealogus Canonicorum Lugd. Hic ſeorſum monemus,quòd Paginâ 291.extremâ & pag.292. inchoante huiuſce Tomi ponitur Carolus 2. Dux 8. Borbonius Romæ mortuus an.1527. Nunc tamen obiter adijcimus ei natam eſſe filiam naturalem ex libero & libera genitam, nomine Catharinam de Borbonio: quæ quidem fuerat vxor legitima nobiliſſimi Bertrandi de Salemart,Dynaſtæ *de Reßiz*, Equitis Torquati,Camerarij ipſius Principis Regij ſeminis Soceri ſui, vulgò *Gentilhomme de la Chambre,&c.* Qui Bertrandus ac vxor fuerant progenitores tritaui nobilis Claudij 4.nominis familiæ *de Reßiz*, degens Canonicus Sacriſta Comes illuſtris Eccleſiæ primæ Galliarum Lugdunenſis,ex reſignatione patrui nuper vitâ functi Claudij 3.Frater minor natu Godefridi vulgò *Geoffroy*, Dynaſtæ *de Reſsiz,La Fay,Malcheſal,Cheraſsinon,Monfort, & la Roche Pragolet*,à die 23. Decembr.1598. ex Capitulari volumine 600.à folio 247.ad 253.Cuius ac nonnullorum certè ex reliquis Eccleſiæ Comitibus,maximè vitâ fruentibus, ac nuper etiam defunctis,genealogias nobilitatis hauſimus egregias ex Archiuis Baſilicæ. Verùm tandem pia ac prudens eorundem Illuſtrium modeſtia calamum noſtrum retraxit, detinuit & cohibuit,ne talia hoc ſitu ad integrum tam citò in lucem ederemus. Perfunctoriè tamen pauciſſimos ex vno duntaxat gentis cuiuſque trunco poſthac Tomo altero aperimus: vt potè

Paradigmata quædam alibi tradenda. phenomena ſaltem propaginum *de Cremeaux & de Symiennes* ad calcem Archipræſulatus Bituricenſis in arbore nobilium *de Mitte*; inſuper titulum familiæ *de Gibertés*,Numero 47. Tabulæ Laudunenſis;domum *de Faulquier de Vitrey* in renouato Baufrementio 38. Trecenſi, & 55.Albigenſi ſub Amboſia; radicem *de la Faye* Numero 89. Auxitano cum Trimollia;ſurculum *de Foudras*, Num.51.Agathenſi ac 66.Anicienſi in Guichia; ſtipitem de Saconeyo ad Chartam 90.Viennenſem pro Nantone;ſobolem de Salorneyo Num. 39. Cabilonenſi reſtituto;progeniem de Salluciis Num. 54. Valentinenſi & in Mimatenſibus, &c. præter familias *de Rebé & d'Eſtaing* ex Comitibus Lugdunenſibus ad eximios Epiſcopatus euectas cum duplici ampla geneſi, ſub finem Catalogorum Narbonenſis ac Claromontani: necnon citra alios plures iam ſuprà Lugduni collocatos Numeris 94.& 122.

F I N.

SINGVLARIS RERVM OMNIVM

HOC IN OPERE LVGDVNENSI CONTENTARVM

Elenchus, vnà cum Principum, Vrbium, Conciliorum, & Authorum nominibus, quibus hîc vſi ſumus: equidem opportuniùs & exactiùs ad ſua quæque loca reuocatis, quàm credatur ſola eorundem in aliorum libris ſeorſum facta ſolita appellatio.

Illic litera p. paginarum deſignat principium : m. medium : f. finem ſeu prope calcem.

A

Aron Martyr Chriſti. 24.f.
Aaron Rex Perſarum. 175.f.176.p.
Abaëlardus Author. 228.m.
Abbas Belleuillæ & Abbatia.247.p.263.m.281 p.282.325.f. Vide *Bellenillæ.*
Abbas de Iugo Dei. 263.m.279.f.282.m.
Abbas Vehelanus. 238.p.
Abbas Vrſpergenſis.
Abbatia Athanatenſis Lugduni eiúſque Abbates.7.m.51.p.119.p.157.p.197. m.236.f. 323.p.325.m.381.m.
Abbatia Caſæ Dei. 220.m.225.p.
Abbatia Cluniacenſis.99.f.100.p.128.f.& Abbates. 244.m.
Abbatia Floriacenſis. 170. m. Vide *Floriacenſis.*
Abbatia Inſulæ Barbaræ & Abbates. 6.15.44 m.172.m.173.261.347.eius fundatio.6 21 Officiarij & Priores rurales.300. Vide *Inſula barbara.*
Abbatia Monialium S. Petri Lugdun. 148.m. fundata.149.152.157.167. Vide *Moniales.*
Abbatia S.Eugendi ſeu Iurenſis. 136.p.
Abbas S.Iuſti Lugdunenſis. 134. p. 141. f. & quando ſeiunctus, aut quando ſimul ad perſonam Archiep. 253.f.
Abbatia Sauigniaci.157.m.181.267.m.349.f. 392.m.393.p.
Abbatia Saxiaci. 276.f.
Abbatia S.Quintini. 234.p.
Abbatia S.Rigaldi. 99.f.
Abrahamus Patriarcha. 8.m.
Abrogatio Legis quid. 353
Abſtinentus, quæ vox appellatiua. 21.f.
Abundius Sanctus. 41.m.
Acca Epiſcopus. 169.m.
Acatius Epiſc.in Ægypto. 38.f.
Achardus Epiſc.Cabilonenſis. 210.f.211.m.
Accidentia corporum maximè in Euchariſtia. 145
Achatius Epiſcopus. 126.f.127.p.
Acladius Epiſc.Niuern. 107.m.
Adalgarius Auguſtodunenſis Epiſc. 188.m.
Adalgarus Epiſc.Eduenſis. 187.p.189.f.
Adami primi arbitrium. 81.p.
Addo Archiep. Lugdunenſis. 171
Addo Niuernenſis Epiſcopus. 187.p.
Admaldus Rex. 120.p.
Admiralius Franciæ. 366.m.397.m.
Ado Viennenſis Author.2.3.10.p.17.f. 43. m. 50.m.74.m.98.f.167.p.170.f.171.172.390.
Alius Ado ſcriptor Treuerenſis. 13
Adoualdus Rex Longobald. 120.f.
Adrianus PP.I. 98.f.IV.245.p.249.f.
Ædificia multa pro Eccleſia Lugdunenſi.264 365
Ægidius Magnus quis. 304.p.338.f.397
Ægyptus. 26.p.
Æmericus Archiep.Lugdun. 268
Æmilius Author.122.f.135.m.170.178.202.p. 249.f.362.f.
Ætherius Archiep.Lugdun.116.117.119.f.120 m.125.m.eius obitus.120. Alij eius nominis Epiſc. 120.m.
Ætherius Epiſcop.alienigena. 61.f.
Africanum oppidum. 63.p.
Africanus S.Archiep.Lugdun. 63 64.m. 121 m.
Agano Epiſcop.Eduenſis. 174 221.p.
Aganulphus Epiſc.Gabalen. 187.m.
Agathenſe Concilium. 190.m.101.m.
Agatho PP. 87.m. 115.m.
Agaunum vrbs duplex & Monaſterium.73.74 p.75.p.
Aggo Epiſc. Narbonenſ. 193.f.
Agobardus Archiepiſcop. Lugdunenſis, 173.m.177

Agilma

Agilmarus Epiſcop. Aluernen. 187.p.
Aglimarus Epiſcop. Viennen. 98.f.179.f.
Agnellus Epiſc. Tridentin. 121.m.
Agnes vxorata. 289.m.
Agomarus Epiſc. Syluanect. 128.p.
Agricola Epiſc. Cabilonen. 92.f.93.f.107.m. 111.p.113.m.118.p.128.p.
Agrinus Epiſc. Lingonenſis XII. 193.m.
Aychardus Epiſc. Cabilonenſis. 211
Aymardus Abbas Cluniani. 328.f.
Aimonius Author. 202.m.235.m. vide *Annonius.*
Ainardus Epiſcop. Viennenſ. 257.p.
Aix & Ax, vrbes Galliæ. 93.m.
Alani plures *de Rohan* Principes. 369
Albani S. villa in Mariſconenſibus. 193.m.
Albani & Albania Regio. 41.f.item
Alba & Albauum vrbes. ibidem
Albanus S. quis. 41.f.
Albericus Aulicus. 208.f.
Albertus Belieurius Archiepiſcop. Lugdunenſis. 413
Albina Sancta Lugduni 2.m: Aliæ. 35.m. Albini alij & per hos mira. 35
Albinus Sanctus Archiepiſc. Lugd. 34.35.167. p. eius corpus vbi iacet. 34.m.
Albinus Epiſcop. Andegauen. 80.m.
Albinus Imperator. 19.p.
Albonenſes Comites: 359.p. & eorum genealogia. à pag. 385. vſque ad 400.
Alcherius Epiſcop. Gratianop. 195.m.
Alcuinus Doctor. 28.p.180.m.
Alcfridus Rex Angliæ. 123
Aldricus Vercellenſis Epiſc. 204.f.
Alexander Imperator. 15.f.
Alexander. II. PP. 201.p.210.p.216.f. 249.f. III. 137.f.248.f.252.m.255.m. IV. 272.f. & VI. 154.p.296.p.366.m.368.p.
Alexandri duo Sancti Martyres Lugduni eodem tempore. 2.m.5.p.16.m.
Alexandri Sancti corpus vbi. 16.p.347.m. 348.349
Alexandria vrbs & Martyres. ibi. 26.m.
Alexandrini populi. 14.p. ciuitas. 26.p.
Alirbius vbi Epiſcopus. 29.f
Aliſachar Bellicenſis Epiſc. 193.m.
Alix de Bellijoco. 290
Allobroges qui homines. 70.m.95.m.
Almardus Abbas Diuionen. 207.p.223.p.
Almaricus Epiſc. Turonenſ. 207.f.
Almaricus Oſtienſis Epiſc. 241.p.
Almutia Eccleſiarum. 345.373
Alpes montes. 94.m.157.f.
Alphonſus Rex Caſtiliæ. 283.m.397
Alius. ibid. poſt.
Alpiades mulier adultera. 166.m.
Altare Beatæ Mariæ in Eccleſia Lugdun. 243.m.
Altare cum Baſilica. 19.m.
Altare maius Cathedralis Eccleſiæ Lugdunenſis tripliciter conſecratum. 270. 410. quoties dirutum ac reſtitutum. 171. m. Et ſimile demolitur repoſitúmque in Eccleſia Collegiali S. Nicetij Lugduni. 160
Altare ſacrum, corporeum & metaphoricum. 73
Aluualo Archiepiſc. Lugdunen. 183.p.192
Amacharius Epiſcop. Autricæ. 111.p.
Amalarius Epiſcop. Treuetenſis. 180.m.
Amanziaco Canonici Lugdunenſis familia. 345.m. 332.p. 359. 360.f. 361.p. 364.f. 378.m.
Amandus Epiſcopus Burdig. 29.f.
Amaricus Comes. 326.f.
Amatus Epiſcopus. 222.f
Ambaſia potens familia. 296.366. & duo eius Cardinales. 296
Amberiacum pagus. 238.p
Ambroſius Epiſcopus Trecenſ. 93.p.
Ambroſius Sanctus Doctor. 33.p.57.p.73.m. 87.m.89.m.144.m. Et Epiſcopus. 22.p.
Amedei Sabaudiæ Principes. 240.m.263.m. 290.f.
Amedeus alius de Belli-ioco. 289
Amedeus I. Archiepiſcopus Lugd. 242.243. 330.358.p
Amedeus Sabaudiæ, deinde Antipapa. 357.f. 362.m.
Amedeus Maurianenſis Epiſcop. 273.f.
Amedeus Salluciarum Cardinal. 343
Amico Epiſc. Terent. 200.m.
Ammon quis homo. 26.m.
Ammon alius Sanctus. 26.p.
Ammon quid ſit. 17.p.
Amulo Archiepiſc. Lugdun. 179.183.m.
Anachoretæ Lugdunenſis poſtea Archiepiſcopi. 32.f.43.m.44.m.83.84.p.90.m.77. 127. vide *Archiepiſcopi.*
Anacletus II. Antipapa. 231.m.242.m.
Anacletus S. Papa. 47.p.406.p.
Analdus quis Archiepiſcopus. 206
Anathema quid. 621
Anaſtaſius Bibliothecarius author. 167.m.
Anaſtaſius IV. Pap. 249.f.
Anaſtaſius Imperator in marg. 90.m.
Anchericus Archiepiſc. Lugdun. 294
Andeolus & Andochus Sancti. 19.p.
Andinus Epiſc. Rothomagen. 145.m.
Andoënus Epiſcopus. 140.m.168.p.
Andreas d'Eſpinay Archiepiſcopus Lugdunenſis. 365.367.378
Andreas Quercetanus author. 10.p. 221.f. 228.m.239.m.
Angeli quales. 15.p.18.m.88.m.
Angelus Sanctus Cuſtos ſingulorum hominum. 375.427
Angli Epiſcopi. 224
Anglia. 124.392.m. bellicoſa in Fräcos. 288.f.

Angradus author. 165.f.
Anicetus S.Papa. 17.f.86.p.
Anitium vrbs. 52.f.
Anilcarius Sagienſis Epiſcopus. 139.m.
Anna Belli-joci.294. m. & Anna Borbonia. 323
Anna Delphina Viennenſis. 388.p.
Alia Delphina,eriã domina Bellijoci. 323.m.
Anna Comitiſſa Boloniæ. 328.f.
Anna S. Mater eiuſque reliquiæ propè Lugdunum. 6.f.24.m.
Annales Baronij. 140.p.206.m.
Annemundus S. Archiepiſcopus Lugdun. 40. f.145.mors ipſius.147.148. miracula, ibidem & 159. eius corporis releuatio.160. vbi iacet.147.161. m. controuerſiæ de eo. 156.m.
Anni quomodo ſcribendi. 237
Anni ſedentium Pontificum quomodo numerandi aut reformandi. 250
Anniuerſaria multa in Eccleſia Lugdun. 129. 264 313.314.323.326
Annobertus Senonenſis Epiſcopus. 141.f.
Annonius author & eius ſeculum.120.p.125. f.136.m.183.m.188.m.vide *Aimoinus*.
Anolus vbi Epiſcopus. 93.m.
Anſa quæ vrbs,nominiſque myſteria. 200
Anſanum Concilium I. 51.p.200.II.231
Anſbertus Rector Monachorum Fontanell. 166.p.
Anſegiſus ſiue Auſegilus Primatum ambiens. 188.m.
Anſelmus Epiſcop.Auguſt. 200.m.
Anſelmi viri clari tres. 229
Anſelmus S.Archiepiſcop.Angliæ.217.m.222. f. 223. m. 225. 250. m. eius obitus. 226. ac eius opera. 224.p.225.p.228
Anſelmus Lemonicen.Epiſcopus. 186.f.
Anſericus Epiſcopus. 128.p.129.m
Antemius Imperator. 90.m.
Antherus Archiepiſc. Lugdunen. 36.37
Antidius vbi Epiſcopus. 37.p.
Antiochia vrbs. 66.m.
Antiochus Patricius. 38.m.
Antiochus Sanctus Archiepiſ.Lugdunen. 37. 38 39
Antoninus Sanctus Archiepiſc.Florent. Author, 1.m.15.p.131.p.146 p.164.m.166.p. 202.m.208.p.234.f.238.m. 240.m. 250.p. 297.p.305 p.365.f.
Antonini multi Imperatores huius nominis.2. 8.m.18.p.19.p.200.p.
Antonius d'Albon Archiep. Lugdun. 17.m. 384.antea Abbas Inſulæ. 396.p.398
Antonius de Bellijoco. 289.m.290
Antonius de *Giberts*. 418.m.
Antonius de Chalant Archiepiſc. Tarentaſienſis. 325.p
Antonius Epiſcopus. 93.p
Antonius à Prato Cardinal. 189.p
Apagathus S.Martyr. 2.m.
Apollinaris Epiſc.Valentin. 71.f.
Appellatio ad Papam. 107.m.
Apolonia vrbs & plures ciuitates eiuſdem appellationis. 91
Apollonius S.Epiſcopus. 91.m.
Aquæ potus per aliquem Archiepiſc. Lugdunenſem. 425
Aquenſes duo Epiſcopatus. 93.m.
Aquenſes ſeu Aquarum Sextiarum Archiepiſcopatus. 44.p.93.m.94.m.
Aquenſis vrbs.78.m.& Epiſcopus. 93.m.94. m.96.f.
Aquileia vrbs in ſuo Concilio. 34.p.
Aquilinus Martyr. 176.m.
Aquitania. 75.f.93.m.94.m.
Arar fluuius. 25.m.
Arauſicanum Concilium I. 45.II.80.
Archadius Archiepiſcop. Bituricenſ. 135.p.
Archidiaconus Lugdunen.314. vnus Sanctus miraculis. 59
Archiepiſcopi antiquiores Biſuntini. 134.f. 136.f.
Archiepiſcopatus Lugdunenſis antiquitas. 175.p.189.m.
Archiepiſcopatus Lugdunenſis quando vacarit. 170
Archiepiſcopatus Viennenſis. 257.258
Archiepiſcopi Lugdunenſes antea Monachi aut Abbates religioſiſſimi. 51. f. 358. vide *Anachoreta*.
Archiepiſcopi antiqui Lugdunen. quot ſepulti ſint in Eccleſia ſancti Niceiij. 56.m.
Archiepiſcoporum Lugdunenſium iura temporalia in Canonicos Cathedrales. 85 336
Archiepiſcopos quoſdam ſediſſe in Conciliis poſt ſuos Suffraganeos.85. & quare olim nominati tantùm Epiſcopi. ibid.
Archiepiſcopus Lugdunenſis nuper dictus Primas Galliæ Pariſiis. 414
Archaldus Epiſcop.Tullen. 187.m.
Archimbaldus nobilis. 340.p.
Archiuæ Lugdunenſ.Eccleſiæ. 241.m.
Aredius Epiſcopus. 93.m.
Arelarenſe Concilium III. 61
Arelatenſis Primatus.95. Epiſcopatus. 185 & Arelate vrbs. 21.f.54.m.
Ariani hæretici. 33.f.63.f.
Aribaldus Epiſcop. Treuien. 200.m.
Aridius Archiepiſcopus Lugdunen.34.m.120. m.125.f.130.p.131.p.301.m.
Aridius Epiſcop. Lemouicen. 132.f.
Armaignac potens familia. 371
Armannus Epiſcop. 99.m.
Armentarius Epiſcopus. 139.m.142.p.145.m.
Armorici qui. 369
Arnaldus Abbas S.Petriviui. 220.f.

Arnou

Arnoudus Decanus. 268 f.
Arnulphus Epiſ.Metenſis. 128.p.
Arnulphus Sueſſionenſis Epiſcopus. 221.p. 238.f.
Arnulphus Patriarcha. 235.m. Alius presbyter, ibid. deinde Antiſtes & tandem Eremita illic: item alius præceptor Regis Dagoberti. ibid.
Arnulphus Archiepiſcop. Lugdun. aliàs Arnaldus. 215.216.235
Atticus Lauſan.Epiſc. 139.m.
d'Ars Canonicus. 336.m.359.p.
Arſacius Sacerdos. 101.f.
Artaldus Epiſcopus Rhemenſis. 194.f.
Artaldus duplex Comes Lugdunenſis. 198.m. 202.p.278.p.
Artemia mater diui Nicetij. 106.m
Artemij duo Epiſcopi. 29.f.111.p.114.f.
Aruerniæ Comitatus. 281.m. 328.f. 329.f.
Aſinio Epiſcopus Dienſis. 313
Aſterius Sanctus. 41.m.
Athanaſius S.Author. 12.f.15.p.22.p. 272.m. 24.30.41.m.189.m.
Athenatenſes martyres. 4.p.
Atrebatenſes populi. 390.391.392
Attalus S.Martyr.Lugdunenſ. 2.m.4.m.
Aubertus quis Rex. 130.m.
Audebertus Epiſcopus Pariſienſis. 139.f.
Audemarus Bononiæ Epiſcop. 126.f.
Audericus Auſcenſ.Epiſcop. 128.m.
Audinus ſiue Audoënus Epiſcop. Rothomag. 539.m.140.m.
Audo Epiſcop.Aurelianen. 139.m.
Auennica vrbs. 35.m.
Augium vrbs. 391
Auguſtinus Anglus Epiſcop.
Auguſtinus S.Doctor & Author. 23.f.45.f.47. m.81.f.83.90.p.101.m.230.
Auguſtiniani Lugdun. 567.m.216
Auitus Epiſcopus Viennenſis. 67.71.f. 74.f.
Aumalius Princeps. 397
Aurelianenſe Concilium III. 85.90.m.& quartum ac quintum. 92.106
Aurelianenſe Concilium prouinciale multiplex. 92.m.
Aurelianenſis Epiſcopatus. 54.57.m.
Aurelianum vrbs. 147
Aurelianus Archiepiſcopus Lugdunenſis. 65. 574.f.182.m. 585.m. Alius huius nominis. 185
Aurelianus Epiſcop. Ventienſ. 539.m.
Aurelianus Imperator. 20.f.
Aurelius Imperator. 3.m.8.p.10.p.20.p.71.m. 92.m.
Aurelius Arelatenſis Archiepiſcopus. 93.m. 185.p.
Aurifriſium quid ſit. 229.f.
Auſaricus Epiſcopus Sueſſionen. 129.m.
Auſpicius vbi Epiſcopus. 128.p.129.p.
Auſterius Archiepiſcop.Lugdunen. 593.194.
Auſtraſia quæ Regio. 130.m.
Auſtregiſillus Epiſcopus. 119.p. 128.f. 365.p.
Autcharius Epiſcop.Sueſſion. 129.m.
Authoris mens.pag. 53.m.14.m.81.p.105.107. p.226.315.m.Eius Opera.150.f.151.p.369. f.430.& vlt.Nomen. 418.f.
Auxilia de Belli-joco. 279.p.
Auxianus ſeu Auccianus Epiſcop. 61.p.
Auxitanus Archiepiſcopatus. 93.m.94. m.96.
Aymardus Archiepiſc.Viennenſ. 248.m.
Aymarus Archiepiſcopus Lugdun. 299.
Ayminus Abbas. 195.m.
Azorius Author. 353.m.

B

Bacchalarij Canonici Lugdunenſes. 377
Balarim quis ſit. 358
Baldomerus Confeſſor. 133.134.m.140.p.
Baldulphus S.Abbas Attanat. 243.m.
Balma viri Canonici Lugdu. 318.321.m.330. m.355.p.365.p.
Baudomerus ſeu Daudomerus Epiſco.Tarentaſienſis. 139.545.m.
Baptiſmus non iterandus. 22.m.
Baptiſta Ignatius Author.
de la Barge Canonic. Lugdun. 378.402.m. 410.p.
Barlaam Sanctus. 26.f.
Baronia Eccleſiæ Lugdunenſis. 916.p.
Baronius Author. 2.f.3.m.8.p.10.p.20.p.21.p. 23.p.26.p.28.m. 33.p.41.p. 55.m.78.p. 90. m.120.f.122.f.127.p.[illegible]3.185.f.206.m.238. m.254
Battali, *vide Vincentius.*
Bartholomæus S.Apoſtolus. 41.f.
Baſilea vrbs. 362.f.364
Baſilica, *vide Altare.*
Baſilius Presbyter. 41.m.
Baſilius Doctor Cæſarienſ.Epiſcop. 87.m.88. f.89
Baſilius Glandetenſis Epiſc. 93.m.
Baſina Religioſa. 117.m.
Bathildis Sancta. 122. m, 164.m. vt peccauit. 145.p.ſanctior.
Bauduinus de Belli-joco. 270.p.
Bauduuini Flandriæ Comites. 228.278. p. 282.p.
Beatus, vir Epiſcopus. 93.m.
Bercenſe Cœnobium. 223.m 226.m.
Beda Sanctus Author. 51.f.24.f.33.p.90.m. 120.m.125.p.ſeculum. 126
Belforeſius Author. 114.f.
Belieurij familia. 152.p.360.f.363.

Bella

Bella Ethnicorum in Chriſtianos Martyres. 1.2.3.4.5. p. 18 f. item ex Catholicis inter Francos & Anglos, 259
Bella in prouincia Lugdunenſi. 171.p.
Bella in Hæreticos. 399
Bellarminus Author in margin. 13.p. & textu 22.p.62.m.63.p.228.m.299.p.
Belleuillæ Eccleſia conſecrata. 254.f.vide *Abbas.*
Belliocenſium truncus.178.m.horum primatij. 233.f.280.282.284.285.286.287.291
Bellomons duæ vrbes. 75.f.
Bellum aliud ſacrum in Turcas. 272.298.
Belna vrbs. 70.p.76.p.
Belnenſe Concilium quale. 69.f.70.71
Benedictus I.Papa. 119.m.
Benedicti Sancti monaſteria. 2.p.3.f.322.p.
Benedictus XI.Antipapa. 363.p.
Benedictus II. Abbas Inſulæ Barbaræ. 172.f.
Benedictus Abbas caput Ordinis. 104.f.
Benedictus Cardinalis. 306.m.
Benedictus VII.Papa.44.p.IX.210 p.X.305.p. XI.305.m.XII.325.f. ac XIII. in ſchiſmate. 341.m.
Benignus Sanctus. 19.f.71.m. eius monaſterium. 223.p.
Beraldus Archiep.ſ. Lugdun. 305.307.369
Beraldus Verdun. Epiſcop. 187.p.
Beraudus duplex de Belli-joco. 214.p.278. m.281.f.
Berecthualdus Epiſc.Anglus. 170.m.
Berengarij duo excommunicati. 194
Berionis Notarius publicus. 159.f
Bermundus Ebredun. Epiſc. 186.f.
Bernardus Archiepiſc.Lugdun. 193.196
Bernardus Carthuſianus. 235.m.237.m. 263.m.
Bernardus de Anduſio. 262.p.
Bernardus de Ponto Cardinal. 331
Bernaldus Archiep.Viennenſis. 177.p.178.m. 179.m.
Bernardus Epiſco. Matiſcon. 182.m.236.m. Alius alibi Epiſcop.178.m.Alius Abbas.187. m.216.f.
Bernardus S.Claraual. 53.m.233.p.234.237. f.238.239.241.332
Bernardus Epiſcop. Gratianop. 187 p
Bernonus vbi Epiſcopus. 177.m.
Bernenſes ciues. 76.m.
Berta Regina. 202.f.219.f.
Bertegrannus Epiſcopus. 114.f.117.m.
Bertegiſelus Carnotenſis Epiſcop. 128.p.
Bertenci duo Archiepiſ.Vienn. 98.m.
Bertinus Sanctus. 227.m.
Bertoaldus vbi Epiſcop. 128.p.139.m.
Bertofredus Ambian.Epiſcopus. 139.m.
Bertrada Regina. 219.f.
Bertrandi Comites. 329.f.330
Bertrandus Epiſc.Eduenſ. 330.m.
Beſſia Martyr. 176.m.
Bethulius Martyr. 176.m.
Bethune vrbs & familia. 372.m.
Betto Foroiulien.Epiſcop. 139.m.
Biblidis Sancta. 2.p.
Bibliotheca Benedictina, Opus. 223.f. vide *Andreas Quercetanus.*
Billonius oppidum. 304
Binſius author vulgò *de la Bigne.* 213.p.
Birico Epiſcop.Vuapincen. 187.p.
Biſcop Anglus. 122.m.
Biſuntini veteres Epiſcopi. 134.136.f.354.m.
Bituricenſis Archiepiſcopatus. 93.m. 94.m. 96.f
Biturigum Primaria, 94.m.231
Blanconus Franciſcan.Author. 269.p.
Blanca de Bellioco. 287.p.
Blanca Regina Franciæ. 282.f.283.m.
Boloniæ familia & gens. 326.& 329
Blaſtus hæreticus. 11.m.12.f.
Bohemia Regio. 363.f.Rex.270.m.
Bona Eccleſiæ Lugdunenſis olim communia. 266
Bona Eccleſiæ non alienanda.339. alia ipſius immobilia. 101
Bonauentura Sanctus. 41.f.
Bonifacius Papa IV.121.f.V.143.m.VIII.256. p.305.m.309.p.310.m.311.m.314.m.
Bonifacius Aſtenſis Archiep. 324.f.
Bononiæ ſiue Boloniæ vrbs duplex.326.f.327. 330.335.p.eius Comites. 328
Borbonia familia Regia. 152.p.289.290.291. 292.293.360.362.390
Boſco Author. 4.p.98.p.99.p.169.f.179.m. 211.p.247.m.
Boſo quis Princeps.191.p.192.f.309.p.385.m. vide *Floriacenſis.*
Βοτὴ quid ſit. 27.p.
Brennius Comes quis. 253.p.383.m.
Breſſia Regio Franciæ. 249.m.373
Breuiarium Cameræ,quale. 2.9.m.19.p.32. m.36.p.53.m.73 m.80.p.126
de Breul Author. 140.p.141.f.
Britannia maior Inſularis. 24.f.25.p.
Britannia minor non Inſula. 10.p.329.m.368. f.ac duces.370.m.
Brunichildis Regina. 55.m.120.m.121.m.122. f.124.f.130.m.143.f.
Bruno Epiſcopus. 137.f.205.p.
Bruſcius Author. 27.f.
Bugnonius Author. 240.m
Bulla I.pro primatu Lugdunenſi. 212.249.II. 212.III.214.IV.221.V.235.VI.237.VII. 242.VIII.244.IX.249.X.320
Bullæ Papales aliæ pro Eccleſia Lugdunenſi. 217.220.272.276.375
Bullæ Archiepiſcoporum Lugdunenſium,152. 153.155.274
Burchardi plures Archiepiſcopi. 50.f.

Bur

Burchardi quot varij Epiſcopi. 27.f.199.m. 203.m.204.
Burchardus Archiep. Viennæ. 99.m.200.m.
Burchardus Princeps laicus. 202
Burchardus ſenior Archiepiſc. Lugduni. 198. itémque iunior prætenſus. ibidem & 204. 209.f.
Bordegalenſis Archiepiſcopatus. 92.m.94.m 96.f. an Primatus. 383.m.
Burgundia. 70.m.182.p.190.245.m.315.f.373. m. ea triplex. 385.386.f. vide *Ducíſſa*.
Burgundiæ Duces nonnulli. 195.p.270.f.273
de Buſſeul Canonicus Lugdunenſis. 266.m. 383.m.

C

CAbilitana ciuitas. 52.m.
Cabillonum & Cabilon vrbs. 10.p.52.p. 175.p. ea vaſtata quondam, at reſtituta. 178. eius Comites. 281.p.286.p.
Cadomenſe Cœnobium. 223.m.
Cæcus illuminatus. 226.m.
Cæledonius Epiſcop. Matiſcon. 107.m.108.f.
Cæledonius Archiepiſc. Biſuntinenſ. 135.m.
Cæleſtinus I. Papa. 68.m. II. 243.p.244.p.258.f. & V. 241.m.304.p.
Cæſarius Epiſcopus triplex diuerſo tempore. 61.m.80.m.185.f.
Cæſarea Paleſtinæ vrbs. 10.f.
Cæſarius Aruernenſis Epiſcopus. 128.p.
Caius Sanctus Papa. 28.f.
Calarona fluuius. 124.f.
Caldeolus Epiſcop. Viennenſis. 145.m.
Calemonte Canonicus. 336.m.
Calixtus I. Papa. 18.p.194.m. II. 97.p.237.p. 238.m. III. 152.m.
Caluiniſmus reſperſus per Galliam. 401.m.
Caluinitæ hæretici. 13.p.14.p. & m. aduersùs Trinitatem. 35.f. Chriſma. 45.f. in reliquias. 172.f. Liberum arbitrium. 81. in opera citra fidem, ibid.f. in vota Monachalia caſtitatis. 82. in Altaria contra horas Canonicas. 89. in bona Eccleſiæ. 101. in Trident. Concil. 102. p. in Chriſti naturam. 103. in eius paſſionem & dolores inferni malè digeſtos. 103. de prętenſa Chriſti deſperatione, 104. contra mãdata Dei. 62. Et de rebus aliis. 2.m.24.m.34. p.45.m.401.408.m. Deſtruxerũt Eccleſias.
Camerarius Frãciæ quodnam officium. 186.p.
Campania duplex Prouincia.
Campanus Epiſcopus.
Campegius Cardinalis.
Campegius ſeu Cãperius Author. 18.p.17.f. 22.f.26.p.55.m.118.m.124.f.141.m.163.m. 264.m.208.p.
Camutatus Author. 6.m.250.m.
Cancellarius Franciæ. 366.m.413.m.
Canones Apoſtolorum. 87.m.
Canonici Belli-ioci quondam omnes paſſim nobiles. 282.m.288
Canonici Eccleſiæ Lugduni, ad quæ obligati per Papam. 352. eorum nobilitas. 353.376. Alij Canonici Lugdun. 280.p.282.m.285.f. 289.f.350.p.393.m.396.400.p.
Canonici honoris Lugduni, quare principes eſſe voluerunt. 344.374
Canonici iuuenes Lugduni litigantes in ſenes, ſed ſopientes per arbitros. 377
Canonici hoſtellarij & Bacchalarij. 377
Canonici Lugdunenſes. 180.f. à quo tempore Comites. 249.381.383.415
Canonici olim Cathedrales in Eccleſia ſancti Stephani. 229.316.f. & alij in Eccleſia S. Ioãnis Baptiſtæ vienn. 229.308.312.313.314. 325.334.337.342.351.360.410.425
Canonicorum Lugdunenſium numerus. 270. 318.320.342
Cantuaria Sedes in Anglia. 217.p.223.m. dicta Cantia. 123.m
Cantus Eccleſiaſticus Lugduni vetus. 88. & in vniuerſa Eccleſia. 89.m
Cantus, vide *Pſalmodia*.
Capella Borboniana in Eccleſia Lugdun. 365. m. 268.p.
Capella Beatæ Mariæ Virginis de Altodono Lugduni. 355.m.
Capellani perpetui. 12. antiquiores Chori Eccleſiæ Lugdun. 331.m.333.375
Capellani S. Mariæ Magdalenes Lugduni pro Choro. 334. & S. Petri. 330.m. ac Raphaëlis. 359.p.374.m.
Capella Trinitatis Lugduni. 367.p. & S. Iacobi. 351.m.
Capella S. Sepulchri Lugduni. 349.f. & S. Euſtach.j. 331.m.
Capitulum Lugdunenſ. 340. aſſumit regimen ſedis Archiepiſcopalis vacantis. 419 conſtituit officiarios Archiepiſcopatus. 419 ac Vicarium generalem. ibid.
Caprariorum familia. 49.m.
Capucinorum ſeu Franciſcanorum exordium in Gallia.
Caracalla Imperator. 18.p.
Cardinales. 296.p.354.363
Cardinalis Ioannes de Rupeciſſa Lugdunenſis Canonicus. 354.m.
Cardinalis ſanctæ Crucis. 363.364
Cardinales Lugduni creati. 342
Cariloci conuentus Minorum mendicantium poſtea ditatorum fundatio. 290
Carilocus vrbs & Monaſterij Ordinis S. Benedicti fundatio. 186.194.m.205.m.
Carmelitæ religioſi quando poſiti Lugduni. 324. eorum eò aduentus. 321. reformati diſcalceati. ibid.
Carmelitanæ Religioſæ ſtrictiores Lugd. 427
Carnulphus Belli-ioci Abbas. 187.m.
Caroli Borbonij multi. 289.291.362

Carolus à Borbonio Archiepiſc.Lugdunenſis. 111.126. 151. 152.292. m. 358. 361. Eius obitus.362.365.m.vide *Ioannem Borbonium.*

Carolus Alemonius Archiepiſc.Lugd. 338

Carolus Delphinus Franciæ. 335.p.389.p.

Carolus Dux Sabaudiæ. 333

Carolus Cardinalis Archiepiſcopus Rhemenſis. 380.p.

Carolus Epiſcopus Metenſis. 380.m.

Carolus Magnus I. Imperator. 61.f.71.p.172. p.175.m.174.m.177.p.189.m.V.382.p.

Carolus II.Caluus Rex Franciæ.181.m.182.p. 186.190.f.214.m 385.m.

Carolus V.Rex Franciæ. 335. p. 344. m. VI. 289.294.391.p.VII.351.p.354.355.p.362.m.

Carolus Hieroſolymitanus Rex. 275.p.

Carolus Simplex Rex Franciæ.98.p.182.p.189. m.& ſuprà in Caluo paſſim.

Carolus Rex Siciliæ. 297.f.310.m.

Carolus V.Imperator. 389.397

Carolus Franciæ Rex.VIII.362.p.373.IX.385. 397

Carpentoractenſe Conciliũ Prouinciale.82.p.

Carthago vrbs bis exciſa. 176.p.

Carthuſiani Religioſi. 216.p.237.m.240.m. 242.263.277.ordo. 255.m. & Cantus.236

Carthuſia Lugduni. 427

Caſſianus Author. 83.f.

Caſſiodorus Author. 41.f.

Caſtellania vrbs. 27.m.

Caſtiliæ Rex. 290.p.

Caſtilio multæ vrbes ſic dictæ. 249.p.

Caſtitas Clericalis. 110.143

Caſtitas votiua. 82.86.109

Caſtrum nouum duæ vrbes ſic dictæ. 75.f.

Caſtrum Villanum. 286.p.

Caſus reſeruati. 111.m.406.408

Catharina Regina Franciæ. 330

Catulinus Epiſcop.Ebredun. 71.f.

Caueliacum Ciuitas. 53.p.& Caueliacenſis Diœceſis. 52.m.53.105

Celeſtinus I.Papa. 61.m.& V.141.m.304.p.

Celtæ 9.f. vide *Gallia.*

Cerulus Author.

Cenſuræ in Clero Lauduni. 302.308

Chainoaldus Lugduni. 128.m.228.f.

Chadoaldus Cenonum Epiſcop. 139.f.

Chagnoaldus Lauduni Epiſcop. 126.128.138

Chaldæa Regio. 26.f.

Chalmazet nobilis familia in genealogia.416. 418

Chalon Sacriſta Lugduni.315. Alius illic eius nominis.

Chamreyb Canonicus. 359.p.

Charenteſia Eccleſia. 274

Charpinus Author. 78.f.176.f.270.p.

Chaleron nobilis familia. 399

de Chaſtillon pro Eccleſia Lugdunenſi. 204.f. horum familia. 325.m.

Charribodus Conſtantin.Epiſc. 139.f.

Chaſeul nobilis familia. 398

Chaumont familia nobilis. 395

Chaumeau Author,in marg. 2.p.97.f.

Chelbenſe Cœnobium. 164.vide *Hala.*

Cherebertus Rex Franciæ.106.f.108.f.117.m.

Cheurieres domus nobilis. 372.p.

Chiffletius Author.129.p.136.m.141.f.188.p. 247.m.

Childebertus I.Rex Franciæ.70.m.85.p.92.m, 100.f.II.117.m.120.m.130 m.136.m.

Childericus I.Rex Franciæ.II.139.f.& III. ſtupidus. 172.p.

Childoaldus Epiſcopus Abrincaten. 128.p.

Chriſma ſacrum. 22. m. 45. plebi collatum. 224.m.

Chriſti duæ naturæ quales. 103.104

Chriſti omnipotentia qualis, 103.an paſſus pœnas inferni,& quomodo. 103

Chriſtum & alios homines proficere ſapientia quid ſit. 414

Chrodieldis Religioſa. 117

Chryſoſtomus S.Doctor.39.f.59.88.m. 89.m, 101.f.

Chunebertus Epiſcopus Colonienſis. 128.p.

Ciaconius Author.1.141.p.272.p.273.m.299. p.304.p.

Cineres Sanctorum Lugduni. 3.f.

Ciſterſienſis Ordo inſtitutus. 238.m.239.f.

Clarentius Archiep. Viennenſis. 128.f.

Clareuallenſis & Ciſtercienſis Abbatia.260.p.

Claromontana diœceſis.49.p.&Concilia.91.p. 161.219

Claromontanæ duæ vrbes. 75.f.304.p. 329.p.

Clarus Epiſcop.Gratianopolitan. 139.f.

Claudianus Epiſc. Viennenſ. 50.m.

Claudius Feydeau Doctor. 142.p.166.p.

Claudij Epiſcopi Biſuntinenſes duo fuere vel tres. 26.m.37.m.70.p.71.f.134.f.135.136.f. 141.m.

Claudij quot Imperatores & Claudius Albinus. 8.m.19.p.

Claudius Belieurius Archiepiſcopus Lugdun. 414.mors.415

Claudius Archiepiſcop.Viennen. 31.f.

Claudius Epiſcopus Reienſis. 128.p.139.m.

Claudius de Chalmazel Decanus Lugdunenſ. 415.m.eius genealogia. 416

Clauſtrum Eccleſiæ Lugdunenſis conſtructum.253.m.quando muris cinctum.

Clemens I. PP. S. 5.f.6.p.9.13.f.46.p.82.f.87. IV.276.m.298.m.V.155.m.319. m. 381. m. VI.330.f.& VII.382.præter VIII.Pſeudopapam in Schiſmate.340.m.341.m.342.Alius Clemens II.PP. 207.m.

Clementia Regina Franciæ. 283.m.

Clementinus Epiſcopus. 93.p.

Clerus Lugdun. quomodo veſtitur in templo. 432.433.

de

de Cliſſon Dynaſtæ in Gallia. 370.
Cliuenſes Duces. 323.f.
Clodoueus I. 133.f. II. Rex Franciæ. 70.m. 130. f. 131.f. 145.f. 146.m.
Clodoueus III. frater Childeberti. 136.m.
Clotarius I. & II. Reges Franciæ. 70.m. 111.p. 117.m. 127.p. 130.m. 139. 144.m. 145.f. 147. p. 385
Clotarius Imperator. 178.m.
Clotildis Regina. 130.m.
Cluniacenſe Monaſterium vt exemptum. 79. m. 211. 221.p. 239.m. & ipſius Bibliotheca. 211. 212.p. 217.f. 244.f. 283.p.
Cluniacum Abbas. 99.f. 200. 217.m. 229.f. 240. m. 360.p.
Cluniacenſes monachi olim domum haben- tes in clauſtro Eccleſiæ Lugdunenſis. 376
Coccius Author. 267
Coepiſcopi. 85.f.
Cœtus Cleri Franciæ. 414
Cohalda Comitiſſa. 328.m.
Coindriacum vrbs. 264.m
de Collogiis Decanus Lugdunēſis. 313.p. & f.
Collectæ ſacræ Miſſarum. 87.m.
Columbæ in templo quæ. 144
Columbanus S. Abbas. 126.m. 127.m.
Coluna familia Romæ. 363.p. & f.
Comes Antiſiodoren. Epiſcop. 200.m.
Comitatus Lugdunenſis confirmatus pro Ec- cleſia Lugd. Archiepiſcopali. 316. 339. 344
Comitatus Lugdun. quando cœpit pertinere ad loca Eccleſiā. 201. 202. 245. 249. 258. 316
Comitatus quatuor vniti ſceptro Frāciæ. 192.f.
Comitatus Villariorum. 373.m.
Comites laici Lugdunēſes antiquiores. 277.f.
Comitia Regni Franciæ. 386. 411
Comites Sabaudiæ. 286.m. 290. 386
Comites Andegauenſes. 30.f. 31.m. 283.m.
Comites Canonici Lugdunenſes. 249. 288.p. 331.m. 339.p.
Commendatarij Epiſc. quales. 359. 360. 361
Commentaria Cæſaris. 10.p.
Commodus Imperator. 17.f. 18.m.
Compendium vrbs & ipſius monaſt. 176.p. & f.
Commiſſio Papalis ad Cardinales pro Eccle- ſia Lugdunenſi. 306. 307
Compoſitiones inter Archiepiſc. & Capitulum Lugdunenſe. 306. 307. 336. & Alia, 366.m.
Comprouinciales Epiſcopi. 85
Cōcilia intra quot temporum interſtitia olim celebrabantur. 109
Concilia & Epiſtolæ Papales. 208.m.
Concilia generalia: Baſileenſe. 322.p. 362. 363. Calcedonenſe. 92.p. 200.m. Claromontanum. 219. Conſtantienſe. 350.p. 362. Conſtantinopolitanum. III. 119. m. Epheſinum 144.f. Ferrarienſe. 74. m. 364. Lugdunenſe prius. 297. poſterius. 309. Nice- num. I. 11.m. 12.f. 33. Sardicenſe. 22.f. 23. f. 29.f. 87.m. Tridentinum. 87.f. 101. 406. Ti- caſſinum. 235.m.
Concilia multis in locis celebrata. 73.f.
Concilia nonnulla diuerſis nominibus appel- lata ob varias vrbes, in quas tranſlata ſunt. 69.f. 74.p.
Concilia Prouincialia, Athenſe. 177. Anſa- num I. & II. *Vide in A* Aquileienſe. 32.m. Arelatenſe. I. 13. III. 61. Arauſicanum. 43.p. 45. II. 62.m. 81. Auenionenſe. 218. Aurelia- nenſe. I. 91.f. II. 92 m. III. 85. 90.m. IV. 92. m. 100.m. V. 92. 100.f. Bracharēſe. u.m. Cabilo- nenſe. I. 110.m. 111. II. 118.m. 142. III. 139. 141. IV. 174. V. 182. VI. 190. VII. 193. Carn- locēſe. 194. Carthaginenſe. 11.m. Eduenſe. 211. Epaunenſe ſuo infra loco. Lingonenſe. 218. Lugdunenſe. 106.f. II. 211. III. 60. m. IV. 106. V. 112. VI. 115. VII. 120. VIII. 209. IX. 218. X. 271. XI. 340. XII. 362. XIII. 405. Ma- tiſconenſe. I. 52.m. 109. 142.m. II. 113. Mel- denſe. 218. Metenſe. 178. Pariſienſe. 157. Pi- ctauienſe. 116.m. 117.m. Pontigonenſe. 185. Quintilinum. 204. Rhemenſe. 128. 138. Sueſſionenſe. 183. Theodonenſe. 178. Tici- nenſe. 188. Trenolchianum I. 195. II. 236. Turonenſe. 219. Tullenſe. 181. 184. p. Alia *vide* ſub litteris *A. R. S.*
Conciliorum Prouincialium interſtitia quon- dam regulariter obſeruata. 110. & diſcre- pantia à Ciuilibus Epiſcoporum. 142
Conſilium aliud Lugdunenſe. 178
Clypiacenſe. 140. m.
Conciliabulum Biterenſe. 95.f.
Concilium Tridentinum. 137. in Galliis, vt publicandum. 407
Concordata in Capitulo Lugdun. 299.m.
Concordata inter Leonem Papam X. & Fran- ciſcum primum Regem. 322.p.
Condæus Princeps. 397.m.
Coneſtabiles Franciæ. 283. 284. 285 m. 286.m.
Connanus Princeps Britannus. 369.
Conradus I. Imperator, & II. Rex. 198.m. 199. m. 202.p. 203.m. 285.f.
Conradus Archiep. Moguntin. 257.m.
Conradus Merſeburgenſis Epiſcopus. 257.m.
Conſecratio triplex Altaris Eccleſiæ Lugdu- nenſis. 156.p. 160.p.
Conſortia quæ ſancta virgo. 78.m.
Conſtantia Regina Franciæ. 206.m.
Conſtantina Religioſa. 117.m.
Conſtantinopolis vrbs. 282.p.
Conſtantinus I. Magnus Imperator. 25.p. 26.p. 101.m.
Conſtantinus Sanctus Martyr. 39
Conſtantius Albienſis Epiſcopus. 128.m.
Conſtantius Epiſcopus Arauſicanus. 33.f.
Conſtantius Epiſcopus Octodorenſ. 71.f.
Conſtantius Ethnicus Imperator pater Con-

 ſtan

ſtantini Imperatoris Chriſtiani. 25.p.
Conſtantius Vapenſ.Epiſc. 71.f.
Conſtantius Imperator hæreticus.23.m.30.m. 142
Conſtitutus Epiſcopus. 93.p.
Cor carneum D. Auguſtini quieſcere ſaucium paſſione Chriſti in Eccleſia Lugdunenſi. 197
Cornelius Lancelottus Author. 196.f.
Cornelius pius. 88.m.
Cornoüaille Epiſcopatus. 571.p.
Corrozetus Author. 330.m.
Creſeonius hæreticus. 23.f.
Cronepius Epiſcopus. 93.p.
Croſcus Dux Vuandalus. 36.m.
Crozet Officialis Lugdunenſis. 336
Crucis ſignum perantiquum. 45.f.426.428.
Crucis vexillum in bello. 272.298
Cruſſol domus nobilis. 397.m.
Cryptæ Eccleſiæ S.Nicetij Lugduni. Aliæ Lugduni. 15.m.16.p.& f.18.f. 167.p.306.Item Reliquiarum Sanctorum. 184.m.348
Cubliacum oppidulum. 191.m.
Cuſanrinus Cardinalis. 342.f.
Cuſtodes quot in Eccleſia Lugdunenſi. 333
Cymbri qui populi. 70.m.
Cyprianus S.Epiſ.Carthag.21.m.22.p.29.f 45.m.47.p.73.p.88.89.p.121.m.194.m.239
Cypriani S.corpus Lugduni.174.m.eius Reliquiæ eò tranſlatæ. 171.175.243.m.
Cyrillus Hieroſolymitanus. 45.m.
Cyphus Cœnæ Chriſti vbi. 172.173
Cyriacus Abbas. 132.p.
Cythinus Martyr. 176.m.

D

DÆmones bonum non benè præſtant ſi cut credunt. 413
Dæmoniaci reuelantes ſecreta. 412
Dæmoniacus liberatus. 29.m.
Dagobertus Rex Franciæ. 119.m.130.f.138. m.146.m.
Daimbertus Epiſcopus Senonenſis.222.p.231. p.232.m.
Dalphinus Sanctus Archiepiſcopus Lugduni Martyr. 121.126.p.130.m.146.m.
Dalphinus alius tardior. 146.m. 153. nempe frater S.Annemundi Archiepiſ.Lugdunenſis occiſus. 146.152.vbi iacet.154.161.m.
Damaſus Papa. 30.f.32.m.
Dandelot Canonicus Lugdun. 344.m.
Decani nonnulli Eccleſiæ Lugdunenſis. 241. m.259.p.274.275.p.307.311.312.313. 320. m.323.329.343.347.354.365.p.374.m.
Decretales pro variis Conciliis. 114.f.271. 34[illegible]
Delphinatus Regio Franciæ. 95.m 385. 386
Delphini Principes variæ ſtirpis. 286.m.293. m.389.
Demochares Author. 3.p.21.m.27.p.28.p.29. f.40.p.48.m.85.p.91.p.92.m. 98.p. 120. m. 126.p.139.m.335.
Demophilus Monachus. 82.f.
Dens S.Ioannis Baptiſtæ. 410
Deocatus Epiſcop. Antipolit. 139.f.
Deodatus Epiſcop. Matiſconenſis. 139.f. 145.m.
Derogatio legis quid. 353
Deſerta Conuentus Lugduni. 284.m.
Deſideratus Epiſcopus. 93.m.
Deſiderius Epiſcop. Lingonenſis. 125.m.
Deſiderius Dux. 36.m.
Deſiderius II. S. Epiſcop. Viennenſis non Lugdunenſis. 124.130.p. eius mors. 129.m.
Deſiderius vbi Epiſcopus. 55.m.98.m. 105.p.
Dignitates Eccleſiæ Lugdunenſis. 332. 352. 377. vide *Eccleſia prima.*
Dimiſſoriales literæ à quo dandæ.
Diocletianus Imperator. 2.m.24.m.28.f.
Diogenianus Epiſcopus. 29.f.
Dionyſius S.Papa. 28.f.
Dionyſius Corinth.Epiſcopus. 6.m.
Dionyſius S. Epiſcopus Pariſienſis. 6.p.45.m. 46.p. 73.p.82.f.alius Viennenſis. 12.m.
Dionyſius de Marquemont Archiep. Lugdunenſis.421. eius Bullæ. 422. poſſeſſio. 423. viſitationes.426. Iuramentum.425.Ieiunia. ibid. conuentus per eum. 428
Diſpenſatio in lege quid. 353.f.
Doctores octo atteſtantes circa reliquias Sanctorum in Eccleſia S. Iuſti Lugduni. 15.f. 16.p.34.p.39.m.67.f.68.m.300.301
Dodo vir impius. 166.m.
Dombarum Principatus. 269. pertinuiſſe ad Dom.Belli-ioci 283. quando creatus. 283. p.293.p.
Dominicus Soto Author. 353.m.
Dommartin Comitatus. 328.f.
Domus de Cantorberio in Eccleſia Lugdun. 259.p.
Dona Eccleſiæ Lugdunenſi ab Archiepiſcopis facta.171.m.190.m.229.230.264.f.341. 354.355.& ab aliis 331
Dona Eccleſiæ Lugdunenſi à Principibus facta. 176. p.181.f. 189. m. 190. m. 192. m.229.f.257.p.343.349.f.
Donatus Veſontionenſis Epiſcop.128. p. 129. p. 139.f.141.f.
Donatiſta conuerſus & abſolutus Lugduni. 67.m.
Donnonus Epiſcopus Gratianopolitanorum. 33.f.
Donſeranus Epiſc.Lingon. 215.p.
Doriualius Author. 70.m.

Dorothæus videtur quondam Abbas Inſulæ Barbaræ. 21.p.23.p.
Douutes vrbs. 282.m.
Drogo Archiepiſc.Lugdunenſis. 247.249
Drogo Epiſcop.Matiſconenſis. 99.m.21 t.m. 278.m.
Ducatus quales. 70.f.
Ducifſa Burgundiæ. 263.p.
Durannus Epiſcopus Cabilonenſis. 263.m.
Durantia fluuius. 53.p.
Duriotorus Redon.Epiſc. 139.f.
Dynamius Epiſcopus. 29.f.78

E

EAnfeld pia Angliæ Regina. 123.f.
Ebazachat Epiſcop. 113.f.
Ebbo Epiſc.Rhemenſis. 178.m.
Ebredunenſis Archiepiſcopatus. 44.p. 53.f.94 m.95.m.
Ebroicenſis Comes. 370.p.391
Ebroinus Impius. 145.p.146.p.147.p.
Eburones,Eburonices & Ebutouices diſtincti populi. 390
Ecbertur Epiſcopus. 169.m.
Eccleſia Argentenſis. 353.p.
Eccleſia Cathedralis S.Ioannis Lugduni. 16 m.171.173.f.175.f.189.229.m.344.Cœpta. 251.fundata. 270
Eccleſia prima Lugdunenſis qualis fundata ſpiritualiter.332.Eius fœdera cum Leodienſi.25.nouem dignitates.ibid.& 352.item ab Comite foreníi diruta. 246.250.
Eccleſia S. Andreæ prope Lugdunum in Inſula.6.m.24.p.Alia S. Martini Papæ.ibid.
Eccleſia Montis Briſonis. 262
Eccleſia SS. Apoſtolorum Lugduni. 8. p.34.p. 65.m.80.m.109.p. Alia Romæ. 164.f.
Eccleſia S.Clementis prope Matiſconem.
Eccleſia S.Crucis Lugduni. 131.f.167.m.collapſa & reſtituta. 332.m.360.
Eccleſia S.Eugendi. 193.p.
Eccleſia Lugdunenſis liberaliſſima erga extraneos inClero. 259.m.
Eccleſia S.EulaliæLugduni. 105.p.173.m.
Eccleſia S.Hilarij. 117.m.
Eccleſia Inſulæ Barbaræ. 6.m.90.f.261.
Eccleſia S. Laurentij Cabilonenſis.
Eccleſiæ Lugdunenſis ceſſatio à diuinis Officiis abolita. 256
Eccleſia S.Irenæi Lugdun.3.p.16.m. 60. f. 170 m. 192. f. 347. 349. Eius priores aliqui. 247.p.
Eccleſia S.Iuſti Lugd.34.m.131.f. 140. f. 184 m.254.m.300.347. Canonici olim ibi fuêre monachi. 252.m.
Eccleſia S.Georgij Lugdun. 105.p.
Eccleſia SS. Machabæorum Lugduni. 33. p. 38. m.
Eccleſia S.Mariæ Virginis Lugdun. antiquior Galliæ.7.m.16.153.167. p. 262. f. & Leodij. 167.f.Aliæ plures Lugduni.7.p.&f.16. 173 m.
Eccleſia S.Nicetij.7.m.34.p.55.f. 76.f.151.152 157.159.f.162.m.180.m.191.f.facta Collegiata.314.f. 319. confirmata talis. 319. 381 eius Altare. 159
Eccleſia S.Nicolai Belliioci. 279.f.
Eccleſia S.Pauli Lugduni.105.p.173.m. 348.f. 355.cum miraculis in ea. 355.quando conſtructa. ibid.
Eccleſia S.Petri Matiſconenſis.80.m. quando & à quo ædificata. 215.p.
Eccleſ.S.Petri Viennenſis. 211.p.
Eccleſia S.Saturnini. 64.p.
Eccleſia S.Stephani Diuion. 233.m.
Eccleſia S.Stephani Lugdun.34.p.160.f. 168 p.171.m.173.m.180.m.190.m.229 351.f.
Eccleſiæ Forueriana fundatio. 258
Eccleſiæ S.Verani ruiot. 55.f.56.57.f.
Eccleſia Collegialis Belliioci fundara.215.278 alia. de ea. 262
Eccleſias Collegiatas Lugduni olim monachales fuiſſe,dempta Cathedrali & S.Nicetij. 60.p.307.m.
Eccleſia Viennenſis. 258.p.
Eccleſia S.Vincentij Matiſc. 493.m.
Eccleſiaſtes Lugdunenſis. 333.m.
Ecdicius Diues eleemoſynarius. 58.f.64.f.
Edaldus Archiep.Viennenſis. 96.m.
Edmerus Author. 122.p.217.m.
Edmundus Sanctus. 226.m.
Edoardus Epiſcop.Germanus. 186.m.
Eduardus I.Bellioci Dynaſta.286.f. & II.287 m.289.p.290.291.293
Eduardus IV.Rex Angliæ. 310.m.
Eduenſis Sedes. 260.f.420
Egilo electus Epiſcopus Lingonen.189.f.eius ſubiectio Eccleſiæ Lugdun. 300
Eiminus qualis Epiſc. 193.m.
Elbtadus Epiſcopus & aliter. 193.f.
Eleemoſynæ Canonicorum Lugdunenſium. 334.p.377
Eleonor de Belſiioco. 286.p.
Eleutherius Antiſiodorenſis Epiſc. 99
Eleotherius S.Papa. 8.m.9.p.10.m.15
Eligius Nouiomenſis Epiſc. 139.f.140.m
Elpidius S.Epiſc Lugd. 38.f.39
Emmon Epiſc.Areſeten. 128.m.
Emico Deenſis Epiſc. 187.p.
Energumeni. 412
Ennodius Author. 66.f.
Ennius Mommolus Dux. 112. m. Alius Dux eius nominis. 121.m.
Ennualdus Epiſcopus. 169.m.
Epamanduodurum vrbs. 76.m.
Epaunenſe Concilium prouinciale vbi fuit diſertè celebratum.69.f.74.75.135.&Epau-

num vrbs. ibid.75
Epiphanius S.Author.8.p.11.m.15.m.64.m. 200.p.
Epinac domus nobilis. 404
Epipodius Martyr Lugd. 2.f.3.p. eius corpus vbi iacet. 16.347.348
Epiſcopi aliqui Bituricenſes. 382.m.
Epiſc.aliqui Eduenſes. 382.f.
Epiſcopi Angli corrupti. 224
Epiſc.antea Canonici, qui olim poſſidebant vtrunque, non nunc. 326
Epiſcopi in Francia congregati nomine Regis. 142.414
Epiſcopi qui ad Monachatiam redeuntes, Epiſcopalia tamen curarunt; nec citò de ſucceſſoribus prouiſum. 136.177
Epiſcopi pater & filius legitimus in prælatura ſucceſſores. 49.m.
Epiſcopi Religioſi reuertentes ad monachatū anterius. 141
Epiſcopi renuntiantes Epiſcopatui diu ante obitum. 141.156
Epiſcopus Græcus deuotus in Gallias profectus. 172.f.
Epiſcopus Eduenſis in Regalia Lugdunenſi. 420.iurat eam reſtituere. ibid.
Epiſcopus idem quod Presbyter. 133
Epitaphia nonnullorum Archiepiſcop. Lugd. 31.65.f.105.109.117.239.304
Erachius Archiepiſcopus Lugdunenſis. 244
Eraclius alius Epiſc. 111.p.
Eradius Aptenſis Epiſcopus. 93.m.
Eraſmus Author. 1.p.10.f.
Erbertus Abbas Diuionenſ. 237.f.
Eremitæ Epiſcopi,& Eremus.32.f.37.m.38.m. 44.m.78
Eremus Archiep. vnius Lugdunenſis domui ſuæ qualis. 44.415
Erkambertus Epiſc.Baiocen. 187.m.
Erueus Abbas. 195.p.
de Eſcalone Officialis Lugd. 255.m.
Eſicius Epiſcopus. 111.p.
Eſpaigny quis locus. 71.p.
Eſtampes Comitatus. 370.f.
Ethetius Epiſcopus Ebredunenſ. 139.f. 145.m.
Eu vel Heu Ciuitas. 391
Euantius Archiepiſc. Viennenſ. 111.p.113.m. eius eleemoſynæ. 116
Euaricus ſiue Euarix Rex. 58.m.64.f.
Euariſtus Papa. 406.f.
Euchariſtiæ conſecratio. 47.143.p.
Eucherius I. Archiepiſc.Lugd.43.80.m. ipſius & alterius filij.ibid.libri.43.51.m.mors. 77
Eucherius II. etiam Lugdunenſis Archiepiſcop.74
Eucherius alius Laicus. 44
Eugenius Papa III.249.f.260. m, IV. 354.359. p 361.m.363
Eunamiani hæretici. 72.f.
Euphronius Epiſcopus. 61.p.
Euprepia olim pia. 87.m.
Euſebius Epiſcopus Matiſconen.111.p.113 m.alius Epiſcopus.93.m. alius deputatus. 107.m.
Euſebius Emiſſenus. 49.p.
Euſebius Pamphilius Author. 1.2.9.p.10.p.11 p.f.12.p.& f.13.p.26.p.
Euſtachius Dynaſta multiplex. 328.m.
Euſtachius Abbas. 127.p.& m.
Euſtochium mulier pia. 35.m.
Euſtachius de Belliioco. 288.289
Eutiches hæreticus. 93.f.102.& Eutichiana Secta. 92.p.
Eutropius S.Epiſcopus. 61.p.
Euualdi duo Epiſcopi. 169.m.
Eutychetis hæreſes. 93.f.
Exarchatus quæ dignitas.169.p.& exarchon Lugduni quid. 257.296
Excommunicationum vis perantiqua. 194
Excommunicatio in alienantes bona Eccleſiæ. 339
Exorciſmus liber Romanus. 412
Exuperius Epiſcopus. 29.f.
Exuperius Martyr. 4.f.

F

FAbianus S.Papa. 45.m.
Faideau Doctor. 142.p.
Falco Archiepiſcopus Lugdun. 241.252.m.
Falconius Conſularis. 29.p.
Faræ ſanctæ Monaſterium. 164.f.
Faſciculus temporum. 36.127.p.163.f.
Faure Theſaurarius Eccleſiæ Lugdunenſis. 349.f.365.m.
Fauſtinus Epiſcop.Lugdunenſ.21.p. alius.22. f.29.p.
Fauſtus Epiſcopus.93.m.& Fauſtinus, item alius.61.p.vterque pius.
Fauſtus Pelagianus hæreticus. 61.p.
de la Faye Canonicus Lugdun. 337.m.424 429.m.
Faynaldus Abbas Varciliacenſis. 238.m.
Fegaſius Epiſcopus. 93.p.
Felicianus Martyr. 4.f.61.p.alius vetuſtus. 68.p.
Felix Epiſc. Carnotenſis. 93.p.alius Cabilonenſis.128.m.alius Lemouicenſis. 139.f.
Felix Epiſcopus hæreticus ſuperioribus paulò recentior. 172.p.
Fœlix Papa III. 61.p.
Fœlix V.Antipapa. 363
Fœlix quis & vbi Martyr. 68.p.176.m.
Ferreolus Auguſtodunenſis Epiſcopus. 139.f.
Ferreolus ſanctus pro domo de S. Forjeul Martyr. 358.p.389.390.444.m.

Feſti Paſchalis duratio & modus. 114.m.
Feſtorum celebrationes cum populi abuſibus. 343.edicta & Canones in illis exceſſibus. 346.364
Feſtum Lugduni quondam dictum miraculorum ſeu Mirabilium, quale, vnde & quandiu obſeruari ſolitum. 4.7.8.21. 108.322 345.346
Fides infuſa non ſola ſufficiens. 81.86
Finanus pius Epiſcopus in Anglia. 123.m.
Firminus Epiſcopus. 93.m.
Flauius Epiſcopus. 111.p.113.m. alius Imper. 90.m.in marg.
Flandriæ Comes. 220.m.278.282.& Comitatus. 328.m.
Flodardus Author. 126.m.128.p.138.m.183.f. 189.f.202.m.
Florentini bellantes. 364
Florentius Epiſcopus Belicen. 139.f.
Florentius Tricaſſin.Epiſc. 71.f.72.p.
Floriacenſis & Florentij Abbatiæ diſtinctæ. 169.f.179.m.194.f.
Folcoldi præpoſitus Foruiere, vt videtur. 193 m.
Fontinella Conuentus. 164.f. Abbatia. 103.m.
Forenſes Comites. 248.m.262.273.f.278.m. 282.p.284.f.285.323.m.365.m.
Formatæ litteræ quæ. 95.p.
Formoſus Epiſcopus Ticinenſ. 188.m.
Forojulium vrbs. 44.f.
Fortunatus Author. 35.f.91.m.
Fortunatus S. Monaſterij Cariloci patronus. 303
Foruerij mons Lugdun.Eccl. ibid.
Fougeres, multi familiæ Lugduni Canonici. 288.m.374.375
Fraldus Archiepiſc.Lugdun. 170
Franchelins Canonici. 288. 308. 318. m. 320 m.325.m.330.m.343.f.352.p.
Francia. 121.m.
Francipolia vrbs. 281.f.282.m.
Franciſcus de Bellijoco. 294
Franciſcus à Coriolano Author. 181 m.
Franciſcus de Borbonio. 293.m.
Franciſcus de Rohan Archiep.Lugdun. 368.p. 378.alius de familia. 369
Franciſcus Gebenenſ.Epiſc. 325.p.
Franciſcus I.Rex. 193.m.201.m.296.m.327 m.373.m.379.p.382.& II.397
Franciſcus I.& II.Archiepiſcopi Lugdunenſes. 33.p.368.371.382
Fratricelli hæretici. 355.f.356
Fredericus Imperator.I.245.p.247.m.256.m. 257.f.II.271.m.III.362.m.
Fredagernus Epiſc. 93.m.
Frontenay ditio in Galliis. 371.p.
Froſſardus Author. 282.m.287.m.288.289 290.402.m.
Frotardus Epiſc.Bituric. 187.p.
Frotharius. 183.f.189.f.
Frouſſac Vicecomitatus in Galliis. 371
Fulbertus Epiſc. 206.m.
Fulco Archiepiſc.Rhemenſ. 242.f.
Fuliantini Religioſi. 428

G

Gabalitana & Gabalorum Diœceſes quæ. 52.p.
Gadinus Archiepiſc.Lugdun. 169. Alius miles. 170.p.
Gaguinus Author. 219.f.272.m.295.m.297.f. 305.f.320.p.362.m.301.f.
Galla vxor diui Eucherij II. 78.m.
Gallæ princeps in Anglia. 290.p.
Gallomagnus Epiſc. 111.p.
Gallus Epiſc. 93.m.
Galliæ diuiſio Celtica quæ. 9.f.182.p.344. ea quadruplex. 61.m.232. Narbonenſis. 23.m. 41.f.Ciſalpina. 66.f.
Gaſpar de Mitte Camer. Lugd. 260.f.264.m. 266.323.p.326.m.
Gaſte Decanus Lugdun. fundator Capellæ. 365.p.
Gaucetanus Archiepiſcopus Lugdunenſis. 233
Gaudericus Archiepiſcopus Lugd. 127.m.132 136.p.138.m.139.140
Gauſfredus Archiepiſcopus Lugdunenſis. 208 m.211
Gaufredus Epiſc.Cabilon. 200.m.
Gaulmius Author. 15.p.
Gauslenus Epiſc. Matiſc. 200.m.201.m.
Gaynaldus Epiſc. 126.m.
Geneuenſes quidam Epiſcopi. 247.m.
Gebuinus Archiepiſcopus Lugduni. 212
Gelaſius I.Papa. 58.87.f.101.m. ſecundus. 99.f. 238.m.
Gello Epiſcopus Lingon. 189.f.
Gembiacenſe Cœnobium. 196.m.
Gemellus Epiſc.Vaſion. 71.f.
Genealogiæ quorundam Archiepiſcoporum Lugdunenſium. 278.292. 328. 338. 369 379
Genebrardus Author. 18.p.29.f.50.p.91.p.128 m.140.p.2.180.m.216.m.234.m.235.m.362 m.
Generoſa Martyr. 176.m.
Geneſius S.Archiep.Lugd. 163. Alij eius nominis ſancti & loca plura. 65.f.165.m.
Gennadius Auth. 22.f.27.m.43.p.48.f.50.m. 53.f.68.f.
Gentianus hæreticus. 36.m.
Genua vrbs. 49.m.
Gerardus Epiſc. Matiſc. 26.f.193.p.194.m.
Gerardus Epiſcopus Cardinalis. 306.m.
Geraldus Albienſis Epiſc. 264.m.

Geraldus

Gerardus Lingonenſis Epiſc. 295.m.
Gerardus Epiſc.Sabinenſ 306.m.317.m.
Gerardus Epiſc.Antiſſiodorenſ. 276.m.
Gerardus prætenſus Archiep. 209
Gerlannus Epiſc.Senonenſ.
Germanus triplex ſanctus diuerſo tempore.2 m.41.m.61.f.76.m.78.p.135.p.
Gerſon Doctor. 356.p.357.f.
Gerundenſe Concilium. 90.m.
Geruneus Epiſc.Bituricenſ. 191.f.
Geſnerus Author. 121.p.127.m.266.f. 304.m.
Geta quis Imperator. 18.p.
Gies familiæ Dynaſtarum Armoricæ.
Gilbardus Epiſc.Cabilon. 187.p.
de Gilberies Canonicus Lugdunenſis.
Gilbertus Archiepiſc.Lugdun. 254
Gilbodus Epiſc.Cabilun. 182.m.183.m.
Girardus miles. 206.p.
Girardus Abbas. 306.m.
Girardus duplex Comes Lugd. 205.p.
Girinus Abbas S.Iuſti Lugd. 253.p.
Girinus Abbas inſulæ Barbaræ. 269.f.
Gislabertus Dux impius. 195.p.
Gislebertus Epiſcopus Carnotenſ. 187.p.
Giuaudan prouincia. 52.m.
Giuort ditio Eccleſiæ Lugdunenſ. 265.f.
Glaber Author. 203.f.204.m.205.p.
Gladius ſpiritualis Apoſtolicus pro Eccleſia Lugd. 302.303.334.339
Gladius temporalis Eccleſiæ Lugdunenſis. 307
Gloſſa ordinaria Bibliorum. 180.m.
Glycerius Imperator. 90.m.
Gocelinus Lodouuenſis Epiſc.254.f. Alius Tolofanus. ibid.
Godefridus Bituricen.Epiſc. 195.m.
Godefridus Epiſc.Lingonenſ. 236.m.
Godo Epiſc.Virdunenſis. 128.m.
Goffridus Abbas Vindocinenſis. 232.f.
Gofredi Comites. 328.329.330
Galutus Author. 99.m.
Gondobaldus Princeps. 112.f. Burgundiæ Rex. 115.p.
Gondoaldus Meldenſis Epiſc. 128.m.
de Gondy Epiſcopi duo. 141.m.
Gontarius Antiſtes Agriſpin. 184.p.
Gonterius de Belluoco. 280.p.
Gonzaga Dux. 296.382.397
Gordunus Author. 41.m
Gotfredus Author. 17.f.
Gothefredus Epiſc.Ambianenſ. 211.f.
Goſlaldus Epiſc.Cabilon. 236.m.
Gotti Gentiles. 63.f.70.m.olim. hoſtes Galliæ Lugdunenſis. 344
Gradus Epiſc.Cabilonenſis. 139.f.140.m.145 m.
Gradus omnes parentelæ cuiuſque. 284
Græci quando diſceſſerunt vltimò ab Eccleſia Rumana in generali Concilio Lugdunenſi. 297
Graſſienſis Diœceſis. 44.p.
Grata Sancta Lugduni Martyr. 2.m.
Gratia præueniens & habitualis.
Gratianus Canoniſta. 114.f.
Gratianus Imperator. 30.f.32.m.
Gratianopolis vrbs. 190.m.
Gregorius Anceps Epiſc. 120.m.
Gregorius Lingonenſis Epiſcopus. 70.f.71.f.
Gregorius alius verus Epiſcopus Ticinenſis. 188.m.
Gregorius XI. Antipapa. 363.p.
Gregorius I.magnus ſanctus PP.60.m.118.m. 121.m.126.f.130 m. 170.p. V. 201.p.207. VI.207.m.209.p.217.218.223. p VII. 201 p 204.m.209.m.212.p.217.218.m.220.222 m.
Gregorius prætenſus Archiepiſcopus Lugd. 246.f.
Gregorius alius verus alibi Epiſcopus. 188 m.
Gregorius PP.IV. 180.207.m.
Gregorius XI.PP. 290.f.338.f.342.m.
Gregorius IX.Papa. 353.p.
Gregorius Nazianzenus Author. 169.p.230.f.
Gregorius X.Papa. 297.298.366.m.
Gregorius Turonenſis Author.1.f.3.p. 6. p.16 m.18.f.29.f.36. f. 74. f.106.p.111.m.120.p. 122.f.133.m.167.p.175.m.347.m.
de Grolea,nobiles plures eiuſdem familiæ.351 352.365.p.374.p.
Grymphatus Abbas Corbec. 187.m.
Gryſogonus Cardinalis. 237 m.
Gualterius Author Ieſuita.15.m.22. m. 114.f. 216.m.354
Gualterius Epiſc.Albanen. 221.f.
Guaſconia regio. 52.f.
Gucelinus Franciæ in Anglos. 290.p.
Guichardus Archiepiſcopus Lugdunenſis.218 270.m.
Guichardus varius princeps Bellijoci. 247.p. 273. f.279. m.282.284.285.288. 290. m. 293.311. m.316.m.331.m.
Guicheranus Abbas. 195
Guido Abbas. 195.p.
Gudoaldus Epiſcopus. 129.m.
Guido Gebennenſis Epiſcopus. 236.m.
Guido Dum.Bangiaci. 261
Guido Epiſcopus. 99.f.236.m.
Guidinus mons in Matiſconenſi Diœceſi. 243.p.
Guido Abbas 261.& alius. 279
Guido Epiſc.Autiſiodorenſis. 276.m.
Guido ſeu Guigo Comes Forenſis.246.m.248 f.268.p 285.
Guido I.Archiepiſcopus Lugdunenſis. & II. 276.282.283.eius familia.278.279.280.III. 326.cuius.317

Guido

Guido Decanus Lugdun. 300
Guido Archiepiſcopus Viennenſ. 236.m.
Guido de Rupecula. 342.m.
Guido Cremenſis Epiſcopus. 251.p.
Guido de Turri. 268.f.
Guido Princeps in Gallia, religioſus Cluniaci ad ſummum Pontificatum promotus. 194.p.
Guigones de Albone plures. 385.p.386.f.387 f.389.m.392
Guigo Epiſcopus Valentinenſis. 200.m.
Guilelmi plures Comites. 244.f. 318.m.328 329
Guilelmus de Belliioco Epiſc. Baiocenſis. 285 289.m.320.m.325.326. Alius. 287.p.
Guilelmus Archiepiſc. Viennenſ. 105.m.
Guilelmus de Sura Archiepiſc Lugd. 41.m.56 m.325
Guilelmus de Tureyo Archiepiſc. Lugdunenſ. 335.m.337
Guilelmus Rapine Iudex. 57.m.
Guilelmus Peraldus Archiepiſc. Lugdunenſis. 266
Guilelmus Abbas Author. 234.f.
Guillemanus Epiſcopus. 108.p.
Guilelmus Comes Burgundiæ. 244.m.
Guilelmus Baionenſis Epiſc. 351.p.
Guilelmus Valentinenſis Epiſc. 275.m.
Guilelmus Lauſanenſis Epiſc. 325.p.
Guiloneus Epiſcopus. 173.f.
Guilelmus Epiſc. Belicenſ. 2
Guimenay potens familia Armoricæ. 371.m.
Guiſiæ Principes. 99.f.229.f.
Gumertus Abbas. 187.m.
Gundegeſilus Epiſcopus. 117.f.
Gundeualus in bello. 116.m.
Gundobaldus Dux. 36.m.64.m.70.m.
Guntaidus Epiſc. Lundan. 222
Guntrannus Rex. 40.f.74.f.106.f.107.p.113.f. 115.m.118.m.119.f.120.m.

H

Hadebertus Epiſc. Siluaneċt. 187.m.
Hadomdus Epiſc. 128.m.
Higano Epiſc. Eduenſ. 211.m.
Haggerius Abbas. 90.f.
Haillan Author.
Hairardus Epiſc. Luxouien. 187.p.
Hala, quis Conuentus virginum. 164.m.
Harcus Author. 38.f.106.p.126.m.127.m.146 f.564.m.
Haumuſſia Canonicorum Secularium. 432
Haymo Author. 179.p.180.m.
Hecca vicurialis. 79.f.
Hedua vrbs. 71.p.
Hegilus Senonenſis Archiepiſc. 183.f.
Heldebertus Abbas. 90.f.197
Helena Imperatrix. 25.m.
Helinardus Archiepiſc. Lugdunen. 206.207 223.p.238
Helius ſanctus Epiſcopus Lugdunenſ. 7.m.20 108
Helmerha de Bellioco. 279.p.
Helminus Epiſcopus Eduenſis.
Heliogabalus Imperator. 18.p. 20.m. 25.f.
Heliprandus. 179.p.
Henricus Anceps & Niger Imperatores. 207. & Henricus V. 234.m.
Henricus VI. Imperator. 258.m.
Henricus III. Imperator. 198.m.202.p.207.m. 385.f.
Henricus Delphinus. 442
Henricus de Borbonio. 293.m.
Henricus Virdunenſis Epiſ. 257.m.
Henricus de Villars Camerarius Eccleſiæ Lugdunenſis. 308.p. deinde Archiepiſc. ibid. primus. 309. deinde II. Archiepiſcopus. 330.334. 352.f.
Henricus de Soliaco Archiepiſc. 97.m.
Henricus Epiſc. Viuarienſ. 187.p.
Henricus Burgundiæ Dux. 70.f.
Henricus I. Rex Franciæ. 207.p.223.p. II. 327 m.382.m.396
Henricus Rex Auſtraſiæ. 204.p.
Henricus Rex Angliæ. 225.p.252.m.
Herbertus vel Ilbertus Epiſc. 247.m.
Herenſis Inſula Conuentualis. 195
Herardus Turonenſ. Epiſc. 183.f.
Heraclia Ciuitas. 26.m.
Heraclius Imperator. 131.p.
Heribertus ſcriptor. 3.m.251.p.
Heſichius Epiſcopus. 218.f.
Herluinus S. Abbas Becci. 223.m.
Hermengarda Regina. 441.m.
Hetto Epiſcopus. 177.m.
Heu Comitatus. 391.392
Hieronymus S. Doct. 1.p.8.p.22.p.34.f.62.m. 63.p.90.p.133.m.230.f.
Higinus Papa. 73.p.87.m.
Hilarius Papa. 54.m.91.f.
Hilarius vnus Sanctus Epiſc. 43.p. 55.m. Alius, 95.f.185.f.
Hildebaldus Epiſc. 177.m.
Hildebodus Cabilonenſis Epiſc. 195.m.
Hildebrandus Legatus Papæ. 209.m.
Hildebrannus Epiſc. Sagienſ. 187.p.
Hincmarus Epiſc. Remenſis. 181.183
Hippolytus I. Archiepiſc. Lugd. 317 p.381. iterum poſtea Archiepiſc. 384
Hodenulphus Epiſc. 187.m.
Hoggerius Abbas Inſulæ. 90.f.197.f.
Holocauſtum in Euchariſtia. 47
Homagia à nobilibus Laïcis præſtita Archiep. Lugdunenſibus. 265.311
Homagia ciuilia reddita Regi ab Archiepiſc. Lugdunenſib.

Lugdunenſib. 311
Homeliarum S.Irenæi Eccleſiæ. 17.91.p.
Homerus Poeta. 75.m.
Hominia mutuò præſtita inter Archiepiſcopum ingredientem & Capitulum recipiens. 425
Hominij Iura Eccleſiæ Lugdunenſ. reddita. 265
Homo ſuis viribus ſtare nequit inculpatus ſine Dei præſidio. 62.p.
Honorius Scolaſticus Author. 43
Honorius III. Papa. 263.p.282.m.
Honorius II Papa. 216.238.f.
Honorius Imperator. 41.m.65.m.
Honoratus Abbas ſanctus. 42. m. 44. m.idem poſtea Epiſcopus ſanctus. 185.f.
Horæ ſ. ptem Canonicæ antiquæ. 88.89
Hormiſda Papa. 69.f.
Hoſpitalia Lugduni. 100.102
Hoſpitalitates Canonicorum Lugdunenſium. 377
Hoſpitium ſenum pauperum Lugd. 427
Hoſtellarij Lugdun.Canonici qui. 377
Hudebodus Epiſc.Sueſſion. 187.p.
Hudomus Epiſc.Auigmen. 187.m.
Hugo de S.Theodorico qualis. 269.p.
Hugo de S.Theodoroquondã Doctor Theologus Eccleſiæ Lugdunenſis Religioſus, 334
Hugo Gratianopolitanus. 137.f.218.m.
Hugo Epiſcopus B ſuntinus. 211.m.
Hugo Lauſanenſis Epiſcopus. 204.f.
Hugo de S.Victore Author. 87.m.
Hugo Epiſcopus Tabarienſis. 109.p.155.m.
Hugo I.S.Abbas Cluniacenſ.211.p.217.f.222 f.229.f.248.m.
Hugo II.Abbas. 211.f.248.m.
Hugo Claromontanenſ.Epiſc. 268.p.
Hugo I.Archiepiſc.Lugdun.216. Alius Epiſc. Sueſſionenſ. 217.m.
Hugo II.Archiepiſc.Lugdun. 303.
Hugo III de Talaru,quod nimirum fuerit Archiepiſcopus Lugdunenſ. 365.367.m.vnde electio de ipſo. 366. miſſio in poſſeſſionem, 367.attamen reſignatio ipſius.366.374. Alia eius antea beneficia. 365
Hugo alius vix bene recenſitus Archiepiſcop. Lugdunenſis. 269
Hugo Eduenſis Epiſc. 300.306.m.307.p.
Hugo de S. Theodoro an Archipræſul. 269. 334.Alius Archiepiſc.Rothomagenſ.243.p.
Hugones Principes in Francia. 191.p.& Rex. 104.m.206.m.
Hugo d'Orges Cabilonenſ.Epiſc. 351.m.
Humberti plures Domini Belliuoci.205.p.247 p.255.p.261.m.266.276.f.278.m. 279.282 285.286
Humbertus Abbas Athenatenſis.
Humbertus I. Archiepiſcopus Lugdunenſis. 208
Humbertus II.Archiep.Lugdun. 244
Humbertus Epiſc.Tornannen. 318.p.
Humbertus Presbyter. 236.p.
Humbertus venditor ſui Delphinatus.388.m. 441.f.
Hus & Huſſitæ hæretici. 393.m.363.f.
Hyginius S.Papa. 3.p.15.m.73.p.
Hyperboli Diœceſis. 199.f.
Hypoſtaſis in Chriſto. 104
Hyrmingardis Regina triplex. 101.p.190.m.

I

IAcobus Sionenſis Epiſc. 325.p.
Iacobus S.Apoſtolus. 81.m.87.m.
Iacobus de Belliuoco. 287.p.288. plures eius nominis in ea. ibid. 289. p. 291. m.292.m. 294.p.Et alij demum. 438.439
Iacobus de Colonginco electus tantum Archiepiſcop.Lugdun. 337.f. nec conſecratus.
Iacobus Epiſc.Eduenſ. 299.m.
Ianuaria Martyr. 176
Iargolia oppidum. 57.m.
Iconius Maurianenſis Epiſc. 211.p.
Ida Comitiſſa. 318.m.
Ieiunia alicuius Archiepiſc.Lugdun.415.& alterius. 425
Ieiunium quadrageſimale quantum & quale. 13.14.123
Ieſſe Epiſcopus. 117.m.
Ieſuitæ Lugduni. 427.429
Ildulfus Archiepiſcop. 172
Illirici prouinciales. 14.p.
Impoſitio manuum in quibus fit Sacramentis.
Immolatio in Euchariſtia. 47.145
Incruentum duplici ſenſu ſumi in ſacrificio corporis Chriſti. 144
Immunitates Eccleſ. quando & vbi latæ.309 310
Indulgentiæ Papales.155.156.212.Lugd.212 298.348.411
Inchminus Epiſc.Pariſien. 187.p.
Innocentius VIII.Papa. 367.f.
Innocentis ſancti ſub Chriſto corpuſculum Lugduni. 17.m.
Innocentius II.Papa.238.m.240.p.m.242.m. 246.m.253.p.260.m. 352.f.IV.7.m. 151.p. 154.m.268.m.272.f.273.297.p.
Inſildius Valentinenſis Epiſc. 139.m.
Inſubria regio. 66.f.
Inſula barbara quæ. 5.m.172.m. eius Abbates.21.m.24.m.44.m.172. m. 173.m.209.f. 275.p.300.306.p.373.383.385.f. Vide Abbatia Inſulæ barbaræ.
Inſula Sebaſtæ. 6.f.24.p. potiùs in Armenia, quàm Iudæa.

Interpreta

Interpretatio legis. 353.m.
Ioachinus Abbas & Author. 216.m.
Inueſtitura Eccleſiarum quæ Interdictio Diœceſeum. 201.m.
Ioannes Blanconus Author. 408
Ioannes à Borbonio.289.p. plures eius nominis & familia.291.292.m.vnus ex his talis appellationis electus Archiepiſcopus Lugdunenſis.292.p.358. renunciat electioni. 358. 359. poſtea factus œconomus ſeu commendatarius Archiepiſcopatus pro nepote ſuo Carolo tunc iuniore. 359.360 361
Ioannes Rex Galliæ. 344.m.
Ioannes Comitiſſa multiplex. 329.p.
Ioannes Carnaten. Epiſc. 222.p.
Ioannes d'Aſſignes Author. 221.f.
Ioannes Dux Burgundiæ. 611.f.
Ioannes primus Archiep.Lugdun.231.II.255 III.302.IV.340.V.379
Ioannes de Bellioco. 290.m.294
Ioannes Regina Nauarræ & Comitiſſa. 610
Ioannes de *Cheurieri* Epiſcopus. 49. m. 367 m.
Ioannes Chenu Author. 52.m.120.m.127.f. 319.m.388.m.
Ioannes 8.Papa. 214.m.221.m.
Ioannes Epiſc.Vienn. 100.p.
Ioannes de Talaru Canonicus Lugdun. ſæpè electus tantùm illic Archiepiſcopus. 336 337. f. poſtea conſecratus.338.f. 340. eius obitus. 343
Ioannes 3.Papa. 107.m.
Ioannes Dux Bituricenſis. 342.p.344
Ioannes Aurelianenſis Epiſcop. 231. m. 360. m.
Ioannes Metropolitanus. 240.f.
Ioannes plures Boloniæ Comites. 329
Ioannes XXII. Papa. 256.p.326
Ioannes Epiſcopus Auenionen. 119. f. Alij duo.
Ioannes Archo Thotomi Epiſc. 186.f. Alius Camedacen.Epiſc. 187.m.
Ioannes Rex Aragonum. 373.m.
Ioannes Tuſcan. Epiſc. 188.m.
Ioannes 8.PP.189.p.XVI. 201
Ioannes Aretinus Epiſc. 188.m.
Ioannes S.Euangeliſtà.8.p.11.m.12.16.m.&13.
Ioan. Baptiſta. 831.p.410.f.
Ioannes Pictauus Epiſc. 49.m.128.m.
Ioannes Seguin Doctor. 304.m.
Ioannes Glatinop.Epiſc. 257.m.
Ioannes Tillius hiſtoricus. 120.m. 131.p.171 182.p.188.p.190.f.
Ionas Abbas. 126.m.127.p.
Iob in afflictione attonſus. 114
Ioſerandus Epiſcopus. 215.m.
Iocerandus quis Archiepiſcopus Lugdunenſ. 365
Ionan Epiſc.Aurelianenſ. 290.m.
Iopilia vrbs.
Ioſaphat Sanctus. 26.f.
Iotuum Monaſterium. 164.f.
Irenæus S.Epiſc.Lugdunenſ.2.p.5.m.8.m.175 m.eius labores.10.opera.15.Concilium.16. 13.vbi conſecratus ad Epiſcopatû.10.ipſius caput reſectum.16.m.17.m. alia. 15.19.98 p.325.f.347.m.348.567.p.101. Illius mors. 17.m.
Irmingarda Regina. 191.p.
Irritatio Regis quid. 353
Iſaac Epiſc.Lingonen. 183.m.186.f.187.f.
Iſaac Archiepiſc.Lugdunenſ. 165
Iſacius Patricius Exarcæ. 167.m.
Iſichius Prelatus. 53.p.111.m.
Iſidorus Epiſc.Hiſpal.Author. 8.p.143.m.
Iſmeon Dienſis Epiſc. 222.f.313.m.
Iſmeon Abbas Ambroniacen. 252.m.
Iubinus quis Epiſcopus. 343.p.
Iudæi quandò expulſi è Diœceſi Lugdunenſi. 357
Iudex communis Archiepiſcopi & Decani Lugdunenſis.307.Alius ibi.Iudex.308. exceptiones. ibid.
Iudith Regina. 190.f.
Iugum Dei Abbatiæ. 263.m.354.p.
de Iuiſs familia nobilis. 352.p.25
Iulianus Epiſcopus. 61.p.
Iulianus Epiſcopus Carpentaratenſis. 71.f.
Iulianus Imperator. 64.f. 101.f.
Iulius S.Epiſcopus Lugdunenſis. 24. f. Alius Aquenſis. 93.m.
Iulius PP.I. 30.m.
Iuo Epiſcopus Carnotenſis. 221.p.231.m.
Iuramentum Archiepiſc. & Capitulantium Lugduni.476.Aliud in ſua receptione. 316 354.358.668
Iuramentum Epiſcoporum Eduenſium in Capitulo Lugdunenſi. 460.f.655.f.
Iuramentum multorum Abbatum & Lugdunenſi Eccleſiæ ſubiacentium.317.321.325 330
Iurenſis Abbatia. 322.p.
Iuriſdictio temporalis Eccleſiæ Lugdunenſ. 307.m.
Iuſtinianus Imperat. 85.m.
Iuſtinus Conſul Romæ. 105.m.109.f.
Iuſtinus 1. Imperat. 90.m.
Ius diuinum ſcriptum. 81
Iuſti S. Epiſc. Lugd. miracola.30.mater ipſius liberata.32.m. Ipſe Propheta. 38. tumulus eiuſdem.15.34.p.Alius Iuſtus. 94.m.
Iuſtus S.Martyr. 4.m.

K

KAlenſe Monaſterium quoddam. 164.f.

L

Lambertus Maticen.Epiſc. 186.f.195.m.
Lacionenſe Monaſt. 68.m.
Læta pia Matrona. 35.p.
Lambertus Archiep. Lugd. 163. m. 166.p.ſui corporis translationes. 168.p.
Lambertus Lingonen.Epiſc. 204.f.
Lambertus S.Epiſc.Leodienſis. 166.167.f.
Landricus Matiſc.Epiſc.208.f.214.m.p.215.p. 217.f.
Landalenus Epiſc.Viennenſis. 139.m.145.m.
Lantfrancus Epiſc. 223.f.
Landricus Auguſtod.Epiſc. 209.p.
Lantus Epiſc. 93.p.
Laodicea Ciuitas.
Latina Volumina quando cœpta in occidentali Eccleſia. 6.f.
Latinus Epiſc.Turonic. 139.f.
Lauduinus Carthuſianus. 221.m.
Laurentius de Carrenodo nobilis. 373.m.
Lauſanenſes Ciues. 76.m.
Laygobertus Abbas. 164.f.
Leboinus Coëpiſcopus. 169.m.
Leborius Epiſc.Maurian. 139.f.
Lecti Canonicorum Lugdunenſium in morte ſpectantes ad Archiepiſcopum. 336.m.
Legati Apoſtolici in Gallias. 188.189.m.
Leida,pedagium Eccleſiæ Lugdunenſis in vrbe. 264.p.
Leidradus Archiepiſcopus.85.m.factus tamen Monachus. 177.p.&.f.
Lemenſe Cœnobium. 243
Lemouium vrbs. 36.m.
Leodium vrbs. 24.f.25.p.
Lemouicenſis Apoſtolus.
Leobardus Epiſcopus. 128.m.
Leodebertus Epiſcopus Pariſiot. 128.m.
Leoboinus Coëpiſc. Lugdun. 187.m.
Leodegarius Epiſc.Bitur. 99.p.222.f.
Leodienſis Eccleſia ſacrum fœdus iniens cum Lugd. 23.m.167.f.
Leo Epiſc.Gauuen. 188.m.
Leo I.PP.13.p.41.p.43.p.48.m.96.m. II.87.m. III.157.f.IV.VII.194.f.IX.201.p.X.193.m. 310.m 322.m.379.p.
Leo Imperat.I. 59.p.90.m.
Leodegarius Viuarienſis Epiſc. 236.m.
Leonenſis Comitatus & Diœceſis. 610.611
Leonides ſanctus. 171.f.
Leoninus an Epiſcopus. 193.f.
Leontius Archiepiſc.Lugd. 91. & alij ſeptem Leontij Epiſc. 91.128.p.
Leonobodis Epiſc.Maurian. 134.f.
Leproſi Lugduni educati. 113.f.
Lerinenſis Inſula &, Abbatia. 33. m. 44 p.
Leuſus Epiſc.Trecaſ. 139.f.
Lethatius Martyr. 176.f.
Leuthardus Epiſc.Syluanect. 22.f.
Leubonius Coëpiſc.Lugdun. 182.m.
Leucadius Epiſcopus. 61.p.
Leucidius Epiſc. 61.p.
Liberum arbitrium. 84.109
Libræ Capitulares Eccleſ. Lugdunenſ. 377
Librarij in ſcribendo aut componendo literas obnoxij erroribus. 37
Liber expurgatorius Operum emendandorum. 173.m.
Libri confecti à ſanctis Irenæo & Eucherio. 10.f.33.f.
Liberius S.Papa. 95.f.
Lignieres & Ligniacum nobilis familia.287.p. 289.m.294.295
Licuræus Author. 217.f.
Lindo Epiſc.Eduenſis. 182.m.
Lingones vrbs.295.p. Cathedralis eius Eccleſia cui ſancto dicata. ibid.
Liegus nobilis familia. 399
Licinij Imperatores. 26.p.
Licetius Epiſc. Auſciorum. 139.f.145.m.
Lippomanus Author. 298.m.
Logium Monaſterium. 164.f.
Londinum vrbs. 226.f.
Longius S.Miles fuit Lugduni.6. p. ibi inſularem Eccleſiam Eremiticam fundauit.6.m. 23.m.plures eiuſdem nominis. 17.p.21.m.
Longobardia vbi. 41.f. & Longobardi.111. m. 120.f.
Lotharius I. Imperator.178.m.180.p.181.p.191 p.II.182.p.191.p.138.m.Rex. 633
Lotharingia à quo ſic dicta. 182.p.
Lotharingiæ Principes & horũ rami. 379 380
Lucas ſanctus. 88.m.
Lucernæ in Eccleſiis. 90.p.
Lucidus hæreticus. 61.p.
Lucina Chriſtiana. 29.p.
Lucius Epiſc.Moguntin. 129.p.
Lucius II.PP.249.f.& III. 255.m.256.p.
Lugdunenſis Prouincia quando regni Burgundiæ. 218.f.
Lugdunum vrbs, quando Franciæ ſceptro annexum. 321.m.
Lugdunum ab hæreticis captum.17.m.ac reſtitutum. 17.m.
Ludouica Sabaudiæ. 292.f.293.373.f.
Ludouicus Borbon.Epiſc.Leodienſ. 292.m.
Ludouici Borboniorum. 285.p.291.p.292.m.
Ludouici plures de Bellijoco. 285. m. 287.p. 289.p.291.m,& de Rohan. 272
Ludouic. Card.Guiſius Rhemẽ.Arch.380.m.
Ludouici Duces Andegauiæ. 370.m.
Ludouicus Pius Rex & Imperator primus nominis.397.ac Transmarinus. 178.f.
Ludouicus 2.Imperator. 180.p.
Ludouicus Balbus Rex ſecundus nominis & tertius eiuſdem appellationis ad Imperium, &c. pag.90.f.

Ludouicus

Ludouicus de Sabaudia. 447.593
Ludouicus Cardin. Guyſius Epiſc. Albigenſis. 380.p.
Ludouicus de Villars Archiepiſc.Lugdu. 151. m.155.m.314.316
Ludouicus Hutinus Rex. 321.p.610
Ludouicus Sanctus Rex. 70 277.f.283.319.f. 390.m.releuatus.
Ludouicus VII.Rex Franciæ. 251.p.VIII.267. f.& XI.391.p.282.f.IX.283.m.
Ludouicus XII.Rex. 295.m.296.p.368
Ludouicus Rex vbi,Boſonis filius. 191.p. 192.f.
Lugdũs Triputus Author. 202.m.
Lupicinus S.Archiepiſc.Lugdunenſis. 68.antea Abbas.68.alius.69.m.17.
Lupoldus Epiſcop, 128.m.
Lupus Ferrarienſis Author. 183.f.
Lupus Epiſc.Trecenſis. 90
Lupus Epiſc.Catalaunenſ. 207.f.
Lupus S.Archiepiſcop.Lugduni. 74.f.84.92.f. 175.m.197.f.quatuor alij Epiſcopi eiuſdem nominis. 91
Lutherani hæretici. 13.p.22.p.72.f.
Luſo Darentaſiæ Archiepiſc. 204.m.
Luxouium Monaſterium. 127.p.164.f.
Cœnobium ſancti Luthuinj. 184.f.

M

MAbrionis Dominus. 294.p.
Maceti familia nobilis,
Machabæi Duces. 410.f.
Machabæorum SS. fratrum ſeptem corpora Lugduni. 17.m.39.f.
Magdeburgenſes hæretici. 13 p.
Magiſter chori Eccleſiæ Lugdunenſ. quòd illic ſit dignitas.
Magnebodus Epiſcopus. 128.m.
Magnus Epiſcopus Atrebat. 139.f.
Maguolphus Epiſcopus, 114.f.
Mahald Comitiſſa. 328.329.p. 396.m.
Mainardus in quo Concilio. 187.f.
Maldonatus Author I. ſuiſta. 184
Maiolus S.Abbas Cluniacenſis. 44.p.
Maldabertus Archi. piſcop.Lugdunenſ. 170. 176.m.
Maiorianus Imperator. 41.f. 90.m.
Maior Carthuſia. 236.f. 237.f.
Malardus Epiſc. Carnotenſ. 139.f.
Malachias Propheta. 372.f.
Mamertus Epiſcop. Viennenſ. 98.m.268.f. malè Ioannes Gabriel Biſciola cum dicit Lugdunenſem Epiſcopum in Epitome ordin. Baron.
Malam nobilis. 405
Mammes Martyr & eius Eccleſia. 295.p.
Manaſſes Epiſcopus. 217.m.218.m.
Mandata Dei eſſe poſſibilia.62.quo ſenſu grauia & leuia. 63
Manichæi hæretici. 163.f.
Marcellinus Epiſcopus, 169.m.
Marcella ſancta. 22.p.34.f.
Marcelli ſancta Eccleſia. 74.f.
Marcellus alius S. Epiſcop. 23.f.112.m. 284.p.
Marcianus Epiſcop. Arelatenſis. 21.m. Alius Martianus Antiſtes. 111. p. & Imperator eiuſdem nominis. 90.m.
Marcigniacenſes Moniales. 219.p.
Marcus Meus. 78.m.
Mareſchal familla nobilis. 403
Mareſcalli Franciæ. 287.m.288.f.399.m.
Margareta de Belli-joco quadruplex. 261.m. 262.p.282.m.283.f.284.p.289.m.293.p.
Margareta mulier Græca Lugd.in inſula.23.p.
Margarinus *de la Bigne* Author. 60.f.49.m.
Margarita Auſtriæ.373.& Franciæ.
Margarita de Villars. 354.p.
Maria Burgundiæ, 373.f. Aliæ aliæ eiuſdem nominis. 396
Maria de Belli-ioco triplex. 296.p.
Maria & Magdalena Comitiſſæ. 329.330
Maria Franciæ qualis. 389.m.
Martianus Tarentaſienſis. 114.f.
Maria Virgo Mater reuelata. 228.p.272
Marmora ſcripta in ſepulchris Archiepiſcoporum Lugdunenſ. 40.f.65.m.109.116
Marguemel,vide *Dionyſius*.
Maroneus Epiſcopus. 118.p.
Martianus Epiſ.Arelatenſis. 21.f.22.p.
Marthallus martyr. 176.m.
Martianus Imperator. 43.p.
Martinus Martier Author. 229.f.237.m.371
Martinus S.Epiſc.Lugdun. 31
Martinus S.Epiſc.Turon.29.m.35.f.36.p.69.p.
Martinus PP.V. 74.p.166.f.256.p.270.m.350. m.351.352.IV.299.m.300.p.353.m.363.m.
Marſiacus Canonicus. 318.m.320.m.
Martyres Lugdunenſes. 23
Martyres XLVIII.Chriſti. 3.f.81.m.298
Martyrologia Romana. 27.m.92.m.
Martyrologium Eccleſiæ Lugdunenſis alia, & ſancti Petri Mariſconenſis. 80.m.150.m.
Maſſilia vrbs. 19.f.27.m.32.m.
Mariſcon,ciuitas antiqua. 10.p.243.p.
Mathæus Author. 53.m.
Matrimonium ſolenne & clandeſtinum. 406. f.408.f.409.p.
Matthæus Pariſienſis Author. 276.f.
Maturus S.Martyr. 2.m.
Mauberti fons vrbs.
Mauiacus vir rabie Lugduni correptus.
Mauricius vnus Sanctus. 74. m.243. p. Alius. 199.f.ipſius Eccleſia. 234.m.

Maurinenſis Epiſcopatus. 335.m.
Maulianenſis Epiſcopatus diuerſus. ibid.
Maurienna Comites nonnulli. 386.p.
Mauritania Regio. 27.m.
Mauritius alius Dynaſta. 168.f.
Mauritius item Imperator. 168.f.
Mauſoleum quid. 17.p.
Maximianus Imperator. 25.m.
Maximilianus Imperator. 372
Maximus Epiſcopus Valent. 161
Maximus primus nominis Imperator. 18.p.
Maximus Geneuenſ. Epiſcopus. 71.f.
Maximus S. Epiſcop. Lugdunenſ. 21. deinde Moguntinus. 28.f. item alius. 93.m.
Maximi plures Sancti. 28.f.
Medardi S. Monaſterium. 178.m. 221.p.
Medicis familia ampla. 330.p.
Mediolanum Ciuitas. 6.m. multæ vrbes ſic dictæ. 75.m. Ciues illius bellum gerentes. 262. f. 296.p.
Meigeſſius Epiſcopus. 61.p.
Metania Sancta. 35.m.
Meldenſes ciues. 127.m.
Melchiſedec antiquus Sacerdos. 84.p.
Melchiades S. Papa. 10.m.
Melyro Epiſcopus. 11.m.
Meriades Sanctus.
Menſa ſacra. 74.m.
Memphis vrbs.
Meſopotamia Regio. 121.f.
Meſſimieux familia nobilis.
Metis vrbs in Gallia. 178.p.
Metri Eccleſiæ S. Nicetij conſcripti. 156.m.
Metropolita. 170.p.
Metropolitanus idem quod Archiepiſcopus. 85. 86.p. 114.f.
Meyſe familia nobilis.
Micha, panis albus in anniuerſariis faciendis. 354.f. 358.p.
Milites ſacri ordo in Eccleſia Lugdunenſi. 333.m.
Milo Epiſcopus Eduenſis. 346.f.
Mimatenſis vrbs. 52.m.
Minores Religioſi primi in Gallia. 282.m.
Mirabelli Caſtrum. 261.m. 290.p. 373.p.
Miracula diuerſa Lugduni. 4. 7. 21.p. 107. 108. 126. 148.f. 263. 219. 227. 355 398
Miræus Author. 52.f.
Miron Archiepiſc. Lugdunenſis. 435
Miſſæ infirmis apertè proficuæ. 4.f.
Miſſa Euchariſtica. 16.p. 60.p. eius nomen. 86. 87.
Moguntia Vrbs. 27.m. ibi Concilium. 28. m. 114 p. 340.f.
de Mitte Canonicus Lugdunẽſis. 206.f. 266.m.
Mitræ Epiſcopales Cleri Lugdunenſis. 273
Modegiſelus Epiſcopus. 128.p.
Modoaldus Epiſcopus. ibidem m.
Molanus Auctor. 7.m. 39.m. 40.p. 79.f. 91. m. 125.p. 126.m. 127. m. 133. f. 167.p.
Moliſmenſe Cœnobium. 221.f
Mommolus Miles. 36. m.
Mommolus vbi Epiſcopus. 111. p. 123
Mommorancius in Francia. 367
Monachi Lugduni veteres. 60.m.
Monachi non eximendi quondam ab Epiſcopo. 200.f.
Monachi viſi olim Lugdunenſes Archiepiſ. 93. 51.f.
Monachi vouentes. 82.m.
Monachos poſſe eſſe Epiſcopos, at non Canonicos. 151. 137
Monaſterium S. Remigij. 260.m.
Monaſteria commendata R. D. Dionyſio Archiepiſcopo Lugdunenſi. 422.f.
Monaſteria S. Laurentij Cabilonenſis Inſulæ Barbaræ Lugdun. 210
Monaſterium S. Marcelli Cabilonenſ. 216.f.
Monialium quarundam ſcandala. 117.m.
Moniales S. Petri Lugdunenſis quale. 149. 150. fundatæ ibi. 149. 158. 173. vide *Abbatia Sancti Petri.*
Monetas facere poteſtatem habuit Eccleſia Lugdunenſis. 316.p. 336
Moniales Viſitationis B. Mariæ & Eliſabethæ. 477.f.
Monſpenſerij Comes tum Dux. 277.p. 282.m. 291.p.f. 293.p. 323. 397
Monsbriſonis Vrbs. 262.p.
Montaniſtæ hæretici. 12.f.
Montbaſon qualis Dux. 372.m.
Montgaſcon Comitatus. 329.m.
Montis Albani Dynaſtæ. 372.m. 283.f.
Montisforti Comes. 329.m.
Montiſmerulæ Caſtri ſitus. 263.m.
Moſa fluuius. 25.f.
Mummolus dux exercitus. 112.m. 36.m.
Muſiuum opus quid ſit. 16.m. in textu & margine.
Myolans familia nobilis. 372.p.

N

de NAgu Canonicus Lugdunenſis. 378.m. 409. & 410.m. ſtirps. 101
Namantius Epiſcopus 111.p.
Namatius Epiſcopus. 128.m.
Nargiacus Author. 234.m. 276.f.
Nantuacenſe Monaſterium. 189.m.
Narbona ciuitas. 93.m. eius Archiepiſcopatus. 93.m. 94.m. 96.f.
Narciſſus Epiſcopus. 11.m.
Nãuarræ Reges aliqui. 370.p. 371.m.
Nauarrus Doctor caſuum conſcientiæ. 339.f.
Neapolis vrbs. 170.m.
Nectarius Epiſc. Auguſtodun. 92.f.
Neomagus, multæ vrbes ſic dictæ.
Neſtorij hæreſes. 93.f. 102

Nicaſius

Nicaſius Epiſcopus. 114.f.117.f.
Nicephorus Author. 1.p.3.
Nicera Epiſcopus. 79.m.98.m.108.f.
Nicetius S. Archiepiſc.Lugdunenſ.20.f.49.m. 56.m.65.f.Alij eius nominis.93.m.105.107. m.108.119.Eius miracula. 107.108
Nicolaus Sandeus Author. 252.p.
Nicolaus Epiſc. Verdun. 379.f.
Nicolaus PP.I. 99.m.& II.196.p.183.m.204. m.210.p.222.231.m.IV.303.392.m.p.364. p.306.p.308.f.V.362.f.363.m.
Nicolaus Vilius Author. 139
Nicopolis Vrbs. 25.f.
Niuernenſes Duces. 296
Nizo prætenſus Archiep.Lugdunenſis.205.p.
Nobilitas Canonicorum Eccleſiæ Lugdunenſis.201.f.245.m.316.p.339. m. 344. f. 353. m.352.p.353.f.
Nomenclatura Cardinalium,liber & Author anonymus. 299.p.304.p.
Normannia Prouincia. 223.f.390.f.
Nouatiani hæretici. 12.f.13.p.21.m.
Nouempopulaica vrbs. 34.m.96.f.
Nouiomenſes Ciues. 147.p.
Nouitiatus Ieſuitarum. 427.m.
Numacius Plancus. 10.p.
Nymbodus Epiſc.Matiſconenſis. 193.m.

O

Obedientia terræ ſeu portionis quid ſit ex vſu Eccleſiæ patriæ Lugdunenſis. 213.f.
Obituum vnius liber Eccleſiæ Lugdunenſis, 56.p.260.f.313.341.364.m.
Oddo Epiſcopus Belginag. 187.m.188.m.
Odenulphus Epiſc.Laudun. 187.m.
Odilo S. Abbas Cluniacenſis. 200.f.207.f.
Odo Epiſcopus Oſtienſis. 222.f.
Odo alius Cluniacenſis Sanctus. 205.f.
Odoacer Imperator. 90.f.in margine.
Odo Cardinalis. 244.f.
Odo Comes. 203.p.
Odo Dux Burgundiæ,221.f.269.p. Canonicus Lugdunenſis. 268.p.
Odolardus Epiſ.Maurien. 193.f.
Odolricus Archiep.ſc. Lugdun. 198. f. 203. Alij eius nominis. 203
Odo qui Rex.
Oeconomi Epiſcopatuum quales. 359. 360. 361
Officiales quidam Lugdunenſes. 155.f.245. p.299.f.302.f.307.f.
Ogerius Cartuſianus. 263.m.
Oirannus Epiſc.Senogallien. 190.p.
Omen-bonum Veronen.Epiſc. 257.m.
Oliuerius Decanus Lugdun.
Oliuerius hæreticus. 254.m.
Onuphrius Author. 42.m.304.305.m.242
Opera citra fidem Chriſtianam neceſſaria. 81.m.
Opilius Imperator. 18.p.
Opinerus Author.
Orannus Epiſcopus.98.f. Alius Orannus Epiſcopus Viennenſ. 186.f.
Orare Deum in Cubiculo quid ſit. 89.f.
Ordines primorum vrbis Lugduni. 424.f.
Ordo, quatenus Sacramentum. 46.m.
Oriſella Aragon.
Otho Epiſc.Balmolergenſis. 257.m
Origenes author. 28.f.73.m.83.p.
Ormiſda PP. 66.f.
Oruccardus Epiſc. 182.f.
Orulphus Epiſc. Tricaſſ. 187.f.
Oſuuus Rex Angliæ. 123.f.
Oſtrœna Regio.
Otho Princeps.191 p.Alius Catholicus.70.f. Alius Rex Burgundiæ. 191.p.207.m.216.f.
Otho III.Imperator. 199.m.alius.207.m.

P

Padum fluuius. 66.f.
Pagatius Epiſcopus. 29.f.
Paguy quis locus. 71.p.
Palæologus Imperator. 297.f.298.f.
Palatinus Comes.
Palladius Epiſcopus Antiſiod.128.m.139.f. Alius. 39.m.
Palladius hæreticus. 33.m.
Palud Canonicus. 330.m.321.m.
Palman Epiſcopus. 11.m.
Palma vrbs & Palmenſe Concilium. 76.m.
Palmerius Author. 272.m.297.f.
Pammachius Monach.liberalis. 101.f.
Pantagatus Epiſcopus. 71.f.85.f.
Pandulphus Author. 277.p.
Pantaleon S.Martyr. 176.m.
Papa,quale nomen. 69
Papia vrbs. 66.f.188.m.211.f.
Papias Epiſcopus. 8.p.
Papulus Epiſcop.Geneuenſis. 139.m.
Papirius Maſſonus Author. 173.179.m.
Papolus Epiſc.Lingonenſis. 135
Pappus Epiſcopus. 111.p.
Papyrius Epiſcopus. 12.m.
Paracodes. 12.m.18.p.
Paradinus Author. 6.f.10.p.18.p.34.p.41.p. 174.p.195.m.196 p.206.f.207 p.278.m. 280.m.287.m.299.m.in margine.301.f. 335.p.345.m.
Paradini fratres Authores. 215.p.236.f.
Pardulus Epiſcopus Laudun. 207.f.
Pariſienſe Concilium. 92.m.
Parlamentum Franciæ. 316.m.
Paſcha vide Feſtum.
Paſcha quo die. 11.12.14.m.123.
Paſchalis I.182.p.II. Papa. 201.m.229.m. 232.

232.234.m.238.m.
Paſchaſinus Epiſcopus. 13.p.31.f.
Paſſinus Epiſcopus. 93.p.
Patiens S.Archiepiſ.Lugdun. 55.m.58.m.61.m.63.f.64.m.89.m.ipſius ſepultura.63.eius eleemoſynæ erga famelicos. 59
Patriarcha dictus B. Nicetius Epiſc. Lugdun. 107.p.
Patroclus Epiſc. Arelaten. 96.p.
Paulinianiſtæ Manichæi hæretici. 163.f.
Paula Sancta.35.m. eius nepta pia. ibid.
Paulinus Epiſc. in Anglia. 29.m.123.m.
Paulus S.Apoſtolus. 11.f.83.m.91.231.f. 299.p.
Paulus S.Apoſt.Epiſc.Narbonenſis. 6.p.
Alius Paulus Epiſc. 61.m.
Paulus PP. 1.98.f.
Paulus Diaconus Author. 121.m.
Paulus PP. II.269.f.III.384.m.V.383.f.421.f. 423.m.
Pauperes largiſſimè adiuti tempore famis. 64
Pauperes de Lugduno hæretici. 248.m.
Peccatum in homine quale. 62
Paulus Arabs qualis. 163.f.
Peda quid ſit.
Perſonatus Eccleſiæ Lugdun. 352
Peius erranti frequenter accidit. 112.f.
Pelagius II.PP. 86.p.113.f.
Pelagius hæreticus. 61.p.68.p.
Pentecoſtes Feſtum. 13.m.
Peregrinus S.Confeſſor Lugduni. 17.p.35.f.
Perpetui ſeu perpetua beneficia Eccleſiæ Lugdunenſis: vide Capellam XII.
Peruſiacum Oppidum. 287.f.288.f.
Perſæ.
Perſona Chriſti qualis.104. & hæreſes in eo. 103.104
Petronius Epiſc.Vaſion. 139.f.
Petra inciſa Lugduni 2.f.264.f.
Petronilla de Andiliaco. 262
Petrus S.Apoſtol. 12.p.47.m.88.m.124.m. 168.f.
Petrus Abbas Cluniacenſis. 239.m.244.f. 246.m.
Petrus Borbonius duplex. 289.p.292. 365.m.
Petrus de Augusta electus tantùm Archiepiſcopus Lugduni. 302.p.307.p.
Petrus IV.de Chalam Archiep. Lugd. & eius genealogia. 324
Petrus à Fontanis Cardinalis. 241.p.
Petrus de Nagu vbi Canonicus.228.m.409.f. 418.m.
Petrus de Caſtra Archiepiſc.Biturie.
Petrus de Natalibus Author. 2.f.8.p.10.f.25.p.33.p.36.p 52.m. 62.f.67.m. 68.p. 135.f. 185.m.
Petrus de Sabaudia Archiepiſc.Lugdu. 21.p. 158.p. 318.ſeu Petrus III. 270.m.323. 346.p.
Petrus de Tureyo Cardinalis. 341.m.347.eius ſanguinis. 347.349.f.
Petrus Diaconus Author. 121.m.
Petrus Foriſempronij Epiſc. 188.m.
Petrus Dux Sabaudiæ. 373.m.
Petrus Epiſc.Alban.Legatus. 217.m.
Petrus I.Archiepiſc.Lugdun. 239
Petrus II.Archiep.Lugdun. 296
Petrus de Tarantaſia quis. 70. m. poſteà factus Archiepiſcop.Lugdunenſis.71.p.297. 315.f.
Petrus de Pinac Archiepiſc. Lugd. 401. eius mors. 411. Reuelatio à dæmone facta de bono eius ſtatu poſt mortem. 412
Phara ſancta Meldenſis. 164.f.
Pharamundus I.Rex Francorum. 33.p.
Pharo Melden.Epiſcopus. 129.p.
Philagrius Cauellicen.Epiſ. 171.f.
Philetus Abbas Inſulæ Barbaræ. 23.m.
Philibertus Sabaudiæ Dux. 373.m.
Philibertus de Belli-joco.290.m.295.m.296.p.
Philibertus Sanctus. 312.f.
Philippus Apoſtolus. 11.m.
Philippus Audax Dux Burgundiæ. 70.f. 297.m.
Philippus Auguſtus Rex. 267.f.281.328.f.
Philippus de Belli-joco qualis. 291.m.
Philippus de Tureyo Archiepiſc. 259.340. 343
Philippus Epiſc. Viennenſis.
Philippus de Sabaudia Archiepiſc. Lugdun. 270.284.m.
Philippus Dux Burgundiæ & ſui. 70.f.289.f. 344.p.
Philippus Dux Mediolanus in Papam reconciliatus. 362.f.364.m.
Philippus Colonien.Epiſc. 257.m.
Philippus VII.Dux Sabaudiæ. 293.p.373.m.
Philippus Pulcher Rex. 303. 310. 311. 346.p.
Philippus Turonen. Epiſc. 358.p.
Philippus Rex primus Francorum.208.f.218. m.219.p.234.f.
Philippus I.Hiſpaniæ Rex. 373.m.
Philippus Granenſ.Epiſc. 308
Philippus II.Rex Francorum.263.& IV.315. 338
Philippus III.Rex Francorum. 338
Philippus Valeſius Rex.287.m.288. 338.389. m.390.m.402.m.
Phocenſis Prouincia. 93.m.191.m.
Photinus hæreticus. 30.m.
Pientius Epiſc.Aquenſis. 114.f.
Piatus Iudex teſtis. 187.f.
Pictauum & prætenſa eius Synodus. 118. ac Pictauienſes. 69.m.
Pictauienſis obſidio. 289.m.290.p.

Pilei

Pilei rubri quando Cardinalibus conceſſi. 273
Pinac familia nobilis, vide *Eſpinac.*
Piolus Epiſcopus. 107.m.
Pipini plures Principes in Francia. 166. 171.p.
Pithoeus Author. 169.p.
Pius I. Sanct. Papa. 4.m.15.m.87.m.
Placentinum Concilium. 219
Placidus Epiſcop. Matiſconenſ. 71.f.72.p. 92.f.
Platina Author. 21.m.235 p. 272.m. 298.m.
Plutarchus Author. 169.p.
Podagra vbi miraculo curatur. 215.m.
Pœnæ qualiter reſtringendæ. 410.f.
Poiſat vel *Pryſuel* Notarius. 320.m.
m 321.f.
Pœnitentia ſacramentalis. 46.m.
Polycarpus S. Epiſcopus, Martyr. 4. m. 8.p. 101. m.243.m. Eius ſanguis Lugduni. 16.m.
Poletus liberè Epiſcopans. 274
Polycarpus *de la Riuiere* Author. 221.m.251.f. 235.m.
Polycrates Epiſcopus. 11.m.
Polydorus Virgilius Author. 194.f.309.m.
Pons Araris Lugduni. 148.m.
Pontianus, S. PP. 18.p.
Pontigonum vrbs. 185.188
Pontiniacenſe Monaſterium. 251.f.
Ponticus S. Martyr. 2.m.
Pontius Abbas Cluniacen. excommunicatus. 99.f.236.m.237.
Pontius II. Epiſc. Matiſcon. 141.m.
Poppo Patriarcha Aquitienſis. 204.f.
Pontius Bellicen. Epiſ. 236.m.
Pontius S. Martyr. 176.f.
Pontus Euxinus regio. 11.m.
Porretanus Pictau. Epiſc. 242.p.
Portarum Cartuſia. 230.p.
Portus nouus vrbs Angliæ. 369.m.
Portiani ſancti Conuentus.
Potentiſſimus Vapincenſis Epiſc. 139.f.
Pothinus S. Epiſc. Lugdunenſis. 55.f. eius altare. 243.m.
Ptolomæus Geographicus Author. 370.p.
Præſidius Epiſcopus. 93.m.
Prætextatus Epiſcopus. 71.f.93.p.114.f.
Palmatus Epiſc. Auguſtodun. 67.p.71.f.
Presbyter & Epiſcopus quomodo idem. 133.m.
Prieſt familia nobilis. 402.f.404.p.
Primas & Patriarcha idem. 212.m. 213.m.
Primates à tempore Apoſtolorum. 9.67
Præſtolandus Epiſc. Bituric. 141.f.
Primatia Lugdun. 9.33.53.f.72.p.85.92.111. 113.m.183.214.232.f.235.257.242.244. 249.252. vide *Bulla.* ib. Primas Primatum. 214
Primatia prætenſa Senonenſis abrogata. 214
Primatus Viennenſis. 49.f.92.f.p.94.95. Primas Primatum. 97
Principes recepti Canonici Lugduni. 374
Prioratus Cariloci inſtitutus. 186.190.m.
Prioratus ſancti Ruphi. 167.m.325.f.
Priſcilla Chriſtiana. 71.f.
Priſcus Præfet. 114.f.
Priſcus Archiep. Lugdun. 65.f.114.p.
Priuilegia Eccleſiæ Lugdun. 193.m.273.p.
Proceſſiones Monialium publicæ. 154.p.
Proculianus Epiſcopus. 93.m.
Proculus Epiſcopus. 36. f. Alius recentior. 98.f.
de Properiis Canonici. 288.m.318.m.359.f.
Prothaſius Archiepiſc. Biſon. 135.m.
Prouincia quid ſit. 93.m.
Prothaſius Sencien. Epiſc. 139.f.
Pruniacenſe Monaſterium. 182.p.
Pſalmodia Eccleſiæ perantiqua. 87.89
Pſalmodia & Cantus in Eccleſia, maximè Gallicana quando cœpit. 160.p.181.f. in Carmine. 187.f.189
Ptolemaïs ciuitas. 38.f.
Ptolemæus S. Epiſc. Lugdun. 26.27.53.m.

Q

Quadrageſima ieiunanda. 13.f.14.p.
Quantitas quomodo in Corpore Christi Euchariſtico. 47.p.
Quartadecumani hæretici. 12.f.
Quinciaci domus Lugduni pro Anglis Cantuarize. 259.f.
Quintianus Epiſcopus. 93.m.
Quodcunque ſolueris. ſenſus huius ſententiæ 312.p.
Quercetanus, vide *Andreas.* 217.f.

R

Rabanus Doctor. 28.p.180.m.
Rachuacarius Auguſtoni. 126.f.
Radulphus Comes. 328 m.
Radulphus S. Archiepiſ. Bituric. 181.m.231.m.
Ragnoaldus Epiſc. Valentin. 111.p.119.m.
Ragnobertus Epiſcopus. 128.129.f.
Ragnericus Epiſco. Ebroicen. 139.f.
Raimundi plures Canonici Lugdun. 312
Raimundus Archiep. Lugduni. 335
Raimundus Comes. 282.f.255.p.
Rainaldus Epiſc. Calarſenr. 238 m.
Rainaldus Epiſc. Bellicen. 255.m.
Rainaldus Archiep. Remen. 238.m.
Rainaldus Eduen. Epiſcopus. 216.p.
Rainaldus I. Archiep. Lugdun. 236. Item II. pa. 260. Et quidem III. à nonnullis prætenſus

ſus ibi Archiepiſcopus. 303
Rauracus Niuernenſis Epiſcopus. 139.f.
de Rebé nobilis familia. 296.m.
Radbertus Legatus. 171
Rebuffus Author. 189.p. 254.f. 327.m. 361.m.
Regaliorum Iura Lugdunenſi Archiepiſc. tradita. 261.m. vſus ibi. 300 306. 351. 419. 420
Reges quando vectigalia impoſuerunt Eccleſiæ contra immunitatem aut non. 310
Reges Franciæ noſtri temporis ſunt Canonici honoris Lugduni, ac vbi præbendam conferunt. 345
Reginaldus de Beaume Epiſc. Bituric. 97.m.
Regnio Author. 17.f.
Regulæ Iuris Canonici. 310
Reimundus de Tureyo Decanus Lugd. 341.f.
Religioſæ S. Mariæ & Elizabetæ Lugdun. 427 & etiam Carmelitanæ. ibid.
Reliquiæ vetuſtiores Sanctorum Lugd. 6. 28 33. 39. 243. 242
Reliquiæ ſanctæ Cypriani Lugdun. translatæ. 171.m. 175.f. 243.m.
Reliquiæ S. Ioannis Baptiſtæ & Irenæi Lugd. 15.f. 16.p. 243.m.
Reliquiæ quæ Sanctorum translatæ & miræ. 194. 243.m.
Reliquiæ Sanctorum omnium honorandæ. 72
Remigius S. Archiep. Lugdunenſis. 180.f. 182 m. 183.m. duo alij Remig. etiam eruditi. 184
Remigius S. Remenſis Epiſc. 133.f.
Remigius Epiſc. Bituricen. 111.p. 116.m.
Remundus Comes Toloſan. 255.m.
Renati duo *de Rohan.* 395
De Reſti Canonicus Sacriſta Lugduni. 419.p.
Reuelationes diuinæ priuatis piis. 255
Reuerendus an vox debita œconomis ſeu commendatariis. 361
Rhedones Ciues. 329.f.
Rhecius fluuius. 25.m.
Rhotardus Epiſc. Sueſſion. 196.p.
Richardus Turonen Epiſc. 181.m.
Richardus Abbas. 216.f.
Richardus Burgundiæ Rex. 191.p. 195.p. 207 m. 385
Richardus Maſſilien. Abbas. 278.m.
Richerius Epiſc. Senonenſ. 128.p. 129.p. 221 m. 222.p.
Richildis Regina. 191.m.
Ricolphus Epiſcopus. 177
Ringganus Dux Belli. 397
Ripalia Eremus. 362.f.
Roardus Patriarcha Antioch. 240.f.
Roberti Reges & Comites. 328. 538
Rioiterium Caſtrum Archiepiſcopi Lugdun. 268.p. 315.p.
Roberti vetus Chronicon.
Robertus Viennenſ. Archiepiſcop. 248. m. 257.m.
Robertus Archiep. Lugdun. 367
Robertus de Belliioco. 294.p.
Robertus de Gebeonis. 342.m.
Robertus Dux Burgundiæ. 211.m. Alius Princeps. 70.f.
Robertus Rex Francorum. 70.f. 206. m. Alij Roberti Franciæ. 390
Robertus S. Abbas. 221.f.
Robertus Valentinenſ. Epiſc. 186.p. 187.f.
Robertus Author. 436
de Rochefort, nobilis in Eccleſia Lugdun. 313 f. 366.f.
Roderius & Rodinus Cabilonen. Epiſcopus. 208.m.
Rodolphus Franciæ Rex. 99.m. 191.p.
Rodulphus Burgundiæ Rex. 195.p. 199.f. 202. m. Alius eius nominis ibidem Rex. 202.m.
Rodulphus Epiſc. Biſuntin. 181.m.
Rodulphus Imperator. 197.f.
Rodulphus I. Archiepiſc. Lugdun. 268. antea Agennen. ibid. & II. 151.f. 299
Rogationes publicæ Monialium per vrbem Lugduni. 154
Rohanniorum Principis familia. 365.m. 369 370. 371. 372
Rolinus Vicarius Generalis Lugdunenſis. 259.f.
Romanum multiplex Concilium. 10. m. prouinciale. 218
Romerus belli Dux. 397
Romilon Sacerdos reformatus. 427.m.
Romulphus Epiſcopus. 128.p.
Roſiagnus Epiſc. Arelatenſis. 187.p.
Roſa aurea Papalis Lugduni. 272.f.
Rotterium caſtrum Eccleſiæ Lugdun. ad Ararim. 221.p.
Roſieres Author. 215.p.
Rothadus Epiſc. Sueſſionenſis. 207.m.
Rothmundus Epiſc. Eduenſis. 195.m.
Rothuararius Epiſcopus. 127.p.
Rubyſius Author. 6.p. 94.f. 199.m. 201.f. 401
de Rupeciſſa ſeu Rochetallia Nobiles Canonici Lugduni. 312.m. 354
Rupertus Author. 412.f.
Ruſticus S. Archiep. Lugdun. 64. Alij Epiſcopi eius nominis. 65
Ruſticus Caturcen. Epiſc. 128.m.
Ruſticus alius Epiſcopus. 25.m.
Ruthenum vrbs. 64

S

SAbaudia patria. 95.m. & ſurculus Principum ipſius. 275.m.
Sabaudiani Comites. 275.m. 286.m. Et Duces. 245.p. 290. 292.f. 318.p. 321.p. 373. effecti Canonici Lugdunenſes. 318

Sabaudus

Sabaudus Epiſcopus. 61.f.93.p.114.f.
Sacerdos, Sanctus Archiep. Lugdunenſis. 48.f. 65.m.92.93.f.102.p.105.121.m. 158.p.160. f.175.m.
Sacerdotes reformati. 427
Saconei nobiles in Eccleſia Lugdunenſi. 323. 358.359.410
Sacramentorum eſſentialia & accidentalia. 45.f.
Saffarius. Epiſcopus. 117.f.
Sagara Epiſcopus. 11.m.
Saginandus Epiſc. Conſtantienſis. 187.m.
Sagittarius Epiſc. 107.116. 194. vide *Salonius impr.*
Sangona fluuius. 17.m.
Salamina vrbs. 228
Salomon Epiſcopus. 50.f.
Salonius improbus Epiſc. Ebredun. 51.f.107. p.116.f. vnus Geheuen. 107.m.
Salonius pius Archiepiſ. Lugdun. 42.m. Eius monachatus. 51.m.
Salornay familia nobilis. 281.m. Canonici Lugdunenſ. de ea. 318.m.
Salluciorum familia illuſtris. 343.p.
Saluianus Author Maſſilienſ. 49.m.
Santandreanus nobilis bellator, & filius Mareſchalli Franciæ. 395.f.396.m.
Sancti Lugdunenſes in corporibus viſitati, & è tumulis releuati: vide ſuprà *Doctores* & pag. 347.p.
Sancti inuocandi. 198.p.
Sanctio Pragmatica. 364
Sancti è Patria exules. 217.m.227.m.
Sanctus, Martyr. 2.p.
Sanctus Epiſc. Tarentaſien. 71.f.
San-Iulianus Author. 182.m.195.p.196.f. 270.p.
San-geneſium pagus multiplex. 165.m.
San-andreanus miles. 396
San-Veranum pagus multiplex. 58.p.
Saphoracus Pariſienſis Epiſcop. 93.p.
Saphus Græcus Epiſcopus.
Saponariæ, Corus. 181.m.
Saraualle Canonicus. 320.f.321.f.
Sarpidius Epiſcopus. 61.f.
Sardis Ciuitas & Concilium. 22.f.23.30.87. Aliud ibi Conciliabulum. 24.p.
Sarrazinus Author. 3.m.26.p.&c.
Satisfactio pro peccatis. 22.p.
Saturnus hæreticus Epiſcopus. 95.f.
Sauaro Author. 49.m.52.f.97.f.108.
Sauigniaci Abbatia. 181.f.189.m.
Saulnier Epiſcopus Eduenſis. 420.p.
Saulnier Religioſus. 187.f.
Sauſſeyus Author. 52.m. 91. 184. 237. 360.m.
Saxiaci Monaſterium. 185.p.
Saxa è terra ad cœlum viſa in Francia. 164.f.
Schiſmata. 14.f.242.p.
Schiſmata in Eccleſia pro Papatu. 363.p.
Scipio Æmilianus Romanus. 176.p.
Scillitani Martyres, vide *Speratus*.
Sebuſium vrbs. 385
Secta quid. 242
Sebo Princeps. 205.f.
Secunda Martyr. 176.m.
Secundianus hæreticus. 33.m.
Secundinus Archiepiſc. Lugd. 120.f.125.m. Alij Secundini. 121
Seculatius Epiſcopus Dienſis. 71.f.
Seduni qui populi. 75.p. verſus Agau.
Seguinus Archiepiſcopus Lugdunenſ. 303.f.
Seguiſiani qui populi. 385.m.
Sellappius Epiſ. Nannetenſis. 139.f.
Seminarium Clericorum Lugduni. 423.f.
Senator Epiſc. Lugdunenſ. 41
Senecey Canonic. Vicar. general. Lugd. 319.p.
Seneſchalli Eccleſiæ Lugdun. 312.m.313.m.
Senoco Eloſanenſis Epiſc. 128.p.
Sepulchra Archiepiſcop. Lugduni ab Authore defoſſa. 105.m. Alia Sanctorum. 17.p.
Seraphinus Razzi Author. 269.p.
Sergius Papa III. 150.f.193.m.
Seuertiorum Authoris familia. 418.f.
Seuerus Imperator. 5.m.10.m.17.f.18.p.
Sextus Decretalium ex Conciliis Lugdunenſibus mutuatum. 15.f. 298.f. 309. f.310.p.
Sforſia hoſtis Franciæ. 295.m.
Sibylla Domina de Belli-joco. 282.m.
Sibla ſancta Ancilla. 6.f.
Sicarius S. Epiſc. Lugdun. 400. & Sicarius impius miles. ibid.
Sidonius Apollinaris Epiſc. & Author. 30.p. 35.f.44.p.58.m.60. p.65.m. 90. m. 181. m. 267.m.
Sidonius Presbyter. 28.f.
Sigebodus Archiepiſcop. Narbonenſis. 231.m.
Sigibertus Author. 37.m.55.f.74.f.223.m.
Sigibertus Epiſ. Lugdunenſis. 166.f.
Sigibertus Fräciæ, Princeps. 55.m.130.m.385
Sigillorum Religioſorum in publicis actis myſteria. 301
Sigiſmundus Epiſcopus. 84.316.p.
Sigiſmundus S. Rex. 69.f.74.f.199.f.200.p.
Simonia realis in ordine ac beneficio. 208. 209.212.214.241
Simoniaci quondam in Gallia. 144 p.
Simibertus Epiſcopus. 209.m.
Simon Magus. 143.p.
Simon Comes. 255.p.
Simplicius Epiſc. 29.p.98.m. Alius Papa. 101.m.
Sindulphus. 128.p.&f.
Sinemuro familiæ Canonicorum Lugdun. 159.336.410
Sirmundus Author. 60.f.66.m.120.p.129.m. 214.f.233.f.
Siſminius Diaconus. 29.p.
Sixtus Senenſis Author. 49.p.

Sonnatius Archiep.Remenſis.
Socrates Author Eccleſiaſticus. 14.p.22.m. 24.p.
Sola,hæc vox in fide quid ſit. 85.f.
Sorgia fluuius. 58.p.
Sother S.Papa. 3.m.25.m.90.p.406.p.
Soubi-bize,dictio nobilium. 372
Sozomenes Author. 18.m.501.f.
Speratus S.Martyr,de quo in Lugdunenſibus. 168.p.178.m.173.ſ.176.m.
Stephanus S.Epiſcop.Lugdunenſ.66. Et alius Stephan.Antiochenus. 67.m.
Stephanus Epiſc.Eduenſis. 336.m.
Stephanus I.Papa 34.f.II.74.m. V.279.III.98. f.VI 84.IX.& X. 201.p.210.p.
Stephanus Epiſcopus Dienſis. 263.m.
Stephanus quidam Epiſcop.Dienſis Leodienſ. 256.ſ.
Stephanus Bituricenſis Archiepiſc. 97.m.
Stephani Decani Lugdunenſes. 774.f.
Strabus Author. 180.m.
Strategus quid ſit. 282.ſ.
Subſtantia corporum Indiuiſibilis & inuiſibilis de ſe eſt. 145.p.
Sueſſiones vrbs. 130.m.
Suffraganei Turonenſes, Viennenſes & Rhom. 98.m.71.85
Suffraganei Lugdunenſes. 431
Sulpitius Epiſc.Bituricenſis. 114.116.m.128. f.& Author. 29.m.36.m.
Summatius Epiſcopus. 128.p.129.m.
Supellectilia morientium in Clero Lugdunenſi pertinere ad Archiepiſcopum. 336
Suriaco Canonicus Lugdunenſ. 318.m.322. m.323.m.
Surius Auth. 2.f.28.p.60.m.68.m.69.p.71.m. 107.m.199.122.p.136.m.164.m.175.217. m.246.m.
Syagrius Epiſc. 107.f.m.p.113.m.116.m.119. m.120.p.129.144.321.m.
Sylueſter I.Papa Sanctus. 94.m.95.p.97.f.
Sylueſter Cabilonenſis Epiſcopus. 71.f.
Sylueſter Epiſc. alius. 70.p.113.p.
Symmachus Papa. 69.f.96.m.
Syluanectenſe Concilium. 196.m.

T

TAlerandus Cardinalis. 286.m.
Ta aru, nobilis familia Lugdunenſium. 255.m.259.p.306.p.326.340.345.m.378.m.
Tarentaſia vrbs. 70.f.71.p.96.m.
Tarnant pagus. 312.m.
Tartari conuerſi ad fidem in generali Concilio Lugd. 297.f.
Tauellus Author. 129.m.
Taurinenſe Concilium. 95.f.
Tauricianus Epiſcopus. 71.ſ.
Thebæorum martyrium. 199.f.
Teleſphorus S.Papa. 87.m.
Templarij Rhodij,Religioſi Equites. 280.m.
Tenrboldus Epiſc.elect.Lingonenſ. 189.f.
Tertulianus. 8.p.88.m.
Teſtamenta nobilium Albonum. 398.f.
Tetradius Epiſc.Lugdunenſis. 29.m.98.m.
Tetricus Lingonen. Epiſcop.92.ſ. ac Lugdunenſis. 433.p.
Tetricus Cartuſianus. 263.m.264.
Thabarienſis Epiſcopus. 109.p.& 436.f.
Thalaſſiarchæ officium quale. 397
Theleſphorus S.PP. 15.m.87.m.
Theliz Canonicus. 288.p.318.m.321.m. 336.p.
Theobaldus Epiſc.Viennenſ. 201.m.
Theodelinda Regina. 120.f.
Theodebertus Rex Auſtraſius. 130.m.
Theodorici duo Reges Burgundiæ. 120.m. 125.f.128.p.130.135.385.m.
Theodoricus Cala Rex. 171.p.
Theodoricus Epiſco.Veſon. 187.p.
Alius Presbyter ſanctus. 133.m.
Theodoricus Epiſcop. Dorouernenſ. Angliæ. 170 p.
Theodoricus verè Archiepiſcopus Lugdunenſis. 138.436.m.
Theodoricus Imperator. 66.f.90.m.
Theodoricus Auſtraſiæ Princeps. 144.f.
Theodoricus Author. 12.f.
Theodorus Ep.ſcopus item Dorouernenſ. 170.p.
Theodoſios Imperator I. 38.ſ.90.m.
Theodulphus Abbas. 177.p.
Theologus Eccleſiæ Lugdun. 333.334.352
Thomas Satranus Cardinalis. 363
Theophylactus Author.111.& Epiſcopus.63. p.f.412.f.
Theophilus Cæſarienſis Epiſcop. 11.m. Alius ſanctus. 20.p.
Thomas de Belli-ioco. 285.f.
Thomas Epiſc.Senonenſ. 450.f.
Thomas *de la Faye de Meſch.* Canonic. 419
Thomas S.Author, partim in margine. 12.ſ. 177.ſ.299.p.413.p.
Thomas S. Epiſcopus Cantuarienſ.217.258. Exul.256.Martyr,& Templum eius nominis fundatum Lugduni.251.270.m. ipſe ibi manſit.259.Capella ipſius alia. 356.m.
Toſtatus Epiſcop.Abul. 146.m.
Threſ. as Epiſcopus. 51.m.
Thuribulum miraculoſum. 356.p.357.p.
Ticinum vrbs. 66.ſ.188.m.
Tillius Author. 99.m. 106.f. 146.m. 171.p. 284.p.288.f.326.f.335.m.
Timotheus S.Epiſcopus. 11.ſ.200.p.
Tiſiaci Eccleſia. 194.m.289.m.
Tituli antiqui Eccleſiæ Matiſcon. 193.243.p.
Titus,Veſpaſianus Imperator.
Toletanum Concilium. 90.p.

Toloſani quidam Comites. 28.f.
Tonſura Clericalis cœpta ab Apoſtolis. 123 124
Toſcani vbi. 41.f.
Toſſiacum vrbs.124.m.ad marg. 283.p.
Toxotius pius. 35.p.
Traiectenſe Concilium Prouinciale. 169
Traiectum vrbs Epiſcopalis. 166.m.
Tranquillus Rex. 38.m.
Tranſubſtantiatio in Euchariſtia. 47
Trenolchium vrbs.195.p.& Abbatia. ibid.
Treueris vrbs. 28
Treuoltium vrbs. 311.m.
Tricaſſinum Concilium. 234
Tridentinum vrbs. 121
Triennij diſtantia inter quodque Concilium Prouinciale Galliarum.114.& pœna abſentium. 115.182.f.&c.
Trimoille, nobilis domus. 330.p.
Trinitas diuina.24.p.eáque tota repræſentatur ex inſtitutione Cathedralis Eccleſiæ Lugdunenſis. 332.p.
Tritemius Author.28.p.43.m.127.m. 166.m. 183.m.199.m.256.p.267.p.296.m.297.f.
Troianus Epiſcopus. 128.f.
Trophimus Epiſc. [illegible] 96.p.185.f.300.p.
Tullenſe Concilium. 181.m.
Tullia piiſſima Virgo. 78.m.
Tungrenſis vrbs quondam Diœceſana.
Tureyo familia. 25.p.335.f.336.m. 341.f.
Turnonius Dynaſta. 33.m.382.f.
de Turre familia nobilis.263. m.268.p.329.p. 331.362.p.378.381.394.p.410.p.
Typographia inuenta. 37.m.

V

Valentinenſe Concilium II. 181.m.
Valens Imperator. 52.f.
Valentia Tarraconenſis. 75.f.96.m.
Valentinianus Imperator.41.p.43 p.69. m. & III. 85.m.90.m.
Valentini hæretici. 10.f.
Valerianus Epiſcopus. 33.m.
Valerius Epiſcopus. 93.p.
Valeſij Franciæ Principes. 399
Valeſius Epiſc. 107.m.
Varenis. 318
Vaſſaliaco Canonicus. 318.m.322.f.
Vaudemontij Comites. 379
Vedaſtus Sanctus.
Velleſius Epiſc.Vapincenſis. 93.m.
Velleſius Author. 295.m.296.p.
Venantius Epiſcopus Albenſis. 71.f.
Venerandus Epiſcopus. 29.f.
Venetiæ vrbs. 23.p.
Ventadour familia. 329.m.
Verannius ſeu Verannus S.Epiſc.Lugdun.7.f. 47.p. 52.p.Alij.52. 57. Pal. & Eccleſia ſui nominis. 80.p.
Veriſſimus Epiſc. Lugdun. 23.36
Venetus Author. 3.m.
Verus Epiſc.Viennenſ. 4.m.23.m.
Verus Epiſcopus Lugdunenſis.22.f.Et alij. 23 128.p.
Vetius S.Martyr Lugduni. 2.m.
Veſuntionum vrbs. 76.m.Pro eius Epiſcopis vide *Chiffletius.* & pa. 134.m.
Viator S.Confeſſor, vnà cum S. Iuſto. 34.m. 38.m.
Vicarij generales Epiſcopatuum an conſtituendi ab œconomis ſeu Commendatariis. 259.p.
Victor I.Pontifex S.9.10.m.11. m.12.p.14.m. 18.p. II. 201.p.260.p. tertius Papa. 218.f. 219.m.
Vicarij generales Archiepiſcopatus Lugd.151 m.158.m.299.f.
Vicecomites de Roham. 369.370
de S.Vidaldo,nobilis familia. 398.p.
Viennæ duæ vrbes ſic dictæ. 23.p.75.f.95.m.
Viennenſes Galliæ Epiſcopi.3. f. 12. p. 49.94 m.96.134.m.
Viennenſes quidam Martyres Lugduni.
Vigenerus Author. 70.m.
Vigilantius hæreticus. 68.p.72.f.
Vigiliæ ieiuniorum. 188.m.
Vigilius I. Pontifex. 85.p.
Viguerius Author. 8.p.[illegible]m.86.p.207.m.
Vilfridus Doctor Anglus. 123.f.
Villa-franca. & quinque vrbes eius nominis. 75.f.261.m.
Villariorum Comitum Lugdunenſium familia. 286.p.309.m. 316.m.318.m.
Villarius Archiepiſcopus Viennenſis, duplex. 50.p.55.m.98.m.100.p.141.m.367.m.
Vincentius Baralli Author. 33.m.43.m.
Vincentij duo Epiſcopi. 107.m.
Vincentius S.Martyr. 92.p.
Virgilius Epiſcopus. 61.f.
Viuentius Archiep. Lugd. 92.p.
Virgo Maria qualis,& eius vetuſtiſſimum altare Lugduni. 29.f.
Vmbaldus Archiepiſcop. Lugdunenſis. 236 237
Viſitatores per Epiſcopatum Lugdunenſem. 426.f.
Vitalianus Papa. 128.f.
de Vitrey Canonicus Lugdunenſ. 445
Viuentiolus S.Epiſc. Lugdun.65.f.71. f. 76 85.m. 107.m.145
Vmbertus Epiſcopus Gratianopolitanus. 200 m.
Vmfredus primus Dynaſta Bellijoci. 287 m.
Vnctio ſacta qualis. 45.m.
Vocius Epiſc. Lugduni. 27
Vocomius Epiſc.Mauritaniæ. 27.m.

Volferius Viennenſ. Epiſc. 96.m.
Votum caſtitatis. 82.86.199.182.229.f.
Vrbanus PP. 18.p.105.p. II. 202.m. 220. 310.f. IV, pa. 234.f. VI. 340.m. VIII. 435.
Vrbanus Presbyt. ſanct. Confeſſor. 25
Vrbicus Epiſc. 93.m. 118.p.
Vuillebaldus Epiſc. 169
Vrſelinæ Religioſæ. 427
Vrſolendus Bituricenſ. 139.f. 142.p.m. 339
Vrſpergenſis Author. 6.m.
Vuilfridus Epiſc. 169.m.
Vuiclebrordus Epiſc. ibid.
Vrſinorum familia nobilis. 204.m.
Vrſula S. Martyr. 369
Viſus Epiſc. 98
Vualterius Epiſc. Cabilonenſ. 221.f.
Vuatrenſes hæretici Cabilon. 256
Vualo Epiſc. Pariſienſ. 231.m.
Vualterius Epiſc. Eduenſis. 204.f.
Vualterius Epiſc. Matiſcon. 278.m.
Vuarmundus Epiſcopus. 96.217.f.
Vſuardus Author. 2.m. &c.
Vandali hoſtes. 28.243.m.
Vuilelmus Comes Lugdun. 270. &c.
Vuilletus hæreticus. 194.p.
Vuilelmus Monachus Author. 222.p. 217.p. 221.281.p.
Vuillelmus Angliæ Rex. 225.p.
Vuiller Cadurcenſ. Epiſcopus. 187.m.
Vuenilone Rothomagenſ. Epiſc. 181.m.
Vuifridus ſcriptor. 17.f.
Vuillebrardus Epiſc. 169.f.
Vuichardus & Vuicharda multiplices de Belliioco. 263.m. 279.280.f.
Vuillebertus Catalaunenſis Epiſc. 186.f.
Vuillicarius Archiepiſc. Viennenſ. 74.m. 98.m. 121.f. 122
Vuillegiſilus Toloſanus. 128.f.

X

XAntonum Ciuitas. 36.f.
Xenodochia quando fundari cœpta. 100 101. maximè Lugduni ampla. 102

Y

YConium domus nobilis & familia pro Lugd. Eccleſia, &c. 313.f.
Ypipodius S. Martyr. 16.p. vide *Epipodius*.
Yſabella de *Villars* fundatrix in Eccleſia Lugdunenſi & ſancti Pauli. 355.m. 356.p. 357.m.
Yuo Epiſc. Carnot. 219.221.f. 366

Z

ZAcharias Lugduni Presbyter. 18.f. 20.p. 24. Alius etiam Presbyter poſteaque Archiepiſc. 8.f. 18.20.p. 84.f.
Zepherinus Sanctus PP. 17.f. 18.m.
Zeno ſanctus. 26.p.
Zeno Imperator. 90.m.
Zeuxis. 42.p.
Zozimus S. PP. 95.f. 222.m.

F*Vndatrix ſororum Cœleſtium Lugduni, de quibus nos iam ad calcem pagina* 435. *fuit poſtmodum, in conſpectu membrana poſita per Notarium Regium Benedictum* Frenay, *Potens Domina Gabriela* de Gadaigne, *uxor nuper defuncti potentis Iacobi Domini de Myolans, &c. inito contractu* 6. *Nouembris* 1624. *ex permiſſu Domini* de la Faye *Comitis Eccleſia Lugdunenſis, ac Vicarij Generalis Illuſtriſſimi D. Dionyſij Archiepraſulis Roma permanentis, qua lege adſtrinxit bona ſua ad mille libras annuatim ſoluendas huic ordini praſenti, ac venienti ex Comitatu Burgundia & ad cuncta ſupellectilia Eccleſia ſeu etiam famis iarum domus, praſentibus DD* d'Haliocourt, de S Chaumont, *Illuſtriſſimis DD.* Hectore de Cremeaux *Decano, Anthonio de Gilbertes Archidiacono, Laurentio de Simiano Comite Eccleſia Lugdunenſis. M. Iacobo Morron Aduocato, &c. Itaque ipſa ante hac fundauit in villa de* ſaint Chaumont *Conuentum Minimorum totidem libris, ac ſupellectilibus in Archiepiſcopatu Lugdunenſi. aſtantibus D. praſato Dionyſio & cateris qui ſuprà die 24. Ianuarij 1622. eodem ſignante ac recipiente inſtrumentum publicum Notario.*

FINIS.

CHRONOLOGIA
HISTORICA
REVERENDORVM EPISCOPORVM
DIOECESIS MATISCONENSIS, IN
ARCHIEPISCOPATV LVGDVNENSI.

NECNON MIXTA TRACTATIO PRÆCIPVARVM
totius Diœceſeos Eccleſiarum.

Vtilis etiam vniuerſali Eccleſiæ, ad res fidei orthodoxæ ex Conciliis illuſtrandas, quæ immiſcentur.

Editio ſecunda longè auctior priore pro ſecundo Tomo:
conſtituto poſtea tertio ſeiuncto.

Auctore IACOBO SEVERTIO, *qui ſuprà.*

REVERENDISSIMIS, IISDEMQVE CLARISSIMIS
DD. ANTISTITI, ABBATIBVS, DECANIS, CAPITVLIS, AC RELIQVO CLERO DIOECESEOS MATISCONENSIS, S.

DVM *in mentem venire altera locupletior molienda ſacratioris*
Chronici Matiſconenſis & affinium Eccleſiarum editio, repentè
occurrit mihi comparanda & ritè vſurpanda inſignis illa Salomo-
nis quondam Regia ſententia, Ego cogito ædificare Templum
nomini Domini Dei mei *a* (*Viri ornatiſſimi atque grauiſſi-* a 3. Reg. 5 v. 5.
mi) quam domum egregiam vbi Princeps fæliciter auſpicatus ab-
ſoluiſſet, ſequentibus retrò ſeculis à profanis militibus euerſam, de-
inde per vatem Eſdram reſtitutam b, iterúmque per Machabæos b 1. Eſd. cap. 3. 4.
Principes c, ac denique ſub Rege magno Herode denuo egregie renouatam legimus d. Templum c 1. Mach 4. & lib. 2. c. 16.
autem iſtud, quale ſaltem mox in altum ſurgere iuſsi, non quadratis lapidibus & mœnus cin- d Ioſeph. lib. 15. ca. 14.
ctum, non æneis propugnaculis vallatum, ſed ſpiritualibus muris circundatum in animo duxi
meo, quod eſt Chriſtus, idem orè proprio conteſtans, & ſe templum in triduo reſtituendum pro-
clamans, corpus ſcilicet reſurgendum animæque breui rurſus vniendum e. Inde verò narrat e Ioan. 2. v. 19.
Apoſtolus Paulus fideles veræ innixos charitati eſſe Templum Dei viui *f, in quo is rerum* f 2. Corin. 6. v. 6.
conditor habitaculum non dedignatur ſuum efficere: creditúrque ipſa Eccleſia dici vnum cor-
pus Chriſti compactum ex pleriſque partibus, vt loquitur D. Auguſtinus, & congregans à qua-
tuor ventis electos g, quos equidem vos eſtis cum ſingulis veſtrorum gregibus (ô Patres Re- g in loc. cit. Ioan.
uerendiſſimi) quia certè baſes componitis hodierni veſtri Templi: fundamenta tenetis veſtra-
rum Eccleſiarum, quas hiſce temporibus præclarè regitis, excolitis, tanquam imitatores eximij
vetuſtorum Præſulum, quibus honorificè ſuccedere pergitis, qui vtique Templum fuere Spiri-
tus-ſancti, & vos pariter illud poßidetis, quorum ego antiquiorum nunc vitā recolo, virtutes
illuſtres exornare ſtudeo, expolio, horum numeros valdè adaugeo, hiſtoricis omnes incrementis
permultùm attollo hac in poſteriore calcographia, ſupra eos breuiores titulos, quos in priore cal-
culo ante vndeviginti annos palam edere non dubitarā: Templum hoc nimirū iſta vice ad
plenum reſtituturus, ædem hanc ſacratiſſimam piorum contextū ac pagellarum ad vltimum
cumulum perducturus, egregiéque completurus; cuiuſce Templi, aut ædificij animorum diutino
calamo inſtructi vos cuncti geſtatis capita, columnas, & fortiſſimos clypeos, velut patronos
atque tutores præſtantiſſimos, quibus idcirco facilè deuoueo hoc meum Opus, præſentes meas
qualeſcunque vigilias ſanè multo labore comparatas. Tibi, ô egregie Ludouice Præſul de-
uotiſſime: tibi, ô nobiliſſime Doctor Iacobe de Veny d'Albouge Archimandritæ religioſiſſi-
mi Ordinis Ciuniacenſis in ea Diæceſi Matiſſana nunc à te ad priſtinam ſanctitatis viam
reformati longiúſque reſperſi: tibi, ô digniſſime Claudi Gaſpar Abbas Cœnobij ſancti Rigal-
di: & vobis, ô Decani Capitulareſque Domini Primores Eccleſiarum Cathedralis ac Colle-
giatarum bene meriti, offero lubens maturos opinor fructus meæ quantum libuit diligentiæ,

ac laudo veſtram ſimul eo in negotio munificentiam. qua venuſtè ex optatis ſuffragiorum votis & conſenſu res tota prodit in lucem ad decus & honorem Reipublicæ Chriſtianæ, ſeu ad veſtræ etiamnon Regionis in Clero ſolamen, quæ poſsit in volumine ſecretiora locorum & priſcæ ætatis ritus ſacros Gallicanos contueri, ſuſpicere, venerari, & multùm proficere. Faxit igitur Chriſtus, vt oblata eo æquo animo amplecti dignemini pro veſtra vrbanitate, quo vos intimo omnes amo pectore. Et numen ſollicitus in dies exorabo ad perennem veſtram è cœlo piè impetrandam ſalutem, niſi forſan ponat obicem meorum tenuitas meritorum, aut demeriti magnitudo, quod auertat Seruator cuſtos optimus: Interim victurus profeſſus ad exitum,

Omnibus vobis obſequentiſſimus,
IACOBVS SEVERTIVS, Canonicus Eccleſiæ
Collegiatæ B. Mariæ Virginis Belli-jocenſis.

Ex ipſo nuper Canonicatu ſub Diœceſi Maticenſi, in qua Officialatus & Generalis Vicary Epiſcopalis munere ac dignitate per annos viginti & ſuprà optatus ex plurium votis ſyncerè functus ſum, donec ad varia mea Opera publicæ luci tradenda poſtulatáque Metropolim Celtarum vrbem ſenio confectus petierim: volumine tandem intra ferias Aſcenſionis Chriſti Domini abſoluto, Anno ſalutis M. DC. XXVII.

LIMINARIS AD LECTOREM EPISTOLA
IN QVINQVE PARAGRAPHOS DISTRIBVTA.

Vnde ſacrum præſẽs Chronicum eruatur.

EXPLANATA ampliore à nobis Lugdunenſium Archiepiſcoporum hiſtoriâ, ſubnectitur ſeorſum Catalogus pariter hiſtoricus & chronologicus RR. Matiſconenſium Epiſcoporum ſtudioſè concinnatus, & multis auctus incrementis hac altera editione, præter additam recèns nonnullorum Antiſtitum enumerationem. Is verò diſcurſus depromitur primùm ex libro *De Titulis antiquis Eccleſiæ Matiſconenſis*, nuſquam typis mandari ſolito, & apud nos diu noctеſcente: deinde ex Philiberto Bugnonio in ſuo Maticenſi Chronico. Tertiò liquet apud Petrum à ſancto-Iuliano, qui vnicus, ex iiſdem Titulis mutuò per eum olim acceptis ſuum pene catalogum excerpſit libro 2. Gallico *De Antiquitatibus Matiſconenſibus* [a]. Cuius vrbis ac territorij fundatio antiquior multò eſt Lugduno, quia Iulius Cæſar in Commentariis meminit eius loci velut iam tunc celebris & mœniis dudum permuniti, qui tamen I. Imperator annis ſexaginta præceſſit Numacium Plancum * Maieſtatis ad Gallos Celtas Legatum ac Metropolis Lugdunenſis conditorem anno 29. Imperij Octaui Auguſti ſceptro ſuccedentis, qui fuit annus 13. ante diuinum Verbum in aſſumpta carne mundo comparens. Denique autem, ſeu quarto tandem loco, hæc eadem pars Matiſſana noſtris grauioribus curis traxit originem è variis Conciliorum Tomis; necnon poſtremò ex adiectis aliis MS. nondum in lucem editis, iiſque pluribus quàm antea: ad perennem ſucceſſionem Antiſtitum ſub Romana Eccleſia demonſtrandam in perpetuo vſu tremendi Sacrificij, aliorúmque Eccleſiæ Sacramentorum, ac reliqua traditione legis Euangelicæ aduersùs hodiernos hæreticos & Caluinitas. Quem alioqui breuiorem Catalogum, at imperfectum ſoláque nomina complectentem antea tradiderat Antonius Monchiacenus Demochares quondam Facultatis Theologicæ Pariſienſis Decanus, & Canonicus Eccleſiaſtes Nouiomenſis, in erudito Opere ſuo propugnationis Chriſtianæ Religionis, libro ſeu Tomo 2. *de diuino Miſſæ Sacrificio, Cap. XXVIII.* Hanc verò partem priore noſtrarum compoſitionum exordio decurtatam [b], quam poſtea ſecutus eſt Ioannes Chenutius, nos nunc abſoluimus, ac prolixiore paulò enarratione tandem locupletauimus pro Chronici virtute ac energia fortiùs corroboranda ex immixtis rebus geſtis: quo pacto iam factitatum diximus in Tractatus Lugdunenſis Prolegomeno ac propoſito.

a Lutet. 1581.

* Ciceronis diſcipulum. Baron. in Annalib. &c.

b an. 1607.

§. 2.

Eius commoda.

Proderit verò hæc denuò ſecunda Pars, ſeu tota ſeiuncta Maticenſis Chronologia, in multis. Primo loco propter ampliſſimum Ordinem ſacrum Cluniacenſem in Monaſticis regulis toto orbe diffuſum, & mox permultis auctum recèns incrementis ad varia per Europam ſuæ obedientiæ membra & Clauſtra, ac ideo permixtum ipſi hiſtoriæ Matiſconenſi, quia intra Diœceſeos ſepta concluſum eſt id Capitale Cœnobium. Vnde R. Abbas Cluniacenſis caput totius Ordinis, quantumuis exemptus ab Epiſcopali iuriſdictione in ſpiritualibus, tamẽ quoad regias decimas & cætera in temporalibus, tenetur Matiſconem venire, aut delegatum eò mittere ad audiendas, acceptandas, exoluendas & obſignandas Computorum rationes, &c. Inſuper, proderit quoque ad ornamentum cùm Lugdunenſis tum reliquarum Galliæ Eccleſiarum, necnon præſertim ad ſubminiſtrandum eruditis locorum Cleris vehemẽtius deſiderium, quo ſimilem dignentur operam nauare in agro ſuarum Diœceſeum diligenter colendo, & iſtis tandem hiſtoricè adiungendo, poſt iniecta hæc præclara fundamenta. Quippe hinc perbellè fiet & eueniet, vt illa tandem concors varietas, & diſperſa in ſcriptis rerum vnitas progignat mirabilem multarum quaſi vocum ſymphoniam, veluti quæſitum vndequaque peruenuſtum & gratiſſimum auribus mentíque diapaſſum ſonorum: quod orbem vniuerſum dulci modulamine aut clamore ambiat, circundet & compleat. Sic peculiares vniùs Diœceſeos hiſtoriæ & Annales mirificè deprehendentur cohærere vnà cum aliis. Quæ impreſſa conformitas, ſi omnis vnà conferatur, ſummam ingeniis rebúſque externis hilaritatem afferet. Alioqui dum ſingula hactenus pene ignorantur, ea ſinunt cuncta in obſcuriſſima rerum caligine deliteſcere, cæcutire, ex torpente iuſtitia ſordeſcere, & hebetes animos turpiter eneruitérque conſopire.

Futura pulchritudo in his ſimilibus.

§. 3.

Equidem, vt quantæ multorum Diœceſeum Chronologiæ magnos inuicem fructus colligere poſſint & valeant, addiſcamus, idiam cognitu facile eſt ex ſ...aſo præfato Democharis Volumine. Etenim, licèt is ſæpiùs in nudis ſuis Catalogis è remoto mi ti a is nomina duntaxat extulerit, nimirum quia aliud nihil dignius ibi expiſcari haud potuit: nihilominus quoniesei licuit ſurripere, ſibi ve comparare hiſtoricum cuiuſque loci Epilogum, hoc lubens præſtitit atque ſibiunxit. Id verò comprobant apud ipſum Catalogi Epiſcopales Senopenſis [b], Pariſienſis, & Antiſſiodorenſis [c] inter numeroſiores Eccleſiaſticas Galliarum Cathedras Capitibus XVII. XVIII. ac ſequentibus tum extenſi extra Galliam diſcurſus Archiepiſcopatuum Moguntinæ Diœceſeos [d], Curienſis, Vindoniſſenſis [e], Argentinenſis [f], Spirenſis [g], Vormacienſis, itémque ſediũ Epiſcopal. Cõſtantiẽſis [h], Herbipolẽſis [i], Vindelicorum [k], Autcarenſ. & Leudiẽſ. [l] ad tutiorem omnino fidem Chronico faciendam, Religionémque catholicam efficaciùs propagandam. Hoc autem munus locupletiore multò indagine exequi hodie molimur, quibus ſ certè tos alios Eccleſiarum piè inuitatos excitemus ad pares conatus promouendos: quales ad primæ noſtræ diuulgationis imitationem iam ſexdecim alij Authores in tali nuſu deinceps & hactenus emerſerunt, abundantiùs collecti in liminari Epiſtolo noſtri Lugdunenſis Chronici recentioris. Enimuerò, vt paucioribus dicam & repetam: ipſius prioris editiunculæ [m] poſtmodum facti ſunt pediſſequi Ioannes Boſco Cæleſtinus pro Viennenſibus Archiepiſcopis [n], deinde Camuſæus pro Tricaſſinis [o] Epiſcopis, Tauellus pro Senonenſibus Archiepiſcopis, Miræus Bruxellenſis in Flandriæ Præſulibus, & c [p]. Italus Barali in Monachis Lerinenſibus [q], Sauſſæus in Aurelianis Antiſtitibus [r], Aduocatus de Cruce in Cadurcenſibus [s], Cotignonus in Niuernenſibus [t], Chifflerius in Biſuntinis [t], Gualterus Ieſuita in Chronographicis Tabulis [u], Franciſcus de Cletet in Arclatenſibus, tum Adrianus de la *Morliere* Canonicus [x], & de Vauchelles Quæſtor pro Ambianis, Patronus Chenutius ſuper Epiſcopis pene omnibus Galliæ [y], Doremetus pro Maclouienſibus, Ioannes *le Lieure* denuo in Viennenſibus, Magiſter Robertus in cunctis forſan Gallicanis [z], & Mornicus in multis earundem Galliarũ: cunctis hoc ordine annuatim conſcribentibus & publicantibus per medios octodecim annos ſibi ſuccedentes. Hi verò omnes panegyrici priores noſtras ſacrorum Chronicorum tibicines adeo frequenter laudibus extulerunt, vt ampliores a nobis taciré concupierint. Quibus ſexdecim præconibus iſtic adhuc ſubiiciendum exiſtimaui decimum ſeptimum dictatorem poſthumum, nempe Andream Quercetanum, huc propiùs circa Matiſconenſe Volumen aliud accedentem: vt pote qui in ſuis Commentariis ac Notis ad recentiorem Bibliothecam Cluniacenſem [a] me nominaſſe gloriatur, ex illa ſola noſtra leuiore Maticenſi chronographica promulgatione, ad præſens longiùs per Dei gratiam renouata, quaſi memorata vicinia Cluniaci hominem ſectatorem valde remotum ſub id negotium faciliùs inuitarit.

Exẽpla præteritorum in tali materia

Quot ſcriptores imitati ſunt Authorẽ.

b fol. 30. 31.
c 34.
d 56 58.
e fol. 60.
f 62.
g 63. 64. 65. 67.
h 60.
i 69.
k 70. 71.
l 72. 75. 76.
Capitib. 34. 35. 37.
m an. 1606.
n eod. an.
o an. 1601.
p 1613.
q tunc.
r 1616.
s 1617.
t eo an.
t 1618.
u tunc & poſtea.
x 1622.
y tunc vel anteriori.
z 1624.
a Pariſ. an. 1614.

§. 4.

Propterea nunc ſpes nos tenet optima, & eo maior priore, quòd vberior hæc noſtra ſecunda editio Maticẽſis reliquos plures adhuc agonothetas acuet & concitabit, qui Operis huius ſequaces reperti, ſua palam Eccleſias ſuperſtites breui poſthac in prælo concelebrabunt, ac in vulgus religiosè oſtentabunt. Quippe illo pro igne promulgandi ſuos in poſterùm ardentius excitabuntur, quando perſpicient hanc alteram incudem denuo publicatam ac noua rerum acceſſione ditatam. Ad quam vt cum aliis multis parandam, planioremque efficiendam, nos iter præmunientes, id genus officij pro Eccleſiæ incolumitate ab aduerſariorum inſultibus vindicanda, quantum per vires licuit. enixi ſumus ſuis abſoluere partibus in geſtis & inſignibus Epiſcopalibus tutò colligendis, ne ſola nomina maiorum more inſulsè & ieiunè apponeremus, dum Deus nos præſentes locis exhibuerit.

Authores ſaturi imitatores huiusce Operis.

§. 5.

Cæterùm iſta Sedes Maticenſis ordine naturæ ſuæve inſtitutionis eſt ſanè quarta duntaxat Suffraganea Lugdunenſi Archiepiſcopatui ſeu quintus Epiſcopatus ſub prima Prouincia Celtica Lugdunenſi, quoad leniem Eccleſiaſticam in Conciliis Clericalibus & ſpiritualibus exiſtentem. Veruntamen in præſenti volumine ſeu tractationis genere antecedere debuit opportunè Epiſcopos Eduenſes, Lingonenſes & Cabilonenſes, tum quia fuerat dudum prima in mente concepta ad conſcribendum, & reipſa actu exhibita poſt Sedem Lugdunenſem, tum etiam quia nos propinquiores loco potuimus integram perfectámque Matiſconenſem hiſtoriam ſacram faciliùs requirere, adinuenire ac illuſtrare, non autem licuit remotiores aliis tam amplè conquirere & enarrare. Proptereáque dum ex Prologo Lugdunenſis hiſtoriæ liquet nos tandem eò deueniſſe, vt cunctas Sedes Gallicanas Primatiæ ambiremus & inuolueremus: ideo aliæ breuiores in noſtris tractatulis adſequi debuerunt, vt pote quas vicinitates probè è Clero debeant frequentiùs ſatiúſque locupletare, ſi in poſterum lubeat & velint. Atque Numen, Lector, pro Operæ Scriba orare, quæſo, non graueris. Vale.

Ordo Sedis huius Matiſconæ Diœceſeos.

BREVIS

BREVIS
ANTISTITVM MATISCONENSIVM
CALCVLVS.

1 SAnctus Placidus.
2 S. Saluinus.
3 S. Nicetius.
4 Celedonius.
5 S. Iuſtus.
6 S. Euſebius.
7 Decius I.
8 S. Momulus.
9 Florenrinus.
10 Deodatus.
11 Decius II.
12 Domnolus.
13 Leduardus.
14 Vuicardus.
15 Gundulphus.
16 Adalranus I.
17 Hildebaldus.
18 Brenduicus.
19 Lambertus I. eſt 1. additus.
20 Euieinus.
21 Bernardus.
22 Conrardus.
23 Lambertus II.
24 Gunrardus.
25 S. Geraldus.
26 Ledbaldus I. eſt 2. additus.
27 Adalranus II. eſt 3. addirus.
28 Berno.
29 Naymbodus.
30 Theorelmus.
31 Ado.
32 Ioannes I.
33 Milo.
34 Ledbaldus II.
35 Gauſlenus.
36 Vualrerius de Belijoco, cum genealogia.
37 Drogo.
38 Rodulphus. 4. additus.
39 Landricus.
40 Berardus.
41 Iocerannus.
42 Ponrius I.
43 Srephanus I. de Balgiaco.
44 Raynaldus de Vergeyo.
45 Ponrius II.
46 Aymo.
47 Seguinus.
48 Ioannes II.
49 Guichardus de Iarmole.
50 Perrus I. de Iaſſia.
51 Hugo de Fonranis.
52 Nicolaus.
53 Ioannes III. de Saillagny.
54 Odo.
55 Philippus de ſancta Cruce.
56 Ioannes IV. de Boiſſiaco.
57 Theobaldus de Rubeomonte.
58 Petrus II. de Iuys.
59 Ioannes V. Criſtini.
60 Gauffredus de ſancto Amore.
61 Ioannes VI. Maceri.
62 Ioannes VII. Iuuenis.
63 Srephanus II. Hugonetus.
64 Philibertus Hugonetus.
65 Srephanus III. de Longouico.
66 Claudius de Longouico.
67 Ludouieus Chantereau.
68 Carolus de Hemard, Card.
69 Antonius de Narbona.
70 Petrus III. Caſtellanus.
71 Franeiſcus de Faulcon.
72 Amedeus de Foix.
73 Ioannes Baptiſta Alamanni.
74 Lucas Alamanni.
75 Gaſpar Dinet, cum tota ipſius genealog.
76 Ludouicus Dinet nepos.

APPROBATIO THEOLOGORVM.

NOs infrà ſcripti ſacrariſſimæ Theologiæ Doctores, *iſtam alteram Chronologiam Hiſtoricam R R. Epiſcoporum Matiſconenſium Diœceſis*, quam Reuerendus Dominus Iacobus Seuertius Doctor Pariſienſis dat, legimus, eàmque approbamus canonicam & Catholicam, dignámque quæ in lucem prodeat. Id manuum noſtrarum ſubſcriptione teſtamur Actum Lugduni die ſeptima Ianuarij, anno Domini 1628.

Fr. ROBERTVS BERTHELOT,
Epiſcopus Damaſci.

Fr. BERNARDINVS MOLLIASSON,
Conuentus S. Mariæ Angelorum propè Lugdunum Gardianus.

Fr. TVSSANVS FOVCHER,
Carmelita.

IOannes Claudius Deville, in ſacra Theologia Magiſter, in ſancti Pauli Lugdun. Canonicus, & in eodem Lugdunenſi Archiepiſcopatu Promotor Generalis: fidem facimus Nos totum hoc magnum Opus tres in Libros diſtributum ſub vnico Volumine, cui inſcriptio eſt *Hierarchia Archipræſulum Lugdunenſium, vetuſtiorum in Gallia Primatum, Matiſconenſium Epiſcoporum, ac Rothomagenſium, Turonenſium, & Senonenſium Archiepiſcoporum, indeque pendentium*, vidiſſe, legiſſe, ac diuerſis vicibus diligenti cura euoluiſſe; atque hanc ſedulam nauandi operam laudare, probare, dignámque frequenti apud eruditos lectione, dicere, teſtari, monere. Lugduni apud S. Paulum VI. Id. Ianuar. MDCXXVIII.

DEVILLE.

CONSENSVS.

IAcobi Seuertij D. Theologi Pariſienſis *Chronologiam Hiſtoricam Lugdunenſium Archipræſulum in Gallia Primatum, & Epiſcoporum Matiſconenſium, & Rhotomagenſium, Turonenſium & Senonenſium Archiepiſcoporum à ſanctæ Theologiæ DD. laudatam, probatámque.* Ego Regis Conſiliarius & Procurator in Lugdunenſi Præfectura typis mandari, & in lucem mitti conſentio. Decima quinta menſis Ianuarij 1628.

PVGET.

PERMISSIO.

PErmitto typis mandari Iacobi Seuertij *Chronologiam Hiſtoricam* à Simone Rigaud, Bibliopola Lugdunenſi, ac ſimul ne quis citra factam ei à ab iiſdem poteſtatem denuò excudat interdicimus. Datum Lugduni die decima octaua menſis Ianuarij, anno Domini milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo octauo.

AVSTREM.

HIERAR

HIERARCHICVS ET

ABSOLVTISSIMVS MATISCONENSIVM ANTISTITVM CATALOGVS CHRONOLOGICVS,

ex ampliore Hiſtoriarum ordinatione depromptus, pro altera Editione.

Secundus iſtic primæ Prouinciæ Lugdunenſis Epiſcopatus.

PRIMVS EPISCOPVS. *Paragraphus* I.

Iſte Placidus qualis.

SANCTVS Placidus vbique legitur paſſim Matiſcenſis Epiſcopus: à quo velut à primo huius loci ſacram Matiſconenſem hiſtoriam propterea ordimur, quia alium eo anteriorem hactenus ignoramus, neque aliquid vſpiam de præcipua Epiſcopalis iſtius Sedis fundatione ſcriptũ deprehendimus. Itaque ſic vnus ſaltem nomine Placidus inſignitur Matiſſanus Antiſtes in illis Prouincialibus Concilijs, ad quæ vocatus ſua dedit ſuffragia. Vt autem de eius qualitatibus percontemur: ſi quis inueſtiget quiſnam ipſe fuerit ex origine: dicerem extitiſſe diuum Placidum egregium ſancti Benedicti profeſſorem Monachum diuitis Tertulli Romani filium, ac Monaſteriorum Siciliæ fundatorem; tunc ſanè degentem, ſcilicet ipſo tempore quo floruit Matiſconi noſter Placidus. Sic, inquam, opinari fortè licebit. Niſi certè chronologia paulò feſellerit: quia, etſi ſanctus is Placidus Romanus videatur planè ſynchronus inchoato huic Solio Epiſcopali Matiſſano in Gallia Celtica: nihilominus cenſetur Martyr effectus in Sicilia, paulò antea [a], quàm Placidus Matiſconenſis abſoluerit aut finierit opem ſuam conferre pleriſque Galliarum Synodis, quas ſuo conſpectu & niſu decorauit. Quippe, pro vlteriore nota, quòd ipſe Matiſconeus obierit poſt emerſã veri diarij * controuerſiam, multi Romanum violenta morte apud Siculos credunt ſublatum ad annum humanæ ſalutis quingenteſimum quadrageſimum primum [b], vna cum eiuſdem fratribus [c] & ſorore illuc Romà aduentantibus piè ipſum inuiſendi gratiâ. Vltra quem ſolatem necis & martyrij ambitum deguit Placidus Matiſconenſis. Verùm his non obſtantibus; etiam aliter ſe res aut chronologicon habere poteſt. Vnde probetur veriſimiliter noſtrum Placidum extitiſſe illum ipſum, qui poſtmodum in Sicilia mortuus eſt. Etenim quemadmodum Authores non cohærent in anno ſui occaſus: ſic legitimè poſſumus inferre illum Paſtorem religioſiſſimum diutiùs adhuc victitaſſe, ſeu priùs Matiſconi ſediſſe; tunc deuotionis ergo ſe in Sicilianam peregrinationem deuouiſſe: vt faciliùs inde potuerit eſſe vnus & idem numero vir [d], Præſul in Gallijs, duplici de cauſa. Primùm,

I. quia dum ſcriptores eum in Sicilia periiſſe teſtantur anno XIII. Imperij Iuſtiniani, profectò Lipomanus & Surius eam reuolutionem adſcribunt anno præfato D. X L I. Breuiarium autem Romanum, anteriore biennio [e]: & Annales Baroniani, his intermedio, hoc eſt anno DXL. Cùm ergo ita diſcrepent ſcriptores in præciſo tempore: cur non perſuaſum quoque aliis eſſe poterit, vt Sicilianum illud naufragium ſeriùs aduenisse dicatur, poſtquàm Placidus Maticenſis Synodos Gallicanas compleuerit, ad quas iter

II fecerit? Secundum cauſæ genus eſt eiuſmodi. Cum Placidus Siciliæ Archimandri-

Duo eiuſdē nominis & status.

Quòd fuerint vnus & idem.

a an. 539 in Breuiario Romano.

* papier iournal.

b Gordianus in Martyrol. Baron.

c die 5. Oct.

d indiuiduũ vocant.

e cir. 539.

ta eſſet diſcipulus ſancti Benedicti tunc florentis Monachorum inſtitutis, haud ægrè nec imprudenter cum in Gallias priùs miſſum putabimus, ibique euectum ſuis promeritis ad præſentem Epiſcopatum, quia pariter D. Mauru præcipuũ Ordinis membrũ S. Benedictus eodem prorſus æuo in Franciam deputarat, creatum Abbatem ſub Andegauenſi Epiſcopatu [f]. E quibus certè Anachoretis exière ter mille quingenti duodecim electi ac excellentes Epiſcopi in orbe Christiano, ad duo ante ſecula ferè [g]. Adeò vt idem Placidus eremiticæ prioris vitæ percupidus, tandem regreſſus ad Clauſtra, è Galliis in Siciliam demùm traiecerit, ac illic præclarum pro Chriſto teſtimonium perhibuerit ſanguine proprio. Vnde & de quo plena ſunt Martyrologia [h]. In quibus mentio non fit Sedis Matiſconeæ, ſed loci tantum vbi is finem habuit honorificum, cùm ſint breuiſſima.

Probatio à ſimili.

f ibi quieuit an. 585 aliàs 583 Feb. 15. Iam licet habeatur Monaſterium ſui nomine in Diœceſi Pariſienſi quò eius poſtea corpus translatum eſt.

g vſque ad Concil. Conſtanticuſe an. 1414.

h die 5. Oct.

Paragraphus 2.

EN allatæ pro tanto viro ſententiæ. De quo quicquid arbitrentur alii, is Epiſcopus Matiſconẽſis plura apud Celtas Concilia inuiſit. Primò quidẽ ex probabili argumento adiit Concilium Prouinciale Epaunenſe in Burgundia celebre, factum anno ſal. CCCC.XCVI. vel anno DXVII. quatenus eum cum aliis Synodi Patribus dudum nominauimus ſub S. Viuentiolo Lugdunenſi Archiepiſcopo [*]: vbi ſimul de diuerſo multorum arbitrio verba fecimus, circa fixum tantæ ſolennitatis annum aut locum ſæpiùs commutatum: & quæ deſignati ſitus varietas fortaſſis cauſa fuit, cur intra refractos plures annos celebratum ſit, eóſque idcirco multiplicitèr olim commutatos apud veteres Hiſtoriographos. Ex vltima cuius nota [i], profectò concluditur Synodum coactam eſſe annis XXIV. (aut XXVII.) priuſquam S. Placidus in Sicilia moreretur, ſecundùm allatas [k] excidij ſui calcographias. Adeóque faciliùs potuit idem indiuiduum vel vnicus S. Placidus ſedere Matiſconi, ac in illo etiam Concilio, tum in Siciliam proficiſci. Quæ facti certus & perſonæ chronologia adauget conſtabilitam [l] fidem nobis perſuadendi, quòd vtrobique ſit idem vir in Gallus & apud Inſulam. Secundò, ingreſſus eſt apertius idem Placidus Concilium tertium Aurelianenſe, item Prouinciale, habitum verſus anno ſal. DXL. ex Baronio, quam ex Venetiano Conciliorum indice. De controuerſis cuius materiis fusè in Chronico Lugdunenſi ſub D. Lupo [m] Archipræſule Aurelius Præſide. Et Patres huiuſce coronæ efferuntur XXVII. à Demochare Tomo 3. ſui Voluminis; qui eſt *De Miniſtris Sacrificij Altaris*. Ibique dicit, *Placidus Matiſconenſis* [n], claſſe XIX. confeſtim poſt Apagatum Viennenſem. Quod rurſum tempus egregiè ſecum patitur Placidum Romanum in Sicilia tandem obeuntem. Nam Eccleſiaſtica hæc ſocietas præceſſit biennio vel quadriennio diarium Siculi eius martyrij, iuxta commemoratas mirantium aut dubitantium illius occaſus horas diurnas. Vt denuò vix ægrè fuerit idem Placidus, qui Præſes Matiſconi religioſiſſimus ſancti Benedicti diſcipulus, necnon Aureliæ ſuffragator, ſubitò poſtea ad Siculos tranſlatus ſit opportuno dati chronici tempore. Tertiò, interfuit quarto Concilio pariter Aureliano. Cuius inſtans triplicem nanciſcitur Doctorum opinionem. Vel enim I. id geſtum eſt anno DXLVII. ex Tabulis, Tomíſque Conciliorum: vel II. ad annum DL. ex Democharę Tomo ſuo 2. cui titulus eſt, *De diuino Miſſæ ſacrificio* [o]. Vel III. illuc denique ventum eſt circa ætatem S. Pelagij Papæ I. ex claſſe II. eccleſiaſticarum Sanctionum [p]: qui quidem Pelagius ſedit ab anno DLV. ad annum DLXII. Mox verò, iuxta hos quarti Concilij calculos, maximè iuxta primum ex trimembri computatione gradũ, ſi ſint veritati cõformes: egò in illo cœtu admitto Placidũ Matiſconenſem aliũ vixiſſe hominẽ à Placido Romano, dũmodò etiã temporaneus ſcrupulus martyrij in Sicilia cõſummati valdè ſit ratus, qui ſuprà varius agnoſcitur. Alioqui ſi minimè firmus putetur, cùm factus crederetur anno 539. vel 540. & 541. aut certè ſi Prælatus ad Inſulam petrexerit decennio tardiùs, quàm ferant ſuperiores paratæ illius tranſmigrationes: proculdubiò potuit rurſus idem eſſe vir, qui reſederit in quarta Synodo Gallicana, & qui ſubinde in Siciliam venerit: nimirum ſi Inſulam petierit, ſub annum 549. loco anni 539. ſeu anno 23. Iuſtiniani Imperatoris, non anno 13. ipſius [q]. Vt ſcilicet fallacia lubétiùs pendeat ex allucinante Typographo, co authore paſſim hãc ſtolidè iniuriam irrogante. Cæterũ in 20. ordine Patrũ eiuſdem Congregationis ſic apponit Catalogus orthodoxus [r], *Placidus Matiſconenſis*: quẽ ibi adſequũtur Rauricus Lemouicẽſis Epiſcopus & alij duo. Quartò, conſtitit præfatus D. Placidus quintæ Synodo inſuper Aurelianenſi, anno DLII. Præſide S. Sacerdote Archiepiſcopo Lugdunenſi [ſ], ſucceſſore ſancti Lupi poſt Leontium. Noſter autem Placidus illic ſedebat trigeſimuſeconus Antiſtes inter quinquaginta duos qui illic aderant, teſte Antonio Demochare [t]. Qui Placidus an ſit ille

Quinque Concilia quibus ille Placidus interfuit.

* nu. 19. 52.

I. Concil.

An. ſal.

497.

517.

i ann. 517. et 24

k §. 1. huius numen.

l duplicem §. 1.

Et ſex aliæ probationes, quod duo præter ſi Placidi ſint vnicus vir.

m nu. 50.

n c. 27. fo. 91.

540.

II Conciliũ. itémque II. probatio.

III. Concil.

o c. 25. fo. 94

p per Fratreſcum locorum, pag. 51.

547.

550.

III. probatio.

q qui annus 20. præter ca imperauit.

r Democharet cit.

IV. Concil.

552.

IV. probatio

ſ nu. 38.

t to. 2. c. 16. fol. 27.

[illegible] Romanus, præſumendum eſt argumento probabili, & iiſdem regulis, quæ ſuprà in Concilio IV. Aureliano. addendo tres duntaxat annos ᵃ ſupra denarium ᵃ illius loci, quos Placidus ferè ſuperduxerit ante eius in Siciliam aduentum, vbi crudeli valdè niſu interfectus eſt. Quintò & poſtremò, legitur interfuiſſe Concilio II. Pariſienſi, iſque decimusnonus anno D. LIIX. in quo comparuit Epiſcopus etiam Eduenſis ſanctus Siagrius ordine XXI., frater Brunichildis Reginæ, qui ex Demochate alibi ᶻ rexit
558. Heduorum Eccleſiam tempore Gregorij Magni PP. ſedentis Romæ ab anno 590. ad 604. Et eundem Siagrium in ſacro illo cœtu vltrà ſequuti ſunt Epiſcopi non ampliùs quam quatuor. De Placido autem ibi adſtante, vt ſit ipſemet Romanus; nos eodem quo ſuperiùs argumento vtemur ad id comprobandum per ſeptennij tempus emenſum in proroganda eius vita, citra præmiſſum trienniuum iam quoque extenſum. Quippe addita hæc ſumma annorum efficit iterum aliud decennium iuſtiſſimè; quod primo addi- tum, inferre licet Placidum eſſe paſſum annis viginti æquiſſimis poſt latam Breuiarij ſupputationem. Vt is Antiſtes Gallias deſerendo, & Caſſinum ad Patrem Benedictum breuem tranſitum faciendo, quò fuerat rectiſſimum iter, Siciliam eremum optauerit, ibique deceſſerit. Quem extremum vicenarij diem obdormientes quandoque Librarij ſeu
559. Copiſtæ exſcribere debuerunt, hoc eſt, annum 559. non autem annum 539. ab his impoſitum ᵃ: maximè quia Iuſtinianus florens Imperator [illegible] nunc a[illegible]ar annum 33. ſiu regni, non 13. En ſingula directè cohærentia. Et quod ad fidei articulos in illis quatuor præcipuis Conciliis attinet ᵇ, quatenus hodie controuertuntur a[illegible] [illegible] Caluiniſti[illegible], vt inde appareat ſole clarius, quòd ſtatus Eccleſiæ Romanæ noſtrataui adhæreat prorſus veteri primitiuæ, at alia non Geneuenſis: hæc vide & ſimil[illegible] generis, fusè diſceptata locis commemoratis apud ſanctos Viuentiolum, Lupum & Sacerdotem anteſignanos Lugdunenſes.

His verò quinque demum verisimilitudinibus ſextâ adducio ſeorſum; quod ſcilicet Eccleſia Cathedralis Maticenſis D. Vincentio Martyri ſacra, quo tempore euecta eſt in Epiſcopatum & aliquot poſtea annis ſpatiis, erat Abbatia Monachorum, vtique ſancti Benedicti, ex publica regionis fama, & accepta maiorum viciniæ hactenus traditione. Vt nihil mirum amplius, ſi idcirco D. Placidus Profeſſus illius Ordinis eò vocatus ſit Antiſtes, pedémque paulò fixerit in illa regulari Eccleſia. Nondum enim tunc alius Ordo monaſticus florebat, aut adhuc conniuebat in tota occidentali & Gallicana Eccleſia, quàm Benedictinianus, vel fortaſſis etiam Auguſtinianus. Siquidem [illegible] Epiſcopales Cathedræ cœperunt a Monachalibus eiuſmodi Eccleſiis ex veriſimili [illegible] coniectura: tum maximè ſub Ordine Canonic[illegible] [illegible]larium D. A[illegible] in prima Eccleſia, tum ſancti Benedicti paulò ſerius. A[illegible] Cathedræ ex permiſſu occuparunt Monaſteria Benedictina in Pontific[illegible]es [illegible] verſa, Religioſis [illegible] pedetentim morientibus ſeculis [illegible] ſeu [illegible] miſſis, veluti elapſo nuper [illegible] pro V[illegible] Epiſcopalis erectione geſtum eſt [illegible]bi. Et reuera etiam Cathedralis Baſilica ſancti Vincentij quondam nuncupabatur Abbatia [illegible] Monaſterium Maticonenſe. Sic habet ordo peranitiquus diuinorum officiorum Monaſterij ſub urbani D. Petri, olim ſancti A[illegible], & quaſi minoris Monaſterij: quod nunc dirutum, & intra vrbem tranſlatum, deinceps verſum eſt in Eccleſiam ſecularem Collegiatam, ex ſuis multùm infra locis. Atque ad [illegible]poſitum, annis quadringentis poſt hoc Placidi tempus illa Cathedralis Baſilica legitur [illegible] more vocata *Cœnobium*, ſub Navinbodo Epiſcopo XXIX ᵃ. Vnde profectò, noſtris [illegible] diebus extant ibidem regularia loca, nimirum Clauſtra, vetus Capitulum, & Refectorium. Quinimo pergit hodie Epiſcopus ibidem Abbatis dignitatem ex eo paſſum retinere & aſſequi ob eam priſcorum [illegible]dinem. Adaugeri vero cenſetur id argumentum, ex eo quòd vel tunc hac tempeſtate Cathedrales Baſilicæ, quæ recens ex Pontificio beneplacito eriguntur, Principibus laicis [illegible]entibus, hodie paſſim [illegible]ntur in Ab[illegible] Benedictin[illegible], hoc etiam [illegible] conq[illegible] & expectatis, quaſi [illegible]. Sicuti elapſo noſtro ſeculo [illegible] factitatum eſt pro componen[illegible] Epiſcopatu ex diminuto Pictauienſi, & a[illegible] eiuſdem Aquitanicæ Galliæ Cl[illegible]: haud diſſimilibus [illegible] locorum Clericis paulatim ſeculariſatis, quæ iter aliàs in Catalogo L[illegible] nuper denuo viſum eſt ad praxim reuocari [illegible] rariores, ſi ad duos priores Paragraphi coniungantur, vt fas eſt; ſane eff[illegible], pro identitate S. Placidi, quantumuis duplici in loco reſidentis. Qua[illegible] [illegible]cula [illegible] d'[illegible] [illegible] arbitr[illegible] reuocanda eſſe tanquam ſecundùm & ſucceſſiue occupata. [illegible] eoque aut ſimili caſu lectorem certiorem facimus, quòd vel etiam Epiſcopi Græci ac Clerici Eccleſiarum Cathedralium Orientis à quarto Eccleſiæ ſeculo ad hoc decimumſeptimum vſque ſemper ſunt, eruntque Monachi

A 2 prius

Marginal notes: V. Concil. — V. probatio. — Sexta veritatis viri probatio. — Monachatus quondam Eccleſiæ Matiſconenſis. — u 550. 551. 552. — x 20. 549. — y c. 10. lib. [illegible] cit & ex indicib. — z c. 18. — a mutato aut mutando tûm 3. in 5. — b dempto Pariſienſi. — [illegible] §. 2. [illegible] 3. n. [illegible] n. 36. [illegible] n. 37. 6. n. [illegible] n. 40. 12 & n. 73. §. 2. — d nu. 25. §. 3.

prius profeſſi, Ordinis S. Baſi[illegible], p[illegible]es in habitu cum noſtris Benedictinis. Iſte a[illegible]m noſte[illegible] ſanctus Matiſſanus Antiſtes non eſt appellandus *Placidus*, quo pacto viſum eſt Petro San-Iuliano in Burgundionum originibus [c]. Huic enim ſcripturæ obſtant priſci citati Conciliorum Elenchi. c Gallicæ pa. 235. & 170.

Paragraphus 3.

Num S. Placidus fuerit primus Epiſcopus Matiſconi.

QVæ diceda & notatu digna ſuperſunt, hæc obiter cenſentur. Neſ[illegible]mus, an ſ[illegible]ctus iſte Placidus ſit primus omnium Antiſtitũ Matiſconenſis Ecc[illegible]eſiæ, an verò alius cum præceſſerit, & quo præcisè anno, quibúſve ſolennis facta ſit prima fundatio ac inſtitutio ipſius Cathedræ. Etenim frequentes ignes & triſtia bella dum ſæpè vrbs ignes & hoſtiles impetus in viſceribus ſuſtinuerit *, omnia hactenus documenta priſcæ ætatis non ſimul aut ſemel è coætaneorum ac poſte[illegible]tat[illegible] manibus euulsêre, [illegible]ſtibus allatis hiſtoricis exemplis frequenti[illegible]infra. Saltem credere fas eſt circa varias primæ Eccleſiæ centurias ſingulos Præſules Lugdunenſes, quaſi Metropolitas, moderatos eſſe in ſpiritualibus Eccl[illegible] n Matiſconenſem, tunc ſimpl[illegible] aut Abbatialem atque viciniam minorum [illegible] ta[illegible] r[illegible] tanquam præmuni[illegible]os & habentes Lugduni firmam fixámque ſedem conſt[illegible]im p[illegible] ſanctorum Apoſtolorum paſſiones, vti ia[illegible] per vi[illegible]ti & octo Archipræſ[illegible] præc[illegible] a diuis Pothino & I[illegible]næo ad S. Lupicinum prædeceſſorem S. Viu[illegible] ſynchr[illegible] huic [illegible]. Placido Matiſco[illegible] erecto. A quo S. Irenæo ferunt miſſ[illegible]s apud Matiſconenſes & vlterius in Burgundiam [illegible]ctos Valerium atque Marcel[illegible]m, deind[illegible] Ben[illegible]m, [illegible] & Andocluum co[illegible]acceſſiſſe, qui euangelicam fidem illis in regionibus [illegible] diſſeminarant. Vnde primus Tren[illegible]lclu[illegible], ſecundus Cabilloni martyri[illegible] pro Chriſto fortiter ſubiêre, & tertius Diu[illegible]oni in pace quieuit. Propterea, antè co[illegible]ſtitutam Matiſ[illegible]ium C[illegible]edram Epiſcopalem Eccleſia Lugdunenſis, quæ dudum iam gradum Archipræſulatu[illegible]merat, nimirum per annos trecentos & pluſquam ſexaginta, in lat[illegible] de[illegible] per omnem illam vnà connexam prouinciolam, quæ poſtea iure politico [illegible] mitatus Matiſconenſis. Et quidem id Lugdun[illegible]nſe priuilegium manifeſtat, quòd poſtmod[illegible] diœceſis illa Lugdunenſi[illegible] ampl[illegible]or quàm par eſſet, in d[illegible]as, pluréſve diſtributa eſt ſicuti plerunque alibi vſuuenit pro maiore diuini pabuli opportunitate, [illegible]reſcente populorum fide, & regendi Chriſtianos neceſſitate: quatenus paſſim liquet factitatum in vitis ſummorum Pontificum qui de nouo plures paſſim cre[illegible]runt Epiſcopo[illegible] [illegible]erſis in loci[illegible] Itaque ſanctus Vi[illegible]ns Pontif[illegible]x Maximus, cui ſucceſſit præfatus D. Pelagius ſedit Romæ ab anno D. XXXVII. ad ann[illegible]m DLV Placido fortaſſis Cath[illegible]dram Ma[illegible]ſcon[illegible] [illegible]choante. Ob idque illo tempore Sedes Matiſcenſis facilè po[illegible]t ab eodem Vi[illegible] [illegible]onſtitui in digniore perſona noſtri S. Plac[illegible]. Atque hæc merito vid[illegible]ntur [illegible] exordio enarranda.

Matiſcon erat prius Diœceſeos Lugdunenſis.

* [illegible] 17.5 Hi[illegible] an. 816 & [illegible] 29. 5.1.

I I.

SAnctus S[illegible]lu[illegible] [illegible] ordin[illegible] & q[illegible] v[illegible] e coniecturâ. A[illegible]iquitus nanque [illegible] ac Diœceſi[illegible] Mati[illegible] ſ[illegible]hri[illegible]m eſt fieri eius [illegible] ſeu die[illegible] IV. Idus S[illegible], ex vetuſtiori Breuiario Matiſconenſi imp[illegible] C[illegible]nonic[illegible] an Iulianu[illegible] a. Idq́ue [illegible] pro nota ſ[illegible] E[illegible]iſco[illegible] [illegible]ca & vſu priorum temporum. Sed hod[illegible] hæc minimè legimus, n[illegible]que [illegible]bus impreſſi[illegible], ne[illegible] in diuerſi[illegible] M. S. multò ant[illegible]ioribus, ſeu c[illegible]nſcriptis an[illegible] ars typographica conſpicer[illegible] adinuenta b etſi [illegible] q[illegible] l[illegible]it Minime tamen a[illegible]s, quod San-I[illegible] quia ſcrip[illegible]t ante [illegible] bis [illegible] ciuitatis ab hære[illegible] Calu[illegible]s, qui tunc omnes Chartas & documen[illegible] licæ Ma[illegible] [illegible] vt iam [illegible]pl[illegible] inueſtigar[illegible] aut conſ[illegible] nequeam[illegible]a mul[illegible]a, [illegible] potui[illegible] [illegible]. Adeóq[illegible] D S[illegible] tunc non c[illegible]ſcius era[illegible] [illegible]dem [illegible]eritæ [illegible]gnitati. Pro eius aute[illegible] ſeculo, poſſet ill[illegible] non [illegible] qu[illegible] [illegible]ge[illegible]us & circiter quinqu[illegible] adi[illegible]. A[illegible] d[illegible]m ad[illegible] [illegible]on iam extitiſ[illegible] ſanct[illegible]n pariter Salonu[illegible] Vero[illegible] in Epiſ op[illegible] XII. [illegible] M[illegible]tyrologio Baroniano verum [illegible] tempore. De no[illegible] Salumo Tabula[illegible] D[illegible] [illegible] [illegible]gnonius minimè loq[illegible]untur, vt neque de ſancto Placido à nobis pr[illegible] appo[illegible]ito in Catalogo.

Certitudo S. Salumi.

a pa. 170.

b exegeſis ann. 1440 in [illegible] Argentenſi. M[illegible] [illegible] [illegible] rho[illegible] d[illegible] & [illegible] Sept. 0169 teſtitutæ, 4 Dec. [illegible]

III. *Paragraphus* 1.

Dominium Principis pro dote Epiſcopatus.

SAnctus Nicetius Confeſſor, adſcribitur primus Maticenſis Antiſtes in libro M.S. nec palam edito, *De titulis antiquis Eccleſiæ Matiſc.* * *&c.* Bugnonio *Nicetius* a. De quo viro San-Iulianus dicit b vulgi ſententiam ferre, quòd ſederit temporibus Guntranni Regis, ſcilicet Aurelianorum & Burgundionum, quem alij vocitant Gontranum aut Contadum; & Paulus Æmilius cum Ioanne Tilio, Guntrannum. Quiquidem Princeps fuerat optimus frater Grani, Chereberti, Chilperici c & Sigiberti omnésque filij Clotarij I. Franciæ Regis. Iuriſconſultus verò Bugnonius in Chronico ſuo Matiſconenſi affirmat planè cunctos hos Regulos noſtro Nicetio ſynchronos extitiſſe, nimirum quando ſcribit Conradum Principem ſanctum conſtituiſſe Nicetium eâdem ſanctitate clariſſimum in vrbe ſua Matiſconenſi ſub titulo & [illegible] Epiſcopi. Quaſi Rex ille Pontificio quodam beneplacito ſ[illegible]dis Epiſcopalis inſtitutionem Romæ procurarit. Saltem reuerâ Princeps tunc Sedi pro penu ſubnexuit Romenarum oppidulum in Breſſia, velut in dotem Paſtoralis oneris ex eodem Bugnonio. Quod do[illegible] vt mox plenius confirmandum renteinu[illegible], & vmbilicum penetremus, audi ipſiſſima verba in Titulis antiquis [illegible] *Sedi Conter. nuns* d *Re[illegible] puj[illegible] mus ſancto Vincent[illegible] illus ſeruientibus, qui ſunt in [illegible] ac Romanacenſi. In primis debent ſingulis annis [illegible]um Vincentium & ſanctum G[illegible] read[illegible] & Salem* e *& Sola-rium* f. *Ac debent in Romaniaco Eccleſiam ſancti Petri [illegible] dim[illegible] x toto præter muros, &c.* Et eo autem mirum fortè non videbitur, ſi iidem Tituli ant[illegible]uum a ſancto Confeſſore Nicetio Catalogum per [illegible] inchoarint. Guntrannus [illegible] ſuum [illegible] dit [illegible] cum fratribus Cheribert[illegible] [illegible] Francorum R[illegible] Cl[illegible] Sueſſion[illegible], & Sig[illegible] Mediomatric[illegible] anno [illegible] ingenteſimo LXV [illegible]cunte eorum [illegible]. Mortuuſque

566. eſt id[illegible] anno [illegible].D.XC. ſeptimo. Hinc ergo tute conc[illegible]ndum, quòd ſan-

592. ctus Nicetius ad m[illegible] ſedit Matiſconi a[illegible] anno [illegible]enteſimo [illegible]ſimoſexto & vlterius.

Chronologia, & quatuor Reges in Galliis.

* fol. 14 a pa. 13. b pa. 171. c hi duo viciſſim poſtea Francorum Reges. d Germabie. Guntchram. in Tit. f. [illegible] e Salam. f Arcam. g [illegible] eſt quod aliis Charibertus, & Aribertus.

Paragraphus 2.

Alius Nicetius Epiſcopus Lugduni.

OMI[illegible] verò l[illegible] ſententiâ prætenſæ e[illegible]dâ [illegible] uturæ Nicetij in Sede Maticenſi vt pote quam efficit nullam præ[illegible] duplex ſan[illegible] Placidi & Salu[illegible] hiſto[illegible] doc[illegible] de eodem Nicetio [illegible] duntaxat in o[illegible] ad [illegible]s. Profe[illegible] quis in dubium vocet, v[illegible] qu[illegible] Lugd[illegible] Archiflamen [illegible] in totam prouinciam [illegible] primum Lugdun[illegible] & [illegible] nonnullo[illegible] Pr[illegible] Lugdune[illegible] culis côplectitur Diœceſ[illegible] Eduenſem, Lugd[illegible]nentem, [illegible] & Ma[illegible] piſcopos habet ſibi Suffraganeos Lugdunenſis Archi[illegible]. [illegible] ne in Catalogo Lugdunen[illegible] ſix[illegible]mus Nicetium Lugdun[illegible] Archiepiſcopum ab anno DLIII. ad [illegible] quin[illegible] LXXV ho[illegible] ſeculo [illegible] iſte Nicetius Matiſconenſis: tamen nihil in oppoſitum ex co[illegible] vt [illegible]

Diſtinctus ab iſto.

i pa. 13

I. eſſent vir vnus quadruplici [illegible]. Primo eo quod Placidus ſedit M[illegible] pr[illegible]ſit annis [illegible] Nicetius [illegible], & p[illegible] qu[illegible]us interfuit idem Placidus. Duos autem [illegible] & ſemel [illegible] eadem Diœceſi Præſules admitte[illegible] fas non eſt. [illegible] fuere duo Prælati in du[illegible]bus Diœceſibus iam tunc di[illegible]

II [illegible]. Secundo, quia in duobus horum Conci[illegible] cœtibus v[illegible] præ[illegible] ſanctos Lupum & Sacerdotem Lugdunenſes, ſancto Placido Maticenſi præſen[illegible]. Qui duo Archipræſul[illegible] N[illegible]

III. [illegible] Tertiò, quia ve[illegible] Eccleſia extat intra muro[illegible] D. Nicetio dic[illegible] & quondam parœcia is, hodieque [illegible] C[illegible] tion[illegible] ac pœni[illegible] Lugdunenſis [illegible] pr[illegible]ſum habet [illegible] Eccleſiam, parœ[illegible] & C[illegible] atam [illegible] conſecratam [illegible] Lugduni de [illegible]

IV. in [illegible] quoque ſancti Iuſti Mati[illegible] Epiſcopi hiſtoria, [illegible] ſeque[illegible]

San[illegible]

Pontem blanes.

[illegible]bes Dominic.

[illegible]*agraphus* 3.

Alius denuò Nicetius.

OBiter tandem duo monita Lectori explorata & cognita eſſe volumus. Vnum eſt, quod præfuit quondam alius S. Nicetius, Viennæ Epiſcopus anno CCCCLXXV. hoc eſt,

vno pene ſeculo ante hoſce duos Nicetios Prouinciæ Lugdunen[illegible]s. De quo Viennenſi[b] remiſcitur Martyrologium Cardinalis Baronij[b]: Dictúſque eſt Niceta apud Democharem, decimusquartus Viennæ. Alterum eſt, quòd paulò ante hoc ſeculum ſanctorum Placidi ac Niceti Matiſconenſium, miracula patrata ſunt Matiſconi à D. Lupo octauo Antiſtite Trecenſi, ex Annaliſta Baronio: iſque B. Lupus Eccleſiæ Gallicanæ decus e vita migrauit anno CCCCLXXIX[m]. ex eodem Authore. Quæ ſane mira in promerente cunctate conſpicua, partim (reor) Patres antiquos impulerunt, vt ibi Diœceſim & vrbem Epiſcopatus ſedémque conſtituerint, præter cæteras allatas talium excitationum rationes[n]. Atque hoc ſubinde viſum eſt ingenue feliciterque præſtitum.

Miracula Matiſconi.

[b] Dec. 5. Maij.

[m] Feſtu 29. Auguſti.

[n] nu. 1 § 3.

IV. *Paragraphus* 1.

CÆledonius omittitur quidem ab omnibus quos paſſim citamus hac in tota Matiſconenſi Chronologia Authoribus priuatis. Verùm a nobis mirificè deprehenſus eſt in publico Conciliorum corpore Venetiis edito. Quippe Præſul iſte legitur ibi diſertè octauus Suffragator quarti Prouincialis Concilij Lugdunenſis, & Nicetius Lugduni Patriarcha ſecundus anno præciſe quingenteſimo ſeptuageſimo. Quatuordecim Patrum[a] nomina illic aſſid[illegible]ntium edu[illegible]mus in Lugdunenſibus Numero XXXIV[a]. Cæledonio conſtituto inter Salonium Geneuenſem & Siagrium Gratianopolitanum Epiſcopos. Articulos autem fidei ea in Synodo comprobatos enodamus ibidem adu[illegible]ùs hodierno Caluinitas. Vbi ex Gregorio Turonenſi liquet Concilium hortatu Guntranni Regis Burgundi conuo-
570. catum: quem Regem ferunt Epiſcopalem Matiſconeam Sedem fa[illegible]tibus ſuis & emerita poſſeſſione ſeu dotatione paulò antea exornaſſe in perſona [illegible] Niceti Maticenſium Præſulis, qui mox Cæledonium anteceſſit. Duntaxat præter contenta ill[illegible] num[illegible] iſtic Præludium cœtus ordientis efferimus, quale ſic habet ingens Concil[illegible] v[illegible]. *Cum in nomine Domini in Lugdunenſem vrbem ad Synodale Concilium veniſſemus* inquit Præſes Philippus Viennenſis Epiſcopus) *tam pro renouandis ſanctorum Patrum inſtitutis, quæ præſentis temporis neceſſario fecit opportunitas iterari, quàm his, quæ aſſurgentibus vndequaque querelarum materiis, recentis definitionis ordo popoſcit inſtitui: tractantes quid ſaluti populi vtilius competeret, vel quid eccle[illegible]ſticus ordo ſalubriter obſeruaret.* En exordium d[illegible]lex. Priore notâ a[illegible]t [illegible]le reuocandis in memoriam priſcorum Patrum decreti[illegible] & poſt[illegible]iore de n[illegible]orum fomitibus; qui locus vlterior tacite querelas ſeu querimonias indicaſſe v[illegible]det[illegible] motas circa duos app[illegible] condemnatos Epiſcopos, quales præfiximus loco [illegible]to[b]. Rel[illegible] forte pertinentia, quæ ſupereſſe poſſent, i[illegible]m cuncta occupant ſitum ante circumſcriptum. Vt hîc ſufficiat.

Præſens Cæledonius in Concilio Lugdunenſi.

Diſcurſu, ini tiantis Concilij.

[a] § 2.

[b] nu. 34.

Paragraphus 2.

NVllus verò erit anceps, aut cu[illegible]ioſiùs pa[illegible] perquiret, quidnam portendat vox illa, quâ in Catalogo Patrum præfati Concilij Cæledonius vocetur *Epiſcopus Mateſcen*[illegible]*ſis*[c], quaſi ſit alius a Matiſconenſi. Etenim [illegible]d veter[illegible] paſſim, Mati[illegible]onen[illegible]es nũcupantur promiſcua appellatione Matiſſani, Maticenſes & Matiſcenſes, [illegible]enter ſcribu[illegible]t *Tituli antiqui* at[illegible]que *Mataſcen*[illegible], præ[illegible]am *Mateſcenſes*; qu[illegible]d[illegible]m variæ editiones de ſancto pariter E[illegible] typi tradiderunt: de quo infrà *[e]. Cuius tamen hiſtoria luce clarior eſt pro Matiſconenſi ſolo A[illegible]ite. Iſte autem Præſul (vt ob[illegible] commem[illegible]) nequ[illegible]it eſſe vir ille Chelédo[illegible]s, e[illegible]us Martyr Chriſti, tali effectus Corduba in Hiſpania ſub Imperatore Diocletiano ad annum CCCIII. quaſi eò progreſſus eſſet vbi tandem paſſus comprobetu[illegible][d]. De quo Marty[illegible]a. [illegible]n id tempus præc[illegible]ſſit hunc or[illegible] M[illegible]ſanum pluſquam duobus ſeculis & ſemis. Itaque tandem noſtrum Cæledonium merito à capite e[illegible]ex[illegible]us, & q[illegible] ſc[illegible]e. [illegible]s tam[illegible] loco Tituli antiquiores *Almum*[e] inſ[illegible]bunt ſeorſum: ſed profe[illegible]qui Chronol[illegible]s hactenus inuiſum, etiámque ipſi [illegible]o-cha[illegible]. Qu[illegible] Author ſ[illegible] & [illegible] Matic[illegible] Catalogu[illegible] orditu[illegible][g] a SS. Niceti[illegible], Iuſt[illegible], Euſebio, &c. [illegible] quo [illegible] Manuſcriptum [illegible] a[illegible]dormi[illegible]. Nullum [illegible]cium Chronologi[illegible]m ſp[illegible] tali *Almo* ſupereſſe poteſt. [illegible] collocandus e[illegible]s vi[illegible]e Cæledonius in Concilio perceleb[illegible]s. Niſi fortè Almus e[illegible] cognomen Cæledonij [illegible]endum. Quod c[illegible]te eſt ve[illegible]e, nimirum duo nomina in eandem recidiſſe perſonam. De qua re[illegible]ra in Iuſto ſucceſſore extremo. Et ſic concorde[illegible] erunt omnes Scripturæ.

Vrbis Epiſcopalis nomen elaratur.

Alius Cheledonius Epiſc.

Nomen ſitu alius Epiſc.

[c] nu. cit.

[e] nu. 6 § 6.

[d] 3. Martij.

[e] vel *Almi* [illegible] in fine.

[g] To. 2. cap. 18. nec [illegible] geomo [illegible] ſidendum. p. 14.

V.

V.

Hic Iuſtus alius à S. Iuſto Epiſcopo Lugdunenſi.

SAnctus Iuſtus, is rurſus multò minùs eſſe poteſt ſanctus Iuſtus Lugdunenſis, ſub
prætenſis quibuſdam rationum vmbraculis ex nominum conformitate penden-
tibus, quas denuo promit San-Iulianus. Nam ille Lugdunenſis vetuſtior ſedit in
Metropoli ab anno CCCLXXIX. ad annum CCCLXXXIII. Qui in Ægypti
ſolitudinem ob imperantis Maximi cædem aduersùs probū verúmque Imperatorem Gra-
tianum Lugduni perpetratam (horribile viſu ac auditu) ſeceſſit valde triſtis, ibidémque
obiit, ex dudum allegatis in Lugdunenſibus a. Proptereáque idem Lugdunenſis Patriar- a nu. 13.
cha duobus ferè ſeculis præceſſit ſanctum Nicetium Maticenſem. Quo Archiepiſcopi tem-
pore needum profectò cernebatur inſtituta paſtoralis Sedes auguſta Matiſconentium. For-

Iuſtus Epiſcopus Hiſpanus.

taſſis autem noſter iſte Iuſtus Matiſſanus extitit ſanctus Iuſtus paulò anteà Vrgellæ in Hi-
ſpania Tarraconenſi Epiſcopus, quaſi illinc huc poſtea tranſlatus, quia Martyrologium Ba-
ronianum teſtatur b Vrgellenſem claruiſſe temporibus Iuſtiniani Imperatoris, primi (teot) b 28. Maij.
huius nominis; hoc eſt ab anno DXXVII. quo cœpit ille Princeps inaugurari, ad annum
DLXV. Atque idcirco potuit ille ſanctus Iuſtus ex Iberia in Gallias Matiſconem traduci
canonicè circa annos ſequentes DLXXII. & LXXIII. Verùm nihil certi de eo mutato So- c f. 24.
572. lio conſtitit. Porrò, quia iſte Iuſtus Matiſconenſis in Titulis Antiquis c & Chronico Mati- d Bugnonij
573. ſconſi d ſufficitur confeſtim Nicetio anteceſſori: idcirco nos tanto antiquitatis ordini locum pa. 14.
iure ſuo præbere decet. Non tamen proximè: cùm interſeramus Cæledonium. Inde au-
tem veneranda Maticenſium traditio à priſcis accepta, cultúque digniſſima, docet ſan-
ctum corpus ipſius Iuſti conditum in Æde ſacra ſancti Clementis prope Matiſconem,
575. quoudam Abbatiæ titulo inſignita. Probabile autem eſt ſediſſe ad annum vſque DLXXIV.

Nomē aliud compoſitum.

aut LXXV. Cæterùm, Bugnonius hunc quintum Antiſtitem vocat cum appendice *Almum*
Iuſtum e, adeo vt *Almus* fuerit nomen proprium, & *Iuſtus* agnomen, ex Authoris ſententia e ſic ligat. pa. cit.
ſic diſtinguentis. Quam tamen vtranque dictiunculam Tituli antiqui diſtinctè ſub iiſdem
ordinibus in duos viros ſecernunt f, ac ſeiunctim numerant, etſi rudior paulò ſit ea priſco- f pro 2. & 3. folia 4.
rum ſcriptura. Confundunt nihilominus eundem Iuſtum cum ſancto Euſebio adſequente
ſub vnico numero. Quia verò eruditus Theologus Democharcs, diſtracto a ſe Euſebio,
hunc priorem ſanctum Antiſtitem vnico antea nomine *Iuſti* inſigniuit, equidem probabi-
liùs velut proprium: ideo nos ſemitam iſtam tenemus: & *Almum* efficere maluimus epi-
thetum Cæledonij ordine quarti ex nouo noſtro calculo. Quem quartum Tituli Matiſco-
nenſes veriſimiliùs ſuo æuo agnouerunt ſub vnica *Almi* vocula, & nondum tunc ſub an-

V. Epiſcopus malè dictus Almus.

nexa Cæledonij appellatione, velut ſcribentibus minime tam citò nota, nimirum iis vix
Concilij peritis, cui affuit Cæledonius, vbi dictus eſt Mateſcenſis Epiſcopus. Hoc autem
ſuffragium & talem ſcopum ideo cenſuimus amplectendum lubentiùs: quia dictio *Almus*
natiuo ſuo pondere adiectiua, ab alendo ſeu nutriendo, veriùs meliúſque adiudicanda ve-
nit Cæledonio ſemper ſubſtantiuo & valde concordi, quàm *Iuſto* etiamnum ex ſe adiecti-
uo, non rite ſubſtantiuando, niſi ſolus locetur, vbi præſtamus cum Demochate. Qui ta-
men *Iuſtus*, ſi alteri ſimul nomini innitatur, quo pacto ſcribi voluit Bugnonius, in neutro
genere deberet conſtitui, in quo ſanè adiectiua ſubſtantiuantur duntaxat. At indecen-

Vox Almus alter meliùs collocanda.

tiùs dictum eſſet, videre vnicum hominis proprium nomen in neutra appellatione, & abſ-
que adiuncto. Id nunquam viſum, dum malè ſonat. Decipitur ergo vtriuque Bugnonius,
nec habet ampliùs quò ſe vertat. Igitur vox *Almus* optimè ſubiicienda eſt Cæledonio: &
nemini anteferenda adiectiuè.

VI. *Paragraphus* I.

Euſebius præſens tribus Conciliis.

SAnctus Euſebius is eſt, ſub quo præſente permulta præclarè geſta leguntur in
commodum Eccleſiæ vniuerſæ, aut ad minus, totius Gallicanæ. Conſtitit nanque
in tribus potiſſimùm Conciliis nationalibus valde celebribus (citra quartum obi-
ter) Pro tutiore fidei orthodoxæ & morum reſtauratione ad priſtinum ſeu Apoſtolicum
Eccleſiæ ſtatum & ſplendorem conducenda. Hæc mox variis Paragraphis frequenti cer-

Primum eſt Synodus I. Matiſconēſis

titudine nobis dirimenda occurrunt. Primum Concilij genus eſt prima Synodus Mati-
ſconenſis omnino Prouincialis, vt pote congregata in ipſamet Euſebij vrbe Epiſcopali, vi-
ri tum ſanctitate vitæ præcipui. Qui Præſul ibi ſuffragatus eſt octauus ordine ex vi-
ginti Patribus illuc accitis, collocatus inter Eraclium Dienſem & Euantium Viennen-
ſem

ſem Epiſcopos: quorum nomina & duæ potiores ſubiectæ Concilij materiæ clareſcunt apud R. Priſcum XXXV. Lugdunenſem Archiepiſcopum a tali cœtui Præſidem, & cuius renouatam antea hiſtoriam teximus. Verùm ſingula ad eam Synodum Maticenſem pertinentia illic minimè patent ſub Chronico Lugdunenſi, dum alia plura ibidem prætermiſimus. Etenim cætera iſtic decentiùs & meritò promulganda veniunt cum hoc noſtro Euſebio. Talia autem reſidua in quatuor ſpecies diſtributum imus. Prima erit Synodalis indicatio, eàque eiuſmodi. *Cum ex euocatione glorioſiſſimi D. Guntranni Regis, tam pro cauſis publicis, quàm pro neceſſitatibus pauperum in vrbe Matiſcenſi, noſtra mediocritas conueniſſet* (ait R. Præſes b) *Primo in loco nobis viſum eſt, vt in nomine Domini non tam noua quàm priſca Patrum Inſtituta ſancientes id ipſum conſtituamus, quod titulis præſentibus in Canonibus legitur inſtitutum, &c.* Hæc Synodus inchoata veriùs eſt anno DLXXVI. ex ductis a nobis ſub Priſco Lugdunenſi 35. argumentis. Quod ſanè tempus ad primitiuam adhuc Eccleſiam pertinuit, etiam iuxta Caluinianos omnes calculos, qui eam duraſſe contendunt ad ſextum ingrediens vſque ſeculum d, vel quintum completum. & quam vrgent ipſi aduerſarij maximè puram ſyncerámque extitiſſe: vt eò feruentius decreta ipſius amplecti debeant: qualia tamen e diametro illi hodie inaudito contradictorio flocci pendunt. Tota vero Synodus, quantùm præ ſe fert textus periodi deſignatæ, altiùs ſuo rurſus æuo contendens, profitetur ſe veriùs inculcare vetera Eccleſiæ placita quam alia velle recèns inducere: vt dum magis anteriorum reminiſcitur, eò deuotiùs ſe probet primitiuæ imitatrix.

a 35.1.

De ea quatuor partes.

I.

b To. 2. Conciliorum.

An. 576.

Præambula.

Paragraphus 2.

II. pars.

De votiua caſtitate.

Secunda narrationum ſpecies, hîc ſeorſum declaranda eſt de voto caſtitatis in Clero & puellis Eccleſiæ Romanæ votum emittentibus ſub omnibus le[illegible]s Euangelicæ ætatibus. Iam equidem de hac ardua virtute quadrifariam ſumus loquuti ſ[illegible] Priſco Lugdunenſi ex totidem primis Matiſconi editis Canonibus. At, illis nunc omiſſis, ſubiungimus Canonem XII. Synodi ad idem propoſitum ſpectantem, velut dictorum appendicem. *Id conſtituendum eſſe decernimus* (inquit locus) *vt ſi qua puella voluntarie aut parentibus ſuis rogantibus religionem profeſſa, vel benedictionem fuerit conſecuta, & poſtea ad coniugium aut ad volutabrum ſeculi* (*quod potiùs ſtuprum eſt quàm coniugium iudicandum*) *tranſgredi præſumpſerit, vſque ad exitum cum ipſo, qui ſe huiuſmodi conſortio maculauit, communione priuetur.* En, pœna inflicta docet, liberum ergo non eſſe a præſtito voto reſilire: ſed poſt factum obligare ad reddendum hoc ipſum, quod ante emiſſum in plena emittentis poteſtate & arbitrio fuerat. Etenim iuſſus illi pœnales in præcepta adſtringentia tendunt, quibus neceſſariò morem gerere oporteat, vt quis euadat incolumis, non autem in flexibiles prioris voluntatis adhuc integræ actiones labuntur. Nam hæc debita promiſſorum reſtitutio eſt de iure diuino, indiſpenſabili a quouis homine, tametſi fortè in breuem temporalem cadat interpretationem vrgente pacis publicæ remedio. Sicque res acce[illegible] fere ad vnum ex fidei Articulis. Exempla ſacræ Scripturæ per nos edocta patent ſub D. Sacerdote Lugdunenſi Archipræſule d. Vnde id ius diuinum infringere, aut aſſerere non fore obligatorium, eſt horrenda hæreſis Caluiniana, plurimúmque eiuſdem farinæ elapſis quondam ſeculis in orbe graſſantium. Hoc itaque pacto nobis obiter in iſto Chronico ſuccurrit adſtruendum, quòd Romana militans Eccleſia valde adhæret veteri orthodoxæ, tota ſimul concors tum aduerſùs hodiernas Geneuenſium hæreſes, tum in priſcas circa idem aut perſimile thema doctrinæ Chriſtianæ.

Hæc promiſſi redditio eſt Articulus fidei.

d nu. 32. & ſ.

Paragraphus 3.

III. pars trina.

Tertia claſſis Titulorum Conc[illegible] I. Matiſconenſis eſt de tribus alijs ex fidei articulis: nimirum de Sacrificio Miſſæ, eccleſiaſticis ieiunijs, & feriis feſtiuis Sanctorum hoc tenore. *Vt [illegible] Archiepiſcopus ſine p[illegible]llio Miſſas dicere non præſumat.* Ac iterum: *Vt à feria ſancti Martini vſque ad Natalem Domini, ſecunda, quarta & ſexta ſabbati ieiunetur, & ſacrificia quadrageſimali debeant ordine celebrari, &c.* Titulo VI. & IX. En Synodale decretum pendente ſexto Eccleſiæ ſeculo renouatum. Singula cuius t[illegible]dis capita exactiùs a nobis exploranda ſunt: hoc eſt, altiùs euchenda ad Apoſtolicum vſque tempus, à quo velut à fonte praxeos, originem traxit illa triplex materia, ſeu tota vis huiuſce Concilij aut cæterorum ſimilium: potiſſimè quia eiuſmodi Patres Matiſconenſes geſtiunt aſcendere ad vetuſtiores Sanctiones, & ſuas eò collimare, vt eandem credendorum baſim inuentam planè repetant, auribuſque mortalium ſui temporis intimare magis ſtudeant. De tribus ergo enunciatis: primo non immorabimur circa ieiunium; eò quòd iam in noſtris Lugdunen-

I portio.

tious

ſibus fuſe allatum eſt ſub D. Irenæo e.ſ. licet ex vario vſu præcl... ...ndi populo...um e n 2.§.5.
Irenæum ex cum S. Petro Romæ, & D. Ioanne Euangeliſta in Aſia, forma breui ad ſynonym...am redacta.
...uſtitum. Quare circa Miſſæ nomen gradum factum cum ingenti ...o effectu, hæc ...tolimus. Ad primam annorum centuriam, D. Clemens Petri in Cathedra ſucceſſo..., & ſancti Pau... ferè f ad Phil. 4.
ſocius ex Actis Apoſtolicis ſacræ Scripturæ f, iſta ſuggerit in Canonibus Apoſtolorum à v.3.
s portio. ſe digeſtis g. *Qui non perſeuerant in oratione vſque dum Miſſa peragatur, nec ſanctam communio-* g Can. 9. qui
nem percipiunt, conuenit communione priuari. Necnon in Epiſt...la III. ad omnes Epiſcopo..., eſt ·u. iuxta in Decretis,
di...s ſequutâ, quas priùs Hieroſolymam miſerat ad D. Iacobum fratrem Chri... Domin... de Conſec. d.
ſcribit: *Cunctis Presbyteris attendendum, &c. vt nihil abſque Epiſcopi propri... licentia aga... ...* 1. ca. 62.
Vox & effi- *vtique Miſſas ſine eius iuſſu in Parochia, &c.* Proptereaque ab iiſdem confeſtim annis (p... h colum. 6. t.
cacia Miſſæ. ...tis conſecrabatur quoque ædificatum Altare ſub myſtica vbique ceremonia ol... ... cauſa 16. q. 1.
D. Dionyſio Pauli diſcipulo k *Pontifex (ait) ſacroſanctam vnctionem orditur. Sacerdotes autem* ca 41. ac de Conſect d. 1.
ſub eo ſacrum perfundendi munus exequuntur, &c. Quid, quæſo, antiquius & ...luſtrius, pro cap. 14.
vſu veri ſacrificij externi & continui Miſſæ nominis ſub ipſamet inchoante Euangelica le- l Actor. Apoſt 17. v. 37.
Diſcrimen ge? Ex quo aduerte, Lector, Altaria minimè extrui ſolita niſi ad Miſſas celebrandas, aut k Cap. 4. exceſt. Hier.
Sacerdotis conficiendum ſuper his pretioſiſſimum Chriſti corpus. Sunt enim corr...ta illa duo, ex
ab Epiſcopo. mutuo & reciproco agendi fine. Simulque ex apertis allatis obiter textibus agnoſce, eo iam
æuo Presbyterum ac Sacerdotem prorſus ſecerni ab Epiſcopo, teſte Dionyſio. Quos tamen hæretici imaginantur idem officium & dignitatis faſt...gium priſcis temporibus deſi-
gnaſſe. Sed fruſtrà in eorum animis confictum. Hinc ad ſecundam E...angelij centuriam l ſedit ab an. 92. ad 101.
progredientes versùs ſummos Pontifices Romanos omnes Chriſti Martyr...s: in ſequuntur. D. Theleſphorus VII. à Petro 1. *Nocte ſancta Natiuitatis Domini Saluatoris* (inquit) *Miſ-* m de Cōſec. d. 1. c. 48
ſas celebrent Presbyteri m, *&c. Reliquis temporibus Miſſarum c...brationes ante horam tertiam* n tes 9. maſtur nob.
minimè celebrandæ, &c. S. Hi...inus o: *Omnes Baſilicæ cum Miſſa debent ſemper conſecrari.* Et iterū: o diſt. cit c. 3 & 19. ab an.
Si motum fuer... Altare ...od non datur aut erigitur niſi pro offerendo ſæpè incruento 142. ad 151.
Miſſæ Chriſti Sacrificio in memoriam cruenti Crucis ſemel ol...lati ad Caluarium mon- p c. 61 ab an. 157. ad 165.
tem) denuo conſecretur Eccleſia. Tum D. Sother: *Nullus Presbyterorum Miſſarum ſolemnia celebra-* q In Conc. Rom. an. 320
re præſumat, niſi duobus præſentibus p. Ad tertium ſeculum, S. S...lueſter Papa q. Ad quartum, r Decreto 6.
Synodus œcumenica Sardicenſis r: *In conſecratione cui ſlibet Eccleſiæ, in qua Spiritus ſancti* Iulij PP ano. 340.
Loca Patrū. *arrha non ponitur* (Reliquiæ ...anctorū ſub Altaris lapide) *celebritatem ſcimus tanti in eſſe Miſ-* s l. 5. Ep. 33
ſarum. Item, S. Ambroſius s, & tunc Patres ſecundæ t ac quartæ u Synodi Carthaginenſis. Ad t Can. 3. an. 396.
quintam annorum centuriam: in Decretis nomine D. Auguſtini: *Attendendum vt Miſſæ pe-*
culiares, quæ per dies ſolennes à Sacerdotibus fiunt, non ita in publico fiant, vt propter eas populus u Can. 84 ſub Ciricio PP.
à publicis Miſſarum ſ...nibus, quæ hora tertia canonicè fiunt, abſtrahatur x. Contra Græ- x vulgò Magna Miſſa, ſeu Canonialis.
cos dictum, qui ...die ... ...is dicta Miſſam Cathedral... decan...nt: nec ... y diſt. cit. c.
vtuntur Sac... , Miſſi ve priuatis. Amplius, Papa S. Gelaſius z: *Conſtat ſine ſummi Pontif.* 5 & ſerm.
authoritate ... am no...ter conditam non poſſe dedi...ari, &c. Vnde ... pend... ... Miſſas probabi- 91. de Tempore.
liter computamus z. Alia ſui pene innumera ſeculorum de ... ...æ Miſſæ antiquitate ... - ca 5 diſt.
ſcripta præterimus. Maximè quia illinc peruenimus feliciter ad ...um æuum vſque Concilij I. Matic... De qua Miſſarum antiquitate nihil profecto occurre... ...obis ... ferendū
in Lugdunenſibus, niſi obiter bis a circa recentiora, & tandem ad noſtros dies religiosè a n 7. §. 7. in nere 3 & 2.
pertrita. Igitur opportunè incidit iſta Epitome aduerſus Cal...inum, & ...o aſſeclas huius no- 408 § 1.
ſtri ſeculi decimiſeptimi. Qui author ...iſſimus perperam vult b Cat...ol... hoc au...uſto b lu. 4. Inſtit. § 6. 7.
Caluinus in id nomen. exterius ſacrificio orbari. Quippe ſolitarium interius ſacrificium ac ...ſ ...atiarum a...t
bonæ in Deum volunta... imperfectum, qu... hoſtis t... m admittit, vn... ...per me...te
labiiſve offertur. Neque verò id ſufficit abſque vlla ſubſtantiæ alicuius ...orporeæ tranſmu
tatione extra hominem proferentem, aut ſine conſumptione panis vinique conſecrati tantoperè requiſita, quàm affirmamus. Etenim ſic à Chriſto inſtituta eſt. Adeoque non C...munitica ſynagoga, at ſola noſtra Eccleſia Romana cum allata primitiua aſſentitur.

Paragraphus 4.

3 Portiun- cula partis 3. EX compromiſsis adſequuntur feſti dies tractandi pro tertia tertiæ claſſi materi... An-
tiquiſſimus horum vſus capit initium ab ipſiſſima ſacra Scriptura, & primario Eccle- c ca. 1. v. 10.
ſiæ ſeculo. Nam D. Ioannes Euangeliſta in Apocalypſi narrat ſe in aëra raptum ſpiritu *in* d Sac. To. 6.
Dominica die c, iam tunc feſtiua ſingulis extremis hebdomadis, ad ... ...ſa Reſurrecti... 2a ca. 15. Exordi. pa. 3.
nis Chriſti recordationem, in Sabbati ... ...locum ſuccedens. Atque hæc *dies Dominica* d e Hom. 5. in c. 21. Match.
De annuis feſtis. ab Origene renouatur ſecundo voluerè ſeculo. Qui Author ...ibi repetit in vniuerſum *cor-* in Decr. 20.
porales legis ſ...ſtiuitates & ſacrificia e. Sub tertia verò Euāgelij cēturia B. Athanaſ. iſta promit f. q. 7. c. 9.
Ad prædicationem de Deipara & Matre Dei nos conferentes concionaturi ad cœtū conuentūmque ... f In Sermone de ſancta Deipara, p.a
feſtæ dies, neceſſum eſt vt Incarnationem celebremus, &c. Et poſt pauca: *memoriæ ſubijciendū ...*
hoc vnū eſſe ex Dominicis Feſtis, atq; adeò primariū. Quarta ætate, primū Aurelianenſe Concil ū,

præſide ſancto Martino illuſtri Epiſcopo Turonenſi [g], vt cenſet Genebrardus [h], innouando decernit *pro Dominicæ Aſcenſionis ſolennitate.* Eumque Canonem Gratianus in corpus decreti transferre non dubitauit [i]. Et ſequax Diuus Auguſtinus commendat, *vt in honorem etiam beatiſſimorum Martyrum* ſolennes dies celebrentur [k], & cætera tacitus prætereunda, quæ ipſe carpit in abuſum tunc verſa [l]. Quinta ætate Gratianus in Decretis miſcet [m] Concilium Lugdunenſe: quod reor primum eſſe in Synodorum Voluminibus. at quartum in noſtro Lugdunenſi Chronico. De quo iam ſuprà in alios mox fines per anacephalæoſim [illegible] ram in Cælidonio Antiſtite Matiſconenſi [n]. Decretum autem talia exprimit.

Authoritates & Canones.

Feriandi per annum iſti ſunt dies. Natalis Domini, & ſequentes ad Theophaniam vſque [o], *Purificatio S. Mariæ, Paſcha cum hebdomada, Rogationes, Aſcenſio Domini, ſancti dies Pentecoſt. S. Ioannis Baptiſt. duodecim Apoſtolorum; S. Laurentij, Aſſumptio S. Mariæ & Natiuitas, Dedicatio cuiuſcunque Oratorij, S. Michaëlis, Omnium Sanctor. & S. Martini, &c.* En conformiter ad Sanctionem Matiſconenſem præſentis loci, à fronte ſuperioris Paragraphi expreſſam, vbi ſimili modo habetur mentio feſti Natiuitatis Christi & beati Martini. Atque in hoc peruentum eſt ad præſentis Maticenſis Concilij tempus ſub Pelagio Papa II [p] coactum. Habuitque ſocium quoque in ea materia & iiſdem diebus Concilium III. Toletanum [q] Hiſpanicum. Quod quidem thema minime conſtat dilutum eſſe in Lugdunenſibus ob non oblatam occaſionem. Duntaxat ibidem de duobus feſtiuis diebus tractauimus, qui fuerunt vrbi Lugdunenſi peculiares, & quaſi patroni. Cæterùm Caluinitæ aliud feſtum nolunt niſi Dominicum diem.

g ca. 10.
h In Chron. ſub S. Syluestro PP an. 38.
i de Conſec. diſt. 1. c. 3.
k diſt. 44 c. ex epiſt. 64.
l Comeſſationes.
m de Côſecr. diſt. 3 cap. 1.
n n 4. §. 1
o Regũ, Epiphan.
p ab an. 580 ad 590.
q ca. 23 & in diſt. ca.

Paragraphus 5.

IV. Pars.

QVarta & vltima generalium diſtributionum Synodi ſpecies, eſt de bonis temporalibus Eccleſiarum, quatenus ritè applicentur; ſiue ea attributa ſint tanquam oblationes in defunctorum gratiam collatæ, ſiue alio fine in Baſilicarum fundatione tradantur. Vbi certè Canon IV. Matiſconenſis dicit, quòd qui talia *retinent, velut necatores egentium ab Eccleſiæ liminibus arceantur:* hoc eſt, ſuſpendantur ab officiis, diris execrationibus & cenſuris plectantur. Quas excommunicationes aduersùs eiuſmodi latrones iam extulimus in Lugdunenſibus, dum Archipræſulem Priſcum Concilij Præſidem efferebamus [r]. Et materiam hanc de Eccleſiarum prouentibus illic ſub Archiepiſcopo S. Sacerdote latiùs multò expreſſimus [s] ac retulimus ad V. prouinciale Concilium Aurelianenſe, cui præerat idem Archipræſul; paginis illis deptompitis ex diſcurſibus huiuſce Synodi Matiſconeæ Sectione I. Capitis III. Partiſque III. prioris editionis ſacræ noſtræ Celticæ Chronologiæ [t]. Neque tamen ſingula adhuc in illo Capite III. deliteſcentia transtulimus versus illas periodos accidentariò Aurelianenſi congregationi inſertas ſub Sacerdote, de quo paucis in D. Placido I. Antiſtite huiuſce Chronici Matiſconenſis. Verùm plura in illa veteri Sectione Maticenſi reliquimus, velut in matrice, quæ mox continuemur ad præſentem Paragraphum iure reuocanda aut abſoluenda. Quæque theſis etſi prior extet in Concilij viſceribus, quam duplex præfata de Caſtitate & Miſſa, &c. nihilominus illa duo Capitula ordine dignitatis ac doctrinæ à nobis illic retentæ præmitti debuerunt hiſce terrenis natura duce poſterioribus. Igitur in arenam deſcendamus, orſuri materiam ab aliis Patribus eidem Concilio Matiſſano coætaneis, quandoquidem reliqua tranſlatio ad quintam Synodum Aurelianam abſorbet priorum Doctorum citationes ac documenta: nos deinceps poſteriores hac vice allaturi, cum hæreticorum propulſatione, qui in hoc progreſſu nobis obuiabunt. Sub finem quinti ſeculi vel hoc ſexto oriente, annis duntaxat ſexaginta ante Matiſconenſes ſuffragatores, Symmachus Papa [u], & Agathenſis Synodi Patres [x], ſynchroni, variè contra tot uſurpatores reclamarunt. Ille quidem, *Honorem perdat* (inquit) *& ſi ſubſcriptor ſerus, anathema ſit cum eo qui dedit vel recepit, niſi reſtituatur [y]: iſti verò omnes de illis communione* (aiunt) *priuentur* [z]. Sic itaque immobiles antea côceſſæ Eccleſiis oblationes in ſuo præſcriptionis iure aſſertæ ſunt. Super his autem ſacrorum donariis furor hæreticorum huius ætatis exardeſcit. Viclefus primùm vir Anglus & Ioannes Hus Bohemus voluêre temporales ab Eccleſia poſſeſſiones auferri prorſus, inſtrumentaria petendi iura Vulcano tradi, ac Imperatores pro Templis liberales credidêre ſeductos. Secundo Caluinus poſt ducem Lutherum damnat [a] hoc æuo eccleſiaſticam penitus iuriſdictionem fori exterioris Epiſcoporum in Clerum: deinde alteram eorundem dominio temporalem in certos laicos ac limites. Tum negat Conſtantini Magni d[illegible]: & Romanos Pontifices audacter proclamat [b] Occidui Imperij vſurpatores. Tertiò, aduersus ipſam Conſtantini & Caroli Magni munificentiam librum integrum ex profeſſo contra Paruas Datas Romanæ Curiæ prom[illegible] impius Carolus Molinæus Iuriſconſultus Caluiniſta, itémque [illegible]quax Philippus Mornæus. Talia quorum ſcripta in librorum prohibitorum Indice præcipuo [illegible], nec

Praui detentores bonorum Eccleſiæ.

De illis bonis vide alibi.

Patres pro eorum bonorũ defenſione.

Hæretici cõtra eam poſſeſſionem.

r n. 34. § 1.
s n. 38 § 5.
t an. 1627.
u ab an. 498 ad 514.
x an. 513 n. 2.
y 12. q. 2. c. 10
z ca. 32.
a 4. Inſt. 11. § 5. & 7.
b 6. 11 32. 33. 15.

nec domi abdere nec vlli legere vnquam licet, niſi obtenta à ſolo Romano Pontifice veniâ obſignatâ, ſub pœna anathematis ipſo facto incurrendi ab his qui legem hanc noſſe tenentur,& præuaricatores eius fiunt. Sed profectò noſtri Doctores hos canum latratus ita dignissime [c] repreſſerunt, vt hic noſter Elenchus in tam aperto legitimarum præſcriptionum campo mox ſpatiari vix debeat. Iſta autem omnis denſiſſima aduerſantium theſis inter hæreticas paſſim eſſe cenſet Eccleſia. Saltem eſt appendix hæreſeos aut articulorum directe fidei contranitentium. Cuius noſtræ veritatis dictique probatio vel ex eo pendet,

[c] To. 1. Controu. Bellar. li. 1. de Clericis ca. 26. & 28.

Quanta hæreſis detrahentium id ius poſſidēdi.

quòd Diuus Auguſtinus libro *De hæreſibus ad Quodvultdeum*, ex octoginta octo ſectis hæreticis ad ſuum vſque tempus excitatis, depingit [d] ſectam Apotacticarum, qui ſe Apoſtolicos *arrogantiſſime vocarunt, eo quod in ſuam communionē non reciperent res proprias poſſidentes, quales habet Eccleſia Catholica, & Monachos & Clericos plurimos. Sed ideo iſti hæretici ſunt* (addit) *quoniam ſe ab Eccleſia ſeparantes, nullam ſpem putant eos habere qui vtuntur his rebus, quibus ipſi carent.* Et eoſdem poſtea ſequuti ſunt Vualdenſes alij hæretici. Adeóque Caluini aſſentatores ſunt ſuperſtitionis veterum Apoſtolicorum pſeudodiſcipuli. Et reuerà malè de fide catholica audiat is neceſſe eſt, qui eccleſiaſticas poſſeſſiunculas non omni rationi ac religioni conſentaneas, aut contra ius diuinum eſſe dixerit [e]. Etenim præter diuinam Apoſtolorum ſcripturam de receptis ad ſuos pedes agrorum pretiis, legimus ipſum Chriſti

[d] To. 6 n. 40 li. cit. Baſilcæ Simile Soto de iuſt. & iure li. 1. q. 3. a. 1.

[e] Sic etiam doctè argumentatur Soto, li. 10. q. 4. art. 5.

Exēpla Chriſti & Apoſtolorum poſſidentium.

Collegium *loculos habens* [f], *vbi ea quæ mittebantur portabat* per vicos vrbéſque proficiſcens [g] Euangelicæ prædicationis gratiâ, ſinéque certa certo in loco ſede ac reſidentia, velut ſeminarium dederit futuræ in ſua Eccleſia poſſeſſionis, vt pote qua per Eccleſias continuam tandem Paſtorum in officio & Choro reſidentiam ac firma Monachorum in Clauſtris habitacula per ſui ſpiritus reuelationes atque Decreta fulgête & bono exemplo eſſe voluerit.

[f] Ioan. 12 v. 6

[g] Matth. 9 v. 35 ante ped. Apoſt. ca. 4. Actor. v. 15. 37 & 5. v. 1.

Monaſteria cum bonis immobilib.

Quaſi (inquam) dixerit, aut ex eo indicarit, quòd ad ſacra miniſtranda per ciuitates obambularet cum mobili rerum ope, vt poſteaquam fidem in orbe diſſeminaſſet, & ipſa altas ageret radices, miniſtri Sacerdotes ſuis Eccleſiis ſucceſſores conſiſterent paulò, ac tandem immobilia poſſiderent, quò firmiùs ſacris inuigilarent ac cæleſtia meditarentur. Igitur meritò Patres Concilij Conſtantienſis [h] eam ob cauſam præter cæteras condemnarunt de hæreſi Opera Vuicleſi rum præſentibus Ioanne Hus ibi combuſto & Hieronymo Pragenſi Angli [i] ſectatoribus. Sic itaque nos vni Eccleſiæ Romanæ cultores obſequimur concordes primæ Eccleſiæ, veteribúſque Conciliis: nequaquam autem eiſdem aſſentiuntur præfati ſectarij.

Hæretici cōdemnati.

[h] an. 1418.

[i] Vuicleſi.

Paragraphus 6.

1. Concilium eſt V. Lugdunenſe

585.

SEcundum Concilij genus, cui ſuâ præſentiâ opem tulit ſanctus Euſebius Mariſconenſis, eſt quintum Lugdunenſe prouinciale, ſolenni ritu aggregatum anno D. LXXXV. loco ſecundi, ob rationes deductas in Priſco Lugdunenſi *. Capita cœtus qualiacunque obtineri potuerunt, aut quantum opus fuit in hiſce noſtris Opuſculis ac ſcopo, inſtruximus paucis ſub Præſide Priſco in hiſtoria Lugdunenſi [k]. Illic rurſus ſermo eſt de voto caſtitatis, quam redintegrauimus in prima Synodo Maticenſi ſub hoc VI. numero [l]. Propterea nihil iſtic occurrit euaginandum. Niſi obiter commemorandum, nos Eccleſiæ Romanæ cultores rectiſſimè ſemper adhærere toti primæ Eccleſiarum fundationi. Nimirū hæc noſtra decimaſeptima ætas, quæ rationes votorum mirificè colit, optimè ſentit cum primo & hoc ſexto S. Euſebij centenario ſolari. Vno verbo, infima duo ſeu extrema rite cum medio quadrant, quippe primum Eccleſiæ ſeculum fuit ſuperius quaſi extremitas totius eiuſdem Eccleſiæ inchoantis. Deinde tempus Euſebij extitit medium, ſedente Romæ ſancto Pelagio II. Pont. Max [m]. & aliud extremum eſt hodiernus ipſius ſtatus. Prurientes Caluiniſtæ affirmant Eccleſiam Romanam valde puram ad exitum vſque ſexti ſeculi, ſeu vſque ad ſanctum Gregorium I. cognomine Magnum, Pont. etiam Max. cuius ſedes initium habuit ab anno ſal. DXC. & quem proxime anteceſſerat Pelagius. Itaque ſi carnales Lutherani & vxorum amantes Caluiniſtæ eſſent fideliſſimi cuſtodes doctrinæ Patrum primæ ſeu Apoſtolicæ Eccleſiæ ad Gregorianum æuum vt minimùm, dum ipſi hoc prædicant, ſanè talem votorum obſeruationem in ſuo pſeudoclero pie amplecterentur, ſicut & reliquas etiam leges. Hæc autem quia illi minime præſtant, ideo ſe produnt extra Eccleſiæ ſinum, atque priſcorum imitatores ſe falsò titulo iactitant. Cæterùm hoc loco, in memoriam duo reuocabis. Prius Euſebium ex viginti aut circiter Patribus qui eo in Concilio affuêre, collocatum eſſe ſextum poſt Ragnoaldum Valentinenſem & ante Agricolam Niuernenſem Epiſcopos. Poſteriùs in illo Catalogo ſic late ſcriptum, *Euſebius Epiſcopus Mateſcenſis:* & in ſerie anterioris Mariſſani Concilij [n] typum hæc ſculpſiſſe, *Euſebius Epiſcopus Matiſco*

De caſtitate ex voto.

* n. 35. §. 3.

[k] n. 14. § 3. 15. a.

[l] ...

Ibi interfuit S. Euſebius.

[m] n. 7. ſuæ Sedis.

Hæretici oſores caſtitatis.

Partes Concilij.

[n] § 1.

tiſconenſis. Apparet in noſtris diſcurſibus de Priſco Lugdunenſi ex Catalogis. Quod dictum & inde tibi recognitum ſit, Lector vt iterarò diſcas hæc loci nomina eſſe voces vnius ac
Nomina vrbis Matiſcō. eiuſdem ciuitatis, eò quòd vni humano induſtriò applicentur. Et iſta denuo confirmant ea, quæ iam ob id decreuimus de Cæledonio º, quòd ille ſit veriſſimè Antiſtes Matiſconenſis. Verùm hinc aliò paululum diuertamus. Ad iſtam Paragraphi calcem noueris, in præfata Priſci hiſtoria conſtare, quòd poſt prius Maricenſe Concilium & ante præſens quintum Lugdunenſe emicuit Cabilonenſe I. anno intermedio D. LXXXII. adactum, Priſco ºn.4 §. 2.
Concilium I. Cabilonenſe. etiam præſidente ᵖ. Ad quod propoſitum, hoc diſcas. Noſtra ibidem narratio & reliqua ᵖn.34.§. Conciliorum volumina non indicant quidem Patrum ibi ſuffragantium nomina. At certè, quis anceps erit ſanctum Euſebium oras attigiſſe, & non vmbilicum temporis in eadem omnino prouincia, & ſub ipſomet Lugdunenſi Archiepiſcopatu, ad quem ſpectat
An Euſebius eò acceſſerit. vrbs ᵠ Cabilon? Proculdubio aliter ſuſpicari non auſim: niſi Euſebius tunc domi fortè corporis infirmitate detineretur. Quia tamen etiam de illius perſona tanquam illic adſtante competenter non liquet: idcirco hoc Concilium nondum illud eſt, quod hîc nominabo tertium præſentiæ Euſebij à nobis compromiſſum, vt oſtendatur Sed eſt aliud mox ſequens. Neque enim iactamus in aëra Synodos pro S. Euſebio. ᵠ quā diſtat Matiſcon 10. tantùm leucis.

Paragraphus 7.

III. Concilium eſt II. Matiſconenſe. TErtia vltimáque Synodus ad ſanctum Euſebium ſpectans eſt ſecundum Matiſconenſe Concilium, item Prouinciale anno DLXXXVIII. deſtinatum in Ciuitate præfati Epiſcopi. Quale Baronius in Annalibus vocat Generale, vt pote ad quod Metropolitani Prouinciarum Regis Guntranni conuenerant. Sed veriùs dixerim Nationale, deficientibus Papæ Legatis. Ex vndeuiginti autem reſtitutis ibidem Decretis ſeptem iſtic inſerimus. Primum eſt de ſe abſtinendo à ſeruili opere per ſex dies ſolennitatis annuæ Paſchalis. De
588. quibus vnà cùm cæteris Synodi Præſulibus dudum copioſè ſcripſimus in Priſco Lugdunenſi Præſide ᵃ, tanquam Metropolitano, ne dicam Primate. Illic monemus tale Feſtum eſſe de Apoſtolica traditione, quæ indiſpenſabilis eſt ab homine quoad totum & en- ᵃn.34.§.4.
Primum ex VII. Capitibus. titatem generali quodam ſenſu. At numerum dierum fore de præcepto eccleſiaſtico, quem ideo potuit Eccleſia immutare ac minuere, vt deinceps ad triduum feſtiuum continuò obſeruandum reſtringeret, quatenus verè accidit poſt hoc ſextum Euangelij ſeculum. Vetus illa traditio vel ſatis abundè liquet ex primo Maricenſi Concilio paulò ſuprà ſub iſto Euſebio ᵇ. Qua de materia hæc ſuffecerint in præſenti ſtatu. Secundum Con- ᵇ§.4.
2. Caput. cilij Decretum eſt de quotidiano Altaris ſacrificio in Euangelica lege. *Vt omnibus Dominicis diebus* (aiunt Patres) *Altaris oblatio ab omnibus offeratur* ᶜ, *tam panis quàm vini, &c. Tum vt nullus Presbyter confertus cibo, aut crapulatus vino Sacrificia contrectare, aut Miſſas priuatis feſtiſque diebus concelebrare præſumat, &c. Sacramenta Altaris non niſi à ieiunis hominibus celebrentur, &c.* Quo in clariore & efficaci textu ſectatores Caluini duo hîc meritò aduertere coguntur. Vnum eſt, quòd dum ipſi audiunt veteres iſtos Patres & antiquiora Eccleſiæ Concilia vti nomine Sacrificij in Sacramento Euchariſtiæ, optimo iure eò ducuntur & conſtringuntur, vt Tranſſubſtantiationem oblatæ materiæ in corpus & ſanguinem Chriſti Domini factam credant ac ingenuè fa- ᶜca.4.
Quid ſit Sacrificium Altaris. teantur. Etenim non abnuunt, quin vox Sacrificij, qualem ſuprà legimus, importet de ſe mutationem & conſumptionem rei ipſius appoſitæ in holocauſtum. Quod nomen quando applicant Patres pani & vino ex Chriſti inſtitutione, ſane realem ſubſtantiarum mutationem in aliam conceperunt. Non intelligunt verò, nec vllus alius panem & vinum, cuius recordantur, in flammas & cineres conuerti, ad modum ſacrificiorum veteris legis, quia incruento Sacrificio noui Teſtamenti ignis in Altari minimè admouetur. Ergo ... n verum corpus & ſanguinem Chriſti vi verborum Seruatoris. Quæ ra... plurimùm vrget & premit, ideo admittunt quidem in antiqua lege verum S...um; at negant aliquod in noua conſtitui, vt
Aduerſus negantes Caluinitas. præſentiam Chriſti in Euchariſtia miſerè & peſtifero ore eludant. Alterum in memoriam reuocandum eſt, quod iiſdem Caluinitis valde diſplicent ſacræ omnes iſtæ leges primæ Eccleſiæ ex Scriptura hauſtæ, vt pote quæ non modò docent nomen & rem Miſſæ in vſu fuiſſe multò ante vetuſtum iam huius Concilii ſeculum, de quo nuper ſuperiùs ᵈ; verùm etiam quòd videtur in tota ſemper Eccleſia Sacrificium ſtomacho ieiuno offerri ſolitum. Ipſi verò Sectarij poſt ient...ula ſæpius epoti, vt liber, ſine lege, & abſque vlla ſynthereſi ad profanam ſuam cœnulam accedunt. Igitur, ex vtroque allato probationum capite ... cier permulta ... conſoribus permium eſt, ᵈ§.1.

eos

eos pacem fideique concordiam nullam retinere in ſacramentalibus cum iſtis priſcis & orthodoxis ſuæ gentis Patribus, qualem certè conformitatem indiuiduo fœdere è diametro conſeruat Eccleſia Romana, ex ſingulari Chriſti gratia. Interea, de hoc ſacrificali holocauſto vide alia ex profeſſo in Lugdunenſibus ſub D. Eucherio [e].

e n. 11. §. 9.

Paragraphus 8.

3. Caput Concil. 2. Matiſconenſis.

ALius Synodi locus eſt eiuſmodi. *Statuimus, vt mos antiquus à fidelibus reparetur, & decimas Eccleſiaſticis famulantibus ceremoniis populus omnis inferat* [f], *quas Sacerdotes aut in pauperum vſum, aut captiuorum redemptionem prærogantes, ſuis orationibus pacem populo ad ſalutem impetrent* [g]. Tum adſequitur pœna. *Si quis contumax noſtris ſtatutis ſaluberrimis fuerit, à membris Eccleſiæ ſeparetur.* En quicunque orbant Eccleſiaſticos, aut dicunt ſpoliandos iure percipiendi decimales fructus laicorum, & in hæreſim labuntur, & in deteriorem atheiſmum. Quippe non modò præcipiuntur decimæ ſcripto ac poſito iure diuino vtriuſque Teſtamenti [h], ſed etiam iure naturæ non ſcripto, at mentibus hominum impreſſo: quod quidem eſt ſpirituale ius circa temporalia diuerſans. Tales verò non ſolum ex præfato textu cenſuris vniuerſim plectendi mandantur, vel etiam anathemare nominatim facto ad Iudicis ſacri arbitrium. Verùm rurſus ex aliis Canonibus ipſomet facto maiori excommunicatione percuſſi declarantur. Liquet de iſtis pœnis in commodum vniuerſalis Eccleſiæ. Primò, ex Bulla Cœnæ Domini aduerſus exigentes laica authoritate collectas & onera ab Eccleſiis: in vſurpantes per ſequeſtrationem reditus pertinentes ad eccleſiaſticas perſonas, &c. omnes equidem Papæ [illegible] Secundò, aduerſùs compulſores, vt ſubmittant Clerici bona, itáque ſua [illegible] ex libro [illegible]. Decretalium [i]: in omittentes reddere Clero debita, ex capite *Adminiſtratores* [k] [illegible] reſeruatos. Tertiò, monendum, quòd quemadmodum præfati Patres Matiſconenſes decreuerunt pro tota Gallia: ſic priſci Antiſtites Concilij Prouinciæ Aquitanæ ad ſpecialem qui mox ſenſum accedentes indixerunt, quòd *Tam detentores decimarum ante ipſarum reſtitutionem, quàm eorum filij, vxores & familia ſepulturâ careant Chriſtiana. nec ipſi, nec eorum filij vſque ad quartam generationem incluſiuè ad tonſuram Clericalem, cæteros Ordines, vel eccleſiaſtica beneficia aliqua admittantur, &c. ſed eorum beneficia aliis liberè conferantur: Si noſtri Ordinarij prædictis hæc contulerint, ab illorum collatione eo ipſo ſe nouerint ſuſpenſos, & loca vbi ſepulti fuerint, per annum eccleſiaſtico ſubiaceant interdicto.* En ſanè pœnalitates indictæ per Auxitanam prouinciam ſeu Galliam Aquitanicam, multò auſteriores quàm ſint exhibitæ pœnæ canonicæ in hoc ſecundo Matiſconi Concilio, ſcilicet, vt quemadmodum ſcelera dietim creſcunt in orbe Chriſtiano (proh! dolor) ſic caſtigationum verbera adaugenda aut duplicanda ſint ad æquitatis menſuram. Auxitana autem Conſtitutio præfata cum innumeris penè aliis in Summa noſtra excommunicationum dilatatis [l] ſequuta eſt [m] præſentem Matiſconenſem pluſquam annis octingentis, & hos noſtros dies anteceſſit annis trecentis. Hoc verò Decretum alterius Synodi Matiſſanæ diſcrepat à ſimili prioris ibidem Concilij contra detentores bonorum Eccleſiæ ſuprà deterſos [n]; ex eo quòd iſtud Decretum directè militat aduerſùs fures decimarum & iuris earundem percipiendarum. At illud præcedens vrget ex profeſſo cæteros prædones aliarum Eccleſiæ poſſeſſionum: cenſuris vtrobique inflictis per minaces literas decretales. Cæterùm Bulla Cœnæ ſplendeſcit apud eximium Caſuiſtam Doctorem Nauarrum, ſub quo degente Romæ magno Pœnitentiario modernorum [o] ſummorum Pontificum abſoluta eſt. Vnde is ſolus ac primus eam integram edidit [p]. Atque hæc videbantur meritò data occaſione ſimul nectenda ad propoſitum in iſto Paragrapho.

De retentoribus decimarum Eccleſiæ.

Alia Decreta in tales detentores.

Deteriora prioribus.

Comparatio huius Concilij cum 1. Matiſconenſi.

f Tit. 5.
g per antidotum mutui officij.
h Gen. 14. 18. Exo 12. Leui. 27. Numer. 18. Deuter. 12 Luc. 18. Hebr. 7.
i Tit. 9. c. 2.
in [illegible] §. Laici.
k 21. [illegible] 1.
l à fol. 115. ad 571. Lute. anno 601.
m an. 1 [illegible] publicata an. 1[illegible].
n §. 5.
o P. [illegible] & Greg. 13 qui ſedit ab an. 1572. ad [illegible] 81. quo Author ſcripſit.
p in Enchir. c. 27 [illegible] nu. 49 [illegible] 74.

Paragraphus 9.

Cæterorum congeries.

CÆtera quæ tractat ſecunda iſta Synodus Matiſconenſis, equidem ad præcipuum Operis noſtri inſtitutum non pertinent; vt pote quod reſpicit ſolos Canones in Caluinum militantes. Attamen ea, aut maior pars, hîc peropportuna proficuaque videntur. Etenim agunt conſequenter de multis perutilibus. In primis de Fugitiuis [q] ad Eccleſiam, inde non educendis: de illis excommunicandis, qui Epiſcopos ad ſecularia iudicia trahunt [r]: & de Clericis coram ſuo tantùm Epiſcopo in lite conuocandis [ſ]. Quæ ſingula ſunt immunitatis eccleſiaſticæ præſidia poſteris paſſim Decretis renouata [t]. Et talia ſubeunt vicem quarti thematis Concilij ad præſentem etiam tractatum ſatis commodè pertinentis ex parto noſtro fine. Deinde verò, poſt commendatam religioſe hoſpitalitatem ibidem [u], adſequitur iſta lex [x] vt ſeculares *Iudices non priùs viduas & pupillos conueniant, niſi Epiſcopo nunciarint, cuius ſub velamine degunt. Quod ſi Epiſcopus præſens non fuerit, Archidiacono vel*

4 Capit. de immunitate Eccleſiæ.

1. Capit. de pupillorũ iudicibus.

q Tit [illegible]
r Tit 9 ſecſtores Canones extant in Summa noſtra ex communicat. Part. 2.
ſ Præfat [illegible] noſtro De multiplici anathemate iuris æquiua gente, c. 3.
t Tit 10
t Dictata in Summa cit.
u Par. 3 art. 4.
x communicat.

Presbytero cuidam eius(hodie Officiali aut Generali Vicario Epiſcopali) *vt pariter ſedentes communi deliberatione cauſis eorum terminos figant* [z]. Faxit Chriſtus, vt hodie prius iſte vſus ſi-natur Epiſcopis, à quibus per regios Iudices planè extorquetur. Et hoc eſto quintum Caput à nobis requirendum. Inſuper autem, Synodus hæc ſtatuit. *Volumus quod Epiſcopalis domus canes non habeat, &c. Cuſtodienda eſt habitatio hymnis, non latratibus; operibus bonis, non morſibus venenoſis. Monſtrum eſt & dedecoris nota, canes ibi vel accipitres habitare, &c.* Nos arbitramur hunc eſſe primum vniuerſæ Eccleſiæ Canonem, eúmque verè ſalutarem, qui canes in domiciliis Eccleſiaſticorum prohibeat. Nam antiquiora Decreta in id che-ma venationem ſolùm generatim à Clero arcent in perſona [y], quarto præcedente ſeculo & ſemis, teſtibus ſanctis Ambroſio, Hieronymo, & Auguſtino in Decretis diſtinctione LXXXVII. [z] qui ſanè haud meminerũt canum domi enutriendorum vel non, vt neque penarum in nutrientes erogandarum: ſed duntaxat vocant nequiſſimam venatorum artem luxuriantem. At poſtmodum prauo vſu fortaſſis percrebreſcente; iſtud Concilium ... in ſuas ſpecies ad cubicula vſque prudenter deduxit. Et ſub id tempus, Concilium Aurelianenſe talibus è Clero venatoribus ſuſpenſionem à communione, tum ab officio comminatur pro pœna, libro 5. Decretalium [a]. Reliquæ autem Sanctiones in corpore iuris concinnatæ, tribus vt minimùm ſeculis iſtâ Synodo poſteriores ſunt, quales perſpiciuntur vetationes Concilij prouincialis Moguntini [b], Nicolaï I. Pontificis Max. [c] ac tandem Tridentini poſt decem ſecula [d]. Et iſta ſunto in locum ſextæ materiæ poſtulandæ. Vnde ſeptima ad poſtremum hæc fuerit. Patres legem pœnalem circa matrimonium ediſſerunt, quæ quia cenſetur paulò inſolita, & Clerum reſtrinxit, ideò huc infertur. *Illud quoque rectum nobis viſum eſt diſponere* (aiunt [e]) *vt quæ vxor Subdiaconi vel Exorciſtæ, vel Acolythi fuerat, mortuo illo, ſe ſecundò non audeat ſociare matrimonio. Quòd ſi fecerit, ſeparetur, & in Cœnobiis puellarum Dei tradatur; & ibidem vſque ad exitum vitæ permaneat.* Inſolitus, inquam, eſt hic vſus: quia quemadmodum Acolytho & conſtituto in minoribus reliquis Ordinibus licet vxorem ducere, quandiu clericalem habitũ non gerunt: ita eiſdem vnis æquè facilè permittitur ad ſecundas aut tertias conuolare nuptias. Ea tamen lege, quòd ſi ille eò regrediatur mortua vxore prima aut ſecunda, ampliùs non poſſit ad altiorem Ordinem eccleſiaſticum conſcendere, cùm eſſet bigamus irregularis [*], ne dicam trigamus, ad ſacra ineptus. Pariter verò cenſetur, quòd vxor ab Acolytho derelicta ex mutuo conſenſu, vt ipſe Sacerdotium ineat quod appetit, poſſit illa ſecundò ſe matrimonio copulare, poſtquàm vir cælebs factus deceſſerit: quanquam viuente eodem id illa præſtare non quiuerit. Hic eſt noſtri ſeculi permiſſus. Verùm, ecce: Matiſconenſes vetuſti Patres diuino zelo pleni ſtrictiorem legem viderunt tum imponendam; causâ tunc fortaſſis emergente. Equidem anterioribus eiuſdem ſeculi annis Concilium prouinciale primum Aurelianenſe [f] edixit, *Si ſe cuiquam mulier duplici coniugio, Presbyteri vel Diaconi relicta, coniunxerit, ſeparentur, &c.* nimirum propter caſtitatem ſeruandam, ſi mulier relicta Presbyteri ſecundò nupſerit, ob indecentem Eccleſiæ bigamiam, ſignum impuritatis. Sic fert Gloſſa ratione voti Diaconorum & Sacerdotum. Atque ſequenti ſeculo ſanctus Martinus I. Pont. Max. *Si qua vidua Epiſcopi vel Presbyteri aut Diaconi, maritum acceperit, nullus Clericus* (inquit) *nulla religioſa perſona cum ea conuiuium ſumat, nec vnquam communicet.* Quæ Sanctio exæquat omnino Matiſconenſem Verùm certè apparet illic eiuſmodi prohibitionem deſponſandi mulierem relictam à Sacerdote vel Diacono per quendam laicum, vltra ipſius Ordinem Diaconatus deſcenſum haud facere versùs Hypodiaconum aut Lectorem & Exorciſtam, vt pote ad quos illa vetatio canonica non epulandi ſimul minimè protendatur. Sicque tandem permanet ſemper aſperior lex Maticenſis. Ex quibus locis omnibus ſupereſt inferendum, votum illius quæ fuerat vxor Sacerdotis aut Diaconi, extitiſſe perpetuum ſeu æquale voto mariti ad ſacros Ordines euecti. Nam ſi temporale duntaxat viſum eſſet, quatenus ſanè permitti potuiſſe videtur; viro ſacro emortuo, licuiſſet relictæ eius viduæ ad poſteras nuptias conuolare: quod apprime iſtic vetatur in præfato Concilio, decretóque Papali. Sed lubens demùm adducerem, quòd quando Matiſconenſis Sanctio indixit, *quæ vxor Subdiaconi fuerat, &c.* non intellexit Hypodiaconum poſſe illi mulieri coniungere, & vlteriùs conſummare matrimonium anterius, verùm ipſam debere ſeiunctam ab ipſo remanere caſtam quaſi viduam, dum quæ fuerat vxor, talis deinceps reuerà non ſit, quia is a laico ſtatu peruenit ad clerum voto caſtitatis annexum. Moneo interim paucis, quòd idem Euſebius accurrit etiam quarto loco ad Concilium Valentinum Galliæ, iuſſu Guntranni anno 588. Et hactenus ſufficiat typis mandatum à nobis pro geſtis ipſius D. Euſebij. Sacrum cuius cadauer perhibetur iacuiſſe ad S. Clementem cum prædeceſſoribus ex Numero XXVIII. *tumulis miſere noſtro penè æuo exhauſtis [g] a graſſantibus per Galliam Caluiniſtis. De ipſius tamen canonica ſan-

ctí

6. Caput.

De canibus vetitis in Cleri habitaculis.

7. Caput.

De matrimonio viduæ Clerici.

Variæ aliæ de eo Sanctiones.

Hoc Concilium aſperius poſteris Synodis erga ... viduas.

[z] tit. 11.

[y] vt pote acc impediatur fieri perſona. Vnde ſequebatur implicitè canes domi ſeruari potuiſſe autem.

[z] à c. 8. ad 13.

[a] Tit. 24. quantum ſit ex 5. Concilio Aurelianen. nõ ſcribitur.

[b] an. 813. to. 3. Concil. 3. Decreta.

[c] tit 10. c. 1. ad an. 860. dist. 34. c. 1.

[d] Mēſe Nou. 15 63. ſeſſ. 24. de Reform. c. 12.

[e] tit. 16.

[*] lib. 1 Decretal. tit. 21. c. 1. 34.

[f] c. 13. Sic habet diſt. 28. c. 14.

[g] circiter annum.

ctitate nondum apparet in publicis Eccleſiæ Romanæ Martyrologiis. Sed vitæ produ- h nu. 33. §. 3.
598. ctio ad annum DXCVIII. aptiùs comprobatur in extremo ſucceſſore. Et ſanctitas eius i nu. cit. 29.
digna ſacro Canone legitur in Gauſleno [h], prætetquam in Naybodo [i] Epiſcopis.

VII.

DEcius I. eſt is, cuius deſcriptio verè ſculpitur hoc ordine in *Titulis antiquis* MS. Ec-
599. cleſiæ Matiſconenſis, vnà cum ſequentibus duobus Epiſcopis: dictus ibidem *incly-*
612. *tus*. Aduertendum eſt autem quòd Onuphrius in vitis Cardinalium, & Nicolaus Vi-
gnerius Parte II. ſuæ Bibliothecæ exiſtimant Matiſconi celebratum eſſe Concilium Pro-
uinciale anno ſalutis DCXII. Quòd ſi ita foret de illo ſeorſum Concilio: ſanè id fortaſſis
geſtum eſſet aut fuit aggregatum ſedente potiùs iſto noſtro Decio excellentiâ vitæ cla-
riſſimo, quam ſub præcedenti Epiſcopo, ſic poſtulante chronologico ferè calculo; neque
hoc diarium opus eſt miſcere vel confundere cum ſecunda Matiſconenſi Synodo in ſan-
cto Euſebio ſuprà; vnde hanc ipſam virorum coronam, velut tertiam Matiſconenſem di-
Tempus anceps Concilij III. Matiſconenſis. tulimus & collocamus ſub D. Momulo ſucceſſore proximo, forte tutiùs. Non legitur ta-
men certior alia fides ſedentis huius Decij vel coacti cœtus in ſua vrbe Burgundionum in-
fima & Auſtrali: Ergo his poſitis aut conceſſis, hactenus tres Synodi Prouinciales proba-
bili argumento viſæ ſunt Matiſconi. tametſi de iſta tertia congregatione nulla acta pro-
pendeant noſtris obtutibus quæ ſe ſpectanda præbuerint ad hanc vſque diem. De quo
ſcrupulo temporis & conſcientiæ perlege nonnulla opportune ad eum ſcopum collimantia
in proximo ſucceſſore Epiſcopo. Interim de huius Decij funere, ſtatu & Martyrologio,
aliud hac vice ſuſpicari ac proferre nequeo, quam quæ in finali Euſebio & commilitoni-
bus nobis fari licuit, donec temporum vſus plura forte dederint. Duratio autem valdè
ambigua Sedis ipſius Decij, ſi conquirenda videatur, tutius conferenda erit vna cum ſe-
dis extentione anteceſſoris. De Euſebio quidem non niſi duodecim ſolares circulos deſcri- a nu. 6. §. 1. ad an. 588. §. 7.
Seſſiones SS. Euſebij & Decij longitudines. pſimus ab anno DLXXVI. [a] At iſtic malumus ei decennium præterea concedere, vt ſederit
per annos viginti duos ad annum vſque DXCVIII. Quo ſanè pacto adhuc ſuperſunt anni
quatuordecim pro adſequente Decio, nimirum ab anno DXCIX. ad præſentem DCXII.
vt minimùm. Hæ namque ad circinum intercapedines analogiam & veriſimilitudinem ma-
gnam habent inter ſe, deficientibus hodie veterum documentis. Enimuero, plura de Eu-
ſebio geſta in Conciliorum voluminibus emicuerunt, quàm pro Decio. Adeóque plures
annos paulo anteriori licet attribuere, quam poſteriori minus perſpecto apud Hiſtoriogra-
phos. Hunc Decium præterit Bugnonius. ſed commemorat Demochares.

IIX. *Paragraphus* I.

SAnctus Momulus, ex Antonio Demochate hac ſerie, præter Titulos antiquos, qui
eum vocant *egregium*. De quo Sancto obiter notat Bugnonius [a], quòd Pipinus Rex ei a in Chron. Matiſcon. pa. 15. & 16.
firmas fecit donationes Conradi ſeu Gontranni Burgundiæ Regis, & prædeceſſorum
Franciæ Regum; nimirum in dotatione Epiſcopatus Maticenſis facta ante annos quinqua- b nu. 3. §. 1.
Emendatio Chronographiæ. ginta, commemorata ſub D. Nicetio [b]. Sed perperam ingerit idem Iureconſultus, quòd
dum ſecundo Pipini anno Decius II. obiit (hunc intellexiſſe debuit) Momulus ei tunc
in Epiſcopatu ſucceſſit. Conſtat enim ipſum Authorem falſam nomenclaturam inter-
pellaſſe & perperam ſcripſiſſe *Momulum* pro *Domnolo* Epiſcopo XII. infrà: quem
Domnolum is Author loco Momuli locare debuerat. Duplex adeſt motus noſtri huiuſce c in Chronico Franciæ.
rotius aſſerti ſeu deprauatæ illius pagellæ. Prior, quia Pipinus ſceptrum duntaxat conſe-
cutus eſt anno DCCLI. ex Ioanne Tillio [c]. Ad quos vſque dies ſi protogata eſſet Momuli
ſedes; Decius ergo anteceſſor vixiſſet annis præterea ad minus quadraginta in Sede ſua,
citra annos quatuordecim iamdudum eidem collatos, ſeruato octauo Momuli ordine, vt
decet. Quæ tam diuturna vnius hominis duratio fidem humanam excedit. Poſterius,
conceſſa Bugnonij relatione, ad maioris incommodi imminetet, quod nullus alioqui ſu-
pereſſet locus, ac tempus tribus qui mox ſequuntur intermediis Epiſcopis, Florentino,
Aun. Deodato, & Decio II. quos tamen Demochares ac Tituli antiqui ſub ea proxima ordina-
618. tione tutantur & retinent. Hinc igitur altiùs eſt euehendus ad hunc angulum ſanctus Mo-
630. mulus: necnon ex eo ſecuriùs concludendum tutò eum ſediſſe ad annos DXVII. &
DCXXX.

DCXXX. Quod facile perſuaſum erit cuique prudenti: tum ob vnà collatam ſequentium hiſtoriam cum prædeceſſorum Chronologia, tum ob Synodum aliquam illis diebus celebratam, de qua multis ſeorſum Paragrapho ſequenti. Vide ea Bugnonij deliramenta in ipſis Deodaro ac Momulo, præterquam in Domnolo *.

* an. 10. & 11.

Paragraphus 2.

Verum Concilium III. Matiſconenſe.

ALiud hoc Concilium Matiſconenſe, quod nunc habemus inſigne promouendũ, latuit hactenus in vnis Operibus S. Bedæ venerabilis Angliæ Presbyteri: neque apparet in Cõciliorũ Tomis. Qui primarius Author in vita ſanctí Euſtaſij meminit tanti cœtus, ſimúlque ſanctorum Colombani Abbatis, & Chagnoaldi deinde creati Archiepiſcopi Lugdunenſis[d], atque aliorum alibi [e] à nobis nominatorum. Rem ergo decet hac vice è cimmerijs tenebris ad lucem vocare. De exactiore cuius tempore & circunſtantijs, ſcito Genebrardum in Chronologia eam Synodum reposuiſſe ſub anno præciſe ſexcenteſimo quarto, ipſum Bedã me[illegible] ex[illegible]emorũ ſub anno DCXV. vel XVI. & deniq; Baroniũ anno DCXVII. Ex quibus variatis calculis facilè inferimus, quòd Onuphrij & Vignerij ſupputatio de quadam ſacra congregatione habita Matiſconi anno DCXII. & per nos allata ſub ſancto Decio Antiſtite[f], ſatius debeat iſti Concilio iure adſcribi, cùm ſit inferior propiórque Dati poſt Genebrardum iſtuc etiam cauſam ſuam referre ſolitum. Adeóque omnes hæ ſupputationes efficiunt vnicum, idémque tertium prouinciale Concilium Matiſconenſe, & nullibi quartum; equidem remittendum potiùs ſub iſto Momulo Epiſcopo quam ſub Domnolo. Beda autem Patres Concilij Suffragatores ſuis disertè non vocat nominibus[g]. Suſpicamur vero, præter præfatos tres extitiſſe eos quatuor, quos legitis Epiſcopos in Chronico Lugdunenſi emẽſos, tanquam eodem penè filo aut Capite Anglicanæ hiſtoriæ atque materiæ Authoris contentos: ac pariter ibidem conſtitiſſe Magnoaldũ, Attalam Abbatem, ac venerabilem Theodolphũ, in vitis ipſorum SS. Colũbani * ac Euſtaſij recenſitos, velut in præcipuis eorum actibus præſentes. Et probabilius in eodẽ eſt, cum rurſus affuerit aut etiã præfuerit Artemius Senonẽſis Archipræſul XIX. quẽ ferunt Sanctum, prædeceſſorémque S. Lupi (etſi nondum ſolus ille micat in Romano Martyrologio) quippe de eo ſic fatur Antonius Monchiacenus Demochares. 19. *S. Artemius Senonenſ. in Concilio Matiſconenſ. obiit* ann. 609. [a] Cæterum eiuſmodi themata non enarrantur à Beda per numeroſos Canones more reliquorum, paſſim Conciliorum; ſed fuſo perennique diſcurſu. Ex quo tamen nos poſtea theſes ita diſſecamus, vt eas recapitulando per Capita & formulas Seſſionum fere doctrinali Synodorum ordine in defectus authoris cõpenſationem redigamus. Negotium ergo pedetentim ordiamur. Sancti Archimandritæ Columbanus & Euſtaſius extremæ Galliæ Belgicæ ſeptentrionalis habuère tres Antagoniſtas in Matiſconenſi Patrum Celtarum collegio condemnatos, velut hæreticos atque ſchiſmaticos. *Nam exarſit liuidus aduerſus ſancti viri [b] famam Chelidrus, excitans contra eum vnum è ſubditis Agreſtinum nomine* (ait Beda) *qui quondam Theoderici Regis Notarius fuerat, & omnia quæ poſſederat relinquens ac Luxouium veniens, ſe & omnia ſua eidem venerabili Patri tradiderat. Is Religionis ſpeciem in Monaſterio geſtans, arrogant à mentis elatus, poſtulat, vt gentium eſſe prædicator permitteretur: quem vir ſanctus diu obiurgans increpat, dicens eum rudem adhuc in Religione, non debere ad tale opus idoneum ſe putare. His diſſuaſionibus cum nihil proficeret, quem tenere non valet, ire permittit. Poſt aliquantum temporis ad Aquilegiam tranſit. Aquilegienſes etenim diſcordabant à communione Sedis Apoſtolicæ. Itaque veniens Aquilegiam, ſocius ſtatim ſchiſmatis [illegible], Romanæ Sedis à communione ſeiunctus ac diuiſus eſt, totius orbis communionem quicunque Romanæ Sedis iungeretur damnans, in ſola Aquilegia orthodoxam fidem retinere decertans[i]. Quo ſchiſmate imbutus, epiſtolam veneno[illegible] & increpationibus ad Beatum Attalam Bobienſis Cœnobij Patrem dirigit[k] &c. Ipſe ad Luxouium properat, Euſtaſium ſchiſmatis aculeis tentet, ſanam mentem ſua veſania corrumpere queat. Venerandus autem Euſtaſius [l] errantem, vt reſipiſcat, hortatur & obſecrat. Cùmque ſalubri antidoto mentem prauè corruptam curare nequiuiſſet, à ſe ſuorúmque Collegio ſegregatum abire coëgit.* En iam centuræ eccleſiaſticæ [illegible] latæ. *[illegible] igitur miſerabilis Agreſtinus, huc illucque diuertit, vt aliquos ſui erroris ſautores facere poſſet. Sed cum nihil eius imperitia longo tempore peragere quiuiſſet, tandem aduerſus regulam Beati Columbani liuido dente garrire cæpit, ac velut cænoſa ſus grunniens abominabile murmur excitauit, annuente ſibi [illegible] Genuenſis vrbis Epiſcopo, qui ei conſanguinitate proximus erat. [illegible] vicinos Epiſcopos ſibi iungere in auxilium Agreſtinus iuſſit [illegible] R[illegible]gem [illegible] ſi ſe partis aſſentator fieri voluiſſet. [illegible] experimento cognitam habeo B. Columbani ſanctitatem & diſcipulorum eius doctrinam, poſtquam diu redarguere [illegible]*

tantis

Annus Concilij.

Patres.

Primarius Author.

Religioſis è Cœnobio profiliens ſeminator hæreſeos.

Alios ad ſe trahit.

d nu. 38.
e Ex loco cit. in noſtro Chronico Lugdun.
f nu. 7.
g nu. 38. & 1 Eligius Epiſc. Achiartus, Rachnarhanus, Andemarus.
* c. 26. to. 3. Operum Bedæ. & Haræus 19. Martij.
a to. 2. c. 17.
b Colũbani.
i primus erroris hæreticus.
k ſe tum ad ſuas partes allicere.
l Feſtum 4. Kal April. Alius eſt Euſtachius Epiſcopus. 7. Kal. Aug.
m Clotarius II ab anno 88. ad 6[illegible] in Francia. [illegible]

tauit grunnientis hæretici ſectam, nec præualere potuit aduerſus eam, ſtatuit vt Synodali examinatione probaretur, non ambigens de authoritate venerabilis Euſtaſij, quin omnes aduerſantes ſanctæ regulæ ſuâ prudentiâ ſuperaret. Tunc emanante regali authoritate, multi iam Burgundiæ Epiſcopi in Suburbio [a] *Matiſconenſis* * *vrbis conueniunt* (en Concilium & locus) *inter quos maximus hæreticorum Vuarnacharius, dum & ipſe fieri vellet aſſentator Agreſtinianæ partis, ipſo die quando aduerſus Euſtaſium altercatio futura erat, morte præuentus interiit.* Ecce tertius aduerſarius, qui primus ſententiæ in eum contortæ pœnas iam luit. *Sed nec eo terrore turbati cæteri confautores aduerſæ partis* (pergit Beda) *qui conuenerant ſectarij deductum in medium Agreſtinum depromere cogunt, quid contra regulam Columbani vel Euſtaſij* [o] (Benedictinianam vt creditur) *obiiciendum haberet. Tum ille trementibus labiis aſſiſtens, & nihil authoritatis vel elucubrati eloquij habens* [p], *ait ſuperflua quædam & Canonicæ inſtitutioni contraria in eorum ſtudiis teneri, cochleam videlicet quam lamberent, Crucis ſigno crebrò ſignari* [q], *& in ingreſſu cuiuſlibet domus intra Cœnobium tam introeuntem quàm egredientem benedictionem poſtulare* [r]: *Columbanum etiam à cæterorum Eccleſiaſticorum more deſciſcere, & ſacra Miſſarum ſolennia multiplicatione collectarum celebrare* [ſ]. Hic ſiſtendum, antequàm vlteriùs contextum trahamus. Et inde maſſa diſcurſiuum mox ſeorſum exponenda venit, ac in partes quaſi ſeſſiones Concilij diſtribuenda ſub Paragrapho ſequenti.

Res Contrahuntur indicte Matiſcone. — Auditur aduerſarius.

Paragraphus 3.

V. hæreſes errantium contra Concilium.

QVinque errorum ſeu hæreſeum genera promuntur ex ore Chelidri, Agreſtini & ſociorum, quæ mixtim continentur in præfato hactenus Bedæ contextu cum adiiciendis. Prima hæreſis eſt ſchiſma. Quod vitiũ animi non modò inducit maiorem iuris excõmunicationẽ *, & opponitur vnitati eccleſiaſticæ charitatis, ad diſcrimen hæreſeos præcisè ſumptæ, quæ fidei opponitur ex errore intellectus, vt loquitur S. Doctor Aquinas [t]: verùm etiam per ſe & ſolitariè ſumptum eſt hæreſis; taliſque ſchiſmaticus cõmittit crimen hæreſeos. Nam omnis illa prothesis eſt hæretica, quæ ex deliberata voluntate ſacris Scripturis apertè aduerſatur: qualia ſunt loca duorum Matthæi & Ioannis [u] de ſumma poteſtate tradita in Eccleſia D. Petro viſibili capiti, perindéque ſucceſſoribus eius, tum in cultu interiori, tum in ritu externo. Etenim denegare quemcunque præcipuum Scripturæ textum & aliquam in ſpecie eccleſiaſticam traditionem Apoſtolis coætaneam, id totum eſt hæreſis. Hoc verò perpetrabat Agreſtinus cum ſequacibus, quia ab obedientia *Sedis Romanæ ſeiunctus erat* Beda relatore. Secunda hæreſis eſt auerſio ſigni S. Crucis; quæ per nos ex Apoſtolica traditione ſatis alibi [x] clareſcit aduerſùs Caluinitas Agreſtini hac vice pediſſequos, horridóſque diſcipulos. Sub prima Euangelij centuria ſic fatur B. Dionyſius Areopagita *. *Cuilibet ipſorum à benedicente Pontifice Crucis imprimitur ſignum, &c.* tum alibi: *Crucis ſanctæ ſignaculum mortificationem omnium ſimul carnalium cupiditatum ſignat.* Deinde

I. Eſt ſchiſma.

II. id ſecundo ac tertio Eccleſiæ ſeculo tantopere commendabat Tertullianus, dicens, *ad omnem progreſſum, &c. ſigno Crucis frontem terimus* [y]: vt Cyprianus [z], Origenes in Exodum [a], Athanaſius libro de Incarnatione Verbi [b], Chryſoſtomus in Matthæum [c] & Hieronymus [d], ac Auguſtinus [e] idem præconium ſequuti ſunt. Vnde ſexto mox ſeculo Gallicani iſti Patres Matiſcenſes pium hunc vſum meritò tenent, tum in publicis ſacrorum myſteriis, tum etiã priuatis in actibus, Chelidro renitente. Tertia hæreſeos ſuſpicio eſt prauus Epiſcopalium aut Sacerdotalium benedictionum neglectus, quæ à Chriſto [f], diuináque Apoſtolica Scriptura [g] ita profluunt, vt primi Eccleſiarũ Paſtores Apoſtolis ſuccedentes eiuſmodi benedictionibus præclarè vſi fuerint. Teſtis eſt primo ſeculo Decretalis tũ D. Clementis [h] I. Pontificis in aquam, oleum, cæteráque inanima benedici ſolita; tum Teleſphori Papæ [i] in rationabiles creaturas [k] & populum Dei. Quam ſanè benedictionum formam efficiunt vocalem & certa eius efficiendæ verba exprimunt de more Apoſtolorum his notis: *Domine Sabaoth, &c.* (refert Clemens ex Apoſtolo Matthæo) *creator aquarum &c. Sanctifica per Chriſtum hanc, &c.* eiúſque miniſtrum nominant Presbyterum abſente Epiſcopo. Alij quinto ſeculo, diſtinctione 28. cap. 16. & cauſa 26. quæſt. 6. cap. 5. [l] Ergo Chriſtus ipſiúſque adminiſtri dum ſpiritualem benedictionem variis in rebus creatis futuram pollicentur, eam deſignant aliquo ceremoniali & externo ritu eccleſiaſtico, vt pudere debuerit Agreſtinum, hodiernóſque Caluinitas [m] huic piæ conſuetudini renunciare. Teſtis eſt iterum ſecundo ſeculo vniuerſus Dialogus S. Iuſtini Martyris [n] cum Tryphone Iudæo, qui dum temporales benedictiones Patriarcharum veteris legis exaggerat, ſingulas ad ſpirituales noui Teſtamẽti refert. Teſtis ſub tertio D. Ambroſius, qui tractat de benedictionibus per verba celebrandis [o], quas ſupponit approbatas, quando alibi monet, quòd *aliter ſacerdos, aliter Leuita*

III.

Signum Crucis. — Deſpectus eccleſiaſticarum benedictionum. — 1. ſeculum. — 2. ſec. — 3. ſec.

C

o S. Clementis, vel quõdam Abbatia, vel in ſuburbio &c. autẽ tij trans Ararim, vbi etiã tũc Abbatia. * Matiſcones.
o Abbatis Luxouienſis ſucceſſoris S. Colũbani.
p hæc latiùs apud Surium to. 2. die 29. Martij, c. 5.
q 2 hæreſis.
r 3. hær.
ſ 4. hær.
* Narat in Enchir. c. 17. nu 37.
t Tho. 2. 2. q. 39. ar. 1. ad 3. Viguerius c. 10. §. 5. v. 8. & c. 11. §. 2. v. 7.
u c. 16. & 21. expoſita ab Authore huius Operis Tomo de recentioribus Controuerſ.
x in Lugdunenſibus nu. 22. 5. & nu. 223. 7.
* in Eccleſ. Hierarc. c. 5. Parte 2. & c. 6. Parte 3.
ιοιι.
y De corona militis, parte 2 & li. 2. ad vxo. em.
z li. 4. Epiſt. 6. fin.
a c. 15. hom. 6. & c. 7. homil. 4.
b & lib. de humanitate, pa. 54 58. Baſil. 1556.
c c. 12. hom. 5.
d Epiſt ad Demetriad.
e Tract. 118. in Ioan. fin.
f Marci 14. v. 22.
g 1. Cor. 10. v. 16.
h 8. Apoſt. Conſtit. c. 29. ab ann. 93. ad 101.
i ab an. 142. ad 152.
k 6. q. 1. c. 8.
l ac de conſecr. diſt. 12. 6, 165.
m Errores in recẽtiorib. Contro de hæreſib. c. 30. ſect 9 tum c. 21. ſect. 7.
m 4. Iuſt. 10. 5. 20.

n ab anno 140. ad 163. Euſeb. 5. cap. 18 o Tomo 1. in Pſalm. 144.

Sec. *Leuyis benedicit* P. Quaſi indicarit, quòd quemadmodum multiplex eſt Ordo in Eccleſia, qui characterem imprimat, ita diuerſæ ſunt benedictionum formæ. Adeoque B. Aug. docet ſub quarta cẽturia 9, quòd nos *quanta ſit dignitas Ordinis Sacerdotalis, hinc aduertamus* inquit) *vt nullus poßit benedicere, niſi fuerit ordinatus*, nimirũ quouis Ordine ex tribus ſacris. *Des autem eſt* (addit) *effectum tribuere benedictionis*. Alluditque ad benedictiones legis Moſaicæ: ſicut & Nicolaus Papa I. [r] ad eas quas diuus Paulus enarrat [ſ] de Melchiſedecis benedictione ad Abrahamum, velut maioris ad minorem, vt pote quæ figuram induerit, veræ benedictionis eccleſiaſticæ nouæ legis. Et rurſus in citando reliquo Bedæ textu dixit S. Euſtaſius ad Agreſtinum in medio Concilio pro ampliore horum defenſione. *Nequaquam contrarium eſſe religioni populum ſigno Crucis muniri, cum per aduentum ſigni Domini pellantur peſtes aduerſantis inimici: introeuntem verò Monachum cellulam vel exeuntem, benedictione Domini armari, iuxta Pſalmiſtam: Dominus cuſtodit te ab omni malo* [t]. Eiuſmodi autem benedictionum vſus vnà cum ſigno Crucis, ex Theologis paſſim [u] ſunt ita traditiones Apoſtolicæ de moribus perpetui roboris, vniuerſales & neceſſariæ, vt ſint propriæ appendices traditionum Apoſtolicarum, quæ de fide creduntur: cùm vtraque cæremonia ſacramentalibus ad fidem directè pertinentibus ab omni æuo exhibeatur. Itaque qui hæc negant, eo ſolo hæreſim verè ſapiunt more Agreſtinenſium in Calumniis renatorum. Nam & ipſemet Chriſtus fuit primarius benedictionum author in vſu ac praxi [x].

Benedictiones Moſaicæ.

Euangelica reiicere eſt hæreſim ſapere.

p in Pſ. 134. 9 1. q. 1. c. 96. r diſt. 11. c. 6. ſ Hebr. 7. t Pſ. 120 v. 8. u Bellar. tu. 1 lib. 4. de verbo Dei, c. 2 3. Alii. x Matt. 14. 19. c. 16. 18. Mar. 6. 41. c. 8 7. c. 10. v. 16. &c.

Paragraphus 4.

IV. hæreſis. QVartus Chelidri & Agreſtini error, cui pedem malo animo, at citra cauſam alludunt, eſt quòd incuſent ſanctum Columbanum Abbatem a cæterorum Eccleſiaſticorum more deſciſcere, & ſacra Miſſarum ſolennia multiplicatione Collectarum celebrare. Sub his verbis latet anguis in herba. Vatri illi & ad decipiendum cauti aduerſarij, vt tandem Miſſæ ſacrificium de medio prorſus auferre attentarent, cœperunt ab aduentitiis concinnatis in Altari cæremoniis, vt eas carperent; quas tamen augere minuerève licet, ex veteri comprobata multarum Eccleſiarum ſeu membrorum Romanæ ſolius diuerſis ferè temporibus aſſuefactione, abſque ſubiecti per[illegible], hoc eſt, ſacrificali ſubſtantia nequaquam periclitante, aut ſine vllo ipſius tantiſper deliquio ac detrimento. Hos deinceps imitati ſunt recentiores hæretici Lutherus & Caluinus inter plures. Qui dum initio finxerunt velle ſe Eccleſiam Romanam circa mores reformare, & hoc vnum peroptare: ex eo pedetentim irrepſerunt in Sacramenta & Articulos fidei, vt potiores Eccleſiæ baſes diruerent: qualia in dies ſemper euertere prorſus nituntur, velut renati Chelidriani. Ergo ſermocinaturi de Collectis quales in euangelico Sacrificio fiunt, ſanè multa ingeruntur enarranda: quæ quidem, maioris lucis gratiâ, in quinque capita ad ſummum iſtic redigimus, refutationem obiectorum paſſim complectentia. Primo loco Orationes quæ in Miſſarum celebratione præcipuo nomine vocantur Collectæ, ſunt illæ quas Sacerdos ante Epiſtolam proximè decantat, totidémque ante Canonem alias verbis repetitæ, & tot rurſus poſt Sacramenti conſumptionem: velut ex colligentis in vnum & ambientes in ſinu ſuo plures diſperſas petitionum materias frequenter mutandas, quatenus populo Chriſtiano & amicis a Deo poſtulandæ videntur ad altare ſecundùm varias recens emergentes rerum neceſſitates. Ita antiqui pro vocis etymo a. Qua verò eiuſmodi Collectæ ſic ante & poſt conſecrationem [illegible]u Miſſæ eſſentiam non immutandã proferuntur: idcirco ipſamet Miſſæ vel Sacrificij confectio a veteribus Collecta perinde nuncupabatur nomine ſumptò partim ab allatis circumiacentibus oratiunculis, ſeu Collectis priùs & retrò, partim vero quia circa primas ſaltem Collectas populus confluebat & colligebatur, hodiéque pariter præſtat, ad peraudiendum reliquum Sacrum, necnon venerabile Chriſti corpus in Sacramento adorandum. Taléque indiuiduum & inſolubile Collectarum [illegible]amentũ cum Dominico Sacrificio ſub vnica ſæpius appellatione, efficit ſanè vt demum Chelidrus ac ſocij fures totum ipſum inde Sacramentum facilius ablegâſſent, ex ſublato obliuioníque tradito Orationum Collectarum vſu. Sanctus nanque Auguſtinus eo quondam ſenſu loquebatur de illo indiuiſibili vocum ad re[illegible] myſticè ſignificandam vinculo & ſymbolo. *Confitebantur ſe Collectam* (ait [b]) *& Dominicum egiſſe*. Nimirum is inſuper per illam ſcribendi formulam tempore pluſquam perfecto, docebat eam vnam nomenclaturam ſuo iam æuo priſcam, vim priùs obtinuiſſe, quæ [illegible] hinc non ægrè ad Apoſtolicos dies conſcendiſſe, vnitam pariter ſeu compoſitam ex illis ſubſtantia ſacramentali & ſuis accidentibus. Secundo loco, notandum quòd

Super Collectis in miſſa.

Quintuplex earum defenſio.

Is

Cauſæ huius vocis Collectæ in miſſa.

Eſſe idem cũ Miſſa vel indiuiſibile.

II. Defenſio.

a Strabo c. 22. b in breuico collatione. ni. col. nc tertij

in

[illegible] p[illegible]cariæ extra Canonem [illegible] quàm profe-
[illegible]quo [illegible], & quæque nunc [illegible] ad bre
[illegible]as D. Clemens Pap[illegible] I. ac Petri ſucceſ-
[illegible] Conſtitutionum a ſe in lucem editarum c, c & lib. 4. c. 8.
[illegible] Mox verò, tres breuiſſi[illegible] dumtaxat reci-
[illegible] allegata ex vſu Romano [illegible] apud nonnullos
[illegible] ſe[illegible] recordationem ſeptenarii Orati[illegible]nis Domi-
[illegible] [illegible]ginta quatuor ſpeciebus trip[illegible] diuerſarum
[illegible], quæ [illegible]untur mutandæ ad libitum Sacerdotis ex data
[illegible] Agreſtius longè propulſabat prudente[illegible] Co[illegible] d ad calcem.
[illegible]barum authoritatibus, maxime in ſancto Columbano, vi-
[illegible] palam dudum ab Eccleſia inter di[illegible]s e[illegible]. Sane oratio e In Martyrolog. [illegible]
ne[illegible] [illegible]rthodoxæ riteque ordinatæ, vt vitæ ſuæ in ſeculo ſanctimo-
ni[illegible] merces in cælo ſempiterna. Tertio loco, ſanctus Dionyſius
II. Defenſio. A[illegible] dictum Clementem Papam unitatis [illegible] luculentiore nota cum ſub-
tilio[illegible] aſſolet, cum ita ediſſerit. *De iis quæ in Synaxi ſanc[illegible]que communione fiunt. Eſt*
enim Sacramentorum conſummatio, &c. Ac primum illud p[illegible] in[illegible]ſciendum, quod aliis [illegible]
ner[illegible]ndi diuiniſque myſteriis commune vocabulum eſt f, hui[illegible]c præ cæteris peculiariter applicetur, f Sacramentum.
vt ſi[illegible]ulariter communio ſiue ſocietas & Synaxis [illegible] Co[illegible] d[illegible]tur. Nempe vnaquæque
S. Dionyſius *ſacramentali[illegible] inſtitutio id agit, vt noſtras vitas in plura diui[illegible]as [illegible] in vnicum illum ſtatum,*
quo Deo in[illegible]imur, colligat [illegible] diuiductarumque noſtrorum d[illegible] [illegible]one, nobis eius quod ve-
r[illegible] [illegible]num eſt, ſocietatem vnitatemque indiuiduam largiatur &c. Neque fas eſt ſacerdotalis
muneris m[illegible]ſterium aliquod pera[illegible], n[illegible] diuinum iſtud [illegible] [illegible]n unique Sacramen-
tum [illegible]mpl[illegible]at. Quæ ſi[illegible]ula [illegible]m pera[illegible]untur & eius qu[illegible] [illegible]erſi[illegible]tur [illegible] [illegible]num, il-
[illegible] [illegible]um [illegible]tius operatur [illegible] [illegible] quo pacto A[illegible] Apoſtolo[illegible] [illegible] vna nomen g De cæleſt. hierarch. part 1. c. 3.
Syna[illegible] [illegible] perindéque [illegible] Liturgia ſeu Miſſæ
[illegible], ad eandem [illegible] ſignificandam
[illegible] qu[illegible] ſub [illegible] ſacr[illegible] [illegible] tantis cruen-
tum in C[illegible], [illegible] permanente[illegible] ſub
ſpeciebus n[illegible] [illegible] Tabernaculo [illegible]. Reliquas tan-
[illegible] P[illegible] [illegible] h. Quod h Can. 9. Apoſtolor. & [illegible] 8. ad [illegible]emoph. de [illegible] C[illegible] po. fol. [illegible] Pariſiis, [illegible] eſt. 13. [illegible] 13. [illegible] 16.
[illegible] & ſubit [illegible]
a[illegible] [illegible] D[illegible]
d[illegible]m [illegible]
[illegible] D[illegible]
[illegible] in facie[illegible] ad v[illegible]
[illegible] Legis. L[illegible] M[illegible] & A[illegible]
fide[illegible] *Domino* [illegible]
ne op[illegible] [illegible] 6. 8.
[illegible] & [illegible] Nec [illegible] fine [illegible] [illegible] 9.
[illegible] *De Coll[illegible] [illegible] ut or[illegible]* [illegible] ep. 1. c. [illegible]
[illegible] quando lo[illegible]
[illegible] & [illegible]
[illegible]
[illegible] ſacro [illegible] Numen
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] Defenſio. [illegible]
[illegible]
Ep[illegible]
[illegible]
[illegible] Sp[illegible]
[illegible] Miſſum facio Epiphani[illegible] apud [illegible]

mum & ſpeculationes alias D[illegible]

V. defenſio. de M[illegible] [illegible] & [illegible]

Triden[illegible]. *[illegible] qui dixerit [illegible]*

cramentorum adminiſtratione adh[illegible]

bit omitti, aut in nouos alios per que[illegible]que [illegible]

Hoc vniuerſale dogma pœnale, tanquam [illegible]

Concilium Tridentinum pro Miſſæ cæremon. & in aliis Sacramentis. men ſpeciali quodam modo in magnum [illegible] euangelici in ſoli[illegible]arum celebration[illegible] ciamen[illegible] ad [illegible] & [illegible] de tali [illegible] Concilium, [illegible] ſes vel Ap[illegible] traditionibus [illegible]ſta, quam [illegible] re [illegible] in ſacro Altari. Quod totum [illegible] Trid[illegible] quam nongentis p[illegible] vitam beatam [illegible] Abbati. Nimirum [illegible]

Talia [illegible] ſeruata tipore huius Concilij Maaſconenſis contra refractores hæreticos illius æui. [illegible] conſuetos ad hoc Eccleſiæ [illegible] numero ſeu multitudine Orationum approbatos ante Col[illegible] eodem Abbate [illegible] quondam [illegible] ad [illegible] Concilio [illegible] factum Ch[illegible] & A[illegible] aut perſim[illegible] emeritum. Quos ſanè atque [illegible] ſequaces ho[illegible] hære[illegible] & [illegible] dentina [illegible] quo[illegible] floccipen[illegible] teriri poſſe ac debere. Vnde perperam eam præſcri[illegible] tiant ac mutant prorſ[illegible] prohibit[illegible] Synod[illegible]. [illegible] iuris & f[illegible] adeo v[illegible] eſt, vt quicunque [illegible], vt Con[illegible] hæreſeo[illegible], aut vehementis ſaltem ſuſpicionis [illegible] [illegible] bur nactum non eſſe, [illegible] ab anno pro[illegible] [illegible] obſtu[illegible] probis [illegible] Sed [illegible]

Irritantes [illegible] per tales [illegible] [illegible]

[illegible]

Paragraphus 5.

Q[illegible] ac v[illegible] d[illegible] ab A[illegible]reſtino & complicibus, eſt hæc [illegible] in Clero ſeu reſecationem comæ in Monachis, aut [illegible] o[illegible] hi atque [illegible]det. Voluit nanque cunctos ad [illegible] Monach[illegible] pie[illegible] ſimiles potius eſſe laicis, in capi[illegible] & barba [illegible]rolixa, [illegible] Epiſtolæ [illegible] decurſus Bedæ eo pertinentes non extant qui [illegible] Lex[illegible]pto. Verum in nouo [illegible] them[illegible] [illegible]is ver[illegible] [illegible]bus. *S[illegible] milibus reſpon[illegible]* [illegible]uſtaſij *confuſus* [illegible] *addit* [illegible] *comam inepte præcidi, & omnium hominum mor[illegible]* [illegible] *Monaſteria tentare, & ſub ſpecie diſcipuli pretium proditionis* [illegible] in coarguenda religioſa illa t[illegible] confi[illegible]ne, [illegible] profluxit. Propter[illegible]que vim [illegible] præcepti obtinuit. Et [illegible] ſeculo [a] non obſcure [illegible] præclarum h[illegible] [illegible] Sacerdote [illegible] quando in eccleſi[illegible] [illegible] *ca[illegible] tor[illegible], null[illegible] figur[illegible] in vitam [illegible] quæ non [illegible] [illegible] duc[illegible] f[illegible] men[illegible] ora[illegible]t, &c.* Nec eſt [illegible] q[illegible] [illegible] ne ſolis Monachis non [illegible] Cler[illegible] Nam p[illegible]ter [illegible] etiam [illegible] [illegible]ellorum ſimulque C[illegible] [illegible] Ap[illegible] ad Monachos, tamen in[illegible] [illegible] Ope[illegible] ad eos [illegible] Clericos nun[illegible] [illegible] Apo[illegible] [illegible]rompto. In primis [illegible] [illegible] Cle[illegible] eiuſmodi vitam du[illegible] [illegible] Eccleſi[illegible] appellatione Mo[illegible] [illegible] ad E[illegible] [illegible] titulo Clerica [illegible] Vide [illegible] Ca[illegible] & Demophilum [illegible] ad [illegible] carp[illegible] & Tit[illegible] Pon[illegible] [illegible] De[illegible] [illegible] Ordinem ad[illegible] [illegible] Decret[illegible]

[illegible] *po*[illegible] [illegible] Apo[illegible] & Aquila [illegible] Apoſto[illegible] Nec [illegible] pendentes [illegible] [illegible] de qua P[illegible] [illegible] *Ap*[illegible] [illegible] Vnde certe [illegible] [illegible] o[illegible] v[illegible] ideo adhibent viris Cler[illegible] deditis, tum [illegible] reliqua laica [illegible]

populi ferè ſecernantur, tum maximè ad deſi[illegible] contemptum rei cuiuſ[illegible] temporalis. Qua in re etſi à nonnullis contentio moueretur [illegible] modos & tempus [illegible] percipiendi ſacram Euchariſtiam, vt pote quòd ſaltem [illegible] ad [illegible] certis anni diebus ſolenmoribus teneretur Clerus radi, tonſuramque deferre. tamen & Apoſtolus & reliqui citati Patres intendunt tonſuram perpetuo [illegible], eò quod perennis modeſtia crinium ſit decentiſſimus modus, index ac teſtimonium Clericos in officio retinendi, & in pietate compeſcendi. Atque perinde primi [illegible] Patres clarius [illegible] & conuertunt Apoſtolicum dictum ad capillorum tonſuram, præſertim [illegible] Cleri inter cunctos Chriſtianos, nedum ſimul ad preces Deo reuerenter exſoluendas aperto capite in eccleſiaſtico Choro, dum tunc coopertis capitibus & [illegible] ſedere peſſimè aſſolerent reliqui homines, vti monet Primaſius Auguſtini diſcipulus q. Eoſdem q. demum textus ad verbum Doctores repetunt [r] hoc ſexto ſæculo tertij Concilij Matiſconenſis. Déque hac materia recens alia concinnauit ſolus Collector [illegible] Gregorius [illegible]. Igitur ritè condemnati Agreſtinus eiuſque ſatellites hæretici quia [illegible] clericalem tonſuram ad fidem Catholicam ferè pertinet velut appendix ad eam, [illegible]: primò, quòd ex allatis ea ſit traditio Apoſtolica de moribus perpetuæ veritatis ac neceſſitatis præcepti, non ſecus ac Benedictiones & Collectæ ſupra expoſitæ [illegible] inde [illegible] quod cum fides [illegible] eccleſiaſticam iuriſdictionem & ſeptem Ordines Eccleſiæ ſit orthodoxa, atque oppoſitum ſentire, dicatur hæreſis. ſane pariter cenſendum eſt de prima tonſura ex Canonibus neceſſariò præmittenda volenti beneficium [u], aut externam iuriſdictionem in Eccleſia, tanquam vrgens & diſcreta diſpoſitio. Attamen certe opinantur nonnulli [illegible] eam ad Ordines abſolutè non prærequiri. Verùm dicam. Impedimentum non eſt illa ſententia, quin neceſſarium ſit credere vniuerſim in Eccleſia habendam tonſuram & Clericalem & Monachalem.

Tonſuram Clericalē & Monachalem eſſe crede dū fide catholica.

q Beda in locum Pauli ad Cor. To. 6 §. Quod autem. r in cum locum & ex [illegible] mētat. Gloſſa. In Syntagmate [illegible] 1. § [illegible]

Paragraphus 6.

ITaque ſic inde ad Bedæ textum redeamus, contra virum hæreticum ſermones dirigens, pro thematis exitu. *Euſtaſius vt erat virtute patientiæ & [illegible] comptus, in præſentia ait omnium Sacerdotum Patrum Concilij) Te ad diuinum iudicium intra præſentis anni circulum cau[illegible]aturum inuito, vt iuſti iudicis examine ſentias, cuius famulum tuis detrectationibus maculare pro[illegible] dis [illegible] metus quosdam eorum qui Agreſtinæ partis fautores erant, per[illegible].* Et poſt pauca: *[illegible]m pœnitentiæ locum datum infœlix Agreſtinus non cognouiſſet, ante triginta dierum [illegible] quam [illegible] anni meta compleret, à ſ[illegible] percuſſus inter[illegible], &c. Poſt hæc Amatus [illegible] Romaricus [illegible] Patris indulgentiam poſtulantes in priſtinum gradum reſtituuntur. Ape[illegible] quoque [illegible] Epiſcopi ad roborandum [illegible] olumbani [illegible] tulerant.* En hac in [illegible] priores [illegible] de contœdi[illegible] Aurelliano [illegible] & poſtr[illegible], nempe Agelinum, [illegible] huius Concilij ſubſcriptorious, cum aliis [illegible] & nunc [illegible] mè ad nos deducta comparuerint [illegible] Gallorum in[illegible]da, ſanctus Momulus Mat[illegible] totaque [illegible] Primatus Lugdunenſis, eò [illegible] conuenit[illegible] [illegible] Matiſconenſis patriæ antiquitas tenet Sanctum, & [illegible] Diuum Clementem religioſe [illegible].

Diuinum iudicium in hæreticum incurrentem poſt Concilium.

Paragraphus 7.

CiÆterum, quo[illegible] Aquileienſem Longobardiæ [illegible] longe [illegible] Agreſtinus [illegible] & explorator nequiſſimus iſti ſane [illegible] Aquileienſes ac populum toto [illegible] ac ſequenti [illegible] [illegible] Romanam Sedem, & nonnunquam [illegible] ac interruptis vi[illegible] hæreſi [illegible] formulas produ[illegible] Trinitate [illegible] nec acquieuiſſe vniuerſali Concilio Calcedonenſi, teſte Cardinali Baronio [illegible] in [illegible] ſuis Annalibus ſub annis 556. 57[illegible]. 699. 885 Et vel etiam [illegible] Diaconus quondam Aquileienſis in rebus geſtis Longobardorum [x] [illegible] abſurd[illegible] ſet, non [illegible] in Arianiſmo Agreſtinum [illegible] patuit, ſed clariùs in horum ſchiſmate & ſeorſum in [illegible] hæreticis. Sacer autem An[illegible] præfatam Synodum [illegible] commemoratis nominat inter Concilia ſeiunctim Matiſconenſia [illegible], [illegible] quidem

Vrbs Aquileia [illegible] quãdo ſchiſmatica

x li. 3. c. 10.

y an 888

quidem aduerſus eundem apoſtatam ab Ordine Monaſtico recedentem; & cuius præuaricatio meretur, vt deinceps Iacobus Gaulterius Ieſuita in luculenta ſua Chronographia reſplendere iubeat Agreſtinenſes ſectarios à fronte hæreſiarcharum ſeptimæ ætatis aut ſecularis centuriæ, efficiatque caput XVIII. ſeu poſtremum ibidem, vel lubentiùs primum ex his: cum fuerit Agreſtinus ſenior in errore obſtinatus illo ſeculo: tametſi retroactis ſolaribus primæ Eccleſiæ circulis refulſerit Aquileenſe Concilium prouinciale [a] ab Apoſtolica Sede comprobatum ac initum præſente ſancto Ambroſio Mediolanenſi contra Palladium & Secondinum Arianizantes ſtatim ab exitu Romani Concilij in ipſummet Arium & Photinum Apollinarémque ſequaces. Nam poſtea ciues ex priſca ſua bona mente defecerunt. Hiſce publicandis veteribus malis dabitur quandoque fauſta lux, & locus inferendi nefarium hunc hominem.

Agreſtinus inter hæreſiarchas. — a an. 383.

IX.

FLorentinus, ſic deſignatus in Titulo & apud Democharem: omnes hoc poſt Momulum ordine. De quo nihil aliud vllibi legitur, præter id nomen & hanc ſeriem. Huius verò Chronologia etſi non deprehendatur: tamen haud ægrè Lector cōcludet eum ſediſſe ad annos ſexcenteſimum quadrageſimum vel DCL. propter allata ratio-
640. num momenta ſub Momuli pertractati initium [a]. Quippe alia vetera ſeu potiora Manu-
650. ſcripta Eccleſiæ Matiſconenſis, ac locorum Martyrologia ampliora, ignibus tradita ſunt hoc noſtro poſterius elapſo ſeculo in proditoria Ciuitatis direptione, bis captæ & afflictæ dementi furore Caluinitarum. Quod iam monitum voluimus in S. Saluino Epiſcopo [b]. Tunc enim præfatorum quatuor Sanctorum corpora in Momulo finiendorum ab hæreticis facile combuſta putantur. Ex quorum corporum numero Florentinus ſatis tutò non recenſetur, vt efficiat quintum ſimili præditum ſanctitate, eò quod vetus regionis traditio non eſt tanta de illo, quanta de reliquo quaternario; tametſi Martyrologia Eccleſiæ Romanæ nondum Momuli meminerint, horum vltimi. In ipſo autem quaternario, qui à S. Nicero ducit exordium [c], non complectimur ſanctos Placidum, & Saluinum [d] anteriores. Adeóque ſex omnino habentur Sancti hactenus Matiſconenſes Epiſcopi. Nam quantumuis Tituli antiqui nominent vno verbo Florentinum *Beatum* [e]: tamen vox facilè capi poteſt pro beando eu palam canonizando & ab Eccleſiæ Capite approbando. Quod nondum euenit Florentino. Eſt enim mos huius ſeculi, ac perinde fuit anteriorum, quod animæ religioſorum corporum, quæ miracula poſt mortem edere cœperunt, donec conſcriptis tabulis ſufficientiſſimè confirmentur, vocentur interea *Beati*, hoc eſt, nondum *Sancti*, at ſanctificandi pleniùs iudiciali Eccleſiæ foro. Exempla quæ paſſim noſtris hiſce oculis hac vice in ſpecies non deducimus. Fortaſſis è re non eſſet. Et præterea lipſis ac tonſoribus ſere nota ſunt [f]. Iſte autem Florentinus nequit per canonicam Sedis tranſlationem eſſe Florentinus XXIII. Epiſcopus Treuerenſis aut Arauſicanus in Gallia, quos Martyrologium Baronij inter ſanctos Confeſſores refert & conſcribit [g]. Quippe hi duo trecentis annis vt plurimum antiquiores illo ſunt. De præfatis quatuor verò Sanctis Matiſconi, vide authentica Numero 29. infra [h].

Sancti Matiſconenſes Epiſcopi ſex; æquales. — Ad ſancti Florentias. — a nu. 8. §. 2. — b nu. 2. accuratiùs. — c n. 1. — d n. 1. & 2. — e ſ. 24. — f vt pote Cæſar Borrom. ... in Theatro Oratorij Romæ. Doctrinæ Chriſtianæ ... quinque ſeſſ. &c. — g 16. & 1. Octob. Demochar To. 1. ca 33. — h 3.

X.

DEodatus apertiſſimè nominatur præſens ac decimuſſeptimus ſuffragator illi Cōcilio Prouinciali Cabilonenſi, cui præerat Gaudericus Archipræſul Lugdunenſis anno Salutis ſexcenteſimo LVI. aut citiùs à nobis collocato in Lugdunenſibus. Eoque conuenerant XLIV. Patres, dictatore Monchiaceno Demochare
656. ſatis amplo [b]. Eſt autem tertium vere Concilium ibidem deſignatum: ex noſtris locis communibus hiſtoriæ Lugdunenſis. Ad ſecularem cuius annum prope quidem accedunt Genebrardus, dum ſtatuit an. 657. & Indices Conciliorum ſub anno adſequenti. At perperam idem Genebrardus aut alij nonnulli ſcribunt id eſſe primum loci illius. Quippe nos diſertè probamus primarium eiuſdem vrbis coactum fuiſſe anno DLXXXII. Præfecto Priſco Archipræſule Lugdunenſi [d], & ſecundum anno DXCIX. ſub Ætherio Primate Lugdunenſi [e]. Ergo peius opinantur præfatus Genebrardus & Franciſcus Iouerius in Sanctionibus eccleſiaſticis [f] quod ſecundarium illic coactum (vbi duo tantùm ſolent addicere) euenerit anno 813. ſub Carolo Magno Imperatore ſedem eiuſmodi indicante. Nam illud pro

Quatuor Cōcilia Cabilonenſia. — a §. 1. ci. n. 44. § 1. 2. 3. 4. — b To. 2. c. 19. non nominat quorum Concil. — c in Chron. — d Ibi. n. 14. §. 2. — e nu. 15. §. 1. poſt n. 2. §. 5. fin. — f claſſe 2. 96. & ... Syno. t. 4.

Situs Deodati. propriè quartum extitiſſe, iam fusè docuimus in Leidrado Archiantiſtite g.Sic perſpecta g n. 155. §. 3.
recèns Chronologia efficit, vt iubeamus Deodatum aſſequi proximè beatum Florentinum:
licèt Tituli antiqui Demochares & Bugnonius eundem virum Deodatum prætermittant,
ac confeſtim ſubſtituant Decium II.(quem mox inferemus)in ſuis obiter Tabellis nullo in-
ſtructis temporum ſcrupulo.Ratio autem quare ipſum Præſulem Deodatum huic præſer-
tim cœtui tertio dederimus, non obſtante trium Authorum obliuione, triplex eſt. Vna
erit manifeſtiſſima Synodus Cabilonenſis, eiúſque viri illic ſuccurſus,quibus exporrectis
ac firmatis Patribus inhærendum valde putamus. Altera eſt, propterea quòd alioqui tem-
pora anteceſſoris Florentini & ſucceſſoris Decij II.eſſent prolixiora quàm fides humana pa-
tiatur. Nam hi duo excelliſſent integrum ſeculum. At conſtituto Deodato intermedio vi
præfati Concilij, vti præſtamus, faciliùs ei poſſunt attribui anni quadraginta tres in Sede
700. Matiſconenſi,vt inde ſatisfecerit naturæ anno DCC.vel circiter, abſque vllo circumiecto-
rum Antiſtitum damno ſeu præiudicio. Tertia eſto, ex eo quòd duobus adhuc qui adſe-
quuntur Prælatis,ſupererunt paria in æquilibrio tempora, videlicet hemicyclus,ſeu dimi-
dium ſeculum Decio II.ac Domnolo Epiſcopis.Beneficio cuius trini diſcurſus, certè reno-
uatur & recrudeſcit plaga Bugnonij ſub Momulo impreſſa h. Siquidem nequiuit Author h nu. 8. §. 1.
ſanctum Momulum aſſignaſſe temporibus Pipini inchoantis regnum ſuum anno DCCLI.
Bugnonij errata. Quia dum cadat ſub Pipinum Domnulus, & ei Præſuli multò antè præmittatur Momu-
lus,hoc eſt, tribus interiectis i, ex Titulis & Demochare : ſanè præter nimis diuturnam i Floren. Deodato, & Decio 2.
ſedem hactenus & infrà ſic tribuendam Momulo, rurſus tolleretur famoſa illa Deodati re-
ſidentia in Cabilonenſi Auditorio. Quod profectò magis denuo incompetens eſt. Pereat
ergo Bugnonij homonymia. Decreta verò eiuſdem Synodi, quæ hodie militant aduersùs k Parte 3. 4. Sect. 1. pa. 391. &c.
Caluinitas,finimus in priore Typographia k.

XI.

DEcius II. exprimitur hoc ordine, tum ſemel & ſerò in præfatis Titulis atque in
Bugnonio, rum pro ſecunda vice apud Democharem a. Is Præſul ex eodem Bu- a locis cit.
gnonio in Chronico Maticenſi b animam exhalauit anno II.Regni Pipini, id eſt, ſa- b pa. 15.
lutis anno DCC.LII. Qui ſanè Author, mox ritè loquitur c:ſaltem probabili valde argu- c nu. 10. &c.
mento ac vice. Nam ex eo bene ſequitur, quòd quemadmodum prædeceſſorem ipſius
Deodatum fecerimus ſediſſe annis pene quinquaginta d, ita huic iuſtiſſimè videamus con- d ab an. 616. ad 700 nu. 10.
donandum pro annis quinquaginta duobus, quos ei tribuamus. Adeò vt cœperit Decius
II.ſacrum agolum Matiſconi arripere anno DCCI. vel circiter Deodato naturæ tunc ſatis-
faciente,ſeu anno Iubilæi præcedente e,aſſuèti in vnoquoque extremo centenario concedi. e 700.
701. Sic itaque quiſque horum duorum ſemiſeculum compleuit.Duratio certè annorum vtri-
752. que Præſuli valdè longæua, cùm excedat centuriam : attamen poſſibilis eſt, ne dicam mul-
tùm veriſimilis : maximè quia nulli alij Antiſtites, vnus aut plures, legi haud potuerint
Matiſconi,qui eſſent his intercepti, vt minores annorum circuitus decenter vnicuique ac
texerentur.Iam igitur reuiuiſcit Bugnonius nobiſcū,qui antea exaſperabatur,& alienus pla-
Bugnonius hic concors. nè credebatur à noſtris ſuperioribus calculis f. Quos ſeculares Præſulum emiſſorum com- f n. 4. §. 2. nu. 3. §. 4. & nu. 18.
putus,cùm prius non poteramus ad Authoris menſuram aptare,ipſe velut ad bonam men-
tem rediens, ſe iſti vt minimum loco tacitè ſubiunxit, dum hìc nobis adhæret, propoſi-
túmque iuuat. Cæterùm, Tituli hunc Decium,quem vnicum nominant, inſcribunt *San-
ctum*.At quonam argumento id factum,vix ſcio. niſi cum ſimpliciter *Beatum* intelligant,&
ab Eccleſia pleniùs ſanctificandum, ſeu ritu ſolenni canonizandum, ſicut de Florentino
conſimiliter monuimus.Quod nondum vtrobique effectum eſt.Quippe de tuta iſtius ſancti-
tate non eſt conſperſa fama publica & vetus in patria, quo pacto de quatuor aut ſex ferè
primis Epiſcopis.

XII. *Paragraphus* I.

Scriptores Domnoli. DOmnolus apud Democharem Tomo II. ſub tali nomine & hac ordinatione ex-
primitur Antiſtes Matiſſanus inter recentiores Prouinciæ Secretarios. Verum
hunc prætereunt omnino taciturni Bugnonius in vrbis Chronico & Tituli anti-
qui MS. in breui ac imperfecto Epiſcoporum catalogo ad Voluminis initium a. a fol. 14.
Sed idem ipſe liber Titulorum alibi in vlterioribus chartarum penetralibus ediſſerit valde
egre

egregiam & amplam de illo [illegible] inter loci Præſules. Effert [illegible] plures [illegible] a Pipino [illegible] Cathedrali Matiſconenſi liberiore motu attributas [illegible] etiam [illegible]memorante quædam aliunde per dona, quæ [illegible] a [illegible] eidem Baſilicæ prius collata fuerant, vt pote a Guntranno Burgundiæ [illegible]. Atque hoc pacto [illegible] Bugnonius b [illegible] de Pipino [illegible] ex profeſſo [illegible] factum Burgundi antea [illegible] in Eccleſiæ [illegible]. De quo [illegible] ſub duo Momolo ab [illegible] Bugnonius in eius rei diſcuſſione erratum æquiuocando perpetrare [illegible]. Dicit [illegible] id bonidem [illegible] ipſi Momolo Epiſcopo, tanquam [illegible] & archiore cuius neceſſitudine ſic Rex ipſe vtebatur, vt in [illegible] pr [illegible] munere corroborauerit, noua adiiciendo. Quo in negotio [illegible] relictis & [illegible] per nos acceptis animo cæteris hiſtoriæ circunſtantiis, monemus ac di[illegible] inus eundem Bugnonium in illo duntaxat Epiſcopi nomine recenſendo vehementer [illegible] eſſe, quod vſque cenſendum fore magnum errorem. Etenim illa publica Regis Acta ne verbum quidem de Momulo miſcent: ſed tota diſerte vnum Domnulum pingunt, cui competunt illæ animi dotes, quas Bugnonius Momulo adſcripſerat erga Regem directas, & cui rurſus Domnulo homini gnato, nec non apud Optimates ob virtutem commendato Rex Galliæ ſuam exercuit beneuolentiam ac largitionem. Inde verò liquet Bugnonium minimè in ipſo fonte ſuum hauſiſſe dictum, ex quo primatio autographo nos mox textum ſolidius ad verbum expiſcamur. Propterea ille Author lineolam [illegible] a neſcio quibus riuulis ſalſis atque lutoſis, qui nequaquam è vero fonte ſcaturiunt. Iam ergo copioſam & benemeritam Regis paginam duplicatam reſcribamus. *In Dei nomine Pipinus Maiorum Domus Maximus* d. *Regni noſtri augere credimus monimentum* (inſit locus. c *ſi beneficia opportuna locis Eccleſiarum beneuola deliberatione concedimus, ac Domino protegente ſtabiliter producere conſcribimus. Igitur nouerit ſolertia veſtra, quod ad petitionem Cleri fidelis noſter Domnolus ſanctæ Sedis Epiſcopatum tenens in Ciuitate Matiſconſi in honorem ſancti Vincenty nobis ſuggeſſit, eo quod illa immunitas quæ antea ad ipſam Caſam Dei facta fuit, anno ſuperiori ſit igne concremata ob negligentiam cuſtodientis. Nobis hoc petiit, vt ipſam immunitatem ex noſtro nomine ad ipſam Caſam Dei renouare vel adfirmare deberemus. Quod nos gratanti animo prouenerentia ipſius ſancti loci fecimus. Et [illegible] inſuper pro æterna retributione beneficium [illegible] fuimus indulſiſſe, vt in villas Eccleſiæ [illegible] nemore tempore aut noſtro aut [illegible] munere habere videtur, [illegible] [illegible] ampliare, nullus Iudex publicus ad cauſas audiendum aut [illegible] vndique [illegible], nullo [illegible] tempore præſumat ac[illegible]dere, aut loco [illegible] eius propter nomen Dei ſub integræ Immunitatis nomine valeant dominari. Statuimus ergo, vt neque vos neque iuniores, neque [illegible] veſtri nec vlla publica Iudiciaria poteſtas quocunque tempore in villas [illegible] aut vbicunque, aut Regis aut priuatorum [illegible] collatas, aut quæ antea fuerint ad audiendas altercationes cauſas indominuat. [illegible], nec manſiones aut paradas aut [illegible] præſumat. Sed quicquid exire in agros vel fines ſeu ſuper terras prædictæ Eccleſiæ commanentes ſiſcus vndequaque poterit ſperare ex noſtra indulgentia pro futuris ſalutem [illegible] ipſius Eccleſiæ [illegible] manu [illegible] eorum proſiat [illegible]. Et quod nos propter nomen Domini & [illegible] remedium, ſimulque pro noſtra [illegible] procedit [illegible] diuotione indulſimus [illegible] nec [illegible] indi[illegible] [illegible] muneris. Sed vt [illegible] auctoritas tam præſentibus quam futuris temporibus inuiolata Domino adiutore permaneat, manus noſtræ ſubſcriptione infra roborare decreuimus. Sign. Pipinus Maior domus [illegible]. *Actum Kalendis Ianuary anno [illegible] ſecundo Principatus [illegible] in Ciuitate [illegible] in Palatio Regio.* En, [illegible] primo primum Lo[illegible] in C[illegible] hæc [illegible]. Quemadmodum in [illegible] fuit primum Imperiale Reſcriptum pro immunitatibus primus lo[illegible] [illegible] ſuo ſandi Remigio Archiepiſcopo, ex Archiuo [illegible] ptum, [illegible] ſub Domnulo primum Regnum [illegible] to Matiſconi Eccleſia, [illegible] ſuffraganea Lugdunenſi per [illegible] ſui [illegible] Clauſtri atque Capituli. Quæ tamen Regia Matiſconenſi [illegible] eſt vno pene ſeculo anterior Imperiali Ludouico [illegible] reperta [illegible] antiquitas, ſi quæ fit alibi reſcondita & hactenus ignota. Ab ſu [illegible] in allato nomine noſtri Præſulis [illegible] leuiore manu imprudenter deputatæ, ac illabente ex fluente promptiori calamo ſatis docet & aperit

D circa

b pa. 15. & 16.

c d l. 5. 1.

d Maire du Palais

e fol. 3. col. 1. & fol. 33. col. 1.

f Mer. lim[illegible] de Lor[illegible]

g an. 58. & 1. an. 856.

circa hanc theſim quàm breui tempore perſtitit ipſe concors nobiſcum in temporalis ſupputationis chronographia, qualem ſuperior numerus ei tribuit. E nim vero nunc tam ei-rò ad vomitum regreditur, neque ſibi conſtat, dum temporaneas chronologicas diſſenſiones ita refricat, & ſine mora recrudeſcit.

Paragraphus 2.

PRæcipuâ peractâ hiſtoriâ: ad emetiendos Pontificios Domnoli annos veniamus. Annus ſecundus Regni Pipini cadit in ſolarem humanæ ſalutis annum DCCLII. quo
752. ſupponimus Domnolum cœpiſſe Cathedrâ frui. Inde verò facilè eum ſuperuixiſſe creditur
755. ad annum vſque DCCLXVIII. quia prior nora ſucceſſoris Leduardi eſt ſequentis anni
768. DCCLXIX. Adeóque vniuerſa Domnoli extenſio in ſolio fuit annorum ſexdecim. Quæ longitudo magis eò nobis vera perſpicitur: quia mox aduerteris maiorem adhuc in duplum durationem relictam ſequaci. Et hoc ſupereſſe ſuffecerit. Cæterùm, memini me quandoque alicubi Titulorum legiſſe h hunc noſtrum Antiſtitem vocatum etiam *Domnum* (quaſi per viam compendiariam *Domnoli*) aut ſaltem fuiſſe antecedens epitheton honoris, ideo collocatum vt proprium nomen proxime antecedat: ſicuti apertius liquet alibi in ſimilibus aliis exemplis. Quippe Epiſcopum XXXIV*. Matiſconenſem legimus diſerte in ipſis Titulis i nuncupatum *Domnum Ledbaldum*, aliis Leduardum, de quo infrà. Vt ſit hic concisio & ſyncopa venerabilis integræ vocis *Domini*. In ſumma Monachi Benedictiniani, qui tunc floruerunt à duobus antè ſeculis in occidentali Eccleſia, noſtro æuo appellantur *Domni*, perindéque antiquitus ab eorundem inſtituto. Vt argumento ſit Domnolum, Ledbaldum & ſimiles alios eius temporis Epiſcopos ſolitos eſſe cunctos Religioſos Ordinis præſertim S. Benedicti. Qua de re iam diſputationis aciem inſtruximus ſub S. Placido I. Matiſcenſi Epiſcopo k cum Græcis Epiſcopis Ordinis perpetuò Monachalis S. Baſilij. Egregios alios vocis ſenſus contemplamur in Hildebaldo Epiſcopo l.

Margin notes: Vox Domnus qualis. — Monachatus Epiſcoporū. — h Nunc hunc obtecta gl[...] præſum, nec amplius [...] — * vel XXVI. — i fol. 14. — k Ib[...] — l In. 17[...]

XIII. *Paragraphus* 1.

769. LEduardus, hoc pacto conſcriptus in Titulis antiquis, ſeu Eduardus apud Democharem. Ex Bugnonio electus eſt Matiſconenſis Epiſcopus anno ſal. ſeptingẽteſimo ſexageſimo nono, quo Carolus Magnus Pipini filius creatus eſt Francorum Rex, patri ſuccedens. Vbi ſanè nunc ritè loquitur Author Bugnonius. Sub vniuerſo autẽ præfati Leduardi tẽpore ac ſede duo hiſtoriarum genera iſtic enarramus, deprehenſa in præfatis Titulis antiquis. Vnum quidem œcumenicæ Eccleſiæ ſeu orbi Chriſtiano commune: alterum peculiare huic Antiſtiti. Communis verò Tractatuli ordinatio hic præcedere debuit, tum ratione prioritatis chronologicæ, tum quia promeretur, vt generalior ſubiecta ibi materia hactenus in MS. & cimmeriis tenebris latitante lucem publicæ vitæ hodie tandem fruatur. Eſtque Papalis Bulla, eiuſmodi a. *Adrianus Epiſcopus b. ſeruus ſeruor. Dei Bertherio Viennenſi Epiſcopo ſalutem. Dilectus & Illuſtris ac re[...]us filius noſter Carolus Rex, Patritius Romanorum Romam venit, & Paſcha Domini apud ſanctum Petrum nobiſcum egit. Vbi inter alia monuimus eum de Metropolitanorum honore & de ciuitatibus quæ laicis hominibus traditæ erant, & quia Epiſcopalis dignitas fere per LXXX. annos à Francis eſſet conculcata. Cum hæc & alia ſimilia glorioſus Rex audiſſet, permiſit ante corpus beati Petri Apoſtoli, quod omnia ad emendationem noſtram venirent. Vnde placuit nobis vt omnibus Archiepiſcopis & Epiſcopis auctoritatem noſtrarum litterarum necteremus, vt ſicut in antiquis priuilegiis ſingulæ Metropolitanæ vrbes fundatæ ſunt, ita maneant, habeantque vnaquæque Metropolis ciuitates ſibi ſubditas, quas Beatus Leo & alij prædeceſſores ac [...] ore[...] p[...]us poſt Calcedonenſem Synodum ſingulis Metropolis diſtinxit. Nec propterea vlla Metropolis præiudicium patiatur, ſi alicui Suffraganeorum aut nos aut prædeceſſor noſter rogantibus piis Francorum Ducibus, pallium largiti ſumus. Nec debet Eccleſia damnum illum [...] ordinis inde ſuſtinere, ſi per LX aut LXXX vel eo amplius annos in Curia quoruncunque Præſulum, & vaſtatione barbarorum dignitatem antiquam & Romanorum Antiſtitum firmitate roboratam perdidit ac amiſit, quando innumeris pene annis illa ſpe Deo diſponente vſa fuerit. Authoritate igitur beati Petri Principis Apoſtolorum ſingulis Metropolis antiquo more poteſtatem ſuam reddidimus, & filium noſtrum [...]um ac inclytum Regem [...]lum ante corpus beati Petri, inde rogauimus, vt vnicuique dignitatem vnuſquiſq; Metropo[...] haberet*

Margin notes: Duplex hiſtoria. I. — Papale priuilegium. — Patritiatus conceſſus Romæ Imperatori. — Pallium quibuſdam Epiſcopis. — a fol. 11. — b Sedit ab an. 772. ad 96.

beret. Demum hanc Epiſtolam authoritatis noſtræ omnibus miſimus, quam & tu vt haberes volumus, & vt tu poſceres Eccleſiæ tuæ ſuum priuilegium, quod à tempore B. Leonis Papæ habuit, integrè eſſe reformatum. Datum Kalend. Ianuarij, imperante piiſſimo Auguſto (huius nominis VI.[c]) *annuente Deo coronato piiſſimo Rege Carolo, anno I. Patritiatus eius, hanc Epiſtolam omnibus Archiepiſcopis & Epiſcopis miſſam hic ponere ex integro decreuimus, conſiderantes hic magnam authoritatem Gallicanarum Eccleſiarum.* En præclara. Eſtque Adrianus I. Cuius exarati Diplomatis annus exactior fuit ſalutis ſeptingenteſimus ſeptuageſimus tertius, etiam ex Chronico Ioannis Tillij: quintus Regni Caroli, & vigeſimus octauus ante ipſius Imperium, de gente Matiſconi Leduardo Antiſtite. Ex quo Pontificio Mandato duas obiter concluſiunculas licet inferre. Prior eſt, quòd Patritiatus Caroli Magni, cuius meminit Pontifex, efficit eandem dignitatem quam ipſe Papa alibi edidit, apparétque in Decretorum corpore Cap. *Hadrianus Papa* ſecundò [e]. Vtrunque verò Reſcriptum cenſetur facilè exaratum vno & eodem anno præfato. Quod imò colligitur ex allato Tillij Chronico. Poſteriùs, quando recordatur ſancti Leonis Papæ I. collatoris Priuilegij: ſanè concipit authoritatem Primatus in Eccleſia ſeu Cathedra Viennenſi ſuper omnibus Archiepiſcopis Galliæ Aquitanicæ & Braccatæ, cùm idem Pontifex ad ipſummet Viennenſem Archiflaminem literas exaret, Caput tanti Primatus. Quod equidem priuilegium eſt ſextum Papale [d] promulgatum per Ioannem à Boſco olim Cæleſtinum, quem vidi amicum, in hiſtorico elencho antiquæ ſanctæque ac Senatoriæ Viennæ Allobrogum [e]: atque ibi digeſtum nomine eiuſdem Leonis Papæ I. pérque nos redactum ad talem numerum. Huicque ingenti veterum prædeceſſorum dono tacitè videtur poſtea alluſiſſe Adrianus. De qua Sedis Viennenſis prærogatiua, nos multa ſatis in hiſtoria Lugdunenſi ſub ſancto Sacerdote Archiepiſcopos.

Authoritas Archiepiſcopalis.

Priuilegium Archiepiſcoporum Viennenſium.

c Ioſimus Imperator ante Carolū Magn. filius Leonis Rex.

e diſt. 63. ca. 22.

d ſeu iam tūc Bulla 6 à Pōtificib. eradita.

e In additione Bibliothecæ Benedictinianæ pa. 30. Lugd. 1605. f n. 32. §. 2. 3. 4.

Paragraphus 2.

Hiſtoria, & immunitas regia pro Eccleſia Matiſconenſi.

POſt Acta hiſtorica toti Eccleſiæ Galliarum communia, venitur ad ſecundum hiſtoriarum genus ex compromiſſis, idque peculiare Leduardo præſenti Epiſcopo; ſeu pro eo hic expreſſum. Res verſatur circa inſignem dignitatem & prærogatiuam ei à Carolo Magno attributam propter diuinam propemodum Antiſtitis ſcientiam & vitæ ſynceritatem, ob quas dotes præclaras eum Imperator magnificare ſolebat, vt teſtatur Bugnonius [g]. Totum quidem Imperiale beneficium Epiſcopo conceſſum aliena & forenſi narratione excurrit San-Iulianus: atque de themate, ſummarium duntaxat Bugnonius. Verùm nos tutiùs citiúſque factum putamus, ſi priore paſſu & aſpectu in primarium fontem ſacrum deſcendamus, & ipſiſſima autographi verba expreſſerimus. Audi ergo Titulorum Vol[illegible]en, & Carolum loquentem. *In nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis: Carolus diuinâ clementia Imperator auguſtus, notum ſit cunctis Eccleſiæ ſanctæ filiis, præſentibus ſcilicet & futuris, quia Leduardus venerabilis Epiſcopus atque dilectus Archicancellarius noſter noſtram adiit clementiam, vt Canonicis Eccleſiæ ſancti Vincentij, quæ eſt constructa in ciuitate Matiſconenſi redderemus aliquas res iniuſtè ablatas pro remedio animæ noſtræ & parentum noſtrorum [i] vt Beatus Vincentius Chriſti Martyr apud piiſſimum Dominum pro nobis ſit perpetuus interceſſor. Cuius [illegible] uberrimam petitionem lubenter audientes, & futuram [i] cognouimus. Quapropter conceſſimus iam dicto S. Vincentio, agente ſupradicto Epiſcopo, villam Ciciaci [k] cum Eccleſia S. Iamgul[illegible], & dimarium cum Eccleſia S. Martini & manſa in vſu fratrum ibi Domino ſeruientium, vt per futura ſecula illis maneant abſque vllo contradictore. Si quis autem, quod fieri non credimus, horum contradictor extiterit, in XXX. auri libris culpabilis iudicetur. Vt autem hæc verius credantur, diligentiúſque obſeruentur, manu noſtra propria firmamus, & annuli noſtri impreſſione ſigillari præcipimus. Signum Domini Karoli piiſſimi Imperatoris. Madalbertus Notarius ſcripſit.* En dona in dotationem Eccleſiæ, & virtus zelúſque Principis in maius robur collati beneficij. Sed nec ſatis. Imperator adhuc plura eidem Baſilicæ pro dotationis incremento adiecit. Etenim paulò poſt impertitum Leduardo Archicancellariatus faſtigium, eundem quoque dignatus eſt præmiari regio ſuo patrimonio villulæ ſeu paguli Cluniaci [l], vt pote intra Diœceſis Matiſconenſis limites conſtituti, adeóque conuenienter Epiſcopo attribuendi. Bugnonius teſtatur [m] conſtare id munus verè regium per ſolennes ac patentes Regis ipſius Literas. Quas vndecunque hauſerit Author, dum non aperit: eas tamen ego in Titulis antiquis deprehendere hactenus haud potui. Verè quidem, ſanè in ipſis Titulis lego Cluniacum in compermutationem aliorū pagorū ab Hildebaldo Maticēſi Epiſcopo traditū Guarino volenti in illis ſyluis Mon[illegible]teriolū condere, relicto ſeculo eiúſq; pompis, quadraginta ſeu quinquaginta annis poſt præſentem præſcriptā loci illius largitionem Leduardo anteceſſori factā abſolutè. In ſumma: prior iſta donatio Cluniaci pro Eccleſia Maticēſi à Bugnonio cōmemorata, ſatis profectò cōfirmatur

Leduardus Archicancellarius Imperatoris.

Bona Eccleſiæ Matiſcenſi à Carolo data.

Cluniaci dominio quādo.

g pa 16.
h fol. 172.
h In tit f. 34.
i Frugē pro remedio, & c vel profuturam. vt infra 4. alioqui exēplar corruptum.
k vulgo Chel. ly. ſeu S Gengulphi Chilſiaci Archipresbyteratus Viuzeti, ex libro Polypt. Diœceſis, diſtinctus pag. 5 ab vrbe S. Gēgulphi Diœceſis Cabiloneſ. diſtantium e inter ſe.
l ſimul fariibus Is S Langulphus tunc quondā vxoratus Martyr Chriſti.
Clamy
m in pa. 17.

æ ſupponitur in ipſis Titulis: quandoquidē Tituli meminerunt liberæ ceſſionis loci, ac poſt legalem præſcriptionem ab Epiſcopali ſede dimiſſi & ablegati, in Guarini fauorē vitæ conuerſionem inſtituentis. Qua de re cætera ex profeſſo in Hildebaldo [a]. Supereſt ergo commonere, Bugnonium ſcripſiſſe quidem iſta fuiſſe geſta anno quarto Regni Caroli, hoc eſt ſalutis ſeptingenteſimo LXXII. quando Rex præfatæ dignitatis ſplendorem & Cluniacum Leduardo contulit. Atque hoc Chronicon admittimus. Verùm minùs prudenter apponit ille in ſequenti periodo, Carolum anno vigeſimoquarto ſui regni Imperiale diadema aſſumpſiſſe, & tunc Leduardum fato ceſſiſſe, ac Principem in locum ſubſtituiſſe Vuicardum Matiſconi creatum Antiſtitem. Qui certè calculus XXIV. Regni incidit ad annum ſalutis præcisè ſeptingenteſimum nonageſimum ſecundum, ex Tabulis Tilly. At hoc reliquum in emendationem ſupputationis illius, aliter & meliùs eſt adſtipulandum. Nam diutiùs ſedit Leduardus, & ſeriùs acceſſit Vuicardus: ſuppoſito euentu mutationis Paſtorum tempore Caroli ad Imperiales infulas ſubuecti & meritis ſublimati, ex Bugnonio. Etenim aliunde plurimùm literis commendatur, quòd Carolus nondum anno XXIV. Regni ſui Imperium arripuit, ſed anno trigeſimo tertio, hoc eſt annis nouem tardiùs. Qui computus occupat annum ſalutis octingētēſimū primum. Sic Annaliſtæ Paulus Æmilius [o], Tillius ac reliqui Francorum. Et vel denuo comprobari videtur necdum obiiſſe Leduardum illo primo anno Imperij Caroli. Quippe vbi Carolus ipſe ex præfata Titulorum Charta nuncupatur *Imperator Auguſtus*, & Leduardus ibidem, *Archicancellarius noſter*, Princeps vtrobique loquens ore proprio: ſanè nota hæc vniuerſaliſſima, quæ nullum figit terminum minimè docet eum Chartulæ annum fore primum accepti Imperij: quin potiùs abſolutus ille ſermo index eſt Imperialium inſigniorum dudum tanto Principi collatorum. Vt ſignum eſſe debeat, Leduardum ſediſſe ac vixiſſe ad annum vſque ſalutis octingenteſimum ſecundum vel tertium ſaltem: etiàmque ad ſumm. um; propter hiſtoriam ſuccedentis Vuicardi, anno præcisè ſequenti. Et hic verior finis eſto Leduardi. Tum obiter memineris villulam Cluniacum diutiſſimè poſt hoc ſeculum muris cinctam eſſe, & conditam vrbem ad claudendam tutandámque eam Abbatiam, quæ primum ſimplex Monaſterium bello collapſum ſequuta eſt. De quibus ſigillatim ſuis pedetentim locis inferiùs.

Margin notes: [a] n. 17. §. 4. — 792. — Vuicardi Leduardi quando. — [o] fol. 51. & 6. — 803.

XIV.

Vicardus ſic nominatur in Titulis: non quidem quo in loco imperfectum ac breuem Epiſcopotum Catalogum prætexunt [a]: ſed multo vlterius atque profundiùs [b]: vbi ſplendeſcit Caroli Magni Charta, innouatrix ſeu confirmatrix donationum Leduardo anteceſſori ab ipſo Principe collatarum: etſi Petrus San-Iulianus hunc Antiſtitem docet *Guichardum* ac Demōchares, *Richardum*, omnes rite hoc ordine. Ad Reſcriptum Caroli veniamus. *In nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Karolus diuinâ famulante clementiâ Imperator auguſtus. Notum ſit omnibus ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelibus tam præſentibus quàm futuris, quia Vuicardus venerabilis Epiſcopus ſeu Archicancellarius noſter noſtram adiit præſentiam cum Canonicis de Eccleſia S. Vincentij quæ eſt ſita in ciuitate Matiſconenſi: placuit quod Canonicos ipſius ciuitatis cōſolaremur de quibuſdam rebus iniuſte ablatis pro remedio animæ noſtræ ac parentum noſtrorum. Cuius petitionem libenter audiuimus & profuturam cognouimus. Quapropter conceſſimus in villa Ciciaci Eccleſiam ſancti Iangulfi, & in dimarium Eccleſiam ſancti Martini de manſa, &c. vt in futura ſecula maneat abſque alicuius contradictione. Si quis contradixerit, in XXX. auri libras culpabilis iudicetur. Et vt hæc veriùs credantur, manu noſtra propria firmauimus, & annulo noſtro inſigniri iuſſimus. Signum Caroli Imperatoris.* Hæc Chartula cum ſit eadem ipſiſſimis verbis repetita quam Imperator iam fabricarat Leduardo Antiſtiti [*]: idcirco eandem pro & cum ſecunda allata immunitatum Scriptura publica annumeramus, quas ſucceſſiuè quondam impertiebant ſummi Principes Clero Maticenſi. Vt notis autem quo anno
804. talia facta ſunt: Bugnonius cenſet geſta anno DCCCIV. ſeu quinto Imperij Caroli. quo tempore floruit Præſul Vuicardus, & quinque ſequacibus forſitan annis ad ſummum, vel
809. circiter, ob prementes ſucceſſores, quibus oportet ſuam ſinamus pariter breuem Chronologiam. Tandem vero hiſce Reſcriptis ſummus ille moderator videbatur hæreditariam fere & continuam effeciſſe Epiſcopis Matiſconenſibus egregiam illam regiam Imperatoriámque dignitatem Archicancellariatùs, vtrique iam præfato Antiſtiti competentem.

Margin notes: Varia nomina. — [a] fol. 24. [b] fol. 56. — Præfata immunitas hic ab eodē Carolo renouata. — [*] n. 14. §. 2. cum villula Cluſſ.

XV.

X V.

GVndulphus, hac ſerie & ſub hoc nomine, in ſolo decurtato Catalogo Titulorum a: tum in Demochare, ac San-Iuliano : vbique abſque ſeculi nota. Verùm ex circumiectis ſurſum atque deorſum, perfacilis illatio eſt eum ſediſſe ab anno
810. DCCCX. ad decimumtertium ſequacem.
813.

a fo. 24.

X V I. *Paragraphus* 1.

ADalranus Demochari, *Adalrannus* in Titulorum Catalogo a, *Adelranus* San-Iuliano, *Alaranus* Bugnonio, & quibuſdam aliis ignotis *Andelinus*. Ex Chronico eiuſ-
814. dem Bugnonij b ille Pręſul emoritur anno tertio Regni ac Imperij Ludouici Pij, filij Caroli Magni : id eſt anno ſalutis octingenteſimo decimoſeptimo. Et eſto antea ſacrum agôlum geſtarit tribus prætereа annis, nimirum ab anno DCCC. decimoquarto. Inde ſumma eſt illi annorum quatuor pro toto ſuo curſu. Niſi certè obſtet ſuccedentis ingreſſus proximo ſequente anno DCCCXV. quia in illo caſu, quem maximè vereor, Adalranus ſedit ſolo anno pręfato DCCCXIV. Neque aliud occurrit, quod reuoluere queamus hac de illo vice. Niſi certè dicamus infra proferendum eſſe Adalranum Numero XXVII. qui propterea verè dicatur ſecundus huius nominis. vnde pręſens Epiſcopus XVI. eſt Adalranus primus. Hinc verò perge ſeorſum ad alia alterius generis.

a fo. 24.
b pa. 18.

Paragraphus 2.

Emendatio de ſucceſſore.

IN priore editione poſt hunc XVI. Antiſtitem, ad caput XVII. euexeramus *Braidencum* in ſolo Titulorum Catalogo exiſtentem, breuiore quàm par ſit c. At deinceps nouimus ipſum eſſe eundem, quem poſt Hildebaldum vocamus *Branduicum* d, aliis, item affectum illic nominibus, quo pacto extat diuerſis in locis Titulorum, alibi quàm in pręfato Catalogo MS. Adeóque Hildebaldus Epiſcopus hîc nunc poſſidet Numerum ac ordinem, qualem occuparat ille Braideneus ſub anteriore calcographia.

c fo. 24. cit.
d Nu. 18.

XVII. *Paragraphus* 1.

Triplex thema accedo rum.

HIldebaldus vno gradu numeróve altior ex pręſenti typographia, quàm in ſuperiore fuerat, multa pręſtitit eximia, aut acta ſunt ſuo æuo, nimirum ſub eodem ſemper nomine apud omnes Titulôrum ſinus & angulos cęteróſque hiſtoriographos. Tria grauiora rerum genera verſantur ob oculos, adeo vniuerſalia, vt primum omnium in quatuor partes ſubdiuidere oporteat, lucis efficiendę cauſà. Singula nanque, itémque duo adſequentia genera promerentur ſingulare certamen examinis, necnon vt matrices litterę MS. exhibeantur. Omnia ex Titulis eruenda, & aliunde. Primum genus vniuerſaliſſimum eſt de multiplicatis Imperatoris donariis in gratiam Eccleſię Matiſconenſis, cunctis ex ingenua Ludouici Imperatoris largitate oriundis: iiſque triplici materierum ſpecie compoſitis, ac textu & die vario diſtinctis. Primum ipſius Imperatoris Diploma eſt eiuſmodi. *In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti : Ego Ludouicus diuina ordinante prouidentia Imperator auguſtus : Si liberalitatis noſtræ munere de beneficiis à Domino conlatis* a *locis Deo dicatis aliquid conferimus, id nobis eſt ad optabilem vitam fœliciter tranſigendam, & ad æternam perpetualiter obtinendam, profuturum. Liquido igitur notum omnibus fidelibus noſtr. tam præſentibus quàm & futuri, quia placuit nobis pro mercedis noſtræ augmento, & cum animæ noſtræ emolumento, res proprietatis noſtræ quæ ſunt in pago Lugdunenſi in villa Roſarias* *, *quas olim fœmina Sanctimonialis nomine Auſtrudis genitori noſtro Karolo bonæ memoriæ præſtantiſſimo Imperatori per chartulam donationis delegauit, tradere Eccleſiæ ſancti Vincentij Matiſconenſis, vbi Hildebaldus Epiſcopus præeſt. Has itaque res cum pertinentibus ad ſe mancipiis, cum Caſa in dominicatu, pratis, omnibúſque adiacentibus, vel quantum fuerit poſſeſſio de præſenti tempore noſtri iuris atque poſſeſſionis in eadem villa Roſarias, in re proprietatis, eſt totum & ad integrum prædictæ Eccleſiæ ſancti Vincentij Martyris, & congregationi ibid. Domino famulanti; in noſtra conceſſimus eleemoſyna. Quapropter volumus atque*

1. Thema quadruplicis ordinis.

Vnus, de dono Imperatoris.

De bonis temporalibus, ſitis prope Lugdunum.

a ſic antiqui pro contuli, a confero, contuli.

* Bugoonius appellat pag. 18. poſſeſſion dicte Auſtrude au village nommé Raſare A quo acceperit nõ dicit.

iube

Collatis Eccleſiæ Matiſconenſi in ditionem. *iubemus, vt per hanc noſtram auctoritatem præſentibus & futuris temporibus prædictas res cum mancipiis ſuperius nominatis, & omnibus ad ſe pertinentibus eiuſdem Eccleſia in noſtra eleemoſyna conceſſas habeat, atque perpetuò in ditione ipſius Eccleſia: ea conditione vt quicquid de iiſdem rebus ob vtilitatem & profectum Rectores ipſius Eccleſia vel congregationis ipſius ſancti loci ab hodierno die facere voluerint, libero in omnibus perfruatur arbitrio faciendi. Hanc & auctoritatis pleniorem in Dei nomine obtineat firmitatem, & per diuturna tempora inuiolabilem & inconnulſum effectum. Vnde ſubter eam de manu propria firmauimus, & annuli noſtri impreßione ſignari iuſsimus. Signum Ludouici sereniſsimi Imperatoris. Helizachar recognouit. Data quinto Idus Septembris, anno primo Imperatoris noſtri. Actum Aquiſgrani**, *Palatio Regio*[b]. En primùs ille annus cadit directè in ſolarem octingenteſimum decimumquintum confectionis huiuſce donationis: quæ ſanè agnoſcitur valdè præclara, omnimoda, tota, & abſoluta. Sic Tilius & cæteri Chronologici[c], de Ludouici primi ingreſſu ad Imperium, Regnúmque ſimul Francorum. Adeóque annus iſte DCCCXV. eſt primus quoque ſedis Hildebaldi in Epiſcopatu Matiſconenſi: quia annus proximè antecedens DCCCXIV. neceſſariò debetur prædeceſſori Adalrano, qui præſertim hunc vnicum ferè annum occupare potuit. Qua in re obiter ſcito Bugnonium annotaſſe quidem Hildebertum ſucceſſiſſe Adalrano ſub anno tertio Ludouici Imperatoris: qui ſanè annus fuerat octingenteſimus decimuſſeptimus. Ita vt ſederit Adalranus annis quatuor. Verùm certè, quia ille Iureconſultus nullo innititur in dictis authore vetuſto, quem prodire faciat in medium: idcirco tenemur lubentiùs fidem adhibuiſſe Chronicis antiquis & integerrimis Chartis ſeu Actis, qualia videntur tum in præſenti dono Ludouici, tum in ſequente immunitatis ipſius Diplomate paucis poſt menſibus eiuſdem anni exarato. Atque propterea Adalrano vnicus relinquitur annus duntaxat.

* Verbo in Germania vulgò Aix.
b ex fol. 18.
c Baron. & Gualterus in Annalib.

815. (margin)

Chronicon Bugnonij.

Controuerſum.

Paragraphus 2.

Alter ordo. SEcundum publicum præfati Imperatoris inſtrumentum eſt tertia immunitas ad commodum Eccleſiæ Matiſconenſis exporrecta quatuor ſaltem menſibus poſt allatam poſſeſſionum dationem. Secunda nanque apponitur Numero XIII. Quod tertium munus eruitur ex duobus penè æqualibus Titulorum antiquorū locis ſeu Reſcriptis[d], ſub eadem (vt aiunt) Data, hic vnà collectis, & ad ornamentum reductis ex ipſiſſimis verbis. *In nomine Domini Dei & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Ego Ludouicus diuina ordin. prouiden. Imperator auguſ. Si Sacerdotum ac ſeruorum Dei petitiones, qua nobis pro neceßitatibus ſuis innotuerint, ad effectum perducimus, non ſolùm Imperialem conſuetudinem exercemus, verùm etiam ad beatam æternæ retributionis mercedem nobis talia facta profutura confidimus. Igitur notum ſit omni fideli, quia vir venerabilis Hildebaldus Matiſcenſis Ciuitatis Eccleſia Epiſcopus detulit manſuetudini noſtra immunitatem aui noſtri Pipini Regis, in qua continebatur quomodo prædictam ſedem vnà cum rebus omnibus vel hominibus ibid. aſpicientibus propter amorem Dei & reuerentiam ſancti Vincentij Martyris, in cuius honore conſtat eſſe conſtructam, ſub pleniſsima defenſione & immunitatis tuitione habuiſſet. Pro firmitatis nanque ſtudio petiit prædictus Pontifex, vt circa ipſum S. locum denuò talia confirmare deberemus. Cuius petitionem pro diuino amore & anima noſtra ſalute remunerare voluimus, &c. Præcipientes ergo, iubemus vt nullus Iudex publicus, neque quilibet ex iudiciaria poteſtate, nec aliquis ex fidelibus noſtris in Eccleſias aut loca vel agros ſeu reliquas poſſeßiones memorata Eccleſia, quas moderno tempore in quibuſlibet pagis & territoriis infrà ditionem Imperij noſtri habere & poßidere cognoſcitur, quicquid etiam deinceps in iure ipſius S. loci voluerit diuina pietas augere, nemo ad cauſas audiendas vel freda aut tributa exigenda, aut manſiones faciendas, aut fideiuſſores tollendos, aut homines ipſius Eccleſia, tam ingenuos quàm ſeruos ſuper terram eiuſdem commanentes diſtringendos, nec vllas redibitiones aut inlicitas occaſiones requirendas, vllo vnquam tempore ingredi audeat, vel ex altare præſumat. Sed liceat memorato Pontifici, ſuiſque ſucceſſoribus res prædicta Eccleſia ſub immunitatis tuitione quieto ordine poſſidere, & nobis fideliter parere, Imperioque: atque pro ſtabilitate noſtra vel totius Imperij à Domino nobis conlati atque conſeruandi vnà cum Clero atque populo ſibi ſubiecto Domini miſericordiam exorare delectetur. Hanc itaque auctoritatem vt pleniorem in Dei nomine obtineat vigorem, & à fidelibus S. Dei Eccleſia noſtris veriùs ſeriùſque credatur, manu propria ſubter firmauimus, & annuli noſtri impreßione ſignari iuſsimus. Signum Ludouici Sereniſsimi Imperatoris. Heliſachar recognouit. Data III. Kal. Decembr. anno primo, Chriſto propitio, Imperij Domini noſtri Indictione VII. Actum Aquiſgrani, Palatio Regio.* Hoc copioſius immunitatis Reſcriptum duo complectitur. Priùs confirmationem primæ immunitatis à Pipino collatam Domnolo Epiſcopo Matiſcenſi, qui textus Pipinianus ſuprà dudum emicuit[e]: poſteriùs. additionem circa plures

III. immunitas Regia pro Eccleſia Matiſconenſi.

Veteris repetitio.

Nouæ collatio.

Eius explicatio.

d fo. 51. 59.
e an. 11. §. 1

plures exemptionum partes, quarum Pipinus minimè recordabatur, vt pote continet prohibitiones brachio ſeculari inſuper factas *ad tributa exigenda* (innuit locus) *aut manſiones faciendas, aut fideiuſſores tollendos* earum rerum quæ ad Matiſconenſem Eccleſiam pertinent. Quantum ad primum membrum, hæ immunitatis literæ ſunt eiuſdem ſpeciei cum pri-
Quod ſit tertia. mis à Pipino datis, & ſimilis operis confirmatrices duntaxat. Talique ſenſu hæc ſignatura non eſt apertè tertium immunitatis genus. At certè, qua parte amplior iſta Ludouici gratia ambit prætetea vetitam à laicis præpoſitis fiendam Tributorum regiorum aut aliorum collectionem ſuper Clero Maticenſi exigendorum, & id genus cætera per incrementum: ex eiuſmodi adiectione, præſens immunitas videtur ſpecie à prima diſcrepare, tertiámque efficere. Quod ſic maximè ideò concludimus, quia inſuper diuerſa Ludouici Imperatoris perſona, etiámque à parente Carolo Magno diſtincta, qui fuerat mediæ ſecundæ immunitatis largitor ad Leduardum Antiſtitem directæ [f]; eam vim præſtat recen- f nu. 13. §. 2. g Pipini.
tiorem, vt iſta Ludouici nepotis [g] munificentia debeat meritò tertia appellari.

Paragraphus 3.

III. Ordo. TErtium propoſitum Imperatoriæ conceſſionis eſt aliud documentum, quod hîc vocamus quartam regiam immunitatem in vniuerſum, aut ſecundam ab eodem Ludouico Eccleſiæ Maticenſi traditam, & à præfatis verè in materia diſſentientem, hiſce autographi notis [h]. *In nomine Domini, &c.* vt ſuprà. *Ludouicus diuina prouidentia, &c. Nouerit vtilitas** *fidelium noſtrorum Comitum, vaſſorum* [a], *Vicariorum, Centenariorum vel miſſorum per Im-* h in Titulis fo. 27. * ſic in typo. At melius fortè, vniuerſitas. a vaſſallorũ.
V. immunitas regia pro Eccleſia Matiſconenſi. *perium à Domino nobis conlatum; quia vir venerabilis Hildebaldus Matiſcon. Eccleſia Epiſcopus deprecatus eſt celſitudinem culminis noſtri, vt Eccleſia cui ipſe authore Domino Epiſcopus præeſt, quæ eſt conſtructa in honore ſancti Vincentij Martyris, vt omnes qui beneficia ex eadem Eccleſia habebant nonas & decimas annis ſingulis de eiſdem beneficiis darent, & ad ædificia ipſius Eccleſiæ reſtauranda iuxta vires opem ferrent; quod nos ſecundùm iuſſionem à Domino Imperatore iamdudum factam omnibus præcipimus, atque modò per has literas iubemus & confirmantes cõmendamus, vt quicunque ex largitione noſtra de terris præfata Eccleſiæ beneficia habent, nonas & decimas annis ſingulis prædicto Epiſc. ſeu ſucceſſoribus ſuis abſque vlla contrarietate dare non negligatis, & ad domos ipſius Eccleſiæ reſtaurãdas vnuſquiſque pro viribus ſuis adiutorium ferre non differat. Nul-*
Circa Decimas. *lus contra hoc iuſſionis noſtræ præceptum facere præſumat. Et vt à vobis meliùs conſeruetur, de annulo noſtro iuſſimus ſigillari. Data quarto Idus Septembris, anno Chr. propitio, tertio Imperij Domini Ludouici piiſſimi auguſti, indictione IX. Actum Aquiſgrani, Palatio Regio, in Dei nomine.*
Qui III. annus Ludouici Imperantis eſt octingenteſimus XVII. ſalutis humanæ. Et quia tractatus inſtrumẽti verè fuit de vniuerſali iure decimarum atque Noualium [i] planè ſpiri- i terrarum à dumetis & ſentib. repurgatarum, nũc primũ aratro apertarum.
tuali ſeu eccleſiaſtico, nequaquam auferendo per dominos temporales, ſed derelinquen-
817. do Paſtori ſpirituali qui eſt Epiſcopus: idcirco locus hic immunitatis diſcrepat toto cœlo à præmiſſis tribus aliis: ſitque quarta immunitas Matiſconenſi Eccleſiæ competens. Sed vlteriùs aduerte annexum hîc aliunde myſterium haud contemnendum. Quando humi- l 1 Decreta. tit. 40. c. 1. & Syntagma. iuris li. 1. c. 2.
Vox Domnus myſtica. lis & pius ille Imperator in Diplomate ſuo Deum nominat, eum Dominum integra appellatione vocat, tanquam primarium & vniuerſalem orbis Monarcham. At quia in periodo de ſeipſo illic loquitur, nuncupat ſe *Domnum* per diminutiuũ: quaſi fateatur ſe indignũ abſoluti dominij aut Domini, & profeſſus ſit id epitheton vni Deo rerũ conditori exhiben-
Imperatores ſibi eam attribuiſſe. dum. Adeò vt arbitraretur Reges villicos & diſpenſatores duntaxat terrenorum dominiorum. Vnde in Charta idem Princeps talia enunciat ei à Deo collata ad mutuum: perindéque à ſe accepta putat pro reddenda villicationis ratione [k] ſummo Iudici Chriſto verè Do- k Lucæ 16. 24.
mino. Et per dictionis ſyncopen in epitomen redactæ cenſetur alluſiſſe ad id præclarum apophthegma, quod de Meſſia D. Ioannes Baptiſta conclamauit: *Illum oportet creſcere, me* l Ioa. 3. v. 30.
autem minui [l]. Ad quem proficuum animæ ſenſum Religioſi fortaſſis ſe quoque dixerunt lubens *Domni*, dum humiles chriſtianam profitentur in moribus perfectionem: nec auſi pariter integrum atque perfectum Domini nomen ſibi arrogare velut vni Deo aſſeruandum. De quibus Monachis in hac parte vocis alia adminicula ſub Domnulo Antiſtite Matiſconenſi [m]. Et de noſtro Hildebaldo extant duo ſuperſtites Actus in Ti- m nu. 11. § 1. &c. n fo. 38. & 120.
tulis [n] ſine Data, prò agro Fuſcianenſi & Vitiacenſi Diœceſeos, huc non traducendi.

Paragraphus 4.

IV. Quào.

SEquitur quartum vltimúmque propoſitum ex iiſdem Titulis · idque propterea detegendum, quia publicum eſt & maioris momenti, ſub hac textura [o]. *In nomine Domini, &c. Ludouicus diuina, &c. Si erga loca diuinis cultibus mancipata propter honor. Dei eiuſque in eiſdem locis ſibi famulantes, beneficia opportuna largimur, præmium nobis apud Dominum æterna remunerationis rependi non diffidimus. Notum ſit omnibus fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ & noſtris, &c. quia vir venerabilis Hildebaldus Matiſconenſis Eccleſiæ Epiſcopus adiens Serenitatem culminis noſtri, queſtio eſt eò quod tertia pars Telonei, quæ eſt in eadem ciuitate aut foras in eodem pago, & tertia pars de ſalinis quæ ſunt in iugis, necnon de villa quæ nuncupatur Candauertis cum omnib. appendiciis Eccleſiæ, cui ipſe authore Deo Epiſcopus præeſt, quæ eſt conſtructa in honore ſancti Vincentij Martyris ſecundum diuiſionem quæ olim facta eſt & eſſe debeat. Nos interea miſſum noſtrum venerabilem Leidrardum Archiepiſcopum [p] ad hanc rem inueſtigandam, & diligenter inquirendam miſimus: & inuenit quod per iuſtitiam prædictæ Eccl. iuxta diuiſionem quæ dudum facta eſt, eſſe debebat. Qui rediens, nobis renunciauit hanc rem ita ſe habere, ſicut prædictus Epiſcopus aſſerebat, quod noſtra excellentia præſentialiter in noſtra eleemoſyna reddidit. Sed ob rei firmitatem obſecrauit celſitudinem culminis noſtri, vt noſtra authoritas ſuper hoc ſtet, qualiter Rectores ipſius Sedis perenniter haberent atque poſſiderent. Cuius petitioni libenter annuere placuit, &c. Per quod decernimus ac iubemus, vt nullus quilibet ex fidelibus noſtris de prædicta tertia parte inquietur, aut de tertia parte in ſalinis vel de illa Candauertis, cùm Eccleſia deinceps vllam calumniam aut inquietationem Rectoribus prædictæ Eccleſiæ facere præſumat, aut hoc per quodlibet ingenium abſtrahere vel minuere tentet. Sed quemadmodum ob honorem Dei & reuerentiam prædictæ Sedis fecimus & confirmauimus, maneat inconuulſum.* En præter ius Salinarum, præſcriptio in Telonium Matiſconenſe pro loci Epiſcopis; rerum ante hæc tempora ius acquiſita, veluti Charta præſagire cenſetur, etſi illa legatur prima de illo themate ſcriptura. Cuius fruitionem in eiuſdem Eccleſiæ gratiam confirmat paulò pòſt Carolus Caluus Imperator Ludouici filius [q]: eámque tardiùs multò renouatam ſub Aymone Epiſcopo aduertimus [r].

Teloneum in vrbe pro Epiſcopis Matiſconenſibus.

Et de ſalinis pro iiſdem.

[o] fol. 185.

[p] Lugdunenſem.

[q] num. 18. §. 3. num. 45. §. 3. & 5.

Paragraphus 5.

Hildebaldus adſcendum.

MOx verſùs priorem generaliorémve rerum partitionem meritò reſumendam aſcendamus, vt prodeat ſecunda tripertiti thematis ſpecies ſub eodem Hildebaldo Antiſtite, ad decus Ludouici Pij in ipſius Diœceſim Matiſconenſem deuotè aduentantis. Reuerendus Gaſpar Dinet hodie ſedens Præſul Matiſconis [o], dum bis Parœciales ſuas Baſilicas luſtrando, Auenaci [p] Eccleſiam inuiſit, propiuſque contemplatus eſt Altare nondum ab anteceſſoribus Epiſcopis animaduerſum, vidit eandidum lapidem in circum Aræ ambientem, cui ad formam vetuſtiſſimis vmbonis & tuberis [q] adhæret & hactenus perſtat hæc ampla imago hiſtorica: nimirum Rex qui genu flectens tenet Eccleſiam ad latus inferius, & hanc porrigit ſtanti Diacono Martyri ſacro, qui rurſus eandem dextera excipit verſus latus ſuperius, ſiniſtra ſuo pectori appoſita in ſignum deuotæ ac ipſius approbationis, aut quaſi vterque Templum oblaturi B. Virgini Matri; addito hoc verſuum quaternario lapidi inſculpto, capitalibus characteribus pene Gothicis [r].

Viſitatio antiqui altaris in Diœceſi Maticenſi.

Rex Ludouicus pius virtutis amicus
Offertam [s] F[illeg.]m, recipit Vincentius iſtam.
Lampade b[illeg.] [illeg.] fluiturus [illeg.] ibat.
Mors fugat oppo[illeg.]um Regis ad interitum.

Sculptura illic deprehenſa.

Hoc ænigmaticum [illeg.] ex communi fama per maiorum ſeriem & traditionis ſucceſſum exponendum ducimus. Etenim dum Imperator pientiſſimus Lutetiâ ad Aquas Sextias [illeg.] raturus in ſuperfluas Cleri veſtes progredetetur, & iter haberet per mediam Lugdunenſem Prouinciam, quam tunc moderabatur Bermundus [illeg.] ad annum DCCCXXIV. & XXX. vt Author eſt Ioannes Tilius in Optimatibus Franciæ [t] & in [illeg.] [u] fertur eundem Ludouicum [illeg.] decutere & ſolo æquare Caſtrum Turr[illeg.] in monte altiſſimo Regionis Lugdunenſis poſitum; tanquam ſitus valdè procul [illeg.] aut longe detegentis per [illeg.] totóſque amnes [x] & cæteros montes viuos vt [illeg.] ſiculos perſpicientis [y]. Quam [illeg.] ex parte iam creditur de[illeg.] Carolus Magnus pater, vt pote quia in hos [illeg.] Principes Ganelo loci eminentiſſimi D[illeg.] aut fundator comprobabatur inacceſſibilis proditor, & communis ſalutis deſertor [illeg.]. In perpetuam cuius partæ victoriæ memoriam Ludouicus e propinquo monte excelſo [illeg.] Auenaco, Eccleſiam in diuinam gratiarum actionem pro[illeg.] illo [illeg.] conſtruxit, vbi Ganelo aufugiens captus fuerat, ac eandem

Interpretatio eius hiſtorica.

[o] ab an. 1600 ad 1621. dum abſoluitur Opus.

[p] vulgò Auenaz & Auenas.

[q] marbre eſleué en boſſe.

[r] Ibi C ſic C. G ſic [illeg.]: & M. ſic.

[s] vel oblatâ: vel offert hâc.

[t] ſub Carolo Magno.

[u] ſub Ludouico filio.

[x] Ararim & Ligerim.

[y] Teſtis ego & amici in ſpeculo ſtans vna die, vulgò Tourrnes.

[z] in orbis Catoptrici principiis, Par deſinat. 2e. Pa. II. 590.

[a] ad humilitatem & ſeruit.

Im

Imperator Matronæ Deiparæ æſtuans præ gaudio deuouit. Vnde Princeps ipſe ſimilem præfatæ exteriùs conditæ, & ad cilicem ſculptæ noſtro ſemper æuo eidem Virgini ſacræ reliquit ſecus Altare. Sculptura profectò Chriſtiana, quæ antiquior hodie ſupereſt in tota Diœceſi, & pluribus aliis Galliarum Baſilicis: adeóque hîc expreſſione digniſſima. Vbi certè Hildebaldus Antiſtes intelligi & capi poteſt nomine Diaconi excipientis, qui ſit S. Vincentius Martyr, iſque iam antea & hactenus perpetuò egregius patronus Cathedralis Baſilicæ Matiſconenſis, cui eo æuo præerat idem Hildebaldus [b], velut noui templi conſecrator. Ædicula verò Auenaci aut eius quædam vicina breui pòſt vel iam tunc facta eſt Prioratus Monachalis. De qua materia inferiùs multò *. Sed tandem ad propoſitum: Imperator fugauit condemnatum ad mortem Ganelonem tyrannum, ſe perperam Regibus opponentem, & maieſtatis interitum machinantem: re geſta die duodecimo menſis Iulij. Quod diarium complet bis ſex lampades ſolares ex motu cœleſti compoſitas. Nam lampas peculiari iure lychnum oleoſum non præſagit: ſed propriè ingentem facem: & inde metaphoricos indicat genus facis per aërem ardentis; hoc eſt, perinde aſtrum ſolis dies metientis, ex Plinio [c]. Eapropter ſatis opportunam arbitramur præſentem narrationem. Iſque pagus Auenaci iacet in media Diœceſi Matiſconenſi; ex priſca terrarum diſtributione. Et quantum ad temporale, eſt regiminis patriæ Lugdunenſis, quæ ſeculo adſequenti [d] verſa eſt in ditionem Comitatus ex allegatis in ſacro noſtro Lugdunenſi Chronico * ſub Guidone II. Archipræſule. Illi autem Comites ampliſſimi ſic vnà occupantes Tractum Foreſiorum, & genus ſuum per maſculos vberiùs ſecantes, totum deinceps comitatum diſtribuere tres in partes cœperunt, primum in Lugdunum, ſecundum in Foreſtenſem, & tertium pro natu minore atque ſuis. Qui poſtremus (Vmfredus) dum ad ſuas partes ſecedens Caſtrum præcipuæ ſuæ manſionis adſtruxit, quale ei vocare placuit *Bellijocus* à bello ſeu egregiè conſpicuo montium iugo, diſtinctionis ergo à conſanguineorum portionibus: inde perennem ſui patrimonij latitudinem Bellijocenſem nuncupauit [e], æqualem rurali plano Lugdunenſi, pro appennagio. Cuius ſurculi propago diutiùs traxit filios atque nepotes, quàm præſtiterint Comites laici, tum Lugdunenſes, tum Foreſiani. De cætero, Auenacum poſt duo ſæcula Ludouici Imperantis repertum fuit ſub diuiſione Bellijocenſium ad milliare Caſtri Bellijoci diſtans, intermedij cum Turriuiduo. Et illa Regis ſolennitas habita eſt Auenaci, priuſquam Cluniaci inſtituerentur clauſtrales Monachi. Pro quo Auenaco alia commodiùs ſub Berardo Matiſcenſi Antiſtite [f], de Monachali Prioratu ibidem conſtituto.

Victoria Ludouici Imperatoris.

Eius gratiarum actio.

Lugdunenſis patriæ diuiſio multiplex.

[b] Vnde Capitulum Cathedrale S. Vincent. Matiſconenſis ſemper habet ius decimarum in Auenaco.
* nu. 40. §. 6. & 7.
[c] li. 2. c. 26.
[d] ab an. 913.
* nu. 40. §. 5.
[e] ex etymo.
[f] nu. cit. 40. §. 6.

Paragraphus 6.

IAm tertium thematis genus oſtentandum ſub Hildebaldo eſt altera generalior proponendorum ordinatio, quæ reſpicit locum Cluniaci ante annos quinquaginta ab Imperatore Carolo Magno conceſſum Eccleſiæ Matiſconenſi in Leduardi Epiſcopi perſona [o]: mox autem à ſucceſſore Hildebaldo condonatum ſeculari viro Prouinciæ Comiti & Optimati ſe cum familia ad meliorem vitæ frugem conuertenti, & priſtino ſtatui vale dicenti. En Hildebaldi Contractus ex Titulis [p]. *Inter quos Charitas inlibata permanſerit, pars cum parte, beneficia opportuna præſtantur: quia nihil ſibi de rebus propriis cenſuit minuendum: quin è contra recipitur in augmentis. Ideóque placuit venerabili viro Hildebaldo Epiſcopo urbis Matiſcen. & Rectori Eccleſiæ ſancti Vincentij, Sacerdotibus vel reliquis Canonicis ſub eius regimine ibid. Domino famulantibus ex vna parte: & ex alia parte Vuarino [q] Comiti & vxori ſuæ Albanæ, vt villas congruas & opportunas, quæ ſunt de ratione ſancti Vincentij Martyris, inter ſe commutare deberent: quod ita & fecerunt. Primitùs enim dat Hildebaldus Epiſcopus de iam dicta ratione ſancti Vincentij & perceptione Domni ſereniſſimi Ludouici Imperatoris, partibus Vuarino Comiti & vxori ſuæ Albanæ, villam in pago Matiſcenſi, cuius vocabulum eſt Cluniaco, cum Capella, Caſa dominicata & reliquis manſis, ædificiis, vineis, vercariis, campis, pratis, ſyluis, farinariis, aquarum decurſibus, mancipia illic commanentia, vel ex omnibus ibidem adiacentibus totum & ad integrum. Et dat præfatus Epiſcopus de ipſa ratione ſancti Vincentij in pago Niuernenſi villam, cuius vocabulum eſt Loptamialo, cum Capella, manſis, ædificiis, vineis, campis, pratis, paſcuis, ſyluis, adiacentiis, aquarum decurſ. mancipiis ibidem commorantib. &c. Pari modo in compenſatione huius rei dat Vuarinus Comes & vxor ſua Alba de rebus propriis Hildebaldo Epiſcopo villam in pago Matiſcenſi, cuius vocabulum eſt Gemiliaco *, cum Capella, Caſa dominicata, manſis, ædificiis, campis, pratis, vineis, farinar. ſyl. paſc. mancipiis, &c. Item dat Vuarinus Comes vel vxor ſua Hildebaldo Epiſc. in pago Niuernen. villam cuius vocabulum eſt Caldaqua, cum Caſa, dominicatu, manſ. ædiſ. vin. camp. pra. ſyl. paſc. &c. Item dat Vuarin. Comes & vxor ſua in patria Aruernica in pago Donobrenſi [r] villam .... cum Caſa, dominicatu, manſis, mancipiis, &c. totum & ad integrum viſi ſumus dediſſe. Ita vt ab hac die vnuſquiſque ex ipſis memorata*

III. Thema dicendorum.

Cluniacũ ab Epiſcopo datũ Nobilibus Monaſterium illic primò conſtruentibus.

Nobiles viceuerſa dant alias villas Eccleſiæ Matiſconenſi.

[o] nu. 15. §. 2.
[p] fol. 25.
[q] Guarino to. 24. ibi in breuiori ſcripto. Sed Iulianus donũ aliter tradit p. 273.
* quibuſd. Genoliaco, à genuflexione
[r] fol. 26.

rata

ratâ loca quæ acceperunt habeant, & licentiam ſaciendi quicquid pro eorum opportunitate elegerint. Ideo addi placuit, vt ſi vnus ex ipſis vel ſucceſſores eorum hoc refragare conatus fuerit, rem quam accepit amittat, & inſuper componat par pari ſuo auri libras duas, & quod petit, non vindicet, &c. Agebertus Diaconus ſcripſit anno XII. regnante Ludou. Imper. tum nouem obſignatis teſtibus.

826. Quod tempus geſtorum vertitur rectiſſimè cum anno ſalutis octingenteſimò XXVI. ex Tillio, Baronio Annaliſta & Gualtero in Chronographia, menſe tacitùs ibi prætermiſſo. Illa autem duorum virorum Optimatuum conuentio in tertia perſona diſcurrit, tanquam exſcripta aut compoſita ab aliquo præſente de Clero. Nam ex ſtilo inſtrumenti ipſemet Antiſtes Hildebaldus donator minimè loquitur, ſed alius quiſpiam ſynchronus, ac idcirco firmior in dictis. Quos proprios textus certè nondum expreſſeramus in noſtra

Alius recens Scriptor de hac hiſtoria.

priore typographia. Verùm totam rei ſubſtantiam paucis coniiciebamus, qualem mox ſecuriùs ex rei penetralibus haurire magis optamus. Vbi profectò iure aduertendum hac vice, quòd Andreas Quercetanus Commentator Bibliothecæ Cluniacenſis inter duas noſtras editiones ſeu earum tempora luculenter promulgauit * mutuæ donationis vel compermutationis ratihabitionem ab Imperatore Ludouico pio clariſſimè prolatam *Aquiſgrani die tertia Nonas Iunias, anno XII. Imperij, &c.* ſcilicet eadem in vrbe & eodem anno celebratam, cum præfata noſtra ex Titulis Eccleſiæ Maticenſis pertracta narratione. Quæ tamen Matiſconenſis die inito eo contractu ſcriptura aliquot ante menſibus habita eſt in illa ciuitate, aut prætériiſſe ſupponitur, quia ſic mediam periodum ediſſerit Imperator. *Innotuit ſerenitati noſtræ quòd Hildebaldus Mateſcenſis Eccleſiæ Epiſcopus & vir illuſter Vuarinus Com. de quibuſdam rebus pro communi vtilitate nuperrimè inter ſe commutationem feciſſent, &c.* Tum Princeps ita negotium corroborat & concludit. *Pro integra firmitate petierunt celſitudini noſtræ, vt ipſas commutationes denuò per noſtrum manſuetudinis præceptum pleniùs in Dei nomine confirmare deberemus: quorum petitionē denegare noluimus, ſed ſicut vnicuique fidelium noſtrorum iuſte petentium, ita nos illis conceſſiſſe, atque in omnibus confirmaſſe cognoſcite. Præcipientes ergo iubemus, vt quicquid pars rationabiliter alteri contulit parti, deinceps per hanc noſtram authoritatem firmiſſimè teneat atque poſſideat, &c.* Atque ſic Imperialis Confirmatio Epiſcopalem contractum tempore ſequuta eſt. Cæterum, attende, Lector, tres pagorum voces ab Vuarino Comite traditorum Hildebaldo Antiſtiti ſeu petenti Eccleſiæ Matiſconenſi, quem Author Quercetanus ibidem nominat *Ildebertum.* Primus omnium pagus iſque Diœceſeos territoriiue Niuernenſis, ſuprà quidem per nos dicitur *Loptamialo* ex Titulis: at in Diplomate Principis appellatur *Aptannacus.* Secunda villula in eodem Niuernenſi agro ſita, in Titulis quidem per ſyncopen *Caldaqua* enunciatur, ſed ab Imperatore *Calda-aqua* effertur, hoc eſt, quaſi *Calida-aqua*, ex integranda dictione. Tertius denique locus à nobis in Donobrenſi Aruernorum oppido prætermiſſus cum Titulis obmuteſcentibus, in illa ſanè Ludouici Charta vocitatur *Lituimas.* Quæ tria opportunè ac obiter videbantur iſtic aperienda. Poſt liberam verò vtrinque factam pagorum eiuſmodi commutationem, Vuarinus Cœnobium in parta noua terra ædificando, & Clauſtro ampliùs extenſo ad ſequentem annorum centuriam ab Aquitaniæ Duce, quorum infrà luculenter meminimus:

Imperator eamde villis permutationem confirmauit.

Præfati Scriptoris cum præſenti Authore conciliatio.

non eſt quòd præfatus Quercetanus anteriore folio * controuerſiam moueat, aut excitare contenderet pro efformando diſcrimine temporum inter duos hoſce fundatores, Comitem ac Ducem, velut in priore typographia confudiſſemus, aut eoſdem ad vnicum ſimul fundatorem reuocaſſemus, dum is Author me ex illo Volumine prioris meæ indaginis citat (honorificè tamen) in duobus his Optimatibus, quos prædico ſucceſſiuè bina tali conſtructione clariſſimos, vt de nobis idem pereruditus ſolùm diceret *credibilius fore* de Vuarino Comite, &c. *Si innumeræ authoritates Agapiti Papæ II.* tum *ſancti Odilonis Abbatis Cluniac. in vita S. Maioli prædeceſſoris*, ac cæterorum, quos prætereo noſtris de eodem Vuarino teſtimoniis minimè *præponderarent.* Quippe non vnicum ab Vuarino erectum Cluniaci Cœnobium euchimus, verùm aliud ſeorſum quoque, idque celebrius aut maius à Duce ibidem poſteà recèns conditum euerſo anteriore diuulgamus, ſi Quercetanus reliquum hiſtoriæ patienter eadem ferè pagella legerit, vel contuendi laborem ſuſtuliſſet. Quibus in temporibus pedetentim ſecernendis diſtincto mox Paragrapho peruigiles incumbamus.

* col. 13. & 14.

* col. 9. 10. 11. in Notis ad Biblioth.

Paragraphus 7.

I. Cōſtructio Monaſterij Cluniacēſis.

DVplicem viciſſim de Cluniacenſi Monaſterio adumbratam erectionem pleniùs delineaturi, Lectorem ſeiunctim de cœpto themate circa multa pedetentim reuoluenda ſic commonemus. In primis alibi quàm ſuprà ſubiicere non dubitarunt Tituli

anti

antiqui [f] Baſilicæ Matiſconenſis, quòd dum ex præfata ſuſcepta inter Epiſcopum & Comitem permutatione locorum *in villa Cluniaci nobile Cœnobium conſtructum eſt* (nimirum ab Vuarino ſeu Guarino) *id dudum prædictus Hildebaldus ſacrauit in honore beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, deditque ex ratione Canonicorum ſancti Vincentij Cluniacenſi Eccleſiæ Eccleſias duas, vnam in villa Cotta, alteram in villa Gallomaio* [t]. Cuius quidem Vuarini hiſtoriam ex altiore vſurpans radice Bugnonius, adijcit * quòd quando Lotharius Ludouici Pij filius maior natu, & factus Imperator, patrem viuentem ab imperio regnóque depulit, & adiutus à fratribus eum in Cœnobium ſancti Medardi Sueſſioni intruſit

Vuarinus Comes I. Matiſconenſis conſtructor.

(de qua re nos in Lugdunenſibus [u]) præfatus Vuarinus necnon quidam Bernardus viri potentes in Burgundia exercitum nobilium ea in prouincia erexerunt, cuius ope Ludouicum vtrique ſceptro reſtituerunt. A quo poſtea Principe in priſtinum ſtatum conſtituto Vuarinus iam Comes Aruerniæ ſuſcepit Matiſconem & Cabilonem, illic effectus Comes primus, velut in præſtiti erga Regem officij antidorum. Quo ditionem poſſeſſionum nacto, en Lotharius ex Italia rediens ac furens, eas vrbes armorum vi capit, vulcanóque tradit. Funeſtum hunc belli exitum pro Matiſcone dicit Bugnonius comprobatum patentibus literis Caroli Calui [x]: quas tamen non exerit ſcripto, neque locum

Matiſcon & Cabilon ciuitates ab hoſtib. vſtæ.

ſaltem vbi extent, præbet aut aperit. Et pro Cabilone nominat vniuerſim Aimonium, cuius etiam minime allegat volumen. Nos autem vt de negotio tantiſper verba miſceamus: profectò idem Aimoinus antiquus hiſtoricus, quem nos ideò mox perlegimus, multa ad mentem hiſtoriæ de illo Comite narrat libro V. geſtorum Franciæ. *Vuarinus & Berhardus* (ait) *plurimis ſociorum ex Burgundiæ partibus coactis, ad Maternæ fluuium* [y] *vſque peruenerunt.* (quandiu Ludouicus à filiis detinebatur.) *Miſſi ſunt Legati ab illis ad Lotharium* [z] *filium Imperatoris, vt eis abſolutus cuſtodiæ vinculis Imperator redderetur. Quorum ſi pareret poſtulationi, ipſi quoque eius cauſa apud patrem ſalutis & honoris depoſiti forent: ſin aliter, cum ſui periculo eum requiſituri, & reſiſtentibus cum armis Deo iudice obuiaturi. Huic mandato Lotharius præcepit, vt Vuarinus Comes, &c. ad ſe venirent, quatenus deliberaretur* [a]. Inde tandem Ludouicus priſtinæ dignitati reſtitutus eſt [b]: inuito tamen Lothario, qui factum abſens ingrato ferebat animo. Vnde Annonius ſequenti capite ſic ad propoſitum pergit enarrare.

Annonius Author de eo.

Ea tempeſtate Varinus Comes cum plurimis ſociis Caſtrum Cabillonum vtcunque communiuit, (quaſi idem quoque præſtiterit Matiſconi [m]) *vt ſi quid ab aduerſariorum ſtudioſis molitetur noui, ſibi ſuíſque foret receptaculo ac munitioni. Quod cùm Lothario compertum eſſet, improuiſus illuc aduenire diſpoſuit. Oppidum circumdedit. Quæ verò in circuitu ciuitatis erant, incendio conſumpta ſunt. Pugnatum eſt acriter diebus quinque, & tandem ad deditionem primùm vrbs recepta eſt. Poſt autem verſâ vice crudelium more victorum, primo quidem direptionibus Eccleſiæ vaſtatæ, theſauri deprædati, & communes ſunt direptæ copiæ. Ad vltimum verò Ciuitas voraci depaſta eſt incendio, præter vnam Baſilicam paruam* [n], *quæ ſtupendo miraculo cùm cincta fuerit ſæuientibus & lambentibus flammis, tamen non potuit aduri.* Atque ſimiles per ignem exceſſus veriſimilius eſt perinde commiſſos fuiſſe Matiſconenſi Ciuitati: vt pote pertinenti ad eundem Dynaſtam, propinquæ Cabilonenſibus, & æquè in ſitu munitæ. Quas certè Vuarini prouincias, & virum ipſum ſi corripere potuiſſet, ſimul omnes Lotharius abolere probabiliùs nitebatur, dum ius in armis aderat penes eum tunc fortiorem. Verùm tandem publica pace data inter Ludouicum & Lotharium (ſubiicit iam rurſus de ſuo Bugnonius [c]) Vuarinus denuò præfatas duas vrbes à Ludouico conſecutus eſt. Qui receptus in illo ſuo Comitatu Maticenſi, animum deinceps rebus diuinis totum applicuit. Adeóque eam ipſe propterea iniit rerum exterarum & compermutationis tranſactionem cum Hildebaldo Antiſtite, quam ſuprà detexìmus, & quam repetit Bugnonius [d]. Atque ſubiunxit is author id boni euenisſe Cluniaci in fundato per

II. fundatio & ædificatio Abbatiæ Cluniacenſis per Ducem Guilelmum.

Comitem Cœnobio: quòd ducentis pòſt annis Petrus quidam Aquitaniæ Dux baſes Monaſterij & locum ampliorem effecit ſub nouo Abbatiæ titulo in Bernone ibi tunc primo Abbate creato [e]. Quam omnino hiſtoriam, de Petro fundatore aut ſaltem reſtauratore, ſimillimam exinde recens exſcripſit Ioannes Fileſacus Doctor Theologus Pariſienſis [f]. Hæc iſti dixêre. Verùm profectò nos ad præſens inſtitutum exactiùs rem vniuerſam contemplantes, Chronologiam illius ſecundæ fundationis poſt annos ducentos improbamus, & nomen Ducis locum ſic erigentis aliud eſſe teſtamur. Nam à nomine primùm orſuri, è veteri Gazophylacio religioſæ Abbatiæ Cluniacenſis hauſimus nos præſentes hoc diſcrepans Manuſcriptum tali ordine, tametſi incerti Authoris, vt ſolebant antiqui. *Primus Monaſterij Cluniacenſis fundator fuit Guarinus, aliàs Gerinus, Comes Cabilonenſis & Matiſconenſis, regnante Ludouico pio Caroli Ma-*

[f] fol. 24.

[t] Bugnon pa. 10. Gmodly.

* pa. 18.

[u] n. 56. §. 3.

[x] fratris Milonis Lotharij.

[y] la Marne en Champagne.

[z] tunc Lutetiam recèns peruentum.

[a] c. 14. li. 5. fo. 209. impreſſum 1511.

[b] fo 110.

[m] Sic affirmat Iacobus Fodere in hiſtorica Gallic. narratione Conuentuum Minorum, p. 406.

[n] At documentis non probat an. 1619. nobis ad hoc prælum paratis.

[o] fabricatam in honor. S. Georgij. Baronio Annal. ſub an. 834 id tunc geſtū.

[c] pa. 19.

[d] pa. 20.

[e] p. 21.

[f] in veteris Eccleſiæ querela. fol. 24. an. 1603.

gni filio circa annum D CCC XX. (Atque hic locus eſt, quem renouauit Quercetanus ex dictis in Paragrapho præcedente.) *Quod Monaſterium poſtea ab Hungaris*

Bugnonius in Ducis nomine & chronico tedarguendus.

deuaſtatum, à Guilelmo Aquitaniæ Duce reſtauratum fuit. De quibus Hungaris habet iſta præfatus Annonius [g] ſub eodem tempore. *Vnctus eſt in Regem Ludouicus filius Caroli Simplicis apud Laudunum* [h]. *Secundo autem anno poſt hæc, XVI. Kalend. Martias circa gallorum cantum vſque ad illuceſcentem diem ſanguineæ acies per totam cæli faciem apparuerunt.*

I. *Sequente autem menſe I X. Kalend. Aprilis Hungari* [k] *adhuc pagani Franciam, Burgundiam atque Aquitaniam ferro & igne depopulari cœperunt* [l]. Et veriſimilius eſt eiuſmodi hoſtes iam antea in Galliam prorumpentes, Cluniacum priùs Monaſterium diripuiſſe. Ad ſecundarium verò loci fundatorem remeantes: en liquet ergo non Petrum, at Guilelmum fundaſſe eam Abbatiam deinceps toto orbe celeberrimam. Quod equidem Ducis nomen iterum confirmat Genebrardus Ordinis Benedictiniani Profeſſor [m]. *Cluniacenſe Cœnobium* (ait) *anno* DCCCCX. *à Guilelmo Aquitaniæ Duce & Aruerniæ Comite fuiſſe conditum, docet Chronicon Cluniacenſe, ac in fundo paterno inchoauit.* Vt pote idem aut perſimile hiſtoricon à ſe viſum intellexit, quod ſuprà nunc appoſuimus. Atque tertiò ſacra Renati Choppini Politia [n] eundem Principem *Vuilelmum Aruerniæ Comitem* nominat. Quem ipſe affirmat ab exemplari fidelique Chartula mutuatum [o], tan-

II. quam eiuſdem Abbatiæ conditorem. Et reuerà, maioris fidei gratiâ, nos integrum eiuſdem Vuilelmi Teſtamentum reponimus ad calcem ſancti Geraldi Matiſconenſium Antiſtitis *, quaſi ſuo decentiori loco fundandi ex ritu Chronologico. Nam iſte aduentitius de ipſo diſcurſus anteuertit ſeculum illius ob primam Cluniaci per Vuarinum fundationem hîc debitam, cui ſecunda per Guilelmum necti obitet debuit propter tollendas ad oculum, fundatorum confuſiones. Igitur tandem, Author Bugnonius & eius ſequax in Petro fundatore nuncupando decepti ſunt. Mox rem poſteriùs per chronologiam abſoluturi: ex allata Genebrardi Chronographia pro Guilelmi Ducis ſeculo, facilè concludimus primam Vuarini fundationem centum annis duntaxat, quin paulò minùs [p], præceſſiſſe ſecundùm lapidis angularis fundamentum per Ducem ſolenniter iniectum & ſuppoſitum. Adeòque Bugnonius in Ducis rurſus ſupputatione allucinatus

Duo hortamenta.

eſt. Ad quod ſanè propoſitum duplicis ſucceſſiuè fundatoris; alia duo monita obiter ſubiicienda venîut oculis intuentium variis per orbem voluminib. vt propiùs ſingula dignentur attendere.

I. Priore loco, non eſt ita alludendum ad vocum factorùmve vicinîam, vt præfatus Vuarinus putetur idem eſſe quod *Vuido Comes Matiſcenſis, boni exempli memoriâ, qui nullum hæredem relinquens, conuerſionis gratiâ Cluniacum venit cum vxo-*

Vuido Comes Matiſconēſis.

re, filiis, & XXX. militibus ſuis, omnes Monachi facti, &c. vt loquitur alibi ſculptura Chronici Cluniacenſis mihi conſpicua [q] MS. Siquidem creditur Vuidonem tanquam poſtremum ſuæ radicis Comitem ſeriùs claruiſſe ad annum CIƆ. L X I V. San-Iulianus [r]. Additque Cœnobium non à ſe condendum, ſed iam inſtructum, pluribúſque refertum & illuſtratum Monachis, diu poſt fœlicem præfati Ducis Guilelmi interitum. Poſteriore loco, ipſe Princeps Aquitanus fundator egregius, non eſt ille Guilelmus pariter Dux Aquitaniæ, qui adhuc multò tardius cunctis hiſce temporibus collocauit in matrimonium Alienoram filiam ſuam natu maiorem Ludouico iuniori Francorum Re-

II. gi anno CIƆ. C. XXXVII. [ſ] Et de quo Guilelmo iſta inſerit Annonius perſequens hiſtorias anni 1136. [t] *Ea tempeſtate Vuilelmus Dux Aquitaniæ ad ſanctum Iacobum peregrè profectus, moleſtiâ corporis ibi correptus, viam vniuerſæ carnis ingreſſus eſt* [u]. Poſt eam autem

Guilelmus Aquitaniæ quis fundator II. ex tribus Guilelmis.

periodum pergit Author ipſe ad cætera geſta anni M. CXLV. Quippe non potuiſſet prior ille Guilelmus fundator tandiu per ducentos quadraginta annos, & eò amplius vitam duxiſſe mortalem. Igitur ſeorſum floruêre in illa regione viri potentes: probabiliúſque eſt alterum de prioris atauii aut abauii femore oriundum, ac illis intermedium auum extitiſſe Guilelmum iuniorem Aquitaniæ Comitem per Vaſſallum [x] in carcere mortuum anno primo Philippi Francorum Regis, & ſalutis milleſimo LXI. ex Gallorum Annalibus à Bernardo Girardo editis [y]. Qui iunior Comes neque denuò eſt is Abbatiæ reſtaurator.

g ſcripſit vſq. ad an. 840. Genebr. ſub Greg. 4. PP.
h an. 929. Till. 1532.
k ceux d'Hōgrie.
l Annon li. 5. c. 42. fin.
m in Chronol. cit.
n li. 1. tit. 4. nu. 13.
o a D. Arcis Rodulphi Dolentium procerum hæredem.
* nu 25. §. 8.
p ab an. 816. ad 910.
q ad pariete in Abbatia.
r pa. 252 & 264.
ſ Tillius in Chron.
t li. 5. de geſt. Franc. c. 52. med.
u ad finem capitis. Et alius poſtea Hieroſolym. mortuus pœnitens in noſtro Repertorio Gallico vitæ Sanctorum, c. 12. n. 14.
x Godefrid. Mariel. Comitem Andegauenſ.
y Du Haillā, Pariſ. 1576. to. 1. p. 347.

Paragraphus 8.

Quare ſecundam fundatorem hic recenſemus.

CÆterùm iſta prætergrediuntur cancellos hiſtoriæ ſeu Chronici noſtri Antiſtitis Hildebaldi. Nam alioqui prior Guilelmus & Abbatiæ fundatio conſcribi à nobis debuiſſent ſub S. Gerardo XXV. z Præſule Matiſconēſi, infrà: & poſterior ſub Ioſſerano XXXVIII. ſi eo opus ibi fuiſſet. Verùm certè nobis idcirco neceſſe fuit duas illas diuerſorum temporum

z 58.

circun

circunſtantias ac hiſtorias extra Hildebaldi æuum texere hoc loco: quia dum Bugnonius talia cum Vuarino nexuit, is nos prouocauit, vt controuerſias quæ in illo nodo deliteſcerent, ſimul pertractare & ſoluere deberemus. Nec incongruè. Sub diuo autem Gerardo hæc paucis reſumendo, breuem Catalogum Abbatum Cluniacenſium à Bernone proferemus. Nunc verò Chronicum Hildebaldi ad exitum perducturi: arbitramur eum vitam ſedémque produxiſſe ad annum vſque octingenteſimum quadrageſimum tertium, quinimò ad quinquageſimum, quo ſaltem anno priore ex Titulis antiquis alibi, quidam Vicecomes Matiſconenſis ac ſocius alius videntur condonaſſe Eccleſiæ Matiſcenſi mediam aliquam Eccleſiam ſeu parœciam in pago Lugdunenſi. Iſque ſolaris annus fuit tertius Caroli Calui Regis. Ex libro autem Obituum Eccleſiæ defunctus eſt Hildebalbus die III. Kalend. Maïas.

Hildebaldi vita ſuperſtes.

843.

850.

XVIII. *Paragraphus* 1.

Octo diuerſa Brenduici nomina.

BRenduicus varia ſortitur nomina, tum in Titulis antiquis, tum apud alios Authores, haud facilè ad concentum reduci ſolita. Hæc ab ortu cum Lectoris pace dixerim. Ex vnis primis tanquam præcipuis Titulorum Actis inſignitur ipſo ſolo nomine in fronte digeſto, quod idcirco retinemus; nimirum ex geſtis confectis in Ciuitate Aruernorum [a] XII. Kalend. Iunij, Indictione I. anno XIV. Caroli Francorum Regis [b]. Eſtque Carolus Caluus Ludouici Pij filius: & annus ſalutis octingenteſimus LIV. Tamen videtur hic Antiſtes *Brenduicus* iam ſediſſe Matiſconi à ſuperiore triennio aut pluſquam quadriennio ex concertatis ad calcem ſui anteceſſoris [c]. Tutiùs verò hũc XVIII. Paſtorem opinamur eundem eſſe Præſulem, aut meliùs certè id nobis perſuadere tenemur, quem Demochares *Branduncum* vocitat, San-Iulianus *Brandaucum*, Bugnonius [d] *Brandancum*. Tum quem vnicus ſummotus Titulorum locus appellat *Breindigneum* [e], alij ibidem *Breidingum* [f], & paulò vlteriùs *Bregidum* [g]: cúmque Breindigneum ſub priore huius Operis calcographia à capite locaueramus diſtinctum à noſtro mox ſolo capitali Brenduico. Rurſúſque ipſum eſſe dictamus ac ſentimus, qualem illa ſolita continuáve Antiſtitum ſeries in ſolo libri catenati Catalogo nuncupat *Braidencum*: & quem ſub ea voce nos in anteriore præfata editione alterum feceramus, ac ſeorſum coniiciebamus inter Adalranum & Hildebaldum Epiſcopos. Verùm ſanè defectus perſpicax diarij & ſolidioris ibidem calculi nos mox coëgit vnam eandémque humanam de tribus * exinde perſonam deſcribere. Cuius hominis ſedes ſub tot vocibus cùm vix præterierit annos ſexdecim: fidem minimè excedit, quin facilè credamus eundem virum ſacrum talem ſolis reuolutionem circuire ac percurrere potuiſſe ſaluum & incolumen. Idque tuemur maximè, quia ſingula horum facta aut opera deprehenduntur compacta ſub eodem Carolo Principe ſummo velut fluxus quidam vno ductu perferens ad vnum quid ſingulare ac indiuiduum naturæ. Alioqui profectò ſeptem aut octo extitiſſent diuerſi Antiſtites ſynchroni in eadem Cathedra, cùm totidem audiantur appellationes rono diſcrepantes paulò, & forſan in Scripturis emerſæ ex varia primùm vulgi plebiſve appellatione.

851.

854.

[a] Claromontana. [b] f. 16. & 17. [c] Hildebaldi 17. §. 5. [d] pa. 22. 25. [e] fol. 86. [f] fol. 51. [g] fol. 52.

Diuiduntur in tres Epiſcopos ſub principio.

Redacti mox ad vnum.

* in 1 edit. r. 17. § 10. an. 1607.

Paragraphus 2.

Quatuor genera geſtorũ ſub Brenduico.

DE iſtis ergo vocibus ad vnum ſcopum collimantibus nonnulla hiſtorica paucis iam perſtringamus quaſi demonſtrationis gratiâ, & pro huiuſce Epiſcopi geſtis: ad minus circa tria aut quatuor nomina in titulis expreſſa. De primo quidem, ſub hac pictura *. *In nomine ſanct. & indiu. Trinitatis Carolus gratiâ Dei Rex; quicquid diuinis cultibus mancipatis munificentia largitate conferimus profuturum vobis ad æternam beatitudinem faciliùs obtinendam omnino confidimus. Itaque notum ſit omnibus ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelibus & noſtris præſentibus atque futuris, quia pro abſolutione peccatorum noſtrorum quaſdam res iuris noſtri in pago Cabilonenſi & Lugdunenſi ſiue Matiſconenſi ſitas ſanctæ matri Eccleſiæ Matiſconenſis Ciuitatis in honore B. Vincentij Martyris Chriſti fundatæ, cui authore Domino Breduicus* [h] *Reuerend. Pontifex præſidere cognoſcitur, placuit nobis conferre, eccleſiaſticóque iure perpetuò habendum regaliter Trenotium* [i] *cum triginta manſorum integritate, & rerum aliarum omnium pleniitudine, veluti eas dominij vſu habuiſſe nos manifeſtum conſtat. Vnde & ſcriptum hoc fieri iuſſimus, per quod idem Caſtrum* [k] *præſcripta Eccleſiæ à nobis conlatum ſeu delegatum conſtituimus atque firmamus, vt præfatus Epiſcopus ac ſucceſſores eius ſine cuiuſquam cõtradictione, ſicut alias facultates præmiſſæ Sedis, ita eaſdem res canonica adminiſtratione poſſideant, ordinent, atque diſponant, &c. Et idem Pontifex ac ſucceſſores eius in die obitus genitoris noſtri auguſti Ludouici, quæ eſt XII. Kalend. Iulij* [l], *&*

Legatus.

Rex dedit Trenolchiũ vrbem Eccleſiæ Matiſconenſi.

* fol. 16.

[h] ſiue Brenduiſe. [i] hodie Trenolchium, portus Araris ad 5 leucas ſupra Matiſconem, Diœceſis Cabilonẽſ. [k] Trenolchium, vulgò Tourauz. [l] ano. 819.

in die obitus genetricis noſtræ auguſtæ m, *quæ eſt XIII. Kalend. Maij, & in die natiuitatis noſtræ, quæ eſt Idibus Iunij, & in die unctionis noſtræ per miſericordiam Dei in Regem, quæ eſt VIII. Idus Iunij* n, *& poſt vocationem ex hoc ſeculo in die migrationis noſtræ* o *volumus agi dictæ ſanctæ matris Eccleſiæ fratribus refectionis prandia pro tempore & rerum poßibilitate, quatenus noſtri memoriam recolentes, deuotiori ſupplicatione diuinam propitiationem pro nobis implorare contendant. Vt autem hæc authoritatis noſtræ conlata immobilem per omnia tempora in Dei nomine obtineant vigorem, manu noſtra firmauimus, & de annulo ſigillari iußimus. Signum Karoli glorioſiß. Regis. Gilbertus Notarius ad vicem Ludouici recognouit. Data XII. Kal. Iun. Indict. 2. an. 14. regni Karoli. Actum in Ciuit. Aruernor.* * *in Dei nomine fideliter.* En circumſtantiæ plures ingenitæ pietatis ac deuotionis priſcorum Regum, circa anniotatos dies, donum vnius vrbis, & ſelectam Cathedralem Eccleſiam Maticenſem à Rege pro ſuis inter plures Regni Galliarum ciuitates Anniuerſariis peragendis.

Cum onere diuinorum officiorum.

m Iudith.
n an. 840.
o fuit prid. Id. Octob. an. 878.
* Claromōtenſi Epiſcopali.

Paragraphus 3.

a genus Actionum.

SEcundum Regis Calui exemplar in huius Epiſcopi gratiam, eſt eiuſmodi ex Titulis antiquis p. *In nom. S. & ind. Trinit. Karolus gratiâ Dei Rex: Si erga loca diuinis cultibus mancipata propter amorem Dei beneficia opportuna largimur, præmia nobis apud Dominum æternæ remunerationis rependi non diffidimus. Igitur notum ſit omnibus S. Dei Eccleſiæ fidelibus præſentibus atque futuris, quia veniens dilectus nobis Epiſcopus Matiſconenſium vrbis nomen Breidingus præſentiæ noſtræ præceptum Domini genitoris noſtri Ludou. ſereniſſ. auguſti, quondam ſuæ Eccl. factum*, (de quo in Hildebaldo XVII. §. 4.) *in quo continebatur qualiter ab eod. genitore noſtro tertia pars Telonei* q *eiuſdem ciuitatis atque totius pagi, & tertia pars de ſalinis quæ ſunt in villa Candener... Eccleſiæ, cui ipſe Epiſcopus auctore Dom. præeſt, quæ eſt conſtructa in honore ſancti Vincentij* r *Mart. ſecundùm diuiſionem, quæ priſcis temporibus facta fuerat, ſit conceſſa, atque authoritate eiuſd.* s *diuinæ recordationis Regia ſeu etiam Imperiali delegata & inuiolabiliter confirmata, ex quo noſtram deuota ſubmißione obſecrans munificentiam petiit, id ipſum Dom. genitoris noſtri edictum ſibi ſuæque Eccleſiæ Regia noſtra auctoritate & munifica largitione renouari. Cuius petitioni libenter annuere placuit. Et hanc noſtram auctoritatem renouationis gratiâ prædictæ Sedis fieri libuit. Per quam decernimus atque firmamus, vt ſicut in eorum præcepto à genitore noſtro ſibi conceſſo pleniùs continetur, ab hodierna die & deinceps præſcriptum Telonium eiuſdem S. matris Eccleſ. limitibus nemine inquietante aut inhibente, diſpoſitioni eiuſd. Rectoris confirmamus perenniter mancipandum & inconuulsè æternaliter ſeruandum. Et vt hæc noſtræ authoritatis ac renouationis roboratio firmior habeatur, ac per futura tempora diligentiùs obſeruetur, manu propria firmauimus, & de annulo noſtro ſigillari iußimus.* Egregium ſanè donum ſuper Atari fluuio aut ſub Ponte Matiſconenſi conſtitutum ad partem vniuerſi ibidem Telonij verè Regij. Quod ius hactenus perſeuerat, cóque fruuntur hodie Epiſcopi. Sed ſcrupulus temporis minimè exprimitur, quo Rex donum ſolenniter fecit. Parum autem obeſt. Nam res tandem geſta fetatur oportet intra annos octo & triginta ſaltem, quibus Caluus ille Franciam rexit t.

Pars Regij telonei portus Matiſconenſis data per Regē Epiſcopo vrbis.

p fol. 32.
q vulgò, page, Sus Saone.
t ab an. 840. ad 878.

Paragraphus 4.

3. genus Actorum.

TErtia lex Regia adeſt, eáque pœnalis aduersùs eos, qui Epiſcopo noxam parabant. *In nom. S. & ind. Trin. Karolus gratiâ D. Rex. Quicunque Regiæ dignitatis culmine efferri deſiderant, eum merito vigilem ſolicitudinem præ omnibus habere debet, cuius gratiâ præfertur. Igitur notum eſſe volumus omnibus S. D. Eccleſiæ & noſtris præſentibus atque futuris qualiter veniens olim Reginaldus vaſſallus Vuarini chariſſimi quondam* f *Marchionis* t *noſtri innotuit ſerenitati noſtræ, quamuis mendaciter, quod quædam cellula in pago Lugdunenſi ſita, quæ vocatur ſanctus Imitterius, ex noſtræ proprietatis fiſco iure attineret, ex quo noſtram auctoritatem deuotißimè obſecrans, precatus eſt eand. ſibi noſtra munifica largitione ad ius proprietarium concedi. Cuius precibus clementer faventes, quod poſtulauit conceßimus, atque præſcriptam cellulam prædicto Reginaldo per noſtræ authoritatis præceptum largiti ſumus, quo ab huius ſeculi luce migrante, frater ſuus Raculfus eand. cellulam cum omnibus ſibi pertinentibus ac ſi hæreditario iure, inuadendo præſumpſit, atque poſſedit. Quapropter Religioſißimus Præſul Matiſconenſis Eccl. Bregidus noſtram adiens munificentiam, ſignificauit manſuetudini noſtræ eand. cellam de rebus Eccleſ. ſuæ per iniuriam Rectorum & maleuolorum hominum violentiam diſtractam eſſe, atque temporibus prædeceſſorum ſuorum nonas & decimas partibus ſancti Vincentij perſoluiſſe. Hæc quoque noſtris auribus intimans, nóſque illico conſpicientes in tali actu animæ noſtræ periculum non abeſſe, iuſsimus dictum Raculfum Regia auctoritate præmonitum in cauſas palam noſtra authoritate, per quam iam dictam cellulam ſibi ſuoque iuri, aut vindicaret aut iure redderet. Is verò vbi cognouit nominatim fratrem ſuum non nobis vt decuerat*

Domus fraudulēter ablata Eccleſiæ Matiſconenſi.

Reſtituta eidem à Rege.

f quis Monachus erat Cluniaci ſub Bernone ex dictis nu. 17. §. 4.
t & Comitis Matiſc.

enerat verè eſſe ſuaſum, ſeque in hoc minùs perſiſtere atque euindicare poſſe, in cauſas Palatij noſtri venire diſtulit. Ac per hoc nonnullorum Palatij noſtri primorum iudicio ſæpedicta cellula ad proprietatis noſtræ fiſcum redacta eſt. Vnde animæ noſtræ ſaluti conſulentes, ob emolumentum æternæ remunerationis, ad deprecationem præſcripti Præſulis ipſam cum omnibus ſibi pertinentibus rebus cellulam ſanctæ matri Eccl. Matiſconenſium, quam conſtat eſſe fundatam in honore S. Vincentij præclariſſ. Martyris, reſtituimus atque ibid. perpetualiter mancipandum noſtræ auctoritatis præcepto confirmamus: eo ſcilicet pacto, quatenus Chriſto propitio æternaliter memorata Eccleſia hoc noſtræ largitionis dono perpetuo iure fouens Natiuitatis noſtræ diem, quæ eſt Iduum Iuniarum, ſimúlque diem

[Fundatio pre cum ob id in Baſilica.]

vnctionis noſtræ in Regem, prædicto Præſuli eiúſque ſucceſſoribus fratribus inibi Domini obſequiis famulantibus, & ead. die pro nobis omnipotentis Dei miſericordiam ſupplicantibus refectio cibi & potus decenter ſubminiſtretur. Quam vnctionis noſtræ celebritatem volumus, cùm vocante Domino huic ſeculo valedixerimus, in obitus noſtri Anniuerſarium transferri, &c. Cuius celebritatis atque refectionis, & huius noſtræ largitionis munere ipſius Eccl. Præſules, ſuique inibi fratres conſiſtentes, coniugiáque noſtra cum prole fruentur, &c. Tum vt hæc reſtitutionis ſeu corroborationis auctoritas firmiorem in Dei nomine obtineat vigorem manu propriâ ſubter eam firmauimus, annulíque noſtri impreſſione ſignari iuſſimus. Signum Caroli glorioſ. Regis. Vldebodus Notarius ad vicem Ludouici recognouit. Data pridie Nonas Decemb. Indictione VIII. anno XXII. regnante glorioſiſſ. Rege. Actum prope Belnam Caſtrum in villa [u]. Hoc eſt, geſtum anno ſaluris octingenteſimo LXII. Æquiſſima profectò ſublari furtiuè patrimonij Eccleſiæ Maticenſis reſtitutio, regia primùm rei ad

[u Ex Titulis fol. 52.53.]

862. fiſcum attributio opportuna, & fidelis inde redonatio ad eandem Baſilicam, ac demum duplex annua ſucceſſiuáque diuinorum proinde officiorum celebratio aut pia fundatio ex illa collata poſſeſſione pendens, necnon perpetuò conſignata in præfatæ Eccleſiæ commodum pro eximia Regis ad eam Baſilicam charitate. Cæterùm, hîc obiter aduerte Eccleſiam Cathedralem celebrare quotannis Matiſconi ab antiquo & hactenus Officium ſemiduplex ſancti Imitterij ſuprà per Karolum Regem conſcripti, ídque die 31. Iulij, etiam poſt vſum Romanum in Diœceſi ſuſceptum ab anno 1601. ibíque ſanctum vocant Ymiterium, at ſine lectionibus propriis, vt neque huius Sancti meminêre Martyrologia Romana. Ille autem pagus dictus S. Imiterij ad ius Eccleſiæ Maticenſis pertinens, fuit quondam Abbatia, mox diruta, ſed facta Eccleſia parœcialis, quæ ſitum habet prope vrbem S. Amoris ad eandem rurſus Eccleſiam ſpectantis [x] in Comitatu Burgundiæ ſub Diœceſi Lugdunenſi, annexa menſæ S. Albani remotioris in agro Maticenſi. Præter quem locum habetur Sacellum ſancto Imiterio ſacrum, atque ſeorſum, nunc tamen perfractum in parœcia Huchiſiaci Diœceſis Matiſconenſis versùs Trenolchium. Quò tamen perſeuerant accolæ eccleſiaſticas religioſe Proceſſiones conducere.

[Locus & feſtum S. Imiterij.]

[x ex n. 29. §. 5. fin.]

Paragraphus 5.

[4. Genus geſtorum.]

QVarta & vltima actio eſt quidem priuata & diario orbata: ſed complectitur rurſus temporale beneficium eidem Eccleſiæ collatum cum ſubditis hominibus ſeu famulis; idque tale [y]. *Sacroſanctæ Eccleſiæ S. Vincentij Mart. quæ eſt conſtructa infra muros Ciuitatis Matiſconenſium, ego in Dei nomine Maguiſindis fœmina dono pro remedio animæ meæ & ſenioris Vmberti ad ipſam Caſam Dei res proprias iuris mei, quæ ſunt ſitæ in pago Matiſconenſi, in agro Aginacenſi, in villa Amoniaco *. cum manſo indominicato iuncto ad vias publicas à nono curtili S. Vincentij Cabilonenſis infra iſtas terminationes de ipſo manſo, vel alias res quæ ad ipſum manſum aſpiciunt medietatem ad ipſam Caſam Dei Matiſconi, vel Pontificem Breindignum. Cedo, trado, atque transfundo pro alimonia* [z] *fratrum ibidem Domino famulantium, vt faciãt quidquid voluerint. Et dono tam ſeruos duos his nominibus Fradebertum cum vxore ſua & infante, ac Reganardum cum vxore ſua & infante cum integro ſtatu illorum, &c. Dono ipſas res vel ſeruos ipſos ad præfatam Eccleſ. cum terris, vineis, pratis, ſyluis, vel quicquid ibi viſa ſunt habere ac poſſidere de ſeniore meo, quæ per inſtrumenta Chartarum adquiſiui ad prædict. Eccleſ. iure perpetuo trado. Si quis hoc calumniatus fuerit, V libras auri componat. Signum Maguiſindis, quæ donationem fecit.* Et ſeptem teſtes interfuêre, viri inſignes, quorum nomina ſignáque manibus propriis relicta prætermus. Atque hæc ſatis de quaternario octonarij nominum hiſtorico numero, ad ſymphoniam ſeu vnicum Præſulem reuocando.

[y fol. 86]

[* vulgò Amuery.]

[Bona nobilis fœminæ Epiſcopo data.]

[z Annona.]

Paragraphus 6.

[Reſtauratio Baſilicæ Cathedralis Matiſcon.]

MOnet Bugnonius [a] hunc Brenduicum adeò honorificè pacificéque Epiſcopatum ſuum rexiſſe, quòd præfatus Rex Carolus Caluus ob præclaras virtutis ac probitatis dotes, quas in tanto Antiſtite prælucere contuebatur, eò piè motus fuerit, vt illi ſufficientes pecunias commiſerit pro Templo S. Vincentij Matiſconenſis reparando, quod ſolo pene

[a p. 25.]

æqua

æquarat exercitus Lothatij Imperatoris eius fratris natu maioris ex priore communis patris vxore, dum vrbem Matiſconeam cum Cabilonenſi paulò antè deprædarat, ex iam per nos allegatis [b]. Et inde ſubortus eſt error quorundam (addit Author) qui ferunt Carolum Magnum extitiſſe fundatorem eiuſdem Eccleſiæ Matiſconenſis (paritérque Cabilonenſis) ex eo quòd nonnulli paſſim hiſtoriographi ſcripſiſſe videntur Templum Cathedrale Matiſconenſium hoc æuo integrum pro certo erectum fuiſſe tempore Caroli Imperatoris, quicunque ſit: ſic vniuerſaliùs æquo loquentes. Deceptionis verò cauſa erat (reor) quia Imperialis titulus vtrique Principi & auo & nepoti per multos annos competebat, eóque freti ſunt ambo. Hoc poſthac modo vulgus hiſtoricorum in nominis aut indiuiduæ maieſtatis qualitatibus fluctuans, anteriorem ſummum Principem pro ſucceſſore ex vocis homonymia & amphibolo imprudenter vſurparat. Vera tamen hiſtoria eſt, quòd Carolus Caluus Rex & Imperator, non auus Carolus Magnus, hanc ſolus exercuit ſacram munificentiam. Eximij huiuſce euentus demonſtratio ex eo adaugetur, quòd in allatis Titulorum Actis [c] idem Carolus Caluus præſtitit Capitulo Matiſconenſi Trenolchium, cum oneribus officia diuina publicè celebrandi pro ipſius patre ac matre, itémque in commemorationem diei ſuæ natiuitatis, rurſus diei ſacratæ ſuæ inaugurationis, ac die ſui futuri obitus. Hæc, inquam, viam parant attingendi aut exponendi ſcopum à nobis tantopere expetitum. Nam, quorſum, quæſo, Rex Caluus inter tot excellentes alias ſui Gallicani ſceptri Eccleſias, apud quas ſæpiùs diuerſabatur, ſacramentáque religioſo vultu præſens venerabatur, & iis communicabat, vbi ſuas ideo fundationes facilè conſtabilire potuiſſet aut debuiſſet; niſi certè quia templum paulò antè Matiſconi deſtructum reſtaurarat, & idcirco ſua ibi vota piè collocaſſet, eaſdémque nouas celebrationes in illa noua Æde ſacra firmare meritò prælegiſſet, ac talem locum acceptiorem ſibi exiſtimaſſet? Baſilicam autem ideo ſanè teſtituit, & quidem ad præſtantiorem quàm antea ſtatum, in obliuionem ſcilicet ruinarum à fratris ſui militibus illic allatarum: pro quo fratre Imperatore, pace iam & longiùs agente, velut pœnitente, Carolus in fraternam compenſationem id boni agere perficeréque optauit, etſi is aut Curia ratò Matiſconi vel nunquam moraretur, ſeu illuc proficiſceretur. En latius paulò factum Bugnonij argumentum: qui adiicit ſalinas parœciæ Decendenerot [d] dudum collatas Hildebaldo anteceſſori Epiſcopo, iſtam ob cauſam ædificij peragendi confirmatas fuiſſe Brenduico Antiſtiti ab Imperatore Caluo, quas iam impertierat Ludouicus. Quod fortè donum reſpiciebat, & viſus aciem intendebat ad Donobrenſem villam Aruernicam à nobis ſub eodem Hildebaldo commemoratam [e]. Quibus recenſitis & ſolutis, concludit idem Bugnonius *, quòd Brenduicus complero boni Paſtoris officio, ad patres ſuos conuolauit anno Chriſti octingenteſimo LXVII. Neque plura de ipſo: niſi attendas Numerum XXI. in Bernardo.

Facta & referentia meliùs ad Carolum Caluum Imperatorem.

Cauſæ dicti.

867.

[b] nu. 17. § 4.

[c] hoc nu. §. 1. 4.

[d] vulgò de Decendenerons.

[e] n. 17. § 4.

* p. 24.

Paragraphus 7.

HActenus ergò contueminî in præſenti latiore typographia diminutum eſſe veterem Catalogum Antiſtitum Maticenſium de duobus Epiſcopis, ex correctiore ad hunc vſque locum emendatione, infra numerum præcedentis Operis, qua de re lectorem monitum voluimus in fronte huius XIIX. Diœceſani Protopaſtoris [f]. Verùm auſculta. Etiam quinque alios ibidem Epiſcopos de nouo recognitos & additos poſthac ſucceſſu temporum in hac ſacra Maticenſi hiſtoria per antidorum * adhibemus. Ex quibus fit, vt vniuerſus eorundem catalogus tribus ad minus Antiſtitibus ſupergrediatur anteriores demum calculos aut editiones. Nam confeſtim viſum itis [g] nouum ſucceſſorem eúmque proximum, in ſuperiore prælo [h] minime auditum ſub ea ſerie, donec pluta in poſterum.

Diminutus Epiſcoporũ numerus ex vna parte in hac editione.

Auctus ex altera parte.

[f] §. 1.

* id eſt, remunerationem. Vlpian.

[g] n. 19. item 26 & 17.

[h] an. 1607. Lugd.

XIX. *Paragraphus* 1.

LAmbertus idcirco iure à nobis recèns ſtatuitur iſto poſt Brenduicum ordine, quia ſuffragatus eſt ſextus, dictus aperte in typo *Epiſcopus Maticenſis*, inter quadraginta ſex Patres qui affuère Synodo nationali Franciæ Pontigonenſi, inſtante Rege Carolo Caluo, ſub annum præciſè octingenteſimum ſeptuageſimum ſextum: etſi taceant Tituli antiqui, San-Iulianus, Demochares & Bugnonius; vt pote quibus ignotum fuit prorſus id Concilium per nos mox repertum ac erutum è manuſcriptis hactenus publicam lucem ſubterfugientibus. Adeò vt iſte Lambertus nondum emicuerat in priore noſtra Operis lucubratione. Apparet verò integra Seſſio illius Concilij in Prioratu Carilocenſi, Diœceſis Matiſconenſis, licet vrbs in temporalibus pertineat ad Lugdunenſem iuriſdictionem.

Epiſcopus de nouo recognitus.

Concilium Pontigonenſe.

nem. Ibi Lambertus ſedebat poſt Iſaacium Lingonenſem Epiſcopum,& ante Vuillebertum Cata'aunenſem.Ciuitáſque tanti cœtus,quæ eſt Pontigonum ſeu Pontigonenſis [a] ſitum habet in Diœceſi Senonenſi pendente ex Primatu Lugdunenſi. Acta fuſiſſimè iam à nobis deſcripta ſunt in Chronico noſtro Lugduneo ſub Archipræſule LIX. ſancto Aureliano, tanquam Præſide totius coronæ [b].Illud autem Cœnobium tunc primùm à R.Roberto Valentinenſi Epiſcopo erectum fuit ſub titulo Abbatiæ atque tutelâ Sanctorùm Martyrum Stephani,Fortunati,& Martini Confeſſoris,collatis aliquot per Aſſeſſôres priuilegiis. At deinceps verſum eſt & deiectum in formam Prioratus, quando Monachi Benedictiniani illius cellulæ omnes ſuas in poſterum ſubdidêre ceruices RR. Abbatibus Cluniacenſibus,inſtitutis hemiſeculo ſeriùs [c] pro ſtabilienda reformatione Ordinis S.Benedicti. In S.Aureliano diximus exemplar ex autographo nobis traditum, obſignatum eſſe à Dom. Petrarcha Saulnier Monaſterij Camerario,& a M.Picato vrbis Iudice IV. Doctore [d].Verùm prætereà, recepimus quoque fragmentum Concilij multò breuius à Regiis duobus Notariis exprompum [e] ſignatúmque:vbi recenſetur poſtulatio Roberti Valentinenſis Epiſcopi vnà cum ſuo fratre germano Eduardo,ad hoc vt ampla illa Synodus authoritate ſua roborare dignaretur piam quam mo iti erant fundationem *in pago ſeu territorio Matiſconenſi,& loco quem vocarũt Carum-locum, eò quòd fuerit minùs gratus, per manus & cooperationem venerabilis Abbatis Gauſmari ſuorúmque Monachorum.* Sic habet ſtrictior illa originalis ſcriptura, equidem exactior hac in parte quàm alia locupletior. Quæ profectò Synodalis ſcriptura vim & effectũ ſuum nacta eſt.Nam Patres eundem Gauſmarum Cariloci reuerâ præfecerunt,vt militiam cæleſtis conuerſationis inirent cum optimis Religioſis, & Numen illic ſimul venerarentur. Mos & ordo certè continuus ad noſtros vſque dies. Floruit autem in ſede Lambertus annis præciſe nouem,nimirum ab anno DCCCLXVIII.poſt Brenduici occaſum,ad annum

868. extremum DCCC.LXXVI.quo medio habita eſt præmiſſa ſolennitas Pontigonenſis,adeo
876. publica & famoſa,vt nulla tergiuerſatione celari poſſit,neque tegi præſentia Lamberti Matiſconenſis, multóque minus tolli realis exiſtentia huius ſuæ Sedis: quam idcirco concludimus per Lambertum cœpiſſe confeſtim a Brenduici deceſſu, & finiſſe neceſſariò declinante anno præfati Concilij, ob prementem ſucceſſoris Epiſcopi hiſtoriolam anno adſequente.

Cœnobium Cariloceſe.

Eius inſtitutum.

[a] vulgò, Pôtſuryenne, fluuius.

[b] §.3.4.

[c] vel 40. annis poſtea, hoc eſt,anno 910. & 916.

[d] 7. Decem. 1614.

[e] Extrait pris & vidimé à l'original en vers le 9. Octob 1566. par M. Micol & A.Gacier Notaires Royaux.

Paragraphus 2.

NEcdum ſatis demonſtrata eſt hæc Sedes Lamberti, aut nondùm omnia expreſſimus, quæ ad ipſius valent oſtenſionem iuridicam.In Titulis antiquis MS.Eccleſiæ Matiſconenſis parent Acta publica eodem, reor,anno celebrata,quo præfata Synodus Pontigonenſis,aut ſolo triennio poſtea ſub hac integra pagina pro ſecundo probationis genere. *In nom. ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Karolus gratiâ Dei Imperator auguſtus. Quicunque Imperiali authoritate deſiderat ſublimari, ſolicitudine vigili omnipotent ſimam miſericordiam Dei toto debet affectu precari, cui gratia præfertur. Igitur notum eſſe volumus ſanctæ Dei Eccleſ. filiis præſentibus atque futuris, qualitèr veniens Lambertus Matiſcenſis Eccleſiæ Reuerendus Præſul, innotuit ſerenitati noſtræ altercationem ſe habere cum Gilbardo Cabilonenſis Eccleſiæ Epiſcopo, primo nominis de cellula S. Albani ac S. Vincentij, quæ eſt conſtructa in territorio Matiſcenſi. Præfatus equidẽ Gilbardus aſſerebat, quòd iam dicta cellula ſubiecta deberet eſſe ſuæ Eccleſ. Dominus autem Lambertus oſtendit præceptum. Et hoc reperimus. Atque iam noſtrorũ fidelium reclamatione Sedem ibi eſſe Pontificalem antiquam proinde claret, quia plus attinet ad Eccleſiam in cuius territorio conſiſtit, quàm ex noſtro fiſco aut ex Eccleſia Cabilonenſi mendaciter. Quamobrem aures ſublimitatis noſtræ Lentricus pulſauit, imo res ipſas, dicens quia non erant de paruo. Adprobauimus irritum fieri ipſum præceptum. Deprecatus eſt etiam clementiam noſtræ ſerenitatis Lambertus, vt dictis Clericis de iſtis ſeu de aliis rebus noſtris condonaremus, dicens pauperculam eſſe ſuam Eccleſiam, & quod non haberent ſui Clerici niſi parum quod noſtra largitio eis conceſſerat [g], & per præceptum. Quapropter dedimus eis terras quæ adiacent in pago Matiſconenſi, in loco qui dicitur Caſtellum quod habet Eccleſiam in honore S. Martini, cum omnib. reb. adpertinentibus, & ſecimus eis firmitatis præceptum, ob emolumentum æternæ retributionis, ſeu remunerationis* [h]. En egregia Charta cum donis in fauorem huius Eccleſiæ attamen ſine Data temporis. Eius verò ſcrupulus & diarium, cum textus Carolum denominet Imperatorem in vniuerſum duntaxat, controuerſia eſt an ille fuerit Rex Carolus C[illegible], an verò eius nepos Carolus Craſſus: vterque viciſſim Romanorum Imperator. Si is extiterit Caluus: ſanè in recenti duplicis beneficij collatione Matiſconenſi [illegible] tem habuit Imperator cum iſto ſynchrono Lamberto priore huius nominis inter Matiſconenſes Epiſcopos. Sin verò fuerit Craſſus: profectò ille beneplacitum imperritus eſt Lamberto [illegible] la poſteriori in nomenclatura, quẽ mox cogimur infra ſeorſum reponere [illegible] ſeptimere Numero XXIII. Quòd autem ex vna parte donator ipſe eſſet Caluus, ſuadet beneuolentia, qu[illegible]

[illegible] in-[illegible]m.

[illegible] ubi.

Ca[illegible] pe-

Eccleſia S. Al[illegible] adiudi-[illegible] mati-[illegible]

[g] triplici dono canon 18. §.2.3.4.

[h] fol 44.

idem Rex iam antea eidem Matiſcenſi Eccleſiæ exercuerat. De cuius pr... ...untatis mutis tria donorũ genera ſuperiùs connotantur in perſona Brendui... Matiſſani. Qualem amicitiæ viciniam illic in vſu non habuerat Craſſus apud ...anos longius agens. Suadet etiam Concilium V. Cabilonenſe ſuprà in Lugdunenſibus ſub S. Remigio * anno 873. Quo in cœtu Gilbodus I. iam Epiſcopus ſuffragator aderat, ſuprà *Gilbardus* in textu. Hoc poſito, donationis celebratio incidit ad vnum ex tribus vltimis ſolis reuolutionibus eiuſdem Caroli Calui, quibus ipſemet tantùm fuerat Romanum Imperium conſequutus : nimirum ab anno ſal. DCCCLXXVI. ſeu à primo ſui Imperij, qui quidem erat annus XXVI. Regni ſui Galliarũ, pergens imperare ad annũ vſq; octingenteſimũ LXXVIII. ſui obitus. Verùm quia præmonuimus & inſpectũ itis ſucceſſorẽ Præſulem Euicinũ occupaſſe annũ DCCCLXXVII. præcisè: cã certè ob cauſam vt amphibolũ literæ detegamus & ſoluamus, concludendum nobis eſt præſens douationis Reſcriptum videri lubentiùs exhibitum ipſo primo anno Imperij, hoc eſt, confeſtim poſt ſolutum Pontigonenſe Conciliũ, dum Imperator ſubinde Maticenſem Eccleſiam ſingulari perſeuerabat amore proſequi. Quod verò ex altera parte Carolus Craſſus ſit attributor celluly S. Albani, & Caſtelli S. Martini pro Eccleſia Mariſconenſi in perſona Præſulis Lamberti petentis aduerſùs Gilbodum : id comprobare videtur ætas cathedratica ipſius Gilbodi Epiſcopantis Cabiloñi : nimirum quia ex commemorandis in Oruccardo Cabilonenſi proximo Gilbodi anteceſſore, vt liquet poſt calcem horum Maticenſium *, idem Gilbodus ſedere priùs nequiuit quàm anno DCCC. LXXX. aut fortè etiã ſequenti. Vnde negotium ei fuit cum ſolo Lamberto II. Maticenſi Anteſignano, quia ipſum poſteriorem Lambertum ſediſſe pariter legimus ab anno præfato octingenteſimo LXXX. per bienniũ duntaxat, ex æqua ſcilicet ordiendi menſura cum Gilbodo, veluti plenius in Maticenſibus patuit. Tunc autem Carolus Craſſus Imperator adminiſtrationem Regni Franciæ gerebat, vt pote orbati Principe, hoc eſt patruele Ludouico Balbo, & eius nothis indigne ſe ferentibus, donec iunior Carolus ſimplex ac ſolus legitimus Balbi filius decentiorem attigiſſet ætatem, relegato Othone, qui aliunde etiam ſe ipſum interim Regem vtcunque iactitabat. Quod tandem argumentum cenſetur paulò debilius priore, quo Gilbodus reuocatur ad Numerum XXIII. Matiſconenſem. Cæterum, obiter memineris, Lector, alium Lambertum vtique ſanctum, extitiſſe Lugduni Archiepiſcopum, ducentis ante hunc annis †.

Iſta ſub quo Carolo Imperatore geſta.

* in 18. §. 2. 4. — * n. 36 §. 3. — * art. 25. — † in Chronico Lugd. 45.

XX.

Noua Euicini hiſtoria.

EVicinus extat quidem apud vnicum Petrum San-Iulianum Tomo Latino-Gallico *De origine Burgundionum* * : nec in communi catalogo Democharis aut Titulorum apparet. Verùm in eo Præſule enumerando Author graui ſanè argumento ducitur, præſertim hac ſerie: dum ipſe Euicinus velut Præſul Matiſconẽſis Gilbodum poſtea effectum Cabilonenſem Antiſtitem nomine ſecundum comitatus eſt in perhonorifica Reliquiarum S. Lupi anteceſſoris Cabilonenſis è tumulo extractione, ſeu vt loquuntur, leuatione celebrata die IV. Kalend. Septembris anno ſalutis octingenteſimo ſe-

877. ptuageſimo ſeptimo, qui fuit annus trigeſimus ſeptimus Regis Caroli Calui in ſceptro Gallicano à ſe quæſito. Coniectamus autem eundem Euicinum non niſi illo anno ſediſſe, propter vrgentem adſequentis tempeſtatem. Itaque cum Paſtorem putamus ritè atque prudenter hoc ordine per nos conſtitui debuiſſe. Faxit Chriſtus, vt plura in poſterum de eo prodeant documenta.

* a pa. 274 448

XXI. *Paragraphus* I.

Tria Bernardi nomina.

BErnardus Epiſcopus hoc ipſe magis vulgari nomine inſignitur apud Democharem, San-Iulianum, Bugnonium & in Titulorum Elencho. At in amplioribus aliis Titulorum Actis hiſtoricis vocitatur *Belnaldus* & *Bernoldus*. Quòd autem id ſecũdarium nomen competat iſti Bernardo, non autem Bernoni XXVIII. Epiſcopo Matiſconi infra, hic poſtmodum docebimus, ſi modò priùs cæteros quoſdam egregiarum controuerſiarũ nodos pro iſtius Bernardi ordinatione ...lucrimus. Interea verò Lectorẽ de his monemus ab oſtio, ne quis prima fronte putet mixtã aut confuſam paulò vocẽ *Bernoldum* vergere lubentiùs ad *Bernonem*, quã ad Bernardum, vti medium erga extrema. Quippe oſtendemus *, quãta fuerit de ea re Priſcorum me... Ad compromiſſam ergo Bernardi tãquam medij ſolidioris Chronologiam atque natu... an... primum veniamus; vt quis ei debeat ſitus præbe... deprehende... liceat exactiùs. Duo vniuerſim propouenda veniunt, cum

Duplex pro eo generalis inſtructio.

* §. 4.

acriore vtrinque pugna. Vnum eſt, quòd dum Demochares vnico ieiuno catalogi verbo, & Bugnonius cum prætenſa hiſtoria Bernardum immediatè ſternunt poſt Brenduicum: tamen San-Iulianus eum illi & Euicino ſucceſſiſſe facit: quinimò teſtatur [a] ipſum Bernardum iniiſſe Epiſcopatum anno vltimo Caroli Calui, hoc eſt ſalutis octingenteſimo ſeptuageſimo octauo, ex Tillio [b]. Id autem inducit ipſe ex hiſtoricis, quos ſuo diſcurrit ſtilo pro facta acquiſitione iuriſdictionis Eccleſiæ ſancti Albani, dono nobilis Landrici in commodum Cathedralis Baſilicæ Maticenſis. Cuius materiæ diſpenſatio hos duos Paragraphos occupat. Pro iſto, en textus archetypicus donationis, quem nos tutius ex Titulis antiquis velut è primario fonte deinceps hauſimus [c]. *Sacroſanctæ matri Eccleſ. ſancti Vincentij conſtructæ infra murum Ciuitatis Matiſconi, quam venerabilis Præſul Bernaldus ad regendum habere videtur. Siquidem ego in Dei nomine Lendricus* (laïcus) *cogitans caſum humanæ fragilitatis, vt omnipotens Deus animam meam vel ſobolum mearum à pœnis infernalibus liberare dignetur, propterea dono ad præfatam Caſam Dei ſancti Vincentij ſuiſque Canonicis Domino ibid. famulantibus ad eorum alimoniam vel luminaria eiuſd. ad ædificandum res quaſdam meas in pago Matiſconenſi, locum & Capellam in honore ſancti Albani iure proprietario, quam Dominus & ſenior meus piiſſimus Rex Carolus mihi largiri dignatus eſt cum mancipiis deſuper manentibus, cum peculiariis eorum domibus, vineis, pratis, terris, ſyluis, cum decimis, &c. transfundo perpetualiter tenendum, &c. Volo ſi ego aut vllus ex hæredibus meis contra hanc donationem calumniam aliquam inferre voluerit, & à me vel hæredibus meis diſpenſatum non fuerit, tam ipſe qui tentat, quàm & nos, reprobi ante Tribunal Chriſti, &c. inculpabiles iudicentur, & auri libras LX. perſoluat.* Cuius texturæ medullas & artus inſpice ac penetra multò conuenientiùs in ſequentibus [illegible]orſum ex[illegible]ibus & ſpectris. Cæterùm, præfatus Imperator Caluus eam ſancti Albani villam iam contulerat ipſi Baſilicæ Matiſconenſi, hoc eſt, maiorem eius ditionis partem, vti conſtat ex allatis in Lamberto primo loci Epiſcopo [d]. Adeóque ſupererat tantùm minor eiuſdem portio à præfato milite retenta: qui herum Principem imitatus, reliquum moriens largitus eſt, vt mater Eccleſia totum integrúmque viciniæ beneficium religioſe conſequeretur & poſſideret. De ipſo autem viro ſancto Albano celebratur feſtum ſemiduplex in ſola Cathedrali & vſu Maticenſi cum tribus propriis lectionibus die 22. Iunij. Ille autem fuit quondam Martyr Britannicus ſeu Anglicanus ex præſtita charitate erga proximum, capite damnatus tertio Euangelij ſeculo. De quo legi ego apud Bedam permulta.* Eius verò meminêre quidem Martyrologia Romana eo die, at minimè Breuiarium Romanum, vbi eius loco ſtatuitur ſanctus Paulinus Epiſcopus & Confeſſor pari die. Dúmque vſus Rumanus ſuſceptus eſt in Matiſſana Diœceſi ab anno 1601. tamen perſeuerat id ſemiduplex renouatum ex veteri Breuiariu Matiſconenſi.

Paragraphus 2.

ETſi diarium ſeu annuus calculus allatæ huic Chartæ ſuprà defecerit: nihilominùs is ritè cadit verſus computum noſtrum cum San-Iuliano approbatum anno DCCC. LXXVIII. Quod vt detegamus, retentâ per nos hiſtoria præfata velut conſentanea veritati, purganda eſt duntaxat Chronologia pro eo negoriu à Bugnonio allata; quam ſanè falſiſſimam agnoſcimus. Inde verò noſtra concluſio è veſtigio directè inferetur. Ingens illic erratum ab ipſo Bugnonio commiſſum eſt. Quippe incaſſum narrat ille [e] Landricum fuiſſe militem ſtipendiarium Imperatoris Caroli Magni, qui miles ob res à ſe in bello præclarè geſtas per Principem ſit remuneratus dono parœciæ S. Albani, quam poſtea idem Landricus Eccleſiæ Maticenſi dicauerit in perſona Bernardi Epiſcopi. Stolidè, inquam. Nã
I. hæc circunſtantiarum ſeries nequaquam ſtare poteſt, tribus de cauſis. Primù, quia Carolus Magnus iam dudum obierat anno DCCCXIV. & quantumuis Bernardus proximè ſequutus eſſet Brenduicum Antiſtitem, tamen id munus euenire non potuiſſet, priuſquam anno DCCCLXVIII. qui fuit annus XXVIII. Regni Caroli Calui, & annus I. poſt obeuntem Brenduicum. Inter quæ duo tempora, nimirum finientis Imperatoris & Brenduici, diſtantia eſt quinquaginta trium ad minus annorum, addo & pluſquam ſexaginta, quia Landricus non fuiſſet Imperatoris miles conſtitutus tam ſerò ſub Caroli exitum. Adeóque idem miles, regente tanto Imperatore, nondum prodierat in lucem extra lumbos parentum, vel certe puerilem adhuc agebat ætatem perindéque non poterat Duce illo Impera-
II. tore militatem in virili ætatem profiteri. Secundò, quia præfata Titulorum ſcriptura [f] minimè connotat Carolum Imperantem, ſed Carolum Regem. Igitur hæc ſimplex qualitas denominat Carolum Caluum Francorum Regem, cuius auus fuerat Carolus Magnus, & qui Caluus Imperiale ſceptrum minimè geſtauit, niſi biennio aut minus ante obitum ſuum ex annis XXXVIII. quibus ipſe in Francia regnauit, quin potiùs pendẽtibus annis XXXVI.

Inter ampla duobus Paragraphis.

Textus & donatio Eccleſiæ.

Feſtum S. Albani.

Triplex explanatio ſcripturæ.

Aduerſùs Bugnonium.

Æquiuocum ipſius inter duos Carolos Reges.

[a] locis cit. in Euicino.

[b] in Chron.

[c] fol. 19.

[d] nu. 19. §. 2.

* li. 1. Geſt. Angl. ca. 6.

[e] pa. 25.

[f] §. 2. ex fol. 19.

ſui Regni in Gallus, imperabat per Italiam atque Germaniam Lotharius eius frater an-
III. notior. Tertiò, quia allatæ aliunde firmiores Lamberti & Euicini g Epiſcoporum hiſtoriæ, g c.19. 20.
conſequentes Brenduicum, nequaquam permittunt aut ſinunt locum aliquem vacuũ Ber-
nardo immediatiùs poſt ipſum Brenduicum. Ergo, poſitis illis duobus intermedijs Epiſco-
pis, Bernardus quidem Brenduicum adſequutus eſt, at per medios duos illos canales, hoc
eſt, proximè poſt Euicinum. Igitur, cùm alius annus Euicino tribui non potuit, quam octin-
genteſimus LXXVII. ſanè recta cõcluſio eſt inferẽda, quòd Bernardus ſedit ab anno ſequen-
878. te h, quem San-Iulianus prudenter idcò delinearat, quique fuit annus vltimus morientis h 878.
Calui. Et rursùs profectò idem Bernardus ſolium poſſedit hoc vnico ſolari curriculo, pro-
pter vrgentem valde ſubſequentis chronologiam. Quod verò exinde ad dies ætatémque
Caroli Magni attinet, iam ſuprà enumerati, leguntur ſub Matiſconenſibus Epiſcopis Le-
duardo & Vuicardo i, ſeptem inſuper Epiſcopis poſt illos ambos hactenus Matiſconi ſe- i n.13 §.1.2.
Donantis tẽpus dentibus. Atque ſic Imperator & Landricus miles mutuò occurriſſe nequiuerunt. Vnde il- 14.
lico directa fit illatio, quòd ille nobilis à ſolo Carolo Caluo ſuum temporale munus ac-
cepit: vt pote qui Princeps regnarat ab anno octingenteſimo XLI. opportuniſſimo eidem
viro militi vt regium bellum gereret, regia poſtmodum antidora ſuſciperet, & confeſtim
poſt eiuſdem Principis exitum è ſeculo ſuam erga miniſtros Chriſti munificentiam exerce-
ret ac erogaret.

Paragraphus 3.

Poſterior vniuerſalis inſtitutio. ALterum è facta k generali diſtributione proponendum, eſt Synodus prouincialis Sueſ- k §1.
ſionum in Gallia Belgica, quam Baronius Annaliſta dicit l ſecundam ibidem celebra- l To.10.Moguntiæ.coll.
tam mandante Papa Nicolao I. aduerſus Hincmarum Rhemenſem Archiepiſcopum Cle- 192.& 195.
ricos inſulsè deponentem, & cœtui conſtitiſſe Bernardum Matiſconenſem Epiſcopum in-
ter cæteros Patres anno præcisè octingenteſimo LXVI. Præſide ſancto *Remigio* Archipræ-
Baronius de duobus primis Sueſſionenſibus Cõcilijs. ſule Lugdunenſi. Qui certè calculus ſi putetur validus ac retinendus, non modò Bernar-
dus erit locandus proximè ad pedes præfati Brenduici Antiſtitis, verùm etiam præcedet
ipſum ſeu illius occaſum vno ſaltem anno, quia Bugnonius eundem Brenduicum ſuprà
obiiſſe fecit nobiſcum anno DCCC. LXVII. quem alioqui oporteret cecidiſſe duobus vt
minimùm annis ante Bugnonianam eiuſmodi ſupputationem. Verùm profectò nos his cun-
ctis alia ſubiiciemus valde diſcrepantia, quibus remeando Bernardum reducimus iterum
ad ſolitum San-Iuliani annum DCCCLXXVIII. Ob idque viderint Baronius ſeu prima
eius editio cæterarum autographus, num Scriba in conficiendo MS. ſeipſum allucinatus
ſit per annos duódecim minus. Vel denuo habita eſt poſtmodum tertia quædam Synodus
Sueſſioni hoc ipſo anno DCCC.LXXVIII. in qua ſola affuerit Bernardus. Nam proculdu-
bio hæc multa lego apud vetuſtum Annonium de annuo ſupputationis ſcrupulo à multis
Author de quodam tertio Sueſſionẽſi Concilio. expetita, pro nota alicuius Sueſſionenſis Patrum coronæ, ſiue ſecunda ſiue tertia prædice-
tur, vti veriſimilius eſt, vel quo pacto liberum erit cuique ſibi perſuaſum habere, in qua
vlteriore recenſetur eadem quoque Hincmari culpa. Quem Authorem Annonium ad hoc
minimè citant aut aduerterunt præfati dictatores, fortaſſis ab ipſis vix deprehenſum in
præſenti negotio. Huius ergo mox periodos audiamus ſub Ludouico Balbo Rege Calui fi-
lio, quem ipſe tunc vocabat iuniorem. *Diſcurrentibus Legatis inter Ludouicum & Regni pri-*
mores, & pactis honoribus ſingulis quos petierunt, VI. Idus Decembris anno DCCCLXXVII. con-
ſenſu omnium tã Epiſcoporum & Abbatum, quàm cæterorũ qui affuerunt, conſecratus, & coronatus
eſt in Regem Ludouicus ab Hincmaro Remorum Epiſcopo m: *& Epiſcopi ſe ſuáſque Eccleſias illi ad* m Annon. li. de geſtis
debitam defenſionem & debita priuilegia ſibi ſeruanda commendauerunt, &c. ac ſacramento ſecun- Franc. ca.36.
dùm morem fidelitatem promiſerunt. Anno DCCCLXXVIII. Ludouicus Rex ſecus Sueßionas in ex editione
Monaſterio S. Medardi Natiuitatem Domini celebrauit: indéque ad Adriacam villam perrexit: & 524.
Paſcha Domini in Monaſterio S. Dionyſij celebrans, ſuadente Hugone Abbate profectus eſt vltra Se-
Graues coniecturæ de illo tertio ibidem Cõcilio. *quanam, &c. Et veniens Ludouicus vſque Turonos, infirmatus eſt*, &c. Subinde verò hæc ibidẽ ſe-
quuntur n ſub Ioanne Papa VIII. Nicolai poſt Hadrianum II. ſucceſſore. *Ioannes Papa iraſcẽs* n ca.37.
contra Lambertum & Adalbertum Comites, quia ciuitates eius deprædati ſunt, eos excommunicans,
Roma exijt ferens ſecum pretioſiſſimas reliquias, & nauigio Arelatũ in die S. Pentecoſtes appulit, &c.
vt vſque Trecas veniret, &c. vbi interea idem Ioannes PP. generalem Synodum cum Epiſcopis Gallia-
rum & Belgicarum prouinciarum egit, &c. Tum ille poſt multa itẽ *coronatus eſt Ludouicus à Papa*
Ioanne, VII. Idus Septembris, &c. Denique paucis intericctis, *dixit Papa Ioannes vt Hedenulphus*
ſua authoritate ordinatus Epiſcopus (Rhemenſis) *Sedem ſuam teneret, & Epiſcopale miniſteriũ ageret,*
& Hincmarus cæcus ſi vellet Miſſam cantaret (priuatus) *ac partem de reb. Epiſc. Laudunẽſis haberet.*
Et cum Hedenulfus apud Papã peteret, vt eũ ab illa ſede abſolueret, obtinere nõ potuit, ſed præceptũ
eſt illi cõſentiẽte Rege atq; Epiſcopis Hincmari fautorib. vt ſedẽ ſuã teneret. En egregia pagella, è qua
duo

Hincmarus Epiſcopus in vtroque concilio condemnatus.

duo colligimus. Priùs,quòd Hincmari cauſa in iudicium delata,nondum deciſa fuerat in ſecundo Sueſſionenſi Concilio, de qua Baronius anno DCCCLXVI. quam Synodum ſequuta eſt prouincialis alia Synodus Trecenſis ex ipſo Baronio & de Nicolai Papæ præcepto pro Ebbone Archiepiſcopo Rhemenſi ante Hincmarum deponendo,ibidem ſubſtituto Hincmaro ad annum DCCCLXVII. Poſteriùs, quòd hoc anno DCCCLXXXVIII. de quo emerſit noſtra quæſtio, renouata eſt Synodus item Sueſſionenſis, velut tertia, poſtea altera Trecenſis, eàque œcumenica Præſide Romano Pontifice ipſomet Ioanne octauo, pari quo antea ordine inter duas illas vrbes, ſed eadem anni æſtate ac vere. Huiuſce generalis Tricaſſinæ meminit quidem ipſe Baronius, at non præcedentis tunc Sueſſionenſis. Verùm certè Annonius ex circunſtantiis haud obſcurè indicat prouincialem eodem tempore Synodum præceſſiſſe Sueſſioni, & vniuerſalem ſecundam Trecis ſucceſſiſſe, vtique pro eadem Hincmari cauſa vtrobique ex parte abſoluenda; qui denuò igitur Sueſſioni aut apud Trecas cenſetur depoſitus, & miſer ad extremum derelictus. Aimonius, inquam, id tertium Sueſſionenſe Concilium videtur ſuaſiſſe eo anno quem Bernardo Maticenſi concedimus vnà cum San-Iuliano; propterea quod idem Annonius efficit Re-

Probabilitates tertij.

gem conſtitiſſe Sueſſioni in feſtis Natalis Chriſti vnà cum illis Epiſcopis & Abbatibus,qui Rhemis ex inaugurationis ſolennis Sueſſionem comitati fuerant, vt illic in prouincia & ſede Epiſcopali, Suffraganea Archiepiſcopatui Rhemenſi, facilè congregarentur, ad ſententiam demum palam ferendam de lite Hincmari tandiu moras trahẽte & tædio audiendi Ludouicum afficiente, ac cæteros comprouinciales fatigante. A quo loco iiſdem Epiſcopis Trecas abeuntibus, Papa illic factum comprobauit, & finem vltimum liti impoſuit circa modeſtam aut occultam Hincmari depoſitionem cum vnico de Miſsis celebrandis permiſſu ad modum priuati Sacerdotis. Atque huic extremo actui creditur ſubueniſſe

Bernardus veriùs in tertio, quàm in ſecundo.

Bernardus Epiſcopus Matiſconenſis. Cæterum obiter moneo ſedulum aliunde Genebrardum in Chronologia prætermiſiſſe haſce duas vel tres Synodos Sueſſionenſes; & harum loco alias tardiùs multò ibidem habitas cõmemoraſſe:vnam anno DCCCCXLI.pro Epiſcopatu Rhemenſi adiudicando Hugoni Heriberti filio, quem tamen non habet Democha-

Duo alia ibi Concilia.

res in Rhemenſium catalogo: alteram anno MCXL. aduersùs Abailardum ex Decreto Sueſſionenſi.Quod vtrunque nihil nos hîc iuuat,quia longiùs abeſt à tempeſtate loci præſentis. De prioribus autem duobus Sueſſionenſibus per nos allatis Synodis, vide alia in S. Remigio Lugdunenſi [o] ex Flodoardo. [o] nu. 58. §. 4.

Paragraphus 4.

[..]licæ Scripturæ de Bernolde pro Bernardo.

SVpereſt demonſtrare vocem *Bernoldi* pro *Bernardo* ſumptam ex compromiſſis ab initio [p]. Audi Titulos antiquos. *Sacroſanctæ Eccleſiæ ſancti Vincentij Martyris, quæ eſt conſtructa infra muros Matiſconi, cui Bernoldus præeſt Epiſcopus, ego Manius Presbyter dono ad ipſam Caſam Dei Capellam & vineam quæ eſt in pago Matiſconenſi, in villa Madriaco, &c. Habet in longo perticas XCVII. in fronte perticas VIII.&c. ad luminaria augenda,&c. Si quis contradixerit auri vnam vnciam componat* [q]. Item aliud inſtrumentum. *In nomine omnipotentis Dei, Bernoldus Dei munere ſanctæ Dei Eccleſiæ Matiſconenſis humilis Antiſtes, notum ſit omnibus filiis Eccleſiæ noſtræ, quia frater & compresbyter noſter nomine Grimrinus petiit paternitatem noſtram, vt concederemus ei Baſilicam ædificandi in villa Soloniaco*. Cuius precibus annuentes, conceſſimus id exequi, quod diuino inſtinctu perſpeximus eum operari. Hanc igitur ædificatam vocauit nos ad dedicationem & conſecrationem eius,&c. Actum eſt hoc regnante Karolo Rege* [r], cum tribus aut quinque obſignatis vtrinque teſtibus. Ille autem Rex eſt Carolus Caluus, ſicut & antea [ſ], pro eodem Bernardo Antiſtite. Cuius nomen aliud, nempe *Bernoldus* Epiſcopus præſentis pu-

[p] §. 1.
[q] fol. 136.
* vulgò Sologny.
[r] fol. 139.
[ſ] §. 2.

Non ſumendus pro Bernone, nec Berardo Epiſco-

blici inſtrumẽti, nequit ergo aſſumi pro *Bernone* ibidem quoque Epiſcopo, quia cùm is * annis quinquaginta ſeriùs floruerit, haud potuit nanciſci dies eorundem Caroli Calui vel Bernardi. Neque multò minùs fuit *Berardus* pariter Antiſtes Matiſconenſis XL. quia ad duo ſecula vixit poſteriùs. Igitur rectiſſimè hîc ſtatuimus Bernoldum pro Bernardo. Interea ſcitote ſanctum Remigium Lugdunenſem Archiepiſcopum, quem ſuprà vidimus [t] hoc tempore vitam duxiſſe, cum eſſe qui primas Lugduni patentes literas ab Imperatoribus acceperit inter omnes illos Archiflamines, nempe à Lothario, vti ſuo loco præfiximus [u]. At

* Berno. n. 18
[t] §. 3.
[u] §. 8 n. 56.

Imperatoriæ immunitates citiùs Matiſconi quàm Lugduni.

verò Epiſcopi Matiſconenſes vetuſtioribus donati ſunt Maieſtatum priuilegiis. Quippe iam antea quatuor Regia & Imperialia immunitatum genera ac reſcripta acceperant ex varia munificentia patris, aui & abaui [x] eiuſdem Imperatoris Lotharij. Dictum eſt ſub Epiſcopis Domnolo, Ledoardo & Hildebaldo [y]. Hîc finis Bernardi.

[x] Pipino, Carolo Magn. Ludouic. Pio.
[y] n. 12. 13. §. 2. & nu. 17. §. 2. 3.

XXII. *Paragraphus* I.

Præſens Cōrardus Regi Boſoni.

CONRARDUS reperitur dictus Matiſconenſis Epiſcopus in electione Boſonis Burgundiæ Regis, celebrata ſub Diœceſi Viennenſi [a], anno DCCCLXXIX. eodem Epiſcopo præſente, ſimul ac Oruccardo Antiſtite Cabilonēſi, ex veteribus inſtrumentis, quæ collegimus è priuato quidem, at recepto MS. Cabilonenſis Eccleſiæ; vnde rem variis in locis extulit San-Iulianus [b]. Ille tamen Author anceps eſt vno in loco [c], propter duo ſepulturæ Boſonis loca à nonnullis quaſi contradictorium implicantia: dum ſcilicet Carilocenſes [d] Monachi ex vna parte iactitent in ſua Baſilica haberi corpus
879. Boſonis [e], & Cathedralis Eccleſia Viennenſis id ſibi quoque vendicet. Verùm certè, donec de duplici tumulo loquar, non eſt quod propter diſſidium emerſum ſuper loco tumulati regij cadaueris, vertatur in dubium hiſtoria præſentiæ Conrardi & Oruccardi Antiſtitum ad ipſius Boſonis inaugurationem conſiſtentium: quia læta regia de Boſone electio alius eſt ceremoniæ actus tempore & re diſcrepans, à triſti eiuſdem obitu ac ſepultura. Quippe, ſiue vnus, ſiue duo Boſones extiterint, vel vnicus tumulus: ſufficit quòd in confeſſo habeamus præfatos Antiſtites interfuiſſe vnctioni vnius huius nominis. Eapropter ſatis præſtat Sedis Conrardi veritas. Quinimò etiam rationem admittendi duplex ſepulchrum ex conceſſo aut admittendo duplici Boſone, alibi prudenter expiſcatus eſt San-Iulianus [f] poſt exſcriptum a ſe publicum inſtrumentum Caroli Calui ſuper donatione ſua pro Trenolchiana Abbatia, expedita an. XXXV. Regni ipſius Caroli, atq; ſalutis DCCCLXXV. quod ſit dictorum baſis ac fundamentum. Et ad propoſitum habet ea expeditio hæc Regis verba: *Condonamus etiam ſacratiſſimæ Virgini Mariæ, beatoque Confeſſori Philiberto* [g] *ob deprecationem Boſonis Comitis chariſſimi noſtri pro eleemoſyna noſtra ac dulciſſimæ Coniugis filiæ eiuſdem Boſonis cellam S. Romani, &c.* En vnus Boſo pater vxoris Regis. Alium inſuper apud Paulum Æmilium [h] & Ioannem Tillium [i] legimus Boſonem fratrem eiuſdem vxoris, quam Iudithem nominant: qui quòd ſit prioris filius, neceſſe eſt inde elicere, & quem Carolo dilectum Lugdunenſis Pontifex regiis inſignibus exornauit, ſacrauitque [k], vt loquitur Æmilius. Eſtque is, ſic facilè creditur, cui ex dictis adſtitit Conrardus Matiſconenſis. Alioqui certè vnicus Boſo centeſimum vitæ annum exceſſiſſet, quod ægrè perſuadetur. Probabilius verò eſt priorem Boſonem Viennæ tandem humo delatum, & poſteriorem Cariloci: aut ſi mauis, viceuerſa: ſaltem ambo illis duabus in vrbibus. Quæ ſolutio tromentia quotquot ingenia ab ancipiti cura liberabit.

Duo Boſones Principes.

Duo horum tumuli.

Alter Boſo qualis.

Paragraphus 2.

Soror Boſonis variè nominata.

AT certè miramur quomodo præfati Æmilius in geſtis Francorum & Tillius in Chronico nominent vxorem Calui Iudithem. Enimuerò idem Tillius cum cæteris Gallicarum Annaliſtis recenſet in Optimatum originibus alteram Patris ſui Ludouici Pij vxorem iam fuiſſe Iudithem Calui matrem, & ſecundam eiuſdem Calui vxorem nomen habuiſſe Richildam Boſonis ſororem [l], priorem verò ipſius Calui extitiſſe Hermentrudam [m] Regis Ludouici Balbi matrem. Ergo tertia foret Caluo tradita fœmina, quæ tamen ei copulata vllibi legitur. Adijcit & Tillius ibidem Imperatorem Ludouicum II. Imperatoris Lotharij I. filium, qui Lotharius eſſet Calui frater ſuperior, nactum eſſe filiam Hermengardam [n], perinde Lotharij præfati neptam, Boſono datam in coniugem; eam ſcilicet pari appellatione donari, qua inſigniebatur Ludouici Pij vxor anterior [o], abauiæ maioris iſtius Hermengardæ Boſono traditæ. Authórque denuò ſubijcit Caluum genuiſſe filiam nomine rurſus Iudithem vxoratam Edeulpho Anglorum Regi. Audi, quæſo, Æmilium & priores Tillij voces, ſuper quibus obſtupeſcimus. Ille [p]: *Dederunt Caluo ex præda ingentem auri vim, &c. in Italia à Ioanne Pontifice Maximo Auguſtus dictus coronatur anno* DCCCLXXVI. *Vtque Italiam in fide officióque contineret, Boſſonem Iudithæ vxoris ſuæ Auguſtæ fratrem Papienſibus Ducem dat, Beringariúmque ac Vidonem proceres Romanæ iuuentutis, &c. honoribus, muneribúſque Francis conciliat.* Iſte vero ſub hoc indice [q]: *Quò Caluus poteſtatem ſuam in Regibus creandis monſtraret, Boſſonem Iudithæ vxoris ſuæ Auguſtæ fratrem, Hermengardæ defuncti Ludouici Imperatoris filiæ virum Regem Prouinciæ facit.* Vbi certè Authores errores ſimiles vel homonymiam pepererunt, vel Iudithem Calui vxorem pro eadem muliere Regina vſurparunt cum Richilda, vtpote quæ fortaſſis ſub hoc duplici colligando nomine prædicabatur. Alioqui locum non video quo hæc varia Tillij ſcripta in veritatis concordiam [illegible] poſſint. Et ea ſublata nominum ad eandem perſonam relatione, profectò nos aliter vni Tillij hiſtorico ac nomini in Optimatum originibus latitanti [illegible] iudicamus, [illegible] re-

Recens horū hiſtoria.

[a] In Prioratu Mantala. S. Iulia. p. 44.
[b] loco cit. & infr.
[c] pag. 274
[d] vulgo Charlieu.
[e] Quem cum Prioratu priuilegiis exornauit Agapetus Papa 2. ad an. 940 & in Regiā protectione poſuit Philippus Auguſt. anno 1180. ex Chronic MS. Cluniacenſi.
[f] pa. 510.
[g] Patrono Eccleſiæ.
[h] ſub alio lo. 56 & 120, 58 [illegible]
[i] C[illegible]
[k] [illegible] Caluo [illegible] Rex Burgundiæ & Arelatenſis ſeu Phocēſis Prouinciæ. Fertur quoque vno Boſo cond[illegible] Prioratus [illegible] ſacri.
[l] p. 45 49 Ponit 1180.
[m] pa. 4 filiā Vodonis.
[n] pa. 4
[o] pa. 4
[p] Æmil. fol. 5
[q] Til. [illegible] Chron. ſub an 877.

pulſo eiuſdem ſcripto. Saltem duo in ſumma fuêre Boſones: pater & filius. Déque ſolo poſteriore, qui ſimul eſſet Burgundiæ Rex, loquuntur Æmilius ac Tillius. Necnon pro illo duntaxat hæc priùs bis edidit vetuſtus Annonius. *Boſo Dux Mediolanenſis* [r], *poſtquam Imperator ab Italia in Franciam rediit, Berengarij Eurardi filij factione filiam Ludouici Imperatoris Hermengardem, quæ apud eum morabatur, in coniugium ſumpſit* [s]. Et paulò antè eodem capite [t]. *Anno* DCCC. LXXVI. *in die Natiuitatis Domini idem Carolus* (Caluus) *beato Petro multa pretioſa munera offerens in Imperatorem eſt vnctus: & Nonis Ianuarij Româ exiens Papiam rediit, vbi & Placitum ſuum habuit, & Boſone vxoris ſuæ fratre Duce ipſius terræ conſtituto cum collegis in eodem regno relictis, per Monaſterium ſancti Mauritij rediens, vt Paſcha Domini apud Monaſterium S. Dionyſij celebraret, iter accelerauit. Quod audiens Richildis degens apud Siluacum pridie Non. Mart. illi obuiam mouit, &c.* En ille Boſo, cui Viennæ ſequenti triennio [u] affuit Conrardus Epiſcopus. Illícque vnà perſpicitis alteram Calui vxorem veriſſimè antiquis appellatam Richildem, à quo dictatore [x] recentiores duo præfati ſcriptores hiſtoriam ſuam mutuati ſunt, aut emendicare debuerunt. Vnde ergo propriam hanc Reginæ nomenclaturam didicerunt in Iudithem variandam? Sanè niſi ex Confirmationis ſacramento nomen ſetiùs fortè ob ſocrus ſuæ reuerentiam commutarit, aſtringimur tertiam Caluo admittere vxorem. Atque hæc eſto digreſſionis loco, ad maius rei oblatæ complementum, dum pari paſſu Antiſtitem noſtrum pingimus. Nam alter Annonij textus qui de Boſono ſupereſt, legitur duntaxat circa Theodericum Principem, dum inter vtrinque *conuentum eſt, vt Boſo Comitatum Auguſtid.unenſem haberet* [y]. Denique verò nobis hoc tempore iſta ſcribentibus, ad manus tandem peruenit autographum vetus MS. Abbatiolæ [z] ſeu Prioratus Cariloceniſis Diœceſis Matiſconenſis, & quidem diu à nobis conquiſitum. Eidem certè loco prædia multa attribuit Boſo, quem ideò ſecundum huius nominis extitiſſe credimus, quia teſtantur Acta nobis [a] conſpicua, Boſonem tale pietatis munus contuliſſe ipſi Eccleſiæ in remedium animæ Caroli Imperatoris, & ſuæ, necnon coniugis. Ibidémque loquitur Rex Boſo. Igitur Carolus Caluus iam tunc vita functus cernebatur, proptereáque annoſior ſuperſtite ac iuniore iſto Boſone. Sic itaque collator paſcuorum Cœnobij non cenſetur fuiſſe Boſo pater, vtroque præfato Principe vetuſtior. Etenim vix ille amplius poterat in terris agere ſub id tempus. Atque tunc etiam *pro mercede Domini Caroli, &c.* (ait textus) idem Boſo conceſſit & adiunxit Cariloco Abbatiolam vulgò nuncupatam ſancti Martini cum dependentibus ad ſupplicationem fidelis ſui Comitis Siuualdi, vt donatio *futuris temporibus inconuulſa permaneat*, annulo proprio inſignita. *Datum IV. Nonas Decembr.* Indictione XII. *Anno I. Regni D. Boſonis* [b]. Quæ tota Charta hactenus ſuprà multiplex ignota fuit San-Iuliano.

Antiquior hiſtoriographus.

Vnicũ vxoris nomen.

Boſo fundator Prioratus Cariloci.

[r] In Tabula ſin textu ſ. li. c. 32. fin. [t] initio, fol. 188.

[u] an. 879. [x] Annonius. [y] li. 5. c. 39. medio. [z] ſic in prototypo. [a] Cariloci data in Monaſterio per Stephan. Notarium vice Adalgarij Secretarij. [b] Autographus in pergameno ex ſite incidit ad manus Prætorij Lugdunenſis, ibique aſſeruatui Obſignarunt Gilbonus Catalaunenſis Epiſcopus, Humbertus Præpoſitus, Ayuinus Archidiaconus, Robertus Abbas, Rainaldus Comes Remenſis, &c.

XXIII. *Paragraphus* 1.

LAmbertus quidam, ſolus hoc ordine ſtabilitur, tum in breui Titulorum Catalogo [a], tum apud Democharem [b]. Verùm ſupra numero XIX. coacti fuimus aliũ Maticenſem Epiſcopum eiuſdem prorſus appellationis ad caput denuò erigere, ob vrgentes allatas ibidem demonſtrationes. Quiſnam autem ille aut iſte fuerit, ſi quæratur, cùm alioqui hactenus locetur vnicus: ſanè ita opinabimur. Quemadmodum vna ex parte cenſentur viciſſim extitiſſe duo humana indiuidua: etiam altera ex parte videtur probabili argumento, uno veriſimiliùs vnum & eundem floruiſſe hominem egregium Præſulem intermedia ſucceſſione ad ipſiſſimam Præfecturam rurſus vocatum pro meritis, poſt tres [c] in ſinum canonice mixtos, ſubuectos & appoſitos. Nam pari viâ in Lugdunenſi Archiepiſcopatu ex propagata, confirmatáque hiſtoria didicimus Hippolytum Cardinalem Ferrarienſem illic ſuffectum Archipræſulem centeſimum XX. poſtmodúmque ei ſucceſsiſſe Franciſcum Cardinalem de Turnone, & hunc Turnonium humo tandem mandatum Cathedram iterum reſignaſſe ipſi Hippolyto Archiepiſcopo CXXI. velut amico, ac præclarè merito benéque volenti ad Lugdunenſes redire; vt pote cum quibus vnus mutuus eſſet animus, concórſque in regendo, rebúſque agendis voluntas ab ineunte ætate, aut ex priori ſolio comperta. Sic quippe frequentes mutuæ ſedium Epiſcopalium tranſlationes locum habent, maximè pro maiore Eccleſiarum commodo ex additis publicis priuatíſve circunſtantiis, ad mitiorem ouium traditarum vtilitatem, profectum & ſpirituale commodum ex charitate fluens. Hoc itaque pacto ſolitarius vir Lambertus bis Matiſconi ſedit: tametſi antea & ad hos vſque dies ſemel duntaxat puppim tenuiſſe credetetur.

Non duo Lamberti Maticenſes Epiſcopi.

Vnicus Lambertus bis ſedē Matiſconi ac repetitus.

[a] Illic ordine 12. fol. 14. [b] ib. ord. 16.

[c] Euicenum, Bernard, Conrardum.

Paragraphus

Paragraphus 2.

IDem verò Lambertus ex Chronico Bugnoniano, Cathedræ poſſeſſionem ſuſcepit anno ſalutis DCCC. LXXX. In Titulis autem antiquis, ac tribus in locis [d] emicant geſta ſanè verſatilia circa multiplices eaſdem materias quaſi repetitas. Quoad horum tempus: equidem certè menſtruo ſpacio colluſtrantur; ſed nequaquam annuo. Verùm ſingula ſub Ludouico Balbo Rege ac Imperatore viſuntur. En collecta Actuum obiecta in vnum proſæ genus. *In nomine Dei omnipotentis & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti Ludouicus miſericordia Dei Rex, &c. Notum eſſe volumus omnibus ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelibus præſentibus & futuris, qualiter veniens Lambertus venerabilis Epiſcopus Matiſconenſis Eccleſiæ, quæ eſt fundata in honore inclyti Martyris Vincentij; innotuit ſerenitati noſtræ, quod non haberent ſui Clerici victum in ſua Canonica, qualiter ibi degere potuiſſent. Vnde ipſe Epiſcopus noſtram benignitatem adiit, vt Clericis illius loci militantibus concederemus. Quod & ita fecimus: ſcilicet in pago Lugdunenſi Odremarimi villam [e], exceptis miniſterialibus quinque, quæ reſeruauimus cum beneficiis eorum, &c. Eſt ibi Capella fundata in honore ſancti Andreæ. Suntque illic manſi veſtiti quinque, duo de terra dominicata: in villa montis manſos duos conceſſit, & in pago Matiſcenſi Eccleſiam quæ eſt dicata in honore ſanctæ Mariæ, in locum qui vocatur Monaſterium Prælati [f] cum immunitate ſua & vineis quæ ſunt in Bogenis [g] villa, atque aliam Capellam ſancti Iuliani conſtructam, manſa duo in Sanciaco, ſimiliter in Fuſciaco manſum vnum, &c. Cellulámque ſancti Imiterij in pago Lugdunenſi, quam genitor noſter per præceptum ibi conceſſit ad Capellam ſancti Albani, quæ eſt in Giſariis villa, &c. In pago verò Matiſcenſi Eccleſiam ſancti Martini [h]. Quapropter volumus atque iubemus [i] per hanc noſtram authoritatem noſtris & futuris temporibus, quatenus prædictas res cum omnibus ad ſe pertinentibus iidem Canonici in noſtri memoriam conceſſas habeant, atque iure perpetuo in ditione ipſorum conſiſtant. Ita videlicet vt quicquid de iiſdem rebus ob vtilitatem Canonicorum congregatio ipſius ſancti loci ab hodierno die & futuro tempore facere voluerit, libero perfruatur arbitrio faciendi. Et vt hæc authoritas pleniorem in Dei nomine teneat firmitatem, inuiolabilémque ac inconuulſum obtineat effectum, manu noſtra ſubter firmauimus, & annuli noſtri impreſſione ſignari iuſſimus. Signum Ludouici glorioſiſſimi Regis. Datum tertio Idus Septembr. Indictione XI. per permiſſionem Domini Adonis Epiſcopi* [K]. Adeſt textura. Audi ſeorſum eius commentarium.

880.

Imperator Lamberto.

Nouem domicilia ſuæ Eccleſiæ donauit.

d fol. 50. & 47. Bugno. pa. 16.

e fo. 30. recto.

f vel Pelagij, fo. 47 verſo.

g Ga[illegible], la metayrie de Bogenes. Bug. pa. cz. 16.

h fo. 30 verſo.

i fo. 48. recto.

K necdum ſcimus quis fuerit ille Epiſcopus.

Paragraphus 3.

EN ad minus nouem domicilia à Ludouico Balbo Eccleſiæ Matiſcenſi tradita. Cuius ceſſionis diem firmum ſi poſtularis, cum ſic à Bugnonio diſcas [l]. *Boſo* (inquit) *fratri ſuo Richardo Auguſtodunum & Comitatum Matiſconenſem impertitus eſt anno octingenteſimo ſeptuageſimo octauo: quo tempore Carolus Caluus interiit, illiq; ſucceſſit eius filius Ludouicus Balbus* (anno nimirum DCCCLXXIX.) *tum in regno, tum in imperio. Hinc anno ſequente Lambertus poſt Bernardum creatus eſt Epiſcopus Matiſſanus. ad quem Præſulem Ludouicus deuoluere non dubitauit villulam de Bogenes, atque vaſſallos vtriuſque ſexus, pro ſe ac ſuis in Eccleſia ſucceſſoribus.* Ex quibus ritè ſequitur Lambertum ſediſſe ab anno ſecundo, vltimóque Regni Ludouici, hoc eſt, ſalutis octingenteſimo LXXX. Taliqúe calculo conformis eſt regia Ioannis Tillij ſupputatio. Qui Author ſic ad propoſitum ſuos exin claudere ſolet. *Reges Ludouicus & Carolomanus fratres, filiíque nothi Balbi, Regnum Franciæ ſibi diſtribuentes* [m], *coniurationem machinantur aduerſus Boſonem Burgundiæ & Prouinciæ Regem. Qui duo, duce Bernardo de Plante-pelue, Matiſconem obſident, vbi Richardus Dynaſta ac Boſonis frater reſidebat, vrbem pacifice poſſidens. Militibus verò huiuſce Richardi eiectis, Carolomanus ad quem Burgundia ſorte deuenit, Matiſconem in ſuam redegit poteſtatem: proque officiorum præſtitorum antidoro in tanta parta victoria, de Comitatu Maticenſi præfatum Bernardum inueſtiuit, anno* DCCCLXXXIV. *Quo ſolari ambitu Lambertus morti vicinus Epiſcopatum ſuum Guntardo reſignauit* [n]. En ergo quinquennium pro ſede Antiſtitis. Quam diuturnam locationem minimè impedimus, dummodo non obſtet Guntardi ſequentis occupatio promptior biennio aut pluris. Ex qua paulò arctiore via fiet, vt ipſe Lambertus minus triennio duntaxat ſederit. Cæterùm diſceptatio mota inter Lambertum Matiſcenſem & Gilbardum Cabilonenſem Epiſcopos, legatur Numero XIX. [o] & XX. vtrum illic vel iſtic competat.

Hiſtoria conſtitui Lamberti.

Boſo Rex.

Richardus frater.

Primi Comites Matiſconenſes.

881.

l pa. 16.

m pa. 17.

n Bugn[illegible] & Be[illegible] poſt [illegible] nium [illegible] pbo [illegible] mitatum [illegible] liquit.

o 5 s.

XXIV. *Paragraphus* 1.

GVntardus ſic frequentius nuncupatur in potioribus Eccleſiæ Matiſconeſ Titulis MS. ſiue etiam *Gountardus* obiter alibi ibidem [a], & *Gontardus* in eodem vlterius volumine, ac

Epiſcopi reſcriptis erga donantes bona Eccleſiæ.

a in bre[illegible] cartal[illegible] 14.

ne, ac tandem Demochari *Guntardus*, ordine illic decimuſſeptimus *. Prima Titulorum Acta ſunt tria ad vnum redeuntia, eundem planè textum repetendo [b], hiſce notis, ex quibus vna clareſcit ipſius viri chronologia. *Diuina ſuffragante miſericordia Guntardus humilis Matiſconenſis ſedis Epiſcopus, necnon & Canonici ipſius Eccleſiæ Adalgodo Presbytero & Teoloni fratri eius. Dum non eſt incognitum qualiter vos res veſtras quæ ſunt in pago Tolnedonenſi & in agro Sabriamcenſi, ſiue in locis quorum vocabula ſunt Grioledas, ad Eccleſiam ſancti Vincentij ſuiſque Canonicis condonaſtis: poſtmodum veſtra fuit petitio & noſtra decreuit voluntas, vt eaſdem res per præſtariam vobis concederemus: quod ita & fecimus, eo duntaxat tenore, vt ipſas vti in vita veſtra habeatis poteſtatem, ita vt nec vendere nec alienare præſumatis, ſed potius immelioratas cuſtodire ſtudeatis. Et pro compenſatione iſtarum rerum concedimus vobis per hanc præſtariam vſufructuario Eccleſiam, quam auunculus veſter Adalgandus S. Vincentio & nobis condonauit in honore ſanctæ Dei Genitricis conſtructam, cum rebus & appenditiis ſubiectis. Quæ Eccleſia eſt in pago vel agro prænominato, eo ſcilicet modo firmitatis, vt annis ſingulis ad præfatam Dei domum ſuiſq. Canonicis, ſiue ad feſtiuitatem S. Vincentij ſolidos argenti tres conferre minimè recuſetis. Quod ſi negligentes ex hoc apparueritis, & vos corrigi ad tempus & emendare nolueritis, ac res ipſas deſtruere dimiſeritis, abſque vlla Iudicis interpellatione ad opus Rectorum & Canonicorum prælibatæ Eccleſiæ illico reuocentur. Protinus nanque vt hoc legaliter emendare satageritis, hæc præſtaria in vos facta omnibus diebus vitæ veſtræ firma & ſtabilis permaneat cum ſtipulatione ſubnixa. Gontardus humilis Epiſcopi Edingus Archidiaconus, Fulsoldus Præpoſitus, Ardradus Presbyter, Petrus Fulqualdus Diaconus, Ardrad. Subdiac. Herlulphus Presbyter datauit die lunæ XVII. Kal. Auguſti, anno ſecundo regnante Karlemanno Rege.* Quem textum ſeu Chronicum priuſquam examinemus, breuiorem alium ſimul proponimus de eodem Antiſtite, ex præfatis Titulis antiquis abſque Data. *Sacroſanctæ Eccleſiæ ſancti Vincentij, quæ eſt conſtructa infra muros Matiſcon. cui Gontardus Epiſcopus præeſt, ego Vuaremfredus & vxor Altrudis donamus ad ipſam Caſam Dei aliquid ex rebus noſtris quæ ſunt ſita in pago Matiſconenſi, in agro Fuſciacenſi, &c. Si quis hoc contradixerit, auri libram vnam componat, &c.* cum nouem ſignaturis [c]. Ex his cunctis tria colligimus. Imprimis, annus ſecundus Karolomãni in priore Reſcripto eſt annus ſalutis octingenteſimus LXXXII. ex Tilio & ſociis: qua tempeſtate Guntardus vt minimum ſedem iniit præcisè. Ex quo certè inferimus Lambertum II. non ergo ſediſſe per annos quinque, ſed annis tantùm duobus & fortè ſemis. Secundò, ex eadem priore Chartula, cenſetur dignitatem ſeu perſonatum Præpoſiti viguiſſe illo tempore in Cathedrali Eccleſia Matiſconenſi, quæ hoc certè æuo dudum prorſus exoleuit. De ea verò eccleſiaſtica dignitate perantiqua, hæc prætereа ſub id quondam ſeculum in præfatis Titulis alibi eſſe' untur [d]. *Sacroſanctæ matri Eccleſiæ infra muros Matiſconenſ. ciuitatis, atque in veneratione glorioſiſſimi Vincentij dicatæ, vbi Maiolus Præpoſitus eſſe videtur, cæteriſque Canonicorum ac plurimorum ſeruorum Dei die ac nocte horis competentibus in conſpectu Dei ſacra peragunt officia.* Iſta ſatis. Tertiò, ex poſteriore Charta, quæ eſt de Vuaremfredo, liquet non ſolùm publicas perſonas iuriſdictione pollentes, verùm etiam priuatos homines largitores ſuorum bonorum pro Eccleſia, potuiſſe alios contradictores ad legem pœnalem ſeu pecuniariam obſtringere, aut tales ad ſimiles pœnas obligare eſſe ſolitos illis temporibus.

Præſtaria quid. — Pœnæ in donantes præuaricantes. — 882. — Olim Eccleſia ... — * To. 1. c. 28. — b fo. 19. 148. 144. 145. — c fol. 76. — d fo. 38. & in Lugdunẽſib. Nu. 60. §. 1.

Paragraphus 2.

Concilium VI. Cabilonenſe. IAm hoc perinde loco ſub Guntardo Antiſtite Matiſſano renunciamus Prouinciale Concilium Cabilonenſe, quod ſanè fuerit ordine ſextum ibidem celebre factum, tempore ſedis præfati Guntardi. Ratio autem deuolutæ ad hunc ſitum percontationis, eſt quia Synodi Acta ex profeſſo tractant de Prioratu Carilocenſi, qui ſub Diœceſeos Matiſconeæ limitibus ſeu iuriſdictione ſua iecit fundamenta. Saltem ea cœtus geſta, quæ ad manus noſtras peruenêre, ſi non omnia, promulgauimus: quatenus minimè extant hactenus palam edita, cum nos primi talia è cimmeriis tenebris excitauerimus, quo pacto ſingula in veteri MS. eiuſdem Cœnobij Carilocenſis recognouimus. Reliqua verò Cabiloni habita Concilia equidem deſcripſimus in Chronico Lugdunenſi, quia Archiflamines Lugdunenſes in iſtis Præſides comparuêre. At eò quod noſter autographus, è quo iſtius congregationis literam hauſimus, nullos adnominat Patres Antiſtites, ſeu coronæ ſuffragatores, multóque minùs Lugdunenſem Archiepiſcopum pro Anteſignano: ideò materiam fortè prudentiùs delineare ſtuduimus ac ſuſtulimus in præſenti Chronico ſacro Maticenſi. Déque illa huc vſque procraſtinata actione lectorem monitum eſſe voluimus in Lugdunenſibus ſub D. Aureliano Patriarcha [e], vbi factorum Chronolo

Recens comperitum. — e nu. 59. §. 7.

nologia incidiſſe alioqui videbatur. Sic ergo Patres decreuêre in loci præfati gratiam. *Anno Incarnationis* DCCC. LXXXVII. *Indictione* V. *cum ſancta Epiſcoporum Synodus apud*
887. *Monaſterium S. Marcelli de ſtatu, honore ac vtilitate ſanctæ Eccleſiæ tractatura conueniſſet, atque inibi ſalubria quæque Decreta ſanxiſſet, acceſſit Venerabilis Ingelartus Abbas ex Cœnobio quod dicitur Carus-locus, êſtque ſitum in Comitatu Matiſconenſi. Is humiliter ſanctos Præſules efflagitauit, vt ſuper rebus ſuo Monaſterio delegatis, atque vſibus & ſtipendiis Monachorum Deo*
Prouinciale. *ſeruientium deputatis, ſuæ auctoritatis priuilegium fieri decernerent. Sacri igitur Pôtifices deuotis eius precibus pium adhibentes auditum, eidem Abbati ſuiſque ſucceſſoribus, necnon & Fratribus præfato Cœnobio Deo famulaturis, quicquid hactenus condonatû eſt aut acquiſitû, & quicquid deinceps iuſte ac legaliter donatum fuerit vel quæſitû, perpetuò habendû ſanxerunt, & hoc Decreto inuiolabiliter firmauerût. Statuerunt etiâ, vt obeunte Abbate, nullus inibi alius quâlibet ſurreptionis aſtutiâ ſubrogetur, niſi*
Pro Abbatia Cariloenſi. *quê fratrum vnanimitas ſecundum Dei voluntatem & regulam ſancti Benedicti elegerit. Nulli verò liceat res aut poſſeſſiones eiuſdem Cœnobij ſiniſtro quolibet ingenio diſtrahere vel præſumere. Si quis autem, quod non optamus, huius priuilegij deſtructor, aut in eius deſtructione fraudulentus machinator in poſterum fuerit & emerſerit, ſalutem propriam negligens, ſecundùm poteſtatem ligandi atque ſoluendi à Domino Ieſu Chriſto nobis traditam, æterno vinculo damnationis extra beatorum ſortem eliminamus, &c.* Atque hæc eſt altera Tabula confirmationis Abbatiolæ Cariloci annis vndecim antea fundatæ ab illo venerando Antiſtite, quem nominamus in
Priuilegium. Lamberto I. Maticenſi Præſule [f], deinde ante annos octo duntaxat à Principe laico dotatæ, quem ſub Conrado Matiſconeo illuſtramus [g]: prima fundatione promulgata in illa prouinciali Synodo, quam apud præfatum Aurelianum Lugdunenſem dilatamus [h]. Ad
895. inſtitutum Guntardi Matiſconenſis redeuntes, ſeu quod ad reſiduum tempus ſuæ præclaræ ſedis attinet: proculdubio eum putamus aſſediſſe præterea ad annû vſque DCCCXCV. hoc eſt, per tredecim annos in vniuerſum, ob motrices cauſas prope eius ſucceſſorem decentiùs efferendas [i].

[f] nu. 19 §. 1.
[g] nu. 22. circa extremo.
[h] §. 3. n. 57
[i] nu. 5. §. 2.

Paragraphus 3.

Alius præte-ſus Epiſcopus. POſt hunc Guntardum nominatur quidem *Sairatus* paulò obſcuriore ſtylo in ſolitis Titulis antiquis ſeu Archiuis Matiſconenſibus, vbi ſemel breuiore Tabella antiquorum loci Præſulum nomina duntaxat recenſentur [k], ſed ambigua ſanè & variata expreſſione numerorum, ordinandæque ſcripturæ, quem ideo neque Demochares neque San-Iulianus conſcripſerunt: vt non auſim ego tale nomen ad caput erigere. Reuerà etiam id Ti-
Nullitates ipſius. tulorum exemplar papyraceum, ſolùm hodie ſuperſtes, ac feſtinanter exſcriptum deprompſum eſt ex archetypo in pergameno (vt illic loquuntur) qui prototypus nuncupabatur *Liber Catenatus in theſauro Eccleſiæ Matiſconenſis*. Verùm certè, inhumani & feroces hæretici Ciuitatis inuaſores id Volumen, cum aliis grauiori opinor ſcripturâ elabora-
Quale eſt Chronicum Matiſconêſe. tum, flammis conſumpſerunt, & Vulcano dira crudelitate deuouerunt ad annos diuinæ incarnationis ſexageſimum ſecundum & ſeptimum ſupra ſeſquimilleſimum [l]. Exemplar tamen ſuperſtes fidem ſatis tutam efficit in cæteris paginis ac extenſis pro ſenſu periodis, maximè in concinnatis appellatiuis, non in propriis hominum locorúmque vocibus: ex quo papyraceo San-Iulianus egregium ſuum Chronicum mutuatus eſt circa ſequens confecti exemplaris decennium aut ſeriùs. De illo tamen *Sairato*, quem in album Epiſcoporum à capite nondum efferimus, nonnulla direximus infra [m] cum beato Geraldo Epiſcopo Maticenſi, digna fortaſſis quæ obiter intuearis.

[k] fol. 14.
[l] die 18 Sext. de quo ſuperd nu. 2.
[m] nu. 15. §

XXV. *Paragraphus* 1.

Aliud factum cognomen iſtius Epiſcopi. SAnctus Geraldus Confeſſor, ſub hac ſcribendi formula ex antiquiore appellatione in quibuſdam Titulorum antiquorum locis [a], vel *Giraldus* ex aliis, deinde *Gerardus* Demochari, & *Girardus* Paradino. De quo Antiſtite permulta eaque præclara ſeſe offerunt prædicanda. Primo quidem ſitu, breuior ſolitarius Præſulum Matiſconenſium Catalogus ſic præfatam tanti hominis vocem ſemel nexuit, ac vnico numero colligauit: *Sairatus Giraldus XV.* * Quo certè dicendi genere autographus videtur priùs nomen tanquam illi viro proprium deſignaſſe. & poſteriùs, velut cognomen eidem pinxiſſe: Vt Geraldus ſit familiæ index: & Sairatus, proprij nota. Etenim ſic immediatus lineolæ ordo poſtulat, ſine vlla diſtinctionis notula aut interſtitio, vt ita de re ipſa ſeu de comperto ſcripto loqua

[a] fo. 14. & 16
* fol. 14.

quamur. Verùm profectò aliter ſe res habet. Quippe in hiſtoricis cunctis Titulorum antiquorum locis aliis idem ſanctus Antiſtes interpellatur & inſignitur beneficio ſolius voculæ *Geraldi* plenariè ac abſolutè. Vnde exempla inferiùs. Qui ritus digito monſtrat dictionem *Geraldi* principatum ſolam tenere, atque nuncupationis propriæ vices iſtic occupare. Adcóque *Sairati* voculam in præſenti abire ſinimus; donec fortè altiores ſolis radij mentibus illuceſcant inter legendum & libros pleroſque ſorbendum: quibus dignoſcatur, vtrum tandem aliquis ſeorſum Epiſcopus extiterit Matiſconi *Sairati* nomenclaturâ prædıtus, & diſtinctionis virgula inter duas haſce voculas in typo locanda concipiatur. De quo rurſum themate videas nonnulla in hunc quoque finem ſub anteriore Guntardo Præſule, quaſi prolegomena iure præmittenda. Et pari paſſu aduertas obiter antiquos illos Patres nondum tunc ita propalare ſolitos familiarum ſuarum agnomina: at propria ſolummodò. Ratióque horum fuit, vt ipſi ad Epiſcopatum euecti, & ob id magis humiles propter Chriſtum effecti, ſeu viam chriſtianiſſimæ perfectionis ingreſſi atque profeſſi [b], lubentiùs obliuiſcerentur gentilitia, terrenam cognationem, domúmque paternam, necnon cælitùs veherentur auidiùs Abrahami exemplo [c]. Vnde altiùs conſcendentes, tanquam Religioſorum ſtatui, qui nomina mutant, præeminere debeant aut meritò præfulgeant: doceant inde ſuum ſe perfectionis acquiſitæ ſtatum verè adeptos. Siquidem tale eſt Chriſti documentum ex ſalubriori conſilio: *Omnis qui reliquerit, vel fratres aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem aut filios aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet* [d]. Poſt aliquot verò ſecula Epiſcopi paulò minùs in ea priſcorum pietate ſplendentes, cœperunt ſcriptis familiarum nomina attexere, & ferè facta miſcere profanis. Déque talibus initiis inter Præſules Maticenſes, duplici nomine vti inchoantes, dicam inferiùs, & annotabo ſuis in locis [e].

Vacuum eius nomen proprium.

Quare veteres Epiſcopi omittebant cognomina.

Nunc ea inſeruunt.

b D. Th. 2. 2. q. 184. a. 5. 6. 7.
c Geneſis 12.
d Mat. 19 v. 29.
e n. 36. 47. 44. 49. 50. 51 &c.

Paragraphus 2.

IAm accuratè inueſtigemus, quando noſter ſanctus Geraldus epiſcopari cœperit, pro ſecundo conquirendorum genere de tanta ipſius profeſſione. In detegendo nanque illo crepuſculo latet difficultas & controuerſia admodum grauis. Solus Bugnonius ita fatur de illa materia pro dicendorum baſi, vt nihilominùs homonymiam ingenerer, iſtic deinceps aperiendam. *Gerardus vir ſanctioris vitæ* (ait) *anno quinto Imperij Othonis ſucceſſit Matiſconenſi Epiſcopatui Guntardo è viuis obeunte, &c.* [f] Quiſnam verò ſit ille Otho vniuerſaliùs æquo circumſeptus, deprehendere oportet, vt in expetito Chronico finem conſequi tutò queamus. Nam ille Otho minimè eſt ſecundus, tertius aut quartus huiuſce nomenclaturæ, omnes viciſſim Imperatores occidentis ab annis ſalut. nongenteſimo XXXVIII. vel XLVII. aut LXXXIV. ex diariis vulgarium Tabularum ſeu Chartarum Cæſareæ maieſtatis [g]. Neque rurſus is eſt Otto primus, quem S. Antonius Florentinus [h] & Baronius Cardinalis [i] ſeriùs locant ab anno nongenteſimo LXII. [k] multò minùs nominis ſecundus ab anno nongenteſimo LXXIV. apud eundem authorem. Quippe noſter Geraldus minimè potuit adeò tarda ſubiiſſe molimina in vita mortali poſt Guntaldum, obſtantibus etiam præſertim eorundem ſucceſſoribus Epiſcopis Bernone & Naymbodo Maticenſibus ab annis nongenteſimo XXXIV. & XLI. infrà. Quo igitur me vertam? Vna me ſpes tenet reſidua apud tres alios typographicos ſcriptores: ſi priùs monuero Bugnonium videri loquutum, non præciſè de Othone ad Cæſarianum Imperium vocato; ſed latiore ſtylo de Othone ſolo huius nominis ad Regnum Gallicanum potenter ſubrogato & inaugurato, quem Bugnonius vniuerſaliore calamo Imperatorem dictitauit, quia ille Princeps eo æuo vnicus extra Regum Francorum proſapiam audaci imperio in ſceptrum Galliæ pedem extulit, & irrepſit, quietéque promouit. Annua cuius ſpatia rectè cohærent aut incidunt ad debitum & conſentaneum tempus S. Geraldo tribuendum. Siquidem de illo Principe ita in primis loquitur vetus Abbas Vrſpergenſis [l]. *Anno Domini* DCCCLXXXIII. LXXXIV. LXXXV. *&* LXXXVI. *Otto vir militaris & ſtrennus à Principibus Galliæ Rex creatur in Palatio Compendij* [m]. *Hic patrem habuit ex equeſtri ordine Ruotpertũ, auum vero paternũ Vuitichinũ ex Germania profugum. Hunc autem idcirco in regnum promouerunt, quia Carolus filius Caroli nepotis Caroli Calui, Galliarum Regis, cui regnum debebatur, vix adhuc triennis erat, patre defuncto, matre vix per quadriennium ſuperſtite.* Secundò auſculta quid Ioannes Tillius de eodem Principe: *Anno 891. Odo Roberti Andium Ducis filius, alienus à genere Caroli, tutor, regnare iuſſus, quem vnxit Valterius Archiepiſcopus Senonum* poſt interemptum Carolomannum. Hinc poſitâ illâ theſi pro fundamento: ſanè annus quintus Othonis Regis fuit ſalutis octingenteſimus nonageſimus quintus aut ſextus, quo ſedem Epiſcopalem fœliciter aggreſſus eſt S. Geraldus, idq; valdè cõformiter ad tacitã Bugnonij mẽtem. Atq; tũc

Chronologia inchoantis S. Geraldi.

Laborioſum opus.

Diuerſa Othonum Imperatorũ Chronica.

Alias Otho Rex Franciæ.

f pa. 18.
g Pariſ. 1599. &c.
h Par. 2 hiſt. tit. 16. c. 17. §. 16.
i in Annalib.
k per annos 11.
l Baſil. 1569. p. 184 fin.
m rexit ann. 9. donec Carolus ſimplex adoleſceret.

negotium habuit in parœcia Fuſiacẽſi Diœceſis Maticenſis Franco Epiſcopus Niuernenſis,
approbante eodem Rege Oddone ſic exarato in Titulis antiquis, appoſito ſigillo regio [o]. n 5. Idus Iul. an. 897. 7.
Alia ſentẽtia de Othone I. Imperatore. Qualis profectò calculus, ſimúlque præfati authoris Abbatis optime quadrat ad Præſu- Regni, fo. 47.
lem hunc ſtabiliendum, & ad Guntardo prædeceſſori finem tunc imponendum. Quibus
tertio opportunè conſentiunt tádem vulgares etiam Tabulæ Imperatorum, ſi quis præſen-
tem ſupputationem maluerit expendere aut depromere lubentiùs ex Othone I. Impera-
tore Romano, quàm ex Othone Gallicano Rege, vt Bugnonium illuc referendum pu-
tet. Cuius vltimæ ſententiæ demonſtratio erit, quia eiuſmodi Tabulæ ferunt Othonem
II. extitiſſe filium Henrici aucupis Imperatoris, ab anno nongenteſimo XX. & Henricum
quoque Othonis I. filium fuiſſe, ante quem Henricum Berengarius à Baronio inter Im-
peratores recenſitus [o] (non hiſce Tabulis) prædicatur in editis Chartis vſurpator nomi-
Geraldi ingrum. nis Imperatoris apud Italos aduersùs Conradum poſtremum ſeptennio Imperatorem Ca- o ab an. 915. ad 921.
rolouingranæ propaginis [p]: vt ſcilicet titulorum Imperialium confuſio, in tanta bellorum p Caroli Magni.
ſtrage promiſcua, tenebras effuderit inter varios tunc authores pro iuſtis enarrandis Im- q qualis Ludouic. 3. in
peratorum ordinibus ac nominibus. Sic itaque potuit facilè Otho I. Henrici parens Im- Chartis ab
perium perturbatum adipiſci in partem occidentis circa annum 891. quocunque in aduer- an. 903. in
ſum ad partes alias occiduorum impetitante [q]: vt Bugnonianus computus pro S. Geraldo Boſo ab an.
exinde poſſit quoque educi. 872 & qua leſcitati duo.

Paragraphus 3.

Decẽ hiſtoriarũ genera, de geſtis S. Geraldi. TErtium genus rerum pro S. Geraldo inueſtigandarum eſt de geſtis ipſius, a quo tem-
pore legitur creatus Antiſtes. Ea ad decẽ præcipua narrationum capita meritò reuoca-
mus hoc Paragrapho: ſingula ex Titulis antiquis eruenda. Primũ caput eſto Conuẽtus eiuſ-
I. dem viri Geraldi cum Auſterio Lugdunenſi Archipræſule ad Eccleſiam S. Eugendi, hodie
S. Claudij, ſub amplitudine Diœceſeos Lugdunenſis collocatam, equidem initus anno ſalu-
906. tis DCCCCVI. ob cauſas ſat ſupérque iã edoctas in ſacra noſtra hiſtoria Lugdunenſiũ Ar-
chiepiſcoporũ [r]: vt nihil hic ampliùs de eo reuoluẽdum ſuperſit. Secundũ caput tale recens r nu. 60. fol. 131.
II. deſcribitur è MS. [s] *Anno Incarnationis Dominica* DCCCCVII. *Indictione X. cùm reſideret* s an. 8. regni fo. 140. & 107.
Domnus Pontifex Geraldus apud Matiſconem, quidam vir nobilis proſapiæ tactus amore Dei Teut- 124.
907. *gonnus nomine adiit eius clementiam, & retulit qualiter corde conceperat, quòd pro amore Dei &*
animabus genitorum ſuor. cupiebat conſtruere Capellam in proprio ſundo & pago Matiſconenſi, vil-
Capellæ fundatio. *la quæ dicitur Gange, Domino & ſancto Vincentio dare, petens ab eo licentiam huius operis exe-*
quendi. Cuius petitionibus dictus Præſul ſuggerentibus ſuis fidelibus miniſtris vtriuſque ordinis,
aurem inclinans conceſſit fieri placido vultu quod petebat. Completo itaque hoc opere, acceſſit ad eum
locum cum ſacris miniſtris Eccleſiæ præfatus Præſul VII. Kal. Octobr. ad dedicandum ſolenniter in
honore Sanctæ Dei genitricis Mariæ, &c. Conceſſitque idem Pontifex, vt omni tempore Rectores eiuſ-
dem Eccleſiæ S. Martini habeant eand. nouiter dedicatam, vt nullo vnquam tempore de imminutione
ſuarum decimar. ante Pontifices iuſtam habeant pro quocunque obſequio quod facere debuerant, recla-
mationis ſententiam. Hoc itaque priuilegium actum eſt die prædict. & roboratum propria manu eiuſd.
Pontificis. Actum eſt regnante Karolo Rege Simplice [t]. Tertium caput fiat eiuſmodi. *Sacro-* t fo 143.
III. geons. *ſancta Eccleſ. S. Vincentij Martyris constructæ infra muros Matiſcon. cui Geraldus præeſt Epiſcopus,*
ego Anna dono ad ipſam Caſam Dei in vſusfructus aliquid de rebus meis, quæ ſunt ſitæ in pago
Matiſconenſi, in agro Dipgiacenſi, in villa Taſiaco, &c. Si quis contradixerit, auri vnciam com-
ponat. Itémque Bernardus Præpoſitus ſub eadem pœna vtrobique. *Actum regnante eit. Ca-*
rolo, anno indiſtincto. Cui addo aliud donum Quelti Presbyteri [u], paulò antea digeſtum
IV. Oddone Rege [w]: Atque ſub hac tota Kalendarij ſerie, anno 910. occurrit & deſcriben- u an 899 vel 900. vltimo
da foret Cluniacenſis Abbatiæ fundatio ab Aquitanico Duce celebrata, velut ſecundus regni.
amplior Conuentus. Verùm quia narratio prolixior eſt, aliundéque petita, idcirco in-
915. frà ſeorſum pendente iſto D. Geraldo retroagitur [y]: mox proſequuturi reliqua diaria y §. 8.
exactiora eiuſdem Geraldi ex vnis antiquioribus Titulis ſecuta. Propterea alio diuer-
V. tens quarto loco, ſub hoc deinceps ordine Chronologico digeritur Prouinciale Conci-
lium VII. Cabilonenſe in Eccleſia Suburbana D. Marcelli, cui aderant ſeptem Patres,
anno DCCCCXV. eodem præſente Giraldo. De quo nos ex profeſſo in præfato Au-
ſterio Archipræſule Lugduneo [z] pro quodam Berengario anathematizando, &c. Quin- z nu. 151.
919. tò, hæc directo gradu ex Titulis ordinantur [a] in Præſulis Synodo. *Cùm reſideret Dom-* a fo 17 & 18
nus & venerabilis Pontifex Geraldus in proprio Conſiſtorio anno ab Incarnatione Domini
DCCCCXVIII. (infit locus) *adiit eius præſentiam ſuorúmque miniſtrorum vtriuſque ordinis*
quidam vir nomine Garemagnus, qui obtulit certam ſcripturam ce[ſſ]ionis ante præſentiam ſupra-
dicti Pontificis roboratam manu propria eius & vxoris ſuæ Rotrudis, per quam res & proprietates
eorum

eorum quæ conıacent ın pago ↄ*Matiſc.villa quæ nuncupatur* ↄ*Amuniacus,dederunt S.Vincentio;petẽs*
Campermutatio bonorum. *ſibi & vxori ſuæ pro ıpſis rebus concedi ab eo* (Epiſcopo) *aliquid de rebus ſanctı Vincenty quæ ſunt*
in beneficio memorato, loco Mirocampo ın pago Lugdunenſi,ſeu in pago Matiſc loco qui nominatur
Solbren,prata,terras,ſyluas cum omnibus adıacentibus diebus vitæ ıpſorum.Igitur dictus Præſul aurẽ
inclinans petitionibus illorum conſilio fidelium ſuorum iuſſit fieri quod poterant, eo tenore vt annis
ſingulis ın feſtiuitate ſanctı Vincenty quæ euenit XI. Kalend. Februarij, cenſum pro terra S. Vincen-
tij quam accipıunt,incunctanter perſoluant XII.denarios,& pro ipſa terra quam donant denarios IV.
quietè,&c. Actum publicè. Hactenus hic diſcurſus in tertia perſona. Verùm ſubuide adſequitur
Antiſtes ſic loquens in prima. *Geraldus peccator & humilis Epiſcopus huic præſtaria à me facta*
ipſemet *manu propria ſubſcripſi,&c.* Vbi duo aduertēda. Priùs, egregia viri ſauctitas nitet in eo
Fictus S. Geraldi. quòd de ſe loquens, in publicis literis ſe à frõte ſimul *peccatorem & humilẽ* inſcribere ſtatim
eſſet ſolitus: quaſi foret legitimæ canonizationis futuræ prænuncium. Poſteriùs eſt quòd
per vocem præſtariæ videatur ſupra concipi iuràmentum & pollicitatio faciendi ex adia-
Præſtaria. centibus, qui è veſtigio ſe liberiùs obſtringat. Cæterùm vterque textuum calculus ritè qua-
drat cum illo quem recèns aliunde diuulgauit Ioannes Tillius in Regum Chronico. Sextò,
6. hiſtor. Anchericus Archiantiſtes Lugdunenſis Synodum palam habuit Cariloci cum Geraldo in
tertis Diœceſeos Maticenſis anno ſalut. DCCCC.XXVI. De qua vide Tabulam Lugdu-
926. Synod. Cariloc. nenſem c in eo copioſam & abundantem: necnon in Titulis [d] donationes Ferdinandi Pres- c n. 61 9.1. d donum, fol.
byteri ac Erculſi laici cum vxore, ſub Rege Carolo ſimplici, ſine Data; qui Princeps obiit 118.122. ac
anno citato 926. 123.

Paragraphus 3.

SEptimo loco, ſic audi ad alios ritus ſeorſum explorandos eóſque dignos notatu in an-
7 hiſtoria. nexis ſubinde per nos interpretatiunculis. *Fratribus ſacroſanctæ Eccleſ. ſanctı Vincentij in-*
fra muros ↄ*Matiſconenſ. cui præſt. Domnus Geraldus Præſul* *, *ego Petrus Presbyter & Cano-* * fol. 110.
nicus loci ipſius dono ad ipſam Caſam Dei, pratum quod eſt in pago Lugdunen. in agro Reſpatacen-
ſi, in loco vocato, Prata Sagonnica,&c. Si quis contradixerit, auri vnciam componat. ↄ*Actum regnã-*
te Rodulpho. Hoc eſt, Datum anno ſalutis nongenteſimo XXVII. ſeu primo ſui Regni. Dice-
927. tem vel etiam & geſtum eſſe anno ſequente, ſi verè conſtet Principem illum biennio tan-
tùm regnaſſe, veluti plerique monimentis conſignarunt ex Tillio: aut ſeriùs factitatum, ſi is
diutiùs fuerit Galliæ dominator, quatenus adnotant nonnulla præfatorum Titulorum lo-
anno fi. Giraldi. ca c. Quippe formula textus ſeu regia ibidem appellatio eſt admodum gener lis. Sed profe- c cum D Antonino & Gaguino.
ctò nos impedit quædam recens & noſtris hiſce oculis perſpecta ſequentis Ledbaldi conſti-
tuendi neceſſitas d, quòminus vlteriores iſtas temporum conſequentias inferamus, & ne d capoſita n. 26.
Geraldum fateamur ſediſſe ad annos vſque milleſimum XXVIII. XXIX. ac XXX. ſeſe in-
uicem conſequentes: quod tamen triennium pluris, nos eidem ſancto Geraldo in priore
edıtiuncula conceſſeramus. Imò talia cogunt aut conuincunt mentes, vt ipſi Geraldo fi-
nem mox imponere debeamus anno præciſe DCCCC.XXVII. nec eius Epiſcopatum lon-
altera in hoc ſuo termino. giùs prorogare poſſimus. Attamen rurſus alia ſubeſt aduerſùs id ſic finiundi propoſitum
controuerſia chronologica pro octauo dicendorum loco: nihilominus certe tandem diſtin-
guenda vnà cum ſententia circa eam proferenda. Nam octauò, iſta ex iiſdem Titulis atten-
de. *Sacroſanct. Eccleſiæ ſanctı Vincentij fundatæ intra muros* ↄ*Matiſcon. cui præſt Geraldus Epiſcop.*
ego Giſlardus & Rotrudis vxor mea donamus ad ipſam Caſam Dei aliquid ex rebus noſtr. in pago
Lugdun. in villa Cortrıellas,&c. vt in honore B. Petri teneatur. Qui donationem iſtam contradixe-
hiſtoria. *rit, libram de auro componat* e. ↄ*Actum regnante Ludouico Rege.* Is Princeps, in ſequente chroni- e fol. 113.
ci ratione, fuit Ludouicus Tranſmarinus huius nominis quartus Caroli ſimplicis filius, at
proximus ſucceſſor Rodulphi antea Regis ſiue Ducis Burgũdi, & Carolum adſequentis ex-
tra Regiam ſobolem, Ludouico abſente aut in Anglia ad tempus in cuſtodia detento, poſt-
eáque in Galliis dominante. Vnde ad literam iuxta Tillij calculos dicendum foret, quòd
præfata Actio Maticenſis lubentius illuceſceret anno I. vel II. ſui ſceptri Ludouiciani, hoc
Ledbaldus ſucceſſor occupat tres annos ſequentes. eſt, ſalutis nongenteſimo XXIX. aut XXX. Neque vnquam vlteriùs, ob feſtinantem quo-
que duorum ſucceſſorum Antiſtitum chronologiam, Adalranum & Bernonem. Verùm
anguſtiæ quæ nos de nouo vndique premunt & adigunt, vt Ledbaldum hodie efficiamus
Matiſconenſem Epiſcopum proximè Geraldum imitantem, & Adalranum præeuntem
neceſſariò occupant illos annos DCCCCXXIX. & XXX. qui cùm ſint prini Ludouici
IV. regnantis, proculdubio ſolares illi curſus inſumebantur ab ipſo Ledbaldo ſedente vt
Epiſcopo, equidem rectiùs, non autem ampliùs à Geraldo, ſaltem non in Epiſcopatu, niſi
Et concertationis ſolutio. certè in iam recepto Monachali clauſtro. Quod paradoxum dum proponimus: videmur
continuò ad fores proſpicere concurrentes antagoniſtas, qui fortè opponant nos ergo ex

Altera contentio.

Solutio

Et an Rodulphus dicendus verè Rex Franciæ.

cludere Geraldum velut in Sede adhuc minimè ſuperſtitem cum oriente regno Ludouici IV. ac velle eundem ſanctum virum cœnobiticam monadem ingreſſum eſſe exacto anno præmiſſo DCCCCXXVII. qui ex Æmilio fuerat primus penultimúſque Rodulphi, perinde falſam cenſendam extremam Titulorum ſcripturam de ipſo Geraldo, quæ eum ſub Ludouico ſuprà conſtituit. Huic verò empodiſmati * vt ſatisfaciamus, dicimus plures olim ex hiſtoriographis & Chronographis paſſim dedignatos eſſe Rodulphum ferè inter Reges Francos recenſere, & ſanè meritò fortaſſis: primùm quia is extraneæ gentis erat, vnde qui coguntur eundem inſerere, ſaltem conantur duobus ſolùm annis perſonam hanc ad throni faſtigium ſuſtollere, quod tempuſculum vix meretur talem ad caput erigere. Secundò etiam, quia licèt Ludouicus IV. apud Anglos tunc verſaretur, hac non obſtante ſui corporis abſentia, hiſtoricè debuerat per annos adnumerari Rex quaſi præſens eſſet, & quidem è veſtigio, ſeu ab obitu patris Caroli ſimplicis, cùm ætatis ſuæ maioritas eum capacem proclamaret, etſi nondum ſacro chriſmate tam citò palam inauguratum. Lex enim Salica in Gallijs ex præſcripto vſu recepta, & de cuius tutamine tractant obiter Tituli Matiſconenſes f, non patitur regale ſolium tantiſper vacare, quandiu floret regia ſoboles maſculina, etiamnum in ephebis recumbens, multóque minùs in vito ætatis maturæ. Id vſu teri inſpicimus quotidianis exemplis ex facto aſſuetóque iure g. Sic itaque nunquam in Gallia Rex moritur. Sed confeſtim filius, qualis hic eſto ille Ludouicus Caroli ſimplicis, tubis & clangore Rex præcinitur, in quibuſcunque exterorum carceribus detineatur, vi legis datæ matricis & iurium conſuetuatricis. Igitur recordatio Ludouici in Titulis, hac ſaltem in parte, noſtro non oberit ſcopo, de ſubſtituendo Ledbaldo in vicem Geraldi ſub Ludouico IV. Rege, quantumuis id volumen in poſtrema ipſiuſmet Geraldi actione, quæ tamen facta eſt ſub Rodulpho abs re ſceptrum vſurpante, & armis potentiore ex ſola Ludouici tranſmarini abſentia. Et profectò vel alioqui nullum Ledbaldo deſignare locum poſſemus.

Lex Salica.

Reges Franciæ nunquã deficere.

* Græcum ἐμποδισμὸς, τὸ, & ἐμπόδισμα, id eſt, impedimentum, obſtaculum. Iac. Tuſanus.

f fol. 55.

g in S. Ludouico, Francisco 1. Carolo 9. Ludouico 13. &c.

Paragraphus 5.

Reliquas hiſtorias ſine diario conceptas de citatis antea annis Geraldi.

HInc verò fit, quod ſeiunctim abſoluimus, vt nona decimáque hiſtoria, quas deinceps ſub appellatione Geraldi auditum itis, non ampliùs ſint concipiendæ de Data aliqua diarij, quæ putetur eſſe poſterior allato fine ſedis Geraldi Cathedræ renunciantis. Sed tales creduntur illi tractus hiſtorici, vt dum Tituli in ſuo autographo nullos temporales circunſcribunt terminos, ipſa conſcripta Inſtrumenta de aliquo diario ex ſuperioribus annis intelligantur, intra quæ ſpatia Geraldum ſuprà h conſpeximus ſedem honoraſſe, nimirum ab anno octingenteſimo nonageſimo ſexto ad nongenteſimum vigeſimum ſeptimum duntaxat. Nec taciturnitas diariorum in illis reliquis Actis nullum progignit obſtaculum, quod Geraldi Chronico ſit nociturum. Etenim ordo doctrinæ iſtic à nobis colendus, ac inferiùs perſeuerans, merito poſtulauit, vt quæ Titulorum chartulæ notis diurnis circunferuntur, eas ſine dubio præcedere iubeamus; quę autem motu temporum carẽt in membranis, ipſas poſtponamus. Quem poſthac ſubiectionis ordinem in cæteris conſimilibus ſæpe retinemus *. Ergo iam pro nono hiſtoriarum genere, his aurem præbe, vbi mentio habetur ex Titulis de Diœceſano Concilio Maticenſi. *Opitulante gratiâ æterni Dei* (infit locus i) *cùm reſideret religioſiſſimus & piiſſimus* (epitheton Sanctitatis) *Antiſtes Geraldus in ſancta Synodo, ſingulis cauſis ad cultum & honorem ſanctæ Dei Eccleſ. pertinentibus finem & modum imponens inter cætera iudicia diſcutienda, deprecatio cuiuſdam nobiliſſimi vaſſalli Ratberti oblata eſt ſublimitatis præſentiæ. Siquidem deprecabatur ipſe Ratbertus Dominum Antiſtitem, quatenus Cappellæ eius quæ eſt in honore ſancti Stephani, aliquid Parochiæ concederet. Cuius petitioni piiſſimus Præſul annuens, conceſſit eius Cappellæ villam duplicem & ſtagnum, ea firmitatis ratione, vt eadem Cappella cum ipſius decimis ſemper ſubiaceat vico S. Martini, & ipſi Sacerdotes qui illo vico præfuerint, Cappellam ſancti Stephani abſque vlla teneant contradictionis moleſtia, &c. Actum Matiſconis in vrbe publica.* En exitus abſque temporis Data. Decimò, tandem & vltimò, ſuperſunt paraphraſes ſeptem priuatarum donationum breui ſimul commemorandæ poſt publicas hactenus allatas: quæ profectò reſidua interpellant continuò ſanctum Geraldum abſque vlla temporum cõnotatione. I. adeſt metum donum Arberti cum vxore *ad ipſam Caſam Dei, quam Domnus Geraldus ad regendum obtinet* k. II. Donum Adalgiſi Leuitæ l. III. *Maderbertus & vxor Elena* m *donarunt ad luminaria & incenſum Eccleſiæ augenda*, ſedente ſemper Gerardo & acceptante. IV. eleemoſyna Elij Presbyteri n. V. *Bernardus Præpoſitus dat in agro Carlomacenſi, &c. contradictor auri libram componat* o. VI. Adalardus multa cum tali pœna p. VII. irrita conuentio inter Rembertum ciuem & Reiner. Geraldum ac Canonicos q. Suffecerit pro rerum geſtarum hiſtoriis.

9. hiſtoria.

Synodus Diœceſana Maticenſis.

10 hiſtor. ſeptuplex.

h §. 2. 3. 4.

* tomis 13 & 14.

i fol. 19.

k fol. 20.

l fol. 56

m fol. 75

n fol. 76.

o fol. 7

p fol. 91

q fol. 91

Para

Paragraphus 6.

Monachiſmus tandem Epiſcop.

QVæ nunc in quarta propoſitorum claſſe habentur dicenda pro noſtro Gerardo, hæc ſunt. Ipſe Geraldus conſtruxit primus cum eremum qui ſupereſt in Breſſianorum prouinciola [k] Galliæ Celticæ, poſtea à Pedemontano Principe ditatum, & quidem in ſaltu ſeu loco quem nuncupât *Bron* [l], prope Burgum ciuitatem [m], bimilliaribus 4. Matiſcone diſtantem, vbi reliquum dierum ex voto & pietate erga Deum tranſegit [n], ibidémque demum ſuam nactus eſt ſepulturam, ex San-Iuliano: quinimò in pauperum Xenodochio collocari peroptauit, ex Bugnonio. Quo ſanè in ſitu Duces Sabaudi elaboratiſſimas ſuas ſepulturas deinceps appoſuêre [o], conſtructo vel aucto per eos eleganti Monaſterio Eremitarum Ordinis ſancti Auguſtini præſtantiori quàm antea, ea lege vt perennes Religioſi ſorent ſemper genere Pedemontani, quod & hodie vſu teritur ac retinetur. Alij verò hominum cenſent eundem virum Præſulem Matiſconi humo traditum in Conuentu Canonicorum Regularium ſancti Petri extra Ciuitatis mœnia conſtituto, vnde patent Acta in Gauſleno Epiſcopo * ; cæteri verò intra oppidi muros in vico & Sacello ſui quondam nominis ad Ædem ferè parœcialem diuo etiam Petro in vrbe ſacram, at hoc tempore funditus euerſo [p] atque profano ob frequentem ciuilium bellorum ſtragem ſubſecutam. Atque ea eſt vulgaris fama ſepulturæ ex veterum traditione aſſeruata. Ob idque prudenter concludendum, eius poſtea corpus vel tranſlatum fuiſſe ex Eremo ſeu Monaſterio in Sacellum, aut è contra etiam (ac fortè veriùs) ex vrbano eiuſmodi Sacello in idem rurale Cœnobium. Sub qua rerum ſerie, duo rurſus aduertenda. Vnum de loco eſt, idque huiuſmodi. Ioannes Molanus in Martyrologium Vſuardi hæc typis mandauit [q]: *In Bronio Monaſterio natale & tranſlatio ſancti Gerardi Abbatis, qui poſt militiam temporalem Chriſti tyrocinio mancipatus, huius Monaſterij extitit fundator deuotus, &c.* Qui textus Molani cenſetetur decenter intelligendus de iſto noſtro ſancto Geraldo: cùm nomina perſonæ & loci valde cohæreant, dum probabili argumento Geraldus Matiſconenſis præfatum *Bron* ſeu Brouienſem aliáſve Bronienſem à ſe conſtructum aut primò erectum in Monaſterium ſeu Abbatiam euehi curauerit [r], vel etiam primus ibidem Abbas extiterit. Atque id maximè ſic eloquor; quia habet hiſtoria Gerardi apud Molanum, quòd idem ipſe Gerardus è Belgis ſeu Flandris in Franciam aduentarit [ſ]. Sed forſan pauliſper obſtabit linearis annotatiuncula, quæ apud alios meminit vitæ ſancti Gerardi conſcriptæ ac miſſæ ad Gonterum Abbatem Bronij in patria Namurcenſi [t], & quem inſuper appellat Surius [u] Abbatem Bronienſem tempore Giſleberti Lotharingiæ Ducis, atque Othonis I. Imperatoris, eúmque ex proſapia Hagaonis Auſtraſiorum Ducis erectum. Etiámque verò obſtabit fortaſſis ſeculum poſterius præfati Gerardi Namurcenſis: vt pote qui obijt anno nongenteſimo LXXXVIII. ſalutis: hoc eſt tardius quàm ferant dies noſtri Gerardi.

Abbas adhuc locus aut PræſulGeraldus.

Obiectiones ſuper vita idemtate.

Alterum porro monendum eſt de nomine. Idem Molanus ſub III. Idus Octobris dixit: *In Gallijs ſancti Geraldi Confeſſoris.* Et in annotatiuncula ſubiecit quæ adſequuntur. *Suſpicor hunc eſſe eum Gerardum* (ait) *cuius vitam ſcripſit, teſte Tritemio, ſanctus Odo Abbas Cluniacenſis; habet enim Cluniaci XII. Lectiones* Matutinales [x], &c. Quia verò Cluniacum eſt Abbatia plurium Caput in Diœceſi ipſa Matiſconenſi poſita, ideò veriſimilius eſt Odonem ſecundum [y] Abbatem Cluniacenſem ſcripturam de Geraldo Epiſcopo ſuo lubentiùs concepiſſe, quàm de quopiam alio: potiſſimùm quia Odo [z] floruit & obijt anno 937. proptercáque tanquam verè coætaneus facilè vitam eremiticam pij Geraldi Maticenſis ad poſteros typo palam tranſmiſit. Verùm certè, duo rurſus obeſſe videtentur huic . . lato de Odone ſenſui. Nam priùs, Eccleſiaſticum officium ſancti Gerardi Matiſconenſis per totam Diœceſim haberi ſolitum fit duplex, non menſe Octobri, ſed die 4. Kalend. Iunias [a]. Attamen ſine peculiari eius hiſtoria quæ ibidem legatur: at totum de communi. Poſteriùs Cluniacenſes ferunt illum Geraldum Cluniaci Monachum extitiſſe, de quo agat ipſe Odo, & conſtruxiſſe Monaſterium Abbatiale factum in Aureliaca vrbe [b] Diœceſis Aruernenſis, è qua ipſe fuerat oriundus nobili ſtirpe. Floruit autem eodem prorſus æuo quo Geraldum Maticenſem conſtituimus, nimirum anno 910. & 930. Eccleſiaſticum verò eius Officium in Cluniacenſi Ordine continet octo Lectiones de propria ipſius hiſtoria, reliquis 4. communibus. Déque illo viro quondam tractabat Petrus de Natalibus [c], & recentiores Choppinus [d] atque Baronius [e]. At nunquid denuo opponi licebit, Geraldum Matiſconenſem ex Cluniaco vicino facilè aſſumptum in ſuam ipſam Diœceſim, ſui nimirum Monachatus, propter ingenua vitæ ipſius ornamenta, vt vnum ex duplici feſto, tranſlationis eſſe credatur? Nonne innumeros pene Galliarum Præſules etiámque Pontifices ſummos è Cluniacenſi

Alius ferè Geraldus.

Alij Monachi fortè appellationis eiuſdem.

Duplex locus ancepsſue ſepulturæ.

Alia oppoſitio.

[k] Sebuſiani occidui Seduniis in Comment. Cæſar. l. 1. c. 4.
[l] Alias *Bron*. Bugn. pa. 29.
[m] quondam *Tani* dictam.
[n] vſque ad an. ferè 958. tunc obiit. Bugn. pa. 30.
[o] per Margaritã Auſtriæ filiam Maximiliani Imp. vxoré Philiberti 2. Ducis 8. ibi ſepulta an. 1530. & illum 1504. attamen eius pater Philippus Dux 7. ibi etiã iacet ab an. 1498. Claud. Parad. pa. 627.
* nu. 33 §. 1.
[p] à Caluiniſtis an 1567.
[q] ſuper 5. nonas Octob.
[r] Tritem. de vir. illuſt. 3. c. 271. pro an obitus cit. S. Gerardi.
[ſ] ad 4 bimilliaria prope Matiſconem.
[ſ] Ad Cœnobium S. Dionyſij Pariſieſ.
[t] Gallia Belgica Septentrionali.
[u] Tomo 5. mẽſe Octob.
[x] In diuinis officiis.
[y] ex Chronico Cluniac. ab an 929. ad 944. Et non primum, vt cenſet Sigibertus an. 938.
[z] vel ſcribitur *Odo*, in Clun Chron.
[a] ex ritualib. Breuiarij Matiſconen. 29. Maij cum recepto vſu Romano ab an. 1601.
[b] vulgò *Aurilac* in Gallia Aquitanica.
[c] l. 9. c. 45.
[d] In ſacra Polit. l. 1. Tit. 4. §. 13. Monaſterium Aureliacũ mutatum eſt in ſecularem Collegium Canonicorum ad an 1476. ex tit. 3. §. 7.

* To re. annal an 911. num. 31.

Prælati monachi.

niacenſi Cœnobio emerſos legimus [f], ne dicam antea quoque ex Lerinenſi [g], Luxouienſi [h], aliiſque Monaſteriis? Tandem hiſce veriſimilitudinibus fidem humanam adhibeat qui-quis par eſt, donec repugnans aſſertio hiſtorica clarius eluceſcat: & iterum duos ſanctos Geraldos in eadem ſimul Diœceſi coætaneos admittere fas erit. Præterea Gerardum Cameracenſem Epiſcopum, tum alium Leucorum anno 1053. & tertium Florentiæ an. 1060. omnes

Alij rurſus Gerardi.

ex Sigiberto, ac pari ſeculo. Apud quem Authorem Cameracenſis obiit anno, 1094. qui fortaſſis eſt is, de quo ſupra Molanus in agro Namurcẽſi; velut ad eum Epiſcopatum ſublatus (ſi non ad Matiſconenſem) poſt affinem Cœnobij Bronienſis fundationem & adminiſtrationem, poſito quòd Bronium in illa demum regione veriùs credatur conſtitutum. Vel meliùs, duo præſtant ſitus Bronienſis vnus, & alter Bronienſis in diſſitis valde prouinciis. Interea, dum opinamur ſanctum Gerardum Matiſconenſem non ægrè hunc eſſe, qui è patria Aruernenſi Cluniacenſe Monaſterium priùs eſſet ingreſſus: non tamen arbitretur quis eum extitiſſe ſanctum illum Geraldum, qui vixit Monachus ſub ſancto Hugone [i] & Petro venerabili [k] Abbatibus. Is equidem factus eſt adminiſtrator Eccleſiæ ſancti Saluatoris Niuernenſis, & deinde Prior Cœnobij de Alto-iugo [l], in editiſſimo monte apud Bellijocenſes, Diœceſis ſane Matiſconenſis. At nihil præterea quam quòd illo in loco altiſſimo

Ob itus alter nus

vitæ finem religioſe per[e]git, vti Author eſt idem Petrus libro de miraculis [m]. Serius autem claruit poſterior iſte Geraldus Cluniacenſis, ſcilicet integro poſtmodum ſeculo, quo Petrus eſt habitus Abbas nonus. Alter verò, vt pote Geraldus Aureliacenſis, vixit ſub Bernone ac Odone, primo & ſecundo Abbatibus. De quo certè Aureliaco vetus præterea Breuiarium Epiſcopale Dyenſe recèns à nobis repertum habet nouem Lectiones Matutinales ſuper excelſa eius probitate, ſanctimoniáque vitæ, cuius patrem vocat Gerardum, matrem Abalrrudem illuſtres Comites. Profértque ibidem, quod *cùm genitrix eius nono ante partum die vigilans cum viro taceret, infans emiſit vocem ex alno, quam ambo audiuère: qui inde attoniti, ignorare haud potuerunt, quin illa vox ex vtero matris ſonuerit. Attamen vocant cubiculariam, & quem vagus ille increpuerit, adhibito lumine iubent diſquiri, &c* [o]. Hanc autem hiſtoriolam pluribus exprompſit quoque Petrus Moſander Carthuſianus in Surij voluminibus, quam nos primi Gallicè propterea felici auſpicio dedimus in Alphabetica noſtra de Sanctis percontatione [b]: ſiue is laicè peruixerit ad ritum optimi Religioſi, vt cenſent nonnulli, ſeu Monachus Cluniacenſis euaſerit ex aliorum ſententia.

Paragraphus 7.

Sieuert Matiſconi.

EXteriora nonnulla pro quinta claſſe occurrunt ſub id tempus digna tandem cognitu. Diuo hoc in Cathedra Maticenſi florente, claruère præclari iſti multi viri in Prouincia, ex Titulis antiquis [n]. *Cum reſediſſet Dominus Raculfus vocatus Comes* [o] *in ciuitate, vnà cum aliis perſonis his nominibus Berolto Ramnolt, Adalare & cæteris Scamneis* [p] *Matiſcenſibus, Edeuere Sieuert* [q], *Rotmant Rathert, Celeſti Rotland, Ynaneno Maiclano, Arlulfo Odelione, Ardrado, Lantredo, Sicherio & aliis ad rectas iuſtitias iudicandas ſeu diffiniendas. Ibi meorum præſentiâ venit homo nomen Sieuert & Vuido Aduocatus ſancti Laurentij. Dum duceret quod vna vinea cum campo de latere ſancti Sulpitij, & de fronte, gutta voluente à ſero: tunc homo nomen Vualcand præſens ſtabat in ſuo reſponſo, dixitque quod per ſe & ſuos donatores per XXX. annos & amplius legibus*

Nobiles ibidem contrahentes.

veſtiti fuimus abſque vlla partitione ſancti Laurentij. Per inquiſitum iudicium decreuerunt, quod iuret num ſua lex eſt, qua per ſe & per ſuos donatores per XXX. annos & amplius legibus veſtit: iuſſent, & iurauit quia taliter actum fuit, his præſentibus ſign. Arlulfo, &c. ſex. *Actum eſt hoc regnante Oddone Rege:* ſcilicet ab anno ſalutis 898. ad ann. 900. quia totidem annos dunt[ax]at ſceptrum tenuit Odo in Francia. Quo tempore vitam agebant Geraldus loci Epiſcopus & præfati componentes ea orta diſſidia. Cenſetur verò præmiſſus ille Raculfus eſſe tertius Comes Matiſconenſis poſt Vuarinum [r], Raculfum & Bernardum ipſius patrem ſupra [.] aduerſùs principia Comitum paulò tardiora in eodem Titulorum volumine, qui ſic ingerit. *No-*

Comites Matiſconenſes.

mina Comitum Matiſconenſium. Primus Albericus Narbonenſis, qui accipiens filiam Raculphi Vicecomitis poſt mortem Bernonis Matiſcon. Epiſcopi, Comitem ſe fecit. Poſt hunc Leotardus fi[li]us Albericus filius Leotardi. Quo mortuo Guilelmus Comes vxorem eius accepit. Atque poſtea Otto Comes, Gaufredus, Guido, Guilelmus filius Rainaldi Comitis: tum Rainaldus filius eius, Stephanus & Guilelmus Alemannus [s]. En ſexdecim omnino Comites. Nóſque de his paſſim infra. Sed de horum ordinatione paulò aliter. Qui iam de Alberico I. mox videas ſub Bernone adſequente f[e]rè Epiſcopo [v]. Sic itaque præſens horum denarius & ſenarius in [E]p[ilo]go erit optima baſis ſuccedentium per obuias diſcurſuum rationes.

Paragraphus 8.

Teſtamentũ Guilelmi Ducis.

ABſolutis iis quæ D. Geraldum contuentur, ſub præciſa ipſius Epiſcopi [c]ompeſtare, conuenit pari paſſu inſinuare pium Vuilelmi Aquitaniæ Duci teſtamentum M.S. pro

ſun

f & in Lugduneſib. an. 1019 §. 1. 2.
g Archiepiſcopi Lugd ib. à nob. a. 21. 22. 23.
h Illic n 18.
i 6 Abb. ab an. 1049. ad 1109. Cluniac.
k 9. Abb. ab an 1121. ad 1158 Cluniacenſi. melius quam ab an. 1100. ad an. 1130.
l vulgò De heaut-iong.
m 1. cap. 8.
a lectione 8. & 9
b To. 3. c 41. art. 186.
n tol. 103. 104
o filius Bernardi, n. 11 §. 5
p Eſchemins, alij dicunt ſcabinos.
q Olim [..] & poſtea [..] [..], ia ſede lis, hodieque familia [..] Sieuert. ex qua emerſus Author huius Operis qui monitrc[..] ſuiſſe probat de ſuis patribus ſucceſſionis in aſcenſum a 600. reſ apud F[..] ſes. & h[..] ca inde Mati[..]conc[..] [..] Belli ioc ſes. Lugdunenſes
r ſica. Miles. Inſ[ignis] Equitũ Rhodiorum, [..] riloc[e]nſes, & in Ciuitate T[..]nis apud Egyptum [..] Barbariam de quorum genealogia in C[..] dio Longauico Antiſt[..] [..] num 66 & 68 §
s ſupra [..] 17 §. 4. & n. 18. § 4
t [..]ou 23. cap. [..] tiol 3
v n 28 Aſſed in Titulis 107.

fundanda Cluniacenſi Abbatia, equidem integrum à nobis ſuſceptum ex Cluniaci Archiuis Manuſcriptis. Enimuero chronici ratio ad hunc locum & Antiſtitem ſpectat; quinimò ſub mediam Geraldi vitam inſeri debuiſſet idem Teſtamentum, vti ſuprà monuimus[a] decenti loco. Verùm certè continuanda & minimè intercipienda Præſulis geſta Vuilelmum ad iſtam calcem reduxerunt. De quo Principe ſecundario præcipuóque fundatore nos iam multa anteuertere oportuit ſub Hildebaldo Antiſtite[b], ob circunſtantes illic priorum fundatorum notitias ſeculum hoc præuenientes. Audi ſingulos textus.

a §.2. media.

b n.17. §.4.

Pro fundatione Abbatiæ Cluniacenſis.

Cunctis ſanè conſiderantibus liquet, quòd ita Dei diſpenſatio quibuſque diuitibus conſulit, vt ex rebus quas tranſitoriè poſſidentur, ſi eis bene vtantur, ſemper manſura valeant præmia promereri. Quod diuinus ſermo poſſibile oſtendens, atque ad hoc omnino ſuadens, dicit, Diuitiæ viri redemptio animæ eius[c]. Iſtud ego Vuilelmus dono Dei Comes & Dux ſollicitè perpendens, ac propriæ ſaluti dum licitum eſt prouidere cupiens, ratum imò pernéceſſarium duxi, vt ex rebus quæ mihi temporaliter collatæ ſunt, ad emolumentum animæ meæ aliquantulum impertiar. Quippe qui à Deo in his videor excreuiſſe. Vnde ne fortaſſis totum ad curam corporis mei in ſupremo iudicio redarguar expendiſſe, potiùs cùm ſuprema ſors cuncta rapuerit, quoddam ſperare cupio mihi gaudium reſeruaſſe Deum. Quæ gratia nullâ ſpecie vel modo congruentiùs fieri poſſe videtur, niſi vt iuxta Domini præceptum, amicos mihi faciam pauperes eius[d]; & vt eiuſmodi actio non ad tempus, ſed continuò operetur erga plures monaſticâ profeſſione congregatos ex propriis ſumptibus ſalutem. Eâ ſiquidem fide, ea ſpe id præſto vt quamuis ipſe cuncta contemnere nequeam, tamen dum mundi contemptores quos iuſtos credo ſuſceperim, iuſtorum mercedem accipiam. Igitur omnibus in vnitate fidei viuentibus Chriſtíque miſericordiam præſtolantibus, qui ſibi ſucceſſuri ſunt, & vſque ad ſeculi conſummationem victuri, notum ſit, quòd ob amorem Dei, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, res iuris mei, ſanctis Apoſtolis Petro & Paulo de propria trado dominatione, Cluniacum ſcilicet quæ ſita eſt ſuper fluuium qui Granna vocatur, cum curtili & manſo indominicato, & Capella quæ eſt in honore ſanctæ Dei genitricis Mariæ ſanctíque Petri Apoſtolorum Principis, cum omnibus rebus ad ipſam villam pertinentibus: villis ſiquidem, Capellis, mancipiis vtriuſque ſexus, vineis, pratis, campis, ſyluis, aquis, aquarum decurſibus, exitibus & regreſſibus, cum omni integritate. Quæ etiam res ſunt ſitæ in Comitatu Matiſconenſi, vel circa ſuis vnaquæque terminis concluſa. Dono autem hæc omnia iam dictis Apoſtolis ego Vuilielmus & vxor mea Angelberga primum pro amore Dei, deinde pro anima ſenioris mei Odonis Regis progenitoris, ac genitricis meæ, pro me, & vxore mea, aut ſalute animarum noſtrarum, ac corporum, pro anima quæ mihi eaſdem res teſtamentario Iure conceſſit, pro animabus quoque fratrum, ac ſororum noſtrarum nepotúmque, atque omnium vtriuſque ſexus propinquorum, pro fidelibus noſtris qui noſtro ſeruitio adhærent, pro ſtatu etiam ac integritate catholicæ religionis. Poſtremo verò ſicut omnes Chriſtiani vnius compage charitatis, ac fidei tenemur, ita pro cunctis præteritorum, præſentium ſiue futurorum temporum orthodoxis, hæc donatio fiat. Dono ſiquidem eo tenore, vt in Cluniaco in honore ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli Monaſterium regulare conſtruatur, ibique Monachi iuxta regulam beati Benedicti viuentes congregentur, qui ipſas res perenni tempore poſſideant, teneant, habeant, atque ordinent. Ita duntaxat vt ibi venerabile orationis domicilium votis ac ſupplicationibus fideliter frequentetur, conuerſatióque cæleſtis omni deſiderio & ardore intimo perquiratur & expetatur: ſedulæ quoque orationes, atque obſecrationes Domino dirigantur, tam pro me quàm pro omnibus ſuperiùs digeſtis. Etenim præcipimus vt maximè illis ſit hæc noſtra donatio ad perpetuum refugium, qui pauperes de ſeculo egreſſi nihil ſecum præter bonam voluntatem attulerunt, vt noſtrum ſupplementum fiat abundantia illorum. Sintq́ ipſi Monachi cum omnibus præſcriptis rebus ſub poteſtate & dominatione Bernonis Abbatis, qui quandiu vixerit, ſecundùm ſuum ſcire, & poſſe regulariter præſideat. Poſt diſceſſum verò eius habeant iidem Monachi poteſtatem, & licentiam quemcunque ſui Ordinis, ſecundùm placitum Dei atque regulam ſancti Benedicti promulgatam, eligere maluerint Abbatem atque rectorem. Ita vt nec noſtra nec alicuius poteſtatis contradictione contra religioſam duntaxat electionem impediantur. Per quinquennium autem Romæ ad limina Apoſtolorum ad luminaria ipſorum concinnanda decem ſolidos præfati Monachi perſoluant, habeántque tuitionem ipſorum Apoſtolorum, atque Romani Pontificis defenſionem, & ipſi Monachi corde & animo pleno prælibatum locum pro poſſe & noſſe ſuo ædificent. Volumus etiam vt noſtris ſucceſſorúmque noſtrorum temporibus, prout opportunitas, atque poſſibilitas eiuſdem loci ſeſe dederit, quotidie miſericordiæ opera pauperibus indigentibus, aduenis, peregrinantibus, ſumma intentione ibidem exhibeantur. Placuit etiam huic Teſtamento inſeri, vt ab hac die nec noſtro, nec parentum noſtrorum, nec faſcibus Regiæ magnitudinis, nec cuiuſlibet terrenæ poteſtatis iugo ſubiiciantur iidem Monachi ibi congregati. Neque aliquis Principum ſecularium, non Comes quiſquam, nec Epiſcopus quilibet,

c Prou.13 8.

d Luc.16.9.

Dat temporalia pro ſpiritualium.

Dat contemptoribus mundi.

Dat ſuum Cluniacū & agros.

… oretur … cunctis Chriſtianis.

Abbatem primum Monaſterij nominat.

Quid ſoluãt Eccleſiæ Romanæ Monachi.

non Pontifex ſupradictæ Sedis Romanæ per Deum, & in Deum, omnéſque Sanctos eius ac tremendi
Non ſubiiciantur laicis. *Iudicij diem conteſtor, deprecor ne inuadat res ipſorum Dei ſeruorum; non diſtrahat, non minuat, non procuret, non beneficiat aliquam perſonam, non aliquem Prælatum ſuper eos contra eorum voluntatem conſtituat. Et vt hoc nefas omnibus temerariis ac improbis arctius prohibeatur, adhuc idem inculcans ſubiungo & obſecro vos, o ſancti Apoſtoli, & glorioſi principes terræ, Petre, & Paule, & te, Pontifex Pontificum apoſtolicæ Sedis, vt per authoritatem canonicam, & Apoſtolicam quam a Deo accepiſti, alienes à conſortio ſanctæ Dei Eccleſiæ & ſempiternæ vitæ prædones, & inuaſores, atque diſtractores harum rerum, quas vobis hilari mente, promptáque voluntate dono. Sitiſque tutores atque defenſores iam dicti loci Cluniaci & ſeruorum Dei ibi commorantium ac commanentium, harum quoque omnium facultatum propter eleemoſynam & clementiam, ac miſericordiam piiſſimi Redemptoris noſtri. Si qui forte quod abſit, &*
Optat vt Prælati inuaſores loci cenſuris arceãt. *quod per Dei miſericordiam & patrocinia Apoſtolorum euenire non exiſtimo, vel ex propinquis aut extraneis, vel ex qualibet conditione ſiue poteſtate, qualicunque calliditate contra hoc Teſtamentum, quod pro amore Dei omnipotentis, ac veneratione Principum Apoſtolorum Petri, & Pauli fieri ſancimus, aliquam concuſſionem inferre tentauerit: primùm quidem iram Dei omnipotentis incurrat, auferátque Deus partem illius de terra viuentium, & deleat nomen eius de libro vitæ* [e]*, fiatque pars illius cum iis qui dixerunt Domino Deo, recede a nobis, & cum Dathan & Abiron, quos terra aperto ore deglutiuit, & viuos Infernus abſorbuit* [f]*, perennem incurrat damnationem: ſocius quoque Iudæ Domini proditoris effectus æternis cruciatibus retruſus teneatur* [g]*. Et ne in præſenti ſeculo humanis oculis impune tranſire videatur, in corpore quidem proprio futuræ damnationis tormenta experiatur, ſortitus duplicem direptionem cum Heliodoro* [h] *& Antiocho* [i]*, quorum alter acribus ver-*
Imprecatur detentoribus pœnam gehẽnæ. *beribus coercitus vix ſemiuiuus euaſit, alter vero nutu ſuperno percuſſus putreſcentibus membris, & ſcatentibus vermibus miſerrimè interiit, cæteriſque Sacrilegis qui ærarium domus Domini temerare præſumpſerunt, particeps exiſtat habeátque, niſi reſipuerit, archiclauum totius Monarchiæ Eccleſiarum obſtitorem, & amœni Paradiſi aditus contradictorem impediente ſibi quoque S. Paulo. Quos ſi vellet, habere poterat pro ſe piiſſimos interceſſores. Secundum mundalem vero legem, is quibus intulerit calumniam, centum auri libras cogente iudiciaria poteſtate compulſus exſoluat, & congreſſio illius fruſtrata nullum omnino obtineat effectum. Sed huius firmitas Teſtamẽti omni auctoritate ſuffulta ſemper ac inconcuſſa permaneat cum ſtipulatione ſubnixa. Actum in Bituricenſi ciuitate publicè.*
Teſtes obſignantes. *Vuilelmus ego hanc authoritatem fieri & firmari rogaui. Sign. Ingelbergæ vxoris eius. Madalbertus peccator Bituricenſis Archiepiſcopus. Sign. Adalardi Epiſcopi. Sign. Vrſonis Græci. Atto peccator Epiſcopus. Sign. Leutardi Comitis, Vuilelmi Nepotis Ducis.* Ac interfuère alij teſtes triginta quinq; inſignes, qui pagellas ſuo calculo cõprobarunt. *Datum tertio Idus Septembris, regnante Carolo Rege, Indictione tertiadecima, Anno Domini DCCCCX.* Hoc eſt anno 11. Regni Caroli Simplicis. Ecce baſis Abbatiæ Cluniaci, pro eius hiſtoria deinceps a nobis præcipua conſcribenda paucis vna cum facto Maticenſi Chronico. Quam poſtea caſu reperi ac deprehendi in recentiore typo conſcriptam à fronte Cluniacenſis Bibliothecæ Martini Marrier [k], at nonnullis in vocibus diſcrepantem. Attamen noſter contextus ſimulque autographus, ex quo periodos hauſi, videtur in ſenſu captando limatior & ad proficiendum aptior multo. Obiit autem Dux octo poſt fundationem annis, & Berno Abbas ſeptennio adhuc tardiùs, ex Bibliotheca præfata [l]. Interea, en Catalogus Abbatum loci, eodem pede integer exaratus à primo Abbate ſupra conſtituto ad hodiernum vſque diem, nobis collatus e breui Manuſcripto Cluniacenſi.

e Pſ.68.v.29.
f Num.16.v.31. Pſ.105.17.
g Actor.1.v.18.
h 2.Machab.3.
i 2.Machab.9.
k col.1.3.4.
l col.1617.

Anni Chriſti.	Ordo.	Nomina.	Locus ſepulturæ.
91 .	1.	Berno.	Cluniaci.
925. vel 929.	2.	S.Oddo.	Turoni in Eccleſ.S.Iuliani.
944.	3.	Aymardus.	Cluniaci.
954.	4.	S.Mayolus.	Siluigniaci.
994.	5.	S.Odilo.	Siluigniaci.
1049.	6.	S.Hugo.	Cluniaci.
1109.	7.	Pontius.	Cluniaci.
1122.	8.& 9.	Hugo II.& Petrus Venerab.	Cluniaci.
1158.	10.	Hugo III.de Fraſan.	Vallib.ſubtus Poſtinacum.
1173.	11.& 12.	Stephanus I.& Rodulphus I.	Cluniaci.
1176.	13.& 14.	Galtherius I.& Guillermus I.	Cluniaci.
1179.	15.	Theobaldus I.	Charitati.
1180.	16.	Hugo IV.	Cluniaci.

1199.

1199	17.	Hugo V.	Cluniaci.
1207.	18.	Guillermus II.	Apud Gayam.
1215.	19.	Geroldus Patriarcha Hieroſ.	Ibi iuxta ſepulchrum Dom.
1220.	20.	Rolandus I.	Cluniaci.
1228.	21.	Bartholomæus I.	Cluniaci.
1230.	22.	Stephanus II.	Siluigniaci.
1236.	23.	Hugo VI.	Apud Damictam.
1244.	24.	Guillermus III.	Apud S.Martinum de Campis Pariſ.
1257.	25.	Yuo primus.	Cluniaci.
1275.	26.	Yuo ſecundus.	Cluniaci.
1289.	27.	Guillermus IV.	Cluniaci.
1295.	28.	Bertrandus I.	Cluniaci.
1308.	29.	Henricus I.	Apud S.Florum.
1319.	30.	Raymundus I.	Auenioni in Eccleſ.B.Mariæ de donis
1322.	31.	Petrus ſecundus.	Cluniaci.
1342.	32.	Iterius primus.	Auenioni in Eccleſia cit.
1347.	33.	Hugo VII.	In prioratu Vallis S.Mar.Ord.Carthuſ.
1351.	34.	Androynus I.	Cluniaci.
1364.	35.	Symon I.	In Collegio Cluniacenſi Pariſiis.
1369.	36.	Ioannes I.	Apud S.Martinum de Campis.
1374.	37.	Iacobus I.	Auenioni in Collegio ſanctí Martialis.
1383.	38.	Ioannes II.	Cluniaci.
1400.	39.	Raymundus II.	Cluniaci.
1416.	40.	Robertus I.	Cluniaci.
1423.	41.	Oddo II.	Cluniaci.
1467.	42.	Iohannes de Borbonio, III.	Cluniaci.
1481.	43.	Iacobus II.de Ambaſia.	Cluniaci.
1514.	44.	Gaufredus de Ambaſia.	Cluniaci.
1518.	45.	Aymardus II.de Boyſi.	Apud S.Iulianum.
1529.	46.	Iohannes Card. à Lothar.IV.	Apud Nongentum Regium.
1550.	47.	Carolus Cardinal.à Lothar.	Rhemis in Eccl.Cathedrali.
1574.	48.	Claudius à Guiſia Monachus, Cluniaci,obut 23.Martij,1615.	
1612.	49.	Ludouicus à Guiſia Commendatarius obüt inchoante anno 1621.	
1621.	50.	Iacobus III.de Veny d'Albouge nobiliſſimus Archimandrita Religioſus profeſſus,Doctor Theologus Pariſienſis,in reformando exactiſſimus,à medio anno præfato *, ſedétque hoc anno 1625.	

* Receptus die 12. Martij, anno 1622

XXVI. *Paragraphus* I.

Tous Epiſcopus recens agnitus.

LEdbaldus I. ita nuper à nobis quærendo repertus & planè recognitus eſt in Titulis antiquis Eccleſiæ Matiſconenſis ſub Rege Francorum Rodulpho ; vt dum ibidem tale nomen deprehenditur quoque ſub Roberto Rege, & diſcrimen inter vtrumque Principem ſit integri penè ſeculi : concluditur inde quòd reiectâ non vnicus Ledbaldus ſit ſtatuendus Matiſconi Epiſcopus, veluti præſtiteramus in priore calcographia vnà cum Demochare illius obiter ſingularitatis exſcriptore : verùm certè duos Ledbaldos viciſſim adſtruere nunc cogimur, id comprobante ampliorum Titulorum certitudine, mox penitiùs inſpectorum ex requiſito ipſomet autographo MS. Prior iſte Ledbaldus idcirco ex continenti poſt S.Geraldum ſtatuitur noſtro ſtudio atque ſententia ante Adalranum, quia Tituli directè citant hunc ipſum Ledbaldum ſub anno præciſe ſecundo Regis
928. Rodulphi, qui ſanè eſt annus ſalutis nongenteſimus vigeſimus octauus, apud omnes quotquot ſunt Authores, variæ durationis a aut regiminis diuerſi, eiuſdem Principis. Quippe ipſi Chronici paulùlum in menſura cæleſtis motus ſibi aduerſante, pro eodem Rodulpho maximè domeſtici ſeu Galliarum, minimè videntur controuerte temporaria initia Gallicanæ ſuæ Monarchiæ, at veriùs ſola inſtantia vitæ ſui exitus, dempto vno Baronio Romano; de quo atque de cæteris clariùs alibi inferius. Propterea quæ anterior iſte Ledbaldus, aut redditus pro eo diſcurſus, ambit præſente Numerô XXVI. poſterior vero Ledbaldus

a S. Antonin. ... Æmil. ... ubi citati.

b nu. 4. §. 1.

Numerum XXXIV. Ideóque ſeptem alij Præſules immiſcentur & iacent inter ambos eiuſmodi Ledbaldos. Sic autem præfatus annus, quo ſedem Pontificiam iniiſſe creditur is Ledbaldus nomine primus, ita venit computandus, vt veriſimile ſit cum ad Cathedram cœpiſſe vocari extremo præcedenti anno nongenteſimo vigeſimoſeptimo, quo Gi[illegible]ldus ſub autumnum monaſtica vota emiſiſſe conijcitur. Et ex illo principio ſedere pertexit tres inſuper annos proximos, nempe ad trigeſimum vſque ſupra nongenteſimum: nec vlterius
930. procedendum, ob deſerendas ſequaces per nos ſolis reuolutiones Adalrano ſucceſſori. De quibus aut alijs Ledbaldi prolegomenis, velut eum Geraldo ſimul ad temperiem reuocandis aut adductis, nos diximus in vita eiuſdem Geraldi c, quatenus præludia fuerant illic valde opportuna, ad medium iſtud de ipſo Ledbaldo faciliùs dirigendum. Iam ergo audiatis ordine Titulorum Reſcripta ad ſenarium numerum. Primum atque præcipuum eſt eiuſ- c n. 25. f. 4. d fol. 1[illegible] & ſimile f. 33[illegible]

Sex membranæ pro Ledbaldo. I. modi d. *Dura legum auctoritas ſecularium à nonnullis pleniter cuſtodiri multimodè congruit, vt ſacra Ordinis norma à fidelibus obſeruetur* *, *quotieſcunque aliquibus hominibus de rebus eccleſiaſticis aliquid conceditur. Ita nanque condecet literis corroborari, vt in poſterum valeat permanere. Huius rei gratiâ intimare decreuimus ſanct. Matiſcenſ. Eccleſiæ filiis, præſentibus atque fut. quia cum reſi-*

I. membr. *deret Domnus Leuboldus* (ſeu Ledbaldus) *Præſul ſpectabilis ſecus Baſilicam glorioſi Mar. Chriſti Vincentij infra ambitum mœniorum Matiſcon. adiit præſentiam eius quidam vir nobiliſſimus Vldricus, deprecans vt concederet ei & hæredi ſuo de corpore ſuo exeunti Eccleſiã in honore S.....cum colonis, colonabus & omnibus appenditiis. Cuius petitionem Domnus Pontifex beneuolus ſuſcipiens contulit ei omnia ad integrum. ea ratione vt poſt eorum diſceſſum, ad ſanctum Vincentium deueniant, & in feſtiuit. S. Vincentij per ſingulos annos XII. denarios exoluant, &c. Signauit & Mayolus Præpoſitus, Sendelenus Archidiaconus,* & alij tres. *Data per manum Rodulphi Leuitæ ad vicem Mayo-*

* Aliud pene ſimile f. 1[illegible] tamen anno 9. Rodulphi, S. Iul[illegible], qui eſt f. 6[illegible] nec hic commemoratur ſedebat[illegible] ſcribere voluit an. 9 Roberti fol. 101, qui quadrat Ledbaldo [illegible] 34.[illegible]

Archicancellarius Eccleſiæ Matiſc. *li Archicancellarij die III. Nonis Februar. anno II. regnante Rodulpho Rege.* Videlicet ſalutis humanæ anno DCCCCXXVIII. ex connotatis. Cætera quæ adſequuntur geſta, nitent abſque Data valde ſpeciali. Sic inde ergo ſecundum Decretum e. *Placuit inter Dom. Letbal-* e fol. 40.

II. membr. *dum Epiſc. Maiolum Præpoſ. ac cæteros Canonic. necnon ab alia parte Aldonem Presbyterum, campum vnum commutare de ratione Fratrum in agro Salornacenſi* f, *&c. Data per manum Radulphi,* ſeu Secretarij eiuſdem, qui ſuprà conſcribitur in primo Decretulo, florentis ibidem tempore allati Radulphi Regis. Tertium. *In nomine omnipotentis Dei decretum eſſe omnibus noſtræ Eccleſ. filiis volumus, quoniam quidam Clericus Radulphus eiúſque parentes ex prædiis almi Martyris Vincentij aliquid emendo adquiſierunt, &c. Vnde ego Letbaldus S. Matiſcenſis Eccleſiæ Chr. Antiſtes, poſtquam ſublimatus fui ad Pontificatus indignè culmina, aſpexi ſupradictam emptionem à poſſeſſoribus S. Patroni noſtri Vincentij non ritè euallatam, quin & cognoui à bene ſcientibus non debere eſſe ſtabilem, interpellaui ſupradict. Clericum, vt quod ſui anteceſſores falſo emerunt, ipſe huic redderet loco, ex quo ablatum fuerat, &c. Dum verò cognouit ſe nullius reſtinſtitutione ad hoc eſſe ornatum, rediit ad nos tali modo quod omnia quæ adquiſierat redderet, & quæ aut dono ingenuorum, aut largitione & emptione parentum emere debuerat, donaret, quod & libenti animo fecit, & reddendo donauit, &c. Signum Letbaldi Epiſc. Sendeleni,* & aliorum decem. *Actum hoc tempore Rodulphi* f prope vrbẽ.

III.

IV. memb. *Regis* g. Quartum Decretum. *Sacroſ. Dei Eccleſiæ, infra muros Matiſcon. S. Vincentij Mart. cui Letbaldus Epiſc. præeſt, ego Ermengardis & filius meus donamus ad ipſam Caſam Dei, ad menſam fratrum ex reb. propriæ hæreditatis noſtræ, in pago Lugdun. agro Marliacenſi, hoc eſt campum qui terminat à mane, &c. Si quis contradixerit, X. libras aur. componat* h. *Actum regnante Rodulfo* g fol. [illegible] mutato [illegible] fol. 14.

V. *Rege.* Quintum. *Ego Letbaldus Matiſcen. Eccleſiæ Pontifex, quaſd. terras eid. Eccleſiæ S. Vincentij cui præſum, concedo in agro Viriacenſi, horreum meum, cum vineis, campis, molendinis, pratis, ſyluis, &c. Si quis donationem calumniari præſumpſerit, perpetuo anathemate tactus à conſortio Sanctor. exſtat alienus* i. *Actum tempore R. Regis. Sign. Rodulphi, Letbaldi Pontif. Vualterij nepotis,* ac nouẽ h fol. 116. i fol. 12[illegible]

VI. membrana. aliorum. Sextum & vltimum decretulum, quod eſt mera donatio hos naneiſcitur terminos. *Domino ac venerabili Matiſconenſi Epiſc. Letbaldo, ego Adalbertus & fratres mei Godolbert, Durantus atque Giſloldus vendimus quaſdam res hæreditatis noſtræ in pago Lugdun. in fine vallis, campos, prata, ſyluas, &c. Si quis contradix. libras II. componat. Actum tempore Rodulfi Regis.* Suffecerint ergo ſex illæ theſes pro Ledbaldo verificando in hoc catalogo, ſúbque iſta tempeſtate: cuius ideo poſitione nihil ſyncerius dici potuit. Interim moneo quod præfatus Ledbaldus ſecundum efficit patriæ Epiſcopum ex quinque de nouo addititiis in altera hac typographia. Pérque eum hactenus æquatur numerus vigeſimus ſextus ſuperioris editionis. Qui epilogus Antiſtitum Maticenſium ſuprà in Brend[illegible]ico k imm[illegible]utus fuerat de d[illegible]obus Præſulibus iam nunc re[illegible]tutis. Pro tribus autem ſuperſtitibus addendis, vnus mox proximè ad[illegible]quitur, Adalranus: & reliqui duo tardius poſtea occurrunt. k n. 18

XXVII.

XXVII. *Paragraphus* I.

Alius Epiſcopus recens agnitus.

ADalranus ſiue *Alranus* ſecundus huc etiam nouiſſimè compulſus, ſequitur equidem D. Geraldum, at non immediatè, cùm Ledbaldum I. poſt ipſum Geraldum anteponere coacti fuerimus. Qui autem in aliena regione quondam ſcripsere alterum eundem Adalranum ſectatum fuiſſe Geraldum, ſanè vel non intelligunt proximè factitatum eſſe, vel ſi concipiant, ita ergo fantur, quia de longinqua habitatione loquentes, Ledbaldum prædeceſſorem Adalrani minimè nouerunt, maximè eò quòd triennio duntaxat ſederit, nec brenis hæc notitia ad eos vſque peruenerit, ſicut perſpectam habuerunt prolixam ſanctitatis Geraldi ſeſſionem. Verùm Ledbaldus probe cognitus eſt apud veteres domeſticos Titulorum authores. Qui Adalranus Præſul XXVII. profectò minimè rurſus extabat in noſtro priore Maticenſium Epiſcoporum Catalogo, nec vnquam denuò viſus eſt in Titulis antiquis, aut apud Democharem. Sed recèns a nobis legitur deprehenſus in Nantuacenſi Breſſianorum Gallicanorùm Monaſterio [a], quod hodie in Commendam poſſidet R. Fremiot Diuionenſis, Patriarcha Archiepiſcopus Bituricenſis: a quo atque à ſuis [b] vetuſtiora Cœnobij reuoluentibus, accepi fidele exemplar ſedis præfati viri Adalrani, quale ſequitur. Déque illo Cœnobio pendebat noſtrum prius dictum, vbi præludiando narramus obiter, Fratres Monachos ex remota illa prouincia loquutos. En iam

a vulgò Nantua.

b à D. Cl. Robeito præceptore.

Ipſius hiſtoria.

compromiſſa litera. *Quia mentio incidit de Alrano Epiſcopo atque Abbate, congruum videtur inſerere quis hic fuerit, qualitérve promotus ad Ordinem Epiſcopatus. Hoc itaque tempore Caroli* [c] *Regis Francorum in primæua ætate ita Domino ſtuduit deſeruire, vt cunctis circumpoſitis hominibus, mirabilis eſſet in abſtinentia, in libris volutandis, in meditatione præceptorum Dei. Electus itaque ab Aureliano Lugdunenſi Archipræſule* [d] *ad Ordinem presbytery, commiſſa eſt ei Ecleſia S. Stephani Geriſiaci. Poſtquam autem curam ſuſcepit animarum, ita prædicatione diuina populo incumbebat, vt multos ex his hæredes vitæ æternæ fecerit. Defuncto itaque Matiſconenſis ciuitatis Epiſcopo Geraldo valdè religioſo* (itémque Ledbaldo) *omnino Eccleſia turbata ... in eligendo Epiſcopo. Tandem igitur ſalubri Clericorum conſilio, more antiquis inſtituto cum magno ... decretum eſt, vt triduanum ieiunium peragerent, atque voluntatem Dei in eligendo Patre perquirerent.*

c Simplicis ab an. 900. ad 926.

d is ab an. ... 9. ad 892. ... Lugdunen ... n. 1. 54. Illud tempus ... ante Epiſcopatum Geraldi.

Electionis ſex modus.

Peracto ergo ieiuny termino, in ipſa nocte apparuit Angelus Domini cuidam Clerico, admonens quatenus Alranum Presbyterum, qui Eccleſiæ Geſiriaci præerat, hunc ſibi Patrem eligerent atq. præferrent. Die autem craſtino cum omni Clero ſimul & populo retuliſſe illico aſſeritur, &c. Aſſumptúmque eum in ſede Epiſcopali eundem conſtituerunt. Qui ſic ... tus erat vacare oratiorib. ieiunis atque eleemoſynis inſiſtere, vt non aliquid minuit, ſed potiùs auxit. Cum diu ergo reſiſteret aut rèſideret in Eccleſia, relictis omnibus pompis ſeculi ad Monaſterium Nantuacenſe nomen dedit, ibique Monachi habitum ſumpſit, cupiens Deo ſeruire abſque vlla inquietudine huius ſeculi, ſed ſicut Dominus dicit, tanquam lucerna ſub modio, &c. Quanquam verò ſubdi vellet, non præeſſe, tamen Fratrum victus poſtulatione, poſt mortem Bertherij Abbatis ſuſcepit regimen loci. Ibidem perſiſtens multa innumerabilia perfecit ornamenta. Vnde conſummato curſus ſui campo, ad cæleſtia regna, vt credimus, tranſlatus ...; atque à Fratribus corpus eius conditum aromatibus, iuxtáque Baſilicam B. Petri honorificè tumulatum eſt. En hiſtoria.

...us poſtea Monachus, ...

Quæ ſanè exactiùs ſingulos dies Præſulatus Alrani ſecundi non aperit. Verùm certe ex allatis in textu circunſtantiis, & eò quòd ſuprà D. Geraldum monu... abiiſſe e Cathedra anno DCCCCXXVII. ac Ledbaldum inſequutum ab anno XXVIII. per triennium, propterea ſolemus inferre, Adalranum igitur ſacrum occupaſſe ſolium ſub annis

931.

932.

DCCCCXXXI. XXXII. & medio fortè anni ſequentis XXXIII. Neque profectò vlteriùs ob vrgentem eo bis ſecto anno ſucceſſoris ſeu ingredientis narrationem. Ideo autem Nantuacenſes iterum nominant Geraldum, & non Ledbaldum, cui Adalranus II. ſucceſſerit, quia idem Geraldus relicto prorſus Epiſcopatu aliquot annis in Brouienſi Monaſterio deguit recluſus, antequam moreretur: quo pendente annorum ... rſtitio vitæ ſuperſtitis multò auſterioris, Adalranus interea ſedit Matiſconi: & inde Nantuacenſes eidem Geraldo tanquam proximè nuper morienti, non vltimo ſedenti, præfecturam velut mox derelictam ex accidente attribuunt, non Ledbaldo, cui alioquin per ſe debetur propinquior

Adalrano ſucceſſio. Atque hæc addenda fuerant ſuperioribus ratiunculis. Inde vero ad hanc calcem notandum inſuper, præſentem Adalranum nequiuiſſe eandem induere perſonam ſimilis omnino appellationis, quam locamus ſupra Numero XVI. Tamque idcirco illic nuncupamus *Adalranum* I. huiuſce nominis: quia ille remotior non potuit commiſceri ad idem indiuiduum cum iſto II. Adalrano, vt efficerent vnum & eundem Præſulem; eò quòd temporanea diſtinctio inter vtrunque hominem eſt annorum cen-

tum viginti. Necnon ille primus firmas ſatis habet ſedes hiſtoricas, vt ibidem tutiùs debeat ſeorſum præſtare & anteire.

Paragraphus 2.

Vicecomitis donatio. HOc iuſtiore loco & tempore vberior eleemoſyna facta eſt Eccleſiæ Matiſconenſi, eaq; inerito enarranda. *Quicunque Sanctorum locis aliquid ex rebus ſua proprietatis dono con cedere nititur* aiunt Tituli [c] *premium ſibi adepturum minime diffidat. Huius rei causâ ego Dolebaldus Vicecomes & Giſlardus condonamus Eccleſiæ inclyti Mart. Chr. Vincentij, infra ambitum vrbis Mat*[illegible]. *medietatem Eccleſiæ noſtræ in honore S. Geneſij in pago Lugdun. cum omnibus ad eam pertinentibus, vineis, pratis, cam. ſyl. arborib. aquis, &c. In menſe Iulij anno VI. regnante Rodulfo Rege* hoc eſt anno ſalutis DCCCCXXXII. c fol. [illegible]

Paragraphus †3.

Chronicorum temporis [illegible] SEd inde ad Adalranum noſtrum ſecundum rediturı: ſanè fortaſſis aduertet aliquis Nantuacenſe MS & leget ibidem paulò antè præfatam hiſtoriam, quòd Bulla Lucij Papæ II. ſic concludit. *Datum Laterani per manum Baronis Cappellani ſcriptoris quintodecimo quarto, Pontificatus vero Lucij II. anno primo.* Inde verò arguere præſumet Lector, quod cùm poſt illa de Lucio ſcripta adſequatur præfatus Adalranus, tardior ergo ſit tempore idem

Eius ſedatio. Epiſcopus Maticenſis vno ferè ſeculo quàm ei præfiximus. At profectò huic ſcopulo vitando præuenimus ſatisfacere. Dicimus nanque nos expertos eſſe ordinem & ſeriem totius ferè commemorati Voluminis MS. quòd nimirum folia ipſius atque pagellæ ſeſe conſequentes non habeant pariter ſucceſſorem ſeu ſucceſſionem temporum annexam & ordinatam, vt quaſque res chronologicè voluntando vlteriùs deſcribant & pingant, quo ſanè pacto rite præſtiterunt hiſtorici Vrſpergenſis, Tritemius & alij plures. Sed idem MS. con-

Ordo in Titulis & in Adalrani hiſtorico. fudit multa ſimul tempora, ſeu abſque diſcrimine antè & retrò, maximè verò illud Chronicum Matiſconenſe de Alrano miſcet cum aliis diuerſæ ætatis, nulla habita ad annorum ſerupula ratione: quem denuò varium ſtilum non retento ordine doctrinæ obſeruant etiam Tituli antiqui Matiſconenſes, in quibus certe nobis eſt neceſſe ſingula hic & illic cum ingenti labore venari, vt illic per totum Opus ad æquilibrium & diarij methodum à nobis redigi aut conuerti optime valeant. Ergo in præſenti facto, ratio habenda fuit ad circunſtantias Aurehani Archipræſulis & Geraldi proximè Adalranum antecedentis, quas hoc

Alius [illegible] conſanguineus ferè Epiſcopus pari nomine [illegible]. pacto enarrant ipſa viſcera Nantuani Reſcripti in expoſita ad præſens hiſtoria, vt non aliò ſciſcitari amplius deceat. Cæterùm, nonnulli arbitrantur ex illo Manuſcripto colligi rurſus, quòd ante hunc Altanum floruerit eius conſanguineus perſimili fulgens nomine; qui vir electus quoque fuerit Antiſtes Maticenſis, hoc eſt, ſolummodò per formam veteris ac te[illegible] ſcrutinij nominatu[illegible], nec vnquam conſecratus. Nihilominus verò eam veritatis vmbram ac ſemitam ſatis tutam non video, vt hunc affinem ad directum categoriæ caput Præſulum extollamus, aut id vix dum præſtare audeamus: maxime quia non liquet de ſacra illius inauguratione. In ſumma, præfatus vnicus Adalranus Antiſtes eſt tertius additius in hoc altero prælo ſupra anteriorem noſtri Opuſculi editiunculam, poſt Lam-

Miraculum in ipſius pro[illegible]tione. be[illegible] additiones inchoantem [f] ex his quæ in Brenduico extremo præmonuimus [g]. Qui egregius Alranus videtur [illegible] Sanctus, eò quòd per miraculum & inſolito Angelico miniſterio à Deo ad Epiſcopatum [illegible]ocatus ſit: tametſi hactenus in Martyrologiis & Diuorum canoni[illegible]atione haud legatur. f nu. 19. g nu. 18

XXVIII. *Paragraphus* 1.

[illegible] pro[illegible] logia. B[illegible] no e[illegible] io quidem ſucceſſit S. Geraldo in Maticenſi Cathedra. Ve[illegible]m id [illegible]nnuimè [illegible]oncipiendu proxime geſtum, at mediante ſede Ledbaldi 1. & Adalrani 2. [illegible] reperti, Bugnonſo ignotorũ. Etſi verò Bugnoniana editio, quæ præ no[illegible]is ade[illegible] [illegible] diſerte non connotet ſolarem annum, quo idem Geraldus in Monaſterium ſeceſſerit tamen nonnulli ſentiunt eundem Authorem dixiſſe aut intellexiſſe, quòd Ber[illegible]oni[illegible] [illegible] Geraldo, inc[illegible]perit anno ſalut. præciſe nongenteſimo vigeſimo [illegible] do. Id[illegible] p[illegible] le[illegible]mus *. Sed profectò Synodus Carlocenſis ſecunius ha[illegible]ta ex p[illegible]cis, [illegible] per nos recenſita ſub D. Geraldo [a], anno DCCCCXXVI. [illegible] cu[illegible] Bugnoniani [illegible] & effect[illegible]n. itémque Acta ibidem à nobis promulgata [b] [illegible] [illegible] deque Giſlardo vxorato anno DCCCCXVII. & XXX. [illegible] [illegible] non ſevera ſit ea ſententia. E go [illegible] ipſe Geraldus ſuo ſe Pontificatu [illegible]

uit & Eremũ petiit, nimirũ medio anno aut extremo DCCCCXXX. vt ſic locus triẽnalis 933. ſuperfuerit Adalrano interpoſito ipſi Geraldo atque Bernoni. Nã certè prima omnium quę 934. patent Acta de illo Bernone Epiſcopo tribus pòſt annis, extant duo in Titulis antiquis, videlicet anno VII. & VIII. Rodulphi Regis Francorũ, hoc eſt ſalutis anno DCCCCXXXIII. & XXXIV. Primum eſt eiuſmodi e. *Quæcunque proceſſu temporis ſtabilita manere cenſentur, immo quæ a Primatibus, vel Paſtoribus ſacrarum Eccleſiarum ordinanda ſunt, ſic ea oportet apicibus characterum adnotari inconnulſa, vt in reliquum valeant perſiſtere, & quicunque ex eiſdem Baſilicarum rebus aliquid ſuis nititur aptare vſibus, ſi à Rectoribus earum id impetrare meruerit, obtinere queat ſecuriùs. Huius rei gratiâ omnibus notum fieri dignum duximus, quia cùm eſſet Dominus Berno ſuperna ſibi prouidente clementia Præſul præſtantiſſimus ſecus Baſilicam athletæ Martyris Chriſti Vincentij, quæ eſt infra ambitum mœniorum vrbis Matiſconenſis, adiit quidam vir* 1. *illuſtris Stephanus præſentiam eius, humiliter poſtulans ſibi ab eo conferri aliquid ex rebus prælibati Martyris, quæ coniacent in communitate Analenſi, Eccleſiam videlicet ſancti Pancratij cum XV mansis, quamuis diſperſa ſint atque aliquatenus diruta cum omnibus illorum appenditiis. Quapropter præſcriptus Pontifex communi conſenſu parique voluntate Canonicorum ſuorum concordantium, conceſſit illi & filiis eius .... * ſub decreto cenſus cum vniuerſis ibidem adiacentibus, vt dum aduixerint, ſecuriter tenere queant quod humiliter expetiuère, quatenus die exitus eorum meliorata præfata Eccleſia S. Vincentij cum vſuris quæ ſua ſunt recipiat. Illis verò decedentibus, ſine vllius controuerſia, S. Vincentio deueniat. Si autem, quod abſit, quiſpiam hæc immutare niſus fuerit, & almo Vincentio differre iura ſiue proprietates voluerit, deterreat eum vox diuina quæ fatur:* MALEDICTI QVI TRANSGREDIVNTVR TERMINOS, QVOS POSVERVNT PATRES ANTIQVI d. *Ea verò ratione acta ſunt hæc, vt reuolutione cuiuſque anni in feſtiuitate dicti Martyris duos ſolidos denariorum ſine refragatione eidem Eccleſiæ perſoluant, &c. Inde Domnus Antiſtes moderantiſſimus hanc præſtariam illis fieri iuſſit, quam firmauit & Canonicorum digitis ſignandam tradidit ſuorum. Ego Berno peccator Epiſcopus, Rodulphus Archidiaconus, &c. Ado Abba .... Ayminus cunctorum deuotiſſimus Clericorum atque Archicancellarius dictando ſcripſit & datauit die Martis in menſe Iunio, anno VII. Regni Rodulphi glorioſiſſimi Regis.* Iam ſecundum compromiſſi ſuperioris Reſcriptum tale eſt, poſtquam primordia parta ſunt Actui præcedenti ad hunc vſque locum. *Cùm reſideret Domnus ac venerabilis Berno Epiſcopus ſecus Baſilicam almæ Mariæ Virginis genitricis Dei ſanctorúmque Martyrum Vincentij, Geruaſij & Protaſij e, expetiit ab eo Domnus Albericus Comes illuſtris ex rebus aliquid dictæ Baſilicæ Matiſconenſis, villas videlicet in pago Lugdunen. coniacentes, & villam Curtisfranconis [illegible] Eccleſia B. Petri, atque omnia ibi pertinentia, & omnes conſuetudines quas [illegible] poteſtatem ſ[illegible] ſuo Letardo conferri poſtulauit. ac Dominus Berno Pontifex annuens [illegible] Comitis, contulit filio villas & Eccleſias cum appenditiis [illegible] obtinere quiuerit ſine contagione peccati, quia in eleemoſyna S. Vincentio fuerant collata, [illegible] Martyri Letardus filius cum aſcenſu patris in pago Lugdunen. quidquid [illegible] ſus eſt habere in [illegible] montis Gudini ſcilicet quinque colonicas* (ſeu parœcias) *cum omnibus appenditiis, pratis, ſyluis, &c. Ipſas res ibi donauit ad menſam Fratrum. Et ſiquis in beneficio eas habere præſumpſerit, [illegible] Dei omnipotentis incurrat, & hoc perdat. Si quis autem contradixerit, auri libras X. componat.* Quinque teſtes obſignarunt, tum *ipſemet Comes Lectardus,* f(inſit locus ſeu textus) *vxor eius Berta, Raterius, Rodulphus, Arnaldus. Data die Martis Kalend. Ianuar. anno VII.* vel ſalutis nongenteſimo trigeſimo quarto *, *regnante Rodulpho Rege.* Qua in ſupputatione aduertendum Ioannem Tillium & Æmilium g duos tantùm annos Rodulpho ad ſceptrum conceſſiſſe h, reliquos verò authores duodecim fere & paſſim i, veluti maxime inter veteres conſtat, etiam ex hoc MS. Titulorum penè coætaneorum, vbi ſaltem ad octauum vſque illius Regis annum peruenitur ex oblata hiſtorica occaſione. Vnde quantùm additur ipſi Rodulpho, tantum detrahitur ſucceſſori Ludouico IV. quia qui Rodulpho biennium tradunt Ludouico viginti ſeptem annos admittunt. Qui autem priori duodenarium ſolaris vertiginis, poſteriori ſeptendecim duntaxat annos attribuant, neceſſe eſt. Eóque ſenſu vlteriore [illegible] marinus ex Anglia ſeriùs in Franciam rediit, recuperaturus Regnum ſeu patrimonium [illegible] nitoris Caroli ſimplicis. Atque hæc ſemel pro generali doctrina chronologiæ Gallicanæ enarranda obiter videbantur, ex graui occurrente Titulorum certitudine & teſtimonio. Iuxta quam libri certitudinem S. Antoninus Florentinus conformis, & verus quidem k, at recentior fabricatis Titulorum ſcripturis l, apponit m annos XIII. [illegible] eidem Rodulpho ſuis in Chronicis: monétque Rodulphum apud Antiſiodorum obiiſſe, anno DCCCCXXXVIII. ac Ludouicum IV. ex Inſula ad Gallos tunc remiſſum, Laudunique Regem [illegible] per vndeuiginti fermè quibus vixit annos adſequentes.

Paragraphus

e fo. 116. & 162

* talē locum.

d Deut 17. 2. Prou 22. v. 28

e fo. 169. Simile eod. ar. fo 18. 19.

f valgò Confrançon in Diœceſi Matiscon. ad Cluniacum. Alia [illegible] dedit [illegible] ad lumina S. Vincent. ex fol. [illegible] Letardi [illegible] & Humbertatre. Et alius vir illuſtris Dotuus fo. [illegible] vterque ſine Data. Itē Eiminus Presbyter, Rodulpho Rege abſque anno. fo. 106. Et Stephanus illuſtris ad ea lumina augenda.

* Bogn. ann. 943. pa. 32.

g fol 61.

h ann. 927. 928

i [illegible] 8. Gaguin [illegible]

k [illegible] ad ann. 1470. Geneb. in Chronol.

l [illegible] fuerunt ſub an. 1236.

m [illegible] 1240.

[illegible] 10. & c. 4. ante §.

Paragraphus 2.

III. donum.

Ecclesia S. Petri.

TErtium genus doni inchoamus ex MS. Eccleſiæ S. Petri Matiſconenſis m pro eadem finiundum ad Cathedralem ex ſolitis Titulis. *Eccleſia Dei ſacroſan. in hon. Apoſtolorum Petri & Pauli ego Ardradus dono de reb. m. donatumque in perpetuum eſſe volo, curtile, vineam, campum cum ædificiis, omnibus appenditiis & ſuperpoſito, in agro Fuſciacenſi in villa Toriaci*. Terminatur à mane viâ publicâ, & aqua voluente, à meridie terrâ Monegundis, à ſero terrâ SS. Romani & Leutgary, à circio viâ publicâ. Data menſe Septembr. IV. Nonas, anno XI. regnante Rodulpho:* id eſt ſalutis præciſe anno DCCCC. XXXVII. Inde ad Titulos redeundo: pro notitia integræ durationis præfati Bernonis in Cathedra ſupereſt reuoluendum aliud Reſcriptum, appendix tertij, idque tale. *Sacroſanctæ Dei Eccleſia, quæ eſt conſtructa in pago Matiſconenſi, cui Berno Epiſcopus praeſt, ego Drogbertus dono ad ſupradictam Eccleſiam alodium in agro Salmacenſi, in villa Sargo-Villaro cum caſa indominicata, & vinea inſimul tenente* n, *quæ terminat de vno latere viam, &c. Si quis contradixerit, libras tres auri componat, &c. Beraldus fecit. Actum eſt hoc tempore Ludouici Regis* o. Cuius rei ætas & celebratio debuit euenire anno ad ſummum

939. nongenteſimo XXXIX. vel XL. Nam cùm præfatus Titulorum liber induat & proſe-

940. quatur eam ſententiam duodenarij annorum quos percurrerit Rodulphus in Francia, ob idque Ludouico IV. locum ceſſerit anno DCCCCXXXVIII. ſane primus & ſecundus eiuſdem Ludouici annus, ſub quo proclamabatur ad minus res à Drogberto geſta ſedente Bernone, eſt annus nongenteſimus trigeſimus nonus, & quadrageſimus: ad quod vſque tempus habenas Berno direxit in Diœceſi, neque vix etiam vlteriùs, propter vrgentes deinceps ſucceſſoris calculus. De quo tempore ſui finis exactiùs Num. XXI.*

m pa.
* vul. Thoriaco nobilis domus.
n vinginti en emble.
o fol. 141 aliud donum ſub eod. dou. Io. & ſub Cōrad. Rege ibi. ſub Ludoui. fo. 118.
* 914

Paragraphus 3.

Alia dona quintuplicia.

V. donum.

Comites matiſconenſes.

PRæter ea tamen Titulorum loca ſuis hactenus illuſtrata radiis, ſuperſunt ibidem alia quinque vt minimùm, illis computis omnino carentibus. Adeſt primus locus. *Eccleſiæ S. Vincentij, quam D. Berno Præſul ad regendum habet, ego Arnulphus Presbyter dono ad ipſam Caſam Dei aliquid ex rebus meis ſitis in pago Matiſcon. in agro Melomacēſi, &c.* p Secundus: *Eccleſiæ ſancti Vincentij, cui venerabilis vir Berno praeſt, ego in Dei nomine Tetemis & vxor mea Alderudis donamus pro remed. animarum noſtrar. Canonicis loci, aliquid de rebus noſtris ſitis in pago Matiſcon. in agro Fuſciacenſi, in villa Satoniaco* q, *&c.* Tertius: *Eccl. S. Vinc. cui Berno Epiſcopus praeſt, ego Suſanna fœmina* r *dono ad ipſam Caſam Dei in vſum Fratrum aliquid ex rebus meis, &c. Si quis hoc calumniauerit, libram auri componat*: quinque obſignatis. Quartus: *Eccleſ. S. Vincen. cui Berno Epiſcopus praeſt, ego Aymardus Presbyter & Canonicus dono ad ipſam Caſam Dei in ſtipendia Fratrum aliquid ex rebus meis* s, *&c.* Quintus & vltimus eſt eiuſmodi. *Domnus Berno Pontifex annuens precibus Alberici de Narbona Comitis illuſtris, contulit Eccleſiam geminorum ſanctorum Amoris & Viatoris cum appenditiis: & eius filij Leutardus Comes atque Humbertus ipſas res ſuis applicarunt vſibus, & in eleemoſyna S. Vincentio donarunt Capellam in honore S. Bartholomæi dicatam in pago Matiſconenſi* t, *&c.* Iſta præ aliis u ſufficient.

p fo.
q fol. 58.
r fol.
s fol. 13
t fo. 4.
p 31
u F... donans 105

XXIX. *Paragraphus 1.*

Falſus nonnullorū calculus de Naymbodi ad Epiſcopatū ingreſſu.

I. Ratio.

II Ratio

NAymbodus ſic dictus in ſtylo Maticenſi, & *Maimbodus* in Actis Prioratus Catilocenſis, multa præclara molitus eſt ſuo æuo, aut certè geſta ſunt ipſo Matiſconi agente. De ſuo autem ad illam ſedem ingreſſu Bugnonius hæc obdormiſcens ſcripſit a. *Poſtquam autem Berno deuotè & religioſè in Epiſcopatu deguit, ad ſuperos tranſlatus eſt & Clerus Matiſconenſis eius vice ſubſtituit Naymbodum, virum magnæ virtutis & ſanctitatis vitæ, anno Incarnationis nongenteſimo vigeſimo ſecundo, & Regni Ludouici vigeſimo quarto.* Hic contemplare, Lector, quædam latentia in iſta ſupputatione contradictoria, binis expoſitiunculis per nos meritò aperienda. Primum eſt, quòd dum Bugnoniana editio ſic in calculo loquuta fuit de egreſſu Bernonis vnà cum introitu ſuccedentis Naymbodi: ſane paulò ante b eundem omnino annum ſtatuit pro initiis eiuſdem Bernonis c. Ita vt ex Bugnonij ſententia, Berno ne vix vnum quidem annum in ſolio peregerit: quem nihilominus octennio in eo magiſtratu vixiſſe ſuperius collegiſſe putamus d. Adeóque Bugnonius, aut eius ſaltem typographus delirus, perperam collocat annum DCCCCXXII. pro anno veriùs imprimendo e DCCCCXLII. aut DCCCCLII. ob alios ſenſus, veluti infra ſeorſum ex Titulorum Actis iuxta plures ſenſus inte[r] pr[iv]atu dignos versùs propinquiora demonſtrabimus. Secundum eſt, quòd annus XXIV. Ludouici IV. vulgò Tranſmarini, de quo Bugnonius ſuum textum concepit,

a pa.
b pa.
c
d 1010
e

concipit, nequaquam incidere poteſt ſub annum ſalutis nongenteſimum vigeſimum ſecundum. Eo enim annuo ſpatio adhuc regni habenas tenebat Pater Carolus ſimplex, qui erat annus ſui ſceptri vigeſimustertius, pergens regnare quatuor prætetea annis infrà: cui poſtmodum ſucceſsêre Rodulphus, deindéque præfatus Ludouicus IV. His præmiſſis: accedamus modeſtè ad priora Naymbodi geſta: vt inde pauxillatim ad poſteriora gradum diſiunctiuè faciamus: omnia ex Titulis antiquis Eccleſiæ Matiſconenſis hauſta. Sic itaque per anteriores duos præfatam cœptam noſtri diarij emendationem docebimus extra Bugnonianæ coniecturæ aleam, vnà cum recenſendis meris hiſtoriis ſub vario Regiſtro contectis.

Paragraphus 2.

Inſtrumentum publicũ. PRima in Titulis ad propoſitum Tabula, eſt eiuſmodi [e]. *In nomine Dei & Saluatoris agnitum fieri duximus omnibus Matiſconenſis Eccleſiæ filiis, præſentibus atque futuris, quòd Domnus & ſpectabilis Paſtor Naymbodus, cùm ſecus Baſilicam pretioſi Martyris Chriſti Vincentij reſideret in Synodali Collegio, congruo cultu peragens ſui regimina Pontificatus, aperto capite aggreſſus eſt clementiam ſerenitatis eius, quidam illuſtris vir Vuillebertus, obnixè expoſcens vt morte paterna concederet filio eius Vuillib. quaſdam Eccleſias conıacentes in pago Matiſconenſi in Agenaio* [e fol 169.]
Donatio. *villa ad honorem B. Ioannis dicata, & in Paſciaco villa ſub Beati Petri dicata veneratione. Domnus quamobrem Naymbodus Præſul clementiſſimus largiri dignatus eſt quod efflagitatum fuerat, præſcriptas videlicet Eccleſias, cum rebus ac decimis & omnibus inibi pertinentibus cum vnita integritate de Priſciaco, &c. Domnus Pontifex propriis digitis roborauit, & reſidentium manibus ſignandum tradidit. Signum Naymbodi Epiſcopi & Vberti Præpoſiti. Signarunt etiam Ado Abba,*
Dignitates Eccleſiæ Matiſconenſ. *Ayminus Archidiaconus, Maybllus Leuita, Bodo Leuita, & Arlcboldus Leuita. Data die Dominica menſe Septembris, anno III. regnante Ludouico Rege*; nimirum Ludouico quarto huiuſce nominis, diu vltra mare ante obtentum diadema victitante. Qui equidem calculus anni tertij Regni eiuſdem Principis poteſt duplici modo concipi, aut alterutro capiatur neceſſe eſt: & quonam ex duobus illis ſenſibus, ſanè videndum paucis. Iuxta priorem viam in Bernone anteceſſore [f] numeramus Authores, qui credunt Rodulphum Regem præfati Ludouici anteceſſorem regnaſſe duobus tantùm annis, hoc eſt ad annum vſque ſalutis [f nu. 28. §. 1. finali.]
Duplex calculandi via. completum nongenteſimum XXVIII. Quo certè pacto, tertius Ludouici annus eſſet nongenteſimus XXXI. Atque is profectò annus minimè competeret inchoanti ſellulæ Naymbodi Epiſcopi. Nam ſuprà admittimus Bernonem tunc ſolium occupaſſe. Igitur in quopiam altero computationum titu & tempore nobis tutiùs eſt ſubſidendum: Nempe ex eo quòd cæteri Authores Regno Rodulphi tradunt annos duodecim; vt idcirco regnarit ad annum vſque nongenteſimum XXXVIII. Sic fantur potiores authoritates, videlicet ſanctus Antonius hiſtoricus Archiepiſcopus Florentinus, & Tituli MS. perantiqui Eccleſiæ Matiſco-
An. 941. nenſis, quos hiſce in locis citamus: quique perſeuerant ita emetiri vbique duos illos Reges, Rodulphum ac Ludouicum: vt huic ſecundæ calculorum formulæ debeamus præſertim inſiſtere. Et iſto ſenſu proculdubio tertius eiuſdem Ludouici annus cadit in annum ſalutis nongenteſimum quadrageſimum primum; qui opportunè fuerit primus ſolaris ambitus ſedis Naymbodi; quia nuper concludebamus Bernonem proximum anteceſſorem floruiſſe ac finiiſſe anno mox ſuperiore quadrageſimo ſupra nongenteſimum.

Paragraphus 3.

Inſtrumentum. SEcunda in Titulis propoſita Tabella, hæc eſt [g]. *Sacroſancta Eccleſiæ S. Vincentij Matiſconenſis, quam Domnus Naymbodus Epiſcopus ad regendum habere videtur, ego Fulcherannus & vxor mea Gertrudis pro Dei amore & æterna retributione donamus ad ipſam Caſam Dei ex reb. noſtris in pago Matiſcon. in agro Fuſciacenſi, &c. cum campis, pratis, ſyluis, &c. in ſtipendia Fratrum, eo tenore dum ego & vxor mea aduixerimus, teneamus & poſſideamus in vſumfruct. & poſt noſtrum* [g fol. 22.]
Donum conditionatum. *ambor. deceſſum ad ipſam Caſam Dei permaneant ipſæ res, & faciant authores ac ſucceſſores eiuſd. Eccl. in ſeruitio Dei ſanctique Vincent. quicquid voluerint. Et annis ſingul. in feſtiuit. S. Vincent. ſextarios duos ex tritico ibi in incenſum donamus. Si quis contradixerit, medietatem Regi, & aliam medietat. in litem conferat. Actum Matiſconi XIV. Kalend. Iulij, anno XII. regnante Ludou. Rege.* Obſignatis Vualterio Vicecomite, & tribus aliis teſtibus. Quis verò ſecularis annus fuerit ille XII. Regni Ludouici, vt diſcamus, opinabor bicipiti rurſus modo, ſicut & iam monitum eſt in cõmentario primi inſtrumenti [h]. Si enim ex vna parte Rodulphus biennio dũtaxat regnarit: [h ſ. 2.]
Bicipiti. ſanè duodecima ſolaris orbiculatio Regni Ludou. IV. ſuccedentis percurret annũ DCCCC. XL. Qui annus eò quòd impingit versùs vltimã annuam ſedẽ Bernonis anteceſſoris [i], ſaltem [i teſte eius loco hiſtorico.]
tendit in medium vſque annui ſpatij, nimirum occupat eum annum à 18. die mẽſis Iunij: hinc

I profe

Duæ pariter ſupputandi rationes. profectò conſequitur Bernonem eo ante medium anno obiiſſe circa vernum tempus, &
Naymbodum repleſſe locum ab æſtiuo tempore eiuſdem anni ac vltrà. Et hic ſenſus non
ineptè quadrabit cum allato ſuprà [k] noſtro calculo de Naymbodo inchoante ſub annum [k in I. Inſtrum.]
quadrageſimum primum, eo ſumpto integro nec imperfecto. Verùm ſecundò, ſi ex al-
950. tera parte ſumatur Rodulphi regnum duraſſe per annos duodecim: hac ratione duode-
narius Ludouici annus retrocedens cadit in annum ſalutis nongenteſimum quinqua-
geſimum. Atque hæc verior eſt præſens ſupputatio, pro die quo geſta fuit præfata Vui-
cheranni donatio. Nam diximus Titulos antiquos, vnde ea eſt deprompta, ſequutos po-
ſteriorem indaginem.

Paragraphus 4.

III. Inſtrumentum. TErtia Tabella [l]. *In nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinit. Ludouicus Dei prouidente clementia* [l fol. 46.]
Rex. Si maieſtas regalis ob amorem Dei Sanctorúmque eius curas eccleſiaſticarum rerum ſuſ-
cipere & ordinare ſtuduerit, &c. innotuit nobis, quòd Canonici Eccl. S. Vincentij Martyris non ha-
berent vnde communiter viuerent, quia locus à perfidis Chriſtianis penè dirutus habebatur: nos ad
Comes Matiſconenſ. *deprecationem præmemorati Pontificis, inclytique Marchionis Hugonis nobiliſſimi, necnon Comitis*
Leutoldi; cuius diuino amore ad reſtaurationem loci totus indeſinenter flagrabat animus: eidem Cæ- [*Nota Eccleſiã cathedralem adhuc tunc vocatã Cœnobium, quaſi Monaſteriũ, de quo Nu. 1. §. 2.]
nobio * *Abbatiam S. Clementis in ſuburbio vrbis Matiſcon. cum Eccl. & omnibus ſibi rite pertinenti-*
bus, ac nouas decimas concedimus, &c. Actum Rhemis V. Kalend. Nouembr. anno XIII. Lu-
Abbatia S. Clementis. *douico Rege regnante.* Hoc eſt, geſtum vel anno ſalutis nongenteſimo XLI. vel certè an-
no LI. ſeu decennio pòſt, iuxta duplicem commemoratam opinandi rationem [m]; poſte-
riore alioqui tutiore. Sub quo præcisè anno hæc inſuper inita leguntur [n] in diſcrepante
materia. *Cùm eſſet Dominus Naymbodus Præſul venerand. apud Matiſcon. inclyti Mart.* [m §. 3. n ex fo. 5. & 11.]
951. *Vincentij Baſilicam reſidens, in ſuorum Collegio fidelium, adiit gemma pietatis eius quidam vir fi-*
delis huius Eccleſiæ filius nomine Viſtemarus depoſcens conferri ſibi aliquid præſcripti Martyris,
Capellam videlicet vnam in pago præfato in honore Protomartyris Stephani dicatam, & in
Præpoſitus olim Eccleſ. Matiſc. *Lentiniaco villa ſitam, quæ eſt ex ratione Canonicorum Vincentij athletæ Domini præſtan-*
tiſſimi, & in dominicatu ſupradicti Pontificis. Cuius petitionem dignè recipientes, tam
Domn. Pontifex quàm Præpoſitus Vmbertus & reliqui fratres conceſſerunt ſibi & vxori ipsius
Annæ prænominatam Capellam cum beneficio ſibi debito, & rebus ac decimis ſibi pertinentib. ſe-
Abbas ibi olim. *cundùm canonicum ordinem diſpoſitis in laicali poteſtate, &c. Naymbodus Epiſcopus fieri firmarique*
præcepit. Sign. Humberti Præpoſiti, Hodonis Abbatis, Adalardi Archidiaconi, Berardi Leuitæ. Da-
tum per manum Aymini Cancellarij, Menſe Iulio, regnante Ludouico Rege, anno XIII. vel hu-
manæ ſalutis anno DCCCCLI. ex allegatis ſæpe ratiunculis.

Paragraphus 5.

IV. Inſtrum. QVartum documenti genus, complectens Apoſtolica priuilegia, tale eſt, ídque proli-
xum, ſed egregium. *Agapitus ſeruus ſeruorum Dei, Reuerendiſſ. & ſanctiſſ. Naymbodo*
Priuilegium papale pro Eccleſia Matiſconenſ. *Matiſcenſis Eccleſiæ Epiſcopo, perpetuiſque ſucceſſoribus. Cùm enim omnium ſanctorum Dei Eccle-*
ſiarum ſtatus à Beatorum Apoſtolorum Principis Petri doctrinis prouehatur, & ab eius fulcimine
lapſa quæ ſunt reſolidantur, oportet meritò ſanctam Matiſconenſem Eccleſiam minorationem ſuæ
Diœceſeos patientem, ſuarúmque dignitatum copiâ carentem, citò reſtitui, vt honorem ſuum non
Afflicta. *amittat. Cognoſcentes igitur ipſam in omnibus caſſatam, conuenit ad eius reuelationis ſtatum* [o illa Eccleſ.]
auxiliatricem noſtram porrigere dexteram, quatenus beati Petri Apoſtoli fonte potata [o], *Chriſto*
viuificante ſuis reintegretur honoribus. Et ideò omnium ſanctarum Dei Eccleſiarum cultores at-
A quibus ſit Epiſcopus eligendus. *que fideles comperiant, eò quòd Naymbodus dilectus Epiſcopus ſpiritalis filius noſter ſuggeſſit*
Apoſtolicæ almitati noſtræ, quatenus concederemus ſuis Canonicis & laicis in Eccleſia ſancti Vin-
centij Martyris commorantibus, aliunde ibid. non ordinare Epiſcopum, niſi qualem Canonici
vnà cum prædictis vel ipſis laicis inter ſe elegerint, ſicut ſacri cenſent Canones. Etiam concedi-
Abbatia S. Clement. reſtituenda eidē Eccleſiæ. *mus, vt ſibi ſuiſque ſucceſſoribus honor debitus omni tempore impendatur. Atque prænomi-*
natis etiam Canonicis confirmamus omnes res quæ per præcepta Regum vel largitionem bonorum,
vel Chriſti fidelium ... *triuſque ſexus in eodem loco collata ſunt; vt irrefragabiliter ſine alicuius con-*
tradictione habeant Abbatiam ſancti Clementis Martyris, quæ eſt in ſuburbio præfatæ Ciuit. cum om-
ni integritate, & Eccleſiis, ſeruis, ancillis, & colonis ſibi pertinentibus, nec non & Eccleſiam ſancti
Aliæ reſtitutiones faciendæ. *Deſiderij in Vergiaco villa, ſimúlque Eccleſiam ſancti Romani in Cathenaco villa ſitam, nouas &*
decimas præfati pagi, atque tertiam partem nemoris iuxta Ararim fluuium, ſicut pius h. Lu-
douicus Re... *dile*... *us filius noſter* [p], *annuente præfato Naymbodo Præſule de decimis & ter-* [p ſupple, ...buit.]
ra ... *pariterque conſentientibus Hugone Marchione & Leotaldo moderantiſſimo Comite, cuius*
animus in augmento ipsius Eccleſiæ omnino flagrabat. Itaque nos per hoc noſtrum priuilegium

conce

Concedimus id retinendum perpetualiter cum decimis ſancti Albani Martyris *. Ita vt amodo & deinceps quæcunque in eodem loco donata ſunt, vel diuina pietas in poſterum augeri voluerit, abſque alicuius impulſionis moleſtia teneant & poſſideant, ea ratione vt nullus Rex, Dux, Comes aut exactor vel publicus miniſter ſuper eos aliquam angariam aut diſtrictionem ſeu grauamen imponere præſumat, niſi quantum fideles Canonici prædicti loci alicui perſonæ ob ſuam bonitatem concedere voluerint: ſtatuentes & promulgantes coram Domino & terribili eius examine per huius noſtri Apoſtolici Priuilegij firmamentum, &c. ne quiſpiam cuiuſcunque ſit dignitatis, de omnibus iſtis Capitulis conceſſis à nobis quoquo modo licentiam habeat, &c. diſiungere aut alienare. Si quis interea, quod non credimus, temerario vſu contra ea quæ ab hac noſtra authoritate piè & firmiter per hoc noſtrum Priuilegium diſpoſita ſunt, contraire tentauerit, &c. ſciat ſe authoritate beati Petri Apoſtolorum Principis, cuius immeriti vices agimus, anathematis vinculo innodatum, & cum diabolo atrociſſimo atque Iuda traditore Domini noſtri Ieſu Chriſti æterni incendij ſupplicio concremandum. At verò, qui pio intuitu cuſtos & obſeruator in omnibus extiterit, cuſtodiens huius noſtri Apoſt. indulti conſtitutum, æternam benedictionem à iuſtiſſimo Domino Deo noſtro percipiat, & vitæ æternæ particeps effici mereatur q. Hæc equidem Priuilegij chartula patet ſine Data aut diatio in autographo Manuſcripto. Verùm certè quia ille Agapetus Pontifex Maximus, qui fuit ſecundus huius nominis, ſedit Romæ ab anno DCCCCXLVI. ad annum LV. hinc fit vt ſpecialis temporum ſcrupulus pro Actis priuilegij facilè potuerit attribui anno DCCCCLII.

Venationes ne amplius auferantur.

Pœnæ in raptores.

* De quo Alb. in Tit. fol. 18. ex dono Caroli Calui ann. 843. cuidam Landrico priuato.

q in Tit. fol. 35.

952. Quia verò Papa ibidem præuaricatores comminatur diſtricti diuini iudicij, qui bona diſiungunt ab illa Eccleſia: idcirco ſubinde in Titulorum Volumine adſequuntur Acta reſtitutionum eidem Baſilicæ factarum, hoc tenore r. I. Regibus, Pontificibus, proceribus, Comitibus, Abbatibus, & omnibus in Chriſto renatis, humilis plebecula egregij Martyr. Chr. Vincentij pacem ingem & interminabilem. Eccleſia noſtra, quæ olim auxiliante Domino eleuata erat, feritate & cupiditate malorum hominum peccatis noſtris exigentibus exilis facta eſt. Et quæ largitione bonorum excelſa nimis ferè videbatur, infeſtatione peſſimorum humiliata, tenuis & diſiecta facta eſt. Domino verò inſpirante, Hugo piiſſimus Princeps (Dux Burgundiæ) & Leotaldus Comes (Matiſconenſis) benigniſſimus, atque Naimbodus Præſul deuotiſſimus, cernentes præſcriptam Eccl. oppidò dirutam, & Canonicos ibi commorantes præ triſtitia & attenuatione paupertatis mærentes, reddiderunt in augmentum pro reſtauratione præmiſſæ Eccleſ. aliquid ex rebus quas tenebant, quæ dudum ſancto Vincentio delegatæ fuerant: Comes Abbatiam ſancti Clementis in ſuburbio cum Eccleſiis & rebus omnibus ſibi pertinentibus, Eccleſiam ſancti Deſiderij in Verſiaco, Eccleſiam S. Romani in Cadenaco, nonas & decimas ex fiſcis Matiſconenſib. vel in aliis pagis paſſim conia centibus tertiam partem nemoris iuxta Ararim fluuium ab amne Ielæ

r fol. 36

Actualis restitutio Abbatiæ quintuplex.

I. vſque ad Doloſam locum. Epiſcopus reddidit ad vſus Fratrum decimas ſancti Albani. Poſtea verò reddidit Dominus Ado Epiſcopus ibi Capellam S. Amoris cum rebus & decimis. Sunt & aliæ res quæ ad Fratres pertinent in pago Matiſconenſi, Caſtellum * cum Eccleſia ſancti Martini & appenditiis, Eccleſia ſanctæ Mariæ in monte cum decimis, Capella ſanctæ Mariæ in villa Lornant, Eccleſia ſancti Vincentij in Solognaco villa cum append. Capella ſancti Martini in Clippiaco villa cum append. in villa Verchiſou eſt Eccleſia ſancti Martini cum appen. Eccleſia ſanctæ Mariæ in Monaſterio Pelagij cum append. Capella ſancti Vincentij de Prato, & ſancti Chriſtophori in Milliaco cum append. Eccleſia ſancti Iuliani in Rocha cum append. Capella ſanctæ Mariæ in Montaniaca villa cum append. Capella S. Vrici in Viriaco villa cum append. Capella ſancti Germani in Cardenaco villa cum append. Capella ſancti Victoris in Satonaco villa cum appenditiis ſuis, Capella ſanctæ Mariæ in villa Verchiſorto cum paruis append. Capella ſanctæ Mariæ in villa Triniaco cum append. ſuis, Capella ſanctæ Mariæ in Cantriaco s, & in Toriaco t, &c. tum alodus quem dedit Leoboldus cum ſeruis ſupermanentib. & quem Vgo Comes, vineæ in Sanciaco, Eccleſia ſancti Imiterij cum rebus & decimis, & duo molendina quæ ibi Vbertus Præpoſitus dedit, &c. Porrò

* la Paroiſſe Chaſtel in.

Minutæ aliæ restitutiones factæ.

Villagia.

s vulgò, Chaurré. t Toiria.

II. conſequenter ad commemoratas ſuperiores reſtitutionum formulas, aliæ ſecundò ſic proximè perſeuerant in præfato MS. libro. Notitia vuerpitionis ſeu redditionis liquidò omnibus patet *, qualiter Domnus Naymbodus Antiſtes cum collegio vtriuſque ordinis, Cleri ac populi, ſerenitatem Domni Leutoldi Imperatorij Comitis, vt ſancto Vincentio Martyri inuictiſſimo de ſuis & de ſe ipſo iuſtitiam facere humillimè expetiit, de rebus ſcilicet Abbatiæ S. Clementis Mart. quas per priuilegia Apoſtolica adquiſierat, vt eas benigniſſimè redderet, & ſui qui eas iniuſtè tenebant. Vnde quicquid ex ea ratione erat, de communitate Fratrum Vincentij glorioſi Mart. victúque quotidiano, vuerpiuerũt u, & prompta voluntate dimiſerunt x. Idcóque hanc notitiam prælibatus Comes fieri iuſſit, & ſuis fidelibus roborare præcepit. Signum Leutardi Comitis, Alberici filij ipſius, Vualterij Vicecomitis, Alberij Vicecomitis, Hugonis, Girardi, Ratherij y. Rurſus tertiò z vir tute ſacrorum fulminum ab Agapito promulgatorum & pœnas comminiſcentium iſta

Restauratio per vnum Comitem Matiscon.

Comites Matisconenses.

* fo. 67. Simile fo. 92.

u vulgò, ont guerpy.

x Gerardus fidelis Leutardi Comitis.

y fo. 37. col. 1

pariter ediſſerit alius reſtitutor qui adſequitur, veritus eccleſiaſticas illas cenſuras. *Ego*

III. Alia per alium Comitem.

Hugo gratiâ Dei Comes notum volo eſſe omnibus fidelibus noſtris [z], *quòd audiui per omnes habitatores ex Comitatu Matiſconenſium, quod de rebus S. Vincentij multi anteceſſores mei habent diſſipatas ſiue abſtractas iniuſte per diuerſa loca vbi potuerunt. Ego enim pro Dei amore & æterna retributione, reddo aliquid quod exinde in manibus meis Dominus dedit; hoc eſt, ſyluam quam ſuper fluuio Sagonna in meo dominio teneo per conſilium Leutaldi Comitis, & coram omnibus adſtantibus fidelibus noſtris tertiam partẽ, quæ ablata inde fuit iniuſtè, reddo in vſus Pontificum & Fratrum. Denique precor omnes ſucceſſores, Reges, Principes, Comites atque miniſtrales, vt iſtam ſententiam omni tempore hinc & deinceps obſeruent. Quod ſi fecerint, ſalutem æternam accipiant. Si quis autem hoc factum deſtruxerit, iram Domini omnipotentis incurrat.* Signum Hugonis Comitis, Leotaldi Comitis, Vuidonis & octo aliorum. Quibus quarto loco apponimus hæc additamenta Bugnonij ad propoſitum extra Titulos. *Eo tempore Hugo Comes Balgiaci* (ait [a]) *impudenter vſurparat Abbatiam S. Clementis, & partem ſyluæ captinæ, quondam ab Imperatore Ludouico collata Hildebaldo Archipresbytero. Naymbodus ægerrimè ferens videre Eccleſiam à Magnate laïco ſic poſſeſſam, adiit Regem monendum. Hugo ſcius itineris, mediam Abbatiæ portionem tradidit Leothaldo Alberici filio, ſibique aſſeruat ſyluæ partem. Et ipſi illo inſtanti aduersùs Naymbodum coniurationem intentarunt ac excitarunt. Interea moriens Albericus, Comitatus incidit ad manus Leothaldi filij anno DCCCCLIII. Qui hæres continuo Antiſtiti pulchrè reconciliatus eſt: ad cuius Naymbodi partes trahens & ipſe Hugonem, tunc & ipſe Hugo reſtituit Abbatiam cum ſylua: & præterea, conſilio Leothaldi vſus, eleemoſynam fecit Eccleſiæ ex nona parte omnium confiſcationum, rebus ita confirmatis Papali Reſcripto Agapeti, ex aſſenſu Hugonis, Leothaldi ac Berthæ vxoris ſuæ, cum expreſſa prohibitione alteri Alberico filio Leothaldi, & Vualterio Vicecomiti facta de non contradicendo ſub maioris excommunicationis pœna.* En ſyntherefes liberatæ, Quibus ex Actibus cenſetur idem eſſe Hugo, de quo priùs in Titulis, & poſteriùs in Bugnonio: qui Dynaſta ſimul fuerit Comes tum Balgiaci, tum aliquo tempore Matiſconi ſua vice. Nam confuſi Authoris textus, alioqui veriſſimi, ſic creduntur inducere, etiamnum ob loca vicina. Potiſſimùm verò adſequentia ex Bugnoniano infrà per nos allata ſub inchoante Gualterio Epiſcopo alios in fines ſimile perſuadent. Quippe, quinto ad extremum loco, pro identitate Hugonis ad illos duos Comitatus, audi redeuntes Titulos de Hugone disertè Matiſconenſi Comarcho, velut medium extrema duo, tertium & quartum colligans & vinciens ſub piæ fundationis nomine. Etenim Tituli eodem in folio, quo pro tertia reſtitutionum formula loquuti ſunt, iſta ſeorſum perhibent. *Quicunque Sanctorum locis & Domino famulantium aliquid conferre deſiderat, ad ſibi profuturum pro tranſitoriis æterna commutans minimè diffidat. Quapropter ego Hugo Comes propter remedium genitoris mei & genitricis ac fratrum meor. & animæ meæ, dono Eccleſiæ S. Vincentij ad vſus Fratrum & Canonicorum illius loci hæreditatem meam, quæ eſt in pago Matiſconenſi in villa Cantriaco cum manſione & vinea inſimul tenente, cum omnibus appendit. &c. Si quis hoc immutare ſtuduerit, non valeat* [b]. Sex obligatis. En præclari effectus & bonum opus varium, quod hactenus conſcriptũ atque perſpicuum fluxit e pœnali decreto Agapeti Papæ, talia gnauiter operante ad annum DCCCCLII. Quo præcisè anno Tituli ad alias ſubitò alibi [c] materias verſi, & iſtic ordine Chronici id reponentes, ea exerunt quæ ſequuntur. *Anno Incarnationis Dominicæ DCCCCLII. cùm reſideret D. Naymbodus Epiſcopus apud Matiſcon. iuxta Baſilicam S. Vincentij, quidam vir Bodo nomine, Clericus & Canonicus ipſius loci poſtulauit magnitudinem Domini Epiſcopi, vt aliquantulum de Eccleſia S. Germani Chardenaco, vnde ipſe Bodo precariam habet, concederet per ſuum conſenſum cuidam Clerico Iarlanno, ac ſepulturam loci ipſius ad baptiſterium, & ...... vitæ ſuæ ſeculariter ibi deſeruiat, temporéque Synodali pro ipſo loco eulogias perſoluat. Dominus quoque Epiſcopus per conſilium fidelium ſuorum iuſſit fieri quod petebat:* Patribus comprobantibus, ac tribus teſtibus ad præmiſſa vocatis.

IV. Item per eũdem aut vicinum Comitem.

Agapetus Papa.

V. Idem Hugo Comes Balgiacenſis & Matiſconẽſis.

Religioſa fundatio eiuſdem.

Votum alterius perſonæ.

[z] fo. cit. col. 4.

[a] pa. 34.

[b] fol. 18.

[c] fol. 35

Paragraphus 6.

Reſtitutio bonorum ad Cluniacenſes ſpectantium per alium Principem.

IIs autem omnibus feliciter peractis negotiis, ſequaci annua reuolutione DCCCCLIII. Naymbodus Antiſtes præſens interfuit Teſtamento cuiuſdam Principis nomine Sebonis, alij Sobonis. Cuiuſce rei nos deinceps legimus autographum ipſum, tum Cariloci, tum Lugduni, maximè inter manus Iudicum Sedis Præſidialis aſſeruatum ob litem nuper in illo foro pendentem ſub hiſce notis [d]. *Inſatiabilis ſecularium cupiditas, niſi aut amore æternæ patriæ fuerit accenſa, aut terrore futuri iudicij pauefacta, ſitim ſuam nullatenus extinguere poterit: vnde fit vt res pauperum ac etiam eccleſiaſticas non timeant in ſuos vſus transferre. Quod me egiſſe ego Sobbo peccator fateor. Rediens autem nunc ad cor, & conſiderans ſubtiliſſimum diuinæ animaduerſionis iudicium, volo quod omnium agnoſcat generalitas, quoniam Carilocenſem Abbatiam hactenus iniuſtè detinui, méque inde culpabilem reddo. Siquidem*

953.

[d] cum ſigno præfixo.



iſdem

iſdem locus hæreditas extitit Roberti quondam Valentinenſis Epiſcopi, qui conſtruxit ini-bi Monaſterium in honore BB. MM. Stephani, Felicis, Fortunati & Achillæi [c], *ac ſolenniter de-dicare curauit, &c. Poſtmodum Dominus Odo, Abbas, Hugone regnante* [m], *vt locum Apoſtolica auctoritas largiretur Cluniacenſi Monaſterio, obtinuit per priuilegium, quod Ludouicus etiam glo-rioſiſſimus Rex * poſtmodum confirmare dignatus eſt. Tantis igitur auctoritatibus ſuperatus, ac cupi-ditatis fræna rumpens, Domno Eymardo Cluniacenſis Cœnobij venerando Abbati præfatam Abba-tiam ſub omni integritate pro animæ meæ remedio reddidi & werpiui, & in ſempiternum me ex-torrem feci, &c.* Præſens aderat *R. Naimbodus Matiſcenſis humilis Epiſcopus.* Sic habent Acta [f]. Item *S. Sobbonis qui hoc teſtamentum fieri rogauit. Aſcherici filij eius; Rotlanni, Bernardi qui al-ter nominatur Azo, Vuidonis, Vualonis, Alduini, Otardi, &c.* ſine Data. Qui nihilominus tempo-ris ſcrupulus, ex circumiectis Aymardi Abbatis, cui facta eſt illa reſtitutio, concluditur extitiſſe nongenteſimus quinquageſimus ſecundus, aut proximè, quia Aymardus geſſit Abbatiale miniſterium per decennium, ad annum vſque 954. planéque fuit ſynchronus Naymbodo Antiſtiti. Atque reuera teſtes hi obſignarunt. *Naimbodus ſanctæ Eccleſiæ Ma-tiſcenſis humilis Epiſcopus.* Sic pinxit Archetypus. Item, *Signum Sobbonis qui hoc teſtamentum fie-ri rogauit; Aſcherici filij eius, Rotlanni, Bernardi qui alio nomine dicitur Azo, Vuidonis, Vualonis, Alduini & Otardi.* Demúmque apponuntur *Gilboinus Catalaunenſis Epiſcopus, Humbertus Præ-poſitus & Ayminus Archidiaconus.* Deciperetur ergo Quercetanus inſpector Bibliothecæ Clu-niacenſis, ſi hanc quam recenſet Sebonis tanquam relabentis hiſtoriam putet extendi et-iam oportere ad Odolricum Lugdunenſem Archipræſulem annis nonaginta tardiorem [g]. Sed profectò in eius vicem alius ſimilis tractatus & humanus exceſſus alterius perſo-næ tutior à nobis ſub eodem Odolrico recèns adſtruitur, mox ſingulis conſpicuus & mul-tò copioſior ſuperiore Quercetani breuiario. Atque hæc Chriſtianæ pœnitentiæ reſtituen-do patrimonium Eccleſiæ, ſemper videntur eſſe probæ quondam operationes ex mina-cibus præfati Agapeti Papæ literis emergentes.

c 23. April.
m ab an. 987. ad 996.
* textus Craſſus ad ſummũ, tanquam propinquior poſt vitã Sebonis, regnãs ab an. 1109. ad 1137.
f priſca in pergameno.
Teſtes valde graues.
g hoc eſt ad an. 1040. ex nu. 68. §. 4.

Ad hæc ſequuntur alia pauca eiuſdem Agapiti Acta per appendicem ex Bibliotheca Cluniacenſi deprompta ſeorſum. *Agapitus ſeruus ſeruorum Aymardo venerabili Abbati Mona-ſterij Cluniacenſis, &c. Etiam confirmamus noſtram Apoſtolica auctoritate Abbatiam Carilocenſis Cœ-nobij, quæ eidem collata eſt Monaſterio Cluniac. itémque Abbatias ſancti Ioannis, necnon Beati Martini in ſuburbio Matiſcenſi ſitas, &c. Præterea villas omnes quæ pertinent ad idem Cœnobium Cluniac. ſoliditate Apoſtolica roboramus, videlicet, Caninias, Senectiacum, Arpagiacum, S. Victorem, Scociolas, Eccleſiam S. Saturnini,* & loca alia permulta circumiacentia. Omnia intra Diœceſim Matiſconenſem conſtituta. Et infra. Scriptum *per manus Leonis Notarij ſanctæ Romanæ Eccleſ. in menſe Martio per indictionem VII **.

Alia villagia Cluniaci da-
*colum. 273. 274.

Paragraphus 7.

QVinta Inſtrumentorum ſpecies aliò tendens ſequutis temporibus, hæc eſto [d]. *Anno In-carnationis Dominicæ DCCCCLVIII. cùm reſideret Domnus ac venerab. Naimbodus Epiſco-pus apud Matiſconem iuxta Eccleſiam B. Vincentij, venit quidam vir Gauſpertus nomine ante eius præſentiam, vel fidelium ſuorum Clericorum & laicorum, Humberti Præpoſiti, Adonis Abbatis, Ber-nardi cum cæteris Canonicis, & petiit ab eis aliquantulum ex rebus ſancti Vincentij, de ratione Fra-trum, Colonicam ſcilicet, quæ eſt de beneficio Eccleſiæ ſancti Germani Tramaias, & eſt iuxta Eccle-ſiam ſancti Leodegarij, cum campis, pratis, ſyluis, &c. Itaque Gausbertus adquiſiuit inde precariam * ad opus duorum filiorum ſuorum, vt diebus vitæ illorum hanc colonicam tenerent, & Canonicis red-derent incenſum annis ſingulis in feſtiuitate ſancti Vincentij. D. Naimbodus Epiſcopus iuſſit eis fieri quod petebāt, & vt certiùs crederetur ac permaneret, iſtam precariam manu ſua firmauit. Sign. Hum-berti Præpoſiti & Archidiaconi*, ac aliorum duorum. *Actum Matiſconi anno III. Regni Lotharij Regis*, ſeu anno cit. 958. ex Tillij Chronico. His obiter perductis de initiis Lotharij, qui eſ-ſet filius Ludouici IV. Regum pauca breui ſermone reſumenda ſunt, nimirum quatuor re-rum genera, quæ Tituli antiqui abſoluunt, pene omnia enarrare ſub Ludouico parente, in-diſtincto tempore ſeù abſque Data perindéque ad ſummum quadriennio tantùm ante Chartæ mox allatæ diarium, hoc eſt, ſub annum vltimum Ludouici [e]; nos poſtmodum abſoluturi ſeorſum reliqua perſpicaciora quæ patent ſub Lothario geſta. En primum quater-narij. *Cùm eſſet Domnus Naimbodus Epiſcopus Matiſconi reſidens* [f], *adiit ipſius præſentiam qui-dam homo nomine Naimbodus, nepos prædicti Præſulis, deprecans eius paternitatem, vt dignaretur ei conferre aliquid ex rebus præſcripti Martyris, &c. vt eas conſtruere atque in meliorem ſtatum re-digere valeret. Cuius poſtulationem gratam recipientes, Domnus Epiſcopus & ſuæ ditionis Canoni-ci conceſſerunt prædicto Naimbodo & vxori eius Ermengardæ vineolas ſitas in villa Sanciaco, & ſi filium legitimum habuerint, illi eueniat. Loco verò cenſus in feſto ſancti Vincentij Canonicis dent*

V. Inſtrum.
958.
d f. 140. 147.
Precaria.
* id eſt, donatione viuſfructuum rei conceſſæ precario ad quinque annos: Et precarium ſin neutro ad vitã concedentis. Syntag. na iuris.
Præpoſitus Archidiaconus Eccleſiæ.
e an. 955. & regni 17.
f fol. 98. & 107.
Alia IV. teſtimonia pro Naymbodo.
Lin Sāciaco.

VI. Epiſcopo IV. Literas roborauerunt. Et ſimiliter dedit eis pratum ad albam ſpinam, quod ipſe tene-
bat, &c. Actum eſt hoc regnante Ludouico Rege. Secunda Charta. *In nomine Verbi incarnati no-*
II. ibidem *tum fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ ſancti Vincentij Matiſcon. Clericis & laicis, quia ego Naimbodus*
Domini Dei Epiſcopus concedo [g] *Conſtantino & vxori ſuæ Madaltanæ filióque illorum Benedicto* g fol. 101.
aliquid ex rebus ſancti Vincentij de mea precaria in villa Sanciaco, campum qui terminatur à ma-
ne, &c. vt vineam ædificent, & annis ſingulis in feſto ſancti Vincentij dent IV. Sign. Humberti Præ-
III teſtimonium. *poſiti* & aliorum quatuor: *regnante Lothario* *. Tertia Chartula. *Speciale bonum charitas vide-* * Aliud ſub
tur eſſe, ſine qua nemo merebitur brauium æternæ vitæ. Huius rei causâ intimare maluimus omniũ Ludo. Rege.
Chriſtianorum induſtriæ, quòd cùm D. Naimbodus Epiſcop. reſideret ſecus Baſilicam ſancti Vin- f. 111. de Ay-
centij Matiſconenſ. adierunt ipſius præſentiam Canonici loci, Hubertus Præpoſ. Aiminus, Ado & gredo Sacerdote donãte.
alij, proclamantes quòd non haberent in ſua Canonica ſeruos, qui per diligentem culturam vineas Item f. 110. de alio. Item.
Cõmunitas Epiſcopi & Capituli. *& agros eorum excolere valerent. Quorum precibus idem Epiſcopus annuens, conceſſit eis infantes,* 143.
&c. Actum Ludouico Rege. Ex quo tractu liquet diſertè, temporalia Eccleſiæ tunc fuiſſe
prorſus communia Antiſtiti atque Canonicis, eos ſimul ali, & horum curam penes vnicum
illum Præſulem. Qui tamen prouentus poſtea in parteis diſtributi viſuntur inter Epiſco-
IV. teſtim. pum ſingulóſque Canonicos, etiam ab inuicem. Quarta membrana [h]. *Cùm eſſet D. Naim-* h fol. 139.
bodus Præſul in vrbe Matiſcon. & proprio Conſiſtorio, haud procul à Baſilica ſancti Vincentij Mart.
adijt Bernardus Sacerdos & Canonicus præſentiam eius totis præcordiorum animis humillimè po-
ſcens concedi ſibi ſuóque nepoti Bernoldo aliquid ex præfati Mart. rebus in Comitatu Matiſcon. con-
Sacellum S. Ioannis. *iacentibus Capellam ſcilicet ſancti Ioannis cum decimis & omnib. ad ſe ritè pertinentibus ad tem-*
pus vitæ ſuæ. Petitionem ſuſcipiens D. Pontifex & reliqui fratres ſub eo degentes contulerunt eius
auunculo & nepoti quod poſtulabant, vt ſubderetur cenſus argenti duorum ſolidorum. Et ne repeti-
tio aliqua inde oriretur, hanc precariam dictus Epiſcopus fieri iuſſit, manúque propriâ firmauit, tem-
pore Ludouici Regis.

Paragraphus 8.

VI Species Inſtrumentorum denuo ſextuplex. SVccedunt quinque Articuli ſub vnico Lothario Rege cum Naymbodo Antiſtite deli-
buti in Titulis, quibus adde ſextum ſub quodam Rege Conrado. Hæc autem ſingula,
quamuis nullo illuſtrata diario, neceſſe eſt tamen geſta fuiſſe inter annum vltimo ſuprà in-
dictum [i] DCCCCLVIII. qui fuit decimus ſeptimus ſedis Naymbodi, & annum DCCCC. i §. 6. initio.
LXII. hoc eſt intra quadriennium ſuperſtes: quia inde tutò ſequitur Teotelinus alius Epi-
ſcopus, nec ſerius; adeo vt integra Naymbodi ſedes ſit annorum XXI. Primus autem Arti-
I ſpecies. culus ex quinario, erit huiuſmodi. *Notitiâ plurimorum euidenter liquidò pateſcit* [k], *qualiter ve-* k fol. 106.
niens Domnus Naymbodus Epiſc. de Canonia ſancti Vincentij Mart. ciuitatis Matiſcon. ante
Abbatia S. Clementis. *domum Leotaldi Comitis, dum eſſet in Eccleſ. principali dicti Martyris, proclamauerunt quòd*
Valterius Vice-comes iniuſtè tenebat quandam colonicam in Sanciaco villa, quæ eſt ex ratione ſan-
cti Clementis Mart. cuius Eccleſia ſeu Abbatia eſt in ſuburbio Matiſcon. quam etiam Fratres de Ca-
nonia ſancti Vincentij prælibati per Apoſtolica priuilegia & præcepta Regalia in victu quotidiano
adquiſierunt, &c. Agnoſcentes denique rectam fore querimoniam prædictorum Canonicorum ve-
Comites Matiſconenſ. *nientes ante Altare dicti Martyris Domnus Leotaldus Com. atque Vualterius Vice-comes, cunctis*
aſtantibus vuerpiuerunt. Et ne aliqua repetitio inde fieret, hanc notitiam fieri iuſſerunt, & eam pro-
priis manibus roborarunt. Actum regnante Lothario: præſentibus ſex teſtibus. Qui Lotharius
Francorum Rex, præfati Ludouici filius ac ſucceſſor, inauguratus eſt anno DCCCCLVI.
II ſpecies. pergens ad annos XXX. conſequentes, ex Tillio. Secundus Articulus. *Sacroſanctæ Eccleſ. bea-*
ti Vincentij Matiſc. cui Domnus præeſt Naimbodus Epiſcopus, ego Bernardus Clericus dono [l] *ad ipſam* l fol. 111.
Caſam Dei de rebus meis, &c. Dono ibi ſeruum vnum nomine Gilgulfum, & omnia peculiaria eius
& poſſeſſiones quas habet ad integrum, &c. Si quis contradixerit tres libras auri componat. Actum
III. *tempore Lotharij Regis.* Tertius. *Sacroſanct. Eccl. ſancti Vincentij Matiſc. cui Naimbodus Epiſcopus*
præeſt, ego Hugo & vxor mea Arlindrada ac filius noſter Auſchericus Clericus donamus [m] *ad ipſam* m fol. 1[illegible]
Caſam Dei de rebus noſtris in pago Lugdun. in agro Ladimacenſi, in villa monte Gudini, hoc eſt colo-
nicam cum campis, pratis & omnibus adiacentibus. Si quis donationem contradix. auri libram compo-
IV. *nat. Actum tempore Loth. Regis.* Quartò, Bernardus & vxor dant Eccleſiæ, *cui Naymbodus Epi-*
ſcopus præeſt, indominicatum cum vinea ad menſam *Fratrum, eo tenore* (addunt [n]) *vt dum vi-*
xerimus, vſum & fructum habeamus, poſt noſtrum deceſſum filio noſtro Leutardo eueniat, illo vero n fol. [illegible]
decedente, ad locum ſancti Vincentij perueniat. Si quis contradix. libram auri componat. Act. Loth.
V. *Rege.* Quintò, *Placuit D. Naymbodo Epiſc. & Canonicis ſanct. Vincent. quòd Humbertus Præpoſitus*
ex vna, & Haleinus cum vxore Deodata ex altera parte de terris inter ſe conuenirent. Quod & fece-
runt in agro Vriaco, &c. Si quis hoc calumniatus fuerit, quatuor libras auri componat. Act. regnante
VI ſpecies. *Loth* [o]. Sextus & vltimus Articulus. *Sacroſ. Eccl. ſancti Vincentij Matiſcon. cui D. Naymbodus* o fol. 116.

Epiſc.praeeſt: Ego Vbertus Præpoſitus dono ad ipſ.Caſ.Dei de rebus meis ſitis in pago Lugdun.in agro Virienſi pro anima patris mei Auſcheri & matris meæ Ingelais, qui ad illorum finem hoc præſtare mandarunt, cum campo, pratis, ſyluis, aquis, ad menſam Fratrum, eo tenore dum ego aduixero, vſum & fructum habeam,&c.ſi quis contradix.auri vnciam componat. Actum eſt hoc tempore Gonradi Regis. Sanè Rex ille, reor, eſt Conradus primus, talis nomenclaturæ Imperator apud occidentem: de quo ſuprà in ſancto Geraldo Antiſtite [p]. Nam ſub hoc tempus floruit, nec alius, ex quatuor Imperatoribus huiuſce vocis apud Iacobum Galterum [q], vt neque ex Ducibus Lotharingiæ eiuſdem antea vocis, ſeu non Conradus dux, pater præfati Imperatoris [r]. Sin autem, erit Gonradus Burgundiæ Rex paulò tardior: de quo magis opportunè Numero XXXII. §.2.

Conradus.

p n.25.§.2. q in Chron. ſeculo 10.&c. r Tritem. in Chron.pag. 25.30. Baſil. 1569.

Paragraphus 9.

VII. genus documentorū multiplex.

SEptima & vltima ſpecies Inſtrumentorum ex Titulis proponendorum, eſt de iis quæ nullâ decorata ſunt notâ diei aut Principis ſummi, præterquàm ſub Naymbodo Præſule confecta. Ea verò hîc recenſemus, quia ex maiori parte ſunt præcipui ad veteres hiſtorias momenti pro Maticenſi Eccleſia.

1\. Prima geſtatio, hæc fuerit [s]. *Quicunque Sanctorum locis & Domino famulantium cateruis aliquid commodi pro conamine conferri gnoſcit, id ſibi profuturum pro tranſitoriis æterna commutans minimè diffidit. Quamobrem intimare maluimus, quia peccatis noſtris præpedientibus, olim vrbs noſtra Matiſconenſis ignis concrematione depopulata eſt, & ad nihilum penitus redacta *: Vbi omnia, ſarta tecta Baſilica glorioſi Mart. Chriſti Vincentij, vaſtata & ex toto diruta ſunt. Sed Domnus Naymbodus Præſul venerandus quantâ potuit diligentiâ, ea reſtaurare curauit. Non habentibus verò Canonicis ipſo in loco commorantibus qualiter viuere regulariter quiuerent* (nota communitatis) *dolore tactus cordis, ſedulè angebatur non reperire valens quomodo Fratribus ſibi ſubditis, prout optabat, miſericorditer ſubueniri poſſet. Vnde alloquens Dominum Hugonem Marchionem inſignem, ac Dom. Leotaldum piiſſimum Comitem, cuius mens cordetenus in augmento prædictæ Eccleſiæ dedita erat, deprecatus eſt ſerenitatem eorum, vt præfatorum inopiæ Canonicorum miſerando ſubuenirent. Cuius petitionem gratam ſuſcipientes, & diu inter ſe quid agendum inde foret tractantes, tam Pontifex quàm & Comites ad vltimum decreuerunt, vt has Eccleſias cum rebus & decimis, cum beneficiis presbyteratis, & omnibus ibi adiacentibus in vſibus prænominator. Fratrum, vnde quotidianam ſumerent alimoniam, paterno ducti amore condonare deberent: Quod & fecerunt: Præſul decimas: Comites beneficia, Eccleſiam videlicet ſancti Clementis Papæ & Mart. Caput Abbatiæ, quæ eſt in ſuburbio Ciuitatis, vbi corporaliter requieſcunt hi ſancti, qui olim in ipſa vrbe extiterunt Epiſcopi & Confeſſores, Momulus, ſanctus Euſebius, ſanctus Nicetius & ſanctus Iuſtus, reſtituentes omnem ipſam Abbatiam cum ſuis append.& integritate, atque Eccleſiam ſancti Romani ex Cadenaco cum omni ſua integritate, & nonas ac decimas ex eod. fiſco, quæ quondam ab eis ablatæ fuerant, necnon Eccleſiam ſancti Deſiderij Mart. in ipſo pago ſitam, in villa Verriaco. Prælibatus autē Antiſtes de ſua terra ex ratione ſancti Petri, ſicut Ramfredus tenuit, dedit eis quantum videbatur habere. Hæc omnia pro æterna retributione, pro communi vtilitate, pro ſuorum omnium ſalute iidem proceres addiderunt, vt Canonici ſuſtentarentur, & permanerent, nec pro ipſis orare deſiſterent cunctis temporibus, placida firmitate & prompta voluntate. Ne verò in reliquum ab aliquo Epiſc. ſucceſſore, vel laico nequiſſimo peruaſore hæc infringerentur Acta, prædictus Paſtor iaculum ſuæ excommunicationis interpoſuit auctoritate Patris, & Filij, & Spiritus ſancti ac omnium Sanctorum, vt violator huius facti ſit excommunicatus, & à cœtu Chriſtiano procul ſepoſitus, &c.* Præmiſſi tres Dynaſtæ obſignarunt, necnon Albericus filius Leotardi Comitis, Vualterius Vicecomes, & alij octo in conſpicuo per nos archetypo. En pium valde opus cum pœna minaci: atque vnà vetus teſtimonium de ſanctitate ac ſepultura antiquiore primorum ferè quatuor Epiſcoporum Maticenſium.

ſ f.48.49.

Vrbs Matiſcon. perusta.

*Hic extra Chron. Fodeteus dicit Lothar. Regem Franc. odiſſe Vuarinū Comitē Matiſc. ob idque vrbem ignibus tradidiſſe, ex loc. cit. ſub Hildeb. Epiſ. oum..7.§.7. Quippe Vuarinus ibi Loth. ac Naymb. præceſſerat pluſquā ſeculo. Bene quidē aduertis Vuar. Loth. Imperator diu ante hoc tēpus b llum geſſerat, ex illic allatis. Propterea Author deceptus Regē pro Imperatore vſurpat.

Naymbodus & Comites eā reſtituunt.

Abbatia S. Clementis et ſtruura Cathedrali.

Noualia.

Sancti Epiſc. Matiſc.

Inuaſores excommunicati.

Secunda geſtatio. *Sacroſ.ſan. Eccleſ. Matiſc. cui Dominus præeſt Naymbodus Epiſcopus, ego Lettaldus Comes & vxor mea Berta donam. ad ipſ. Caſ. Dei de rebus noſtris in agro Fuſciacenſi, in villa Oratorio, hoc eſt, Manſum vbi Arlemarius reſidet, & ipſum ſeruum cum infantibus. V. ad menſam Fratrum, & ad miniſterium Seneſchalli in Refectorio* (nota communis tunc ſimul vitæ) *vt faciant Rectores loci quicquid inde facere voluerint. Si quis contrad. IV libras auri perſoluat. Sign. Leotaldi Com. Sign. Bertanæ vxoris, Alberici filij* [t], & ſex aliorum. Tertia eſt donatio Vualonis ac vxoris Fareldæ [u], &c. ſub eodem Naymbodo. Cuius Epiſcopi finis præclarus eſt is apud Bugnonium [x]. *Naymbodus ſuo ritè perſunctus munere, diem vitæ poſuit extremum decimoſeptimo menſis Octobris, anno ſalutis nongenteſimo ſexageſimo ſecundo, linquens ſibi ſucceſſorem Thertermum ei in probitate & religione æqualem.* Atque hinc tota Sedis ipſius longitudo eſt annorum vnius & viginti ex iis quæ prælibauimus Paragrapho ſuperiore [y]. Duntaxat aduertendum, quòd ex libro MS. Obituum inſignis Eccleſiæ Matiſconenſis idem Præſul animam exhalauit XV. Kalendis eiuſdem

Comites.

Ætas Naymbodi.

962\.

t fol.64. u fol.67. x pa.36. y 7.anno.

dem Octobris, quæ profectò incidunt ad diem XVII. menſis Septembris, ſcilicet vno priùs menſe quàm notarit Bugnonius.

XXX. *Paragraphus* 1.

Teotelmus ſic bis conſcribitur in Titulis antiquis [a] & Demochare: tum apud nonnullos dicitur *Theotelinus*, atque Bugnonio *Thertermus*, ex vltimis allatis de Naymbodo periodis [b], è quo loco ſequitur hunc Epiſcopum Teotelmum ſedem Matiſconeam poſt eundem Naymbodum arripuiſſe extremo ad ſummum anno ſalutis DCCCCLXII. vel fortaſſis oriente anno ſequente LXIII. Idem Teotelmus *voluit beneuolo fauore proſequi virum aliquem nomine Hugonem* (ait San-Iulianus in Burgundiana hiſtoria [c]) *erga temporales eas res, & in ditionibus illis, de quibus ipſe Antiſtes ſolum obtinuerat adminiſtrationis regimen, tanquam hominem aliquo ſibi conſanguinitatis aut affinitatis vinculo iunctum. Ei quippe in feudum contulit dominationem Balgiaci* [d], *poſthac in Comitatum verſam: quam feudi tranſlationem Rex Lotharius confirmarit, regiis patentibus literis anno 23. regni ſui datis, hoc eſt humanæ ſalutis anno DCCCCLXVII.* Qui fuit annus quintus Sedis Teotelmi. *Sed quia vaſſalli ſeu beneficiarij Eccleſiæ non adſtringuntur ſequi Dominum ſuum feudatarium ad bellum* (ſubiicit eiuſmodi Author) *competebat onus aliquod gratioſum dono imponere, vt illa colore aliquo circumlinıretur alienatio. Materia autem huiuſce mulcedinis & lenimenti fuit, quòd Hugo eiúſque ſucceſſores quotannis largirentur Eccleſiæ Matiſconenſi centum libras ceræ nouæ, dictas CLYPEVS CERAE. Ad quod ſe munus deuinxit Hugo, obligauítque ſimul ſucceſſores eius. Maximè verò Vlricus ſequutus hunc homagij & fidelitatis titulum, Eccleſiæ Matiſconenſi debitum renouauit: atque ad hoc alios ſuos addixit ſucceſſores, cauſámve habentes: poſtmodúmque in Eremum ſeceſſit ibique obiit. Reynaldus ſiue Regnaudus eius filius, velut audacior iuuenis* (apponit rurſus dictator) *arbitratus eſt quòd genua flectere coram Sacerdote minus ritè quadraret Comiti ſeu Principi, qualis ipſe dicebatur. Propterea aſpernatus eſt atque negauit præſtanda à ſe hominij iura erga Matiſconenſem Epiſcopum. Verùm certè, Comes ſe ab eo tempore perſpexit tot vexatum ærumnis rebúſque aduerſis in corpore, in poſſeſsionibus, in natis: quòd vis & violentia ſubeuntium ſibi calamitatum eum penè coegerunt, vt is lapſu temporum hoc datum munus recognouerit ſéque erga Deum Opt. Max. & Miniſtrum eius, Antiſtitem Matiſcenſem humiliarit, necnon id in ſcriptis agnouerit coram D. Pontio e Matiſconenſi Præſule.* Hæc San-Iulianus. Cuius feudi ſic per Regnaldum refricati titulus habetur à nobis expreſſus apud Pontium I. Numero XLII [e]. nimirum ducentis annis poſt præſentem Teotelmi donationem ac publicam fidem à maioribus Reynaldi præſtitam, quaſi ſuo decentiori æuo locóque à nobis illuc retroceſſus. At verò hic dicamus obiter, quòd ex allegatis textibus facilè colligendum videtur, dominium Balgiaci ante celebratam à Teotelmo donationem Hugoni primo Dynaſtæ, pertinuiſſe ad Eccleſiam Matiſconenſem ab aliquo vetuſtiori dono procedens, cuius tamen principium hactenus ignoretur. Quippe ita ſonat cortex literæ. Ex quo inferre licet cõmunia Eccleſiæ bona illis ſeculis ad Epiſcoporum diſpoſitionem adminiſtrari ſolita, quæ nunc alioqui inter Epiſcopum & Cathedrale Capitulum vbique diuiſa ſunt, ſolo Capitulo portiones ſuas adminiſtrante. Hinc ad ceram reditum: miſſum facio quòd hodie pondus ipſius imminutum ſit [f], prætendántque nonnulli id coactum munus non homagij nomine fieri atque præſtari: ſed veriùs ſub perenni eleemoſyna quondam relicta ipſi Eccleſiæ ex primariis Dynaſtarum ſeu Marchionum Teſtamentis. Vnde conticemur de facto publicos proteſtationum Actus annis ſingulis per Notarios vtrinque eadem prorſus oblationis die tabulis & calamo demandari, donec lata ſententia liti finem imponat, ſi quis eam ſtrenuè proſequatur. Solet verò illa cera apparatu valde ſolenni ad maius Altare conferri ab Officiariis Balgiaci ex profeſſo in vrbem aduentantibus die feſto ſancti Vincentij patroni [g], in medio Miſſarum ſacrificio, Pontifice ſeu Decano ſacrificante.

963. 967.

Cauſa Ceræ in Matiſcon. Eccleſia oblatæ.

Comites Balgiaci.

Ditioné Balgiacenſem olim pertinuiſſe ad Eccleſiam Matiſc.

Vſus hodie offerendi ceram.

a f. 14. & 16.
b anno 9. ſu.
c pa. 250.
d Locus in Breſſia Diœceſis Lugd. ad bimilliare Matiſcon.
e § 4.
f durat tamen ad 60. libr.
g 22. Ianu.

Paragraphus 2.

Dvo palam Inſtrumenta ponuntur, Teotelmo agolum tenente agitata. Vnum eſt ex MS. Baſilicæ D. Petri. *Sacroſanctæ Eccleſiæ S. Petri, quæ eſt in ſuburbio Matiſconis, quam Odo Abbas ad regendum habere videtur, ego Meraſia loco eleemoſyna vel ſepulturæ dono pro remedio animæ meæ in agro Fuſciacenſi in villa Caſinsaco curtilum cum vinea & manſione ſimul tenentee, vercheriam & pratum, vt faciant Rectores præd. Eccleſiæ quicquid voluerint nullo contradicente. Si quis autem contradixerit, tres vncias auri componat, & donatio ſtabilis permaneat cum ſtipulatione ſubnixa:* coram quatuor teſtibus obſignatis. *Actum hoc regnante Lothario* *. Hoc eſt, inter

Donum pro Eccleſ. S. Petri.

Abbas.

* pa. 45.

inter annum DCCCCLXIII. & LXVII. Altera membrana in Titulis compellitur, valde
ſpecialis pro degente Antiſtite ibidem adnominato, atque pro ſua Cathedrali, anno vlterio-
te præfato LXVII. qui fuit vndecimus Regni Lotharij [h]. Neque vlteriùs pro ipſo Teotel- h Rex ab an. 956. ad 986.
mo progrediendum, quoniam premit ſucceſſor anno confeſtim ſequenti. *Sacroſ. ſanct. Ec-
cleſia S. Vincentij Mart. quæ eſt conſtructa infra muros Matiſcon. cui Domnus Teotelmus Epiſcopus*
Abud pro Cathedrali. *præeſt; ego Adalbertus Presbyter cum Landrano* (infit locus) *donamus ad ipſam Caſam Dei aliquid
ex rebus noſtris* (ait fundator) *quas Rainfredus Presbyter ad obitum ſuum commendauit, in ſtipen-
dia Fratrum, quæ ſunt ſitæ in pago Matiſc. in agro Ibacenſi in villa Verriaco, campum qui termina-
tur à mane & à ſero, &c. Habet in longo perticas XXX. in fronte perticas IV.* Teſtibus octo ſubſigna- e fol. cit. 86.
Lites. tis ex typo [e]. In ſumma, Bugnonius pro hiſtorico illius Epiſcopi tempore aducit [f], quòd Re- f pa. 36. 37. 38.
meſtagius filius Geraldi Equirandæ litem ſuſcitauit Eccleſiæ Matiſcenſi, ratione nonnullo-
rum redituum. Qua pendente & prolatata iurgij irritatione Matiſconem venit & ipſe vir,
vt id ſuum factum publico firmaret iuramento. Verùm, Teotelmus optimo vſus conſilio &
ratiocinationum vi ac eloquentia, hominem aduerſum ita ad ſe traxit, vt miles lubens iuri
Alia donatio ſuo ceſſerit, rémque temporalem omnino contulerit ipſi Eccleſiæ Matiſcenſi. Sic proculdu-
bio Antiſtes factus eſt tunc amicus integerrimus Remeſtagio. Quo etiam tempore Otho fi-
Comites. lius maior natu Leotaldi Comitis honorificè decoratus eſt Comitatu Matiſconenſi, parre
obeunte anno DCCCCLXV [g]. Eâque tempeſtate Hugo Comes Balgiaci in Breſſia Galli- g 17. Sept. ex MS. Obituar. Eccleſ. Matiſcon.
cana obtemperans Apoſtolicis mandatis, reſtituit Teotelmo Eccleſiam Abbatiámque ſan-
Abbatia S. Laurentij. cti Laurentij in altero ſuburbio Ciuitatis Matiſconenſis ad Breſſiæ latus. Opus ſane pergra-
tum pio Antiſtiti Hugonem propterea ſummè diligenti, & quam relaxationem confirma-
rit Lotharius Rex anno Regni decimotertio, atque ſalutis nongenteſimo ſexageſimo ſepti-
mo. Quo æuo præciſè Teotelmus poſt quinquennij ſedem ad cælos conuolauit: & ſequen-
te biennio Othoni naturæ ſatisfacienti Albericus frater eius ſuccedere Comitatui non du-
bitauit. Hæc Bugnonius.

XXXI. *Paragraphus* I.

968. ADo Epiſcopatum iniit per Cleri eligentis collationē in Cathedrali Baſilica ex more
970. ſacro illius æui, equidem geſtum anno veriùs inchoante nongenteſimo ſexageſimo
octauo; miniſtrauitque per ſequens triennium, nec pluris. Intra quod breue tempus
permulta ſanè leguntur Acta in Titulis antiquis ſub ipſo Adone geſta: tametſi abſque cer-
ti temporis diſcrimine: at verò Rege ſaltem Lotario partim conſcripto: quo ſemper flo-
rente conſtringuntur arctiora quantumuis varia ipſius Adonis Reſcripta ſeu Decreta. Cō-
multi ſub iſto exarati Tituli antiqui. cipimus autem ibi tacitè ſufficientérque ſermonem inſtitui de Lotario ſeu Clotario quarto
huius nominis, proximo Ludouici tranſmarini in auguſto ad ſceptrum ſucceſſore, de more
anterioris mox chronici *. Ecce membranarū anacephalæoſis. Prima eiuſmodi, omnes ex Vo- * n. 10. & 1.
luminis ordine. *Cùm Domnus & ſpectabilis Ado Præſul foret apud Matiſconenſem Baſilicam pre-* a Aurnaz. ad Bellijocēſes
I. Tit. *tioſi Chr. Mart. Vincentij, adiit gemma ſerenitatis eius quidam vir Vmbertus, quatenus dignaretur
ei & filiis eius conferre de terra S. Vincentij, quæ eſt de ratione Canonicorum in pago Matiſc. in villa* * yſoeyrie metaimepour habiter aferme, gtangeage. cenſe.
*Auenaco [a], vineam quam Iſaac Presbyter tenuit, & Vmbertus Præpoſitus habuit & emit à Letrardo,
quamque Modænus dederat S. Vincentio. Quorum petitionem gratam ſuſcipientes tam prælibatus Pa-
ſtor quàm reliqui Fratres, conceſſerunt eis quod humiliter poſtulauerant, ea ratione vt Vmbertus &* b fol. 13.
*filij eius colonicam * dieb. vitæ illorum habeant, & loco cenſus denarios VI. in feſtiuitate S. Vincentij
perſoluant [b], &c. Quo firmiùs hæ literæ conſtare poſſent, Pontifex eas corroborari præcepit. Sign. Ado
Coloni in bonis Eccleſiæ Matiſc. peccator Matiſc. Epiſc. Ioan. Præpoſitus, Oddo Abbas, Guidulfus Leuita,* & ſocij tres. Secunda mem-
brana. *Omnib. Matiſc. Eccleſiæ filiis notū habeatur, quod cùm eſſet Domnus Ado Præſul illuſtris apud
II. Præpoſit. Eccleſ. ex iiſdē. Matiſc. iuxta Baſilicam inclyti Mart. Chr. Vincentij, annuentib. ſua Eccleſiæ Canonicis Ioanne Præpoſi-
to & reliquis, conceſſit cuidam fœminæ Lembergana, quòd filio ſuo Achardo aliquid de reb. Martyris* * Vincelles prope vrbē.
*quas ipſe condonarat, vt dieb. vitæ ſuæ poſſideant in villa Vincella *, &c. Itaque præfatus Pōtifex cō-
ceſſit eis, vt diebus vitæ illorum tempore vindemiæ modium vini perſoluant. Data per manum Hum-
III. Tit. berti* [c]. Tertia membranula. *Sacrſ. Eccl. S. Vincentij, conſtructæ infra muros Matiſc. quam Domnus Ado
Epiſc. ad regend. habere videtur: ego Idænus & vxor mea Anna donamus pro remed. animarum* c f. 43. 140. cum 57.
*noſtrar. ad ipſ. Caſ. Dei in ſtipendia Fratrum res noſtras in pago Matiſc. in agro Melomacenſi quicquid
in omnib. finib. eius viſi ſumus habere eo tenore dum pariter viuimus, vſum & fructum exinde reti-
neamus, poſt noſtrū verò ambor. deceſſum ad Rectores Eccl. S. Vincentij permaneāt, & honorificè nos ſe-
IV. Tit. peliant in Cemeterio S. Petri Apoſtoli.* Vndecim ſubſignatis. Quarta facies. *Sacr. ſan. Eccl. B. Vin-
centij, in qua Dom. Ado Epiſc. & Ioan. Præpoſitus Rectores habentur, ego Flocbertus & vxor mea Odil-
la [d] donam. pro rem. anim. noſt. S. Vincentio ad menſ. Fratrū, de reb. noſt. in villa Varennas, aliquantulū* d æ' Oddile. fol. 59.
ſyluæ, quā ibi cōquiſiuimus, terminatæ à mane Fluuio Sagōna, &c. præter cāpū, pratū poſt deceſſū noſtrū,

V. vt quandiu viuimus, vſum habeamus. Si quis contradix. auri vncias cōponat duas. Nouē obſignatis. Quinta. Sacr. Eccl. S. Vincentij, quam D. Ado Epiſc. regit, ego Iulia fœmina dono pro rem. animæ meæ & ſenioris mei Dauid ac filiorum meorum ad ipſ. Caſ. Dei aliquid ex rebus meis in agro Melomacen-
VI. ſi, &c. Si quis contradix. libram vnam de auro perſoluat. Octo viris id approbantibus [f]. Sexto f fol. 61.
loco, idem præſtitit Aylindrada & filius eius Auſchericus [g]. g 63.

Paragraphus 2.

VII. Titulus. PRo ſeptimo dicendorum textu ſeorſum, iſta eduntur Concordatorum beneplacita. Placuit atque conuenit inter Dom. Adonem Epiſc. & Ioan. Præpoſitum cæteróſq; Fratres S. Vincentij, & ab alia parte inter Tertbertum & vxorem ſuam Gumbergam, vt terras eorum inter ſe commutare deberent, &c. Terminationes vnuſquiſque quid accepit teneat. Si quis contrad. de auro vn-
VIII. cias tres componat. Decem teſtibus conſignatis [h]. Octauo. Sacroſan. Dei Eccleſiæ, cui D. Ado Epiſc. h f. 81. & fere
præeſt, ego Vualterius Presbyter & frater meus Atto, intromiſimus ad ipſ. Caſ. Dei & menſam Fratrū ſimile. f. 92. & 88.
res noſtr. ſitas in villa Domanico, vineam quam vocant ad Capellam S. Petri, &c. Si quis calumniatus i f. 86.
IX. fuerit, auri libras X. componat [i]. Quinque approbantibus. Nonus Titulus. Eccleſia quam D. Ado
X. regit, ego Adalbertus Presbyter dono de rebus in agro Ibiacenſi, in villa Verriaco, &c. Contradictor
de auro vncias duas ſoluat [k]. Decimus. Eccleſiæ S. Vincentij, quam D. Ado ad regendum habet, ego En- K fol. 83. * de eo f. 144.
gelardus Presbyter & Blandinus * concedimus ex rebus noſtris in pago, vt ſuprà: ſi quis contrad. auri l fol. 89.
XI. libram componat [l]. Septem teſtantibus. Vndecimus. Eccleſia S. Vincentij Matiſc. cui D. Ado Epiſc.
XII. præeſt, ego Rotardus Presbyter dono de reb. m. ſitis in agro Priſciacenſi, &c. [m]. Duodecimus locus, m 94.
talis eſto. Cùm importunis agi mundum occaſionum volubilitatibus noſtro tempore conſtet [n], quic- n fol. 95.
quid ſacræ Eccleſiæ fidelibus impertitur, blanda firmitate condecet adornare, vt inconuulſa ad reliquum valeant perſiſtere. Huius rei gratiâ notum fieri dignum duximus, quia cùm eſſet Domnus Ado Epiſc. apud Matiſconē in propria reſidens ſede, adiit eius præſentiā quidā vir inluſtris nomine Vuicardus, deprecans paternitatem eius, quatenus dignaretur ei conferre de reb. S. Vincentij, duas videlicet vineas ex ratione Fratrum Canonicorum, vt dum aduixerit, cum ſecuritate abſque ambiguitate
XIII. poſſideat, & in feſtiuitate dict. Mart. VII. denarios loco cenſus perſoluat. Et vt firmiùs crederetur, D.
Antiſtes & Canonici hanc precariam [o] ei fecerunt. Decimus tertius locus. Legali decreto robora- o cet emprūt & precaire en
tum eſt [p], & ab antiquis tenetur, vt quicquid idoneæ perſonæ cum communi conſenſu inuicem commu- grangeage à
tare voluerint, inſtrumēto Chartarum alligetur, quatenus quod rationabiliter actum fuerit, nullo poſ- façonnet, à
ſit diuortio in poſterum violari. Quocirca placuit atque conuenit inter venerabilem Antiſtitem Adonē charge de rēdre, apres la
& Canonicos ſibi ſubditos, qui inclyto Martyri Chr. Vincentio Matiſc. Eccleſ. famulari videntur, nec- vie ou dans
Cluniacum. non condignum inter partem Cluniſenſis Cœnobij & Monachorum, vt terras quaſdam per cambium ſibi 5 ans. Cauſa 10. q. 2. c. 3. 6.
inuicem commutarent, quod & libentiſſimè fecerunt. Imprimis Domnus Maiolus Abbas [q] & Fra- Precariæ 12. q. 2. ca. 44.
tres prælibati loci donant ex reb. communib. quæ ſunt ſita in agro Salorniaco, &c. Inſequenter Domnus Syntagma lib. 1. ca. 4.
Dignitates Eccleſiæ Matiſcon. Ado venerandus Præſul, necnon Ioan. Præpoſitus, Arminus etiam Archidiaconus, & reliqui Canonici donant ad locum Cluniacēſi Cœnobij, quem D. Maiolus regit, aliquid de reb. S. Vincentij in pago touyſſant le gardateur des fruicts.
Lugdun. ſuper fluuium Ararim, &c. Nunc ergo tam nos quàm & ſucceſſores qui in locis prænominatis obuenerint, faciant de his omnib. quæ ad ſe pertinent, quidquid voluerint. Et vt hæc commutatio p fol. 98.
deinceps per ſuccedentia tempora inconuulſa permaneat manib. Fratrum eſt corroborata. Sign. Mayoli q 4 Abb. ab an. 954. ad 994.
Abbatis, Vuarnerij Abbatis, Bernardi, Vmberti, A. Dalgiſi, Rogfredi, Balduini, & ſex aliorum. Actū
XIV. regnāte Lothario Rege. Decimaquarta ſtatio. Charta exemplaria de Sanciaco nomine A. Alberti & vxoris ſuæ Iosbergæ, ego Ado Epiſc. & cæteri Fratres donamus vobis campum ad medium plantum, in
XV. agro Sanciacenſi [r], &c. Decimaquinta. Sacr. ſanc. Dei Eccl. S. Vincentij, cui D. Ado Epiſc. præeſt, ego r fol. 103.
Rodulfus & vxor mea Engelberga donamus ad ipſam Caſ. Dei ex reb. noſtr. in pago Lugdun. in agro ſ fol. 111.
Perciacenſi, in villa Lierenco, &c. ac vnum pratum [ſ]. Si quis contrad. auri vnciam componat. Decimo-
XVI. ſextò, conſimiliter Giſtoldus & vxor Gondrada impertiti ſunt quicpiam S. Vincentio Mart. cui D. Ado Epiſc. præficitur, de reb. ſuis ſitis in pago Lugdunenſi, hoc eſt in illa Diœceſi, in fine Romanacenſi, in ipſa villa Romaniaco, cum manſione & vinea inſimul tenente [t], &c. Suſpicor eſſe t fol. 111.
Romenæum. Romenæum Dinonis plenariæ RR. Epiſcoporum Matiſconenſium in Breſſia quondam Epi- u fol. 114.
ſcopatus Lugdunenſis, nunc Diœceſeos Matiſconenſis. Decimoſeptimò, quid pariter di- x 107.
XVII. ſtribuerit Adalardus [u], &c. tum Vuicardus [x]; exinde Giroldus & vxor Eldegardis, bis in Vo- y fol. 122. & 117.
lumine exarati [y], non eſt opus hic longiùs recenſere.

Paragraphus 3.

XVIII. Tit. DEcimusoctauus Titulus erit is ordine ſuo. Notitia vuerpitionis ſeu redditionis. Euidenter liquidò conſtat qualiter Dom. Ado Epiſcopus vnà cum Ioanne Præpoſito, & Aymino, & Odone PP. * & Bernardo Rodulfo, Vuarino ac reliquis Canonicis interpellant [a] quandam * hoc eſt Presbyteris, labē-
fœminam Vuandaltontem cum infantibus ſuis Ingelrio, ſorore Giſonberta, &c. quod iniuſtè tenebant tius.
quandam vineam S. Vincentij in pago Matiſconenſ. agro Viriacenſi, &c. Prædictam vineam re- a f. 119. Simile in l. ſecūdo
quiſiuit Dominus Antiſtes & reliqui Fratres. Qui diu inter ſe requirentes, non inuenerunt iuſtè rerum. l. 141.

aut

aut rectè tenere poſſe. Ideo ibi ſe recrediderũt, & omnia vuerpiuerunt, in præſentia Geroldi Vuarnerij,
XIX. *Fredoini, Rotlanni, Leoterij & Adonis Epiſcopi. Actum regnante Lothar. rege.* Decimus nonus.
Placuit atque conuenit inter Vendrannum & vxorem ſuam Meldis, necnon ex alia parte Adonem
Epiſcop. ac cæteros Fratres, vt terras inter ſe commutarent. Donat Vendrannus Campum in pago Ma-
XX. *tiſcon. agro Vtracenſi, &c. Si quis contradix. auri libras duas componat* [b]. Viceſimus Titulus. *Mos*
antiquarum legum inſtituiſſe monſtratur, vt ea quæ à Primatibus ſacrarum peraguntur Eccleſiarum, [b] fol. 130.
apicum characteribus adnotentur, qualiter in reſiquum ſoli data habeantur. Huius rei gratiâ notum
ſit omnibus fidelibus ſanctæ Matiſcen. Eccleſiæ, præſentibus ac futuris, quia ..... quidam vir depreca-
tus eſt magnificentiã Dom. Adonis Præſulis, vt concederet quendam manſum qui coniacet in pago Ca-
billonenſi in villa Colonicas, cum manſionibus, vineis, campis, pratis, ſyluis, molendinariis, vt vita ſibi
comite ſuis aptarè vſibus ſecuriter valeat. Cuius petitionem gratam ſuſcipiens Pontifex, conceſſit vi-
ro [c] *& vxori eius Odilæ ac filio, quod deprecabatur. Loco verò cenſus IV. ſolidos in feſtiuitate ſancti* [c] Anſedeo.
XXI. *Vincentij perſoluant, &c.* Viceſimus primus. *In nomine Verbi incarnati notum habeatur omnibus fi-*
liis fidelibus ſanctæ Matiſc. Eccleſ. quia D. Ado sereniſſimus Antiſtes per deprecationem Canonico-
rum & fidelium ſuorum Ioannis Præpoſ. Aymini ac reliquorum contulit cuidam Clerico [d] *Odoni Ca-* [d] fol. 118.
Odo Canonicus S. Vincẽtij & Abbas S. Petri. *nonico S. Vincentij quaſdam Eccleſias & res præmemorati Mart. ſcilicet Abbatiam S. Petri, cuius*
Eccleſia fundata eſt in ſuburbio Ciuitatis Matiſcen. & eſt Hoſpitale, ac ibi conuenit ſepultura præ-
fatæ vrbis: cuius duæ partes ſunt Canonicorum, tertia vero ipſius loci: denique Capellam in honore
ſancti Petri dicatam, inque villa Carnaco ſitam: aliam vero Capellam in villa Buciaco ſub ho-
nore ſancti Petri; aliam item in honore ſancti Boniti, quæ eſt in Carbonariis: atque Eccleſiam ſan-
cti Petri, quæ Vetus dicitur (ipſa ſuburbana eſt) cum omnibus decimis & terris eo pertinentibus, nec-
non terram S. Iuliani ex Rocca. Ita tamen vt in feſtiuitate ſancti Petri & Abbatiæ vna refectio Ca-
nonicis tribuatur, ſicut ipſe Ado Præſul ſecit, atque ſuis firmare præcepit. Actum regnante Lotha-
rio: teſtibus quatuor. Hanc vnicam hiſtoriam ſub Adone tradit Bugnonius [e]. Verùm arche- [e] pa. 39. 40.
typus adeſt à nobis ſedulò conquiſitus. Alia pauca de ipſo Adone in iiſdem Titulis præter-
mittimus [f]. Iſta ſint ſatis. [f] fol. 125. 140

Paragraphus 4.

Obitus Adonis. MOx de Antiſtitis morte loquuturi, déque circunſtantiis in illo exitu: ſanè monendum
ex Bugnonio, quòd Odo Canonicus Cathedralis Matiſcenſis, & deinde Abbas Ec-
cleſiæ ſancti Petri ibidem, ex ſuprà deductis [g], *Monaſterium conſecutus eſt annò ſal. DCCCC-* [g] § 3. Tit. 21.
LXIX. Sic ille Iureconſultus paulò exactiùs [h]. Qui ſubinde hæc addidit. *Leotaldus minor na-* [h] pa. 41.
tu Alberici, factus eſt à patre diu viuente Concomes ſuæ Matiſconenſis patriæ. Anno ſequenti [k], *nimi-* [k] l'ã d'apres.
rum 970. Hugo Comes Balgiaci mundo vale dixit: Lamberto filio ei ſuccedente: & anno rurſus ad-
ſequente, ſcilicet DCCCCLXXI. *Ado Epiſcopus extremis ſuis diebus finem impoſuit feria*
971. *XVIII. Aprilis.* Tum iſti hiſtoriæ veraci has duas annectit fabulas duplicis vt putat Epiſcopi,
quos perperam finxit exitiſſe. *Et in eius locum* (Adonis defuncti) *electus eſt Epiſcopus vnus no-*
mine Fancus [l] (ait) *vir religioſus ac ſingulariter doctus: cui Leotaldus confirmauit quicquid alter an-* [l] vulgò, Fanc pa. 41.
noſior Leotaldus ſeu auus Nymbodo dederat, quinque Parœcias in monte Gudino, & ex profeſſo man-
darat Canonicis ſancti Vincentij, vt Numen palam precarentur pro animabus Leotaldi eius aui, Cola-
Comites Matiſconenſ. *tiæ auiæ Alberici patris & Hyrmingardæ vxoris ſuæ. Nam tunc Albericus pater vlterioris iſtius Leo-*
taldi è viuis diſceſſit anno DCCCCLXXV. Hugo filius Lamberti Balgiaci Comitatum Balgiacenſem
iniit ac poſſedit ab obitu patris. Et poſtquam Leotaldus parente orbatus regnarit octennio in Mati-
ſcenſes, lumina clauſit [m]: *relinquítque filium Albericum adhuc infantem ſub matris tutela, Comitatus* [m] pa. 44.
Et Balgiacenſes. *gubernatricis. Eo rurſus tempore Ludouicus V. poſtremus Lotharij IV. filius, familiæ Caroli Magni, ſuo*
quoque Regno vale dixit. Qua propagine obſoleta & ſine liberis Hugo Capetus ad ſceptrum vocatus
eſt anno ſal. DCCCCXC. [n] *taliquе ſolis reuolutione Ianus Matiſconenſis Epiſcopus vitâ ſolutus eſt die* [n] qui in an. 988 ex Till.
XXII. Maij non ſine Cleri populíque dolore, quorum delectu Nilo vir miræ pariter virtutis Epiſcopalẽ
Cathedram ſuſcepit. Hactenus idem Bugnonius. De cuius hiſtoriæ annexis, an tite ſingula
colligantur, inſpiciendum. Sanè Tituli antiqui & Demochares ac San-Iulianus nequaquam
Duo ficti Epiſcopi malè à quodam adducti. meminêre horum Antiſtitum Fanci, tum Iani: quos ob id meritò arcemus è recta Præſulũ
categoria. Miror ergo vbinam tales homines ſit Author expiſcatus cum circunſtantiis de
Alberico vnà iis viris permixto. Etenim nos ſuprà [o] ex Titulis ſobolem vtriuſque fusè in- [o] nu. 29. § 8.
duximus, cum pia fundatione ſeu Anniuerſario Eccleſiæ Cathedrali à ſe ſuiſve proximis verb. Quicũque Sanctorũ.
conſanguineis relicta in progenitorum & genitricis gratiam, quantumuis illi ibidem [p] per Itemque n.
quæque nomina minimè explorata legantur. Inſuperq; nos illic prope montẽ Gudinum de- 26 § 1. n. 27.
ſcripſimus [q]. Omnia ſub Antiſtite Naymbodo. Igitur horum Principum geſta cõparuêre ſe- § 1 n. 19. § 4. [p] cit. verb.
dentibus Matiſcom Naymbodo atque Adone neceſſariò: quibus aut alterutri tantùm Leo- Quicunque. [q] nu. 28. § 7.
Abolentur. taldus confirmauerit quinque parœcias montis Gudini, &c. Non autem negotium itemque § & n.
aliquod iis fuit ſub fallacibus phænomenis fictitiorum Fanci aut Iani, ex furiis 27. § 1.

fanaricis quaſi idololatris prodeuntium. Quinimò Albéricus propagator eiuſdem Leotaldi iunioris obiit diu poſt vtrumque iſtum legitimum Paſtorem in Adone finiundum: quia eiuſdem Comitis interitus euenit pluſquam biennio poſt arreptam ſacram Sedem à Ioanne I. canonice occupatam, viro affini atque vicino Adoni, cui ſucceſſit. Sic itaque corruunt Bugnonij collectanea. Quibus de rebus controuerſis nos alia denuo adſtipulamur in illis duobus paſſim Epiſcopis tutò ſedentibus, Ioanne [e] atque Milone [f]. Aduerte his temporibus extitiſſe Burgum ſuperiorem à Matiſconenſi ciuitate diſcretum, ex Actis in Titulis Flotberti & Ordeliæ vxoratorum donantium res ſuas D. Vincentio ſub Adone Antiſtite*. [e n. 31. §. 3.] [f n. 33. §. 1.] [* fol. 68.]

X͏XXII. *Paragraphus* 1.

IOannes huiuſce nominis primus Epiſcopatum Matiſconenſem videtur piè affectaſſe anno proximè ſequenti deceſſum Adonis prædeceſſoris mox antea ſuo chronico illuſtratum [a]: hoc eſt, Sedem ingreſſus eſt Ioannes anno nongenteſimo ſeptuageſimo ſecundo. [a n. 30. §. 4.]
972. Nam reuerâ, in huius dicti fidem, confeſtim verno tempore ſuccedentis ſeptuageſimi tertij, habuit ipſe eam ſolemnem actionem in Titulis antiquis latitantem, [b fol. 22.]
I. donatio. cuius verba patent iſto autographi nitore [b]. *Sacroſancta Eccleſia ſancti Vincentij Martyris, constructa infra muros Matiſconenſ. quam Dominus Ioannes Epiſcopus ad regendum habere videtur: ego Iuo & vxor mea Attala pro remedio animæ noſtræ donamus ad ipſ. Caſam Dei aliquid ex*
Hebræos tunc habuiſſe terras in Diœceſi Matiſc. *rebus noſt. ſitis in pago Matiſc. in agro Fuſciacenſi duos curtilos, vnum à mane terminat terra Hebræa, &c. alterum à mane terra Hebræorum, &c. Item donamus pratum quod vocatur ad Pedronâtum. eo tenore dum ego & Attala viuimus, & filij mei Gunduldricus ac Aymo, teneamus aut poſſideamus: poſt noſtrum verò diſceſſum ad ipſam Caſam perueniat. Si quis contradix. auri libras II. componat: & præſens donatio ſtabilis permaneat cum ſtipulatione ſubnixa. Actum Matiſconi publice, per manum Vmberti Leuitæ, die Dominico II. Kalend. Martij, anno XVIII. regnante Lothario Rege.* Vi-
973. delicet anno humanæ ſalutis DCCCCLXXIII. Nam iſte Lotharius debet concipi quartus ſuæ nomenclaturæ, ad proximè dictorum conſequentia [c]. Etenim Lotharius I. [d] & tertius [e] paucioribus annis regnarunt quam vndeuiginti. Et quamuis Lotharius II. pluribus quàm [c n. 30. §. 3.] [d ab an. 560. ad 568] [e ab 663. ad 667.] [f ab 588. ad 631. quartus ab 958 ad 986.]
Quot Lotharij Reges. quartus ſceptrum tenuerit [f]: tamen Ioannes I. Epiſcopus altiorem catalogi ordinem conſcendere haud debuit versùs annum circiter ſexcenteſimum (quod alioqui dici fierique oportuiſſet) vt neque id ei præſtare licuit: quia ex breuiſſima horum Antiſtitum epitome in Titulis ac Demochare, idem Ioannes Adonem nullo medio adſequutus eſt. En prima Charta. Secunda pro eodem Pontifice in Titulis, eſt eiuſmodi: attamen ſine
II. donatio. Data [g]. *Omnibus Matiſcenſis Eccleſiæ filiis, præſentibus ac futuris notum fieri dignum duximus, quia cum eſſet Dom. Ioannes venerandus Præſul in Matiſcone ſecus Baſilicam inuictiſſimi Martyris Chriſti Vincentij cum ingenti cœtu Clericorum aut laicorum, venit quidam vir nobilis Drogo ante eius præſentiam, humiliter depoſcens conferri ſibi ſuæq; vxori Teuſanæ ex rebus ſancti Vincentij, Capellam videlicet ſancti Iangulſi Martyris* (aliis ſancti Gengulphi Ciciaci) *cum rebus &* [g fol. 52.]
Eccleſia S. Gengulphi. *decimis omnibus ſibi pertinentibus, cum manſis, ſeruis, vineis, campis, pratis, ſyluis, ſicut in præcepto, quod Carolus Imperator fieri iuſſit, continetur, præter illud quod in Cluniaco eſt. Cuius petitionem gratam ſuſcipientes, tam Dominus Epiſcopus quàm reliqui fratres de quorum ratione ipſæ res videbantur eſſe; contulerunt prædicto Drogoni & vxori præſcriptas terras, cum omni integritate. vt dum aduixerint poſſideant. Et ſi quis parem ſuum ſuperuixerit, ſubſequenti eueniet. Loco verò cenſus, ſolidos duos Canonicis non negligenter perſoluant in feſtiuitate ſancti Vincentij. Quod ſi in reddendo, deſides extiterint, in duplum cogantur perſoluere. Vt autem hæc diligentiùs obſeruarentur, nominatus Antiſtes & reliqui Fratres hanc precariam eis fieri iuſſerunt, & propriis manibus corroborarunt.* Teſte Oddone Abbate [h], & aliis quinque. [h Eccl. Cath. Matiſc. non Cluniac. qui iam obierat an. 944.]

Paragraphus 2.

III. donatio. TItulos vlteriùs peruoluamus. Adeſt Chartula tertia. *Sacroſan. Eccleſia ſancti Vincentij Matiſconenſ. quam Ioannes Epiſcopus regit, ego in Dei nomine Hirmegarda fœmina, cogitans de Dei miſericordia, dono pro remedio animæ meæ & Nambodi ſenioris mei ex rebus meis in pago Matiſconen. in villa Fontamlias curtilum cum vinea & Campum vnum, vt dum viuo teneam. Et ſi quis beneſacere voluerit, aut in precaria accipere, rectam reclamationem habeant parentes*
IV. donat. *mei.* Adſtipulantibus ſeptem teſtibus. Quarta. *Placuit atque conuenit inter Ioannem Matiſcenſium Ciuitatis Epiſcopum & Canonicos loci illius, atq; inter Ermembertum & vxorem ſuam Suſannam, vt terras ad inuicem cõmutarent. Quod & præſtiterunt. Donat Ermembertus Cãpos tres in agro* [i fol. 34]

Igia

Igiacenſi, in villa Virgiagus,&c. [v] Quinta. *Notum fieri dignum duximus: quia cùm eſſet D. Ioan-* k fo. 81.
nes Præſul Matiſcon. ſecus Eccleſ. Martyris Chr. Vincentij, adiit præſentiam eius quidam nobiliſſi-
Genoliacum & aliæ villæ. *mus vir Tertbertus nomine, obnixè expoſcens ſerenitatem eius, vt dignaretur ei & vxori ac filio eo-*
rum Odulrico per precariæ firmitatem, quòd ſecuriter tenere poſſent medietatem de decimis in Ge- l vulgò Genouilly, ad Cluniacum.
noliaco villa l, *quæ eſt in honore ſancti Petri dicata, & in Oratorio* m *ſimiliter medietatem ex deci-* m vulgò Oroux.
mis S. Martini, & in Floriaco villa n *decima S. item Martini, omnibus ſibi iure pertinentibus.* n Flurié.
Cuius petitionem gratam ſuſcipiens Domnus prædictus Antiſtes, hoc illis attribuit teſtamenti lo- o eleemoſynarum munificentia, largitatis & muneris ex charitate.
co manu propria, vt prædictas Eccleſias tenere poſſent, ea ratione vt ſynodali tempore debitum pa-
ratarum ſiue eulogiarum o *ſeruitium abſque dilatione perſoluerent. Quò verò per diuturna tempo-*
ra hæ literulæ conſtare poſſent, manibus noſtris firmauimus. Actum regnante Lothar. Rege; cum
VI. don. ſeptem teſtibus. Sexta. *Sacroſanct. Eccleſ. ſancti Vincentij Mart. Matiſcon. cui Ioannes Epi-* Ex fo. Tit. 98.
ſcopus præeſt, ego Tertbertus & vxor donamus ad ipſam Caſam Dei ex rebus noſtris ſitis in pago
Lugdunenſi, in agro Balgiacenſi, in villa quæ vocatur Curte (ſiquidem Balgiacum vrbs Breſ- p fo 116 Et in MS. Eccleſiæ D. Petri Matiſc. dat ibi Idoënus an. 20. Lothari, ſal 975.
Balgiacum. ſiæ eſt Diœceſis Lugdunenſis, at propè Matiſconem, Arati fluuio intermedio) *manſum v-*
num quem Bernoldus mihi dedit, & quicquid aſpicit quæſitum & inquirendum: eo tenore vt ne-
que in beneficiis, neque in precaria nullus recipiet: & ſi fecerit, rectam reclamationem habeat fi-
VII. don. *lius meus. Si quis contradix. auri libras X. componat.* Actum regn. Lothar. p vnà cum ſeptem
obſignatis citra partes contrahentes. Septima donatio: *Sacroſan. Eccl. beati Vincentij pretio-* pa. 11. Ibi Ado Abbas S. Petri.
Mater Epiſcopi Ioannis. *ſi Martyris conſtructa infra muros Matiſcon. ego Ioannes Epiſcopus & Landrada mater mea Ca-*
pellam beati Maximi, quam anteceſſores per precariam iniuſtè tenuerant, reddimus, & ſi quid iuris
in ea habemus, ſupradictæ Eccleſiæ omnino concedimus. Eſt autem ſita in pago Lugdunenſi in Pre- q fol. 119.
niſto villa; eo pacto vt Canonici S. Vincentij teneant & poſſideant nullo contradicente q. Appro- r fol 124.
bantibus teſtibus, præter totidem partes. Præterimúſque Amifredum donatorem r.

Paragraphus 3.

Bini ſuprà confictì Epiſcopi prorſus auferédi. IAm hoc de viro primario dicendum ſupereſt. Iſte Ioannes eſt veriùs eadem Epiſcopa-
lis perſona, quam Bugnonius Author appellat Faneum & Ianum [ſ]; nec vnquam alia, ſ nu. 51. §. 4.
aut ipſi non alij. De quo duplici ementito nomine falſis in ſacrum theatrum euecto conie-
cturis ab eodem Iureconſulto, nos profectò pleraque dudum quaſi præludij gratiâ emi-
ſimus ſub Adonis Epiſcopi exitu ad fines præſentis inſtituti moliendos. Nimirum vt mul-
tò faciliûs iſta reſidua huc demum reuceremus; & grauia materiæ pondera, confuſionis ſi-
mul vitandæ gratiâ, exoneremus: quò cætera nunc âgitanda remanere & animaduerti
queant paulo breuiora ac leuiora. Sic ergo de medio tollimus illa duo Epiſcopalia nomi-
I. Ratio. na, hiſce innixi demonſtrationibus. Prima eſt, quia præfatus etiamnum Bugnonius Faneum
ſtatuit ſub eodem prorſus tempore ac Rege Lothario quarto: quem Epiſcopum ipſemet
dicit virum religioſum ac eruditum, eumque electum Adonis ſucceſſorem, cui Leothal-
dus Comes Matiſconenſis roborauit, aut ratas habuit quinque Parœcias, quas alter Leo-
thaldus eius patruus Naymbodo contulerat. Hanc ſiquidem rem geſtam ſeu donationem
in ipſis Titulis antiquis legimus celebratam ſub Naymbodo Antiſtite [t], deinde excellen-
tiùs renouatam ſub hoc ipſo Ioanne Epiſcopo, veluti ex profeſſo declarat San-Iulianus [u]. t nu 18. §. 5. u pag. 179.
II. Ratio. Vnicus autem Ioannes dictus valdè religioſus & multa præditus doctrina ſucceſſit imme-
diata ſerie Adoni ex Titulis antiquis & Demochare. Secundum demonſtrationis genus
eſt, quia ſequente pagella [x] narrat Bugnonius quòd anno ſalutis DCCCCXC. dum Hu- x pa. 44.
go Capetus ſceptrum Francorum ſurripuit, obiit prætenſus Ianus Maticenſis Epiſcopus y die 22. Maij.
XI. Kalend. Iunij [y], non ſine lachrymis & mœrore Cleri atque populi (inquit) ſuccedente z nu 52 §. 1.
ei Milone. At verò ex præfatis Titulis aliíſque authoribus infrà ſuis locis [z] idem Milo iam
tunc pridem Matiſconi ſedebat. Vnde nullus eo anno Ianus ſupereſſe poterat. Et rurſus ex
III. Ratio. Demochare Milo comparuit propinquus ipſi Ioanni ſucceſſor, non alteri. Tertia demon-
ſtratio eſt, eò quod multùm conformia ſunt nomina Iani & Ioannis: etiámque Bugnonius
nominem effert Ioannem. Vt facillimum ſit vtramque vocem valdè affinem pro viro eo-
Nominum ſynonymia. dem accipiendam, & Faneum pro cognomine ſeu familia Antiſtitis Ioannis. Nam vel cer-
tè Ioannes Gallis ſolet ab antiquo appellari aut proferri *Ian* [a], petindéque *Ianus*. Igitur in a vel ſcribi Iehan & Iean.
vocum homonymia ſolum verſabatur Bugnonius: & inde ſenſim longius à vero rectá-
que ſemita ſeiunctus eſt, ac illuſus. Vt his noſtris documentis ſecurior tandem fides cen-
ſeatur tribuenda. Ad extremum verò migrauit e vita ipſe Ioannes die X. Kalend. Iunij [b], b 23. Maij.
Ioannis obitus. ex MS. libro Eccleſiæ Matiſconenſis: anno quidem illic incerto: verùm coniicimus eum
certiùs facto ceſſiſſe anno currente nongenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo: neque deinceps
vlteriùs ob prementem nouam ſequentis Paragraphi [c] hiſtoriam; vt nec vix etiam citius
977. propter alia vicinitatis ibidem allata rationum momenta: Quicquid vlteriùs ei per c §. 4. cit. nu. 50.

annos adhuc duodecim opinatus ſit Bugnonius *, ſaltem ſub confuſo nomine *Iani*, quia obſtat Præpoſitus adſequens.

* vſque ad 990. ſuprà nu. 30. §. 4.

Paragraphus 4.

Arembertus primus Canonicorum Matiſconi.

HOc obiter loco, priuſquam ad vlteriora gradum faciamus, meminiſſe oportet Aremberti quondam Præpoſiti Eccleſiæ Matiſconenſis: quem nonnulli putarunt Epiſcopales infulas hac tempeſtate diu geſtaſſe, ad minus vt coniicio per annos XII c. Initio quidem Petrus San-Iulianus in ea viſus eſt ferè ſententia recubuiſſe. Verùm is tandem quaſi è graui ſomno expergefactus, cenſuit d eundem Arembertum minimè conſecratum Pontificis vices geſſiſſe: at bene quidem, dum parteis Præpoſiti in Eccleſia Cathedrali ſuſtinere perſeueraret, vacante ſolio Pontificali, curam habuiſſe rerum Epiſcopalium velut œconomum e, poſt Ioannis interitum; eò quòd eius dignitas in Baſilica S. Vincentij erat tunc prima Capituli ſeu Chori Eccleſiæ. Etenim, ex more illius ſeculi, Præſule mortuo, omnis ſollicitudo Epiſcopatus iure Regaliorum deuoluebatur ad Fratres Canonicos, quorum præcipuus erat iſte Arembertus, vir de corpore ac numero cœtus. Adeóque cuncta eccleſiaſtica negotia eius nomine velut decreto claudebantur, eique tanquam Præſuli plurimùm deferebantur à Clero: ex quo deinceps nonnulli arbitrati ſunt eum ſaltem ad Epiſcopatum fuiſſe electum; quod tamen non conſtat accidiſſe. Atque id totum creditur eueniſſe ſub præfato Rege Lothario. De tali autem perfuncto munere Aremberti, hæc veſtigia extant in Titulis, cum aliqua donatione facta eidem Baſilicæ. En periodi f. *Sacroſancta Eccleſ. S. Vincentij Matiſcenſis, quæ eſt infra murum in Matiſconenſi ciuitate, quam Eccleſiam Dominus Arembertus Præpoſitus & cæteri Fratres ad regendum habere videntur. Igitur in Dei nomine, Elocbertus & vxor mea Odila cogitauimus de Dei miſericordia, vt pius Dominus & miſericors animas noſtras de pœnis inferni eripere dignetur. Propterea donamus ad ipſam Caſ. Dei in ſtipendia Fratrum aliquid ex reb. noſtris, quæ ſunt ſita in pago Matiſc. in villa Varennas, campum qui vocatur ad arcus, & alias res quantum viſi ſumus ibi habere: eo tenore dum viuimus pariter, vſus & fructus penes nos ſit, & poſt noſtrum amborum diſceſſum ad menſam Fratrum deueniant, ac nulli vnquam liceat beneficare: quòd ſi fecerit, iram Dei incurret. Si quis donation. iſtam contradix. auri vncias IV. componat, & ſtabilis permaneat cum ſtipulatione ſubnixa. Data per manum Stephani Presbyteri ſub die Dominico, III. Kalend. Iunij, anno XXIII. regnante Lothario Rege.* Hoc eſt anno ſalutis præciſè nongenteſimo ſeptuageſimo octauo, ex Ioanne

978. Tillio. In prologo cuius Chartulæ euidenter conſtat Arembertum Diœceſim Matiſcenſem

989. ita gubernaſſe, vt regimen illud ei nouum fuerit, perindéq; videatur eo tempore duntaxat cœpiſſe per duos ferè annos, quibus ſucceſſerit Milo ex Titulorum picturis. Vnde Ioannes præfatus Antiſtes facile ſederit ſeu vixerit ad eum prope annum Aremberti g. Sed vt finis ſit cum valido recentiore emolumento, aduertendum ex nonnullorum etiam San-Iuliani opinione prima fronte, ſed primùm ex Titulis mihi conſpicuis, quòd Abbas quondam in illa Cathedrali Eccleſia is nuncupabatur, qui ſub Epiſcopo primi iuris * eminentiam conſequebatur inter Regulares; Præpoſitus qui iuriſdictioni præerat, & ſecularium ſeu temporalium Eccleſiæ negotiorum potiſſimam curam gerebat. At idem San-Iulianus poſtmodum anteriores diſcurſus emendando, aut talia referendo ad præſentem eiuſdem Matiſcenſis Eccleſiæ ſtatum; opinatus eſt quòd nomen Abbatis deinde paſſum eclipſim in ea Cathedrali, annexum eſt Epiſcopatui; tum Præpoſituram extitiſſe quandam in Capitulo authoritatem iterum auulſam aut commutatam in primam Decanatus hodiernam dignitatem; & tertias partes obtinuiſſe Archidiaconatum, qui mox pergit cum additis tribus aliis Archidiaconis citra Cantorem. Hæc itaque ſingula ex lectione paſſim eorum quę in Titulorum Volumine digeruntur, haud ægrè elici poſſunt.

Veriùs gerẽs curam Epiſcopalem ſede vacua, quã creditus Epiſcopus.

Scripta de eo.

Donatio.

Ordinario dignitatum Eccleſiæ Matiſconenſis.

c ſuppoſitio dictum conſutum Bugnonij §. 3. finali.

d pa. 279.

e ad formam Ioannis Bochonij pro Archiepiſcopatu Lugdunenſ. ibi in Lugdunẽſib. n. 114. §. 1. 1.

f fol. 12.

g ſicque concluſum §. 3. extremo.

* de quo ordine vide nu. 39. §. 1. ante. 33. &c.

XXXIII. *Paragraphus* 1.

990. MIlo Epiſcopus qui ſedit Matiſconi ſub Hugone Capeto & Roberto filio Francorum Regibus, Cathedram ingreſſus eſt anno DCCCCXC. æſtiuo tempore, ex mente Bugnonij a opportunè ſatis. At veriſimilius eſt eum decennio priùs cœpiſſe agolum deferre, quia vix credendum eſt Arembertum integro duodenario annorum numero curam paſtoralem ſuſtinuiſſe, & tot annis, loco vnius ac ſemis, ſolium ſacrum vacaſſe, legitimo tandiu orbatum Paſtore. De ipſo autem Milone extant pleræque in Titulis memoriç. Prima eſto eiuſmodi. *Sacroſanct. Eccleſia S. Vincentij Martyris infra ambitum mœniorum Matiſcon. cui Dominus Milo Epiſcopus præeſt, ego Iammalbertus & vxor mea Belucia pro remediis animarum noſtrar. donamus vineam ſitam in villa Laſiaco b ad menſam Fratrum: eo pacto vt quan-* diu

Varia Acta ſub Milone.

1 Actio.

a pa. 44.

b Laud.

diu vixerimus, teneamus: poſt noſtrum verò egreſſum, ibidem Domino famulantium ad menſam
II. *perueniat Fratrum*[c]. Quatuor ſubſcriptis teſtibus, præter vxoratos ſine Data. Secunda. *Sa-* c fol. 50.
croſan. Eccleſia ſancti Vincentij, &c. quam Dominus Milo Epiſcopus ad regendum habere videtur:
ego in Dei nomine Anſelardus & vxor mea Aldagardis donamus ad ipſam Caſam Dei ex rebus
noſtris pro remed. animarum noſtrarum, quæ conſacent in agro Fuſciacenſi, vineam & ſuperpoſitum
III. *qui habet fines à mane, &c. eo pacto vt ſi in beneficio datum fuerit alteri, vel in precariam, hæredes*
noſtri recuperent, alioqui firma permaneat omni tempore[d]. Tertia. *Sacroſan. Eccleſ. ſancti Vincen-* d fol. 60.
tij, cui Milo Epiſcopus præeſt, ego Milo dono prædictæ Caſæ Dei de rebus meis in agro Salornacenſi,
in villa Sanciaco manſionem & vineam inſimul tenentem, &c. eo tenore dummodo viuo, vſum & fru-
ctum habeam, & vnoquoque anno reddo ad menſam Fratrum inueſtituræ modium I. de muſto.
Poſt deceſſum autem meum ad Caſam ſancti Vincentij permaneat. Si verò Epiſcopus aut alius bene-
ficare voluerit, rectam reclamationem habeant parentes mei. Et ſi quis hoc calumniatus fuerit, auri
Comes. *libras V. componat. Sign. Milonis, Ottonis Comitis,* [a] *Raterij, Maioli,* & aliorum ſex: *Actum*
regnante Hugone Rege[e]. Quarta Tabula. *Sacroſan. Dei Eccleſia ſancti Vincent. cui Milo Epiſcopus* e fol. 100 ab ann. 988. ad 996.
IV. *præeſt, ego Rodenus & vxor m. Ermengarda donamus ad ipſam Caſam Dei in agro, &c.* (vt ſupr.
in 3.) *vineam, &c. eo tenore, vt nulli vina beneficare poſſint. Quod ſi fecerint, ad proprios ve-*
V. *niant*[f]. Quinta. *Sacroſan. Eccleſia ſancti Vincent. cui Milo præeſt Epiſcopus, ego Vuolfrannus*
& vxor m. Anna douam. ad ipſam Caſam Dei ex rebus noſtris in agro Salornac. in villa Caſotis[g], f fol. 105.
VI. *&c. Actum regnante Hugone Rege*[h]: partibus obſignantibus cum triplici teſte. Sexta. *Inti-* g au Mez. Chaſot.
mare decreuimus cunctis S. Matiſcenſis Eccleſiæ filiis præſentibus ac fut. quia cum reſideret D. Milo h fo. 109.
Præſul ſecus Baſilicam glorioſi Mart. Vinc. infra ambitum mœnior. Matiſc. ſe collocarunt ante eius
præſentiam duo viri nobiles, Gudulricus Clericus & Elgandus frater ſuus humiliter deprecantes ſibi
dari Capellam ſancti Martini cum rebus & decimis omnibus ad ſe pertinentibus. Cuius petitionem
gratam ſuſcipiens prædictus Epiſcopus contulit ipſis res eas cum integritate, vt dum aduixerint,
poſſideant, reddito cenſu Synodali. Et ne irrita hac donatio fiat, idem Epiſcopus manu propria fir-
VII. Actio. mauit. Actum tempore Hugonis Regis[i]. Septima Tabella promit exordium vt ſexta: tum; i fol. 134.
adiit præſentiam eiuſd. Milonis quidam vaſſus[k] *nomine Rotbertus humillimè deprecans, vt concede-* K vaſſalius.
ret ei ſuæq; vxori Eccleſiam vnam in honorem S. Mariæ, ex rebus ſancti Vincentij, quæ eſt in villa
Vriniaco[l] *cum integritate, & in villa Caſotis*[m] *vineolam vnam cum terrulis adiacentibus. Cuius* l Parœcia dicata ſub eadē Matrona.
petitionem Dominus Pontifex gratam ſuſcipiens, contulit, ea ratione vt paratas & eulogias ſolueret m pendebatis ex ea parœcia Chaſ. om.
in feſto ſancti Vincent. Actum tempore Hug. Regis[n]. Paria ferè obtulit Adreldus Presbyter[o].
VIII. Deinde octauus locus talis effertur. *Omnibus Matiſcenſ. Eccleſiæ filiis præſentibus ac fut. ſit no-* n fol 140.
tum, quia cum eſſet Domn. Milo Epiſcopus ſecus Baſil. inclyti Mart. Chr. Vincent. & Odo Abbas o 142.
Dignitates Eccleſ. Matiſcon. (tanquam primus poſt Antiſtitem vti prælibauimus[p]) *& Marolus Archidiaconus cæterique Ca-* p nu. 32. §. 4.
nonici venerunt, in eorum præſentiam duo homines Rotbertus atque ..... humiliter deprecantes, vt
concederet eis Capellam conſtructam in honore S. Martini in villa Taiſiaci[q], *cum rebus & decimis ſi-* q Taiſé.
bi pertinentibus. Dominus Milo Epiſcopus hæc fieri iuſſit, firmarique præcepit, nullo contradicente.

Paragraphus 2.

Tituli antiqui non recordantur ſolummodò Regum Francorum in eiuſmodi Actis, ſicuti in præfatis octo Regeſtis de Hugone Rege obſignatum eſt, ad inſtrumentorum extrema. Verùm etiam nominant quandoque ſolos alios vicinos Principes ſummos, vice latioris Datæ ſeu diarij. Ecce de eo themate varium duplex pro Milone exemplum ad ſuperiorum ordinationem redigendum. Ergo nona dotationum ſubſcriptio hæc properat[r]. *Sa-* r fol. 113.
IX. Actio. *croſan. Eccleſiæ S. Vincent. Martyr. infra muros Matiſcon. cui Milo præeſt Epiſcopus, ego Hugo dono*
ad ipſ. Caſ. Dei in alimonia manſum vnum, qui eſt in pago Lugdunenſ. in villa Albiniaco, in loco
qui vocatur Monte Chinino, ſeu campos, prata, ſyluas ad integrum. Ea ratione dum Oduinus viuit,
teneat: poſt ſuum deceſſum, ipſe Sacerdos qui ſuper altare ſancti Vincentij Miſſas celebrauerit, poſ-
ſideat omni tempore. Actum hoc Gondrado Rege regnante: adſtantibus quinque teſtibus. Deci-
X. ma & vltima geſtatio. *Sacroſan. Dei Eccleſia ſancti Vincentij Martyris, cui Milo Epiſcopus præ-*
eſt, ego Berno Presbyter dono ad ipſ. Caſam Dei ex rebus meis in pago Lugdun. in villa Ternati vi-
neam quæ terminat, &c. Si quis contradix. auri libram perſoluat. Actum regnante Gonrado Re-
ge[ſ]. Quis verò crederetur indiſtinctus ille Princeps: non arbitretur Lector in primis hanc ſ fol. 114.
fuiſſe illum Aureliorum ac Burgundionum Regem ante annos quadringentos pium, ſan- t ad an. 566.
ctum, & illuſtrem[t], quem multi vocarunt Guntranum, Guntrandum, & Conradum filium
Regis Lotharij primi, & de quo nos ſupra[u] in ſancto Nicetio Epiſcopo Matiſſano. Nam u nu. 3.
Quot Principes nomine Conradi. alioqui Præſul Milo altiùs multò eſſet collocandus. Quod tamen non patiuntur recepti catalogi & ordines præſentium Antiſtitum, tum in Titulis ſeiunctim, tum in Democharc congeſti. Neque ſecundò extitiſſe Conradum I. Imperatorem paulò ſeniorem, aut alios

con

conſequentes Cæſares huiuſce appellationis, de quibus nos in S. Geraldo [x] & Naymbodo [y] Epiſcopis. Neceſſe eſt ergo opinari alium fore iſtum Conradum ſeu Gonradum hoc æuo Burgundionum Regem, etſi id vix præciſe legamus. Nimirum ille Gonradus cenſebitur filius Rodulphi Franciæ Regis ſuprà euecti [z]. Qui Rodulphus vi & violentia Rex Francus, tamen nullam obtinuit ſobolem ſibi in illo ampliùs præcipuo Galliarum ſceptro regnantem. At bene quidem in Burgundiano eam eſſe conſequutus videtur: ſcilicet Gohdradum, Ducatum vertentem in regnum; quia Rodulphus pater habebatur filius Richardi eiuſdem Burgundiæ Ducis, aui Gonradi. Déque iſto Gonrado tanquam Rodulphi nato agunt San-Iulianus; & antea Nicolaüs Gill us Senator quondam Pariſienſis, ac Hiſtoriographus Ludouici XII. Regis, in ſuo Franciæ Chronico rudi Minerua congeſto [a]. Ratio autem quare Tituli Matiſcouenſes perantiqui citant nonnunquam Reges Burgundos, omiſſis Regibus Francis in illis paginis & Actibus, euenit quoties tota Burgundia, ad quam ſpectat Matiſcon, nacta eſt paſſim Principes ſummo ibi iure vtentes, ac ipſomet Regum nomine inſignitos: rarò tamen.

x nu. 15. §. 2.
y nu. 28. §. 7.
z in Bernone Epiſc. nu. 27.
Reges Burgundi.
a ex ſuo tunc prauo ſtilo vulgari ſeu gallico.

Paragraphus 3.

Comitatus Matiſconēſis vacans & litigioſus.

Milone Epiſcopatum gerente perquàm honorificè, Albericus Comes Maticenſis interiit in flore ætatis (ait [b] Bugnonius) quæ mors varias diſſenſionum tenebras offudit in affinium animis, qui Comitatum prætenderent prope ſuo iure, déque eo patrimonio litibus concertare geſtirent, & conarentur. Nonnulli tuebantur partes Berthæ matris defuncti, vt pote ad quam per aſcenſum ciuili iure pertinebat illa ſucceſſio filij pereuntis ante pubertatis annos ac ſine liberis è legitimo thoro natis. Alij ex aduerſo controuertentes, teſtabantur Guillelmum Alberici patruum [c] matri meritò præferendum eſſe. Ob quas dirimendas querelas, ad arma tandem & gladios ventum erat. Sed Milo ex vtraque parte ſelectus arbiter pro ſua ſolerti prudentia, cenſuit decere & valdè opportunum videri, quòd Guilelmus & Bertha publicè inirent legem coniugalem, non obſtantibus parentelæ gradibus, pro quibus Papalis diſpenſatio obtineretur, velut expeti ſolita ad tranquillitatem in regionibus moliendam inter Magnates & Principes viros. Sic itaque ex Milonis conſilio atque induſtria pax ſumma toti familiæ allata eſt, connubiúmque ex debito palam offi-
996. cio celebratum. A quo tempore, Comitatus inde effectus eſt communis ad dies vſque Roberti Regis, qui creatus Francorum Monarcha vnà cum patre viuente, cœpit regno pariter Burgundiano potiri anno nongenteſimo nonageſimo nono, qua iuſtiſſima tempeſtate Milo funeri ſuo proximus (adiicit Bugnonius) ad decimumoctauum Ianuarij diem Lethaldum ſibi elegit in Cathedra ſucceſſorem. Hæc ille. Veruntamen Tituli antiqui porrigunt ad manus Acta quædam Ledbaldi Antiſtitis, hoc eſt, ſecundi huius nominis, quem ſanè alium extitiſſe non auguror, niſi eimdem qualem Bugnonius nominare voluit Lothaldum, tanquam ſub vtralibet voce dictum vbique Milonis ſequacem anno primo præfati Regis Roberti, qui Princeps ex vulgatiorum Chronographia ſuſcepit regia gubernacula anno DCCCCXCVII. Et eſto quòd iſte ſolaris circulus fuerit primus Ledbaldi: hinc tutiùs inferendum Milonem vitá ceſſiſſe ad ſummum viciniore anno ſuperiore XCVI. En ergo verius finale diarium Milonis. Iſtéque calculus occurrit anno poſtremo Regis Hugonis, Roberti parentis. Cui Roberto filio incidit Burgundianus Ducatus, de quo ſuprà, ac illic mox decenter paucis aperiendus. Nimirum Hugo Magnus Comes Pariſienſis filios genuit [d] Hugonem præfatum Regem Othonem, Eudonem ac Henricum. Quia Otho vxorem duxit Gebergam filiam Hugonis Ducis Burgundiæ, is propterea Dux regionis effectus eſt. Quo moriente anno DCCCCLXV. Burgundi ſua Capeto & Eudoni capita ſubmittere haud dubitarunt. Et Guillelmo Othonis filio relictus antea ſolùm fuerat Comitatus Burgundiæ versùs Dolam pro patrimonij iuribus. Eudone vita functo, Henricus frater Ducatui ſucceſſit, Gebergâ viduâ ab ipſo deſponſatâ. At Henrico rurſus deficiente, necnon eius filio, altero Eudone, liberis carente, ipſe ſub annum DCCCCXCVI. teſtamento Ducatum finit Roberto Fratri nondum Regi [e]. Nam tametſi præfatus Guillelmus eam prouinciam tunc ſurripere conatus eſſet, ſéque Ducem nominarit ad annum vſque milleſimum XXVII. [f] Nihilominus Henricus I. Rex [g] filius maior natu Roberti Regis, cum Ducatum impertitus eſt Roberto [h] fratri ſuo natu minori [i], velut in appennagium: quo moderato nomine quidam alij Duces paſſim ſequuti ſunt, refractæ variæ deinceps originis regiæ. Atque ſufficiat in præſenti.

b pa. 45.
c ſeu auunculum ex parte patris.
Milo pacem ſucceſſioni attulit.
Obitus Milonis.
Summi Duces Burgundi ex Francia.
d Hæc Tilius in Opmarum originib. pag. 64. & 65.
e Saluatus Rex anno ſeq 997.
f ſeu ad 31. annum Regni Roberti.
Duces ſubalterni.
g ab anno 1031 h obiit anno 107
i geſtum an. 1030 triēno poſt Guilelmum.

XXXIV. *Paragraphus* 1.

LEdbaldus II. ſic propria appellatione nuncupatur Epiſcopus Mariſconenſis ex multis Titulorum locis & apud San-Iulianum : ex aliis verò Titularibus paginis vocitatur *Leuboldus* : tum *Letbaldus* in cæteris pleriſque textibus eiuſdem voluminis : & ad extremum *Redbaldus* in Demochare, præterquàm *Lothaldus* apud Bignonium *: vocibus vbique pro vnica perſona ſumptis. Attamen vir iſte deuiat à perſimili *Ledbaldo* I. ipſius etiam loci Antiſtite, tanquam alio induiduo humano a, qui ante alios medios ſeptem Epiſcopos huiuſce trigeſimiquarti prædeceſſores vegetauit in ſua Sede. Ob idque de illo reperito nomine dici non poteſt, quòd in vtroque ſitu vario vnus idémqne homo ſit, qui canonica permutatione ad aliam ſponſam Eccleſiam ſeu Prælaturam conuolarir, deindéque ad hanc priorem lubens redierit, quo pacto narramus bis regreſſum eſſe indiuiſum Lambertum ad Matiſconenſes b, & vnum remeantem Hippolytum ad Lugdunenſes c. Nam ſecularis diſcrepatio inter duos hoſce Ledbaldos eſt fere integræ annorum centuriæ. Pro figenda verò huius ſtatione, diuerſimoda incumbit ſermocinatio. Saltem duplicis generis. Vno modo, quidam Ledbaldus ſub Rodulpho Rege Francorum conſtitutus legitur. Cui Principi Authores nonnulli tradunt annos duodecim aut tredecim in ea adminiſtratione regiâ : vt pote ſanctus Antonius d, Robertus Gaguinus e, Baronius f & Gualterus g. Sed à quo tempore incipiat ſuus ille duodenarius, duo priores non aperiunt : ambo autem poſteriores curſum eius monarchicum inchoaſſe faciunt anno DCCCCXXIII. necnon finiiſſe anno XXXVI. At ex altera parte Paulus Æmilius, Ioannes Tillius & reliqua Tabulariorum caterua eidem Rodulpho biennium duntaxat aſtipulantur, qui trahunt ipſius originem ab anno DCCCCXXVII. Vnde priores duo, iique muti circa illos ſui regiminis fontes videntur concepiſſe principium ab annua illa notitia poſtmodum per Æmilium eruta : quem Æmilium ideò etiam nominant paſſim Commentatores h ſancti Antonij ad latera marginum & in gloſſis, velut cuncti eâ dictorum communi vtilitate fruentes. Atque nos hunc ſic pro Rodulpho ſcaturientem calculum retinuimus in componendo ſuprà i diario Ledbaldi primi iure optimo coarctandi ſub ipſo Rodulpho. Quos computus, dum illic breuiores apparent, iam iſtic luculentiores facere diſtulimus : omiſſis ad præſens emenſis reliquorum Annalibus & circinis, quaſi obſernatu difficilioribus paulò, quia Gualterus præoccupat vltimum quadriennium regni Caroli Simplicis k, qui Rodulphum totus præceſſit, & ſeptennium trahit deorſum ſuper regno Ludouici IV. ſucceſſoris l, vt efformet pluſquam duodenarium Rodulphi. Cuius facti loco, mens Antonini & Gaguini ſuit tradente Æmilio, vt reſiduum illius duodenarij, ſi dandum foret, cadat inferiùs, equidem minùs importunè, ſeu verſetur in deſcenſum ad concesſa tempora ſoli Ludouico, talia numerando ab anno 927. primo regni Rodulphi ex Tillio. Alterum ſermocinandum, eſt de ordiente ſceptro exactiore Roberti Regis, pro aſſerenda tutiore ſede noſtri huius Ledbaldi II. Maticenſis. Nam primus ac vetuſtior Titulorum Actus ſpecialis, qui de illo hiſtorias promunt, celebratus eſt anno primo eiuſdem Roberti. Qui ſolaris ambitus, qualis aut quantus ſit inter annos humanæ partæ ſalutis, enucleandum. Sic enim homonymia ex Philoſophis priùs ſapienti diuidenda proponitur, quàm certis diebus horiſque diffinienda. Tabellæ Francorum pro hoc regio ortu pedem figunt anno DCCCCXCVI. Gaguinus fatetur corpus exanime Hugonis parentis *apud diuum Dionyſium in ædem appoſitum anno* XCVIII. *relicto ſucceſſore Roberto filio* m. Quam normam Cardinalis Annaliſta & Gualterus amplexi ſunt. Tum Æmilius ac Tillius medium tempus, hoc eſt annum XCVII. Roberti principio tradiderunt. En triplex opinio. Quanta potior? Nos mediam extremorum partem, quaſi virtutis ſemitam ſatiùs eligendam duximus, ſcilicet, annum XCVII. quo regere cœperit idem Robertus. Attamen certè, vt concordes forent, fieri ſi poſſet, tres iſtæ ſententiæ : facilè videbor ſuſpicari, quòd quia pater Hugo Robertum filium curauit inaugurandum viuente ipſo genitore, vt magis Regnum ſuæ familiæ cœptum poſteris aſſereret n, idcirco ſentire licebit, quòd idem Robertus creatus ſit Rex anno XCVI. & cum parente regnarit ad annum XCVIII. vſque, tum vltra ſolus imperitauerit per triginta duos adhuc annos. Hæc certè fuerant prima fronte aduertenda, tanquam baſes futurorum, quæ de Ledbaldo II. imus prolatum, vt ea conſpiciantur clariora.

Alis nomi-na. — De Ledbaldo 3 Epiſc. — Duo fundamenta dicendorum. — 1. fundam. — Controuerſi anni Rodulphi Regis. — Sententia Authoris circa varias. — 2 fundam. pro Ledbald. II. Epiſc. — Robert. Rex quãdo cœpit. — Authoris iudicium in eo.

* nu. 33. §. 3.
a nu. 26.
b n 19. & 23.
c nn. 119. & 121.
d Par. 2. hiſt. Tit 16. c. 2. §. 10.
e pa. 71.
f in Annal.
g in Tabulis Chronograp. ſecul. 9. & 10.
h Petrus Maturus Ieſuita.
i nu 26
k ab an. 923. ſen a 24. Caroli qui vique ad 2 . regni an. 935.
l cœpit ab 936 Till.
m pag. 78. Francofurd. 1577.
n Tillius in magnatum originib pa. 61.

L Paragra

Paragraphus 2.

Gesta Ledbaldi II. tripartitam ſumpta. HIſtorica quæ de ipſo altero Ledbaldo habemus in medium proferenda ex Titulis
antiquis, ea omnino tripertita ſunt. Primus ordo eſt de Actis pro eodem Ledbal-
do expreſſis ſub Roberto Rege cum ſpeciali Data: cuius generis extant ſex numero
Articuli in illo Manuſcripto. Prima ſeries ſeu antiquius diarium Regis ſimúlque Led-
baldi Antiſtitis iacet ad calcem penè voluminis [o], hoc pacto. *Sacroſanctæ Eccleſiæ ſancti* [o fo. 117.]
Vincentij infra muros Matiſconenſes, vbi Domnus Leutbaldus Epiſcopus ad regendum præeſſe vi-
I. ordo geſtorum ſextuplex. *detur, ego Durannus & vxor mea Sufficia cogitauimus de Dei miſericordia vel pro remedio ani-*
marum noſtrarum, vt eas Dominus eripere dignetur de pœnis inferni & de poteſtate diaboli.
Pro eóque donamus ad ipſam Caſam Dei in ſtipendia Fratrum ex rebus noſtris in pago Lugdu-
nenſi, in villa qua dicitur Bey [p], *campos duos, qui terminantur à mane, &c. Loco cenſus inſe-*
I. Actus. *ſtiuitate ſancti Vincentij denarios duos perſoluant. Et ſi quis contradix. vncias duas componat.* [p apud Dobas in Diœceſi Lugdunenſi.]
Actum Matiſconi viâ publicâ, ſex teſtibus obſignatis. *Data per manum Teudonis Sacerdo-*
tis, VI. die menſis May, regnante Roberto Rege, anno primo. Hoc eſt anno ſalutis nongen-
teſimo nonageſimo ſeptimo, qui fuit annus I. Regni ſui, & medium iter trinæ allatæ [q] [q § 1.]
997. computorum rationis à nobis ſelectum ex noſtro modo ſupra [r] opinandi. Idque præter-
ea tempus efficit primum conſimiliter Ledbaldi Epiſcopi, vti rectius coniicitur, præſen- [r § cit. in ea fundament.]
tis in eadem actione. Vnde ſuperiùs [ſ] annum poſtremum Milonis anteceſſoris pruden- [ſ nu. 33. § 3.]
II. Actus. ter collocauerimus ſub præcedente anno XCVI. Ex his verò aſſertis, vt nihil lateat, ne
quæſo mireris, ſi Tituli proferant alibi Letbaldum ſub Hugone Rege Roberti pa-
Obiectio in annum. rente, vt ex eo inferre audeas, Letbaldum ergo prius ſediſſe, ac Milonem citiùs obiiſſe
quàm ſtatuamus. Nam pro ſecundo geſtorum ordine, inſtrumentum ſic habet: *Cum reſi-* [•]
deret D. Letbaldus Præſul ſecus Baſilicam Chr. Martyris Vincenty infra Matiſconem adiit præ-
ſentiam eius Flolbertus deprecans vt concederetur ei, &c. Actum eſt hoc Hugone Rege regnante [t]: [t fol. 140.]
quæ quidem citatio de Hugone, vniuerſalis eſt, nimirum ſe ad quencunque ſtatum vitæ
ſuæ extendit, adeóque æquè ritè ſumenda venit pro anno ferè vltimo ipſiuſmet Hugo-
nis, quàm pro quouis alio ex nouenario ſui ſceptri. At verò Tillius in Magnatum Ordi- [u p. 65 cit. ſu]
Solutio. nibus [u] Franciæ teſtatur Hugonem ſuo æuo coronaſſe filium in Regem, & poſtea patrem
ipſum regnaſſe per aliquod prætereà tempus, Gualtero hoc confirmante. Quæ nexuum
duratio ſuperiùs [x] à nobis ad biennium aut triennium redacta eſt. Cùm igitur tantoperè re- [x hoc num. § fund. 2.]
gnarunt vnà pater & filius; ſanè hiſtorici potuerunt ad arbitrium eoſdem patrem vel filium
nominare, modò hunc, modò illum, in publicis Actibus intra illud biennium, & citra
veritatis diſpendium. Atque hoc ſit velut appendix ad primam ſeriem ordinémve ge-
ſtorum Ledbaldi Epiſcopi. Nam miſſum facimus, quod prætatus Tillius ſeorſum in Chro-
nico hæc ſcripſerit. *Hugo obiit circa initium anni 996. ſeu noni ex quo regnare cœperat, &c.* Et
Alia oppoſitio. is Author ſequenti anno præbet initium regni Roberti. Cui præmaturo obitui edito an-
no 1550. ſane poſtea contradicitur ab ipſomet dictatore in recentioribus Magnarum Or-
dinibus [y], iiſque veritati reſtitutis, tanquam nouiſſimè impreſſis anno 1580. quibus is alio- [y cit. § 1. fund.]
qui patrem cum filio regnaſſe contendit.

Paragraphus 3.

III Actus. TErtia geſtorum Epiſcopi ordinatio hæc eſto ad ſeriem temporum. *Sacroſanctæ Eccleſiæ*
ſancti Vincentij infra muros Matiſconenſis ciuitatis, quam D. Ledbaldus Præſul regit & Maio-
lus Præpoſitus ac cæteri Canonici, ego in Dei nomine Ardradus Presbyter pro amore & bona volun-
tate, atque pro remedio animæ meæ, & patris ſeu matris parentúmque meorum dono ad ipſam Ca-
ſam Dei ex rebus propriæ hæreditatis meæ in pago Lugdunenſi, in fine Spinacenſi, in villa Spi-
niaco, &c. Si quis donationi contradixerit, iram Dei incurrat, & pœnas inferni ſuſtineat, atque
ex auro libras tres componat [z]. *Data per manum Teudoni Matiſconi, III. menſis Iulij anno I. re-*
1005. *gnante Rotberto Rege.* Id eſt anno ſalutis M V. ex forma præſcripta. [a] Quibus ſi- [a fol. 1.]
mul adiicio donum Flotberti & vxoris ſuæ Rotrudis in agro Salornacenſi, eodem
prorſus die, anno ac Scriba, expiſcatum tamen aliunde ex Titulis. Necnon com-
memoro, quòd eodem folio * ſed anno ſuperiore ac 3. Nonas Ianuarij liquet do- [* fo. 1. & 165]
IV. Actus. num aliud eorundem in ipſo agro vxoratorum. Quarto loco. *Adoni Presbytero, ego Ber-*
nardus & vxor mea vendimus tibi vnam ſyluam in agro Fuſciaco, &c. Si quis contradi-
xerit, auri libras X. perſoluat. Data per manum Orgers V. Kalend. Aprilis anno XXIII. re-
gnante Rotberto Rege [b]: ſeu humanæ ſalutis, anno M. XXII. Quinta geſtatio eſt [b fol. 22.]
1019. eiuſmodi [c]. *Dilecto Rodulpho & filio ſuo, ego Ledbaldus Epiſcopus dono vobis de ratione* [c ex fol. 16.]
ſancti Vincentij vnum campum ad medium plantum in pago Matiſconenſi in agro Salornacenſi.

in

V. Actus.

in villa Muyſon. Terminat ex omnibus partibus terram ſancti Vincentij. Habet in longo perticas XXVI. & pedes IV. in latitudine à ſero XIV. à mane VIII. & pedes duos, &c. Vobis dono ad medium plantum, vt ad quinque annos vinea ædificata ſit, & poſt V. ann. vnuſquiſque medietatem ſuam accipiat. Aliam verò medietatem quæ ad vos peruenire debet, poßideatis. Sed poſt veſtrorum diſceſſum, ad ſanctum Vincentium reuertatur. Si quis contradixerit, auri libras X. componat. Data per manum Orgerij d *: permaneátque omni tempore. Sign. Ledbaldi Epiſcopi, Vualterij Præpoſiti* : atque teſtibus quinque Presbyteris, tribúſque Leuitis Diaconibus e. *Actum VIII. Kalend. Martij, anno XXV. regnante Rotberto Rege:* hoc eſt, anno Chriſti M. XXI. ſecundùm vulgares Tabulas, quæ ducunt Rotberti ſceptrum ab anno DCCCC. XCVII. Sed cogor tueri id donum peractum fuiſſe anno anteriore MXX. & eundem Ledbaldum II. Antiſtitem extremas horas paulò pòſt duxiſſe, ſaltem præfato verno anni tempore, aut ad ſummum æſtiuo. Nam poſtea intuebimini ſuccedentis Gauſleni initia neceſſariò ei attribuenda eodem anno, vt minimùm ab æſtiuo vel autumnali tempore anni eiuſdem. Et quidem optimè reſpectu Principis. Etenim de facto etſi annumerent nonnulli annos regni Roberti ab eius conſecratione iuſſu patris Hugonis degentis celebrata: tamen hanc ſatius eſt tardius exprimere ab obitu paterno, ſeu à quo poſtmodum tempore filius ſolus regnauerit. Adeóque noſter calculus ſyncerior erit.

An. inchoatæ 1020.

Rob. Rex.

d eſt is qui ſuprà. e to. 2 c

VI. Actus.

Iam verò adeſt ſextus & vltimus primi ſuprà ordinis Actus f. *Notum ſit omnibus Chriſtianæ fidei cultoribus, quia quidam miles nomine Eldinus calumniam intulit Rectoribus Eccleſiæ S. Vincentij ſitæ in Matiſconenſi ciuitate, ſcilicet Ledbaldo Epiſcopo Fratribúſque ſub eius regimine Domino militantibus, ac poſt Ledbaldi Præſulis exceſſum Gauſleno Epiſcopo, qui poſt eum prædictæ Eccleſiæ regimen ſuſcepit, eandem litem intulit, de quodam manſo in pago Matiſcenſi, in agro Iggiacenſi. Expetebat autem ex hoc manſo eulogias & equorum receptanea, & hanc conſuetudinem dictæ Eccleſiæ Rectores reddere perhibuerunt, dicentes illius manſi colonum hanc conſuetudinem non debere, neque per ſyluas, neque per paſcua, neque per einſdem ſancti Vincentij terras. Quod audiens Eldinus, & verum eſſe quod dicebatur cognoſcens, Gauſleno Epiſcopo, omnibúſque dicti loci Fratribus hanc conſuetudinem werpiuit, vt nullo modo ipſe vel ſucceſſores eorum à prædicti manſi cultoribus aliquam conſuetudinem exigerent. Si quis contradix. auri libras X. componat & perſoluat. Sign. Vualterij Archidiaconi, & ſex aliorum. Data per manum Rempy, anno milleſimo ab Incarnatione Domini, vigeſimo ſecundo, regnante Rotberto Rege* g. Atque hæc eſſet infima tandem Chronologia ſeu limes aſſidentis Ledbaldi II. niſi fortè in aditu ſucceſſoris quid ſubrepat, vnde hunc anteceſſorem biennio citiùs migraſſe annuamus ob implicitum penè & tacitum literæ corticem, vel aliunde. Ex quo alioquin Actu poſtremo colligere videbamur, noſtrum igitur Ledbaldum ad præfatum vſque annum vixiſſe ſeu Epiſcopatum poſſediſſe, & eodem prorſus anno ei Gauſlenum ſucceſſiſſe, qui eſſet annus MXXII. Nam pagella autographi in Eldini facto miſcet vtrumque Antiſtitem, ſcilicet, quòd negotium Eldini cœptum ſit tempore Ledbaldi, & completum ſedente Gauſleno, ſeu nuper Epiſcopatum occupante, nimirum interueniente obitu prioris ipſius Epiſcopi media fortaſſis æſtate, & in medio adhuc ſtatu motæ litis eiuſdem Eldini. Qua theſi ſtante, vt plurimùm ſic veriſimili ex textuum nexu: concluditur falſus Bugnonij calculus, qui ſtatuit *Lothaldum mortuum anno XV. regni Rotberti die 2. menſis Februarij* h. Nam illud Authoris tempus cadit duntaxat in annum milleſimum XI. Quam ſolarem vertiginem prætergreditur diſertè Ledbaldus annis inſuper nouem ad minus, nempe ad annum MXX. quò haud dubie peruenit idem Ledbaldus, velut conſtat ex meris Titulis antiquis, in præcedente V. ſeu penultimo Actu fundationis ipſius Ledbaldi, qui eo anno de patrimonialibus ſuis facultatibus in agro Salornacenſi exiſtentibus impertitus eſt ſuæ perpetuò Eccleſiæ: relicto ad præſens ancipiti anno M. XXII. ſi quis arbitratus ſit id vltimum hactenus Reſcriptum ſatiùs omittendum hac ſaltem vice. Bugnoniana verò editio fortaſſis ſcribere voluit annum XXV. Roberti, loco anni XV. * vt pote qui annus XXV. rectè cadit in præfatum ſalutis annum MXX. quo præcisè diario aliunde probamus Ledbaldum veriùs obiiſſe.

Dona Eccleſiæ.

Finis Ledbaldi & initium Gauſleni.

Allucinatio Bugnonij.

f in Tit. fol. 168 & 78. ſine Data.

g Hic aducte margine Numeri 26. § 1. de Ledbaldo i. in geſtis Rodulphi Regis an. 9 regni, ex Titulis, qui eſſet annus ſal. 915. & an. 7. Ludou. 4. ex Till. Nam Ledbald 1. tandiu non vixit, tùc ſedebat Berno Epiſcop poſt Alt anum nu. 18. Ergo charta voluit ſcribere *an. 9 Robert.* qui eſt ann. ſal. 1005. per inde intelligit loqui de iſto Ledbaldo 2.

h anno 26. ipſius, ex Tillio. h pa 47.

* addendo ſolùm literam X.

Paragraphus 4.

II. Ordo geſtorum ſextuplex.

SEquuntur digreſſiones aliæ duplici paragrapho expreſſæ, & eæ quidem ad Ledbaldum ſpectantes, ſed meræ hiſtoricæ, at minimè ampliùs chronologicæ. Quippe vniuerſum tempus Antiſtitis in ſecto bis ſuperiori paragrapho continetur. Nam integer curſus ipſius fuit annorum viginti quatuor i. Ad quos interſtitiorum ambitus ſpatiari decet, & iis claudere oportet varia diſperſa de illo Epiſcopo Acta, quæ poſthac ſuperſunt

i ab an. 997 § 1. ad an. 1021 § 1.

paucis

paucis excitanda. En igitur, vt in arenam deſcendamus, ſurgit alterum genus dicendorum in compromiſſis k, quod eſt de alijs rebus geſtis ſub Ledbaldo II. quæ celebratæ quidem leguntur ſub Roberto Rege, ſeu per id nomen finiuntur: at ſine Data, aut vllo ſcrupulo temporis: quorum proinde tempus ad ſuperiora annorum viginti quatuor reducatur oportet ex præmiſſis. Tales autem elenchi ſecundi huius noſtri ordinis, & mox ſeorſum edendi, complectuntur numerum ſeptem Capitum. Adeſt primum Caput perbreue: in quo nimirum Tituli pro confecto catalogo adnominant Ledbaldum l Matiſconi Epiſcopum, iuſtiſſimè & proximè inter Milonem atque Gauſlenum, ſcilicet ad maius etiam robur noſtræ huius ordinationis. Deinde ſequens Caput vehitur hoc tenore m. *Sacroſanct. Eccleſiæ ſancti Vincentij infra ambitum mœniorum Matiſcon. cui Dom. Ledbaldus Pontifex præeſt, ego Gautſeranus Leuita concedo quaſdam res iuris mei Arnulfo in Flacciaco villa & Sanciaco n, manſum dominicum cum omnibus appendit. campis, ſyluis, pratis, vineis, exceptis quæ ſunt in villa Aſnerias o, &c. eo pacto vt præſentialiter Canonici vnum curtilum cum vinea in Sanciaco inueſtiturâ recipiant: cætera ego in vita mea teneam. Me verò decedente, ſupradictæ res cum integritate ad menſam Canonicorum ſancti Vincentij perueniant, &c. Data per manum Ranulfi Leuitæ in feſto Paſchatis, regnante Rodberto Rege.* Tertium Caput, poſtquam orſum eſt, vt ſuprà p, ita pergit q: *Ego in Dei nomine Sendelenus Canonicus dono ad ipſam Caſ. Dei, & ad menſam Fratrum aliquid de rebus meis in agro Salornac. Actum eſt hoc regnante Roberto Rege. Sign. Vuillelmi Comitis*, & aliorum quatuor. Quartum Caput. *Eccleſiæ S. Vincent. Mart. Rectorib. Ledbaldo Epiſc. & Mayolo Prapoſito, ego Martinus & vxor mea Aia vendimus vineam in agro Salorn. iiſdem Rectoribus, &c. Actum tempore Rotberti Regis* r. Quintum, facto exordio de more ſuperiori, ita pergit: *Eccleſiæ cui Letbaldus præeſt, ego Vuichardus & vxor mea Attila concedimus quaſdam res iuris mei & duas vineas in pago Matiſcon. in agro Salornac.* ſ *&c. Actum regnante Rotberto:* cum IV. obſignatis teſtibus. Sextum poſt ſolitum ingreſſum, infit locus: *Eccleſiæ cui Letbaldus præeſt, ego Rodulfus Clericus dono ex rebus m. in pago Matiſcon. duo manſa, vnum in Quintana* t, *& alius in villa Crayo, & in villa S. Mauritij campum vnum, pratum, &c. Actum regn. Rotberto Rege*: præſentibus totidem. Septimum & vltimum Caput eſt omnino tale. *In nomine ſanct. & indiu. Trinit. notum eſſe volumus, qualiter Clericus ſancti Vincent. Adalardus venit ante præſentiam D. Letbaldi Matiſc. Epiſcopi, nec non coram Mayolo Præpoſito cæteriſque Eccleſiæ Fratribus humili prece depoſcens, vt ei Eccleſiam quandam concederent per precariæ corroborationem. Petitionibus cuius, fauore ac dignitate eius dilectionis pro animi affectu conſentientes, adimplentimus rogati voluntatem. Eſt autem ſita prædicta Eccleſ. in Comitatu Matiſcon. in agro Cardomaco in villa fabricas dicta, in honore S. Bartholomæi conſtructa. Hanc Eccl. de noſtro iure & dominio in eius transfundimus poteſtatem, cum decimis & appenditijs quandiu vixerit, & poſſideat legali vſuario exinde faciendi voluntatem de fructibus, &c. Data per manum Rodulphi Presbyteri, XVIII. Kalend. Septembr. Indictione XI. Rotberto Rege regnante**. Quo in loco priuſquam ad vlteriora fiat progreſſus obiter monendum cenſui hac ſaltem vice, ſemel pro cunctis, quòd perſpicitis in hiſce Actibus, præterquam in alijs frequentiſſimè apud anteriores Numeros, circunſtantias plures locorum, ex quibus eruuntur & vbi nominantur terrenæ poſſeſſiones, quæ ferè innumeræ olim conſecratæ fuerant Deo pro Cathedrali Eccleſia Matiſconenſi, hic eo ordine diſponi & affici, vt verbi gratia primò dicatur *in pago Lugdunenſi*, aut ſæpiùs *Matiſconenſi*, &c. deinde apponatur *in agro* tali: tum *in villa* tali, &c. Quæ methodus vt explicetur, neque putetur tot penéque ſimiles fruſtrà voces traduci per pleonaſmum, dicam quid ſentio, equidem meritò ex ſtilo & conſequentibus Voluminis Titulorum, ne quis id vitio vertat orationis. Etenim illic ſub appellatione *Pagi* in primis, concipitur tota Diœceſis in multas parœciales Eccleſias diſtributa ac ſubdiuiſa, partim oppidorum, partimque rurales. Ratio eſt, quia in libello per Pagum ſemper indicari ſolet metropolis ciuitas aut vrbs præcipua Diœceſeos. Secundò, ex voce *agri* Parœcia ruri fundata, quæ multas paſſim habitaculorum maſſas x ſeu colonias obtinet. Et tertiò demum, reliqua dictio *villa* deſignat vnicum manſum, vnam habitationum maſſam, villulam affinium incolarum, aut aliquam ex multis illis colonijs, velut totius parœciæ membris ac partibus. Sic illi veteres loqui ſueuerunt, nec inſulsè ex vſu temporum. Primùm enim Diœceſim nominandam cenſuerunt: deinde parœciam, & vltimò villulam: ab vniuerſalioribus ad ſingularia procedendo ordine naturæ: ſeu à generibus ad ſpecies indiuiduáque ordine doctrinæ in æquiuoco diuidendo.

Margin notes (left): Qualis hic ordo. — I. Artic. — II. Artic. — III. Artic. — Com. — IV. Artic. — V. — VI. — VII. Artic. — Diſcrimen inter *Pagum, agrum & villam*. — Manſum quid.

Margin notes (right): k ſ. 1. — l 22. fol. 24. — m fol. 25. — n en Maſconnois. — o Anieres en Breſſe. — p in 1. cap. — q fol. 99. — r fol. 108. — ſ fol. 118. col. 1. — t Quintaine village en mac. de la Paroiſſe de Clayté. — u Paroiſſe de Chaintré en Archipreſbyterat de Roſſeye. — * fol. 171. — x vulgò *Mas de maiſons, monceaux d'habitations, le quartier du village.*

Paragraphus 5.

III. ordo geſtorum.

TErtia ac poſtrema ſeries vniuerſa dicendorum eſt de Actibus, in quibus nominari quidem ſolet Ledbaldus, ſed nullus habetur illic Comes Princeps ſummus, nec vllũ diarii.

Abſo

Abſoluta eſt forma loquendi. De qua en ſeptemdecim exempla. Primum colluceet his periodis [a]. *Dilecta in Chriſto Heldardæ, ego Mayolus Abbas & Canonicus S. Vincentij dono tibi* a fol. 49.
XVII. exempla. *curtilum vnum & vineam prope muros Matiſcon. ciuitatis, qui terminatur à mane & à medio die viâ publicâ, à ſero terrâ S. Petri Apoſtoli per conſenſum Domini Leutbaldi Epiſcopi: eo tenore vt*
I. *poſt obitum tuum ad locum ex integro reuertatur cuius eſt. Sign. Endeleni Mayoli Abbatis, Gauſeranni, Ramulfi, Humberti. Data per manum Tendoni.* Hoc ingentis momenti propter titulum
II. Abbatiæ. Secundum: *Sacr. ſan. Eccl. S. Vincent. infr. muros Matiſc. vbi Dom. Letbaldus Epiſcopus reſidet; ego Erricus & vxor mea Anna ac filius noſter Vuarnerius donamus de rebus propriæ hæredit. pro remed. animar. in fine Igiacienſi* [b]. *Si quis donationem contradix. auri vnciam componat, &* b à fol.
in antea firma permaneat. Actum Matiſcon. Sign. Errici & vxoris ac filij, qui donationem fir- c fol. 50.
III. *mari rogauerunt:* ſeptem viris approbantibus. Tertium exemplar ingreditur vt ſuprà: tum: *Igitur ego Stephanus dono pro remed. animæ meæ ad ipſ. Caſ. Dei, cui Dom. præeſt Ledbaldus Epiſc. ex rebus meis in pago Matiſcon. agro Salornac. villa Cannniaco, &c. Atque eſt vna vinea in ipſa villa quæ vocatur Gauſlenus, quam contra S. Vincentium & ſuos Canonic. iniuſtè teneo, & ad ipſ. Caſ. Dei reddo. Eſt & curtilus in villa Vriniaco, qui vocatur Marcus* [d]: *terminatur in circuitu terra Hebræorum, à mane viâ publicâ quam reddo ad ipſ. Caſ. & ad menſam Fratrum. Si quis contrad. auri libras* d hodie, le bois & mans de Marcloſe.
IV. ſpecimẽ. *X. componat* [e]: ſex obſignatis. Quartus locus. *Ego Letbaldus Epiſcopus dono vobis* (ſex perſonis) e fol. 14.
Campum de ratione S. Vincentij in agro Salornac. ad Vannios, & medietatem recipiam. Quod ſi vendere vel incancionare volueritis, nulli alteri faciatis, niſi Rectorib. eiuſd. loci [f]. *Sign. Letbaldi, Mayoli* f 65.
V. *Præpoſ. Sendeleni*, & aliorum quinque. Quintus: *Sacr. ſan. Eccleſ. ſancti Vinc. cui præeſt Dom. Letbaldus, ego Raculfus & vxor mea Plectrudis donamus pro remed. animar. noſtrar. in ſtipend. Fratrũ*
VI. *ex reb. noſtris in agro Melomatenſi in villa Fontamlias* [g], *&c.* ſeptem ſignatis. Sextus: *Sacr. ſan. Eccleſ. Vinc. cui Letbaldus Epiſc. præeſt, ego Enguaria Domino ſacrata dono de reb. m. in agro Fuſciacenſi,* g 72.
in villa Varennas [h], *&c.* octo conſignatis. Septimus. *Eccleſiæ ſancti Vincentij infra muros Matiſc.* h ibidem
VII. *cui præeſt Letbaldus Epiſcopus, ego Bladinus Presbyter pro Dei amore, parentum meorum ſalute, & lucro quod mihi dedit Dom. prædictus Epiſcop. & cæteri Frat. de Eccleſia ſancti Deſiderij conſtructa in*
VIII. *Verriaco, dono ex reb. hæreditatis meæ, &c* [i]. quinque teſtibus. Octauus. *Eccleſiæ ſancti Vincentij, cui* i fol. 79.
IX. *præeſt Letbaldus Epiſcopus ego Hugo Clericus dono ex reb. meis in agro Iggiacenſi, &c. Et dono ad ipſum locum vineam vnam. Si quis contrad. vnciam vnã auri componat* [k]. Nonus. *Eccleſiæ conſtructæ* k fol. 90.
X. *Matiſc. vbi Dom. Letbaldus Epiſc. reſidet* [l], *ego Vuicardus dono ex rebus meis, &c.* Decimus. *Eccle-*
Abbatia S. Vincentij Matiſc. *ſia in honore ſancti Vincentij Matiſc. cui præeſt Letbaldus Epiſcopus, ego Ondrada dono in villa Verriaco campum qui terminat à mane & ſero ſancti Petri de Abbatia, ſancti Vincentij Matiſcon* [m]. *&c.* l fol. 96. m fol. 97.
XI. Vndecimus. *Eccleſiæ ſancti Vincentij Matiſconis, cui Dom. Ledbaldus Epiſcopus præeſt, ego Otbertus concedo pro remed. animæ meæ ex propria hæreditate mea vnum campum in agro Salornac* [n]. *&c.* n fol. 105.
XII. Duodecimus. *Notum eſſe volumus, quòd ego Letbaldus & Fratres noſtri Canonici dedimus in precariam in villa Sanciaco Ornado & fratribus eius vineam cum curtili & Canonia inſimul tenente, &*
Vice-Comes. *coloniam quam reddidit Gauterus Vice-comes* [o], *&c.* viſis ſex teſtibus. Decimustertius. *Eccleſiæ* o fol. 110.
XIII. *Matiſc. in veneratione glorioſiſsimi Mart. dicatæ, cui præeſt Letbaldus Epiſc. ego Ramaldus & vxor mea Bertrada concedimus de rebus noſtris in Comitatu Lugdunenſi, in villa Siluiniaco, hoc eſt, man-*
XIV. *ſos duos cum omnibus appenditiis* [p], *&c.* ſeptem conſignatis. Decimusquartus. *Sacr. ſan. Dei* p fol. 13. aliàs de co r. 132.
Eccleſiæ conſtructæ infra Matiſconem in honore ſancti Vincentij pretioſi Mart. ego Letbaldus ipſius Eccleſiæ Præſul indignus [q] *concedo aliquid de rebus pertinentibus ad Epiſcopatum, ho. ſ. campum* q fol. 120.
vnum in agro Vriacenſi, &c. ad menſam Fratrum quatenus iidem dignentur pro me Dominum ex-
XV. *orare, &c.* Decimusquintus locus. *Eccleſiæ S. Vinc. Matiſc. vbi Dominus Letbaldus Epiſcopus præeſt, ego Gondulfus & vxor mea Antonia donamus in alimoniam Fratrum ex rebus propriæ hæredit. no-*
XVI. ſpecimen. *ſtra, in fine Vriacenſi, in villa Turciaco, vineam vnam, &c* [r]. Decimusſextus. *In nomine ſanctæ* r fol. 131.
& indiuid. Trinit. notum eſſe volumus, qualiter quidam Cler. Rotbertus & Iuo venerunt ante præſentiam Dom. Letbaldi Matiſc. Eccleſ. Epiſc. necnon Canonicorum ſuorum poſcentes ſibi conferri per precariam, Eccleſiã quã anteceſſores eorum ſimili corroboratione poſsidebant. Eſt autem hæc Eccleſia in Comitatu Matiſc. ſita in villa Buſiaco [s], *in honore ſancti Euſebij dicata. Quorum præfatus Præſul* s vel Biſſiaco ſubtus Vexel lo, aut prope
petitionem benignè ſuſcipiens ſupradictam Eccleſiam *illis conceſsit, &c.* Ego Letbaldus hanc donationis Chartam manu mea firmaui. Quo in loco aduerte, Lector, S. Euſebium, ad cuius titulum
Eccleſ. Diœc. Matiſc. dicata S. Euſebio quondam Epiſc. Matiſcon. eſt Deo conſecrata illa Eccleſia Biſſiaci, Diœceſeos & Comitatus Matiſconenſis veriſimilius per eum ſanctum virum concipi oportere D. Euſebium VI. Matiſconenſem Epiſcopum ſupra perpolitum [t], vtique in ſanctitate poſtea comprobatũ ſub Naimbodo Epiſcopo eiuſdem patriæ [u], quàm credere venerationem illam ei ipſi exhibitam dici referendam ad vnũ ex aliis ſexdecim longe extraneis Sanctis, cunctis hoc etiam Euſebij nomine inſignitis apud Martyrologium Romanum. Quippe veteres incolæ lubentiùs optarunt recordari domeſticorum Sanctorum, eorumque ſuffragia potiùs expetere votis omnibus velut ſui quondam
Lugduncum, vtrique locus Archipresbyteratus Vi-... a Cluniaco. t ab an. 576. ad 578. u an 941. ad ...

aut nuper Epiſcopi, famâ ſanctitatis erga illos clariſſimi, eo ſcilicet modo, quo pleraſque etiam rurales Eccleſias haud abſimiles, Diœceſeos inquam Lugdunenſis vidimus & conſcripſimus x pariter dicatas ad decus ſancti Geneſij, ſui antea Lugdunenſis quoque Archiepiſcopi. Lubentiùs, dico, id ita optarunt ſeligere vicini Matiſconenſium parœci, quam citra euidentes & legitimas demonſtrationes ignotum aliunde inuocationis auſpicium ac patronum æqualis nominis emendicare, aut arbitrari dudum quæſitum & prælectum. Quæ ſanè dedicatio ſancto Euſebio Matiſconenſium Præſuli tunc palam reddita in proprio Epiſcopatu, corroborat rurſus veritatem ſanctitatis habitæ ipſiuſmet noſtri Euſebij, quaſi eo ampliorem. Iam decima ſeptima Titulorum Chartula & vltima eſt eiuſmodi. y *Notum ſit omnibus Matiſcenſis Eccleſiæ filiis, præſentibus & futuris, quia cùm eſſet Domn. Letbaldus Præſul in propria ſede apud Matiſconenſ. adiit eius præſentiam Clericus Rotlenus humiliter poſcens, vt concederet ſibi per precariæ firmitatem Eccleſiam in villa Colonicas ſitam, in honore B. Martini conſtructam cum omnib. appenditiis de ratione Fratrum in B. Vincentij Mart. Cœnobio Domino famulantium. Cuius petitionis Pontifex gratiam ſuſcipiens conceſſit eam Eccleſ. eo pacto, vt omni tempore vitæ ſuæ teneat, & in feſtiuit. B. Vincentij loco cenſus XII. denarios Fratribus perſoluat: at poſt illius diſceſſum ad B. Vincentium hæc Eccleſia cum omni integritate reuertatur.* Eu ſatis de talibus, reliquis prætermiſſis z.

Simile exemplũ in Lugdunenſibus.

XVII. ſpecimen.

x In Lugdunenſib. n. 44. §. 3. an. 668. & 69.

y fol. 150 & 181.

z & in MS. S. Petri, pa. 16. *Ledbaldo Epiſcopo ego Elduinus vendo* — *Roberto Rege*, &c.

Paragraphus 6.

Extremo loco, quod iam pertinet ad genitores & exactiora tempora obeuntis è vita Ledbaldi, hæc paucis collige. In Chronico Benigniano MS. Diuionenſi mater eiuſdem Antiſtitis Lebdaldi dicitur *Aremburgis*, nobilis fœmina: quæ mater pro filio obtulit S. Benigno quædam Manſa, illic ſanè conſcripta, at iſtuc minimè cogenda: re equidem geſta tempore Guilelmi Abbatis XLIII. Eccleſiæ S. Benigni ad annum ſalutis milleſimum. Atque demum, in Necrologio eiuſdem Monachalis Baſilicæ annotatur ipſiuſmet Ledbaldi depoſitio Nonis Februarij, tanquam benefactoris ſacri loci: ſiue annus ille fuerit milleſimus vigeſimus primus, ſiue vigeſimus ſecundus, ex dubiis paulò antè repoſitis *: ſaltem euenit alterutri fixo illius biennij. De cuius ſucceſſore ſic Tituli.* *Elduinus calumniam intulit in Matiſconen. ciuitate Ledbaldo Epiſc. fratribúſque Deo ſub ipſo militantibus, ac poſt Præſulis exceſſum Gauſleno Epiſcopo, qui poſt eum prædictæ Eccleſiæ regimen ſuſcepit, &c. Data anno milleſ. vigeſimo ſet.* per vtrunque ſucceſſiuè. *Roberto Rege regnante.* An. 26. Regni. Cæteris hîc opus non eſt.

Obitus Ledbaldi.

* §. 3. fin.

* f. 78 & 168.

XXXV. *Paragraphus 1.*

V. Digreſſiones.

I.

Gauſlenus ſic dictus in Titulis antiquis, vel *Gauſtenus* in recentiore Bugnonio a, eſt vnus ex præcipuis aut celebri fama conſpicuis Matiſconenſibus Epiſcopis. De cuius ordinata ſucceſſione paulò antè, & de ipſius hiſtoricis hæc multa per quinque digreſſionum formas reſperſa. Imprimis ab hoc munificentiſſimo Antiſtite incamus & inchoemus oportet primos ac vetuſtiſſimos Codices, quos nanciſci hodie nobis licuit de Eccleſia Canonicorum Regularium S. Petri ad portam Vrbis Matiſconenſis fundata: quondam Abbatialis, deinde Prioratus, nunc Collegiata ſecularis. Ita ſub præſenti Epiſcopo loquuntur comprobata MS. erepta è Caluinitarum manibus, ſacrilegorum huius ſeculi, aut a piis hactenus occultè deuotéque aſſeruata b. *Eccleſia Matiſcenſis venerabilis Præſul Gauſlenus conſiderans loca olim venerabilia ad nihilum redacta, quæ omnia reſtaurare nõ valuit. B. Petri, quæ vrbi imminet Eccleſiam primùm reinſtruere maluit, maximè quia Canonicorum S. Vincentij ibi corpora tumulabantur, & beatæ memoriæ Geraldus ibid. requieſcit. Hoc itaque ſalubri accepto conſilio, conſtituit Fratres, qui in iam dicto loco Domino quotidianas laudes perſoluerent, & pro pace ac ſtabilitate ſanctæ Dei Eccleſiæ Dominum exorarent, &c. Dedit autem eis ad quotidianum victum quaſdam res ad iam dictam Eccleſiam pertinentes in pago Matiſcenſi, id eſt, Altare, oblationes, & baptiſterium cum decimis* c, *&c.* Tum poſt pauca. *Difficilis erat Canonicis tranſitus via publica inter ſe & muros ciuitatis,* Ottone Comite viam deſtruente; cuius *adeuntes præſentiam conceſſit eis cum laude Vuigonis & Vtulrici omnem terram ab angulo vſque ad exitum portæ ſuperioris. Accepit vero ab eis LXX. ſolidos octanæ monetæ. Precor autem omnes ſucceſſores meos ego Gauſlenus Epiſcopus per Dominum, vt hoc decretum à me factum inuiolabile cuſtodiant. Authoritate autẽ Dei Patr. omnipot. & filij eius Domini noſtri Ieſu Chriſti & Spiritus ſancti Paracleti excommunicamus, ne aliquis eis auferat dictas res, neque eas quæ à nobis aliiſque fidelibus eis iuſtè collatæ fuerint. S. Dn. Gauſleni Præſulis, qui fieri iuſſit, Domni Burchardi Lugdunenſ. Archiepiſcopi, Ottonis Com. Vuigonis Vicecom. Vtulrici, Vuilelmi & Herduini, Vualterij Præpoſiti, Vgonis Archidiaconi, Valterij Archidiac.*

a pa. 47.

Eccleſiæ S. Petri Matiſconenſis fundatio.

b incipiunt, *Poſt glorioſ.* &c. pa. 1. continétque in totum paginas 61. & in veteri etiam alio exẽplari adſimili.

c quod incipit. *Poſtquã Dominus.* Signat Noſceren c ibid pa. 2.

Seu reſtauratio.

diac.& ſeptem aliis.*Data per man.Oggery anno ab Incarnat. Domini noſtri Ieſu Chriſti milleſimo*
XX.regnante Rotberto Rege[d].En Eccleſiæ præfatæ reſtauratio tempore Gauſleni ac eius operâ. [d] pag.3.
Ann. 1020. finiens. Quæ nota index eſt primæ dudum antea factæ loci fundationis * poſtmodúmque deſtru- [*] n.18 §.2.n.
ctionis, etſi exactum tempus ignoretur, adeóque Gauſlenus habendus eſt fundator ſecun- 10 §.2. & n.
dus, cùm eam multis dotauerit poſſeſſiunculis, quas vitandæ prolixitatis ergo prætermiſi- 11.§.1. locis
mus in autographo latitantes.Ex quo principio alia deinceps hoc Opere propagamus [e] lo- repetitis poſt
ci encomia hactenus non edita. Et hic annus MXX. eſto primus, attamen imperfectus ſe- præſentem
dentis Gauſleni. Siquidem non potuit dici Epiſcopus niſi ab æſtiuo vel autumnali tempore introitum.
ſolaris eiuſdem reuolutionis: quia adhuc extant Acta de Lebbaldo II.anteceſſore ſub ver- [e] nu.17.§.6.
no eiuſdem anni tempore.Ob ídque primus integer annus eiuſdem Gauſleni eſt milleſimus n.19 §.10.
vigeſimus primus. De illa Baſilica ſancti Petri alia ad calcem huius Numeri: déque præ-
fato eius incendio ac reſtauratione conſecuta Fodéreus pag.410.ſub an.1030.

Paragraphus 2.

PRo ſecunda geſtorum digreſſione, is Præſul anno ferè ſequenti vigeſimo quinto ſupra
II. Digr. milleſimum extimulauit & hortatus eſt Burchardum tunc Lugdunenſem Archiepiſco-
pum, vt iniret prius Concilium prouinciale Anſanum, ob multas quas ex profeſſo habe-
rer idem Gauſlenus in tali cœtu proponendas & paratas querimonias.Saltem de illo nego-
Concilium I. Anſanum. tio celebrata eſt Anſæ vna integra Seſſio, quæ per nos iam patet & emicat ex allato prius in-
tegro autographo Titulorum Eccleſiæ Matiſconenſis in ſecunda editione ſacræ Lugdunen-
ſis hiſtoriæ [f].Adeóque opus non eſt hîc ſingulos textus refricare.Duntaxat ex epilogo refe- [f] n.l. 4.
Burchar. Archiepiſc. Vien̄ſ. ibi reprehenſus. ram Gauſlenum ibidem conqueſtum, quòd Burchardus Viennenſis Epiſcopus præſens in Tit.17.
illa Synodo,inter duodecim Patres alios ex remotis pene Galliarum partibus conuocatos,
Ordines ſacros paulò antè & palam contuliſſet Monachis Cluniacēſibus,abſque ſua Gauſ-
leni licentia, tanquam Diœceſani Antiſtitis, vt pote in cuius Diœceſeos vmbilico ſitum
eſſet Cluniacum. Quibus obiectis Odilo Abbas quintus Cluniacenſis, qui tunc etiam
Et Odilo Abbas Cluniacenſis prætēdens exemi. aderat (fuítque poſtea canonicè Sanctus) obtulit videndas quaſdam priuilegiatas Apoſtoli-
cas literas,quibus Abbati liceret eligere Epiſcopum,vt publice Ordines ſacros in ſuo Mo-
naſterio celebrare poſſet, inſcio alioquin Diœceſano, neque Abbates loci amplius vlli Epi-
ſcopo ſubiici. Perſpectis Chartis bullatis & recognitis tanquam prænaturis aut minime ra-
ris; Burchardus ille Viennenſis petitâ veniâ a Gauſleno, ei quotannis ſoluit & in quaque
Quadrageſima Matiſconem miſit totum quo eſſet opus oleum ex oliuis confectum, ad ſa-
crum Chriſma per Gauſlenum pro Maticenſi ſua Diœceſi myſtice conſecrandum, quan-
Ambo condemnati. diu alteruter Præſulum vitam traduceret, vi latæ in cœtu ſententiæ. En geſta res antiqua.
Sed verò, quod nunc recens hoc loco & ex profeſſo adiiciendum putamus, ac dignum re-
latu in gratiam præfati Burchardi Viennenſis,eſt eiuſmodi, ex his quæ noſtro æuo noſtris
videntibus oculis de eo illuxerunt. Quippe anno nuper elapſo M. DC. XV. dum ſacram
Aliud recèns de Burchard. omnem conſcribebamus Lugdunenſium Archiflaminum hiſtoriam, &: perueneramus ad
catalogum Burchardi Lugdunei,eiuſdémque Synodi Anſanæ,quam ex allato MS.trahe-ba-
mus adhærente Burchardo Viennenſi,pro ſecunda Iterum editione molienda: ſanè needum
expleto eo toto ſolari curriculo audiueramus quædam diuina propemodum miracula at-
que portenta [g],qualia poſthac cœperunt innoteſcere toti Galliæ anno ſequenti XVI.oriun- [g] etiámque
da ex Sacello ſeu tumulo ipſiuſmet Burchardi Viennenſis ad læuam Chori Eccleſiæ ſan- in Chronico
Eius ſepulchrum. cti Petri vrbis Viennæ, quondam Monachalis, at hodie ſecularis Collegiatæ, in qua præ- Lugdunenſi
clarè iacet vetus illud corpus. Vt igitur de illo themate tantiſper verba promamus, noue- nihil præmi-
rint pij reliquarum nationum fideles, quod illo integro anno, dum Chronicum Lu- ſimus de iſtis
gdunenſe vlteriùs abſoluebamus,& hoc Matiſconenſe ſuis fœlicibus ſpero auſpiciis inchoa- nouis mira
bamus,permulta virorum atque mulierum millia ſucciſiuis diebus locum Viennam deuo- culis.
Multi hodie ibi ſanati. tionis ergo adierunt, ne dicam innumeri pene vtriuſque ſexus,idque corporeis morbis ad
extremum fere languentes & afflicti: Sacellum,inquam,idcirco petentes vnde ſanarentur,
quia illic eo per quaſque affines prouincias fama percrebuerat, quòd eodem naſcente anno
nonnullæ viciſſim mulieres omnino claudæ valdéque pauperes, illuc ex vrbis Xenodochio
caſu aduenientes orandi gratiâ,atque prorſus inſciæ de cœleſtibus inde expectandis prodi-
giis,cùm nulla comparuiſſent ex ſuperſtitum hominum memoria, ſeu toto ſeculo & ſemi-
Claudi. tamen obdormiſcentes, & ferè mox ſeſe excitantes, contuitæ ſunt nigrum tumulum mar-
moreum cui deſuper iacebant, madidum videri, quaſi humido rore aut ſuffuſo liqueſcentē-
que ſudore plenum, miniſteriali oleo ſeu Chriſmati ſimile, quo ſtatim vnguntur, & quale
Epiſcopi paulò ante Paſchatis ſolennia conſecrare adſolent,idque valde odoriferum & fra-
Cæci. grans, pluſquàm exquiſitiora aromata quouis pharmacopolarum artificio compoſita &

Sub ſpecie olei è ſepulchro manãtis.

impinguata: ſurgentéſque ex humo ſenſerunt illæ crura ſibi valida, neruos & artus fortiſſimos, plantas conſolidatas, & firmiter ambulantes nullo accedente Medico aut Chirurgo: adeoque præ cæleſti quodam gaudio acclamarunt exilientes, Numen & opus ſummæ bonitatis collaudantes, Cleris populiſque ad voces accedentibus, eæque rem geſtam narrantes, & notæ antea claudæ à ciuibus, ac ſua fulcimenta ſubalaria h ibi deponentes, quia his amplius non fuerat opus. Et propterea ipſæ ea in Sacello ſuſpenſa Chriſto deuouerunt ac reliquerunt. Iis, inquam, cunctis euentibus per Gallias diſſipatis, vel & remotiſſimi cò adducti ſunt, etiamque cæci, vt reliquo anno in Sacellum religiosè conuenerint, ac ſacrá ſynaxi térque quatérque paſti, accubuerint tumulo lapideo pœnitentes. Plures autem, non omnes adeuntium ex huiuſmodi peregrinis, teſtituti ſunt priſtinæ ſanitati, hoc eſt, digniores erga Deum, vti ex phænomenis arbitratum eſt; cùm alioqui cauſæ prælectorum ad præclaros illos exitus mortalibus ignotæ creduntur. Verùm ſaltem experimento agnitum eſt, non diuites morbidos eò in curribus & equis accurrentes, at egenos à pedibus viatores ſæpiùs reuera fuiſſe ſanatos. O magnum æternæ prouidentiæ facinus in multorum animis ex his effectis reſplendens! Pergunt autem illi ſoli accumbentes obdormiſcere ſuo põdere, & deinde contueri eximios Chriſmatis vapores humidos ex ſicco lapide velut è fœcundo oleaſtro prodeuntes, ſicut primùm in fœminis viſum, nec aliter, quos in dies diuina bonitas ſanare dignatur. Ne verò ſubeſſet error aliquis, aut ne falſus rumor de ſanatis corporibus perperam longiùs excitaretur: R. hodie Archiepiſcopus Viennenſis Hieronymus Villarius, cui noctu ad tumulum quoque peruigili emendatus eſt morbus articularis ad tempus, aſſiduos ob id ad Altare ſecretarios ab ortu conſtituit, donec literis Romam miſſis Põtifex ſummus Notarios committeret ad hoc negotium officiúmq; ſyncerius perſoluendum. Quod & effectum eſt. Atque deinceps perſeuetatur annis XVII. & XVIII. ad eos fines, dum iſta conſcribimus & huc peruenimus: frequentibus chartaceis hactenus Inſtrumentis iam oppletis, vulgò *Informationes* dicunt, ferè ad hoc munus debitum ſufficientibus. Propterea nobis nõdum licuit ſingula exempla perſonáſve rite ſanatas huc compellere ac nominare, quia nondum perfecta ſunt comprobationum Volumina & opera, quæ publicam conferendam a ſucceſſore D. Petri authoritatem poſtulant. Nec eſt priuati hominis ac Authoris tam cito Pontificem Maximum præuenire, vel Republica haud decernente ad eius rei faſtigia calamum admouere in hac Antiſtitum Maticenſium opella ſtrictiùs paulò coarctanda. Attamen interea nos huius mirandi effectus continui præludia delibamus ex præſenti data opportuniore circunſtantia: donec plura firmiotáque ex auditis teſtibus publico ſummi Præſulis teſtimonio in lucem proſiliant: ſi, quod expectamus, Reuerendus quondam Burchardus Viennenſis mereatur tandem in Sanctorum & Beatorum canonem per militantem Eccleſiam adſcribi, palámque numerari, ad formam ſancti Cardinalis Caroli Borromæi nuper Mediolanenſis i. Sic itaque non ſolùm Burchardus in hac mortali vita oleum ſacrum perſoluit ac fudit pro vngendis ordinandis venerabili ſacramento & gratiâ Chriſti adaugendâ: verùm etiam dum vir ille in feliciori ſtatu perdurat vnà cum Gauſleno collega veriſimilius pariter beato, mittunt ambo guttas olei ſacri multò excellentioris, & verè ſudantia Chriſmata angelicis compacta manibus in mortuorum ſepulchris, non equidem reſperſa in vnos tantum Diœceſanos, ſed in quotquot etiam alios mortales cæteraſque gentes quæ ad eum locum perductæ, a Deo Opt. Max. dignæ comperiuntur, vt nouo Chriſmatis miniſterio atque à corporeis ſuis infirmitatibus dietim ſtudioſè curentur, & maiora ſpiritalis gratiæ incrementa ſimul percipiant. Maximè verò prima omnium mulier ibidem prorſus ſanata ex anonymis ſuprà erat paupercula ipsîuſmet Diœceſeos Matiſconenſis *, ab aliquot annis prius clauda admiſſa in Xenodochium Viennenſe. Ergo mira rurſus adeſt conformitas olei ſacri quondam à viuente Burchardo collati pro Epiſcopatu Maticenſi, & à mortali etiam Gauſleno tunc reuerenter ſuſcepti; per amico coætaneo! Conformitas (inquam) hodie diuinitus renouata & inſolita: quin decenter cœpta pro fœmina Diœceſana: Quæ ſinguli nondum poterant ita citò conſcribi in præfato noſtro Chronico Lugdunenſi. Cæterùm, idem Burchardus ſedit Viennæ annis XXX. Et ad fixum feretrum ſeu buſtum tanti corporis erigitur k vetus Epitaphium duodecim Diſtichorum in laudem ipſius, quale exſcripſit Ioannes a Boſco in Viennæ Senatoriæ antiquitatibus ad calcem ſuæ Bibliothecæ l, cum duabus Rodulphi Regis ad eum in vita ſedentem Epiſtolis m. Sed quorſum, peto, diuina prouidentia hæc miracula ad hoc vſque tempus patefacere diſtulit poſt ſexcentos annos ab obitu Burchardi? Nonne ſancti viri qui ex hoc ergaſtulo exeuntes [illegible] vita ſempiterna fruuntur, ſolent continuò miracula edere, & breui poſt [illegible] ad [illegible] catalogum à protopaſtore militantis Eccleſiæ aſciſci? Cur ergo tandiu [illegible] nata ſunt merita Burchardi, priùs iure publicanda fidelibus ſic ad meliorem [illegible]

gem

Quare non omnes venientes ſanati.

Cautela Scribarum adhibita, ne falſitas introducatur.

Initium hiſtoriæ poſt hac amplianda.

Idoleum producere altiores effectus

Burchardi duratio.

Eius miracula cur [illegible] expectata poſt [illegible] eſſum

h anilles.

Hiſce annis 1615. 1616. &c.

i Obiit ille Archiepiſcopus 3 Nouem. 1584. canonizatus 1. Nou. 1610 à Paulo PP.V.

* De Montbellet.

K pa. 64.

l Floriac [illegible] Abbatiæ [illegible] gdunt 160[illegible]

m an. 1015 & 1021

gem & feruentem zelum citiùs alliciendis ac impellendis exemplo? Dicam verò pro reſponſis. Etſi Deus quàm primùm opera compenſare aut diuorum ſanctitatem in terris propalare videatur ob vrgentes allatas demonſtrationes, tamen propter alia etiam rationum momenta quandoque differt ille miſericors talia oſtentare. Motiua autem diuina de ipſo hactenus expectato Burchardo in mirificis eius declarandis quamuis occulta ſint & lateant: nihilominus orthodoxè opinari ac dicere licebit, quòd tempore Burchardi alij ſatis frequentes aderant Sancti miraculis clariſſimi: nimirum apertiores ſanctus Gregorius PP. VII. ſanctus Anſelmus Cantuarienſis, de quo nos in Lugdunenſibus[o], ſanctus Odilo allegatus: præter habitos beatificatos ſeu parum ancipites, Oecumenium, Petrum Damianum Oſtienſem Epiſcopum & Cardinalem, Euthymium pium Monachum Zigadenum[v] ac Theophylactum, omnes eius æui graues ſacrarum paginarum commentatores. Adeóque cum floruerint miracula illo tempore recentia, æquiſſimum fuit, vt Deus Opt. Max. ex illis tunc mirãdis euentibus aſſeruarit nonnulla ad hoc tenebricoſum ac ferreum ſeculum, ſpuriis hæreticorum nimis redundans. Quibus certè noſtris diebus iuuant permultum renouata miracula, ad languidas mentes zelo iuſtitiæ magis animandas: vt veteres Sancti etiam prodigiis hodie coruſcantes comitentur heſternos morientes & coram nobis probatione claros, ſcilicet D. Carolum Mediolanenſem, beatum Ignatium de Loyola, Xauerium, Societatis Ieſu[p], Philippum Nerium Romæ Patrum Oratorij parentem ac inſtitutorem[q], & Cæſarem de Buz Aueniom Patrum Doctrinæ Chriſtianæ fundatorem[r], pro quo in teſtibus mox audiendis incumbitur nomine Pontificis, dum hæc ſcribo[ſ]. Quibus certè, aut quorum ope, fides Catholica in orbe Chriſtiano iterum corroboratur, & validè retunduntur hæreſiarchæ. Ad extremum verò monitorij, miſſam facio hac vice nonnullorum ſententiam, qui eum Archiepiſcopum paulò citiùs defeciſſe putant, quam ſtatuamus celebratum in Anſanum Concilium: adeóque decuerit id priùs coactum fuiſſe, vt Burchardus & Gauſlenus credantur illuc appuliſſe. Quippe necdum aliquid certitudinis habemus præ manibus, quo ad vtrumlibet tempus flectere debeamus, vt ſiniſtram lubentiùs prioritatis quàm noſtræ dexteram poſterioritatis eligamus. Quando maior fides illuxerit, quæ obiectis locum tribuat, capita ſubmittemus. Interim hæc dicta ſint loco ſatisfactionum, maximè in rebus vix grauis momenti.

Alij Sancti ſuo æuo miraculis tunc clari.

Dilatio miraculorum Burchardi hodie io vidẽte Eccleſia profic.

Obiectio de Burchardi tẽpore paulò anteriore.

[o] n. 74. § 6. 7.
[v] 9. al. is Zigabenum.
[p] Cum tribus alijs Ordinis.
[q] obijt an. 1595. die 25. Maij.
[r] obiit 15. April. 1607.
[ſ] menſe Februar. 1617.

Paragraphus 3.

III. Digreſſio.

AD Gauſlenum redituri: tertium Digreſſionis genus eſt de quodam Actu in Titulis egregio: at pro cuius Chronologia aſſerenda magna ſuccurrit controuerſia dirimenda. En textus. *Dum eſſet Gauſlenus Præſul in vrbe Matiſconenſi, & reſideret in proprio conſiſtorio haud procul à Baſilica S. Vincentij Martyris, adiit Rodulphus Dominus Balgiaci præſentiam eius totis præcordiorum animis humillimè poſcens concedi ſibi & ſuis heredibus aliquid ex præfati Mart. rebus in Lugdunenſ. & Matiſconenſ. coniacentibus, ſcilicet Abbatiam ſancti Laurentij ex antiquo nomen obtinens, cum rebus & omnibus ad ſe pertinentibus, atque in Bucrano villa, ſed iam penitus diruta, & XII. manſos cum curtilibus manſionariis, radis, pratis, ſyluis, & in parochia Chiggiaci XVIII. manſos, &c. Petitionem cuius alacriter ſuſcipientes tam Domn. Pontifex quàm & reliqui Fratres ſub eo degentes, de quorum ratione ipſæ res fore videbantur; contulerunt & conceſſerunt, cum Balgiaco & appenditiis ſuis quæ antè poſſidebat, &c. Et ne repetitio vel controuerſia aliqua exinde oriretur, hanc donationem dictus Epiſcopus fieri iuſſit, ac manu ſua firmauit*[t]. *Actum eſt hoc tempore Ludouici Regis*: cum teſtibus quinque. Omiſsâ per nos ſermocinatione huiuſce donationis tanquam optimæ & legitimæ: pedem figimus duntaxat in Data. Circa quam mirandum ſanè quomodo ferantur hæc geſta verè recepta ſub Ludouico Rege, aſſidente ſimul Gauſleno Antiſtite. Etenim nullus Ludouicus, ſub id tempus Gauſleni, appellatus eſt Rex Franciæ. Quippe, proximus anterior eius nominis in Galliis viſus fuit Ludouicus quintus anno vnico[u] Princeps ſummus poſtremúſque Regum Carolouingianæ familiæ: qui decennio ante Robertum Regem Ledbaldo mox antea intermedio Matiſcenſi Antiſtiti coætaneum Franciam rexit. Deinde, alius proximè ſequens Ludouicus nullus ſeſe offert quàm Craſſus ſceptro donatus annis nonaginta poſt Roberti occaſum. Quodnam ergo capiendum conſilium pro hiſtorica hac cedenda lite? Difficilis, opinor, & lubricus ad deliberandum locus. Si refricemus quæ dicta ſunt ſub Conrado[x] & Lãberto II.[y] Epiſcopis de Boſonis Regibus; dicerẽ certè Boſonem ſecundum, primi[z] filiũ, qui poſt patrẽ Burgundionum ſuſceptus fuerat Rex temporib. Carolomanni, Caroli Craſſi & Odonis Regum Franciæ, illũ nunquã ſecundũ eſſe nactũ deinceps filiũ, nomine Ludouicũ ex Hermẽgarda matre, & cui tandẽ in bello effoſſi ſunt oculi, vt loquitur Tull.[a] cũ gẽtilitiis in Magnatũ Originibus.

Dynaſtia Balgiaci.

Abbatia S. Laurentij Matiſcon.

Sub quo Ludouico Rege geſtum.

Prior obiectio.

Solutio.

[t] fol. 8.
[u] ſalut. 987.
[x] n. 28. bis.
[y] nu. 13. finali.
[z] ſub Carolo Caluo.
[a] pa. 4.

bus. Is enim Ludouicus Burgundiæ pariter Rex ex paterno iure, de quo San-Iulianus, alio
tamen fine, libro de Origine Burgundionum [b], fortè potuit adhuc in vita Regnóque ſuo b pa. 301. & 313.
eſſe ſuperſtes diebus Rodulphi atque Roberti Franciæ Regum, quo æuo Gauſlenus Mati-
ſconi ſedit. Et quia Matiſcon pertinuit ad ſceptrum Burgundionum, pars eius infima ſeu
auitralis: idcirco Tituli Matiſconenſes haud tarò emetiebantur geſta circino Regum Bur-
gundiæ, præterquam Franciæ. Eóq; pacto ceſſabit motus erroris & contradictionum, ſi-
Poſterior obiectio. mulq; ingens ille pauor qui iam noſtros omnes artus occupare videbatur. Niſi fortè tali
decreto obſtet regia proles Hugonis Capeti, quæ à maioribus ad ſucceſſores collaterales
aſſecuta eſt eandem Burgundiam illo prorſus Gausleni tempore: de qua progénie nos ſuprà
Solutio. in Milone Epiſcopo [c]. Veruntamen huic adhuc empodiſmati ſufficienter obuiandum puta- c extremo & 31.
mus, ſi dixerimus & Boſonum ſobolem & Hugonis ſurculum varios Burgundiæ tractus re-
Burgundiæ diuiſio. xiſſe pari annorum interuallo: quæ diuerſa exinde latera nunc & ante noſtrum iam ſecu-
lum in Ducatum ac Comitatum diſtribuuntur certis cuique impoſitis finibus. At verò por-
tiones illæ aliis quàm hodie afficiebantur nominibus ac prærogatiuis: videlicet Regni at-
que Ducatus. Boſones quidem Regno, & Capetiam Ducatu ſeorſum potiebantur: titulis ita
ſecti apud hiſtoriographos. Igitur quandoquidem autographus Maticenſis rem geſtam
connotat *tempore Ludouici Regis*: ſane vnicam Boſonis radicem vrbis dominatricem intelle-
xit pingendam. De fixo cuius rei anno, nihil conijcere poſſumus: quia Inſtrumentum M. S.
Principem ſolùm vniuerſim miniſtrat.

Paragraphus 4.

IV. Digreſsio Q Varta digrediendi ſpecies ortum habet ex tribus Titulorum Actis Gauſlenum inter-
ponentibus ſub Roberto Rege generatim ſumpto, citra omnem temporum diſcre-
Tres actus. I. pantiam. Primùm. *Sacroſancta Dei Eccleſia S. Vincentij Mart. quæ eſt infra ambitum mænior. Ma-
tiſconenſium ſita, cui Domn. Gauſlenus praeſt Epiſcopus, ego Conſtantinus dono pro remed. animæ
meæ aliquid ex hæreditate mea in pago Matiſc. in agro Salornac. in villa Polliaco. Eſt autē vna vinea
de medio planto, &c. Regnante Roberto Rege* [d]. Secundò: *Quæque libentis temporis inſtabili curſu ſo-* d fol. 86. & fol. 40.
II. *liditatis vigorem debent obtinere, quo futurorum notitiæ apicum ſignis tradantur, aptè congruit qua-
tenus per ſuccedentia tempora inconuulſa queant permanere. Proinde fidelium volumus notitiæ vt
pateat, quoniam ego Otto nullis ſuffragantibus meritis, ſed ſolâ Dei gratuitâ pietate Comes Eccleſiæ
almi Mart. Vincentij infra Matiſconis mœnia conſtitutæ, vt idem glorioſus Martyr animam meam
Comes & Vicecomes Matiſconi. à pœnis inferni eripere dignetur, & coniugis meæ Elizabeth: reddimus quaſdam vineas cum terris ad
eas pertinentibus in agro Salornac. villà Sanciaco, quæ vineis ſimiliter terminantur ab oriente, terrâ
B. Martini Athenatenſis à meridie, &c. Actum eſt regnante Rotberto Rege. Signum Ottonis Comitis,* e fol. 90.
Gauſleni Epiſcopi, Vuigonis Vice-Comitis, Vuilelmi fratris eius, &c. Tum in alio Actu donorum
III. ipſius fol. 158. *Sign. Rainaldi filij ſui*, nempe Othonis. Tertiò: *Sacr. ſan. Eccleſ. Vincentij, cui
Gauſlenus praeſt Epiſc. ego Arulfus cupiens filio meo Vuiſcardo Canoniale adipiſci contubernium, con-
cedo quaſdam res iure propriæ hæredit. meæ in pago Matiſc. in villa Currenchias, cum omnibus appen-
ditiis, campis, pratis, ſyluis, aquis, & ſeruum Alardum cum infantibus eorum, vt faciant Rectores Ec-
Quomodo veteres fiebant Canonici. cleſiæ quicquid voluerint* [f]. En ritus antiquus, quo dabantur poſſeſſiones perpetuò vniendæ f fol. 131.
Eccleſiis in fauorem eius qui fiebat Canonicus, collata eidem præbenda Canoniali, citra
culpam ſimoniæ. Vide num. ſeq. §. 3. initio.

Paragraphus 5.

V. Digreſſio. Q Vinta & vltima digreſſionum ſtatio eſt de titularibus Actibus, qui nullis circunſtan-
tiis diei aut Principis illuſtrantur, ex more methodi noſtræ. Súntque quatuor. Primus
IV. hiſtoria. I. Actus. *Sacr. ſan. Eccleſ. ſancti Vincentij infra mænia Matiſcon. cui Gauſlenus Epiſcop. praeſt, ego
Vuilelmus & vxor mea Getrudis pro animarum noſtrarum remedio donamus manſum vnum in vil-
la Nuciaco cum domo & vinea, & omnibus ad eam pertinentibus, campis, prat. ſylu. cum ſeruo ſuper-
manente Rotberto, &c. vt faciant Rect. S. Vincentij quicquid voluerint.* Adſtantibus nouem teſti-
bus [a]. Secundus. *Sacroſ. ſancta Eccleſia S. Vincentij cui Gauſlenus Epiſcop. praeſt, ego Raculfus conce-* a fol. 86.
II. III. *do ex propria hæreditate m. ad ipſ. Caſ. Dei in agro Salorn. in villa Sanciaco vineam* [b]. *&c.* Tertius. b fol. 104
*Notum ſit omnibus Chr. fidelibus & maximè ciuitatis Matiſconenſis proceribus, quoniam cùm eſſem
ego Otto Comes apud Matiſconem ciuitatem, adiit meam præſentiam Amardus Canonicus B. Vin-
centij, dicens non rectè calumniari à meis exactoribus alodium ſuum qui eſt in pago Lugdun. in agro
Toromacenſi, in villa Croteldi & villa Flaciaco, & in villa Cananiaco, & in Ripa Velæ, cum domi-
Dona Ottonis Comitis. bus, cam. prat. aquis. Cuius clamorem ego Otto audiens, diligenter inquiſiui, & inueni in aliquib. reb. meā
rectitudinem. Domnus autem Gauſlenus prædictæ vrbis Epiſcopus & Canonici eius rogauerunt, vt pro
Dei amore & S. Vinc. omnem conſuetudinem ex his terris S. Vinc. donarem. Quod & feci pro animæ*
meæ

mea remedio c, *&c.* Itémque donũ aliud viçinũ. *Otto Comes & vxor mea Adila* (ſeu Ada) *donamus quaſdam res pro remed. anim. noſtrar. ſitas in pago Matiſc. atque Lugdun. in villis Grecio, Varennas & Dracíaco, Domino ac S. Vincentio ad menſam Fratrum, vt quoque anno poſt noſtrum diſceſſum Rectores loci anniuerſarium diem, Deo ſacrificia offerendo, faciant. Sign. Ottonis Comi. vxoris, Rainaldi* c fol. 156. & 158. ac 166.
IV. *fily ſui. Data per man. Ramculfi Leuitæ V. feriâ, menſe Martio, regnante Rotberto.* Quartus. *Not. ſit omnib. S. Matiſc. Eccleſ. quæ Chriſto in B. Vincentij honore dicata eſt, filiis tam præſentib. quàm fut. quia cùm eſſet Domn. Gauſlenus venerabilis Præſul in propria ſede, adiit eius præſentiam nobilis matrona Ragemundis humiliter poſtulans, vt concederet ſibi ac filiæ ſuæ vnicæ, per precaria firmitatem Eccleſiam B. Quintini Mart. in villa Brixia ſitam cum reb. & decimis ad eã pertinentib. vineis, camp. prat. ſylu. aquis. Cuius petitionẽ Domn. Antiſtes prælibatus gratã ſuſcipiens, & Canonicor. ſuor. fretus conſilio, conceſſit dictæ Ragemundæ prædictam Eccleſiam, & filiæ ſuæ, vt in vita ſua poſſiderent, &c.* Sufficiant iſta geſta ex Titulis. Cætera aliunde.

Paragraphus 6.

Gausleni mors. DIſceſſum Gauſleni approximantes, ſic Bugnonij textum elicimus pro ea materia cum aliis in periodo annexis. Poſtea quàm dixit ille Author, quòd Ledbaldus prædeceſſor obiit anno XV. Regni Roberti (hoc tamen perperam dictum eſſe ſuprà monuimus d, loco anni XXV.) exinde pergit ita hiſtorias texere. *Gauſlenus in eius locum collocatus eſt. Hugo diebus ſuis finem impoſuit;* de quo ſuperiùs e ferè ter. *Rodulphus eius filius declaratur Comes Balgiaci anno M.XV.* Trib. pòſt annis Gulielmus Comes Matiſ. fato ceſſit, qui Dominus Vincellarum erat ante ipſius cum Berta matrimonium* f. *Reliquit filium Othonem, hæredem Comitatus ſimiliſque Baroniæ Vincellarum* g; *qui nupſit Elizabethæ* h *filiæ Comitis Maurienna* i, *& ex ea filium Godefridum ſuſcepit. Tum anno ſequenti Rodulphus ipſe periit. Cui Raynaldus in Comitatu Balgiacenſi ſucceſſit anno MXXIII Iſq. fuit ſolaris curſus Odilonis Abbatis Cluniacenſis, tunc literas Apoſtolicas impetrantis, quib. non ſubderetur amplius Epiſcopo Matiſcenſi* k, *quin ſoli Romano Pontifici.* Et inde Bugnonius ipſe enarrat Concilium Anſanum l a nobis iam delibutum m. Ad extremum Iureconſultus his verbis concludit directè ad propoſitum thema finiundi. *Robertus Rex Franciæ Româ rediens, vbi veniam Apoſtolicam conſecutus fuerat, mortuus eſt, filiumque Henricum I. Regni ſucceſſorem effecit anno ſal. MXXXI* o. *Et annus ſequens Gauſlenum de medio ſuſtulit*) hoc eſt an. XXXII.) *poſtquam is Abbatiam S. Petri Matiſconi reſtaurauit* p. Hæc ille.

d ex §. 47. n. 34. bis, §. 3. ſi. & 6.
e erat Comes n. 30. §. 1.
* n. 35 § 2.
f de quo n. 33. § ..
g vulgò Vizelles, vno bimilliario a ciuitate.
h hic §. 3.
i Fuit Humbertus I. Comes ab an. 1027. ad 1048 Claud. Parad pa 582.
k pa. 47.
l pa 48.
m §. 1.
o Sic Till.
p pa. ...

Alia exteriora.

Odilo.

1030. Verum idem Gauslenus citiùs obiiſſe cenſetur, ad annum MXXX. equidem VIII. Idus Iul. ex Martyrologio MS. Maticenſi, etiámque propter adſequentia q, quæ videntur hiſtoriam produxiſſe anno XXXI. pro ſucceſſore Vualterio. Alia de Gauſleno Numero XXXVII r.

Paragraphus 7.

Multa documenta peculiaria Eccleſ. S. Petri matiſcon. HAc in calce Numeri XXXV. poſt exactam Gauſleni vitam priuſquam vlteriùs circa Epiſcopos ſpecialem progreſſum fieri patiamur; viſi ſumus in angulum iſtum congerenda eſſe multa ad minus potiora, quæ in autographo MS. Baſilicæ D. Petri Matiſconenſis de illa inſeruntur ſuis præciſè temporariis notulis vacua, poſtquàm alia multa eò ſpectãtia & ſuis chronicis inſignita alibi frequenter ſpartimus a. Iſta verò congeries carentium diario videtur circa Gauſleni æuum & circumiacentium Antiſtitum geſta eſſe. Vnde vix
I. opportunè alibi quàm hic putauimus in faſciculum redigenda. In primis hoc equidem. *Sacroſanctæ Dei Eccleſiæ in honore Apostolorum* Pet. *&* Pauli *dicatæ, in ſuburbio Matiſcon. ab occidentali parte fundatæ, cui præeſt Rannulfus Abbas, ego Conſtantius vendo vnam peciolam terræ iacentem in ſuburbio à meridiana parte Canonicis dictæ Eccleſ. vt poſſideant in ſua communione ſecundum*
II. *eccleſiaſtic. morem* b; *&c.* Secundò. *Futuris omnibus & præſentibus cognitum ſit* c, *quia ego Otgerinus nequiſſim. peccator & indignus miles de Velado Eccleſiæ B. P. ſitæ extra muros Matiſc. & eſt Hoſpitalis, pro anim. m. omniumque prædeceſſor. conſuetum vſum in perpetuum ſuper fluuium Araris ab orientali parte ciuitatis, ſicut Dom. Gauſlenus Epiſcopus dictæ Eccl. ſ. conceſſerat. Ita tamen vt pontonarij habeant tres eminas vini, qualiter Dom. Epiſcopus præceperat, & ſeruiant in omnibus neceſſariis*
III. *Eccleſiæ tranſeundi & remeandi.* Tertiò. *Notum fieri volumus omnibus hominibus, quòd Odgerius cognomine ſurdus, iam ſenio feſſus, adipiſci cupiens ſalutem animæ ſuæ, Condaminam Latronẽſiſfontis, quam canales terminant, & vineam in villa Carnaco Canonicis Eccleſiæ ſancti* Petri *iuxta Matiſconem ſub norma ſancti Auguſtini obtulit. Sign. Gauſmari Præpoſiti, totiúſque Conuentus* d. Quar-
IV. tò. *Ego Henricus cum vxore mea Agna dono. ſacr. ſan. Eccleſiæ Apoſtolorum* Pet. *&* Pauli *imminenti mœnib. Matiſconenſ. medietatẽ vnius Molini ſuperriuum Graonnæ in villa Vernotro conditi cum ap-*
V. *penditiis* e, *&c.* Quinto. *Æterna Dei diſponente ſapientia, infans qui baptizaretur in Dominicæ Reſurrectionis vigilia, quondã defuit in Mart. Vincentij Baſilica. Comes Gaufredus cũ aliis qui aderãt in pontem Hebræorum cucurrit, & me puerulum, ſed iam circumciſum & Hebraice Iacob vocatum, in media via reperit. Quem rapientes ad Eccleſiam detulerunt, ac ſacro fonte tinxerunt, imponentes*

Abbas.

a §. 1. huius ... ad marg.
b pa. 10.
c ibid.
d pa. 12.
e pa. 14.

mihi nomen Gaufredum. Beatrix verò Comitiſſa me de ſacro fonte ſuſcipiens enutriuit, & aliquan-
net Iudæus baptizatus. *tum literis doceri fecit. Nunc autem me progenitum tali ſtirpe cognoſcens, regularibus cupio locis ar-*
ctius ſtringi, vt vel inuitus poßim ſaluari f. *Quocirca ſacr. ſanctæ Eccl. Apoſtolor. Petri & Pauli ſub* f pa.20. ſcripti an. 1616.
canonica regula me trado, quia ex eorum gente natum me recognoſco. Omnem quoque hæreditatem
quam habeo vel habere debeo, eid. Eccleſ. concedo, in villa Liuiniaco, &c. cum appenditiis in perpetuum
habenda dictæ Baſilicæ, &c. Tempore Philippi Regis. En de Iudæis Matiſconi incolis. Hinc verò
naſcitur occaſio paucis iſtuc alliciendi quæſtionem Theologicam, concertatam apud D.
Thomam Aquinatem g: qui dum petit vtrum infideles compellendi ſint ad fidem, & an g 2.2.q.10.a 8.& 12.
Quomodo infideles ad fidem trahendi. pueri Iudæorum inuitis parentibus baptizandi videantur. Reſpondet conformi ſenſu ad id
quod Matiſconi geſtum eſt, Comite procurante ſcilicet pueros infidelium à Sacerdotibus
in Eccleſia Romana ſuſceptorum, minimè compellendos eſſe ad credendum, cùm credere
ſit actus voluntaris & conſenſus; ante quod iudicium infantes ſunt res omnino parentum:
ſed a tempore accepti huius vſus liberi arbitrij, ſeu poſt conſecutam intellectus operatio-
nem, cogi poſſe, quia ſunt ſui iuris. Quæ profectò conditiones tum a præfato Comite in da-
to exemplo obſeruatæ leguntur, tum in puero iam tunc ratione prædito deprehenduntur,
quando baptizabatur. Quippe ex textu ipſemet loquebatur, propriamque cauſam tueba-
VI. tur. Sexta hiſtoria. *Eccleſiæ conſtructæ in hon. beator. Apoſtolor. Petri & Pauli in ſuburbio Matiſc.*
ego Conſtantia dono de mea hæreditate pro Canonica filio meo Vualtodo vnam vineam & vnum cã-
Creatio Canonici. *pum in Liuiniaco, &c. Si quis contradix. quatuor auri vncias componat* h, *&c.* De qua formula con- h pa.21. 157.
ditionali pro recipiendo Canonico, etiam in Cathedrali, vide Numerum XI. i Septimò:
VII. *Ioannes de Blaniaco adiit Comitem Vuidonem, & petiit ab eo, vt donaret Eccleſiæ S. Petri captiones,*
quas in manſo ſuo homines eius faciebant, licèt manſus eſſet alodium Duranni. Petitione benignè ſuſ-
cepta, Vuido Comes verpiuit conſuetudines & captiones quas in manſo faciebat, & donauit Eccle-
ſiæ S. Petri in perpetuum. Teſtes Petrus de Vienna, Stephanus de Trenolchio, Otgerius Præpoſitus,
VIII. *Archimbaldus dapifer* k. Octauò: *Parua quæ in manſo meo conſuetudo huc vſque viguit, quam B.* k pa.23.
Petri Regulares adquiſierunt à Guidone Comite per manum Ioannis Canonici, Otgerij Præpoſiti &
Archimbaldi dapiferi remaneat Dei omnipotentis amore, & pro mea patris matriſque anima, &c. l pa.24.
Comites. Sanè probabilitatem habet arbitrari, quòd hi duo m Comites ſerius floruerint quàm ferat m Vuido & Guido.
Gauſleni Epiſcopi ſeculum: nempe ad annos ſeptuaginta poſteriores. Saltem de Comitibus
Matiſconenſibus talium nuncupationum lectitamus infra ſub Drogone Epiſc n. Hoc autẽ n n.37.§.6.
in paragrapho ſequimur repertum Voluminis ſancti Petri ordinem, non equidem ampliùs
chronologicum (cum hic iam non pateat) at mixtum, ſicut & in Titulis antiquis Baſilicæ
Cathedralis. Etenim contenti fuimus a ibi hoc in Opere tempora repoſuiſſe ad ſuum quẽ-
que ſtatum magis perſpicacem aut reduci faciliorem o ex eodem Collegiali pergameno. o loci notati §.1. huius numeri 35.
Nonò: *Sacr. ſan. Dei Eccleſiæ Apoſt. Pet. & Pauli in ſuburbio Matiſcon. in qua Ranulphus Abbaregiminis domnationem obtinet, ego Vuandalmodis fœmina & filius meus Vuarulfus Presbyter dona-*
mus pro remedio anim. nostrar. terras conſacentes in agro Salornicenſi, campum cum boſco, &c p. De- p pa.25.
cimò: *Hugo de Brancedunu per manum Domini Ioannis Cantoris donauit Eccleſiæ S. Petri & Domno*
Guinſmaro Priori pro anima ſua id quod Aymo de Curia tenebat cum appendit. q *&c.* Vndecimò: q pag.27.
XI. *Quoniam Petri & Pauli Apoſtolor. Canonici audientes verba Domini dicentis, Niſi quis renuncia-*
uerit omnibus quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus r, *omnia mundi perfectè derelinquunt: pro-* r Luc.14.26.
uidendum nobis eſt, ne penuriâ periclitentur. Proinde ego Comes Vuido ad ea quæ eis iam donaui vnũ
XII. *manſum adereſco, ſitum in hoc eod. pago & in villa Medolio* ſ, *&c.* Duodecimò: *Ego Aymo de Con-* ſ pa.29.
daminis cum filiis meis donamus quaſdam terras hæreditatis noſtræ in ipſa Parochia ſancti Petri cõ-
Condeminæ. *iacentes, tertiam partem noſtram de prato quod eſt in ipſa villa Condaminis* t, *&c.* Item poſtea. *Ab-* t pa.30.
batia conſtituta extra vrbem Matiſc. in B. Petri Pauliſque honore, Durannus filius Durandi cum pa-
truo ſuo Giraldo, &c. dedit partem ſuam prati poſiti in villa Condaminas & tres peciolas terræ, &c.
XIII. *Actum regnante Philippo Rege* u: nempe primo. Decimotertiò: *Eccleſiæ Dei in honore Apoſtolo-* u ab an.1061 pa.31.& 33.
rum & in ſuburbio Matiſcon. ciuit. ego Vlricus miles reddo quandam vineam, vnde illi iuſtam queri-
moniam habebant aduerſum me, quia iniuſtè eis illam abſtuleram, in Epiſcopatu Matiſconenſi, in vil-
XIV. *la Vriniaco* x, *&c.* Decimoquartò: *Ego Sendelenus almi Mart. Vinc. Canonicus ad limina præfati Apoſt.* x ibid.
recurro, ac pro anima patris mei ne peccatorum vinculis irretiatur, deuotiſſime exoro. Dono victui Fra-
trum hic Deo militantium de meis proprietatibus decimam partem fructus, quẽ habemus in villa Bla-
niaci, &c. Actum Philippi Regis tempore y. Item, *Aymo Albus de Brancidunu * omnem terram S.* y pa.35. * vulgò Brancion.
iuxta villam Tranſimonti conceſſit z, *&c. Aymo de monte Pauonis & eius frater Hugo de Brancedunu* z 36.
dederunt Eccl. S. Pet. terram de Tranſmons, pro anima ſua, iuxta dictum Do. Humberti de Doza, Ri-
cardi de Piſi... Galterij de Taſiaco. Teſtes ſunt præfati. Factum ab Vuidone de Morchiant, Matiſc. in a pa.37.
domo Vmberti... Laudauit vxor Vuidonis apud Anſin a. Hactenus iſta vt plurimum aduentitia
Gauſleno Antiſtiti. De quo alia nu.37.§.6. Mox ad ſucceſſorem tranſeamus.

XXXVI.

XXXVI. *Paragraphus* I.

Vualterij genealogia.

VValterius ſic dictus Epiſcopus ex multis Titulorum Actis; ſeu Gualterius ex paucis alijs; Gauſleno ſucceſſit, quatenus ſubinde viſum iis. Oriundus verò eſt Vualterius ex familia Dynaſtarum Bellijocenſium. Quorum genealogiam athæu[illegible]us integram ſub Guidone ſecundo huiuſce nominis, Archiepiſcopo Lugdunenſi a, viro etiam ex eadem ſobole creto, ſed tardiùs. Vualterij parens fuit Berardus Bellijoci Dominus: & auus Vmfredus, primus ad id dominium euectus. Pro iſtius autem Vualterij acceſſu in ſacram Cathedram Maticenſem ſuo patrimonio vicinam, hæc ſuadet Bugnonius ſub
1031. priore appellatione: donec alia nos de altera nomenclatura, quæ eſt *Gualterij*, poſtmodum commentemur. Etenim poſteaquam ipſe ex allatis per nos in Gauſleno b ſcripſit, quòd moriens Robertus Francorum Rex filium Henricum primum hæredem in ſceptro nominauit anno M. XXXI. quódque ſequens annus 1032. Gauſlenum de medio ſuſtulit: ſic pergit Author: *Vualterius ex totius Cleri aſſenſu tunc eidem ſucceſſit* c. Verùm certè, apud tutiores Titulos peruetuſtos infrà d, ſcitote Vualterium iam comparuiſſe Antiſtitem ipſo anno primo Henrici regnantis, nimirum vno ſaltem anno e, vel etiam duobus ante datam à Bugnonio notam. Vnde concluditur Gauſlenum citiùs diſceſſiſſe, ex allatis ad calcem f ſuæ vitæ. Hoc recognito ipſius ingreſſu, geſta eiuſdem inchoemus ex duobus primis ſeu præcipuis de eo Actis publicis in præfatis Titulis. Prima aut potior ferè actio contuetur ſuos conſanguineos fratris filios ſummiſſe ad illum venientes. *Notum ſit omnibus* (inſit locus g) *quod Vuicardus de Bellijoco recordans peccata & offenſiones, quas pater ſuus Vuicardus & prædeceſſores ſui habuerunt de communione beati Vincentij & Canonicorum eius pro malis conſuetudinibus, quas miſerunt terris & villanis eorum, quæ ſunt in ciuitate ſua, vel videbantur eſſe in ſaluamento ſuo, venit Matiſconem in Eccleſiam prædicti Martyris ante Altare & Reliquias eius: & in præſentia Vualterij Epiſcopi* (propatrui ſui) *ac ſingulorum Canonicorum dimiſit vel vuerpiuit Domino & eidem Martyri atque Canonicis, præſentibus & futuris omnes illas malas conſuetudines, quas, ſicut prædiximus, pater ſuus vel prædeceſſores ſui terris vel villanis prædictæ Eccleſiæ impoſuerunt. Retinuit autem hæc cauſâ ſaluamenti, quamuis non iuſtè nec rectè, tempore meſſionis villam quæ manet in illa parte terrarum, quas ipſe vel pater tenuerunt ſecundum diuiſionem ſuam, ſcilicet, vt qui cum bobus laborant vel equis, reddant vnum ſextarium ſecundum menſuram de Bellijoco. Pauperiores verò qui manibus laborant, vel cum foſſoribus ſuis vnde viuunt, reddent medietatem menſuræ, &c. Pro his igitur abſoluimus patrem eius & cæteros prædeceſſores ex parte Dei & Sanctorum eius & noſtr[illegible], de omnibus malis quæ fecerunt nobis & noſtris: vt ipſi mereantur peccator. ſuorum abſolutionem per hanc remiſſionem, & illi vxorique eius concedimus ſocietatis noſtræ & orationum atque eleemoſynarum partem. Si quis vero in futurum plura horum quæ deſcripſimus ademerit, ſit anathema maranata* h. *Actum Matiſconi III. Kalend. Februarij. Regnante Henrico Rege. Signum Vuicardi, qui fieri & firmari rogauit: Ricaoriæ vxoris eius, ac filij eorum. Humberti, Hugonis, auunculi eius, Stephani de Villars, Hugonis & Einuini Fratrum de Marcant, Bladinij, &c.* En recitata ſolennis, officioſa, & amica culpæ agnitio in tertia perſona. Quæ genuflexio aut honoris exhibitio, dum legitur facta tempore Henrici, optimè concluditur eam cenſendam celebratam inter deſignatum 1. annũ ſui & Regni milleſimum ſexageſimum ſeu vltimum eiuſdem Regis. Equidem profectò verius geſta res eſt circa exitum Henrici, Vuicardo II. tunc iuuene, & Vualterio Epiſcopo ſene. Propter quem Apoſtolicum virum Bellijocenſibus Dynaſtis conſanguineum, iidem omnes riuuli de Bellijoco plurimùm deinceps Eccleſiæ Maticenſi detulerunt, permulta munera loco ſacro nuncuparunt, & liberali ſtudio conatúque dedicarunt. Nos autem hæc idcirco ſingula ita opinamur: quia in Berardo Maticenſi Antiſtite XL. i habemus oſtendendum, quòd alterum ſit eligendum ex duobus ſequuturis; nimirum vel eundem Vuicardum adhuc ſuperuixiſſe poſt Regem ac Præſulem annis plus quam ſeptem & quinquaginta, vt certè oportuerit ipſum Vuicardum II. in præſenti bonorum reſtitutione annales ſuæ adoleſcentiæ circulos emetiri, quibus tandem poſſet ad ingraueſcentem eam faciliùs peruenire ætatem nonagenariam aut centenariam ferè: vel certè dicendum huic Vuicardum ſecundum genuiſſe alium Vuicardum de Bellijoco, qui ſit ordine tertius, degentem ſub eodem Berardo & ſucceſſore Iocerano Præſulibus, non ſenem, ſed maturæ ætatis. Attamen nihilominus, licèt præſens Vuicardi II. agnitio erga ſuum Epiſcopum Vualterium facta videatur ſub exitum fortè ſedis Vualterij: tamen Actus iſte habendus eſt primus dignitate, quia tacitè ſanguinis proximitatem, per quam ordimur, oſtentat, donec plura alibi. Vt merito cæteras omnes res geſtas hic anteire debuerit. Fortaſſis autem eſt ſimile huic inſtrumento illud quod §. 7. patere inſpicietis.

Aliud eius ingreſſus tempus: Alud eius nomen.

Vna anterior actio.

Vualterius conſanguineus Bellijocenſibus.

a nu. 94 §. 1. Vualterius in generatione 6. & Guido ſub 14. ann. 1170.

b nu. 35 §. 9. finali.

c pa. 49.

d §. 4.

e ante menſem Martij.

f cit. §. 6 aut penult. fin.

g fol. 160.

h [illegible] flagell[illegible] [illegible] tabeſio, ſinguor. [illegible]ſco. Ex excommunicatio eſt, [illegible] nalis flagellatio animæ, ſeu pœna medicinalis, vt cadat ad pœnitentiam inducatur.

i §. 6. itẽ hoc num. §. 7.

Paragraphus 2.

Poſterior actio.

SEcundum genus Actionis ex pollicitis reſpicit virum Antiſtitem, ius habentem ſibi partum & quæſitum circa res monaſticas Diœceſeos perluſtrandas. Eſtque acies prima tempore; ſi non præcipua omnino in excellentius, ſub Gualteri voculà, hiſce notis k. *Gauſleno Epiſcopo defuncto citiſſime Gualterius in Præſulatu ſucceſſit Domino permittente: cuius diebus venit Aniciensis Epiſcopus Cluniacum ad conſecrandum ibi Altare. Vnde vehementer commotus Gualterius Epiſcopus miſit quoſdam de Clericis ſuis ad Dominum Odilonem conquerens cum eo de Altari contra ius conſecrato, ſimúlque denuncians, quòd niſi ex hoc ſibi ſatisfaceret, quibuſcunque modis poſſet, ſe vindicaret. Quod ipſe audiens: primò reſpondit ſe in conſecratione Altaris defuiſſe. Poſthac præcepit Clericis, vt Altare diſcooperirent, vel, ſi vellent, ſolo tenus deſtruerent. Deinde mandauerunt per eoſdem Clericos Epiſcopo diem & locum quo ſibi conloqueretur: quo cum conueniſſent, poſt diuerſa querelarum & pacificationum conloquia, dedit ei loco emendationis vel ſatisfactionis equum decem libris appreciatum, ſimúlque vas argenteum pulcherrimè decoratum. Poſthac inſtauerunt eum, vt de Monachis ſuis ordinationes faceret tempore proximo, quod & ſubſequenter fecerunt in eodem Cluniacenſi Monaſterio, quod etiam ſæpius fecerat in ſua Eccleſia.* Tum conſequenter iſta trahuntur ad lineæ caput in archetypo d. *Poſt verò in longo tempore veniens Domn. Odilo Matiſconem, cum requieuiſſet nocte apud ſanctum Martinum ſuum Monaſterium; manè cum ſuis matrem Eccleſiam ſancti Vincentij pedeſter expetiit. Et quia cum Epiſcopo atque Canonicis in Capitulo vellet loqui: cùm ingrederetur omnibus ſibi tanto viro aſſurgentibus ipſe in medio eorum genua flexit, & ſi quid erga locum ac Fratres commiſerat, vt ſibi remitteretur poſtulans. Et quia Eccleſiæ ſicut matri non obedierat, ſe pœnitere declamauerunt, ac deinceps dum adviueret, erga Eccleſiam ac præſidentes ſe permanſurum qualis deberet promiſit. His ergo benigniſſimè remiſſis, atque ab eiſdem cum gratiarum actione acceptis, receſſit cum pace & concordia, impendens loco & Clericis multa beneficia. Nam inter alia, tranſmiſit duo optima tapeta Eccleſiæ*, atque centum ſolidos Caſinina monetæ.* En refricata per Vualterium querela aduerſus Cluniacenſes, ſex annis poſt enatam à Gauſleno anteceſſore controuerſiam pro Epiſcopali in Monaſterium iuriſdictione. Cluniacenſes verò hac iterum vice colla ſubmiſerunt Antiſtiti, & faſſi ſunt ſe omnes ei eſſe addictos, tanquam proprio in ſpiritualibus Epiſcopo. Qui agnitus obedientiæ effectus ſatis docet Abbatem ipſum Odilonem nondum credidiſſe Pontificias ſuas Bullas, de quibus ſuprà e, adeò validas eſſe, vt eum atque Monachos ſuos ab Epiſcopali viſitatione poſſet adhuc eximere.

Renouatio querelæ Epiſcopalis aduersùs Cluniacenſes ſe prætendētes exemptos.

Agnouerunt ſe addictos.

Iterata agnitio.

k fol. 79.

d fol. 180.

* Tapis de Turquie, Bugnon. p. 12. an. c. ſoli, vt ait. Tunc obiit Otho Comes ... & ſucceſſit Godefrid. filius.

e nu. 35. §. 1. & 5.

Paragraphus 3.

HInc ſeorſum deſcendamus ad peruestigandam commutationem nominis *Vualterij* in vocem *Gualterij* factam ex compromiſſis, dum vtraque dictio eundem virum Epiſcopum vetiùs deſignarit. Imprimis, de huius ſecundæ appellationis veritate hoc Tituli antiqui habent. Inſtrumentum, præter vnum iam inde allatum. *Sacroſ. ſanctæ Eccl. S. Vincentij Martyris infra Matiſconis mœnia, cui Gualterius Epiſcopus præeſt, ego Aminius Sacerdos cupiens Clerico ſacerdotali Duranto Canoniale adipiſci contuberninm, dono clauſum ſitum in pago Matiſconenſi cum vinea & terris ad illum pertinentibus in agro Salornac. in villa Foſſa-Alſac, &c.* En obiter modus recipiendi Canonicos in Cathedrali Baſilica illo æuo, conſimilis alteri exemplo iam alibi dato g, citra omnem ſimoniæ labem, at titulo fundationis. Secundo loco, rationes quare prior nuncupatio Epiſcopalis deinde verſa fuerit in proprium *Gualterium*, arbitror vicissim pendere ex aſſueta vulgi prolatione iiſdem diebus ac deinceps, vt cùm probè ſcij aut eruditi dixerint *Vualterium*: populares pronunciarint *Gualterium*, V verſo in G, eamque formam poſtmodum in frequentem vſum abiiſſe. Demonſtrationes eiuſmodi praxeos hæ ferè creduntur, aliunde argumento à pari ſubortæ. Etenim priſci homines vocabant *Vuilelmum* virum illum apud Bedam h, Annonium i, & alios quicunque ex eo ſuccedentibus annorum centuriis nuncupatus eſt *Guilelmus*, tranſmutato duntaxat eo primo elemento quod nominamus. Sic præterea vox antiqua *Vaſconum* tranſlata eſt in dictionem *Gaſconum*, appellationem totius inferioris ſeu Auſtralis Aquitaniæ in Galliis: quarum metropolis atque Senatus eſt Burdegala ciuitas. Prioris vocis vſus liquet apud Claudium Ptolomæum Geographum Alexandrinum k, qui vno ſeculo & ſemis poſt Chriſtum eam nationem & nuncupationem locat in Hiſpania Tarraconenſi, quam illa primum incoluit ad Pyrenæos montes, vbi inſuper Plinius ſenior l paulò ipſos quoque Vaſcones conſtituit. Deinde tota penè gens in viciniam anteriorem Aquitaniam ... *Nam Vaſcones de montibus prorumpentes* ait D. Gregorius Turonenſis m *in plana deſcendunt, vineas, agroſque depopulantes.* Gotthi verò (quod in alios poſtea fines ex ipſo ad-

Originem Epiſcopi nomen ... nomi-...

Gualterius.

Canonici olim quo pacto cooptati Matiſconi.

Alia duo exempla mutati nominis Epiſcopi.

Vaſcones ... qui quaeri.

f fol. 17.

g nu. 35. § final.

h to. 1 p 166. Vualdebto pro Gualberto.

i lib. ... k T... Eu. ope... longit. ... ſerta par...

l lib. 3 c. ... c. 10.

m lal. 9 ... m. in hiſt. Franc. li 9. c. 7.

dimus

dimus) *propter ſuperioris anni deuaſtationem, quam in Septimania Regis Guntranni exercitus fecit, in Arelatenſem prouinciam proruperunt* [n], *&c.* Quam Aquitaniæ partem occupantes eiuſmodi Vaſcones Hiſpani, ac regionem diutiſſimè hactenus habitantes, huc tandem Galliarum prouinciæ nomen ſuæ gentis reliquiſſe videntur [o]. In cuius permanſionis fidem, & retenti nominis oſtenſionem patet illud Pauli Æmilij ſub Dagoberto I. Rege Francorum XI. ac domitore comprouincialium anno ſalutis ſupra ſexcenteſimum [p]. *Aribertus Rex* (inquit, qui & Cherebertus VIII. Rex [q]) *Vaſconiâ recuperatâ, qua officio deceſſerat, Regnum ſuum ad vltimos fines prorogauit, &c. ex Pictonibus qui Aquitanico motu contumaciùs egerant, ſacrorum locorum nobilia ornamenta ſunt aſportata. Pacatis Viſigothis, non diu Vaſcones in fide officióve manſère, &c. Cùm defeciſſent, Burgundiones duodecim Ducibus profecti acie hoſtem ſtrauère, &c. Reliqui Duces iunctis copiis vlciſci ferro parabant, cùm Optimates Vaſconum ad eos ſupplices venêre* [r], *&c.* En ergo præſupponebatur incolatus Vaſconum ex præſcripto iam tunc iure in Aquitania: quia ſanè Dagobertus ſceptrum ſuum in Hiſpanias minimè extendebat. Non igitur ſortitum eſt primarium nomen Vaſconum à Viſigothis, vt Blondo credere placuit. Etenim Gothi in Hiſpaniam tantùm irrepſerant ante quintam Eccleſiæ centuriam, Duce Genſerico [ſ]. Tribus autem aut quatuor anterioribus ſeculis iam fama percrebuerat Vaſconum in Hiſpania degentium, teſtibus Plinio ac Ptolomæo. Horum igitur celebritas indigena eſt, & apud Hiſpanos cœpit. Bene quidem circa idem tempus Viſigothi magnas Hiſpaniarum & Galliarum partes inuaſerant, quando aborigenæ Hiſpani Vaſcones in Aquitaniam aliunde ſeorſum penetrabant. Ad id leue aut nullum eſt argumentum quo referantur Vaſcones ad Viſigothos. Ad propoſitum tandem: vſus ita inualuit, quòd *Vaſcones* ſeu *VVaſcones* Galliæ Aquitanicæ demum nuncupati ſint *Gaſcones* euphoniæ gratia. Nimirum a blandioribus Gallis ſeu vrbanioribus Francis ſublata eſt illa cacophonia duplicis literæ V V, multò rudioris, quondam ab heterogeneis & incultis antea permixtis hominibus illata vi ac violentia inter frequentandum. Itaque, vt hæ poſitæ theſes ſuis firmentur rationibus, ſola litera V ſæpe facta conſonans, & alioqui dicenda ſemiuocalis, faciliùs tranſmutari ſolet in medias conſonantium β & γ, ſeu in elementa Latino-gallica B & G apud Græcos atque Latinos, quàm in alias quaſuis literulas. Tales quippe ideò mediæ appellantur, quia in arbitraria tranſlatione euadunt faciles prolatu, & palato aditum præſtant, quo auribus, animíſque præbeant iter non arduum ad dulciores ſonos edendos, memoriæque ſubtiliùs perinde inſinuandos. Inde profectò non abs re veteres Galli duo inferre ſoliti ſunt ad præſens inſtitutum iuuantia. Priùs quidem præfatum ſingulare nomen *Vaſco* ſeu *Vaſcus* illis tunc pertritum, variare licuit & libuit apud ipſos in hoc ſubſtantiuum *Baſco* & *Baſcus*, pro indicanda illa gente Aquitanica maritima, vulgò *les Baſques* apud Ioannem Tillium [t]: mox autem leniùs ex eo dicti *les Gaſcons*. Atque ob id vrbs alia metropolis patriæ ac ſedes Epiſcopalis Vaſatenſis appellata eſt *Baſatenſis* in Galliis, vulgò *Baſas*, necnon Diœceſani olim *Vocates* apud Itinerarium Imperatoris Iulij Cæſaris [u]. Exin verò Æmilius ſub Carolo Magno [x] ſic loquitur [y]. *Vaſconum procerũ vnus nomine etiam Vaſco* (Baſque) *in Hiſpaniam bellicum ſupplementum ducere iuſſus eſt:* Vir certè alius multò diſcrepans ab eo tardiore, qui apud ipſum Authorem [z] ferebatur *Vaſco Fluſſatium Comes*, ſub Philippo Valeſio [a]. Poſteriùs autem negotium à priſcis induci ſolitum ex allegatis, tale eſt, quòd Claudius Paradinus in genealogicis affinitatibus Optimatum Franciæ [b] doceat Bernardum Rogerij filium, Comitis Carcaſſonenſis in Hiſpania extitiſſe primum Comitem Ciuitatis Fuxenſis *de Foix*, quæ cum appendicibus eſt portiuncula antiquæ illius Aquitanicæ Vaſconum Galliæ, ſeu populorum qui hodie ad noſtros Borbonios Nauarræ Reges ſpectant, velut illic Comites hæreditario iure: & vocitabantur plebes incolæ *Vaccei*, quaſi vaccini, nomen diminutum à vaccis boum femellis. Vaccei, inquam, rurſus dicti tanquam Vaſci ſeu Baſci, *Baſques*: equidem apud Plinium ita ſumpti pro terra Hiſpanica, *Vaccei, Vectones, Baſtuli* (inſit [c]) & pro Gallicana Narbonenſis prouinciæ, *Toloſani, Tectoſagi Aquitaniæ contermini* (addit [d]) itémque *Vocontiorum ciuitates fœderatæ duo capita, Vaſco & Lucus Auguſti*, atque ad extremum pro Aquitania inferiori, *Baſabocates* (ſubiicit) *Vaſſei* [e], *&c.* Vnde Comites vrbis eiuſdem Gallicanæ *de Foix*, & vicinarum in ſtemmatibus ſuis duas hactenus vaccas detulerunt. Itaque ſic ex alijs hiſce Plinij locis conſtat, Vaſcones priùs è climatibus Hiſpanicis in zonas Gallicas aduentaſſe, quàm ſuprà dictauerimus [f]. Ex quibus ſanè omnibus vt tutò concludamus [g], efferam illud hiſtoricum Roberti Gaguini ſub Rege Carolo ſeptimo pro commutata dudum litera V in G præſentis materiæ. *Fuit anno* MCCCCXLIX. *apud Vaſcones Francos fortunâ candidior Gaſtò ſeu Gaſco Fuxi Comes Maulisſonem* [g] *obſidens, qui à Carolo Vaſconiæ regionis ad Pyrenæum vſque adminiſtrationem receperat* [h]. *Erant Gaſtoni in obſidione tria equitum*

& decem

Hiſpani.

Gallicani.

De Viſigothis.

Variatio literæ V in G.

Et in B.

Gaſcones qui.

Duo viri huiuſce appellationis.

Comites Fuxi, de Foix.

... ſeu ... inſi- ... Comes Fuxi.

n ſub Chilperic 9. Rege an 587. ex Geoeb. Chro. ſub Greg. Mag. inchoãte: at Greg. Turon. ſub Childebert. 6 Reg. ano Guntran.

o Geneb. cit. & prius ſub Innoc. 1. Pl'.

p ab an. 632. ad 645.

q ab an. 565. ad 571.

r fo. 21. Ibi perſeuerãtes ſub Carolo Magn fo. 41. & 51 ac ſub Philipp. pulchro, fo. 167.

ſ an. 470. Geneb. ſub S. Simplic. PP. initio

t in Dagob. ex Optimatũ originib. pag. 19.

u in Cõment. Cæſar. li. 5 c. 16. & 21. item Vigner. in Annot. ibid. editis ann. 1600. Burdegala longit. 20. 1. tiers, lat. 42. 3. quarts, & Baſas lon. 20. 3. quarts, lat. 42. 1. quart

x ab an. 769. ad 814.

y fo 51.

z fo. 184.

a 4. ab an. 1328. ad 1349. Annonius de Vaſcomb ſub cit. Carolo, ex li 4. c. 31.

b pa. 812.

c li. 3. c. 3. & li. 4 c. 20.

d c. 4. li. 3. Foix, long. 42. lat. 22. 1. quart.

e li 4. c. 16. alibi Vacat & Vocet.

f intercapedo annor. 400.

g Montlucon, ad limites Aruernor. Borbonenſiũ, & Lemouic.

h En ſut creé Gouuerneur & Lieutenãt de Roy.

& decem ſagittariorum millia. Quorum repentino conſpectu permoti oppidani, ad Gaſtonem nun-
cios de deditione miſère. Itaque Mauliſſone recepta, Comes Fuxi [k] *cùm accepiſſet in arce penu-* k de Foix.
rium frumenti, rupem ex omni parte circumuallat. Cui animo obſiſtendi Rex Nauarrus (cuius fi-
liam Gaſto habebat vxorem) ſex varij generis hominum millibus contractis, cùm Gaſtonis mili-
tum ordinem robúrque exploraſſet, ſuis paulò retrocedere iuſſis, ad Comitis ſe colloquium ſic ad-
mitti impetrat. Miror te, chariſſime gener (inquit [l]) *neglecta veteri noſtra amicitia Mauliſſo-* l li.10 p.130.
Eius affinitas cū Rege Nauarræ. *nem vindicaſſe, quam tuendam mihi Rex Anglus commiſerat, &c. Cui Gaſto reſpondit. Affi-*
nitatem rectè, Rex illuſtris, commemoras: quamobrem tibi beneuolus & obſequens eſſe debeo, ſi
aliò me non duceret parendi neceſſitas, & honeſtas officij. Carolo Regi ſubiectione & fide cùm ſim
obnoxius, maximè quòd Vaſconiam mea tutela ſuppoſuit, iuſſus ab eo Mauliſſonem cœpi, neque
abſcedam, &c. Hinc Nauarrus copias ad ſe reduxit, & obſeſſi impetrata diſcedendi ſecuritate,
arcem dedidêre. En egregia hiſtoria de viro prudente & amantiſſimo Comite Gaſcono:
circa quem faciliùs ſoluuntur dubia ſi quæ ſupereſſent noſtri finis: vt pote à quo digniſ-
ſimo, reor, tota deinceps prouincia, cui is indigena præerat, nominata eſt Gaſconia,
tum Guienna prouincia, duplicato capituli elemento VV verſo in G dulcius, ſingulare
& conuenientius. Sic præſtitêre cani onomatothetes verborum innouatores, ſeu effica-
ci nominum aucupio gaudentes. Eo nanque pacto Beraldus XCVI. Archiantiſtes Lu- m ſ.1.ann.
gdunenſis [m] dictus eſt vtrolibet modo Vaſco & Gaſco genere. Vt certè non immeritò 1290
Vualterius Præſul Matiſconenſis vocetur denuò Gualterius. Alioqui proculdubio, qui
hoc etymon minimè excipiet, Gualterius ſeorſum foret annumerandus, vel in alium diſ-
Duplex V mutandum. tinguendus, velut ad ſequentem Epiſcopum retrocedendus. Quod auditum non eſt. Hæc
iterum ſcribendi norma fundamentum nouum videtur nanciſci, ex eo quòd vv gemi-
natum Græci haud habent, digni qui à Latinis imitentur, promdéque in alteram con-
ſonantem iure vertendum, quatenus diligenter obſeruarit Fabius Quintilianus ex Hi- n li.12.Inſtitu. oratoriæ,
ſpania Romam appulſus tempore Apoſtolorum, vbi primus publicè ſcholam aperuit. *La-* c.10.de genere dicendi.pa.
tina facundia (ait [n]) *Græcæ diſcipula cenſetur. Circa rationem eloquendi ſonus dulcior, & velut* 636.Parti.
hilarior protinus renidet oratio. Tum alibi: *Licet omnia Italica pro Romanis habeam, plurima* a 542.
Gallica valuerunt [o], *&c.* Additque [p] Caïum & Cneum meliùs leniúſque pronunciari per o pa.36. li.1 c.9 & de vr.
Gaium & Gneum: vt nimirum G ſemper manifeſtet ſe in ore facundum & amœnitate c.13. pro orthographia.
tefertum. Sat dictum pro hac ingenti ſolertæ vocis onomatopeïa ſeu fictione ad gratos
aurium tinnitus efficiendos. p pa.50.

Paragraphus 4.

Alij tres Tituli ſub Vualterio. AD nomen anterius, Vualterium, redeamus: & reliqua de eo ex Titulis paradigma-
ta demonſtremus: eáque duplicis ſeorſum gradus. Primum genus eſt de annexis
cum appellatione Regis ſui æui, tribus documentis. Vnum tale [q]. *Sacr. ſanctæ Dei Eccleſiæ* q fol.146.
ſancti Vincentij Martyris, quæ eſt infra mœnia Matiſc. vbi Vualterius præeſt Epiſcopus, & Ra-
I. *mulphus Præpoſitus, ego Bernardus Presbyter dono vnam vineam pro emptione presbyteratus Cardo-* r parrecia Chardonay.
naci [r], *ſitam in pago Matiſconenſi in agro Plotenſi* [ſ], *in villa Cardonaco, &c. Data per Vuilelmum* ſ a Plotes.
XVI. Kalend. Martij, regnante Henrico Rege. Eſtq; Henricus I. Roberti filius. Sed ne quis
anceps putet eſſe, num phraſis *pro emptione presbyteratus*, ſimoniæ labem denotet & in-
curtat; opinarer ego textum concipi oportere *pro dotatione presbyteratus* ſeu Præbendæ ali-
Simonia non commiſſa. cuius, quæ eſſet beneficium eccleſiaſticum: ad cuius fundationem idem Bernardus vi-
neam applicuerat. Non enim veriſimile eſt pios illos viros intendiſſe ſimoniam perpe-
trare. Adeóque hoc bonum opus eſt, nullo pacto ſimoniacum [t]. Secundum documen- t de ſimili facto vide nu.
rum. *Sacroſanct. Dei Eccleſ. in honore ſancti Vincent. Matiſc. dicata, cui Vualterius Epiſcopus* 35.§.4.extremo.& §.5.
II. *præeſt, ego Adalardus cum vxore mea Sulpicia donamus aliquas terras, quas hactenus iure hæredi-* iſtius Num.
tario tenuimus, pro remedio animarum noſtrarum ſimúlque parentum noſtrorum, vt nobis & illis,
Fundatio. *dicti Martyris precibus remiſſionem omnium peccatorum tribuat piiſſimus Dom. ſunt autem hæ in*
agro Fuſciacenſi, in villa Varennæ, in ſyluis & arabilibus terris atque pratis, ad menſam Fratrum
dictæ congregationis, &c. Et ſi quis præſumpſerit contradicere, ſciat ſe iuſtè feriendum diuina vl-
tione [u], *&c.* Vbi certè nullum equidem præfigitur tempus, ex typo. Verùm ſequax ibi u fol 146.
inſtrumentum valde coniunctum de Fremberto vxorato concludit disertè hoc pacto [x]. x 147.
Data per annum Vuilelmi VI. Nonas Martij, anno primo, regnante Henrico Rege. Illic aduerte
eundem Secretarium, aut idem nomen ipſius, nempe Scribam Vuilelmum, exaraſſe pri-
An.1031. mum allatum hoc Paragrapho inſtrumentum abſque peculiari diario, tametſi ſub eadem
regia appellatione. Vnde facilis illatio eſt, id alterum Reſcriptum, vel etiam vtrunque, to-
tum conſummatum videri anno ſalutis milleſimo XXXI. qui fuit verè primus Regis præ-
fati annus, iiſque Vualterij ſedentis Matiſconi. Et talis Actus emendat calculum Bugno-
nij

III. nij allatum extremo numero antecedente. Tertium documentum. *Sacr.ſan.Dei Eccl.in honore B.Vincent.cui Vualterius Epiſc.praeeſſe videtur,ego Hugo de Cabannis dono in communione Fratrum Domino ibid.ſeruientium,quandam hæreditatem in pago Lugdun.ſitam,Berletum nominatam,* (Notabilis alia donatio.) *ſicut frater meus Otgerius,qui priùs eidem Eccl.de iſta hæredit.donum fecerat.Hoc autem donum facio pro animab.fratris,patris mei,matris,& pro mea,&c.cum pratis & ſyluis, aquis ac terris arabilibus, &c.Datum per manum Armanni IV.Nonas April.Regnante Henrico Rege* [y]. En alius Secretarius: nimirū ſucceſſor Vuilelmi in illo onere publico:& perinde annus huiuſce expeditionis poſterior eſt tempore præfatis Actibus. De Berleto & donatore velut dignis notatu loquitur Bugnonius [z].

y fol. 150.

z pag. 49.

Paragraphus 5.

(Iterum octo alij Tituli.) POſterior geſtorum gradus in genere eſt eorum qui nullo circunſcribuntur tēpore,octonario comprehenſi numero.Primus ordo valdè grauis hic eſto [a]. (I.) *Cuncta quæ inſtātis temporis curſu ſoliditatis vigorē debent obtinere, congruit ea apicum characteribus denotare,quo in futurum inconuulſa queant perſiſtere,& notitia earund.literar.futuras queat lites comprimere. Quapropter notum eſſe volumus cunctis filiis Matiſcenſ.Eccl.præſentib.& fut.quia cùm eſſet Dom.Vualterius Præſul, & Ramulfus PP.* [*] *cum cæteris Canonicis,S.prædicta Eccl. Archidiaconus & Decanus* (I. mentio Decani.) *nomen Vualterius poſcens ſibi conferri quaſd.res de ratione Fratrum,ſitas in pago Matiſc.ſcil. Eccleſ. B.Ioannis,quæ dicitur in proprio cum omnib.rebus ad eam pertinentib. & boſcum caſtamedellum ac clauſum vnum vineæ quam Gerlanus Presb.S.Vincent.dedit,& in villa Viriaco* [b] *clauſum vnum, & in Cantriaco* [c] *vnum,&c.Iterum petiit ſibi dari quaſd.res in pag.Lugdun.in fine Balgiacenſi, in villa Montis manſos cum vineis & domib.pratis,campis,virgariis, ſyluis,&c.Cuius petitionem Dom.Epiſcopus gratam ſuſcipiens,fretus conſilio Canonicor.ſuor.conceſſit prædicto Vualterio dictas res,eo pacto vt loco cenſus in Feſt.S.Vincent.duos ſolidos Canonicis vnoquoque anno perſoluat, & poſt eius exceſſum præd.res ad menſam redeant.* (Olim ei præferebatur Archidiacon.) Octodecim perſonis ſignantibus. Quæ ſanè chartula prima eſt hactenus per nos viſa in Titulis,quæ nomen Decani proferat in Cathedrali Baſilica. (Nunc præfertur cūctis Archidiac.) Imo eum ipſum poſtpoſuère Archidiacono,qui præterea vnicus illic depingitur Præpoſito ſuffectus;alioqui poſthac & hodie quatuor Archidiaconi degunt ac ſedent tum in Choro tum in Capitulo præeunte Decano.Atque hæc eſt de nouo eruta ex Titulis doctrina. (II.) Secundus ordo. *Notum ſit vniuerſis hominib. quòd ego Vuido & vxor mea Eldebergua pro adipiſcēdis ſalutis noſtræ ſubſidiis* [d], *damus S. matri Eccleſiæ infra mœnia Matiſc.ad honor. Dei & Vincentij Mart. cui Vualterius Epiſc.præeſt,vnum de meo iure manſum in villa Modoy* [e] *iuris perpetui poſſidendum, &c.* quinque perſonis approbantibus. (III.) Tertiò prodeunt Acta Clerici Breidaci ſimilia penè expetentis,ac obtinentis [f]. Quartò & pariter Vuarnerij [g]. Quintò, necnon cuiuſdam piæ fœminæ [h]. Sextò, exinde Rorberti militis [i]. (VII.) Septimò,hac ſerie: *Not. ſit omnibus Matiſc. Eccleſiæ filiis,quia cùm reſideret Dom.Vualterius Epiſc. in Synodo ſua,in Conuentu Canonicor. plurimorúmque Sacerdotum, adiit eius præſentiam quidam miles nomine Gauſlenus humiliter depoſcēs* [k], *vt concederet ſibi per precariæ firmitatem quaſdam Eccleſias ſcil. Eccleſiam de arce in honore B.Ioannis ſacratam,& aliam de Chiſciaco in hon.B.Petri. Dominus itaque Præſul dignum ducens precibus eius annuere per Conſilium Canonicorum conceſſit præd. Gauſleno per precar.prædict.Eccleſias, vt ſoluat ſicut ſupra* [l]. (Synodus.) (Eccleſ. S.Ioā.) Octauus denique & vltimus ordo ſic habet. (VIII.) *Notum ſit omnibus Matiſc. Eccleſiæ filiis,quòd veniens Bernardus prænominatus Groſſus ante Altare B.Vincent. Mart.in præſentia Vualterij Epiſc. & Canonicor.eiuſdem Eccleſ. vuerpiuit vel dedit Canonicis ipſius loci decimas condaminar.* [m] *ſuar.quas iamdudum tulerat eis,ſimiliter & ſextarium vini ac vnū panem,quæ tempore meſſionis miniſtri eiuſd. Bernardi requirebant ab hominibus Canonicor.loco cenſus vel eulogiarum,dum Canonici ipſas decimas poſſidebant. Sunt autem hæ condaminæ in pago Matiſcon. in parochia S. Mariæ de Amoniaco* [n], in villa Satciaco [o],&c. (De bonis.) Præterimus Vualterium Archidiaconum & Canonicum in generali Capitulo petentem Vualterio Epiſcopo de rebus in precariam,&c. [p] Aliò diuertamus.

a fol 52. 53.

* Præpoſitus.

b Viry vel Viré.

c Chamiré, parœcia.

d fol. 90.

e vulgò Mony, parœcia Priſciaci.

f fo. 153.

g 112.

h 157.

i ibid.

k 160.

l in ordine.

m aliàs condeminarum.

n d'Amugny, ſous Vxelles.

o fo 162. aliud leue fo. 181.

p fo. 191.

Paragraphus 6.

(Alia V. loca.) SVb hoc Vualterij tempore patent ſeorſum alij quinque Actus diuerſis ex locis. Vnus notatu dignus in Titulis,de quo hîc meritò habēda eſt mentio,etſi locus nominis Epiſcopi haud meminerit. (I.) *Notum ſit omnibus filiis ſan. Matiſcon.Eccleſiæ præſentib.ac fut.* (ait Charta [q]) *quòd anno ab Incarnat.Domini,milleſimo quinquageſimo primo, Hebræi Matiſcenſ. conſuetudinem debitalem habebant pigmenti,quod in natali Innocentium Cantori ipſius Eccleſiæ reddere conſueuerant, &c. Iterum ſe idem debitum vlteriùs reddituros confeſſi ſunt, non abſque certa menſura & pondere, vt ante fecerant. Vnde quartam partem iam penè truncauerant. Debent ſub communi conſtitutiōne libram pigmenti. Huius itaque debiti libram firmauerunt in manu Ramulphi ſe deinceps reddituros tempore Natiuit.Dom.& tempore Paſchali caligas de optimo panno.* (Iudæi quondam Matiſcon.) (Temporalia ſeruitia Eccleſiæ ſolueutes.) Cum teſtibus quinque. En vetus conteſtata aſſertio, quæ docet Iudæos Hebræorum nomine

q fol 182.

quondam Matiſconi incolas habitaſſe & receptos fuiſſe, vt alibi quoque paſſim in Galliis, eo quidē onere vt in ſignum ſeruitutis ex ſuis temporalibus Eccleſiam Maticenſem recognoſcerent, Romanæ Eccleſiæ membrum, aduersùs fidem cuius ipſi tamen odia nuſquam peritura conceperant, & eius pergunt euerſionem minitari, vbicunque diſperſi ſuperſunt. Secundus item locus eſt eiuſdem circa Iudæos materiæ: verùm aliunde, nimirū ex reperto libello MS. nobilis Eccleſiæ S. Petri Matiſconēſis, hac periodo r. *Ego quidam Ebreus nomine Bo-* r pag. 54.
II. *nius vendo tibi, Arlebalde, & fratri tuo Ricolfo Presbyteris, & Duranno vnam vineam, quæ eſt in Comitatu Matiſconenſi in agro Salorniacenſi in villa Vriniaci, terminatur, &c. Si quis contradixerit*
De eadem gente. *auri libras V. componat, infirma permaneat. Sign. Bony Hebrai, Bonioli Hebr. Durabli Hebr. Boni fily Hebr. Actum Matiſconi, regnante Roberto Rege* ſ, hoc eſt, anno ſalutis MXXX. ſeu vltimo ſ pag. 54. regij illius ſceptri ob nexus adſequentium, calculo ſcilicet aſcendente paulò altiùs quàm ferat locus præcedens eiuſdem nationis Iudaicæ propter mutatum authorem, at ſemper intra cancellos Vualterij Matiſconi Pontificantis. Tertius locus eſt alterius obiecti ex eodem MS.
III. Baſilicæ D. Petri cum adſequentibus duobus. *Dominis & fratribus Ardebaldo Canonico, & fratri ſuo Ricolfo, ego Conſtantinus & vxor m. Ermengardis vendimus vineam ſitam in villa Vriniaci. Terminatur, &c. Habet in longitud. perticas XXI. & dimid. in latit. IV. & dimid. Si quis contradixerit, auri vncias tres componat. Anno primo, regnante Heinrico Rege* t. Id eſt, ann. Chr. MXXXI. t ibidem.
IV. Quartus locus prolixior, at excellentior. *Placuit atque conuenit inter Vualterium Abbatem ſuburbana Abbatia Matiſc. dicata in honor. Apoſtolor. Petri & Pauli cum Canonicis ipſius Eccl. necnon &*
Abbas S. Petri. *de alia parte Stephanum Priorem S. Martini Cellæ cum tribus quoque eiuſdem Eccl. vt terras inter ſe commutarent: quod & fecerunt. Imprimis autem Canonici S. Petri cum præfato Abbate tribuunt partibus S. Martini duos campos & vnum pratum, quæ ſunt ſita in pago Matiſconenſi in agro Salorniacenſi. Prope cellam S. Martini ſunt campi, inter ſe tamen diuiſi. Vnus campus terminatur à mane terra comitali, &c. Actum regnante Aynrico Rege* u: ſcilicet primo præfato huiuſce nominis. Quin- u pa. 13. aliud pag. 10.
V. tus & poſtremus locus. *Eccleſia Dei ſacroſan. SS. Apoſtolor. Pet. & Pauli, quæ fundata eſt extra muros Matiſc. cui præeſſe dicitur Gualterius, ego Girberga fœmina cum aſſenſu trium filior. meor. dono aliquid hæreditatis meæ, quantum viſa ſum habere in villa Poliaci, in agro Fuſtacenſi, eo pacto, vt poſt obitum meum ſepeliant me, & in vita mea vno quoque anno in veſtitura accipiant ibi quatuor ſextarios vini, & poſt obitum meum liberam facultatem habeāt faciendi ex eis quicquid voluerint, ſine vllo contradicente, &c. Data per manum Gulielmi ad vicem Rannulfi XII. Kal. Nouemb. regnante Philippo Francor. Rege.* Fuitque ille primus huiuſce appellationis x, qui Gallias rexit ab anno MLXI. ſemper intra limites & ambitu Vualterij ſeu Gualterij Epiſcopi, adhuc per ſequēs biēniū ſedentis Matiſconi. Hinc paulò antè y. *Marcellinus Canonicus filius Raeulfi dedit S. Petro vnū boſcum in villa Fuſciaco* z, *&c.* Cætera præfatæ Baſilicæ, quę fixam temporum ſedē non habent, vide colligata ad calces, tum Gauſleni, tum Berardi Epiſcoporum *. Sequuntur diſcrepātia.

x Roberti filius pag. 43.
y Roberto Rege.
z p. 44.
* nu. 35. & 40.

Paragraphus 7.

Vuſchardi de Bellijoco piures.

ADeſt ingēs error Bugnonij, nō modò in re hiſtorica à ſe promulgata, verùm denuò ratione tēporis ſeu Chronologiæ, quā ipſe ad dies huiuſce Antiſtitis Vualterij perperā referre putauit p circa Bellijocenſes nonnullos Principes Eccleſię Matiſcenſ. munera repēdentes. Etenim poſtquam idē Author Berletum deſcripſit aliunde huic conceſſum Eccleſiæ, de quo dono nos ſuprà q puriſſimè ex intimis hoc Numero autographis; is ſubinde hiſtoriā de Bellijocēſib. inſeruit r, ſanè vnicam eámque maturius quàm par fuit; cùm tamē duplex & tardiùs multò depingenda foret. Qua tradita per eum hiſtoriolā, pergit immediatiùs exprimere renouatā litem Odilonis Abbatis Cluniacenſis, eiúſque aduentū in Capitulū Eccleſiæ Matiſcon. de quo themate iam nos ab exordio præſentis Vualterij ſ. Vt verò congruum ordinem obſeruemus in præfata bis aut ter recitanda hiſtoria, exordium ducemus ab antiquiſſimis Eccleſ. Titulis MS. velut è puriore totius veritatis fonte t. Quippe ipſamet ibidem latet, verùm perperā hoc æuo à Bugnonio cōplicata. *Sacr. ſan. Dei Eccl. intra mœnia Matiſc. fundata* (infit locus) *in honor. S. Dei genitricis ſanctorumq́; Mart. Vincent. Geruaſ. atque Prothaſ. beatorū quoq; Apoſtolor. Petri & Bartholom. dicata* *, *ego Vuichardus miles de Bellijoco, reminiſcens peccatorum meor. enormitatē, ſimulq; offenſionū, & malorū, quæ contra S. Vinc. & locū eius & famulos ipſius perpetraui: propterea vt ipſe glorioſus Mart. pro peccatis & offenſionib. meis apud Dom. interceſſor exiſtat, dono ipſi & prædicta Eccleſiæ eius in communione Fratrum Domino ibidem ſeruientium de hæreditate mea vnum manſum in Comitatu Matiſconenſi in villa Brurerias, in agro Biliaco cum vircariis, campis, vineis, pratis, & omnibus pertinentibus ad eum, ſicut quæri poterit in futurum, vel ſicut Berardus Rencho tenuit, vt faciant de eo quicquid voluerint in Dei ſeruitio. Sciant autem omnes propinqui fideles & amici noſtri, quòd ſine vlla retentione ac requiſitione iſtud donum feci. Quòd ſi quis requirere, aut S. Vincentio & Canonicis eius in futurum voluerit calumniari, aut ſeruitium aliquod*

Patroni Eccleſiæ Cathedralis Matiſconenſis.

p p. 49. & 50.
q 58. 4 in tit. 5.
r pa. 50. & 52. Lugd. 1560.
ſ 5. 1.
t fo. 163.
* De quibus ſex Sanctis Patronis, vide 59 ſeu penult. infrà hoc Numer.

Donum Vuichardi II. pro ead. Eccl. ex Titul.

aliquod, vel debitum ſuperponere, non valeat adimplere vel perficere. Sed pro ipſa præſumptione ſubiaceat maledictioni æternæ. Sign. Guichardi qui firmari iuſſit., vxoris eius Ricoariæ, & filiorum eius Humberti, Guichardi, atque Dalmacij: Sign. Gauſmari de Peſeu [u]*, Rotlanni de monte-agniaco. Memoratorium de manſis quæ ſunt ſancti Tmitherij: ſunt manſi indominicati veſtiti, ſoluúntque incenſum, &c.* Hanc autem hiſtoriam nonnulli fortaſſis primâ fronte arbitrarentur eandem complecti donationem hîc tanquam in propria perſona loquentem, qualis in tertia enitet ſuprà §. 1. Verùm certè diſcrepantia teſtium vtriuſque Actus digito monſtrat, duo eſſe diuerſa inſtrumenta. Quod tamen vniuerſùm negotium, nimirum Chartam præſentem, ſic inuertit Bugnonius in poſteriore bicipitis tractatus parte. Prior quidem ritè hoc pacto. *Vuichardus de Bellijoco & Ricoaria eius vxor nobiliſſima Domina aliquot dona impertiti ſunt Eccleſiæ ſancti Vincentij & Epiſcopo, de rebus quas Vuichardus pater annuatim à ſuis colonis percipiebat* [x]*: & hoc quidem geſtum præſentibus Stephano de Villariis ac Hugone de Chinigny, è cuius familia oriundus fuit Remondus de Chinigny Abbas vltimus Monaſterij ſancti Petri Matiſcon. vir ſapientiſſimus atque doctiſſimus.* Deinde erroneus, alius tractatus ſic. *Attamen iſte Vuicardus* (addit conſequenter) *erat filius alterius Vuichardi, qui pro vxore ſumpſit Ricoariam de Salornayo* [y]*, ex qua filium genuit, obtinuítque aſſiduis apud Deum precibus, ſucceſſorem Dominationis Bellijoci. Propter quod acceptum diuinitùs beneficium, & pro ſatisfaciendo ſuæ conſcientiæ dedit quandam villulam ſeu coloniam* [z] *Eccleſiæ Matiſcon. in præſentia Gauſmari de Pize* [a] (ait) *& Rolandi de Montagny. Atque ab eo tempore Dynaſtæ Bellijoci miro ſe deſiderio ſemper deuouerunt Eccleſiæ Matiſconi* [b]. Circa hos poſteriores Bugnonij textus præcipuè quatuor animaduerſionum genera meritò introducenda ſunt pro reſtituenda in lucem veritate. Primùm, neſcio certè à quo archetypo author priorem tractatum hiſtoricum vſurparit, vbi Villarius & Cheuiniacus teſtes feruntur. Solus enim alter diſertè apparet in Titulis antiquis multò perfectiùs ſuprà [c]: teſtibus Gauſmaro atque Rotlando. Secundò, vtrobique tractatuum falsò ſcribit Bugnonius Vuicardum Ricoariæ Salornicenſis maritum nactum eſſe patrem, qui etiam Vuicardus nuncuparetur ſub Vualterij Epiſcopi tempus. Quippe, ex Claudio Paradino in completa arbore conſanguinitatis Bellijocenſium à nobis amplior effecta & elaborata ſub Guidone II. Archiepiſcopo Lugdunenſi XCIV. [d] conſtat patrem Vuicardi mariti Ricoariæ de Salornayo extitiſſe Humbertum III. itémque filium eiuſdem Vuicardi Humbertum IV. cum aliis quatuor maſculis inde natis, cunctis ab anno M. CLXXX. ad annum M. CC. hoc eſt vno verbo, annis pluſquàm CXX. poſt Vualterij deficientis Epiſcopatum. Verùm dicam certè; & aperiam vnde, reor, proficiſcatur Bugnoniana allucinatio, quam à longè videor tutiùs proſpexiſſe, & in mentem ipſius penetraſſe. Is Author in tota Bellijocenſium proſapia duplicem ſuperiùs deſignatum à ſe Vuicardum duntaxat agnouit. At nos quadruplicem deprehendimus in eadem. Ille rurſus vnicam Ricoariam nobiliſſimam matronam credidit inter Bellijocenſium Dynaſtarum vxores: nos verò duplicem facimus huic propagini affinem vi coniugij ſingulis eiuſmodi rebus in Bellijocenſium arbuſcula per nos diſtinctis ſub præmiſſo Guidone. Etenim liquet ibidem, imprimis ſub octauo generationum ordine floruiſſe Vuicardum II. de Bellijoco, maritali lege vinctum cuidam fœminæ Ricoariæ, cuius paterna hactenus ignota eſt propagatio. Atque ille eſt iuuenis Princeps, qui multam exhibuit reuerentiam ſeni conſanguineo Antiſtiti Vualterio, de quo reddito honore patent Acta §. 1. cum inſignita vxoris ſuæ nomenclatura ex vetuſtiſſimis Manuſcriptis Titulis valdè tutis: & cuius viri militis genitor habetur Vuicardus I. ſub generatione VIII. filius Humberti I. fratris noſtri Præſulis Vualterij, ſeu dictus aliis nepos Epiſcopi, vt in propria vulgi appellatione vtar, veluti poſthac ſic fari cogimur breuitatis gratiâ, tametſi vox illa ſit deſcendentium ex recta geniture linea, non ex collaterali. Deinde verò, prætermiſſo hîc à nobis Vuicardo III. ſub generatione IX. mox in Tabula Geneſeos X. adſequitur Vuicardus IV. vxori Ricoariæ de Salornayo nuptus. Iam autem, hinc homonymiam detegamus. Bugnonius, qui nuſquam in Titulos Baſilicæ penetrarat, vnicam omnino Ricoariam reſciuit: quam vbi cenſet pertinuiſſe ad perantiquam nobilem familiam de Salornayo, profectò aut nullatenus debuiſſet eam tribuere Vuicardi II. filio, vtroque coætaneo Antiſtitis, ſed lubentiùs talem polliceri Vuicardo IV. tardiori: aut ſaltem è diametro diſertè oportuiſſet ipſum dixiſſe, quòd Vuichardus II. deſponſaſſet Ricoariam ignotæ gentis, diſcrepantem à Ricoaria Salornicenſi, ne ima ſummis confudiſſet, dum hiſtoriam nectere intendebat Vualterio Pontifici. Inde pro tertio vniuerſalium animaduerſionum genere ad ſtandum promiſſis, ſcitote quòd omnes illi quatuor Vuicardi, ſiue horum quiſque inſignitur *Miles de Bellijoco*, hoc eſt, nobilis ſurculus de familia Principum Bellijocenſium emergens. Idque propterea dictum: partim quia nunquam primi tres peruenêre ad præcipuam paternæ domus ditionem,

Eius donum ex Bugnon.

Bugnonij error circa Vuicardi qualitates.

Ricoaria duplex fœmina nobilis.

[u] aliâs de Piſois, domus & familia nobilis ac antiqua inter Bellijocū & Bellamvillam.

[x] Bugn. p. 50.

[y] vulgò de Salornay, Paradin. Et malè vertit Bugnonius Gallicè de Salornax.

[z] vne metairie, grangerie.

[a] videat vbi ita legerit: nō ſic in archetypo Titul. ſupra.

[b] pag. 51.

[c] hoc §. init.

[d] §. 3 generat. 9. & 10.

N 2   & ex

& ex parte, quia quartus ſeu poſtremus huiuſce vocis initio ſuæ maioritatis non fruebatur tali dominio. Ille tamen deinceps euaſit Dominus Bellijoci, aut id dominium ingreſſus eſt poſt obeuntem fratrem ſuum Guichardum huius nominis ſecundum, ex allatis loco cit. Vnde, quando hæc Acta Vuicardi prodiêre præſentibus Stephano de Villariis, & Gauſmaro de Peſeis, quæ *Datâ* diarij orbantur: ſanè nondum appulerat ille Vuicardus ad ius hæreditatis paternæ, obſtante fratre Guichardo natu maiore, qui diebus illis florebat. Idq; ſic aſſertum velim, ſi fortè de illo quarto loqui intendat Bugnonius. Nam alioqui duo præfati teſtes ac cæteri rem confirmarant coram Vualterio Antiſtite, qui viſus eſt coętaneus ſolis Vuicardo I. & II. tum ſequenti poſtea ſeculo deguit quartus. Atque profectò vltimus ille ante obtentum ex ſucceſſione totius patriæ dominium, conſequebatur iam antea amplum (vt loquuntur) appennagium in patrimonio, eo nimirum vxorato Ricoariç ſecundę, priuſquam ei ditio ad integrum incidiſſet. Hoc autem erat diſcriminis inter illos Principes: vt qui eſſet Dynaſta patrimonij, vocaretur *Dominus Bellijoci* (in genitiuo caſu) & qui minimè, ſed cum dote, partéve fundi viueret, appellaretur Miles *de Bellijoco* (in ablatiuo) ſeu de præcipua horum Optimatum radice ortus: quatenus ea inſuper phraſi connotari ſolebat Vuicardus nepos præſentis Antiſtitis Vualterij apud Matiſconem. Talémque nepotem præceſsêre eius fratres thori prioris, quaſi prędecitores, ne ſuas ipſe dominandi haberet vices, nempe Hugo I. deindéque Guichardus I. qui filium hæredem nactus eſt Humbertum II. antequam idem Vuichardus I. nepos Vualterij Præſulis morte finiret. Itaque, quarto denique loco Bugnonius peſſimè Vuicardum IV. reducit ſub Vualterium Epiſcopum: qui Vuicardus floruit vno ſeculo ac ſemis poſterior; cùm dominari cœperit anno M. C. XCIX. Adeóque eius hiſtoria iſtic diſcutienda non fuerat, quin potiùs ipſam differre oportuiſſet ſub Raynaldum XLIV. Epiſcopum infrà. Hinc etiam filij eiuſd. Vuicardi IV. ſcilicet Humbertus, Guichard. Dalmacius, &c. ſuprà in ipſis Titulorum periodis recenſiti non debuerunt per nos affigi in Tabella genealogica Guidonis Lugduñenſis ſub eodem Vuicardo II. huiuſce temporis ſeu Numeri, ſed lubentiùs ad inferiora, tanquam filij verè Vuichardi IV. ac ſi textus Titulorum actu conſiſteret ſub Raynaldo. Qua de re Lectorem obiter monitum volumus: ne alioqui miratetur in Tabula ſub Guidone perſpicienda & conferenda prioribus labus vna cum iſto loco aut textu. Ratio autem quorſum ſic iudicamus hiſtoriam ſeriùs transferendam, non oritur ſanè ex temporaneo aliquo ſcrupulo in textu, quia pagellæ illo carent beneficio, quo perornari debuiſſent, quemadmodum cęteræ clariùs libellatæ. Sed eam rerum demiſſionem facilè coniectamur ex circunſtante rerum ſubiecti natura, teſtibus, & reliqua Bugnonij ſcriptura. Cæterùm de Vuichardo I. & II. alia collige ſub Berardo XL. Antiſtite §. 6.

Quatuor obſeruationes. — Vuicardus 4. aliò deorſum remittendus.

Paragraphus 8.

San-Iulianus malè de præfatis etiam rebus.

VNà perinde ſoluenda ſunt ea quæ Petrus à S. Iuliano in Burgundionum originibus de præmiſſa materia paucioribus miſcet annis viginti [g] poſt ſcribentem Bugnonium: *Vualterio Epiſcopo Matiſcon. fuère difficilia valdè negotia* (ait) *dirimenda cum Vuicardo aut Guichardo Barone Bellijoci, & aliunde cum Bernardo de Brancione, cognomine Groſſo, Domino d'Vxelles, ob varias omnino vſurpationes ab vnoquoque horum factas in decimas aliáque bona Eccleſiæ Matiſconenſis. Sed ipſis propriâ ſynthereſi tactis intrinſecus: venerunt ad pedes Antiſtitis veniam poſtulantes: proteſtantes cum pollicitatione non ampliùs redeundi ad prauos eiuſmodi vſus.* Aduerſus eas Authoris allegationes nos ſex reſpondemus. Imprimis vim & conatum omnem admittimus, quo ille niſus a Bernardo illatos enarrat. Etenim quæ ſuprà de viro ex Ar-

Sex noſtræ in eum narrationes.

I. chiuis MS. depromplimus [h], ſonant *decimas condaminarum, quas dudum tulerat à Canonicis, ac dedit, &c.* Verùm reliqua cuncta in San-Iuliani tractatu contenta circa Bellijocenſes planè reſpuimus [i]. Nam ſecundò, ſub æquiuoca ſpecie nominis Vuichardi vel aliàs

II. Guichardi, qualiter author hunc Dynaſtam Bellijoci affecit, non eſt quòd quis recurrat ad Guichardum I. Dominum Bellijoci, quaſi tales iniuriæ ab eo credantur illatæ contra Epiſcopum Vualterium. Ratio eſt, quia idem Guichardus erat patruus omnino conſanguineus Vualterij, ex colligendis veſtigiis è libris Obituum Eccleſiæ Collegiatæ Bellijoci per nos citatis in arbore eiuſdem ſanguinis ſub Guidone II. Archiepiſcopo Lugdun. XCIV. Quibus ſcriptis decet fidem ſatis indubiam adhibere: niſi oppoſitum ſole clarius fortaſſis in poſterum argueretur ex robuſtiore inſtrumento occurrente. Dum verò ſemper nos ex archetypis tutiùs agere nitimur: ſanè nondum illi typi MS. San-Iuliano & Bugnonio noti fuerant: neque idcirco putarunt Vualterium fuiſſe oriundũ ex Bellijocẽſium proſapia. Poſita autẽ illa eadẽ ſobole penitiùs mox explorata: profectò veriſimile nõ eſt Guichard. I. quid machinatum fuiſſe aduerſus filium fratris Deo & ſacris Altarib. mancipatum; ſi illo

Eius hiſtoriâ non intelligi de Guichard. I. Dom. Bellijoci.

[g] edidit San-Iulian. Pariſ. 1581.

[h] §. 4. fin.

[i] ipſa pa. 181.

ſi illo prorſus rempore dominaretur. Tertiò Guichardus I. nupſit Lucianæ, & ſolus Vuicar-
III. dus IV. Ricoariæ Salornacenſi in tota Bellijocenſium amplitudine, ex Paradino & libris
obituum. Quæ quidem Ricoaria eſt præcipua imò vnica baſis huius noſtræ defenſionis.
Nam ſolus eius vir rem habuit cum Epiſcopo Matiſcenſi, ſi tandem veri ſint præfatorum
Authorũ de Vuicardo niſus. Ergo lis eiuſmodi mota fuerat à marito, qui propriè Vuicardus
nuncupabatur, & qui veriùs militaſſet contra Reinaldum Epiſcopum ei ſynchronum, in-
IV. frà conſtitutum, nec vlla affinitate iunctum ipſi Vuicardo de Bellijoco aut ſuis. Quartò, ne-
que eſt quod ad ſubterfugium moliendum quis pro San-Iuliano obiiciat Vuichardum ab-
ſolutè ſumi potuiſſe pro Guichardo, vt pote mutando V in G, ob rationes deductas per noſ-
metipſos in nomine Gualterij ſumpto pro Vualterio Epiſcopo k. Nam præterquàm quòd k hoc nu. 36. §. 2.
id optatum finem nihil iuuat: inſuper antiqui Bellijocenſes Dynaſtæ non intendebant
nomina voluiſſe ita confundere, quia alioqui ſumma confuſio lateret in ipſorum genealo-
gia, eò quòd extitêre in illa octo viciſſim Guichardi ad minus, præter tres ſeorſum Vuicar-
dos peculiari appellationi ſinendos. Ergo minimè cenſuerunt talia ex baptiſmate nomina
permiſcenda: vt neque neceſſum eſt vbique verti oportêre V in G, ſed accedente cauſa mo-
V. rali cuique liberum fuit priorem conſonam ſi poſtuletur retinere. Quintò, neque rurſus il-
le Guichardus I. potuit eſſe diſceptationis motor, tanquam Dominus aut Baro Bellijoci, vti
auſus eſt affirmare San-Iulianus cum Bugnonio. Quippe Princeps ille cœpit dominari ab
anno duntaxat M.LXVI. qui eſt ſecundus aut tertius annus ſedis Drogonis Epiſcopi ſuc-
cedentis. Adeóque Vualterius Antiſtes abierat è vita tribus vt minimum annis priuſquam
Guichardus Baro diceretur. Et inſuper textus archetypi antea per nos de Vuicardo l recen- l §. 7. init.
ſiti vniuerſim tantùm loquitur de enormitatibus à ſe perpetratis *Contra ſanctum Vincentium*
& locum eius ac famulos ipſius. Neque ſpeciatim Vualterij Epiſcopi reminiſcitur, aut malo-
rum in ipſum conjectorum. Et neque tutum in id foret diuerticulum, dicere Guichardum
ante ſuum principatum exigere potuiſſe ea, quæ narrantur eſſe geſta contra Eccleſiam, tan-
quam à ſe facta nomine Hugonis fratris ſui prouectioris, vel fortè etiã nomine patris Hum-
berti I. Dynaſtarum regionis. Etenim tale mandatum maioris ad iuniorem haud facilè per-
ſuadetur, niſi reuerà domeſticis apertiſque titulis demonſtretur: alioqui hoc eſſet ani-
mo ficticia ſolùm imaginari, quæ nullum in re habent fundamentum, vt probabilia conci-
VI. piantur. Sextò & vltimò; idem San-Iulianus ſe inſcium manifeſtat, quando Vuicardum
ſeu (vt ſentit) Guichardum putat Baronem illo actu pendente. Nam autographus per nos
è latebris foras miſſus, connotat ſolummodo eum militem m, necdum Baronem aut herum m cadet de la maiſon.
domus n. Vnde loquitur ille author & ſocius abſque adminiculo quo fulciantur, aut ſine n ex §. 5 ar.
primario ſcriba, quem ex officio allegare debuiſſent; neque tamen id munus præſtiterunt. 3. & 4.
Et ſic fantur nugas in aëre. De reliquo non eſt quòd præfatam duplicis nominis enunciatio-
nem à San-Iuliano editam quis pro eo autumet fundatam videri in ipſomet noſtro textu è
Titulis antiquis deprehenſo, vt pote in cuius corpore Princeps vocetur *Vuicardus*, in extre-
ma autem ſignatura ſcribatur *Guichardus.* Nam potior eſt multò ſculptura corporis, quàm
finalis aduentitia in vno aliunde exſcribente è vetuſtioribus codicillis. Qua in parte bonus
quandoque dormitauit Homerus. Videndus aliter Paradinus pergens ex profeſſo. Atque
tandem diſcite has ſex ratiunculas in San-Iulianum reuolutas, communes denuo eſſe, vt
militent quoque in Bugnonium: & quatuor ſuperiores Bugnonio aduerſantes, iterum com-
munes cenſendas, vt San-Iulianum corripiendo lucri faciant. Omnes autem decem refuta-
trices vtrique ſimul authori bellum minitantur.

Circumſtantiæ ad hoc deficiunt & fallunt.

Guichardum non confusè hic ſumendũ pro Vuicardo.

Guichardus nondum erat Dominus Bellijoci tempore Vualterij Epiſcopi.

Vuicardus malũ inferẽs Eccleſiæ nõdũ erat Dominus Bellijoci.

Rationes inſeruiunt etiã cõtra Bugnonium.

Paragraphus 9.

ABſolutis præfatis duobus Paragraphis ad qualitatem perſonæ Vuicardi de Bellijoco ſpectantibus: ſequitur tradendum, quomodo is à texturæ ſuæ donationis initio ſeu nota humilitatis denominet ſex patronos Cathedralis Baſilicæ Matiſconenſis, cùm paſſim cuiuſque Eccleſiæ vnicus vulgò attribui ſoleat patronus, qui hodie prædicatur diuus Vincentius Martyr in Clero, veluti etiam manifeſtum eſt ex vetuſtioribus reliquis paradigmatibus hoc in Volumine celebratis, & de antiquo Titulorum Manuſcripto mutuatis; qui omnes textus vnicum paſſim Vincentium velut loci patronum diuulgant. Certè prima frõte mirum quibuſdam cenſeretur, quorſum tot patroni ab Vuicardo nominantur: & id fabulæ loco reponerent illi, qui hoc æuo in regione ſolitarium Vincentij nomen famoſum peraudiunt. At ſedula præcedente inueſtigatione ego deprehendi ſenarium hunc numerum patronatus Eccleſiæ cenſendum veram hiſtoriam. Quippe in proceſſionali Codice MS. Cathedrali, poſt ſolitum completum ſalis & aquæ exorciſmum infra Chorum, deſcribuntur preces decantandæ in reditu Dominicalium Proceſſionum à Clauſtro in templum, vt mo-

Plures Diui Patroni Eccleſiæ Matiſcenſis.

ris quoque eſt iiſdem feſtis in aliis Prouinciæ ſeu Galliæ Eccleſiis. Secunda autem illic audita oratio eſt eiuſmodi, commodè & directè ad propoſitam theſim inſeruiens. *Via Sanctor. omnium Dom. Ieſu Chriſte, qui ad te venientibus æternæ claritatis gaudia contuliſti, aditum Templi iſtius Spiritus ſancti luce perfunde: qui locum iſtum in honore B. Mariæ ſanctorúmque Apoſtolor. ac Mart. ſuor. Petri, Bartholomæi, Vincentij, Geruaſij atque Prothaſij conſecraſti: præſta, omnipotens Deus, vt omnes iſti in te credentes obtineant veniam pro delictis, ab omnibus liberentur anguſtiis, impetrent quicquid petierint pro neceſſitatibus ſuis, placere ſemper præualeant coram oculis tuis, quatenus per te Beator. ſupradictor. omniúmque Sanctorum interceſſionibus muniti aulam Paradiſi mereantur introire. Qui cum Deo Patre, &c. fol. VII.* En diſerta probatio. Quæ precatio Matiſconi aſſueta demonſtrat optimam extitiſſe Vuicardi præſentationem. Talis autem obſecrandi formula hactenus ferè in Cathedrali perſeuerat: & ceſſaſſe duntaxat putatur ab anno 1601. quando R. Gaſpar nuperrimè dignus Antiſtes ex Capituli aſſenſu vſum Romanum introduxit Cathedræ totique Diœceſi Maticenſi. Vnde ab eo tempore hactenus Magiſtri Chori pergunt alias ipsius precationis loco inducere & variare oratiunculas; non tam ex tacentium decernentium præſcripto, quàm ferè ex Magiſtrorum nutu & libero eligendi ritu circa eas res adiaphoras. Verùm certè in ſignum veteris Diœceſeos pietatis erga tot Sanctos, Eccleſia Cathedralis die 19. Iunij obſeruat Feſtum ſeu officium ſemiduplex ſanctorum Geruaſij & Prothaſij, ſic retentum ex veteri vſu ab anno præfato 1601. in poſterum: tametſi in Kalendario Romano ſit tantummodo ſimplex. Porro, peculiaris Dedicatio Cathedræ fit die 10. Aprilis: totum de communi. Hæc verò Patronorum enumeratio index eſt, quòd illa Baſilica decorata fuit olim ſacris eorundem quinque vel ſex Diuorum teſſeris & Reliquiis, forſan tamen proiectis ac profanatis in duplici vrbis Clauſtríque deprecatione noſtro pene æuo o miſerè facta publico furente ſacrilegorum Caluinitarum latrocinio: eò quòd inter paucas, quæ in Altari ſuperſunt Reliquias, confuſiſſimas ſine conſcriptis titulis, iſtæ non ſecernuntur, neque ſciuntur aut dignoſcuntur eſſe inter præfatorum Sanctorum oſſicula, quia mixtim viſuntur concluſæ in theca communi. Sed profectò, quoad methodum apud hos diuos retinendam, quatenus ibidem inuocandos vel ordinandos, &c. duo paſſim opinantur hodie varij è Clero. Vno ſenſu, quòd maius Altare fuerit conſecratum (quamuis incerto tempore) ſub inuocatione ſanctorum Geruaſij & Prothaſij Fratrum Martyrum Mediolani, Imperantibus Marco Aurelio Antonino & Lucio Vero p: tota autem Eccleſia mox ſtans erecta, ſub tutela ſancti Vincentij florentis in Hiſpania vno ſeculo & ſemis tardiùs, omiſſis aliis qui putant vetuſtius Templum fuiſſe priùs delibutum Chriſmate ſub patrocinio ſancti Stephani protomartyris, præmiſſa Virgine Matre ſingulis horum Sanctorũ, non tam velut ad eius honorem duntaxat, quàm ſicut moris quoque cenſetur eſſe alibi de ea præmittenda, eò quòd illa in cœlis prima, ſit quaſi Regina reliquorum Sanctorum. Aliis opinionum ſenſus eſt, quòd proceſſionalis allata precatio ideò Vincentium minimè præmittit, ſed Apoſtolos, quia in nominando, illa oratio ſeriem ordinandæ Chronologiæ veneratur. At in Actis Vuicardi Bellijocenſis Vincentius præfertur ordine dignitatis loci, tanquam præcipui ibidem ſuſcepti tutoris ante reliquos Martyres & Apoſtolos ſeriùs fortaſſis per Reliquiarum pignora illuc allatos: & tamen cunctos orthodoxè ſimul inuocari ſolitos. Adeóque Cathedralis Baſilica ſolennes de ſancto Vincentio Octauas peragit à die 22. Ianuarij: quales ceremonias ipſa minimè præſtat pro aliis ſociis tutelaribus Sanctis & in patrocinio loci coadiutoribus expetitis. Sícque licet plures ordinatè in eodem Templo ſibi retinere cuſtodes efflagitandos, tanquam fortiores apud Deum mediatores. Denique meritò ad extremum obſeruare decet, quòd hodie perſpicimus Oratiunculam præmiſſam, *Via Sanctorum, &c.* retineri denuo proceſſionaliter diebus Dominicis in Eccleſiis Lugdunenſibus ac Bellijocenſi, perindéque in aliis (reor) ex ipſo Archiepiſcopatu pendentibus, maximè vbi nondum aſcitus eſt vſus Romanus, quales ſunt Auguſtoduni, Belnæ, Aualoni, Lingonibus, &c. Cæterum, Reliquias corporis ſancti Vincentij eò deuotè contulit Childebertus Rex Francorum ſecundus eorum Regum, qui Chriſto nomen perenne dederunt p. Quippe dum Hiſpaniâ in ſuam Galliam redeundo Matiſcone tranſiret, ac ibidem intueretur Eccleſiam valde piè res diuinas colentem & tractantem; tunc plures ſacro illi Collegio prouentus tribuit; cui offerendo ſimul præfatas venerandas Reliquias, Baſilicam vnà peroptauit Numini recèns dicandam ſub patrocinio D. Vincentij, quæ quidem antea fuerat conſecrata Martyribus Prothaſio ac ſociis allatis. Idque geſtum creditur menſe Septembri anno 559. ex topographica religioſa Franciſcanorum Foderei hiſtoria q. Cui themati pridem adiecta eſt à Paulo Æmilio Veronenſi, *Tunica ipſius Vincentij Martyris*, quæ ſupererat vlteriùs deferenda, *Lutetiam aſportata velut ingentes exuuiæ, eique diuo ædes ſuburbana extructa, quæ nunc Germani eſt: fuitque is annus ſalutis quingenteſimus & vigeſimuſquintus, &c.* Hæc ille. r

Exemplar horum.

Rationes.

o an. 1561. & 1567.

Non ampliùs de more inuocati.

p Baro. Martyrol. an. 165 q an. 300.

Vnicus illic reputatus patronus.

Noua eiuſdē dedicatio.

p regnabat ab an. 515. ad 560.

q vel an. 559 pa. 409. r Parìſiis 555 ſub Childeberto.

Para

Paragraphus 10.

Mors Vualterij. MOx incidit narratio & finis Vualterij Epiſcopi. Dicit Bugnonius [p]. *Henricus I. Rex Franciæ expirauit anno ſalutis milleſimo LXII. Et tunc, poſtquam Vualterius abſoluit officium ac munus boni Præſulis, deceſſit, necnon à Clero in eius locum ſubſtitutus eſt Drogo anno præcisè milleſimo ſexageſimo tertio.* Quibus hæc poſtea adiecit San-Iulianus [q]: *Agnouit Vualterius ſenio premi ſuum corpus, ſe in propriis & Eccleſiæ bonis omni ex parte inuadi & percuti ab his qui bonitatem morum ipſius & cordis ſimplicitatem deridebant. Propterea, vt ſecularibus eiuſmodi curis & calamitatibus finem imponeret, voluit in Monaſterium Cluniacenſe habitu donatus includi.* Sed addo ego (Additio), quòd is tandem interemptus eſt, vti ſaltem coniicitur ex Titulis infrà ſub Drogone Epiſcopo; equidem anno milleſimo ſexageſimo quarto inchoante aduersùs promptiorem fortè Bugnonium. Atque hoc mortis genus reticuit San-Iulianus: Duntaxat ipſe recordatur, in vniuerſum, quòd ille obierit die 19. Iulij, anno aut loco minimè indicatis. Eue-

1060.

nit autem anno M.LXII. ex allatis à Bugnonio. (Contrpuerſia temporis.) Qui tamen Author imprudenter aut citra communem aliorum indaginem adiungit eo anno defeciſſe Henricum I. Regem. Etenim annus ille iam fuerat ſecundus Regis Philippi I. filij Henrici ex Tillio. Vnde patet Henricus animam exhalarat anno M.LX. ibidem. Et hinc perinde ſequitur, quòd eadem ſolari reuolutione occiſus iam cenſetur Vualterius, maximè ob geſta ſucceſſoris Drogonis cum Abbate Cluniacenſi ante prorogatum annum 1064. Quod hîc obiter viſum eſt animaduerſione non indignum. Vbi ſolummodò aduertendum, quòd circa iſtum directum ordinem chronologicum meliùs competit donatio Durandi facta Eccleſiæ ſeu Prioratui D. Petri Matiſconenſis (Reintegratio & retractatiuncula), quam locauit Typographus ſub finem prædeceſſoris Ganſleni Epiſcopi anno inchoante 1061 [f]. quale tempus alioqui fuit certè initium præfati Regis Philippi I. & exitus violentus præſentis Vualterij Epiſcopi. Nam hiſtoriola quadrat iſtic ad calcem huiuſce Antiſtitis.

[p] pa 52. 53

[q] pa 282.

[f] pa. 91. Titulis antiq. ſic malè ordinatis.

XXXVII. *Paragraphus* 1.

DRogo Latinis vulgò *Dreux*, fuit optimus ille vir, de quo & à quo decem potiſſimùm Acta prodierunt, ex parte quidem in Titulis hactenus latitantia, & partim aliunde emerſa, maximè ex Bibliotheca Cluniacenſi, vbi Antiſtes nuncupatur Droco. Primaria eius actio (Prima.) nota ſic inde profluxit. *Temporibus Alexandri Papæ ſecundi & Philippi I. Francorum Regis, an. ab Incarn. Dom. MLXIII. &c. Hugo I. venerabilis Abbas Cluniacenſis* [a] *Romanam Synodum adiit* [b], *querelam ſuam exponendo, quod Drogo Reuerendiſſimus Eccleſiæ Matiſc. Epiſcopus Clericorum & domeſticorum ſuorum ſuaſione pellectus ſuper Monaſterium Cluniac.*

1061. *tentabat ius poteſtatis arripere, &c. Tunc, inter cæteros Concilij Petrus Damianus Oſtienſis Epiſcopus*

1064. *ſe protinus obtulit ad ſubueniendum Monaſterio, ac per tam longi durique itineris pericula deſtinauit. Enimuerò apud Cabilonenſem Ciuitatem ex authoritate Sedis Apoſtolicæ Synodum poſtea congregauit,* (at non citiùs quàm ſequenti ſeptennio, ex infrà conſtitutis [c]) *nonnulla perperam viſa conſumpta canonicæ ſanctionis vigore correxit, cauſámque Cluniacenſis Monaſterij, pro qua præſertim componenda deuenerat, iudicialis calculi fine concluſit. Lectum eſt, quòd Vuilelmus ille Princeps loci fundator nullum ius, præter Romanum Pontificem, cuique mortalium vel cuilibet Eccleſiæ reliquit.* Cuius Ducis Teſtamentum nos dudum ſuprà extulimus [d]. *Lecta quoque ſunt Romanæ Sedis Priuilegia de perpetua Monaſterij libertate, &c. Inquiſiti omnes Epiſcopi laudarunt, vt perpetuò ſeruanda permaneant. Ipſe quoque Matiſcenſis Epiſcopus inquiſitus ea tenenda profitetur, quæ continent, ne ſub anathematis intentatione cuilibet Epiſcoporum liceat in Cœnobij Monachos excommunicationis promulgare ſententiam. Epiſcopus autem ſe excuſans dixit: Si qui ſunt mei iuris in illo Monaſterio, quos mihi liceat excommunicare, illos excommunico, &c.* Atque ita Epiſcopus vehementer monitus iurauit ſuper ſanctis Euangeliis, & Legato Concilióque ſatisfecit, vt liquet in textu Bibliothecæ [e]. Sed eiuſmodi delineata Synodus ex parte ſeu pro defenſione Cluniacenſium, non eſt illico celebrata anno præfato, vti ſuprà ferunt periodi, aut inducere prima fronte videntur, quia non tam veloci & accelerato pede Româ Cabilonum ad ducenta bimilliaria accedere poterat Legatus Pontificius. Verùm eò tardiùs commodiore otio ventum eſt, habita Synodo poſt annos ſeptem, veluti docet Paragraphus 2. extremus, vbi audituri eſtis quæ fuerant ex parte Cleri Matiſconenſis, in illo litis agitatæ negorio. Ex quibus allatis authoritatum ponderibus manifeſtum eſt Drogonem cœpiſſe Præfecturam ab anno ſaltem 1061. vel ſecundo aduersùs calculos cùm præcedentes tum ſubſequentes in Titulis poſteris, quibus veſtigiis aſſurgit actio altera Drogonis Antiſtitis tali ingreſſu atque ſucceſſu.

[a] eſt quintus inter omnes, iſque Sanctus.

[b] Lateranenſe cœpta ab an. 1059 Geneb. in Chronol.

[c] §. 2. fin.

[d] nu 25. §. 8. nec cuius lib. terrena poteſtatis, &c. nec Epiſc. cuiuslib. (ait, &c.

[e] col 509. 510.

ſu. *Anno milleſimo LXIV. ab Incarnatione Dominica, Indictione 2. Philippo puero regnante in Frãcia, quo Gualterius crudeliter interemptus à præſenti decidit vita* (hoc eſt triennio aut biennio duntaxat antea) *Matiſcenſis Eccleſiæ Canonicorum ſeu Clericorum caterna venit in Drogonis ſui Epiſcopi præſentia humiliter petens, vt eidem, quæ dudum nimis erat afflicta, qualibet miſerando afferret remedia. Petierunt autem ei officium Præpoſituræ, quod tenuerat Præpoſitus ipſe: cuius prælationis occaſione malis conſuetudinibus & creberrimis direptionibus res & facultates Eccleſiæ maximè erant perturbatæ. Cognoſcens itaque Præſul eorum iuſtè & neceſſariò annuendum eſſe petitioni, illud miniſterium & quicquid ibidem tenuerãt eatenus Præpoſiti ipſorum, reſtituit communioni, vt ea deinceps ſecurè poßiderent, iure interminabili, ceſſante vlterius prælatione, & nomine ipſius officij*

Secunda.

ſecundum tenorem iuris in ipſa Eccleſia hactenus habiti. Quaſdam quoque iniuſtitias, quas quidem

Perennis abrogatio Præpoſituræ Matiſc. Eccleſiæ.

prædeceſſorum ſuorum aliqui Canonicis fecerant aliquando, ſcilicet res & facultates eorum diripiendo, in obitu ſuo donantes illorum propinquis, ſeu quibuſlibet vendendo, ex nunc & in futurum ipſe eis remittit omnino, ne ab aliquo ſucceſſorum eius vlterius requiratur aut accipiatur, omnimodè inhibendo, præter quantum ille ſcienter & gratis eis diſtribuerit, prædeſtinando. Igitur ego Epiſcopus licèt indignus Drogo, hæc prædicta in communione Fratrum reddo & pono, atque omnes ſucceſſores meos per Dom. obteſtor & cum omni ſupplicatione exoro, vt in futurum perpetualiter laudent & faciant quod ego facio & laudo. Deprecor autem S. Romanæ Eccleſiæ Pontificem ſummum & Dominum noſtrum Regem Francorum, ſed & Epiſcopos & Principes, ad quorum hæc oblata fuerint conſpectum,

1064. *vt hoc laudent & corroborent ſcriptum, quotannis ſint participes eorum quæ in ipſo loco facta fuerint bonorum* a. *Confirmantibus autem & laudantibus ſit perennis vita & perpes ſalus. Perditio verò & anathema, niſi reſipuerint, contradicentibus & diſsipantibus.* En pia ſuppreſſio & prudens ab- a fol.16.

Vltimi Præpoſiti facinora.

rogatio Præpoſituræ ſeu primæ dignitatis Eccleſiæ Matiſcenſis, ex eo quòd (addit San-Iulianus [b] qui præfatam chartæ texturam non recenſet) Gualterius quidam modernus Præpoſitus, homo quæſtui & in peculio comparando addictus, ampliùs rudis exactor in colligendis (vt aiunt) Amendis aliiſque emolumentis ſuæ Præpoſituræ, occiſus eſt a baſſaſſinis, dum ad preces matutinales procederet die 19. Nouembris anno M.LXIV. Tertiò, miſſas facio quaſdam terras ſubinde in Titulis conſcriptas, eáſque à Drogone Epiſcopo & Capi- b pa.185.

III. tulo in precariam datas Vgoni de Vendeiuſſa & filiis eius pro vita, ſoluendo annuatim in feſto ſancti Vincentij ſex denaratas ceræ loco cenſus. Data XIV. Kal. April. anno incerto, per manum Ramulfi Cancellarij (fortè Capituli & Eccleſiæ ipſius.) Signum Drogonis

Decanus deinceps Archidiaconum præcedit ibidem.

Epiſcop. Vdonis Decani, Sendeleni Archidiaconi, & aliorum quatuor [c]. Vbi meditare quomodo nunc Decanus præfertur Archidiacono in illa Eccleſia, fortaſſis à tempore ſublati Præpoſiti, qui antea poſtponebatur Archidiacono ſub Vualterio Antiſtite [d]. Quartò, paucis commemoro donum in ſimilem precariam collatum *à Domno Drogone Epiſ. & Canonicis* c fol.17. d n.56.§.5.

IV. (infit locus) Bernardo cognomine Groſſo & filiis eius, de quo ſat ſuprà [e]. *Cuius petitionẽ quia*

Bernardus.

vtilis erat illis in omnibus, & ipſorum Eccleſiam diligebat, benignè ſuſcipientes (adiicit textus) *dederunt per precariæ firmitatem ipſi Bernardo villam Ciciacum cum appenditiis, ſicut olim Karolus Imperator ſancto Vincentio eam dederat, excepta Eccleſia, quam in dominatu ſuo habent, eo pacto vt quoque anno in feſtiuitate ſancti Vincentij loco cenſus XII. denarios perſoluant. Poſt diſceſſum verò eorum res cum omni integritate ad ſanctum Vincentium reuertantur.* Reliqua ſeorſum. e Ibid. & §.6 illic.

Paragraphus 2.

V. Nota.

QVinta Titulorum nota, quæ magni momenti eſt, tota impletur circa quoddam vltimum prouinciale Concilium Cabilonenſe: quod vtique videmus apertè octauum extitiſſe inter prouincialia ibidem celebrata. Nam ſextum iam ſuprà extulimus ſub Guntardo Antiſtite Maticenſi [f], & ſeptimum in ſacra noſtra hiſtoria Lugdunenſi ſub Auſterio Archiepiſcopo [g]. Continet & refricat latiùs ex parte Matiſconenſium id quod pro horum defenſione in ſuis Titulis conſcriptum eſt, & quod prima Actio ex latere Cluniacenſium præmiſit. En huius cœtus ampla ſolennitas in autographis. *Gualterio Epiſcopo ſubtracto ab hac lu-* f nu.24.§.2. an 887. g n.60.§.1. an.915.

Octauum Concilium Cabilonenſe.

ce, Drogo vir ſimplicitate præditus Dei diſpoſitione ſuſcepit Epiſcopatum Matiſcenſis Eccleſiæ. In illa quondam non ſatis calluit mundana callida prudentia: mũdus per vanos & incompoſitos præcipuéque per Eccleſiæ beneficiarios, qui ei debuerant auxiliari, contraire grauiter cœpit & aduerſari [h]. *Inde ſibi commiſſa Eccleſia iam dudum malo merito habitantium & in vtilitate præſidentium cœperat vexari, nec vt expediret ab eo potuit ſubleuari. Quo in tempore Synodus plurimorum ſcilicet XIII. Epiſcoporum apud Cabilonem eſt habita, ſub Petri Oſtienſis Epiſcopi Romanæ Eccleſiæ Legati præſentiam. Hinc inter alias officiorum Eccleſiaſticorum narrationes, prædictum Epiſc.* (Drogonem) *ad rationem miſit* (Petrus) *obiiciens quòd, ſicut per proclamationes Cluniacenſium Monachorum in Synodo Romana audierat, ipſum Cœnobium inuaſerit, & afflixerit, Abbatem contriſtauerit, inſuper & Romana priuilegia & Papam ſpreuerit ac neglexerit. Ad hæc verò dum Epiſcopus pleniter optaret reſponde-* h fol.180.

re,

re,& quòd nihil eis intulerit,ſed verſa vice plura is ab ipſis pertulerit, conquerendo edicere: nullatenus locus ſibi datus eſt inde;ſed tantùm Synodali decreto purgauit ſe, aſſerens ſcienter Romana priuilegia non læſiſſe,nec Papam ſpreuiſſe.Ipſe autem Romanus Legatus nimium Cænobitis fauens, quorum poſtulationibus & obſequiis pertractus aduenerat, proclamationes & querimonias Epiſcopi non ſuſcepit,nec Eccleſia eius,nec vllam inſtantiam eis de ipſis fecit. Sed tantùm quòd prædeceſſores Epiſcopi in ipſo Cluniacenſi Cænobio eatenus habuerant,ipſe laudauit & conceſſit. Priuilegiis verò quæ contra ius eccleſiaſticum monachi collegerant,quibus ingeniis poterat Maticenſis Eccleſia prout potuit, ibidem contradixit , nec Epiſcopus ea laudauit vel confirmauit, ſed permanet vt erat in querela & querimonia,&c. Iſtas periodos San-Iulianus non ediſſerit.Sed tãtùm refert(obmuteſcente Bugnonio prorſus)Cluniacenſes grandia munera Legato præobtuliſſe, vt horum priuilegia tueretur.A quo etiam tempore pro tertia poſtremaque totius negotij vice (diſcurrimus) Religioſi Cluniacenſes ſe penitus exemerunt à reddenda quæ antea ſoluebatur obedientia Epiſcopo Matiſcenſi,velut Diœceſano proximóq; Ordinario. Vnde nullã deinceps illi Drogoni eiúſve ſucceſſoribus præſtiterant obſeruantiam. Ad quod exemptionis genus moliendum,iam bis priùs vires omnes adhibuerant ipſi Cluniacenſes:nimirum primò ſub Gauſleno i,& ſecundò ſub Vualterio k Epiſcopis ſuprà, cum S. Odilone Abbate S. Hugonis anteceſſore.Sed tunç opere ſemper fruſtrato. Donec tandem Monachi victores euaſerunt hoc

Ia eo Cluniacenſes exempti ſunt ab Epiſcopo Matiſconenſi.

i n.55 §.2.anno 1025. k n.56.§.2.an 1031.

1070. tertio niſu,eodem ſancto Hugone l magis vrgente.Cenſetur autem hoc Concilium occupaſſe annum M.LXX.*hoc eſt ſeptennio poſt præmiſſum Hugonis itinerarium ad Romanum Concilium. Nam alioqui nullos vetuſtas terminos cœtui fixos præbuit ex decennio quo ſedit Drogo.Potuit autem ibi intereſſe Gaufredus LXIX.Archiepiſcopus Lugdunenſis planè ſynchronus,& tanquam Primas.Seriem verò multorum priuilegiorum à Cluniacenſibus Romæ pedetentim obtentorum cum incremento ante & poſt hoc Synodi tempus vide in Burchardo Archiepiſcopo etiam Lugdunenſi m. Eſto autem præſens tractatus vnica aut duplex Seſſio præfati Concilij:cæteris aliò tendentibus.

l ab an.1049. ad 1109. * in priore noſtra editione habetur an.1072.pag.418. m n.65 §.4.

Paragraphus 3.

V.Nota.

SExta præfatio eſt duplex Bulla Pontificia in fauorem nouæ fundationis ac ſtructuræ duarum eiuſdem Matiſconeæ Diœceſeos Eccleſiarum:videlicet Collegiatæ Bellijoci & Abbatialis S.Rigaldi eodem prorſus tempore. Prior cenſetur eiuſmodi, ex ſacris promptuariis MS.in Capitulo & Archiuis deprompta. *Alexander Epiſcop.ſeruus ſeruor. Dei,Canonicis Eccleſiæ ſanctæ Mariæ ſita in Epiſcopatu Matiſcon.loco Bellijoco illiſque ſucceſſoribus in perpetuum. Quoties ea à nobis petuntur quæ à religione non diſcrepant,libenter debemus annuere, & fauoris noſtri gratanter præbere aſſenſum. Quoniam ex conſideratione Apoſt.Sedis, cui Deo auctore licèt indigni meritis præſidemus , cogimur etiamſi à nobis exigantur , his talibus ſemper inuigilare ac ſaluti animar.ſolerti ſtudio prouidere. Quapropter dilectiſſimi filij,quia poſtulaſtis à nob.quatenus & Eccleſiam circa quam degitis ſub tutela Apoſtolica defenſionis ſuſciperemus,cum per interuentũ Epiſcopi veſtri per literas ſuas,tum deuotis veſtris precib.flexi,petitioni veſtræ libenter annuimus.Inclinati ergo veſtris rogationib.vos veſtráque bona atque prædictam Eccl.ſub munimine Apoſtolica protectionis ſuſcipimus & cõfirmamus quicquid dicta Eccl.iuſtè habet,vel deinceps iuſtè acquiſitura eſt, tam in terris quàm in vineis,ſeu cuiaſlibet generis poſſeſſ.Ita vt nõ liceat cuiquã eccleſiaſt. vel ſecularium magnæ paruæq; perſonæ vos inquietare,vel quicquid iniuria prænominatæ Eccl.in alienũ trãsferre ſaluã matricis Eccl.& proprij Epiſc.reuerẽtiã. Quiſq.autẽ temerario auſu huius noſt.Sanctionis Priuilegiũ infregerit,niſi reſipuerit,nouerit ſe Apoſt.excom.atq; anathematis vinculo innodãdũ. At verò qui pio intuitu cuſtos & obſeruator extiterit,perpetuæ benedict.abundãtiâ repleatur. Datum Lateranis II. Kal. April.per manus Pet.Clerici,fungentis more Petri S.Rom.Eccl.Cardinal.ac Bibliothecarij 1 Anno ab Incarnat.Domini M.LXX.Pontificatus Dom. Alexandi II.PP.IX.Indictione VIII.*

Bulla Papalis pro Eccleſia Collegiali Bellijoci.

* Is S Rigaldus creditur Mart.quondã Cœnobita, tempore hactenus ignoto,pro quo in ea Abbatia fit officium. 1 Octob.Alij ſcribunt 16. Octob.

Poſterius autẽ compromiſſum Diploma tale eſt in cortice. *Alex.Epiſc.ſer.ſeruor. Dei,Congregationi de Monaſt.S.Rigaldi de Aueſa* in perpetuũ religioſis deſideriis ea pietate & beneuolentia cõſulendũ atque concedendũ eſt,vt propoſitũ piæ deuotionis de fructu piæ prouectionis cõgaudeat,& meritũ benignitatis acquirat,quia hinc ſine difficultate præſidia præſtat.Igitur venerabilis Frater Euſtorgius Monaſt.S. Auſtremonij n de Aluernia Monachus in ſylua quadã,quæ dicitur Aueſia in Epiſc.Matiſc.Eremũ inhabitauerat; deſertũ locũ adiiſſet Monaſt.& aliquantula Cõgregationis fructũ adiutorio diuinæ miſerationis ac pia collatione fidelium animarum excoluiſſet Apoſtolatus noſtri præſentiam adiens,interuenientibus Fratris noſtri Agenonis o Auguſta-Dunenſis o Epiſc.precib.ſuppliciter poſtulauit,vt idẽ Monaſt.in Apoſtolica iura reciperemus,ac priuilegio Apoſtolicæ tuitionis muniremus , quatenus ille venerabilis locus ſingulari patrocinio & defenſione matris omnium Eccleſiarum ſuffultus & roboratus , & feliciter in omni bono creſceret, & ſecurior inter humana temperamenta perſiſteret. Cuius precibus ſine contemptu pietatis & iuſtitiæ effectum non potuimus denegare.Notum*

Bulla eiuſdẽ Papæ pro Abbatia S.Rigaldi.

Poſita ſub protectione Apoſtolica.

a Epiſcopi I. Aruerni ſeu Claromontani Democh. To.2.cap. n vel Aginonis,infr. n.18. vel Aganonis in Democh.2.c.18 o Etym. ab Auguſto Cæſare 1.Imper. & duno,monte veteri lingua Celtica. San-Iulian.pa 196 hinc Auguſtodunũ In Titulis,ſ.3.

ſit igitur omnibus fidelibus in perpetuum ; quoniam eidem Fratri & chariſſimo filio noſtro Euſtorgio
I. Abbas. *ſuiſque fratribus cunctiſque eorum ſucceſſoribus priuilegium noſtræ Apoſtolicæ tuitionis conceſſi-*
mus, ſtatuentes & expreſſè decernentes, vt ipſum Monaſterium S. Rigaldi de Aueſa, & omnia quæ
nunc iuſtè habet, aut diuina pietas in futurum ſibi habenda conceſſerit, ita ſub noſtræ Apoſtolicæ
maieſtatis protectione conſiſtant, vt nullus Imperator, Rex, Dux, Marchio, Epiſcopus, Comes, ſeu
Abbas, vel aliqua perſona ſecularis aut Eccleſiaſtica, magna vel parua, ea inuadere aut moleſta-
re vel in aliquo inquietare & à ſtatu ſuo aliquid conditionaliter inde exigendo turbare præſumat.
Abbas electiuus. *His etiam addimus, vt nullus in eodem Monaſterio niſi per electionem fratrum iuxta Regulam ſan-*
cti Benedicti Abbas conſtituatur ; & Epiſcopus Matiſconenſis in cuius parochia eſt, ſi gratis, &
ſine pretio hoc velit facere, electum à Fratribus debeat conſecrare, & ſtudium [q] regiminis ſibi com- q vel ſummã.
mendare. Sin verò pretium exigat pro conſecratione, aut aliquo modo canonicam electionem Fra-
trum tentet impedire, ad Apoſtolicam Sedem pro ordinando & conſecrando Abbate ſuo veniant.
Vt conſecrãdus ab Epiſcopo Matiſconenſi. *Si quis verò contra huius noſtræ Conſtitutionis & Confirmationis paginam nefario auſu agere &*
venire tentauerit, niſi reſipiſcat, authoritate Apoſtolorum Petri, Pauli ac noſtra excommunicandum
& ab omni conſortio Chriſtianitatis repellendum ſe eſſe pertimeſcat. Qui autem pia venerationis in-
tuitu obſeruauerit : & hic Apoſtolicæ benedictionis gratiam ac conſolationem habeat, & æternæ re-
munerationis præmium Domino donante capiat. Datum Lateranis XIII. Kalend. Aprilis, per ma-
nus Petri ſanctæ Eccleſiæ Romanæ Presbyteri Cardinalis & Bibliothecarij, anno X. Pontificatus Do-
1071. *mini Alexandri ſecundi PP. Dominicæ verò Incarnationis milleſimo LXXI. Indictione IX.* * En re- * Sic ex perſpectis veteribus autographis MS. Abbatiæ.
cordatio Sedis D. Petri Apoſtoli pro illa Abbatia.

Sed vt inde paulò redeamus ad Bellijocenſem Eccleſiam, ipſam tunc in Collegiatam Ec-
cleſiam erigere curabant Hugo, Guichardus I. & Stephanus viciſſim Domini Bellijoci, fra-
tres ac filij Humberti Dynaſtæ etiam Bellijoci, primi huiuſce nominis, qui primus quoque
cum patre Beraldo Templum priùs extruxerat à fundamentis. Horum genealogiam ac
tempora eueximus in ſacro Lugdunenſi Chronico ſub Guidone II. Archiepiſcopo XCIV.
Reditus ad Bullam pro Eccleſia Bellijocea. quam Bullam Pontificiam pro Bellijocenſi Phano citant quidem Paradinus ac Renatus
Choppinus. At nullus Authorum eam hactenus eſt auſpicatus vt integram deſcripſiſſet. Illi
verò tres Dynaſtæ fundatores ſubinde præcipua ſua authoritate erectionem comprobarũt,
donec in Landrico ſucceſſore Epiſcopo XXXIX. ſacram Baſilicæ inaugurationem audia-
tis. *Authoritate Drogonis noſtri Præſulis Matiſconenſis & eius iuſſu* (aiunt illi Principes) *ſub Dei*
ac S. Genitricis eius obtentu in ipſa noſtri Caſtri Eccleſia Clericos ſub nomine & profeſſione Cano-
nicorum imponi & attitulari optamus & poſuimus : qui permanentes in Dei Sanctorumque famu-
latibus, Eccleſias & terras cum omnibus ad eas pertinentibus in ſuis habeant vſibus, &c.
Hæc exactè atque prudenter Renatus Choppinus Iureconſultus in ſacra Politia [r] Inſtru- r li. 3. ca. 1. n. 15.
mento Principum Regionis colloquentium relicto ſine *Data* ſeu Diario. Cæterùm, Be-
raldus ergo & Humbertus I. non ſunt hi Principes, qui conſecrationem Templi ex per-
fuſo oleo Chriſmate enixi ſunt ſub Landrico Antiſtite anno M.LXXVI. ſicut infra per- ſ li. 2. c. 35.
legitis ita confuſè arbitratum à Guilelmo Paradino in Lugdunenſi hiſtoria [ſ]. Siquidem t pa. 916. 918
Principũ Bellijoci fundatio in Collegiatam. ex Claudio Paradino eius fratre in genealogicis affinitatibus Franciæ [t], Beraldus iam
floruerat ac obierat ad annum M.XXXII. & Humbertus I. ad annum M.LIII. Sanè
veriùs igitur ritè ſequitur, quòd tempore Beraldi fundatoris, Clerici ſi qui iam eſſent in-
ſtituti aut congregati, ſe adhuc gerebant velut eſſent ſimplices Sacerdotes in Societate
adunati [u], qui poſtmodum in Canonicos euecti ſunt per horum Principum filios. Interea u hodie paſſim in Francia dicuntur Societarij, nõdum Canonici.
iſtinc remeantes ſeorſum ac iterum deſcendamus ad effectus præmiſſæ Bullæ Alexandri-
næ pro Abbatia S. Rigaldi.

Paragraphus 4.

VII Eren. RECepto Pontificio Diplomate in Conuentu ſancti Rigaldi, de quo textu ſuprà ven-
tum eſt ad fœlicem literarum Apoſtolicarum executionem, mediante Drogone Ma-
tiſconenſi Antiſtite, qui conſenſum præbuerat accedendi ad primum Abbatem ibidem
conſecrandum vi Apoſtolici mandati. At medio breui tempore accidit vt Drogo è viuis
1072. diſceſſerit. Quapropter eo deficiente, accerſitus eſt Archiepiſcopus Lugdunenſis eius
locum ſupplens & ceremonias exigens hoc Titulorum ordine [x], qui eſto ſeptimus, vl- x Fol. 1.
timáque dicendorum nota. *Anno milleſimo LXXII. Incarnationis Domini noſtri Ieſu Chriſti*
cum authoritate & priuilegio Alexandri venerabilis Papæ ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ex præcepto quo-
que Domini Drogonis Matiſcenſis Epiſcopi, qui iam abierat in Chriſto ; & cum adiutorio ac aſſenſu
Canonicorum ipſius Eccleſiæ, atque cum magna opitulatione Domini Aganonis Eduenſis Præſulis,
Executio Bullæ pro Abbatia S. Rigaldi. *nos humilis Grex Monachorũ degentium in Monaſterio S. Rigaldi vocitato in honore ſummæ & indi-*
uiduæ Trinitatis, atque ſanctæ Dei Genitricis Mariæ, necnon & ipſius prædicti Confeſſoris dicato,
elige

eligimus nobis vnum de prioribus Fratribus noſtris Abbatem nomine Vgonem à puero ſub regula beati Benedicti enutritum, doctrinâ inſtitutum, natura prudentem, moribus temperatum, vitâ caſtum, hominibus affabilem, fide catholicum, literarum in lege Domini inſtructum, in dogmatibus Eccleſiaſticis exercitatum. Hunc itaque, quoniam Matiſconenſi Eccleſia, in cuius Epiſcopatu degimus, deeſt Epiſcopus, cuique nos ſubiici canonicè profitemur, cum aſſenſu Canonicorum eiuſdem, Domno Archiepiſcopo ſanctæ Lugdunenſis Eccleſiæ Vmberto offerimus in Abbatem conſecrandum, optantes nobis eum praeſſe & prodeſſe, ſimúlque promittentes et audientiam iuxta B. Benedicti Patris noſtri inſtructionem.*

Benedicto ſecundi Abbatis.

Vide aliũ Abbatem ibi electum octo pòſt annis. n. 39. §. 6.

* Sic in archetypo, ſed fortè meliùs obedientiam.

Teſtes.

Domni Vmberti Lugdunenſis Archiepiſcopi.
Domni Armanni Viennenſis Archiepiſcopi.
Guichardi Athenatenſis Abbatis.
Blandini Decani: Vgonis Præcentoris: Camerarij.
Rothaldi Archipellani: Fulcherij Editui.
Item Vdonis Maticenſis Decani,

Anſelardi Secretarij, Ramulfi Præcentoris, & Cancellarij, Sendeleni Archidiaconi, Gaufredi, Vdonis, Stephani. Textus Aganonem 48. Auguſtodunenſem ex Democharе x Præſulem in corpore nominatum atque præſentem intelligit. En ſexdecim quaſi Patres inaugurationis teſtes, & ferè Synodum eodem tractu ibi celebrantes; cùm interfuerint tres Epiſcopi & capaces alij ſuffragatores. Cæterùm Auſtrimonius, cuius meminit Alexander, fuit vir Apoſtolicorum temporum, primus Epiſcopus Aruernus, hoc eſt Claromontanus, qui dudum in Epiſcopatu Monaſterium inſtruxerat: vbi iſto Alexandri tempore florebat Euſtorgius Abbas Religioſus, & euehere percupiebat Cœnobium in præfata ſylua ſub Diœceſi Matiſconenſi. De Aruerno Antiſtite habet Gregorius Turonenſis, qui eum vocat Stremonium y: & Martyrologium Baronianum eum ſanctum aſcribit primo Nouembris ſub nomine Auſtremonij. Euſtorgij verò tres alij ſancti iſto Aruernenſi multò vetuſtiores extant quoque in Sanctorum catalogo z: vt monuiſſe ſit ſatis. In ſumma Tituli antiqui Matiſconenſes neſcio quo fato Bullam Papalem poſtpoſuerunt præfato Actui Abbatis electi, quam nos ordine naturæ anteferimus.

Sancti viri.

x ca 48.

y in hiſt. Fràc li. 1. ca. 30. & de Glor. Confeſſ. c. 30.

z Nicomed. 15 April. Mediolani 6. Iunij. & 18 Septemb.

Paragraphus 5.

Fundatio temporalis Abbatiæ S. Rigaldi.

HOc poſteriori ordine eiuſdem temporis addimus & promulgamus ſynchronos fundatores præfatæ Abbatiæ ex loci autographis erutos, tales per epitomem, nomine militis ſeu nobilis quondam Artaldi de nigra vnda a. *Ego ex Chriſti fidelibus Artaldus volens in reſurrectione Sanctorum partem habere per remedium animæ meæ & patris mei Archibaldi matriſque meæ, dono aliquid de honore quem videor poſſidere de fraternitate mea, hoc eſt Eccleſiam in pago Auguſtoduno quæ nuncupatur Maturnis b, ſicut Hugo Archipresbyter tenet ad locum qui Creſontius vocatur c, constructus in honore ſanctæ Trinitatis, ſanctæ genitricis Mar. Sanct. Michaelis Archangel. & ſancti Vincentij atque Cyrici Mart. pro Monachis ad ſanctum Rigaldum ſeruientibus. Itémque dono medietatem alterius Eccleſiæ quæ dicitur Ageblas d. His præſentibus firmata eſt donatio. Domnus Agano Epiſcopus Eduenſ. & alij quinque. Anno Incarnat. M. LXXIII. menſe Iulio, in feſto D. Iacobi, Regnante Philip. Reg. Francor. Data per manus Heuſtorgij & Hugonis Monachorum.* Hic prætereo donationes alias prælibati Altaldi, &c. Deinde poſt multa ſequuntur iſta de eodem adhuc viro. *Concedimus quicquid ad nos pertinet ex hoc beneficio Creatori, B. Mariæ, B. Auſtremonio ſancti Odorenſis Monaſterij patrono, & B. Rigaldo e amico & fideliſs. Domino Anezehenſi ſyluæ f aduocato* (interceſſore) *totam terram quæ in circulo montis Creſontij ſita eſt. & cætera pleraque. Signum Rasneri de Villion Robberti Saltel. &c. Facta hac charta an. Incarnat. M. LXVII. Indictione V. Et conſecratio iſtius Eccleſiæ S. Cyrici facta ante eum annum IV. Nonas Decembris.* Eccleſiæ verò Abbatialis conſecratio facta legitur ab die 18. Decembr. Tum rurſus alia vetus membrana Abbatialis conſequentia ſubiicit. *Ego Vgo Blanc & Ann. Deſorberus danamus ad locum S. Rigaldi de Aneza Monachiſque inibi deſeruientibus Eccleſiam S. Iuliani de loco Barrienſi cum decimis, &c.* Et paulò infrà. *Prædictus Artaldus appropinquante ſibi morte donauit Domino & Monachis ſancti Rigualdi totam terram quam habebat circa Burbam fluuium, & aliam appendariam, &c. Sub ſigno Domini Stephani g Aruernorum Epiſcopi,* cum aliis duodecim teſtibus adnominatis, inter quos adſtitit vnus *Vicardus de Borbon.* Denique, *præfatus Steph. Epiſc. veniẽs ad eũ locum gratiâ viſitationis, ibi fecit conſecratã aquam aſpersítque propriis manib. circũeundo locum* (vix ſine permiſſu Matiſcẽſis Antiſtitis) *poſtea verò ædificatoribus loci, ſcilicet militibus arcis cõdonauit propria delicta, eo pacto vt hunc locum terris atque honoribus ſuis firmarent & conſtruerent, Vgoni quoque Blanco relaxauit commiſſa ſua, quæ in Epiſcopatu ſuo perpetrauerat. Quæ omnia Stephano ſancti Rigualdi Abbati h comprecanti conceſſit ſubſequens Epiſcopus Durannus i interiori par-*

Poſſeſſiones eiuſdem.

a vulgò de Neronde en Foreſt.

b vulgò Matoud paroiſſe au Dioceſe d'Autun de la totale preſentatiõ dud. Abbé Seign. du lieu.

c vulgò Creſan montagne pres de Matoud, la où y auoit des Religieux & à preſent y a encore une Egliſe ſous l'inuocation de S. Cyre, & meſme iuſtice.

d vulgò Gibles paroiſſe dud. Autun

e S. Rigaud, y a dixmes, & la preſentatiõ alternatiue auec le Chapitre d'Aigueperſe, bourg.

e Martyre, ſãs legende, feſté le 26 Iuill. aud. lieu.

f d'Aneſe, ſituation de la dite Abbaye.

g 74. Demochares, at 8. nomine.

h 3.

i nõ ponitur à Democh. inter Aruernenſes

Abba 1. *te domus ſua. Sign. Rogonis deuertatione, Garneſij de monte verſione, Caſtonis de ſancto Iuſto, Alberij de Fonte Saluta.* Vbique verò minaces excommunicationes proferuntur in oppugnãtes. Landricus poſtea Epiſcopus (de quo infra ſeorſum) hoc donum vniuerſum confirmauit, *in cuius Epiſcopatu Matiſconenſi illud Cœnobium habetur, ac reintegrauit, vt ſtabilius in æternum permaneret, &c.*

Paragraphus 6.

VIII. Nota. DIſpoſitis & abſolutis iis quæ de præmiſſa Abbaria occurrerant, octauò inſurgit quædã Synodus Auguſtodunenſis conſcribenda, Drogone Epiſcopo ibidem ſuffragante, ac aliunde eruenda quàm ex Titulis antiquis Eccleſiæ Matiſconenſis. Propterea verò, ea mi-
Concilium Eduenſe. nimè fuit celebrata poſt collatam Abbatis S. Rigaldi benedictionem, cùm tunc Drogo migraſſet è vita. Sed aliquot ante menſibus aut vnico priùs anno ad ſummum habita eſt *. * 1071. ex aliis an. 1072. &c.
Nobis tamen haud licuit eum cœtum hîc præuenire vel ſuperiùs enarrare, quia dum Titulos Matiſconenſes ſectabamur ex munere, quibus aliud permiſcere non poteramus: ſanè Bulla ſaltem Alexandrina anteceſſit hoc quod apertum imus Concilium. Quam Bullam inſequi proxime debuit effectus per orthodoxam Abbatis benedictionem: tametſi fortuitò ſequutus ſit in tempore obitum Drogonis. Id verò Concilium eſt quidem cœptum aut partim conſcriptum in Celtica noſtra Chronologia ſub Gaufredo Archiepiſcopo LXXI. Lugdunenſi g, deprompta ex Baronio [h]. At nobis licebit rem iſtic pleniùs g §. 1.
adumbrare ex Surio protoauthore, potiſſimùm circa reliquos Actus non editos in Lugdu- h in annalib.
nenſibus. *Dux Burgundiæ Robertus* (ait locus) *Aganonem Hæduorum Epiſcopum nimia infe-* cit. §. 1 Numeri 70. ibid.
Ipſius cauſa. *ſtatione grauabat. Eapropter Gaufredus Lugdunenſis, Hugo Biſuntin. Achardus Cabilon. & Drogo Matiſconenſis Hæduam conuenerunt, magniq́ue patrem conſilij Hugon. Cluniacen. venire rogauerunt, &c.* vt in Lugdunenſibus cit. Tum, *Pater Hugo feruore charitatis tyrannum adiit, &c.* vt De his trib.
illic. Deinde: *ſic ait. Qui pacem quærunt, nos audiant, &c. Qui filius pacis non eſt, à nobis exeat, &* Epiſcop. alia in MS. Eccl.
operi diuino haud noceat. Hactenus tantùm ibidem in exſcribente. At Surius patiens laboris S. Petri, pa. 40
Materia & Patres. cætera longiùs perſequens ita proximè ediſſerit [i], dum miros exhortationis effectus palam reddit. *Vix dicta compleuerat Hugo, cùm ecce quidam ſtatura procerus, facie truculentus, multis cum ſequentibus egreſſus, & diſparuit. Non fuit qui aliquem noſſet ex iis qui egrediebantur: ſtupebant vniuerſi, &c.* Poſtmodum iſta dictator Surius enarrat. *Hildebrandus* [k] *Romanæ Eccleſiæ* i To 2. pag.
Diaconus, Apoſtolicæ Sedis Pontifex Gregorius VII. mox futurus, Galliarum Legatione ſuſcepta oo fine Datæ in vita S.
Cluniacum venerat, ſedens in Capitulo cum B. Hugone Abbate Fratrum negligentias pietatis gla- Hugonis
dio corrigente, adſpexit Dominum Ieſum præſentem, Patri aſſidentem & de ſingulis ſuggerentem. k antea prior
Hildebrandus ſancti viri merita prædicans, in famulo Dominum collaudabat. At illo tempore pa- Clauſtralis Cluniaci ex
cis conciliandæ pater cum Epiſcopis Rocleno [l] *Cabilonenſi & Drogone Maticenſi in campo venato-* Ms.
rio pariter adfuit. Turbis circunſtantibus quidam peſſimo fœdatus crimine non timuit intereſſe. Quẽ l ſucceſſore Acardi ad an.
Alia inde ſequuta. *ſanctus ſancto edoctus Spiritu eminus intuens, ait præſentib. videtis miſerum illum dæmone plenum.* 1074.
Quomodo, inquit, huc intraſti? pacem nos quærimus, Dæmonem nolumus. Confuſus ille, negare non potuit. Tunc Pater ſanctus tradidit hominem illum in manus Roclenis Epiſcopi, cuius parœcia erat, & quem Epiſcopus correxit, &c. adſiſtente Drogone vicino. Hæc poſtmodum diſperſa viſuntur in Bibliotheca Cluniacenſi m, ex præfato noſtro forſan authore ibidem hauſta & per Martinum Marrier conſcripta. Illis autem ſic perſpectis omnibus circunſtantiis, hæremus valdè m col. 419. 440.
Tempus Concilij & mortis Drogonis tripliciter controuerſũ. quem annum iuſtiſſimè huic Concilio tribuere debeamus, ob quaſdam fere contradictorias & controuertentes ſuffragantes perſonas. Quippe, imprimis, ideo opinamur ſuprà Eduenſem Synodum fuiſſe coactam paulò antè electum S. Rigaldi Abbatem, eò quòd Dro-
I. go Heduæ præſens abiit è vita priuſquam Abbas ipſe eſſet benedictus. Secundò autem, è contrà, propterea quòd illi coronæ Hæduenſi Gaufredum Archipræſulem videmus præ-
II. fuiſſe, qui vtique ſucceſſit Humberto Archiflamini LXVII. anteſignano in Abbatia S. Rigaldi: hinc certè mox nobis eſt concludendum tale itinerarium verſus ſanctum Rigaldum citiùs eueniſſe, ſcilicet anno MLXXI. quo inſtanti accepta eſt Bulla Pontificia: vt nimirum decedente quoque Humberto ſtatim poſt iter ad S. Rigaldum, locetur Gaufredus ſucceſſor ac Hæduæ præſens anno ſequente LXXII. aut III. aduentante eò Drogone Maticenſi. Qui Drogo ſi inde ad exitũ ſolaris eiuſdem reuolutionis expirarit, verus ſupererit annuus Bugnonij calculus de morte eiuſdem Drogonis. Tertiò, his cunctis rationibus obſtat pau-
III. lò Roclenus ſucceſſor Achardi in Cabilonenſi Epiſcopatu, cum quo vtroque ſedit Drogo ſynchronus Matiſconi, ex filo texturæ Surij. Hoc enim poſito Authore, quia multi ſentiunt Roclenum ſedem Cabiloni inchoaſſe anno M.LXXIV [n]. idcirco eatenus Drogo Ma- n San. Iuliã. & MS. penes
tiſconi ſediſſe putandum eſt. Quonam pacto igitur verum cenſebitur Humbertum Lugdu- viſum.
nenſem ſuſcepiſſe conſecrationem præfati Abbatis, quia Drogo credebatur obiiſſe, cui

hoc

hoc munus incumbebat? Sanè reſponderem ego Drogonem nondum tunc ab humanis re ipſa receſſiſſe, ſed caſu in prouincia eo tempore non repertum, velut aliò longiùs profectum, vt pote Aureliam, ob varias Eccleſiæ ſuæ vtilitates, cæteráve impedimenta, vbi infirmabatur o, defunctúſque iam cenſebatur. Ea etiam de cauſa Monachi ſancti Rigaldi pro inauguratione ſui Abbatis hæc aſſerunt duntaxat ex Titulorum Actis, *Quoniam Matiſconenſi Eccleſiæ in cuius Epiſcopatu degimus, deeſt Epiſcopus, D. Archiepiſcopo Vmberto offerimus conſecrandum, &c.* vbi proculdubiò non appatet ſcriptum, *obiit Epiſcopus*, tametſi paulò antè, ſed ſolùm, *deeſt* in ſede, ſeu abeſt à ſede, extra regionem diuerſans, tanquam aliò profectus. Sic textuum amphibologia diuerſos iſtos ſenſus capere poteſt. Alioqui duos viciſſim Drogones efficere & ſtabilire cogeremur in Cathedra Maticenſi, ſicut & duos Lambertos ibidem enumeramus p. Quod hîc fas eſſe non iudicamus. Atque eſto dentur plures hæ verſatiles ſententiæ, tanquam ancipites in re nondum perſpecta. Itaque ſic interim opinandum: donec ſagaciora aliorum ingenia quid exactiùs fortè rimentur & edant in lucem. Saltem ex Martyrologio MS. Maticenſi Drogo Aureliis obiit pridie Idus Martii, ſepultus ibidem q.

o ex §. 7.

p n. 19. & 23.

q 58.

Paragraphus 7.

IX. Nota.

Locupletatio Eccleſiæ S. Petri Matiſconenſ.

ABſoluta compromiſſa Synodo Eduenſi, rebus illis depromptis ex Titulis antiquis, nonò adeamus reſtaurationem Eccleſiæ ſancti Petri Matiſconenſis extra vrbis muros cœptam, amplam cuius narrationem orſi ſumus ſub Gauſleno XXXV. Epiſcopo. Hiſtoria autem ex alio MS. eiuſdem Baſilicæ erepta eſt hiſce textibus r. *Quoniam Gauſlenus Epiſcopus ad detrimentum locorum ſibi commiſſorum à præſenti deceſſit vita, nec verò ſucceſſor eius Galterius ad Eccleſiarum ſatis viguit incrementa; ſupradicta Apoſtolorum Petri & Pauli, quæ quondam reædificari cœperat, Abbatia permanſit tenuis ac modica; ſecularibus & laicis retinentibus decimas & prædia ad eam pertinentia, qui ea peruaſerant per qualibet poterant ingenia. Verùm ſuccedente tempore, cùm Drogo vir ſimplex & humilis ſuſcepiſſet Præſulatum Eccleſiæ, Abbatia peruenit ſub Præſulis dictione. Adeuntes ergo Canonici eiuſdem loci præſentiam Epiſcopi petierunt vt more boni patroni, imitando exemplum prædeceſſoris ſui Gauſleni, quibus modis poſſet miſericorditer ſubueniret Eccleſiæ & ſibi. Quorum precibus annuens, benigniſſimo animo promiſit Domino & ipſis res ad eos pertinentes nunquam vlli ſe deinceps conceſſurum vel locaturum ſeculari aut laico, & conceſſit eis reddendo, ac reddidit concedendo, quæcunque ad præſens & in futurum iure ipſis & eorum aduenirent loco. Igitur ego Drogo Epiſcopus licèt indignus ſæpe dictæ Eccleſiæ Canonicis vel Clericis ibid. Domino ſeruientibus tale facio donum: vt deinceps habeant licentiam iuſtè calumniandi, requirendi ac retinendi quicquid decimar. prædior. vel aliarum rerum ad ſuum ſcierint pertinere locum. Precor autem omnes ſucceſſores meos Epiſcopos, vel Prælatos Eccleſiarum ſeu Principes, ad quorum hæc peruenerint conſpectum: vt hoc quod ego præcepi fieri & firmari, corroborent & laudent ſcriptum, quatenus ſint participes orationum & eleemoſynarum Clericorum in ipſo loco Domino ſeruientium. A Domino itaque omnipotente Apoſtolis eius interuenientibus, ſic adiuuantibus & confirmantibus hæc, abſolutio, vita & ſalus: Anathema autem & perditio niſi reſipuerint, calumniantibus & contradicentibus. Sign. Drogonis Epiſcopi qui fieri præcepit, Vmberti Archiepiſcopi, Achardi Cabilonenſis Epiſcopi, Gauceranni Bellicenſis Epiſcopi, Vidonis Comitis ſ, Galtery de Briaco*, aliis viginti adſtantibus. En præſidia Epiſcopalia. Hoc autem geſtum videtur ad annum MLXXII. ad ſummum. Tunc enim è mortali vita ereptus eſt teſtis Humbertus I. Archipræſul LXX. ex Chronico noſtro Lugdun. Deinde verò hæc adſequũtur in præfato autographo. *Ego Otto Comes & peccator nequiſſimus ob Domini Gauſleni Præſulis deprecationem concedo Eccleſiæ beati Petri extra muros Matiſconenſ. Fratribúſque ibidem Domino ſeruientibus quaſdam res valdè neceſſarias, vt pius pater ſupradictis interceſſione Principis greſſus meos dirigat, & ad gaudia æterna perducat, &c. Sign. D. Ottonis Comitis, D. Gauſleni Præſulis, Guigonis Vicecomitis*, & aliorum quinque. Itémque paulò poſt. *Diuina inſpirante gratiâ ego Vuido Comes & peccator, atque Artaldus Vicecomes indignus ſacroſanctæ Eccleſ. Apoſtolorum Petri & Pauli extra muros Matiſc. offerimus omnes conſuetudines, cenſum ac debitum quod in quibuſd. terris eius iuſtè aut iniuſtè habemus, &c. Sign. Otgerij Præpoſiti, Archimbaldi dapiferi*, & aliorum ſex. Rurſus de priore hoc ordine: *Ego Otto Comes Matiſconenſium ob deprecation. D. Gauſleni Epiſcopi concedo Eccleſiæ B. P. ſitæ extra muros Matiſcon. quandam terram iuxta Amalberti riuulum ſitam, pro anima mea & prædeceſſor. meor. &c.* Sub id verò tempus Baſilicam S. Petri ſic ex antecedentibus opprobriis reſtitutam poſtea conſecrauit, & donis aliis locupletatus eſt munificus Gebuinus Lugdunenſis Archipræſul, ex allegatis in Chronico Lugdun. o u. Sufficiant in præſenti: quorum duo Acta poſteriora alioqui debuiſſent reponi ſuprà ſub Gauſleno XXXV.

Per Epiſcopũ facta.

Comminatio.

Alia dona Ottonis Comitis eidem Eccleſiæ.

r pa. 3. 4.

ſ Vicecomes Vgo obiit 8. Kal. Nou. ex Martyrolo. S. Petri, an. incerto, & Vuillelmus Burgundiæ Comes 1. Kal. Decemb. Idé Hugo dabat Cathedrali Capellam S. Andreæ.

t pa. 5. 6. 7.

u nu 78 § 4.

Paragraphus 8.

X Nota. APproximante fine Drogonis Epiſcopi, decimò & vltimò ſic pedetentim eò deſcendit a pa. 54
Bugnonius. Poſtquam excurrit Abbatiæ S. Rigaldi fundationem *anno milleſimo* (ait x) y pa 31.
Comites Matiſconi. *ſeptuageſimo ſecundo, tunc obiit Godefridus Comes Matiſconenſis, filius Othonis Comitis* y, *ſucceſ-* z Vnus Comes matiſc.
ſitque Comitatui Guigo ſeu Vuigo (pergit) *vir adeò pius, vt poſt diuturnam vitam ſine vxore, di-* vocatus Ioffredus, fol.
uino pulſus afflatu, Cluniacum ingreſſus, habitum & monaſticam profeſſionem religioſè ſuſceperit 151. benefactos Eccleſ.
eum XXX. militibus ad extremum vſque ſpiritum vita ibi honorificè permanentes. Ei in Comitatu * ex veteri
ſucceſſit Renaudus eius patruus, qui iurgium repreſſit inter quoſdam propter poſſeſſiones nonnullas MS martyro. Matiſc. die 6.
Flacciaci, quas adiudicauit Eccleſiæ Maticenſi anno milleſ. LXXII. [z] *Eoque tempore Drogo Epiſcopus* Martij: vir
Drogo vbi mortuus. *Aurelijs exitum vitæ dedit, in Eccleſia S. Agnani eiuſdem Ciuitatis ſepultus* *, *cui Hugo de Bel-* miſericordia (ait) ac bonis
lijoco impertitus eſt Mardubium & Argilum in dominium: atque Landricus homo deuotus in eius virtutibus plenus.
locum ſuffectus eſt. Et hæc ſatis.

XXXVIII. *Paragraphus* 1.

Alius Epiſcopus recèns agnitus. ROdulphus recèns compertus Antiſtes Maticenſis, caruit ſua luce in priore noſtra
editione. Nec eius meminêre Tituli antiqui, Demochares, Bugnonius aut San-Iu-
lianus. Verùm is in hoc altero typo iure exhibetur à nobis ſub recta ſedentium ca-
tegoria Matiſconi. Ad quod teſtandum vna me ratio nouiſſimè mouet, quòd Gregorius
VII. Pontifex Max. cuius nuper Opera duntaxat emicuêre a, eum talem adnominat, quan- a Coloniæ Agrippinæ.
do ad ipſum literas exarabat Epiſtola data Romæ III. Idus Nouembris, Indictione XIII. id
eſt, ad annum ſalutis milleſimum ſeptuageſimum quintum tali fronte. *Humberto Archiepi-*
1073. *ſcopo Lugdunenſi, Agino Auguſtodunenſi, & Rodulpho Matiſconenſi Epiſcopis*: in cauſa Pul-
1075. tarienſis Cœnobij & Abbatis nomine Humberti, contra Lingonenſes Clericos. Habetúr-
que integra parte II. Tomi III. Conciliorum generalium nudiuſtertius Coloniæ editorum
operâ Seuerini Binij, hoc eſt, eodem prorſus anno b, quo ſacra noſtra Celtica hiſtoria pri- b 1606. &
mæ huius lucis vſuræ tributa eſt: vt nondum illic, nec citiùs quàm mox virum hunc de- 1607.
prehendere & in album referre nobis licuerit. Propterea verò ipſe Rodulphus Maticenſis
ritè & opportunè reponitur hodie inter Drogonem & adſequentem Landricum Epiſco-
pos: quamuis minimè locum occupet in ſuperiore calcographia. Vnde tametſi apud qua-
tuor præfatos Authores ad ſua quæque tẽpora Landricus immediatè pictus & conſtitutus
videatur ad pedes Drogonis: nihilominùs ipſum Drogonem iam proximè imitatur & ſe-
quitur noſter ille Rodulphus præclarè è cimmeriis tenebris excitatus. Neque verò in eius
gratiam operæpretium fuit integras Apoſtolicas Clementis VII. literas huc cogere & di-
latare. Sunt enim ex alterius negotij, nihil magis inſeruientis ad realem Rodulphi ſedem
Quãdiu ſedit Rodulphus. Matiſconi tuendam & aſſeruandam. Ipſe interea videtur Cathedram tenuiſſe quadrien-
nio; neque diutiùs, quin fortè minus: nimirum ab autumno anni M.LXXII, aut LXXIII.
iuxta enatas ſuprà controuerſias de iuſtiore finiuntis Drogonis tempore, vſque ad exeun-
tem annum LXXV. ſeu ad inchoantem LXXVI. quo cœpit fœlix Landrici adſequentis
Præſulatus. Dictum ſit autem eum quadriennio aſſediſſe: niſi ſanè obſtent graues queri-
moniæ de ſede Matiſconenſi aliquo menſium aut annuo ſpatio vacante poſt exantlatos la-
Diuturnitatis abbreuiatio. bores cùm Drogonis tum Rodulphi obeuntium. Quippe in Humberto I. Lugdunenſi Ar-
chipræſule [c] connotamus diras quas inde moleſtias Epiſtolis patiebatur Clemens Papa VII. c an.70.§.2.
ob præpeditas per ſatellites canonicas & capitulares Antiſtitum inter Canonicos electio-
nes in Galliis à Philippo I. alioqui chriſtianiſſimo Francorum Rege, crimen ſimoniæ Ec-
cleſiis introducente, pecunias extorquente quas ſitiebat, & æqua omnia labefactante, dum
ius aliquod ſubinueſtituræ electorum Epiſcoporum prætenderet, antequam ipſi ſacris ſuis
Sedis vacatio. muniis fungi ſinerentur, aut fructibus Epiſcopalibus potirentur. Ex quo turpi peccato alia
in Principe publici adulterij facinora breui quoque ſequuta ſunt, vt aſſolet non citò pœ-
nitentibus euenire. De quibus ſimul omnibus ſic conqueritur Gaguinus hiſtoricus. *Cùm*
à ſtupro non reſipiſceret Philippus (ait) *Romanus Pontifex Vrbanus II.* Victorem 3. ſequutus,
Regi hominum communione interdixit. Habuítque apud Claromontem Aruerniæ ciuitatem Syno-
dum d, *vbi de moribus Cleri multa inſtituit; quorum illud ante omnia eſt, ne à quouis Principe be-* d an.1095.
neficiorum inueſtituram Clericus recipiat [e]. Et Æmilius ſub eodem Philippo [f]: *ſcortum per aliquot* e Gag.p.80.
Rex impediens Epiſcopalẽ electionem. *iam annos habebat, tam illi deditus, vt eius nutu omnia adminiſtrarentur, circumagerentúrque: nec* f fol. 98.b &
niſi coactus pellice dimiſſa vxorem reduxit, cùm ſummus Pontifex Vrbanus aqua & igni ei interdi- Tilin Chronico.
xiſſet. Inſumma ex illo ambitioſo Regum appetitu aut quæſtu, Eccleſia Matiſcenſis citra

reli

reliquas Galliarum Diœceſes non leue ſenſit incommodum, ob legitimi Paſtoris deliquium. Quo de mœrore alia perſpectum itis in Landrico ſucceſſore. Enimuerò, ſi aliqua interim notabilis vacatio huiuſce Cathedræ danda ſit & vltrò concedenda propter tale Philippi mercimonium: certè ex eo concludendum erit Rodulphum ſede fretum eſſe ſolo anno M. LXXV. quo ad eum directæ ſunt Apoſtolicæ literæ. Atque hæc de inuolutis illis & dubiis hactenus temporum ſcrupulis.

XXXIX. *Paragraphus* 1.

Octo Acta primi generis.

LAndricus ſplendeſcit Epiſcopus Matiſconeñſis in permultis Titulis antiquis ſuæ ipſius Eccleſiæ, & extrà. Nos primùm de ardua eiuſdem promotione aut de laboribus in eo promouendo ſuſceptis diſſeramus. Aduertendum quòd ante ſuum paſtorale exordium ſedes Matiſconenſis poſt Drogonis aut Rodulphi exceſſum vacarit, incerto quidem tempore, at ſatis notabili, veluti conſtat ex querimoniis Gregorij Papæ ſeptimi præclarè appoſitis ſub Humberto I. Archipræſule Lugdunenſi, eò quòd Philippus I. Galliarum Rex canonicas Antiſtitum electiones impediebat, dum ſibi ius nominationis attribueret, quo nondum facilè aut ad nutum ſuum is minimè potiebatur in cunctis paſſim Eccleſiis. Tunc ſiquidem ipſe ac eius participes ſimoniaca plerunque labe inficiebantur: & intempeſtiuè obuiam veniens obſtabat, ne beneficiis ſaltem fruerentur quicunque ab eo

Rex impedit Landrici electi conſecrationem.

munere donati non parerent. Quod horrendum vitium Pontifex curârat primùm in Principe emendandum, & à Maticenſi Eccleſia inchoandum. *Rex vitam corrigere & Eccleſias meliùs ordinare reſpondit* (ſcribit Gregorius ad Roclenum Cabilonenſem Epiſcopum) *ergo promiſſionis fidem in Matiſconenſi Eccleſia Paſtoris regimine diu deſolata, & ad nihilum penè redacta in primis volumus experiri* *(ſubdit) *vt Auguſtodunenſem Archidiaconum Cleri & populi etiámque ipſius Regis aſſenſu electum Epiſcopatu dono gratis conceſſo Eccleſiæ præficiatur, &c.* Tum rurſus idem Pontifex ad Humbertum Archipræſulem mandat electum ab eis (Clericis Matiſconenſibus) *Landricum, Auguſtodunenſem Archidiaconum* (en qualis antea fuiſſet) *per te* — * velle.

Papa Regi comminatur.

aut Suffraganeos tuos Epiſcopum ordinare ſtudeas. Hactenus hæc Reſcripta & plura iacent quidem à nobis dudum expreſſa in Lugdunenſibus ſub Gebuino [a]. Verùm ecce plura — a n. 72 & 4. quæ nos inſuper hîc ſeorſum adiicimus è typo Gregorij deprompta, atque ad noſtri præſentis inſtituti profectum ſuuantia, Papa de Rege verba faciente. *Si verò ipſe* (Rex ait) *hunc ordinem ſuſcipere renuerit, & inflexibilem ſe exhibuerit, volumus vt cum Epiſcopo ſuo [b] vim ſibi inferas, cúmque ad recipiendum Epiſcopalem ordinem vi [illegible] atque paſtorali rigore conſtringas. Quòd ſi fraternitas tua in hac cauſa negligens fuerit, procul dubio tu motum Apoſtolicæ Sedis incurres, & ipſe [c] ſi ad nos venerit, à nobis ordinabitur.* Datum Piperni ſecundo Nonas Decembris. En notæ Pontificalis dilectionis erga Landricum benemeritum & quantâ curâ Apoſtolicus ille vberiora Matiſconenſis Eccleſiæ commoda procurarit. Iſta viſuntur emerſa ex Manuſcriptis in poſtrema Conciliorum typographia, eáque Colonienſi [e]. Inde autem facilis concluſio eſt, quòd Landricus poſtmodum Romam adierit. Quippe tenerà idem

b Landrico.

c Landrum.

Landricus Romæ conſecratur.

Landricus ab eodem Gregorio conſecratus eſt Præſul Matiſconenſis, non in Galliis, quia non legitur Gregorium eò aduenaſſe, ergo Romæ, dum ipſe Landricus nihil in Francia conſecutus fuerit. Hoc eius iter à nobis recens perlectum eſt Tomo III, anterioris editionis Conciliorum, & agnoſcitur inferiùs ex tribus Bullis ipſiuſmet Gregorij §. 3. Atque hæc præludia ſuæ Sedis videntur geſta eſſe anno ſalutis milleſimo LXXVI. qui ſit primus

e edita an. 1606. Part. 1. to. 3. li. 1. Regiſtri Greg. 7. epiſt. 30. pag. 116 ſ. Venetiis &c. par. 179.

1076. annus ſuæ ſeſſionis: ac primum etiam exemplar inter octo genera rerum à ſe preclare geſtarum, quæ adſequuntur ordine Chronologico ſpeciali, partim in Titulis latitantes: idque præter tria loca alia in iiſdem Titulis ſub vnico & eodem Galliarum Rege in vniuerſum iactato at ſine diario: ac iterum præter alios ſex Actus ibidem abſque nota vllius Regis vel temporalis alicuius menſuræ & ſcrupuli conſiſtentes. Attamen ſcitote, quòd Gregorius Pontifex prò Landrico inaugurando ſcripſit quadriennio ante præfatum annum primum conſecrationis ſeu pacificæ poſſeſſionis ipſiuſmet Landrici in Epiſcopatu. Nam Humbertus Archiepiſcopus Lugdunenſis, ad quem videtis eadem Papam literas exaraſſe, è terris dilapſus eſt anno extremo M. LXXII. Ex eóque perſpicitis, quanto, fortaſſis laboratum eſt tempore pro Landrico ſedi obtinendo, aut ad præpedienda nefanda paratę ſimoniæ pericula.

Paragraphus 2.

II. Actus.

IAm ſecundus geſtorum Landrici Actus fulget in hiſtoria Lugdunenſi Gulielmi Paradini vbi Landricus ſimúlque Hugo Dienſis Epiſcopus, Apoſtolicus Legatus, atque Gebuinus Lugdu

Lugdunenſis Archipræſul conſecrarunt Bellijoci Collegiatam ſecularem Eccleſiam, tunc beatiſſimæ Virgini Deiparæ ſacram eodem primo ſuæ ſedis anno M. LXXVI. Gulielmus ille Author narrat illos quidem Reuerendiſſimos Antiſtites precibus Beraldi patris &

Conſecratio Eccleſiæ Bellijocex. Humberti I. filij Dominorum Bellijoci eò ad hoc conſecrandi munus aduenaſſe. Verùm fallitur Dictator, dum miſcet murorum fundatores atque parentes cum filijs alijs inaugurationis Templi promotoribus, próque talibus eos anteriores ſuſpicatus eſt. Neque enim ita ſe res habet. Quippe ut in Drogone Epiſcopo oſtendimus g, primos illos ambos Principes extruxiſſe ſolùm parietes cum datis fortè aliquot Clericulis: & filios Humberti nimirum Hugonem, Guichardum I. atque Stephanum eandem Baſilicam in Collegialem erexiſſe, vel vt præſtaretur palàm declaraſſe, vtrunque autem fundatorem vale mundo dixiſſe h, priuſquàm aut quando interuenerat præſens conſecratio. Nunc autem recèns adijcimus, quòd neque hi trés ſimul fratres Reuerendos Præſules expetierunt vt conſecrarent. g n. 374. 5.

Controuerſia procurantiũ. Nam Stephanus & Hugo tam pariter fato ceſſerant ad annum ſalutis milleſimum LXVI. ex Claudio Paradino in genealogicis affinitatibus i. Supereſt ergo edicere, quòd Guichardus tertius fratrum ac primus huiuſce appellationis, relictus ſolus Bellijoci Dynaſta, vir potens, imò tandem valdè pœnitens ſuorum exceſſuum k, coitionem Præſulum apud ſe promeruerit & promouerit: atque munus conſecrationis intueri dignatus eſt. Etenim ſolus dominatus eſt ab anno LXVII. per annos ſexaginta, & ad extremum diem vltimum paſſus eſt anno M. CXXXVII. Igitur eam vnus celebrationē intuitus eſt anno ſiniente M.LXXVI. aut ordiente ſequenti.

h an. 1053. & 1060.
i pag. 991.
k ſedemam abdicatur religioſum Cluniaci.

III. Actus. Tertia ſpecies geſtorum Landrici eodem fortè anno LXXVI. enixa, vel breui poſtea, reſpicit aliud Diploma præfati Gregorij ad Canonicos Lugdunenſes ſcribentis l, & mandantis, quòd quicunque in illis Galliarum partibus *diſpenſationes Eccleſiæ maximè Lugdunenſis pretij pactione vel contra excommunicationem Landrici Matiſconenſis Epiſcopi, quam in Capitulo veſtro fecit adepti ſunt, Apoſtolica authoritate præcipimus*, (ait ipſe) *vt in manus fratris noſtri Gebuini Archiepiſcopi veſtri refutare ſine dilatione procurent, &c.* Cætera ad integrum patent in Lugdunenſibus l, emendicata noſtris vigilijs ex recenti editione Colonienſi Regiſtrorum eiuſdem Gregorij m. Quibus liquet Landricum à Romano Pontifice delegatum pro excommunicandis Simoniacis in Gallia repertis, potiſſimúmque in Lugdunenſi prouincia & Eccleſia. Atque hactenus tres Bullæ Pontificiæ in eius gratiam.

Landricus Legatus cōtra Simoniacos.

l nu. 69 §. 5.
m per Seuerinum Binium 1606 to. par. 1. lib. 6. Regiſtr. Gregor. 7. epiſt. 34. 35. 36. pa. 1141.

Paragraphus 3.

IV. Actus. QVartum genus rerum præclarè ſubuenientium Landrico Præſuli eſt aliarum quatuor egregiarum Bullarum Gregorij, quem ſuprà Papam ſeptimum diximus, tantopere pro eodem Landrico adlaboraſſe. Id autem quaternarium Reſcriptorum nondum publicam lucem vidit, nec deprehenditur in modernis Colonienſibus de eo voluminib. Nam vel etiam mox talia aduertimus in Titulis antiquis MS. ſcriniorum Eccleſiæ Matiſconenſis. Prima Chartula eſt eiuſmodi. *Gregorius Epiſc. ſeruus ſeruorum Dei, Hugoni venerabili Cluniac. Abbati ſalutem & Apoſtolicam benedict. Matiſconenſis Frater & Coepiſcopus noſter Landricus ad Apoſtolorum limina veniens n, conqueſtus eſt apud nos Eccleſia ſua ur.à te ſibi auferri, quæ prædeceſſorum ſuorum temporibus etiam ſimoniacorum quietè viſa eſt gaudere. Nos ergo dignum eſſe & cōpetens adiudicauimus: vt qui bona temporibus irreligioſorum Eccleſiæ ſine moleſtia tenuit, ijſdem ſub Paſt religioſa in Romana Eccleſia ordinato priuari abſque ratione non debeat* o. En prima nota ex compromiſſis quòd Landricus Romæ ad Epiſcopatum Matiſconenſem promotus fuerit. *Quapropter dilectionem tuam monemus, vt res illas, ſuper quibus prædicta Matiſcon. Eccleſia quæritur, ſuiſq; ad ſuprà memorati fratris noſtri tempus poſſedit, deinceps quoque aut quietè retinere permittas, aut concambium competens reddere ſtudeas. Quod ſi inter vos hanc cauſam non poteſtis ipſi componere, volumus Fratrem noſtrum Dienſem Epiſcopum & S. Pauli Abbatem negotio huic intereſſe, quatenus eorum adhibita diligentia, finem his inueniri rectum & congruum valeat, ac inter vos vllum ius, diſſenſio nulla remaneat. Sine concordia namque neque religioſitatem dicimus quuquam valere, neque aliud opus, etſi bonum videatur, aliquid eſſe.* Pontifex equidem nullum apponit diarium ad calcem eiuſdem Bullæ. Verùm certè, dum ipſe Hugonem Dienſem Legatum à latere arbitrum efficit controuerſiæ, profectò tacitè

Iſque quadruplex.

Quatuor Bullæ Greg. PP VII. non priùs editæ.

1.

n ſine anno ſpectatione allata §. 1. & ut poſt. o §. 8.

Modus conciliandi Epiſcopos Matiſconenſes cum Cluniacenſibus priuilegiatis.

1077. connotat annum M. LXXVII. vel LXXIX. quia diſertè anno ſequente LXXX. ille Hugo migrauit ad Primatiam Lugdunenſem, relicto Dienſi Epiſcopatu p. De qua tranſlatione nos fuſe in Lugdunenſibus q. Et ſic tempora trium MS. Diplomatum, quæ ſubſequuntur, emetimur. Vnde hoc quaternarium inter Acta ſpecialis notæ annumeramus. Ergo Bulla ſecunda hæc eſto, quæ fiat quinta in cunctis Gregorianis huc ſpectantibus.

Bulla. *Gregor. ſeruus ſeruorum Dei dilectis in Chr. Fratribus Lugdunen. Archiepiſcopo, & eius Suffraganeis Epiſcopis ſal. & Apoſtolic. bened. Confratrem noſtr. Landricum Matiſconenſem Epiſcopum quem*

interne

interuenientibus quibuſdam rationabilibus cauſis ordinamus ad vos cum noſtris literis & Apoſtolico ſigillo tanquam rediens Landricus Româ, vbi fuerat à Papa conſecratus. Remittimus quatenus de ſuſcepto Sacerdotalis officij ordine & honore non incerta vobis ſigna & indicia referat. Qui quamquam vos debitam & fraternam dilectionem promptè exhibere non dubitemus, addere tamen ſibi & noſtra ad vos commendationis quaſi priuilegium oportere perſpeximus; quatenus & tanto accumulatior inter vos charitas exteſcat, quanto & ex vinculo noſtræ fraternitatis, & reſpectu Apoſtolicæ reuerentiæ coniunctior & eminentior cum cauſa cõmendatur. Quapropter rogamus vos & admonemus in Domino, vt eum plena dilectionis affectibus, & digna congratulatione ſuſcipiatis ad regendam ſibi commiſſam Eccleſ. eiúſque iura retinenda, & vbi opus fuerit recuperanda, cum omni cura & ſtudio quæ poteſtis conſilia & adiutoria conferatis. Nam quanto his temporibus pro peccatis noſtris cum Eccleſia ſenioribus nos multis perturbationibus affligimur, tanto ſollicitiùs ad defenſionem earum noſtra conſilia, & quas poſſumus vires adunare debemus, quatenus contra tanta pericula fortiores vinculis Chriſti euadamus, & fraternis negotiis mutuis ſuſtentationibus ſubſiſtere Domino adiuuante valeamus. Tertia Bulla. *Gregor. Epiſcopus ſer. ſeruorum Dei, Clero & populo Matiſconenſis Eccleſ. ſal. Quanta ſit erga vos & locum veſtrum Apoſtolicæ Sedis beneuolentia, ex amore quem in Epiſcopum veſtrum habemus, cognoſcere datur, quoniam Epiſcopalis officij benedictionem ac dignitatem per impoſitionem manuum noſtrarum auctore Dom. ſuſcepiſſe dignoſcitur.* Et hic apertius conſtat Landricum Romæ inauguratum Antiſtitem. *Cæterùm vt ordinationis ſuæ certa demonſtrare poſſet indicia, ſicut oportere cognouimus, cum literis & Apoſtolico ſigillo eum ad vos remiſimus: admonentes vos & Apoſtolica authoritate præcipientes mandamus, vt eum omni dilectione ac gaudio eum recipientes vnanimiter honoretis, & reuerentiam quæ patri debetur & Epiſcopo fideli obedientia deuotaque ſubiectione ſibi exhibeatis, attendentes dominica verba: Qui vos audit, me audit; & qui vos ſpernit, me ſpernit *. Tanto enim lætioribus animis hunc ſuſcipere, venerari, tuerique debetis ac diligere, quanto eum ab omni ſimoniaca ambitione purum & incontaminatum, nec aliunde, ſed per oſtium ad cuſtodiam animarum veſtrar. in Eccleſiam introiſſe, & ad Epiſcopalis vigilantiæ ſpeculam conſtat aſcendiſſe. Proinde nos multùm vobis congaudentes, rogamus & admonemus dilectionem veſtram, quatenus ad regendam ſibi commiſſam Eccleſ. eiúſque iura conſeruanda, & vbi opus fuerit recuperanda quantùm valetis conſilium ſibi & adiutorium præbeatis, & in omnibus quæ ad Chriſtianam religionẽ pertinent, eius admonitionib. acquieſcatis: ſcientes ſibi & vobis ac Eccleſiæ, cuius in Chriſto ſpeciales filij eſtis, Apoſtolica Suffragia quantùm Domino præſtante poſſumus, ad libertatem fidei veſtræ & animarum curam profectúmque ſalutis vbique prompta atque pacata fore* [r]. En tres primæ Decretales Epiſtolæ Gregorij VII. ex compromiſſo quaternario, equidem hic ſeiunctim collocatæ: quibus ſanè relucet forma Apoſtolicarum ſimilium literarum, quas hodie dignantur concedere ſummi Pontifices in datis Epiſcopalibus inſtitutionibus vnà cum comitib. aliis miſſis, cùm ad vicinos Abbates, tum ad Canonicos ſeu Cathedrale Capitulum, necnon denique commendatitias ad ciues vrbis Epiſcopalis. Adeo vt hodiernus ritus ſic mittẽndi literas Apoſtolicas ad tot cõmunitates, & vſu mox pertritus, illinc typũ ſuum traxit. Landricus verò eas omnes ſecũ Romã redeũdo attulit, citra omnes præfatas deinceps exaratas.

Ad Archiepiſcopus Lugd.

Pro Landrico certificando Romæ conſecrato.

3. Bull.

Clero & pop. Matiſconẽſ.

* Luc. 10. v. 16.

Vt obediant & iuuent Landricum.

r in Tit. fol. cn. 8.

Pontifices ſic hoc præſtãt in prouidẽdis Epiſcopis.

Sed obiter aduerte (Lector) ex prima Epiſtola eiuſdem Gregor. Papæ, quod pridie in typo irrepſit leuis allucinatio §. 1. pag. 111. attamen iſtic quàmprimùm opportunè ueç vlteriùs emendanda. Linea 22. dele ad marginem *velle*. Et linea 23. loco *præficiatur*, lege *præfici patiatur*. Sicuti longiùs præmittitur Tom. 1. in noſtris Lugdunenſibus ſub Humberto I. Archipræſule, Numero 70. §. 2.

Appendix.

Paragraphus 4.

QVarta vtriuſque Decretalis Epiſtola Gregorij VII. ex noſtro MS. eruta, & hic ſeiunctim conſtituenda, vergit ad propoſitas alias materias à Pontifice ad Landricum Epiſc. Roma miſſas, virum tunc in Diœceſi pacificè reſidentem, & à multo iam fortaſſis tempore è Romana Curia reuerſum. En tenor literæ [ſ]. *Gregor. Epiſc. ſer. ſeruor. Dei, dilecto in Chriſto Fratri Landr. Matiſc. Epiſc. ſal. & Apoſtol. benedict. Mirari valdè cõpellimur, quomodo firmitas * tua perſuaſione Clericor. ſicut audiuimus in confirmatione priuileg. Cluniacenſis Eccleſ. Epiſcop. Albanenſi Legationẽ noſtr. ferenti inobediens extiteris, præſertim cùm etiamſi aliquid, quod non credimus, inconſultius tibi irrogare voluiſſet, & quicquid eſſet pro reuerentia Apoſtolicæ Sedis ferre decuiſſet. Itaque propter bonã vitã & paſtoralẽ vigilantiã, qua circa Eccleſ. tibi cõmiſſ. deſudas, hanc culpã ſupportantes, præcipimus tibi, quatenus vocatis de meliorib. Monach. Cluniacẽſis Eccl. ad cõmunem locũ inter Matiſconẽ & Cluniac. venias, vt in præſentia illorum prædictum priuilegium confirmes, & ſic in Epiſcopali officio reſtitutus adiuuante Dom. populum tuum valeas conſolari. De cætero, fraternitatem tuam paterno affectu, quo eam amplectimur, admonemus, ne improbitati vel leuitati Clericorum tuorum vlteriùs credulus exiſtas; ſed meis, qui te non tua diligo, potiùs quàm illorum conſiliis acquieſcas. Quod ſi feceris: ſcias profectò quod nos Eccleſiam tibi commiſſam præiudicium ſuſtinere nullatenus patiemur.*

a Bulla ſeorſum.

ſ In Tit. fo. 9. Habeo priuilegia MS. à Gregor. Cluniaci data Romæ in Baſilica Lateranenſi Conſtantiniana.

Ad ipſum Landricum.

* Sic quidem in autograp. ſed forte verius melius fraternitas.

Ritus denuò cum conciliandi cum Cluniacẽſib.

patiemur.

patiemur. Interim autē ſine omni inquietudine & diſcordia vos & Abbas Clunienſis pacificè maneatis, donec coram Vicario Dienſi Epiſcopo huiuſmodi lis religioſarum perſonarum conſilio terminetur. Aut ſi illud non poterit fieri: nos vtraque parte vocata & cauſâ diligenter diſcuſſa, auxiliante gratia Dei finem congruum imponere valeamus. Clerici autem qui ſpiritu ſuperbiæ ducti contra Legatum noſtrum Albanenſem Epiſcopum turbam fecerit, & Archiepiſcopum Viennenſem à Cluniaco reuertentem ablatis rebus ſuis contumelioſè inuaſerunt Cluniacum, nudis pedibus ante Altare ſancti Petri ſatisfaciant, & ſic emendatis moribus abſoluantur. Qua in Epiſtola, eùm rurſus ipſe Papa dictiret Hugonem Legatum adhuc Dienſem Epiſcopum, quem iterum vocat arbitrum litis: hinc fit vt Reſcriptum hoc iiſdem annis exaratum videatur, quibus ſuprà diximus miſ- *
1078. ſum primum quaternarij Epiſtolium. Vel geſtum lubentiùs dixerim anno præciſè M. LXXVIII. Quippe ex Bibliotheca Cluniacenſi profertur in lucem * Charta præfati Domini Petri Albanenſis Epiſcopi & Cardinalis, Legati à latere ipſius Gregorij Papæ, inclinantis paulò aduerſus Gebuinum Archipræſulem Lugdunenſem & Landricum Epiſcopum Matiſconenſem, dicentis vniuerſim, *interdico vt nullus infra terminos Ruſſiacenſis villæ, & de Lornant* (prope Cluniacum) *rapinas vel inuaſiones facere præſumat, &c. Datum poſt feſtum B. Agathæ 8. Idus Februarij,* 1078. De quibus ſatis.

* col. 512. Déque præfato Papa & Cluniacēſib. vide alia in ſacra noſtra Chrono. Lugdunenſ. nu. 71. §. 1. 2.

Paragraphus 5.

V. Actus.

QVintus ordo rerum in genere circa Landricum Antiſtitem proponendarum, petitur quidem ex ſolitis Titulis: at is cum ſequentibus iam tendit ſeorſum ad alias longè diuerſas priuatorum ferè materias, nec ampliùs Apoſtolicas. Sic audi [t] *Sacroſanctæ Dei Eccleſ. in honore S. Vincentij dicatæ, infra muros Matiſconi fundatæ, cui Domn. Landricus præeſt, ego Guido Comes pro remedio animæ & anteceſſorum concedo ipſi Eccleſ. & Canonicis eius de beneficio meo quod teneo ab ipſa Eccleſia, & Epiſcopo locum ad ædificandam Eccleſ. cum cimiterio in ſylua Cenua, vt Epiſcopus & Canonici ſic in antea habeant & poſſideant ea cum decimis & oblationibus ſuis, ſicut mos Eccleſiaſticus requirit. Dono autem eis decimas de foreſtibus vel terris, quas in dominicatu meo habeo. De aliis vero terris vel ſyluis, quarum reditus vel decimas aliqui de meis in beneficio tenent, ad alias Eccleſias non pertinent, ſcilicet de his quæ ſunt in miniſterio Bernardi & Duranni, cōcedo illis oblationes eorū qui in illis habitauerunt & laborauerūt, & cætera quæ Parochiani Chriſtiani Eccleſiis debent perſoluere, &c. Actum Matiſconi per manū Ram. Cancellarij XIV. Kal. & VIIII. regnante Philippo Rege. Sign. Guidonis Comitis & Maioris Comitiſſæ,* ac ſeptem aliorum teſtium nominatorum. In cuius inſtrumenti calce, contemplemur diarium, quia ibi ſeminarium allucinationis ſubeſſe iudicamus, præter ſeribentis tamen ſententiam. Sanè annus IX. Regni Philippi I. filij Henrici I. incidit ſub annum ſalutis milleſimum LXIX. ex calcu-
1079. lis Æmilij ac Tillij. Illo autem anno tribúſque ſequentibus conſtat Drogonem Epiſcopatum renuiſſe ſuprà [u]. Propterea forſan libet Manuſeriptus hîc voluit ſeu debuit exſcribere annum XVIIII. ſeu XIX. Regni Philippi, qui iuſtiſſimè fuit annus ſalutis milleſimus ſeptuageſimus nonus, quo habitum eſt hoc inſtrumentum, equidem ad optimam ſeriem præcedentium Actorum ſeu diariorum eiuſdem Landrici Antiſtitis. Cæterùm, conſequenter ad præfatum donum Guidonis Comitis Matiſcenſis, ſubeſt Actus alius ad faciem eiuſd. Dynaſtæ & Epiſcopi celebratus in eodem Titulorum folio [x]. *Notum ſit omnibus ſanctæ Matiſcen. Eccleſiæ filiis præſentibus & fut. quòd Hugo de Siuſiaco, licèt iniuſtè calumniam dudum intulit Canonicis S. Vincentij de hæreditate, quam Fromaldus quidam nobilis homo dederat S. Vincentio. Ipſi enim quia parentes erant, contendebant inter ſe de hæreditatibus ſuis, quæ ſibi peruenirent ab anteceſſoribus. Itaque poſt longam contentionem & calumniam quam ipſe Hugo inferebat Canonicis pro illa hæreditate: venerunt inde ad placitum Canonici. Ipſe Hugo cum propinquis & amicis & ſenioribus ſuis ante Dominum Epiſcopum Landricum & Comitem Guidonem, vbi poſt longas ratiocinationes querelarum ac diuerſarum diffinitionum, qualiter ipſi & partes eorum has hæreditates inter ſe calumniauerunt vel tenuerunt: Epiſcopus & Comes cum pluribus aliis Iudicibus intelligentes rectitudinem Eccleſiæ, decreuerunt cauſâ æquitatis & concordiæ, vt quia hæc hæreditas à fratre & ſorore ad hæredes perueniret, Canonici ſine inquietudine quæ poſſederant de his terris per Dominum Fromaldum haberent & retinerent, eo tamen pacto vt ſi aliquid inde haberent ſupra medietatem, vnde ipſe Hugo eſcannium [y] non haberet, hoc illi diuiderent, &c.* En ſatis.

Donum Guidonis Comitis.

Pro Eccleſ. Matiſcon.

Additamentum ſolitæ chronicæ.

[t] fol. 6.

* in Matiſcone.

[u] nu. 17. §. 1.

[x] fo. 5.

[y] Change, ſiue annuelle, intereſt, penſion.

[z] forte nominis domus hodie dicta de Fondrac, quæ in ſuis paſsib. nunc habet dominem

* Fuit etiam Aymonus de Peiſſeu Matiſcenſ. Decan. Lugdunenſ. Sacriſta & Canonic. Bellijoci, obiitque 6. id. Martias. incert. Item Domn. Iocetaneus Matiſc. Decan. & Canonic. Bellij vbi dedit Thuribulum argenteū, & obiit 2 Non. Iul. Artaudus de Vicartoē Matiſ. Decan. & Canonic. Bellij. 2. Idus Auguſt. omnes diuerſis annis ignotis: ſumpti ex Martyrolog. MS. Eccleſ. Bellijoci, ordine menſium.

Paragraphus 6.

VI. Actus.

SExtus ordo rerum diſtinctus eſt eiuſmodi. *Anno ab Incarnatione Domini milleſimo LXXX. regn. Rege Franco. Philippo, reſidente in ſede Matiſcen. Landrico memorandæ memoriæ Epiſc. ego*
1080. *Hugo Fuldradus [z], quia cognoui quòd iniuſtè tenebā quartam partē decimar. Eccleſ. S. Mariæ de Agrillo, reddidi illam ſancto Vincentio, cuius iuris erat, per manus Odonis Decani * & Berardi Archipresby*

Presbyteri , cum aſſenſu vxoris mea Girberga,pro mea & eius ac anteceſſorum noſtrorum animab. in
diebus Anniuerſarij: eo pacto vt nullus hæredum noſtrorum Canonicos S.Vincentij inde inquietare
VII. Actus. *præſumat* a, *&c.* Septima ordinatio. *Anno milleſimo octuageſimo ſeptimo Incarnationis Domini* a fol. 197. De ipſo Quercetanus ſub hoc an. col. 98.
noſtri Ieſu Christi , cum authoritate & priuilegio ſanctæ Romanæ Eccleſiæ , ex præcepto quoque
Domini Landrici Matiſcon. Epiſcopi, necnon cum adiutorio aſſenſúque Canonicorum ipſius Eccle-
1087. *ſiæ , nos humilis grex Monachorum degentium in Monaſterio S. Rigaldi vocitato , in honore ſum-*
mæ ac indiuiduæ Trinitatis , atque ſanctæ Dei Mariæ & ipſius prædicti Confeſſoris dicato, eligimus
nobis vnum de Fratribus noſtris nomine .... à pueritia ſub regula beati Benedicti enutri-
tum,doctrina inſtitutum, naturâ prudentem,moribus temperatum,vitâ caſtum,fide Catholicum, lite-
Nouus Abbas S. Rigald. *ratum,in lege Domini inſtructum,in dogmatibus eccleſiaſticis exercitatum.Hunc itaque,quoniam ne-*
ceſſarius eſt nobis & Eccleſiæ noſtræ , Domino Landrico venerabili Præſuli Matiſconenſis Eccleſiæ,
in cuius Epiſcopatu degimus,cuique nos ſubiici canonicè profitemur,cum aſſenſu Canonicorum eiuſd.
Eccl. offerimus in Abbatem conſecrandum,optantes nobis eum præeſſe & prodeſſe , ſimúlque promit-
tentes ei obedientiam,iuxta B.Benedicti Patris noſtri inſtitutionem b. En ſecundus Abbas ibidem b fol. 184.
creatus. De primo ante octennium conſecrato, vide ſub Drogone Epiſcopo c. Interea dum c nu. 37. §. 4.
vtrumque de illa Abbatia Reſcriptum dicitet S.Rigaldum Confeſſorem eſſe patronum loci
illius:ſanè monemus obiter, quòd talis Sanctus minimè ſaltem occurrit in martyrologiis
Eccleſiæ Romanæ Scriptoribus Beda, Vſuardo, atque Baronio.

Paragraphus 7.

VIII. Actus. OCtaua ac vltima Actio primi generis pro Landrico,hoc eſt, cum ſpeciali chronologia,
eſt eximium Papæ Vrbani II. d priuilegium,ſequuti Gregorium VIII. ſolo Victore III. d ab an. 1088. ad 1100.
intermedio per vnicum annum e. En characteres f. *Vrbanus Epiſcopus ſeru.ſeruor. Dei,dilecto* e 1087.
Fratri Landrico Matiſconenſi Epiſcopo ſuiſque ſucceſſorib.canonicè promouendis in perpetuum. Iuſtis f fol. 176.
votis aſſenſum præbere,iuſtiſque petitionibus aures accommodare nos conuenit:qui,licet indignè,cuſto-
des atque præcones in excelſa Apoſtolorum Principum Petri & Pauli ſpecula poſiti Domino diſponen-
te videmur exiſtere.Tuis igitur,Frater in Chriſto Reuerendiſſime Landrice,iuſtis petitionib. annuen-
tes ſanctam Matiſconenſem Eccleſ. cui Authore Deo præſides , Apoſtolicæ Sedis auctoritate muni-
mus. Statuimus enim vt Eccleſia de Priſciaco,de Fabricis,de Vercheſſoto , de Mardubrio,Eccleſia S.
Priuilegium Papale. *Amoris,& cætera omnia quæ tua fraternitas ex hoſtium manib.erepta reparauit, vniuerſa etiam quæ*
iuſtè ad eandem Eccleſ. pertinere noſcuntur, tibi tuiſque ſucceſſorib. libera ſemper & illibata ſeruen-
tur.Interdicimus etiam,vt te ad Dominum euocato,vel tuorum quorumlibet ſucceſſor. nullus omnino
inuitis veſtræ Eccleſiæ Clericis,aut Epiſcoporum aut Eccleſiæ res auferre,diripere,vel diſtrahere audeat.
Ipſum autem Clericorum Clauſtrum,& Clauſtri domos ita ſemper liberas permanere ſancimus, vt ne-
mini illic violentiam liceat irrogare.Ad hæc adiicientes decernimus,vt quæcunque in poſterum liberali-
Pro Epiſcop. Matiſconenſ. *tate Principum vel oblatione fidelium veſtra Eccl.iuſtè & canonicè poterat adipiſci,firma tibi tuiſq;*
ſucceſſorib.& illibata permaneant. Si quis ſanè Archiepiſcopus aut Epiſcopus aut Imperator, aut Rex,
Dux,Comes,Vicecomes,Iudex,aut eccleſiaſtica qualibet ſeculariſve perſona huius Priuilegij paginam
ſciens contra eam temerè venire tentauerit,ſecundo tertióve commonitus ſine ſatisfactione congrua
emendauerit,poteſtatiſque honoriſque ſui dignitate careat,reúmque ſe diuino iudicio exiſtere de per-
petrata iniquitate cognoſcat , atque à ſacratiſſimo corpore & ſanguine Dei ac Dom. Redemptor.noſtri
1096. *Ieſ. Chr.alienus fiat,& in extremo examine diſtrictæ vltioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem Eccle-*
ſiæ iuſta ſeruantibus ſit pax Domini noſtri Ieſ. Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis perci-
piant,& apud diſtrictum Iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen. Datum Cluniaci per ma-
num Ioannis S.R. Eccleſiæ Diaconi Cardinalis, XV. Kalend. Nouembr. Indictione III. Anno
Dominicæ Incarnat. milleſimo XCVI. Pontificatus autem D.Vrbani II. Papæ octauo. Ecce pro-
fectò auguſtæ prærogatiuæ potiſſimùm Cluniaci à Papa cōfectæ,in Monaſterio ſcilicet tunc
alioqui iura Epiſcopi Matiſconenſis minuente quantum poteſt pro ſuis analogicè adaugen-
dis.Cæterùm totus præfatus calculus in MS.perantiquo ritè congruit vnà cum recentiori-
bus noſtræ ætatis Chronographis.

Paragraphus 8.

Tria reſcripta ſecundi generis. SEcunda omnium dicendorum ordinatio, eſt Titulorum ſub vno quidem Rege Philip-
po exaratorum,in quibus habetur mentio de Landrico ; verùm abſque ſtato diurno
tempore. Et tales autographi occurrunt tres numero : cuncti circa priuatas donationes
Eccleſiæ Matiſcenſi factas. Primus Titulus g. *Sacr. ſanctæ Dei Eccleſiæ in honore S.Vincentij* g fol. 7.
I. *infra mur.Matiſc. fundatæ,cui Dom.Landricus Epiſc.præeſt,ego Odila fœmina pro remedio animæ m.*
& parent.meor.laudante & conſentiente ſeniore meo Ioanne,dono medietatem furni , qui eſt ſubtus
terrā Canonialē ad introitū Pontis.Nouerint quoq; præſ. & fut.quia auunculus m.Orgilus & pater m:

Duranus emerunt illam terram ab alio ſeruo S. Vincentij, & conſtruxerunt ibi hunc furnum, &c. Præterea ego alia Odila neptis prædictæ dono aliam medietatem eiuſdem furni quæ mihi euenit à matre & auo meo Orgilo, patrono noſtro S. Vincen. & Canonicis eius, eo pacto vt ego & ſeruus meus Bernardus illam in vita noſtra poſſideamus; & hoc animo, vt in feſtiuit. omnium Sanctor. & Natiuitate Dom. & in ſolemnitate B. Vincentij, & in Paſchate Dom. ſingulos panes eis pro inueſtitura reddamus, nobiſque decedentibus vnus tantùm de hæredibus noſtris, qui de nobis exierit, eandem partem in vita ſua, eundem cenſum reddendo, poſſideat. Ac poſt noſtror. omnium deceſſum ipſa medietas cum omni integritate ad S. Vincentium perueniat. Ego quoque Guido Comes pro ſalute animæ m. & anteceſſor. meor. hoc idem donum laudo & corroboro. Et ſi aliquid rectitudinis in eis habebam, donando reddo, & reddendo dono. Sign. Maioris Comitiſſæ, Odilæ, & aliorum ſex teſtium. *Actum Matiſconi per manum Ram. Cancellarij XIV. Kal. Iunij, tempore Regis Philippi.* Item ſeorſum. *Igitur ne aliquis futuror. has dationes, quæ de furno factæ ſunt, perturbare poſſet in poſterum, veniens Domn. Reinaldus Comes in præſentia Domini Landrici Matiſcenſis Epiſcopi & Canonicorum ſuor. laudauit & confirmauit eadem dona, & quicquid ipſe iuris habebat in eodem furno vel in his quæ ad furnum pertinent, totum conceſſit beato Vincentio & Canonicis eius, vt in æternum poſſideant, &c. Actum teſtibus Gaufredo de S. Nicetio, & Gaufredo de Maliaco. Si quis autem contradixerit, recognoſcat ſe incurriſſe anathema.* Idcò verò talis fuerat tunc valdè opportuna donatio, necnon de reſignantis mente ad iuuandam Eccleſiam; nimirum quia eo tempore Epiſcopi & Canonici viuentes in communi Refectorio, opus habebant furno pro quotidianis panibus. Quod erat perenne, etiam ceſſante poſtea Refectorij vſu communi, quia diſtributiones in coctis farinis dietim Clero fiebant. At mox non ampliùs. Sed in granis frumentariis verſæ quotannis diſtribuuntur commodiùs. Idcirco deinceps venditi ſunt furni, & vel tandem hi deſtructi, dum hodie eo in loco allato non appareant. Secundus Titulus eſt is. *Poſt mortem Bernardi Groſſi*[h], *factis Monachis Gauſeranno & Bernardo filiis eius, quibus villa Siciaci per precariam conceſſa fuerat*[i], *Landricus Groſſus filius dicti Bernardi & frater horum, cum alio Bernardo fratre ſuo, in præſentia Domini Landrici venerabilis Epiſcopi, & Odonis Decani ac aliorum Canonicorum Matiſcen. concedens & confirmans domum & verpitionem, quam pater ſuus fecerat de villa Siciaci. Inſuper pro abſolutione anteceſſorum ſuor. & vt Dominum inuenirent ſibi propitium, intercedente B. Vincentio Martyre ſuo, per annulum dicti Landrici Epiſcopo. Vt autem ſtabile & firmum permaneret, oſculatus eſt Dominum Epiſcopum in fide pollicens ſicut promittebat vlteriùs tenere*[k], *&c. Regnante Philippo Rege*: duodecim teſtibus obſignantibus. Tertius Titulus. *Veniens Arcaldus cognomine Albus in præſentia Dom. Landrici, Dom. Odonis Dec. & aliorum Canonicor. reddidit S. Vincentio Eccleſiam S. Amoris cum decimis & terris ac omnibus appenditiis ſine vlla retinatione ex ſua parte: & hanc donationem firmauit Vgo nepos eius. Actum Matiſc. per manum Odonis Cancellarij VIII. Kalend. Februar. regn. Philippo Rege*[l]. Suffecerit. Atque omittimus folium 186. de decimis villæ Lentigniaci, datis eidem Capitulo per Gauſmarum de Apagniaco. Cæterùm, quod ad propoſitum præfati loci ſeu Eccleſiæ de ſancto Amore ſpectat, quæ eſt oppidum in Comitatu Burgundiæ Diœceſi Lugdunenſi: ſic Lectorem monemus. In ſolo Breuiario Matiſconenſi habetur officium ſemiduplex ſanctorum Amoris & Viatoris Martyrum die 9. Auguſti pro Cathedrali Choro. Simúlque antiqua MS. Martyrologia Eccleſiarum Maticenſis & Bellijocenſis tunc meminêre duplicis eiuſdem Sancti. At nihil proprij ibidem continetur: ſed totum commune eſt: tum in veteri vſu Maticenſi, tum in recentiore poſt acceptum Breuiarium, Graduale & Antiphonarium Romanum in Diœceſi anno 1601. De quibus Sanctis ſilent edita Martyrologia. Quippe duntaxat ſtatuunt Lugduni ſanctum Viatorem Confeſſorem die 21. Octobri. De quo nos in ſacro Lugdunenſi Chronico *.

Furnus communitatis Eccleſ. Cathedralis.

II. Reſcriptū.

III.

Ex donis.

De S. Amore.

[h] Domini d'Vrelles.
[i] n. 37. § 1. ſeq.
[k] fol. 13.
[l] fol 11.
* nu. 13. § 3. & 6. fin n. 17. 9. 1.

Paragraphus 9.

Sex Tituli tertij generis.

ADeſt tertia generalis coordinatio, eáque ſex inſtrumenta amplectitur. Primum eſt huiuſmodi. *Notum ſit præſentibus & fut. quoniam diu demorata eſt querela inter Domnum Landricum Matiſcenſem Epiſc. & Domn. Berardum ſucceſſorem eius cum Guichardo de Marriaco & filiis eius, de colonia de Peirol, in qua iniuſtè arripiebant ſuper captionem. Tandem poſt multas ſupradictor. Epiſcopor. reclamationes, & diutinam Guichardi filiorúmque eius pertinaciam, plurimáſque circuitionum reuolutiones, tali modo definitum eſt. Adiit nanque Guichardus & filij eius*[m] *cum conſenſu amicor. ſuor. præſentiam Domni Berardi Epiſc. conceſſerunt & vuerpiuerunt illam ſuper captionem & iniurias quas ibi fecerunt in manu ipſius Epiſc. & etiam in fidelitate ſua Epiſcopū oſculati ſunt, &c.* Teſtes ſunt tredecim in Charta nominati *cum aliis plurib.* Hîc videtur duo ſimul ex æquo ſediſſe Epiſcopi Matiſc. Quod fortè quis prima fronte mirabitur, & ſpeciē ſchiſmatis hoc induiſſe arbitrabitur in Eccl. At nihil horū vereaeris. Nā quēadmodū textus docet ambos fuiſſe

I.

Duo ſimul Epiſcopi Matiſconi.

Quorſum.

[m] Melo & 130. fol. 2.

multùm

multùm concordes pro communibus Eccleſiæ iuribus tuendis aduerſus familiam de Marriaco: ita ipſi extitêre vniformes & pacifici in reliqua fide orthodoxa. Inſuper, Beraldus ſucceſſor, primario cuius nomine geſta ſunt Acta præfata, potuit eligi velut capax conſanguineus optante Landrico anteceſſore tanquam ſene nimium. Quippe ſic hodie fit ordinante ſummo Pontifice: vt plerunque annoſi Epiſcopi haud raró ſibi procurent Coëpiſcopos,
Et quomodo ſeu Coadiutores, ſæpiúſque ex propagine. Tales nanque intuemur duos villarios Viennæ, & duos Gratianopoli euectos conuiuentes. De quibus plura in Lugdunenſibus [*]. Et hoc eſto [* ou. 22. §. 3. & n. 111. §. 3.] ſeminarium ad proximas narrationes in ſequente Numero ſeu Epiſcopo. Quæ textura ſuperior de ambobus ideo præmittitur cæteris quinque membris in hoc Paragraphi noni ſenario, quia in Titulorum pagellis primus caſu occurrit: quantumuis adſequentia quinarij fortaſſis anteriora ſint tempore in re geſta. Leue enim eſt diſcrimen illud ordinationis. Se-
II. Tit. cundum Inſtrumentum. *In nomin. ſanct. & indiuid. Trinitatis, præſidente vener. Landrico Epiſc. ego Vmbertus Bellijoci* (fuit ſecundus huius nominis [n]) *annuente vxore mea, reddo, relinquo, & ſi* [n viuente adhuc patre Guichardo 1.] *quid iuris habeo, concedo ſuprad. Matiſc. Eccleſiæ in hon. Mart. Chriſti Vinc. dicatæ & Canonicis eius*
Humbert. Bellijoci benefactor. *Eccleſiam de Mardubio cum Capella B. Vincentij & Eccleſiam B. Mariæ de Agriliaco cum omnibus appendit. terris, ſyluis, pratis, vt Canonici ex hac die teneant, & poſſideant quicquid in dominicatu habeo, pro abſolutione animarum noſtrarum & anteceſſor* [o]. Adſtantibus ſeptem teſtibus. Tertium [o f. 10 & n. 6.]
III. Tit. notabile Inſtrumentum. *Quia tempore longo inter ſancti Vincentij Canonicos & ſancti Petri Regulares de ſepultura mortuorum grandis altercatio habita erat, Domnus Landricus, qui tunc Matiſcenſis ſedis Epiſcopus præerat, adhibitis ſecum Domno Hugone Lugdunenſi Metropolitano, & Rom. Eccleſiæ ex præcepto D. Gregorij Papæ Legato* [p], *necnon Domno Aganone Educnſium Epiſcopo* [q], *&* [p n. 71. §. 1.]
Concordata de ſepulturis. *Dom. Vualterio Cabilonenſi Epiſcopo, quomodo de hac lite pax & concordia fieret: Conſilio iſtorum di-* [q n. 37. 6.] *ligenter habito Domnus ac venerabilis Hugo Lugdunenſ. Archiepiſc. decreto & conſenſu ſupradictorum Epiſcopor. & cæterorum Catholicorum concordiam inter Eccleſias ſic ſtabiliuit dicens: volumus & præcipiendo ſtatuimus vt Canonici B. Vincentij Mart. & Regulares B. Petri Apoſtol. æquales parteis inter ſe faciant de his rebus quæ offerentur vtriſque hoc modo. Si quis volens ſepeliri in Cemeterio Eccleſiæ B. Petri Apoſt. de rebus ſuis ſupradictis Canonicis vel Regularibus ſanus vel infirmus prade-*
Inter Canonicos Cathedrales & Collegiales Matiſconi. *ſtinauerit, æqualis diuiſio fiat. Inter eos ſimiliter, ſi parentes alicuius mortui ſepelirent ibi mortuum, & de rebus ſuis vel mortui Canonicis Regularibus conceſſerint, æqualis diuiſio fiat. Si quis autem ſe Regularem deuenire promiſerit, & conuenerit, aut ſtatuerit terminum quo id perficiat, ac infra terminum mortuus fuerit, quicquid dimiſerit, totum Regulares habeant. Si verò terminus tranſierit & Regularis factus non fuerit, atque poſtea dicto inſuper Cemeterio ſepultus fuerit, quidquid ipſe vel aliquis pro eo conceſſerit, Regularibus & Canonicis B. Vincentij æqualiter partiatur. Si verò Canonici B. Vincentij de ſuis proprijs rebus in vita ſua vel ad mortem ſuam Regularibus B. Petri aliquid cōceſſerint, hoc totum habeant Regulares ſine vlla diuiſione* [r]. Quimembris eſt præfata capitum de- [r f. 185.]
Conciliū IV. Matiſconēſ. liberatio. Atque hinc tria tandem aduertenda. Primum, ſanè hic Præſulum cœtus cenſetur veriùs eſſe Concilium, vtique prouinciale, Matiſconi habitum, numero quartum ibi, etſi breue ac patrum quatuor tantùm. Sic enim de more tunc quotannis, ſinguliſve triennijs habebatur Synodus in prouincia [s]. Secundum eſt, quòd etſi Cathedrales Canonici tunc [s Dialibio Lugdun. & hic o c. §. 2. n. 6. §. 1 6 7.] conuiuerent ſimúlve paſcerentur: non tamen ampliùs eſſent Religioſi ſeu Canonici Re-
Cathedrales non ampliùs tunc monachi. gulares. Quippe ipſi hac in Charta ita condiſtinguuntur à Canonicis Collegiatis ſancti Petri, vt Cathedrales abſolutè dicantur Canonici, at Collegiales denotentur cum epitheto Regularium, ſcilicet Ordinis ſancti Auguſtini. Quando igitur præcisè facta ſit Cathedralium ſecularizatio, ſeu pedetentim ex tacito Eccleſiæ Romanæ permiſſu ſic fortè quondam in vſu, ſiue cum Apoſtolico ſpeciali Decreto; id hactenus neſcitur, nec patent reſcripta [*]. Tertium aduertendum eſt, quòd licèt diarium huiuſce coronæ nos lateat: nihilomi- [* vide n. 1. §. 1 &c.]
Tempus Synodi. nus eam credimus celebratam inter annum M. LXXX. & LXXXVII. Nam Hugo illic Præſes & dictus in textu Archipræſul Lugdunenſis, non priùs conuolauit à Dienſi Sede [t §. 3. n. 74.] ad Lugduneam quàm anno LXXX. [t] tum Gregorius PP. VII. cuius eo in facto Legatus fue- [u fol. 197.] rat Hugo, deceſſit Romæ è viuis anno M. LXXXVII. Ergo inter hæc tempora diffinitum [* Quidā Vuichard. de Balgiaco incerto tēpore teſtis & Hugo Prior Clauſtral S. Petri. Bermōdus Sacriſta in Actis D. Stephani Camerarij, ex Martyrol. fin] eſt negotium. Quarta membrana eſt, *quod Vuicardus de Mote, frater Pontij, filius Giraldi de Mote, hæreditario iure poſſidebat quartam partem decimarum Eccleſiæ de Mardubrio, quā per manum Domini Landrici Matiſconenſis Epiſc. reddidit S. Vincentio pro remedio animæ ſuæ & anteceſſor.*
V. Titulus. *cum aſſenſu vxoris ſuæ Ardegaldis* [u], *&c.* Quinta hæc. *Vdulricus de Balgiaco* [*] *reddidit & reliquit pro ſalute animæ ſuæ & anteceſſorum ſuorum B. Vincentio Matiſcon. & Rectoribus Eccleſiæ omnes*
De Balgiaco. *conſuetudines & prendditiones quas iniuſtè & iuſtè fecerat, ipſe vel aliquis alius pro eo in villa de mōte. Miſit autem manum ſuam ſuper manum Domini Hugonis Dienſis Epiſcopi & Romani Legati quaſi in loco ſacramenti, ne aliquis filiorum vel ſucceſſorum ſuorum hanc vuerpitionē præſumeret in-* [x fol. 152.]
VI. Titulus. *fringere.* Sexta & vltima [x]. *Notum ſit vniuerſitati fidelium, quòd S. Vincentius in amne Vela ſupra*

Chauaigniacum duo Molendina ab antiquo habuit; vnum quod Canonici continuè tenuerunt in dominio, alterum Dominus Balgiacenſis quaſi in beneficio. Gauſridus autem de Maſſriaco & Bernardus frater ſuus remouerunt illud quod erat de Chaſamento ſub villa, & ita excluſum eſt. Mortuo verò ſtatim Gauſrido, Bernardus ſuperſtes de hac iniuria Canonicis exequi iuſtitiam recuſabat: aliquandiu anathematis vinculo irictus, tandem per manum Domini Landrici Matiſc. Epiſcopi reſipiſcens, in iudicium Chauaniacum venit, vbi per latam ſententiam recognoſcens quòd contra Canonicos iniuſtè egiſſet, laudauit, vt ſicut molendina ſuperiùs communia fuerant, ita & ſub villa communia ſint in poſterum, &c. Actum publicè iuxta Cemeterium [y]. Tredecim teſtibus ac pluribus. Satis hac vice.

Moleôdina.

y fol. 190. omiſſo ſeuiſ. 181. & 185.

Paragraphus 10.

Octuplex dotatio Eccleſiæ S. Petri Matiſcon.

SEiunctim audiamus hac ſerie multa Optimatum munera pro dotatione aut incremento Baſilicæ S. Petri Matiſconenſis collata ſub hoc tempus, cuius loci fundationem ſeu reſtaurationem dudum extulimus [a]. Primùm. *In nomine Saluatoris, ego Rainaldus Comes peccator, vadens in Hiſpaniam cum exercitu ad debellandam gentem paganorum, pro animabus parentum meorum, & vt Dominus proſperum iter mihi faciat, & Chriſtianæ genti victoriam concedat, petitione Ioannis de Blaniaco & Otgerij Præpoſiti mei dono Canonicis Regularibus Eccleſiæ B. Petri, quæ extra muros Matiſconi fundata eſt, Domino famulantibus, quicquid terrarum quoquo modo potuerint adquirere de pheodatis meis. Dono etiam illis omnes terras illas, in quibus conſuetudines habeo, vndecunque acquirere valebunt, vt ſine conſueto cenſu poſſideant. Sign. Rainaldi Com. Ioannis præceptoris, Stephani de Baiſenens, Otger. Præpoſ. Archimbaldi dapiferi, Gualtery Boniti.* Qua in parte recognoſce, Lector, bellum illud Hiſpanicum vix eſſe id ſolenne prælium adeò ſerotinum aduerſus Saracenos à piis Gallis allatum, tum in Palæſtina Hieroſolymitana, tum ſimul in Hiſpania ſub Philippo II. Francorum Rege, apud quas regiones illi infideles graſſabantur. De quo bello ſic alterâ vel ſecundâ vice Paulus Æmilius [b]. *Ioannes Brennus in Orientem profectus eſt. Almericus Rex Cypri iure vxoris ſe Regem Hieroſolymitarum dictabat. Brenno vbi primùm Ptolemaida attigit, collocata eſt Almerici priuigna, filia Conradi Ferratenſis. Nuptiis ſuis effecit* [c] *vt Brennus maritus Rex Hieroſolymorum ſalutaretur. Nec Saraceni conquieuêre. Africanæ Barbariæ Rex nouum exercitum in Hiſpaniam tranſportauit. Franci & Religionis cauſâ & metu propinqui belli delectum habebant, vt Hiſpanis opem ferrent, &c.* En Saraceni, poſſidentes tunc Hieroſolymam & Barbariam, ac irrumpentes in Hiſpaniam, apud quã multi horum ad noſtrum vſque ſeculum [d] recepti ſunt incolæ, Mauri ibidem appellati. Sed minimè tunc, inquam, peragrabat Rainaldus Matiſconenſis. Quippe ſuprà liquet [e] iſtum Comitem Rainaldum floruiſſe Landrico Matiſconi Epiſcopante ad annum M. XC. Et Philippus Auguſtus vno ſeculo poſterior illuxit [f], auus D. Ludouici Regis, ſub quo diuo præfatus Brennius Matiſconenſium Comes vltimus vitam duxit. De quo perinde nos infrà, Aymone Præſule XLVI. Igitur bellum Hiſpanicum præſentis temporis ſub iſto Matiſcẽſi Epiſcopo XXXIX. & Rainaldo Regionis Comarcho, eſt illud, de quo idem Æmilius antea ſub Philippo I. Rege, prælibati Auguſti atauo: quo tempore Galli erga Numen deuoti Saracenos Hiſpaniam ac Iudæam occupantes, prima ſimul fronte ac vice ferro & flammis adoriebantur, hac varia Authoris periodo. *Maiores veſtri aduerſus Saracenos in Hiſpania & Aquitania pugnauerunt* [g], *&c. Literis Hieroſolymitanis effectum eſt* [h], *vt omnes promouerentur communi numine afflati, &c. Omnium oculos in ſe conuertit Gothofredus Euſtathij Bononiæ Belgicæ Comitis filius, Lotharingiæ Dux, &c. Hiſpani ſuum ſacrum bellum domi aduerſus Saracenorum terras reliquas perſequebãtur.* Qui omnes effectus prodière ex decreto finiuntis œcumenici Claromontani Concilij in Galliis, præſide Vrbano PP. II.* Sufficiat pro Rainaldo. Inde autem præbe ſecundò ad filij ſui dotationes. *Ego Vuilelmus Comes de Burgundia* [i] *pro rogatu Ioannis Præceptoris & petitione Gauſmari Prioris Fratris eius, concedo bennam ad piſces capiendos ſuper Araris fluuium, & vnum manſum in villa de Carnaio, quem Vualterius tenet, Regularibus B. Petri Eccleſiæ, quatenus per interceſſionem S. Apoſtoli animæ patris mei Rainaldi atque prædeceſſor. à pœnis inferni mereantur liberari, &c. Sign. Vuill. Ioannis Cantoris, Vgonis de villa Valberti, Vgonis de Balma, Otgerij Præpoſiti, Petri Telonearij, Landrici Dapiferi.* Tertiò. *Sacroſanctæ Dei Eccleſiæ in ſuburbio Matiſconenſis oppidi ab occidentali parte fundatæ in honor. Apoſtolor. Petri & Pauli dicatæ, ego Vicecomes Hugo dono Capellam B. Andreæ Apoſtoli cum Vicaria ſibi adiacente. Sunt autem eæ res de Vicecomitatu quem teneo, quas præd. Eccleſiæ & Canonicis ibi degentibus præſentibus ac futur. concedo, conſentiente Vuidone Comite ſeniore meo* [k], *&c. Actum Matiſconi publicè, regnante Philippo* vtique primo. Quartò, en permutatio quædam. *Canonici Eccleſiæ S. Petri Matiſconenſis Luxouienſibus Monachis* [l] *dederunt parteis duas terræ quæ adiacet in ſuburbio eiuſdem Ciuit. vbi dicitur Matiſcon, &c. Actum tempore Philippi Reg. Stephani Comitis, Giſleberti Abbatis Luxouienſis, Gauſmari Prioris, Du-*

Margin notes (left): I. — Sarraceni in Iudæa & Hiſpania. — Comites Matiſconenſ. bis aduerſùs eos. — Plures Gallici exercitus in Saracenos. — II. dotatio. — III. dotatio. — S. Andr. — IV. doc. — Luxouienſ.

Margin notes (right): a n. 35. § 1. n. 37. § 7. pa. 7. — b fol. 119. — c orta ex Vidone Rege. ibid. fol. 117. — d eiecti à Philippo 3. Rege, an. 1603. &c. — e hoc n. § 8. med. — f ab an. 1180. ad 1223. — g fol. 71. inducit Patriarchã Hieroſ. ſcribentẽ ad PP. Romanum. — h f. 72. loquitur iã ipſe Æmilius. — i an. 1195. — i pa. 8. — k de quo n. 35. § 7. & n. 37. 7. — l pa. 9. De Lixeux en Normandie.

ranni

V.doc. *ranni Præpoſiti*,& aliorum trium.Quintò tandem, notabilis Charta ibidem. *Notitiæ præſentium futurorúmque tradimus,qualiter Dom.Landricus venerab. Epiſcopus Matiſcon. & Dom. Hugo* [m] *Abbas Cluniacenſis conſilio fidelium litem quæ inter Canonicos ſancti Vincentij Matiſcon. &* m Sanct.pa.9. Philip.ab an. 1061. ad 1099.
Regulares S.Pet.aduerſum Monachos Cluniacenſes commota diu perſeuerarat propter decimam cuiuſ-
Cluniacenſ. *dam condaminæ & vinearum iuxtà poſitarum ad concordiam reduxerunt. Diffinierunt vt Monachi Cluniacenſ.apud ſanctum Martinum habitantes decimas ipſius condaminæ habeant; Canonici verò tres parteis decimarum vini,&c.Sign.Odonis Decani, Vuilelmi Archidiaconi, Artaldi Congregationis S.Petri,Vuonis Cluniaci Prioris, Bernardi Camerarij.Actum ſub teſtimonio Domni Gauſmari Prioris S.Petri,& Bernardi Prioris ſancti Martini,Leodegary Monachi,Ioannis Præcentoris.*
VI.doc. Sextò. *Omnes ſciant ſanctæ Eccleſ.filij per vniuerſum mundum longè latèque diffuſi,quòd Fulco & filij ſui donauerunt ſuprà ſcriptis Apoſtolis alium campum ſitum in ead.villa*(Matiſconi ſeu Diœceſis)*in loco qui vocatur Belliſocus. Terminatur à mane & à Circio terrâ S.Ioannis,&c. tempore Philippi Regis Francorum. Similiter donauit de hæreditate ſua ſita in d.villa.Terminatur à meridie terrâ S.Pet. Luxouienſis,&c.Actum Matiſconi publicè ſub Domno Landrico Præſule* [n].
VII. doc. Septimò.*Ego peccator de Granual pro remedio animæ meæ ac parentum meorum dono quatuor manſos in pago Lugdunenſi ſupra dictam villam, cum vineis,pratis,ſyluis, aquis & omnibus appenditiis,* [o] *&c. Eccleſiæ B. Petri Apoſtolorum Principis fundatæ in ſuburbio Matiſconenſi, atque fratribus ſub canonicali regula ibi Deo ſeruientibus, &c.Et quanquam dudum hoc donum ſub teſtimonio Domni Vuarulſi Prioris actotius noſtræ Congregationis fuiſſet peractum,iteratum eſt ſiue confirmatum, atque Domino venerabilíque Landrico Epiſcopo præſentatum in noſtro Capitulo Idibus Martij anno ab Incarnat.Dom.milleſimo XC.vbi adfuit Domnus Gauſmarus iſtius Eccleſiæ Præpoſitus. Aderant cum Epiſcopo Canonici ſancti Vincentij,Ioannes Præcentor,Artoldus Archidiaconus* [p]. *Actum regnante Philippo Rege Francor.* n pa.19. o pa.55. p pag.56.

VIII.doc. Octauus dicendi modus,qui ordine chronologico hîc ſubeſt,aliunde fluit quàm ex præfato libello: nimirum ex ſeiuncta veteri membrana ad poſtem affixa, inque Archiuis Eccleſiæ recondita, & à duobus Notariis publicis obſignata [q],vt digna fides adhibeatur, his verbis. q Sign. Giraldi,&c.
In nomine Verbi incarnati:Omnibus ſanctæ Dei Eccleſ.filiis ſit notum,quòd anno ab Incarnat.Domi-
1096. *ni Ieſu Chriſt.milleſimo nonageſimo ſexto,& die XVII.menſis Octob.apud Matiſconem, fœlicis recordat. Dom.Vrbanus Dei prouidentiâ PP. ſecundus per ſuas Apoſtolic. multa & laudabilia priuilegia atque Indulta Monaſterio S.Petri prope ciuit.Matiſc.contulit. Et inter cætera motu proprio excommunicat & maledicit æternaliter omnes homines cuiuſcunque conditionis exiſtant, qui præfatum Monaſter.Canonicos & omnia eius membra temerè & indebitè moleſtant. Atque qui eorum pri-*
Priuilegia Apoſtolica. *uilegia,libertates,bona,poſſeſſiones,decimas,oblationes,inſtrumenta,immunitates,ſtatuta,reditus,prædia & exemptiones inordinatè & iniuſtè retinent.Cunctis autem eidem Monaſterio ſua bona & iura ſeruantibus ſit pax Dom.noſtri Ieſu Chriſti atque Apoſtol. Pet.& Pauli, Amen.* Ex qua Priuilegiorum Apoſtolicorum occaſione,dicam obiter Bugnonium [r] & San-Iulianum [ſ] ſcripſiſſe quòd id Monaſterium D.Petri neſcio quo fato ignibus conſumptum eſt temporibus prælibati Landrici, præter concremationem aliam ſub Gauſleno Antiſtite paulò antè incidentem [t]. Qui Landricus inſpector iterati incendij, hinc deuoto & ardenti deſiderio impulſus,ædificia reſtaurare niſus eſt, quandiu ei facultas non defuit, locúmque & Canonicos Regulares ingentibus donis affecit. Pro quorum beneficiorum antidoro, Abbatialis huius Cœnobij titulus vnitus eſt tunc perenni nexu Epiſcopali dignitati, & Conuentus redactus ad formam deinceps Prioratus. Harum verò conflagrationum ac reſtiturionum indicia videntur tacitè latere in corticibus præfatæ Vrbani bullatæ ſcripturæ,vt pote qui inſtructus de tot ruinis, piè motus fuerit Epiſcopum benefactorem & Religioſos deſolatos erigi & r pa.57. ſ pa.185. t n.35.§.2.
Secunda Monaſterij S.Petri Matiſc. concrematio. ſolari ipſius muneribus. Probabili nanque argumento has Monaſterij deſolationes vidit ipſemet Vrbanus Pontifex.Quippe anno antecedente conceſſionem huius Bullæ adegit ille œcumenicam Synodum Claromonti Aruerniæ Aquitaniæ Sedis aduersùs Turcas potiſſimùm celebratam. Ex qua vrbe exeundo anno ſequente, finito cœtu,facilè Matiſconem petendo Romam iter fecerit, illícque reſpirarit,vel etiam requiſitus ob funeſtos Templi Apoſtolici peruſti euentus.Hanc verò Chartam bullatam ſequuntur decem aliæ ad eaſdē poſtea extenſæ in Gazophylacio D.Petri,quos pedetentim infrà ſuis quibuſque Chronicis illuſtramus [u]. Inde,nonus tandem ac poſtremus Articulus per additionem enaſcitur ex re- u n.41.§.2 fi. n.43.§.4.nu. 43.§.6 n.45. §.7.n.47.2. &c.
IX. donatio addita. ſumendis prioribus ſoliti libelli pagellis, hac methodo. *Quoniam humanis inuentionibus,vt Scriptura refert, nihil perfectum eſt* [x], *ex priſcis temporibus inter homines vbique gentium vſus iſte excreuit,vt quodcunque pactum in mundanis Actibus ad inuicem fieret, &c.Huius igitur Chartulæ teſtimonio notum fieri volumus, quòd Lambertus miles pro ſalute animæ ſuæ, terram quæ appellatur Aohentes cum appenditiis in audientia Dom.Landrici Matiſcon Epiſcopi, & Dom. Ioannis Cantoris Eccleſ. ſancti Petri, Domno Gauſmari Priori omnique Eccleſiæ congregationi dedit, & conceſſit, &c.* Hic Prior per XLV. annos ſemper virgo & pius, quotidiéque Miſſas celebrans, x pa.13.

brans, multa bona Eccleſiæ contulit. Ex Martyrolog. Baſilicæ, ſucceſſor Varulphi I. Prioris poſt ignes allatos.

Paragraphus II.

Confraternitas vnius Abbatiæ diſtantis cum Eccleſia Matiſc.

ATtingentes Landrici Antiſtitis exitum, ordimur à pia & religioſa (vt aiunt) Confraternitate, quam iniit totus Cathedralis Clerus Matiſcenſis cum Monachis aliis vnius ferè religioſioris Abbatiæ Galliarum. Etenim hæc ipſa delineant antiqui, ad quos redimus, Tituli. *Abbas S. Benedicti Floriacenſis congregatione S. Vincentij Mart. & eo cæleſti conſortio frui expetiuit.* Hóc eſt, arctiſſimum propter Deum fœdus percuſſit cum Landrico ſuóque Clero Matiſconenſi hiſce verbis. *Omnes nos in Chriſto Fratres eſſe, &c. conamur. Quapropter ab Epiſcopo & ab his qui cum illo aderant petiuimus, vt fraternitatem ſuam nobis annuerent, quam illis ita conceſſimus, ſcilicet facientes participes omnium eleemoſynarum orationumque, &c.* Vetuſtior hæc Abbatia y percelebris fuit & ſupereſt in Diœceſi Aurelianenſi [z]. En optima ſocietas: quæ hic ſanè parit argumentum opinandi, quòd tunc Canonici Matiſconenſes religioſum ſeu monachalem adhuc habitum deferrent: quia vix aliter eam ſpecialem fraternitatis gratiam cum Anachoretis ferè quæſiuiſſent, ſeu cum Monachis heterogeneis. Syllogiſmus tamen & vis concludendi non cenſetur vbique prorſus efficax: quia Collegialis Eccleſia Bellijoci fundata ſecularis ab exordio inſtitutionis ſub hoc noſtro Antiſtite Landrico, & ſuæ Diœceſeos, talem ritè amicitiam ingreſſa eſt cum Regularibus Canonicis triplici voto adſtrictis Abbatiæ ſeu prioratus S. Irenæi Lugdunenſis tunc conuocatæ ad ordinem Canonialem S. Auguſtini. Adeò vt alterutri in alterutra Baſilica & Choro aſſiſtentes Canonici, hoc eſt, in diuinis Officiis, perciperent quotidianas ex æquo debitas canonicas diſtributiones. Hinc ecce Landrici finis. Dicit Bugnonius Scriba. *Landricus in omnibus exquiſitè functus Epiſcopali ſua dignitate, vitam morte commutauit die XXIII. Auguſti. Et creditur ſanctus. Loci Clerus ei ſucceſſorem elegit Berardum anno ſalutis milleſimo nonageſimo ſexto, etiamque annumeratum poſt hanc vitam in Sanctorum perenne conſortium* [b]. Hæc ille. Aduersùs quem duo meditamur retorquenda. Priùs quidem in Landrico annum defectionis milleſimum XCVI. lubens admittimus ab authore promulgatum. At non præfatum menſem Auguſtum. Quippe nos paulò antea Apoſtolicum priuilegium ex autographo deſcripſimus [c], collatum eidem Antiſtiti die XV. *Kal. Nouembris anno MXCVI.* Ergo vix ille priùs diſceſſit quàm menſe Decembri adſequente. Vnde, non ſatis tutam acceptamus diariam notam libri MS. Obituum Eccleſiæ Matiſconenſis. Id enim Volumen geminam decantatarum laudum Epiſcopi anacephaleoſin ſic primùm renouat, & ritè. *Beatus Landricus, cuius meritis & acquiſitione recuperauit Eccleſia Matiſcon. Eccleſias de Priſciaco, de Verchefoto, S. Amoris de Confrancione, de Lentiniaco, de Cenua, &c. Primus conſtituit Canonicos Regulares in Eccleſia ſancti Petri extra muros Matiſcon. &c.* Tum ad Datæ propoſitum concludit: *Obiit VIII. Kalend. Septemb.* 1096.

Alia ſocietas Eccleſ. Bellijoci cũ aliis Religioſis.

Monachatus.

y De quo habet Volumẽ Ioãnis à Boſco Cæleſtin. Lugdun. 1606.

z vulgò dicta S. Flor. ſanct. Commendã, non autẽ Abbatia, de S. Florent prop. Saumur.

Mors Landrici.

b pa. 60.

Dies mortis emandatus.

c §. 7.

1096. hoc eſt, *die XXV. Auguſti.* Illa verò dies non quadrat cum certiore & tardiore Vrbani Pontificis Kalendario, viuente Landrico. Poſterius dictum eſt eiuſmodi. Minùs ſcitè Iureconſultus Bugnonius pergit apponere, quòd Clerus Matiſconenſis in ipſo duntaxat Landrici obitu ſe ad ſucceſſorem Berardum accingebat eligendum. (Sic mens eius erat) Nam rurſus antea ex fideli archetypo diſcimus [d] Beraldum iam electum, ne dicam etiam conſecratum, diu ſatis aſſediſſe Epiſcopum Matiſconi, vnà cum vetulo degente Landrico. Et compatibilitatis duorum rationes extulimus. Iſtiuc ergo probum ſequacem adeamus: ſi primùm moneamus Eccleſiam œcumenicam neutrum horum in Sanctorum retuliſſe catalogum apud martyrologicos Scriptores. Nam Beraldus Ordinis Minorum, qui legitur in ſacrum Canonem redactus [e], tanquam Martyr in Africa cum aliis, debet pluſquam duobus ſeculis cenſeri poſterior hoc Landrici & noſtri Berardi tempore, quo vel etiam nondum florebat D. Franciſcus [f] Aſſiſienſis in Vmbria, primus Ordinis Minorum propagator.

d §. 9.

Hic & ſucceſſor Berardus vt Sancti.

e 16. Ianua. Surius To. 1. & Baron. f agẽs ad an. 1200. &c.

XL. *Paragraphus* I.

BEratdus vir optimus Pontificatum quidem eſt ingreſſus extremo anno M. XCVI. vt ſolus regeret Matiſconi. Imò iam antea eam Cathedram adeptus erat, vnà tandem cum degente & aſſenſum præbente Landrico anteceſſore, ex prælibatis ibidem [a] iuxta Canonum præſcripta. Verùm omiſſo fortè vnico præfari illius anni menſe, maluimus prædicare, quòd ſequens annus integer M. XCVII. ſit primus

a nu. 59. §. 9. 10.

1097. paſtoralis ſuæ ſollicitudinis. Intra viginti quinque ad minus annos, quibus ipſe in ſolio fulſit, tot ac tanta enicuère circa eum geſta, vt decem ipſorum themata eliciamus ex Titulis antiquis

tiquis eum annuis plerunque calculis aut Regum inſignibus. Deinde totidem ſeorſum ſine vllo Diario enucleamus: cunctis locis per varios Paragraphos digeſtis ordine temporum quantum licuit. Actio omnium prima, ſeu antiquior, eſt eiuſmodi b. *Paſchalis Epiſcop.* b fol 203.

Decem Rubricæ cũ Data.

I.

*ſeruus ſeruorum Dei, Fratri Berardo Matiſconenſ. Epiſcop. eiúſque ſucceſſoribus canonicè ſubſtituendis in perpetuum. Quoniam diuini diſpenſatione iudicij ad huius officij gradum, licèt indigni promoti ſumus, vt Apoſtolorum Principis vices in Eccleſia regimine teneamus, elaborandum nobis eſt, & annectendum * omnino, vt in conſtituendis eccleſiaſticis negotiis eius monita & inſtitutiones deuotione fideliſſima & fide deuotiſſima imitemur, cuius fides præcipua & deuotio ſpectata Domino extitit. Adeo vt in eius fidei ſtabilitate immobili pretioſo ſanguine redemptam ſuam Dei filius ſtatuere & confirmare voluerit Eccleſiam, dicens, Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam. Cui etiam tantam poteſtatis prærogatiuam conceſſit., vt eius arbitrio in cœlo & in terra liganda ligarentur, & ſoluenda ſoluerentur.*

* enitendũ. — Matth. 16. v. 18.

Eſt Bulla Papalis.

Quam poteſtatis ſuæ ſucceſſionem ipſe beat. Clementi, & per eum omnibus transfudit, qui eius Sedi iuſtè præſidere, & Eccleſiam Dei Canonica ſtuduerint ordinatione diſponere. Cuius nos fidei authoritate muniti, tibi, dilecte fr. Berarde, omnibúſque tibi canonicè ſucceſſuris, ſicut prædeceſſori tuo e *prædeceſſor noſter* d *firmauit, confirmamus omnia quæ ad Matiſconen. Eccleſiam, in qua te canonicè credimus ordinatum, pertinere videntur, tam in Eccleſiis, parochiis, cemeteriis, Presbyteris cunctiſque eccleſiaſticis Ordinibus, quàm etiam prædiis aliiſque omnibus poſſeſſionibus mobilibus & immobilibus adquiſita ſunt, aut iuſtè acquiri poterunt.*

e Landrico. — d Vrbanus II. 39. §. 7.

Ad Berardũ Epiſcopum.

Vt hæc omnia tibi tuiſque ſucceſſoribus ita liberè poſſidere liceat, ſicut anteceſſor veſter in vno die ante obitum ſuum poſſediſſe probatur: Illud etiam Apoſtolica authorit. ſtatuimus, vt nulli Presbytero & viuenti & morienti, ſeu ad aliam religionem & ad quietam vitam tranſeunti, liceat res, quas à die ordinationis ſuæ in Eccleſia in qua eſt ordinatus, conquirere, aut poterit auferre & minuere, ſed intacta ea & illibata in ipſa in qua conquiſita ſunt, permaneat Eccleſia.

Priuilegia pro eo.

Remanere illos etiam qui à nobis excommunicati & ab officiis diuinis pro ſuis fuerant exceſſibus remoti, ne aliquis in communionem recipere, & in officiis præſumat reſtituere eadem authoritate prohibemus. Statuimus quoque vt pro ſepulturæ quidem loco & ſpatio nullum penitus ab aliquo precium exigatur. Pro redemptione verò peccatorum, morientes in Eccleſ. in qua fidei ſacramenta perceperunt, eleemoſynas dare ſecundum Apoſtolic. decreta ſtatuimus omnino & confirmamus, &c. Si quæ perſona contra hanc noſtræ Conſtitutionis paginam præſumptuosè venire tentauerit, huiuſmodi vt ſacrilegij reum à liminibus ſanct. Dei Eccleſiæ arcendum indicamus & confirmâmus. Cunctis autem eidem Eccleſiæ iuſta ſeruantibus ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud bonorum retributorem præmia æternæ pacis inueniant. Amen. Scriptum per manum Petri Notarij Regionarij & ſeruum ſacri Palatij. Ego

Teſtes Cardinales.

Paſchalis Epiſcopus Catholicæ Eccleſiæ. Ego Albertus indignus Cardinalis Titul. S. San...., Ego Bernardus indign. Cardin. Titul. ſancti Chryſogoni. Ego Vualterius indign. Albanenſis Epiſcopus Eccleſiæ. Sign. Datum Lateranis per man. Leonis Scriptoris, XVIII. Kalend. Maij, Indictione VIII. Anno Dominicæ Incarnat. M. C. Pontificatus autem Domin. Paſchalis ſe-

1100. *cundi primo.* Actio ſecunda eſt hæc alia Bulla eiuſdem Pontificis ſub idem tempus ad Cluniacenſes & contra ipſos miſſa pro Matiſconenſibus Epiſcopis. *P.* e *Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilectis filiis P* f*. Abbati ſeu Monachis Cluniacenſis Monaſterij ſal. & Apoſtol.*

e Paſchalis. — f Pontio.

II. Rubrica.

bened. Confrater noſter B g*. Matiſcenſis Epiſcopi partim rogatu noſtro, partim probitate ſua erga prædeceſſorem tuum venerabilem H.* h *Abbatem benignè ſe habuit: & cùm Hieruſalem*

g Berardus f. 195. — h S. Hugone.

Alia Bulla Papæ.

iturus diſceſſit, omnia quæ inter vos & ipſum quietè ac pacificè habebantur. Cæterùm poſt diſceſſum eius non parum ius Matiſconenſis Eccleſiæ perturbaſtis; quia, quod hactenus factum non eſt, in Monaſterio veſtro Chriſma conſecrari feciſtis. Hoc enim per Epiſcopi perſonam exhibetur Eccleſiæ. Rogamus ergo dilectionem veſtram, ita hoc plena charitate corrigere: item etiam in cæteris circa eum vos habere, vt inter vos præteritæ pacis vinculum arctiùs reſtringatur. Ipſe enim pleniùs vos diligit, & à vobis pleniùs eſt diligendus. Quamobrem præcipimus, ne talia vlteriùs fiant. Non enim immemores ſumus, quanto ſtudio quantaque inſtantia ſatagerimus, vt firma inter vos & ſtabilis concordia permaneret. Quod idcirco firmum ſeruari volumus & præcipimus, ne detrimentum vlterius Eccleſia patiatur: orantes vos pro nobis, vt miſericordia diuina cuſtodiat.

Aduerſus Cluniacenſes.

Ex hac poſteriore Bulla conſtat Berardum valde pium ſuſcepiſſe iter proficuum aduerſus infideles Saracenos qui furiarum ſtimulis agitati & à cacodæmone pulſi Palæſtinam terram ſanctam humanæ redemptionis hoſtiliter occupabant. Quam obiter peregrinationem repetunt Bugnonius i & San-Iulianus k de ipſo Præſule illuc proficiſcente cum Godefrido Prin-

i pa. 61. — k pa. 481.

cipe Bullonio & innumeris aliis Francorum Optimatibus ex Concilij generalis Claromontani egreſſu, quale idcirco compulerat Victor Papa II. proximus Pontificis Paſchalis anteceſſor. Sed adiecta hæc originalis litera magis vrget in tutiore docenda ſacri itineris veritate.

Paragraphus 2.

III. Rubrica. PRo tertia Actione ; Reſcriptis Pontificiis ſuccedunt literæ duæ Archiepiſcopales generalis Legati Papæ, eæque ſemper in Cluniacenſes pro Matiſconenſibus Epiſcopis, in Monachos pergenres Epiſcopalem declinare iuriſdictionem pro viribus. En prior Epi-

Quæ literæ Archiepiſcopi Lugdunẽſis.

ſtola. *Hugo Dei gratiâ Lugdunenſis Eccleſiæ ſeruus , & totius eiuſdem Eccleſiæ conuentus venerabili Clunienſium Fratrum conuentui ſalutem. Dominus & frater noſter Berardus venerabilis Matiſconenſ. Epiſcopus non modicam aduerſum vos querelam habere dignoſcitur : quam*

I. *nos ſecundum iuſtitiæ tenorem & antiquum ſanctorum Canonum inſtitutionem , vt decens eſt , inter vos terminari deſideramus. Nouerit enim religioſitas veſtra , quia Matiſconenſem Eccleſ. veraciter Lugdunenſis Eccleſiæ filiam cognoſcimus. Ideóque in neceſſitatibus ſuis debitum conſilium & auxilium illi ſubtrahere nolumus nec debemus.* Item poſterior. *Hugo*

II. *Dei gratiâ Lugdunenſ. Eccleſiæ ſeruus , & totus eiuſdem Eccleſiæ Conuentus venerabilibus & religioſiſſimis in Christo Fratribus Epiſcopis Eduenſi , Lingonenſi & G. Cabilonenſi ſalutem & eam quæ in Chriſto dilectionem. Quam rationabilem iuſtámque querelam Dominus & Frater noſter ac veſter Berardus venerabilis Matiſcon. Eccleſiæ Epiſcopus aduersùs Cluniacenſes Fratres habeat, veſtra prudentia non ignorat. Veruntamen quia in adipiſcenda ſua & Eccleſiæ ſua iuſtitia ſolus ſibi non ſufficit , à noſtra veſtráque charitate , quantum ipſa cha-*

In Cluniacẽſes.

ritas exigit , humiliter ſupplicando adiuuari requirit. Ad noſtram igitur veſtrámque firmitatem pertinere videtur , vt quantùm ſalua iuſtitia poſſumus , eidem Eccleſiæ ſubuenire debeamus , ac auctoritatis noſtræ ſubſidium pariter & auxilium minimè ſubtrahendo , prædictos Monachos ad perſoluendam eidem Eccleſiæ iuſtitiam , quam retinere nituntur , quantùm in nobis eſt , compellere ſtudeamus , &c. Nouerit autem dilectio veſtra , quia Clu-

1102. *niacenſi Conuentui literis noſtris ſignare curauimus , quòd Maticenſi Eccleſiæ in repetenda iuſtitia ſua deeſſe non poſſumus. Quod etiam Fraternitati veſtræ ſimiliter faciendum eſſe credimus : &, vt faciatis , commonemus* [l]. Hæc geſta eſſe creduntur anno M. CII. Quibus certè [l fol.104.] patent egregij conatus Hugonis pro publica vtilitate.

Paragraphus 3.

IV. Rubrica. IS verò Archipræſul eodem tempore alacriter & frequentiùs ſuſcipiebat Lugduni D. Anſelmum Canruarienſem Archiepiſcopum , Angliæ Primatem , & è regno patriáque excluſum pro tuendis Eccleſiæ iuribus. Ille ergo vir ſanctus quotannis Lugduni morabatur, & in prouincia per vices hoſpitabatur , apud vicinas interim vrbes miracula multa ediderat , quando & quoties in publicis priuatíſque familiarum afflictis rebus ex Archiepiſcopali Palatio ſeu Clauſtro Baſilicæ Lugdunenſis euocabatur, aut rogabatur, vt eò & aliò ſe transferret. Taliáque mox dicta ſunto ad modum appendicis. Nam id totum copioſè in ſacra Lugdunenſi Chronologia dilatamus [m] , excep- [m n. 74. à §. 6 ad 10.] tis duobus per eum miraculis Cluniaci & Matiſconi patratis , qualia illic diximus [n] [n §. 6.] iſtuc decentiore loco remittenda ſub Berardo Epiſcopo ; equidem profecta ex Edinero teſte oculato & primario Authore vitæ tanti Primatis è ſolio exulis. Et hic eſto pro

Miracula S. Anſelmi.

quarto Rubricarnin genere loci præſentis. Hoc autem euenit ſub quartum iter ſancti hominis , quo gradu is Lugdunum repetebat , velut proprium ſibi domicilium. Opportunè ergo ad inſtituti propoſitum habemus enarrandas deuotiſſimi viri profectiones Lugduiſo Cluniacum & inde Matiſconem cum diuinis portentis in vtroque locorum, nec non per communes vtrinque vias. Et nunquid hoc pariter itinerarium ad ambas vrbes eo fine præcipuo ſuſcepit Anſelmus , vt ſuum quoque ex charitate ſuffragium conferret , quo duas illas Baſilicas Diœceſanas ac vicinas in concordiam vocaret , leuia quarum diſſidia idem facilè audierat ? Sanè probabililiunm eſt ipſum talia quoque ſimul innixum. Vt non immeritò frugiferum pij Antiſtitis viaticum Operi noſtro inſeramus : etſi author , initæ illius pacis haud meminerit : ſed miraculorum duntaxat recordetur, ad quæ mentis aciem ſcribendo præſertim intenderet. Sic itaque excurrit dictator Edinerus. *His temporibus Lugduno Cluniacum euntibus* (ait*) *nobis occurrit quidam ſacri Ordinis* [* li. 2. vitæ, art. 30.]

Cluniaci.

homo , lachrymoſis precibus Virum deprecans , quatenus & ſe oſculo miſericordiæ & ſororem ſuam

nuper

nuper amentem effectam dexterâ ſuæ benedictionis dignaretur reſpicere. Et ecce dicit in via, quia
ſi tu Domine ei manum impoſueris, continuò fauente gratiâ Dei ſuæ menti reſtituetur. Ad
hæc ille quaſi ſurdus pertranſiit, Presbyterum magis inſtantem repulit à ſe, aſſerens tam extra-
neum factum nulla ſibi ratione tentandum. Illam conſpeximus furibundos motus & inhumanos
nutus corporis geſtu edentem. Populus circundans retentis habenis preces ingeminat. Obſtitit, &c.
Obiiciunt illi, &c. Tunc vir aliter ſe non poſſe euadere ſentiens, quod nulli negare ſolebat, ſi-
gno eam ſanctæ Crucis leuatâ dexterâ ſignauit. Quo facto laxatis habenis ocyor abit, impoſitóque
cucullæ ſuæ capitio capiti remotis ſociis ſingularis vadit, infœlicis fœminæ ærumnas pietatis af-
fectu perfuſus lacrymis tenerrimè deflens. Cluniacum donium intendit. Necdum limen ſuæ do-
mus attriuit: integerrimæ ſanitati donata in laudem viri linguas omnium ſoluit. Quam rem dum
certa relatione Cluniaci accepiſſemus, Deo gratiam & gloriam dedimus. Actis deinde propter quæ
Matiſconi. *Cluniacum aduenimus* (addit Scriba Anglus, qui iſtic tacitè inſinuat Anſelmum locutum
Monachis loci pro religioſa eorum cum ſuo Epiſcopo tranquillitate ſeruanda optante
Hugone Archiepiſcopo) *reuerſuri Lugdunum iter per Ciuitatem Matiſconenſem arripuimus* (velut
Monachorum reſponſa Præſuli relaturus) *Vbi Anſelmus rogatu* (poſtea) *Epiſcopi & Canonico-*
rum Miſſam publicè apud ſanctum Vincentium celebrauit, & inter Sermonem quem ad populum ha-
buit, vt omnes Dominum pro ſiccitate, qua in immenſum terra aruerat, communiter precarentur,
admonuit. Dicunt ſe iam id ſæpius feciſſe, ſed nil effeciſſe, & in ea re, vt preces eorum ipſe ſua prece
Illuc etiam ipſum veniſ-ſe pro earum Eccleſiarum vnione. *coram Deo efficaces efficiat, magnopere orant & obſecrant. Quid dicam? Nec dum pranſi eramus, &*
ecce ſubitò ſtupentibus cunctis ſerenitas cœli in nubilum vertitur, ipſáque die priuſquam ciuita-
tem egrederemur pluuia dulcis & copioſa terris illabitur. Plebs igitur viſo hoc facto benedixit
Dominum, & eius poſt Deum authorem magnis laudibus prædicabat Anſelmum. Itaque in
habitaculum noſtrum Lugdunum reuerſi, quietam vitam ab omni tumultu negotij ſecularis ageba-
mus, &c. En mira. Quæ quòd facta ſint anno præfato M. CII. profectò conſtat vel et-
iam ex ſtilo ac circunſtantiis ſeiunctæ totius præmiſſæ hiſtoriæ Lugdunenſis, pluri-
mùm conſentaneæ cum iſta Berardi Matiſconenſis Chronologia. Adeò vt ſingula ritè
quadrent.

Paragraphus 4.

IBidem verò liquet Hugonem obiiſſe ſequenti ſeptennio, ſeu anno M. CIX. intra quod
ſeptennij tempus iactata eſt alia ſolennis actio ex rediuiuis Titulis antiquis Eccleſiæ Ma-
V. Rubrica. tiſconenſis hauſta: quam ideo nos quintam hoc loco facimus. *Omnia quæ inſtantis temporis*
curſu firma debent permanere (dicit autographus o) *neceſſe eſt ea literarum apicibus anno-* o fol. 205.
1109. *tari, quarum notitiâ futuræ lites valeant citiùs comprimi. Igitur præſentibus atque futuris*
notificare volumus, quòd Iocerannus miles de Amuniaco & fratres ſui Vualterius ac Vicar-
dus, necnon Roſcelina mater eorum Canonicis ſancti Vincentij Matiſcenſ. Eccleſiæ, totam
Donum Eccleſ. *terram ſuam, quam habebant in Amuniaco & in Parochia ac alibi ſi inuenti fuerint, in vadi-*
monium p mittunt pro XL. ſolidis Matiſconenſis monetæ & Cluniacenſis: omnéſque fructus p eſt ſponſio
terræ & redditus ad ſalutem animarum ſuarum & parentum Eccleſiæ ſancti Vincentij & Cano- ſiſtendi in iu
Moneta Matiſconenſis & Cluniacenſis. *nicis ibidem Domino ſeruientibus concedunt, &c. Actum eſt hoc Philippo Rege Francorum* dicio ad diē
regnante, & Domno Berardo Epiſcopo Matiſconem gubernante. De hac re teſtes ſunt Ioan- præſtitutam per ſe vel per
nes Cantor, Bernardus Archidiaconus, Dalmatius & Guigo, qui tunc illi obedientiæ præerant, aduocatos.
Gontherius Archipresbyter, in cuius domo pactio facta eſt publicè apud Cluniacum, Petrus Cle-
ricus de Berriaco, Bernardus Presbyter de Amuniaco, Bernardus de Thaſiaco & fratres eius. Vbi ſci-
to, quòd dum vniuerſim Philippum I. Regem adnominat: nos probabiliùs rei geſtationem
referimus circa vltimum ſeptennium ſceptri eiuſdem Principis, qui certè obiit eodem an-
no, quo ſuprà Hugo Archipræſul defecit q. q 1109.

Paragraphus 5.

VI. Rubrica. SExta Rubricarum ſpecies alterius eſt materiæ, ſemper ex Titulis antiquis. *Notum*
ſit præſentibus ac futuris controuerſiam, quæ inter Matiſconenſ. Eccleſiam & Hugonem Epi-
ſcop. Niuernenſem de Eccleſia Candeuerris verſabatur, concordiâ fuiſſe terminatam. Domnus
Hugo Reuerendus Niuernenſium Præſul Maticenſi Eccleſ. presbyteratum integrum ac quietum di-
miſit, ſicut Vuilelmus Comes Niuernenſis antea dimiſerat; omnem videlicet ſepulturam, omnem
Compoſitio litis inter Eccleſiam Matiſconenſem & Epiſcopū Niuernenſem. *oblationem & de decima quantam ad ipſum presbyteratum pertinebat, iure tantum Epiſcopali re-*
tento ex integro. Hanc autem Eccleſiæ ſeu eccleſiaſticarum rerum dimiſſionem Vuilelmus Co-
mes conceſſit & laudauit. Decimam autem quam tunc in dominio habebat, ſibi ſuiſque hære-
dibus tali conditione retinuit: vt nulli Eccleſiæ ſeu perſonæ eam donaret, niſi Eccleſ. Ma-

tiſconenſi. Eis verò qui de Presbyteratu aliquid ex eo incaſamento habebant, nullum patroci-
nium vel auxilium ad retinendum præberet. Reuerendus quoque Niuernen. Epiſcopus ſe de eis
iuſtitiam plenam Eccleſiæ Matiſconenſi facturum promiſit. Dominus autem Beraldus venerabilis
Donum Comitis Niuernenſ pro Eccleſia Matiſconenſi. *Matiſcenſium Antiſtes & eius Canonici id iuris, quod in poteſtate Candauerris ſe habere aſſerebant,*
ſi quid habebant, Vuilelmo Niuern. Comiti & hæredibus ſuis promiſerunt. Et Comes prædictus id
iuris quod in poteſtate eorum erat, ſi quid eorum erat, ab Epiſcopi Matiſcenſis aſſenſu & Clerico-
rum eius per eos deinceps habendum ſuſcepit, excepto eo quod Canonici Matiſcenſes in poteſtate Can-
dauerris in dominio habebant tunc temporis. Expreſſè autem Domnus Epiſcopus Niuernenſ. lauda-
nit, vt Canonici quem vellent Presbyterum in Eccleſia eligerent, ſibíque præſentarent, cui idoneo &
obedientiam profeſſo animarum curam committat. De his vero quos Canonici in Eccleſia ſibi retinue-
rint, Presbyter qui per eos bona Eccleſiæ habebit, tanquam dominis fideliter reſpondeat. Qui ſi in cri-
men inciderit, iudicio Epiſcopi Niuernenſis abiiciatur, & alter à Canonicis Matiſcenſibus ſubſtitua-
tur. Igitur facta eſt abſolutio ab Epiſcopo Matiſcenſi eiúſque Canonicis ſuper Vuilelmo Com. Ni-
uernenſi eiúſque prædeceſſoribus. Actum eſt apud Paredum [o] *per manum D. Richardi Apoſtolicæ* o à Paray en Charrolois.
Sed. Legati, & Horigandi Eduenſ. Epiſcopi, anno ab Incarn. Dom. M.CXI. Indictione IV. Epacta VIII:
IIII. *die VIII. Idus Aprilis,* Paſchali II. *Romanæ vrbis* Papa*, regnante in Francia Ludouico* [p] Philip- p Craſſo an. 2. regni.
pi filio. Sign. Vuilel. Com. Niuern. Hugo de Fraxinio, Hugo de Tilio Legum Doctor. Sign. Be-
rardus Matiſcenſ. Epiſcop. Ioſcerannus Cantor, Gaufridus Archidiaconus, Hertardus Lugdun. Came-
Teſtes. *rarius* [q]. Septimum Inſtrumentum. *Notum ſit omnibus ſanctæ Dei Eccleſiæ filiis præſen. ac fu-* q f.194.195.
VII. Rubrica. *tur. quoniam ego Guido & germanus meus G. calumniam, quam, poſtquàm D. Artaldus Matiſconenſ.*
Eccleſiæ Decanus Cluniacenſis factus eſt Monachus, ſuper Eccleſiam de Floriaco & appenditiis eius
feceramus, tandem recognoſcentes eand. Eccleſ. iuris eſſe Matiſcen. Eccleſiæ, & videntes ad exequen-
Decan. *dam nobis iuſtitiam paratos eſſe Canonicos, amicorum noſtrorum fulti conſilio, per manum Domni*
Berardi Matiſcen. Epiſcop. Gauſeranni Cantoris, Artaldi de Maliaco, Petri *Rudilli & Achardi de*
Prarderia*, aliorúmque plurimorum Canonicorum & militum, trecentos à Canonicis dictæ Eccleſiæ Ma-*
tiſconenſ. ſolidos Cluniacenſis monetæ accipientes, &c. verpiuimus ac deinceps in æternum ſedatam
dimiſimus, imò & ſi iam aliquam ibi habebamus iuſtitiam, Deo & beato Martyri Vincentio & Ca-
nonicis inibi degentibus reddidimus & donauimus in perpetuum. Pacem *equidem omnibus modis de*
nobis & hæredibus noſtris in manu dicti Epiſcopi tenere nos inde fideliter promiſimus. Inſuper verò
Donum Eccleſiæ. *poſuimus fideiuſſores Artaldum &* Petrum *ſupra nominatos, & Vuichardum de Rochia, ſi pax*
promiſſa in nobis falleret. Huius autem verpitionis & donationis teſtes ſunt Vmbertus Archidiaco-
nus, Bernardus Archidiacon. Vuicardus de Piſcis*, Gaucerannus de Balgiaco, Stephanus de S. Ciri-*
co, Vnfredus de Vela, Hugo de Buxeria, Hugo de Molemo, Guigo de Barbareſchas, Dalmacius de
Cluniaco cum ſuprà nominatis & fideiuſſoribus. Hoc vero factum fuit V. Kalend. Nouembr. Anno ab
Incarnat. Domini M.CXVI. regnante Ludouico (Craſſo) *Rege Francorum* [r]. Vbi obiter aduerte: r fo.108.
duos iam Archidiaconos nominari in Eccleſia Matiſconenſi: antea autem vnicum deſcribi [ſ]. ſ nu. 33 §. 1. fin.
Hodie verò inſtituti ſunt quatuor.

Paragraphus 6.

Noua hiſtoria de Bellijoci Dynaſtis. SEd hìc per appendicem & parentheſim, ſequuti ordinem temporum efferamus ſeor-
ſum hiſtoriam anno ſequenti proſilientem [t], quæ ſeriem quandam aut reliquias Princi- t 1117.
pum Bellijocenſium circunſtat, eámque allatu prorſus neceſſariam, pro iuuanda ſeu inte-
granda horum Dynaſtarum genealogia ſub Guidone ſecundo Lugdunenſi Archiepiſcopo
depicta [u] & inter Matiſconenſes Antiſtites frequenter recenſita. Quippe textus ſequentes u ou 94. §. 3. Genet. 7.
ex Titulis antiquis de ea re trahimus ſanè hactenus ignotos. Detegunt autem, opinor,
Vuicardum de Bellijoco abnepotem collateralem Vualterij ſuprà deſignati Matiſconenſis
Pro eorum genealogia. Epiſcopi. Audias. *Notum ſit omnibus ſanctæ Dei Eccleſiæ filiis tam præſentibus quàm futur. quo-*
niam Dominus Vuicardus Beliocenſis & Domnus Hugo Abbas germanus ſuus (hoc eſt frater) *mi-*
ſerunt & poſuerunt in vadimonium Canonicis Matiſconenſibus beati Vincentij Martyris, quid-
quid habebant iuſtè vel iniuſtè in villa Auenaco [x]*, quæ antiquitus Monaſterium Pelogij vocitatur,* x vulgò Auenaz, ſupra Bellijocum.
Auenacum villula & Cœnobium. *videlicet omnes conſuetudines cibarias fiendas ſuper captiones, reclamationes & omnes occaſiones, &*
quicquid habebant in manſo de Caſtellione, & in manſo de monte ſuperbo cum foreſteria Præ-
ſidis. Hæc omnia, nihil retinentes, perfectè & integrè ſine malo poſuerunt ingenio, cum omnibus
appenditiis, tam paſcuis quàm fontibus & terris arabilibus ad manſum pertinentibus pro XXX.
Marchis argenti puriſſimi, exceptis V. Marchiis Vmberti quæ fuerunt eſterl.... vſque ad duos bla-
Vuicardus & Hugo de Bellijoco. *dos* [y]*. Tali pacto quod ſi poſt duos blados vſque ad exitum menſis Martij redimere ſemper volue-* y aprés deux moiſſons faictes. eſter lina, hoc eſt, puto, æſtimata. f. 106. in Tit.
rint, facere liceat. Et ita vnoquoque anno ſemper obſeruetur, retinente Bernardo Archidiacono & ante
& poſt redemptionẽ totam partem auenæ, quam Dom. Hugo Beliocenſis ibi habebat, &c. Si verò in vi-
ta Bernardi redemptum non fuerit, poſt mortem eius cibaria tota in ipſo vadimonio computentur. Do-

minus

minus autem Vuicardus promiſit ſuper hoc vadimonium de ſe & de omnibus hominibus firmam per omnia pacem tenere. Huius autem pacis & tranquillæ poſſeſſionis poſuit obſides Durannum de Margione, Berardum de Vernay, Stephanum de Marchant, Durannum de Stopis, Durannum Præſidem. Tali pacto, quòd ſi vnus ex illis obierit, vel ſe Monachum ſecerit, aut in diuturna peregrinatione
Litis ſedatio. *moratus fuerit, quòd cæteri infrà XIII. dies ſe in Caſtrum Bellijoci obſides ſecundum metam obſidionis terminatam conducant: & inde non exeant vſquequo ad notitiam Decani Matiſcenſ. aut Cantoris aut Archidiaconorum Bernardi & Humberti ſeu aliorum ibi exiſtentium, alius loco illius reſtituatur, & quandiu Bellyoci præſes fuerit, obſes exiſtat. Similiter ſi pax in ipſo vadimonio conuenta, integrè obſeruata non fuerit, infrà XIV. dies poſtquam ad rationem poſiti fuerint, ſe omnes in Ca-*
1117. *ſtrum Bellyoci obſides cum conſtitutis terminis conducant, & inde non exeant, donec ablatum reſtituatur, &c. Hoc quidem factum fuit Bellyoci, VIII. Kalend. Auguſt. anno MC.XVII. ab Incarnatione Domini. Luna XXII. Epacta XV. regnante Ludouico* (Craſſo) *Rege Francor. Teſtes ſunt*
Moneta. *Gauceranus Decanus, Vmbertus Archidiaconus* z, *Pontius Belſocenſis * Decanus, Stephanus de ſancto Sirico, Canonicorumt Matiſcenſium Dapifer, Gaufridus monetarius, Gaufridus de Doſa: & ex alia parte Dom. Hugo Belſocenſis, Petrus de Brarna, Petrus de Varennis, Durannus de Marchant, Berardus de Vernay, Bernardus Præpoſitus. Iſti tres ſunt obſides.* En Charta. Iam explicemus. Duas opinando proponimus ſententias, circa quas Lector ad vtramlibet verti poſſit pro libito. Prior hæc eſt. Conſcriptus in textu Vuichardus Bellijocenſis cenſetur filius maior

z En duo Archidiaconi. * ſiue Bellicenſis.

Illi duo in qua genealogica ſerie ordinandi. natu Vuichardi I. filij VII. Humberti Domini Bellijoci, perindéque abnepos collateralis R. Vualterij Epiſcopi Matiſconenſis a, de quo nos hoc etiam ordine in genealogia Principum Bellijocenſium ſub cmemorato Guidone Archiepiſcopo XCIV. Lugdunenſi. Et hic Vicardus in tota propagine dicitur ſecundus ſui nominis. Ratio autẽ quare textus de tali Vicardo loquatur, eſt quia annus præſatus MCXVII. propiùs eò accedit, quam ad Vuicardum III. de Bellijoco mortuum adoleſcentem anno MCLXIX. & quàm ad Vicardum III. florentem Dynaſtam Bellijoci ad annum MCC. De quo tertio vide ſub Reynaldo XLIV. Epiſcopo §. 4. Et alia multa de vtroque viro dominante b, perlegas ſuperiùs Num. XXXI c.

a nu. 36. b Vuicard. 1. & 3. c § 1. & 7.

Obiectio. Sed interea quis fortè mirabitur & obiiciet vix credibile eſſe, quòd Vicardus ille ſecundus tandiu ſenium perduxerit ad præſatum vſque annum MCXVII. Nam hoc dato: ſuperuixiſſet (inquient) per annos LIV. ſupra Vualterium Antiſtitem propatruum ſuum, quem ipſe alloquutus eſt, ſedentem annis XXXII. & morientem anno MLXIII. Hæc enim tam diu-

Duplex ſententia pro ſolutione. turna vita humanum ferè captum exuperat. At his ſatisfacturus, reſpondeo quòd illis & hodiernis temporibus multos ſenes conruemur ſuperaſſe in vita annum centeſimum. Adeò vt tales potuerint cernere patres, filióſque in dignitate ſplendentes ac peremptos, & prætcrea aduixiſſe pluſquam XL. aut L. annis. Legi ego Lutetiæ tumulum parris ac matris iacentium, qui teſtantur mortales vidiſſe ducentas quadraginta perſonas de illis exiiſſe ad repetitas vxoratorum filiorum nuptias ac generationes d. Et Author Valerius quondam Maximus inter Romanos narrat, quòd dum Marcus Coruinus centeſimum annum & vltra compleret, plures Conſulatus in vrbe exercuit, *intérque primum & ſextum Conſulatum* (ait) *quadraginta ſex anni interceſſerunt, &c. Huius vitæ ſpatium æquauit Metellus* (adiicit) *quartoque*

Diu viuentiú exempla. *anno poſt conſularia imperia ſenex admodum Pontifex Maximus creatus, tutelam ceremoniarum per duos & viginti annos, neque ore in votis nuncupandis hæſitante, neque in ſacrificiis faciendis tremula manu geſſerit* e. Pariter de Vuicardi ſecundi ſenectute arbitrandum: ſi quis malit entia nõ ampliùs multiplicaſſe (iuxta Phyſiològos) citra vrgentem neceſſitatis rationem, ſeu nolit plures Bellijoci efficere Vuicardos quàm quatuor, ex quibus duo tantùm poſteriores dictarunt Claudius Paradinus & Stemmata Lotharingiæ in Bellijocenſium Optimatum Natalibus. Quippe nos breuioribus illorum ſcriptis duos priores Vuichardos adiicimus. Pro eo autem ſenio vitando in Vuicardo II. multiplicandæ rurſus forent perſonæ geneſeos, & ſunt efficiendi quinque omnino Vuicardi. Nimirum vt iſte Vuicardus cum fratre ſuo Hugone, pro quibus militat textus Titulorum præſentis Paragraphi & anni 1117. ſit verè filius po-

d In Cemeterio Eccleſ. S. Innoc. in cooperto ambulacro, quo itur ad S. Honoratú. Scribitur & ſculpitur horum nomine loquentium. e li. 8. c. 14.

Iterum alius Vuicardus ordinandus. ſterioris Vuicardi receſiti ab initio Vualterij 36. Antiſtitis Matiſconei *, ſeſe offerentis huic Præſuli patruo ad ann. 1060. equidem veriſimiliùs. Atque eo pacto & numero genealogiam Bellijocenſium aſſuere tandem propoſuimus in cit. Guidone. Vbi certè hunc fratrem Hugonis Abbatis dicimus tertium eius nominis: & alium adoleſcentem Vuicardum, qui ſuprà aut antea fuerat tertius, pro quarto vſurpamus: tum denique quartum Dynaſtam pro quinto numeramus. Sic itaque magis cohærebunt tempora, & minùs prouecta ſupererit horum ætas. Attamen iſti quoque ſeriei rectè inſeruiet duplex allata Valerij Romani hiſtoria, pro extrema ſemper vtriuſque viri Bellijocei ſenectute. Hac enim via compellimur entia indiuidua humana adaugere ſupra Chronographorum hactenus chartulas. Equidem, dum iam nos plures alios in eam ſtirpem adduxerimus ſub Guidone II. quos minimè exa-

* § 1.

rarunt duo præfari genealogici Tabularij: ſanè poſſumus & hos duos quoque Dynaſtas adhibere. Etiámque eos tutiùs ſub hunc genealogicum ordinem in Guidone Lugdunenſi conſcripſimus. Vnde tandem ex tribus, quatuor Vicardos in tota gente ſtatuimus; quarto exiſtente marito Ricaoriæ Salotnicenſis, qui olim tertius fuerat: donec aliquis oculatior exactiùs, ſi queat, eloquatur. Interea, nouam de iſto Vicardo II. demonſtrationem inſrà ſub Ioceranno Antiſtite adſtruimus*.

* nu 41. §. 1.

Paragraphus 7.

Appendix ad ſuperioré §.

ALiam verò appendicem hoc loco enarrandam indicamus, ex ſubinde nata occaſione: quæ additio in diſtincto iſto Paragrapho tradenda, emergit & oritur ex appendicis præcedentis textura pro Vuicardo de Bellijoco Vualterij Antiſtitis parente allata. Quippe in illis periodis mentio habetur *de Monaſterio Pelogij in villa Auenaco*: ſacra profectò Æde multò antiquiore quàm ſint iſta Bernardi & Vualterij XXXVI. Epiſcopi tempora. De quo etiam Pelogij Conuentu mox ſeorſum ex profeſſo eloqui decet, & vocem hactenus ignotam è cimmeriis tenebris ad poſteritatis notitiam inducere conuenit, priuſquàm ad ſeptimam præcipuorum compromiſſorum Rubricam deſcendamus. Suprà in Hildebaldo Antiſtite[a] eueximus quidem Templi ſtructuram Auenaci à pio Imperatore Ludouico patratam, & Operis moliendi cauſas. At nomen Cœnobij in illa Eccleſia nondum certiùs factum & auditum fuerat, quàm in præſenti loco. Habita ergo in ipſo ſitu per nos diligenti conquiſitione: nullum antiquitatis documentum aduertimus apud incolas de illa Monaſterij vocula & etymo. Veruntamen de quodam alicuius Conuentus effectu patent ibidem nonnulli characteres & formulæ. Quæ notæ ad duo capita putantur referendæ. Priùs ſanè, in parœciali Baſilica Auenaci Deiparæ Virgini ſacræ, de qua in præfato Hildebaldo, ſepelitur Rector & Paſtor animarum, cuius qualitates ad lapideũ tumulum liquent ita ſculptæ in circum. *Hic iacet Dominus Ioannes Minet P..... Curatus huius Eccleſiæ, qui obiit anno Domini milleſimo CC. XCII. &c.* Et in ipſius angularis ſcripturæ medio imprimuntur lineamenta Monachi capite tonſi cum manicis, capucio, & veſtibus Ordinis ſancti Benedicti. Poſteriori capite, ad quingentos circiter paſſus ab eadem Eccleſia remotos[b], ſcilicet in famoſa arbore Fago[c] montis Auenaci, eáque vetuſtiſſima, cuius rami ex itinere peruio dignoſcuntur, & valdè longè per vniuerſam regionem conſpiciuntur; mox deprehenduntur rudera, magnæ lapidum congeries & Templi meatus aut baſes ſuperiore paulò longiores, vnà cum fundamentis ſeu veſtigiis proximorum domiciliorum, præteriti quondam Monaſterij effigiem præſeferentes. Sed quàm ſit vetus illa tignorum & bituminum permixtio, manifeſtum eſt ex præmiſſa Titulorum Eccleſiæ Matiſconenſis litteratura: vt pote quę teſtatur ante annos quingentos, hoc eſt, vndecimo Chriſti ſeculo, quòd id Monaſterium antiquitùs Pelogij vocitatum iamdudum videbatur exciſum, ſcilicet priuſquàm anno milleſimo centeſimo, ac perinde veriſimiliùs conſtructum fuiſſe ad annum octingenteſimum, ſeu trecentis ante annis, ſub Imperatore Ludouico Pio. Qui equidẽ Conuentus foret Ordinis S. Benedicti, veluti notorium omnino eſt ex allato Ioannis Mineti Monachi & Paſtoris buſto: at minimè eo æuo Ordinis Cluniacenſis; quia Abbatiæ Cluniaci celſitudo nondum claruerat tempore ipſius Ludouici. Potuit autem illud Monaſterium Pelogij ſeu ille Prioratus ad Cluniacum poſtea ſucceſſu annorum pertinuiſſe, eò quòd claritas religioſioris Abbatiæ plura Cœnobitica membra etiam Cluniaco antiquiora deinceps ſub ſe nacta eſt, tanquam reformatrix Ordinis ſancti Benedicti tunc ferè collabentis, & quò recurrebant multi ex cæteris Monachis penè toto orbe diffuſis, qui ſtrictiorem vitam ad exactam normam Benedictinianam amplecti ſtudentes, & eam piè renaſci procurantes ſua reformato Abbati Cluniaci capita vltrò ſummittebant. Inde verò ſignum eſt, quòd cura animarum Auenaci penderet ex eiuſmodi Prioratu, vel quòd quiſque Prior Conuentus ſimul diceretur Rector parœciæ, vt ferè alibi, nomine retento inter Cluniacenſes Monachos, aut collato vni ſuorum Monachorum, poſteaquam Pelogium in ruinam vocatum eſſet. Vnde Ioannes Prior illic poſtea deceſſit, tanquam Curatus Monaſtica fortaſſis vicinorum Cluniacenſium religione perſpicuus, aut eò in Titulum miſſus. Sed nunc illi Curati ſunt ſeculares Sacerdores. Atque ſic creditur veritas controuerſiæ cum emolumento opportunè ſedata, & tota res exponenda.

Marginal notes (left): Cœnobium Pelogij quale. — Fuit in parœcia Auenaco. — Maceriæ nũc ibi apparent. — Erat Ordinis S. Benedicti. — Quando ſub Cluniacenſi Abbatia. — Monaſticus Prior erat Curatus Auenaci.

Marginal notes (right): a nu. 17. §. 5. — b ad ortum vn. 4. de lieuë. — c fau, fauſteau, foſtre.

Paragraphus 8.

VIII. Rubric.

IAm inde ad præcipuæ mentis intentum redituri circa octauum Rubricæ genus deſcendamus in Titulis. *Notum ſit fidelibus præſentibus ac futuris, quoniam cum Dominus Berardus in ſacroſancta Dei Eccleſia Matiſc. in honor. beati Vincentij Martyris dicata reſideret Epiſcopus, Odulricus*

*ricus de Balgiaco & filij eius Vlricus ac Rainaldus Canonicis Matiſcenſibus ſuper Eccleſiam de Flo-
riaco, quam Artaldus Decanus beato Vincentio Mart. & fratribus ibi ſeruientibus reddiderat &
vuerpiuerat, multas intulerunt querimonias. Super quibus Canonici ad exequendam iuſtitiam pa-
rati, tandem ad faciendam inde concordiam coacti ſunt, dantes CCC. ſolidos Matiſcenſis monetæ
Odulrico. Vnde pacem taliter ſibi & Eccleſiæ ſuæ adquiſierunt. Præfatam Eccleſiam de Floriaco cum
decim. & appenditiis ſuis B. Vinc. & Canonicis eiuſd. loci reddiderunt, quoniã ipſius Eccl. Matiſc. iuris
videbatur eſſe. Et etiãſi aliquã haberent ibi iuſtitiã, dederunt & conceſſerũt ac vuerpiuerunt. Imò ſuper
S. Altare iurauerũt, Odulricus de ſe & infantibus ſuis, & filij ſui de ſe & ſororibus ſuis, omnib. modis
firmiter pacem tenere Eccleſiæ Matiſc. & Canonicis inibi ſeruientibus imperpetuum. Domina verò
Odulrici vxor mittens manum ſuam in manu Dom. beati Epiſcopi, laudans & concedens ſimiliter in
fide ſua promiſit pacem facere, & inde veraciter obſeruare. Hæc laudatio & iuratio Odulrici ac filij ſui
Vlrici facta fuit VI. Idus Aprilis* [f]*: ſub teſtibus Berardo Epiſc. Gauſeranno Decano, Gauſeranno* [f] die 8. mẽſis
*de Balgiaco, cum pluribus, Maſolo Rebutino, Gaufrido monetario. Altera verò iuratio Rainaldi alte-
rius filij facta fuit XVI. Kalend. Maij* [g]*, teſtibus Gauſer. Dec. Gaufrido Archidiacono, Landrico de* [g] die 16. April.
*Montello. Iterum altera vverpitio & promiſſio fidei Dominæ dictæ vxoris facta fuit XIV. Kalendis
Maij* [h]*, teſtibus Bernardo Archidiac. Bernardo de Luiniaco & Vuicardo de Gabennis. Hæc facta*
1118. *Carta fuit anno M. CXVIII. Indictione XI. Epacta XXVI. regnante Ludouico* (Craſſo) *Francorum* [h] die 18. Apr. [i] fol. 206.
Rege [i]. Hîc & alibi paſſim vide alios inferiores Epiſcopis Clericos quondam etiam præ hu-
militate vti ſuis duntaxat propriis nominibus abſque gentilitiis in publicis Actibus. Quod
ſtudioſè obiter aduertendum. Hinc verò ad vlteriora ſeiunctim.

Concordata Eccleſiæ Matiſcon.

Cum Domino de Balgiaco.

Decani, Archidiaconi, & Monetarius.

Paragraphus 9.

IX. Rubric.

NOnus locus eſt duplex Papalis hac ſerie. Prior, eiuſmodi. *Calixtus Epiſcop. ſer-
uus ſeruorum Dei, Dilectis filiis Matiſconenſis Eccleſiæ Canonicis ſal. & Apoſtolicam benedic.
Villa de monte Godino ad veſtram Eccleſiam pertinere, & per præſentes veſtrum miniſterium diſ-
penſari audiuimus. Cæterùm milites quidam locum illum occaſione deprædantur, quos auctoritate
literarum præſentium commonemus, vt à deuaſtatione illa & inquietatione deſiſtant. Quod ſi con-
temptores extiterint, & ipſi ac fautores eorum tandiu ab Eccleſiarum liminibus ſequeſtrentur & in
terris eorum diuina officia interdicantur, præter infantium baptiſmata & morientium pœnitentias:
donec aut* [*] *Lugdunenſis Archiepiſcopi, de cuius parochia locus eſt, aut veſtri Epiſcopi iudicio, ſatisfa-
ciant. Data XVIIII. Kalend. Februar* [k]. Poſterior locus Papalis eſt is. *Calixtus Epiſcopus ſeruus* [k] fo. 204.
*ſeruorum Dei, Chariſſimo & venerabili Fratri Vmbaldo Lugdunenſium Archiepiſcopo ſalutem &
Apoſtolic. benedict. Venerabilis Fratris noſtri B. Epiſcopi & Eccleſiæ Matiſcenſis ad nos querela per-
uenit, quòd parochiani tui, videlicet Vuicardus de Anton. & Guigo incatenatus Matiſcenſis Ec-
cleſiæ in villa de monte Godino grauamen & iniurias inferre non deſinunt, locum ipſum prauis exa-
ctibus affligentes. Vnde fraternitati tuæ iniungimus, vt eos diligenter commoneas, quatenus aut res
Eccleſiæ quietas liberáſque dimittant, aut in tua vel ipſius Matiſcenſis Epiſcopi Curia inde iuſtitiam
faciant. Quòd ſi contempſerint, tu de eis tanquam de ſacrilegis plenam pro tui officij debito iuſti-
tiam exequaris. Data Viennæ IV. Idus Februarij* [l]. Ille Pontifex eſt Calixtus ſecundus, qui per [l] fo. 205.
1121. ſeptennium Romæ ſedit ab anno M CXIX.* & Vmbaldus aſſedit Præſul Lugdunenſis per
1125. quinquennium [m] ab anno M. CXXI. Tum vterque ex æquo vita ceſſit anno MCXXV. [*] antea Guido Archiep.
Adeóque hæ duæ literæ intra id quinquennium datæ creduntur. Sed quia ipſæ tractant de [m] S. Viennẽſ. Galliar. obeunte Gelaſ.
monte Gudino: audi ea quæ Tituli ſeorſum de ea re obloquuntur ſub id tempus. Quod [1] Cluniac.
iſtic dictum eſto, pro decimo vltimóque compromiſſorum articulo. *Reuocatis ad concordiam* [n] fo 10 historia Lugdu. n. 74.
litibus prouiſoribus ſequeſtri [n]*, pacis amatoribus videmur morem gerere, ne à poſterorum notitia ca-
ligine obliuionis priuemur iis rebus, quæ in poſterum tenebris inuoluerentur ignorantiæ: vnde lites rur-* [n] fo. 192. 193.
*ſus & rediuiua certamina oriri poſſe prauidentur, quemadmodum lis & controuerſia quæ inter Ec-
cleſ. Matiſconenſem & Reinfredum filióſque ſuos propter terram de monte Gudino, quam poſteris
noſtris notificare curauimus. Sciant igitur præſentes ac poſteri Rainfredum ac filios ex his quæ ſe te-
nere fatebantur à Matiſconenſi Eccleſ. ſancti Vincentij, conabantur adſtruere duo nemora cum terris
in eadem villa, de nemore in planitiem redactis, & villanis* [o] *eaſdem complanationes inhabitanti-* [o] villageois.
bus, &c. Tum poſt pauca: *ſingulis annis præfatis Canonicis quartam reddiderunt partem,
&c.* Et iterum paulò infrà, nam prolixum eſt ſingula enumerare: Eccleſia Matiſconenſis
*conceſſit eandem Eccleſiam dictis Reinfredo ſuiſque filiis in dictis nemorib. vbi eos ad vtilitatem S.
Vincentij cuſtodes ac foreſtarios deputauit de ſingulis querelis, quas ille qui in Matiſconenſi Eccleſia
Præcentoris fungetur officio, donauerit: terra enim hæc, de qua agimus, officium illud comitari ſem-
per & ſequi in noſtra conſueuit Eccleſia, &c. Quicquid verò in terris illis, quæ Domino quintas de-
bent, ab ipſis vel ab aliis in domibus & vineis eſt ædificatum, Canonicis S. Vincentij totum per con-
cordiam redditum eſt atque conceſſum, præter grangiam vnam & vineas quæ dicuntur in feudo cum
domi*

Duæ Bullæ Papales.

Pro monte Gudino & Eccleſ. Matiſconenſ.

X. Rubrica.

De eod. monte, pro eadem Eccleſ.

domibus ibi ædificatis, &c. Statutum eſt, vt pro duobus pratis; quæ in eadem habentur villa, ſingulis annis arietes ſingulos cum vellere perſoluat: & vt ille qui Præpoſituram habuerit, nihil habeat, ſeque cum Domino ſuo Præcentore hominio fidelitatiſque ſacramenta aſtringat, &c. Hac itaque vuerpitione facta Præpoſito dicta terra ſuiſque fratribus de ſeruitio quod Præcentoribus aliis vuerpiuiſſe & retinuiſſe fecerunt, nihil eſt condonatum: ſed quomodocunque aliis ſeruierunt, eodem modo pro his ſolis qui ſibi conceſſi ſunt, Gauſeranna Præcentori ſibique ſucceſſoribus ſeruituris promiſerunt. Sign. Berardi Epiſcopi, Artaldi Decani, Gauſeranni Præcentoris, Bernardi Archidiaconi, Humberti Archidiaconi, Reinfredi, Stephani Præpoſiti, Stephani Monachi, Hugonis de Loaſia, Gauſmari Prioris, &c. En ſatis. Vbi aduerte diarium Actionis hîc celebratæ ſub annum MCXXI aut verè vlteriùs: quod ſanè iuuat ſolutionem exitus Berardi de mortali vita, equidem dilatandam poſt alios mox adſequentes Titulos.

(Ordo Capitulantium.)

Paragraphus 10.

(Aliæ IX Rubricæ abſque Data pro Berardo.)

SVccedunt nouem alij titulares recurſus, ſine vllo ſingulari diario, pro Berardo Epiſcopo. Eos ſic per anacephalæoſim excurrimus. Prima litera [p]. *Omnibus Matiſcon. Eccleſiæ filiis notum fieri dignum duximus, quia cùm præeſſet Dom. Berard. venerabilis Præſul ſacroſan. Dei Eccleſiæ in honorem ſancti Vincentij Martyris dicatæ, venit in Capitulum Canonicorum ſuor.* p fol. 1.

I. *& petiit ab eis curtilum, quem tenebat Humbertus de Inſula iuxta muros ciuitatis ad orientalem portam [q] & ſalicem de riuulo manante à fonte Leuretano. Canonici conceſſerunt, tali pacto vt ædificaret, & poſt diſceſſum eius in pace redeat ad communitatem Fratrum. Quod Dom. Berardus Epiſc. accepit, &c. Teſtes D. Artaldus Decanus, Dom. Præcentor Ioannes, Cauſerannus Archidiaconus, &c.* Secunda. *Sacr. ſ. Eccleſia in hon. Dei & genitricis eius ac B. Vincentij Martyris dicata, quam* q S. Antonij.

II. *regit Dom. & venerabilis Berardus Epiſcopus, ego Vuilelmus de terra reuiuiſcens [r], veniens in præſentiam dicti Præſulis & Canonicorum ſuorum reddidi in Capitulo poteſtatem Odromari & Eccleſiam B. Andreæ cum terris & decimis, ac oblationibus, pratis, ſylu. aquis. Teſtes Vuilelmus Archipresbyter, &c.* r fol. 173.

III. Tertia. *Matrona nobilis Adalaſia per manum Bernardi Archipresbyteri præſentiam adiit Dom. Berardi venerabilis Epiſcopi, & ei ac Canonicis S. Vincentij Martyris de alodio ſuo in Parochia de Mardnbrio pro redemptione animæ mariti ſui & anteceſſorum legitimè obtulit, in quo loco Capella in honorem ſanctæ Mariæ Magdelenes fundaretur. Fundata igitur Capella Dom. dictus Epiſcopus ad eandem perrexit cum duobus Archidiaconis Gauſeranno, atque Bernardo, & ipſam XV. Kalend. Septembr. benedixit, & cemeterium ibi fecit, &c. Teſtes ſunt Radulphus Præpoſitus &*

IV. Rubr. *Pontius de Caua rupe [ſ].* Quarta. *Dom. Berardus Epiſcopus Eccleſiæ Matiſc. B. Vincentij Eccleſiam dictam de Quercu, quæ erat iuris eiuſdem Sancti noſtri, ſicut aliæ circumiacentes Eccleſiæ, acquiſiuit & recuperauit [t] à quibuſdam laicis, qui ſub caſamento tyrannicæ poteſtatis eam multo tempore* ſ fol. 183. t fol. 184.

(Concil. Claromontanũ.) *retinuerant. Illi verò laici, qui tam iniuſtè ipſam Eccleſiam poſſederant, Claromontenſis Concilij Decretum * formidantes, & animarum ſuarum periculum recompenſantes, ſub quadam diſſimulatione vuerpitionis petierunt à Dom. Berardo Epiſcopo & à Canonicis dari Canonicale conſortium. Quorum petitioni conſentientes germanum ſuum Gauceranum confirmauerunt, &c. Ipſe verò Berardus Præſul dedit eam in Capitulo ad communem menſam Fratrum iure perpetuo pro anima ſua & eorum qui illam vuerpiuerunt. Teſtes Altaldus Dec. Ioan. Præcentor, & Gauceranus Archidiac.* * paulò antè celebratum per Vrbanũ Papam 2. an. 1095.

Vbi aduerte præfatum vniuerſale Concilium ſolenne factum eſſe anno M. XCV. ex Genebrardo, hoc eſt, biennio antequàm Berardus Pontificatum Maticenſem iniiſſet. Igitur præfata acquiſitio Eccleſiæ de Quercu veriſimiliùs celebrata eſt ſequenti biennio, ſeu anno MXCVII. qui fuit annus primus Sedis Berardi, priuſquam is ad ſacrum bellum Hieroſolymitanum profectus eſſet vnà cum Godefrido Duce Bilionio & cum Girardo Comite Matiſconenſi ac cæteris. Nos autem in hoc Nouenario rerum ſine Data ſeriẽ Titulorum imitamur.

(Recepti Canonici Matiſconenſes.)

V. Rubr. Quinta notitia hæc eſto [u]. *Not. ſit, quia Canonici Matiſc. & Monachi Gigniaci, pro querimonia, quæ inter eos fuerat, ad placitum conuenerunt, & huiuſmodi concordiam fecerunt. Conceſſerunt Dom. Berardus Matiſc. Epiſcopus, & Canonici eius Eccleſiam de Clauſello, & Eccleſiam de Ciuriaco, & ſeptem modios cenſuales vini, & quinque ſolidos debitales denariorum Eccleſiæ Gigniaci, & Monachis ibi Domino ſeruientibus, eo pacto quod ipſi Monachi in feſtiuitate B. Vincentij Martyris decem ſolidos & ſex denarios cenſuales Canonicis Matiſconenſibus ſingulis quibuſque annis perſoluant apud Matiſconem, illius ſcilicet Monetæ, quæ mutetur in villa Gigniaci, vel in ciuitate Matiſconi, ſine alterius commutatione. Hæc Concordia confirmata eſt per manum Dom. Berardi Matiſcen. Epiſcopi in Capitulo, & per manum D. Hugonis Abbatis Cluniacenſium Monachorum, & in capitulo ipſorum, & per manum Rotlanni Prioris Gigniacenſium Fratrum, & in capitulo ipſorum promiſerunt.* Cæterùm hæc Actio celebrata eſt intra annum ſecundum Berardi ſedentis Matiſconi, id eſt, anno MCIX. neque tardiùs, quia tunc obiit S. Hugo Abbas comprobator. Non verò cenſetur hoc tutò referendum ad annum MCXXII. à quo tempore u fol. 192.

(Monachi Gigniacenſes.)

Cluniæ

Cluniacum regebat Hugo ſecundus [x]. Nam vix eò peruenit Berardus; quin obierit anno præcedente. Sextus locus eſt [y]. *Notum ſit, quoniam Bladinus & Rotbertus de Cantriaco medietatem cuiuſdam colonicæ, aliaſque terras in parochia de Cantriaco & de Quercu ſitas, iuris ſancti Vincentij ab anteceſſoribus Canonicis iniuſtè acquiſiuerunt, & diu malè poſſederunt. Vnde Bladinus ad extremum vitæ ſuæ perductus, timens grauiter animæ ſuæ periculum incurrere, medietatem, quam de ſupradictis terris cum tanta iniuria tanto tempore obtinuerat, S. Vincentio & Dom. Berardo Epiſc. Canonicíſque S. Vincentij conceſſit & vuerpiuit in perpetuum: tantummodo depoſcens humiliter, vt filium ſuum Canonicali conſortio ſecum Canonici adiungerent, &c.* Quod effectum eſt, erátque Gaucerãnus Canonicus. Teſtes Gaufridus de Maliaco, Maiolus de Vincella, Artaldus Decan. Ioannes Cantor, &c. Septimus contextus. *Præfato Rotberto alio fratre iam multo ante tempore defuncto, vxor & filij eius remanſerunt, qui in pari iniuria perſeuerare cupientes, & contra Dom. Berardum Epiſcopum ac Canonicos per multos dies repugnantes, & in Epiſcopum ſæpiùs calumniantes, poſcentes ad vltimum amicorum ſuorum conſilio, per manum Otgerij Præpoſiti ab Epiſcopo diem petierunt, in quo res eorum iuſtitia exigente definiretur. Die placiti à Dom. Epiſc. & Canonicis poſtulauerunt, vt Stephanum Roberti filium in Canoniale conſortium reciperent, &c. Quod D. Berardus Epiſc. & Canonici conceſſerunt. Poſtea verò inſimul venientes, in manu D. Berardi Epiſcopi ſancto Vincentio & Fratribus in Monaſterio degentibus vuerpiuerunt omnibus modis, & in fide ſua pacem ſuper hac vuerpitione promiſerunt, &c. Teſtes Bernoldus de ſancto Sulpitio, Radulphus de Quercu, Bernardus de Toriaco, Artaldus Dec. Ioannes Can. Gauſerannus Archidiac.* [z] *&c. ſuper altare S. Vincentij.* Octauus locus. *Quoniam vniuerſa, circa diſpenſationes eccleſiaſticas ſacta & diffinita, ſolida & inconuulſa in æternum debent exiſtere, condecet ea literarum apicibus denotare. Igitur notum fieri volumus, quoniam Hugo Stephanus & Otgerius de Cormuntolo poſt multas & ſæpiſſimas in Synodis Matiſconenſ. Eccleſ. ſuper iniuria, quam de Eccleſia de Satonaco in decimis faciebant, factas à Canonicis querimonias, tandem per manum Dom. Berardi Epiſcopi, ipſam B. Mártyri Vincentio Eccleſiam & Canonicis ibi Deo ſeruientibus cum omnibus decimis & cemeterio ac oblationibus vuerpiuerunt, conceſſerunt & reddiderunt tali pacto, vt in vita ſua annualem inueſtituram, videlicet vnum quartallum frumenti & vnum meterium hordei Canonicis perſoluentes, teneãt & poſſideant, & vltimo eorum defuncto, totum in pace B. Martyri Vincentio & Canonicis ibi degentib. ſine vlla deinceps inquietudine remaneat, &c. Teſtib. Gauceranno Cantore, Bernardo Archidiac. Guidone de Romaniaco, Hugône de Vitriaco, Garnulpho de Berriaco, Galterio de Tuſiaco. Hoc factum fuit in turri præd. Epiſc. vigilia B. Andreæ Apoſt. regnante Ludou. Francorum Rege.* Nona & vltima proponenda Rubrica. *Not. ſit Hugonem Gaufredum præſteriam Matiſcenſis Eccleſ. S. Vincentij, quam habebat, & nominatim caſtanetum ac locum Beliardum in præſentia Dom. Epiſc. Berardi & Decani Artaldi & Præcentoris Gauſerannus Deò & præfatæ Eccleſiæ reddidiſſe. Iurauit autem prædict. Hugo ſe veram tenere pacem ſuper hac omnia bona Eccleſ. & quòd ſi Eccleſia in aliquo læderetur, illud ſe reddere, & donec redderetur in Matiſconenſi ciuitate ſe captum tradere, nec eam exire ſine licentia illius Epiſc. & Decani ac Præcentoris, qui eo tempore magiſtratum Eccleſiæ obtinerent, eodem ſacramento confirmauit, obſidéſque poſuit Guigonem de Barbareſchis, Gaufredum vetulum, &c. Videntibus & laudantibus tribus,* qui ſuprà, itémque *Guichardo de Piſcis* [a] *&c.* Prætermus reliqua perpauca non ita grauia: vt pote, placitum inter Canonicos Matiſcon. & Landric. de Moncello habitum *ſuper nemore de Cauẽna & planamentis eiuſd. in præſentia D. Berard. Epiſc.* [b] itémque aliud penè ſimile cum Hugone de Toria *per manum D. Berard. cit.* [c] Et donum ipſius Epiſcopi de Eccleſia Bellimontis * pro Anniuerſario ſuorum.

VI. Rubr. — Canonicus receptus. — VII. Rubr. — Canonicus receptus. — VIII. — Donum. — IX. Rubrica. — Præſteria.

x ſub Gerard. nu. 25. eiuſdemmo.
y loco cit.
z fol. 192.
a fol. 195.
b fol. 198.
c 190. & 201.
* fol. 115. Berardus dedit Eccleſiæ ſuæ Eccleſiam parœcialem de Villars prope Trenolchiũ ex Martyrol. cit.

Paragraphus 11.

Dies obeũtis Berardi.

ACtis Berardi abſolutis, dìem & annum ſolutæ ſuæ peregrinationis inueſtigemus. De vtraque mixtim conquiſitione Bugnonius ſic loquitur [d]: ſed à quo diſcat, non aperit, ſuo tacendi more: *Berardus Epiſcopus* (inquit) *migrauit die XIV. menſis Auguſti, & in eius locum venit Ioſſerandus à Clero electus anno ſal.* 1120. Hæc ille. Verùm nos imprimis quoad diarum legimus in veteri Martyrologio MS. Primatialis Eccleſiæ Lugdunenſis, quòd *Berardus Matiſc. Epiſcopus deſecit 12. Kalend. Auguſti*, ex folio 198. hoc eſt præcisè *die 21. Iulij* *. Vix non ſine donarijs eidem Metropoli Baſilicæ collatis, vt pote ad quam ipſe pertinuerit. Deinde quoad annum ſcrutare, quæſo, enunciata Paragrápho 9. huiuſce loci. Sane velut liquet ibidem: ex Pontificis Maximi Reſcripto ſedebat adhuc noſter Berardus quando Vmbaldus Archiepiſcopatum Lugdunenſem ingreſſus eſt. At verò primæ inſtrumentales literæ, quæ Vmbaldi meminerunt in Lugdunenſibus [e], efferuntur ſolùm anno M. C. XXI. ſiue id tempus fuerit annus primus auguſtæ ſuæ Sedis, vti veriſimiliùs eſt: ſiue alius iam antea extiterit, quod fateor nedum certò ſciri. Tandem verò San-Iulianus noſtrò diario propiùs accedit, quando hæc calcographo mandauit.

Annus morientis.

d pa. 64.
* ex MS. S. Petr. 13. Kal. 20. Iul.
e nu. 77.

daui[f]. *Berardus Epiſc. Matiſc. obiit anno XI, regni Ludouici Craßi, & noſtræ ſalutis anno* 1120. f pa. 285. ſu.
Nã vnico ſolùm anno à præfato Metropoli calculo diſiungitur. Saltem ipſe hoc notabi-
Quantitas ſuæ Sedis. le deliquium perpetrauit, quando adiicit: *Is fuit Epiſcopus annis ſexdecim.* Quippe ex iſto
noſtro Capite, ſeu computorum numero paulò exactiore, concluditur Berardum ſediſſe
annis viginti tribus, vt minimum vel vno pluris. Et quoad fixum diem ipsius cadentis è
vita, audi veterem librum MS. Obituum Eccleſiæ Collegialis Bellijoci. *XIII. Kal. Au-*
guſti obiit Berardus, vir venerabilis, Matiſconenſis Epiſcopus. Qui dies vnico duntaxat floc-
Monachi etiã Canonici ſeculares. cipendendo à Lugdunenſi ſuprà ephemeride diſcrepat. Pro quo Antiſtite hæc ſuffecerint.
Sed pari paſſu de alio ſimili nomine longiùs vtiliter referẽdo loquamur ex eodem Codice,
quaſi per parentheſim. *XVIII. Kalend. Septembris* (infit locus) *obiit Berardus Matiſcenſis &*
huius Eccleſiæ Bellijocea Canonicus, Sacerdos & Monachus de Io. Itémque poſtea: *X. Kalendis*
Septembris obiit Berardus Prior Cluniacenſis & iſtius Eccleſiæ Canonicus. Vbi obiter rurſus ad-
uerte homines Religioſos triplici voto profeſſos olim verè ſolitos eſſe ſimul Canonicos
Parẽtes eius. Ecceletiarum ſecularium præbendatos, præterquam cœnobitas, & officio ac prouentu in
Monaſteriis claros. Verùm redeamus. Ad extremum autem vide conſanguineos præfati
noſtri Auriſtitis ex mẽbranis martyrologicis Eccl. Matiſc. *III. Kal. Septemb. obiit Milo laicus* (in-
fit locus) *& per multos annos Monachus, pro cuius anima Berardus Matiſconenſis Epiſcopus filius*
eius dedit S. Vincentio Eccleſiam de Bellomonte. Item Kal. Septembris (anno incerto) *obiit Ste-*
phanus miles, frater Domn. Berardi Epiſcopi. Hinc rurſus audi diſtinctas appendices.

Paragraphus 12.

Quemadmodum ad calcem hiſtoriæ vitæque Gauſleni Epiſcopi[g] coniecimus præcipua g nu. 35. & 7.
Alia congeſta Inſtrumẽta libri Eccleſ. S. Petri Matiſconenſ. dona Eccleſiæ ſancti Petri Matiſconenſis quondam attributa, eáque excerpta è vetuſto
MS. ipsius Baſilicæ, quatenus eſſe videbantur illius æui, hoc eſt vnius ſeculi ante præſen-
tem Berardum Antiſtitem, poſtmodum aucta ſub Landrico Epiſcopo *; eodem pacto mox * nu. 39. & 40.
pergimus enarrare cætera, quæ in eodem Volumine ſuperſunt, quæque cenſentur circun-
ducere tempora eiuſdem Berardi ac vicinorum Præſulum: nos hîc cum tractatulum abſo-
luturi, ſi quæ ibi ampliùs digna notatu iudicabuntur. Ergo imprimis hæc peraudias[h]. h pag. 38. teſte Hugone Præpoſito, Vuidone milite.
I. Inſtrum. *Sacro. ſan. Eccleſia Matiſc. Apoſtolorum Petri & Pauli Richardus eiuſdem Regularis Canonicus do-*
nauit molendinum vnum in eodem pago ſuper aquam medotgiam & fluminis curſum, ac vercherias
vtrarumque riparum in alodium, & vnum pratum trans fluuium Ararim in pratis de villa Bo-
ſco, &c. Datum tempore Philippi Regis, nempe primi huius nominis, qui defecit anno
MCIX. nimirum annis iam duodecim, poſtquam præfatus Berardus Matiſconi præſidere
II. cœpit. Secundò: *Ego Bernardus de Moncello detentus infirmitate, Teſtamentum facio. Concedo*
Eccleſiæ B. Petr. Matiſcon. & Regularibus Fratribus de alodio meo vnum manſum ad Moncellum[i] i pa. cit. vulgò Mõceaus.
cum manſione, & alium manſ. in villa Corpherelt. Debentur duo panes in Kalendis, totidem tem-
pore meßionis, tres capones & taſchia. Sign. Gauſmari Prioris, Guigonis Rebutini, Pontij Auriculæ,
& Adalardi de Blauens. Item: *Petrus de Caſtellione donauit Eccleſiæ S. Petri Matiſcenſ. in*
præſentia Domini Gauſmari Pr. quoſdam ſeruos, &c. Factum in villa Claſiaco[k], *teſtimonio Rot-*
berti Incatenati & Anſelmi Medici. Tertiò: *Ego in Dei nomine Aldradus Presbyter*[l] *pro anima* K Claiſſe. l pag. 43.
III. *mea remedio dono Eccleſiæ S. Petri Matiſc. vnam vineam & vnum campum iuris mei in agro Fu-*
ſciacenſi in villa Maſiaco, &c. Actum regnante Ludouico Rege. Hic autem fuit Ludouicus Craſ-
ſus Philippi I. filius, qui ſceptrum poſſedit ab anno MCX.[m] vltra vitam Berardi. Adeó-
IV. que iſta creduntur geſta ſub finem ſedentis ipsius Epiſcopi[n]. Quartò: *Eccleſiæ S. Petri &* m ad 1137. n ad an. 1119.
Pauli ſitæ prope mœnia vrbis Matiſc. ego Duranuus cognomento Sauerus ab hoc ſeculo migrans dono p. 44.
vnã peciolam de terra pro animæ meæ remed. in agro Fuſciaci, in villa Albuſonaco[o]. Conſequenter: *Guido* o pa. 46.
Delſais laudantib. p fratrib. ſuis cum matre conceßit & laudauit donum de longo-campo, quod Guido p alonans, ſic vulgò p. 47.
Donum de longo-cãpo. *Ferols & filius eius eo annuente dederunt pro redemptione animar. ſuar. Eccleſiæ B. Petri Matiſc. &*
Regularib. ibid. ſeruientib. Etiam de dono Leotaldi, vnde grandis altercatio erat, reddidit duas partes,
retinendo tertiam & feudum Berlonis de Calamont, ac franchiſiam de Alariaco, tali pacto vt ad Ec-
V. *cleſiam poſt eius obitum reuertatur, &c. Teſtes Ioannes Præcentor & Dalmatius Canonicus.* Quintò: *In*
nomine S. glorioſiſſ. & indiuiduæ Trinitatis, ego Rainerius ſecularem relinquens militiam, & deuo-
Laicus factus ibi Religioſ. *tè ſacra aſſumens religionis habitum ſub norma ſanctiſſ. Auguſtini, concedo Eccleſiæ B. Petri, quæ ſi-*
ta eſt extra muros Matiſconis & Fratribus in ead. Deo ſeruientibus duos manſos, vnum ſitum in villa
VI. *Boſci, & alterũ in villa de Longo-campo. Dono iterũ vnam coloniam in villa Mons, &c.*[q] *Sign. Guigonis* q pa. 48.
auunculi eius, Ferrogl. Achardi conſobrini eius, Manaſſes, Leotardi. Sextò: *Not. ſit omnib. tã poſteris quã*
Non ſeruata hic Chronologia. *inſtantib. quoniam cum veniſſemus ego Gebuinus Lugdunenſ. Eccl. Paſtor & Clerici noſtri ad dedican-* r pa. 49.
dam Eccl. S. Romani de villa[r], *adiit ſerenitatẽ culminis noſtri nobilis mulier Fecena, quæ quaſi per alo-*
dium prædict. Eccl. tenuerat, linquens ipſam in manu noſtra, humi[illegible] que & miſericorditer depoſcens,

vt

vt hanc Eccleſ. & Eccleſiam de Sylua cum decimis, quas huc vſque habuerat pro Dei amore Abba-
Gebuinus Archiep. Lugdunenſis. *tiæ ſancti Petri extra muros Matiſconis ſita & Eccleſia de Longo-Campo, vbi ſub Chriſti iugo viue-*
re diſpoſuerat, concederemus. Cuius petitionem benignè ſuſcipientes, ad laudem Clericorum & aliorum
amicorum noſtrorum, ſicut ipſa petebat, annuimus. Et vt donatio in perpetuum duret, authoritate no-
ſtra firmamus. Sign. Domni Gebuini Archiepiſcopi, Bladini Decani, Alberti Archidiaconi, Du-
ranni Archipresbyteri, Richardi Regularis, Petri Sacerdotis, qui vtraſque Eccleſias regit, Bernardi
eiuſdem Archipresbyteri. Ipſe autem Gebuinus viſus eſt Archipræſul Lugduni ab anno
VII. MLXXVI. ad ſequens triennium [f]. Septimò: *Eccleſia de Sylua alodium eſt B. Protomartyris* [f] nu. 70 in Lugdunenſ.
Stephani Lugdunenſis, quæ aliquanto tempore inter Canonicos Lugdunenſes maioris Eccleſ. & Ca-
nonicos beati Petri Matiſcon. ſub proletigio manſit. Vnde Domnus Berardus Matiſconenſ. Eccl. vene-
Hugo Archiep. Lugd. *rabilis Epiſcopus & Canonici eius, Paſchali Papa Romæ præſidente, tempore Domni Hugonis Re-*
uerendiſſ. Archiepiſc. Lugdunenſ. Lugdunum venerunt, ibique in Capitulo, cognitâ vtriuſque par-
tis causâ, quæ diu ventilata fuerat, tandem non iudicium, ſed miſericordiam à Lugdunenſibus implo-
rauerunt. Quoniã igitur miſericordia Domini plena eſt terra, & alter alterius neceſſitates portare de-
bent, prædictæ Eccleſ. Lugdun. pater pietate motus, præſcriptis Fratrib. quod ſuppliciter precabantur, in-
teruentu prænominati B. Matiſconenſ. Epiſcopi, & communi conſenſu Lugdunenſium Fratrum, in
ipſo Lugdunenſi Capitulo, ita donauit dicens: Eccleſiam de Sylua, quam B. Protomartyris Stephani præ-
dium eſſe recognoſcitis cum appenditiis ſuis, videlicet cum decimis ſuis, cum beneficio quod ſepultura
dicitur, cum prædio quoque pertinenti ad Altare ipſius Eccleſ. cum oblationibus præter etiam cum ter-
ra illa quam Archardus Brixienſis in extremo vitæ ſuæ confitens & teſtificatus iuris eſſe B. Protomar-
tyris Stephani Lugdun. mihi reliquit, & cum alia etiam terra ſupradict. conti- na eiuſd. iuris, quam
poſtea adquiſiui ab Hugone de Bocria, B. Petro Matiſconenſi & Fratrib. ei ibid. impræſentiarum ſer- [t] pag. 50.
uientibus, eorúmque ſucceſſoribus dono eam in ſolidum, iuréque perpetuo [t]. Vbi aduertendum obi-
ter præfatum Pontificem Maximum fuiſſe Paſchalem II. ſeſſorem Romanæ Cathedræ
ab anno MC. ad decimumſeptimum conſequentem, & Hugonem Archiflaminem Gebui-
ni ſucceſſorem poſſediſſe Lugdunenſem Primatiam ab anno MLXXX. ad annos viginti
octo ſequentes [u]. Propterea hoc Archiepiſcopale Reſcriptum neceſſariò celebratum eſt [u] nu. 7. in Lugdunenſ.
VIII. intra nouennium ab anno milleſimo centeſimo inchoandum. Octauò: *Diuina inſpirante*
gratiâ, cuius nutu diſponuntur vniuerſa [x], *Clerus ſancti Petri relinquens mundialia, canonicæ ſub-* [x] ibid p. 50.
miſit colla normæ. Archardus, miræ ſimplicitatis ac manſuetudinis Clericus nobili genealogia or-
tus, iuuenili ætate floridus, literis politus, huius amore religionis omnia mundi perfectè deſeruit,
& die capitis ieiunij [y] *huic regulæ profeſſionem fecit. Quam dum vixit, bene ſeruauit. Non ſeruantes* [y] Cinerum.
Nobilis laïcus ibi factus Religioſus. *autem honeſtè correxit. Sed Dei prouidentia non ei merita differens præmia, ſeptimana poſt Paſcha*
corpus priuauit ab anima. Nam quinta feria febre correptus, non lecto decubuit, neque à Fratrum con-
uentu declinauit: ſeptima verò, Dominica Miſſæ Epiſtolam ſua vice legit. Veſpere autem abſque fa-
tigatione corporis Domino ſpiritum reddidit: ne videlicet malitia mutaret intellectum illius,
IX. vt Scriptura loquitur [z]. Nonò: *Ego Stephanus & Vuido fratres pro animabus noſtris præfatæ*
Baſilicæ Capellam in villa Bachacerias in propria noſtra hæreditate ſitam Canonicis prælibatæ Eccleſ. cũ [z] Sap. 4. v. 11. [a] pa. 51.
Capella S. Mariæ. *matre Eccl. perpetuò poſſidendã* [a]. Item: *Ego Vualterius meúſq; frater Vdulricus deuotè offerimus huic*
præſenti Altari SS. Apoſtolorum Petri & Pauli duas partes Capellæ B. Mariæ in pago Lugdu-
X. *nenſi, in villa Felingis, cum terris, decimis, omnibúſque appenditiis* [b], *&c.* Decimò: *Leodegarius* [b] ib. & p. 52.
nobilis proſapia Clericus, ac maioris Lugdun. Eccleſiæ appellatus Canonicus, omnia mundi dereli-
quit, & in Baſilica Apoſtolorum Petri & Pauli apud Matiſconem ſe Domino ſeruiendum regulari
Canonica obtulit. Cuius mater Adelmodis cum ipſo aliíſque filiis dedit prædictæ Baſilicæ tertiam
partem Capellæ B. Mariæ in pago Lugdunen villa Felingis, cum terris, decimis, appenditiis. Item: *Et*
Hugo miles de Naia omnia mundi relinquens, ad dictam Eccleſiam fugiens ſub Canonicali regula
Domino ſe ſeruiendum tradidit. Qui vnum manſum in villa Iarnolis ſitum nobis dedit in præſentia
Domini Landrici venerabilis Epiſcopi, tempore Philippi Regis [c]: nimirum ſub immediato præce- [c] cit. 52.
XI. denti Antiſtite: Vndecimò: *Ego Leſprandus offero ſacr. ſan. Matiſconenſi Eccleſiæ filium meum*
Stephanum ad Domino ſeruiendum ſub Canonicæ religionis habitum [d]. *Et dono eidem Eccleſ. portio-* [d] pa. 53.
nem meam Capellæ B. Mariæ in pago Lugdun. villa Mentoniaco, cum terris, decimis, ſuíſque appendit.
Gebuinus. *Et concedo eid. loco, fauente Domno Gebuino Archiepiſc. presbyteratum Eccl. S. Iuliani, vercheriam, &*
XII. *magnam partem ſyluæ, ac quartam partem villæ, quæ vocatur Villaricius.* Duodecimò: *Ego Heinri-*
cus & frater meus Humbertus militiam ſecularem deſerentes, & ſacræ religionis habitum deuotè
Capella cit. *ſumentes, vnus ſub norma ſanctiſſ. Auguſtini, alter beati Benedicti, donamus S. Eccleſiæ beatorum*
Apoſtolorum Petri & Pauli prope mœnia vrbis Matiſconenſis quartam partem Capellæ B. Mariæ in
pago Lugdun. villa Mentoniaco cum terr. dec. ſuíſque append. ac totum quod in ipſa villa iure hære-
XIII. *ditario tenemus, & quartam partem de villa Montis* [e], *&c.* Decimotertio: *Vniuerſis ſan. Eccleſ.* [e] pa. 54.
filiis in diuerſis mũdi partib. diffuſis notificare volumus, qualiter Hugo de Iaiaco in Hiſpan. proficiſcẽs,

ad Eccleſiam beati Petri Apoſtolorum Principis iuxta muros Matiſconenſes humiliter adiit, & donum quod Dominus Gebuinus Lugdunenſis Archiepiſcopus,&c. hactenus fecerat, ac ipſemet laudauerat de Eccleſia beatæ Mariæ de Iaiaco & Clericis ad eandem Eccleſiam pertinentibus nominatim exprimens terram quæ vocatur S. Maria, & S. Petri, iterum laudando donauit & donando conceſſit in Capitulo Eccleſiæ B. Petri & Clericis in ea Deo ſeruientibus accipiens ab iis vnum equum cum fræno & ſella: eo pacto vt Regulares in iam dictam Eccleſiam vbi Bernardus pater ſuus ſepultus fuerat, pro illius anima & animabus prædeceſſorum ſuorum aſſiduè coram Dom. preces funderent, ac Sacrificium perſoluerent [f],*&c.*

Capel. ead.

XIV. Decimoquartò: *Ego peccator & indignus miles Bernardus Garnerius audiens Dominum in Euangelio dicentem: Niſi quis renunciauerit omnibus quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus* [g]: *Sacroſanctæ Eccleſ. circa Matiſcon. vrbem in honorem beatorum Apoſt. Petri & Pauli dicatæ, omnia mundana relinquens, memetipſum & omnia quæ habeo, in dictam Eccleſ. tribuo. Dono etiam totum alodium meum in parochia S. Mariæ de Iaiaco, cum campis, ſyluis, pratis, in quibuſcunque habeantur locis, vt Dominus per interceſſionem dictorum Apoſtolorum animam meam & anteceſſorum à pœnis inferni eripiat, & ad gaudia æterna perducat.*

[f] pa. 57.
[g] Luc. 14. v. 33. pag. 58.

Donator bonorum precatur Sanctos.

Vbi aduerte, Lector, dona & fundationes non modò Eccleſiis fieri vt recipientes Clerici mortales orent pro defunctis in hac adhuc militante Eccleſia. Qui profectò ſenſus ac finis concedendi bona ſecularia hactenus ſolùm vulgaris eſt in mentibus dantium, acceptantium atque deprecantium [h]. Verùm etiam ille ſapiens Bernardus altiùs in fundando conſcendens oculóſque interiùs attollens, ea voluntate eóque nutu offert Deo propter ſanctos Apoſtolos in cœlo beatiſſimos ad viatorū Clericorum manus, vt illæ etiam fœlices animæ in triumphante Eccleſia glorioſiſſimæ, orent & deprecentur Numen pro iiſdem defunctis quondam militantis Eccleſiæ benefactoribus, & in Purgatorio fortè remorantibus, qua ope inde liberentur cœlúmque petant. Quæ meus ſingularis & eximia ſanè non occurrit cunctis hodie tum donatoribus, tum ſacrificantibus, vt Sanctos orent ad hoc quòd ipſi beati vnà cum Clero Numen ad Altare precentur pro collatore vita functo. Quippe paſſim hactenus Deum & Chriſtum exorant duntaxat vt ipſe propitius fiat, at non Sanctos vt defunctos erga Deum iuuent, etſi diuus Aquinas reliquíve Theologi ſingularem hanc quæſtionem prodere in lucem & exagitare non ſoleant. Veruntamen rationis æquitas poſtulat, vt beati concurrant, & Deum quoque obſecrent pro mortuis in Purgatorio detentis *. Etenim communis eſt charitas diuinitùs infuſa virtus inter beatos, iuſtos viatores, & exiſtentes in purgatoriis ignibus. Quod inſolubile per hos omnes amoris vinculum planè mutuum, efficit vt quia eo duce nexu beati orant pro nobis in mortali vita peregrinis, cùm neceſſitates norint eorundem in ſpiritualibus, exorent pariter pro piis defunctis nondum planè ſolutis, vt pote quem purgandi locum non ignorant ſemper refertum iiſdem quotquot ſint ſpiritibus, ſubſidium vtique implorantibus, neque vacuum arbitrantur. Ergo quemadmodum in ſpeculo diuinæ bonitatis ac eſſentiæ ipſi varias preces contuentur, quas fundunt pij viatores erga eos vt orēt illi ſuperi pro ipſiſmet viuentibus: ſic iuſtum eſt & omnino veriſimile, quòd in illa contemplatione videant rurſus vota colligatorum in Purgatorio erga glorioſos in cœlo tendentia, id exigente iuſtitia diſtributiua. Nam etſi vulgò illæ purgatrices animæ non ſint ampliùs in ſtatu de ſe merendi: nihilominus locari dicuntur in ſpatio alios ſaltem interpellandi, nimirum beatos, vt iidem æterna fruentes poſſeſſione, & in valido merendi ſtatu pro cæteris cōſtituti, exorent pro reliquis huiuſmodi carcere incluſis. Maximè id boni præſtāt ſancti beati titulares Eccleſiarum atque patroni, ad quas peregrini in ſeculo tēporales ſuas poſſeſſiones pro Clero loci ſuſtentando transferunt, vtroque illo precandi fine & intentione.

Vt orent pro animabus in Purgatorio.

Hodie tantū oratur Deus, vt eas liberet.

[h] ex D. Tho. additionib. ad 3. par. ſum. q. 71. & 72.

* vnde habet Eccleſia Litanias erga Sāctos pro defunctis.

Poſſunt bona tribui Eccleſiæ, vt eius Patroni orēt pro defunct.

Talis eorum oratio æquiſſima.

XV. Iam decimoquintò, attēde. *Not. ſit omnibus hominibus, quòd ego Hugo & Paganus frater meus ea quæ in decimis Periſiaci in parochia ſancti Romani habemus, Canonicis Regularibus Matiſconenſ. Abbatiæ donamus: pro quo dono ab Aymone S. Vincentij Canonico centum ſolidos accipimus. Actum anno Archiepiſcopatus Rainaldi Lugdunenſis Archipræſulis* [i]: hoc eſt, ſedentis per duos ſolùm annos [k], vſque ad milleſimum centeſ. vigeſimum nonum.

[i] pa. 58.
[k] in Lugdunenſib. n. 75.

XVI. Decimoſexto: *Ego peccator & indignus qualiſcunque miles Rotlannus Briſſinens volens Hieroſolymam proficiſci, tam pro peccatis meis, quàm pro indulgentia & peccatorum venia prædeceſſorum meorum meorum, & pro corpore ac animarum filiorum filiarumque viuorum & defunctorum, dono Eccleſiæ beati Petri iuxta Matiſconem atque Regularibus in ea Domino & Sanctis eius ſeruientibus in Epiſcopatu Lugdunenſi in villa Miloniaco, corde firmo & voluntate bona, Eccleſiam beati Euendi dicta villa, quam Dominus Gebuinus Lugdunenſis Archipræſul dictis Regularibus & terris eiuſdem Eccleſiæ fecit, ſtagnum, vineam, ligna magna & minima ad domos faciendas, cætera neceſſaria, herbam viridem & ſiccam. Factum anno ab Incarnatione Domini MC.X. Indictione III. concurrente V. Epacta, imperante Ludouico Francorum Rege* [l] Craſſo, anno primo Regni.

Terram ſanctā petiturus.

XVII. Decimoſeptimò: *Ego Robertus Francus cogitans hoc quod Dominus in Euangel. ait, Quid enim prodeſt homini, ſi*

[l] pa. 59.

vni

vniuerſum mundum lucretur, anima verò ſuæ detrimentum patiatur [m]? *& alio in loco, Vendite quæ poßidetis, & date eleemoſynam, & habebitis theſaurum in cælo* [n]. *Quapropter concedo Eccleſiæ beati Petri pro remedio animæ meæ omniúmque prædeceſſorum in præſentia Domini Gauſmari Præpoſiti omnem illam terram, quam in parochia ſancti Germani & Victoriaci dignoſcor habere, &c. Gregorius de Caſtro Karoli, Petrus Præpoſitus, Pontius miles, Vmbertus de Luniaco, Pontius de Vitriaco* [o].

XVIII. Decimooctauò & vltimò: *Ego Vdulricus deſirans ire Hieruſalem, reddendo concedo Eccleſiæ B. Petri Regularibus extra muros Matiſcon. omnes decimas, quas modò poſſideo, & quas illi iamdiu in vadimonium habent, ſitas in parochiis B. Petri de Marſonaco & S. Deſiderij de Alciaco, in villis de Caſellis & de Hermondangis, & de Montet, quatenus orationibus eiuſdem Eccleſ. pius Dom. greſſus meos dirigat, & ad viam perpetuæ ſalut. perducat. Accipio autem à ſupradictis quinquaginta ſolidos Lugdunenſis monetæ* [p]. *Teſtes Domnus Ioannes Præcentor S. Vincentij, Vgo Canonicus dicti datoris frater, Stephanus de Pino, & Conſtantius Ruphus de Marſonaco.* En Anacephalæoſis & Epilogus libelli Archiuorum præfatæ Baſilicæ D. Petri, ac euentuum temporibus potiſſimum Berardi Antiſtitis & circiter compertorum. Mox ergo tandem verſus proximum ſucceſſorem Iocerannum procedamus.

Terra ſancta.

Moneta.

m Luc. 9. v. 25.
n Marc. 10. v. 21. Luc. 18. v. 22.
o pa. 61.
p pa. 59.

XLI. *Paragraphus* I.

Nomina & promotio.

IOcerannus leniore prolatu ſic paſſim vocitatur apud Democharem [a] & San-Iulianum; tametſi in Titulorum elogiis mox conferendis auſteriùs paulò dictitetur *Iotcerannus*, poſtmodúmque *Gaucerannus*, & apud Bugnonium *Ioſſerandus* [b]. Is Epiſcopus adæquauit in Sede Maticenſi annos XXIII. ſui anteceſſoris Berardi, ab annō M.CXXI.
1121. inchoandos & perducendos. Qui Præſul fratrem nactus eſt Guidonem bellicoſum militem eodem ſuccedentis anno occiſum, dum tueretur iura & libertates Eccleſiæ Matiſconenſis. Antiſtes autem ab ineunte ætate in illa Eccleſia educatus, per quoſque dein gradus aſcendens (addit San-Iulianus [c]) ſua tandem virtute ad purpuram locique faſtigium conſcendit, velut alter probus Samuel [d], & ad inſtar multorum Romæ Pontificum [e], qui per ſingula priùs Curiæ Romanæ officia ſeſe exercuerant, ſuáque comprobarant ingenia. Ex quatuor autem interuallis, quibus de illo fit mentio ex Titulis, iſte primus eſt ordine, ac locupletior: omnes verò ſine Data. *Scire volumus præſentes & poſteros, quòd Comes Vuilelmus* (Matiſconenſis) *frater Comitis Reinaldi mouit querelam & calumniam Domino Epiſcopo Iotſeranno & Canonicis, proptereáque miſerunt ſe in manu prædicti Comitis R. & Domini Vicardi Beliocenſis* [f], *vt de his dictum eorum vtrinque ſequerentur. Per manum ergo & conſilium ipſorum ſupradictus Comes Vuilelmus laudante Comite Reinaldo fratre ſuo finiuit calumnias, & conceßit Epiſcopo in perpetuum atque Canonicis firmitates ſuas & baſtimenta & domos infra Matiſconem & extra. De occupationibus verò paſt mortem Comitis Vuilelmi & Alemanni patris alterius Vilelmi facti, ſi Comes Vilelmus quæreret rectum, & ad rationem veniret, inde in Curiam D. Epiſcopi, & ibi per iudicium Curiæ Epiſcopi rationem acciperet. Quòd ſi illic non poſſet* (negotium) *diffiniri, venirent inde ante Dominum Vicardum, & ipſe diffiniret. Si verò nec ipſe diffinire valeret, conuenirent ad ſanctum Marcellum Comes Reinaldus & Dominus Vicardus, & dictum eorum ſequerentur hinc inde: & ipſi dicere non dimitterent. Per manum autem Comitis Regnaldi & Domini Vicardi, per quos prædicta conuenientia facta eſt, promiſit Comes Vilelmus pacem & bonam concordiam cum Epiſcopo & Canonicis deinceps habere. Huic autem conuentui affuère Comes Regnaldus & Dom. Vicardus Beliocenſis, per quos facta eſt pactio, & Domn. Ylio de Rauena, Stephanus Craſſus, Girbertus Archipresbyter, Letbaldus de Digonia, Rotbertus Incatenatus, Durandus de Eſtoldis, Stephanus de Marchant, Regnaldus de Cuſi, Otgerius de Vela, &c.* Quo in locō aduertas obiter Vuicardum de Bellijoco, quatenus temporaneum eius ſitum contempleris. Hic enim pro tutiore via nō eſt ampliùs idem vir, quem paulò antè in Berardo [g] Antiſtite XL. diximus extitiſſe abnepotem & coætaneum, Vualterij pridem Matiſconenſis Epiſcopi [h], quique propter ſenium & prudentiam vſúmque rerum mox ad hoc iudicij munus vocatus ſit, vt foret arbiter inter Eccleſiam & Comites Matiſconenſes ſopiendæ controuerſiæ gratiâ: nēc non vt perinde credatur eiuſmodi hiſtoriam vehementer adaugere robur argumentorum, quibus loco citato oſtendimus Vualterium Præſulem nactum fuiſſe talem ſibi abneporem, ſecundum huius nominis inter Bellijocenſes Dynaſtas eorúmve conſanguineos. Quippe ingentes temporum diſtantiæ efficiunt, quòd Vuicardus de Bellijoco ſub Berardo agens, deinceps non ſit ille ſecundus, verùm tertius, anno ibidem dato 1117. quem tertium quarto pòſt anno nunc florere ac pergere contuemur, hoc eſt, anno 1121. & ſequentibus aliquot. Etenim propior & facilior conijcitur hæc applicandi formula, vt inauditam ſecundi auertamus ſe-

Octo Tituli ſub ipſo. I.

Concordata inter Eccleſiam Matiſc. & Comitem.

Teſtes.

Vicardus Bellijocenſ. qualis hic.

a To. 1. ca. 48
b cit. n. 40. extremo.
c cit. ibid.
d 1 Reg. 2. v. 18 c. 3.
e Greg. Mag. ante an 590. Valentinus ante 818. Paul. 5. ante 1604.
f arbitri ſeu iudices electi fol. 208.
g n. 40. §. 6.
h n 36. 1.

nectutem,& aliunde doceamus præſentem Chartam multò minùs differendam eſſe ad tardiores Vuicardos quartum & quintum in Guidone XCVI. Archiflamine Lugdunenſi illuſtratos [i]. 15.5.generatione 10.

Paragraphus 2.

II. Tit. SEcundus Titulus hic eſto. *Sciri cupimus, quòd Petrus de Bameriis quicquid apud Miringas poſſidebat, Eccleſia B.Vincentij Matiſcenſ. cuius Canonicus erat, ſub præſentia Domni Iotſeranni Epiſcop. donauit, perpetuoque fruendum conceſſit. Teſtes ſunt præfatus Epiſcopus & ipſius Matiſcenſis Eccleſ. conuentus aſſiſtentes in Capitulo* [k]. Tertius: *Notum ſit omnibus, quòd Galterius de Crai quicquid habebat in decima de Crai & in cenſu cemetery eiuſdem villæ pro remedio animæ ſuæ & filij ſui & aliorum prædeceſſorum ſuorum, Eccleſiæ B.Vincenty donauit & tradidit, & iure perpetuo conceſſit. Teſtes ſunt Iotſerannus Epiſcopus, ſub cuius præſentiâ actum eſt, Guido Cantor, & Stephanus de Vinoſa Presbyter & Bernardus de ſancto Vincentio & Lambertus Presbyter, & multi alij.* Quartus. *Scire volumus præſentes & poſteros, quòd facta calumnia à Fratribus Malliacenſibus, videlicet à Thoma, Gaufrido & Stephano Canonicis ſancti Vincenty de multis rebus, tandem ventum eſt ab vtraque parte in Curiam Domni Gauceranni tunc Matiſconenſ. Epiſcopi, vbi prædicti fratres finierunt & verpiuerunt omnes calumnias, quas Eccleſiæ S. Vincentij & Canonicis faciebant nominatim. Itaque finierunt calumniam per eos factam de Lentinaco, & ſuper decima clauſi de Vergiaco, & alias calumnias. Et pacti ſunt, quòd nulli homini garantiam portarent in eadem parochia contra Canonicos, & in parochia de Verriaco; & de Manſo montis Pulmi finierunt calumnias; & calumniam quam faciebant de duobus Canonicis finierunt ſoror eorum & vxor Bertranni de Itgiaco. Vnus tantùm de præfatis fratribus, Gaufridus videlicet, retinuit quòd Canonici reſponderent in Curia Epiſcopi de cemeterio ſancti Boneti, ſi inde vellet in cauſam venire. Canonici remanſerunt de ipſo cemeterio veſtiti. Huius rei ſunt teſtes dominus Gaucerannus Epiſcopus Vuicardus Decanus, Guigo Cantor, Gaufridus de Blanco Archidiaconus, Gaucerannus de Balgiaco, Odo Rebutinus, Hugo de Berriaco, Hugo de Claſſiaco, Bernardus Paganus* [l], *&c.* Hic ſatis pro Titulis. Inde Chartulam vnicam quaſi pro quinto Articulo promimus ex dilatata membrana vndenaria, iam inchoata ſub Landrico. Antiſtite [m], ſingulari nota in gratiam Monachalis Baſilicæ ſancti Petri Matiſconenſis extra portas, & perſequente hoc loco ſecunda vice. *Innocentius Papa ſecundus per ſuum Indultum* (infit textus) *pariter excommunicat & maledicit omnes homines qui prædictum Monaſterium & Canonicos cum ſuis membris temerè & iniuſtè perturbant: aut qui eorum bona, exemptiones, priuilegia, decimas, Inſtrumenta, oblationes, iura & donationes inordinatè retinent. Cunctis autem eidem Monaſterio bona ſeruantibus ſit pax Ieſ.Chr. Amen.* Qui Pontifex ſedit Romæ ab anno M.C.XXX. ad tredecim annos ſequentes, adeóque hiſtoriam ritè iſtic collocamus. Præfata autem eius Bulluia exarata eſt ad inſtar Bullæ prioris in eundem finem conceſſæ ab Vrbano Papa II. apud noſtrum Landricum commemorata, & vtraque in autographo MS. proximè inuicem conſcripta.

Donum III. Aliud. IV. Lis finita. V. Tit. Eccleſ. S. Petri Matiſcon.

k fol. 109. l fol cit. m n. 59. §. 10. art. 8.

Paragraphus 3.

VI. Titul. EN nunc egregia hiſtoria. Synchronus excellens Diuus Bernardus, Abbas I. Claræuallenſis, piè excanduit aduerſus Archiepiſcopum Lugdunenſem & reliquos Prouinciæ Antiſtites ſibi ſuffraganeos, in eáque bili complectitur Matiſconenſem, ex eo quòd eum verum in Lingonenſem Epiſcopum non eligerent, quem illis præſcripſerat Innocentius Papa ſecundus [n]. *Mandauit mox electionem fieri* (ſcribit Bernardus de ſummo Pontifice [o]) *Hoc patet per quoſdam Lingonenſes Canonicos tunc præſentes, hoc & per literas quæ adhuc extant. Quibus in Capitulo Lingonenſi oblatis & lectis: proh pudor! incontinenti leguntur aliæ per omnia contraria illis, aſſerentes vtique conſecrationem dilatam, non dimiſſam, aſſignantes diem & locum ad cauſam decidendam, quam literæ priores nunciabant deciſam, &c.* Tum ad Innocentium literas mittens ipſe Author hæc narrat [p]. *Iterum clamo, iterum pulſo: ſi non clamoſis vocibus, certè lachrymoſis gemitibus, &c. Contra tuam Pater, caſtam iuſtámque diſpoſitionem non timuerunt eligere, etiam poſt appellationem tui nominis auſi ſunt execrare. Et hoc præſumpſerunt Lugdunenſis, Eduenſis, Matiſconenſis, amici Cluniacenſes. In fraude & temeritate iſtorum heu quàm ingens multitudo Sanctorum turbabitur, ſi angariati fuerint portare tale iugum, taliterque impoſitum, &c.* Illic autem tacitè ſacer Author concepit præſentem Iocerannum inter Matiſconenſes ſui æui Epiſcopos, citra alios ſocios, necnon intellexit Petrum huius nominis primum aut ſequacem Falconem Lugduni tunc ſedentes viciſſim Primates [q], ſub quorum hiſtoria nos alia de ipſius ſancti Bernardi ſtomacho admiſcuimus. Verùm ex oppoſito etiamnum illic enitet, quomodo is exarans aliud ad Pontificem Epiſtolium [r], laudibus extollat eoſdem Petrum ac Falconem Lugdunenſes, appellans eos viros optimos piæque memoriæ. Quaſi fingat ex

S. Bernardus coætaneus. Eius Epiſtolæ cõtra Epiſcopos Lugdunenſis prouinciæ. Deinde pro ipſis loquutus.

n ſedit ab an 1130. ad 1144. o Epiſt. 164. med. p Epiſt. 166. q n. 79 & 80. Lugdunenſibus. r 172.

vita

vna parte ſe eos ſcriptis antea non laceraſſe, vel pœniteat illum tales aſpectiùs paulò increpaſſe: aut ex altera parte, quaſi in poſtetum deliniat & aucupetur eorum beneuolentiam. At dicam. Ille vir ſanctus omnia compoſitè, prudenter & ex charitate videtur effeciſſe. Carpſit aliquando tanquam veritatis amans fraterno amore, & medicando: deinde mulcet pietatis zelo, ac ſingulari miſericordia concitatus, vt quos laudat, ipſi ad rectitudinis ſemitam deuotè redeant, Pontificique pateant.

Paragraphus 4.

VII. Titul. DVm ſuprà ſancti Bernardi meminimus, ſanè æquum valde eſt, vt mox ſub ordinem vnum chariſſimum ipsius & venerabilis Petri Abbatis Cluniacenſis coætaneum ſimúlque Iocerani Maticenſis amicum prodire in lucem iubeamus, maximè quia hoc noſtrum volumen permulta de vicinis Cluniacenſibus noua iure miſcet, & ſingularis pietas viri ad quem ſcribitur, id poſtulat. Subiecta iſtic materia eſt religioſa & erudita Epiſtola MS. Domini Petri Prioris ſancti Ioannis Euangeliſtæ Senonenſis, nunquam hactenus palam edita, miſſa *Dilectiſſimo Domino & Patri ſuo venerando Pontifici* (infit locus) *Hatoni Caputio B. Benedicti feliciter laureato P. puſillus ſeruus Chriſti.* Deinde ſequitur. *Obliuiſci populum tuum, & domum patris ſui.* Iſte autem Hato Caputius fuerat primùm Epiſcopus 62. Trecenſis optimè meritus, qui poſtmodum deuotionis ergo renuncians Epiſcopatui, vltrò factus eſt Monachus Cluniacenſis religioſiſſimus, ſeipſum denudans honoribus, multam animi deiectionem in humili Clauſtro ſectatus, tunc auſteritate florenti. Sic fideli calamo Epiſtolam ad nos tranſmiſit Nicolaüs Camuſatus Trecenſis Canonicus publicè literatus, qui in ſuo Promptuario Tricaſſinæ Diœceſeos allucinatus præfatum Hatonem fecerat Cluniaci ab ineunte ætate Monachum profeſſum ante ſuſceptum Epiſcopatum [a]. At e diametro conſtat eum duntaxat ſactum monachiſmum induiſſe poſt tiaram Epiſcopalem adeptam, vti etiam fatetur idem Camuzarus in præſenti, imò optauit ſuum id erratum à nobis palam hac vice emendari. Vbi non mireris, Lector, ſi eidem attributa epitheta Epiſcopalia legas ac ſubaudias. Nam Epiſcopus ex Papali diſpenſatione factus ſimplex Monachus indelebilem Epiſcopalem characterem extenſum minimè perdit. Neque rurſus inferendum putes, quòd adhuc eſſet Antiſtes, aut Epiſcopalia munia Trecis exerceret, quando Domnus Prior ad ipſum literas miſit, quia certè textus eundem conſecuto monachatu ornatum declarat. En verò contextuum periodi. *Sacramentum vnctionis tuæ tranſmigratio tua, venerande Pater, non diſſoluit: ſed quò magis accedis ad Dominum, eò gemma tui meriti pulchriùs elucescit. Lucerna quippe ne à ventis exſuffletur, à publico ſublata, meliùs in domo lucet: & nauis, quam tempeſtas in fluctibus agitabat, latibula cryptarum ingreſſa, tuta manet: & perſona, quæ mundi turbines euadens domum pacis ingreditur, iacturas aliorum reſpiciens, de tranquillitate ſua gratulatur. Receſſus à mundo, ſicut Paternitas tua nouit, acceſſus eſt ad caleſtem thronum. Et Cathedra ſponte derelicta, maioris eſt dignitatis ſignum. Ea propter plures domos ſuas exierunt, & maiora ſatis felici commercio lucrati ſunt. Gregorius Nazianzenus Sedi ſuæ renuncians, ruri vitam [c] Monachi egit. Iuſtus Lugdunenſis ad eremum Ægyptium declinauit. Vulphrannus Senonenſis [b] Friſonum Apoſtolus Monaſterio Fontanellæ ad extremum ſe tradidit. Quia hi quidem meritis exigentibus, ſacris puluinaribus corporaliter exhibentur. Pontificale verò nomen ſepultus etiam conſeruatur. Poſſem & alios huiuſmodi adducere plures in medium: ſed in omni verbo ſufficere poteſt trium teſtimonium. Cæterùm ad te, chariſſime Pater, ſtylum verto: tuæq; felicitati totus congaudeo, quem Senonenſis Eccleſia Decanum, & Archidiaconum habuit, Trecaſſina Sedes Pontificem glorioſum obtinuit, Cluniacus ciuem Sanctorum & domeſticum Dei facit. Tribus comparationum gradibus Grammatica noſtra vtitur, in quibus ſuperlatiuum eminere conſtat. Vnde quando venerabilem perſonam tuam præeminere fateor, te feliciſſimum eſſe neceſſariis argumentis comprobare poſſum. Sed non expedit, quia quiuis ſimplex iſtud facilè comprehendit. Summam nanquè felicitatem eſſe quis ambigit in hac vita, pro ſequenda perpetua vita? Cluniacenſi vitâ viuere, conſtat ab antiquo Domino complacere. In hac ſancti Patres Odo, Mayolus, Odylo, Hugo mirificè floruerunt, & Sanctis cum Deo regnantibus numerati ſunt. Cruciant qui volunt corpora ſua, & ſe pelliceis veſtibus ac femoralibus carere gratulantur. Ego quod ad ſalutem ſufficit, mutari debere non exiſtimo. Neque ſi ſaluus eſſe poſſum, magis ſaluus eſſe deſidero. Qui enim ſaluus magis eſſe appetit, ſobrium ſpiritum non habet, & de vana gloriæ ſupercilio notari poteſt. Sufficere poteſt Cluniacus ad ſalutem omni homini quærenti dominum, cuius rei prædictorum Abbatum ſanctitas certum eſt argumentum, &c. In hoc loco Petrus retia ſua reficit, & in mare mundi mittit in capturam, & concludit piſcium multitudinem copioſam. O quales & quanti piſces ad hoc littus aliquoties tracti ſunt, Andegauenſis Epiſcopus, Beluacenſis, Cadorcenſis, Eduenſis, Niuernenſis, Dux Burgundiorum, & alij quàm plurimi Proceres his retibus concluſi ad Cluniacenſe littus applicati ſunt. Ad hoc littus magnum quendam & præcipuum piſcem rete Petri traxit,* quem

a in 56. f. 114. & ſeq. duob.

b Epiſc. 30. miſſa in ſua Tabella.

c ita Surius.

quem præ cæteris admirans Petrus ad Apoſtolicum vos deſtinauit, & eum Vrbanum competenti vocabulo nominauit. Qui vir magnus & vrbanæ elegantiæ quis vel quantus eſſet apud clarum montem aperuit,& verbis ſuis orbem Latinum ferè totum mouens ad Hieroſolymam liberandam mirabili potentia miſit. Quem nemo dubitet in Cluniacenſi Monaſterio , in quo Prior extiterat, ſcientiam illam & verborum affluentiam collegiſſe , quæ vniuerſis fidelibus edocendis ſufficeret , & ad comprimendos infideles Chriſtianis audaciam daret. Quod hoc tantum bonum ab eodem ſancto loco proceſſit, de cuius fonte vir ille apoſtolicus ſanctæ religionis & tantæ facundiæ fluenta bibit. Vt autem ſecundum Rhetores ad extremum fortioribus vtamur argumentis,in hoc glorioſo Monaſterio Dominum Ieſum ſanctis & ſpiritualibus viris in Choro & in Capitulo compertum eſt apparuiſſe,ad oſtenſionem gratiæ ſuæ,& confirmationem ſanctæ ipſius Religionis. Cuius rei ordinem,licèt,ſicut à ſanctis & magni nominis viris audiui,memoriter teneam, tamen ne quid forte mutaſſe inueniar, hortor vt à beatis collegis tuis diligenter inquiras,& cùm perceperis maieſtatem verbi, dicas exultanter: Lætatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi. O quàm glorioſa domus,in qua ille ſe videndum præbuit,quem viuere vita viuentium fuit. O beati oculi,qui videre meruerunt, quod multi Reges & Prophetæ videre voluerunt & non viderunt. Ad hanc igitur domum,venerande Pater,ſponſus ille te vocauit ,& vocatum introduxit,de quo ſponſa in amoris Cantico gratulando dicit : Introduxit me Rex in cellam vinariam, & ordinauit in me charitatem : quia enim vinum lætificat cor hominis , rectè cella vinaria dicitur, in qua perpetua lætitia commoratur. Vbi etiam charitas ordinatur,quia Deus ibi ſuper omnia, fratres à ſe mutuo diliguntur. In hac domo charitatis & lætitiæ collocaris & lætaris ſub Apoſtolo Petro , de cuius religione boni odoris fama circumquaque diffunditur, cuius ſcientia in diuinis pariter & humanis magna eſſe perhibetur. Inſpirauit iam pridem tibi Deus,vt hunc ſanctum virum vnicè coleres. Et indiſſolubiliter ſancto adhæreres. Perfecitque opus ſuum , adimplendo deſiderium tuum,collegitque vos in vnum : quæ vnitas, quia ex Deo eſt, non diſſoluetur in æternum. Literas, quas mea paruitati paternitas tua miſit,debita cum veneratione ſuſcepi, lectas in archiuo meo repoſui,futurum vt eas ſæpiſſimè legam. Vale pater : & benedic mihi , & ora pro me. Hæc pro Hatone encomia , dum eſſet Monachus,præceſſerunt bellicæ contagiones in ſuo Epiſcopatu , tandem ſopitæ ante ipſius monachatum. De quibus ad eum Trecas ſcripſerat præfatus Petrus Cluniacenſis beneuolentiæ gratiâ monens,quòd *rediit Rex, Marte ſuccincti duces lares domeſticos reuiſunt; apparatus bellicus conquieuit,nullus Epiſcopum militare cogit* [d],*&c.* Ad quem reſpondit Hato: *Carnotenſis Epiſcopus domos noſtras* (curales)*obſederat , Nicolaus meus Romá redibat* [e]; quò certè prius iter fecerat Hato ad Concilium,&c. Quam ſolam poſteriorem Epiſtolam expreſſit Camuzatus. Et pro eiuſmodi materiis alia proſequimur in noſtro Catalogo Trecenſium Epiſcoporum Tomo 3. perfecti huiuſce noſtri Operis ſub ipſo Hatone [f].

d li. 5. epiſt. 58.
e Epiſt. 59.
f nu. 62.

Paragraphus 5.

VIII. Titul.

Conſecratio Eccleſiæ S. Nicolai Bellijoci.

ALia ſubinde circa præfatos Innocentium Papam, Vuicardum de Bellijoco , ac Bernardum Abbatem elargiri & promulgare opportunũ fuerit pro quadam Æde ſacra oſtẽdenda Chriſmate Eccleſiaſtico delibuta. Ad propoſitum : ex gazophylaciis Eccleſiæ Collegiatæ Bellijocenſis, liquet Innocentium Gallias in ſuccurſum petentem aduerſus Petrum Leonis Antipapam Anacletum Romanæ ciuitatis ac Sedis violentum detentorem , peruenisse Cluniacum,& recto medio itinere Bellijocum;ad quem Vuicardus piè obuiam factus, Apoſtolica ſuffultus benedictione, id boni ominis conſecutus eſt , quòd Pontificia maieſtas Eccleſiam tum à ſe Dynaſta in Burgo Bellijoci conſtructam præporeuti Deo ſub tutela Cõfeſſoris D. Nicolai quondam Myrrhenſis Epiſcopi ritu ſolenni deuoueret. Eandem igitur Præſul ſummus palam inaugurauit anno M.CXXIX. vti priſca ferunt patriæ documenta

1129. MS. comitante Ioceranno Maticenſi Antiſtite & quàm pluribus aliis , maximéque de ipſo Bernardo , de quo hæc vniuerſim ſcribit S. Antoninus Archipræſul Florentinus : *Dominus Papa Bernardum Abbatem à ſe vnquam ſeparari patiebatur* [a]. Sed controuerſum eſt,an celebritas illa euenerit, Papâ ex Italia in Gallias aduentante ; an potiùs quando in regreſſu Italicos ſuos lares repeteret. Autographus loci teſtatur quidem hoc geſtum redeundo. Sed demonſtramus rem veriùs accidiſſe eo adhuc proficiſcendo ad Chriſtianiſſimos Franciæ Reges opem capiti Eccleſiæ laturos : duplici argumento. Priore,quia annus electionis Innocentij ad apicem tanti faſtigij fuit exitus pene anni præfati 1129. Vnde authores paſſim Sedem ipſius ordiuntur ab anno ſequaci 1130. emergente,velut ei integro,nec priùs:quo tempore anteriore is è veſtigio fines Italiæ deſeruit : & ad ſuum Lateranenſe Palatium expulſo Anacleto reſtitutus eſt anno cedente 1131 aut inchoante proximo 1132. ſanè armata vi ſtrenuiſſimi Saxoni principis Lotharij 2. Imperatoris per ſeiunctas valdè Galliarum vias alias. Etenim poſteriùs ; ſic fatur Platina pro reditu. *Innocentius celebrato apud Claromontem Concilio &c. Carnotum in Belgas petiit, &c. In Lotharingiam inde flectens , Lotharium Leodij repertum à*

Per Papam præſente Ioceranno.

a Par. 2. Chronic. Tit. 17. ca. 5. § 7. med.

Germanis tunc Regem creatum de ſe reſtituendo multa pollicentem, ſacramento adigit expeditionem parare, qua tutus ad vrbem (Romanam)*reduceretur. Inde Rhemis altera Synodo habita in Italiam redijt,&c.* Deinde iſta ſubiicit Antoninus. *Rediens Leodio Clareuallem Burgundiæ, Dominus Papa Innocentius voluit eam viſitare, &c. At longas moras in Galliis facere non potuit. Sed ſicut cum Lothario Rege condixerat, Romam ei occurrit, & vi exercitus in Lateran. Palat. Innocentius eſt deductus.* Eò pariter tendit Ammonius Monachus, poſtquam exprompſit, quòd *Innocentius Pontifex Maximus Rhemos acceſſit, & Ludouicum Iuniorem vnxit in Regem* [b], præſente Ludouico Craſſo parente. Ergo tandem non potuit ſuprema illa dignitas Cluniacum aut Bellijocum ſub peregrinationis exitum adire, otio deficiente. Sed multò faciliùs pendente anteriore itinere. Equidem certè eruditus Petrus Venerabilis, Abbas Cluniacenſis, vir ſynchronus, nihil de illo Pontificio apud Cluniacum diuerticulo eloquitur, dum Epiſtolas decem fusè ediſſerit à ſe reuerenter ad eundem Innocentium conſcriptas & Romam miſſas: nimirum pro Lugdunenſi Archipræſule [c], Luxouienſi Monaſterio [d] Lugduneo Archidiacono [e], Albano Epiſcopo [f], pro Ludouico Francorum Rege [g], Petro Abelardo [h] & S. Bernardo Clareuallenſi, pro ſuo fratre germano [i], pro Sagienſi Archidiacono Epiſcopando [k], ac denique pro Hugone Archiepiſcopo Turonenſi. Verùm profectò, in libris de miraculis eundem Pontificem priore viâ & directo greſſu Cluniacum aduentaſſe prædicat [l]; igitur per mediam Bellijocum faciliore meatu atque rogatu Principis. Quippe, ſic ibidem habet D. Petrus Abbas circa propoſitum. *Ad Gallias venit Innocentius, vbi ab eodem conſecrata eſt noua maior Eccleſia Cluniacenſis: indéque gemino Concilio Claromonti & Rhemis celebrato, per Alpes ad Italiam Piſas vſque regreſſus eſt* cum Matthæo Albaneſi Antiſtite ſemper Comite digniſſimo, &c. Reponitúrque textus ille denuo in Bibliotheca Cluniacenſi [m]. Atque præfata conſecratio Parœchialis Baſilicæ ſequuta eſt in vallis annis quinquaginta tribus ſacram vnctionem Collegialis B. Mariæ velut præcipuæ eiuſdem loci ad montem & arcem nexus communis. De qua poſteriore nos ſuperiùs in Drogone 37. Maticenſi Antiſtite [n] ex Bibliotheca citata.

Cur in Franciam venerit. Quid ibi egerit.

b li. 5. de geſtis Francor. ca. 52. c li. 3. Epiſt. 81. d Epiſt. 23. e Epiſt. 27. & 32. f li. 4. Ep. 3. g li. 5. Epiſt. 2. h Epiſt. 3. i Epiſt. 4. k Epiſt. 6. l li. 2. ca. 16. m col. 1314. n § 3.

Paragraphus 6.

Iocceranni mors.

DIſceſſum totius negotij parantes, audi Bugnonium. *Ioſſerandus emoritur die XVI. Septembris, & eius vice à Clero tunc electus eſt Pontius, quando Rex Ludouicus iunior Craſſi filius bellicum exercitum erigebat ad Hieroſolymam ſuccurrendam.* Sic ille [f]. Eiuſmodi autem armo-
1143. rum apparatus viſus eſt anno ſalutis milleſimo CXLIII. & IV. ex Æmilio & Ioanne Tillio. Qui fuit vigeſimustertius Sedis viri annus. Atque hinc ſequitur, quòd tunc Eccleſia Matiſcenſis eam Paſtorum præcisè mutationem paſſa eſt. Verùm, indiſſolubile punctum diſceſſus illius Præſulis non eſt eiuſmodi dies, qualis ſuprà. Nam liber MS. Obituum Eccleſiæ Bellijoci ſic habet: XV. *Kalend. Octobris obiit Gancerannus Matiſcenſis Epiſcopus & Albericus Abbas de benedictione Dei:* nempe, die XVII. Septembris vnico; ſolari circulo minùs quàm ferat Bugnonius.

f pa. 65.

XLII. *Paragraphus 1.*

POntius primus huius nominis is fortè eſt, qui ante adeptum Matiſcenſem Pontificatum, ſe geſſerat nobilem Canonicum Præcentorem Metropoleos Eccleſię Lugdunenſis: cui etiam Baſilicæ cum multa ex rebus ſuis reliquiſſe reſtantur obiter extrema præſentis tractatuli ſeu Numeri XLII. Ipſe verò Matiſconenſem Cathedram iniit anno
1144. M.C.XLIV. ex deductis in genere ſub Ioceranno anteceſſore [a]. Verùm, vt mox exactius peculiaria anni tempora demus: ſanè hunc in realem Cathedræ poſſeſſionem miſſum fuiſſe oportet hyémalibus aut verni anni temporibus, quia ex quinque Titulorum Chartis, quas hîc cum ſpeciali data in lucem prodire facimus, ecce iam premit & præſto eſt prima Chartula ſtatim emicans menſe Iunio eiuſdem ſolaris reuolutionis, fluens ex paſtorali eius authoritate, tanquam ex maturata iam ſede. En textus pro negotiorum initiis, quæ is cum huius ſeculi Optimatibus habere cogebatur. *Quia vitium obliuionis, peruerſitas quoque hominum, necnon longitudo temporis ſolent humana pacta perturbare, congruum viſum eſt præſenti ſcripto com-*
1. *mendare memoriæ poſterorum, quale placitum qualíſque conuenientia ſit facta inter Eccleſ. Matiſconenſem S. Vincentij & Gaufredum de Alba-ſpina. Igitur ius decimarum & primitiarum, quod ipſe Gaufredus habebat in parochia S. Amoris* [b] *& Capella de Naut, donauit in perpetuum & vuerpiuit Eccl. S. Vinc. de Matiſcone, quas cum multis aliis de Epiſcopo Matiſ. in feudo tenebat. De hoc iurauit pacem ipſe Gaufredus cum nouem militibus, tali modò quod ipſe nullum impedimentum vel quæ-*

Quinque Chartæ cum Data pro Pōtio. Decima S. Amoris.

a n. 41. § 4. b In Comitatu Burgũdiæ, pays de Reuermont.

rendo eſcambium vel aliter ſaceret, volentibus eum dicta Eccleſ. placitare in eodem ſacramento in pace. Continetur hoc, quòd ſi ipſe vel ſuorum aliquis in prædictis damnum ſaceret Eccleſiæ poſt placitum factum cum Eccleſia, ab illis perſonis quæ decimas in dicto parochiatu tenebant, poſtquam ex parte Eccleſiæ arrationatus eſſet infra ſeptem dies, ablatum reſtitueret. Iurauerunt in villa ſancti Amoris, quòd capti tenerentur, donec damnum per capitale reſtitutum eſſet. Præterea in ſacramen-

Pro Eccleſia Matiſconenſi.

to pacis iſtud adnexum eſt: quòd ſi aliquis eorum, qui de his cum Eccleſia placitarent c, *vel hæredes & cognati eorum, vel aliqui pro ipſis damnum facerent Eccleſiæ, ipſe adiuuaret Eccleſiam fideliter quaſi de re ſua. Igitur prædictis à Gaufredo conceſſis, & dicto modo diſpoſitis, Eccleſia Matiſconenſis dedit Gaufrido decem libras Lugdunenſis monetæ, & vxori eius, quæ iſta laudauit, X L. Solidos, & fecit ipſe dari Rotgerio X. ſolidos, Vilelmo de Brent I X. ſolidos, &c. Sæpe dictus Gaufredus in Eccleſia ſancti Amoris fecit hominium & fidelitatem Domino Pontio Matiſconenſi Epiſcopo: & iurauit præfatus Gaufredus, quòd iſtâ minoratione feudi ſui nullam emendationem quæreret, & nullam querelam inde moueret Epiſcopo & ſucceſſoribus eius, ſed integrè & abſolutè ipſe & ſucceſſores eius hominium cum iuramento & ſeruitium facerent Epiſcopo & ſucceſſoribus. Præter hæc, calumnias quas faciebat de rebus quas Eccleſiæ ſancti Amoris de ſepulturis & aliis donationibus acquiſierat & poſſidebat, quæ de ipſo Gaufredo & anteceſſoribus eius leuabant, guerpiuit & finiuit Eccleſiæ beati Vincentij & Canonicis in perpetuum, &c. Actum eſt hoc apud ſanct. Amorem per manum Domini Pontij Matiſconenſ. Epiſcopi, in præſentia Hugonis Cantoris, Stephani Archidiac. Bernardi Porcarij tunc Dapiferi, &c. Anno ab Incarnat. Domini M. C. XLIV.*[d] *die XVII. Kal. Iulij, Indictione VII.* Adſtantibus nouem teſtibus. Tum Durannus Rufus, qui partem illius decimæ à Gaufredo coemerat, eandem vendidit præfatæ Eccleſiæ Matiſconenſi: teſtibus cunctis qui ſuprà, & Stephano Decano Belioceſi *, Bernardo Porcherio, Dapifero, ſine Data.

c id eſt, placitarentur. f. 213.

Nobilis reddit hominiũ Epiſcopo.

d an. 7. regni Ludouici Iunioris.

* obiit 4. Idus martij.

a Canonic. Bellij. ob. 8. Kal. Febru.

Paragraphus 2.

II. Charta.

SEcunda Chartula e. *Sciant præſentes & poſteri, quòd Hugo filius Stephani de Vela Calumniam quam faciebant de venditione & dono quod patruus eius Guigo Cantor fecerat, S. Vincentio de terra quæ iacet in villa Cropij, finiuit & verpiuit, & ſi quod ius ibi habebat, donauit liberè Eccleſiæ ſancti Vincentij in perpetuum. Hanc autem verpitionem fecit in manu Domini Pontij Matiſconenſis Epiſcopi in Capitulo dictæ Eccleſiæ, & iurauit inde pacem tam firmiter tenere, quòd nec pro ſorore ſua, nec pro alio calumniatore eſſet exinde in nocumentum præfatæ Eccleſiæ. Teſtes ſunt Vuicardus Decanus, Hugo Cantor, Stephanus tunc Dapifer, Vuilelmus de Caſtellione, Bernardus Pinguis, Garinus de Iguaco, Martinus de S. Verano, Præpoſitus Trenolchienſis, &c. Hæc verpitio facta fuit anno ab Incarnat. Dom. M.CLI. Indictione XIII*[f]. Sed Tituli eadem repetunt folio ſequenti ſub tali anno *pro ſalute animæ ſuæ* (Hugonis) teſtibus qui ſuprà, & Humberto de Brancione, Hugone de Canannis, Iotcerando de Burgo ſuperiore, Lamberto de Luiniaco. Ioan. de Muſiaco, &c. Appendix eiuſdem anni, pro diſcrepante Chartula g. *Præſentium & futurorum notitiæ tradere volumus, quòd Hugo de Germolla quicquid haberet Eccleſia B. Vinc. verpiuit, & pacem in perpetuum tenere iureiurando confirmauit, & inſuper obſides poſuit, & in manu Canonicorum, qui infra bannum Matiſconenſe oſtagium tenerent, ſi prædictus Hugo pacem frangeret. Obſides hi ſunt: Achardus de Prarderia, Petrus de Miliano, Vuicardus de Nai. Retrofideiuſſores de pace tenenda, ſunt Hugo de Vinzellis, Maiolus frater eius, Archibaudus de Cantriaco, Stephanus de Vermiaco. Teſtes ſunt de hac verpitione Vuicardus Decanus, Hugo Cantor, Gaufredus de Berriaco, Gaufr. de Taſiaco, Bernardus de Sanciaco, Hugo miles de Cluniaco, Pontius de Loaſia. Actum eſt anno ab Incarnat. Dom. M.CLI.* Tertia Chartula à ſuperiorib. diuerſa: *Sciatur quod Guigo Incatenatus & filij eius* h *vuerpiuerunt & donauerunt Matiſcenſi Eccleſiæ quidquid apud montem Gadinum iuſtè habebant, vel iniuſtè vſurpabãt, & iurauerunt ſe ac ſuos pacem tenere in perpetuum: & pro pace tenenda hos retrofideiuſſores in manũ Pontij Epiſcopi & Hugonis Cantoris dederunt Reginãdum Bangiaci* i *Dominum Hugonẽ de Cauannis, Hugonem de Caſtellione, Stephanum de Caſtell. Hugonem de Miſiriaco, &c. Hoc autem placitum factum eſt in domo P. Matiſcon. Epiſcopi, iſtis præſentibus Vuicardo Dec. Hugone Cant. Bernardo Porcario, Humberto de Brancione, Gaufredo de Berriaco, Steph. Dapifero, Pontio de Cauannis, Bladino de Baugiaco. Anno ab Incarnat. Domin. M.C.LII.* Quartum inſtrumentum omnino aliud. *Nõſcatur omnibus S. Matris Eccleſiæ fidem tenentibus, quod Vuicardus Vetulus terram de præſtaria iniuſtè calumniando rebus ſancti Vincentij multa mala intulit: tandem diuina iuſtitia percuſſus, & morti addictus, pœnitens tamen gratiâ Dei effectus, quæ iniuſtè erga Eccleſiam præfatam egerat, placitari iuſſit: fratres verò eius, videlicet Iocerannus & Bernardus ſuperſtites, non ad plenum dãna Eccleſiæ reſtaurare valentes, pro emẽdatione maleficiorũ ſuor. eidem Eccl. in præſẽtia D. Pontij Matiſc. Epiſc. duas vercherias, quæ sũt in villa Priſciaci donauerũt, & quicquid in præſtaria ab eis calũniabatur*

e fol. 116.

Dapifer.

1151.

f 14. regni Ludouic. Iunior.

g fol. 117.

Additamentum.

Conuentio.

III. Charta.

h Hugo & Guigo.

Mons Gadinus.

i fortè Reginaldum Baugiaci, eodem folio.

1152.

IV. Charta.

ian

imperpetuum dimiſerunt, & inde pacem ſe tenendos ſacramento firmauerunt[k]. *Huius rei ſunt* K fol. 218.
1153. *teſtes Vicardus Decius, Vgo Can. Garin. de Igiaco, Vilelmus Vetulus, Vgo Craſſus, Vmbertus Dentulus, Vido Bermundus, &c. Hæc autem facta ſunt anno ab Incarnat. Domini M. CLIII.* Quinta &
V. Charta. vltima huius generis nota. *Sciant præſentes & poſteri, quòd ego Girardus Comes Matiſconenſis, ſi quid iuris habebam in terra Apumaci, partem cuius Bernardus dederat Eccleſiæ B. Vincentij Matiſcon. pro anima ſua, partem verò habuerat titulo emptionis à militibus de Marchianno Hugone & Vilelmo, Canonicis prædictæ Eccleſiæ Domino ſeruientibus conceſſi pro anima patris mei Vuilelmi Comitis & anteceſſorum meorum, donationem iſtam confirmaui in Capitulo eiuſdem Eccleſ. præſentibus Vicardo Decano, Vgone Cantore, Stephano Archidiac.* quinque ſuprà, *Odone de Doſa, Pontio Capellano, Stephano Pulmone, Vgone de Changiaco,* & ſex alijs. *Actum anno ab Incarnat. Domini* l f. 217.
1158. *M.C.LVIII.*[l] En pro hoc ordine anteriore.

Paragraphus 3.

V. exempla ſine Data pro Epiſcopo. IAm totidem exempla in Pontij gratiam emergunt ſine vlla Data pro inſtituto poſteriore. Primum exemplar, duplex quidem, ſed ad vnum finem redactum. Priùs. *Sciant præſentes & poſteri, quod Domn. Vmbertus Belioceniſis diuinitus inſpiratus conceſſit & donauit in per-*
1. *petuum pro anima ſua & anteceſſorum vſum nemorum ſuorum Eccleſiæ ſancti Iuliani de Rupe* (alijs *de Rochia*) *& fratribus ibidem Domino ſeruientibus ad ſuos proprios vſus. Huic autem dono interfuerunt Stephanus de Marchant, Petrus de Varennis, Girinus de Verney, Vmbertus de Andiliaco, Arulfus de Felgeriis, Bernardus de Curtis,* & alij duo. Videtur hæc eſſe dotatio primæ fundationis: ſiue facta ab Humberto I. domus Bellijoci, equidem probabiliùs, anno M.LX. ſiue etiam à II. circa annum M.CXX. ſiue tandem à III. anno M.CXL. Et ante noſtra ſecula
Abbas ad eũ. illi Religioſi vocabantur *Boni homines.* Cui ſanè folio in Titulis adſequitur hoc poſterius. *Domino & Pontio venerando Patri Matiſconenſi Epiſcopo, Frater G. Pontiniacus Abbas dictus in Domino ſal. Veſtræ Paternitati notum facimus, quòd frater Hugo de Germola & Petrus filius eius pro ſalute animarum ſuarum & anteceſſorum ſuorum dederunt Eccleſiæ de Rupe ad luminare ſex ſolidos cenſuales in manſo de Burgundia, & medietatem decimæ de Cenua, & duas partes terræ ſitas in villa Dauſiaco*[m]. *Quare paternam dilectionem veſtram ſummoperè precamur, quatenus iſtam præ-* m fo. 211.
ſentia veſtra retractetis, & ſcripturam inde mandetis fieri, nec vnquam minuatis authoritatem ſigilli. Valete. Hinc ad duplicem rerum notitiam deuenimus. Primò, Eccleſia, ob quam fluxit ille textus, eſt Prioratus Conuentualis ſancti Iuliani de Rupe, ad bimilliare ciuitatis Matiſconenſis, nunc Religioſis orbatus, ac in deſertum pene & in commendam de-
Pontiniacũ & Prioratus de Rupe. relictus[n]: ad ſyluæ pedemontana. Secunda notitia eſt, quòd eiuſmodi Abbatia verè ea eſt Pontiniacenſis, in Burgundiæ Ducatu ſita[o], ad quam tutò confugerat S. Thomas Archiepiſcopus Cantuarienſis, Angliæ Primas & Cancellarius, hoc ipſo tempore, quo Pontius I. Matiſconi & Guichardus Lugduni ſedebant: & ex qua patria diſiectus fuerat ille vir ſanctus ab impio Rege Anglicano, vnde in Galliis honorificè receptus eſt, cùm Lugduni, tum apud Pontiniacum, ex his quæ deduximus in Lugdunenſibus coætaneis[p]. Ex eo autem

n hodie vulgò *la Grange du bois pres Cenue.* Sanjul. pa. 286.
o Ordinis Ciſtercienſis prope Antiſiodorũ, vulgò *Pontigny.* pa. 8. a. §. 3.

II. exemplũ. erumpentes, promamus ſecundum exemplar in Titulis latitans. Eſt verò eiuſmodi[q]. *Notum ſit præſentibus & poſteris, quòd Dominus Hugo de Berriaco* * *filius Rollanni Breſent veniens Matiſconem in Clauſtrum ſancti Vincentij Leuitæ & Martyris, per manum Domini Epiſcopi Pontij & Petri Decani, Hugonis Cantoris, Stephani Archidiaconi & Dapiferi, Gaufredi Gaſti-*
Donum Eccleſiæ. *nelli, Bernardi Pinguis & aliorum Canonicorum, conſilio hominum ſuorum vendidit Domino & eiuſdem Eccleſiæ Canonicis omnem decimam, quam in Parochia de Petra-Clauſa poſſidebat, & quæ de iure hæreditario prouenire poterat, tam in applanatis quàm in explanandis, & omnem conſuetudinem, quam in congreganda eiuſdem decima habebat, perpetuo eidem præfatæ Eccle-*
Moneta Matiſconen. *ſiæ poſſidenda abſque vlla retentione conceſſit, accipiens ab ipſis Canonicis pro hac venditione mille ſeptingentos ſolidos Matiſcenſis monetæ, & vxor ſua XXX. quæ hoc laudauit. Et iurauit præfatus Hugo ſuper ſacroſanctum Altare inde pacem & garentiam Eccleſiæ ac Canonicis, & de ſe omnibúſque hæredibus ſuis, & de omnibus hominibus, quos bona fide ab inquietatione Eccleſiæ inde prohibere poſſet. Et poſuit obſides poſt ſe, qui hoc idem affirmarunt ſa-*
Tempus Belli ſacri. *cramento, Ioſcerannum Groſſum & Hugonem fratrem eius, Heldinum de Berriaco, Stephanum de Marreo, Gaufredum de Malliaco, Gaufred. de Cluniaco, Stephanum de Bongeria, Odonem de Petra-Clauſa. Actum in præſentia plurium Clericorum & laicorum anno illo, quo Rex Ludouicus Franciæ* (iunior) *cum maximo exercitu proceſſerat ad ferocitatem gentilium deprimendam, & orientalem Eccleſiam exaltandam.* Ille autem annus, quo Rex ad ſacrum bellum ſe denuo parabat, hortante diuo Bernardo, fuit milleſimus centeſimus quadrageſimus quartus ſalutis, r fol. 214.
III. exemplũ. ex Ioanne Tillio, primus Sedis Pontij ex iam allegatis. Tertium exemplar.[r] *Notum ſit præſ. & futur. quòd Galo & Vitfridus frater eius milites de Seciaco vendiderunt Eccleſ. Matiſc. decimas, quas*

q f. 20 c. 211.
* vulgò *Hugues de Breſſes Seigneur de Berzé.* Bugnon pa. 65.

habebant in Parochia S. Amoris LX. ſolid. & ſex ſolid. Conceſſerunt venditionem iſtam fieri. Iurauerunt inde pacem & garentiam præſtare Eccleſiæ Matiſcon. Et in eſcambio feudi cœperunt vnum manſum alodij ſui. Actum ſub his teſtibus, Domno. Pontio Epiſc. Hugone Cant. Stephano BelIocenſi Decano, Vmberto Archipresbytero, Archembardo de Nant. & octo alijs. Quartum. *Noſcat vniuerſitas fidelium, quòd Guigo Cantor Matiſconen. dedit B. Vincentio quidquid apud Cropium habebat, tum in vineis, tum in domibus, terris planis, pratis, nemoribus: quidquid habebat à via publica quæ ducit Bellijocum per crucem de Vinzellis & per malum pertuſum; & iuxta Toriacum vſque Ararim præter viam iſtam, quam dedit Eccleſiæ Trenorſienſi, & præter vnum pratum, quod dedit Eccleſiæ ſancti Petri* ſ. Quam ſanè donationem poſtmodum firmauit Hugo filius Stephani de Vela nepos præfati Hugonis Cantoris atque datoris. In cuius comprobatoris deſcriptione completur tota ſecunda Charta ad annum 1151. ſuperiùs tradita [t]: at poſterior tempore, quàm ſit Reſcriptum piæ collationis ſine Data, quod eſt anterius, quocunque anno geſta fuerit. Quintum atque poſtremum exemplar. *Sciant poſteri, quòd Vgo de Germola venditionem, quam mater ſua fecerat Canonicis ſancti Vincentij, de Plaſtro quod eſt retro ſedem Eccleſiæ ſancti Ioannis de Caſtello, quod tenet Rotbertus Canonicus per manum Domini Pontij Epiſcop. acceptis L. ſolidis. Frater verò eius Petrus, qui venditionem laudauerat, poſtea præſens, X. ſolidos inde habuit. Teſtes fuerunt iſti: Vicardus Decanus, Hugo Canonic. Stephanus de nemore, Gaufred. de Berriaco, Vmbertus de Branceduno, Garim. de Igiaco, Vgo de Vela, Vuilelmus de Berr. Stephanus Pertuſus.* En hactenus materiæ in Titulis perfuſæ. Cætera aliunde trahamus.

IV. · V. exemp. · Germola. — ſ fol. 17. · t § 2. huc præſente Pontio I.

Paragraphus 4.

Triplex hiſtoria. — I.

TRia diuerſa ſuperſunt exprimenda, antequam Pontij defectus nuncietur. Primum eiuſmodi. In Teotelmo XXX. Antiſtite Maticenſi deteximus eundem euexiſſe quendam Hugonem ei neceſſitudine vinctum effectum primum Balgiaci Comitem, ſub onere tamen centum librarum ceræ quotannis Eccleſiæ Matiſconenſi offerendæ, ad idque ſubſidium poſteros ſuos obligaſſe, intérque eos Reynaldum Comitem hoc feudum agnouiſſe, & Ceram ex renouato à ſe contractu perſoluiſſe, huicque debito ſuos iterum hæredes deuinxiſſe. Sed quia Reynaldi ſeculum illuc non pertinuerit, quin potiùs iſtuc referebatur, ſeu debebatur noſtro præſenti Pontio I. idcirco Reſcriptum aſſeruauimus iſtic exprimendum: contenti in Teotelmo perſonas Comites Hugonis ſucceſſores ad hoc vſque tempus leuiter nominaſſe. En San-Iuliani verba. *Sciant præſentes & poſteri, quod diſcordia fuit orta inter Domin. Raynaldum* * *Balgiacenſem & Eccleſ. Matiſconenſem: quia ipſe R. dicebat ſe habere gardam & bailliam in villa de Montibus, & alia quædam calumniabatur in terra ſancti Vincentij. Negabat quoque hominium Epiſcopi, & caſamenta pro quibus debebat hominium Epiſcopo, & plenum ſiutum de cera ſingulis annis in feſto ſancti Vincentij. Propter hoc igitur conuenit pars vtraque Matiſconi in Curia D. Pontij tunc Matiſconenſ. Epiſcopi. Ibi prædictus R. recognouit & proprio ore teſtatus eſt, quod ipſe habebat caſamenta, pro quibus debebat hominium Epiſcopo Matiſconenſ. & ceram in feſto ſancti Vincentij. Et laudauit atque conceſſit ſe in hominium Epiſcopi, quod ipſe & anteceſſores debuerant & fecerant. Conceſſit quoque & voluit, vt hæredes ſui hominium in perpetuum facerent, & ceram perſoluerent, &c.* de verpitione calumniæ. Tum? *Hoc autem totum laudauerunt & conceſſerunt vxor Domini Raynaldi, & filij eius Vlricus ac Raynaldus, &c.* Tandem ſic. *Hanc Chartam, ad confirmandam & teſtificandam huius conuenientiæ veritatem, voluit & mandauit Dom. Raynaldus imprimi ſigillo ſuo, necnon ſigillo Dom. Humberti fratris ſui, tunc Lugdunenſis Archiepiſcop.* [u] *Acta ſunt hæc anno ab Incarnat. Domini milleſimo centeſimo quadrageſimo nono, Epacta IX. Concurrente V. Indictione XII. Regnante Ludouico* (Iuniore) *filio Ludouici* (Craſſi) *Regis Francorum. In præſentia Domini Pontij tunc Matiſc. Epiſcop. D. Hugonis Cantoris, D. Stephani tunc Dapiferi,* & viginti aliorum in autographo nominatorum, qui paſſim ſuperiùs in alijs patent Actibus præter alios ibidem anonymos. *Sigillatum tribus ſigillis ſuper cordis, ex filo lineo* [x]. En duo Raynaldi proximè Comites Balgiacenſes annis quinquaginta & circiter poſt Raynaldum vnum aut duos huiuſce nominis Comites vicinos Matiſconenſes, de quo Matiſcenſi conruere Numerum XXXIX [y]. præter Catalogum Numero XXV [z] allatum iam ſecundum propoſitu dignum obiectum. Ex Lugduuenſi Paradini [a] Hiſtoria noſter Pontius Antiſtes conſecrationis titulo inſigniuit Ædem Beatæ Mariæ Virginis Matris Abbatiæ Canonicorum Regularium ſancti Auguſtini, Bellæuillæ, anno M. CLVIII. Hoc ille præſtitit votis & precibus Humberti II. Bellijoci Dynaſtæ, fundatoris locupletiſſimi. Ea vrbs, ſecunda patriæ Bellijocenſis, Lunna vocitabatur, ex Ioſia Symlero auctore Germano in Itinerario Prouinciarum Antonij Imperatoris, qualia annotamus apud tripertitum noſtrum Opus *De Orbis Catoptrici principijs deſcriptione & vſu* [b]. San-Iulianus verò adducit

Comitis Balgiacenſis recognitio erga Eccleſ. Matiſconenſem. — * filium Vlrici Comitis.

Pro Cera Eccleſiæ ſoluenda. — u nu. 79. § 1. eſt ſecundus.

x San-Iulian. pa. 252. — y § 8. n. 421. — z § 7. fin. — a extra lib. pa. 406. 407.

II. hiſtoria. — Conſecratio Abbatiæ Bellæuillæ. — b li. 1. definitione 20.

Ill. hiſtoria.

adiicit [c] nonnullos arbitrari Pontium Altare duntaxat conſecraſſe, at dedicationem Eccleſiæ per Lugdunenſem Archipræſulem celebratam poſtea fuiſſe: ſcilicet, reor, per Heraclium aut Drogonem ſibi ſuccedentes Primates [d]. De quo exitu cerne aliud Chronicum paulò ſeriùs in Stephano ſucceſſore Epiſcopo [*]. Tertia protheſis eſt, quòd in fauorem Eccleſiæ ſeu Monaſterij S. Petri Matiſconenſis duo Romani Pontifices ſibi proximè ſuccedentes, Adrianus quartus natione Anglus & Alexander tertius, Bullas promulgarunt, quiſque ſuam, quæ ſint tertia & quarta in gratiam præfatę Baſilicæ inter Romanæ Curiæ Diplomata pro ea re, ambas eiuſdem planè tenoris, ſicut & ſecunda perſimilis Bulla Innocent. Papæ II. ex textu commemorata ſuperiùs in Antiſtite Ioceranno [e], vt opus non fuerit periodos iſtic repetere, quibus ſummariò hi Pontifices dira excommunicatione vulnerant & mactant *perpetualiter omnes, qui Monaſterium & Canonic. atque eorum mobilia ſeu immobilia, libertates, poſſeſſiones, ſeruitia, immunitates, documenta indebitè perturbant, &c.* Talia Reſcripta extant vndecim in membrana ad poſtem colligata ac relicta penes tutorem Capituli Eccleſiaſtici Secretarium: quorum iam hactenus quatuor expreſſimus. Duo autem præfati ſummi Pontifices ideo hîc recenſentur Numero XLII. quia ad bilancem compleſſe creduntur totam ſedem pręſentis Epiſcopi Pontij. Nam Adrianus IV. Romæ ſedem inchoauit [f] decennio poſt Pontium Matiſconi conſecratum per annos ſex adſequentes, inter quos cenſetur confecta præmiſſa ſua Bulla, nimirum ab anno MCLIV. ad annum MCLIX. Pontio Matiſconi Præſule. Qui Pontius alio adhuc ſexcennio viguit vlteriùs, pendente viccnario Alexandri PP. [g] Facilè igitur ac probabiliùs duplex id Pontificium beneficium Matiſconem miſſum eſt ſub Pontio.

Duæ Bullæ Papales pro Eccl. S. Petri Matiſconẽſis.

[c] pa. 186.
[d] 80. & 81. ad an. 1164. &c.
[*] 43. §. 5. fin.
[e] n. 41. §. 2. finali.
[f] an. 1154.
[g] ab an. 1159. ad 1180.

Paragraphus 5.

Duplex Data mortis Põtij.

POntij primi exitum petituri: imprimis duas ſententias efferimus. Prior hæc. San-Iulianus adnotat [h] eundem Antiſtitem Cathedram tenuiſſe annis viginti duobus. Vnde concludendum ipſum ſibi diem vltimum numeraſſe anno ſalutis milleſimo centeſimo ſexageſimo ſexto [i]. Poſterior ſententia. Bugnonius ſic loquitur [k]. *Anno MCLIII. Raynaudus Comes Balgiaci obiit abſque liberis. Comitatum Blandino fratri ſuo reliquit: qui rurſus moriens fi-*

1166. *lium ſuum heredem conſtituit anno milleſimo centeſimo octuageſimo ſecundo: & anno ſequenti Stephanus ſucceſſit Epiſcopatus Matiſconenſi in locum Ponty demortui.* Quo ſenſu profectò ille Pontius ſedit ergo Matiſconi annis octo & triginta, ex dato ipſi à nobis initio: duplicando ferè Chronologiam ei a San-Iuliano euectam. Verùm certè poſteriorem eiuſmodi ſententiam protegere nequimus: quia hinc concluderetur, quòd ſequax Stephanus Antiſtes præficiebatur Matiſconi pluſquàm decennio ante ſolutum corpore Pontium, iuxta calculum hunc Bugnonianum ad initiatum San-Iuliani circinum conferendum. Igitur anterior mera deſcriptio, quæ ipſius San-Iuliani eſt, probabiliorem multò locum obtinet. Si verò vlteriùs opinandum ſit, qua in æde ſacra iaceat ipſe Pontius I. ſuſpicamur eius corpus quieſcere in Baſilica Abbatiali Firmitatis [l] Burgundicæ, Diœceſis Cabilonenſis, Ordinis Ciſtercienſis, in ſarculo lapideo pauimentum excedente quatuor ad minimum pedibus. Verùm ſanè, Data temporis ibidem ſculpta indicare eo in loco putatur ſepultum eſſe Pontium II. Et nihilominus aliæ circunſtãtię illic in medium allatæ multam prębent occaſionem cenſendi, quòd tumulus de iſto primo concipiendus ſit. Vide talia vt licuit ſoluta Numero extremo XLV. ſub eodem altero Pontio. Sed audi, quid ſcribat aut adiiciat liber Obituum Metropoleos Eccleſię Lugdunenſis de alterutro Epiſcopo ex duplici horum nomine. *Pontius Matiſconenſis Epiſcopus bonæ memoriæ, & antea Eccleſiæ Lugdun. Præcentor, dedit Eccleſia S. Stephani cyphum argenteum cum cocleari, & quingentos ſolidos fortium, &c. In opere maioris Eccleſ. LX. ſolidos* (videtur tunc abſoluta potior fabrica [m] Eccleſiæ S. Ioannis Baptiſtę factę Cathedralis) *in magna eleemoſyna C. ſolidos, in minori XX. ſolidos, duas Cappas & Dalmaticam cum aurificiis, &c.* Quo in paruo libro Obituum [n], itémque in magno [o], renunciatur mortalis defectus Pontij die 2. Kalend. Maij. Audi pręterea Volumen Obituum Eccleſię Collegiatę Belliocenſis. 4. *Kalend. Majas obiit Pontius Matiſcenſ. Epiſcopus, qui dedit huic Eccleſiæ C. ſolid. tali conditione, vt in Refectorio annuatim communis fiat refectio.* Ex eoque calculo, tametſi per duos dies mutato, quod leuis eſt momenti, videtur intelligendus Pontius iſte primus. Ceterùm, ipſe Pontius ædificari curauit ruralem Baſilicam S. Iuliani de Rupe, ex San-Iuliano authore. Sed veriùs dixerim eam tunc reſtauratam duntaxat, quàm primò conſtructam, propter circunſtantes apparatus §. 3. quibus eam faciliùs iam tunc exiſtere ſupponi videtur.

Eius ſepultura.

Eccleſia Lugdunenſis.

[h] pa. 186.
[i] ex §. 1.
[k] pa. 69.
[l] à Firmamẽto dicta, inter Trenolchiũ & Cabilonẽ, vulgò *Le ferté ſur Graune fleuue*, cadẽte in Ararim.
[m] nu. 55 §. 2. & 5 ac alibi in Lugdunẽſibus.
[n] fol. 167.
[o] fol. 14.

XLIII. *Paragraphus* 1.

STephanus cognomine de Balgiaco, inde natus, antea Archidiaconus Eccleſiæ, à ſolitis cunctis Authoribus [a] inſignitur Maticenſis Epiſcopus, Pontij I. ſucceſſor,
1167. equidem conſecratus circa annum MCLXVII. aut ſequentem. Saltem quatuot præ-
1168. cipui de eo Actus vt minimùm collucent & emicanr in Titulis antiquis, cum eorum appendicibus; tametſi ſeriùs paulò inchoent, hoc eſt ſexennio poſt præfatum ſuæ quem opinamur inaugurationis annum. Primum documentum eſt eiuſmodi [b]. *In nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis Ludouicus Dei gratiâ Francorum Rex, poſt guerras & diſſenſiones diutinas, quæ inter nos & Comitem Girardum ac Eccleſias noſtras & Dominum Humbertum de Bello-ioco exſtiterant *, tandem venimus Vinzeliacum, & ibi conſilio Baronum noſtrorum pacem huiuſmodi fecimus & aſſirmauimus. Comes Girardus recognouit ſe hominem noſtrum eſſe, & in caſamentum recepiſſe de nobis ſalua fidelitate primogeniti fratris ſui Comitis Stephani tria Caſtra, Vinzellas, Montem-belletum & Salam. Iurauerunt etiam fidelitatem nobis & Philippo filio noſtro, & quòd pacem imperpetuum teneret ipſe & ſui nobis & noſtris omnibus & nominatim Humberto de Belli-ioco ac ſuis: & quòd pacta inter eos facta, ſicut in Charta Humberti continetur, firmiter obſeruaret. Eccleſia etiam Matiſconenſi ſub eodem ſacramento promiſit perpetuam pacem de ſe & de ſuis, & præcipuè de illis quibus occaſione Comitis Girardi aliquod à nobis vel à noſtris damnum fuerat illatum, præterquàm de Vlrico de Balgiaco, de quo faceret poſſe ſuum. Hoſpitationem verò quam in terra Romanacenſi exigebat, concedente & laudante fratre ſuo Comite, Stephano Epiſcopo & Eccleſiæ guerpiuit, & quatuor miteriatas terræ Capitulo donauit, & de gageria Flacciaci quam Eccleſia ei reddidit de Monachis Laiſiaci* [c]*, ad quos pertinebat, pacem ſe eis facturum promiſit. Quod ſi aliquando aliquid de pace iſta à ſe vel ab aliquo ſuorum per ſe vel per ſubmonitionem nouerit eſſe infractum, infra XL. dies illud ſe emendaturum iurauit. Et ſi fortè hoc non faceret Comes, Stephanus iurauit, quod quoties per ſe vel per monit. ſciret hoc contigiſſe infra XL. dies inter Senonis & Pariſius, donec totum foret emendatum, perſonam nobis teneret. Et Dominus Campenſis idem iurauit, aut centum libras ſe daturum. Et ſimiliter Gautherius de Salinis illud idem iurauit, aut ducentas libras ſe daturum. Humbertus de Bello-ioco & Iocerannus Groſſus per præceptum ipſius Comitis Girardi iurauerunt, quod quoties defectum Comitis nouerint, in auxilio Regis erunt, donec fuerit res emendata: & quoties fuerit emendata, reuertentur in fidelitatem Comitis. Harduinus de Sala, & Delardus de Mombelet, & Hugo de Vinzellis per præceptum Comitis Girardi ſimiliter iurauerunt auxilium Regis tam de ſe quam de Caſtris ſuis, & de terris* (ſupple *præſtituros.*) *Et quoties rem emendauerit Comes Girardus, toties redibunt in fidelitatem Comitis. Et quoties foris fecerit, toties ad Regem redibunt, niſi infrà XL. dies factum fuerit emendatum. Actum Vinzeliaci * anno Verbi incarnati milleſimo centeſimo ſeptuageſimo ſecundo: adſtantibus in Palatio noſtro his. Sign. Comitis, Redbaldi Dapiferi, Matthæi Camerarij, Guidonis Buticularij, Radulphi Conſtabularij, vacante Cancellaria. Petrus Notarius ſubſcripſit.*

Quatuor potiora documenta.

1.

Rex Franciæ Comites.

Eccleſiam Matiſconenſ. dirimentes.

Audacia eorū repreſſa.

Comites Matiſconenſes.

En eximius Regis Actus, per Burgundiam & ad Matiſconenſes tranſitum facientis. Exactior autem & perſpicacior notitia Dynaſtarum in præfato contractu & vario iuramento comprehenſorum, hæc perlubetur. I. Rex fuit Ludouicus iunior, anno XXXV. ſui Regni, qui prætereà ſceptrum tenuit annis nouem. II. Girardus Viennenſis erat Comes Matiſconenſis, fortaſſis filius minor natu Guilelmi Comitis, qui parens [d] maiorem natū habuit Stephanum. Sic inducendum ex Bugnonio, qui dicit alterum filium, ei anonymum, *conſpiraſſe aduerſus regionis Eccleſias cum Comite Cabilonenſi, Humberto Belli-iocenſi & Raynaudo Comite Balgiaci* [e]. *Vnde Pontius Antiſtes* (Stephani Epiſcopi anteceſſor) *ad Regem Ludouicum accurrerat, rogans vt manum fortem præberet in tot coniuratores quaſi prædones: qui ſummus Princeps mandauit atque iniunxit, ne quicquam de bonis eccleſiaſticis attingerent, quin potius ad ſe Vezeliacum* [f] *accederent in Curiam*, vrbem & Abbatiam Ducatus Burgundiæ, inter Niuernenſes & Antiſiodorenſes ſitum habentem. Illi autem conatus Pontij eum poſteà felicem exitum nacti ſunt ſucceſſu temporis ſub Præſule Stephano ſucceſſore, qualem in præmiſſo textu animaduertiris per ipſum Regem grauiter exequentem, quando is Princeps Vezeliaco [f] boreali Vinzeliacum [g] Matiſconenſium ad auſtrum iter faceret, vt hiſce damnis finem imponeret. Tertiò, Humbertus Bellijoci Dominus ſupra induci ſolitus eſt tertius eius familiæ, Humberti ſecundi filius, ex genealogia ſub Archiepiſcopo XCV. Lugdunenſi allata [h]. Pro lucidiore verò textus inacephalæoſi; Rex Girardum adegit tum ea reſtituere quæ Matiſconenſi Eccleſiæ vſurparat, tum illi & ſceptro Franciæ vaſſallum eſſe, teneréque ab ipſo in feudum tria quæ ſuperiùs Caſtra leguntur. Quo tempore Comitatus Balgiacenſis & Breſſiæ dominatio ad domum Sabaudiæ pertinuerunt, ad noſtros vſque dies ferè, maximè ſub Henrico IV. Francorum & Nauarræ Rege [i]. Quod fortaſſis veriùs inde factum eſt, quando

Regij dicti & itineris explanatio.

Breſſia quando vnita Sabaud.

a Democh. Bugno. & Sau-Iuliano.
b ful. 2 2 1.
* Fortaſſis inde pendet, quod Fodereus ſcribat Matiſconem cum Cluniaco vaſtatam per Guilelm. Comitē Cabilonenſ. ſub Ludou. Rege cir. an. 1140. quaſi ſe huic etiam bello immiſcuerit ipſe Rex ciuitate reſtituta ſub Philippo Rege filio ad an. 1222. p. 407.
c Laiſſo, village où y a Doyenné, baſty pour les Moynes de Cluny, à deux lieues de Maſcon.
d ſucceſſu Comitis fratris maioris Raynaldi. Bugn. p. 64.
e pa 68. etſi hoc ſtaruat ad an. 1152. ita ibid. tráſlata ad an. 1182. pa 69.
f vulgò Vezelay.
g Vinzelles.
h §. 1. generat 9.
i Paciſcens cū Emanuele III Sabaudiæ Duce, commutando Breſſiam cum Marchia Saluciarum ... data. Pariſ. 27 Febr. ... 1600 ex Matthæo in hiſtor. Franc. Henr. ... 4. p. 52. &c.

do Amedeus II. Comes IV. Maurіennæ & Comes I. Sabaudiæ deſponſauit Sibyllam filiam Vlrici Comitis Matiſconenſis ſimul & Balgiaci, cui viro ipſa in dotem tranſtulerat Comitatum Balgiacenſem, florenti ab anno MCIX. ad annum MCLIV. [k] Veriùs (dico) quàm ſeriùs geſtum credatur ſub Amedeo IV. Comite VIII. Sabaudiæ: qui alter Amedeus vxorem duxit Sibyllam aliam Comitiſſam Balgiaci & Dominam Breſſiæ ab anno MCCLXXXV. ad annum MCCCXXIII. Niſi certè in illo ſecundo Actu prior denuò confirmatus cenſeatur. Vnde effectum eſt, quòd cera annis ſingulis offerri ſolita per Comitis Balgiarum Officiarios Eccleſiæ Matiſconenſi, de qua cera nos antea [l], deinceps ex illo æuo & ad noſtros ferè dies oblata ſit nomine Ducum Sabaudiæ, tanquam Comitum Balgiaci. Cæterùm in veteri Martyrologio MS. Maticenſi hæc feruntur. *VII. Idus Aprilis obiit Girardus pater Artaldi, qui conceſſit huic Eccleſiæ piſtores Rotbardum & Adalardum fratres cum progenie ipſorum.* Ex quo haud ægrè colligimus ibidem intelligi præfatum Girardum Comitem Matiſconeum, necnon Artaldum eius filium extitiſſe proximum in Comitatu ſucceſſorem ad annum MCXC. penultimum dignitatis: etiam quia alioqui multa tempora forent ſuperuacanea inter Girardum & Ioannem Brennium Comitem poſtremum infrà Numer. 46. §.6. Ad quod temporaneum interuallum omnino complendum, licebit denuò opinari Artaldi ſequacem fuiſſe eam mulierem Brennio rurſus altiorem, quam idem Martyrologium hoc tenore denunciat. *IV. Nonas Iuly Adalaſia Comitiſſa regalis progenie exorta ſeculo deceſſit.* Niſi quis ipſam pro nuncupata Aliſia Brennij vera vxore vſurpandam putet.

Cera Eccleſ. Matiſconenſ.

k Claud. Parad. in affinitatib. p. 588. & 602.

l nu. 30. §. 10 & nu. 42. 54.

Paragraphus 2.

Additio. Dec. Archid. Petra-clauſa.

PRæcedenti Actui vna appendix coętanea proximè ſequitur in Titulis antiquis, hoc tenore [m]. *Sciant poſteri, quòd Hugo de Berriaco & Domnus Gauterius frater eius Matiſconenſis Decanus, & Rotbertus de Chaintriaco Archidiaconus, Obedientiary de Petra-clauſa in eadem villa conuenerunt, & ſcire voluerunt per idoneos teſtes & indigenas, quid iuris ipſi & Eccleſia S. Vincentij, & rurſus quid ipſi iuris ſeu dominationis in præfata villa habebant. In quo ſubſecuti ſunt teſtimonia ſubſcriptorum, Vincentij de Petra-clauſa, Regularis de Rupe, Stephani Capellani de Sarrieres, Vincenty de Turre-amata, Petri de Torculari, Gauſredi de Caſellis. Hi iurati dixerunt & teſtati ſunt totum cemeterium dicti loci eſſe Eccleſiæ ſancti Vincentij Matiſconen. Item, ſi quis ibi habitauerit, vicinus vel extraneus, & aliquid iniuria fecerit, non eſſe Hugonis iuriſdictionem ſuper hoc: neque ad eum aut ad Præpoſitum eius de hoc clamorem ſolere fieri, ſed iuſtitiam eſſe Chriſtianitatis, Capellani, & Obedientiariorum pro tempore. Sanè ſi quis furtum ibi vel adulterium perpetraſſe confeſſus vel legitimè conuictus & probatus fuerit, Hugonis & Præpoſiti ſui debere eſſe caſtigationem. Item, ſi cui fuerit impoſitum, quòd falſum pondus vel menſuram falſam habeat, quæſtionem hanc inter Capellanum & honeſtos viros loci ſolere agitari & emendari: ita vt Præpoſitus eius interſit, nihil tamen propter nomen pœna accipiat, &c. Item, quòd nulli in cemeterio ibidem habitanti, vel extraneo illuc confugienti, ſed nec homini ſuo, dum ibi fuerit, vis inferetur: Et quòd res eorum non caperet [n], ſacramento firmauit. Hoc idem iurauerunt Hugo filius eius, &c. ac dedit obſides, &c. donec de querela integrè ſatisfaceret: hi ſunt Stephanus de Marriaco, Vuilelmus & Atmo de Varennis, Gaufridus Gaſtinellus.* Teſtes quinque. En textus & ſumma iura Eccleſiæ Matiſconenſis, quæ tota noſtris diebus perſeuerat illa ditione frui ſuper parœcia Petræ clauſæ. Attamen villa etiam habet hodie Caſtrum vetus, ac fortè eiuſdem nominis, & ſuum pariter Dynaſtam nobiliſſimum Hugonem de Rogemont cum fratre maiore Balthaſare Domino *de Chande* in Breſſia: ambo oriundi ex ſtrenuo patre Torquato milite & equite: tum ex matre nata è Comitibus de Grolea quondam celebribus inter Comites Canonicos Lugdunenſes. Ne tamen quis putet haſce ditiones mixtas & confuſas: Capitulum Eccleſiæ à multis ſeculis ſuos quietè poſſidet terminos, & Hugo à maioribus ſuas quoque diſtinctas vtrinque limitationes.

Partim Eccleſiæ, partim nobili laico olim addicta.

Hodie ſic perſeuerat.

Quis nobilis nunc.

m fo. 225. ſine Data.

n vel capi faceret.

Paragraphus 3.

II. Documentum. Com. Balgiaci. Conuentio inter Epiſc. & Comitem.

SEcundum documentorum genus ex promiſſis. *Sciant poſteri, quòd cùm Stephanus Matiſcenſis Epiſcopus, & Vicardus Decanus & Raynaldus Cantor ac aly Canonici Eccleſiæ ad ſepulturam Domini Raynaldi Balgiacenſis conueniſſent, Domini de Balgiaco & Vlricus filius eius pro anima Dom. Raynaldi X. ſolidos, quos in Colonia de Ayguercuels exigebat, Eccleſiæ B. Vincenty donauerunt, & in prædicta Colonia pacem tenere iurauerunt. Actum in præſentia Domni Humberti quondam Lugdunenſis Archiepiſcopi, tunc Carthuſienſis Monachi & Prioris de Sellions, Chriſtiani de Sylua Prioris ſancti Petri, Artaldi Vicecomitis, Rolanni de Aſneris, Bernardi de monte Guberti, Gaufridi Nanion, Hugonis de Loaiſia. Quam donationem laudauit & ſacramento firmauit Raynaldus filius eius in Eccleſia ſancti Benigni, Dominica qua cantatur IVDICA ME, DOMINE, ET*

DISCERNE

DISCERNE [o], *in præſentia Prioris de Seillons* [p], *Prioris ſancti Petri, Raynaldi Cantoris, Vmberti de Branciono* [q]. Cui textui cùm operępretium non ſit vllum addere commentarium; hinc duas Appendices proponimus, immediatè ex Titulis prodeuntes: quas etſi in theſi varientur, tamen coniunctim præfatis textibus annectimus, velut ſynchronas. Prior. *Obliuionis vitium ſcripto tollere curantes, poſterorum notitiæ tradimus* [r], *quòd de quadam terra, quæ iuxta cemeterium ſancti Petri de Quercu à parte orientali eſt ſita, inter Comitem Girardum & Canonicos beati Vincentij quæſtio mota fuit. Conuenientibus itaque Canonicis in præſentia prædicti Comitis ante Capellam B. Mariæ, Bernardus Porcarius, Garinus de Igiaco, Rotbertus de Cantrico & Vgo Ruels, ſententiâ anathematis ſi mentirentur à quodam Presbytero ſuper eos latâ, proteſtati ſunt terram illam à Dom. Vuilelmo Comite Hieroſolymam profecturo Eccleſiæ B. Vincentij donatam fuiſſe. Comes igitur Girardus teſtimonio eorum fidem adhibens donum patris ſui ratum habuit, & prædictæ Eccleſiæ his præſentibus confirmauit, Vichardo Decano, Gaufrido Archidiacono, Maleſpina, Enrardo Damiens, Guidone de Vela, Vgone de Baiſemens, Ogerio de Igiaco, Duranno & Stephano de Galone, Rodulpho de Aluernia.* Poſterior Appendix. *Nouerint vniuerſi, quòd Vgo Rufus de Quintiniaco* [f] *verpiuit & donauit Eccleſiæ beati Vincentij & Canonicis ibidem ſeruientibus, ſi quid iuris habeat in parochia Amuniaci, & pacem tenere iurauit, & fideiuſſores pacis miſit Iotſerannum de Brācione & Seguinum nepotem eius, & Iotſerannum de Belſort. Factum Vchiſiaci* [t] *in domo præfati Iotſeranni de Branc. præſentibus Gualterio Decano Cabilonenſi & Vgone de Croſet, & Hugone de Belfort Priore Vchiſiaci, Vmberto de Branciono, Vgone Rinel, Lebaldo de Nanton, &c.* Vlteriùs procedendum.

Vna additio. — Alia conuentio. — Dec. Archid.

[o] Eſt Dominica in Paſſione.
[p] prope Burgum in Breſſia, Diœceſ. Lugdun.
[q] fol. 119. ſine Data.
[r] fol. cit. abſque Data.
[f] Quintaine village entre Maſcon & Tournus.
[t] à Vchiſſy.

Paragraphus 4.

III. Docum.

TErtium omnino documentum ex Titulis [u]. *Scribendum, duximus quòd Rodulphus de Marne quicquid habebat in villa Amuniaci Eccleſiæ B. Vincentij & Canonicis ibidem ſeruientibus pro XC. libris Cluniacenſibus vendidit apud Monaſterium de Chapaſia, vbi & pacem tenere & garantiam portare iurauerunt ipſe Rodulphus & duo nepotes eius. Fideiuſſores quoque eius miſerunt Iocerannum Groſſum, Gaufridum Richardi, Richardum de Sanciaco & Iocerannum Lauella. Fuerunt autem huic facto præſentes Iocerannus de Brancione, Stephanus de Cortenais, Duricius de Marne, Bernardus Capellanus de Capaſia, Ioannes Capellanus de Amuniaco, Guichardus de Villario, Gulielmus Piſcis, Cellarius de Oſſellis. Venditionem laudauerunt vxor dicti R. Villania ſoror eius, & Vmbergia mater. Tantùm expoſtulans, quòd poſt obitum ſuum ſingulis annis commemoratio fiat in Eccl. B. Vincentij pro eo, &c. Laudatio facta eſt in domo eiuſdem R. præſentibus Fromundo de Melite, Rodulpho Bucheli, Guioneto de Rupe, Guioneto de porta, Varico de Marne, Duritio Garſia, Guioneto Chappe, &c. Deinde prædictus R. Matiſcenſis veniens, & promiſſam ſibi pro memorata terra pecuniam accipiens, venditionem quam alibi fecerat, in Capitulo recognouit ac conceſſit, & ſacramento firmauit. Fuit autem ibid. præſens Stephanus Epiſcopus, Vuichardus Decan. Vuilelmus de Curia, Bernardus Porcherius, Gaufridus de Berria, Rotbertus de Chantria, Garinus de Igia, & milites Velardus de Sala, Pontius de Cabannis, Hugo de Chantria, Bernardus de Luna Burgenſes, Stephanus Dentus, Villermus Pelerinus, &c.* Nunc ad alia.

Venditio pro Eccleſia. — Dec.

[u] fol. 120. ſine Data.

Paragraphus 5.

IV. Docum.

QVartum vltimúmque documentum [x]. *Poſterorum notitiæ commendetur, quòd totum Capitulum Matiſcon. & Domina de Vela* [y] *cum conſilio ſuo conuenerant in Curiam Domini Stephani Matiſcenſ. Epiſcopi ſuper quæſtione nemoris, quod ſimul habere noſcuntur inter Velam & Bey, vtrinque diſceptantes. Quæ quæſtio diu ventilata, tandem in hunc modum ſopita eſt. Teſtes idonei ab Eccleſia producti, tactis ſacro-ſan. Euangeliis, in verbo veritatis teſtificati ſunt, quod nulla tertia parte dicti nemoris, quæ pertinet ad Dominam de Vela, freta eſt Eccleſia* [z]: *quòd tertiam partem, quæ nona eſt totius nemoris, poſſidere debet Matiſconenſis Eccleſia, præter dimidium nominati nemoris ex parte Vuilelmi de Caſtell. quod de iure & ſine quæſtione cedit Eccleſiæ. Teſtificati ſunt iterum, quòd tertia pars de boſco captiuo* [a] *& de ſpina ad eandem Eccleſiam pertinet. Hinc legali teſtimonio Curia*
1182. *fidem adhibens ductu rationis iudicium protulit, vt Eccleſia ius ſuum, quod in prædictis nemoribus ſe habere probauerat, deinceps in pace poſſideat. Actum eſt anno ab Incarnatione Domini milleſimo* CLXXXII. *menſe Martio: præſentibus Rainaldo de Vergeio Cantore, Rotberto de Cantriaco Archid. Gaunerterio de Berriaco Archid. Aimino de Piſeis Archid. Vmberto de Brancion Archid. Steph. de Mombellet, Steph. de Maliaco, Vuilelmo Craſſo, Maiole Rebutino, Andrea de Vela, &c.* Qui præfatus annus fuit ſecundus Regni Philippi I. Auguſti Francorum Regis, filij Ludouici iunioris. Triennio autem anteriore [b] idem Stephanus præſens interfuit dedicationi Eccleſiæ Abbatiæ Bellęuillæ Diœceſis Lugdunenſis, ex San-Iuliano: equidem conſecratæ à Gilberto Lugdunenſi Archiflamine, veriùs quàm à Guichardo LXXXV. antecessore

Nemus pro Eccleſia Matiſconenſi. — Abbatia Bellæuillæ.

[x] fol. 174.
[y] du Pont de Vaile, in Breſſia, prope Matiſconē. vrbs trans Ararim.
[z] ſic exprimit autographus imperfectus.
[a] San-Iulian appellat le bois chetif pa. 187.
[b] 1179.

receſſore Lugduni. Cæterùm hic nota quatuor hac iam vice Archidiaconos in Eccle-
ſia Matiſconenſi.

Paragraphus 6.

Bulla pro Eccleſia S. Petri.

PRo exitu, Bullam Lucii PP. tertij in gratiam Monaſterij S. Petri Matiſconenſis extol-
lamus. Quippe ipſa ad hunc locum lubentiùs quàm ſub Pontio II. adſequente pertinet.
Sedit nanque Lucius ab anno MCLXXXI. ad LXXXV. Quam ferè totam duratione̅ proba-
biliùs compleuit Stephanus Antiſtes Matiſcenſis. Hoc autem Diploma Pontificium eſt quin-
tum ordine ex vndecim conceſſis in illius Baſilicæ commodum. Vnde quartum in Pontio
I. anteceſſore clareſcit [c]. En membranæ cortex. *Lucius Papa tertius per ſuas itaque literas* c nu. 42. §. 4. fin.
Apoſtolicas excommunicat & anathematizat omnes homines temerè & indebite perturbantes ac fa-
tigantes præfatum Monaſterium ſeu Canonicos, necnon qui eorum bona, poſſeſſiones, documenta, liber-
tates, decimas, oblationes, priuilegia, immunitates & donationes inique & malitiose retinent. Cunctis
autem eid. Monaſterio iura ſeruantib. ſit pax Ieſu Christi. Amen. Inde verò breui poſtea cre-

Obitus Stephani.

ditur conſummatus idem Stephanus. Attamen exactum tempus ſui tranſitus valdè incertũ
eſt. Quòd ſi liceat diariam ſedium analogiam texere inter eum & vtrunque ſucceſſorem
Pontium II. ac Aymonem, vt ad æquilibrium pene diuidantur, quales infrà perpendimus [d]: d nu. 45. § 1.
1184. ſanè opinabimur Stephanum Epiſc. mortem oppetiiſſe anno MCLXXXIV. vel LXXXV.
1185. Veriſimilis horum via in ſequentibus paſſim comperietur. Dies autem ſui occaſus valdè tu-
tus eſt vndecimus Kalend. Decembr. ex libro Obituum Eccleſiæ Bellijocenſis [e], cui dedit e vel 10. Kal. ex lib. Matiſ.
tria pallia pretioſa & duas coronas aureas. De Stephano II. vide Numero LXIII.

XLIV. *Paragraphus 1.*

Examen temporis Raynaldi.

RAynaldus *de Vergeyo*, antea Cantor Eccleſiæ Cathedralis ex ſuperiùs allegatis [a], con- a nu. 44. §. 5.
feſtim ad Præfaturam Stephanum ſequutus eſt ſub hac vocula ob duo præcipua Ti- b § 1. & 3.
tulorum Acta inferius proponenda [b]. Attamen certe ex aliis locis ibidem [c], & in ty- c fol. 14.
pis Carthuſiani Ordinis, *Renaudus* appellatur. Tum San-Iuliano dicitur *Reinaldus*, & De-
mochari *Renaudus*: vbique abſque ſeculi perſcrutatione. Verum dicam, ſi tuta fiat collatio in-
ter annos Pontij II. & Aymonis eius ſucceſſoris: inde profectò elicietur iſtius Raynaldi cõ-
ſiſtentia. Quippe Pontius II. ſacrum agolũ geſtauit annis XXII. ex eode̅ San-Iulian. Quãdo
autem cœperint ſolares illæ Pontij reuolutiones, cùm Author non ediſſerat, perpendendum
eſt ex initiis Aymonis ſucceſſoris, que̅ poſtea ſecurè perſpicietis inchoaſſe anno M.CC.XXI.
Ex eo nanque ſurſum aſcendendo, aduertetis annos viginti duos Pontij origine̅ trahere ab
anno milleſimo centeſ. nonageſimonono. Et illinc rurſus attollendo calculos, ſequetur præ-
ſentem ergo Raynaldum ſediſſe annis fere quatuordecim, nimirum ab anno circiter mille-
1186. ſimo C. LXXXVI. ad annum M.C. XCVIII. Qui vlteriores anni ſuppleant incluſi cancellis
1198. ac limitibus Steph. & Pontij, antè atque retro. Genus vero Raynaldi, a quo ille prodit, fuit
antiqua & nobilis domus in Comitatu Matiſconenſi ſub nominis: vltimus cuius familiæ maſcu- e vulgò de Vergyé.
lus eſſet Petrus *de Vergeyo* [e], Dominus *de Dulphey* & Flaciaci, qui Caſtrum *de Dulphey* con-
ſtruxerat & perfecerat. Opus certe denſum in muris, ac magni laboris impenſiſque expenſæ.

Eius familia.

Vxorem duxit nobilem Claudiã *d'Andelot*: ex quo thoro orta Claudia [f], imprimis nupta po- f eſth. ali s filiab hic omit. fis. Hæredes vendiderunt Dulphey Domin. de la Plainne.
tenti Laurentio *de Gorreuod* militi ordinis *Velleris aurei* Hiſpanici, & Magiſtro equitũ ſub Ca-
rolo V. Hiſpaniar. Rege ac Imperatore Romano: deinde renupta nobili Dom. Depinac apud
Foreſtenſes, Equiti Torquato Franciæ, ac duci militiæ quinquaginta Cataphractorũ in Gal-

Primus cognomine vſus in ſcriptis.

lis. Præfatus Raynaldus Antiſtes habetur primus Epiſcoporum Matiſconenſium, qui publicis
in literis vſus eſt cognomine propaginis atque gẽtilium, quale ſupra [g]. Siquidem ante a Præ- g de Vergeyo.
ſules vtebantur in Scripturis ſolo proprio nomine cum dignitate, vt noſſent ſe ad id faſti-
gium diuini honoris perueniſſe, in quo paternæ domus ita deberent obliuiſci, quòd ſe totos
deuouerent oneri & curæ ſeu prouinciæ quæ eis vnis demandaretur: hoc eſt, quod paſcen-
dis animis & ſectandæ perfectioni vitæ chriſtianæ toti incumberent.

Paragraphus 2.

Duo Tituli.

ENim prior Titulor. Actus ex cõpromiſſis pro Raynald. *Sciatur, quod controuerſia inter Pontiũ* h poſt Raynald. ex fol. 194.
Cantore [h] & Steph. de monte Gudini, de terris ipſius villæ, hoc modo terminata fuit. [illegible] *nouit*
nemora eſſe Præcentoris & Eccl. quæ dimittit et Cantor, quandiu ſe Steph. vixerit, [illegible] *ex-*
I. *planationes nemorũ non poteſt facere ſine conſenſu Cantoris *. Ferpiuit ei co* [illegible] *Reddi* [illegible] *tem* * Et hæc explanatio appellatur Taſchiæ, vt ager Vepribus plenus colatur ad ſemina frumentorũ &c.
eum [illegible] *llere ſingulis annis, & de vinea quartam partem. Super aliis controuerſiis, quæ verſabantur in-*

Mons Gudinus pro Eccl. Matiſconẽſi.

ter eos, nihil eſt remiſſum, nihil condonatum poſt mortem Stephani. Quod ſi hæredes Stephani Ec-
cleſiam appellare voluerint, & Eccleſia [illegible] *ter eos. Actum in præſentia G.* [illegible] *Decani, P. Can-*
toris, Aimini Archidiaconi, Magiſtri Stephani, [illegible] *Subcantoris, Raynaldi de Fel*[illegible] *militis.* Et
inde conſequenter atque coniunctim, *Notum ſit, quod Otgerius de monte Gudini Clericus eandem*

verptionem, quam Stephanus de Mongum patruus eius de terris eius villæ ſuperius feceras proper-
tione ſe contingente [i], *præſtito iuramento & tactis ſacroſan. Euang. Eccleſiæ B. Vinc. in præſentia iſto-* i fol. cit.
rum fecit, videlicet Domini R. de Vergeio Epiſcopi, Roberti, Aimini, Vmberti & Stephani Archidia-
II. *conor. Richardi Rebutini, Vuilelmi de Brertes, Magiſtri Vrici, Gaufridi de Motes, &c.* Poſterior Actus
de eodem viro eſt ejuſmodi. *Vniuerſitati fidelium notificari volumus, quòd veniens in Clauſtro B.*
Vincent. Matiſconenſ, Harduinus de Sala petiit ſibi commutari quand. peciam terræ ſitam iuxta Pon-
Aliud donū pro ea. *tem Mergiæ, quæ erat S. Vincent. pro alia pecia terræ ſita inter terras S. Albani, quo tempore de Obe-*
dientia Domini Raynaldi de Vergeio erat. Huic petitioni Canonici præbuerunt aſſenſum. Confeſtim ve-
rò Harduinus amicitiam & beneficium Eccleſiæ recognoſcens, in villa noua quæ iuxta Mergiam ædifi-
cabatur, dedit B. Vincent. vnum denarium cenſualem in feſtiuitate S. Martyris perſoluendum in vna-
Tituli antiqui. *quaque domo, quæ iam ibi ædificata erat, vel ædificanda. Et Canonici conceſſerunt ei in Anniuerſario*
obitus ſui nouem Lectionum officium. Iurauit Harduinus præſentibus Vichardo Decano [k], *Vilelmo de* k Raynald. Canc. paulò antè.
Viriaco Archidiacono, Garino de Igiaco, Vgone Reuel, &c. Hactenus pro Titulis, tum hîc, tum in
totum poſterum tempus adſequentium Epiſcoporum: quia ſub hoc Raynaldo finiunt om-
nino ipſi Tituli antiqui Eccleſię Matiſconenſis. Pro quo tamen Epiſcopo ad cætera grauio-
ra aliunde pertracta ſeorſum diuertamus.

Paragraphus 3.

Initiū diuiſæ iuriſdictionis Eccl. Matiſc. inter Epiſc. & Capitulum Cathedrale. DIrectè temporibus præfati Raynaldi ſedentis Romana Curia impertita eſt varias immu-
nitates Epiſcopis Matiſconenſib. aut veriùs ea cōprobauit, quæ priùs illa Eccleſia in vſu
habere conſueta fuerat. Indéque verò poſtmodum cœpit fomes deſerendi communem vi-
uendi in Refectorio rationem, & inchoandi pedetentim diſtinctionem forenſis ſciſſæ iuriſ-
dictionis inter Epiſcopos & Capitulum Cathedrale, aut abinuicem; quam nos arbitramur
antea ſimul & vnà viguiſſe. Quæ quidem tota fori ſecretio in duo membra altiores ſanè ra-
dices ſuſcepit centum ac ducentis pòſt annis. De qua materia in ſucceſſore Pontio II. * atq; * nu. 43. §. 3.
vberius lucidiúſque ſub Ioanne Salamaco Antiſtite, diu multùm infrà [l], quādo re ipſa cœpit l nu. 53. §. 1.
illa locupletior iuriſdictionum partitio atque diuiſio. Nota certè & index, quòd ab eo æuo &
illis ſeculis diſcretæ iuriſdictionis non ampliùs ferè in ſolito Refectorio conuixerint Anti-
ſtites & Canonici. Ad præſens verò inſtitutum acceſſuri: hoc decentiùs loco occurrit aduer-
tendum, quòd Cęleſtinus Ponț. Max. nonnulla priuilegia ſatis ampla lubens cōceſſit Epiſco-
pis Matiſconenſ. ex vetuſtis mēbranulis & primario fonte à nobis mutuato [m], noſtriſq; rur- m ſignata à Notariis Ferrier & Caton.
Legatio Cardinalis pro ea &c. ſum diebus palàm recognito [n], quatenus talia in nouem Articulos diſtributa ſunt facilitatis
gratiâ hoc pacto. *Cæleſtinus Epiſc. ſer. ſeruor. Dei, dilectis filiis Matiſconenſi Capitulo ſal. & Apoſtol.*
benedict. Ea quæ à Fratrib. noſtr. gerentib. Legationis officium deliberatione prouida ſtatuūtur & con- n 14. Febr. 1569 Sign. Duperron, Secretar. & Notar. Reg.
firmantur, maximè roborari debent [o]. *Expropter, dilecti in Domino filij, veſtris iuſtis poſtulationibus* o fol. 9. verſo.
Bulla Papæ pro ead. re. *grato conſulentes aſſenſu, rationabiles conſuetudines Eccleſ. veſtræ hactenus approbatas quas dilectus*
filius Melchior Tituli BB. Ioannis & Pauli Presb. Cardinalis in partib. ipſis tunc Apoſtolicæ Sedis Le-
gatus approbauit & confirmauit, prout in eius ſcripto authentico continentur, quod ad maiorē firmitatē p non recenſetur ab Onuphrio.
Nouem Capitulis. *impoſterum de verbo ad verbū præſentib. literis inſeri fecimus & tranſcribi. Cuius tenor eſt talis. Mel-*
chior Dei gratiâ tit. SS. Ioan. & Pau. Presb. Cardin. Apoſtolicæ Sed. Legatus [p], *dilectis fil. Decano & Ca-*
pitulo Matiſ. ſalutem in Dom. Piarum deſideria voluntatū maiorib. conuenit ſtudiis adiuuari. vt ſi quid
eis defuerit firmitatis, Superiorū fauore adhibito, ſuum effectum cōſequantur. Sanè cùm tu, dilecte De-
cane, ad præſentiam noſtr. accederes pro Eccl. tua negot. promouendis, inter cætera ipſius Eccl. conſuetu-
dines approbatas confirmari à nob. ſuppliciter poſtulaſti, quas etiā bonæ memoriæ S. [q] *Matiſconēſ. quon-* q Steph. 41.
dā Epiſc. oſtendiſti ſcripto authentico roboratas. Nos ergo tuis iuſtis poſtulationib. annuētes, authoritate
duximus præſentiū ſtatuendum: vt cū Matiſcon. Epiſc. ritè fuerit per tēpora conſecratus imprimis pro-
mittat ſe cum omni vigilantia & cura conſuetudines & iura Eccleſiæ atque Capituli aut Clericorum
I. *quib. præficitur, obſeruaturum. Hæc autem ſunt quæ huc vſque de conſuetudine & iure Eccleſia obti-*
nuit. Epiſcopus de Canonico vel de quolibet alio è Choro Eccleſiæ & Clero, dum in communi Capitulo
II. *reſpondere voluerit, iuſtitiam facere vel aliàs compellere non debet. Quotieſcunque verò requiſitus*
fuerit ſuper iniuria vel damno illato Canonicis vel Clericis eiuſdem Eccl. maximè de poſſeſſionibus
& rebus ad Eccleſiam pertinentibus, ſtatim de malefactoribus condignam iuſtitiam facere debet.
III. *In C[illegible]onic[illegible] e[illegible]endi[illegible] vel Præbendis dandis Epiſcopus intereſſe non debet: excepti quòd Canonici*
IV. *electi in Capitulo librum pro inueſtitura de manu eius accipiunt. Item, vacante Decania vel Can-*
to[illegible], l[illegible]eram habet Capitulum ſine Epiſcopo eligendi facultatem. Deinde, ex communi conſenſu
V. *electo, [illegible] ad hoc Epiſcopus aſcendendo in Choro honoris, confirmat dignitatem. Epiſcopus de Ec-*
cleſia quos [illegible]erit, [illegible] vbi voluerit. Archidiaconos eliget, electos tamen in Capitulo præſentabit; &
VI. *ex [illegible]de in Choro [illegible]ium ſuarum eis dabit inueſtituram. Si de corpore Eccleſiæ eligatur Epiſcopus,*
quaſcunque detineat ab ea poſſeſſiones, ſtatim ad ipſum (corpus) reuertuntur. In communi tamen

rema

remaneant, quouſque conſecratus ſit aut ſi fortè reprobatus fuerit, poſſeſſiones ſuas recuperabit. Epi- t Refectiones.
VII. *ſcopus tres procurationes* [t] *generales debet ſingulis annis in Refectorio: In Natali Domini primam, in*
paſſione B. Vincentij ſecundam, in Paſcha tertiam. Et tria pigmenta in aduentu Domini primum
pro Abbatia, ſecundum pro Sacriſtana, tertium pro Epiſcopatu. Epiſcopus in Capellanos qui ad Ca-
pitulum pertinent, nullas habet exactiones, excepto eo quod pro modo ſuo & tempore, hoſpitium, ſi for-
VIII. *te neceſſe fuerit, negare non debet. Epiſcopus quia Sacriſta eſt, debet diruta Templi tecta reficere, ſigna* * & Capitulū reliqua cūcta ædificia Tēpli, turrium, pauimenti.
fracta refundere *, *& quæ neceſſaria ſunt ad diuina officia, tam in luminaribus, quàm in aliis pro-*
uidere, etiámque candelam in Refectorio hoſpitibus Eccleſiæ. Hæc omnia quæ ha[...]nus ſine contradi-
IX *ctione obſeruata ſunt in Eccleſia veſtra, rata firmáque habemus, & authoritate Legationis qua fun-*
gimur, confirmamus ſub interminatione anathematis: inhibentes ne quis ei præſumat auſu temera-
rio contraire. Quæ nimirum vt inuiolabiliter obſeruentur (hic & de[...]nce[...] Papa Cæleſtinus re-
ſumit ſermonem) *impreſſione ſigilli noſtri præſentem f[...]imus paginam roborari, quam præſenti pa-*
gina confirmamus, & huius ſcripti patrocinio communimus. Statuimus etiam vt Conſtitutio illa, quam
idem Cardinalis de conſilio venerabilis Fratris Epiſ[c]opi v[e]ſtri & noſtri, de Clericis illis qui erant in
diuinis O[f]ficiis Matiſconenſis Eccleſ. negligentes conſtituit, firma penitus & illibata conſiſtat, ne ali-
quis veſtrûm vel ſucceſſorum veſtrorum eam præſumat temeritate qualibet violare. Decernimus ergo,
vt nulli omnino hominum liceat hanc pa ginam noſ[t]ræ confirmationis infringere, &c. Datum Lateran.
Idibus Maij, Pontificatus noſtri anno ſexto, &c. Reliqua huc ferè pertinentia & conſequentia,
Tot ſtatuta Eccleſiæ. vide in Pontio II. Interea, ecce Bulla valdè excellens. Eam autem ver[...]s conceſſit Cæle-
ſtinus Papa tertius poſt legationem Melch[io]ris Card[inalis] in te[x]tu commemoratam. Prima
huiuſce concluſionis ratio eſt, quia certe alij Cæ[l]eſtini Pontifices, videlicet ſecundus, IV. &
V. ne vno quidem anno D. Petri Cathedram tenuêre. At hoc Diploma latum eſt anno
VI Pontificatus Cæleſtini. Ergo fuit Cæleſtinus III. & a[...] incidit in annum ſalutis ſ in Chronic. par. 2. Tit. 17. c. 2. §. 13. etiam.
milleſimum C. XCVI. quo tempore d[...] noſtr[...]nus ſedi[t] Matiſconi Raynaldum Anti-
1196. ſtitem. Secundo loco, idem in[f]erimus propter rationes alias [...]tius allatas infrà ſub t in Chronol. ad annum vſque 1198.
Pontio II. Præfati autem Cæleſtini cathedra orditur a[b] anno M.CXC: ex S. Antonino[s], vel à
ſequen[ti] ex Genebrardo[t]. Hæc ſubticent Bugnonius ac San-Iulianus qui Acta MS. haud
quaquam legerunt.

Paragraphus 4.

Duæ Chartæ Bellijoci. ORdine chronologico adſequuntur alia duo chartacea Eccleſiæ Collegiatæ Bellijoci in-
ſtrumenta ad Diœceſim Maticenſem pertinentia, & ſub hoc Raynaldi tempus deſti-
I. nata. Prius tale. *Quoniam quædam iuſtè & probabiliter facta multoties in [...]ium deducuntur, hoc* * Dicata B. Mariæ Virgini Matil.
ſcripto memoriæ mandare curauimus, quod Eccleſia Belioci * *emit à Blaino Bocci, vxore ſua & filiis* u vulgò Chazeles.
laudantib. quicquid Chaſaletis habebat u*, præter hoc quod Stephanus Bordo ibid. tenebat. Et ſciendum,*
quod [u]xor eius, ex cuius capite pendebat, pro hac terra à d[ic]to Blaino mutuum acc[ep]it, manſum [s]cilicet
de Riui[n]o. De hoc ip[ſi] iurauit pacem perpetuo tenēdam, & vxor ac filij. Dominus [Vu]icard. de Belioco, in
cuius præ[ſ]entia hoc factum eſt, fideiuſſ. pacis fuit. Teſtes ſunt Vgo Foldras, Stephanus Delmondel, Vgo
de Roccauulpe, Vicardus de Charun, Berardus de Verneio, Guicardus de Doſ[...], [H]ugo de Caluiniaco, Letald.
Paneterius, Ioannes de Poloces, Bernard. de Bœna, &c. Fac[t]u in Clauſtro Belioci, anno ab Incarn. Dom.
M. C.XCVI. Sigillo rotundo pendente ſub candida cera in equite clypeat[o] & armis tecto, ad
victoriā curſitante, nudo ad manū enſ[e]. Eſtq; Vuicard. IV. qui c[u]m le[gitur] *de Bellijoco*, indiciū
eſt eum nondum tunc effectū Dominum Bellijoci, 1196. Adeptus eſt autē munus hoc tertio
pòſt anno, ex gene[a]logica arbore in Lu[g]d[u]nē[...]b. 94. Poſterius inſtrumentū eſt eiuſmodi. *Vni-*
II. *uer[ſit]ati fidelium illuceſcat, quod Guichardus de Baſirens Lugdunen. & Mat[iſ]con[.] [C]anonicus liberè de-*
dit Ecc. Belioc. quicquid habebat in Parœcia de Charantay, & manſum de Bu[ſ]s[...] in parochia S. Leo- x vulgò S. Loger. Extrait é Theſauro Eccleſiæ.
degarij x*, tali habita conditione, vt poſt obitu, Guichardi Anniuerſariū patris & mat[r]is ac ipſius Guich.*
& omniū eius prædeceſſ. quotānis honorificè fiat in Eccl. Belioc. & in die obitus ſui E[c]cl. perſoluet LX. ſo- * Oddo de Peſſeu & Hugo de fonte dederunt etiā Eccleſiæ Bellijocenſi vnā vineam apud Charentay, vt fiat annuatim Anniuerſar. ex lib. Obit. 3. Kal. Mart. ann. incerto. y en boiſe.
lidos, vbicunque Guichard voluerit. Accepto dono E[c]cl. conceſſ[i]t præfato [G]uichardo, vt rerū quas dede-
rat dū vixerit, ſit Obedientiarius, ſingul[is] ann[is] V. ſo[l]idos perſoluens [...] Præ[t]er id, illa Eccl. XX[...]VI.
Donum pro Eccleſia Bellijocenſi. *libras ex parte Guich. ſoluit pro reb. pi[g]nori obligatis in manu [...], & [i]pſi Guich. XII. libras dedit.*
Factum in Clauſtro Beliocenſi. Teſt[es] Hugo de Montanie, [G]uichardus de Charum, Hugo Suios, Steph.
Chaſangi, Durannus de Iſpania, Mart[i]nus de [V]ineis, [V]i[l]lelmus Dorcr[...]s, [...]lm. [...]ſor, Deus fecit, Rot-
b[...]us C[...]ſor. Poſtea hoc donum confirmatum fuit Poliac, in præ[ſ]entia Dom. Gui[c]hardi & Comitiſſæ
vxoris eius. Teſtes Gaucerannus de Laut[...], Durannu[s] de S. Symphori[a]no, [S]tephanus de Piſeis, Thomas
de G[...] Riuo, Vil[le]lm. de [...]elis [...] de Liargo, [G]uido Bernot, [G]uido Deſpeſi, [G]irard. de Same, Dal-
mac. de Montrincl. Hoc donū dictus Guich. ſup[e]r [alt]are in F[...]. Belioceni, & ſuper reliquias Sanctor.
quas ibi d[e]bito veneramur officio, iurauit tenendū. Factū hoc anno M.C.XCVIII. ab Incarn. Dom. Cū
duobus ſigillis. Vnum oualinum Capituli Eccleſiæ in cera candida ſub tuberoſa y ima-

 gine

gine Virginis Matr[illegible] Ieſum portantis, matrona Baſili[illegible] Altera [illegible] conſcripti & hîc appenſi in [illegible]ico rubeo. H[illegible] [illegible] benduntur exarati, qui in Titul[illegible] M[illegible] Vi[illegible] huius [illegible] Be[illegible] Dynaſtarū familia, Donumm[illegible] po[illegible] Vuichard II. frat[illegible] parens Heberti IV. qui cu[illegible] anno ſequenti, [illegible] Vuicard. IV. Huic ad noſtrum Ray[naldū] red[illegible] per quem [illegible] Pa[illegible]

Raynaldi ædificia. Caſtrum Vi[illegible]ſeti in colle ditionis ſuæ ſitum, & ant[illegible] ac [illegible] cundam[illegible], altis mœnibus, turribuſque cingi fecit [illegible] par- te in ciuili bello dirutis [illegible] exercitu eorum qui ca[tho]lic[illegible] [illegible] tur, pugnantes in alios aloqui [pe]rturbatores publicæ tranquillitat[is], Luca [E]piſcop[illegible] tunc in Italia agente. Sed tan[d]em noſter arc[hi]tector credit[u]r [illegible]

Mors. anno præmiſſi confe[illegible] A[illegible] Bell[illegible] milleſimo CXCVIII ex [r]atiuncul[illegible] tis [illegible]: equidem illo menſe ac die certo quem ſic e[xar]at liber de[f]un[ct]orum Eccleſię M[a]- tiſconeæ, cum cęteris eiuſdem v[irtutis] ædificiis. *VII. Idus Septembris obiit Domnus [illegible] venerabilis huius Eccleſiæ Epiſcopus, qui conſtruxit murum Hoſpitij vſque a[d] Capellam, & [illegible] ſtaurauit; necnon cameras à feneſtris ſurſum conſummauit, &c.* Satis e[illegible]

a [illegible] b [illegible] a [illegible] la guerre de la [illegible] 1. & 4. de Na[illegible] 1188. 5. 1. n. 44.

Paragraphus 5.

Abbatia Cariloci. SVb hoc verò t[em]pus, v[illegible]um hic ſeorſim de Cariloc[illegible] Cœnobi[illegible] [illegible] circiter M. [illegible] XCIX. [illegible] quidam Guillelmus p[illegible] Mo[illegible] [illegible] ciēſis, deinde Abbas M[illegible] Carilocē[illegible] intra Ma[illegible] con[illegible] A[b]- batię eius locum m[illegible] ex [illegible] Guilelmus Gazetius in Vitis Sanctorum, T[illegible] I. Gallico * ad extrem[illegible] [c]reatus eſt Ar[chi]epiſcopus [illegible] uus ex Democh[illegible] [illegible] pium [illegible] author[illegible] nondum præfi[illegible] in Martyrologio Romano. A[illegible] Carilo[illegible] titulo decorabatur [illegible] hab[illegible] in P[illegible]lo.

* pa. 42.

XLV. *Paragraphus* 1.

Nobilis Pōtij genealogia. POntius II. vir imprimis è celebri & [an]tiqua C[illegible] de Villa[illegible] oriundus atque pro[illegible] Henrici & Ludouici Villanorum ſucceſſ[illegible] A[illegible] ſtilum Lugdunenſ[illegible] in Chronologia [illegible] Lug[illegible] prodeuntium [a], qu[illegible] Pontius annis [illegible] vit[æ] præceſſi[illegible] [illegible] C[illegible] D[illegible] Lug[d]unen[ſis] prouinciæ & Breſſiæ conſtituto cum [illegible] annex[illegible] A[illegible] nè & Rhodanum fluuios ſi[tu]: tandem Lugd[u]n[illegible] Dem[illegible] aut [illegible]

a n. 98. & b an. 1196. ad 1307.

Nobiliter ille monaſticã profeſſione. adhuc eſſectus in monaſtica ſeu anachoretic[a] Car[illegible] no[illegible] R[illegible] q[illegible] p[illegible] [illegible] à [illegible] te profeſſus eſt, abdicatis a ſe mundi [illegible] liſſimorumque conſang[uin]eorum neceſſitudo[illegible] in antiquis. N[illegible] quæ Acta ſparſim de tali no[illegible] in co[illegible] Volup[illegible] de Pontio I. ſu[pr]a Maticenſi Antiſtite ven[illegible] ſerie[illegible] C[illegible] veritas, & teſti[illegible] ad[illegible] recognit[illegible] Iulia- no ac[illegible] MS. quæ breui ſ[e]quuntur [illegible] deſi[illegible]atur, Rayn[a]ldi [illegible] di[illegible] etiamque ex Democh. &c. [illegible] M[at]iſconē[illegible] ante[illegible]o ac ſæpius [illegible] erint E[illegible] præmio [illegible] ce [illegible] omnia ſuffi[illegible] detulerunt ad [a]bſentem P[illegible] Vil[la]- rium, cum in [illegible] propem[od]um [illegible] tionibus [illegible] doct[illegible] & [illegible] ſinct[illegible] la- bris ad [illegible] prouinciæ acc[illegible] di[illegible] non potuerint [illegible] tamqu[illegible] com[illegible]on.

an 1144. ad 1166.

Ob eius pietatem eleuatus a Cl[er]o Matiſcon. in Epiſcopū.

Paragraphus 2.

Sex generales hiſtoriæ de eo aut [de] ipſo. PR[illegible] & [illegible] genu[illegible] [illegible] Titul[illegible] d[illegible] qu[illegible] P[illegible] ſublimatus [illegible] de [illegible] p[illegible] [illegible] ta ſu[illegible] d[illegible] per[illegible] *noſtro.* [illegible] *amico* [illegible] *go hominis Clum*[illegible] B[illegible] *e*[illegible] *nium, cui*[illegible] [illegible]lunem

Prima eſt ſimplicis Scripturæ.

ſtitit

I. [illegible] *amico, credite* [illegible] *vera dicenti, qui* [illegible] *volui, ſed nō* [illegible] *& qu* [illegible] *ad* [illegible] *dolo.* [illegible] *ſicut pr*[illegible] *ntem Chartam, ita vobi*[illegible] *mentem meam mittere poſ*[illegible]*m. Le*[illegible] *uid* [illegible] *corde meo & amo*[illegible] *noſtro di*[illegible]*tus D*[illegible]*, quid me.* [illegible] *quo*[illegible] *Renaudo noſtro Ma*[illegible]*onenſi Epiſcopo nos* [illegible] *more plac*[illegible] Ideo loco [illegible] tis [illegible] partus huiuſ[illegible] appellation[illegible] A[illegible] XVI. [illegible] anno M.CLXXX. ad annum M.C XCIX. [illegible] annos no[illegible] quin [illegible] ris ant[illegible] num annum viuente adhuc Re[illegible]ld[illegible] ant[illegible] qua [illegible]

1199. ſuæ Abbat[illegible] an[illegible] num [illegible] M.C XCIX. ipſe Pontius ex C[illegible] poſtea palam [illegible] Matiſconenſi [illegible] ex [illegible] Qui[illegible]

II. M[illegible] hæc de [illegible] paucа leguntur de [illegible] conſequenter [illegible] *Pontius* [illegible] *Cartuſi*[illegible] *ionis ex nobilibus de Villars ortus, ne* [illegible] *ratione* [illegible] *itaq́. ſanc*[illegible] *e* [illegible] *Renaudo Mati*[illegible]*one ſinm Præſule con*[illegible] *tum in Epiſcopum* [illegible] *& conſecrat*[illegible] *Lu*[illegible]*duni* [illegible] *Innocentio PP. tertio circa annum M.CC. magna charit*[illegible] *qui omni*[illegible] *omnium* [illegible] *anni præ*[illegible]*

1200. *M.C*[illegible] *tur inter conſrat*[illegible] *ſuis Carthuſiæ* [illegible] *propè S. Iulianum* [illegible] *bitatores,* [illegible] *que pri*[illegible] *dus Ianuar*[illegible] *tumul*[illegible]*tur.* D[illegible] ſepulturæ loco ad numer[illegible] *eſt la Chartreuſe de Montmerle en Breſſe.*

Pontij ſepultura. pe[illegible] controuerſiam. [illegible] exemplar[illegible] pſi[illegible] unde ex priſc[illegible] membranis Carthuſi[illegible] quas [illegible] conſpiciendas MS. p[illegible] D[illegible] nus [illegible] de la Riuiere Or[illegible] , d[illegible] pariter [illegible]

III. parat [illegible] M.C [illegible] in ſua Chronologia Ca[illegible] ſuis Carthuſi[illegible] Annalibus *Pontius de Villars* [illegible] locu[illegible] *ex* [illegible] *Priore* [illegible] *Matiſc*[illegible] *bu*[illegible] *hart*[illegible] *ex*[illegible]*plis* [illegible] *tatem pe*[illegible] *qu*[illegible] *contin*[illegible] *exempl*[illegible] *ornat* [illegible]

Geſta in Epiſcopatu. *qu*[illegible] *ſuam Diœceſim ſu*[illegible] *qui populum ad veræ pietatis obſeruationem* [illegible] [illegible] pl[illegible] ſec[illegible] tr[illegible] quod ad pr[illegible] per ti[illegible] ca ſcriptura & periodus teſtatur [illegible] Pontium vna cum Raynaldo ſeu

1201. Re[illegible] pi[illegible] non [illegible] eſt concludere, R[illegible] eſſe Pontium in Cath[illegible] qu[illegible] quid obiectandum putet. Nam [illegible] de [illegible]

Eius ordo. dem m[illegible] Abbati Pontio tunc adhuc exiſtenti Ca[illegible] qui [illegible] po[illegible] ad Epiſcopatum [illegible] t[illegible] Renaudi. Antea ut [illegible] nonnunquam vi ſi ſunt [illegible] arum par tem d[illegible] de[illegible] vitum e[illegible] re[illegible] in[illegible] recluſiſſe ac [illegible] greſ[illegible] horas extremas [illegible]

Paragraphus 3.

II. generalis [illegible] SEcundum vn[illegible] Chart[illegible] genus e[illegible] membr[illegible] rum, quas pro[illegible] ſa [illegible] Eccleſiæ Matiſconenſis [illegible] ſub R[illegible] e ex eo pe[illegible] tur, quod Philippus II. Au[illegible] Rex Franciæ ad noſtrum Pontium [illegible] dilectum au- the[illegible] co[illegible] Baſilicæ Matiſc[illegible] & cun[illegible] ſucc[illegible] Epiſcopis [illegible] Princeps [illegible] in man[illegible] futuro[illegible] A[illegible] *e nu. 45. §. 3.*

Ius Regaliorum Eccleſ. Matiſcon. *pus Dei* [illegible] *Fra*[illegible] *vniuer*[illegible]*, quod nos dile*[illegible] *Epi*[illegible] *perpetuum* [illegible] *quid* [illegible] *nen*[illegible] *amus Ita quo*[illegible] *capiemus in domibus Epiſcopi* [illegible] *in Caſtell*[illegible] *aut in* [illegible] *nec* [illegible] *exercitum* [illegible] *prædic*[illegible] *Si nos* [illegible] *Marc*[illegible] *ballus* [illegible] *exercitum duc*[illegible] *in ho*[illegible] *ſtrum* [illegible] *de,* [illegible] *Re*[illegible] *ſint* [illegible]

Conceſſum à Rege pro Capitulo Matiſconenſi. *ſut* [illegible] *reſerue*[illegible] *N*[illegible] *aliquod* [illegible] *pernulum mininitet* [illegible] *nobis peterent, eligendi licentiam, volumus & concedimus,* [illegible] *, non*

T 3 ne

nobis licentia eligendi. Electus verò quando confirmatus fuerit, ad vos venire debet [illegible] *& manu noſtra Regalia recepturus, &c. Præſentibus enim* [illegible] *per alias literas prius* [illegible] *tas nullum volumus præiudicium generari. Quod vt perpetuum robur obtineat,* [illegible] *præſentem pa*[illegible]*m*
1209. *ſigilli noſtri auctoritate & regij nominis charactere inferimus. Actum Pariſius Anno ab Incarnatione Domini milleſimo ducenteſimo nono, Regni vero noſtri trigeſimo*[f]*:* [illegible] *antibus in Palatio noſtro iis quorum nomina ſuppoſita ſunt & ſigna: Dapifero, Guid. Buticul., Barto. Camerario, Conſtab.* [illegible] *te Cancellaria, &c.* Hæc eſt Regia & [illegible] erga Sedem Matiſconenſem beneuolentia. Qua Princeps à ſe remouet Regaliorum ius, etſi octennio ante idem Rex [illegible] quòd moriente Epiſcopo Matiſconenſi ab inteſtato mobilia eius bona ipſi Regi acquirentur aut parta ſunt, etiamque Regaliorum iura, adueniente [illegible] videantur, ex literis in Camera Computorum Pariſiis repertis ſub Data anni M. CC. I. R[illegible] rà antiquum id Regis & Regni ius in fructus Epiſcopales [illegible] Pontificio calculo Gregorij Papæ X. ſeptuaginta poſt annis in generali Concilio Lugdunenſi[g]. Quamuis enim ſacrorum Præſul anathemate non reſeruato feriat h cos qui Regalia [illegible] cuſtodiam vacantium Eccleſiarum vſurpare conantur, tamen ſubdit ad [illegible] quod *qui ab ipſarum Eccleſiarum cæterorúmque locorum fundatione vel ex antiqua conſuetudine iura ſibi eiuſmodi vendicant, ab illorum abuſu prudenter ſuos miniſtros in eis ſolicite faciant abſtinere, nec bona reliqua quorum ſe aſſerunt habere cuſtodiam, dilabi permittant, ſed in bono ſtatu conſeruent.* De hac autem materia ſcribunt Ruſæus in Tractatu iuris Regaliorum, itémque Nicolaus Boërius k & Ægidius Magiſtri [illegible]. Quod certè [illegible] Petrus Rebuffus [illegible] Beneficiaria m, ac Pet. Gregorius Toloſanus libro cui Titulus eſt, *Inſtitutiones rei nona beneficiariæ* n: quos omnes habeo præ manibus. Sic obiter. Ad cuius [illegible] normam [illegible] ctò abunde ſatisfacit Rex Chriſtianiſſimus, cum ſingula iſta ſua [illegible] liberè [illegible] Eccleſiæ Matiſconenſi, tum in mobilibus quæ ſunt fructus ſuperſtites annui prouentus, tum circa immobilia quæ extant ſpirituales ſeu Eccleſiaſticæ prouiſiones beneficiales ad collationem Epiſcopi aut Sedis vacantis pertinentes, [illegible] equidem deuoluræ ad Capitulum in illo caſu, donec ſuccedat paſtor receptus in Epiſcopatu. Iſta lubentius paulo [illegible] proferenda: quia præter hoc Chronicum Epiſcopale inſuper ad vniuerſalio [illegible] matis doctrinam vlterius multo ſeſe extendunt per totas Gallias & Europam. Cæterum, ipſemet Rex eodem tempore tradidit etiam [illegible] confirmauit Regalia [illegible] Lugdunenſi: nimirum annis duntaxat viginti o ante præſens Inſtrumentum pro Matiſconenſi [illegible] Eccleſia Suffraganea. Quam priorem legem in Lugdunenſi Diœceſi [illegible] roborauit annis tredecim p poſt iſtum eundem Actum Matiſconenſem. Verum aduertite [illegible] paulo eſt donatio Matiſconenſi [illegible] facta, quàm altera Lugdunenſis, [illegible] commodior. Quippe Rex non planè & abſolutè id ſuum ius Lugdunenſe exemit [illegible] potius id ſe abdicando ſolùm, tranſtulit ad remotum Eduenſem Epiſcopum, vacante Sede Lugdunenſi, & viceuerſa aut reciproco iure tranſtulit ad Lugdunenſem Archiepiſcopum Regalia Eduenſia, quoties Auguſtodunenſis Epiſcopus moritur. Matiſconi verò res & [illegible] inter propinquiores tractatur. Nam tale ius regium reducitur ad Capitulum Eccleſiæ Cathedralis, quando Antiſtes priuatur [illegible]. [illegible] horum exempla edidimus [illegible] ſacro Chronico Lugdunenſi ſub Claudio Belieuro & Simone Dionyſio vltimis Archipræſulibus.

Margin notes: Explicatio. — Amplior largitio regia Matiſc. quàm Lugduni & Eduæ in Matiſconenſib.

f Ob id perperam nonnulli hic Philippū 4. pulchrum ſtatuunt, multi enim opinantur, quiane [illegible] annos [illegible] 15 [illegible] debet, quia annos 15 tantum poſſidet thronum ſceptrum. g lib. 1. Decretal. De elect. & electi poteſt. ca. 24. Generali. h In noſtris Ca[illegible] referuntur. Part. 1. art. 17. i P. vil. 1. k Decif. 19. n. 9. l ca. 4. 1. m pa. 10. col. 1 Lugduni 1599 n ca. 18. n. 18. & c. 40. n. 1 o 1189 vide in Chronico noſtro Lugdun. 8. § 1. p 1181. loco cit. ſub Raynaldo 2. Lugd.

Paragraphus 4.

III. Dux Apoſtolicæ commiſſiones pro Eccleſia Bellijocenſi.

AVdi tertias Chartarum ſpecies eaſque ſeorſum [illegible]. Per [illegible] fere Pontij [illegible] lata ſunt duo Reſcripta in Bellijocenſi Eccleſia [illegible] ex poſthumis autographis penes nos retentis ſub[illegible] quæ merito hoc ordine [illegible] co palam facere licet. Primum [illegible] eiuſmodi. *Rainaudus Dei gratiâ prima Lugdunenſis* [illegible] *minister humilis & Aymendricus Athanatenſis Eccleſiæ Abbas ac* [illegible] *primus* [illegible] *dunenſ. Eccleſiæ Decanus omnibus in perpetuum.* [illegible] *inter Eccleſiam de* [illegible] *& Petronillam mulierem*
I. *coram nobis a* [illegible] *Apoſtolica Iudicibus* [illegible] *cauſa tractaretur propoſuit mulier matrem ſuam*
De Andiliaco villula. *Orti* [illegible] *Bernardo de Andiliaco fratri ſuo ab inteſtato ſucceſſiſſe* [illegible] *matris hæreditatem ad eam tanquam a* [illegible] *ſuam matre mortua deuolutam* [illegible] *bat res quæ fuerant Bernardi de* [illegible] *quas prædicta Eccleſia poſſidebat apud Andi*[illegible] *in aliis locis ad ſe rationabiliter pertinere.* [illegible] *ex aduerſo* [illegible] *plures exceptiones* [illegible] *ad eam penitus* [illegible] *teſtes iuratos & idoneos ad hoc probandum produxit.* [illegible] *partes in noſtra præſentia diu litigaſſent* [illegible] *per* [illegible] *de* [illegible] *aſſen-*[illegible] *partium* [illegible] *inter eos* [illegible] *Prædicta* [illegible] *Domina omnes res* [illegible] *quæ poſſidebat Bernardus de Andiliaco in villa de Andil. & in parochia dels Eſtons, & in* [illegible]

rorbe a

vochia de Marchant & quatuor cortiſia in eadem villa de Andiliaco ſ, qua memoratæ Eccleſiæ priùs prope Belliiocum.
1210. *vendiderat, et guerpiuit & conceſſit, datis eidem Dominæ X. libris fortium pro hac conceſſione & renunciatione. Præterea tam ipſa Domina quàm filius eius Bernardus hanc Compoſitionem ſe ſeruaturos tactis ſacroſanctis Euangeliis iurauerunt. Et vt hæc omnia perpetuam obtineant firmitatem, de voluntate partium præſentem Chartam ſigillis noſtris fecimus roborari. Actum anno Domini M.*
Authentica ſigilla. *CCX.* Quæ ſigilla tria oualinæ ceræ viridis pendent in rubro & candido ſerico, Præſule ſtãte cum Mitra, agôlo paſtorali & Caſula, manu altera benedictionem impertiente: & Abbate ſedente cum baculo & biretto ad caput, ſculptis nominibus in circum. Archiepiſcopum verò nominamus Raynaldum II. in ſacro noſtro Chronico Lugdunenſi, ſedentem ab anno M. CXCIII. ad annum M. CCXVI. Hodie tandem Eccleſia Bellijocenſis fruitur omnibus decimis & domo cum vineis in Andiliaco iure proprietatis, & fortè ſuperſtitibus
II. Commiſſio. ſopitæ illius litis rebus. Secundum Reſcriptum eſt Pontificis poſthac recenſiti ſupremi, idq; tale, & tempore poſterius. *Honorius ſeruus ſeruor. Dei, dilectis filiis de Bellauilla & de Iugo Dei* ₂ *Abbatibus ac Priori de Iugo D.* (vtrique ſub Diœceſi Lugdunenſi) *ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Dilectus Phil. Canonicus Eccleſiæ S. Mariæ de Belli-joco Matiſconenſis Diœceſis nobis conquerendo monſtrauit, quod Decanus & Fratres eiuſdem Eccleſiæ ſibi ſicut vni ex aliis non prouident vt tenentur. Ideóque diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus partibus conuocatis audiatis cauſam, & appellatione remota fine debito terminetis, facientes quod decretum erit per cenſuram eccleſiaſticam firmiter obſeruari. Teſtes autem qui fuerint nominati, ſi ſe gratiâ, odio vel*
De portione vnius Canonici Bellijoci. *timore ſubtraxerint, per diſtrictionem eãdem appellatione ceſſante cogatis verũ teſtimonium perhibere. Quòd ſi non omnes his exequendis poteritis intereſſe, duo veſtrûm ea nihilominus exequantur. Datum Laterani in Idibus Martij, Pontificatus noſtri anno primo.* Ex qua quidem ſolari nota, certè facilior coniectura eſt hunc Christi Vicarium extitiſſe Honorium III. & annum ſa-
1216. lutis milleſimum CC.XVI. quo tempore cœpit ille Pontifex præſidere per vndecim ſequẽtes curſus ſolares.

₂ ad Bellijocenſes. Humberc. quidem Abbas Bellæuillæ obiit V. Idus Aprilis an. incerto, erátque etiã Canonicus Bellijoci, ex li. Obituum, ſemetſi Religioſus D. Auguſtini. Itémque prid. Kal. Octob. obiit Stephanus Abb ibi & V. Idus Ian. Aymo Abbas de Iugo Dei, ac Engelbertus 4. Non. April.

Paragraphus 5.

IV. generalis hiſtoria. QVarta membranatum ſpecies ex temporum ſerie, eſt quòd ſedente eodem Pontio Matiſconenſi, præfatus Honorius III. Pont. Max. confirmauerit Priuilegium diuiſæ iuriſdictionis inter Maticenſes Epiſcopos & Capitulum Cathedrale, quale iam prima vice inſpiciendum tradidimus, a Cæleſtino Papa III. diſtributum, ac ſuperius in Raynaldo Antiſtite ꝗ conſcriptum. Qui profectò Cæleſtinus vnico tantùm Innocentio III intermedio illũ q nu. 44 § 3.
Honorium præceſſit. Tota autem res illa initium ſumit ab hoc exordio è Manuſcriptis ſcriniorum Eccleſiæ Matiſconenſis *Honorius Epiſcopus ſeruus ſeruor. Dei, dilectis filiis Matiſconenſi Capitulo ſalut. & Apoſtolicam benedictionem. Cùm à vobis petitur quod iuſtum eſt & honeſtum, tam vigor æquitatis quàm ordo exigit rationis, vt id per ſollicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Sanè fuit nobis ex parte veſtra quoddam Scriptum exhibitum, fœlicis recordationis*
Confirmatio ſeſſæ iuriſdictionis Epiſcopi & Capituli Matiſconenſis. *Cæleſtini Papæ Prædeceſſoris noſtri authoritate munitum, cuius tenorem ideo fecimus annotari. Cæleſtinus Epiſcop. ſeruus ſeruor. Dei, &c.* quemadmodum ad longum & integrum direximus apud præfatum Raynaldum de ipſo Cæleſtino. Sic enim pergit plura enarrare idem Honorius de illo textu Cæleſtiniano, eàdem prorſus viá. Quæ præſens ſcriptura Honorij eſt planè vnita Cæleſtinianæ in prototypo nobis comperto: ſcilicet Honorio referente ac denuo corroborante ipſiſſima verba anteceſſoris Pontificis, quaſi repetitore eorundem, necnon pariter Diplomatis Melchioris Legati à latere. Vnde hic Honorius ad ſeipſum decernentem redeundo tandem, ita Reſcriptum claudit vniuerſum. Poſtquàm enim all ſolet dicere Cæleſtini nomine, *Pontificatus anno ſexto*, de quo nos antea immediatè, addit hoc pacto Hono-
Eſt Papalis. rius. *Nos igitur preces fauore beneuolo proſequentes, ad inſtar eiuſdem prædeceſſoris noſtri, confirmamus prædicta, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, nec auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli ſe nouerit incurſurum. Datum Laterani Idibus Martij, Pontificatus noſtri an. ſecundo:* hoc eſt, ex præmiſſis §. 4.
1217. anno ſalutis milleſimo CC.XVII.

Paragraphus 6.

V. hiſtoria. QVinta generalis hiſtoria hîc ordine naturæ competens, eſt ini ium fundationis poſthac latius dilatandæ quatuor Concatherinorum Eccleſiæ Matiſconenſis, ex Archiuis Eccleſiæ. Ab antiquiore Actu, qui eſt Epiſcopalis, tametſi minùs præcipuo, orditur. *Pon-*
Sacellum S. Catharinæ. *tius Dei gratiâ Matiſcon. miniſter humilis, omnibus ad quos præſens ſcriptum peruenerit ſalut. in Dom. Sciant omnes tam præſen. quàm futur. quòd nos conſenſu & voluntate Capituli noſtri excommunica*

municamus omnes illos quicunque poſſeſſiones vel reditus, libros aut ornamenta conc[illegible]a vel in futurum concedenda Capellis B. Cathar[illegible]næ & B. Thomæ Mart. Cantuarienſis, conſtruc[illegible]is in porticu S. Vinc[illegible]ntij al[illegible]en[illegible]uerunt, obligauerunt, [illegible]el extra maiorem Eccleſiam extraxerint, aliosque in [illegible]ſus conuerterint, &c. Et vt hæc prohibitio aut excommunicatio rata ac firma permaneat, præſentem Chartam ſi[illegible]illo noſtro corroborauimus: Capitulum etiam hoc factum approbando, eandem Chartam ſi[illegible]lli ſui munimine roborauit. Actum anno ab Incarnat. Domin. M.CC.XII. Vbi aduerte obiter iam tunc

Epiſcopus pro ea Capella. Capitulum à ſuo Epiſcopo diſcretum fuiſſe. Ex eo autem conſequens in Data beneplacitum, eſt ſummi Pontificis, in gratiam exorantis fundatoris prædictarum Capellaniarum. *Honorius Epiſc. ſer. ſeruor. Dei, dilecto fil. M. Columbo Subdiacono noſtro ſal. & Apoſtol. benedict. Solet annuere Sedes Apoſtol. pi[illegible]s votis & honeſtis petitionum precib. Grato concurrentes aſſenſu Capellas S. Thomæ & ſanctæ Catharinæ, quas in porticu [illegible] Eccleſiæ Matiſcon. propriis conſtruxiſti ſumptibus, & dotaſti, cum omnibus quæ rationabiliter poſſident, aut in futur. iuſtis modis præſtante Dom. poterant adipiſci, ſub B. Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo hominum liceat, &c. Datum Laterani XIII. Kalend. Ianuarij, Pontificat. noſtri anno tertio:* hoc eſt, ſalutis milleſimo CC.XVIII. Tum fundator ipſe accepta ea permiſſus

Papa. — 1 ad dexterā & ſiniſtram.

1218\. Apoſtolici auctoritate, pro inſtituendo diuino tandem ſuæ fundationis ritu, poſt a[illegible]ſoluta ædificia & dotationes, ſic ediſſerit. *In nomine D. noſt. Ieſu Chriſti anno Dom. milleſimo ducenteſ. vigeſ. ſecundo* (hic ſeriem Chronographiæ obſeruamus) *Ego Columbus filius Huberti Dentu-*

Fundator. *le, Dom. Papæ Subdiaconus, & Matiſconenſ. Eccleſiæ Canonicus pro remed. animæ meæ & parentum meorum dono & concedo in perpetuum Capellis inſtruct[illegible]s in porticu S. Vincentij, & Capellanis ibidem*

4\. Sodales. *conſtitutis quatuor, ad honor. S. & indiuid. Trinitatis, & B. Mariæ ſemper Virg. & B. Thomæ Mart. Archiepiſcopi Cantuarienſ. de eis molendinum, &c.* Quorum omnium adſequitur tandem confirmatio Capitularis hac methodo. *Guilelmus Decanus Matiſcon. & eiuſd. Eccleſ. Capitulum, ad quos*

Capitulum confirmat. *præſens Inſtrumentum peruenerit, ſal. His qui ad vtilitatem eccleſiaſt. reſpiciunt, conſenſum gratuitum nos conuenit adhibere. Inde eſt quod tenore præſentium volumus innoteſcat, quod nos de communi aſſenſu approbamus diſpoſitionem, quam fecit de Capellis ſuis ſitis in porticu S. Vincentij Matiſcon. dilectus Canonicus noſter M. Columbus, ſicut in Inſtrumento ſuo exinde confecto euidenter oſtēditur. Cuius tenor talis eſt. In nomine Dom. &c.* vt ſuperiùs. Quo peracto, ita demum concludit C[illegible]pitulū. *Hanc igitur paginam diſpoſitionis prædicti M. Columbi quantum ad nos pertinet confirmamus, & ſigilli noſtri impreſſione roboramus, ſententiam excommunicationis promulgantes in omnes, qui c[illegible]ntra hanc approbationem noſtr. venire attentabunt. Actum Matiſcone anno Dom. M. CC XXII.*

Quas cenſuras profert. *menſe Septembri.* Qua in parte, Lector, contemplare hic Capitulum anathema proferre anno 1222. hoc eſt, ſedente Aymone ſucceſſore, qui tamen annus debuit iſtic ſimul nectī v[illegible] cum præ[illegible]ti[illegible] Actis pro Catherinis præbendariis, quia claudit media cum extremo ca ambiente. Etiamque Actus cenſuræ ſuprà à noſtro Pontio II. emiſſæ in violatores rerum ad eoſdem Capel[illegible]anos ſpectantium, perhibetur ab ipſo Capitulo approbatus. Et nihilominus dum Nauarrus Caſuiſta [c] narrat Capitulum poſſe excommunicare ſede vacante ex Decretali *Cùm olim. D[illegible] maioritate* [d], quam ipſe citat, videtur oppoſitum ex eo induxiſſe, nim[illegible]ru[illegible]m quod igit[illegible]r Capitulum nequit aliquos ſacro mucrone ferire, quandiu viuit & ſedet Epiſ[illegible]opus. Vnde conſeretur tunc fortè Sedem Matiſconeam vacaſſe. De qua controu[illegible]rſia & ancipiti tempore obeuntis Pontij, perindéque accedentis Aymonis, vide ſequentem Pa[illegible]r[illegible]aphum. Et de reſtrictis cē[illegible]ris eccleſiaſticis poſthac non ampliùs à Capitulo pronunciandis aut faciendis, vide multùm infra renouatas Tranſactiones cum Epiſcopis loci in e[illegible]com[illegible]m[illegible]nicando magis obſtrictis de a[illegible]tiq[illegible]o iure. Actum etiam Pontij ſic licet interpretari reſpectu Capituli, nimirum quòd Capitulantes Canonici approbarunt duntaxat ſimplicem nudamque vetationem [illegible]enandi temporales Concatherinorum res, at non pen[illegible] eccl[illegible]ſiaſtic[illegible] per cen[illegible]s alienan[illegible]us connexam à Pontio ſolu[illegible], velut ſuperſtitem, & ab vnis Epiſcopis degentibus in[illegible]gendam.

Ex Archiuis MS. Eccleſiæ de quibus Cōcatherinis cæteris inferius n. 46 § 1. & n. 47 § 1. — [c] In E[illegible] ca[illegible] [illegible] cap 14. — [d] au 1146 nu. 54. 1 nu. 72 & [illegible] 15. ac n. 75 4.

Paragraphus 7.

VI. Hiſtoria. SExtus tandem [illegible]que poſtremus dicendorum ſurculus ad aliam viciniam Eccleſiam materiamq; breui[illegible] rem dirigitur pro Matiſconenſi Eccleſia ſecolari ol[illegible] Cænobitica D. P[illegible], ex p[illegible]rte ſ[illegible]mmi Pontifi[illegible] [illegible]n bis commemorati. *Honorius PP. tertius per ſu[illegible] literas Apoſtol. confirmauit omnia priuilegia, Indulta, libertates, exemptiones, e[illegible]ommunicationes, ma[illegible]n[illegible], immun[illegible]tes, & donationes per ſuos prædece[illegible]ſſor. præfato Monaſterio conc[illegible]ſas.* Hoc autem Bullæ [illegible]ag[illegible]entum eſt ſextum vndeuarij ip[illegible] ex[illegible] veteri Tabe[illegible]la aſſeruari [illegible],

Templum S. Petri. qu[illegible]o à nobis erecto ſub Stephano Epiſcopo At illic extra chrono[illegible] ſer[illegible] poſt Innocent[illegible]um Papam IV. infra cum Seguin[illegible] Ep[illegible] o r. C[illegible] præcedat. Nam Innocentius annis XI. ſedit à milleſimo duntaxat ducente[illegible] XLIIII [illegible] vero t[illegible]dem a[illegible]s a M.CC. decimoſexto. — x nu. 43. extremo. y 4[illegible]

Para-

Paragraphus 8.

Pontij moriendi tempus quinque modis notũ. INcidunt iam tempora deceſſus Pontij II.ſimúlque loci ſactæ ſepulturæ ipsius. Quo-
rum exactior percontatio difficilis eſt & ambigua, tum in anno, tum in die ſerutando,
tum etiam in loco conditi corporis deſignando. Nos materiam vndequaque venando, de-
prehendimus bifidam eſſe conſtituendam multorum ſententiam aut ſcripturam, ſingulis
inſciis ab inuicem, circa illa tria inquirendi obiecta. Quintuplex eſt varia tot Authorum in-
dicatio. Prima fronte Bugnonius ſic loquitur[a]. *Renaudo Epiſcopo Maticenſi ſucceſſit Pontius,* a pa 71.
1. opinio. *qui in ſede permanſit annis XX. & abiit è vita die XVI. Octobris.* Iuxta quod ſupputationis genus,
Vnus annus & dies. quia perſpectum eſt[b] Pontium II. Cathedram inchoaſſe an. M.CC. ſanè concluditur, cum b §. 2 hîc.
ergo animam effudiſſe anno extremo M. CC. XX qui fuit annus quadrageſimus Regni
2. opinio. Philippi Auguſti, patris Ludouici VIII. poſtea Regis[c]. Secunda indicatio eſt San-Iuliani, his c hoc additamentum ob ſequentia.
lineamentis[d]. *Pontius II. poſſedit Epiſcopatum in bona pace ſpatio viginti duorum annorum: deinde*
moritur valde ſenex die XVII. Octobr. ſancto Ludouico Francorum Rege. At noſtra ſententia pau- d pa. 188.
lò diſcrepans pendet ex legitimo tutioréque libro Manuſcripto priſcorum Obituum Ec-
cleſiæ Bellijocenſis hac nota. *XV. Kalend. Nouembris obiit Pontius Matiſcenſis Epiſcopus:* nimi-
rum die 18. menſis præfati Octobris. En diaria reuolutio ſaltem multò certior anno præ-
Alius annus & dies. termiſſo, videlicet tertio pòſt die à præmiſſo duplici calculo, quod faremur leuem ſatis in-
ducere diſcrepantiam. Eóque faciliùs nos paruipendimus diſcrimen vnius diei à ſententia
Bugnonij: & miſſum facimus quòd neuter ambõrum de loco ſepulturæ verba faciat.
Verùm, miramur quomodo San-Iulianus putet Pontium expiraſſe ſub D. Ludouico huius
nominis nono, filio Ludouici VIII. Nam ſanctus ille Rex ſceptrum arripuit anno ſolùm
milleſimo CC.XXVII. Quo tempore Aymo ſequax iam ſedebat Matiſconi, vel etiam ab
anteriore quinquennio vt minimum, veluti docet Numerus XLVI. Neque etiam tandiu
ætatem vix perduxit ille Pontius. Niſi fortaſſis per ſeptennium ſuperuixerat in ſua Carthu-
ſia, poſtquàm reuectâ eò regreſſus eſt, abdicato tandem Præſulatu, & eo teudat San-Iulianus.
3. opin. De quo ſuo receſſu conſtat quidem, at non de temporanea duratione, qua ibi recluſus ad-
uixerit. Tertia manifeſtatio depromitur ex libro Manuſcripto Obituum Eccleſiæ Mati-
ſconenſis, his verbis in genere de Pontio, non de quoto, vna cum ædificiis à ſe confectis.
II. Kalend. Maij obiit Dom. Pontius Epiſcopus, qui regalitatem à Rege acquiſiuit, & volſuram[e] *Ec-* e vulgò voute de pierres en grand arc.
Dies alius. *cleſiæ iuxta domum ſuam*[f] *fieri fecit, & Cameram ſuam*[g] *inter pinnaculum* (Eccleſiæ) *& Tur-* f in traſuerſo ſiniſtro ad modum crucis, & ad latus oauis baſilicæ longioris.
rem (Epiſcopalem) *atque aliam Cameram ſitam iuxta Eccleſiam, domúmque lapideam*[h] *apud Ve-*
riſetum. Ibi verò circumſtantiæ Regaliorum ſupra in iſto Pontio II. allatorum digito mon-
ſtrant Volumen loqui intendiſſe de vnico altero Pontio. Et quantum ſpectat ad Maium
menſem eiúſque diſcrepantiam ab Octobri ſuperius a cæteris duobus Scribis commemora-
to, vbique ſine annua nota, audi quartum depoſitum anni additicium, præter repetitum
4. opinio ac ſententia. Maium. Adeſt igitur quarta opinio, ſanè noſtro recèns ſtudio emendicata ab Abbate Con- g quam ego Author incolui
uentus Firmitatis Ciſtercij verſus Cabillonum. Quando Abbas Ordinis reſponſorias ſuas
literas exarauit ac miſit[i], monuit ipſe quòd intra presbyterium Eccleſiæ Cœnobij ad læ- h De qua nu. 44. §. 4. fin.
Alius item annus & de loco. uam & ſuper quadrum lapideum ſculpuntur in circum hæc verba. *Annus ab Incarnatione* i §. 3. hic.
Domini M.CC.XXI. erat II. Kal. May, quando obiit Dominus Pontius Matiſconenſis Epiſcopus, cu- k 27. Aprilis 1617.
ius anima requieſcat in pace, Godefridus fecit hanc Tumbam. Iſta tria offeruntur digna obſerua-
tu aut commentariolo. Primùm, dies cohæret quidem cum præfato libro Obituum. Secun-
Triplex expoſitio. dò, annus mox appoſitus arguit veriùs Pontium II. At tertiò, non proinde inferendum eſt
eundem Pontium primariò ſepultum fuiſſe in ea Abbatia Firmitatis: quin potiùs humatum
in ſua Carthuſia Vallis S. Stephani, ad quam Matiſcone recurrit tandem ipſe Pontius, ibíque
poſt aliquod tempus animam exhalauit anno M.CC.XX. pridie Idus Ianuarij. Atque hoc
5. opinio. eſto quinta vltimáque propoſitorum indagatio: veluti iam conſtitit ex §. 2. & quatenus de-
nuo comprobatum imus multò latius ex Chronologia Carthuſianopolitica[l], nobis ante l Dom Polycarpe de la Riuiere
editionem in MS. conſpicua. *Anno M.CC.XX. decedit ex hac vita momentanea verè ſanctiſſimus*
1220. *Antiſtes Matiſconenſis Pontius II. de Villariis* (inſit locus) *olim Sellionenſis Carthuſiæ Archiman-*
drita perfectiſſimus, conditus in Eccleſia nouæ Sellæ Carthuſienſis, quæ Montiſmerulæ nomen habet
(idem locus, qui ſupra * Vallis S. Stephani in Breſſia) *vbi inter fratres orationibus cæteriſque piæ* * §. 2.
Alius curſum annus, dies, ac locus ſepulturæ. *conuerſationis ſtudiis intentus menſes aliquot ſanctiſſimè poſuerat, tantò profundiùs contemplatio-*
ni & quieti mentis dando operam, quantò ab omni cura & tumultu peculiarium occupationum ſe
ſentiebat remotum. Super illius verò tumulum nocturnis horis lumina emiſſa, vt multi teſtabantur,
viſa ſunt, & ſigna diuinitus oſtenſa. Ecce locus poſtremus ac tempus cum mirificis portentis.
Hinc autem omnibus ritè perpenſis, demum trahendæ veniunt concluſiunculæ totius quæ-
Trina concluſio. ſtionis, ſi quas tutò inducere queamus. Tres dandæ ſunt. Primò certè opinamur ſyncerio-
1. rem adeſſe calculum, quo dicitur Pontij corpus iacere in Carthuſia à menſe Ianuario anni

II. M.CCXX. quàm non credatur locatum in Abbatia Firmitatis. Ratio eſt, quia magis intima agnoſcitur latior deſcriptio hiſtorica Carthuſiana. Deinde cenſemus obitum Pontij Maio menſi attributum concipi oportere de Pontio I. Abbatiæ Firmitatis probabiliùs reſtituto: non quidem anno M.CC.XXI. vt habet lapis vnicus Abbatialis; quia hic annus propiùs accedit ad mortem Pontij II. ſed veriùs anno M.CLXVI. ſicuti in extremo Numero Pontij I. à nobis relatum eſt. Non enim ſatis firma fides emergit ex inſolitis formulis ſcripturæ Abbatialis. Quippe ipſa neque ſtylum retinet, neque ſtatim à viri morte confecta apparet; ſed aliquot poſtea annis à quodam Godefrido inſcio exacti temporis, iam pridem (reor) elapſi. Vnde faber ille annum Pontij II. facilè vſurpauit & perperam applicuit primo, diu poſt rem vtriuſque Pontificis geſtam, & è lapidarij memoria illabentem. Tertiò, quod ad menſem Octobris attinet à recentioribus duntaxat impreſſum, eum arbitramur fallacem & ſolitarium, cùm nec dicti teſtes aut obſides efferat: niſi certè aliò circa Octobrem facta fuerit corporis tranſlatio, hactenus tamen ignota. Pro calce verò narrationum, recordamur iſtius obiter additamenti in præfata Carthuſianopolitica exiſtentis, & occurrentis, voluendo Bibliothecam Cluniacenſem *: nimirum quòd *tempore Domini Pontij Matiſconenſis Epiſcopi & Domni Geroldi tunc Abbatis Cluniacenſis facta fuit forma compoſitionis inter Eccleſiam Matiſconenſem & Cluniacenſem.* De cuius rei exitu & ampliore tractatione Compoſitionis, nos reliqua in ſpecies deducemus ſub Aymone Epiſcopo; vbi ſcilicet res finita eſt & abſoluta, poſtquam ſub iſto Pontificio cœpit haberi, paulò antequam ipſe moreretur, vel in priſtinum Eremum recluderetur. Cui etiam negotio ſeu vltimo eius Actui Epiſcopali ritè ponitur comes ſtipulatio atque præſentia Geroldi XIX. Abbatis. Nam reuerà idem Geroldus quinquennium m ſuæ præfecturæ compleuit anno frequenter citato milleſ. duccenteſ. vigeſimo, qui opportunè fuit poſtremus Pontij II. annus ex prælibatis.

Vera tempora & loca humati vtriuſque Pontij.

§. concl.

Compoſitio Pontij cum Abbate Cluniacenſi.

* col. 1501.

m ab an. iij.

XLVI. *Paragraphus* 1.

Aymonis ordinatio.

AYmo, ſeu aliis *Haymo*, alterius Pontij ſucceſſor ex Bugnonio a & San-Iuliano b, non ampliùs præfulget in fuſis Titulorum diſcurſibus, ſed duntaxat vltimus in breuiſſimo angulari Epiſcoporum catalogo ibidem c. Per hunc etiam ſolo nomine finem antepenultimum imponit Demochares ſuis Tabellis: quem ipſe cum cæteris pictoribus efficit trigeſimum octauum Antiſtitem duntaxat; nos verò quadrageſimum ſextum, cùm hactenus octo Epiſcopis numerus authorum delineantium antea valde mutilus ex Chriſti gratia noſtriſque vigiliis incrementum amplum ſuſcipiat: atque propterea nos eius vitam hiſtoriamque ex amplioribus aliis MS. quàm ex ſtrictiorib. typis præfati duplicis authoris mox venari enitimur, ſicut & adſequentium omnium. Pro quo fine aſſequendo decem rerum capita ordine chronologico diſtinctè proferimus. Primum protogramma Cluniaci repertum, eſt eiuſmodi, confeſtim à viri ingreſſu ad Magiſtratum. *Ego Aymo diuina miſeratione Matiſco-*

I. *nēſis Epiſcopus, & eiuſd. Eccl. Capitulum, omnib. notum facimus præſentes literas inſpecturis, quòd nos recepimus à Dom. Rolando venerabili Abbate & Conuentu Cluniacenſi centum Marchas argenti, quas nob. debebant ad emendos reditus ſecundū formam compoſitionis factæ inter Eccleſ. noſtram & Cluniacenſem tempore Dom. Pontij bonæ memoriæ Matiſc. Epiſcopi, & Dom. Giroldi tūc Abbatis Cluniac. ſuper procurationib.* Decanatuum eiuſdem monaſtici Ordinis per Diœceſim Matiſconēſem exiſtentium, &c. *Actum anno gratiæ M. CC.XXI.* ad menſem Ianuarium d. Iſta ſummæ pecuniarū ſolutio atq; præſtatio eſt exitus & realis exhibitio Operis ſeu Conuentionum anno præterito initarum à Giroldo Abbate cum viuente Pontio, anteceſſore præſentis Aymonis. De quib. pactis & Concordatis, nos antea in illo Pontio extremo: vt mox ſupereſſet tātùm ſtare promiſſis cū Aymone. Ex quib. circunſtātiis & earum vi ac beneficio, accreſcit aut confirmatur exactior probatio tēporis amborū Antiſtitū. Scilicet, eò quòd actus ipſe termi-

1221. natur anno M.CC.XXI. ſequitur illū ſolarem curſum eſſe primum ſedentis Aymonis annū, quia diximus ſuprà vltimū præcedentis Pontij extitiſſe milleſimū CCXX. Adeoque calculus vtriuque quadrat opportunè, & exeuntis & ingredientis. Etenim nota inſuper textus *bonæ memoriæ* ab Aymone prolata præſagit virū iam caſſum lumine, potiſſimum ſucceſſore ſic loquente. Talis itērū computus demōſtratur ex Diario Rolandi poſt Giroldum Abbatis XX. ac primi huiuſce nominis; quandoquidē cœpit præeſſe Cluniaci anno item extremo M.CC. XX. quia præcedēs Giroldus obierat Patriarcha Hieroſolymitanus VII. Idus Septemb. Perindéque primus ſequacis Rolandi annus perfectus referatur oportet ad centeſimum vigeſimum primum ſupra milleſimum. Hanc autem Chartam vidimus etiam poſtmodum adhærentem Bibliothecæ Cluniacenſi ſub anno præfato 1221. col. 1502.

a pa. 71.
b pa. 182.
c fol. 14.

Sub ipſo decem Acta hiſtorica

Eius pacta cum Cluniacenſibus.

d in bibliotheca Cluniacen col. 1501. & in Annalib. Ordinis, col. an.

Abbates Cluniacen.

Paragraphus 2.

II. Actio hiſtorica.

SEcundum thema ordine Chronologico in gratiam Capellanorum ſanctæ Catharinæ Cathedralis Baſilicæ, eſt eiuſmodi ex Archiuis. *Haymo miſeratione diuina Matiſconen. Eccleſiæ Miniſter humilis vniuerſis, ad quos præſens inſtrumẽtum peruenerit, ſal. & ſynceram in Domino charitatem. Honeſtis petentiũ deſideriis duximus æquum eſſe fauorem beneuolum impartiri. Inde eſt quòd vniuerſitati noſtræ tenore præſentium notificare curamus, quòd nos diſpoſitionem, quam fecit de Capellis ſuis ſitis in porticu ſancti Vincentij Matiſconen. chariſſimus noſter M. Columbus, Domini PP. Subdiaconus, & Matiſconenſ. Eccleſiæ Canonicus, ſicut vidimus & occulta fide cognouimus per Inſtrumentum eiuſdem M. approbamus, excommunicationis ſententiæ ſubiicientes omnes illos quicunque attentauerint contra ordinationem ipſius venire, ſicut in tenore ſubſequentium annexorum continetur. Tenor autem diſpoſitionis ſuæ talis eſt. In nomine Domini, &c.* veluti ſuprà dicere perreximus de ipſomet Columbo loquente ſub Pontio II [a]. Deinde ſic decretum ſuum finit Antiſtes. *Hanc igitur paginam diſpoſitionis M. Columbi auctoritate noſtra confirmamus, & ad perpetuam memoriam ſigilli noſtri impreſſione duximus roborandum. Actum Matiſconi anno Domini milleſimo ducenteſimo vigeſimo ſecundo.* En Epiſcopalis confirmatio & atteſtatio fundationis præfati Sacelli ſupra eam initiatam, quam loco citato eduximus. Vnde eam triennio pòſt renouauit Honorius PP. III. *Datum Romæ VII. Idus Iulij.*

Confirmatio fundationis Capellæ S. Catharinæ.

1222.

a nu. 45. §. 6.

Paragraphus 3.

III. Actio hiſtorica.

TErtia rerum maceria init ſtrictos carceres, quos bis exantlatis multis laboribus patientiſſimè tulit & indebitè perpeſſus eſt iſte Antiſtes ab iniuſtis hoſtibus ſecretò manus violentas conicientibus ſuper vnctum Domini. De hac materia ita fatur verus Kalendarium Eccleſiæ Matiſconenſis [e]. *Venerabilis Aymo Epiſcopus Caſtrum Rupis* Solutrei [f] *quod tenebat nobilis miles Pontius de Monte ſancti Ioannis, qui illud* cautè *per auxilium* decepti [g] *venerabilis* Epiſcopi *Pontij prædeceſſoris ipſius Aymonis cepit, & recuperauit à nobili viro Girardo filio Vuilelmi Comitis, qui eandem Rupem Canonicis ibidem morantibus abſtulerat, & baſtierat [h], emit & redemit trecentis Marchis argenti & vno equo de XXV. libris à præfato Pontio* milite *tunc Caſtellano Regis, à quo Rege ſuper hoc habuit mandatum dictus Pontius propter expenſas ibidem baſtiendo & tenendo Caſtrum factas à ſua familia, vt dicebat. Dictus vero Aymo viriliter tuens iura Eccleſiæ pro defenſione ipſius Eccleſiæ* (en futiles cauſæ primi carceris) *à nobili viro Ioanne tunc Comite Matiſconenſi* (ægrè ferenti quòd Caſtrum in poteſtatem matricis

Aymo bis iniuſtè carceribus laicis detentus.

I. Eccleſiæ rediret [i]) *ceptus fuit & per longum temporis ſpatium detentus: ac in eadem captione multa pericula tormentáque ſuſtinuit. Dum verò detineretur, Caſtrum Matiſconenſe quod nobilis vir Vuilelmus Comes Matiſcon. tribus ligneis propugnaculis & aggeribus circunquaque vallauerat [k], annihilatum fuit penitus & deſtructum,* diuino certè iudicio [l]. *Turris verò Caſtri priùs fuit omnino ope eius & conſilio abolita. Muri clauſtri temporibus eius facti fuère: & infra villam Matiſconenſem ac ſupra pontem villæ fecit fieri portas [m]. Deinde verò, propter Rupem* arcem fortiſſimam, *quam pro tuenda libertate Eccleſia tenebat* (en rediuiuæ eædem penè cauſæ ſecundi carceris

Caſtrum Rupis Solutræi Epiſcopale.

II. erga inuidos) *à viro illuſtri Guilelmo Comite Viennenſi, tunc Decano*(qui hìc ſunt vnus) *Biſuntinenſi* (San-Iulianus perperam ex Decano & Comite Viennenſ. duos efficit homines [n]) *fuit iterum captus & longo tempore detentus Epiſcopus, multáque in ea captione damna intolerabilia perpeſſus eſt. Caſtrum autem Rupis magnis ac terribilibus muris clauſit ac firmauit, & ibidem quandam domum lapideam fecit. Et multa alia bona præſtitit *. Siquidem pleraque Epiſcopalis domui Caſamenta militum & feoda acquiſiuit. Apud Vrizetum domum lapideam fecit optimam. & Capellam turrémque & ſtagnum. Apud Priſſiacum aliam domum lapideam ædificauit, quam circunquaque aquis & magnis aggeribus præmuniuit. De captione vero ipſius quam fecit dictus Guilelmus Comes Viennæ, habent in emendam Epiſcopi XL. marc. & Capitulum alias XL. libras ſuper pedagium Matiſconis in partem ipſius perpetuam, &c.* reliquis ad calcem in Epiſcopi obitu collocatis. Sed vt paulò manifeſtius aliquot texturæ partes cum San-Iuliano interpretemur: Decanus & Capitulum Veſuntianum illo tempore aliqua parte vectigalis in telonio ſeu ponte Matiſconenſi fruebantur ſine vllis quæ ſoluant apud locum ipſum permanſuris oneribus, in quo talia annuatim colliguntur [a]. Quamobrem indignatus Decanus, capturam Antiſtitis per Comitem Viennenſem enixus eſt fieri, & in eos carceres detrudi, quos ſuprà audiuiſtis, non verentes Biſuntini & complices cenſuras eccleſiaſticas ipſo facto illabentes incurrere. Propter quod perpetratum crimen, hi flagitioſi homines pœnam ex eo temporalem ſunt paſſi, nimirum quòd quiſque amborum quadraginta libras annui reditus meruerint ſuper illo pedagio amittere [o], quæ pecuniæ ſurgunt in ſummam per annum octoginta librarum perpetuò tunc acquiſitarum Aymoni ſuiſque ſucceſſoribus Epiſcopis

Incarceratorum pœnæ.

Pedagium.

Liberatus Aymo profuit in hoſtium diſpendium.

e in 14 Kal. Nouemb.
f Addit San-Iulianus.
g adiicit idé.
h rebaſtir.
i San-Iulianus pa. 189.
k priùs antequàm Ioannes in Comitatu ſucceſſiſſet
l addit ipſe San-Iulianus pa. 188. & infrà § 7.
m ex pecuniis prætenſi pedagij Decani Biſuntin ſuper Arari, quas idem Aymo ſortiebatur. San-Iul.
n verùm aliũ de diſcimus Guilelmũ Comitem Decanatũ Biſuntinen. tũc poſſediſſe, ſine tãtũm ſub tõſura aut alio titulo ex vſu illius ſeculi, § 5. Actu 6.
* Grangias Eccleſiæ acquiſiuit, & ſuũ Anniuerſarium fecit ampliſſimũ.
a de eã 12 §. 5.
o De cuius noxæ tempore infrà §. 5 Actu 6.

Matiſconenſibus. Atque hæc iura hodie fœlici ſucceſſu perſoluuntur Epiſcopis, inque pot
tionem Epiſcoporum veniunt cum addita maiore ſumma de reſiquo eiuſmodi vecti_gali
annuatim recipiendo. Cæterùm ideo hæc iurgia in iſtum ordinem tertium repoſuimus, quia
Ordo tractādi. horum initia neceſſariò comparuiſſe oportuit ab anno M.CC.XXII. & XXIII. ac deinceps,
ſeu à ſecundo tertiove ſuæ Cathedræ anno. Ratio eſt, quòd adſunt varij ſequaces rerum
euentus alij, proximis ſuccedentibus annis atque Paragraphis emiſſi per ordinem, qui par-
tim mutant eaſdem materias p, iuxta Chronologiarum ſeriem quam ſequimur, partimque p § 4. & 5.
redeunt poſtmodum ſimiles querimoniæ ex præfatis quaſi renaſcentes q, dum infra recor- q § 6. & 7.
dentur r hoſtilium aduerſus ipſum Antiſtitem inſidiarum velut præteritarum, atque effe- r § cit.
ctuum inde pendentium, quibus certè præmiſſa querela ſeorſum anteire debuit.

Paragraphus 4.

IV Actio. QVarta ergo ſubiiciendæ diuerſæ materiæ propago ex ratione temporum, eſt incremē-
tum primum trium ſcilicet Sacerdotum in Choro & magno Altari Cathedrali anne-
xorum: vt deinceps ſolis Canonicis ibidem ab antiquo inſeruientibus auxilio eſſent atque
præſidio ad Canoniales potiſſimùm Miſſas ſuo viciſſim turno decantandas & celebrādas:
Octo Decretula Archiepiſcopi Lugdunenſis. idque mox tradendum vnà cum alijs rerum eccleſiaſticarum conditionibus per eundem
Actum conſtitutis, quatenus ex veteri in illa Baſilica more iam antea vſu tereren-
tur. Adeſt Charta authentica poſthac clariùs in octo parteis diſtribuenda & expla-
nanda. *Renaudus Dei grat. primæ Lugdunenſ. Eccleſ. miniſter humilis, &c. Ad notitiam volumus
peruenire, quòd cùm Eccl. B. Vinc. Matiſc. tam in ſpiritualib. quàm tempor. minus ſufficienter ordinata
eſſet, de ſpeciali mandato D. C.*[ſ] *Portuenſis & S. Ruffinæ*[t] *Epiſcopi, Apoſtolicæ Sedis Legati, & de* ſ Conradi.
poteſtate noſtra ordinar. ac volūtate totius Capituli Matiſconen. ad dic. Eccleſiā perſonaliter acceſſimus, t Al. ſancti Ruffini.
Tres Sacerdotes Additi Choro Matiſconenſi. *& de conſilio venerab. fratrum noſtror. Matiſc. & Cabilonen. Epiſcoporum, ac pluriū aliorū aſſenſu etiā* u mandatum cēſetur veniſſe Viennā menſe Decēbri 1222. vbi erat Legatus.
*Capituli, defectum circa perſonas & res debitæ reformationi reſtituere curauimus, &c. In primis ſta-
tuimus, quòd tres Sacerdotes eligi debent à communi Capitulo, qui Miſſas celebrent in maiori Altari
cum alijs Sacerdot. Canonicis.* En primus Articulus. Adeſt ſecundus. *Quilibet trium de communi-*
Horum ſtipendia. *tate Capituli percipere debet ſexaginta ſolidos Matiſc. annuatim, & quotidianam portionem* (panū
& vini) *in procurationibus Refectorij ſicut Confratres:* hoc eſt, in communibus refundendis ſum-
ptibus, vel vt alij cenſent, in ſolennibus feſtiuis Inuitationibus x hodie exerceri ſolitis & ſu- x vulgò, ſemonces de table chez
perſtitibus, dum ampliùs non perſeuerat commune Refectorium. Tertius. *Iſti tamē tres Ca-*
nonici non erunt, nec habebunt vocem in Capitulo, nec ſtallū y *in Choro, &c.* Quarta pars, circa ali- aucuns Chanoines & Feſtes principales [illegible]
Inueſtiuntur ab Epiſcopo. quem ex trib. morientem aut reſignantem, ſic. *Cùm electi fuerint* (in Capitulo) *præſententur
Epiſcopo, & librum de manu eius pro inueſtitura recipiant, &c.* Quinta. *Si quis Canonic. d. Eccleſiæ
habuerit reditus quindecim librarum Matiſconenſium ab Eccleſ. Matiſc. per quotidianas procura-* y a ſtao
tionum portiones, infra annum continuam procurationem faciet in hoſpitio ſuo z. Alioqui *in proxi-* Ab [illegible]
ma terrarum diuiſione nihil percipiet, &c. Sexta. *Reſidentiam ſex menſium ab antiquo ſtatutam ap-* ſtallum a [illegible] la qua [illegible] tenetur ſuprà aſcend[illegible]
Canonici veteres, qui debent hoſpitium. *probamus. Sed pro reſident. habeatur, qui cauſa ſtudiorum abfuerit, vel Crucis ſignaculo Sepulchrum
Domini viſitauerit, vel pro negotiis Eccleſ. aut Epiſc. equitauerit, vel ex cauſa propria Sedem Apoſtol.
adierit, &c. Canonici ſtudiorum causâ abſentes percipiant quotidianas portiones tanquam reſidentes,* z En les maiſons Canonicales, vt nunc obſeruatur ex dictis
& ſeptimanam ſuam facere teneantur, &c. Septimus Articulus. *Si contigerit, quòd fructus alicuius
Obedientiæ* a *conſumpti vel diminuti fuerint propter guerras, tempeſtates vel alia iuſta de cauſa & ca-
ſu fortuito, ita quod Obedientiarius non poſſit inde ſoluere Eccleſ. procurationes debitas, dum propria* a vulgò Terrerie, Obeance.
eius culpa non euenerit, non tenebitur illo anno ad ſoluend. procurationes b, *&c.* Octauus. *Si cōtigerit* b Refuſ[illegible] Eccleſiæ vel Conc[illegible] corum.
Reſidentia qualis. *aliquem eligi in Canonicum, nihil percipiat in diuiſione terrarum, niſi priùs iurauerit ſe facturū reſi-
dentiā in Eccl. Matiſc. ſecundū formā annotatā.* Tum ſic finis habetur. *Præſentem Chartā ſigilli no-
ſtri impreſſione fecimus roborari: contradictores & rebelles huius noſtræ ordinationis tam authorita-
te Dom. Legati ſuprà nominati quàm noſtrâ, excommunicationis ſentētia innodantes, &c. Ad maio
rē autē firmitatem huiuſmodi totalis ordinationis tam venerabilis frater noſter Epiſcopus quàm Capi-
tulum Matiſconen. ſigilla ſua præſenti Chartæ imprimi præceperunt. Actum Matiſconi. Menſe Iu-
lij in quindena B. Ioannis Baptiſtæ, Anno Domini M.CC. XX. tertio.* Autographus autem mem-
1223. branæ habet pendentis in ſerico rubro tria ſigilla plombea: primum quorum hac tempe-
ſtate ſuperſtes ex latere vno ſculptum retinet hoc inſigne, *Raynaldus Lugdunenſ. Archiepiſ.*
Et in altero erigitur effigies Prælulis ipſius cum Miſſæ caſula qua induitur, tenentis ad læ-
Sigilla. uam baculum paſtoralem, non crucem (tanquam Archiepiſcopi) & dexterâ benedictio-
nem impertientis. Ecce digna notatu inſtitutio. De quo triplici adminiculo poſtea in plures
presbyteros locupletato vide ſub Ioanne III.[c] & Philippo[d] Epiſcopis. c n. 5. § 1. d n. 5. § 2. & 3.

Para

Paragraphus 5.

V. Actio hiſtorica.

QVinta in compromiſſis hiſtoria hos habet tractatus in primario fonte perlectos. *Ioannes Comes Matiſconenſis & Alix vxor mea Comitiſſa notum facimus vniuerſis, quòd nos dilecto fideli noſtro Guidoni Caprario militi & hæredibus ſuis dedimus in feudum & homagium ligium quicquid habebamus in vineis inter Matiſconem & ſanctum Clementem. Datum anno milleſimo ducenteſimo XXVI. menſe Iulij.* Pro medullis cuius textus ſugendis, & cauſis harum
1226. ſimul donationum excitandis, aduerte, Lector, quaternarium animaduerſionum. I. Ioannem Comitem illum eſſe virum aliunde potentiſſimũ, cui cognomen fuit *de Brenna*, & pro quo alia inferiùs; quem ſanè arbitramur Comitatui Matiſconenſi ſucceſſiſſe ex parte vxoris præfatæ, hæredis ſeu filiæ Vuilelmi dicti ſuprà d Comitis, vt pote orbati filio Girardo, velut patri præmoriente. II. Guidonem idcirco illis donatum muneribus, quæ leguntur in autographo, quia is Caſtrum Solutræum pro Ioanne Comite armatus fideli obſequio per aliquod tempus cuſtodierat. III. Quòd ille Guido primus ſit, ſcriptis ſaltem clarus, ex nobilium Caprariorum familia hodie per ramos præclarè ſuperſtites ac nobis in authenticis varijs MS. oſtenſis tradita, pérque agrum Matiſconenſem & alibi Galliarum reſperſa e. De qua ſobole ita frequenter in poſterum occurret ſermo inſtituendus cum mixta ipſis Epiſcoporum Maticenſium hiſtoria, vt tandem poſthac integra Patrum nomenclatura proferetur in lucem, & ad noſtros vſque dies deprehendetur vndecim patres ab iſto Guidone primæuo & ſuis natu maioribus ritè hactenus per quaſque genealogias edocti. IV. Scito ad imum præmiſſi originalis inſtrumenti pendere duplex ſigillum in cera rubra oualina: vnum Ioannis Comitis equitantis, alterum vxoris accipitrem pugno aſſidentem tenentis. Quæ repetita ſigillorum forma prodiit quoque in hoc qui ſequitur breuiori vtriuſque donario velut appendice ſuperioris. *Ioannes Matiſconenſis Com. & Alix vxor noſtra Matiſc. Comitiſſa, Notum facimus, quòd dedimus Ioanni panetario noſtro & hæredibus ſuis* [illegible] *ineam, & etiam duas partes denarij Matiſconenſis, quas habebamus in riua* [illegible] *io noſtro de Matiſcone. Actum apud Parcum iuxta Matiſconem, anno* MCCXXXI. *menſe Auguſti.* Quod quidem ius riuagij ſeu *parui pedagij* in Arati & portu Matiſconenſi conſtituto, iunctum maiori pedagio Epiſcopali in eodem amne & portu, pertinet hoc æuo ad Laurentium Caprarij nobis peramicum, directum vndecimum præfati Guidonis prognatum hæredem, Dominum Caſtrorum ſancti Mauritij, du Til, & Salagniaci in Baliuia Matiſconenſi, Gallis *de Cheuriers*. Eius quippe maiores tale ius, quo potiuntur, olim ab illo Panetario coëmerunt. Ad cuius tamen gentilitia non ſpectat Reuerendus Ioannes de Cheuriers quondam Gracianopolitanæ ſummæ Delphinatium Curiæ Præſes, poſteàque factus Ciuitatis Epiſcopus, & eius deinde filius ſucceſſor Antiſtes. Nam iſtis Delphinatibus cognomen natalitiorum erat aut eſt *de Cruce*, nuper autem ad ſuum beneplacitum duntaxat mutatum in cognomen de Cheuriers, voce ex Caſtello ſui reſtituti patrimonij aut conquiſiti mutuata. De quo diſtincto ſurculo & erudito viro nos obiter alio fine in ſacro Chronico Lugdunenſi f.

Nobilis familia Caprariorum inſtituta.

Brenna Comes.

Appendix.

[illegible]us Caprarius non cõſanguineus.

d §. 3. init. In hoc mag[illegible] diligendæ ea, quæ obiter narrat de his vxoratis tractes Aduocati Pariſ. Scæuola & Ludou. à S. Martha, p. 1227. in genealogicis 1619.

e vulgò de Cheuriers.

f n. 22. §. 3. fi.

Paragraphus 6.

VI. Actio hiſtorica.

SExtum prolixius inſtrumentum ordine temporis propiùs accedit ad optatos duorum anteriorum nexus ſeu mixtiones cum Aymonis Epiſcopi geſtis, hac pagella. *Haymo Dei gratiâ Matiſcon. Eccl ſiæ miniſter humilis, Seguinus Decanus, totúmque Capitulum, vniuerſis præſentibus pariter & fut. qui hac audiuerint, ſalut. in Dom. Ad notitiam veſtr. volumus peruenire, quod nos Guidonem Chauror q, Arembergam r vxorem eius & omnes liberos eorundem abſoluimus, & abſolui præcipimus, ac etiam abſolutos nuntiari mandauimus in omnibus locis vbicunque ipſos denunciari excommunicatos fecimus. Idcirco ſciendum quòd eoſdem abſoluimus & abſolui volumus, quantum in nobis eſt, ab omni excommunicationis ſententia, qua à nobis & pro nobis hominibúſque noſtris aſtricti fuerant. Promittentes et bona fide per ſtipulationem iuramento corporaliter præſtito, quod ipſum Guidonem vel hæredes eius, vel aliquem ſucceſſorum ſuorum præſentium ſiue futurorum ſuper captione Caſtri Rupis de Solutreio, vel bonis tempore captionis ibidem inuentis, & nobis ac hominibus noſtris ablatis, vel etiam ſuper aliis damnis & iniuriis nobis & hominibus noſtris antè & pòſt vſque ad hodiernam diem illatis ab ipſo Guidone & complicibus ſuis, non conueniemus vel faciemus conueniri ab aliquo noſtrorum, ſiue ab vniuerſitate noſtra, nec ab aliquo de vniuerſitate, aut pro nobis vel authoritate noſtra & voluntate, in iudicio vel extra, nec inquietabimus neque faciemus ab aliquo inquietari, nec de iure nec de facto. Et ſi fortè, quod abſit, Capitulum noſtrum vel aliquis de hominibus noſtris ſuper iniuriis ab eodem Guidone vel à Complicibus ſuis nobis illatis eundem Guidonem vel hæredes & ſucceſſores ipſius in cauſam traheret, vel extra ius inquietaret, vel contra præmiſſa in aliquo venire attentaret, nos tenemur prohibere bona fide. Et ſi fortè*

Aymo Guidonem Caprarij abſoluit à cenſuris.

Eiuſ à damnis ſibi Epiſcopo illatis.

q Aliàs Caprarij, vulgò de Cheuriers.

r Alias Aremburgim de Vinzellis.

V 3 *aliquid*

aliquid fieret contra, vel attentatum foret, nos tenemur venientem & attentantem contra excommunicare, & facere nunciari excommunicatum per Diœceſim Matiſconenſem. Concedentes ni-

Et vxores ac ſucceſſores eius abſolui.

hilominus eidem Guid. & hæred. ſucceſſoribúſque ſuis, quòd ſi contrà aliquid de præmiſſis & aliquis de Canonicis noſtris, vel de hominibus noſtr. aut ſeruientibus & ſubiectis venerit poſt denunciationem à nobis [c] *factam, quòd nos compelleremus ipſum per cenſuram eccleſiaſticam & alio modo pro poſſe noſtro bona fide, donec deſiſteret ab inquietatione Guidonis vel hæred. & ſucceſſor. ſuorum. Inſuper de omnibus damnis & iniuriis nobis ac noſtris ab ipſo Guidone & complicibus illatis, ipſum Guidonem hæred. & ſucceſſor. ſuos quittamus liberaliter & benignè, retenta ſiue reſeruata in hoc facto actione, quæ nobis competit contra Comitem Matiſconenſem, attendentes in hoc vtilitatem Epiſcopatus Eccleſiæ noſtræ, pro eo quòd dictus Guido Hugonem de Baueriis Seneſchallum* [t] *Eccleſiæ*

Epiſtola Comitis pro Guidone.

noſtræ ab inimicis Eccleſiæ captum propriis expenſis & ſumptibus liberauit, & nobis literas Comitis Matiſcon. tradidit ſub hac forma. Ioannes Comes Matiſconen. vniuerſis præſentibus & futuris. Noueritis quòd dilectus & fidelis noſter Guido Caprarius miles de voluntate noſtra & mandato Caſtrum Rupis de Solutré cum bonis ibidem inuentis cepit, & nomine noſtro ipſum Caſtrum detinuit vſque ad tempus, quo ipſum nobis reſtituit & guerpiuit: vnde cuilibet conquerenti ſuper præmiſſo facto & ſuper damnis ac iniuriis illatis ab ipſo Guidone & ab omnibus illis qui damnum fecerunt de dicto Caſtro, dum ipſum Caſtrum tenuit dictus Guido, nos obligamus ad iuſtitiam reſpondere. In cuius rei teſtimonium & confirmationem præſentes literas ſigillo noſtro munitas, propria manu tradidimus dicto Guidoni. Datum & actum quinto Kalend. Decembr. Anno gratiæ milleſimo ducenteſimo trigeſimo primo. Sciendum quòd nos promiſimus bona fide ſub præſtito iuramento, quod contra quittationem ſupradictam per nos vel per alium de cætero non veniemus, nec venire volenti non conſentiemus.

Aymo abſolutiones repetit.

Renunciantes ſuper hoc ex certa ſcientia omni priuilegio, omni iuri communi & ſingulari canonico & ciuili, ſcripto vel non ſcripto, promulgato & promulgando, ac expreſſè ſi quod ius nobis competeret ad veniendum contra ſuperiùs nominata, per quæ ab ipſo Guidone aliquid vel ab hæredibus ſuis, prout ſuperiùs eſt expreſſum, exigere vel petere, vel contra ipſum aut ſucceſſores ſuos aliquam

1231. *actionem vel exceptionem ſeu replicationem aliúdve quoquo modo, &c. In cuius rei teſtimonium ad maiorem firmitatem ac ſecuritatem eidem Guidoni præſentes literas Sigillorum noſtrorum munimine roboratas. Actum anno ab Incarnatione Domini* M. CC. XXXI. *die vndecimo Kalend. Martij.*

Cuius autographi beneficio tria veniunt in mentem adnotanda, ac recordatione digna. Sed priuſquam eò deſcendamus, primùm ad calculos & diarios præfatorum duorum inſtrumentorum habenda eſt ratio. Quando ſuprà vides, Lector, Reſcriptum prius, quod eſt

Terminus anni Kalendarij mutatus.

Comitis, exaratum die V. Kalend. Decembris, & poſterius, quod eſt Aymonis Antiſtitis, digeſtum videri XI. Kalendis Martij eiuſdem anni 1231. noli proinde mirari aut inferre mandatum Epiſcopi è contra anteïre, & alterum Comitis poſtponi, ex eo quòd Martius Decembrem præcedat ſub eodem anno. Etenim tunc temporis annus minimè inchoabat die prima Ianuarij, at die mobili Paſchatis ſemper incidente poſt Martium in Aprili, qui Menſis è diametro Decembrem ſequebatur ſub vnico anno, vſque ad Regem Francorum Carolum IX. qui certè noſtro æuo indixit [u] annos deinceps inchoandos Kalendis Ianuarij. Mox inde ad triplicem ex pollicitis pro textu commentarium accedamus. Ille textus efficit, vt id Aymonis decretum de priuatis perſonis trahere queamus ad publica commoda.

Guilelm. non vltimus Comes Matiſc.

Primo quidem loco hinc manifeſtè colligimus allucinatum eſſe Bugnonium, quando ſcribit in Chronico [x] Guilelmum tertium pluſquàm antepenultimum Comitem Matiſconenſem, venundaſſe Comitatum Diuo Ludouico Regi, deinceps ſceptro annexum, vt in ſacrum bellum proficiſceretur. Nam alioqui nihil iuris ſupereſſet, quo iſte Ioannes Guilelmi verè ſucceſſor poſt tres circiter intermedios, legeretur ampliùs Comes in vetuſtis Codicibus hiſtoricis. Quod ſanè falſum eſt. Quippe ad hoc inerat præclarum ius ipſi vetuſto Ioanni, tum ex præſenti hiſtoria, tum quia recentior Ioannes Tillius Regius noſtro ſeculo Secretarius in Optimatum originibus [y] teſtatur Ioannem Brennium [z] nupſiſſe Alixiæ Comitiſſæ Matiſconenſi, filiæ fortaſſis eiuſdem Guilelmi, aut ſaltem neptæ: perindéque legitimè hæredis Comitatus maſculis deficientibus in Artaldo per Girardum filium

Sequax Ioannes de Brenna vltimus.

abnepote. Verùm eò quòd ambo vxorati liberis rurſus caruerint: profectò iſte Ioannes Dynaſta Brennæ ac Viennæ Allobrogum ex patrimonio, necnon tandem factus Comes Maticenſis, facilem cauſam habuit reiiciendi à ſe Comitatum, acceptis ab ipſo Rege pecuniis, Alixia nimirum præbente conſenſum anno M.CCXXXVIII. pro decem millibus libris Turonenſibus, & mille libris annui prouentus in Normannia conſignatis. Apparet in Camera Computorum Pariſius *. Igitur ipſe Ioannes eſt is qui venditione Comitatum à ſe ablegauit: ſcilicet vt haberet vnde is pœnitens pecunias piè refunderet ad bellum in Africanos Saracenos audacter ſuſcipiendum. Quò certè idem profectus eſt ex pietate, tanquam præfati ſacrilegij aliorúmque delictorum conſcius, ac ſatisfaciendi coram Deo percupidus.

[c] ad nos.
[t] Aliàs Scholaſticū Chori.
[u] Edicto anni 1563 à Reſt. in Ianuar. art. 39.
[x] pa. 1.
[y] pa. [illegible] Pa. [illegible]
[z] vulgo Iean de Dreux ſurnommé de Brenne, ſieur à Abbaye, ou de Vienne
* fertur Comitatū antea feudatarium Epiſcopi Matiſconenſ. fuiſſe, ſed Ludou. 9 ſibi ius redemiſſe, ac dediſſe Epiſcopis prouētus [illegible] & Vicinū. Et in Ambianenſib. teſtatur nonnulli Guilelm. de Matiſcone Epiſc. 52. Ambianū ex ipſis Comitibus oriundū. & Vbi vxor Ioann. vocatur Elia.

dus. Secundò, ex textu diſcimus eccleſiaſticam veterem formam abſoluendi homines irretitos anathemate: & quàm horrenda fuit aut formidoloſa cenſebatur canonica cenſura viris illis antiquis de propria ſalute magis ſollicitis, nec ſegnibus ad vitandam animæ necem: qui metus hodie minus eſt curæ multis. Id verò factum fulmen verebatur Comes, & maximè Guido quin incurriſſet, tanquam addictus præcipienti ſibi Comiti potentiſſimo & eius facinori propterea cooperator. Veruntamen is Deum iudicem magis quàm proprium Dynaſtam ſe metuiſſe probauit, quia ſacta & recepta ſcedula [x] Comitis, eam confeſſim intra duos circiter menſes Epiſcopo Aymoni intrepidè tradidit. Vnde quia aliunde etiam Guigo ipſe viſus non eſt author primarius diruti Caſtri ſeu patrimonij Eccleſiæ, veniam ſubinde promeruit & aſſecutus eſt. Nihilominùs pariter idem Guido in Aphricam quoque traiecit, quaſi rem inſuper gratam Numini ac Epiſcopo ſuo molitutus. Ob idque Præſul intimi ſui pectoris vincula ſoluit lubentiùs & abſtulit. Tertio loco his addimus, quòd anno ſequenti [a] poſt dirutam Arcem Solutræi Ioannes Brennius equiti Guidoni in obſequiorum recordationem præter allata, contulit partem telonij ſuper Arari [b]. Et alio poſt eum annum ſexennio [c] Rex acquiſito Comitatu eum Guidonem tanquam benemeritum euexit in primum ſori Præfectum ſtatarium Matiſconi pro Lugdunenſi coniunctim ciuitate, velut iudicem ſummum ſupra omnium appellationum retinacula, nullibi talem in ea tune dignitate creatum, annis plus ſexaginta quàm cœpiſſer regium ſtationarium Parlamentum in Senatu Pariſienſi, poſtmodum ſupremum conſtitui ſolitum [d]. Eo ſiquidem æuo Lugdunenſe forum nondum Regium fuerat, ſed eccleſiaſticum, & Cathedræ Primatialis duntaxat.

Quonam ex pietate abſoluendi à pœnis.

Cur Guido abſolutus.

Is poſtea creatus Balliuus.

x citata.

a 1232.

b le trezain du peage outre l'autre portio ſuſdicte de l'Eueſché.

c 1239.

d an. 1315. per Reg. Ludou. Hutinũ, tertium poſt S. Ludouic.

Paragraphus 7.

VII. Actio. SEptimum idq; diſtinctũ ac breuius inſtrumentũ ordine chronologico talia complectitur. *Ego Guilelmus de Vienna Decanus Biſuntinenſis notum facimus, quòd nos dedimus dilecto Guilelmo de Germola militi XXX. libras, quas aſſignauimus et percipiendas iuſra annum in pedagio noſtro Matiſconenſi, quod pedagium à Ioanne Comite Matiſconenſi tenemus in feudum. Datum*
1232. *Sabbatho poſt Aſcenſionem Domini, Anno gratiæ* M. CCXXXII. cum ſigillo paruo in cera candida. Is verò textus duo manifeſtat. Priùs, nondum hoc anno præfatum Decanum ſuo fuiſſe ſpoliatum prætenſo iure pedagij Matiſconenſis, quatenus ſuprà [e] monitum eſt Decanum eo tandem orbatum in commodum Epiſcopi Matiſconenſis illo gaudentis poſthac & hactenus. Quippe, illic res duntaxat hiſtorica ex Kalendario Eccleſiæ Maticenſis declaratur, at non Chronologia: vt pote quòd mos non ſit frequenter in Kalendariis temporum momenta ediſcere. Mox autem conſtat eam dominij vectigalium mutationem minimè tam citò compertam, ſaltem non prælibato anno XXXII. Vnde concluditur rem poſtmodum eueniſſe. Etiámque Kalendarium eiuſve ſcriptor affirmans alios huiuſce pedagij poſſeſſores, textum proculdubiò exarare tantùm debuit aliquo tempore poſt mortalem Aymonis ac Decani Biſuntini vitam, adeóque poſt tráſlatum reuerà ad Dominos alios pedagium. Poſteriùs iam clariſſimè liquet hunc Decanum anonymũ & Guilelmũ Comitem Viennenſem fuiſſe vnicam humanam perſonam. Quod eſto dictum aduersùs Sanlulianum, duo nomina aut officia in duos homines diſtribuentem, dum inconſultò ſcribit [f], quòd *Decanus Biſuntinenſis procurauit erga Comitem Viennenſem Aymonis Epiſcopi detentionem in carceres.* Etenim noſtra periodus parui ſigilli & concors præmiſſum antea Kalendarium, qui Guilelmum Comitem Viennenſem vocat Decanum Biſuntinum, antiquioris ſunt fidei maioríſque ponderis: præterquàm, tunc quoque floruerit alius Guilelmus, Comes Matiſconenſis.

Quando Epiſcopi Matiſconenſes nacti ſunt pedagium ſuper Arari.

Eundẽ Guilelm. Comitẽ Viennenſem fuiſſe Decanũ Biſuntinum.

e § 3.

f pa. 189.

Paragraphus 8.

VIII. Actio. OCtauus Actus ſeorſum eſt is. *Nos Ioannes Comes Matiſconenſis & Alix vxor mea Comit. Matiſc. notum facimus vniuerſis præſentes literas inſpecturis, quòd nos dedimus dilecto Guidoni Caprario militi & hæredibus ſuis in perpetuum totum tredecimum* [g] *in pedagiis noſtris de Matiſcone & de Loiſiaco* [*], *in augmentationem feudi quod ipſe de nobis tenet. Quod vt firmum permaneat, præſentem paginam ſigillorum noſtrorum munimine fecimus roborari. Actum Anno Domini* M. CCXXXII. *menſe Nouembri*: cum duobus vxoratorum ſigillis; vnum in cera viridi, alterum in candida: & in prioris circum promuntur hæc verba: *Secretum Ioannis de Brenna.* Textus autem amplectitur incrementum donorum Comitis pro Guidone, præter alia donaria iam eidem ab ipſo collata paulò ſuprà [h].

Pro Guidone.

g le Trezain.

* de quo notãta in margine ſuprà.

h § 3.

Adductio pro Cluniacenſib. Et per Appendicem ad Paragraphum ſextum, quòd anno 1236. idem R. Aimo Maticenſis & Guilelmus Antiſtes Cabilonenſis Epiſcopus interfuêre præſentes, quando *Ioceramnus Domi*

Dominus Branceduni (vulgò *Brancion*) *vendidit Hugoni Abbati ſexto Cluniacenſi & ſucceſſoribus* h ac villas de
ac Conuentui Caſtrum ſuum de Botauant, &c. cum omnibus pertinentiis, conſenſum præbente v- Bro i, in
xore ac Henrico filio venditoris, &c. Sic proſtant iſta in priore Cluniacenſi Bibliotheca [b]. Biblioth. col. 1307.
Nonus Actus ex anteriore Typographia mutuatus. *Anno M. CCXXXVII. Bernardus*
Dominus Balgiaci (habet locus) *ſacramentum fidelitatis præſtitit eidem Haymoni ad cauſam Caſtri*
1237. *ſancti Triuerij, pro ſe & ſuis ſucceſſoribus.* Scripſitque, quòd ſi quis ſucceſſorum id renuat ad-
implere, cogi poſſit erga Matiſconenſes Epiſcopos à Reuerendiſſimo Lugduni Archiepiſco-
po, cuius iuriſdictioni ſe lubens ſubmiſit Bernardus hac in parte. *Datum in feſto ſancti*
IX Actio. *Leodegarij* [i]. Qua de re legimus Manuſcriptum. Decimus & vltimus. *B. Abbas Trenolc.* i in aula Epi-
aderat Oddo Montis-acuti, conſideratis multis ſeruitiis à Gulielmo de Operatorio [k] *burgenſe Bel-* ſcopali, mēſe Octobr.
lauillæ ſibi impenſis, de conſenſu Venerabilis fratris ſui Alexandri Decani Biſuntinenſis donauit ei- k d'Ouurer, vel d'Orrax.
dem Gulielmo in feodum & Caſamentum vnum denarium debitalem, &c. Actum menſe Auguſti,
1240. MCCXL. Nihil hîc ampliùs.

Paragraphus 9.

X. Actio. DEcima ac poſtrema dicendorũ ſeries eſt hęc pro Collegiata Matiſconenſi Eccleſia D.
Petri. *Gregorius Papa IX. per ſuam Bullam præfato Monaſterio plura & magna priuilegia at-*
que indulta contulit, maximè omnibus Chriſtianis fidelibus verè pœnitentibus & confeſſis, qui pias
ſuas eleemoſynas & grata charitatis ſubſidia erogauerint, & manus porrexerint adiutrices, XX. dies
de iniuncta ſibi pœnitentia miſericorditer quotidie relaxauit. Hoc Bullæ ſpecimen eſt ſeptimum
Eccleſia S. Petr. Matiſc. immunitatum præfati quondam Cœnobij, ſexto per nos allato in Pontio II. Antiſtite. Ve-
rùm id perperam in autographo diſponitur, duplici de cauſa: Vno modo indiſcretè Gre-
gorius illic anteſertur Honorio PP. III. quum reuerà poſtponatur, eò quòd iam ſuprà Ho-
norius locum occupat apud illum Pontium Matiſconenſem. Altera ratione idem Gre-
gorius inconſultè ibidem ſupponitur Innocentio III. quia tempore adſequitur, infrà cum
Seguino Præſule. Ipſe autem Gregorius præfuit toti Eccleſiæ ab anno MCCXXVII. ad
1241. annum MCCXLI. qua vltima reuolutione probabiliùs gratiam hanc præſtitit & edidit.

Paragraphus 10.

Obitus Aymonis. HInc tandem nobis limites Aymonis inſpicientibus: liber Obituum Cathedralis Ba-
ſilicæ, de quo Kalendario iam ſuprà [l], claudit pro illo viro hac periodo. *XIIII. Ka-*
lendis Nouembris obiit venerabilis Aymo Epiſcopus, qui Caſtrum Rupis, &c. vt antea [m]. Tum l §. 1.
ad calcem hos impoſuit terminos. *Clauſtrum Eccleſiæ muris cingi curauit: & apud Romania-* m §. cit.
cum duo ſtagna fecit optima. Demum pro libertate Eccleſiæ ſuæ tuenda Curiam Regis petiit. Vnde
reuertens apud Albam-ripam deceſſit è ſeculo. Præfatam diem adnotat quidem San-Iulianus [n]. n 19. Octob.
1242. At ſolarem circuitum nullus aperit. Arbitrarer ego Præſulem lethum ſubiiſſe anno M.
CCXLI. aut veriùs ſequente XLII. ob vicinia diariorum ſucceſſoris ritè poſthac aſſer-
torum. Demochares verò ab hoc Antiſtite terminos poſuit imperfecto ſuo de Matiſco-
nenſibus catalogo, præterquàm ſubiiciat Seguinum, & per ſaltum vnicum Philippum de
S. Cruce, prætermiſſis ſeptem mediis Epiſcopis, quos ignorarit, & qui egregiè per eorum
hiſtorias noſtra indagine adſequuntur.

XLVII. *Paragraphus* 1.

SEguinus ex nobili familia de Lugniaco [a] in Diœceſi oriundus, primùm Eccleſiæ a vulgò *Lugny en Maſconnois.*
Cathedralis Matiſconeæ Decanus [b], Aymonum ſequutus [c], conſecratus eſt An-
tiſtes probabiliùs ſub finem anni MCCXLII. ex eo quòd in Bibliotheca ſeu Char- b ex nu. 46 §. 4. & 8
1243. ta Cluniacenſi docetur [d] ipſemet pacificè Epiſcopus ſub anno MCCXLIII. men-
ſe Ianuario confirmans villulas à Domino de Buxeria conceſſas Abbati S. Hugoni; tum il- c San-Iulia. pa. 284.
le patet ſequentibus annis. Eſto penultimus ſola appellatione apud Democharem Suo autem d col. 1513 illeque vocatur Sigmum.
æuo ſeptem euentuum genera obuiaſſe leguntur. Imprimis diſce auguſtiſſimum Matiſco-
nem cœtum aduentantem, itémque cauſas & fructus tantæ coronæ. Hiſtoriam hauſimus
ex veteri Tabula MS. in Theſauro Eccleſiæ ſancti Petri Matiſconenſis recondita, quæ eſt
Sextuplex inquiſitio. octauum Reſcriptum à Notariis roboratum ex vndecim Pontificalibus Titulis ibidem aſ-
ſeruatis, ſeptimo videlicet in Aymone [e] locum obtinente. En verba. *Innocentius Papa* e §. 7. n. 46.
quartus anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ducenteſimo XLV. & die ſacratiſſimæ Conceptio-
L. *nis Virginis Mariæ, præſentibus duodecim Cardinalibus, duobus Patriarchis, ſeptem Epiſcopis in-*
ter quos Seguinus Maticenſis; *& multis Abbatibus ac Prælatis, atque etiam præſente beatiſ-*
ſimo

ſimo Ludouico pio Rege Francor. Domina Blanca matre ſua, & tribus eiuſd. beatiſſimi Ludouici fratribus[f] *cum Comitatu maximo, Eccleſiam digniſſimam Monaſterij ſancti Petri iuxta ciuitatem Matiſconenſem manu propria dedicauit. Pro cuius munere idem Dominus Innocentius omnibus verè pœnitentibus & confeſſis, qui ad Eccleſiam prædictam in die dedicationis vſque ad Octauas eiuſd. cauſâ deuotionis acceſſerint, vnum annum & XL. dies de iniuncta ſibi pœnitentia miſericorditer relaxauit. Et ad exemplar prædeceſſorum ſuorum ſummorum* Pontificum, *prædictum Monaſterium magnis priuilegiis & indultis dotauit.* In picta illa tabella viſuntur duodecim Religioſi, genuflexi verſus imaginem diuorum Petri & Pauli, hoc eſt, omnes Canonici ipſius Eccleſiæ, qui totidẽ ex fundatione ſuperſunt, cuncti ibidem aſpectabiles cum clauſtrali habitu ſui Ordinis & illius temporis, per Chorum & Eccleſiam deferri ſolito, nimirum cum toga nigra ad talos, Alba[g] ferè eò vſque protenſa, pallio ad ſcapulas pellito, vulgò Haumuſſia, qualem fert hodie omnis Clerus Lugdunenſis, & cum ampla orbiculari tonſura capitis ad modum Religioſorum Ordinis D. Franciſci *. Quem tamen habitũ non deferunt omnes Canonici Regulares Ordinis S. Auguſtini in Gallijs hoc ſeculo conſpicui[h], præter paucos, quales ſunt Religioſi Auguſtiniani Abbatiæ S. Victoris Pariſienſis, & ruralium ſocietatum[i] ipſius. Cæterùm ad præfatum hiſtoricum textum redeuntes, nonnullas ei appendices aliunde mutuatas adiiciamus valdè conformes, quibus litera fulciatur. Sanè pro maiore veritatis tutamine, quòd Pontifex & Rex tunc Matiſconem appulerint, alia multa ſuccurrunt præ manib.
1245. argumenta ab adiunctis, quæ verſus finem quæſitum facilè inducant, & id eorum iter ſimul comprobent. Quippe ſole clarius eſt eo ipſo anno XLV. Innocentium IV. & Ludouicum IX. in vrbes Cluniacenſem atque Lugdunenſem aduentaſſe, quibus Matiſcon media eſt. Vnde profectò ſequenti anno celebratum eſt decimumtertium generale Concilium Lugdunenſe de Pontificis mandato, & illo præſide ac Rege Chriſtianiſſimo mittente aduersùs Fredericum II. Imperatorem Italias cum Guelphorum factione infeſtantem, propter quæ bella ciuilia Pontifex in Gallias ſe receperat, à piis Regibus ſubſidium poſtulaturus. *Per idem tempus Federicus Imperator Germanus Romanæ Eccleſiæ aduerſabatur* (inquiunt[k] Annales rerum Gallicarum Gaguini.) *Cuius tyrannide preſſus Pontifex Romanus Innocentius quartus Lugdunum delatus Regem per nuncios orat, vt ad ſe venire non tardet. Verùm præpediente morbo, cum Pontiſaram diu decubuiſſet,* Pontifici *morem gerere non potuit. Eius morbi cùm nullum à* Medicis *remedium eſſet, Deo omnia attribuens Ludouicus, Crucem Dominicam ſibi aſſumens; rebus Hieroſolymitanis ſubſidium ferre, voto ſe aſtringit. Recuperata ſanitate, Rex Cluniacum ad Innocentium ſe contulit. Apud quem dies quindecim de Hieroſolymitanorum rebus conſulens,* Pontificali *tandem benedictione ſuſcepta in Franciam rediens, Beatricem Reginæ ſororem fratri ſuo Carolo deſpondet, Andegauiámque ac Cœnomaniam attribuit. Innocentius vero Lugduni Concilium generale celebrauit, Federicúmque Imperatorem Imperio priuat, &c.* Tum Paulus Æmilius in rebus Francorum geſtis: *Innocentius quartus* (ait[l]) *in Galliam claſſe Genuenſium delatus Lugduni Concilium habuit, anno eius ſeculi quadrageſimoſexto.* Quidni ergo intra illos quindecim dies, quos Pontifex & Rex Cluniaci morã facientes compleuerunt, vnum ſaltem diem Matiſconi facilè quatuor ſolùm bimilliaria tranſegerunt, pro inaugurando Templo Domini? Sic multò veriſimilius eſt: quia vel etiam maximè vetus Chronicon Cluniacenſe docet tot Optimates affinia ſua loca viſitaſſe menſe Decembri anni illius. Et vel Cluniacum eiúſve circuitus eſt & fuit illo æuo iuriſdictionis ſeu Baliuiæ Matiſconenſis. Taléque inſuper Pontificium ac Regium iter renouat Bugnonius. Qui dum hîc ſuæ dat finem hiſtoriolæ, duo inde adiicit ibi confecta. Vnum quòd Rex videns Matiſconi aream Palatij anteriorum Comitum vacuam, quam ſcilicet ditionẽ Princeps coëmerat ante ſeptem circiter annos duntaxat ex præmiſſis ſeorſum[m] agnouit non ampliùs eſſe opus illo ſpatio. Propterea ibi Conuentum Ordinis Prędicatorũ D. Dominici tunc ſanctitate florentis, luculentiſſimè conſtruendũ curauit, emptã à ſe ditionem pari paſſu inuiſens. Reuerâ etiam Rex ſanctiſſimus eum Ordinẽ & pium eius profeſſorẽ D. Thom. Aquinatem ſæpe apud ſe vocatum ardẽti proſequebatur deſiderio, nec immeritò. Poſterius Bugnonij additamentum eſt, quòd ſecunda reſtitutio ædificiorum Conuentus S. Petri antea pro altera vice ſubuerſorũ, tunc cõſummata fuerat, quando Innocent. Pontifex Baſilicã ſeu ædem ſacrã ibi conſecrauit, fundamentáque repoſitorũ murorũ pedetentim mox abſoluta ſunt à tẽpore Lãdrici Antiſtitis piè inchoãtis[n], ſeu ab annis priùs centũ & circiter quinquaginta, hactenus. Attamen quidã alij arbitrantur pręſentẽ conſecrationem arguere nouam denuò loci vaſtationẽ poſt Landrici tẽpora: vt pote quòd difficile ſit creditu in tanta annorũ diſtantia totũ refici Templũ haud potuiſſe. At de tali ſententia nihil hodie poſteris ſcripto relictum deprehendo. Quicquid verò ſit de illo rhemate: ad minus ſeipſum in calculo geſtæ conſecrationis turpiter decepit Bugnonius*, quando is teſtatur Pontificem Regémq; ita Matiſconem conueniſſe anno milleſ. ducenteſ. quinquageſimo quinto. Nã prætetquàm quòd mox promulgauit Gaguinus Regẽ cõtinuò in Franciã Cluniaco rediſſe

Habitus Canonicorum Regularium S. Petri Matiſc.

Imperator aduerſus Eccleſ. Italicas.

Pontificis Romani in Galliam & Matiſconem aduentus.

Idémque Regis Matiſconem.

Illa Eccleſia S. Petri quoties vaſtata.

[f] Roberto Comite Attrebat. Alphonſo & Carolo Rege Sicil.

[g] cãnabacea, aut ex lino, *Aube*.

* de Paula.

[h] S. Irenæi Lugduni, B. Mariæ Bellæuillæ.

[i] habentes tamen togam candidam: ſicut & Religioſi S. Geneuefæ Pariſ.

[k] pa. 109 edit. ann. 1577.

[l] pa. 144.

[m] nu. 46. §. 4. à Ioanne de Brenna.

[n] nu. 19 §. 10. ſu. an. 1096.

* & eius ſequax Fodereus, pag. 411.

ſub annum milleſimum ducenteſimum quadrageſimnm quintum, paulò pòſt inſuper iſta
appoınt de Innocentio Papa: *Diſſoluto Conuentu Lugdunenſi* (inquit) *dum Pontifex ad com-*
Bugnonius. *ponendas res Neapolitanas contendit, Neapoli interiit anno ſalutis CCLIV. ſupra M.* En iſta
duo columina & lumina totius orbis chriſtiani extra Baliuiam Matiſconenſem auulſi: o p.71. & 72 vlume.
Rex quidem viuens ac diſcedens nouennio ante computum Bugnonianum [o]; Pontifex
verò moriens extra Gallias vno anno priùs. Nihil ergo notius pro confirmanda noſtra com-
putatione myſticæ conſecrationis aduersùs Bugnonium.

Paragraphus 2.

II. Inquiſitio. SEcundum repertorij genus deprehenſum eſt in veteri MS. Martyrologio Baſilicæ ſan-
cti Ioannis Biſuntinenſis, teſte mihi oculato recentiore Chifflerio, dum has lucubra-
tiones abſoluimus. Is in Guilelmo II. Antiſtite Biſuntinenſi LXVI. ſic autographum nar-
1246. rantem compellit. *Anno Domini MCCXLVI. die quarta Non. Septembris, reſidente apud*
Lugdunum Innocentio Papa IV. (vt dictum ſuprà) *facta eſt in hac Eccleſia Veſontiana releua-*
tio ſanctorum Martyrum Ferreoli & Ferrutij, Prædicatorum huius vrbis, per venerabiles Patres
Vuilelmum Archiepiſcopum Biſunt. Ioannem Lauſanenſ. Seguinum Matiſconenſem, Anſeri-
cum ...... Alexandrum Cabilonenſem & alios Prælatos inferiores illis, &c. En noſter Seguinus
teſtis leuatorum ſacrorum pignorum, vnà cum cæteris præſentibus, paulò ante adſtan-
tibus Cluniaci, quando Innocentius Pontifex illic ſacrificium Miſſæ anno ſuperiore ſolen-
Innocentius Papa pro Cluniaco. ni ritu peregit in feſto ſancti Andreæ Apoſtoli, ex Chronico MS. Cluniacenſi perſpecto: in
quo prætcrea recognouimus tredecim Bullas, tum Lugduni, tum Cluniaci in gratiam
Cœnobij Ordiniſque ab eodem Innocentio variós ob fines collatas. Prima incipit. *Reli-* p Data Lugd. 10. Kal. Iun. an. 1.
gionis veſtræ p. II. *Etſi de vniuerſis.* Alia, *Ad noſtram ſalutem.* Alia, *Petram.* Itē alia, *Fidē quæ de*
beneficiis. Reliqua, *Saluus eſſe, &c.* Quales autem viſi priùs ſint in terris duo præfati Mar-
tyres, diſce ex poſtremo Martyrologio Romano, à Cardinali Baronio Romæ edito. XVI.
Kalend. Iulij, *Veſontione in Galliis* (ait) *Sanctorum Martyrum Ferreoli Presbyteri & Ferrutio-*
nis Diaconi, qui à beato Irenæo Lugdunenſi Epiſcopo ad prædicandum verbum Dei miſſi, poſtea ſub
Claudio Iudice diuerſis pœnis excruciati, gladio feriuntur. Hæc quidem in genere. Sed apud an-
tiqua MS. Martyrologia huius Prouinciæ, pœnas ita in ſpecies legi magis deductas: *ad tro-*
chleas q *extenti & flagellati, deinde in carcerem recluſi, & manè amputatis linguis prædicabant* q pulin.
verbum Dei. Poſthæc, ſubulæ XXX. [r] *vtriſque infixæ manibus & pedibus ac pectori.* Alius autem r aleſnes de Cordonnier.
Martyres leuati. ab hoc priore extitit Ferreolus ſanctus Martyr Viennenſis antea degens apud Aruernos,
quem Baronius in horum commentario dicit Epiſcopum Viennæ *. At neque Democha- * 16. Iunij.
res, neque Boſco, neque ſucceſſor Petrus Villarius iunior eundem inter hos Præſules con-
ſtituunt. Benè quidem Demochares vno verbo nominat quendam Ferreolum Antiſtitem
13. Aruernum [a] ſeu Claramontanum. Sed veriùs erat laïcus tribunitiæ poteſtatis tempore a to. 2. caſ.
Criſpini impiiſſimi Præſidis, ex ipſomet Baronio alibi ad 14. Kalend. Octobris. Cæterum
acriores colligatæ præfatorum duorum Martyrum paſſiones inciderunt ad ducentos poſt
Chriſtum natum annos, ſeu annis mille ante fauſtam præſentem cadauerum leuationem.
De quo Ferreolo nos alia in Lugdunenſibus ſub ampla genealogia Antonij d'Albon
Archipræſulis.

Paragraphus 3.

III. Quæſitio. TErtius perquiſitionum euentus & modus ordine chronologico eſt permixtum Papa-
le Reſcriptum in gratiam Capellæ ſanctæ Catharinæ ad frontiſpicium Eccleſiæ Mati-
ſcenſis fundatæ, de qua iam bis ſuperiùs [f]. *Innocentius ſeruus ſeruorum Dei, dilectis filiis Ca-* f n. 45 §. 6. n. 46. §. 2.
pellanis beatæ Catharinæ iuxta muros Matiſconenſis Eccleſiæ ſal. & Apoſtolic. bened. Vob. autho-
ritate præſentium indulgemus in Capellis veſtris à quodam M. Colombo Archidiacono Matiſc. ad-
miniculo dilecti filij Humberti Dentuti ciuis Lugdunenſis iuxta muros Matiſconenſis Eccleſiæ, Epi-
ſcopi & Capituli Matiſconenſ. accedente conſenſu, vt accepimus, conſtructis generalis interdicti
Pro ſacello S. Catharinæ. *tempore, liceat vobis & ſucceſſoribus veſtris, clauſis ianuis, non pulſatis campanis, excommunicatis*
& interdictis excluſis, ſubmiſſa voce diuina officia celebrare, dummodò vos & ſucceſſores veſtri
cauſam interdicti non dederitis. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infrin-
gere, nec auſu temer. contraire, &c. Datum Lugd. IV. Kal. Martij, Pontificat. noſtri anno VIII. Ex
1250. Archiuis Eccleſiæ coram teſtibus. Hoc genus interdicti eſt præſertim locale in textu anno
ſal. M.CC.L. Priuilegiū ſanè egregiū Matiſconi cōceſſum, & quidē ſub vnico ſpatio. Nam tē-
pore interdicti realis in loco generali ac diſtātis interdictis, vel nullū prorſus debet celebrari
diuinū officiū, vel certè adeò priuatum, *vt in Cathedralibus Eccl. bini & bini, vel ſimul tres horas*

Cano

Canonicas (in Choro) *valeant legere, non cantare, ianuis clauſis, & voce ita demiſſa, quòd exteriùs audiri non poſſint, &c.* Sic Decretalis *Quod in te.* Clementis Papæ tertij [b]. Et Gregorius Papa X. aducit [c]: *Si ſit Eccleſia interdicto ſuppoſita, nec in Capella eius celebrare licet.* At in præſenti Sacello S. Catharinæ, quantumuis plane continuo ſeu plus quàm contiguo Baſilicæ Cathedrali ſancti Vincentij, permittitur nihilominùs omnia diuina exercere. Et dum abſolutè loquitur Innocentius IV. in œcumenico Lugdunenſi Concilio Præſes, intelligit omnes vnà colligatos Clericos vrbis non interdictos ſeu Capellanos, qui ſacra ibi faciant, tametſi ſubmiſsè. Etenim vt pœnæ ſunt reſtringendæ ad metam vſque literæ, ſic priuilegia amplianda; Cap. *Odia. de regulis iuris* 15. Cæterùm, ritè hoc permiſſum eſt in porticu Cathedralis Baſilicæ tempore interdicti. Nam, cùm ſacra myſteria non licuerit tunc in Choro & ad Sancta Sanctorum perficere, ſaltem in atrio & porticu liceat, quo pacto ſacra etiam porticus aderat in veteri Templo Salomonis. Alia præfati Innocentij Bulla ad eundem Seguinum directa patet in Lugdunenſibus Num. 44 [*].

Interdictum eccleſiaſticũ. — Porticus.

b li. 5. ti. 38. c. 11. — c li. 5 tit 11. c. 17. in 6. *Sæ cuitas.* — * §. 7. art. 4.

Paragraphus 4.

IV. quæſitũ. QVarta rerum inueſtigatio eſt, quòd noſter Seguinus prædicatur interfuiſſe Suffragator in œcumenico Concilio Lugdunenſi decimotertio, anno MCCXLVI. De quo nos iam ſuperiori Paragrapho, Præſide Gregorio cit. ſummo Pontifice. Sparſa cuius Synodi Acta extant in Decretalium voluminibus, à nobis ſimul collecta ſub Philippo I. Archipræſule Lugdunenſi [p]. Ex eóque facilis eſt perinde ratio colligendi, quòd idem proculdubiò Seguinus adſtiterit etiam eidem Pontifici maximo ac ſancto Ludouico Francorum Regi inter ſeptem omnino Epiſcopos, quos mox legimus [q] præſentes conſecrationi Baſilicæ Canonicorum Regularium ſancti Petri Matiſconenſis. Hinc verò quinta conquiſitio diuerſæ admodum materiei, eſt hæc eruta ex priſcis autographis Manuſcriptis familiæ Capratiorum ſancti Mauritij. *Ludouicus Dei gratia Francorum Rex Balliuo Matiſconenſi Sal.* (in- V. quæſitum. fit locus) *Scire vos volumus, quòd dilectus noſter Comes Viennenſis nos per ſuas patentes requiſiuit, vt Pontium Dentuli in homagium noſtrum reciperemus de iure quod ei competebat in pedagio Matiſconenſi, quod dederat Pontio antedicto, & nos ipſum reciperemus in noſtrum hominem de dicto pedagio. Actum apud Melodunum anno* MCCLIX. *Dominica ante feſtum beatæ*
1259. *Mariæ Magdalenæ.* Hæc Regia epiſtola ad Balliuum directa ſatis docet per illum Comitem, de quo in ea fit ſermo, concipi Ioannem à Brenna, & ex ipſa diſertè colligi talem virum poſſediſſe Comitatum Matiſconenſem, quando is receperat hominium Pontij: nunc autem ſub Data literarum re ipſa tranſlatum fuiſſe dominium Comitatus à Brennio ad ſanctum Ludouicum Regem, qui denuo optauit excipere hominium eiuſdem Pontij renouandum inter regias manus, propter Dynaſtam mutatum. Ad quod opus præſtandum monuit Rex Balliuum regionis. Atque totus hic Regius diſcurſus eſt verè effectus rei geſtæ: nimirum realis antea venditionis Comitatus à Ioanne de Brenna ad Regem, velut dudum expreſſimus [r].

Concilium Lugdunenſe. — Comitatus Matiſconẽſis venditus.

p nu. 90. §. 2. — q §. 1. cit. huius Numer. — r nu 46. §. 4.

Paragraphus 5.

VI. quæſitũ. SExta propoſitorum via ex priſcis monimentis eſt eiuſmodi, pendente vita Seguini in Cathedra. *Titulus. Blanca Dei gratiâ Francorum Regina dilectis ſuis Capitulo & probis hominibus vrbis ac ſuburbij Toloſæ ſalutem & dilectionem.* Exordium. *Cùm dilectus conſanguineus noſter pernobilis vir Reymondus Comes Toloſanus, ſicut intelleximus, viam vniuerſæ carnis ſit ingreſſus (de quo non poſſumus non dolere) & ipſius terra ac dominica [ſ] chariſſimo noſtro filio Alphonſo Comiti Pictauienſi, qui habet in vxorem Ioannam filiam eiuſdem Comitis obuenerunt.* Narratio. *Vobis igitur mandamus & requirimus, quatenus dilectis noſtris nobilibus viris* (Matiſconenſibus) *Guidoni & Henrico de Caprario militibus eiuſdem filij noſtri & dilecto noſtro venerabili viro Philippo Theſaurario ſancti Hilarij Pictauienſis & Capellano dilecti filij noſtri, vel duobus ex iſtis, ſi tertius adeſſe non poteſt, quos mittimus ad partes veſtras, pro terra prædicti Comitis Toloſana, ex parte prædicti noſtri filij & nomine ipſius faſſanda ac recipienda, necnon pro aliis negotiis ad hoc ſpectantibus obediatis & intendatis ac fidelitatem faciatis, eiſdem veſtrum conſilium & auxilium impendentes. Actum Pariſiis anno Domini milleſimo* CCXLVIII. *menſe Octobri.* En regalis delegatio præfato Guidoni demandata, viro iam antea creato Balliuo Matiſconenſi, nunc miſſo cum fratre ad Toloſanos. Audiamus ergo Commiſſionis effectum & fructum anno ſequenti. Nam ambo fratres regio huic præcepto obſequuti ſunt tali pacto. Superſcriptio primùm. *De iuramento ſuper ſeruandis Toloſanorum libertatibus à Siccardo Toloſæ Præfecto ac Baiulo per Dominam Blancam ad id delegato.* Narratio ſeu corpus executionis. *Notum ſit vniuerſis, quod nos Guido & Henricus de Ca-*

Commiſſio Capratiis Matiſconẽſ. facta. — Apud Toloſanos a Regina.

ſ Seigneurie.

prario fratres ac Philippus Eccleſiæ ſancti Hilary Pictan. Theſaurarius, miſſi à sereniſſima Domina Blanca Dei gratia Francorum Regina, ad ſatisdandam & recipiendam terram Domini quondam Comitis Tholoſani, & recipiendas fidelitates hominum dictæ terræ pro dicto Alphonſo illuſtri Comite Toloſæ & Pictaniæ: atteſtamur Conſulibus ac Vniuerſitati vrbis & ſuburbij Toloſæ, quod nos de ſpeciali & expreſſo mandato Dominæ Reginæ prædictæ Siccardum Alamani dictæ terræ præficimus, & præeſſe iubemus, quandiu Dominæ Reginæ placuerit, & filio ſuo Domino

Vt conſtituerent, Præſidé in prouincia temporalem. *mino Comiti ſupradicto: dantes in mandatis eidem, quod iuret dictis Conſulib. & Vniuerſitati in forma contenta in literis eiuſd. Dominæ Reginæ, quas ſiquidem literas ſub ſigillo Dominæ Reg. prædicta clauſas & integras vidimus, & coram nob. ac multis alijs bonis viris fecimus aperiri: hoc ſaluo, quod ſi nob. exiſtentib. in terra prædicta à Domina Regina alius miſſus fuerit, vt eid. terræ præſit, faciemus præſtare eiſd. Conſulib. & Vniuerſitati prædictis ſimile iuramentum. Datum Toloſæ Anno Domini Milleſimo CCLIX. die Lunæ in feſto B. Nicolai hyemalis.* Præterimus autem hic formulas iuramenti, quales cum præfato textu latentē in libro cui titulus eſt, *Geſta Toloſanorum per D. Nicolaum Bertrandi Capite de Priuilegiis conceſſis Toloſanis* [t]. Vbi obiter aduerte, Lector, [t fol. 15 edito Toloſæ, an. 1515.]

Hodie officia perpetua. tunc Officiarios Regios ad gubernacula aut adminiſtrationem, vt vocant, iuſtitiæ, non fuiſſe perennes, quia nec ideò venales, ſed ex meritis rei bene geſtæ, & ad nutum Principis vſque ad Ludouicum XII. Regem anno M. D. Abhinc autem & hactenus pecuniis Officia quæruntur, ad perpetuas ferè generationes iure reſignandi. Hæc hiſtoria, etſi non habeatur eccleſiaſtica; tamen hortati ſumus à Dominis familiæ eam adiungere ſimili ad eccleſiaſticam pertinenti ſub Aymone Epiſcopo.

Paragraphus 6.

VII. quæſitũ. SEptima vltimáque percontatio hiſtorica præbet nouam illuſtrem intuendam præfatorum Caprariorum perſonam huic quoque editioni ſecundæ additam præter ſuperiora, eámque mox prorſus eccleſiaſticam, ac ſublimem in Pontificia dignitate. Hoc toto Seguini Antiſtitis tempore floruit per orbem chriſtianum nobilis Rodulphus [u] Caprarij è Matiſconenſi Diœceſi oriundus, primùm factus Ebroïcenſis Antiſtes, deinde Albanenſis, & ſub priore dignitate vocatus Pariſiis * ad regium Parlamentum, anno 1260. Ac demum ab Vrbano Papa IV. Vuiterbi euectus ad purpuram Cardinalitiam, in priore talium per hunc Pontificem creatione anno primo ſuæ Sedis ac humanæ ſalutis milleſimo CCLXI. Hinc ipſe Rodulphus Romæ inaugurauit [x] Carolum Siciliæ & Neapoli Regem fratrem natu minorem Diui Ludouici Francorum Regis. Cuius ſummi Principis ſocius poſtea fuerat idem Rodulphus in Pontificia ad Siculos legatione. Deinde à Clemente Papa quarto alteram conſecutus eſt legationem in Ægyptum, eò profectus cum præfato ſancto Ludouico. Qui Francorum Princeps tanto æſtuabat deſiderio ineundi ſacrum bellum aduerſus infideles, vt Metropolim Damietam atque Thunetum ſuo in Africa ſubiugaret imperio, ſpe in Palæſtinam Syriámque proficiſcendi, atque in Chriſto regnandi. Qua in Ciuitate Rodulphus tandem peſte interiit cum Rege multíſque proceribus, anno M. CC. LXX [y]. Sic dies Seguini paulò quidem tranſcendimus, dum Rodulphi annos illico abſoluendos eſſe putamus cum Ciaconio [z], ſed parum refert. Adſequitur verò icon hiſtoricus ſeu imago ſyncera, tum conſecrantis eiuſdem, tum noui Regis beneficium ſuſcipientis, equidem hodie comperta Romæ, in tabulis adhuc egregiè ibidem expreſſa, ſtudioſe in cuſtodiam latitans, exemplari ad typum à pictoribus deprompto, & ad nos in Gallias arrepto his linearibus modulis, quando hoc Opus abſoluerem. Conſcribitur ſedens in

[u vulgò Raoult de Chevrieres.] [* Tilletus in Optimatibus Franc. p. 366.] [x an. 1265.] [y vigil à S. Bart... ex ... de Nangis à D. de ... pag. 58.]

Ipſius imago. Cathedra ſub viridi tapeto collocata, mitram Epiſcopalem deferens cum aurato pluuiali ſeu cappa clericali, barba penitus abraſa & ad canitiem verſa, ambabus ſuis manibus auream coronam porrigens Carolo genua coram flectenti. Illic ſculpta viſuntur ſuæ familiæ inſignia, cùm ad cathedrale lignum, tum in extremis ſacerdotalibus Manipuli & Stolæ indumentis: vbi apparent tria ligna per medium effracta [a], & ad angulos acutos deorſum tendentia rubri coloris [b] in ſcuto ſeu campo argenteo (quibus nunc fruitur tota propago) veſtitus Albâ, in vniuerſa cuius coronide [c] amplæ nectuntur fimbriæ [d] admodum candidæ. Carolus inſpicitur pallio ad talos purpurato exornatus regiis Francorum liliis deſuper reſperſis, indutus togâ aurei panni ſubtus apparente cum dilatatis [e] ad digitos vſque manicis, & aurata enſe ad latus pendente cum iuuenili barba attonſa, non crinibus ... ſtemmatibus Franciæ in pallio fixis, ſcilicet aureis ad plenum cæruleum campum liliis cum limbo tridenti rubeo ex tranſuerſo, quaſi nota ſit minoris natu in Regno, quia minores natu extranei Gallorum incolæ limbum ad quinque dentes retinere adſtringuntur, veluti in Dynaſtis Belliiocenſibus apud noſtrum Lugdunenſe Chronicon deſcriptus [f]. Ad ſiniſtrum autem conſpicuæ tabulæ latus habentur hæ dictiones auratæ. *Carolus*

[a ... bris.] [b de guenla.] [c aux ...] [d frange larges en ... de ... eſ ...] [f n. 94. ...]

volus I. Rex Neapolitanus & Siciliæ coronatus per Rodulphum Cardinalem de Cheuriers Epiſcopum Albanenſem anno M.CC.LXV. Atque in ſiniſtro hos characteres intuemur. *Ex Palatio Farneſio hanc coronationis Tabulam cum vera amborum effigie Franciſcus Gabrielis de Cheuriers. Militis filius in gratiam ſuæ familiæ expingi curauit Romæ anno Dom. M.DC.XVII. menſe Septembri.* Exinde verò cætera ad purpuratum ipſum Pontificem ſpectantia celebremus. Eidem Præſuli
S. Bonauent. ſucceſſit in Cardinalatu hoc aliud ſplendidius Eccleſiæ lumen ſanctus Bonauētura Fidanza, Ordinis ſancti Franciſci generalis Magiſter, ſtudio & operâ Gregorij Papæ X. in œcumenico Concilio decimoquarto Lugdunenſi [g]. Qui equidem Rodulphus fratrem nactus eſt Guidonem Caprarij frequenter ſuprà celebrem factum nomine Baliui Matiſconenſis [h]. De illa autem Caprariorum genealogia & Stemmatibus fusè tractat Papirius Maſſonus in libello ſeu elogio Lutetiæ edito an. MDCXIII. vbi certè patres familiæ adnominat, quales nos priùs eo, at breuiùs, in anteriore noſtra ſacræ editionis chronologia adnumeramus ſub Aymone Epiſcopo anno M.DCVII [i]. & quales curſus clariúſque ſub finem præſentis calcographiæ diſtulimus, hauſtos è veteribus M.S. ſigillatis, quæ exporrecta legeramus, antequam ſcripſiſſet Maſſonus, inde pariter typum ſuum poſtea trahens per hæredes. Miſſum autem facio, an ex iſta gente emerſerit Alphonſus Cheurier, ſic dictus apud Democharem [l], Epiſcopus Lexouienſis, qui ceſſit vita an. 1377. Nondum enim mihi conſtitit certa fides.

g De quo Ciacon pà 597.
h n. 46. §. 3. 4. 6. & hic §. 3.
i in margine n. 74. 2 cautographo ruiſus et cōcredito.
l To. 2. ca. 11.

Paragraphus 7.

Mors Seguini. VLteriùs permeando, Seguini Epilogum quæramus. En quo pacto loquatur liber Obituum Eccleſiæ Maticenſis. *XIIII. Kalend. Iunij anno Dom. M.CC.LXII. obiit venerabilis memoriæ Seguinus iſtius Eccleſiæ Epiſcopus: qui tempore ſui regiminis multas fortes guerras & litigia*
1262. initio. *infinita pertulit. Pro qua etiam multa acquiſiuit: primò vineas circa Caſtrum de Rupe plantauit, turrim vnam ibidem conſtruxit de nouo, & alias turres reſtaurauit.* Nondum ergo id Caſtrum prorſus dirutum fuerat paulò antè, veluti ſuprà ferè opinatum eſt [m]. *Tandem pro anniuerſario ſuo in Eccleſia faciendo, legauit quicquid acquiſiuit apud Danaiacum, & apud S. Mauritium iuxta Laiſiacum, excepta decima, quam Dominus Guilelmus Doule habet in feudum ab eo apud S. Mauritium. Item dedit huic Eccleſiæ duos pannos de bandequino optimos.* Diem ſolitarium impreſſit San-Iulianus [n].

m n. 46. §. 2. 4.
n pa. 289. die 19. Maij.

XLVIII.

IOannes II. cognomine *Dalmacy*, ex præmiſſo [a] nobili genere cretus de Lugniaco, & antea Canonicus Eccleſiæ Cathedralis, Sedem conſecutus eſt anno præfato M.
1262. fine. CC.LXII. finiuntis Seguini. Liquet ex comperta tunc fructuum ſui Canonicatus diuiſione inter ſodales: equidem probabilius vltra anni medium. Libri Obituum Eccleſiæ Matiſconenſis hæc dictitant ipſius Ioannis tempore incidentia. *Idibus Septembris obiit bonæ memoriæ Magiſter Guilelmus de ſancto Amore [a] Doctor egregius artis Theologicæ, æquitatis & iuſtitiæ cæterarúmque virtutum munere mirabiliter adornatus: ſub pectore cuius olim clauſa fuit ſeptemplicis arca Sophiæ. Dedit B. Vincentio pro Anniuerſario ſuo LX. libras, de quibus Capitulum Matiſconenſe acquiſiuit reditus ad opus anniuerſarij.* Sic tandem ſua munera, vulgo ſui dationes, ad eam Eccleſiam extendit, tanquam Diœceſanus, & Epiſcopi præſertim Ioannis II.
Guilelmus Doctor eximius. amicus. Quem ſanè Theologum Gilbertus Genebrardus in Chronologia [b] vocat Doctorem Sorbonicum Pariſienſem ſcribentem aduerſus Mendicantium Ordines. Hæc Religioſus Genebrardus in genere ſolùm. Bibliotheca autem Conradi Geſneri Lutherani, dum adiicit eum virum extitiſſe Beluacenſem Canonicum, ſubdit alia deteriora, quæ optimam Doctoris famam lædunt. Siquidem peſſimè in orthodoxos affectus Geſnerus cenſetur tacitè hominem voluiſſe ad ſuam ſectam trahere, ei imponere, hanc quaſi vetuſtiorem effingere, & mentibus poſteritatis inſinuaſſe quòd ille Guilelmus ad infideles ſuos partes occultè ſteterit, dum teſtatur ipſum Authorem aduertiſſe infamias Fratrum Prædicatorum atque Minorum proponentium aliud confictum Euangelium ex Ioachimi Abbatis propheticis & Cyrilli viſionibus profluens. Nam alioqui eiuſdem Guilelmi opera interdicerent ampliſſimi
Schema erroris illo tempore. Indices librorum prohibitorum ſacri Concilij Tridentini, a Pontificibus Maximis Sixto V. & Clemente VIII. effecti locupletiores. Qui tamen de illo homine ne verbum quidem promunt. Neque tutior eſt in recenſitis iunior Robertus Baleus Iureconſultus Leodienſis, à quo Geſnerus decerpſit. Quippe Anglus ille in religionis quoque ſuſpicionem venerat ſuo ſeculo M. CCCCLXI. patriâ eius iam tunc infectâ. Interim, monet Geſnerus Guilelmum

a in Seguino. vulgò Damaz.
a villula Diœceſeos Matiſconenſ.
b ſub Alexādro 4. Papa.

claruiſſe annis M.CC.LX. & LXIII.ac vlteriùs. Tempus profectò valde cõforme Ioanni II. Antiſtiti Matiſconenſium, coætaneo & peramico eiuſdem Guilelmi. Obiter commemoro eundem noſtrum Ioannem notum ſynchrono Pontifici Romano Vrbano IV. Gallo Trecenſi: qui patriâ pene vicinus Ioanni,& humili loco natus fuerat primùm Patriarcha Hieroſolymitanus,deinde ad ſummum apicem Romæ euectus anno M.CCLXI. ad annum vſque LXIV. Ex Kalendario autem Bellijocenſi obiit Ioannes XVII. Kalend. Ianuarij [c],an.M.CC. LXIII.ob rationes in ſucceſſore patentes:& quod ſpectat ad Guilelmum Doctorem,is æta-
1263. tem ſuam vltrà perduxit ad annum vſque ſalutis milleſimum ducenteſimum ſeptuageſimum ſecundum, teſte præfato libello Maticenſi. De Ioanne I. Epiſcopo contuere Numerum 32.

c dans ced. Eccleſ. pro anniuerſario.

XLIX. *Paragraphus* 1.

GVichardus *de Iarmole* ante Matiſconenſem Pontificatum habebatur pariter Canonicus Eccleſiæ Cathedralis. Patet ſimúlque de nota prioris anni ſacræ ſuæ inaugurationis,ex eo quòd fructus omnes ſui Canonicatus atque præbendæ, tanquam va-
1264. cantis per ſuam ad Præſulatum canonicam ſeu cõptobaram electionẽ, diſtributi ſunt protinus inter ſuos capaces cõmilitones Canonicos die Iouis ante Paſcha anno M.CC.LXIV Tunc autem à die mobili Paſchatis præciſè inchoabat ille annus, iuxta morem eiuſdem
Anni terminus. æui,ſupra per nos diuulgari ſolitum [a]. Atque ob id decernitur menſem Februarij aut Mar- a nu. 454.
tij ante auguſtiſſimam Paſchæ ſolennitatem pertinuiſſe ad annum duntaxat milleſimum ducenteſimum ſexageſimum tertium. Adeò vt nos ritè paulò antè decreuerimus, quòd præceſſor Ioannes II. interiit ſub exitum elapſi eiuſmodi annui circuitus. Sub iſto autem Guichardo quinque præcipua Actuum teſtimonia emicuêre.Primum teſtimonium eſt,quòd
Quintuplex atteſtatio. vel iam primo ſui ſolij anno fœlici ſucceſſu conſequutus eſt Arreſtum ſupremi Senatus Pariſienſis,quo decretum eſt Capitulum ſuæ Eccleſiæ leuaturum ſuper quaque libra monetæ
I. diſtributiuæ,quæ Matiſconi cudebatur, vnum denarium. Idque ius profluxerat ex antiqua donatione Baſilicæ ſancti Vincentij attributa. At nondum legi,quando primum id donum videatur conceſſum. Attamen ſuprà ante ſeſquicenturiam annorum de ea fit mentio Num.40.[b] Secũda teſtificatio aliis in ſcriniis à nobis perlecta, eſt eiuſmodi. *Nos Officialis Ma-* b §.6.2.
II. *tiſcon.&c. ſalutem.Not.facimus,&c.quod cùm Petrus & Gaufridus Caprarij fratres, filij Guidonis Caprarij quondam Ballius Matiſconenſis communiter & pro indiuiſo poſſident res*(quaſdam) *ex diuiſione olim facta inter ipſos, & Guidonem fratrem ipſorum de bonis & iuribus paternis, &c. ac in rebus quas Frater Ioannes Caprary de Ordine Fratrum Minorum Frater eorundem legauit eidem Pe-*
1268. *tro* (natu maiori) *in ſua vltima voluntate,&c. Datum anno Dom.milleſimo ducenteſ.ſexageſ.octauo,menſe Nouembri.*Cæteris in membrana prætermiſſis.

Paragraphus 2.

III. TErtia confirmatio.In Archiuis Eccleſiæ Bellijocear Collegiatæ deprehendi Chartam primigeneam, pendente ſigillo oualino in cera viridi, & complectentem Teſtamentum originale Theobaldi cotempore Epiſcopi Cabilonenſis XLIX. decem bunil[illegible]aribus Matiſcone diſſidentis.Potiores cuius Inſtrumenti partes idcirco propalamus, quia fortuito in ciuitate Cabilonenſi tunc prætereundo aderat, vt creditur,Guichardus Antiſtes Matiſanus ipſo anno primo ſuæ electionis, necnon quia inde perſpicacior fiet terminus deceTeſtamentũ
vnius Epiſcopi Cabilonenſis. dentis eiuſdem Theobaldi, alioqui antea inuolutus [c]. *Nos Guilelmus humilis Abbas ſancti Petri Cabilonenſis* (infit locu[illegible]) *& nos Guilelmus Decanus Cabilon.notum facimus vniuerſis præſentes literas inſpecturis,quòd nos vidimus Teſtamentum ſeu vltimam diſpoſitionem apertam Reuerendi in Chriſt. Patris bonæ memoriæ Theobaldi Dei gratiâ quondam Cabilonenſis Epiſcopi· quam quidem diſpoſitionem coram nobis de verbo ad verb.legi fecimus,non cancellatam,non in aliqua ſui parte vitiatam, ſex ſigi lorum & ſex probor. virorum cum ſigillo dicti Theob. ſigillatam. Cuius tenor talis eſt. In nom.Patris & Fil.&c. Anno Dom.M.CC.ſexageſimo quarto menſe Nouembri, Nos Theobaldus miſeratione diuina Cabilonenſis Epiſcop. in infirmitate noſtri corporis poſitus, compos tamen mentis attendentes conditionem humanam, quæ eſt quaſi vapor ad modicum parens,ſic diſponimus de rebus noſtris noſtram vltimam voluntatem.Inprimis eligimus ſepulturam noſtram apud Firmitatem [d] ſuper Gronna, in quo loco concedimus Biblicam noſtram, Salomones noſtros,quinque libros Sa-*
Eius libri. *lomonis Sententias Magiſtri Pet.Lombardi,& ſermones noſtros quos propria manu ſcripſimus. Item legamus Eccleſiæ Cab. pro Anniuerſario noſtro annis ſingulis in die obitus noſtri celebrando qu[illegible]or libras [illegible]ienn.Item fabricæ Eccleſiæ ſancti Petri X.libr.Domus Dei Cabilon.X.libr.&c.omiſſis priuat*

c in t. noſtra edit pa.441. d Abbatia, *Laferté*, quatuor bun[illegible] liari. ab vrbe iuxta ipſe [illegible] Cap[illegible] clauſi iacet Comitiſſa de Baugiaco vxor Pet. Logras.Ob[illegible] anno 126[illegible]. Cab[illegible] id. Auguſti [illegible]nus [illegible] tis ſe[illegible] te a[illegible] cannus[illegible] an.1[illegible] ce in Cap[illegible] Annuac[illegible] Stionis.

ciis

eius domeſticis, ac famulis Eccleſiæ prolixo textu elaboratis, quibus munuſcula largitur. Tum ad calcem ſubduntur hæc verba, teſtatoris vocibus proximè finitis. *Nos verò Guido Archidiaconus Cabilonenſ. & nos Raynaldus Archidiac. Oſcharien. necnon nos Petrus Officialis Curiæ Cabilon. requiſiti & vocati à R. Patre in Chr. D. Theobaldo Dei gratiâ Cabilonenſi Epiſc. ad huiuſmodi Teſtamentum faciendum præſentes fuimus, & in ipſo Teſtam. ad d. Epiſcopi requiſitionem ſigilla noſtra appoſuimus. Item nos frater Guilelmus Prior Firmitatis ſuper Gronam, & Vuilelmus Cellarius ac Girardus Vicarius vocati à d. Epiſcop. teſtatore præſentes fuimus, & in ipſo ſigilla noſtra appoſuimus veritatis. Datum Cabiloni, in loco viſionis noſtra anno Dom. M.CC. ſeptuageſimo primo, menſe Aprilis.* Hæc non indigna memoratu, ob pias circunſtantias & Chronologiam.

Teſtes.

1270.

Paragraphus 3.

4. Atteſtatio. PRo quarta confirmandi vice obiter memineris, Lector, non modò noſtris hiſce diebus Epiſcopos Matiſconenſes in ſuis Officiariis deligendis ſemper liberrimos, fuiſſe ſolitos aliunde ſibi aſſumere Iudicem officialem, Vicarium generalem ac ſummum Pœnitentiarium, fori vtriuſque arbitrum, quàm ex gremio Canonicorum Cathedralis Baſilicæ, eóſque conquiſitos ex Collegiali Eccleſia Bellijoci quinque bimilliaribus diſtante è matrice ſacra Æde, quo pacto ſibi prouidit R. Gaſpar nuper in Diœceſi magnificè ſedens: verùm etiam id vſu olim perſpectum eſt. Quippe in Gazophylacio eiuſdem Fani Beatæ Virgini ſacro Bellijocenſi inuenimus autographa, quibus innoteſcit Guichardum Antiſtitem ad ſe vocaſſe & optaſſe Hugonem Magnin ſuæ iuriſdictionis eccleſiaſticæ Officialem bene meritum, virum apprimè doctum ac ſapientem, Canonicum duntaxat in ea Bellijocenſi Eccleſia. Liquet ibidem ex Inſtrumento anni milleſimi ducenteſimi ſeptuageſimi quinti cum
1275. clauſulis aliis hîc prætermiſſis. Obiítque ille Iudex die 2. Kalend. Aprilis anno incerto, ex libro decedentium præfatæ Baſilicæ Collegialis.

c de Iac Seu. &c.

Officialis tûc Matiſconenſis.

In veteri Capitulo iacet Thomas de Fougeriis. Obiit Vigilia Purific. B. Mariæ 1273. Sumo quod erã, nec erã quod ſum, modò dicor vtrumque.

Paragraphus 4.

5. Atteſtat. QVintus locus finis eſt Epiſcopi Guichardi, qui in calculi diſſidio ponitur. San-Iulianus monet [f] hunc Præſulem defeciſſe anno decimoſeptimo ſuę Cathedræ. Cùm ergo cœperit anno M.CC.LXIV. concluſio elicienda supereſt ipſum corpore ſolutum anno M.CC.LXXXI. At deinceps aduertimus librum obituum Maticenſis Capituli tantam durationem non cõpati. Nam ex priſco illo Volumine, San-Iuliano ſcribenti ignoto, collegimus eum ſacrum virum minimè præteriiſſe annum Sedis duodecimum. En ipſiſſima verba.
1276. *Anno milleſimo ducenteſ. ſeptuageſ. ſexto obiit Guichardus Epiſcopus die XVI. Kalend. Nonembris, qui dedit huic Eccleſiæ manſa & reditus in multis parœciis.* Propterea duo alia Inſtrumentorum genera, quæ paſſim antea remittebantur ad Guichardi tempora, mox tutius differuntur ad totidem priora ſub proximo ſuccedente Epiſcopo.

Guichardi obitus.

f pa. 190.

L. *Paragraphus 1.*

PEtrus de Iaſsia [g] ex præmeditatis in extremo anteceſſore indicatur nomen augu-
1277. ſtum dediſſe Maticenſi Eccleſiæ anno ſalutis milleſimo CCLXXVII. Quadruplex de eo pariter teſtificatio hiſtorica aſſeritur. Prima hæc. Senatuſconſultum [h] Balliui Matiſconenſis, Decanum & Capitulum Cathedralis Eccleſiæ tutatus eſt in veteri ſua proceſſione totius & omnimodæ iuriſdictionis parœciæ ac hominum ſancti Clemẽtis anno M.CC.LXXIX. pro qua re controuerſiam mouerat litigator Goffredus Matiſconenſis Præpoſitus. Id thema pridem poſt San-Iulianum repoſueramus ſub Guichardo Antiſtite: nunc ve-
1279. rò infrà paulò ſubnectimus ob calculares ratiunculas ibidem vulgatas. Secunda narratio. Philippus III. Rex Francorum, D. Ludouici filius, confirmauit priuilegia Eccleſiæ Maticenſis, quæ Pepinus dudum à nobis hoc fine illatus contulerat, atq; ſequaces aliquot Reges [K], vt vi datæ legis Clauſtra eiuſmodi Eccleſiæ a iudiciaria ſeculari ſeu laica vrbis ac regiâ poteſtate eximantur, ſtatuítque Princeps, quòd Epiſcopus, Decanus & Capitulum illo iure ſuo potiantur, eíſque liceat carceribus ſuis includere quotquot in eorum Eccleſia & Clau-
1282. ſtris delinquerent. Sed quia Regius Maticenſis Præpoſitus ſeſe publicationi Regiarum literarum oppoſuerat, actio Lutetiam ad ſupremam Curiam delata eſt; cuius Decreto Antiſt... ...uſque Clerus Cathedralis fines ſuos aſſecutus eſt anno M.CCLXXXII. ſed proceſſus ... oſtendit initiatum ante reuolutum annum LXXIX. aut LXXX. ex quo fit, vt eiuſmo... ...ficatio noſtra methodo præcedat tertium euentum alioqui tempore promptiorem ... ...ndam diarios, at nunc tardiorem iuxta præſentem noſtrum emẽdatum calculum.

Quatuor teſtimonia.

g volgò de la Iaiſſe.

h ſententiam latam.

K n. ... K n. 15. 2. ... 17. 3. 3.

Ter

3. Teſtimon. Tertiò igitur: Amedeus huius nominis quartus, & octauus Comes Sabaudiæ, quem dicunt filium Thomæ Comitis tertij, duxit in matrimonium ſub primis nuptiis Sibyllam Comitiſſam Balgiacenſem & Dominam Breſſiæ: cuius iuris ſibi annexi cauſa, ipſe quatenus Comes Balgiaci feudum recognouit Epiſcopo & Eccleſiæ Maticenſi debitum. Id manifeſtum eſt ex literis hominij: quibus caret diſcurſus San-Iuliani. Sed eas trahimus ex autographo, qui tamen in ſolo diario fallitur. Nam tale Manuſcriptum notat rem geſtam anno M. CCLXXX. die lunæ poſt octauam ſancti Martini. Hoc verò tempus fuit Philippi primi huiuſce nominis, Comitis ac fratris natu maioris, equidem prædeceſſoris eiuſdem Amedei quarti ab anno 1268. ad annum 1285.* Sic volumen genealogicum affinitatum. Ergo retenta hiſtoria cum ſuis nominum vxotarorum circunſtantiis, negotium peragi oportuit ab anno ſaltem M.CCLXXXVI. aut paulò vlteriùs. De hoc autem parto hominij genere ab Eccleſia Maticenſi, vnà cum Cera noua annuatim Altari ſancti Vincentij offerenda ab Officiariis Balgiacenſibus, multa diximus ſub Teotelmo Antiſtite [l], ſubinde repetita [m]. Quartò

Hominium Balgiacenſis Dynaſtiæ factum Epiſcopo.

4. Teſtimon. ad præfatum annum M. CC. LXXXVI. præcisè menſe Iulio circa feſtum ſanctæ Mariæ Magdalenæ, Rex Philippus tertius alteram Baliuo Matiſſano tranſmiſit iuſſionem, vt Decanus & Capitulum Cathedrale Matiſconeum potirentur iure quæſito percipiendi denarium ſuper quaque libra monetæ Matiſconi cudendæ: de quo iam in Guichardo [n].

* in veteri Capitulo D. Hugo de Edua Canon. Diac. obiit 3. Non Decem. 1303 & Ioannes eius nepos Subdiac. Cantor 16. Cal. Mar. 1287.
l n.30.§.1.
m n.41.§.4.
n.43.1.
n n.49.§.1. ac teſtat.1.

Paragraphus 2.

Hominium recognitum erga Eccleſiam Matiſconenſ. Veniamus ad Diœceſana extra vrbem, tametſi anteriora paulò in Data. Quippe ſeorſum ita dilatantur tempore Petri Epiſcopantis. *Nos Magiſter Ruffinus Iudex Curtæ Domini Bellijoci, notum facimus, &c. quod conſtitutis coram nobis, Perreto Bordon Domicello filio Domini Hugonis Bord. militis ex vna parte, & Dom. Guichardo de Telitz Decano Eccleſiæ pro ſe & Capitulo eiuſdem Eccleſiæ ex altera: idem Perretus ex certa ſcientia, ſpontaneus, de vniuerſis & ſingulis rebus, ſeruitiis, vſagiis, dominiis, iuribus & actionibus, tenementis ac redditibus coram nobis ſe deueſtit penitus, occaſione accipiendi eas in feudum & homagium à Decano & Capitulo ſupradictis, ſalua fidelitate Domini Bellijoci, ad opus dicti Capituli ex cauſa feudi ſuprad. ſoluendi octo ſolidos Vienn. de vno liurorio frumenti, de octo raſis auenæ, &c. Quæ omnia debet Perretus de manſo de la Fougeri in Parochia de Chaneletes, &c.* Tum omiſſis pluſquàm XL. lineis ſic periodos claudit

Laicos viros nomine tantum proprio hoc Inſtrumentum. *Datum anno Domini milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo octauo, menſe Ianuarij*: ſub ſigillo oualino in cera viridi. En homagij recogniti innouatio Eccleſiæ Collegiali facta. Ibi autem conſpicitis pro inſigni virtutis, laïcos & profanos etiam Iudices quondam piæ Chriſtiana humilitate ſolitos præterire cognomina gentilitia, & contentos propriis deſcriptis nominibus, velut probos imitatores, ſectantes pios animarum Paſtores ac Epiſcopos olim ſic priores religioſe loquutos. De quo themate nos iam ſuprà [o] alibi. o n.40 §.5. & n.44.1.

Paragraphus 3.

Epiſcopi Petri receſſum è ſeculo delineaturi, ordimur à duobus aliis eiuſdem Eccleſiæ adminiſtris, illius amicis, quibus Antiſtes poſtremus eſt ordine chronologico: cunctis

Tres obitus. ex libro Obituum Eccleſiæ Matiſconenſis. En primus. II. *Idus Nouembris anno M.CC.LXVII.*

I. Archidiacon. *obiit venerabilis Haymo de Bomerio Archidiaconus* (I. ſeu maior) *huius Eccleſiæ, vir merito memoria commendandus: qui magnatum ſociorùmque ac inferiorum meritis ſuis exigentibus fauorem habens, & gratiam eminentis ſcientiæ, ac elegantis verborum facundia, Eccleſiam manu rigida & inconuincibili protegens ac conſeruans, omnibus ferè aduerſariis Eccleſiæ erat formidini, conculcata iura Eccleſiæ & iniuſtè ſubtracta ad augmentum Eccleſiæ recuperans & reducens, Cui tandem Eccleſiæ decedens multa contulit pro Anniuerſario, &c.* Obitus hic euenit ſub Guichardo Antiſtite. Se-

II. Præcentoris. cundus verè ſub iſto Petro occurrens eſt eiuſmodi. *IV. Nonas Decembris obiit Hugo de Caſtro Regnaudi, Præcentor Eccleſiæ anno M.CC.LXXVIII. qui dedit Eccleſiæ vineam ſuam de Perreriis & pratum ſuum vltra Sagonam pro ſolenni ſuo Anniuerſario, &c.* Tertius hic tandem, de quo fit

III. Petri Epiſcopi. ſermo præcipuus. *Anno M.CC.LXXXIII. die XIV. Aprilis obiit bonæ memoria Petrus de Iaſſia Matiſcon. Epiſcopus, qui legauit nobis & Eccleſiæ noſtræ B. Vincentij centum libras Turonenſ. ad emendum reditus pro Anniuerſario annis ſingulis ibid. faciendo, quorum redituum medietas debet diſtri-*

1284. April. *bui inter præſentes in obſequiis ſeu Vigiliis, & alia ad Miſſam Anniuerſarij. Item dedit operi huius Eccleſiæ centum libras Turonenſ. Cuius ſepulturæ interfuit illuſtriſſima Regina Domina Margarita vxor Ludouici piiſſimi Francorum Regis [p], cum nobilium multitudine copioſa. Quæ Regina dedit B. Vincentio tres optimos bandequinos* [q]. San-Iulianus hic nec anteriores circunſtantias nec diarium deſcripſit [r].

p noui Sancti
q Tapeta.
r pa.290.

L I.

L I. *Paragraphus 1.*

HVgo *de Fontanis* [a] antea Archidiaconus, tum Decanus Eccleſ.Matiſconenſis,Sedem a vulgò des Fontaines.
1284. Iunij. loci conſcendit an.M.CC.LXXXIV.Id colligitur ex diuiſione ſuæ præbendæ ſeu
terræ Canonialis eo anno facta poſt feſtum Pentecoſtes. Duplex propoſitum pro
eo publicandum eſt.Sed quia totidem vetera in Eccleſia Bellijocenſi Diœceſana recèns
deprehendimus,quæ antecedunt tempore: idcirco talia priùs enodamus. Suntque in vniuerſum quatuor propoſita.Primum eiuſmodi. *Nos Guichardus de Thelitz Decanus Bellijoci notũ facimus,quod Dom.Ioannes Egidij Cantor Bellyoci hæres Dom. Gulelmi de Curnillon Presbyteri defuncti in noſtra præſentia propter hoc conſtitutus ſciens,prudens & ſpontaneus vendit coram nobis purè in perpetuum Domino Pet.Chaſelles Presbytero & ſuis duas domos ſitas in Caſtro Bellyoci ſubtus dictum Caſtrum à parte Orientali,&c.*Hinc omiſſis triginta lineis,eu finis. *In cuius rei teſtimoniũ ad preces dicti Cantoris nobis factas præſentibus literis ſigillũ noſtrum duximus apponendũ.Datum an.Domini M.CC.octuageſimo octano menſe Aprilis poſt Paſcha.*Secundum Inſtrumentum tale.
1288. *Nos Stephanus de monte Giraudi Sacriſta Bellyoci cognitor cauſarum* [b] *Curiæ Domini Bellyoci,Notum* b Lientenãt.
facimus vniuerſis,quòd Dominus Gulelmus Gandemars miles conſtitutus coram Gulelmo de Belma Clerico mandato noſtro iurato dictæ Curiæ à nobis deputato, cui ſuper hoc commiſimus vices noſtras,
* Acquiſitio pro Eccleſia Bellijoci. *ſciens,prudens & ſpontaneus, non per dolum inductus, ex certa ſcientia de ſingulis rebus, ſeruitiis, vſagiis, dominiis,iuribus,actionibus & reditibus tenementariis,poſſeſſionibus, terris, pratis, nemorib. cum feudis,appendic.prouentib.ædificiis & commodis vniuerſis,&c.quæ dictus miles leuat ſeu percipit coram dicto mandato noſtro penitus ſe deueſtit, ex cauſa recipiendi ea & accipiendi in feudũ ligium & homagium à Dom.Guichardo de Thelitz Decano Bellijoci* * *& à Capitulo einſd.loci,&c.ad opus dicti Capituli,&c.videlicet de XX.ſolidis Viennenſ. annui ſeruitij, quos debet dicto militi Guichardus Paſſedon parochianus S.Stephani la Varenna:item de quatuor ſolidis Vienn.vno miterio ſiliginis, duobus raſis auenæ,& dimidia gallina annui ſeruitij,quæ debet dicto militi Nicolaus Ioffreis parochianus de Vauts,&c.*Deinde poſt ſexaginta lineas iſta ſequuntur.*In quorum teſtimonium,&c.præſentibus literis Sigillum dictæ Curiæ* [c] *duximus apponendum. Datum anno Domini M. CC. octuageſ. octano,menſe Iulij.*De amplis hiſce iuribus ſatis.

* Alij Decani ibidem, ignotis variis temporib. ſũt Steph etiam frater & Sacriſta Portarũ. qui obiit 4. Idus Martij bernard. Bordõ 4. Idus maij Pontius Dec & Geraldus eius frater laicus, ac Supplicia mater obierunt Nonis Martium 15. Kal. Aprilis, & 8. Kal. Septem. Alius Bernar. Dec. & Canonic Matiſc. ac Archipresbyter 2. Idus Nouemb.

Paragraphus 2.

1290. TErtium propoſitum peculiare in beneficium Hugonis Epiſcopi,eſt hoc,cum quarto ſequaci. Is anno M.CC.XC.[d]conſequutus eſt cliẽtelares literas à Philippo IV.Rege Pulchro(vulgus appellat Saluægardiæ)directas ad Baliuum Matiſcon.aduerſus Sabaudię Comitem,ſuáſve gentes,in terra Balgiaci,&c.Quartum.Anno M.CC. XCIX.[e] Rex denuo com-
1299. pulſorium impertitus ipſi Epiſcopo aduerſus eundẽ ſupremum Comitem equidem ſuper damnis Romenæi illatis,&c.Denique verò ex libro Obituum Eccleſiæ Matiſſanæ Hugo ad patres ſuos vocatus eſt die III.Kal.Decembr [f].deditq; pro Anniuerſario ſuo inter præſentes
Obitus Hugonis. diſtribuendo,&c. Déque eo fit pariter mentio VIII.Kal.Nouemb [g].in obitu ſui Capellani, velut domeſtici.Ex quo non ægrè inferimus allucinatũ San-Iulianum,quando vult Hugonem Antiſtitẽ obiiſſe octauo Kal.Nouemb.Aſſumit nanq; Capellanũ pro ſuo hero ac Epiſcopo.Hæc autem Præſulis expiratio incidit anno ſal.M.CCC.Nihil aliud:niſi quòd ex eo-
1300. dem Martyrologio MS.Cathedrali die VIII.Idus Nouemb.anno M.CC.XCV. interiit venerabilis D.Bernardus Rebutini (habet locus)Cantor Eccleſiæ &Canonicus Ambianenſis, ibidem iacens: qui dedit Matiſconi pro Anniuerſario,&c.

c ſeu dominorum Bellijoci: *Lyon rãpant de ſable, au chãp d'argent, & cinq lambeaux à* ſr ueri in cera [illegible]di ouahna.
d ſub finem Decemb.
e menſe cit.
f a 8. Nou.
g 24 Octob.

LII. *Paragraphus 1.*

NIcolaüs electus eſt menſe Decembri anni M. CCC. poſſeſſione accepta ſub inchoã-
1301. te anno ſequente CCCI. De quo & pro ipſiùs Sede nos duodecim varia publica in-
Duodecim inſtrumenta. ſtrumenta, penè omnia ingentis ponderis, habemus proponenda. Primo loco, is Antiſtes
Regias clientelares literas Philippi IV, potiùs quàm III.Francorũ Monarchæ accepit,miſſas
ad Baliuum Matiſconẽſem pro firmiore Caſtri & Caſtellaniæ Romenæi tuitione,a nonnullis
I. oppreſſi: datas Pariſiis ſub annũ M.CCC.III.[a] Secũdò,vt in ſingulis euẽtibus chronologicam
II inſtr. ſeriem colere perſeueremus,idem Antiſtes voluente anno ſequente hoc patens Reſcriptum
peregit è Gazophylacio Eccleſiæ Bellijocenſis mutuatum.*Vniuerſis præſentes liter.inſpecturis, Nos Nicolaüs permiſſione diuina Matiſconenſ.Epiſcopus recepimus literas diſcretor. viror.Capituli Bellijoci,& ſpecialiter patronor.Eccleſiæ Beati Nicolai Bellijoci ſigillis dicti Capituli & dictorum*

a Die Veneris poſt feſtum S.Ioan. Baptiſtæ.

patronorum, quas penes nos habemus & retinuimus. Quarum tenor ſequitur. Reuerendo in Chr. Patri ac D. D. Nicol. permiſſ. diui. Matiſconenſi Epiſc. Domini H. de Malliaco Decanus & P. de Theliz Cãtor Eccleſiæ B. Mariæ Caſtri Bellijoci, Obedientiariſque magnæ Obedientiæ in d. Eccleſia, & patroni Eccleſiæ beati Nicolaï burgi Bellijoci ratione Obedientiæ memoratæ, ac eiuſd. loci Capitulum, ſalutem cum omni promptitudine ſeruitij & honoris ac reuerentiæ tam debitæ quàm deuotæ. Cùm officium Sacriſtiæ, quod M. Bernardus de Valle dilectus Concanonicus noſter in dicta noſtra Bellijoci Eccleſia obtinet, ſit in reditibus adeò tenue, quòd Sacriſta onera huic Officio incumbentia commodè non poteſt ſupportare: Nos commodum præd. noſtræ Eccl. & Eccl. B. Nicolai burgi Bellijoci ſpiritualiter & temporaliter affectantes, Paternitatẽ veſtr. quantum poſſum. ſupplicamus, quatenus cùm facultas ſe obtulerit, & dict. Eccleſiam B. Nicolaï vacare contigerit, ipſam Eccleſ. B. Nicolaï cum ſuis pertinentiis Officio Sacriſtiæ, ſi placeat, vniatis & perpetuò annexetis, conſtituendo authoritate veſtra ordinaria ipſum Officium Sacriſtiæ fore de cætero in ipſa Eccl. noſtra perſonatum aut etiam dignitatem. Ita tamen quòd dict. M. Bernardus nunc Sacriſta & ſucceſſores ſui vobis & ſucceſſoribus veſtris Epiſcop. Curam animar. d. Eccleſiæ B. Nicolaï recipiant ſalubriter gubernandam: & vob. ac ſucceſſorib. obedientiam debitam exhibeant, déque iuribus Epiſcopalibus reſpondeant competenter, &c. In cuius rei teſtimonium, nos Præfati Decanus & Cantor, &c. ſigilla noſtra præſentibus duximus apponenda. Datum anno D. milleſimo CCC. IV [b]. *Quibus literis receptis, Hugo de Montegirandi Rector Eccleſiæ B. Nicolai Bellijoci ſponte & liberè reſignauit d. Eccleſ. B. Nicolaï in manu noſtra* (ſic enim mox Antiſtes ad priſtinum ſuum ſermonem poſt exactam Capituli ſupplicationem regreditur) *& renuncians omni iuri, quod ſibi in dicta Eccleſ. competebat: Nos verò Epiſcopus, præd. viſis & diligenter inſpectis d. literis, deliberatione etiã ſuper his habita diligenti, vtilitatem & honorem Eccleſ. B. Mar. Bell. cupiẽtes totis virib. ampliare, & vtilitatem Eccl. B. Nicolai Bell. tam in ſpiritualib. quàm in temporalibus procurare, dictã Eccl. B. Nicolai Bell. diſcreto viro M. Bernardo Canonico & Sacriſtæ præd. Eccleſ. B. Mar. contulimus, & ipſum inſtituimus in ead. Curam ipſius Eccl. ei committentes ſalubriter gubernandam. Quia verò à Canonicis & Clericis antiquis Eccleſ. extitit dubitatum, vtrum Sacriſtia ipſius Eccl. eſſet vel fuiſſet dignitas ſeu perſonatus in d. Eccleſia, &c. Nobis autem conſtitit per plures teſtes fide dignos, quod d. Sacriſtia ab antiquo multa habet, quæ ſapiunt & ſunt de inſigniis dignitatis ſeu perſonatus, videlicet quòd Sacriſta in dicta Eccleſia per electionem certa die ſuper hoc aſſignata ab ipſo Capitulo eligitur & creatur, ſicut Decanus & Cantor ipſius Eccleſiæ. De quibus* [c] *non eſt dubium in ipſa Eccleſia dignitates eſſe ſeu perſonatus. Item eſt quòd Sacriſta ipſius Eccleſiæ propriam ſedem habet in Capitulo & in Choro, necnon etiam vocem in Capitulo poſt Decanum & Cant. eiuſdem Eccl. ac etiam aduentagium in diuiſionib. terrarum præ cæteris Canonicis ipſo in Canonicatu antiquioribus, &c. Super quibus & aliis dictum negotium tangentibus plenius informati, conſiderantes quòd prouentus ipſius Sacriſtiæ ſunt adeo exiles, quòd de ipſis vix poſſint onera Sacriſtiæ ſupportari: ad honorem Dei & B. Mar. glorioſæ Virg. matris eius, in cuius honore dicta Eccl. fundata eſt ab initio, præd. Eccleſiam B. Nicolai Bell. authoritate ordinaria, necnon de conſenſu & voluntate, ac etiam ad ſupplicationem patronor. prædictæ Eccl. totiúſque Capituli Bellijoci, vnimus & annectimus Sacriſtiæ Eccleſiæ Bellijoci ſupradictæ. Ita quod ex nunc & imperpetuum d. Eccleſia B. Nicolai vnita ſit & annexa ſupradictæ Sacriſtiæ. Declarantes & ordinantes authoritate qua ſuprà, de conſenſu & ad requiſitionem Capituli, quòd præd. Sacriſtia in Eccleſia Bellijoci ſit dignitas ſeu etiam perſonatus, & quod pro perſonatu ſeu dignitate poſt Decanum & Cant. in d. Eccleſia ab omnibus perpetuò communiter habeatur: ſaluis & retentis nobis & ſucceſſoribus noſtris Epiſcopis Matiſcon. in d. Eccl. B. Nicol. Bell. iuribus Epiſcopalibus, quòd ad nos & ſucceſſores noſtros pertineat inſtitutio in Eccl. B. Nicolai facienda, & inſtituendus præſentetur Curam à nobis & ſucceſſorib. noſtris recepturus, viſitationem, correctionem & alia iura quæ nobis ante vnionem competebant omnino reſeruantes. In cuius rei teſtimonium, &c. Dat.*
1304 *anno Dom. milleſ. trecenteſ. quarto, die Mercurij ante feſtum B. Clementis.* [d] En breuior ſtylus Vnionum ac prouiſionum beneficialium illius æui quàm hoc tempore.

Vnio parœcialis Eccleſ. Burgi Bellijoci cum Sacriſtia Eccleſiæ Collegialis loci.

Supplicatio Capituli.

Diſpoſitio Epiſcopalis.

Sacriſtia declaratur ibi dignitas ſeu Perſonatus.

Vnio vtriuſque beneficij.

Retentis cõditionib. curialibus.

[b] die Mercurij in feſto B. Martini.

[c] Decan. & Cant.

[d] 23. Nou. Iacet D Guido Perenus Subdiac Canonic. 16 Kal. Dec 1310. ante Capellã S. Ioãnis. Et Guido de Roſſeyo Cãtor, Ianuar. [illegible] ante Altare quondã B. E. Zabethæ

Paragraphus 2.

III. Inſtrum.

ADſequuntur varia quæ geſta ſunt vno toto anno milleſimo CCC. vndecimo, ſub diuerſis ſolùm menſtruis eius differentiis, nec aliter ab inuicem diſcrepantibus. Ex illo merti genere tria proximè ſequentia compromiſſi eorum duodenarij Inſtrumenta ordinatè procedunt. Igitur pro tertio loco in vniuerſa ſerie, is fertur eiuſmodi. Collatum eſt Reſcriptum clientelæ iam cœptæ in I. Articulo ſeu inſtrumento ſub manu præfati ibidem Philippi IV. Regis * aduerſus multas Eduardi Sabaudiæ [d] Balgiaci Dynaſtæ incurſiones, pro Caſtellania S. Albini *de Cormeranches*, & contra cæteras terras ſpectantes ad omnimodã Matiſconenſis Eccl. iuriſdictionẽ, paritérque aduerſus Guichardũ quintũ huius nomẽclaturæ, Dom. Bellijoci cognomine Magnũ, dũ ipſe aliquot parœcos adigere conabatur in præmiſſæ Saluegardiæ præiudiciũ ſub anteceſſore Epiſcopo Hugone [e] à Rege Phil. inchoatæ. Datũ ab

Regia Saluagardiæ pro Epiſcopo contra ſuos hoſtes.

[e] Venet[illegible] ſe ium [illegible] Baſt [illegible] d Comi[illegible] ab ann[illegible] [illegible] mori[illegible] mede[illegible] 8104 [illegible] & C[illegible]

Appel

Appellationum Iudice, die Veneris IX. Martij poſt Paſchæ Octauas anno tunc à die feſto exordium ducente. Inde verò pro quarta ordinatione, mox primi diuulgamus alterum ſpeciale huc ſpectans, quod fuit eiuſdem noſtri Præſulis Nicolai, denuo repertum in tertiis præmiſſis Archiuis Eccleſiæ Bellijocenſis, quale viſum iris. *Nos Nicolaus permiſſione diui-*

4. Inſtrum.

na Matiſconenſis Epiſcopus, & nos Frater Henricus miſeratione diuina Cluniacenſis Eccleſiæ Miniſter humilis, notum facimus vniuerſis, quòd cùm Decanus Decanatus Grandiſriui[f] *Matiſconenſis Diœceſis teneat & ab antiquo conſueuerit Curato & Clerico Eccleſiæ dicti loci ſingulis diebus ac annis in victualibus prouidere, & dictus Decanus ratione iuris patronatus habeat in dicta Eccleſ. quædam emolumenta, & de nouo Frater Guichardus de Thelitz Decanus dicti Decanatus & D. Ioannes Gelim Curatus loci per manus venerabilium viror. Domini Humberti de Noailliaco Decani, & Dom. Petri de Thelitz Cantoris Bellijoci concordauerunt affectantes ſub compendio oneris, quod dictus Decanus, qui nunc eſt & pro tempore fuerit, in compenſationem prædictæ prouiſionis victualis donat & quittat in perpetuum pro ſe & ſuis dicto Curato, qui eſt & fuerit, omne ius & omnem actionem, dictum Decanatum contingens, in Eccleſia memorata, nihil iuris ſuper hoc retinendo patronatu, excepto iure præſentandi ad Eccleſ. prædictam, & ſaluis Decano qui eſt & fuerit, tribus libris ceræ tantùm, quas Curatus & eius ſucceſſores*

Concordata inter vnum Curatum & Decanum per Nicolaum Epiſcopũ.

ratione concordiæ præd. pro patronatu, tenentur ſoluere annuatim, &c. Item concedit Decano prouiſionem victualem animalium, &c. Et cedit Curatus in perpetuum ac quittat noualia dictæ Eccleſ. ſeu Curæ Grandiſriui competentia. Item Curatus vinum & candelam, quoties neceſſe fuerit, procurationi noſtræ dicti Epiſcopi atque futuri Epiſcop. ſoluere teneatur, &c. Decanus pro ſe & aliis donat ſingulis Curatis & annis in perpetuum ſuper decima Grandiſriui quinque aſinatas ſiliginis, & medietatem pro indiuiſo primitiarum ſeu decimæ animalium, ita quòd Curatus miniſtrare teneatur neceſſaria Eccleſiæ, &c. Nos Epiſcopus ad inſtantiam Curati conſitentis coram nobis conditionem ſuæ Eccleſiæ, & nos Miniſter humilis[g] *ad inſtantiam Decani conſitentis conditionem Decanatus, &c. authoritatem noſtram interponimus & decretum, dantes eiſdem præſentes literas ſigillorum noſtrorum munimine roboratas in teſtimonium præmiſſorum. Nos vero Frater Guichardus de Thelitz Decanus Grandiſriui, & Ioannes Gelim Curatus loci promittentes ad inuicem per iuramenta noſtra ſingula ſupradicta pro nobis & aliis perpetuò obſeruare. Vnde ſigilla noſtra cum prædictis duximus apponenda. Datum anno M. CCC.*

1311. *vndecimo, menſe Auguſti.* Ex his faciìè conſtat Decanatum & Decanum Grandiſriui eſſe monaſticum, pendentem ex menſa ac Maſſa Abbatiali Cluniacenſi. Quo fit, vt Abbas etiam Henricus arbiter electus fuerit ex parte Decani Religioſi, & Præſul Nicolaus optatus ex parte ſui ſubditi Paſtoris animarum loci.

[f] vulgò Grãdriz, Beaug.

[g] Henric 29. Abbas Clun ab an. 1308. ad 1319.

Paragraphus 3.

V. Inſtrum.

QVinta ſeries eſt alius multò vniuerſalior & præſtans Actus, complectens priuilegia, immunitates ac Indulta, ſeptem Cathedralibus vicinæ totius Prouinciæ Eccleſiis & tribus Collegiatis, omnibus à Romana Sede conceſſis. Quam inſignem Chartulam magnique momenti nos mutuò accepimus ex promptuariis præfatæ Eccleſiæ Bellijocenſis: vtpote cuius etiam intereſt plurimùm ac ſemel Matiſconenſis, ibidem comprehenſarum, ſub anno prælibato: cùm ambæ partem habeant potiorem in illo beneficio. Auſculta. *Clemens*

Bulla Papalis.

Epiſcop. ſeruus ſeruor. Dei, ad perpetuam rei memoriam. Circa omnium Eccleſiarum ſtatum ac paſtoralis officij debitum ſollicitè vigilantes, in his eis libenter aſſiſtimus, per quæ illarum occurratur diſpendiis, & commoditatibus conſulatur. Sanè nuper accepimus, quod in ſingulis Lugdunenſi, Viennenſi, Matiſconenſi, Cabilonenſi Diœceſibus, ac Eccleſiarum Beati Pauli & ſancti Iuſti Lugdunenſium, necnon de Romans Viennenſis Diœcan quibus licèt certus numerus Canonicorum ac dignitatum, perſonatuum & officiorum fore noſcatur; tamen diſtinctio præbendarum in eis non habetur, nec in Valentinenſi & in Bellijoco Matiſconenſis Diœceſis, in quibus certus Canonicorum numerus & diſtinctio præbendarum non exiſtunt, attento tempore, cuius contra non extat memoria, fuit obſeruatum, quod ſingula Capitula ſingularum Eccleſiarum obtinent fructus, vſus, & redditus, prouentus, pedagia, patronatus, decimas, terras, domos, poſſeſſiones, Caſtra, villas, villagia, prata, paſcua, nemora, ſtagna, iuriſdictionem & bona indiuiſa quæ poſſident, ac habent dignitates, perſonatus, officia in ſacris Ordinibus, &c. Tum poſt octoginta lineas vel plures, hæc ſequuntur in MS. autographo. *Nos deſiderantes quàm plurimũ, quod Eccleſ. & Capitula prædicta pacis immunitate fruantur, & à damnis, onerib. ac expenſis releuen-*

Pro ſeptem Diœceſib.

tur, cultuſque diuinus in eiſdem caleſcat[f] *ac cupientes lites, controuerſias, quæſtiones, diſcordias, quæ ex talibus impetrationibus oriri poſſent in futurum, quantum cum Deo poſſumus, ſubducere*[g], *ipſiſque Capitulis & Eccleſ. in præmiſſis prouidere, motu proprio, non ad alicuius petitionis inſtantiam, ſed de mera noſtra liberalitate, ex noſtra mera ſcientia, volumus, ſtatuimus, & præſenti decreto decernimus, declaramus, ac ordinamus, quod deinceps fructus, cenſus, redditus & prouen-*

[f] vel coaleſcat, vel ac.

[g] vel ſubducere.

tus, pedagia, patronagia, Decaniæ, & alia, vt ſuprà, ac bona ſingularum Eccleſiarum prædictarum, qua Canonici, dignitates, perſonatus officiáve obtinentes ex diuiſionibus huiuſmodi ab ipſis Eccleſiis tenent, ac ex ſimilibus portionibus in futurum percipient, cùm ipſos Canonicos & perſonas cedere vel decedere, aut permutare vel huiuſmodi beneficia alia aſſequi, ſeu aliàs dimittere aut ipſis priuari, etiam apud Sedem prædictam quomodolibet contigerit ſub nomine portionum, domorum ſeu penſionum, aliàs per aliquem ſeu aliquos per literas Apoſtolic. vel Legatorum Sedis Apoſtolicæ, ſeu alterius cuiuſcunque ſub quauis forma ſeu expreſſione verborum tanquam reſeruata aut vacantia apud dictam Sedem: ſeu extra eam, ſeu alio quocunque modo valeant per aliquem cuiuſcunque ſtatus, gradus, ordinis vel conditionis exiſtant, impetrari, aut per quoſcunque, quibus ac ſingulis Canonicatibus ſingularum Eccleſiarum, maximè authoritate Apoſtolica, vel literarum Sedis prædictæ aut Legatorum eius mandari ſeu concedi contigerit per literas impetratas vel impetrandas: Etiamſi in iiſdem literis ſubſequatur [b], *videlicet non obſtantibus venerabilibus Fratribus noſtris Lugdunenſi, Viennenſi Archiepiſcopis; Matiſconenſi & Cabilonenſi ac Valentinenſi, Dienſi & Viuarienſi Epiſcopis, & ſingulis Capitulis eiſdem vel quibuſuis aliis communiter vel diuiſim à Sede Apoſtolica quoad receptionem vel occaſionem alicuius Indulti minimè teneantur, & ad id compelli aut interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint. Quódque de Canonicatib. portionib. ſiue penſionibus ſingularum Eccleſiar. ipſar. vel de aliis eccleſiaſticis beneficiis ad eorum collationem, prouiſionem, ſeu quamuis aliam diſpoſitionem, iunctim vel ſeparatim factam nulli valeant prouideri per literas Apoſtolicas, non facientes plenam, expreſſam, ac de verbo ad verbum, de Indulto huiuſmodi mentionem. Et qualibet alia dictæ Sedis Indulgentia generali vel ſpeciali cuiuſcumque tenoris exiſtat, per quam præſentibus non expreſſam vel totaliter non inſitam effectus ipſar. impediri non valent quomodolibet, vel differri, & de qua toto tenore habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis, vel quanis aliæ ſimiles vel diſſimiles, per quas tales impetrantes contra tenorem præſentium ſe tueri aut iauare valeant, &c. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam ſtatuti, Conſtitutionis, & decreti infringere, vel ei auſu temerar. contraire. Si quis autem hoc contemnere præſumpſerit, indignationem omnipotentis D. & beator. Pet. & Pauli Apoſtolor. ſe nouerit incurſurum. Datum apud Caſtrum nouum Aueniopenſis Diœceſis XV. Kal. Octobris, Pontificatus noſtri anno ſexto.* Qualis extiterit hic Pontifex: ſanè multi, & quidem veriùs, autumant eum fuiſſe Clementem quintum, primum Aueniom ſedentem ab anno
1311. M.CCCV. ad decimumquintum ob maximas tum in Italia emerſas ſeditiones [i], quibus ipſe mederi non poterat. Sic itaque præfata Bulla erit anni M. CCC. vndecimi: nonnulli vero interpretantur Clementem ſextum Lemouicenſem ab anno 1342. ad ſequens decennium, vtrique Aueniom, & vtrunque legitimum. Alij autem ſeptimum ibidem continuum arbitrantur ſub annis M.CCC. LXXVIII. & XCIV. vt pote in ſchiſmate ab vnis Francis & Hiſpanis Cardinalibus euectum. At ſatius videtur hanc calumniæ ſpeciem Gallis Epiſcopis non irrogandam eſſe, vt pote quod illi pij Antiſtites conſequuti non ſint vel aſſequi minimè optarint Diploma Pontificium à viro ſchiſmatico Papatum fingente contra orthodoxi Vrbani VI. tunc Romę ſedentem, per quē Auenio deſiit, ampliùs eſſe vera Sedes. Idcirco Bulla ſuccenſus attribuenda eſt quinto antea Archiepiſcopo Lugdunenſi [k], tum Burdegalenſi, eius patria. Adeóque ille Gallus erga prouinciam Lugdunenſem ac viciniam beneuole affectus ſuperarat. Vnde locus præfatæ Bullæ ſub Nicolao Maticenſi Epiſcopo optimè ſtatuitur: alioqui ſeriùs infra fuiſſet collocanda. Adde porrò quòd ipſe Clemens quintus libros quinque ſuarum legum Clementinarum compoſuit ac promulgauit vna cum œcumenica Synodo Viennenſi à ſe conuocata, quæ etiam Vienna fuit ex ſeptem Diœceſibus in præſenti Charta comprehenſis; & ipſe talia in vnum corpus ritè collegit ad Decretalium Volumina redactum Titulis quinquaginta duobus eundum, & Capitibus centū ſex ampliatum pro vniuerſo Chriſtianorum orbe: inter quos Titulos ſanè multi ſpectant ad materiam præſentis Chartulæ: potiſſimum eò pertinent Tituli *de Præbendis & dignitatibus, de conceſſione Præbendæ* [l], ut & qui *de Priuilegiis & exceſſibus priuilegiatorum* [m]. Si quæ autem poſthac dogmata inſurgant, quæ nos tandem cogant Bullam referre ad Clementem ſeptimum antipapam Aueniom, non inficiabimur apertæ futuræ demonſtrationi morem gerere.

Et tribus Ecclesiis Collegialibus.

Inter has est Ecclesia Bellijocensis.

Priuilegia.

Bulla est potius Clementis PP. V.

Libri Clementinarum.

[b] hic obscurum est in autographo post hunc scriptū.

[i] per annos 70. sequentes

[k] ... sub nomine B... postea mutato.

[l] ... Tit. ...

[m] ... Tit. 7. ...

Paragraphus 4.

6. Inſtrum.

SExtum MS. inſtrumentum propiùs ad Præſulem Nicolaum ſpectat, dum Chronologiam ſectamur. eſtque de cæteris Regiis clientelaribus literis Philippi IV. ac Ludouici Hutini [illegible] ... alis quas in 1. & tertio ordine allegamus, quidē facta conuerſus [illegible] duarum Comite Sabaudiæ & Dominum Balgiaci, quatenus eſſet præterea Caſtri S. Ro[illegible] Dynaſta apud Romaniacū, ſic ibidem ad memoriam reuoc[illegible] ſolum [illegible] Lugdun[illegible] Appellatio [illegible] iudici m[illegible] ſis, atq; Lugduni à Rege [illegible] an. M.CCC. XII. in fauore [illegible] N[illegible] pre. Quas literas ſubinde executioni mādauit [illegible] de Po[illegible] tenē [illegible] M[illegible] præceptū Balliui Ægidij de Maloduno, &c. S[illegible] primi[illegible] [illegible]

Lata ſententia in hoſtes ... 1312. VII.

laus iura ſuę Eccleſiæ ſemper protegere nixus eſt, aduerſus quoſdã nobiles, maximè in Dominum Berziaci, qui contumeliis affecerat Petrum de monte Verduno Archidiaconum Viriſeti in Eccleſia Matiſconenſi, exceſſibus perpetratis in ipſo Virizeti Caſtello *. Epiſcopus nanque & Capitulum Cathedrale damna repararunt beneficio Arreſti Curiæ Pariſienſis obtenti expenſis & diligentia Simonis de S. Cruce Decani Comitis Ioigniaci iure patrimonij. Quippe Dynaſta Berziaci ad emendam pro delicto condemnatus anno MCCCXV.
1315. quotannis ſoluit ac hæredes ipſius cereum ingentis magnitudinis perpetuò ante altare cathedrale comburendum à die feſto patrom ſancti Vincentij ad octauas, ſcripto ad cereum pendente de ipſa re geſta: hodiéque quotannis accenditur & reſtauratur. Simon verò vir potens conſtrui fecit Caſtella ſancti Clementis & Verziaci ad eam Eccleſiam pertinentis, alterius à præfato Verziaco profano; deinde ad Patres tranſlatus eſt V. Februarij MCCC. XLV. Octauò, Carolus Rex, cognomine Pulcher, anno MCCCXXVII. vltimo ſui Regni mandauit ceſſationem exceſſuum Amedei quinti, Comitis decimi Sabaudiæ, fratris natu minoris ac ſucceſſoris præfati Eduardi, hoc planè textu. *Viſis fidelibus noſtris à nobis in Matiſconenſi Balliuia pro reformatione patriæ deputatis ſuper incendiis, homicid. ſurpriſiis, deprædationibus, maleficiis & exceſſibus aliis commiſſis per Aymonem de Saband. Dom. Baugiaci, gentes ſuas & complices in homines, terram & bona dilecti noſt. Matiſcon. Epiſc. apud Romanayum & loca alia fundationis noſtræ exiſtentia in noſtra protectione ſpeciali, &c. Mandamus vobis quatenus niſi idem Aymo requiſitus celeriter ablata reſtituere vel reſarciri facere & emendari plene curauerit, ſi in regno noſtro valeant reperiri, alioqui in terra ſua vbicunque extra loca ſacra, etiam manu forti curetis capere, & vlterius extenſo brachio, ſicut res de patria exigunt, procedere, &c. Sicque oppreſſionem ipſius valida repreſſione compeſcite, quòd deinceps talia non audeat, &c. Data apud Noam die XXVIII. Auguſti, anno &c.* Signatum *A. Decanali.* Itémque eadem ſolari reuolutione extrema Rex denuo præcep[illegible] Matiſconi poſt menſes duos p, vt Balliuus ſatageret Epiſcopo temporalia reddi ab ipſo ſublata Amedeo è terris Romenai, & illum ad emendam condemnari pro illata iniuria, ſub pœna bonorum Comitis, rurſus capiendorum extra locum ſacrum vbicunque forent. Qui Amedeus ſe tandem regiæ voluntati ſubmiſit, literis datis apud Luparam die VII. Ianuarij ſequenti: poſt mandata Balliuij Franconis de Auennis viripotent[illegible]. Nonò, in gratiam eiuſdem Epiſcopi & Eccl[illegible] Matiſconenſis a Philippo VI. Valeſio Rege conceſſa eſt *retredentia in bona de quibus amoti fuerunt* (ait ty[illegible]us Manuſcriptus) literis datis Lutetiæ anno MCCCXXIX. q cum exe[illegible]tione peracta anno ſequenti, vt mandati:
1329. necnon additis duobus cõpulſoriis r. Quo rurſus an[illegible]o promul[illegible]ata eſt Regia conſtitutio f in Amedeum pro hominio Ant[illegible] debito ratione Ba[illegible], per miſſionem *Ioannis de Marziaco domicelli Præpoſiti Regij Matiſcon[illegible]* vt liq[illegible] auto[illegible]. Et inde tunc profluxit Arreſtum Pariſienſe *ſuper quibuſdam at[illegible] in iur[illegible]ione* apud R[illegible] ab ipſo Comite, vnà cum adiornamento u, ſicut loq[illegible] ſueue[illegible].

*Saulnl pag. 191.

VIII. — [illegible] Franciæ. — [illegible] ad- [illegible] alios. — [illegible] Rex. — Cereus. — [illegible] tales.

p mercurij vlt Octob & 8. Iul. 1327. q 3. Iun. & ſimilis alia vlt. April. 1330. r 23. Iul. 1327. & 23. Ion. an. 29 ſ vulgò ordonnance. t ſeu Romenarum. u Iunæ poſt feſtum S Martin. 1330. & antecedent. ex ſcripto Reg. Philip. Valeſ. mart. 1328. an. 1. [illegible]

Paragraphus 5.

Decimò, ſeorſum nos hîc vnum quadripartitum, quaſi extraneum Nic[illegible]lao, at eidem coetaneum promouemus; equidem munus a quatuor Francorum R[illegible] conce[illegible]um ac ter ſubinde confirmatum certis patriæ nobilibus præſenti Epiſcopo vicinis, & iura mu[illegible]cem pene communia ſacra atque profana ſuper Araris portu cum A[illegible] p[illegible] bus ſingulis præſtitis ſub variis cunctis reſperſis diariis eiuſdem noſtri Nicolai, attamen hîc ſimul nectendis. Primum. *Philippus Dei gratia Francorum Rex, notum f[illegible]mus, quòd cum Bartholomeus Caprarij* * *Ciuis Lugdunẽſis Valletus noſter dilectus ſexaginta decem ſolidos Pariſienſ[illegible] & vnum denarium Pariſien. de qualibus ſarcina ſeu carga* a *annui & perpetui reditus in peda[illegible]io Matiſconenſi capiendum a certis perſonis iuſto titulo nouiter acquiſiuiſſe dicatur; Nos ob fidelitatis probatæ conſtantiam & deuotionem continuam, quibus idem Bartholomeus ſe nobis reddidit & aſſidue reddit acceptum, eidem præſentium tenore concedimus gratioſe: & hæredes ſui dictum reditum vnà cum ſeptem denariis Pariſienſibus & tertiodecimo* b *annui & perpetui reditus, quæ Bartholomeus præſat. in dicto pedagio in feudum & homagium antea tenebat à nobis, vt aſſerit, perpetuo teneant, habeant & poſſideant ad vnicum homagium nobis & noſtris ſucceſſoribus faciendum. Actum Biteris menſe Februarij* MCCC[illegible]I. cum ſigillo in cera viridi. Signatum *De bella pertica*, Secretar. *Pernetus* Cancellarius. Tum quin[illegible]ue poſt annis ipſemet Princeps ſic loquitur, plura eidem viro largiturus. *Philippus, &c. Rex ſal. Cum nos dudum dilectum Bartholomæum Cheurerij ciuem Lu[illegible]nenſem Scanſionem noſtrum* c *ſeu obtentu gratiæ (ſeruitij) nobis ab ipſo fideliter impenſi recepimus [illegible] retinuimus in Scanſionem noſtrum; eidémque dedimus ad vitam ipſius tantùm centum libr[illegible] annui reditus percipi[illegible]ndas ab eo de noſtro patrimonio apud Templum ad duos termino[illegible] att[illegible]ndentes dicti Bartholomæi grata & continuata fideliter obſequioſa ſeruitia nobis ab eo-*

* ſtrum. — Quatuor Regis propter Caprariorum [illegible], homagio & pedagio.

* Sic ferunt cognomina in genitiuo poſita eſſe indicia nobilitatis, vel etiã in ablatiuo cõ præpoſitione de, teſte exẽplo. § 47. § 5. nunquã autẽ in nominatiuo caſu. a Charge. b vulgò le Treziem, lam no. 4. § [illegible] c [illegible] du Roy.

 dem

dem impenſa, vberiori gratiâ eum remunerare volentes, ante dictas centum libras Turonenſes a no-
bis conceſſas eidem ad ipſius vitam, ipſi Bartholomao ſuiſque hæredibus de legitimo matrimonio pro-
creatis & procreandis ad duos terminos ſuper emolumentis & reditibus noſtri pedagij Matiſconen-
ſis in augmentationem feudi, quod tenet à nobis dictus Bartholomæus. Actum Pictauis anno M
CCCVIII. *menſe Iunij.* In dorſo, *Per Dom. Inguerranum,* Cancellarium. Quibus in binis te-
xtibus quinque aduertenda. Primùm, Regem illum extitiſſe Philippum quartum, cogno-
mine Pulchrum. Secundò, Templum eſſe domicilium ſacrum Templatiorum Pariſiis, ſeu
Equitum Religioſorum ſancti Ioannis Hieroſolymitani, vulgò Rhodiorũ, hodie Melitren-
Pedagiũ Ma- ſium Inſulanorum. Tertiò, illæ centum libræ erant Regij primùm domanij in eo Templo
tiſconenſe. conſignati: & Rex dum talia familiæ Captariorum conceſſit, tranſtulit ſummam, impoſuit-
que ſuper Telonio Matiſconenſi ad commodum poſſidentiũ: ea quidem lege, vt deficientib.
forſan portus eiuſdẽ ſolitis emolumentis, ſolutio applicata ſit à Rege *ſuper Præpoſitura Matiſc.*
de gratia ampliori. Quo toto iure hac tempeſtate fruuntur Dynaſtæ ſancti Mauritij in portu.
Sed notandum quartò, Pedagium, quod ipſi poſſident ſuper Ponte Matiſconenſi, aliud eſſe
ius à centum libris diſtinctum. Etenim pedagium ſuis Dominis valet quotannis mille du-
centas libras hodie exſolui ſolitas, partim Epiſcopo, ex parte Regij, nonnullas Baroni de
Chandé, & reliquas familiæ Captatiorum debitas, quam portiunculam eidem genti con-
tulerat Ioannes de Brenna Comes Matiſconenſis, quinquennio antequã Comitatũ ſuum S. d nu. 46. §. 5.
Ludouico Regi venundaſſet, vti ſub Aymone Præſule recenſuimus d. Quintò tandẽ Bar- & 6.
tholomæus ſuos dignitatis gradus paulatim conſcendit in domo Regia ex meritis: quia prius
electus eſt Valletus Regis *, poſtmodúmque Scanſio, ex colligendis ſuprà. Atque hoc to- * de valet de
tum ſub vnico Rege dictum inſeruiat pro ſolo primo ordine compromiſſi quaternarij. Pro chambre ſeud
2. Rex. ſecunda autem coordinatione, audiamus Regem filium. *Ludouicus Dei gratiâ Francorum Rex,* Gentil-homme de châbre.
Balliuo Matiſconenſi ſal. Cum dilectus Scanſio noſter Bartholomæus Caprarij ciuis Lugdunenſis ra-
tione quinquaginta librarum Turonenſ. paruorum annui & perpetui reditus, quas ipſe a Iaquemino
filio Clerici de Praiel, qui eas ex dono recordationis inclytæ Domini charıſſ. & genitoris noſtri ſuper
emolumenta Pedagij Matiſconenſis percipiebat, & de quibus ipſum in noſtrum receperamus homa-
gium, emptionis titulo acquiſiuiſſe dicitur. Quam acquiſitionem ſaluo noſtro & alieno iure gratam
habemus & ratam, necnon pro pluribus aliis, quæ dictus Bartholomæus tenere debet à nobis in feu-
dum in Balliuia veſtra, pro quibus ſcitis præſtare nobis homagium teneatur: mandamus vobis, quod
ab eodem Bartholomao pro præmiſſis fidelitatis iuramentum recipientes ratione dicti homagij, quod
nobis ob id facere debet, vſque ad inſtans feſtum Sanctorum omnium, vſque ad quod eundem ſuper
ipſius præſtatione in noſtra ponimus ſuffrentia de gratia ſpeciali, nullatenus moleſtetis. Datum apud
ſanctum Dionyſium in Francia, &c. e Vbi ſcito interea nobiles genere olim ſolitos eſſe vrbes
lubentiùs incolere & dici malle ciues Metropolitanarum: deinceps verò relictis ciuitatib. e I. Maiſ... eſt Ludouic.
3. Rex. rura incolere, & Caſtella ſibi conſtruxiſſe. Tertio loco attende. *Philippus Dei gratia Fran-* Hutinus.
corum & Nauarræ Rex, Seneſchallo Lugdunenſi, &c. Scire vos volumus, quod ex relatione dilecto-
rum Gentium Computorum noſtrorum Pariſius nobis conſtat dilectum Bartholomæum Caprarij Scan-
ſionem noſtrum, &c. reliqua prætermus: ſcilicet eum vni regiæ maieſtati hominium ligium,
vt vocant, præſtitiſſe aut debuiſſe. De quo themate iam aurea. *Actum Pariſius die VI. Mart.*
Anno milleſimo treceteſimo decimo octauo. En benigna renouatio. Ille autem Rex eſt Philip- f ſane 65]
pus V. cognomine Longus, alter præfati Ludouici frater f, atque ſucceſſor in cera tubra. Philipp. 4.
Et tunc idem Bartholomæus ſcripto meminit *Emoneti Magiſtri Hoſpitalis Burgi Saporoſi Ma-* Pulchri.
tiſconenſis. Quã ſane vocem g hodie ampliùs non in vſu, acceptã ferimus pro ſuperſtite vrbis g Saporoſi, ma...
porta, nuncupata ſancti Antonij, & ſuo quondam burgo * foras lacerato, ac domibus in- * Gal...
tra adiacentibus, Vir autem Bartholomæus à Rege Principum allatorum patre coëmerat ... vulgò Sau-
plateam iuxta viridarium ſuum, *extra portã Burgi noui* mox cum ciuitate inuoluti *Dominica* roy & S. Sau-
ante cineres MCCCX. *&c.* Quartò & vltimo, eius frater tertius Carolus IV. Franciæ & ueur.
4. Rex. Nauarræ Rex, dictus Pulcher h, *Balliuo Matiſconenſi (air) Salutem. Scire vos volumus, quòd di-*
lectus Scanſio noſter Bartholomæus Caprarij, prohus quæ à nobis tenet in feudum in prædicta veſtra h Phil...
Balliuia debitum homagium nobis fecit, &c. Datum Pariſius, &c. Nos hoc quadruplex inſtru- obiit anno
mentorum genus fideli calamo hauſimus in exporrectis veteribus archetypis Manuſcriptis 1315
nobiliſſimæ domus ſancti Mauritij. Præmiſſa verò teloneorum iura huic Captariorum fa- 1321
miliæ annexa, percipiuntur omnino ſimilia ſuper eodem Araris portu per Matiſconenſes
Epiſcopos ab anteriore iam annorum centenario prius: quatenus ſub Aymone A[illegible] k ...
gnano compertum eſt k. Et vtrique hoc æuo pari dote fruuntur: piſcanturque in eo-
dem alueolo.

Patigra

Paragraphus 6.

XI. inſtrum. MOx verſus vndecimam totius negotij conquiſitionem animum impellẽtes, chartulam
noſtram propiùs ad Nicolaüm Antiſtitem eiúſque finem inducimus. Is ergo vt ſem-
per calcar addidit ad omne opus in commune bonum fluens, ſtrenuè demùm tuitus eſt iu-
XII. ra ſuæ Eccleſiæ, in qua pergebant adhuc irruere Religioſi Cluniacenſes: & obtinuit tum
in ſupremo Senatu, tum in ſecretiore Regis Conſilio ea quæ aduersùs hos petebantur. At-
1330. que duodecimò & vltimò, bonus tandem ille Præſul contulit varia diuerſique generis ec-
cleſiaſtica ornamenta in commodum Cathedralis Baſilicæ, cuius fabricam poſſeſſionum ſua-
Mors Nicol. rum conſtituit hæredem. Lumina clauſit anno MCCCXXX. Hæc ſatis.

LIII. *Paragraphus 1.*

IOannes III. cognomine de Sailagny, Bellijocenſis, & nobiliſſima huius agnominis
familia oriundus, initio noſtri Opuſculi videbatur nobis principium Sedis duxiſſe
ab anno duntaxat milleſimo trecenteſimo & quadrageſimo circiter nono, quando
egregiam tunc Capellam fundauit in altum ſuſpenſam cum Altari ſub honore ſancti Yuo-
nis in Cathedrali [a], ſicut ipſi vidimus; & velut etiam San-Iulianus loquitur [b]: qui Au-
Ioannis ordinatio & tempus. thor hoc ſolùm de illo Ioanne tradidit. Propterea is tardior ſenſus ſi retineretur, perſpe-
ctò ſic diutino Ioannis interſtitio ab elapſo Nicolao Præſule, equidem ſupereſſet facilis
locus inſerendi medium Odonem Epiſcopum ante hunc Salagniacum. Verùm certè mox
nobis occurrit multa neceſſitas altiùs Ioannem efferendi, & perinde Odonem infra ipſum
deprimendi opportunitas. Nam profectò ad manus tandem peruenêre quinque alia priſcę
ætatis documenta ſeu præclara Manuſcripta, quæ docent manifeſtè eum iam egiſſe Anti-
ſtitem Matiſconi annis vndeuiginti antea. Adeóque declarant illum proximè Nicolao ve-
riùs ſucceſſiſſe. Ex his verò quatuor teſtimoniis tria priora videntur efficere vnicam penè
actionem tribus aut quatuor dierum interuallis celebratam. Omnis autem eiuſmodi pro-
batio non pendet ex *Titulis antiquis Eccleſiæ Matiſconenſis*: vt neque pleraque alia à tem-
pore Aymonis Epiſcopi hactenus recenſita. Sed fluit è reliquis Epiſcopalibus autographis
nuper inuentis, probéq; recognitis: Prima actio reminiſcitur apertè ipſiuſmet *Ioannis de Sal-
loigné* Matiſconſis Epiſcopi, & Amedei Comitis, qui fuit quintus huius nominis, necnon Co-
1331. mes decimus in vniuerſum, atque Marchio Balgiaci [c], quem alij Haymonem etiam vo-
cant. Is autem tranſegit cum præfato Antiſtite die XII. menſis Septembris anno qui infrà.
Vnde quarto pòſt die palàm confirmauit Reſcriptum tali lege: vt nimirum hæc actio nu-
meretur pro ſecunda vice præſenti: quòd Amedeus *homagium & fidelitatem faciat dicto
Domino Epiſcopo ratione ſuæ Eccleſiæ prædictæ* (ait textus primarius) *& de feudo quod tenere de-
bet ab Eccleſia prædicta nouiter recognitionem dicto Domino Epiſcopo facere teneatur. Acta Ma-
tiſconi quoad dictum D. Epiſcopum anno Domini milleſimo* CCCXXXII. *præſentibus Dominis
Simone de S. Cruce Decano, Humberto Caprarij* [d] Canonico, & aliis Canonicis Matiſconenſib.
1332. &c. Qui annus eſto ſecundus Epiſcopalis ſuæ Sedis. Vt ſcilicet anno ſuperiore thronum
Victrices eius actiones cum variis Comitibus. ſit ingreſſus breui poſt Nicolai deceſſum. Atque hoc iam dicimus referre actionem alte-
ram. Tertia verò eſt, quòd hinc Comes re ipſa hominium præſtitit in ſuburbio ſancti Lau-
rentij, quò ſe Epiſcopus tranſtulit & migrauit, rogatu eiuſdem Comitis ſequenti XXI.
Octobris [e]. Et quarta, quæ magis diſcrepat tempore, proponit ratificationem compoſitio-
nis quam obſignauit *Blanca de Burgundia* Comitiſſa Sabaudiæ ac Domina Balgiaci reno-
uatam cum eodem Reuerendo Patre *, ad inſtar eius quam ſuprà fecerat Amedeus anno
cit. XXXII. Atque iſtius intimatio geſta eſt anno M. CCCXLVII. Hæc verò nobi-
1347. lis matrona, alioqui in Annalibus Sabaudiæ prætermiſſa [f], non eſt illa quam iidem
Annales vocant *Blancam de Monteferato* Duciſſam Sabaudiæ ad annum 1470. tum quia diſ-
crepant tempora vno ſeculo & triente, tum rurſus eò quòd Blanca Burgundiæ efferc-
batur tantùm Comitiſſa: cuius terra & regio erecta eſt in Ducatum ſub ſolo Amedeo VIII.
qui primus fuerat illic Dux conſtitutus anno 1417. Fuit ergo Blanchia ſoror Amedei Co-
mitis ſiue quinti, ſiue ſexti Viridis. Sic ipſamet Amedeum Sabaudiæ vocat fratrem ſuum,
ex Actis ab ipſa in Caſtro Pontis Velæ habitis eo anno 1370. die prima Iulij. Quintò de-
nique idem Ioannes anno M.CCC. XXXVI. Iuriſdictionem ex Baronia Romenæi penden-
tem egregiè innouauit [g]: à nobis mox recognitam in vetuſto Gazophylacio Epiſcopatus
Caprarij. Matiſconenſis. Obiter verò hinc aliò vela tantiſper facientes ordine chronologico, aliud
hîc adiicimus, velut parentheſim ex parte Philippi VI. Valeſij Francorum Regis ad Bali-
uum

a ad cornu dextram. Eccleſia loci celebrante in Choro feſtũ duplex de illo ſancto die 19. Maij, de commum nõ Pontificum cum trib. lectionib. proprijs, etiã ſuſcepto ibi vſu Romano, cuius Breuiariũ nihil.

b pag. 191.

c iam nu. 52. § 1.4.

d 12. Sept.

e & Baugiaci die 23. menſis

* Pariſ. 13. Iul. 1344

f apud Ioannem Turnonium 1602. Lugd.

g 18. Decem.

uum Matiſconenſem ſcribentis. *Significamus vobis* (inquit) *quòd Henricus Cheurery Scutifer, de his quæ in veſtra Balliua à nobis tenet, nobis fecit homagium, &c.* Reliquis eodem ſtylo digeſtis, qualia ſub Antiſtite Nicolao [h]. *Datum apud Romanuillier, die decima nona Iunij, anno* h nu. 52. §. 5.
1348. M. CCC. XLVIII.

Paragraphus 2.

Incrementũ fundationis duorũ Priorũ Præbendariorum, nunc dictorum S. Georg. in Cathedrali.

HOc ordine & loco iure interponimus Fundationem duorum Capellanorum à Decano huiuſce temporis celebratam in Cathedrali Matiſconenſi ſub tutela ſancti Georgij poſt Deum Optimum Maximum. Prior amborum Sacerdotum annexus eſt vni ex tribus præbendariis multò antiquioribus pro iuuanda Chori pſalmodia, iiſque tenui victu antea ibidem conſtitutis ſub Aymone Epiſcopo [i], nunc verò ampliore augmento colluſtratis. En tenor originalium documentorum. *Nos Officialis Matiſcon. nos quoque Simon de ſancta Cruce Decanus & Capitulum Matiſc.* (vbi nota Officialem in ſcriptis anteire Decanum Cathedralem, &c.) *notum facimus vniuerſis, quòd nos Decanus præd. fundauimus in Eccleſ. Matiſconenſi vnam Capell. in honore beati Georgij* [*], *& in eadem duos Capellanos, vnum magni Altaris, alterum Confratrem Altaris Primæ in Eccleſia prædict. &c.* Ac multis interiectis, *ad deſeruiendum dictæ Capellæ, celebrare teneantur* (addit textus) *pro remedio animæ ſuæ & anteceſſorum qualibet die vnam Miſſam defunctorum, &c.* Poſtea extenduntur in typo diuerſi inſtitutionis fundatæ articuli, domicilia, prouentus, iura: magna quorum parte hoc ſaltem æuo fruuntur Capellani. Qui fundi dum fruſtrà hîc in conſcribendo occuparent quatuor vt minimùm pagellas, nos ob id ſingula prætcrimus. Adeſt ergo ſic extremitas textuum. *Promittentes nos Capitulum contra hæc non venire, &c. In quorum teſtimonium, nos Decanus & Capitulum Sigillum quo vtimur cum ſigillo Officialatus apponendum duximus, &c. Datum in Capitulo die Veneris XIX. Menſis May, Anno milleſimo trecenteſimo quadrageſimo.* Deinde alia huic membrana nectitur ſub illis verbis. *Ioannes permiſſione diuina Matiſconenſis Epiſcopus vniuerſis, &c. Honeſtis petitionibus decens eſt fauorem benignum impertiri. Inde eſt, quòd diſpoſitionem, quam D. Simon de S. Cruce dudum Decanus noſtræ Matiſconenſis Eccleſiæ ex conſenſu Capituli generalis de Capella in honore beati Georgij fundata cum reditibus, &c. laudamus, approbamus ac confirmamus, &c. Actum* (ſub ſigillo) *quinta die menſis Iulij, Anno milleſimo CCC. L. quinto.* Tum allegatur hæc vltima membranula Primatis Franciæ. *Nos Henricus de Villars Dei gratia Archiepiſcopus Comes Lugdunenſis literas venerabilis in Chriſto Patris D. Ioannis Matiſconenſis Fratris Suffraganei noſtri chariſſimi iuſtificamus, & authoritate ordinaria approbamus, &c. Datum apud Montemblondum die XV. Nouembris, anno præfato.* Duo autem Præbendarij habent ſuas duas habitandi domos apud Dominicanos & ædem ſancti Ioannis in vrbe. Atque hæc bona eiſdem annexa ſunt, vt habeant vnde laudabiliter & honeſtè viuant, meliúſque deſeruiant Choro & Altari, quibus antea tenuiter deputabantur: collato illis deinceps alio rurſus incremento ſub hunc finem à Capitulo. De quo iſtorum augmento erga alios etiam Sacerdores in tali cauſa nos conuenientiùs eloquimur inſtà ſub Philippo [k] æquè munifico præſentis Simonis fundatoris nepote.

i nu. 46. §. 4. an. 1265.

* Turri pinnaculi ad fundamenta innixam.

Dignitas officialis.

Approbatio triplex.

k n. 55. §. 2. 3.

Paragraphus 3.

Additio ad ſodales Concatherinos Matiſconẽ.

MOx ſeorſum inueſtigemus duo Acta interiora Eccleſiæ Matiſconenſis, eáque multò breuiora. Primum eſt de additamentis ad Confratriam Cathetinorum eiuſd. Baſilicæ ex Teſtamento nobilis Petri de Salornayo, facto quidem anno M. CCC. XLVI. [l] ſed promulgato ſequenti duntaxat triennio, hiſce notis. *Ego Petrus de Salornayo Canonicus Matiſconenſis & Lugdunenſ. &c. Hinc eſt, quòd volens etiam ſaluti animæ meæ & meorum prædeceſſorum ac ſucceſſorum prouidere, duas Capellanias vnà cum quadam alia Capellan. volo & ordino fundari ac inſtitui in Capellis beatæ Catharinæ & beati Thomæ in Eccleſ. Matiſconenſ. & cum Capellanis Catherinis ibidem inſtitutis volo vniri & adiungi. Qui duo Capellani cum dictis Catherinis commorentur & viuant, inſimul comedant & iaceant, inſimul horas beatæ Mariæ in dictis Capellis dicant, &c. Datum anno milleſ. trecenteſ. quadrageſimo nono. Sign. Caprarij.* Ex Archiuis. Ergo mox adſunt in vniuerſum ſex Concatherini in ſocietate. Quorum nos iam quatuor fundatos præfiximus ſub Pontio II. Antiſtite [m], confirmatos ſub Aymone [n], & dilucidatos ſub Seguino [o]. Sed quod ſpectat ad horas beatæ Virginis matris ab ipſis cunctis in Capella recitandas: ſcitote quòd deinceps eiuſmodi Concatherini viſuntur alligati Choro matricis Baſilicæ ad horas canonicas diurnas, nocturnáſque magis publicè cum reliquo Clero decãtandas, qui tamen antea fuerant priuati Capellani. Hoc vtique cenſetur geſtum vel immutatum annis circiter quinquaginta poſt præſentem Actionem, hoc eſt, paulò poſt Capellanorum de Albiniaco & aliorum duorum ſancti Georgij fundationem. Qui cæteri ab

inſti

l menſe Dec.

6. ſodales.

m nu. 45. §. 6.

n nu. 46. §. 1.

Horæ B. Virginis quondam ab ipſis decãtatæ.

o nu. 47. §. 1.

inſtituto ferè omnes numero ſeptem citra Cetherinos, deuincti ſunt quoque eidem Cho- p nu. 55. §. 2. 3. an. 1374.
ro. Déque his liquet infrà ſub Philippo Antiſtite p, & de binis primis S. Georgij in ſuperio-
Quomodo immutatæ. re Paragrapho. Vbi aduerte, quòd licèt illi ſeptem pro eiuſmodi in Choro reſidentia po-
tiantur quotidiana panum aut frumenti ac vini diſtributione pro diariis obſequiis q: Con- q dictū ibid.
catherini tamen minimè talia recipiunt. Sed quia ex iſta primaria eorum fundatione locu-
pletata tenebantur Horas B. Mariæ Virginis diebus ſingulis in ſuo duplici Sacello decanta-
re: Capitulum cuius eſt illis in vacatione prouidere, eos ab hoc onere abſoluit: & tale mi-
niſterium interpretãdo ac mutando in Horas canonicas cum Epiſcopali venia & authorita-
te id ipſis deuouere non dubitauit in Cathedrali Choro, cui in locum deſeruiant. En vnum.
Concordata Epiſcopalia. Secundus Actus ferè duplex eſt, maximè de rebus quæ Amadeus VI. Sabaudiæ Comes r dictus Viridis ab ann. 1341. ad 1383.
XI. r habuit cum noſtro Præſule poſt Sacelli S. Yuonis fundationem: his ſingulis etiã obli-
uioni traditis à San-Iuliano. Vnum eſt quòd idem Amadeus Sabaudiæ concordata inter
eius patrem Amadeum V. ſ & Maticenſem Epiſc. corroborare non dubitauit, iſto verborum ſ ab an 1319. vide §. 1.
tenore. *Caſtellanis noſtris Pontis-vallium Baugiaci & S. Trinerij mandamus, quatenus Compoſition.*
Cum Sabaudiæ Comitib. *factam inter inclytæ recordationis quondam Dom. genitorem noſtr. chariſſ. & Reuer. Patrem in Chr.*
Dom. Matiſcon. Epiſc. amicum chariſſ. obſeruari faciatis ſecundum ipſius tenorem, quod gentes dicti
D. Epiſc. de vobis propterea iuſtam non habeant materiam conquerendi. Datum Balgiaci anno M.
CCC. L. t Alterum eſto, quòd nonnullæ permutationis vices celebratæ ſunt inter partes præ- t die 4. Mart.
1350. miſſas anno M. CCC. LIII. quibus decretum eſt relinquendos eſſe ſeruilis conditionis ad-
ditos Eccleſiæ Maticenſi in locis *de Roiſenſe & Rheole* u, habitatores Imperij aut agri Breſſiani, u aliàs Fayonle, 19. Auguſt.
vt pote qui eſſent penes Comitem ſuæque iuriſdictionis. Qui Comes pro antidoro remit-
1353. tebat è diametro plures penſiones eidem Eccleſiæ, & varia iurium debita ad ipſum hactenus
ſpectantia in Regno vel agro Matiſconenſi. Hæc in vetuſtis viis Chartis perlectis.

Paragraphus 4.

Capitulum Eccleſiæ Bellijoci. HIc incidunt opportunè aperienda duo Acta exteriora, attamen Diœceſeos, nimirum
Eccleſiæ Bellijocenſis; temporaneo eorum calculo ad ſuperiores computus permixto.
Prior geſtatio eſt eiuſmodi. *Nos Officiales Curiæ Matiſconenſ. & nos Capitulum Eccleſiæ Colle-*
giatæ B. Mariæ Caſtri Bellijoci vniuerſis, &c. Notum facimus, quod anno Dom. M. CCC. XXXII. die
Lunæ poſt feſtum B. Marguaritæ Virg. præuentu mortis piæ recordat. D. Petri de Thelitz quondam De-
cani Bellijoci, erant in Capitulo viri venerabiles D. Guichardus Dallant Cantor, Petrus de Moncellis
Sacriſta Bellijoci, D. Lancelotus de Propreriis, Guido de Franchelens, Ioannes Ducis, Ludouicus de Pro-
pre. Petrus de Brueria, Gaufredus Doubletens, Petr. de Marziaco, Ioan. de Caumont, & Ioan. de Mar-
cigniaco Canonici ipſius Eccl. videlicet illi qui inuenti fuerunt in Caſtro, & alij ad eorum domicilia
Caſtri, quorum erant commenſales in eodem Caſtro, ad eligendum Decanum Eccleſiæ cum clauſula, ni-
Canonici tūc nobiles. *ſi venirent, procedetur, abſentia dictorum Canonicorũ non obſtante.* Quos perſpicitis omnes tũc ge-
nere nobiles. *Ipſa horâ in Capitulo prædicti Dom. iurati dictum D. Ioann. Ducis præſentem in Decan.*
ipſius Eccl. elegerunt, &c. Quib. ſic actis D. Cantor D. Ioan. Decanũ de Capitulo in Chorum Eccl. pro ſe &
pro aliis Sacriſta adduxit, & in ſtallum Decani conſuetum aſſignauit & aſſedit. In quorum teſtimoniũ
nos Officialis ſigillum Curiæ noſtræ (is præcedit vbique) *& nos Capitulum ſigillum noſtrum duxi-*
Decanus ibi electus. *mus apponenda, die prædicto.* Nota ſigilli in cera viridi eſt imago oualina B. Virginis tenens ad
vlnas Ieſum infantem, & altera manu ſceptrum liliatum. Quo in textu aduerte obiter vete-
res Officiales ſolitos eſſe ſua nomina reticere, veluti pariter in aliis paſſim geſtis perſpexi-
mus x. Et quod attinet ad Bellijocenſiũ Canonicorũ numerum ibi expreſſorum qualitates, x §. 5. & nu. 54. § 2.
nos eas iam expreſſimus in ſacro Lugdunenſi Chronic. ſub Archiepiſc. Guidone II. l Poſte- l nu. 94 §. 3. gener. 17.
rius inſtrumentum tale eſt. *Nos Ioan. de Io Licentiatus in Legib. Iudex Curiæ D. Bellijoc. notũ faci-*
mus, quòd cùm venerabilis D. Petr. de Moncellis Legum profeſſor Decan. Eccl. Collegiatæ Bellijoci, m *ex* m ſuprà paulò antè Sacriſta ann. 1332.
cauſa cuiuſd. cõpoſitionis factæ inter ipſum D. Decan. ex vna parte, & Petr. de Marziaco Canonic. dictæ
Eccl. ex altera, teneretur in L. ſolidis Vienn. annuatim penes ipſum Petr. obligatus pro trib. paruis an-
niuerſar. in ipſa Eccl. annuatim faciendis pro remedio animar. Dominor. Saruagiorum. Hinc eſt, quòd
Actus alius Bellijoci. *anno M. CCC. XLIV. die Sabbati poſt Dominic. qua cantatur in Eccl. Dei, IVDICA ME* n, *venerabi-* n Dominica in Paſſione Quadrageſ.
lib. DD. d. Petr. Decano, Aymone de Beria Cantore, Ioanne de Franchelens Sacriſta, Ioanne Beconis
& Guidone de Fougeriis Capitulum facientibus, D. Decanus concedit dictis Cantori & aliis Canoni-
cis ad opus Eccleſiæ & Capituli res confinatas, quas recipiunt à dict. Dom. Decano tradere pro
quinquaginta ſolidis Vienn. &c. In cuius rei teſtimonium præſentibus literis ſigillum d. Curiæ du-
ximus apponendum. En Canonici nobilium familiarum, partim hodie ſuperſtitum.
Pro aliis nobilium ibidem exemplis, patent hi ex libro Obituum Eccleſiæ Bellijocenſ. or-
dine quidem menſium, at diuerſis annis ignotis, triplici ſerie. Primò, D. Robertus de Treſ-
mont quondam illic Canonicus & Sacriſta, qui obiit XVIII. Kalend. Februar. Gichardus
de

de Palude olim Sacerdos Canonicus: Berardus & Stephanus de Monte-medio Sacerdotes Canonici, 2. Nonas Februar. ac 6. Idus Martij: item Petrus, Guichardus & Humbertus de Doſa, vnus Canonicus, alius Miles, id eſt, nobilis, 8. Idus & 6. Non. Februar. ac 6. Idus Auguſti. Raignerius de Vilione Lugdunenſis & Bellijocenſ. Canonicus: Guigo de Ychonio Canonicus ibidem, 3. Idus Maij: omnes ſimplici conceptu. Altera ſerie, eáque ſub duplici animaduerſione, extant hi. Guichardus de Verneio Canonicus ſcribitur Præcentor Bellijoci 11. Kalend. Martij; tum Guigo de Germola Matiſconenſis Eccleſiæ Præcentor 6. Non. Aprilis: poſteáque Guigo de Vila dictus Præcentor ibid. & Canonicus Bellijoci, 8. Idus Octobris. Qua in re ſcito Cantorem & Præcentorem efficere quidem duas dignitates duóque humana ſuppoſita in Cathedrali Eccleſia Lugdunenſi, ad duo latera Chori pręcinentes, & in Capitulo poſt Decanum Archidiaconúmque aſſidentes. Verùm in Eccleſiis Maticenſi & Bellijocenſi ac alibi paſſim ſub ea voce allata Præcentoris adnumeratur Cantor illic ſolus conſtitutus abſque alio Præcentore, excepto Magiſtro Chori eius Vicario, nullatenus Canonico aut alia illic inſignito dignitate: tametſi Magiſter Lugduni ſolùm perſonatum * duplicémve fructuum portionem obtineat. Tertiò, alij nobiles Canonici vario ſenſu, qui ſimiliter proponuntur inſpiciendi, ſunt hi tres: primus Syluester Sacerdos Canonicus Bellijocenſis & Portarum Monachus, ſcilicet Carthuſianus in Breſſia Diœceſi Lugdunenſi, ſicuti iam diximus obiter de Stephano Decano Bellijoci Numero 51. §. 1. ad marginem. Obiitque Syluester 9. Kal. Aprilis. II. Giraldus de Antiochia Confrater Eccleſiæ Collegialis Bellijoci & Monachus Cluniacenſis, decedens è vita 4. Non. Octobris. Vbi notandum obiter, quòd dum Kalend. Decembris in libro ſcribitur, *Obiit Stephanus filius Giraldi de Antiochia*, vel præfatus Geraldus ante Clericatum fuerat vxoratus, vel eſt alius Giraldus Antiochenſis ab iſto profeſſo eccleſiaſtico diſcrepans. III. Hugo Gaſcher Canonicus Bellijocenſis & Monachus Firmitatis Ordinis ſancti Bernardi in Diœceſi Cabilonenſi obiit Nonis Nouembris. Propter quos tres Canonicos videtur inducendum ex breui cortice libelli Obituum, quòd olim licuerit Monachos triplici voto adſtrictos titulis Canonicatuum perornari, ſtalum in Choro & vocem in Capitulo obtinuiſſe, & mixtos conuixiſſe in ſecularibus Eccleſiis vnius voti caſtitatis: veluti opinantur nonnulli forſan ab initio factitatum in Cathedralibus quibuſdam Eccleſiis, vtpote Matiſconenſi, paritérve in cæteris antiquioribus ſub primitiua occidentali Eccleſia. At profectò minimè gentium ſic geſta res eſt. Nam Bellijocenſe Capitulum ſub poſteriori Eccleſia erectum, totum ſeculare ex vocatis Clericis conſtitutum eſſe cernitur, ideóque nunquam promiſcuum viris Religioſis. Vnde ita venit hiſtoria concipienda, quòd tales homines viciſſim nec ſimul electi putentur Canonici ac Monachi: verùm equidem ſe habito antea Canonicatu abdicantes, & mũdo prorſus vale dicentes, arctiſſima demum Cœnobia vitámque multò perfectiorem ingreſſos eſſe: ſeculare verò Collegium vnico rexturę ſpiritu horum meminiſſe, ac vtrumque vitæ ſtatum vna periodo inuicem conſtrinxiſſe, tanquam mutuorum antea ſodalium, nec tamen ampliùs redeuntium, aut retrò ad aratrũ terrenorum reſpicientium. Etenim leges Eccleſiæ hoc vitæ diſcrimen ſemper habuêre cõmendatum. Bonifacius Papa octauus ex Decretali *Nullus Religioſus*, titulo *de Electione*, in 6. vetat ne profeſſus, raróq; Nouitius in Monachiſmo, ad ſeculares Eccleſiæ dignitates eligatur. Sicut & è diametro Greg. PP. X. in œcumenico Lugdunenſ. Concilio Cap. *Cùm de beneficio*, tit. De Præbendis, ibid. *Clerico ſeculari prouideri non poteſt* (inquit) *de Prioratu, qui per Religioſos ſolitus eſt gubernari.* In Clementina I. de Electione ex generali Concilio Viennenſi per Clem. V. edita & creata, *prohibetur, ne Religioſus in Prælatum alterius Religionis vel habitus, niſi ad Epiſcopatum, digatur: ſecus totum eo ipſo ſit irritum.* Duntaxat ex Cap. *Doctos* 16. q. 1. D. Ambr. laxat tantiſper habenas caſu plerunque vrgente, vt in ſubſidium *Monachi Presbyteri baptizare, prædicare, pœnitentiam dare, decimarum & oblationum portione iuſta perfrui debeant moderata diſpenſatione*: & veſtem monachalẽ retinentes dummodo hæc auida elatione non ſuſcipiant (ait ibid. D. Auguſt. Cap. *Vos autem*) nec blandiente deſidia reſpuant. Hinc Cõcordata Galliarum nuper inter Leonem PP. X. & Franciſcum I. Reg. inita ex Cap. *De Collationib. §. Volumus*, ſanciunt graduatos beneficia eccleſiaſtica in aſſignatis eiſd. menſib. vacantia conſequi poſſe *ſecundum perſonæ condecentiã; ſeculares ſecularia & religioſos regularia, nec aliter poſſint, prætextu Apoſtolicæ diſpenſat.* Inde riuos claudens Rebuff. in praxi Beneficior. pag. 191. dicit, *Quandoque diſpenſari cũ minore ſeculari ad regulare benef. obtinendũ, vel è contrà, quia de iure ſecularis nequit aſſequi regularia, neque ſecularia regularis.* Quod & renouat pagina 209. Hæc autem cuncta a priuatis pertracta ad publica, tanquam longiùs multò proficua in commodum vniuerſalis Eccleſiæ, videbantur hîc opportunè deducenda ad vſum commentarij: Capitularibus his cœtibus celebratis, dum Ioannes III. Matiſconi ſederet. Quamuis verò

* ſiue officiũ.

hæc

hæc actio maturior ſit aliquot partibus in anteriori ſimul collectis: tamen eam poſtponimus, cùm ſola ſit.

Paragraphus 5.

Caprarius exemptus à Rege.

AD cætera huiuſce temporis pedem referamus ex conquiſitis MS. *Ioannes Dei gratia Francorum Rex Balino Matiſconenſi ſalut. Significamus vobis, quòd Henricus Caprarij nobis fecit homagium de his qua in veſtra Balıuia à nobis tenet in feudum. Ad quod ipſum recepimus, noſtro & alieno in omnibus iure ſaluo. Quocirca vobis mandamus, quatenus dictum Petrum ratione dicti homagij nobis non facti in perſona vel bonis nullatenus compellatis, aut cogi permittatis. Et ſi quid de ſuo captum, ſaiſitum vel leuatum fuerit, eidem reddi vel reſtitui faciatis indilatè. Datum Lugduni, die VII. Februarij, anno milleſimo trecenteſimo quinquageſimo. Sub noſtro ſigillo, quo ante Regni noſtri ſuſceptum regimen vtebamur. Per d. Regem. Verriere Cancellarius.* Hic calculus noſtro modo inchoandi hodie annos à Ianuario, eſſet milleſimus quinquageſimus primus: tunc autem erat penè finis anni prioris, vt pote incipientis in Paſchate. Atque ſedebat Matiſconi Ioannes III.

Annus.

Paragraphus 6.

Principia dilatatæ magis eccleſiaſticæ iuriſdict. Matiſconi.

IAm ſub extremis vitæ præfati Ioannis Epiſcopi adſequitur explanatio Iuriſdictionum eccleſiaſticarum Capituli Baſilicæ Matiſconēſis, quatenus diuiduntur notiones iuris dicundi inter Epiſcopum & Capitulum Cathedrale. Quæ quidem latitudines mox ſub Ioanne Salaniaco & ſucceſſore incrementum multùm acceperunt, præter ea quæ de illo themate dudum allata ſunt in Raynaldo [o] & Pontio II. [p] Antiſtitibus. Audi textus primarios præſentis inſtituti ſeu prolegomena futuri totius negotij. *Nos Officialis Matiſconenſis notam facimus vniuerſis præſentes literas inſpecturis: Quòd cùm lis, quæſtio, ſeu controuerſia moueretur, ſeu moueri ſperaretur inter Reuerendum in Chr. Patrem & DD. Ioannem miſeratione diuina Matiſconenſem Epiſc. ipſius & Matiſconenſ. Eccleſ. nomine ex vna parte, & venerabiles viros DD. Decanum & Capitulum Matiſcon. ſuo & Eccleſ. Matiſconenſ. nomine ex parte altera, ſuper iuſtitia & iuriſdictione ad forum eccleſiaſticum pertinente. Et ſpecialiter ſuper eo quod Domini Decanus & Capitulum dicebant & aſſerebant, quòd ſingulorum Canonicorum ac Clericorum Chori Matiſconenſ. Eccleſ. cuiuſcunque ſtatus, ordinis, conditionis, dignitatis & præeminentiæ exiſterent, quoquo modo delinquentium, quodcunque crimen ſeu delictum, maximum vel minimum, vel medium committerent, & in quocunque loco perpetratum; omnimoda captio, correctio, punitio, & plena iuriſdictio eccleſiaſtica, ſeu ad forum eccleſiaſticum pertineret, ſiue ciuilis, ſiue criminalis, & tam in cauſa reali quàm perſonali ſiue mixta, generali, vel ſpeciali, & ſiue per viam acquiſitionis vel inquiſitionis vel denunciationis, & ſiue ciuiliter, ſiue criminaliter, ſeu viâ ordinariâ vel extraordinariâ, ſeu iure actionis vel officio Iudicis, ſeu quomodolibet foret procedendum, ad eoſdem Decanum & Capitulum ab antiquo pertinuit, pertinet & pertinere debet ſolum & inſolidum, tam ex priuilegiis Sedis Apoſtolicæ ſuper hoc conceſſis, quàm ex antiqua conſuetudine legitimè præſcripta, & diuturnis temporibus obſeruata: Quódque ipſi Domini Decanus & prædeceſſores fuerunt & ſunt in poſſeſſione vel quaſi pacifica per decem viginti, triginta, quadraginta & etiam centum annos ac amplius, quorum contrarij memoria hominum non exiſtit ſuper omnibus præmiſſis, incidentibus, emergentibus & connexis, maximè in caſu in quo Canonici vel Clerici de Choro voluerint aut velint in communi Capitulo reſpondere: Quo caſu D. Epiſcopus Matiſconenſis, quicunque fuerit in perpetuum, & qui nunc eſt iuſtitiam facere, vel alios compellere non debuerit, debet, ſeu debebit quomodolibet in futurum, attenta conſuetudine Eccleſ. Matiſcon. hactenus approbata, quam inter alias Mel. T. Sanctorum Ioan. & Pauli Presb. Cardinalis Legatus confirmauit [q]: cuius ſcriptum authenticum Cæleſtinus Papa ſuis literis inſeri fecit. Ac deinde Honorius Papa ad inſtar Cæleſtini per ſuas literas confirmauit [r], prout in literis dictorum Roman. Pontificum dicebant latiùs contineri: Cuius conſuetudinis tenor, vt dicebant in literis Apoſt. eſt talis. Epiſcopus de Canonico, vel de quolibet alio de Choro Eccleſiæ Clerico, dum in communi Capitulo reſpondere voluerit, iuſtitiam facere vel alias compellere non debet; dicto D. Epiſc. ſuo & ſuæ Eccleſiæ Matiſconenſis nomine contrarium penitus aſſerente, & dicente, quòd tam de iure, quàm de conſuetudine ad ſolum Matiſconenſem Epiſcopum qui fuit, eſt, & erit, etiam irrequiſito conſilio ſui Capituli, omnimoda iuriſdictio ad forum eccleſiaſticum pertinens ſuper omnibus præmiſſis, etiam in dictos Canonicos & Clericos Chori pertinuit, ac pertinere debet: Quodque idem D. Epiſcopus eiúſque prædeceſſores ſoli & in ſolidum abſque eo quod ſui Capituli requirere conſilium ſuper hoc teneretur, eſt & fuerunt in poſſeſſione ſeu quaſi pacifica per XX. XXX. & centum annos ac amplius, & etiam per vltimos annos, dies, & actus, & per tempora quorum contrarij memoria non exiſtit, ſuper omnib. præmiſſis, & etiā in dictos Canonic. ac Cleric. Chori, etiā in caſu in quo Canon. vel Cleric. de Choro voluerūt & volunt, elegerunt ſeu eligūt in cōmuni Capitulo*

Capituli prætenſiones.

Ea diſtinctio & longior quam antea inter vtramque partem.

Epiſcopi propoſitiones.

[o] n. 44. § 1.
[p] 45 § 5.
[q] nu. 44. cit. § 1.
[r] nu. 45. § 5. cit.

claruiſſe annis M.CC.LX. & LXIII. ac vlteriùs. Tempus profectò valde cõforme Ioanni II.
Antiſtiti Matiſconenſium, coætaneo & peramico eiuſdem Guilelmi. Obiter commemoro
eundem noſtrum Ioannem notum ſynchrono Pontifici Romano Vrbano IV. Gallo Trecen-
ſi: qui patriâ pene vicinus Ioanni, & humili loco natus fuerat primùm Patriarcha Hieroſo-
lymitanus, deinde ad ſummum apicem Romæ euectus anno M.CCLXI. ad annum vſque
LXIV. Ex Kalendario autem Bellijocenſi obiit Ioannes XVII. Kalend. Ianuarij c, an. M.CC. c Chron. Ecclesiæ pro [illegible]
LXIII. ob rationes in ſucceſſore patentes: & quod ſpectat ad Guilelmum Doctorem, is æta-
1263. tem ſuam vltrà perduxit ad annum vſque ſalutis milleſimum ducenteſimum ſeptuageſi-
mum ſecundum, teſte præfato libello Maticenſi. De Ioanne I. Epiſcopo contuere Nu-
merum 32.

XLIX. *Paragraphus* 1.

GVichardus *de Iarmole* ante Matiſconenſem Pontificatum habebatur pariter Cano-
nicus Eccleſiæ Cathedralis. Patet ſimúlque de nota prioris anni ſacræ ſuæ inaugu-
rationis, ex eo quód fructus omnes ſui Canonicatus atque præbendæ, tanquam va-
1264. cantis per ſuam ad Præſulatum canonicam ſeu cõprobatam electionẽ, diſtributi ſunt pro-
tinus inter ſuos capaces cõmilitones Canonicos die Iouis ante Paſcha anno M.CC.LXIV.
Tunc autem à die mobili Paſchatis præcisè inchoabat ille annus, iuxta morem eiuſdem
Anni terminus. æui, ſuprà per nos diuulgari ſolitum a. Atque ob id decernitur menſem Februarij aut Mar- a nu. 46.54.
tij ante auguſtiſſimam Paſchæ ſolennitatem pertinuiſſe ad annum duntaxat milleſimum
ducenteſimum ſexageſimum tertium. Adeò vt nos ritè paulò antè decreuerimus, quòd
præceſſor Ioannes II. interiit ſub exitum elapſi eiuſmodi annui circuitus. Sub iſto autem
Quintuplex atteſtatio. Guichardo quinque præcipua Actuum teſtimonia emicuêre. Primum teſtimonium eſt, quòd
vel iam primo ſui ſolij anno fœlici ſucceſſu conſequutus eſt Arreſtum ſupremi Senatus Pa-
riſienſis, quo decretum eſt Capitulum ſuæ Eccleſiæ leuaturum ſuper quaque libra monetæ
I. diſtributiuæ, quæ Matiſconi cudebatur, vnum denarium. Idque ius profluxerat ex anti-
qua donatione Baſilicæ ſancti Vincentij attributa. At nondum legi, quando primùm id do-
num videatur conceſſum. Attamen ſuprà ante ſeſquicenturiam annorum de ea fit mentio
Num. 40. b Secũda teſtificatio aliis in ſcriniis à nobis perlecta, eſt eiuſmodi. *Nos Officialis Ma-* b § 6.2.
II. *tiſcon. &c. ſalutem. Not. facimus, &c. quod cum Petrus & Gaufridus Caprary fratres, filij Guidonis
Caprarij quondam Ballitui Matiſconenſis communiter & pro indiuiſo poſſident res* (quaſdam) *ex diui-
ſione olim facta inter ipſos, & Guidonem fratrem ipſorum de bonis & iuribus paternis, &c. ac in re-
bus quas Frater Ioannes Caprary de Ordine Fratrum Minorum Frater eorundem legauit eidem Pe-*
1268. *tro* (natu maiori) *in ſua vltima voluntate, &c. Datum anno Dom. milleſimo ducenteſ. ſexageſ. octa-
uo, menſe Nouembri.* Cæteris in membrana prætermiſſis.

Paragraphus 2.

III. TErtia confirmatio. In Archiuis Eccleſiæ Bellijocææ Collegiatæ deprehendi Chartam
primigeneam, pendente ſigillo oualino in cera viridi, & complectentem Teſtamen-
tum originale Theobaldi cotemporei Epiſcopi Cabilonenſis XLIX. decem bumilliaribus
Matiſcone diſſidentis. Potiores cuius Inſtrumenti partes idcirco propalamus, quia fortuito c in 1. noſtra edit. pa. 441.
in ciuitate Cabilonenſi tunc prætereundo aderat, vt creditur, Guichardus Antiſtes Matiſ- d Abbatia,
ſanus ipſo anno primo ſuæ electionis, necnon quia inde perſpicacior fiet terminus dece- *Laſſerte*, quatuor bumil-
dentis eiuſdem Theobaldi, alioqui antea inuolutus c. *Nos Guilelmus humilis Abbas ſan[cti]* liarib. ab vrbe iuxta inſu-
Teſtamentũ vnius Epiſcopi Cabilonẽſis. *Petri Cabilonenſis* (inſit locus) *& nos Guilelmus Decanus Cabilon. notum facimus vniuerſis præſen-* be iuxta inſulam nemoralem
tes literas inſpecturis, quòd nos vidimus Teſtamentum ſeu vltimam diſpoſitionem apertam Reueren- Capituli
di in Chriſt. Patris bonæ memoriæ Theobaldi Dei gratiâ quondam Cabilonenſis Epiſcopi quam qui- ciauſi iacet Comitiſ-
dem diſpoſitionem coram nobis de verbo ad verb. legi fecimus, non cancellatam, non in aliqua ſui par- ſa de Baugiaco vxor Pet.
te viciatam, ſex ſigillorum & ſex probor. virorum cum ſigillo dicti Theob. ſigillatam. Cuius tenor Logræ. Obiit
talis eſt. In nom. Patr. & Fil. &c. Anno Dom. M.CC. ſexageſimo quarto menſe Nouembri, Nos Theo- anno 1265.
baldus miſeratione diuina Cabilonenſis Epiſcop. in infirmitate noſtri corporis poſitus, compos tamen Calend. Auguſti. Guilel-
mentis attendentes conditionem humanam, quæ eſt quaſi vapor ad modicum parens, ſic diſponimus mus [illegible]
de rebus propriis noſtram vltimam voluntatem. Inprimis eligimus ſepulturam noſtram apud Firmita- [illegible]
tem d *ſuper Gronnam, in quo loco concedimus Bibliam noſtram, Salomones noſtros, quinque libros Sa-* canonicus [illegible]
Eius libri. *lomonis, Sententias Magiſtri Pet. Lombardi, & ſermones noſtros quos propria manu ſcripſimus. Item* [illegible]
legamus Eccleſiæ Cabil. pro Anniuerſario noſtro annis ſingulis in die obitus noſtri celebrando quatuor iacet in Capel-
libras Viennen. Item fabricæ Eccleſiæ ſancti Petri X. libr. Domus Dei Cabilon. X. libr. &c. omiſſis priuatis la Annunciationis.

eius domeſticis, ac famulis Eccleſiæ prolixo textu elaboratis, quibus munuſcula largitur. Tum ad calcem ſubduntur hæc verba, teſtatoris vocibus proximè finitis. *Nos verò Guido Archidiaconus Cabilonenſ. & nos Raynaldus Archidiac. Oſcharien. necnon nos Petrus Officialis Curiæ Cabilon. requiſiti & vocati à R. Patre in Chr. D. Theobaldo Dei gratiâ Cabilonenſi Epiſc. ad huiuſmodi Teſtamentum faciendum præſentes fuimus, & in ipſo Teſtam. ad d. Epiſcopi requiſitionem ſigilla noſtra appoſuimus. Item nos frater Guilelmus Prior Firmitatis ſuper Gronam, & Vuilelmus Cellarius ac Girardus Vicarius vocati à d. Epiſcop. teſtatore præſentes fuimus, & in ipſo ſigilla noſtra appoſuimus veritatis. Datum Cabiloni, in loco viſionis noſtræ anno Dom. M.CC. ſeptuageſimo primo, menſe Aprilis.* Hæc non indigna memoratu, ob pias circunſtantias & Chronologiam.

Teſtes.

1270.

Paragraphus 3.

4. Atteſtatio.

PRo quarta confirmandi vice obiter memineris, Lector, non modò noſtris hiſce diebus Epiſcopos Matiſconenſes in ſuis Officiariis deligendis ſemper liberrimos, fuiſſe ſolitos aliunde ſibi aſſumere Iudicem officialem, Vicarium generalem ac ſummum Pœnitentiarium, fori vtriuſque arbitrum, quàm ex gremio Canonicorum Cathedralis Baſilicæ, eóſque conquiſitos ex Collegiali Eccleſia Bellijoci quinque bimilliaribus diſtante è matrice ſacra Æde, quo pacto ſibi prouidit[e] R. Gaſpar nuper in Diœceſi magnificè ſedens: verùm etiam id vſu olim perſpectum eſt. Quippe in Gazophylacio eiuſdem Fani Beatæ Virgini ſacro Bellijocenſi inuenimus autographa, quibus innoteſcit Guichardum Antiſtitem ad ſe vocaſſe & optaſſe Hugonem Magnum ſuæ iuriſdictionis eccleſiaſticæ Officialem bene meritum, virum apprimè doctum ac ſapientem, Canonicum duntaxat in ea Bellijocenſi Eccleſia. Liquet ibidem ex Inſtrumento anni milleſimi ducenteſimi ſeptuageſimi quinti cum clauſulis aliis hîc prætermiſſis. Obiítque ille Iudex die 2. Kalend. Aprilis anno incerto, ex libro decedentium præfatæ Baſilicæ Collegialis.

Officialis tūc Matiſconenſis.

1275.

e de Iac. Sea. &c.

In veteri Capitulo iacet Thomas de Fougeriis. Obiit Vigilia Purific. B. Mariæ 1273. *Sum quod eris, nec eris quod ſum, modo duc vtrumque.*

Paragraphus 4.

5. Atteſtat.

QVintus locus finis eſt Epiſcopi Guichardi, qui in calculi diſſidio ponitur. San-Iulianus monet[f] hunc Præſulem defeciſſe anno decimoſeptimo ſuæ Cathedræ. Cum ergo cœperit anno M.CC.LXIV. concluſio elicienda ſupereſt ipſum corpore ſolutum anno M.CC.LXXXI. At deinceps aduertimus librum obituum Maticenſis Capituli tantam durationem non compati. Nam ex priſco illo Volumine, San-Iuliano ſcribenti ignoto, collegimus eum ſacrum virum minimè prætериiſſe annum Sedis duodecimum. En ipſiſſima verba. *Anno milleſimo ducenteſ. ſeptuageſ. ſexto obiit Guichardus Epiſcopus die XVI. Kalend. Nouembris, qui dedit huic Eccleſiæ manſa & reditus in multis parœciis.* Propterea duo alia Inſtrumentorum genera, quæ paſsim antea remittebantur ad Guichardi tempora, mox tutiùs differuntur ad totidem priora ſub proximo ſuccedente Epiſcopo.

Guichardi obitus.

f pa. 190.

1276.

L. *Paragraphus 1.*

PEtrus de Iaſsia[g] ex præmeditatis in extremo anteceſſore iudicatur nomen auguſtum dediſſe Maticenſi Eccleſiæ anno ſalutis milleſimo CCLXXVII. Quadruplex de eo pariter teſtificatio hiſtorica aſſeritur. Prima hæc. Senatuſconſultum[h] Balliui Matiſconenſis, Decanum & Capitulum Cathedralis Eccleſiæ tutatus eſt in veteri ſua poſſeſsione totius & omnimodæ iuriſdictionis parœciæ ac hominum ſancti Clemētis anno M.CC.LXXIX. pro qua re controuerſiam mouerat litigator Goffredus Matiſconenſis Præpoſitus. Id thema pridem poſt San-Iulianum repoſueramus ſub Guichardo Antiſtite nunc verò infrà paulò ſubnectimus ob calculares ratiunculas ibidem vulgatas. Secunda narratio. Philippus III. Rex Francorum, D. Ludouici filius, confirmauit priuilegia Eccleſiæ Maticenſis, quæ Pepinus dudum à nobis hoc fine illatus contulerat, atq; ſequaces aliquot Reges[k], vt vi datæ legis Clauſtra eiuſmodi Eccleſiæ a iudiciaria ſeculari ſeu laica vrbis ac regia poteſtate eximantur, ſtatuítque Princeps, quòd Epiſcopus, Decanus & Capitulum illo iure ſuo potiantur, eiſque liceat carceribus ſuis includere quotquot in eorum Eccleſia & Clauſtris delinquerent. Sed quia Regius Maticenſis Præpoſitus ſeſe publicationi Regiarum literarum oppoſuerat, actio Lutetiam ad ſupremam Curiam delata eſt; cuius Decreto Antiſtes [illegible] uſque Clerus Cathedralis fines ſuos aſſecutus eſt anno M.CCLXXXII. ſed proceſſus i[illegible] oſtendit initiatum ante reuolutum annum LXXIX. aut LXXX. ex quo fit, vt eius m[illegible] ficatio noſtra methodo præcedat tertium euentum alioqui tempore promptiorem [illegible] undam diarios, at nunc tardiorem iuxta præſentem noſtrum emēdatum calculum.

1277.

g vulgò *de la Iaiſſe.*

h ſententiam ſacam.

Quatuor teſtimonia.

1279.

k in 8 1. n 11 f. K n. 15. a. nc. 17. 3. 5.

1282.

Ter

3. Teſtimon. Tertiò igitur: Amedeus huius nominis quartus, & octauus Comes Sabaudiæ, quem dicunt filium Thomæ Comitis tertij, duxit in matrimonium ſub primis nuptiis Sibyllam Comitiſſam Balgiacenſem & Dominam Breſſiæ: cuius iuris ſibi annexi cauſa, ipſe quatenus Comes Balgiaci feudum recognouit Epiſcopo & Eccleſiæ Maticenſi debitum. Id manifeſtum eſt ex literis hominij: quibus caret diſcurſus San-Iuliani. Sed eas trahimus ex autographo, qui tamen in ſolo diario fallitur. Nam tale Manuſcriptum notat rem geſtam anno M.CCLXXX. die lunæ poſt octauam ſancti Martini. Hoc verò tempus fuit Philippi primi huiuſce nominis, Comitis ac fratris natu maioris, equidem prædeceſſoris eiuſdem Amedei quarti ab anno 1268. ad annum 1285.* Sic volumen genealogicum affinitatum. Ergo retenta hiſtoria cum ſuis nominum vxoratorum circunſtantiis, negotium peragi oportuit ab anno ſaltem M.CCLXXXVI. aut paulò vlteriùs. De hoc autem parto hominij genere ab Eccleſia Maticenſi, vnà cum Cera noua annuatim Altari ſancti Vincentij offerenda ab Officiariis Balgiacenſibus, multa diximus ſub Teotelmo Antiſtite [l], ſubinde repetita [m]. Quartò ad præfatum annum M. CC. LXXXVI. præcisè menſe Iulio circa feſtum ſanctæ Mariæ Magdalenæ, Rex Philippus tertius alteram Baliuo Matiſſano tranſmiſit iuſſionem, vt Decanus & Capitulum Cathedrale Matiſconeum potirentur iure quæſito percipiendi denarium ſuper quaque libra monetæ Matiſconi cudendæ: de quo iam in Guichardo [o].

Hominium Balgiacenſis Dynaſtæ factum Epiſcopo.

4. Teſtimon.

* in veteri Capitolo D. Hugo de Edua Canon. Diac. obiit 5. Non Decem. 1303 & Ioannes eius nepos Subdiac. Canon. 16. Cal. Mar. 1287.

l n. 30. §. 1.

m n. 41. §. 4. n. 41. 1.

o n. 49. § 1. ac teſtat. 1.

Paragraphus 2.

Homiciô recognitum erga Eccleſiam Matiſconenſ.

VEniamus ad Diœceſana extra vrbem, tametſi anteriora paulò in Data. Quippe ſeorſum ita dilatantur tempore Petri Epiſcopantis. *Nos Magiſter Ruffinus Iudex Curiæ Domini Belliioci, notum facimus, &c. quod conſtitutis coram nobis, Perreto Bordon Domicello filio Domini Hugonis Bord. militis ex vna parte, & Dom. Guichardo de Telitz Decano Eccleſiæ pro ſe & Capitulo eiuſdem Eccleſiæ ex altera: idem Perretus ex certa ſcientia, ſpontaneus, de vniuerſis & ſingulis rebus, ſeruitiis, vſagiis, dominiis, iuribus & actionibus, tenementis ac redditibus coram nobis ſe deueſtit penitus, occaſione accipiendi eas in feudum & homagium à Decano & Capitulo ſupradictis, ſalua fidelitate Domini Bellijoci, ad opus dicti Capituli ex cauſa feudi ſuprad. ſoluendi octo ſolidos Vienn. de vno lurorio frumenti, de octo raſis auenæ, &c. Quæ omnia debet Perretus de manſo de la Fougeri in Parochia de Chaneletes, &c.* Tum omiſſis pluſquàm XL. lineis ſic periodos claudit hoc Inſtrumentum. *Datum anno Domini milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo octauo, menſe Ianuary* · ſub ſigillo oualino in cera viridi. En homagij recogniti innouatio Eccleſiæ Collegiali facta. Ibi autem conſpicitis pro inſigni virtutis, laïcos & profanos etiam Iudices quondam piæ Chriſtiana humilitate ſolitos præterire cognomina gentilitia, & contentos propriis deſcriptis nominibus, velut probos imitatores, ſectantes pios animarum Paſtores ac Epiſcopos olim ſic priores religiosè loquutos. De quo themate nos iam ſuprà [o] alibi.

Laïcos vſos nomine tantum proprio

o n. 40 §. 5. & n. 44. 1.

Paragraphus 3.

EPiſcopi Petri receſſum è ſeculo delineaturi, ordimur à duobus aliis eiuſdem Eccleſiæ adminiſtris, illius amicis, quibus Antiſtes poſtremus eſt ordine chronologico: cunctis ex libro Obituum Eccleſiæ Matiſconenſis. En primus. II. *Idus Nouembris anno M.CC.LXVII. obiit venerabilis Haymo de Bomerio Archidiaconus* (I. ſeu maior) *huius Eccleſiæ, vir merito memoria commendandus: qui magnatum ſociorúmque ac inferiorum meritis ſuis exigentibus fauorem habens, & gratiam eminentis ſcientiæ, ac elegantis verborum facundia, Eccleſiam manu rigida & inconuincibili protegens ac conſeruans, omnibus ferè aduerſarus Eccleſiæ erat formidini, conculcata iura Eccleſiæ & iniuſtè ſubtracta ad augmentum Eccleſiæ recuperans & reducens, Cui tandem Eccleſiæ decedens multa contulit pro Anniuerſario, &c.* Obitus hic euenit ſub Guichardo Antiſtite. Secundus verè ſub iſto Petro occurrens eſt eiuſmodi. *IV. Nonas Decembris obiit Hugo de Caſtro Regnaudi, Præcentor Eccleſiæ anno M.CC.LXXVIII. qui dedit Eccleſiæ vineam ſuam de Perreriis & pratum ſuum vltra Sagonam pro ſolenni ſuo Anniuerſario, &c.* Tertius hic tandem, de quo fit ſermo præcipuus. *Anno M.CC.LXXXIII. die XIV. Aprilis obiit bonæ memoriæ Petrus de Iaſſis Matiſcon. Epiſcopus, qui legauit nobis & Eccleſiæ noſtræ B. Vincentij centum libras Turonenſ. ad emendum redditus pro Anniuerſario annis ſingulis ibid. faciendo, quorum redituum medietas debet diſtribui inter præſentes in obſequiis ſeu Vigiliis, & alia ad Miſſam Anniuerſarij. Item dedit operi huius Eccleſiæ centum libras Turonenſ. Cuius ſepulturæ interfuit illuſtriſſima Regina Domina Margarita vxor Ludouici piiſſimi Francorum Regis [p], cum nobilium multitudine copioſa. Quæ Regina dedit B. Vincentio tres optimos bandequinos* [q]. San-Iulianus hic nec anteriores circunſtantias nec diarium deſcripſit [r].

Tres obitus.

I. Archidiacon.

II. Præcentoris.

III. Petri Epiſcopi.

1284. April.

p noni Sancti.

q Tapeta.

r pa. 290.

L I.

L I. *Paragraphus 1.*

HVgo *de Fontanis* [a] antea Archidiaconus, tum Decanus Eccleſ.Matiſconenſis,Sedem [a] vulgò *des Fontaines.*
1284. Iunij. loci conſcendit an.M.CC.LXXXIV.Id colligitur ex diuiſione ſuæ præbendæ ſeu
terræ Canonialis eo anno facta poſt feſtum Pentecoſtes. Duplex propoſitum pro
eo publicandum eſt.Sed quia totidem vetera in Eccleſia Bellijocenſi Diœceſana recèns
deprehèndimus,quæ antecedunt tempore: idcirco talia priùs enodamus. Suntque in vni-
uerſum quatuor propoſita.Primum eiuſmodi. *Nos Guichardus de Thelitz Decanus Bellijoci notũ
facimus,quod Dom.Ioannes Egidij Cantor Bellyoci hæres Dom. Guilelmi de Curnillon Presbyteri de-
functi in noſtra præſentia propter hoc conſtitutus ſciens,prudens & ſpontaneus vendit coram nobis pu-
rè in perpetuum Domino Pet.Chaſelles Presbytero & ſuis duas domos ſitas in Caſtro Bellyoci ſubtus
dictum Caſtrum à parte Orientali,&c.*Hinc omiſſis triginta lineis,en finis. *In cuius rei teſtimoniũ
ad preces dicti Cantoris nobis factas præſentibus literis ſigillũ noſtrum duximus apponendũ.Datum
an.Domini M.CC.octuageſimo octauo menſe Aprili poſt Paſcha.*Secundum Inſtrumentum tale.
1288. *Nos Stephanus de monte Giraudi Sacriſta Bellyoci cognitor cauſarum* [b] *Curia Domini Bellyoci,Notum* [b] *Lieutenãt.*
*facimus vniuerſis,quòd Dominus Guilelmus Gaudemars miles conſtitutus coram Guilelmo de Belma
Clerico mandato noſtro iurato dicta Curiæ à nobis deputato, cui ſuper hoc commiſimus vices noſtras,*
* Acquiſitio pro Eccleſia Bellijoci. *ſciens,prudens & ſpontaneus, non per dolum inductus , ex certa ſcientia de ſingulis rebus,ſeruitiis,
vſagiis , dominiis,iuribus,actionibus & reditibus tenementarus,poſſeſſionibus, terris, pratis, nemorib.
cum feudis,appendic.prouentib.ædificiis & commodis vniuerſis,&c.quæ dictus miles leuat ſeu percipit
coram dicto mandato noſtro penitus ſe deueſtit, ex cauſa recipiendi ea & accipiendi in feudũ ligium
& homagium à Dom.Guichardo de Thelitz Decano Bellijoci * & à Capitulo einſd.loci,&c.ad opus di-
cti Capituli,&c.videlicet de XX.ſolidis Viennenſ. annui ſeruitij, quos debet dicto militi Guichardus
Paſſedon parochianus S.Stephani la Varenna:item de quatuor ſolidis Vienn.vno miterio ſiliginis, duo-
bus raſis auena,& dimidia gallina annui ſeruitij,quæ debet dicto militi Nicolaus Ioffreis parochianus
de Vauts,&c.*Deinde poſt ſexaginta lineas iſta ſequuntur.*In quorum teſtimonium,&c.præſenti-
bus literis Sigillum dicta Curiæ* [c] *duximus apponendum. Datum anno Domini M. CC. octuageſ.
octauo,menſe Iulij.*De amplis hiſce iuribus ſatis.

* Alij Decani ibidem,ignotis variis temporib.ſũt Steph etiam frater & Sacriſta Portarũ, qui obiit 4. Idus Martij. Bernard. Bordõ 4 Idus Maij Pontius Dec &Geraldus eius pater laicus , ac Supplicia mater obierunt Nonis Martium 15. Kal. Aprilis, & 8. Kal. Septem. Alius Bernar. Dec.& Canonic Matiſc. ac Archipresbyter 2. Idus Nouemb.

Paragraphus 2.

1290. TErtium propoſitum peculiare in beneficium Hugonis Epiſcopi,eſt hoc,cum quarto ſe-
quaci.Is anno M.CC.XC.[d] conſequutus eſt cliẽtelares literas à Philippo IV.Rege Pul-
chro(vulgus appellat Saluægardiæ)directas ad Baliuum Matiſcon.aduerſus Sabaudię Comi-
1299. tem,ſuáſve gentes,in terra Balgiaci,&c.Quartum.Anno M.CC. XCIX. [e] Rex denuo com-
pulſorium impertitus ipſi Epiſcopo aduerſus eundẽ ſupremum Comitem equidem ſuper
damnis Romenæi illatis,&c.Denique verò ex libro Obituum Eccleſiæ Matiſſanæ Hugo ad
patres ſuos vocatus eſt die III.Kal.Decembr [f].deditq; pro Anniuerſario ſuo inter præſentes
Obitus Hugonis. diſtribuendo,&c. Déque eo fit pariter mentio VIII.Kal.Nouemb [g].in obitu ſui Capellani,
velut domeſtici.Ex quo non ægrè inferimus allucinatũ San-Iulianum,quando vult Hugo-
nem Antiſtitẽ obiiſſe octauo Kal.Nouemb.Aſſumit nanq; Capellanũ pro ſuo hero ac Epi-
ſcopo.Hæc autem Præſulis expiratio incidit anno ſal.M.CCC.Nihil aliud:niſi quòd ex eo-
1300. dem Martyrologio MS.Cathedrali die VIII.Idus Nouemb.anno M.CC. XCV. interiit ve-
nerabilis D.Bernardus Rebutini (habet locus)Cantor Eccleſiæ &Canonicus Ambianenſis,
ibidem iacens: qui dedit Matiſconi pro Anniuerſario,&c.

[c] ſeu dominorum Bellijoci: *Lyon rãpant de ſable, au chãp d'argent, & cinq lambeaux à trauers:*in cera [illegible]ridi ouaлina.
[d] ſub finem Decemb.
[e] menſe cit.
[f] 28.Nou.
[g] 24 Octob.

LII. *Paragraphus 1.*

1301. NIcolaüs electus eſt menſe Decembri anni M. CCC. poſſeſſione accepta ſub inchoã-
te anno ſequente CCCI. De quo & pro ipſius Sede nos duodecim varia publica in-
Duodecim inſtrumenta. ſtrumenta, penè omnia ingentis ponderis, habemus proponenda. Primo loco , is Antiſtes
Regias clientelares literas Philippi IV. potiùs quàm III.Francorũ Monarchæ accepit,miſſas
ad Baliuum Matiſconẽſem pro firmiore Caſtri & Caſtellaniæ Romenæi tuitione,à nonnullis
I. oppreſſi:datas Pariſiis ſub annũ M.CCC.III.[a] Secũdò,vt in ſingulis euẽtibus chronologicam [a] Die Veneris
II. inſtr. ſeriem colere perſeueremus,idem Antiſtes voluente anno ſequente hoc patens Reſcriptum poſt feſtum
peregit è Gazophylacio Eccleſiæ Bellijocenſis mutuatum.*Vniuerſis præſentes liter.inſpecturis,* S.Ioan. Baptiſtæ.
*Nos Nicolaüs permiſſione diuina Matiſconenſ.Epiſcopus recepimus literas diſcretor. viror.Capituli
Bellijoci,& ſpecialiter patronor.Eccleſia Beati Nicolai Bellijoci ſigillis dicti Capituli & dictorum*

patronorum, quas penes nos habemus & retinuimus. Quarum tenor ſequitur. Reuerendo in Chr. Patri ac D. D. Nicol. permiſſ. diui. Matiſconenſi Epiſc. Domini H. de Malliaco Decanus & P. de Theliz Cãtor Eccleſiæ B. Mariæ Caſtri Bellijoci, Obedientiariiſque magnæ Obedientiæ in d. Eccleſia, & patroni Eccleſiæ beati Nicolaï burgi Bellijoci ratione Obedientiæ memoratæ, ac eiuſd. loci Capitulum, ſalutem cum omni promptitudine ſeruitij & honoris ac reuerentiæ tam debita quàm deuota. Cùm officium Sacriſtiæ, quod M. Bernardus de Valle dilectus Concanonicus noſter in dicta noſtra Bellijoci Eccleſia obtinet, ſit in reditibus adeò tenue, quòd Sacriſta onera huic Officio incumbentia commodè non poteſt ſuppertare: Nos commodum præd. noſtræ Eccl. & Eccl. B. Nicolai burgi Bellijoci ſpiritualiter & temporaliter affectantes, Paternitatẽ veſtr. quantum poſſum. ſupplicamus, quatenus cùm facultas ſe obtulerit, & dict. Eccleſiam B. Nicolaï vacare contigerit, ipſam Eccleſ. B. Nicolaï cum ſuis pertinentiis Officio Sacriſtiæ, ſi placeat, vniatis & perpetuò annexetis, conſtituendo authoritate veſtra ordinaria ipſum Officium Sacriſtiæ fore de cætero in ipſa Eccl. noſtra perſonatum aut etiam dignitatem. Ita tamen quod dict. M. Bernardus nunc Sacriſta & ſucceſſores ſui vobis & ſucceſſoribus veſtris Epiſcop. Curam animar. d. Eccleſiæ B. Nicolaï recipiant ſalubriter gubernandam: & vob. ac ſucceſſorib. obedientiam debitam exhibeant, déque iuribus Epiſcopalibus reſpondeant competenter, &c. In cuius rei teſtimonium, nos Præfati Decanus & Cantor, &c. ſigilla noſtra præſentibus duximus apponenda. Datum anno D. milleſimo CCC. IV [b]. *Quibus literis receptis, Hugo de Montegirandi Rector Eccleſiæ B. Nicolaï Bellijoci ſpontè & liberè reſignauit d. Eccleſ. B. Nicolai in manu noſtra* (ſic enim mox Antiſtes ad priſtinum ſuum ſermonem poſt exactam Capituli ſupplicationem regreditur) *& renuncians omni iuri, quod ſibi in dicta Eccleſ. competebat: Nos vero Epiſcopus, præd. viſis & diligenter inſpectis d. literis, deliberatione etiã ſuper his habita diligenti, vtilitatem & honorem Eccleſ. B. Mar. Bell. cupiẽtes totis virib. ampliare, & vtilitatem Eccl. B. Nicolai Bell. tam in ſpiritualib. quàm in temporalibus procurare, dictã Eccl. B. Nicolai Bell. diſcreto viro M. Bernardo Canonico & Sacriſtæ præd. Eccleſ. B. Mar. contulimus, & ipſum inſtituimus in ead. Curam ipſius Eccl. ei committentes ſalubriter gubernandam. Quia verò à Canonicis & Clericis antiquis Eccleſ. extitit dubitatum, vtrum Sacriſtia ipſius Eccl. eſſet vel fuiſſet dignitas ſeu perſonatus in d. Eccleſia, &c. Nobis autem conſtitit per plures teſtes fide dignos, quod d. Sacriſtia ab antiquo multa habet, quæ ſapiunt & ſunt de inſigniis dignitatis ſeu perſonatus, videlicet quòd Sacriſta in dicta Eccleſia per electionem certa die ſuper hoc aſſignata ab ipſo Capitulo eligitur & creatur, ſicut Decanus & Cantor ipſius Eccleſiæ. De quibus* [c] *non eſt dubium in ipſa Eccleſia dignitates eſſe ſeu perſonatus. Item eſt quòd Sacriſta ipſius Eccleſiæ propriam ſedem habet in Capitulo & in Choro, necnon etiam vocem in Capitulo poſt Decanum & Cant. eiuſdem Eccl. ac etiam aduentagium in diuiſionib. terrarum præ cæteris Canonicis ipſo in Canonicatu antiquioribus, &c. Super quibus & aliis dictum negotium tangentibus plenius informati, conſiderantes quòd prouentus ipſius Sacriſtiæ ſunt adeo exiles, quòd de ipſis vix poſſint onera Sacriſtiæ ſupportari: ad honorem Dei & B. Mar. glorioſæ Virg. matris eius, in cuius honore dicta Eccl. fundata eſt ab initio, præd. Eccleſiam B. Nicolai Bell. authoritate ordinaria, necnon de conſenſu & voluntate, ac etiam ad ſupplicationem patronor. prædictæ Eccl. totiúſque Capituli Bellijoci, vnimus & annectimus Sacriſtiæ Eccleſiæ Bellijoci ſupradictæ. Ita quòd ex nunc & imperpetuum d. Eccleſia B. Nicolai vnita ſit & annexa ſupradictæ Sacriſtiæ. Declarantes & ordinantes authoritate qua ſuprà, de conſenſu & ad requiſitionem Capituli, quòd præd. Sacriſtia in Eccleſia Bellijoci ſit dignitas ſeu etiam perſonatus, & quod pro perſonatu ſeu dignitate poſt Decanum & Cant. in d. Eccleſia ab omnibus perpetuò communiter habeatur: ſaluis & retentis nobis & ſucceſſoribus noſtris Epiſcopis Matiſcon. in d. Eccl. B. Nicol. Bell. iuribus Epiſcopalibus, quòd ad nos & ſucceſſores noſtros pertineat inſtitutio in Eccl. B. Nicolai faciendæ, & inſtituendus præſentetur Curam à nobis & ſucceſſorib. noſtris recepturus, viſitationem, correctionem & alia iura quæ nobis ante vnionem competebant omnino reſeruantes. In cuius rei teſtimonium, &c. Dat.*
1304 *anno Dom. milleſ. trecenteſ. quarto, die Mercurij ante feſtum B. Clementis.* [d] En breuior ſtylus Vnionum ac prouiſionum beneficialium illius æui quàm hoc tempore.

Vnio parœcialis Eccleſ. Burgi Bellijoci cum Sacriſtia Eccleſiæ Collegiatæ loci.

Supplicatio Capituli.

Diſpoſitio Epiſcopalis.

Sacriſtia declaratur ibi dignitas ſeu Perſonatus.

Vnio vtriuſque beneficij.

Retentis cõditionib. curialibus.

[b] die Mercurii in feſto B. Martini.

[c] Decan. & Cant.

[d] 23. Nou. iacet D. Guido Perenus Subdiac. Canon. 10 Kal. Dec. 1310. ante Capellã S. Ioãnis. Et Guido de Roſſeyo Cãtor, Ianuar. 1?? ante Altare quondã B. Elizabethæ.

Paragraphus 2.

III. Inſtrum.

ADſequuntur varia quæ geſta ſunt vno toto anno milleſimo CCC. vndecimo, ſub diuerſis ſolùm menſtruis eius differentiis, nec aliter ab inuicẽm diſcrepantibus. Ex illo metri genere tria proximè ſequentia compromiſſi eorum duodenarij Inſtrumenta ordinatè procedunt. Igitur pro tertio loco in vniuerſa ſerie, is fertur eiuſmodi. Collatum eſt Reſcriptum clientelæ iam cœptæ in I. Articulo ſeu inſtrumento ſub manu præfati ibidem Philippi IV. Regis * aduerſus multas Eduardi Sabaudiæ [d] Balgiaci Dynaſtæ incurſiones, pro Caſtellania S. Albini *de Cormeranches*, & contra cæteras terras ſpectantes ad omnimodã Matiſconenſis Eccl. iuriſdictionẽ, paritérque aduerſus Guichardũ quintũ huius nomẽclaturæ, Dom. Bellijoci cognomine Magnũ, dũ ipſe aliquot parœcos adigere conabatur in præmiſſæ Saluegardiæ præiudiciũ ſub anteceſſore Epiſcopo Hugone [e] à Rege Phil. inchoatæ. Datũ ab

Regia Saluagardiæ pro Epiſcopo contra ſuos hoſtes.

* Veneris feſtum ... Bapt. 130? [d] Comitum ... ab anno 13.. 1325 cum moriente ... Guido ... & Comites ...

Appel

Appellationum Iudice, die Veneris IX. Martij poſt Paſchæ Octauas anno tunc à die feſto
exordium ducente. Inde verò pro quarta ordinatione, mox primi diuulgamus alterum
ſpeciale huc ſpectans, quod fuit eiuſdem noſtri Præſulis Nicolai, denuo repertum in ter-
ctis præmiſſis Archiuis Eccleſiæ Bellijocenſis, quale viſum itis. *Nos Nicolaus permiſſione diui-*
4. Inſtrum. *na Matiſconenſis Epiſcopus, & nos Frater Henricus miſeratione diuina Cluniacenſis Eccleſiæ Mini-*
ſter humilis, notum facimus vniuerſis, quòd cùm Decanus Decanatus Grandiſriui[f] *Matiſconen-* [f] vulgò Grad ri, Bourg.
ſis Diœceſis teneat & ab antiquo conſueuerit Curato & Clerico Eccleſiæ dicti loci ſingulis diebus ac
annis in victualibus prouidere, & dictus Decanus ratione iuris patronatus habeat in dicta Eccleſ.
quadam emolumenta, & de nouo Frater Guichardus de Thelitz Decanus dicti Decanatus & D.
Ioannes Gelin Curatus loci per manus venerabilium viror. Domini Humberti de Noailliaco
Decani, & Dom. Petri de Thelitz Cantoris Bellijoci concordauerunt affectantes ſub compendio
oneris, quòd dictus Decanus, qui nunc eſt & pro tempore fuerit, in compenſationem prædictæ
prouiſionis victualis donat & quittat in perpetuum pro ſe & ſuis dicto Curato, qui eſt &
fuerit, omne ius & omnem actionem, dictum Decanatum contingens, in Eccleſia memo-
rata, nihil iuris ſuper hoc retinendo patronatu, excepto iure præſentandi ad Eccleſ. prædictam,
& ſaluis Decano qui eſt & fuerit, tribus libris ceræ tantùm, quas Curatus & eius ſucceſſores,
Concordata inter vnum Curatum & Decanum per Nicolaum Epiſcopũ. *ratione concordiæ præd. pro patronatu, tenentur ſoluere annuatim, &c. Item concedit Deca-*
no prouiſionem victualem animalium, &c. Et cedit Curatus in perpetuum ac quittat no-
ualia dictæ Eccleſ. ſeu Curæ Grandiſriui competentia. Item Curatus vinum & candelam, quo-
ties neceſſe fuerit, procurationi noſtræ dicti Epiſcopi atque futuri Epiſcop. ſoluere teneatur &c.
Decanus pro ſe & aliis donat ſingulis Curatis & annis in perpetuum ſuper decima Grandiſriui
quinque aſinatas ſiliginis, & medietatem pro indiuiſo primitiarum ſeu decimæ animalium,
ita quòd Curatus miniſtrare teneatur neceſſaria Eccleſiæ, &c. Nos Epiſcopus ad inſtantiam
Curati confitentis coram nobis conditionem ſuæ Eccleſiæ, & nos Miniſter humilis[g] *ad inſtantiam* [g] Henric 29. Abbas Clun ab an. 1308. ad 1319.
Decani confitentis conditionem Decanatus, &c. authoritatem noſtram interponimus & decretum,
dantes eiſdem præſentes literas ſigillorum noſtrorum munimine roboratas in teſtimonium præ-
miſſorum. Nos verò Frater Guichardus de Thelitz Decanus Grandiſriui, & Ioannes Gelin Cu-
ratus loci promittentes ad inuicem per iuramenta noſtra ſingula ſupradicta pro nobis & aliis per-
1311. *petuò obſeruare. Vnde ſigilla noſtra cum prædictis duximus apponenda. Datum anno M. CCC.*
vndecimo, menſe Auguſti. Ex his facilè conſtat Decanatum & Decanum Grandiſriui eſ-
ſe monaſticum, pendentem ex menſa ac Maſſa Abbatiali Cluniacenſi. Quo fit, vt Abbas
etiam Henricus arbiter electus fuerit ex parte Decani Religioſi, & Præſul Nicolaus opta-
tus ex parte ſui ſubditi Paſtoris animarum loci.

Paragraphus 3.

V. Inſtrum. QVinta series eſt alius multò vniuerſalior & præſtans Actus, complectens priuilegia, im-
munitates ac Indulta, ſeptem Cathedralibus vicinæ totius Prouinciæ Eccleſiis &
tribus Collegiatis, omnibus à Romana Sede conceſſis. Quam inſignem Chartulam ma-
gnique momenti nos mutuò accepimus ex promptuariis præfatæ Eccleſiæ Bellijocenſis: vt
pote cuius etiam intereſt plurimùm ac ſemel Matiſconenſis, ibidem comprehenſarum, ſub
anno prælibato: cùm ambæ partem habeant potiorem in illo beneficio. Auſculta. *Clemens*
Bulla Papalis. *Epiſcop. ſeruus ſeruor. Dei, ad perpetuam rei memoriam. Circa omnium Eccleſiarum ſtatum ac paſtora-*
lis officij debitum ſollicitè vigilantes, in his eis libenter aſſiſtimus, per quæ illarum occurratur diſpen-
dus, & commoditatibus conſulatur. Sanè nuper accepimus, quod in ſingulis Lugdunenſi, Viennenſi, Ma-
tiſconenſi, Cabilonenſi Diœceſibus, ac Eccleſiarum Beati Pauli & ſancti Iuſti Lugdunenſium, necnon
de Romanis Viennenſis Diœcæn quibus licèt certus numerus Canonicorum ac dignitatum, perſonatuum
& officiorum fore noſcatur; tamen diſtinctio præbendarum in eis non habetur, nec in Valentinenſi &
in Bellijoco Matiſconenſis Diœceſis, in quibus certus Canonicorum numerus & diſtinctio præbenda-
rum non exiſtunt, attento tempore, cuius contra non extat memoria, fuit obſeruatum, quod ſingula Ca-
pitula ſingularum Eccleſiarum obtinent fructus, vſus, & reditus, prouentus, pedagia, patronatus, deci-
mas, terras, domos, poſſeſſiones, Caſtra, villas, villagia, prata, paſcua, nemora, ſtagna, iuriſdictionem &
bona indiuiſa quæ poſſident ac habent dignitates, perſonatus, officia in ſacris Ordinibus, &c. Tum poſt
octoginta lineas vel plures, hæc ſequuntur in MS. autographo. *Nos deſiderantes quam plurimũ,*
quod Eccleſ. & Capitula prædicta pacis immunitate fruantur, & à damnis, onerib. ac expenſis releuen-
Pro ſeptem Diœceſib. *tur, cultuſque diuinus in eiſdem caleſcat*[f] *ac cupientes lites, controuerſias, quæſtiones, diſcordias, quæ* [f] vel coaleſcat, vel cal.
ex talibus impetrationibus oriri poſſent in futurum, quantum cum Deo poſſumus, ſubuenire[g] *ipſiſque* [g] vel ſubducere.
Capitulis & Eccleſiis in præmiſſis prouidere, motu proprio, non ad alicuius petitionis inſtantiam, ſed de
mera noſtra liberalitate, ex noſtra mera ſcientia, volumus, ſtatuimus, & præſenti decre-
to decernimus, declaramus, ac ordinamus, quod deinceps fructus, cenſus, reditus & prouen-

tus, pedagia, patronagia, Decaniæ, & alia, vt ſuprà, *ac bona ſingularum Eccleſiarum prædictarum, quæ Canonici, dignitates, perſonatus officiáve obtinentes ex diuiſionibus huiuſmodi ab ipſis Eccleſiis te-nent, ac ex ſimilibus portionibus in futurum percipient, cum ipſos Canonicos & perſonas cedere vel decedere, aut permutare vel huiuſmodi beneficia alia aſſequi, ſeu aliàs dimittere aut ipſis priuari etiam apud Sedem prædictam quomodolibet contigerit ſub nomine portionum, domorum ſeu penſionum, aliàs per aliquem ſeu aliquos per literas Apoſtolic. vel Legatorum Sedis Apoſtolicæ, ſeu alterius cuiuſcunque ſub quauis forma ſeu expreſſione verborum tanquam reſeruata aut vacantia apud dictam Sedem, ſeu extra eam, ſeu alio quocunque modo valeant per aliquem cuiuſcunque ſtatus, gradus, ordinis vel conditionis exiſtant, impetrari, aut per quoſcunque, quibus ac ſingulis Canonicatibus ſingularum Eccleſiarum, maximè authoritate Apoſtolica, vel literarum Sedis prædictæ aut Legatorum eius mandari ſeu concedi contigerit per literas impetratas vel impetrandas: Etiamſi in iiſdem literis ſubſequatur* h*, videlicet non obſtantibus venerabilibus Fratribus noſtris Lugdunenſi, Vienenſi Archiepiſcopis, Matiſconenſi & Cabilonenſi ac Valentinenſi, Dienſi & Viuarienſi Epiſcopis, & ſingulis Capitulis eiſdem vel quibuſuis aliis communiter vel diuiſim à Sede Apoſtolica quoad receptionem vel occaſione alicuius Indulti minimè teneantur, & ad id compelli aut interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint. Quódque de Canonicatib. portionib. ſiue penſionibus ſingularum Eccleſiar. ipſar. vel de aliis eccleſiaſticis beneficiis ad eorum collationem, prouiſionem, ſeu quamuis aliam diſpoſitionem, inuicem vel ſeparatim factam nulli valeant prouideri per literas Apoſtolicas, non facientes plenam, expreſſam, ac de verbo ad verbum, de Indulto eiuſmodi mentionem. Et qualibet alia dictæ Sedis Indulgentia generali vel ſpeciali cuiuſcunque tenoris exiſtat, per quam præſentibus non expreſſam vel totaliter non inſitam effectus ipſar. impediri non valens quomodolibet, vel differri: & de qua toto tenore habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis, vel quauis alia ſimiles vel diſſimiles, per quas tales impetrantes contra tenorem præſentium ſe tueri aut iuuare valeant, &c. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam ſtatuti, Conſtitutionis, & decreti infringere vel ei auſu temerar. cõtraire. Si quis autem hoc contemnere præſumpſerit, indignationem omnipotentis D. & beator. Pet. & Pauli Apoſtolor. ſe nouerit incurſurum. Datum apud Caſtrum nouum Aueniouenſis Diœceſis XV. Kal. Octobris, Pontificatus noſtri anno ſexto.* Qualis extiterit hic Pontifex: ſanè multi, & quidem veriùs, autumant eum fuiſſe Clementem quintum, primum Aueniom ſedentem ab anno

1311. M.CCCV. ad decimumquintum ob maximas tum in Italia emerſas ſeditiones i, quibus ipſe mederi non poterat. Sic itaque præfata Bulla erit anni M. CCC. vndecimi: nonnulli verò interpretantur Clementem ſextum Lemouicenſem ab anno 1342. ad ſequens decennium, vtíq. Aueniom, & vtrunque legitimum. Alij autem ſeptimum ibidem continuum arbitrantur ſub annis M.CCC. LXXVIII. & XCIV. vt pote in ſchiſmate ab vnis Francis & Hiſpanis Cardinalibus euectum. At ſatius videtur hanc calumniæ ſpeciem Gallis Epiſcopis non irrogandam eſſe, vt pote quòd illi pij Antiſtites conſequuti non ſint vel aſſequi minimè optarint Diploma Pontificium à viro ſchiſmatico Papatum fingente contra orthodoxũ Vrbanũ VI tunc Romę ſedentem, per quē Aueniõ deſiit ampliùs eſſe vera Sedes. Idcirco Bulla ſyncerius attribuenda eſt quinto antea Archiepiſcopo Lugdunenſi k, tum Burdegalenſi, cius p[illegible]. Adeóque ille Gallus erga prouinciam Lugdunenſem ac vi[illegible] beneuole [illegible]ectus ſuperat. Vnde locus præfatæ Bullæ ſub Nicolao Maticenſi Epiſcopo optimè ſtatuitur [illegible] ſeriùs infra fuiſſet collocanda. Adde porro quòd ipſe Clemens quintus libros quinque ſuarum legum Clementinarum compoſuit ac promulgauit vna cum œcumenica Synodo Viēnenſi à ſe conuocata, quæ etiam Vienna fuit ex ſeptem Diœceſibus in præſenti Charta comprehenſis; & ipſe talia in vnum corpus ritè collegit ad Decretalium Volumina redactum, Titulis quinquaginta duobus cinctum, & Capitibus centũ ſex ampliatum pro vniuerſo Chriſtianorum orbe: inter quos Titulos ſanè multi ſpectant ad materiam præſentis Chartulæ: potiſſimum eò pertinent Tituli *de Præbendis & dignitatibus, de conceſſione Præbendæ* l, itemque *de Priuilegiis & exceſſibus priuilegiatorum* m. Si quæ autem poſthac dogmata inſurgant, quæ nos tandem cogant Bullam referre ad Clementem ſeptimum antipapam Aueniomi, non inficiabimur apertæ futuræ demonſtrationi morem gerere.

Et tribus Eccleſiis Collegialibus.

Inter has eſt Eccleſia Belliiocenſis.

Priuilegia.

Bulla eſt potius Clementis PP. V.

Libri Clementinarum.

h hic obſcurum & in autographo peſſime ſcriptũ.

i per annos 70. ſequentes

k an. 96 ſub nomine Bertaldi poſtea mutato

l 3. Tit. [illegible]

m [illegible]

Paragraphus 4.

6. Inſtrum.

SExtum MS. inſtrumentum propiùs ad Præſulem Nicolaum ſpectat, dum Chronologiam ſectamur. eſtque de cæteris Regiis clientelaribus literis Philippi IV. ac Ludouici H[illegible] fi[illegible] pe[illegible] b[illegible] quas in I. & tertio ordine allegamus, equ[illegible] de fact[illegible] ſ[illegible] uerſus [illegible] du[illegible] dum Comitē Sabaudiæ & Dominum Balgiaci, quatenus eſſet præter[illegible] a Caſtr[illegible] S. Ro[illegible] Dyn[illegible] apud Romanacũ, ſic ibidem ad memoriam reuocari ſolitu[illegible], [illegible] Lugdun[illegible] Appellation[illegible] Iudici miſſis, atq; Lugduni a Rege extaratis [illegible] M.CCC.XII. a in ſ[illegible] Nic[illegible] Epiſc. Quas literas ſubinde executioni mãdauit Stephanus de Polliaco [illegible] [illegible] M. [illegible] p[illegible] cepto [illegible] Ægidij de Malodunp, &c. Septimo, us p[illegible]

[illegible] Sententia in hoſtes eccleſiæ

1312. VII.

laus iura ſuę Eccleſiæ ſemper protegere nixus eſt, aduerſus quoſdã nobiles, maximè in Dominum Berziaci, qui contumeliis affecerat Petrum de monte Verduno Archidiaconum Viriſeti in Eccleſia Matiſconenſi, exceſſibus perpetratis in ipſo Virizeti Caſtello *. Epiſcopus nanque & Capitulum Cathedrale damna repararunt beneficio Arreſti Curiæ Pariſienſis obtenti expenſis & diligentia Simonis de S. Cruce Decani Comitis Ioigniaci iure patrimonij. Quippe Dynaſta Berziaci ad emendam pro delicto condemnatus anno MCCCXV. *Sanlul pag. 291.

1315. quotannis ſoluit ac hæredes ipſius cereum ingentis magnitudinis perpetuò ante altare cathedrale comburendum à die feſto patrom ſancti Vincentij ad octauas, ſcripto ad cereum pendente de ipſa re geſta: hodiéque quotannis accenditur & reſtauratur. Simon verò vir potens conſtrui fecit Caſtella ſancti Clementis & Verziaci ad eam Eccleſiam pertinentis, alterius à præfato Verziaco profano; deinde ad Patres tranſlatus eſt V. Februarij MCCC. XLV. Octauò, Carolus Rex, cognomine Pulcher, anno MCCCXXVII. vltimo ſui Regni mandauit ceſſationem exceſſuum Amedei quinti, Comitis decimi Sabaudiæ, fratris natu minoris ac ſucceſſoris præfati Eduardi, hoc planè textu. *Viſis fidelibus noſtris a nobis in Matiſconenſi Balliuia pro reformatione patriæ deputatis ſuper incendiis, homicid. ſurpriſiis, deprædationibus, maleficiis & exceſſibus aliis commiſſis per Aymonem de Saband. Dom. Baugiaci, gentes ſuas & complices in homines, terram & bona dilecti noſt. Matiſcon. Epiſc. apud Romanayum & loca alia fundationis noſtræ exiſtentia in noſtra protectione ſpeciali, &c. Mandamus vobis quatenus niſi idem Aymo requiſitus celeriter ablata reſtituere vel eſarciri facere & emendari plenè curauerit, ſi in regno noſtro valeant reperiri, alioqui in terra ſua vbicunque extra loca ſacra, etiam manu forti curetis capere, & vlteriùs extenſo brachio, ſicut res de patria exigunt, procedere, &c. Sicque oppreſſionem ipſius valida repreſſione compeſciste, quòd deinceps talia non audeas, &c. Data apud Noam*

VIII. *die XXVIII. Auguſti, anno cit.* Signatum *A. Decanali.* Itemque eadem ſolari reuolutione extrema Rex denuò præcep[illegible] M[illegible]tiſconi poſt menſes duos p, Vt Balliuus ſatageret Epiſcopo temporalia reddi ab ipſo [illegible]blata Amedeo è terris Romenaci, & illu[illegible] ad emendam eondemnari pro illata iniuria, ſub pœna bonorum Comitis, rurſus capiendorum extra locum ſacrum vbicunque forent. Qui Amedeus ſe tandem regiæ [illegible]luntati ſubmiſit, literis datis apud Luparam die VII. Ianuar[illegible] ſequenti: poſt mandata Balliuij Franconis de Auennis viripote[illegible]. Nonò, in grat[illegible]am eiuſdem Epiſcopi & [illegible] [illegible]æ Matiſconſis à Philippo VI. Valeſio Rege conceſſa eſt *retredentia in bona de quibus amoti fuerant*, (vt ty[illegible]us Manuſcriptus) literis datis Lutetiæ anno MCCCXXIX. q cum exec[illegible]tione peracta anno ſequenti, vt mandati

1329. necnon additis duobus cōpulſoriis r. Quo rurſus anno promul[illegible]ata eſt Regia conſtitutio ſ in Amedeum pro hominio Anti[illegible] debito ratione Bal[illegible] [illegible] per miſſionem *Io[illegible]nis de Marziaco domic[illegible]lli Præpoſiti Reg[illegible] Matiſcone[illegible]*, vt l[illegible]qu[illegible] [illegible]anto[illegible] plus. E[illegible] inde tunc profluxit Arreſtum Pariſienſe *ſuper quibuſdam at[illegible]ntat[illegible] in iur[illegible]one* apud R[illegible] ab ipſo Comite, vnà cum adiornamento u, ſicut loqui ſu[illegible].

Margin notes: [illegible]iet dictum io[illegible] [illegible]s tales — [illegible]teus. — [illegible] Franciæ. — [illegible]it ius ad[illegible] [illegible] alios. — 9. Rex.

p Mercurij vlt. Octob. & 8 Iul. 1327. q 3. Iun. & ſimilis alia vlt. April. 1330. r 3. Iul. 1327. & 23. Iun. an. 29 ſ vulgò ordonnance. t ſeu Romenacum. n [illegible] poſt feſtum S. Martin. 1330. et antecedit præſcripto Reg. Philip. Valeſ. mart. [illegible] 18. an. 1. [illegible] regni.

Paragraphus 5.

[illegible] iuſtram. DEcimò, ſeorſum nos hîc vnum quadripartitum, quaſi extraneum Nic[illegible]lao, at eidem coætaneum promouemus; equidem munus a quatuor Francorum R[illegible] conce[illegible]lum ac ter ſubinde confirmatum certis patriæ no[illegible]bus præſent[illegible], Epiſcopo victis, & iura miu[illegible]cem penè communia ſacra atque profana ſuper Araris portu cum A[illegible] po[illegible]dentibus ſingulis præſtitis ſub variis cunctis reſperſis diariis eiuſdem noſtri Nicolai, attamen iſtic ſimul nectendis. Primum. *Philippus Dei gratia Francorum Rex, notum facimus, quòd cum Bartholomeus Caprarij* * *Ciuis Lugdunēſis Valletus noſter dilectus ſexaginta decem ſolidos Pariſienſ[illegible] & vnum denarium Pariſien. de qualibus ſarmna ſeu carga* a *annui & perpetui reditus in pedagio Matiſconenſi capiendum a certis perſonis iuſto titulo nouiter acquiſiuiſſe dicatur; Nos ob fidelitatis probatæ conſtantiam & deuotionem continuam, quibus idem Bartholomeus ſe nobis reddidit, & aſſidue reddit acceptum, eidem præſentium tenore concedimus gratiose: & hæredes ſui dictum reditum vna cum ſeptem denariis Pariſienſibus & tertiodecimo* b *annuis & perpetui reditus, quæ Bartholomæus præſat. in dicto pedagio in feudum & homagium antea tenebat à nobis, vt aſſerit, perpetuo teneant habeant & poſſideant ad vnicum homagium nobis & noſtris ſucceſſoribus faciendum. Actum Pateris menſe Februarij* MCCCIII. cum ſigillo in cera viridi. Signatum *De bella pertica*, Secretar. *Pernetus* Cancellarius. Tu[illegible] quin[illegible]e pòſt annis ipſemet Princep[illegible] ſic loquitur, plura eidem viro largiturus. *Philippus, &c. Rex ſal. Cum nos dudum dilectum Bartholomæum Cheurerij ciuem Lugdunenſem Scanſionem noſtrum* c *ſeu obtentu gratia ſeruitij nobis ab ipſo fideliter impenſi receperimus & retinuimus in Scanſionem noſtrum; eidemque dedimus ad vitam ipſius tantùm centum libr[illegible] tur[illegible] n. annui reditus percipi[illegible]ndas ab eo de noſtro patrimonio apud Templum ad duos terminos. N[illegible] attendentes dicti Bartholomæi grata & continuata fideliter obſequioſa ſeruitia nobis ab eo-*

Margin notes: Quatuor Regis prot[illegible] Capratiorum familia homini & pedagio.

* Sic ferunt cognomina in genitiuo poſita eſſe initia nobilitatis, vel etiā in ablatiuo cū præpoſitione de, teſte exēplo. ſi 47. § 3. nunquā autē in nominatiuo caſu. a Charge. b vulgò le Treżain. Iam no. 4. [illegible] c [illegible]hanſon du Roy.

dem impenſa, vberiori gratiâ eum remunerare volentes, ante dictas centum libras Turonenſes a no-
bis conceſſas eidem ad ipſius vitam, ipſi Bartholomæo ſuiſque hæredibus de legitimo matrimonio pro-
creatis & procreandis ad duos terminos ſuper emolumentis & reditibus noſtri pedagij Matiſconen-
ſis in augmentationem fendi, quod tenet à nobis dictus Bartholomæus. Actum Pictauis anno M
CCCVIII. *menſe Iunij.* In dorſo, *Per Dom. Inguerranum,* Cancellarium. Quibus in binis te-
xtibus quinque aduertenda. Primùm, Regem illum extitiſſe Philippum quartum, cogno-
mine Pulchrum. Secundò, Templum eſſe domicilium ſacrum Templariorum Pariſiis, ſeu
Equitum Religioſorum ſancti Ioannis Hieroſolymitani, vulgò Rhodiorũ, hodie Meliten-
Pedagiũ Matiſconenſe. ſium Inſulanorum. Tertiù, illæ centum libræ erant Regij primùm domanij in eo Templo
conſignari: & Rex dum talia familiæ Caprariorum conceſſit, tranſtulit ſummam, impoſuit-
que ſuper Telonio Matiſconenſi ad commodum poſſidentiũ: ea quidem lege, vt deficientib.
forſan portus eiuſdẽ ſolitis emolumentis, ſolutio applicata ſit à Rege *ſuper Præpoſitura Matiſc.*
de gratia ampliori. Quo toto iure hac tempeſtate fruuntur Dynaſtæ ſancti Mauritij in portu.
Sed notandum quartò, Pedagium, quod ipſi poſſident ſuper Ponte Matiſconenſi, aliud eſſe
ius à centum libris diſtinctum. Etenim pedagium ſuis Dominis valet quotannis mille du-
centas libras hodie exſolui ſolitas, partim Epiſcopo, ex parte Regij, nonnullas Baroni de
Chandé, & reliquas familiæ Caprariorum debitas, quam portiunculam eidem genti con-
tulerat Ioannes de Brenna Comes Matiſconenſis, quinquennio antequã Comitatũ ſuum S. d nu. 46. §. 5. & 6.
Ludouico Regi venundaſſet, vti ſub Aymone Præſule recenſuimus d. Quintò tandẽ Bar-
tholomæus ſuos dignitatis gradus paulatim conſcendit in domo Regia ex meritis: quia prius
electus eſt Valletus Regis *, poſtmodúmque Scanſio, ex colligendis ſupra. Atque hoc to- * de valet de chambre ſault Gentil-homme de châbre.
tum ſub vnico Rege dictum inſeruiat pro ſolo primo ordine compromiſſi quaternarii. Pro
2. Rex. ſecunda autem coordinatione, audiamus Regem filium. *Ludouicus Dei gratiâ Francorum Rex*
Balliuo Matiſconenſi ſal. Cum dilectus Scanſio noſter Bartholomæus Caprarij ciuis Lugdunenſis ra-
tione quinquaginta librarum Turonenſ. paruorum annui & perpetui reditus, quas ipſe à Iaquemino
filio Clerici de Prael, qui eas ex dono recordationis inclytæ Domini chariß. & genitoris noſtri ſuper
emolumenta Pedagij Matiſconenſis percipiebat, & de quibus ipſum in noſtrum receperamus homa-
gium, emptionis titulo acquiſiuiſſe dicitur. Quam acquiſitionem ſaluo noſtro & alieno iure gratam
habemus & ratam, necnon pro pluribus aliis, quæ dictus Bartholomæus tenere debet à nobis in feu-
dum in Balliuia veſtra, pro quibus ſcitis præſtare nobis homagium teneatur: mandamus vobis quod
ab eodem Bartholomæo pro præmiſſis fidelitatis iuramentum recipientes ratione dicti homagij, quod
nobis ob id facere debet, vſque ad inſtans feſtum Sanctorum omnium, vſque ad quod eundem ſuper
ipſius præſtatione in noſtra ponimus ſuffrentia de gratia ſpeciali, nullatenus moleſtetis. Datum apud
ſanctum Dionyſium in Francia, &c. e Vbi ſcito interea nobiles genere olim ſolitos eſſe vrbes
lubentiùs incolere & dici malle ciues Metropolitanarum: deinceps verò relictis ciuitatib. e 1. Maij ann. eſt Ludouic. Hutin.
rura incolere, & Caſtella ſibi conſtruxiſſe. Tertio loco attende. *Philippus Dei gratia Fran-*
3. Rex. *corum & Nauarræ Rex, Seneſchallo Lugdunenſi, &c. Scire vos volumus, quod ex relatione dilecto-*
rum Gentium Computorum noſtrorum Pariſiis nobis conſtat dilectum Bartholomæum Caprarij Scan-
ſionem noſtrum, &c. reliqua prætermus: ſcilicet eum vni regiæ maieſtati hominium ligium,
vt vocant, præſtitiſſe aut debuiſſe. De quo themate iam antea. *Actum Pariſiis die VI. Mart.*
Anno milleſimo trecenteſimo decimo octauo. En benigna renouatio. Ille autem Rex eſt Philip-
pus V. cognomine Longus, alter præfati Ludouici frater f, atque ſucceſſor in cera rubra. f ſunt filij Philipp. 4. Pulchri.
Et tunc idem Bartholomæus ſcripto meminit *Emoneti Magiſtri Hoſpitalis Burgi Saporoſi Ma-*
tiſconenſis. Quã ſane vocem g hodie ampliùs non in vſu, acceptã ferimus pro ſuperſtite vrbis g Saporoſi, in ... 1321
porta, nuncupata ſancti Antonij, & ſuo quondam burgo * foras lacerato, ac domibus in- * Gal. ... vulgò ... & S. ...
tra adiacentibus. Vir autem Bartholomæus à Rege Principum allatorum patre coëmerat
plateam iuxta viridarium ſuum, *extra portã Burgi noui* mox cum ciuitate inuoluti) *Dominica*
ante cineres MCCCX. *&c.* Quarto & vltimò, eius frater tertius Carolus IV. Franciæ &
4 Rex. Nauarræ Rex, dictus Pulcher h, *Balliuo Matiſconenſi (* ait *) Salutem. Scire vos volumus, quòd di-*
lectus Scanſio noſter Bartholomæus Caprarij, pro his quæ a nobis tenet in feudum in prædicta veſtra h Philip. eo obiit anno 1316 24. Mart. 1321.
Balliuia debitum homagium nobis fecit, &c. Datum Pariſius, &c. Nos hoc quadruplex inſtru-
mentorum genus fideli calamo hauſimus in exporrectis veteribus archetypis Manuſcriptis
nobiliſſimæ domus ſancti Mauritij. Præmiſſa vero teloneorum iura huic Caprariorum fa-
miliæ annexa, percipiuntur omnino ſimilia ſuper eodem Arari ponte per Matiſconenſes
Epiſcopos ab anteriore iam annorum centenario prius: quatenus ſub Aymone Anteſi-
gnano compertum eſt k. Et vtrique hoc æuo pari dote fruuntur: piſcantur que in eo- k ...
dem alueolo.

Parigra

Paragraphus 6.

XI. inſtrum. MOx verſus vndecimam totius negotij conquiſitionem animum impellẽtes, chartulam noſtram propiùs ad Nicolaüm Antiſtitem eiúſque finem inducimus. Is ergo vt ſemper calcar addidit ad omne opus in commune bonum fluens, ſtrenuè demùm tuitus eſt iu-
XII. ra ſuæ Eccleſiæ, in qua pergebant adhuc irruere Religioſi Cluniacenſes: & obtinuit tum in ſupremo Senatu, tum in ſecretiore Regis Conſilio ea quæ aduerſùs hos petebantur. At-
1330. que duodecimò & vltimò, bonus tandem ille Præſul contulit varia diuerſique generis eccleſiaſtica ornamenta in commodum Cathedralis Baſilicæ, cuius fabricam poſſeſſionum ſua-
Mors Nicol. rum conſtituit hæredem. Lumina clauſit anno MCCCXXX. Hæc ſatis.

LIII. *Paragraphus* 1.

IOannes III. cognomine de Sailagny, Bellijocenſis, & nobiliſſima huius agnominis familia oriundus, initio noſtri Opuſculi videbatur nobis principium Sedis duxiſſe ab anno duntaxat milleſimo trecenteſimo & quadrageſimo circiter nono, quando egregiam tunc Capellam fundauit in altum ſuſpenſam cum Altari ſub honore ſancti Yuonis in Cathedrali [a], ſicut ipſi vidimus; & velut etiam San-Iulianus loquitur [b]: qui Au-
Ioannis ordinatio & tempus. thor hoc ſolùm de illo Ioanne tradidit. Propterea is tardior ſenſus'ſi retineretur, perſpecto ſic diutino Ioannis interſtitio ab elapſo Nicolao Præſule, equidem ſupereſſet facilis locus inſerendi medium Odonem Epiſcopum ante hunc Salagniacum. Verùm certè mox nobis occurrit multa neceſſitas altiùs Ioannem efferendi, & perinde Odonem infra ipſum deprimendi opportunitas. Nam profectò ad manus tandem peruenêre quinque alia priſcę ætatis documenta ſeu præclara Manuſcripta, quæ docent manifeſtè eum iam egiſſe Antiſtitem Matiſconi annis vndeuiginti antea. Adeúque declarant illum proximè Nicolao veriùs ſucceſſiſſe. Ex his verò quatuor teſtimoniis tria priora videntur efficere vnicam penè actionem tribus aut quatuor dierum interuallis celebratam. Omnis autem eiuſmodi probatio non pendet ex *Titulis antiquis Eccleſiæ Matiſconenſis*: vt neque pleraque alia à tempore Aymonis Epiſcopi hactenus recenſita. Sed fluit è reliquis Epiſcopalibus autographis nuper inuentis, probéq; recognitis: Prima actio reminiſcitur apertè ipſiuſmet *Ioannis de Salloigné* Matiſconſis Epiſcopi, & Amedei Comitis, qui fuit quintus huius nominis, necnon Co-
1331. mes decimus in vniuerſum, atque Marchio Balgiaci [c], quem alij Haymonem etiam vocant. Is autem tranſegit cum præfato Antiſtite die XII. menſis Septembris anno qui infrà. Vnde quarto pòſt die palàm confirmauit Reſcriptum tali lege: vt nimirum hæc actio numeretur pro ſecunda vice præſenti: quòd Amedeus *homagium & fidelitatem faciat dicto Domino Epiſcopo ratione ſua Eccleſiæ prædictæ* (ait textus primarius) *& de feudo quod tenere debet ab Eccleſia prædicta nouiter recognitionem dicto Domino Epiſcopo facere teneatur. Acta Matiſconi quoad dictum D. Epiſcopum anno Domini milleſimo* CCCXXXII. *præſentibus Dominis Simone de S. Cruce Decano, Humberto Caprarij* [d] Canonico, & aliis Canonicis Matiſconenſib.
1332. &c. Qui annus eſto ſecundus Epiſcopalis ſuæ Sedis. Vt ſcilicet anno ſuperiore thronum
Victrices eius actiones cum variis Comitibus. ſit ingreſſus breui poſt Nicolai deceſſum. Atque hoc iam dicimus referre actionem alteram. Tertia verò eſt, quòd hinc Comes re ipſa hominium præſtitit in ſuburbio ſancti Laurentij, quò ſe Epiſcopus tranſtulit & migrauit, rogatu eiuſdem Comitis ſequenti XXI. Octobris [e]. Et quarta, quæ magis diſcrepat tempore, proponit ratificationem compoſitionis quam obſignauit *Blanca de Burgundia* Comitiſſa Sabaudiæ ac Domina Balgiaci renouatam cum eodem Reuerendo Patre *, ad inſtar eius quam ſuprà fecerat Amedeus anno cir. XXXII. Atque iſtius intimatio geſta eſt anno M. CCCXLVII. Hæc verò nobi-
1347. lis matrona, alioqui in Annalibus Sabaudiæ prætermiſſa [f], non eſt illa quam iidem Annales vocant *Blancam de Monteferato* Duciſſam Sabaudiæ ad annum 1470. tum quia diſcrepant tempora vno ſeculo & triente, tum rurſus eò quòd Blanca Burgundiæ efferebatur tantùm Comitiſſa: cuius terra & regio erecta eſt in Ducatum ſub ſolo Amedeo VIII. qui primus fuerat illic Dux conſtitutus anno 1417. Fuit ergo Blanchia ſoror Amedei Comitis ſiue quinti, ſiue ſexti Viridis. Sic ipſamet Amedeum Sabaudiæ vocat fratrem ſuum, ex Actis ab ipſa in Caſtro Pontis Velæ habitis eo anno 1370. die prima Iulij. Quinto denique idem Ioannes anno M.CCC. XXXVI. Iuriſdictionem ex Baronia Romenæi pendentem egregiè innouauit [g]: à nobis mox recognitam in vetuſto Gazophylacio Epiſcopatus
Caprarij. Matiſconenſis. Obiter verò hinc aliò vela tantiſper facientes ordine chronologico, aliud hic adiicimus, velut parentheſim ex parte Philippi VI. Valeſij Francorum Regis ad Baliuum

[a] ad cornu dextrum. Eccleſia loci celebrante in Choro feſtũ duplex de illo ſancto die 19. Maij, de communi nõ Pontificum cum trib. lectionib. proprijs, etiã ſuſcepto ibi vſu Romano, cuius Breuiariũ nihil.

[b] pag. 191.

[c] iam nu. 32. § 1. 4.

[d] 12. Sept.

[e] & Baugiaci die 13. menſis

* Parif 13. Iul. 1344.

[f] apud Ioannem Tarnonium 1601. Lugd.

[g] 18. Decem.

uum Matiſconenſem ſcribentis. *Significamus vobis* (inquit) *quòd Henricus Cheurery Scutifer, de his quæ in veſtra Balliua à nobis tenet, nobis fecit homagium, &c.* Reliquis eodem ſtylo di- h nu. 51. §. 5.
geſtis, qualia ſub Antiſtite Nicolao [h]. *Datum apud Romanuillier, die decima nona Iunij, anno*
1348. M. CCC. XLVIII.

Paragraphus 2.

Incrementũ fundationis duorũ Priorũ Præbendariorum, nunc dictorum S. Georg. in Cathedrali.

HOc ordine & loco iure interponimus Fundationem duorum Capellanorum à Decano huiuſce temporis celebratam in Cathedrali Matiſconenſi ſub tutela ſancti Georgij poſt Deum Optimum Maximum. Prior amborum Sacerdotum annexus eſt vni ex tribus præbendariis multò antiquioribus pro iuuanda Chori pſalmodia, iiſque tenui victu antea i nu. 46. §. 4. an. 1114.
ibidem conſtitutis ſub Aymone Epiſcopo [i], nunc verò ampliore augmento colluſtratis. En tenor originalium documentorum. *Nos Officialis Matiſcon. nos quoque Simon de ſancta Cruce Decanus & Capitulum Matiſc.* (vbi nota Officialem in ſcriptis anteire Decanum Cathedralem, &c.) *notum facimus vniuerſis, quòd nos Decanus præd. fundauimus in Eccleſ. Matiſconenſi vnam Capell. in honore beati Georgij* [*], *& in eadem duos Capellanos, vnum magni Altaris, alterum Confratrem Altaris Primæ in Eccleſia prædict. &c.* Ac multis interiectis, *ad deſeruiendum dictæ Capellæ, celebrare teneantur* (addit textus) *pro remedio animæ ſuæ & anteceſſorum qualibet die vnam Miſſam defunctorum, &c.* Poſtea extenduntur in typo diuerſi inſtitutionis fundatæ articuli, domicilia, prouentus, iura: magna quorum parte hoc ſaltem æuo fruuntur Capellani. Qui fundi dum fruſtrà hîc in conſcribendo occuparent quatuor vt minimùm pagellas, nos ob id ſingula prætcrimus. Adeſt ergo ſic extremitas textuum. *Promittentes nos Capitulum contra hæc non venire, &c. In quorum teſtimonium, nos Decanus & Capitulum Sigillum quo vtimur cum ſigillo Officialatus apponendum duximus, &c. Datum in Capitulo die Veneris XIX. Menſis May, Anno milleſimo trecenteſimo quadrageſimo.* Deinde alia huic membrana nectitur ſub illis verbis. *Ioannes permiſſione diuina Matiſconenſis Epiſcopus vniuerſis, &c. Honeſtis petitionibus decens eſt fauorem benignum impertiri. Inde eſt, quòd diſpoſitionem, quam D. Simon de S. Cruce dudum Decanus noſtræ Matiſconenſis Eccleſiæ ex conſenſu Capituli generalis de Capella in honore beati Georgij fundata cum reditibus, &c. laudamus, approbamus ac confirmamus, &c. Actum* (ſub ſigillo) *quinta die menſis Iulij, Anno milleſimo CCC. L. quinto.* Tum allegatur hæc vltima membranula Primatis Franciæ. *Nos Henricus de Villars Dei gratia Archiepiſcopus Comes Lugdunenſis literas venerabilis in Chriſto Patris D. Ioannis Matiſconenſis Fratris Suffraganei noſtri chariſſimi iuſtificamus, & authoritate ordinaria approbamus, &c. Datum apud Montemblondum die XV. Nouembris, anno præfato.* Duo autem Præbendarij habent ſuas duas habitandi domos apud Dominicanos & ædem ſancti Ioannis in vrbe. Atque hæc bona eiſdem annexa ſunt, vt habeant vnde laudabiliter & honeſtè viuant, meliúſque deſeruiant Choro & Altari, quibus antea tenuiter deputabantur: collato illis deinceps alio rurſus incremento ſub hunc finem à Capitulo. De quo iſtorum augmento erga alios etiam Sacer- k n. 55. §. 1. 5.
dotes in tali cauſa nos conuenientiùs eloquimur infrà ſub Philippo [k] æquè munifico præſentis Simonis fundatoris nepote.

* Turri pinnaculi ad fundamenta innixam.

Dignitas officialis.

Approbatio triplex.

Paragraphus 3.

Additio ad ſodales Concatherinos Matiſconi.

MOx ſeorſum inueſtigemus duo Acta interiora Eccleſiæ Matiſconenſis, eáque multò breuiora. Primum eſt de additamentis ad Confratriam Catherinorum eiuſd. Baſilicæ ex Teſtamento nobilis Petri de Salornayo, factoquidem anno M. CCC. XLVI. [l] ſed l menſe Dec.
promulgato ſequenti duntaxat triennio, hiſce notis. *Ego Petrus de Salornayo Canonicus Matiſconenſis & Lugdunenſ. &c. Hinc eſt, quòd volens etiam ſaluti animæ meæ & meorum prædeceſſorum ac ſucceſſorum prouidere, duas Capellanias vnà cum quadam alia Capellan. volo & ordino fundari ac inſtitui in Capellis beatæ Catharinæ & beati Thomæ in Eccleſ. Matiſconenſ. & cum Capellanis Catherinis ibidem inſtitutis volo vniri & adiungi. Qui duo Capellani cum dictis Catherinis*
6. ſodales. *commorentur & viuant, inſimul comedant & iaceant, inſimul horas beatæ Mariæ in dictis Capellis dicant, &c. Datum anno milleſ. trecenteſ. quadrageſimo nono. Sign. Caprarij.* Ex Archiuis. Er- m nu. 45. §. 6.
go mox adſunt in vniuerſum ſex Concatherini in ſocietate. Quorum nos iam quatuor n nu. 46. §. 1.
Horæ B. Virginis quãdiu ab ipſis decãtatæ. fundatos præfiximus ſub Pontio II. Antiſtite [m], confirmatos ſub Aymone [n], & dilucidatos ſub Seguino [o]. Sed quod ſpectat ad horas beatæ Virginis matris ab ipſis cunctis in Capella o nu. 47 §. 2.
recitandas: ſcitote quòd deinceps eiuſmodi Concatherini viſuntur alligati Choro matricis Baſilicæ ad horas canonicas diurnas, nocturnáſque magis publicè cum reliquo Clero decãtandas, qui tamen antea fuerant priuati Capellani. Hoc vtique cenſetur geſtum vel immutatum annis circiter quinquaginta poſt præſentem Actionem, hoc eſt, paulò poſt Capellanorum de Albiniaco & aliorum duorum ſancti Georgij fundationem. Qui cæteri ab

inſti

inſtituto ferè omnes numero ſeptem citra Catherinos,deuincti ſunt quoque eidem Choro. Déque his liquet infrà ſub Philippo Antiſtite p,& de binis primis S.Georgij in ſuperiore Paragrapho. Vbi aduerte,quòd licèt illi ſeptem pro eiuſmodi in Choro reſidentia potiantur quotidiana panum aut frumenti ac vini diſtributione pro diariis obſequiis q: Concatherini tamen minimè talia recipiunt. Sed quia ex iſta primaria eorum fundatione locupletata tenebantur Horas B.Mariæ Virginis diebus ſingulis in ſuo duplici Saecllo decantare: Capitulum cuius eſt illis in vacatione prouidere, eos ab hoc onere abſoluit: & tale miniſterium interpretãdo ac mutando in Horas canonicas cum Epiſcopali venia & authoritate id ipſis deuouere non dubitauit in Cathedrali Choro, cui in locum deſeruiant.En vnum.

Quomodo mutatæ.

Secundus Actus ferè duplex eſt, maximè de rebus quæ Amadeus VI.Sabaudiæ Comes XI. r habuit cum noſtro Præſule poſt Saecelli S.Yuonis fundationem: his ſingulis etiã obliuioni traditis à San-Iuliano. Vnum eſt quòd idem Amadeus Sabaudiæ concordata inter eius patrem Amadeum V. ſ & Matiscenſem Epiſc.corroborare non dubitauit,iſto verborum tenore. *Caſtellanis noſtris Pontis-vallium Baugiaci & S.Triuerij mandamus, quatenus Compoſition. factam inter inclytæ recordationis quondam Dom. genitorem noſtr.chariſſ. & Reuer. Patrem in Chr. Dom. Matiſcon. Epiſc. amicum chariſſ.obſeruari faciatis ſecundum ipſius tenorem,quòd gentes dicti D.Epiſc. de vobis propterea iuſtam non habeant materiam conquerendi. Datum Balgiaci anno M. CCC.L.* t Alterum eſto,quòd nonnullæ permutationis vices celebratæ ſunt inter partes præ-
1350. miſſas anno M.CCC. LIII. quibus decretum eſt relinquendos eſſe ſeruilis conditionis additos Eccleſiæ Matiscenſi in locis *de Roiſenſe & Rheole* u,habitatores Imperij aut agri Breſſiani, vt pote qui eſſent penes Comitem ſuæque iuriſdictionis. Qui Comes pro antidoro remit-
1353. tebat è diametro plures penſiones eidem Eccleſiæ,& varia iurium debita ad ipſum hactenus ſpectantia in Regno vel agro Matiſconenſi. Hæc in vetuſtis vnis Chartis perlectis.

Concordata Epiſcopalia.

Cum Sabaudiæ Comitib.

Paragraphus 4.

Capitulum Eccleſiæ Bellijoci.

HIc incidunt opportunè aperienda duo Acta exteriora,attamen Diœceſeos, nimirum Eccleſiæ Bellijocenſis; temporaneo eorum calculo ad ſuperiores computus permixto. Prior geſtatio eſt eiuſmodi. *Nos Officiales Curiæ Matiſconenſ. & nos Capitulum Eccleſiæ Collegiatæ B. Mariæ Caſtri Bellijoci vniuerſis,&c. Notum facimus, quòd anno Dom. M.CCC.XXXII. die Lunæ poſt feſtum B.Marguaritæ Virg.præuentu mortis piæ recordat.D.Petri de Theliz quondam Decani Bellijoci,erant in Capitulo viri venerabiles D.Guichardus Dallant Cantor, Petrus de Moncellis Sacriſta Bellijoci,D.Lancelotus de Propreriis,Guido de Franchelens,Ioannes Ducis,Ludouicus de Propre.Petrus de Brueria,Gaufredus Doubletens,Petr.de Marziaco,Ioan.de Caumont, & Ioan.de Marcigniaco Canonici ipſius Eccl.videlicet illi qui inuenti fuerunt in Caſtro, & alij ad eorum domicilia Caſtri, quorum erant commenſales in eodem Caſtro,ad eligendum Decanum Eccleſiæ cum clauſula,niſi venirent,procedetur,abſentia dictorum Canonicorũ non obſtante.* Quos perſpicitis omnes tũc genere nobiles. *Ipsâ horâ in Capitulo prædicti Dom.iurati dictum D. Ioann.Ducis præſentem in Decan. ipſius Eccl.elegerunt,&c. Quib.ſic actis D.Cantor D.Ioan.Decanũ de Capitulo in Chorum Eccl.pro ſe & pro aliis Sacriſta adduxit,& in ſtallum Decan: conſuetum aſſignauit & aſſedit.In quorum teſtimoniũ nos Officialis ſigillum Curiæ noſtræ* (is præcedit vbique) *& nos Capitulum ſigillum noſtrum duximus apponenda,die prædicto.* Nota ſigilli in cera viridi eſt imago oualina B.Virginis tenens ad vlnas Ieſum infantem, & altera manu ſceptrum liliatum.Quo in textu aduerte obiter veteres Officiales ſolitos eſſe ſua nomina reticere, veluti pariter in aliis paſſim geſtis perſpeximus x.Et quod attinet ad Bellijocenſiũ Canonicorũ numerum ibi expreſſorum qualitates, nos eas iam expreſſimus in ſacro Lugdunenſi Chronic.ſub Archiepiſc. Guidone II. l Poſterius inſtrumentum tale eſt. *Nos Ioan.de Io Licentiatus in Legib.Iudex Curiæ D. Bellijoc.notũ facimus,quòd cùm venerabilis D.Petr.de Moncellis Legum profeſſor Decan.Eccl.Collegiatæ Bellijoci,m ex cauſa cuiuſd.cõpoſitionis factæ inter ipſum D.Decan.ex vna parte,& Petr.de Marziaco Canonic. dictæ Eccl. ex altera,teneretur in L.ſolidis Vienn. annuatim penes ipſum Petr.obligatus pro trib.paruis Anniuerſar. in ipſa Eccl.annuatim faciendis pro remedio animar.Dominor.Saruagiorum. Hinc eſt, quod anno M.CCC.XLIV.die Sabbati poſt Dominic. qua cantatur in Eccl. Dei, IVDICA ME* n, *venerabilib.DD.d.Petr.Decano, Aymone de Becia Cantore,Ioanne de Francheleins Sacriſta,Ioanne Beczonis & Guidone de Fougeriis Capitulum facientibus,D.Decanus concedit dictis Cantori & aliis Canonicis ad opus Eccleſiæ & Capituli res confinatas, quas recipiunt à dict. Dom. Decano tradere pro quinquaginta ſolidis Vienn. &c. In cuius rei teſtimonium præſentibus literis ſigillum d. Curiæ duximus apponendum.* En Canonici nobilium familiarum, partim hodie ſupeſtitum. Pro aliis nobilium ibidem exemplis,patent hi ex libro Obituum Eccleſiæ Bellijocenſ.ordine quidem menſium,at diuerſis annis ignotis, triplici ſerie. Primò, D.Robertus de Treſmont quondam illic Canonicus & Sacriſta, qui obiit XVIII.Kalend. Februar. Gichardus

de

Canonici tũc nobiles.

Decanus ibi electus.

Actus alius Bellijoci.

p nu. 55. §.2. 3.an.1374.

q dictũ ibid.

r dictos Viridis ab ann. 1342. ad 1383.

ſ ab an 1329. vide §. 1.

t die 4. Mart.

u aliàs Feyoле,19.Auguſt.

x §. 5.& nu. 54.9 2.

l nu.94 §.5. gener.17.

m ſuprà paulò antè Sacriſta ann. 1332.

n Dominica in Paſsione Quadrageſ.

de Palude olim Sacerdos Canonicus: Berardus & Stephanus de Monte-medio Sacerdotes Canonici, 2. Nonas Februar. ac 6. Idus Martij: item Petrus, Guichardus & Humbertus de Doſa, vnus Canonicus, alius Miles, id eſt, nobilis, 8. Idus & 6. Non. Februar. ac 6. Idus Augusti. Raignerius de Vilione Lugdunenſis & Bellijocenſ. Canonicus: Guigo de Yehonio Canonicus ibidem, 3. Idus Maij: omnes ſimplici conceptu. Altera ſerie, eáque ſub duplici animaduerſione, extant hi. Guichardus de Vernecio Canonicus ſcribitur Præcentor Bellijoci 11. Kalend. Martij; tum Guigo de Germola Matiſconenſis Eccleſiæ Præcentor 6. Non. Aprilis: poſteáque Guigo de Vila dictus Præcentor ibid. & Canonicus Bellijoci, 8. Idus Octobris. Qua in re ſcito Cantorem & Præcentorem efficere quidem duas dignitates duóque humana ſuppoſita in Cathedrali Eccleſia Lugdunenſi, ad duo latera Chori præeinentes, & in Capitulo poſt Decanum Archidiaconúmque aſſidentes. Verùm in Eccleſiis Maticenſi & Bellijocenſi ac alibi paſſim ſub ea voce allata Præcentoris adnumeratur Cantor illic ſolus conſtitutus abſque alio Præcentore, excepto Magiſtro Chori eius Vicario, nullatenus Canonico aut alia illic inſignito dignitate: tametſi Magiſter Lugduni ſolùm perſonatum* duplicémve fructuum portionem obtineat. Tertiò, alij nobiles Canonici vario ſenſu, qui ſimiliter proponuntur inſpiciendi, ſunt hi tres: primus Sylueſter Sacerdos Canonicus Bellijocenſis & Portarum Monachus, ſcilicet Carthuſianus in Breſſia Diœceſi Lugdunenſi, ſicuti iam diximus obiret de Stephano Decano Bellijoci Numero 51. §. 1. ad marginem. Obiítque Sylueſter 9. Kal. Aprilis. II. Giraldus de Antiochia Confrater Eccleſiæ Collegialis Bellijoci & Monachus Cluniacenſis, decedens è vita 4. Non. Octobris. Vbi notandum obiter, quòd dum Kalend. Decembris in libro ſcribitur, *Obiit Stephanus filius Giraldi de Antiochia*, vel præfatus Geraldus ante Clericatum fuerat vxoratus, vel eſt alius Giraldus Antiochenſis ab iſto profeſſo eccleſiaſtico diſcrepans. III. Hugo Gaſchet Canonicus Bellijocenſis & Monachus Firmitatis Ordinis ſancti Bernardi in Diœceſi Cabilonenſi obiit Nonis Nouembris. Propter quos tres Canonicos videtur inducendum ex breui cortice libelli Obituum, quòd olim licuerit Monachos triplici voto adſtrictos titulis Canonicatuum perornari, ſtalum in Choro & vocem in Capitulo obtinuiſſe, & mixtos conuixiſſe in ſecularibus Eccleſiis vnius voti caſtitatis: veluti opinantur nonnulli forſan ab initio factitatum in Cathedralibus quibuſdam Eccleſiis, vt pote Matiſconenſi, paritérve in cæteris antiquioribus ſub primitiua occidentali Eccleſia. At profectò minimè gentium ſic geſta res eſt. Nam Bellijocenſe Capitulum ſub poſteriori Eccleſia erectum, totum ſeculare ex vocatis Clericis conſtitutum eſſe cernitur, ideóque nunquam promiſcuum viris Religioſis. Vnde ita venit hiſtoria concipienda, quòd tales homines viciſſim nec ſimul electi putentur Canonici ac Monachi: verùm equidem ſe habito antea Canonicatu abdicantes, & mũdo prorſus vale dicentes, arctiſſima demum Cœnobia vitámque multò perfectiorem ingreſſos eſſe: ſeculare verò Collegium vnico texturę ſpiritu horum meminiſſe, ac vtrumque vitæ ſtatum vna periodo inuicem conſtrinxiſſe, tanquam mutuorum antea ſodalium, nec tamen ampliùs redeuntium, aut retrò ad aratrũ terrenorum reſpicientium. Etenim leges Eccleſiæ hoc vitæ diſcrimen ſemper habuêre cõmendatum. Boniſacius Papa octauus ex Decretali *Nullus Religioſus*, titulo *de Electione*, in 6. vetat ne profeſſus, raróq; Nouitius, in Monachiſmo, ad ſeculares Eccleſiæ dignitates eligatur. Sicut & è diametro Greg. PP. X. in œcumenico Lugdunenſ. Concilio Cap. *Cùm de beneficio*, tit. De Præbendis, ibid. *Clerico ſeculari prouideri non poteſt* (inquit) *de Prioratu, qui per Religioſos ſolitus eſt gubernari.* In Clementina I. de Electione ex generali Concilio Viennenſi per Clem. V. edita & eruta, *prohibetur, ne Religioſus in Prælatum alterius Religionis vel habitus, niſi ad Epiſcopatum, digatur: ſecus totum eo ipſo ſit irritum.* Duntaxat ex Cap. *Doctos* 16. q. 1. D. Ambr. laxat tantiſper habenas caſu plerunque vrgente, vt in ſubſidium *Monachi Presbyteri baptizare, prædicare, pœnitentiam dare, decimarum & oblationum portione iuſta perfrui debeant moderata diſpenſatione*: & veſtem monachalẽ retinentes dummodo hæc auida elatione non ſuſcipiant (ait ibid. D. Auguſt. Cap. *Vos autem*) nec blandiente deſidia reſpuant. Hinc Cõcordata Galliarum nuper inter Leonem PP. X. & Franciſcum I. Reg. inita ex Cap. *De Collationib.* §. *Volumus*, ſanciunt graduatos beneficia eccleſiaſtica in aſſignatis eiſd. menſib. vacantia conſequi poſſe *ſecundum perſonæ condecentiã; ſeculares ſecularia & religioſos regularia, nec aliter poſſint, prætextu Apoſtolicæ diſpenſat.* Inde riuos claudens Rebuff. in praxi Beneficior. pag. 191. dicit, *Quandoque diſpenſ... cũ minore ſeculari ad regulare benef. obtinendũ, vel è contrà, quia de iure ſecularis nequit aſſequi regularia, neque ſecularia regularis.* Quod & renouat pagina 209. Hæc autem cuncta à prioris pertracta ad publica, tanquam longiùs multò proficua in commodum vniuerſalis Eccleſiæ, videbantur hîc opportunè deducenda ad vſum commentarij: Capitularibus his cœtibus celebratis, dum Ioannes III. Matiſconi ſederet. Quamuis verò hæc

* ſiue officia.

hæc actio maturior ſit aliquot partibus in anteriori ſimul collectis: tamen eam poſtponimus, cùm ſola ſit.

Paragraphus 5.

Caprarius exemptus à Rege.

AD cætera huiuſce temporis pedem referamus ex conquiſitis MS. *Ioannes Dei gratia Francorum Rex Balino Matiſconenſi ſalut. Significamus vobis, quòd Henricus Caprarij nobis fecit homagium de his qua in veſtra Balniua à nobis tenet in ſeudum. Ad quod ipſum recepimus, noſtro & alieno in omnibus iure ſaluo. Quocirca vobis mandamus, quatenus dictum Petrum ratione dicti homagij nobis non facti in perſona vel bonis nullatenus compellatis, aut cogi permittatis. Et ſi quid de ſuo captum, ſaiſitum vel leuatum ſuerit, eidem reddi vel reſtitui faciatis indilatè. Datum Lugduni, die VII. February, anno milleſimo trecenteſimo quinquageſimo. Sub noſtro ſigillo, quo ante Regni noſtri ſuſceptum regimen vtebamur. Per d. Regem. Verriere Cancellarius.* Hic calculus noſtro modo inchoandi hodie annos à Ianuario, eſſet milleſimus quinquageſimus primus: tunc autem erat penè finis anni prioris, vt pote incipientis in Paſchate. Atque ſedebat Matiſconi Ioannes III.

Annus.

Paragraphus 6.

Principia dilatatæ magis eccleſiaſticæ iuriſdict. matiſcon.

IAm ſub extremis vitæ præfati Ioannis Epiſcopi adſequitur explanatio Iuriſdictionum eccleſiaſticarum Capituli Baſilicæ Matiſconēſis, quatenus diuiduntur notiones iuris dicundi inter Epiſcopum & Capitulum Cathedrale. Quæ quidem latitudines mox ſub Ioanne Salaniaco & ſucceſſore incrementum multùm acceperunt, præter ea quæ de illo themate dudum allata ſunt in Raynaldo [o] & Pontio II. [p] Antiſtitibus. Audi textus primarios præſentis inſtituti ſeu prolegomena futuri totius negotij. *Nos Officialis Matiſconenſis notam facimus vniuerſis præſentes literas inſpecturis: Quòd cùm lis, quæſtio, ſeu controuerſia moueretur, ſeu moueri ſperaretur inter Reuerendum in Chr. Patrem & DD. Ioannem miſeratione diuina Matiſconenſem Epiſc. ipſius & Matiſconenſ. Eccleſ. nomine ex vna parte, & venerabiles viros DD. Decanum & Capitulum Matiſcon. ſuo & Eccleſ. Matiſconenſ. nomine ex parte altera, ſuper iuſtitia & iuriſdictione ad forum eccleſiaſticum pertinente. Et ſpecialiter ſuper eo quod Domini Decanus & Capitulum dicebant & aſſerebant, quòd ſingulorum Canonicorum ac Clericorum Chori Matiſconenſ. Eccleſ. cuiuſcunque ſtatus, ordinis, conditionis, dignitatis & præeminentiæ exiſterent, quoquo modo delinquentium, quodcunque crimen ſeu delictum, maximum vel minimum, vel medium committerent, & in quocunque loco perpetratum; omnimoda captio, correctio, punitio, & plena iuriſdictio eccleſiaſtica, ſeu ad forum eccleſiaſticum pertineret, ſiue ciuilis, ſiue criminalis, & tam in cauſa reali quàm perſonali ſiue mixta, generali, vel ſpeciali, & ſiue per viam acquiſitionis vel inquiſitionis vel denunciationis, & ſiue ciuiliter, ſiue criminaliter, ſeu viâ ordinariâ vel extraordinariâ, ſeu iure actionis vel officio Iudicis, ſeu quomodolibet foret procedendum, ad eoſdem Decanum & Capitulum ab antiquo pertinuit, pertinet & pertinere debet ſolum & inſolidum, tam ex priuilegiis Sedis Apoſtolicæ ſuper hoc conceſſis, quàm ex antiqua conſuetudine legitime præſcripta, & diuturnis temporibus obſeruata: Quódque ipſi Domini Decanus & prædeceſſores fuerunt & ſunt in poſſeſſione vel quaſi pacifica per decem viginti, triginta, quadraginta & etiam centum annos ac amplius, quorum contrarij memoria hominum non exiſtit ſuper omnibus præmiſſis, incidentibus, emergentibus & connexis, maximè in caſu in quo Canonici vel Clerici de Choro voluerint aut velint in communi Capitulo reſpondere: Quo caſu D. Epiſcopus Matiſconenſis, quicunque fuerit in perpetuum, & qui nunc eſt, iuſtitiam facere, vel alios compellere non debuerit, debet, ſeu debebit quomodolibet in futurum, attenta conſuetudine Eccleſ. Matiſcon. hactenus approbata, quam inter alias Mel. T. Sanctorum Ioan. & Pauli Presb. Cardinalis Legatus confirmauit [q]: cuius ſcriptum authenticum Cæleſtinus Papa ſuis literis inſeri fecit. Ac deinde Honorius Papa ad inſtar Cæleſtini per ſuas literas confirmauit [r], prout in literis dictorum Roman. Pontificum dicebant latiùs contineri: Cuius conſuetudinis tenor, vt dicebant in literis Apoſt. eſt talis. Epiſcopus de Canonico, vel de quolibet alio de Choro Eccleſiæ Clerico, dum in communi Capitulo reſpondere voluerit, iuſtitiam facere vel aliàs compellere non debet; dicto D. Epiſc. ſuo & ſua Eccleſia Matiſconenſis nomine contrarium penitus aſſerente, & dicente, quod tam de iure, quàm de conſuetudine ad ſolum Matiſconenſem Epiſcopum qui fuit, eſt, & erit, etiam irrequiſito conſilio ſui Capituli, omnimoda iuriſdictio ad forum eccleſiaſticum pertinens ſuper omnibus præmiſſis, etiam in dictos Canonicos & Clericos Chori pertinuit, ac pertinere debet: Quodque idem D. Epiſcopus eiúſque prædeceſſores ſoli & in ſolidum abſque eo quod ſui Capituli requirere conſilium ſuper hoc teneretur, eſt & fuerunt in poſſeſſione ſeu quaſi pacifica per XX. XXX. & centum annos ac amplius, & etiam per vltimos annos, dies, & actus, & per tempora quorum contrarij memoria non exiſtit, ſuper omnib. præmiſſis, & etiã in dictos Canonic. ac Cleric. Chori, etiã in caſu in quo Canon. vel Cleric. de Choro voluerũt & volunt, elegerunt ſeu eligũt in cõmuni Capitulo*

Capituli prætenſiones.

Ea diſtinctior & longior quàm antea inter vtramque partem.

Epiſcopi propoſitiones.

[o] n. 44. §. 1.
[p] n. 45. §. 5.
[q] nu. 44. cit. §. 1.
[r] nu. 45. §. 5. cit.

tulo reſpondere, quódque nullum priuilegium ſufficiens Apoſtolicum vnquam obtinuerint, nulláque conſuetudo interuenit, per quod ſeu quam præmiſſa ſeu aliquid de præmiſſis ad dictos Decanum & Capitul. pertinent, ſeu pertinere poſſit, ſiue debent. Ad quod nunquam dicti Decanus & Capitulum fuerunt, neque ſunt in poſſeſſione ſeu quaſi præmiſſorum, vel alterius eorundem, quódque dictæ litera Apoſtolicæ dictis Decano & Capitulo ſuffragium aliquod in præmiſſis præſtare non poſſunt, ſeu debebunt in futurum: tum quia de dictis Apoſtolicis non conſtat legitimè & ſufficienter: tum quia eſto quòd ſine præiudicio conſtaret; attamen de Cardinalis ſcripto authentico non fit fides ſufficienter, de quo ſcripto in dictis literis prætenditur fieri mentio: tum quia nunquam fuit conſuetudo in Matiſconenſi Eccleſ. talis qualem tenor prætenſus demonſtrat: tum quia eſto ſine præiudicio ſufficienter de præmiſſa conſtaret conſuetudine: tamen ſub verbis dictæ conſuetudinis cauſæ criminales, etiamſi ciuiliter agatur de crimine, minimè continentur: tum quia propoſitis per dictos Decanum & Capit. tam per ſcriptionem quàm aliàs, legitimè eſt & exiſtit penitus derogatum. Tum quia dicta & propoſita per dictos Decanum & Capit. ex cauſis legitimis & ſufficientibus loco & tempore proponendis, nullum poſſunt dictis Decano & Capit. præſtare ſuffragium, nulliúſque ſunt momenti ſeu valoris. En hactenus cauſa rei & quæſtionis ſtatus in varia themata vtrinque tractata & denunciata; quaſi eſſet verus totius negotij proceſſus verbalis, & litigatio vtriuſque partis ſeorſum altercantis per ſe ſuóſve vtrobique Iuriſconſultos atque patronos ſ, ſicut ad libitum fieri aſſolet: vt inde poſt modum trahatur & proferatur iudicis ſententia, vel ex co ſaltem fluant optima concordata inter adunatas partes & arbitrum. At verò, dum fœlices illi exitus per compoſitores promouerentur, & iam conſcriberentur, contigit, ſaltem vehemens coniectura eſt, vt Ioannes III. Præſul morte præuentus, poſtquam is manu propria obſignauit, & antequam publicarentur, ab oculis auulſus eſſet mortalium; equidem ſublatus anno extremo, vt auguror, milleſimo CCC. LIX. cùm alius certior exitus viri noſtrum ſubterfugiat aſpectum. Ratio eſt, quia ſequentes deſcriptæ in Odone ſucceſſore veriſimilitudines & graues augurandi faces argutè docent, tacitè inferunt atque concludunt, eundem Epiſcopum Ioannem anno milleſimo trecenteſimo ſexageſimo pridem orbatum videri hoc ſolis lumine, & ex promptiore canonicarum electionum euentu ſucceſſorem ipſius ſacro ſolio tunc iam receptum fuiſſe. Qui profectò ſequax fuit Odo, vt opinor; ſub quo manifeſtiùs promulgati creduntur Articuli, veluti infra ſub ipſo legendum porrigitur.

Ratio diuidendi in iſd. inter Epiſc. & Capitulum.

ſ Aduocatos & Procuratores.

Reliqua huius thematis ad ſequentem Epiſc. reuocata.

1359.

Paragraphus 7.

VErùm antequam obiret idem Præſul Ioannes III. audi poſtrema ipſius Acta funeſtáque ſacrilegia, quæ medio illo anno MCCCLIX. ac vltimo ſuæ Cathedræ perpetrata ſunt aduerſùs vnum Romanæ Sedis Cardinalem in Gallias Legatum de latere. *Nos Ioannes permiſſione diuina Matiſconen. Epiſcopus* (habet autographus) *notum facimus vniuerſis, quod nos literas Romani in Chr. Patris ac D. D. Talairandi miſerat. diui. Epiſcopi Albanenſ. S. R. E. Cardinalis Apoſtolicæ Sedis Nuntij, per manum venerabilis viri Officialis Matiſconenſ. nobis pro parte d. D. Cardinalis præſentatas cum debita reuerentia recepiſſe, formam quæ ſequitur continentes. Talairandus miſerat. diu. Albanenſ. Epiſcopus S. R. E. Cardinalis Apoſtolicæ Sedis Nuncius, Venerabilibus in Chriſto Patrib. DD. Rothomagenſi, Senonenſi, Remenſ. Bituric. Lugdun. & Viennen. Archiepiſcopis, necnon Pariſienſ. Carnotenſ. Catalaunenſ. Trecenſ. Cabilonenſ. Matiſconenſ. Eduenſ. Viuarienſ. Antiſiodorenſ. Niuernenſ. Meldenſ. & Lingonenſi Epiſcopis, & eorum Officialib. ac Vicariis, Monaſteriorum quoque Abbatibus, Prioribus & Rectoribus parœcialium Eccleſiar. per Regnum Franciæ conſtitutis, ad quos præſentes literæ noſtræ peruenient, ſalut. in Dom. Dudum ſiquidem fælic. record. D.Ioniſac. PP. VIII. Conſtitutionem quandam, quam ſub Titulo DE POENIS, libro VI.* t *voluit collocari, edidit: Cuius tenor ſequitur. FOELICIS recordationis Honorij PP. III. prædeceſſoris noſtri* u *veſtigiis inhærentes, quibuſdam additis & detractis, de communi Fratrum noſtrorum conſilio hac in perpetuum valitura conſtitutione ſancimus: vt ſi quis in hoc ſacrilegij genus irrepſerit, quod S. R. E. Cardinalem fuerit hoſtiliter inſecutus, vel percuſſerit, aut ceperit, vel ſocius fuerit facientis, aut fieri mandauerit, aut factum ratum habuerit, conſiliúmve dederit aut fauorem, aut poſtea receptauerit, vel defenſauerit ſcienter eundem, ſicut reus criminis læſæ maieſtatis perpetuo ſit infamis, diffidatus & bannitus, ſit inteſtabilis, vt nec teſtandi liberam habeat factionem* x, *&c. Nuper vero die Lunæ proximè præterita, quæ fuit XVIII. dies menſis Martij, nobis Talairando Cardinali prædict. exiſtentibus in villa de Caſtellione* y *Lingonenſis Diœceſis, ac volentibus dirigere greſſus noſtros verſus Romanam Curiam de mandato Domini noſtri Papæ, qui dudum ad Franciæ & Angliæ regna pro quibuſdam arduis negotiis nos duxerat deſtinandos. Ludouicus de Bellijoco Trecenſ. olim Archidiaconus, vnà cum Guidone de Iacourt Monacho Monaſterij ſancti Sequani Ordinis ſancti Benedicti, Daniele de domibus milite, Ioanne de Miriſ a-*

Cardinalis Legatus in Gallia.

Bonia ſpoliatus.

Mandat ad Prælatos de prædonib. excommunicandis.

Pœnæ taliú.

t Decret. tit. 10 c. 5 lib. 5. Bonif. ab an. 1294. ad 1303 u inter ſectis 15 Pontific.

x re iqua n De... y Chaſt... iux Saone.

co,

co, Philippo de Iacourt baſtardo de Chardonne & Briſebarre, ac Anequino ſcutiferis, & nonnullorum aliorum multitudine armatorum à Caſtro de Gsam dictæ Lingonenſ. Diœceſis vſque ad Caſtellionem, & vltra, hoſtiliter ac inſidiosè per quinque leucas vel circa, nos Prælatos, Capellanos, Clericos ſcutiferos famulos & familiares noſtr. inſecutus fuit. Nos autem audito malo conceptu Ludouici, Guidonis, Danielis, Ioannis, Philippi, Anequini & aliorum complurium mentes veriſimiliter in manib. eorundem nos & noſtros incidere, remanſimus in dicta villa, vbi adhuc ſumus. Et quia Ludouicus ac complices prædicti, vt conceperant, perſonam noſtram in itinere prope villam, vbi in via aduentum noſtrum & noſtrorum expectabant, ad finem nos & noſtros capiendi, percutiendi, deprædandi ac interficiendi, vt probabile credebatur, &c. Ludouicus & complices prædicti cum maletis ad numerum XX. tam nos quàm noſtros oneratos vaſis argenteis, Crucibus auri, lapidibus pretioſis, veſtibus & rebus aliis multis, Clericos, famulos ac familiares noſtros cœperũt, rapuerunt, &c. ad dictũ Caſtrũ de Gsam ſecũ violenter introduxerunt, eóſque ibidem incarcerarunt, & prædicta bona intra dictum Caſtrum incluſerunt, & adhuc indebitè detinent. Super quibus nos, ad probationem pleniorem, fieri fecimus plenam informationem. Vnde cùm tantum facinus & maleficium in perſonam noſtram, offenſam Dei, & contumeliam S. R. Eccleſiæ, non deceat pertranſire: Vobis, Domine Lingonenſis Epiſcope, in cuius diœceſi dicta ſacrilegia attentata fuerunt, & vobis omnib. DD. Archiepiſcopis ac Epiſcopis, Officialibus & Vicariis, &c. præcipimus & mandamus ſub pœna excommunicationis, &c. quatenus quilibet veſtrûm, &c. eoſdem Ludouicum & complices excommunicatos maiori excommunicationis ſententia, & priuatos eorum dignitatibus, &c. campanis pulſantib. & candelis extinctis publicè nuncietis, iudicetis ſeu iudicari faciatis, & in materna lingua explicetis. Datum ſub noſtro teſtimonio ſigilli apud d. Villam de Caſtellione, VIII. Kal. Aprilis, Anno à Natiuitate Dom. M.CCC.LIX. Indictione XII. Pontificatus D. Innocentij PP. VI. anno VII. Quibus literis per nos receptis (mox ſermonem ſuum reſumit Ioãnes Epiſcopus) *ipſas conſtrui & reparari fecimus, ac de eiſdem cum præſentibus collationem fieri diligenter per Notarium, quarum authoritate & virtute, & ſub pœnis in ipſis literis contentis, vobis venerabilib. viris Decano & Capitulo Bellijoci, & aliis eiuſdẽ Eccleſiæ perſonis, ad quos pertinet, præcipimus & mandamus, quatenus ipſas literas diligenter exequentes, vos Decane & Capitulum Bellijoci, & vos Sacriſta dicti loci ac Curate Burgi Bellijoci in Eccleſiis veſtris publicetis ſeu legatis, & lingua materna exponatis, ac aliàs exequi faciatis eaſdem, nihil de contingentibus omittendo. Datum ſub ſigillo noſtro die XI. menſis Maij, anno M. CCC. LIX.* Huiuſce Inſtrumenti Manuſcriptum legimus in theſauro Eccleſiæ Bellijocenſis cum magno ſigillo Franciæ ad dextrum, & alio rotundo vrbis aut Epiſcopi Matiſconenſis ad ſiniſtram in cera rubra. De quo Talairando Legato & ſpoliatis ſuis hominibus verba miſcet Froſſardus hiſtoricus[t], & nos pauciſſimis in ſacro Lugdunenſi Chronico ſub Ludouici de Bellijoco genealogia[u]. Neſcitur verò, qualis tandem fuerit exitus, caſtigatio, aut reſtitutio tanti latrocinij & furentiu illorum hominum. Attamen conijcitur Ioannem Epiſcopum eo finali exitu mortuum, ob adſequentes diſcurſus & cauſas in Odone ſucceſſore. Cæterum Ioannes III. fratrem habuit Guilelmum *de Salaigny* Antiſtitem LXV. Cabilonenſem, infra poſt Matiſconenſes ſeorsũ.

Hiſtoria prædationis.

Nobiles quidam Galliæ prædones.

Ioannes Epiſcopus decerpit ſuper eo.

[t] fol. 119.

[u] nu. 94. & 3. gener. 1. cõmentar. 26.

LIV. *Paragraphus* I.

ODo Epiſcopus à San-Iuliano proximè Ioanni III. ſufficitur, ex leuiore apud ipſum coniectura. Nos verò cum quidem ipſimet Ioanni in priore Typographia præfeceramus. At mox illum etiam Ioanni poſtponimus: grauiore tamen quam prodat San-Iulianus argumento. Etenim quando eum anteferebamus, nullum ei tempus ſedendi ſupererat, quàm vnicus ſolaris ambitus & circuitus. Verùm nos hac vice rem ſcrutando penitiùs, & virum hunc Ioanni prætereunti ſubiiciendo, ſanè videmur eidem poſſe octenniũ tribuere. Quale profectò tempus aut circiter crederetur alioqui vacuum remanſiſſe inter obeuntem Ioannem tertium & Philippum de ſancta Cruce poſtea inchoantem Cathedræ ſuas infulas collocare. Sicque nullus alius putatur adeſſe locus opportunior Odoni, quàm iſtud ſpatium illo dignum homine, vix ritè aliò ſtrictiùs ablegandum aut remittendum in rota Antiſtitum Maticenſium probè dirigenda & ordienda ſucceſſione. Niſi certè ei triennium duntaxar tribuamus ob alias fortè excipiendas circunſtantias, quas ſub calcem huius Antiſtitis atque Tractatuli ad æquilibrium ponderamus & indicamus. San-Iulianus equidem[a] citat diem internecionis illius Præſulis, quatenus luſtrauit diarium in Matiſconenſis Baſilicæ Martyrologio ſeu libro Kalendario Obituum viciniæ ac benefactorum. Sed prætereà illud Volumen anno obitus denunciando orbatum, adiicit inſuper ea, quæ nos ibidem ſequuta legimus, & à præfato Authore omiſſa. *X. Kalend. Aprilis*[b] *obiit Odo huius Eccleſiæ Epiſcopus, qui dedit ſancto Vincentio manſum de Monte-Canino*[c] *cum ſuis appendicibus, & alium man-*

Series Odonis inter Epiſcopos.

[a] pa. 291.

[b] ſeu die 23. Martij

[c] vulgò *de Mont Canin.*

ſum in Albiniaco, ac in villa de Cannannis cum eorum appendiciis. Hoc de ſuccedendi ratione. Ad hominis chronologiam deueniamus.

Paragraphus 2.

Inueſtigatio ſui principij in ſede.

ANni ſcientia, quo præciſè fortaſſis putetur Odo Pontificali charactere donatus Matiſconi, pendet ex notitia & textibus Concordatorum ſeu Tranſactionis eccleſiaſticæ Iuriſd. ctionis, initorum inter loci Epiſcopos & Capitulum Cathedrale. Haſce typorum pagellas iam equidem craſſiore paulò aut vniuerſaliore pēnicillo deduximus in extremo Ioāne III. At mox diſcurſus ille tenuiori ſtilo proponitur omnino perficiendus, & materia occurrit per Articulos abſoluenda. In cuius coordinatione primùm illas periodos anteponimus, quæ Ioannem III. oſtentant euanuiſſe, vt deinde ſtato tempore Odo ſucceſſerit quaſi præludiorum loco dictata. Primarius Titulus. *Compoſitio inter Epiſcopum & Canonicos*

I. pars Compoſitionis inter Epiſcopos & Capitulū.

ac incorporatos Eccleſiæ Matiſcon. Exordium texturæ. *In nomine Dom. Amen. Nos Humbertus de Edua, ciuis Cabilonenſis, tenens ſigillum commune regium in Matiſconenſi Baliuia conſtitutum, & nos Officialis Matiſcon. vniuerſis præſentes literas inſpecturis, notum facimus, quòd cùm pridem inter bonæ memoriæ virum Dom. Ioannem de Salaigniaco quondam Matiſconenſ. Epiſcopum pro ſe & ſucceſſoribus ſuis Matiſconenſib. Epiſcopis ex vna parte, nec non venerabiles viros & diſcretos DD. Decanum qui tunc erat, & Capitulum Eccleſiæ Matiſcon. pro ſe etiam & ſucceſſorib. ſuis ex altera, compoſitum, tranſactum & concordatum foret de & ſuper iuriſdictione ac iuſtitia Canonicor. & Chorialium Eccleſiæ Matic. prædictæ ſub certis modis in literis & publico inſtrumento ſuper dictis compoſitione, tranſactione, Concordia confectis, quarum ſeu cuius tenor de verbo ad verbum ſequitur:* nempe: *Nos Officialis Matiſconenſ. notum facim. quòd cùm lis ſeu controuerſia moueretur, &c.* qualis ſanè tenor iam totus emerſit integrúmq; folium complet ſub finem hiſtoriæ Ioannis III[d]. d N. 55. §. 6

Vbi ſcriptura (*Nos Officialis, &c.*) iſtuc trahenda ad præſens ſub Odone inſtitutum connumeratur pro ſecundo inſtrumenti conſcripti genere ad hoc negotiū. In priore autem delineamento & veſtibulo, quod eſt Humberti de Edua, aduerte phraſin, *cùm pridem inter bonæ*

Mors prædeceſſoris Ioannis.

memoriæ virum Ioan. de Salaigniaco quondam Epiſcopum. Nam prior illa vox (*pridem*) deſignat idem quòd, *paulo antè & paruo tempore priùs:* nimirum quòd Ioannes III. erat vita functus ea tempeſtate, qua obſignata illa pacis Chartula velut completa promulgabatur. Et quem denuo ſenſum confirmant voces aliæ illic continuò recenſitæ, ſcilicet, *bonæ memoriæ & quondam*. Notæ ſunt, inquam, hominis minimè iam ampliùs inter mortales degentis. Ergo palam §. 3. & 4. init. aperta eſt illa prima Tranſactionis ianua vno ad minus anno aut circiter, poſtquā Ioānes Præſul animā exhalauit. De qua præciſa anni ſtatione nos inferiùs. Illi tamē ſcripturę, tanquā priori totius Inſtrumenti, in autographo ſubnectitur pagella nomine Officialis: quia etſi eiuſmodi pagina anterior ſit tempore, videlicet concinnata ſedente ipſo Ioanne, vnde iam nos

De II. parte.

eam ſeorſum præmiſimus & collocauimus: nihilominus eius archetypus ad totum agmen conſarciendum debuit ſecundò vna cum hoc præludio reponi, ſimul vinciri, & quaſi poſt exordium trahi, aſſumi: vt illa [illegible] iſtuc compulſa in MS. corpus vnicum informet, & in vnum coaleſcat. Tum, inde pars tertia integrandi tale inſtrumentum, eaq; hîc explananda, complectitur ſingulas definitiones ad perennē litigantium antea partium concordiam ſeruientes, nimirum habet quatuordecim Articulos, ſub noſtro Odone ad breuem ſummam coarctatos in adſequenti Paragrapho. Vbi circa primum diuulgatur fixum tempus annuum exeuntis Ioannis & introeuntis Odonis Epiſcoporum.

Paragraphus 3.

III. pars Cōpoſitionis.

IGitur pro tertia ſeorſum parte totius Inſtrumenti pacificationis, adeſt literæ cortex in vicem primi Articuli: *Domini Decanus & Capitulum anno Domini currente milleſimo CCC. quinquageſimo octauo, die Martis poſt quindenam feſti Natiuitatis B. Ioannis Baptiſtæ in Capitulo generali Matiſconenſis Eccleſ. &c[e]. vbi erant Capitulantes Domini Philippus de S. Cruce Decan. Franciſcus de Honnay Archidiac. de Roſſeyo, Andreas de Brandrellis Archid. Virtſets, Ioannes de Malleualle Archid. in Eccleſia Matiſcon. Ioannes Dalmacij, Ioannes de Canloco, Gaufridus de* e ad ſonum campanæ ſolito more. &c.

In XIV. Articulos diſtributa.

Salaigniaco[f], Ludouicus de Propreriis, Gaufridus de Varennis, Ioannes de Salornayo, Stephanus Caprarij, Gulielmus de Lugniaco, Ioannes de Ternant, Laurentius Sarriere, Petrus Segnoreti, & alij ſex[g], *continuauerunt ad ſingulos dies ſequentes, productis lite ſeu controuerſia dirimentis. Attendentes*

I. *quod non niſi pacis in tempore, bene colitur pacis author, quod diſſenſiones prauis actib. aditum præparant, odia ſuſcitant, illicitis motibus auſum præbent, &c. conuentiones & pactiones fecerunt, quod*

1358. *necquicquam contra tenorem præſentis concordiæ faciant vel attentent. &c.* Is textus exaratus anno M. CCC. LVIII. ſi aduncetur cum præmiſſa exordij textura Humberti de Edua

1360. ſeu prima parte, quæ docet Ioannem *bonæ memoriæ* tertium tunc *pridem* obiiſſe, quando publicaban

f Claris vtrinq; g nomi Ca cūprehenſus.

cabantur tranſactionis capita : ſanè concluditur rectiſſimè Ioannem ergo ad Patres conuolaſſe ſequenti anno ſaltem extremo M. CCC. LIX. & perinde ſequi Odonem Epiſcopale pinnaculum aſcendiſſe anno ſequaci LX. qui foret primus annus ipsius ſedentis. Soluitúrque hinc apertè præcipuus ille nodus Gordius pro ſpeciali Chronico, & vltima in negotio

2. Artic.

actione, quæ fuit Humberti de Hedua ſub Odone. Secundus articulus. *Inter parteis conuentum exiſtit, quòd quoties aliquem Canonicum Matiſcon* [b]*. vel de tribus ad maius Altare, vel de quatuor ad minus Altare Matiſcon. Eccleſiæ incorporatis ſeu deputatis, vel Procuratorem generalem, Notarium Decani & Capituli, Magiſtrum Chori dictæ Eccleſ.* [i] *in cauſa reali vel perſonali, mixta, vniuerſali, particulari, ciuili, criminali, ſeu per viam accuſationis, inquiſitionis, denunciationis, ſiue ciuiliter, criminaliter, via ordinaria, extraordinaria, iure actionis vel ex officio iudicis ſeu alias quomodolibet coram D. Matiſconenſi Epiſcop. qui pro tempore fuerit, vel alio pro eo* [K] *ad iudicium ſpirituale ratione fori eccleſiaſtici de iure vel conſuetudine contigerit euocari: ipſe euocatus liberè ibidem valeat Capitulum Matiſcon. Eccleſiæ in Iudicem, ſuper eo quo euocatus fuerit, eligere: Quódque electione facta ex tunc Matiſconenſ. Epiſcopus ſeu alius pro eo euocatum teneatur plenè dimittere Capitulo, dictúmque Capitulum de cauſa prædicta liberè valeat per ſe vel alium cognoſcere, & ipſam per ſententiam ſine debito terminare ac executioni demandare. Et quod Epiſcopus de cauſa ſe non intromittat in illo caſu ad Capitulum pertinente.*

Perſonæ Eccleſ. Cathedralis capaces ad eligendũ iudicem.

b ſunt omnes 23. Canonic.

i & hic 10. alij, qui tantùm poſſint iudicem eligere.

K vt pote Officialis ordinarius.

3. Artic. Tertius Articulus. *Si contingat aliquem de aliis Clericis Chori ratione contractus vel delicti per eum infra Eccleſiam vel Clauſtra Matiſcon. Eccleſiæ initi ſeu perpetrati coram D. Epiſcopo vel alio pro eo ad iudicium ſpirituale ratione fori eccleſiaſt. de iure vel conſuetud. per quancunque viam ex* ſuprà enumeratis viis, *euocari: ipſe euocatus, præterquam ſi ratione homicidij, mutilationis, inhabilitatis membri, quæ inhabilitas redderet inhabilem ad ſacrum Ordinem ſuſcipiendum, foret euocatus, liberè valeat Matiſcon. Capitulum in Iudicem ſuper eo eligere, quódque electione facta Epiſcopus ſeu alius pro eo euocatum teneatur dimittere Capitulo, &c.* vt ſuperiùs in l.[l] *Exceptis omnibus ſupradictis criminibus & cauſis eccleſiaſticis ad forum eccleſ. etiam contra laïcum de iure communi pertinentib. vt cauſæ matrimoniales, natiuitatis, decimar. vſurar. hæreſeos, ſimoniæ, etiam excepta cenſura eccleſ. quoad Interdicti, ſuſpenſionis & excommunicationis ſententias à quocunque iure & qualitercunque prolatas aut proferendas, per quas quis in eas incideret ipſo facto, & cauſis, criminibus ſeu delictis ob quæ quis in cenſuras incideret de facto: & etiam excepta in omnibus ſententia ſuſpenſionis, excom. & interd. ab homine in genere proferenda: ac etiam excepto ſi contingat Canonicos, Incorporatos, Procuratorem, Notarium, Magiſtr. vel Clericum Chori, Archidiac. Rectorem Eccleſiæ paræcial. Archipresbyterum in Diœceſi Matiſcon.* [m] *vel alios extra Eccleſiam aut Clauſtra Matiſcon. eſſe beneficiatũ, Notarium Curiæ Epiſcop. & ratione iurium Archidiaconatus, Archipresbyteratus ſeu paræcialis Eccleſ. vel beneficij, &c. euocari: & demum excepto quod nullam poteſtatem Capitulum habeat ſuſpendendi, interdic. excom. nec ab ipſis cenſuris abſoluendi, eas relaxandi: electióque facta ſuper exceptatis nullius eſſe poterit valoris.*

Caſus in quibus locũ non habet electio ſeu exceptio à Iudice Epiſcopali ad Capitulum per Incorporatos Eccleſiæ.

l Capitulum valeat de cauſa cognoſcere. &c.

m duo alij excepti, præter 10. ſupra ar. 2.

4. Artic. Quartus Articulus. *Concordatum extitit, quòd prædicta quoad Canonicos intelligãtur vbicunque ſint, tanquam maioris prærogatiuæ, ſiue extent Canonici tantùm, ſiue vnà Decanatum, perſonatum vel Officium in Eccleſ. Matiſcon. obtineant. Quoad alios verò Incorporatos, Procurat. Notar. Magiſtrum, ea intelligantur duntaxat, vbi ratione delicti infra Eccleſ. vel Clauſtra Matiſcon. vel quancunque aliam partem ciuitatis Matiſcon. & paræcia ſanctor. Petri & Stephani Matiſcon. ſeu faciendo proceſſionem dictæ Matiſc. Eccleſ. infra paræciam S. Clementis prope Matiſcon. perpetrati aliquem eorum contigerit euocari: dummodo non ſint Archipresbyteri, vel Rectores Eccleſiarum paræchial. infra Ciuitatem vel Diœceſim Matiſc. conſtituti vel Notarij Curiæ Matiſcon. Epiſc. quia quoad illos prædicta intelliguntur duntaxat vbi ratione delicti, vel quaſi contractus infra Eccleſiam vel Clauſtra Matiſc. perpetrati aliquem contigerit euocari.*

Diuerſa ſpatia locorum criminis patrati, quorũ ratione Incorporati nequeũt auertere Iudicem Epiſcopalẽ.

5. Artic. Quintus Articulus. *Cùm illuſio & varietas in perſonis eccleſiaſticis maximè ſint vitandæ, Inter parteis compoſitum eſt, quòd vbi aliquis de prædictis electioni renunciauerit, vel ſubmiſſus fuerit Curiæ Epiſcop. Matiſcon. vel Officialis Matiſc. alteriúſve Iudicis eccleſiaſt. Matiſc. Epiſcop. vel ſi in tali genere fuerit ſubmiſſus, &c. ſub verbis generalibus valeat comprehendi. Quod inde ſuper quo renunciauerit, ſeu facta fuerit ſubmiſſio, ille ſubmiſſus vel renuncians eligere non valeat Capitul. Matiſconenſe: quódque electio tanquam præſumpta* [n] *nullam penitus obtineat firmitatem: Quódque vbi lis fuerit conteſtata coram Matiſcon. Epiſcop. ſeu alio pro eo, vel lite non conteſtata in caſibus à iure permiſſis ad receptionem iuramenti teſtium fuerit proceſſum, electio ex tunc fieri non valeat, & facta nullius ſit momenti: quódque geſta canonicè per Matiſcon. Epiſcop. ſeu alium pro eo ante electionem valeant.*

Submiſſio & renunciatio tollunt electionem.

n de facto.

Etiam lis cõteſtata.

6. Artic. Sextus Articulus. *Concordatum extitit, quòd licitum ſit Capitulo Canonicum vel alium de prædictis* [o] *ſine fraude & pro zelo iuſtitiæ etiam ante electionem factam infra Eccleſ. vel Clauſtra capere & infra Clauſtra in carcere detinere: quódque detentum D. Epiſcopo ſeu alij pro eo hoc requirenti*

Aliæ horum formæ.

o Incorporatis.

ti

ti tradere indilatè teneantur, niſi captus Capitulum in Iudicem expreſsè vel per litem conteſtatam duxerit eligendum, &c.

7. Artic.

Septimus. *Compoſitum eſt quòd quoties aliquem de Canonicis vel aliis ſupradictis tanquam debitorem ſingularem Epiſcopi Matiſconenſ. contigerit euocari, eo caſu euocatus minimè poſſit Capitulum Matiſc. in Iudicem eligere, quódque electio facta tanquam præſumpta nullã obtineat firmitatem:* & quòd Incorporatus teneatur Capitulo in communi ratione officij vel beneficij, *quod habebat ab Eccl. Matiſc.* ad aliquod tempus ab electione *Capitulum ſeu alium pro eo per ſubtractionem portionum vel diſtributionum*, ſeu mulctæ impoſitionem, poſſit ipſum, abſque tamen figura iudicij, cogere ad ſatisfaciendum.

Incorporati debitores Epiſcopi nequeunt eligere.

8. Artic.

Octauus. *Conuentum extitit quòd ad celebrandum in Miſſis, Matutinis, Veſperis & aliis horis diuinum Officium, Capitulum ſeu alius pro eo in quantum ad eos pertinere poteſt, Canonicos ſeu alios ſupradictos* p *conſtringere valeat canonicè, abſque tamen figura iudicij per ſubtractionem, &c.* vt ſuprà, *vel per Chori, Capellaniarum aut Altarium priuationem ſeu interdictionem abſque alia electione facienda.*

Pro Capitulo.

p Incorporatos.

9. Artic.

Nonus. *Concordatum extitit quòd ſi aliquem de Canonicis vel aliis contigerit ad indicium euocatum ſeu citatum exiſtere contumacem, ipſúmque in contumacia innodari ſententiâ Excommunicationis, ſuſpenſ. vel Interdicti, ex tunc electio ſit euocato penitus interdicta, niſi primitus beneficium abſolutionis obtinuerit.*

In contumaces.

10 Artic.

Decimus Articulus. *Compoſitum extitit quòd quoties ſecundum ſeriem præmiſſorum contigerit aliquem de Canonicis vel aliis electionis prætextu abuti* q, *Capitulum poſſit eundem ad ſuum iudiciũ pertinentem incarcerare extra Eccleſ. infra Clauſtra Matiſcon. Eccleſiæ duntaxat, & exequi ſententiam pœnam corporalem continentem, vel pecuniariam ſeu ciuilem, cùm facti natura requiret, audire cauſas, per ſententiam terminare, & ſingula facere, quæ ad iudicem competentem pertinent.*

Pro Capitulo.

q hic defectus in typo.

11 Artic.

Vndecimus Articulus talis. *Ne circa Incorporatos ſeptem præfatos vel Notarium, Procuratorem, aut Magiſtrum Chori fraus valeat exhiberi; conuentum eſt inter parteis: quòd ſi fortè duo aut plures Procurat. generales à Decano & Capitulo reperiantur eſſe conſtituti, quòd nullus eorum habeat facultatem eligendi, niſi ille quem Capitulum ad id ius nominauerit, & de nominatione Epiſcopum vel eius Officialem ſeu Vicarium general. primitus certificauerit: quódque ex tunc ratione delicti ante nominationem per Capitulum factam potuiſſet ad iudicium vocari, euocatio ſit penitus interdicta. Et idem ſi duo vel plures fuerint Notarij: & etiamſi plures quàm tres Incorporati ad maius Altare, vel quatuor ad minus Altare in futurum contingeret Incorporatos eſſe. Idémque ſi plures ſint Magiſtri Chori. Rurſus per parteis extitit declaratum, quòd appellatione Clerici ſeu Clericorum Chori contineantur omnes, ſiue ſint Presbyteri, ſiue Diaconi, ſiue Subdiaconi, ſiue in Ordinibus minorib. modò de Choro Matiſcon. Eccleſiæ exiſtant.*

Nominati in Cathedrali vltra ſolitũ numerum nõ eximendi a foro Epiſcopali.

12. Artic.

Duodecimus. *Conuentum extitit inter parteis, quòd vbi per citationem canonicam aliquis de Canonicis vel aliis extiterit per Epiſcopum vel alium pro eo præuentus in quacunque cauſa, antequam ſit Canonicus, vel de ſeptem Incorporatis, vel Procurator, Notarius Decani & Capit. vel Magiſter Chori, vel Clericus Chori Matiſconenſis, electio ſit planè interdicta ipſi iam poſtea exiſtenti Canonico, Incorporato, Procuratori, &c. quódque Canonici ſub expectatione portionum prædictam electionem non habeant, niſi vt Clerici Chori: quòd ſi vocati elegerint, electio ab eis facta tanquam præſumpta nullam penitus obtineat firmitatem, &c.*

Non Incorporati citati coram Epiſcopo, ſi poſtea incorporentur, ſubiecti ſunt eidẽ foro.

13. Artic.

Decimus tertius. *Extitit inter parteis concordatum, quòd nulla præſcriptio, vſucapio, conſuetudo, praxis etiam tanti temporis, cuius contrarij memoria hominum non exiſtat, tametſi bona fides interueniat, poſſint quomodolibet proficere ſeu valere Capitulo vel Decano vel aliis in Matiſconen. Eccleſia beneficia habentibus in præſenti vel futuro vltra prædicta ad Capitulum pertinentia, vel ipſi Epiſcopo pro tempore, ad habendum in proprietate ſiue poſſeſſione aliquid de prædictis, &c.*

Præſcriptio contra hanc tranſlationẽ non valebit.

14. Artic.

Decimus quartus ac vltimus Articulus eſt eiuſmodi. *Inter parteis conuentum eſt, quòd de contentis in præſenti Inſtrumento fiant cuilibet partium plures literæ, ſigillo Curiæ noſtræ ſigillatæ. Inſuper D. Epiſcopus pro ſe & ſucceſſoribus & D. Decan. manibus ad cælum porrectis in verbo veritatis per pactum ſolenne promiſerunt contra prædicta in iudicio vel extra de cætero non venire, imò ſingula inuiolabiliter obſeruare, &c.* Originale Signatum *Fremer & Catin*, Notarij Regij, &c.

Iuramentum obſeruandi.

Paragraphus 4.

1360.

EN cuncta Tranſactionis capita: quæ palam quidem promulgata creduntur & prædicata anno M.CCC.LX. ſeu primo Odonis Epiſcopantis: at compilata obſignatáque præſente Antiſtite Ioanne III. anno proximè elapſo LVIII. Tum ſubinde adſequitur in originali concluſio Officialis eiuſdem Ioannis, atteſtantis Epiſcopalem ſignaturam ſubinde poſt Articulos & prologum Humberti de Edua, hoc pacto. *Nos Officialis prædictus ad preces &*

Diſtincta partium Tranſactionis factæ ac deinde promulgatæ tempora.

& requiſitionem dictarum partium nobis oblatas, Sigillum Curiæ noſtræ præſentibus literis duximus apponendum. Acta fuerunt anno quo ſuprà (M.CCCLVIII.) *videlicet quoad dictos Decanum & Capitulum die VII. menſis Septembris apud Matiſconem, in Capitulo generali, continuando prout ſuprà* [r], *&c. & quoad dictum D. Epiſcopum promittentem ſeu facientem apud Viriſetum Matiſcon. Diœceſis in Camera d.D. Epiſcopi, octaua die eiuſdem menſis Septembr. Præſentib. &c.* Tādem verò hæc de illo Præſule adiiciuntur eodem textuum filo [s]. *Et nos dictus Ioannes miſeratione diuina Matiſconenſis Epiſcopus præſenti ſcripto confitemur & aſſerimus ſupradicta omnia vera eſſe, & in fidem ac teſtimonium præmiſſorum ſigillum noſtrum Pontificale, quo in talibus & aliis negotiis arduis vtimur præſentibus literis duximus apponendum. Et nos dicti Decanus & Capitulum præſ. ſcr. confitemur & aſſer. &c.* reliquis eodem vocum tono repetitis. Quæ omnia licèt in conſcribendo per nos referenda eſſent ad hiſtoricum tractatum Ioannis Epiſcopi ſuprà [t]: tamen ea iſtic ſub Odone collocamus, quia in continenti Manuſcripto ad manus noſtras hærente ſic depinguntur, videlicet, eodem fluente calami ductu, eadémque Charta cum narratione Humberti de Hedua, viro primi Inſtrumenti paulò antè celebrati promulgatore. Qui propterea Humbertus anno ſequaci M.CCC.LX. vel ſaltem milleſ. trecenteſimo ſexageſimo primo totum id negotium promulgauit, aut notum porrexit omnibus, ex iam allegatis in eius textu [u]. Ac ideo conſequentia in ſuo Reſcripto ordinata, etſi antè fabricata ſint, hîc nihilominus à nobis ſubmitti cum ipſo debuerunt, tanquam ſolenni ritu publicata & completa ſub Odone. Dicam verò. Patum aut nihil ex eo incommodi emergit aut eueniret, dum in chronographica apponendi ſerie vnico anno præter optata forſan diſcreparemus. Etenim ita cogimur typum inſequi. Suffecerit autem monuiſſe.

Eius confirmatio.

[r] § 1. art. 1.
[s] poſt 13. lineas.
[t] n. 53. § 5.
[u] § 2.

Paragraphus 5.

Eccleſ. S. Petri Matiſconenſis.

ODonis exitum petituri, circa hoc tempus intonuit diploma Pontificium pro Regulari Eccleſia ſancti Petri Matiſconenſis: quæ ex vndecim Bullis, eſt octaua in illius Baſilicæ gratiam confectis. Quippe ſeptimum ſub Aymone Epiſcopo repoſuimus [x]. *Innocentius Papa ſextus* (ait Charta octaua) *pariter confirmauit per ſuam Bullam omnia Indulta, priuilegia, donationes, libertates, immunitates & iura per ſuos prædeceſſores præfato Monaſterio conceſſas.* Sedit autem Romæ ille Innocentius ab anno M. CCC. LII. ad annum milleſimum CCC. LXIII. intra quod ſpatium equidem probabilius degente Odone, ſummus ipſe Præſul hoc Reſcriptum porrexit. De præciſo autem ſcrupulo temporis, quo animam fuderit noſter Odo, duplicem opinandi viam aperiemus. Vno modo: annus primus quem legimus de Philippo eiuſdem Odonis ſucceſſore eſt milleſimus trecenteſimus ſeptuageſimus. Si ergo ſupponatur talem annum extitiſſe primum Philippi: quod tamen nemo hactenus indixit: ſanè prorſus neceſſum eſt Odonem annis nouem ſediſſe conſecratum, hoc eſt, ad annum vſque ſexageſimum nonum. Alter augurandi modus depromitur ex vnica fere dictiuncula torins pagellæ ac Inſtrumenti apud Theobaldum Epiſcopum infrà conſpicui & peruij [y]: qua nimirum cenſetur Philippus *immediatè* Ioannem tertium ſequutus. Sed profectò dicam. Textus primarius in Manuſcripto ad noſtram vſque ætatem retentus, cenſetur corruptus. Et nihilominus, poſitâ illâ qualitercunque immediatione, diu poſt obeuntem Philippum conſcripta; inde cenſetur inferendum, quòd igitur Odo fuerat electus duntaxat Epiſcopus Maticenſis, vel etiam fortè in electione confirmatus, ſed nunquam myſtica conſecratione delibutus. Quæ ſola vltimæ formæ eſſentialis introductio ac receptio efficit legitimum Epiſcopum. Diœceſis autem Matiſconenſis potuit per triennium ſaltem pati electum Antiſtitem non conſecratum, qui tamen apud vulgus nomen ac famam Epiſcopi in illo breui tempore obtinuerit: ſicut & aliis Diœceſibus plerunque accidit. Vt nimirum Odo ea mente promiſcua in veteri libro Obituum conſcribatur. Sic itaque hac vice Odonis collocatio ſupponitur poſt Ioannem III [z]. Eſto autem quòd ipſius duratio ſeſe extendat ad annum vſque ſexageſimum quin-
1365. tum expenſum, ſiue eum concipias ſolenni ritu inauguratum, ſiue neges. Quippe in hoc veriſimili, quantum ad temporis & loci incidentia pertinet; nihil proinde falſitatis notatu dignæ in reipſa, ſeu Odonis exiſtentia, obtruditur. Hoc interim maximè proponimus: donec in tanta caligine lux maior tenebras præſentis ignorantiæ effundat ac diſſipet.

Mors Odonis quando.

[x] n. 46. § 7.
[y] n. 57.
[z] Ad ſiniſtrū latus Altaris iacet D. Petr. Seignoreti Cantor & Sacriſta Eccleſ. Obiit 8 Kal. Febr. 1366.

LV. *Paragraphus* 1.

Genus natale Philippi. PHilippus *de ſancta-Cruce* vltimus apud Democharem abſque ſeptem mediis ſuperioribus, viſus eſt primùm Eccleſiæ Decanus per deceſſum patrui ſui Simonis de S. Cruce antea pariter Decani. De cuius auunculi geſtis ſuprà in Nicolao Antiſtite [a]. a n. 52. §. 4.
Ab iſtius verò Philippi nomine executus eſt Author Demochares præmaturum ac præcipitem ſuum catalogum Epiſcoporum Matiſconenſium. Déque illa clauſa & obturata periodo nos in Aymone Epiſcopo [b]. Primùm verò ipſius natalitia & conſanguineos San-Iuliano ignotos promamus, quales in veteri Manuſcripto didicimus, recepto coram eo publico Notario, quem perſpectũ itis. Antiſtitis parens legitur nobiliſſimus ac potentiſſimus Stephanus de ſancta Cruce Miles, Dominus Sauigniaci in Reuerſo monte, fratérque præfati Symonis Decani, florens ſub anno ſalutis milleſimo CCC. VIII. ac vigeſimo ſecundo aut tertio Regni Ludouici IV. Pulchri, qui genitor filium Antiſtitem patrimonio ditauit. Etenim huic Stephano nati ſunt maſculi quatuor Stephanus de ſancta Cruce Canonicus eiuſdem Eccleſiæ, Ioannes de ſanct. Cruc. Miles, Hugo Domicellus, & Philippus ibidem quoque Canonicus, emancipatus à patre [c]. Sic habet Charta recognitionis horum factæ anno M.CCC.XLVIII.[d] *Ad obuiandum diſſenſionibus inter liberos poſt mortem patris, donatione pura, ſimplici & abſoluta ac irreuocabili pro portione ſua, quam idem D. Philippus habere poteſt & debet in bonis d. patris de expreſſa voluntate fratrum donat Caſtrum ſuum de Colongiis les Vineuſes cum villa vallis de Merce * Altiſiodorenſis Diœceſis, vnà cum iuriſdictione omnimoda, alta & baſſa, retrofeudis, reditibus, &c. mandamentis, ſtagnis, molendinis, &c.* pro vita ſua velut vſufructuarius in ſucceſſionem poſtea fratrum ſuorum. Signatum. *Ioannes Buffardi Notar.* Neſcitur verò qui præciſè annus fuerit omnium primus ſui ad ſacram Cathedram ingreſſus. Attamẽ

(Margin: b n. 46. extremo. — Patrimoniũ ei collatum. — c per literas authenticas. — d 10. Iulij. — * Du Val de Mercy.)

1366. ſuadetur profectò inducendum, quòd ipſe ſedem arripere inchoarit anno milleſimo trecenteſimo ſexageſimo ſexto ex probabilioribus in extremo Odone prælibatis [e], vbi ſupponitur eum anno ſuperiore mundum deſeruiſſe, anteàque perhibetur Decanus [f] patruo vitâ functo. His præmiſſis quaſi Prolegomenis: res deinceps ab ipſo Philippo præclarè geſtas aut ſub eo, ſex in membra ſecamus. Primum membrũ ordine chronologico incidit ad annum ſalutis M.CCCLXX. quo ex conſpicuis literis, at San-Iuliano inuiſis, notoriũ eſt Ama-

(Margin: e § 5. — f § 3. — Septuplex narratio. I.)

1370. deum VI. Comitem Sabaudiæ [g] hominiũ præſtitiſſe eidẽ Prælato in oppido Ponte Velano [h].
Quippe nomen Philippi Antiſtitis tanquam homagium recipientis disertè ibidẽ exprimitur præſentibus magnificis Anthonio Dyuaſta Bellijocenſi, Humberto de Villariis, & cæteris.

(Margin: g dictum Viridem ab an. 1343. ad 1383. — h *Au Pont de Veyle.*)

Paragraphus 2.

2. narrat. SEcundò, quadrat hîc excitatio fundationis duorum Confratrum ſeu Capellanorum in Cathedrali ſeorſum, qui vulgò nuncupantur S. Vincentij de Albiniaco. Eſtq; altera hæc vox *, nobilis domus cum ſuo Sacello S. Lazari apud villam Varennas ſubtus Matiſconem. * *d'Albigny.*
Fundatio Capellanorũ S. Vincentij de Albiniaco Matiſcon. Deinceps autem, ex facto per Capitulum illis incremento prouentuum de quotidianis diſtributionibus panum ac vini ad menſuram vnà cum Canonicis, debent ipſi ſimul in Choro Eccleſiæ Maticenſis reſidentiam ac miniſteriũ Altari minori. Quæ tamen diaria victualium præſidia mox verſa ſunt in frumenta [i] ſemel annuatim conferri ſolita ex eleemoſyna Capitulari, etiámque in vires rurales ad vſum collatas, à quo tempore noſtri Reges poſterioris ſeculi ex ſummi Pontificis venia alienarunt multa Eccleſiarum Franciæ bona, ad iuuanda ciuilia bella aduerſariis præſertim fidei in defenſionem illata. Simile verò frumenti viníque additamentum circa idem tempus conceſſum eſt primis duobus Præbendariis S. Georgij à Symone de S. Cruce fundatore patruo noſtri Philippi. De quibus ſancti Georgij Capellanis ad alios inſtitutionis fines diximus ſupra in Ioãne III. Antiſtite [k]. Sed ad præſentes huius loci Capellanos Albiniacenſes redituri: horum fundaror eſt *M. Thomas de Caſtellone* tunc Canonicus eiuſdem Eccleſiæ. Qui poſtquam egregiè ſui inſtituti iecerat fundamenta anno nobis hodie incerto, impertiendo præfatam domum ruralem, ac tertiam partem decimarum frumentalium villæ propinquioris ſancti Iacobi de Præſepio Domini *: is inſuper Thomas ex ſolenni ſuo quod ſequutum eſt Teſtamento, permulta recèns ingenuæ ſuæ liberalitatis attulit Capellaniæ additamenta, domos quatuor in vrbe, alias pleraſq; illinc monẽtes, cenſus dominicales [l], annuas penſiones, & frumentales alibi decimas [m]. Equidẽ omnia eũ tanto numero, quòd ſingulares donationũ Articuli perueniãt ad quinquaginta vſq; ex Epilogo, quem moribundus in Teſtamento direxit, citatis per eum quibuslibet primariis ſeu originarus articulorum titulis ac documentis. Loquimur ex viſis autographis in Theſauro Eccleſiæ ſoleñnibus, ac vndecim teſtib. ibidem in replica conſignatis ac ſigillatis. Vbi ſic ipſemet iſta concludit. *Certifico. Et manu propria ſubſignaui decimo die menſis Maij, anno milleſimo CCC. LXVII. Thomas de Chaſtillon.* Quæ res ſequenti ad ſummum triennio [n] in vſum venit,

(Margin: i 4. aſnées bled par an. — Additio. — Alienatio generalis. — k n. 53. §. 12. — 1. Fundator. — Eius amplitudo. — * *Creſche. paroiſſe.* — l *portãs lods & vends, ſeigneuriaux.* — m a S. Martin de Senozan. — n an. 1370.)

ac

ac primi duo præbendarij illis bonis præclarè freti ſunt. Hoc fideliter exſcriptum obſignatúmque eſt à M.Claudio Girard Iuris vtriuſque Doctore, & hodie Præbendario, noſtríque Officialatus vices gerente.

Paragraphus 3.

ſ variat.

TErtio ordine Præſul Philippus Symonem patrem gnauiter imitatus duos alios Capellanos dotauit in Sacello B.Georgij conſtructo ante annos XXXIV. ab ipſo Symone o, o nu.53. §.8
Altari cancellis ferreis obſerato, vt ſint ibidem omnino quatuor. Vbi decet aduertere Capitulum tres ſibi extraneos Sacerdotes Canonicis in ſuppetias adiunxiſſe pro Choro & celebrando in Altari præcipuo ante annos centum quinquaginta p. Qui tres etſi non forent Canonici, attamen habitum Canonialem q deferrent cum nonnullis pluribus ferè, quos ad hoc quandoque diſpenſat Capitulum. Symon verò Decanus iam vnum ex tribus illis ditandum aſſumpſerat. Et nunc Philippus nepos ſecundum in victu macerum derelictum ſuſcepit pariter locupletandum: vtrunque maiori Altari deputatum. Alter verò ſuus item ſatis diues, qui illinc quartum efficit, minori deſtinatur; veluti de duobus etiam Albiniacis Confratribus ſeu Præbendariis monuimus r; vt ſint omnino ſex hactenus. Atque hos binos præterea Choro ſeu Horis Canonicis decantandis annexuit quoque Philippus cum auctis ſcilicet à Capitulo iis cunctis diſtributionibus pariter quotidianis & annuis, quæ paulò ſuprà præfiguntur ſ, ac ex æquo ſimiliter attributæ præmiſſis commilitonib. Capellanis de Albiniaco. Illeque duplex Capellanorum numerus de nouo incrementis prædiorum, vinearũ & prouentuum valde ditatus eſt: & ambo amplis duobus habitaculis donati ſunt in Rupeculæ vico t, vbi commorari poſſint aut teneantur. En verò præcipui fundationis apices quinque nodis diſtincti ex autographo. *Nos Philippus de S.Cruce permiſſ. diuina Matiſc. Epiſcopus, & nos Guido de Bleterens Licent. in vtroque Iure, Decanus & Capitulum Matiſcon. notum facimus, quod cùm pridem nos Epiſcop. pro remedio animæ meæ & parentum noſtror. ac in augmentum diuini cultus, habito conſenſu dictor. Decani & Capituli ad augmentationem duarum Confratriar. in Eccleſia Matiſc. conſtitutarum, quarum vna eſt maioris Altaris, & alia minoris, dare promiſimus & aſſignare ipſis* (Confratribus) *ſexaginta libras terræ annui & perpetui reditus ad opus & vtilitat. dictor. duorum Confratrum & eorum ſucceſſorum ſub oneribus Miſſarum per eoſdem Confratres celebrandarũ in Capella B.Georgij in d. Matiſcon. Eccleſia fundatar. per bonæ memor. Simonem de S. Cr. videlicet qualibet die vnam Miſſam per alterum Confratrum fiendam.* En primus nodus ſolutus. Secundus. *Annis ſingulis in quolib. feſto omnium Sanct. cuilibet tredecim pauperum vnam veſtem de duab. vlnis cum dimidia panni burelli u per eoſdem Confrat. erogandã ordinauimus: & pro ſic erogãdo promiſimus Confratrib. aſſignare decẽ libratas terræ perpetui reditus vltra d. ſexaginta libratas terræ.* Tertius. *Inſuper promiſimus præfatis Decano & Capit. aſſignare ſex Anniuerſaria annis ſingulis, quolibet de quadraginta V. ſolidis.* Quartus. *Coram nobis Epiſcopo, Dec. & Capitulo duo primi Confratres præſentes confitentur ſe habuiſſe realiter à nobis Epiſcopo viginti francos pro vno Anniuerſariorum; pro ſexaginta libratis terra mille & ducentos francos auri: item pro decem libratis pro veſtib. ducẽtos franc. auri. Necnon & pro Anniuerſariis faciendis tredecim libras & X. ſolid. annuæ perpetuæq; pẽſionis.* Quintus. *Volumus quòd pecunia inde habita ponatur in vna arca in Theſauro, in qua ſint tres claues, &c. nec poterit cõmitti pecunia ibi reportata in alios vſus, præterquã in reditib. ſeu pẽſionib acquirendis, &c.* Denique verò ſic finis habet. *Acta fuerunt in Capitulo generali, in quo vnà cũ d. Epiſc. & Dec. erant Ioannes de Salornayo Cantor, Matthæus de Vareyo, Guilielmus de Lugniaco, Guichardus de Sachins, Gauffridus Mezonis, Humbertus Guillon, Guilel. de Moncellis, Petrus Geneſte, Gaufrid. Marcſcalli, Guido Sebaſtiani, Guilel. de Cropio, Ioannes de Bloys, Ioannes Magnini Canonici, die Iouis XIII. Iulij, Anno M.CCC.LXXIV.* Signatum *P.x de Vatrins Notar. publ.* Huic verò Chartæ ſubnectuntur alia duo eiuſdem materiæ pergamena & ſignaturæ, verùm ſine Data: ſingulæ vnà colligatæ ſigillis quatuor, effigie cuiuſdam Prælati quater appoſita, in ſerico tranſuerſalium totidem cordularum ſub rubra & viridi cera. Ad quorum ſigillorum latus ſculpuntur inſignia Philippi: qualia denuo in vitreis feneſtris conſpeximus retinere mediam Crucem auream in nigro campo y. Taliáq; feruntur etiã geſtare nobiliſſimi Domini *d'Albon* in agro Lugdunẽſi, olim Comites ſanguine & affines veterum Sabaudię Comitum, ſummorum Principũ. Quorum Albonum familia habet Canonicos Comites in prima Lugdunenſium Eccleſia, & vnum Archipræſulem Antonium, citra Petrum d'Epinac rurſus Primatem, & per maternum ſurculum inde prognatum. Vt nimirum fortaſſis inducere liceat vtranque ſobolem olim ex vnico trunco emerſam z.

Cæterum, illis ſex Præbendariis in vniuerſum Choro Matiſconenſi adſtrictis & hactenus expreſſis, additus eſt prętereà vnus CXL. circiter annis poſt Philippum à S.Cruce Epiſcopũ. Qui nouus Præbẽdarius ſit ſeptimus omnium, iſq; Altari maximo Cathedrali mancipatus:

Marginal notes (left):
Alij duo Præbendarij S. Georgij.
Creati à Philippo.
Fundatio quinque titulis.
Summæ pecuniariæ fundationis.
1374.
Inſignia Philippi & nobilis familiæ d'Albon.

Marginal notes (right):
o nu.53. §.8
p dictũ n.46. §.4.
q id eſt, *Haumouſſam* ſimilem Canonicis; vnde tales ibi dicti ſunt *les Greſſars.*
r §.2.
ſ §.cit.
t *la Rochete.* Ideo locum vrbis cõmemoramus, quia alioqui minimè cenſetur diſcreta hæc duplex à totidem priorib. fundatio, niſi per domos habitantiũ: aliis notatis, nu. 53. §.2.
u *du Bureau:*
x Petrus.
y *d'or en ſable ou Bronze.*
z vide in Lugdunenſ. nu. 113. §.2. geneal. 4.

quia tertio ſterili confratri addit opes,qui fuerat ſub Aymone Epiſcopo conditus, eidémq; adſtrictus Aræ,& ſolus inde tenuìs ſupererat mox ideò iure cohoneſtandus. Non equidem inſtitutus ſub eodem ſancti Gregorij vocabulo,ſed vnicus à ſuo conſtructore euectus ad ſuum titulum, tametſi minus pinguis reliquis ſex. Fundator autem huiuſce Sacerdotis Septimi Confratris prædicatur fuiſſe quidam Theobaldus eiuſdem Baſilicæ Canonicus ante centum abhinc annis degens. Cuius fundationis literæ, cognomen & diaria teſtimonia ſanè hac ampliùs tempeſtate non extant, propter allatum poſtea ab impuris Caluinitis excidium Matiſconi duabus vicibus. Nam euanuit Charta ex illo hoſtili furore. Igitur de reipſa ex numero hîc monuiſſe ſufficiet : quia certè nunc adeſt ob oculos poſſeſſor Capellanus in munere & onere,qui fruitur poſſeſſiunculis à fundatore ex traditione relictis [z].Hîc autem eodem filo deſcribitur iſte paulò maturiùs, quia neſcitur exactior inſtitutionis ſcrupulus.

Septimus præbẽdarius.

Omnino ſeptem.

z de illis ſeptem n.37.§.1.M.6.

Paragraphus 4.

4. narratio.

QVarto loco, idem Philippus agnoſcebatur adeo pius in eleemoſynis crebrò largiendis,quòd fuerit locuplex fundator Hoſpitalis in Diœceſi Altiſſiodorenſi. Legi ego in veteri Charta hos fundationis codicillos de ea re. *Nos Philippus de ſancta Cruce miſeratione diu.Epiſcopus Matiſcon. Dominúſque temporalis Caſtri & villa de Colongiis,& villa de Mercy, Altiſſiodor. Diœceſis,&c.ſcienter volens vnum Hoſpitale conſtruere & dotare,in quo pauperes,peregrini,& miſerabiles perſonæ ad honorem Dei omnipot.& glorioſæ Mar.Virg. recipiantur iuxta facultatem ipſius Hoſpitalis:Idcirco nos Epiſcopus de bonis à Deo collatis in dotem & fundationem d. Hoſpitalis : concedimus perpetua donatione,&c.* Ac poſt tres paginas, ſic periodos claudit. *Datum Matiſconi in domo noſtra Epiſcopali,die Mercury, nona menſis Maij, anno M.CCC.LXXVIII.præſentibus venerab.D.Guichardo Sebaſtiani Officiali noſtro,&c.* Signat. qui ſuprà. Atque extractum in feſto ſancti Martini, & rẽcognitum [n].Quo tempore muri ſuperiores ciuitatis adeo ſtrictiores videbantur reſpectu milirum noſtri ſeculi, vt tunc rectam lineam traherent ab occaſu & Baſilica murali S.Petri verſus ortum ſeu Burgum Saporoſum, pertranſeundo ad medios hortulos putcúmque domuum S. Vrſulæ ac Confratrum præfatorum Philippi fundatoris, relicto Conuentu Dominicanorum ad Septentrionem extra eam vrbem.Quod tamen Cœnobium à multis deinceps annis clauditur intra mœnia; nec ſcitur tempus muri ita dilatati.Parent arctiores illi quondam muri ex præmiſſa amborum Sacerdorum fundatione per R. Philippum enixa.Et cenſentur eſſe iidem termini,de quibus Numero 31.extremo.

Philippus fundator Hoſpitalis.

1378.

n an.1378.

muri ciuitatis.

Paragraphus 5.

5. narrat.

PRo quinta hiſtoria,Author San-Iulianus [a] id funeſti adiicit florenti antea Prælato poſtmodum eueniſſe:arduum equidem,graue,& Epiſcopo multùm difficile:Niſi hoc ei fuerit Chriſtianæ tandem patientiæ ſpecimen atque præludium meriti perennis ad diuinam in cœlo promerendam felicitatem. Quippe Ioannes quidam Dynaſta ex ſurculo Comitum Cabilonenſium cretus [b] Caſtellum Romenæi occupauit. Ob quam arcem Epiſcopalis ditionis captam & redimendam, Philippus coactus eſt quinque florenorum millia ad manus latroni ſacrilego numerare. Qui flagitioſus homo & eius complices non diu moras traxère, quin ipſi nefandi ſceleris conſcij pœnas diuinitus immiſſas luerint ſuæ temeritatis, ex triſti & acerbiore letho,quo cuncti finem vitæ breui accepẽrunt, ſcilicet morte funeſta criminum vindicatrice. Sed nondum ſatis, Deo ſic conſtantes iuſtorum animos comprobante. Enimuerò aliæ multæ ſucceſſerunt calamitates,quas Philippus denuo pariẽter ſuſtulit.Dum idem Antiſtes Miſſarum ſolennia Romenæi celebraret ſeu audiret, captus eſt ab Hugone ſancti Triuerij non Breſſiæ, ſed Dombarum Dynaſta eius affini, & à ſocio aggreſſionis nobili Ioſſerando [c],vaſſallo Eccleſiæ Matiſconenſis, Romenæi oriundo cum aliis pleriſque eorum ſatellitibus : qui ſpoliis onuſti in vrbe & Caſtro, Epiſcopum carceribus detrudere auſi ſunt, violentas in Chriſtum Domini manus iniicientes, ac eum detinentes in compedes menſe & ſemis,vt vinctum cogerent ad maiorem pecuniarum ſummam componendam. Canonici Capitulantes ex eo vehementer indignati, ad Regem Carolum V.mittendũ haud dubitarunt.Prætterea conſanguinei omnes Antiſtitis Guilelmo Veſuntionũ Archipræſuli & Amadeo Sabaudiæ Comiti aduerſus eiuſmodi ſacrilegos & tortores calcar addiderũt [d].Qui impij armis vndiq; oppreſſi cõponere & auguſtũ vitũ reſtituere coacti ſunt cũ magno ſui dedecore.Videlicet Hugo ſe atque ſucceſſores ſuos faſſus eſt eſſe vaſſallos Epiſcopi & Eccl.Matiſconẽſis,citra præiudiciũ aliorũ Dynaſtarũ,quib.antea foret adſtrictus, eo tamen caſu quòd ſi ipſius hæredes ſemel quandoque perſoluerent eidem Eccleſiæ quingentas auri libras, tali ſeruitute liberarentur. Ioſſerannus verò in emendam

Romenæum.

Philippus iniuſte incarceratus.

Liberatus.

a pa.191.

b Sieur d'Argueil.

c vulgò. Le preud'hôme.

d Nota hîc, quòd ante introitum gradum Capellæ S. Pauli iacet Iacob Roſſi Archidiac. Vallis Regnaudi, qui obiit Non. Octob.1378.

con

Sacrilegi cōdemnati cum duob. cereis.

condemnatus eſt ad offerendum quotannis die feſto ſancti Vincentij duos cereos viginti quinque libratum ponderis ad Altare Cathedrale, & vna vice duo vaſa argentea ponderis quinque marcharum argenti cum ſculptis eius atque Hugonis nominibus: vtroque diffamato ex accenſis facibus, quas palam manu geſtarunt ad fores Baſilicæ Cathedralis. Hodie ſolennioribus feſtis accenduntur duo magni amborum cerei ex illis pecuniis fundati coram Altari in Choro cum ſcriptis eorundem nominibus, in perenne ſignum tantæ victoriæ. Atque hæc pro ciuili pœna à locorum iudicibus aut arbitris inflicta, hactenus dicta ſint. Quod autem ad pœnas eccleſiaſticas ſpectat per cenſuram anathematis ipſo iure & facto incurri ſolitas, iſta meritò ad pręſens reuoluenda putantur, tanquam forum interioris conſcientiæ penetrantia, adeóq; multò magis fugienda ac metuenda: quoties ſcilicet reatus ſæuitia militat aduerſus crudeles laïcos in quoſuis Clericos, ne dicam iniquiùs geſtū in Epiſcopos ex publico ſcandalo & inaudito ſacrilegio.

Pœnæ anathematis in tales.

Prima ſeu antiquior lex pœnalis Eccleſiæ eſt Clementis Papæ tertij in Decretalibus, eáq; eiuſmodi: *quòd à cõmunione illius, qui pro ſacrilega manuum iniectione in Clericum in edictum excõmunicationis incidit, licèt denunciatus non ſit, debes abſtinere* (loquitur Pontifex [d] ſummus) ac iterum, *tam qui tales verberari praecipit* (ait textus primigenius) *quàm illi qui verberant, etiamſi cauſa ſubeſſet* (quæ tamen hîc nulla interfuit) *excõmunicationis ſententiã, donec ipſi ad Apoſtolic. ſed. veniant, nequaquam euadunt.* [e] Secunda lex eiuſdem generis eſt Innocentij PP. tertij; *Non credimus laïcos* (infit [f]) *pœnam excõmunicationis euadere, quamuis per eor. factum corporalis læſio non fuerit ſubſecuta, citra quam violentia ſæpiùs circa Clericos nequiter perpetratur.* Qui certè duo Pontifices præceſsēre annis ducentis [g] hoc immane Hugonis ac Ioſſerandi flagitium. Tertia autem lex proponenda differtur ad ſequentem numerum [h] ob motrices ibidem cauſas.

d li 5. Decretal. tit. 39 c. 14 Cum non ab homine, præter c. 13.
e Ibid. c. 24. Vniuerſitatis.
f Ibi c. 29. Nuper.
g Clem. ab 1188. ad 1191. Innoc. ab 1198. ad 1216.
h 56. §. 2. fi.

Paragraphus 6.

VI. narratio.

SExto & poſtremo Articulo, ipſe Philippus diuiſas iuriſdictionis eccleſiaſticæ notas inter eum & Capitulum renouauit ſub finem ſui Epiſcopatus, præter quàm quòd talia iam compoſuerat, quando Decanatu fungebatur. Hoc eſt, id mox denuo præſtit [t], eo Epiſcopante & Teſtamentum delineante ad annum M. CCC. LXXX de quibus opportunè infrà ſub Baptiſta Alamanni Antiſtite [i]. Pro reliquis verò inde adiunctis, liquet ſuperiùs de tali fabrica in Odone [k]: & de præfata horum refricatione latiùs paulò pòſt in Theobaldo Antiſtite [l]. Sed audi quæ pari fermè paſſu adiecta viſuntur.

De Tranſactione.

i nu. 73. §. 6. med.
k n. 54. §. 3.
l nu. 57.

Canonici Cathedrales redacti ad certum numerum.

Sedente ipſo Præſule Philippo Canonici Cathedralis Baſilicæ antea incerti ac ſæpiùs plures cum multo incommodo & ambitu nobilium, laïcorum ac Monachorum in Canonicos receptorum, mox tandem ad fixum numerum viginti Canonicorum redacti ſunt, omnium deinceps Clericorum ſecularium: Capitulo tunc acceptante Decretum priùs in eam rem conſtitutum à Clemente VI. Pontifice Maximo decedente è viuis anno M. CCC. LII. Nam tempore præſentis præfatæ acceptationis nullus Clemens Pontifex Romanus eſt habitus, niſi certè Clemens quidã dictus ſeptimus pſeudopapa à nonnullis Cardinalibus partim Gallis in ſchiſmate electus, & Auenioni ſedens ab anteriore quadriennio aduerſus Vrbanum VI. legitimum Romæ ſedentem. Ex San-Iuliano [m] geſta ſunt iſta anno M. CCC. LXXXI. Iuxta quem Scribam m pag. 297.

1380. obiit Præſul anno ſequenti LXXXII. die VI. Idus Octobris, & ſuæ ætatis octuageſimo. At veriùs fortè dixerim eundem virum ſublatum anno LXXX. quo proinde anno ordiente ſtabilitus eſſet Canonicatuum numerus. Nam extat apophaſis [n] poſſeſſionum eiuſdem

Mors Philip.

Philippi mihi nuper conſpicua, ac ſub eodem anno exarata, tanquam Epiſcopi iam tunc vitâ functi, continens clauſulam præfati Teſtamenti peractam ab Officiali, Capitulo Cathedrali bona iuráque Epiſcopatus adminiſtrante in ſpiritualibus ac temporalibus, Sede vacante, pro legitimo ſucceſſore Epiſcopo, in teſtimonium iuris Capituli ſub continua fruitione Regaliorum iam ab antiquo præſcriptorum ante annos CLXXX. veluti ſuprà

n Repertorij.

Regalia.

conſtat dono Regio ſub Pontio II. Maticenſi Antiſtite [o]: Et de præfato mortis anno alia probabiliùs in ſucceſſore [p]. Dum autem ſub hoc Philippo Antiſtite finem habet Democlares, nomenclator duntaxat, qui abſens loco non potuit completum ſibi catalogum comparare, multóque minùs hiſtoricis eum rebus locupletare pro Eccleſiæ quam nos iſtic efflagitamus defenſione: eam ob cauſam meritò negotium abſoluimus, vberiore Chronico illuſtramus, & ſuis quibuſque geſtis ſacris exornamus. Déque illo poſſeſſionum Philippi Iudice alia decenter ſub allegato Baptiſta pro anno commemoramus.

o nu. 45. §. 3. an. 1209.
p 56. §. 1. a. fi.

LVI. *Paragraphus.* 1.

Tranſactio inter Epiſc. & Capitulum.

IOannes IV. is eſt de quo vnicum nobis proprium nomen apparere dicit San-Iu-
lianus, quale duntaxat appoſuit [a]. Verùm infrà ſub Theobaldo, ex reuolutis ſæ-
pius Chartulis, manifeſtum eſt hunc Antiſtitem legi cognominatum *Ioannem de
Boiſſiaco*, modernum ſeu proximum Philippi de ſancta Cruce ſucceſſorem Epiſcopum. Ni-
mirum ipſe Ioannes, ex tribus eius Actis quos proponimus, renouauit primò illam poſt
Philippum tranſactionem ſeu ea Concordata Iuriſdictioni, ſpiritualis, quæ priùs inita fuêre
inter Epiſcopos & Capitulum ſub Ioanne III. Salagniaco [b], tum promulgata ſub Odone,
diſtributáque in varios quatuordecim Articulos ibidem dilatatos [c]. Licèt verò talia de-
nuò ſuſcitauerit, & prolixiùs auxerit Ioannes IV. tamen nos ſingula dictata ad ſucceden-
tem Theobaldum [d] diſtulimus, quia poſt obitum Ioannis de Boſſiaco publicata feruntur.
Hæc autem Tranſactionis per ipſum Ioannem habita redintegratio ac reſtauratio creditur
1381. celebrata anno ſalutis milleſimo CCC. LXXXI. potiùs quàm LXXXIII. hoc eſt, veriùs
anno primo ſuæ Cathedræ. Qui annus ſolij initiantis conſtat ex ſolenni remiſſione tempo-
ralium poſſeſſionum, velut ex ſecundo themate propoſitorum, qualis adſequitur in com-
modum Ioannis ſiue Epiſcopatus ſui anno proximè ſuccedenti facta, quaſi celebrata anno
ſecundo obtentæ Cathedræ, tanquam pridem iam tunc pacificæ eidem Ioanni: vnde ſe-
quax authoritas facilè aduerſatur temporaneo ſcrupulo mortis Philippi anteceſſoris, edi-
to à San-Iuliano.

[a] pa. 193. [b] nu. 53. [c] nu. 54. §. 3. [d] nu. 57.

Paragraphus 2.

Reſtitutio poſſeſſionum Ioſſerandi incarceratis Epiſcopum.

IN *nomine Domini. Amen. Per hoc præſens publicum inſtrumentum cunctis appareat euidenter* (ſic habet membrana Manuſcripti autographi) *quòd anno milleſimo trecenteſimo octuageſimo ſecundo, die viceſ. noua menſis Iul. Indict. V. & Pontificatus ſanctiſſimi in Chr. Patr. ac Dom. D. Clementis digna Dei prouidentia PP. ſeptimi anno IV.* (ſedebat in ſchiſmate Auenioni [e] contra legitimum Vrbanum VI. Romæ) *in mei Ioannis Legneyl Presbyteri Carnotenſis Diœceſis authoritate Apoſtol. & mei Ioan. Camery de Romenayo Clerici authoritate D. Officialis Lugdunenſis, ac in Caſtellum de Romenayo noſtrâ & teſtium infrà ſcriptor. præſentiâ, vir venerabilis M. Petrus Chalemelli Iuriſperiti Commiſſar. ad infraſcripta, per R. in Chr. Patrem ac D. D. Ioannem Dei gratia Matiſcon. Epiſcopum, vt aſſerebat, ſpecialiter deputatus, exiſtens in villa de Romanayo, & ſedens ſupra altum ſcamnorum alarum dict. villæ ex vna parte. Et Aymara filia Ioſſerandi Freppe-rij aliàs dicti le Prodomme de Romenayo, vxórque Guilelmi du Byoley domicelli ex altera; præfatus M. Petr. Commiſſarius dixit & recitauit, quòd pridem d. Aymara ſupplicando humiliter requiſiuerat ante d. Epiſcop. & eius gentes proco, vt ipſi ſub cautione idonea, quam præſtare ſemper offerebat d. Aymara, recredentiam domus & terræ de Moyſe, ſicut in d. Caſtellania de Romenayo cum ſuis pertinentiis vniuerſis ſibi facere vellent. Quæ quidem domus & ter. de Moyſe cum ipſius pertinentiis & iuribus vniuerſis appoſitæ fuerant ad manum bonæ memoriæ D. Philippi de ſancta Cruce quondam Matiſconenſis Epiſcopi prædeceſſoris D. Epiſc. moderni, ipſe D. Epiſcopus Matiſc. habita ſuper hoc deliberatione matura cum venerab. vir. D. Decano & Capit. &c. vult & ordinat, quòd recredentia & expeditio dictarum rerum manúſque appoſita leuatio eidem Aymaræ fiat ſub conditionibus quæ ſequuntur. Imprimis quòd d. Aymara pro ſe & ſuis ſucceſſoribus perpetuò tenebitur dare idoneam cautionem de ſtando iuri & iudicatum ſoluendo coram præfato D. Matiſc. Epiſc. ipſiúſque Iudice vel Iudicibus aut Commiſſar. ab eodem vel ſucceſſoribus, &c. ad cauſam domus & terræ præd. mouendis, proponendis & petendis, tam in poſſeſſione quàm in proprietate eorundem vel aliàs per ſe & ſuos ſucceſſores poſſit vel debeat prætendere vel opponere aliquas exceptiones contra D. Epiſcopum aut ſuos ſucceſſores, occaſione quòd d. domus & terra cuiuſuis pertin. captæ & poſſeſſa fuerint per præf. D. Philipp. de ſancta Cruce quondam Matiſc. Epiſcop. atque per d. Ioan. Epiſc. modern. & gentes ſuas, imò eiſdem exceptionibus renunciabit expreſſè Aymara, conſentiétque ipſa, quod omnes cauſæ & actiones ac querelæ quæ competebant quomodolibet præfato D. prædeceſſori ipſius D. Epiſcopi, & quæ eidem D. Epiſc. moder. competere poſſunt in dicta ter. de Moyſe [f] ratione Commiſſa, &c. abſque eo quod Aymara vel ſui ſucceſſores in contrarium ſe valeant opponere ad cauſam detentionis & occupationis domus & terr. Item quòd ipſa Aymara ex ſua certa ſcientia renunciabit omnibus iurib. actionibus & petitionibus, quæ ſibi poſſent competere in rebus ſuprà dictis ratione & ex cauſa fructuum & emolumentorum rerum prædictarum per d. quondam D. Epiſcopum prædeceſſorem vel eius gentes & Receptores, dictumque D. Epiſcopum modernum & alios quotieſcunque eius nomine Receptores, ipſóſque fructus & emolumenta rerum prædictarum quittabit Aymara. Item*

Ad manus filiæ hæredis.

Philippus Epiſc. antea indignè incarceratus.

Captæ poſſeſſiones illæ

[e] Ideò autem hic nominatus, quia à Cardinalib. Galliis electus fuerat, cui Gallia & Hiſpania adhærebat.

[f] vulgò Moyſe.

con

*conſentiet dict. Aymara, quòd d. D. Epiſcopus vel gentes ſua pro eodem capiat pro ſuo libito omnem
piſcaturam & omnes piſces ſtannorum de Moyſe, quæ ſtanna fuerunt appeiſſonata nomine ipſius
D. Epiſcopi, vel prædeceſſoris ſui præd. abſque eo quòd Aymara in præmiſſis aliquod apponat impe-
dimentum. Et hæc omnia faciet ac facere conabitur d. Aymara de conſenſu, licentia & authoritate
dictorum patris & mariti ſuorum. Promittendo per ſuum iuramentum, & ſub obligatione omnium
bonorũ ſuor. quòd ipſa omnia, prout ſuperiùs ſunt expreſſa, tenebit & obſeruabit illibata, &c. Dicta verò
Aymara ſciens ac ſpontanea propter hoc perſonaliter conſtituta, non vi inducta, nec ab aliquo, vt aſſerit,
circũuenta, imò de iure & facto ad plenũ conſulta, viſis & auditis omnib. ſupradict. per d. M. Petr. no-*
Filia quomodo acquieuit. *mine d. D. Epiſc. eid. Aymaræ dictis & lingua materna expoſitis, volens eiſd. acquieſcere de conſenſu d.
Guilel. du Byolxy mariti ſui ad hoc præſentis, & ſibi authoritatem ſpecialiter præſtantis, & e. ratificauit
eadem, aſſenſúmque dedit & præbuit Aymara, ac illicò omnia per præfat. M. Petrum, vt præmiſ-
ſum eſt, petita adimpleuit, &c. cum ſubmiſſionibus & renunciationibus ad hoc validis, &c. Et his
mediantibus præf. M. Petrus Chalemelli Commiſſarius recredentiam & expedition. domus & ter. de
Moyſe nomine d. D. Epiſc. eidem Aymaræ conceſſit plenam ſaiſinam ſaluo iure D. prædicti & alterius
cuiuſc. &c. Præſentib. nobili viro Ioanne de Cornon domicello, Gulielmo Burgen. Anthonio de monte,
Ioanne Clalendat, &c.* En tenor publici huiuſce inſtrumenti. Cuius facti cauſæ vt clariùs
Compoſitionis interpretatio. detegantur, videntur emerſæ ex crimine, quod perpetratat aliquot antè annis Ioſſerandus
Aymaræ genitor, quando Præſulem Philippum indignis carceribus detinuit; re nuper à no-
bis expoſita [g]. Vnde parens culpâ infectus legitur ad emendam condemnatus, qua ſoluat [g] nu. 55. §. 5.
vaſa argentea & cereos ſuprà dimenſos. Pro qua ceræ mulcta annuatim luenda, vnà cum
vaſis & expenſis nondum fortè numeratis Philippus eiúſve Officiatij iuridicè forſan poſſeſ-
ſiones Ioſſerandi occupauerant ex fide commiſſa, donec annuam ac perennem ceram ar-
dentem fundaſſet, vel certos agros ad hoc pro reditu deſtinaſſet ac obligaſſet. Accidit au-
tem (reor) vt inter moras obierit Ioſſerandus, relicta hærede filia circiter annum præfa-
tum 1381. Mulier verò ea pignorata bona ab eiuſmodi ſeruitute mox liberare expetiit,
optátque talia ſibi remitti ſub oblata & præſtita cautione de ſoluendo. Hinc creditur fa-
cta terræ condonatio, remiſſio ac cautio ſuſcepta. Præciſum cuius inſtrumentum in ſpecies
Ioſſerandus abſolutus. tamen ſatis non patet. Verùm facilè ſupponitur eam demum ſufficientem agrum aliquem
in perpetuum Eccleſiæ tradidiſſe, continentem in annuo prouentu valorem pecuniarum ce-
ræ comparandæ. Et hoc ideò, quia inde & hactenus nulla ampliùs controuerſia emerſiſſe
audita eſt. Vnde cenſetur contenta Eccleſia Maticenſis de veteri & præſcripta hac in par-
te rerum ipſarum fruitiòne, dum annuatim cereos accenſos palam collocat. Atque ſic de-
mum cenſetur Ioſſerandus pœnitens viuus aut vita functus ritè abſolutus ab anathemate
quod incurrerat, reſeruatúmque fuerat ſummo Rectori Eccleſiæ in Romana Curia per Cle-
mentem Papam V. annis ſeptuaginta ante ſcelus propagatum. Etenim vniuerſale Conci-
lium Viennenſe [h], eo PP. præſide, hæc ediſſerit. *Si quis ſuadente diabolo in hoc ſacrilegij ge-* [h] 15.
Pœnæ percutientis Cleric. *nus prorumperit, quòd quemuis Pontificem iniurioſè percuſſerit aut ceperit, vel banniuerit, ſeu manda-
uerit fieri, aut facta ab aliis rata habuerit, &c. ſit huius noſtræ conſtitutionis authoritate anathematis
mucrone percuſſus: à quo nequeat niſi per ſummum Pontificem præterquam in articulo mortis abſol-
ui* [i]. Quæ Decretalis eſto tertia in cõptomiſſis ſuperſtite circa exitum Numeri præcedẽris [i] Clem. de
Medius autem annus milleſimus trecenteſimus octuageſimus ſecundus, quo Aymara iniit pœnis, lib. 5. tit. 8. ca. 1.
1382. præfata Concordata, docet Ioannem IV. Antiſtitem ex connexis quaſi iam tunc pacifi- Clem. ab an.
cùm Sedis dudum poſſeſſorem, vt non ægrè videatur ſacrum ſolium renuiſſe ab ante- 1305. ad 1315.
riore ſaltem anno M. CCC. LXXXI. adiunctis aliis de eo probatiunculis ſuprà [k]. [k] n. 55. §. 5. fi.

Paragraphus 3.

HOc tandem loco aduertendus eſt quidam euentus valdè dignus notatu. Quòd nimi-
tum *Maligna & horribilis ac teterrima tempeſtas cecidit anno Domini milleſimo trecenteſi-*
Ventorum turbines ciuitatem vaſtantes. *mo octuageſimo primo, die ſanctorum Symphoroſæ cum ſeptem filiis: quæ vis maior fregit omnes
tegulas domorum Matiſconenſium.* Sic habet autographus Manuſcriptus, nec plura, emerſus
quondam ex Eleemoſynario R. Petri Caſtellani [l] in ordine ſui diariorum Voluminis. Eáque
funeſta ſors incidit anno 1. ſedentis Ioannis IV. Verùm hiſtoria ad hanc calcem differtur [l] nu. 70.
poſt præfatam de Ioſſerandi filia hiſtoriam anno conſequenti, quia eius ſeries illic fue- [m] nu. 60. §. 4.
rat attollenda aut præmittenda. De cuius aëris intemperantia collige alia ſub Gauffre-
do Præſule [m]. Cæterùm, arbitra[…] eundem Ioannem quartum ſedem poſtmodum or-
1388. naſſe per ſeptem probabiles annos adſequentes ad octuageſimum vſque octauum: de
quibus alioqui fides certa poſteris minimè porrigitur, niſi ex coniecturis annorum ſeu [o] In Ambianenſ. nu. 57.
principiorum Theobaldi pediſſequi, & lubentiùs eò quòd anno ſequaci legitur aliunde infrà.
tranſlatus canonicè ad Epiſcopatum Ambianenſem [n].

LVII.

LVII. *Paragraphus* 1.

THeobaldus ex domo nobiliſſima de Rubeo monte [a] Breſſiana oriundus, oportuit a vulgo Rougemont.
1389. quòd Matiſconi ſederit Epiſcopus ab anno ſaltem milleſimo CCC. LXXXIX.
1390. quia ſequenti CCC.XC. legitur in Actis ſuæ Eccleſiæ; ex eo quòd illo anno, feſto
ſancti Vincentij, palam recepit aſſuetam Ceræ oblationem à parte Amedei ſe-
ptimi, Comitis duodecimi Sabaudiæ, filij Amedei Viridis, dum tanquam loci Antiſtes ſa-
cra perageret Theobaldus in ſua Cathedrali. Eius tempore, & quidem fortè anno præfato
promulgatæ ſunt Matiſconi Conuentiones Iuriſdictionis eccleſiaſticæ per anteceſſorem
ſuum Ioannem IV. renouatæ inter Epiſcopos & Capitulum. Quia verò Girinus Notarius
geſta recenſet, palámque efficit poſt obeuntem illum Ioannem de Boſſiaco: idcircò nos ea
ſub hoc Theobaldo ſucceſſore publicamus, licèt is in Charta haudquaquam nominetur:
cùm tamen verè diffinita ſint anno M. CCC. LXXXIII. degente ac ſedente præfato Ioan-
Veteris tranſactionis renouatio. ne, at non tam citò promulgata aut à Notario obſignata. Eia ergo: Articulos dirigamus:
maximè quibus in locis aliquid ſuperadditum putabitur, præter quatuordecim appendices
in Saillaniaco & Odone Epiſcopis commemoratas. Titulus. *Noua Tranſactio.* Exordium.
*Poſtmodum ſucceſſiuè præſidente in dicto Epiſcopatu bonæ memoriæ D. Philippo de ſancta Cruce Ma-
tiſconenſi Epiſc. immediato dicti D. Ioannis de Salagniaco, & ex poſt Reuerendo Patri in Chr. D. D.
Ioanne de Boſſiaco moderno Epiſc. ſucceſſoribus orta fuerit lis ſeu controuerſia, & maior moueri ſpera-
retur inter ipſos RR. Patres ſucceſſiuè, & potiſſimùm inter præfatum D. Ioann. modernum* (eu quo-
modo ſupponat ille Scriba Ioannem de Boſſiaco vitâ functum) *& venerabiles DD. Deca-
num modern. & Capitulum ipſius Matiſc. Eccleſ. ſuper dictis compoſitione & concordia inter ſuos di-
ctos prædeceſſores factis & habitis, proponentibus d. DD. Decano & Capitulo pro ſe & Chorialibus d.
Matiſcon. Eccleſiæ, quòd ad obſeruationem d. Tranſactionis minimè tenebantur, & quòd ſi qua fuit,
nunquam obſeruata eſt, & quia de ſe nulla fuit, eſſentialibus iuris ſolennitatibus deficientibus in
ea, ex eo quòd non fuerint vocati Choriales vocandi quos tangit, & quòd non fuit per maio-
rem partem Capituli celebrata, nec expediebat ipſis Decano & Capitulo, cùm ſua iura eſſent
clara. Tractabatur etiam de alienatione iurium ipſius Eccleſiæ, quódque non fuit illa Tranſactio de re
incerta, nec extitit per Superiorem approbata vel confirmata, in ipſáque Tranſactione tractabatur
Pro iuriſdict. eccleſiaſtic. inter Epiſc. & Capitul. de Reſcripto perpetuæ exceptionis, non obtenta licentia ab eodem Superiore; præfato D. Epiſcopo ad
cauſam ſuæ Sedis Epiſcopalis contrarium dicente, non obſtantibus per ipſos in contrarium allega-
tis, quod ad D. Epiſcopum pertinet ſolùm & inſolidum omnimoda iuriſdictio ſpiritualis, tam in
ipſos Canonicos & Choriales Eccleſiæ, quàm in alios quoſcunque; nec propoſita per dictum D. Deca-
num & Capitulum poſſunt eis aliquod præſtare ſuffragium, nec alicuius exiſtunt valoris. Tandem
inter partes pro quæſtione & controuerſia finiendis anno milleſimo trecenteſimo octogeſimo tertio, die
Lunæ poſt Dominicam, qua in Dei Eccleſia cantatum fuit, OCVLI MEI [b], &c. decima quarta men- b in 3. Quadrageſ.
ſis Martij coram D. Girino de Monteil Presbytero Apoſtolica & Imperiali, ac Ioanne de ſancto
Notarij & Capitulares. Verano Clerico, regia authoritatibus Notarijs & Tabellionibus publicis & Curiæ noſtri Officialatus
iuratis, perſonaliter conſtitutæ partes in loco Capitulari Matiſconenſis Eccleſiæ. In quo erant Capi-
tulantes ad ſonum Campanæ viri venerabiles DD. Guido de Bleterens Decanus, Ioannes de Salor-
nayo Cantor, Guilelmus de Cropio, Guichardus de Sachinis Archidiaconi, Guido Sebaſtiani, Petrus
Geneſte, Andreas Eſperonis, & Ioannes Manigny [c]. Quæ partes attendentes quàm perniculoſa eſt c octo Canonici, nulli ex
inter eas diſcordia, & quod diſſenſiones ſcandala præparant, &c. D. Epiſc. pro ſe ſuiſque ſucceſ- primis in 1.
ſoribus, & D. Decanus ac Capitulum pro ſe & Chorialibus ipſius Eccleſiæ & ſucceſſoribus ad pa- Tranſactione.
cem perpetuis temporibus conſeruandam tranſegerunt & componunt in hunc modum.* Vnde ſeor-
ſum in Paragrapho ſex Aſteriſcos perlectum itis.

Paragraphus 2.

S*Cilicet quòd in primis tranſactio ſeu concordia* (pergit vetus Manuſcriptum enarrare) *inter* d an. 1359. n.
l. Capitulare. *bonæ memoriæ D. Ioannem de Salagniaco Epiſcopum & præfatos D. Decanum ac Capit. quon-* 53. 6. 5. fin.
dam habita [d] *perpetuis temporibus in omnibus ſuis partibus obſeruabitur inter partes hoc addito* e qui erant tantùm 10 præ-
quod Capellani vel Clerici vſque ad numerum viginti quatuor qui nominabuntur per dictos D. ter Canonic.
Decanum & Capitulum in quolibet Capitulo generali poſt Feſtum Natiuitatis beati Ioannis Bapti- n. 54. § 3. a. 1.
Amplificatio. *ſtæ annis ſingulis vltra nominatos* [e] *aut contentos in dicta compoſitione* [f], *quorum nomina traden-* f tunc erant 120. habiturì
tur D. Epiſcopo pro tempore ſeu Vicariis eius in eius abſentia, vel Officiali ſuo Matiſconenſi: & duo el citra Canonic. nunc
Vicarij D. Decani, Capellani Altaris ſanctæ Crucis d. Eccleſiæ Matiſconenſis, habebunt in perpe- vic vltra 14.
*tuum idem priuilegium eligendi; quale habent ſeptem Confratres incorporati in ipſa Eccleſia * Ma-* de illis ſe-
giſter prè n. 53. § 3.

giſter vel Clericus Chori, Procurator & Notarius ſeu Scriba [g] *Capituli, &c.*

2. Capitulare. Secundum additamentum. *Si contigerit aliquem de viginti quatuor ante annum mori, vel per Capitulum reuocari: ipſi Domini valeant loco eius alium ſubrogare; quæ ſubrogatio poſtquam fuerit D. Epiſcopo eiúſve Vicario aut Officiali notificata, & non antè* [h], *conſimili priuilegio gaudeat. Saluo quòd ſi ſubrogandus ante ſubrogationem delictum perpetraſſet, per D. Epiſcopum poſſit puniri, nec quoad id delictum priuilegio gaudeat.*

[g] Secretaire. Sunt ſo. veteres.

[h] at notificâ. da proximo tantù feſto S. Ioannis, nõ priùs.

3. Capitulare. Tertia Appendix. *Dictæ partes dictam Compoſitionem per ſuos prædeceſſores, vt præmittitur factam, & ſingula in eadem contenta ratificant & approbant; conſentientes & requirentes pro ſe & ſucceſſoribus omnia geſta, tam in anteriore compoſitione* [i], *quàm in hac præſenti & vltima per d. modernos DD. Epiſcopum & Capitulum ad primam Tranſactionem addita laudari & confirmari per ſanctam Sedem Apoſtolicam & prædictarum partium ſuperiorem Reuerendum in Chriſto Patrem D. Archiepiſc. Lugdunenſ. Conuenerunt etiam & promiſerunt partes ſuis iuramentis, manibus ad pectus appoſitis hæc vniuerſa approbare in proximo Capitulo generali poſt inſtans feſtum Natiuitatis B. Ioannis Baptiſtæ.*

Confirmandam totù per Superiores.

[i] on. 54. toto §. 3.

4. Capitulare. Quarta adiectio. *Voluerunt inſuper partes, quòd nullus Actus à tempore compoſitionis prædeceſſor. præter aut contra tenorem ipſius Tranſactionis poſſit ius quærere aut præiudicium generare in poſſeſſione aut proprietate, nec alicuius ſit momenti, ſed pro infectis habeantur, & pars qualibet renunciat: Salua in omnibus compoſitione præſenti mox nouiter facta in cunctis ſuis Capitulis & ſuo robore duratura.*

5. Capitulare. Quintus Commentarius. *Volunt partes, quòd proceſſus, appellationes ſententiarum, aut fulminationes inter ipſas partes emiſſas, coram quocunque Iudice, ceſſent penitus conſopita hac præſenti concordia mediante, & dictis proceſſibus renunciant partes.*

6. Capitulare. Sextum vltimúmque Capitulare. *Tandem eædem partes pro ſe & ſuis ſucceſſoribus manibus ad pectus poſitis promiſerunt in verbo veritatis & bona fide, Notariis ſtipulantibus, &c. contra ſuprà & infrà ſcripta tacitè vel expreſſè de cætero non venire, nec facere volenti conſentire, imò omnia obſeruare. Promiſeruntque dictæ partes ſub iuramento & obligationibus iam dictis alteram alteri reſtituere & integrè reſarcire. Submiſerunt ſe & ſuos bona atque iura prædict. ipſæ partes, quoad hæc, iuriſdictioni, poteſtati, compulſioni, & coërcitioni D. noſtri Papæ, Officialiſque Lugdunenſis, & noſtri Offic. Matiſconenſis, &c. Ita quòd executio vnius Curiæ alterius Cur. executionem non poſſit impedire: quin ſimul currant quocunque iure contrario & aliis conſuetudinibus non obſtantibus, &c. Datum die & anno prædictis: præſentibus D. Petro Columbi Licentiato in Decretis, Rectore Eccleſiæ Parœcialis ſancti Petri Matiſcenſis, M. Petro Chalamelli Iuriſperito, &c.* En ſenarius omnis numerus per typi anacephaleoſim. Qui Actus omnis ad praxim hiſce temporibus reuocatur, & vſu teritur. Nondum tamen legi ratam Archiflaminis Lugdunenſis & ſummi Pontificis harum rerum confirmationem. Hi autem totius Eccleſiæ vertices tunc temporis fuerant Vrbanus Papa ſextus ſedens ab anno MCCC.LXXVIII. vel eius ſucceſſor Bonifacius nonus ab anno MCCC. LXXXIX. ad tredecim annos ſequaces. Et Archiepiſcopus Lugdunenſis fuit Ioannes quartus, cognomento *de Talaru*, ſedens in ſuo Primatu ab anno M. CCC. LXXVI. aut ipſius ſucceſſor Philippus ſecundus de Thureio reſidens ab anno M. CCC. XCIII. &c. Cæterùm cùm hæc Acta proferant *Ioannem de Boſſiaco modernum Epiſcopum*, ergo ſupponuntur abſoluta tandem ac promulgata fuiſſe temporibus ſuccedentis huiuſce Antiſtitis Theobaldi.

Paragraphus 3.

Theobaldi familia.

ANnos eiuſdem Theobaldi conſequentes delineaturi, collegimus agnomen ipſius de Rubeomonte ac ſolium in Matiſconenſi Epiſcopatu ex peruetuſto Manuſcripto Inſtrumento recognitionum aliquot ciuium, qui immobilia poſſidebant de directo dominio Sedis eiuſdem. Data Romenæi anno M. CCCXCIII. [k] Medius equidem curſus ſuorum [k] 14. April.
1393. dierum in hac Cathedra i. Et cuius hodie gentilitia fulgent ſub eodem cognomine in Galliis illuſtria, quinimò à Chriſtianiſſimis Regibus mox decorata inſignibus Equitis Torquati. Tandem verò receſſit ille Theobaldus ex paſtorali Maticenſi adminiſtratione ſub
1407. annum circiter milleſimum quadringenteſimum ſeptimum, vel fortè anteà. Et præſtantiores alias eccleſiaſticas Præfecturas ſuſcepit regendas. Maximè autem canonicè tranſlatus eſt ad duas viciſſim ac ſucceſſiuè. Prius quidem, reor, ad Viennenſem Archipræſulatum, Primatem Primatum Allobrogorum, Galliæ Aquitanicæ atque Narbonenſis, [l] Lugd. an. 1598.
ab anno præfato aut citiùs. De cuius Theobaldi nomine in ſacro Viennenſi magiſtratu ſub hoc tempus liquet extremo Tomo 2. Opuſculorum R. Petri de Villariis moderni ibid. [m] in Lugd. an. 1606. p. 104.
Archiepiſcopi [l], ac pleniùs in poſtrema veteri Floriacenſi Bibliotheca Ioannis à Boſco [m]. Iam poſterior vel omnium vltima ipſius Sedes fuit Biſuntinenſis, ad quam Vienna perdu-

Tranſlatus Viennam.

ctus eſt. Etenim, Demochates Tomo ſecundo [a] inter Biſuntinenſes Archiepiſcopos Theobaldum collocat, quantumuis paulò citiùs quàm par ſit ad præſens Chronologicon, quia ei præbet annum milleſimum trecenteſimum quadrageſimum nonum. Eam ob cauſam dicendum foret, quòd vice verſa priùs ſederit Biſuntij, deindéque Matiſconi. Attamen is ordo præpoſterus nullibi legitur. Tutiùs ergo inſiſtendum erit calculo Goluti Authoris, qui in Commentariis Sequanicis [o] enumerat Theobaldum *de Rougemont* ſexageſimum octauum Archipræſulem Veſuntionum, quem is fatetur & ait extitiſſe priùs Epiſcopum Matiſconenſem, ac obiiſſe Romæ, velut ſucceſſorem Giraudi apud Biſantium demortui, anno milleſimo quadringenteſimo quarto. Huncque deinceps tranſmigrationis ordinem ſibi retinet D. Chiffletius nuper Veſuntionum Epiſcoporum ſculptor, qui priorem noſtram de hoc Theobaldo editionem adnotat & approbat. Duntaxat id diſcriminis eſt apud ipſum cum Goluto à ſe haud citato, quòd iſte recentior noſtrum Theobaldum efficiat Biſunti ſeptuageſimum ſextum Archipræſulem, ciúſque antecesſorem vocet Girardum ſecundum Patiſiis emortuum anno ei à nobis conceſſo.

a cap. 15.
o Gallicè ſcriptis.

LVIII.

PEtrus II. cognomine *de Iuys*, vir nobilis ex illa domo ſeu familia dominicata ſic nuncupatus in Dombatum Principatu & Diœceſi Lugdunenſi, vnde is fertur oriundus. Electus eſt autem Antiſtes Mariſconeus à Capitulo Cathedralis Baſilicæ anno milleſimo quadringenteſimo octauo, vel lubentiùs anteriori: deindéque confirma-
1408. tus ab Archipræſule Lugduneo. Duplex verò hiſtoricon incidit ſuo tempore ad patriam ſeu Diœceſim ſpectans. Vnum eſt eiuſmodi, ex Archiuis Caſtri ſancti Mauritij Diœceſani erutum. *Nos Frater Petrus Caprarij Sacriſta Treforty* [a], *Decanus ſancti Martini de Vineis prope Matiſconem* [b], *notum facimus vniuerſis, quòd nos habuimus manualiter, & recepimus à nobili viro Imberto de Bloserens emptore vinea, &c. donationem quinque aſinatarum vini, &c. Datum Matiſconi die Mercurij in vigilia Aſcenſionis Domini, anno milleſimo quadrin-*
1409. *genteſimo nono.* Alterum tale eſt, tametſi profanum. *Mareſcalli Franciæ omnibus præſentes lit. inſpecturis, notum facimus, quòd Claudius de Turri Scutifer ad præſens eſt in ſeruitio Regis in equitatu & armis pro Andrea & Henrico Caprary Scutiferorum, quibus poteſtatem fecimus manendi in illorum patria Matiſconenſi, in militia & ſeruitio dele Maugre dict Boucquant Mareſcalli Franciæ. Datum Pariſiis ſub ſigillo noſtro anno milleſimo quadringenteſimo vndecimo* [c]. Cæterùm præ-
Caprarij. fatus Antiſtes Petrus fundauit in Cathedrali Maticenſi Sacellum ſancti Pauli, prouentibus apud Dombas & S. Deſiderium conſtitutis: itémque legauit quatuor, vt vocant, Anniuerſaria, ad annum milleſimum quadringenteſimum decimum. Poſtmodúmque ex Martyro-
1412. logio Manuſcripto Eccleſiæ obiit ille decimo quinto Kalend. Iunias anno M. CCCC. XII. Hinc ſuccedentibus annis domus *de Iuys* in poſſeſſionem & ius Domini d'Vrphé Foteſiorum incidit. Qui vir propter ſua merita creatus eſt à Rege Franciſco I. Gubernator Franciſci II. filij Henrici II. Francorum Regis. Sed denique idem poſſeſſor Caſtrum in aliud ad ſui commodum cenſuit permutandum [d]. De Petro Epiſcopo eius nominis primo diximus Numero L. ſuprà.

a In Breſſia.
b Ordin. Cluniac.
c die 11. Dec.
d En la maiſon de la Baſtie pour i adcancer. 1ao. Iul. 1591.

LIX. *Paragraphus* I.

Nouus ſites. IOannes V. cognomine *Criſtini*, legitur Matiſconenſis Epiſcopus circa annos milleſimum quadringenteſimum decimum quintum & decimum ſeptimum, veluti demum nobis conſtitit in Epiſcopali ſacrario ex variis perſpectis recognitionum Actis [a] de annuo ſuæ Sedis prouentu, qualia ipſe quondam Romenæi procurabat per Petrum de Bellicio ſacri Romani Imperij & inclyti Ducis Sabaudiæ Secretarium atque Notarium. Inde verò pro iſto Ioanne tria facilè colligimus. Primò ipſum Ioannem verè extitiſſe quintum huiuſce nominis, quia de quarto dictum eſt Numero LVI. Secundò, quòd cùm iſte quintus iam ſediſſet anno milleſimo quadringenteſimo decimoquinto ex allegatis: ſanè probabiliùs is ingreſſus eſt Cathedram è veſtigio à biennio anteriori milleſimo
1413. quadringenteſimo decimo tertio, hoc eſt, vno poſt obeuntem Petrum ſecundum anno. Tertiò, eam ob cauſam nos Petro mox facimus hunc Ioannem proximè ſucceſſiſſe, etſi in
1415. noſtra priore Calcographia Gauffredum de ſancto Amore eidem Petro ſubſtitueramus: quem tamen Gauffredum hac vice Ioanni V. ſummittimus, propterea que idem Gauffredus vix

a In duplici Volumine.

1419. vix citiùs aſſedit quàm ab anno circiter milleſimo quadringenteſimo vigeſimo ſeptimo Ioanni conceſſo ad vndeuigeſimum vſque, quia alioqui concurrerent vnà gemini Antiſtites eodem in ſolio ſacro. Itaque ſic credimus minuendum vno gradu Gauffredum, ac ſecularem eius ſedem: quantumuis illam paulò antè hauſeramus apud Scriptorem San-Iulianum. Ei nanque Authori ignotus planè fuit iſte Antiſtes Ioannes quintus, cuius ideò locum & annos fortuitò ipſi Gauffredo contulerat inſcius. Ex quibus decet elicere Ioannem Maceti ſucceſſorem Gauffredi, ſextam huiuſce nominis vicem & nomenclaturam adeptum fuiſſe, quem virum nihilominus quondam ibidem quintum dixeramus.

Paragraphus 2.

Amedeus Lugdun. Archiepiſc.

NOta & index, quibus Ioannes quintus prætererit annum decimum quintum præmiſſæ hiſtoriolæ, tertium ſuæ Sedis; eſt quòd nuper deprehenderimus in veteribus quibuſdam documentis, quòd *Ioannes Chriſtini Epiſcopus Matiſconenſis interfuiſſe dicitur conſecrationi Amedei II. Lugdunenſis Archiepiſcopi CVIII. die VI. Ianuary, anno milleſimo centeſimo decimo ſexto.* Floruit autem Amedeus II. Lugduni à præfato anno ad XLIII. eiuſdem ſeculi. Ex quo facile eſt illatu Ioannem quintum perrexiſſe vt minimùm ad vndeuigeſimum annum vſque. Quod hîc ſcorſum aperuiſſe merita eſt Lugdunenſis Eccleſia.

L X. *Paragraphus* 1.

GAuffredus de ſancto Amore, nobilis Bellijocenſis, à San-Iuliano perperam Epiſcopo Petro II. immediatè ſuffectus eſt. Is antea Canonicus Eccleſię Bellijoci &
1420. Cantor Matiſconenſis Epiſcopatum adeptus eſt veriùs ad annum vigeſimum ſupra milleſimum quadringenteſimum, quàm præciſè anno M. CCCC. XIII. vel ſeptennio priùs: ne ſcilicet ſuffuretur debitus Ioanni quinto locus deinceps probè recognitus, velut prædeceſſor. Idem Gauffredus ſedens præbuit ſe diligens fundator Capellæ Diuo
1430. Claudio ſacræ in Cathedrali. Tandémque graui detentus infirmitate, poſt decennium tradidit ſpiritum Kalendis Octobris, anno M. CCCC. XXX. Ac Teſtamento ſuos hæredes effecit Collegium Eccleſiæ Bellijoceæ, Capitulum Matiſconenſe, & Hoſpitale Matiſconeum: quemque locorum pro tertia parte ex æquo. Cæterùm, ante hunc Gauffre-
Hoſpit. dum Epiſcopum, pluſquàm vno ſeculo priùs, floruit Petrus de ſancto Amore: vtique conſanguineus (reor) ſeu propatruus eiuſdem Gauffredi, Canonicus Eccleſiæ Cathedralis, Archidiaconus Vallis Regnaudi: qui obiit anno M. CC. XCV. Kalendis Ianuar. tempore Hugonis Epiſcopi. Iacet in Sacello ſancti Saluatoris.

Paragraphus 2.

Ædificia Matiſconi venus detecta.

AD calcem breuioris Tractatuli huiuſce Antiſtitis Gauffredi, nonnulla enarranda putamus, quæ ex chronologica ſerie ſub finem ipſius, aut ſaltem circa principium Ioannis ſexti proximi eius ſucceſſoris in orbe Chriſtiano occurrerunt. Videlicet ſeſe offerunt denſiſſima nubium velamina medio die offundentia totam Matiſconenſium ſua caligine ciuitatem: grauiſſima fulgurum & ventorum damna tectis domorum illata, tegumenta illico euerſa, profligata, omnino proſtrata, & ad ſummum irreparabiléque exitium vocata die decima octaua menſis Iulij, profeſto ſanctæ Symphoroſæ & ſeptem filiarum eius, anno milleſimo quadringenteſimo trigeſimo ſexto. Talis autem accepta priuatorum clades, illæ ſingulorum ruinæ, & in Clero calamitas, tanto quemque metu concuiit erga Deum, vt à Numine omnes de culpis veniam poſcerent. Vnde paucis pòſt diebus conuocatum eſt Cathedrale Capitulum generale, maximè ſub feſtum diui Ioan-
Proceſſiones eccleſiaſticæ ex eo inſtitutæ. nis Baptiſtæ ſequentis, quo decretum ſit ex publico etiam conciuium voto, vt quotannis perenni temporum ſucceſſione, ac tali euentuum die, tamerſi feriato aut plebi operatorio, concluſis ab aurora ad meridiem mercium officinis, haberetur ſolennis per vrbem Proceſſio, & deuota in cœlum ſupplicatio, cum decantatio Miſſæ maioris, ac elegans de ea materia ad populum concio, accitis in vnum cunctis Regularium Eccleſiis, pro fauſta ciuium in poſterum reſtauratione à ſimili vaſtatione & infortunij vindicatione ſeu acclamatione, comite fideli pœnitentia quaſi mulcta de præteritis malè commiſſis meritò vlciſcendis, & poſthac emendandis. Sic habet Chronicon anonymi Eleemoſynarij Epiſcopalis a. Sed forſan opponet aliquis nos iamdudum eandem

a de quo nu. 70. §. 1. fin.

tempeſtaris collapſæ hiſtoriolam altiùs delibaſſe ſub extremo Ioanne quarto dudum Epiſcopo b: ac idcircò vel rem ſemel duntaxat enarrandam videri, aut eiuſmodi duplicationem indicium ferre realis in litera falſitatis. Dicam verò ac moneo. Sanè ex illis verbis iteratis nullum gignitur mendacium, dum inter duas haſce horrendæ grandinis vices temporale ſubeſt interſtitiū quinquaginta quinque annorum omnino. Illam autem renouationē reſtatus eſt ante annos circiter quadraginta Religioſus quidam Doctor eo die Concionator in Æde Cathedrali Deo ſacra ſub inuocatione D. Vincentij, veluti nobis à ſenioribus vrbis renunciatum accepimus, tanquam oculatis auditoribus, dum prędicanti verbum Dei eſſet recens memoria Eleemoſynarij conſcribentis, aut ei adeſſet rarioris nunc libelli præſenſia ac ſecuritas alia. Ergo dira illa tempeſtas verè bis vrbem inuaſit; quod fortiùs Proceſſionis inſtitutionem excitauit: adeóque tutiſſima eſt biceps noſtra inculcatio. Feſtum autem ſanctæ Symphoroſæ, quod ſimplex recitatur in vſu Romano, ideò fortaſsis fit exinde hactenus ſemiduplex in Cathedrali Choro Maticenſi, at ſine proprijs Lectionibus.

Zam deuaſta-tionem bis irrepſiſſe. — b 365.1. — a vulgò Eſchenins. — b Clementina Quia contingit & Conc. Trid. ſeſſ. 22. De Reformat. ... 9 priuilegiis quibus cūque in contrarium ſublatis.

LXI.

IOannes VI. cognomine *Maceti* ſedem iniit ad minus ordiente anno M. CCCC. XXXI. Is ſequenti decennio Eccleſiam Matiſconenſem Parœcialem diui Petri dicabat Kalend. Maij, anno M. CCCC. XLI. Inſuper ille prudens fecit, creauit, conſtituit ac ordinauit Rectorem & adminiſtratorem Hoſpitalis Burgi noui Matiſconenſis, id offerentibus atque præſentibus Scabinis & ciuibus a. Sic habet publicum inſtrumentum ibidem datum pridie Non. Ianuarij, anno M. CCCC. XLVII. Vi cuius Actus Epiſcopi perſeuerarunt ferè in ea iuris poſſeſſione audiendi annuos Hoſpitalis computus vnà cum vocatis ad munus hoc viris Ciuitatis. Formula certè non modò profecta ex generaliori per orbem Chriſtianum reſperſa æquitate ſacrorum Canonum b & acceſſione Regiarum in Galliis Ordinationum c præter allatam Chartulam; verùm etiam quia Gauffredus prædeceſſor Anriſtes extitit vnus ex præcipuis fundatoribus Xenodochij Vrbis inter Matiſconenſes cæteros Præſules, vel ciues. Attamen deperditus videbatur hactenus pię conſuetudinis vſus: donec mox R. Gaſpar Epiſcopus ab anno ſalutis M. DCI. hunc morem conſtanti animo reſtituerit, ipſo Præſide ad rationes Hoſpitalis peraudiendas, vel nobis ſuo Generali Vicario d dum abeſt e. Et ſic deinceps apud poſteros, ex aperta facili ianua. Nihil autem horum San-Iulianus: Sed duntaxat meminit f Ioannis VI. quatenus emerſus ex familia de Treuernay, in Breſſia. Quo in Caſtro ipſe Turrim condiderat, hactenus ferè nuncupatam Arcem Epiſcopalem. Suo æuo peſte Matiſconi ingraueſcente, in Caſtrum Virizeti ſeſe recepit: vbi is obiit ac humatus eſt III. Kalendas Septembris, anno M. CCCC. XLVIII. Hæc ille. Adiicimus nos, quòd & hodie ſupereſt nobilis familia in illa regione eiuſdem ſtirpis atque cognominis, vulgò *de Macet* g, Diœceſis Lugdunenſis.

1431. 1441. 1447. Hoſpitale. Familia. 1448.

c Caroius 9. in Caſtro Fōtis Belleæ an. 1561 art 6. menſe Apr. & Melodun. an. 1510. art. 10. — d Iacobo Seuere. — e valet nunc francos 4000. annuatim — f pa. 291. à S. Cyro. 1. leme de S. Iean des Auantures, alias à Bourg — g ibi hodie nobilis Ioan. de Macet an. 1617 à Moypiclat parrecia. 1 leuē dud. S. Iean de Toſſey.

LXII.

IOannes VII. cognomine *Iuuenis*, creditur factus Epiſcopus primùm Matiſconenſis ex libro Martyrologico eiuſdem Eccleſiæ, in quo renunciatur eius obitus. Verùm non agnoſcitur illic ſediſſe præterquàm anno M. CCCCXLIX. tum quia ſequenti anno legitur Stephanum ſecundum Cathedram occupaſſe, & vlteriùs; tùm maximè quia idem Ioannes ex Epiſcopo virtute ſua creatus eſt ſimul Cardinalis Presbyter S. R. E. ſub Titulo ſancti Laurentij in Lucina angulari loco Romanæ ciuitatis a. Vide Onuphrium & Ciaconium. Deinde tranſlatus eſt ad Epiſcopatum Ambianenſem, tum ad Morinenſem Belgiæ b vel potiùs illico ſtatim profectus vnà cum accepta tunc illa ſacra purpura; veluti cenſent nonnulli: Saltem de ſuis Ambianenſi & Morinenſi cellulis habet Demochares c. Sed quamnam ex duabus aliis tranſlatis Eccleſiis priùs occuparit, quæſtio eſt. Lege noſtros Ambianenſes. Tandem verò, ex præfato Necrologio conſtat eum diem vltimum egiſſe IV. Idus Septembris, anno M. CCCC. LII. non in Epiſcopatu Maticenſi, ſed in Morinenſi & Cardinalatu. Obiter tamen aduertendum diſcrepare Epiſcopatum Maurianenſem in Sabaudia Galliæ togatæ d, & Morinenſem in extrema Gallia Belgica ad Oceanum Britannicum Caleti proximum.

1449. Cardinalat. Galliarum partes.

a Et non ſub tit. S. Praxed. vt cenſet Gazetius. — b Ptolom. li. 2. c. 8. & Comment. Iulij Cæſ. li. 2 c. vulgò Therouenne — c to. 2. c. 16. fuit ibi 91. Epiſc &c. — d S. Iean de Maurienne Archiepiſcopat. Tharentaſienſ.

LXIII.

LXIII. *Paragraphus* 1.

STephanus II. cognomine *Hugonetus*, genere Matiſconeus, hoc propria virtute
emeritus eſt, quòd vrbis ſuæ Præſul canonicè deligeretur. Id geſtum eſt ad mi-
1450. nus anno ſalutis milleſimo CCCCL. quia manifeſtum eſt, illum eo anno tranſ-
egiſſe, quatenus Epiſcopus de Præfectura Epiſcopalis ipſius ditionis ſeu Caſtri
Virizeti. Eſto autem illa ſolaris reuolutio, prima eius Sedis. Hinc pro diutino reliquo ſolio
Septem decreta. I. ſeptem diuerſas hiſtoriarum propagines coràm ſternimus. Prima eſt, quòd idem Stepha-
nus duos nepotes ſuos ad virtutes optimáſque ſcientias euexit. quorum alter Guilelmus
Nepotes Episcopi. maior natu, Cauſidicus primùm Matiſconenſis, tum Conſiliarius Caroli Ducis Burgun-
diæ ad extremum effectus eſt Cancellarius [a] eiuſdem Ducis. Pro fida cuius Principis de- [a] Dominus de Sarlant & d'Eſpoiſſe.
fenſione, quam ipſe ei ſemper reſtituere ſtuduit, dum nollet fauere ſeditiunculis ſubdito-
rum Gandauenſium in Flandria, qui ſe Principe tandem carere aduerterant, vt pote Nan-
ciaci in Lotharingia occiſo, eum ciues tenentem, ſimúlque Dynaſtam Imbercurtum, ca-
pitis damnarunt. Alter verò nepos Stephani Præſulis fuit optimus Philibertus, eius poſt-
ea in Epiſcopatu ſucceſſor. Ille autem Carolus floruit quartus Prouinciæ dux ſummus,
cuius abauus eſſet Philippus audax Dux primus per dotem patris Ioannis Francorum
5. Decr. Regis, & patruus Caroli Sexti. Secunda hiſtoriarum propago circa tempus huiuſce Ste-
phani incidens, eſt eminens miraculum diuinitus immiſſum circa limites Diœceſeos Mati-
1453. ſconenſis. Anno M.CCCC.LIII. nobilis Eques Dynaſta, parœciæ Sauigniaci [b] die certo ad [b] ad 7. bimilliaria Matiſcone diſtantis, ſitæ inter Cluniacū & S. Gégultum vrbes
clamoſam canum venationem per ſyluam cum amicis proficiſcebatur: aduertūt Sciurum [c], [c] Eſcurieu.
currunt in eum: animal velox in primam quam opportunè nanciſcitur arborem perrepſit,
quæritandæ ſalutis gratiâ. Dum canes eò peruenire non valentes latrarent, accedit Dyna-
Miraculū in venatione oſtenſum. ſta: conſpicatur beſtiolam per exiguum foramen ad ſummitatem trunci ingredi conan-
tem: qui aditus ne vix caput eius capere poſſet. Hinc & ipſe Dynaſta aſcenſum nititur:
animalculum tunc mitè nec ampliùs aufugiens ſurripit & ſinit ſaluum abire; quaſi augu-
rans & iudicans ſe ad portum incolumitatis perueniſſe. Dynaſta proſpiciens in foramen,
videt intra arborem inclytæ cuiuſdam imaginis portiunculam & ipſius verſicolores mi-
ratur de artificioſis latentibus picturis in viuo ligno frondoſę arboris ita recognitis: & dum
optat integrum pie contueri iconem; continuò id foramen in longum & latum, admirabi-
liter creuit adeo apertum, donec totum eidem viro ſimulachrum tuberoſum in ligno picto
Imago Virginis Mariæ intra arborē frugiferam reperta. mortuóque prominetet. Nobilis ille oculorum aciem intendit verſus reconditæ eiuſmodi
tabulæ faciem. Ibi depictam integram præclarè imaginem beatiſſimæ Virginis Mariæ ma-
tris Chriſti conſpicit (ô res mira!) etiámque illico obſtupeſcit cum ſociis: qui ſimul omnes
attoniti petebant & noſce inuicem expectabant, quonam pacto ars manuum hominum vi-
deatur in vnicum corpus phyſicum naturale & vita plantæ præditum acceſſiſſe. Coguntur
fateri hoc ſpecimen diuino prorſus penicillo in vmbone deductum eſſe & apparere. Scul-
ptile ſecum religioſè deferunt, ſeſquipedem [d] habens in longitudine. Conſilia reuerenter [d] vn pied & demy de long.
ineunt quid de tam mirando opere eſſent facturi; & vbinam id condignè repoſituri, pe-
renni quodam ſtatu manſurum. Nonnulli aiunt tradendum Dominæ M[illegible], vxori Dy-
naſtæ anonymi, & parœciæ Caſtrique hæredi; inſuper matronæ admodum p[illegible] erga eam
Virginem in cœlis corpore & animo fœliciſſimam, aut quæ idcirco fidelem cuſtodiam tan-
tæ imaginis in Sacello ſui Caſtri promereretur, vbi ipſamet Deum & Sanctos potiſſimùm-
que Deiparam ſæpiſſimè precaretur. Alij ſentiunt eam in parœciali Eccleſia iure optimo
Ibi Eccleſia fundatur. recludendam. At cæteri aptiùs decreuerunt nouam Baſilicam in ſyluæ vmbilico & ſitu ar-
boris, ſub qua latuerât ſacra effigies conſtruendam eſſe ſumptibus amborum nobilium vxo-
ratorum. Quod & gnauiter liberalitérque ab iis perfectum eſt. Tum monitus Antiſtes Ste-
phanus II. cò appellens Sacellum orthodoxè conſecrauit ſub tutela & patrocinio Deiparæ
Virginis, æternis gaudiis perfruentis, nimirum ad perennem eximij euentus memoriam, &
ad Numinis gloriam, vnà cum Miſſæ ſacrificiis ibidem dietim ſæpius ex fundatione obla-
tis & perſolutis ſingulari Chriſti fauore. Dictáque eſt hactenus capella *noſtræ Domina de Gra-
tia*. Ad cuius altare fixa eſt hæc lignea picta imago, ſpeciem vetuſtatis iam hodie præ ſe fe-
rens: at vario ornatu decora; accolarum & vicinarum parœciarum multitudine in feſtis
frequenter conuiſa accurrentibus populis cum ſacris palam inſignijs [e], Clero canente inter [e] *Confalons.*
Conſecratur Deo, nomine Mariæ. publicas Supplicationes [f], & cunctis diuinum auxilium implorandi, ac impetrandi cauſa [f] *Proceſſions.*
feſtinantibus. Hoc hiſtoricon mox prodiit ex obliuionis maceria ad lucem clariſſimam ſtu-
dio & operâ R. Gaſparis Dinet hodie aut nuperrimè Matiſconenſis Epiſcopi LXXV. dum

bis Diœceſim ſuam ſollicitè inuiſit g,& priſcas hiſtoricas huiuſce rei membranas conquiſi-
tas deprehendit h, in Archiuis ſuis conſcriptas ac retentas. Dictio autem Caſtri Sauigniaci g an. 1601. & 1612.
noſtra ætate pertinet ad nobiliſſimum Franciſcum de Mandelot Regium apud Lugdunen- h ſous plus de 100. vers Eraſon.
ſes, Foreſtenſes & Bellijocenſes Præfectum ac Moderatorem elapſo noſtro ſeculo. Deinde
locus in dotem ſuperſtes eſt viduæ ſuæ pientiſſimæ, quæ ſolaris luminis vſurâ Lugduni ad-
9 Decretum. huc in ſenio præclarè potitur & fruitur *, nobis videntibus. Tertia hiſtoria eſt Pontificium * ſaltē ad an. vſque 1620. ordientem.
iſtud priuilegium Monaſterio ſancti Petri Matiſconenſi iteratò conceſſum, velut nonum
9 Priuilegiũ Monaſterij S. Petri Matiſcon. ex vndecim vicibus. *Nicolaus Papa quintus per ſuum itaque Reſcriptum confirmauit omnia In-
dulta, libertates, donationes, excommunicationes, iura, & immunitates per ſuos prædeceſſores Mo-
naſterio præd. olim conceſſa, &c. Octauum huic donum præcedens ineſt Odoni Epiſcopo ſuprà i. i nu. 54 §. 5. init.
Iſte autem Nicolaüs ſedit Romæ ab anno M.CCCC.XLVII. ad annum LV. Adeóque totò
hunc textum ſub Hugoneto retulimus. Notandum verò quòd nonum hoc Priuilegium de-
pingi ſolet duntaxat in tertia loquentis aut referentis aliunde perſona, velut breuiùs exem-
plari; hauſta ſolùm, ſicut octo ſuperiora eidem etiam Templo collata, ex illo veteri, vt
aiunt, pergameno, pelle ad poſtem Baſilicæ extenſa, de quo nos verba fecimus initio com-
promiſſi vndenarij numeri ſuperiùs pro eodem Monaſterio k: alia equidem perſona & val- k n. 19. § 10. n. 8. & n. 41. §. 4. fin &c.
de diſcrepans ab ipſamet ſanciente Pontificia. Hoc obiter monitum volui, quia adſequi-
tur decimum priuilegiorum genus, vbi Papa ſucceſſor articulata ſua voce decernit, ex de-
prehenſo per nos Archetypo.

Paragraphus 2.

IAm ergo quarta chronologica progenies æuo noſtri Antiſtitis Stephani cohærens eſt de-
4. Decretum. cimum Indultum præfato Conuentui attributum, quòd prolixius ſeiunctim adſequitur,
ex integro pene autographo depromptum, idque magni certè momenti, quandoquidem ce-
10. Priuileg. lebrat præclaras vnionis rationes Eccleſiæ parœcialis D. Petri Matiſconenſis intra muros
ciuitatis ore proprio Romani Pontificis factas cum Baſilica Cœnobitica eiuſdem Apoſtoli
extra muros, aut viceuerſa ac reciprocè. *Sixtus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei* (ait ipſemet
Papæ exordium. quartus huiuſce nominis) *dilectis filiis Archidiacono Matiſcon. & Decano beatæ Mariæ Bellyo-*
ci Matiſconenſis Diœceſ. Eccleſiarum ac Officiali Matiſcon ſalutem & Apoſtolic. benedict. Ex in-
iuncto nobis licèt immeritis deſuper Apoſtolicæ ſeruitutis officio, circa Monaſteriorum & aliorum
Religioſorum locorum ſtatum in melius dante Domino proſperandum, curis intendentes aſſiduis, li-
benter illa opportuna prouiſionis impendimus auxilia, &c. Sanè pro parte dilector. filiorum Prioris &
Petitio Canonicorum Regular. *Conuentus Monaſterij ſancti Petri & Pauli extra muros Ciuitatis Matiſconenſ. per Priorem ſoliti gu-*
bernari Ordinis S. Auguſtini, petitio continebat., quòd aliàs anno nondum elapſo, dum vigentibus l 21. ab an. 460
guerris inter chariſſimum Ludouic. l *Regem Francorum illuſtrem, & dilectum filium nobilem virum*
Carolum Ducem Burgundiæ m*, exercitus gentium armatarum Regis territorium ciuitatis prædict. di-* m pater Philippus Dux, auus Ioãnes.
tioni Ducis ſubiectæ hoſtiliter inuaſiſſent, & quàm plura Caſtra illius expugnaſſent, &c. dilecti filij
Et conciuiũ. *Capitaneus & communitas Ciuitatis præd. timentes, quòd ſi gentes regiæ ad ciuitatē ſe conferrent, &*
Monaſterium præd. dudum egregiis ſtructuris fundatum & muris munitum apprehenderent, exin-
de ad expugnandam Ciuitatem magnam commoditat. haberent, &c. ac forſan cum multorum pericu-
lo direptioni ſubiacerent, obuiare cupientes, præfati Monaſterij Eccleſiam & ædificia totaliter ſolo
æquarunt. Propter quod Prior & Canonici præd. per habitationes conſanguineorum & amicorum ſuo-
Monaſteriũ dirutum ob bella. *rum diſperſi, ex tunc iuxta regularia ſtatuta vitam ducere & diuina officia celebrare nec valuiſſent,*
nec potuerunt, neque poſſe ſperant in futurum: cùm quanquam metus ipſe ceſſauerit, nihilominus
Capitaneus & communitas dubitantes, ne ſi Monaſterium in eodem locò reædificaretur, poſſet eis per
periculum imminere, quod reædificetur tolerare nolint, & expenſa reſtaurationis in priſtinum ſta-
tum pro ſexaginta millibus Ducatorum fieri non poſſet: quódque ſi parœcialis Eccleſia ſancti Petri
intra muros Matiſcon. Monaſterio vnita & incorporata perpetuò, reſeruata tertia parte fructuum &
prouentuum eius pro perenni Vicario ibi inſtituendo, iuxta quam Monaſteriũ habet nonnullas domos
Supplicatio alia Conuentus. *& loca ad ipſ. Monaſter. pertinentia* n*, &c. Pro parte Prioris & Conuentus nobis fuit humiliter ſup-* n omiſſa pagina.
plicatum, vt extinctis in Monaſterio extra muros Prioratu, dignitate & ordine prædictis ac diſſolu-
tis, dictam parœcialem Eccleſiam vnione & annexione in Monaſterium ſub dicta inuocatione, quòd
per Priorem regatur, erigere dignaremur, ac iuxta eam in dictis domibus vnam domum pro habita-
tione ipſorum Prioris & Canonicorum cum Refectorio, dormitor. Clauſtro, hortis & aliis neceſſar. con-
ſtrui mandare o*, &c. ita tamē quòd pro moderno Vicar. & Clericis perpetuis beneficiatis* p *dict. Eccleſia* o prætereundo 10 lineas.
Facultates conceſſæ à Pontifice. *nullum in poſterum præiudicium generetur* q*, &c. Nos igitur* (Papa decernit) *qui dudum inter alia* p Titionariis
volumus, quòd petentes beneficia vniri, tenerentur exprimere valorem omnium vtrinque, *alioqui* q etiam 10.
vnio non valeret, de præmiſſis notitiam non habentes, ac redituum verum valor. præſentibus habere
volentes, ſupplicationib. inclinati diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos
vel

vel duo aut vnus veſtrûm, vocatis quorum intereſt, de præmiſſis ac eorum circunſtantiis auctoritate noſtra diligenter informetis. Et ſi per informationem ita eſſe repereritis ſine præiudicio dilectorum filiorum moderni perpet. Vicarij dictæ Eccleſiæ & Clericorum beneficiatorum in eadem ac cuiuſcunque alterius in Monaſterio extra mur. Prioratus dignitatem penitus ſupprîmere, ac vnionem & incorporationem præd. diſſoluere & ſeparare[r]: præfatámque parœcial. Eccleſ. in Monaſterium d. Ordinis ſub d. inuocatione [ſ], & in illo [t] Prioratus dignitatem, ac iuxta ipſam Eccleſ. in præfatis illi propinquis d. Monaſterij extra mur. domibus & locis illis contiguis, vnam domum Canonialem cum Refector. dormitorio, Clauſt. hortis & aliis officinis ad inſtar aliorum Monaſteriorũ d. Ordinis, & in ſolo [u] prædictæ Eccleſ. Monaſterij extr. mu. vnam Capellam ſine cura exigere [x], eidémque ſic erecto poſtmodum Monaſterio omnia bona d. Monaſterij extr. mu. applicare & appropriare, necnon Vicariam prædictã perpetuò annectere, ita quòd cedente vel decedente ipſius Eccleſiæ moderno Vicar. perpetuò liceat Priori & Conuentui dictæ Vicariæ poſſeſſionem auctoritate propria liberè apprehendere, & illius prouentus in ſuos dictíque Monaſterij inibi erecti vſus conuertere ac perpetuò retinere, Diœceſani loci & cuiuſuis alterius licentia ſuper hoc minimè requiſita: quódque literæ Apoſtolicæ etiam Indulgentiar. & aliæ quæcunque Scripturæ, Indulta, Priuileg. exemptiones [y], inſtrumenta & iura Monaſt. extr. mu. conceſſa, &c. in d. Monaſterio ſic poſtmodum erecto locum habeant: Et vnam Miſſam [z] quolib. die perpetuis futur. temporibus in d. Capella celebrari facere, teneantur ſtatuere, &c. Ipſíque Canonici, Almucias [a] de pellibus variorum griſij coloris, temporibus & locis quibus Almuciæ huiuſmodi de aliis etiam pellibus alteriúſque coloris vti ſoliti ſunt, geſtare licitè valeant, indulgere authoritate noſtra curetis, nonobſtantibus voluntate & ordinatione noſtris præd. ac aliis Apoſtolic. conſtitutionibus, iuramento vel confirmatione roboratis, & conſuetudinibus contrariis quibuſc. [b] &c. Prouiſo quòd propter annexion. prædictum Vicaria debitis non fraudetur obſequiis, & animarum cura in d. Eccleſia nullatenus negligatur: ſed illius congruè ſupportentur onera conſueta. Nos enim ex nunc irritum ac inane decernimus, ſecus ſuper his à quoquam quauis authorit. ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Datum Romæ apud S. Petr. anno Incarnat. Dominicæ milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo primo, nono

1471. Kalendas Nouembris, Pontificatus noſtri anno I. Tum in exemplari hoc ſequitur. Copia eſt ad originale proprium, per me Noſereti [c]. En Bulla Papalis eiúſque mandatum ſeu facta commiſſio. Cuius rei fragmentum duntaxat renunciatur in affixa ad poſtem membrana, quam diximus [d] ſub tertia quadam perſona loquente de illa Pontificis ſupremi actione. Vbi certè narratur executio Apoſtolicarum ſuper his literarum, nondum in præmiſſo textu conſpicua, at meritò obiter proponenda. Dominus Sixtus Dei prouidentia Papa IV. &c. (infit locus) Eccleſiam parochialem S. Petri Matiſconenſ. de patronatu prædictorum Prioris & Canonicorum eidem Prioratui & Monaſterio vniri, ac Monaſterium deſcriptum ad dictam parœcialem Eccleſiã transferri certis iudicibus ad hoc ſtatutis per ſuas literas Apoſtolicas mandauit. Quæ literæ (en mox verba exequendi) partibus hinc inde poſtmodum auditis, per Commiſſarium ſeu Iudicem Apoſtolicum executioni demandatæ fuerant, prout latiùs in proceſſu earundem continetur. Deinde à capite ſeu fronte pagellæ, hæc in eundem finem complectitur pellicula ſub tertia perſona continua. Ipſe quidem Dom. Sixtus PP. diuina priuilegia, libertates, exemptiones, Indulta, immunitates, decimas, donationes, iuriſdictiones, ſtatuta & dignitates per ſummos Pontifices olim Monaſterio demolito conceſſit, confirmauit, & confirmando in iſto ſic erecto Monaſt. tranſtulit, &c. Deo gratias. Amẽ. Denique verò, ſeu vndecimo, in eadẽ veteri tabella perhibetur ſeorſum, aut à capite iſta finalis clauſula totius negotij exprimitur circa cenſuras eccleſ. Itẽ Præfatus Iudex Apoſtol. & executor prædictar. literar. Apoſtolicar. (ſcribit ille tertius) excõmunicauit & excõmunicat auctoritate Apoſtol. generaliter omnes & ſingulos cuiuſcunq; dignitatis, gradus vel condition. exiſtat, qui cõtra vnionẽ incorporat. & erectionem præd. Priorem & Canonicos publicè, occultè, directè vel indirectè & quouis quæſito colore aliquod impedimentum auxilium, conſil. fauorem & detrimentum præſtiterint ac præſtent. Abſolutionem verò omnium & ſingulorum, qui præſ. ſuam ſententiam, ſeu eorum aliquid incurrunt quouis modo ſibi vel ſummo Pontif. tantummodo reſeruauit, prout in proceſſu pleniùs. Tum ſubeſt ſibi authorizatio. Extractum à propriis originalibus Indulgentiarum, &c. per nos Girodi, &c. Sic tandem patet hoſtilis euerſio ſuburbani Prioratus. Quod ſacri ædificij excidium iuxta Pontificium Diploma & calculum anno M.CCCC.LXXI. innotuit anno veriùs proximè antecedenti perpetratum ex implicatis textus indiciis; loquentis de ea Baſilica recèns

1476. euerſa, aut velut nuper elapſa. Attamen nonnulli cenſent malum poſteriùs incidiſſe anno LXXIV. Omnes autem vnà prædicant & affirmant, Ducem extinctum ſequenti biennio LXXVI. A quo tempore nobiles Canonici in vrbem recepti ad Eccleſiam priſtini ſui nominis ſeu patroni, in ea perſeuerarunt per aliquot tempora in regulari ſuo veteri habitu & piis Cœnobij moribus retentis. Cauſa verò emerſæ tunc vnionis fuit præcedens paulò Monaſterij deſtructio. Nec vix aliter (niſi hæc neceſſitas coëgiſſet) locus ille extraneus nunquam adunatus fuiſſet interiori ciuium parœciæ, aut Canonici ſe vniendos non petiiſſent.

Para

1\. Vnio parœcialis Eccleſ. intra muros manſc. cum monaſt. ſupprimendo extra muros.

2\. Capella in loco veteris Monaſterij ædificanda.

3\. Priuilegia antiqua extra muros transferenda intra mur.

4\. Miſſæ in Capella.

5\. Almuciæ ſerendæ.

Executio bullæ Pontificiæ.

Excommunicati qui præiudicant vnioni.

Tempus euerſi Monaſterij.

Motiues vnionis ratione.

r ſupple, poſſit.

ſ S. Petri & Pauli.

t monaſt.

u ſitone terre.

x Tamen inde hactenus erecta nõ eſt, ſed eius loco appoſita Crux lapidea, vbi fuerat Altare, me præſẽte, an. 1609. benedicta à R. Gaſpare.

y allatæ n. 39 cit n. 41. §. 1. fin. n. 42. cit. &c.

z priuatam.

a vulgò Aumuſſes, integrat vt nunc Lugdun. nõ breuiatas pro quarta parte, vt mox Pariſiis, Matiſcon. & alibi ſæpè.

b prætermimus lineas 11.

c complectitur 7. folia, præter priora 3. de reſtauratione Monaſterij per Gauslenum Epiſcopum, quæ incipiunt, Poſtquam Dominus: de quib. n. 39. §. 1. ad marg

d §. 1. fin.

Paragraphus 3.

Corollarium Decreti 4.

EX iam promulgatis enaſcitur opportuna ferè occaſio ſubdendi hoc loco tractatulū ad formam appēdicis, de reſtitutis aut recèns acquiſitis fortè ædificiis in præfata parœciali Eccleſia ſancti Petri intra vrbem Maticenſem ſub Carolo ſeptimo Rege Chriſtianiſſimo Ludouici XI. parente. Sic per homonymiam breuiter excurrit Paulus Æmilius Francorum hiſtoricus in vita Caroli, *Nec quicquam Francus* (ſummus ille Princeps) *propinqua cognatione iuncto Duci* (Ioanni Burgundiæ) *denegauit. Primùm omnium memoriæ Ioannis Ducis honores habiti. Conuenit vt quàm proximè fieri poſſet, vbi cæſus Dux Ioannes fuiſſet, ibi Templum Rex ædificaret, Collegiúmque ſacris faciendis inſtitueret. Conſtitueretur præterea vnde ſumptus in cultum Sacerdotum ſuppeditetur* [e]. *Simul augeri Ducis imperium ipſi* (Philippo Ioannis filio :) *legitimæq́; in omne tempus proli Matiſconem Fanúmque Gengonis cum contributis vtrique finibus habenda tradere eo iure, quo Pares beneficiarij Regi deuinciuntur. Prætorem ſuum apud ſe hi duo dominatus Matiſconi habeant, Magiſtratúſque qui de cæteris iura dicant: quarum verò cauſarum conditio móſque id vtique poſtulabit, de his ſtatuat Curia Pariſienſis* [f], *&c.* En duplex genus materiæ circa Matiſconem auſtrale Burgundionum latus. Vnum ſpiritale eſt: alterum merè profanum. Sanè priùs thema cenſetur à fronte concipiendum de præmiſſa Eccleſia D. Petri vrbana, tunc incrementis domiciliorum neceſſarijs ſacro Canonicorum D. Auguſtini Collegio ingredienti aucta atque dotata. Nam congruunt tempora & circunſtantiæ de Matiſconenſi foro in ciuilibus etiam altiùs euecto: vt pote quòd Duces Burgundiæ, eius loci Principes, ob multas quas tota ciuitas intus & extra bellorum iniurias paſſa erat, munera redonare pio vultu optaſſent vtriſque illis accolis, ſcilicet & læſo Clero & attritæ plebi; quia vel ſaltem conſtat aliunde, Philippum Ioannis procreatorem ac præfatum Regis honorarium erga nouum aliquod Templum perſequentem Regularibus eiuſmodi Canonicis domum antea conficiendis ſuis nummis addictam intra muros prope eam D. Petri Ædem contuliſſe, ſimul atque nonnulla impertiuiſſe pro reficiendis hiſce Clericis, donec plura adderentur. Verum proculdubio aliter eam rem geſtam dignoſci fas eſt. Nam quicunque arctam Authoris periodum attentiùs paulò contemplabitur, & legendo conſcendet verſus Carolum ſextum ſeptimi genitorem à Scriba exploratum, deprehendet ſitum vbi creditur occiſus Dux Ioannes extitiſſe vrbem leuiorem ad Senonenſes ſeptentrionalem Burgundiæ plagam. Etenim *qui Delphini Principis regij ſeminis animum circunſtantes poſſidebant, inſtando peruicerunt*(ait) *vt Delphinus Dúxque cum denis omnino comitibus colloquij ſpecie tanquam de pace acturi congrederentur, fide data. Ex compoſito Monte rigolum in pontem flumine* [g] *ſubterlabente vtrinque conuentum eſt. In decem Delphini comitibus delectiſſimus erat Tonaquinas viribus corporis ferociſſimus, à quo cæſus Dux fertur* [h], *&c.* Hoc itaque pacto videtur ſoluta anceps illa quæſtiuncula. Poſterius autem negotium in temporalibus diuerſans, eſt quòd Prætorium Matiſconenſe, antea regium effectum à tempore Regis D. Ludouici Prouinciæ emptoris *, mox tranſlatum cernitur ad Ducum nomen auctoritatémque. Verùm deinceps fori regreſſus patet rurſum deuolutus ad regiam hactenus maieſtatem. Attamen mutato iterum poſtea ſtatu: hodie regia ſancti Gengulphi iuriſdictio ſimplex eſt. A qua Matiſconem Balliuiam fit appellatio: & Matiſcone Lutetiam ex more antiquo Caroli Regis. Pecuniarij verò Regij ærarij rationes Diuionem tanti Ducatus facilè caput ac ſceptro vniti mittuntur reddendæ, & inde Lutetiam ad Regios theſauros. Idémque pertractant vulgares Bernardus de Girard in Francorum Chronico [i], Guilel. Paradinus in Annalibus Burgundiæ [k] & L. Gollutus in Memorijs Burgundionum.

Dotatio in vnione parœciali.

Controuerſia loci docendi circa duas Eccleſias.

Principes vtriuſque Eccleſiæ benefactores.

Matiſconenſes iuriſdictiones.

e dictum ſub an. 1436. &c.

f Æmil. Gallicè Pariſ. 1596. pa. 659. & 614.

g à Monſtereau Fault-yonne: entre à noſtre Dame

* S. Louys, pour aux Chartres, Dyon ſondez par ſon pere 1420.

h 10 Sept. 1419.

i D 46 5.6 f. i du Haillan.

5 3. pa. 925.

P° 643. Lugd. 1566. 699 & 700.

K lib. 2.

Paragraphus 4.

V. Decret.

PRæter allata in Monaſterij & parœciæ commodum, Præſul inſuper Hugonetus æquo animo renouauit, adauxit ac firmauit ſtatuta, mores, officiáque diuina præfatæ Curæ paſtoralis ſimúlque eiuſdem Prioratus Ordinis S. Auguſtini Matiſconenſis, tum quaſi remorantis in ſuburbio, tum velut vrbem ingredientis, ſéque aliò vnientis cum Parœcia. Attamen, etſi diarium huiuſce reformationis tredecim annis præceſſiſſe videatur Cœnobij vaſtationem aut eius cum parœcia vinculum & nexum; nihilominus vnionem iuſſimus anteceſſiſſe, tanquam ab vniuerſaliore dictatore ſummo omnium Pontifice profluentem, & minores normas ſucceſſiſſe, ſicut ab inferiore Anteſignano manantes: cunctæ eodem proximo tempore. Quod ſuffecerit, dum potiorem dignitatis & naturæ ſeriem obſeruauerimus. Atque hoc eſto quintum Decreti genus. En Hugoneti textus in alia ad poſtem dilatata mēbrana vnigenitus. *Stephanus Hugoneti miſerat. diuina Epiſcopus Matiſconenſ. ſingulis has noſtras conſtitutiones inſpect. Salubri Eccleſiarum parochialium nobis commiſſarum regimini pro viribus inſudantes,*

Conſtitutiones Stephani Epiſcopi.

ſudantes, ad ea præſertim noſtræ ſollicitudinis curam extendimus, per quæ Eccleſiarum miniſtri pacis & concordiæ quiete gaudeant, diuiníſque obſequiis laudabiliter inſiſtant. Sanè cùm prætextu cuiuſdam Compoſitionis inter venerab. & clariſſimum Fr. noſtr. M. Antonium de Laye in Decretis Licentiatum, Decanum & Canonicum noſtræ Matiſc. Eccleſ. & Curatum Paræcialis Eccl. S. Pet. Matiſc. necnon Capellanos ſeu Sacerdotes in ipſa Eccl. deſeruientes: & cùm nos non habeamus vllas inter ipſos Curatum & Capellanos diſcordias; & Conſtitutiones prædeceſſor. noſtror. circa ſtatũ d. Eccl. Paræcialis iamdudum editas comperiſſemus, quaſdam quid. negligenter obſeruatas, quaſdã verò viderimus pro temporis varietate innouationem expoſcere. Tamen pro concordia & d. Eccleſiæ ſtatu, necnon vt in ipſa diuinus cultus augeatur: de prædictor. conſilio & conſenſu, ad B. Virginis matris & S. Petri d. Eccl. Patroni laudem Conſtitutiones edidimus inuiolabiliter obſeruandas. Poſt id verò præludium, adſequuntur in membrana viginti ſex articuli, equidem prolixiores; ſed quorum pars & anacephalæoſis eſt eiuſmodi.

Factæ pro Eccleſia parochiali S. Pet. Matiſconẽſi.

Nimirum quòd poſthac retineantur viginti duo Capellani in ea Eccleſia, ex Matiſconenſi vrbe oriundi, in prædeceſſorum defectu aut obitu à Curato & parochianis ciuibus alternis vicibus eligendi vel præſentandi: item quòd Capellani & Curatus eiúſve Vicarij pro tempore Anniuerſaria celebrent, quiſque in turno ſuo, & Curatus duas habeat diſtributionum portiones, tum Clericus deſeruiens vnam & tertiam prætereа alterius portionis partem: quòd Curatus aut alter ſuorum Vicariorum diebus ſingulis interſit Choro horis præcipuis [f] ſub pœna quinque denariorum Turonenſ. niſi infirmitate aliáve iuſtà de cauſa excuſetur: quòd celebrentur tredecim Miſſæ ex pia fideliũ cõſuetudine inſtitutæ in Capella S. Nicetij ſub pœna decem denariorum, tertia parte punctuatori conceſſa: quòd dum officia diuina alta voce celebrantur, nullus in Choro Horas recitare vel ſacramentaliter confiteri audeat; verùm expectet, aut ſi confiteri expediat, ad aliam Capellam Eccleſiæ ſe retrahat: quòd qui dictas pœnas, &c. incurrerit, ſoluere teneatur Receptori intra duos dies, pro quibus à Curato ſeu Vicariis ad hoc requiſitus fuerit; alioqui recuſans *lapſis duob. dieb. ſuſpenſus ſit à diuinis, donec de pœnis ſatisfaciat: ſi tamen ſuſpenſionem per X. dies ſuſtinuerit, excommunicatus denunciabitur.* Item, *ſi aliquem Capellanorum contigerit per annum continuum à Ciuitate abſentare, vel in ipſa à dicta Eccleſia per vnum menſem deſierit inſeruire, niſi infirmitate vel alio rationabili impedimento detentus, in ipſius locum valeat alius iuxta prædict. Conſtitutionem ſubrogari.* Item, *quia difficile eſt ſingulis horis pecuniam diſtribuere, ordinamus paletas plombeas fieri, &c.* Reliqua autem de modis colligendi prouentus præterire cẽſuimus.

[f] Multi Articuli.

[f] in Matutin. Miſſa, Vigil. Veſperis & Completorio.

Qui abſentes excommunicandi.

Ad quorum omnium calcem hæc deinde ſubſtituit Antiſtes. *Prædictas Conſtitutiones per dilectum noſtrum D. Ioannem Noſeret Presbyterum, noſtrum in hac parte Secretarium deputatum ad publicam formam redigi & ſigillari fecimus. Propter quas Ordinationes diſcretos viros Curatum, Ioannem de Flos, Nicolaum Rique, & alios Capellanos comparituros mandauimus die XI. menſis Iunij, anno Dom. milleſimo CCCCLVIII. atque præſentes & poſteros firmitate perpetua obſeruaturos iuſſimus, vt nullam ignorantiæ cauſam prætendere poſſint: præſentib. egregio viro M. Guilelmo Hugoneti* in vtroque iure Licentiato, Conſiliario Regis, & Aduocato in Curia Regia Balliuatus Matiſc. eiuſ Matiſc. &c.* Tum demum verò, hic inde Actus ſternitur. *Succeſſiuè, anno quo ſuprà, die XVIII. Octobr. conuocatis omnib. ferè parochianis Matiſconen. ac ſex Scabinis villæ, comparentib. duntaxat egregiis viris Magiſt. Guilelmo Hugoneti, Philippo Chuffaing, & Henrico de Prato Aduocatis Regis, honorabilib. & prouidis viris Symone Tauelli, Ioanne Montotrier, Ioan. de Rocheta Scabinis d. Ciuitatis Matiſcon. Ioanne Boillardi, Ioan. de Moſtier, Mathelino de Piſe, Anthonio Guichardi, Guilelmo Roſelli Procuratore generali Ciuitatis, ſaniorem parochianor. partem facientib. laudauerunt & approbauerunt Statuta. Promiſerúntque iuramento ſuo, & ſub obligatione bonorum ſuorum omnia rata habere. Præſentibus diſcreto Benedicto Bergerij Notario de S. Saturnino & Petro Conte, &c.* Ac infrà ſeorſum: *Et me Ioan. Noſereti R. DD. Steph. Epiſc. Secret. Apoſt. & Imperiali author. publico Notario, Curiarúmque Officialatus & Præpoſituræ Matiſconenſ. iurato: qui anno, dieb. locis & corã teſtib. nominatis ea omnia ſic fieri vidi, de eiſd. notam ſumpſi, & ſignis meis manualib. expediui. Noſereti.*

1458.

* Is idem eſt qui poſtea fuit Cancellarius ex §. 1. & iii ſeq. § 1. vbi poſteriora erãt priùs narranda.

Ciues vocati & conſentientes.

Has verò leges receperunt quoque ac obſeruarunt Canonici Regulares poſt annos tredecim, ſeu ab anno aboliti Prioratus, in vrbem & eam parochialem Eccleſiam venientes. Atque ſingula pene ibidẽ hactenus ad vſum reduci, licet contueri. Attamen vi vnionis vtriuſque Eccleſiæ breui ſuccedentis, Canonici in corpore ſeu Capitulo titulum Curæ animarum cum decimis ſuſceperunt ſuæ menſæ vnitum. Et loco anterioris Curati, qui fuerat Paſtor in titulum, probum Vicarium ad nutum quidem temporis ſibi aſſumunt, qui ouibus inuigilet: at quem priùs Antiſtiti habent præſentandum, vt ſi idoneus cenſeatur, literis comprobetur; aut ſi incapax, liberè ſummoueatur de communi iure Epiſcopali. Hæc autem quantumuis putentur priuata ſtatuta, nihilominus extraneo lectori proficua ſunt. Etenim præbent ſpecimen aliquod viámque ſternunt paria decretula aliis paſſim in Eccleſiis orbis Chriſtiani dirigendi, & piè longiùs extendendi ac promouendi.

1470. & ſeq.

Paragraphus 5.

Appendix ad IV & V. Decretum.

EOdem paſſu iſtic fusè commemoramus temporalem duorum valde diſparium beneficiorum vnionem in gratiam ſpecialis perſonæ diœceſanæ, quam eodem æuo largitus eſt ſummus Pontifex hac periodo, ad ſolirum quartum & quintum ſuprà Decretum ſub perſimili materia pertinente. *Sixtus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Romanum decet Pontificem illis gratum præſtare aſſenſum, per quæ perſonæ eccleſiaſticæ ſe commodiùs ſuſtentare valeant. Sanè, ſicut accepimus, fructus, reditus & prouentus Canonicatus & Præbendæ ſeu Canonialis portionis Eccleſiæ beatæ Mariæ Bellyoci Matiſconenſ. Diœceſis, quos dilectus filius Claudius Malacherdi ipſius Eccleſiæ Canonicus inter cætera obtinet, adeo tenues & exiles exiſtunt, quòd dict. Claudius ex illis ſe commodè ſuſtentare & onera ſibi incumbentia ſupportare non poteſt. Verùm ſi paræcialis Eccleſia ſancti Dionyſij de Cruſilles Lugdunenſ. Diœceſis eiſdem Canonicatui & præbendæ ſiue Canonialis portioni, quandiu ipſe Claudius illos obtinuerit duntaxat vniretur & incorporaretur, dictus Claudius ſe commodiùs ſuſtentare & onera prædicta faciliùs perferre poſſet. Nos igitur qui dudum inter cætera volumus, quòd ſemper in vnionibus commiſſio fieret ad parteis vocatis quorum intereſt, dictum Clericum ab omnibus & ſingulis excommunicationis, ſuſpenſionis & Interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris & pœnis à iure vel ab homine quauis occaſione vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit ad effectum præſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes & abſolutum fore cenſentes, motu proprio non ad ipſius Claudy vel alterius pro eo nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera liberalitate parochialem Eccleſiam prædictam, cuius viginti quatuor cum omnibus iuribus & pertinentiis eidem Canonicatui & præbendæ ſiue portioni, quorum decem ducatorum auri de Camera ſecundum communem æſtimationem, valorem annuum, fructus ac prouentus, vt etiam accepimus, non excedunt, quandiu dict. Claudius illos obtinuerit, vt præfertur, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium vnimus, annectimus & incorporamus. Ita quòd cedente vel decedente moderno ipſius parochialis Eccleſiæ Rectore, ſeu aliàs illam in quocunque menſe etiam Ordinariis collatoribus per alternatiuas vel aliàs quouis modo conceſſo quomodolibet dimittente liceat eidem Claudio per ſe vel alium ſeu alios corporalem parochialis Eccleſiæ iuriúmque & pertinentiarum poſſeſſionem auctoritate propria libera apprehendere* [g], *& quandiu præfatos Canonicatum & præbendam obtinuerit retinere, illiúſque reditus in ipſos Canonicatus & præbendæ, necnon parochialis Eccleſiæ huiuſmodi vſus & vtilitatem conuertere, Diœceſani loci & cuiuſuis alterius licentiâ ſuper hoc minimè requiſitâ, non obſtantibus aliis Conſtitutionibus Apoſtolicis, gratiis quibuſcunque expectatiuis, illarúmque reualidationibus, ampliationibus, extenſionibus & collationibus, necnon ſpecialibus reſeruationibus, nominationibus & nominandi facultatibus per nos vel Sedem prædict. etiam motu ſimili & ex certa ſcientia, ac cum antelationum prærogatiuis, exceptionibus, Indultis, etiam ad inſtar familiar. noſtrarum circa conceſſas per nos quaſcunque prærogatiuas quibuſc. perſonis, cuiuſcunque dignitatis, ſtatus, vel conditionis fuerint, & ad quorumcunque Regum vel Principum contemplationem vel inſtantiam, & cum quibuſuis clauſulis etiam derogatoriarum derogatoriis, verborúmque expreſſionibus etiam talibus, quòd eis derogari non poſſet, conceſſis & concedendis, necnon aliis vnionibus & incorporationibus de primis beneficiis vacaturis, &c. quarum vigore acceptari non poſſe decernimus ad gratias expectatiuas, reualidationes, &c.* vt ſuprà [h], *& alias vniones illarúmque vim & effectum, quouſque præſentes literæ ſuum plenarium ſortiantur effectum, in quantum præſentibus contrariæ eſſent, vel eis præiudicium poſſent, &c. Prouiſo quod dicta paræcialis Eccleſia propter vnionem & incorporationem huiuſmodi debitis non fraudetur obſequiis, & animarum cura in illis nullatenus negligatur, ſed illius congruè ſupportentur onera conſueta: quódque cedente vel decedente d. Claudio, ſeu aliàs Canonicatum & præbendam prædictos quomodolibet dimittente, vnio & incorporatio prædicta ex tunc diſſoluta ſint, & eſſe cenſeantur, ipſáque parochialis Eccleſ. quam ex tunc vacare decernimus, in priſtinum ſtatum reducatur. Et inſuper ex nunc irritum decernimus ac inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis authoritate, ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo hominum liceat hanc pagin. noſtræ abſolutionis, vnionis, incorporationis, conſtitutionis, derogationis, voluntatis & decreti infringere. Si quis attentauerit, indignationem omnipo. D. &c. ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctum Petrum anno Incarnat. Dominicæ milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo, Nonis Ianuary, Pontificat. noſtri anno I.** Et infrà. *Datum pro copia à ſuo proprio originali ſumpta, per me Notarium, Guilliodi.* Idcirco nos hoc ſacrum vnionis Diploma integrum exſcripſimus, quia licèt ſit priuatæ perſonæ erga priuatas duas Eccleſias, ad tempus vnitas aut vi mandati vniendas: tamen in cortice latet generalis controuerſiæ nodus meritò ſoluendus, ad vniuerſam Eccleſiam facilè pertinens, necdum forte ſatis

diſcet

Pro ſimili vnione vnius parœcialis Eccleſiæ ad vnum Canonicatum Bellijoci.

Ampla indicia grãdis amoris Papæ erga illum Canonicum.

Vnio Beneficiorũ ſeu diſpenſatio ad illios vitam tantùm.

Controuerſiæ ſolutio hinc naſcentis.

[g] ergo PP. ſe dit curã Claudio per gratiã Exp. ctatiuã, antequã vacaret id beneficium.

[h] antelationes extenſ. nominat. i lineas 13. hic omittimus.

* In typo habetur anno IX. ſed fallitur, alioqui annus eſſet 1479. vel 1480.

diſertè expreſſus. Nam mirabitur quis prima fronte, quomodo iuſtè Pontifex Sixtus IV. diſpenſare potuerit aut debuerit cum præfato Claudio Canonico pro allatis duobus beneficiis, quandoquidem talia eccleſiaſtica beneficia de ſe videantur incompatibilia, quæ naturali aut poſitiuo iure Canonico ab vnico & eodem humano indiuiduo poſſideri nequeant; vtpote quia quodque horum reſidentiam perſonalem efflagitet; vnum in Choro, alterum in vigilando circa oues diuina eis dietim miniſtrando: maximè quia illa duo in textu commemorata beneficia ſunt ab inuicem remota & duarum Diœceſeum. Non ſubeſſet verò cauſa admirationis, ſi diſpenſatio verſaretur circa Capellaniam ſeu commiſſionem tantùm Miſſarum in ſeiuncto Altari deſtinatam, quæ non ſit adſtricta reſidentiæ in Choro: quia

Quid ſimplex beneficium.

tale ſimplex beneficium facilè poteſt vniri cum Cura animarum, aut cum tenui Canonicatu, vel diſpenſatio ad vtrunque poſſidendum concedi [k]. At in reliquis beneficiis non ita facilè cadit meritum aut æquitas diſpenſandi, ſeu parta diſpenſatione vtendi. Dicam verò: ſi Pontificia vnquam diſpenſatio iuſta ſit, hæc in textu contenta & ſimilis alia vna eſt ex talibus. Ratio creditur: quia præter tenuitatem prouentuum Canonicatus omni iure in Beneficiorum pluralitate excuſandam apud D. Thomam ac recentiores Syluestrum [l], Dominicum Soto [m], Couarruuiam, Nauarrum [o] & Azorium [p]: inſuper omnes Canonicatus Eccleſiæ Collegialis Bellijocex ſunt beneficia ſimplicia. Propterea tribui canonicè poſſunt ei qui primâ ſolùm tonſurâ Clericali ſit inſignitus ex fundatorum mente, & ſi quæ ſunt talia in aliis Galliarum aut orbis Chriſtiani Eccleſiis, non addicta Diaconatui cæteriſve maioribus Ordinibus.

Quæ pluralitas beneficiorũ excuſat à peccato.

Quod vtique membrum ſpeciale nondum in ſpecies deducunt aut interpretantur, quotquot cæteri hactenus materias beneficiales explanant, dum generaliùs paulò de beneficio ſimplici loquentes, per id non exponunt vtrum concipiant vnicam Capellaniam ſeu Miſſarum Commiſſionem, an etiam Canonicatum ſub prima ſimplici tonſura poſſideri ſolitum: tametſi recentior Milhardus [q] audacter aut arctiùs quàm par ſit, exprimat omnes etiam Canonicatus Collegiales addictos eſſe perſonali reſidentiæ, ac eſſe cum paſtorali animarum Cura incompatibiles, eóque trahat & extendat ancipites veterum Decretorum ſenſus Tridentinúmque Concilium. Ad hæc autem vt proferamus noſtram ſententiam, quoniam ex Philoſopho omne analogum priùs diſtinguendum eſt quàm diffiniendum: aduertimus duo concipi Canonicatuum genera aut incidentia:

Canonicatus Collegialis duplici concepta.

vnum cuius poſſeſſor ſtatim creatus ſimul fruitur omnibus ſuis redditibus, quos in reliqua vita percipiet ex ſtatutis ſuæ Eccleſiæ, velut in Rhemenſi, Pariſienſi, ſancti Petri Matiſconenſi, & aliis pleriſque Eccleſiis: vbi Canonicatus æquales ſunt in fructibus percipiendis. Alterum eſt, cuius poſſeſſor ſolitarium habet titulum ſine vllo ad prouentus colligendos iure, donec ſenioribus pedetentim morientibus is de vniuerſis fructibus Canonici expirantis ſuam cum ſuperſtitibus ſodalibus portionem ex æquo ſibi acquirat, adhuc imparem ſuo ſtatui, ſed aliis obeuntibus in poſterum auctam. Qualis certè mos inæqualitatis viget in Lugdunenſi Archiepiſcopatu & in dependentibus ferè Suffraganeis Epiſcopatibus [r]. Inde, iuxta prius membrum, quo habet illicò Canonicus vnde ad victum honeſtè ſufficiat, admittimus Summiſtarum iudicium verum fore, quòd nimirum Canonicatus ad reſidentiam obligetur, debeátque poſſeſſor illo ad vitam titulo eſſe contentus, ac perinde obnoxius ſit incompatibilitati cum Cura animarum.

Sub altero conceptu Canonicatus eſt compatibilis vnà cum Cura animarũ.

At iuxta poſterius membrum, cùm ex ſtatutis ſuæ Eccleſiæ, nõ Canonici defectu, priuetur ipſe fructibus ad alimenta neceſſariis: ſanè talis Canonicus ſtricto iure non ligatur ad eam reſidentiam, in qua educari non queat, & vbi paucæ quotidianæ reſidentium diſtributiones minimè ſuffecerint. Hinc verò ex conſequenti credi- tur eum virum in victu exilem poſſe Curam interea animarum nanciſci, ſaltem donec ad vbéres fructus in Canonicatu deueniat, quibus ſimul ali poſſit. Itaque ſic non erit incompatibilis titulus paſtoralis, vbi reſideat Sacerdotio inſignitus cum ſuo titulo vero Canonicatus, à quo abſit corpore. Atque ob id primò, quando Syluester ſcribit [s], *habere plura beneficia non curata, quæ de conſuetudine vel ſtatuto reſidentiam non requirunt, non eſt peccatum, nec contra iura*: proculdubio dictum aſſumere etiam licet de duobus Canonicatibus recèns obtentis, quæ nullos adhuc prouentus valent poſſidenti afferre, eo animo vt ſi quandoque reddant ſufficientes, poſſeſſor alterum horum deſeret. Sic videor ſentire. Rurſus ſecundò, quando Sotus, vocat *præſtameram* ſimplex beneficium aut Sacerdotium, & Azor [t] nominat *præſtimonium* aut præſtimonialem portionem, cenſeo eos vno verbo concipere tum ſimplicem allatam Miſſarum commiſſionem, tum etiam titulum ſolius Canonicatus ſine fructibus.

Alios Doctores tacitè in eam mentẽ veniſſe.

Alioqui Authores valde cõfuſo ſenſu loquuti ſunt de ſimplici beneficio, niſi hoc noſtro duplici ſenſu rem conceperint: quã feriè exprimere debuerant, vt nos & lectores hac cõmentariorũ ſollicitudine leuaſſent. Sed, reor, illi Scriptores putarunt omnes Canonicatus fore æquales ſufficientéſque ad victũ: nec intellexerunt haberi Eccleſias aliquas, vbi fructus Canonicatuũ in-

k ſupple, poteſt.

l ver. Beneficium 4.

m li. 3. de iuſtitia q. 6. ar. 3.

o Tom 2. fin. Conciliorũ.

p Inſtit. Mor. li. 2. c 11. & 5. c 17 col. 1. & c 19. col. 4. Lugd. 1603. De Thoma. Quodlibeto 9. q. 15.

q In ſuo Manuali Gall. *La grande guide* De Sacrament pœnit. ca. 70. Lugd. 1612.

r vnde ego mauti annis. 20. Canonicus Bellijoci. ſine vllis fructibus, nec etiam in ſanctè ſtudiorũ, educatus Lutetiæ in Theologia & Philoſophicis, expenſis fratrum meorum ad ſtrictorum, ſed quibus antidorũ debeo, cùm tamen eſſem Diaconatuſque Sacerdos.

s loc. cit. n. 1.

t cap. 17. cit.

æquales ſint, quibus recèns creatus in Canonicum careat, etſi deprehendatur antea ad Sacerdotium promotus ac illis dignus bonis, quia impar iſte modus in nonnullis tantùm Galliæ vigens, remotiſſimus eſt a regionibus inſciorum eorundem authorum. Ergo mox poſitâ ea baſi diſtinctionis Canonicatuum in duos modos, productum imus anacephaleoſim antiquiorum atque recentiorum Eccleſiæ Catholicæ Sanctionum ad moliendam latiùs exceptionem expoſiti nudi Canonicatus ab incompatibilitate cum paſtorali officio, conformi ſenſu ad factum Sixti Pontif. Primo loco, Decretalis *De multa* Innocentij Papæ III. pro-
Prima Decretaliū ad hoc expoſitio. hibet duntaxat *eccleſiaſticas diuerſas dignitates ſeu perſonatus & plures Eccleſ. Parœciales*, velut non compatibiles in vnico ſubiecto homine [u]. At verò ſimplex Canonicatus nunquam eſt dignitas, ſed merum officium. Dignitas autem & perſonatus in Cathedralibus & Collegialibus Baſilicis eſt, quæ præter Canonicatum habet Sedem (vocant Stallum) in Choro & Capitulo ab aliis Canonicis diſtinctam ac eminentiorem cum portionis fructuum incre- u in generali Conc. Later. an. 1215. li. 3. Decr. ti. 5. ca. 28.
2. Expoſit. mento [x] ſupra coætaneos Canonicos. Secundo, Decretalis Gregorij PP. X. in generali Cōcilio Lugdunenſi [y] eidem prorſus pari verborum tono ſonat, nec vel latum vnguem ab Innocentio latiùs diſcedit. Et ſi quæ alia vetera in Decreti corpore latitent huius materiæ, ea omnino ſimilia viſuntur. Eámque ob cauſam dum iſta loca aut id genus plura allegarint D. Thomas atque Sylueſter ante Concilium Tridentinum, nomenclatores eruditi: ſingula nequiuerunt latiùs extendere ad Canonicatus ſimplicis tonſuræ ac officij; vt neque etiam ipſi eiuſmodi Canonicatus hoc fine adnominant. Et tametſi eorum quandoque phraſes diſ- x Iam oſtenſum n. 52 § 2. y 14. an. 1274. li. 1. Tit. 16. in 6. ca. 3.
Pœnæ hic coarctandæ. ſeminent latiores paulò ſenſus præfatis Decretalium textibus in primo ictu oculi, hoc alterius eſt ferè theſeos, ad quam illi incidunt: neque docent circa noſtrum texturæ propoſitum eas Decretales ad ſimplices Canonicatus extendendas: ſed in Decretalibus terminis conſiſtunt. Atque reuera ſic canonicæ incompatibilitatis pœnæ vt aliæ in omni facto pœnali ſemper ſunt reſtringendæ ad literam vſque, in quibus non liceat ab ea diuagari, Capite
3 Expoſit. *Odia* 15. De regulis iuris. Tertio & vltimo loco ad Tridentinos Patres deſcendamus. Quatuor huiuſce rei Capita promouet id Concilium ad propoſitum. Imprimis, Seſſio VII. [z] non niſi *plures Metropolitanas ſeu Cathedrales Eccleſias contra ſacrorum Canonum decreta* vetat in vno aut ab vnico homine poſſidendas, quas talis *infra annum dimittere teneatur*, aut aliter: vel vt in quibus præcipui abuſus conſiſterent: nec meminit exiguorum beneficiorum ſimplicis tonſuræ, tāquam minimorum, ſicut horum recordari oportuiſſet, vt in ea pœnalitate com- z de Reform. ca. 2. Nota.
Sub Concilio Tridentino prehenderentur. In ſecundo articulo vult tantùm ea Synodus paulò infrà [a], quòd *qui plura Curata aut aliàs incompatibilia beneficia per viam vnionis ad vitam aut alio titulo contra formam Canonum, præſertim Innocentij III. DE MVLTA retinere præſumpſerit, beneficiis ipſis priuatus exiſtat*. Et deinde: *Ordinarij quoſcunque plura Curata aut aliàs incompatibilia beneficia obtinentes, diſpenſationes ſuas exhibere compellant, iuxta Conſtitutionem Gregorij X. in Concil. Lugdun. quæ incipit ORDINARII, quam ſancta Synodus innouat*. En moderni iſti Patres in eo prudenter diſertéque recurrunt ad duas à nobis iam præmiſſas veteres Decretales, quæ contentæ majoribus beneficiatis reprimendis, quaſi ſcandalo obnoxiis, ſinunt minores ſæpe impeditos in habendis vitæ neceſſariis: neque denuo latiùs in pœnis ſeſe extendit Congregatio. In tertio Capitum ordine ibidem, Concilium *ſola beneficia curata Cathedralibus aut Collegiatis Eccleſiis ſeu Monaſteriis aliiſve beneficiis perpetuò vnita* recenſet [b] eáque approbat. Duntaxat *ab Ordinariis locorum* præcipit viſitanda. Ecce vniformis planè doctrina cum facto Sixti V. ſuprà vnientis. Quæ Bulla etſi in poſito egeſtatis caſu non fuiſſet aut eſſet hodie neceſſariò expetenda; tamen pro tutiore ſynthereſeos ſtatu componendo, hanc Claudius Malacherdi ſapienter conſequi peroptauit, ſalubriorem viam conſilij eccle- a ca. 4. & 5. Seſſ. cit. an. 1547 die 3. Martij. b ca. 7. Seſſionis.
Quadruplex textus eiuſdē Concilij. ſiaſtici ſectatus. In quarto Capitulorum genere, Concilium Seſſione vigeſimaquarta [c], ita ſancit. *Quoniam multi plura ſimul beneficia obtinere non erubeſcunt, ſancta Synodus præſenti decreto mandat obſeruari & ſtatuit, vt in poſterum vnum tantùm beneficium ſingulis conferatur: quod ſi ad vitam honeſtè ſuſtentandam non ſufficiat, liceat aliud ſimplex ſufficiens eidem conferri, dummodo perſonalem reſidentiam non requirat*. Hæc circunſtantia in poſito noſtrò themate reperitur. Nam Canonicatus ſimplicis tonſuræ ſuperadditur Curæ animarum in Claudio, vel è diametro Cura Canonicatui. Vbi equidem ſolus vterque prouentus fuit capax fouendi vtcunque miniſtrum, at neuter ſeorſum. Quibus deductis, ſequens Capitis periodus hoc deinceps adiicit & complectitur: ſcilicet: *Qui verò in præſenti plures parochiales Eccleſias, aut vnam Cathedra-* c de Refor. ca. 17. die 11. Nou. 1563.
Quartus textus Cōcilij. *lem & aliam parochialem obtinent, cogantur vnâ retentâ aliam infra ſex menſes dimittere, diſpenſationibus aut vnionibus non obſtantibus*. Iſtic ſanè vniones arcet Concilium ampliùs non celebrandas, quæ antiquitus in vſu fuerant, ex quibus eſt illa Sixti quarti. Veruntamen Synodus non eò vſque deſcendit ad vetandum ſimplex beneficium

neficium exigui Canonicatus Collegialis, ritè habendum cum animarum Cura, vt patuit in ſuperiori eius periodo. Sed prohibet dignitates Eccleſiarum Cathedralium, aut pingues Canonicatus, quos intellexit nomine *vnius Eccleſiæ Cathedralis*, minimè retinendos cum Cura. Adeóque noſtram tacitè concipit vſu terendam diſtinctionem inter diuitem præbendam canonialem, & pauperem ac tenuem, ex ritu allato. De qua tenui tãquam ob id non adſtricta ad reſidentiam, nec impediente aliam causâ incompatibilitatis, loqui ſubmiſsè videtur Syluester, & ferè illo tempore ſufficienter. Nam poſtquam ſcripſit: *Nullus poteſt habere plures præbendas*: ſubdit, *quando ſunt completæ, non diminutæ*. Vbi certè vox *diminutæ*, capit præbendam ſeu Canonicatum ad ſimplicem tonſuram, qui ſit diminutus ſeu leuioris reditus, perindéque compatibilis alteri beneficio, aduersùs completam ſeu pinguem. Ex his facilè concluditur Milhardum generaliùs æquo loquutum de Canonicatibus Collegiatis vno verbo incõpatibilibus alteri beneficio, hoc eſt, confusè opinatur de cunctis abſque minorum exceptione in leui portione. Fortè quia in ſua Auxitana prouinciâ omnes Canonicatus æquales in dote viſuntur, nec Lugdunenſis prouinciæ morem habuit ſibi notum. Ea autem in re is minùs ritè citat[d] præfatas Decretales ac recentiorem Synodum œcumenicam, quia exponimus ſuprà illos textus non eò vſque indiſcreto iudicio deuenire. Ac iterum ipſe Summiſta ad Collegiorum theſim perperam notat[e] Rebuffum[f] ac Præfationẽ Extrauagantium communium: quia illic nihil omnino de illo themate legi deprehenſum. Cæterùm in tali caſu vel non vrget Papalis diſpenſatio, ſed liberum eſt cuique, vel ſufficit Epiſcopalis. Etenim, quòd nullâ ſit opus diſpenſatiunculâ, docet Syluester[g], *quando Eccleſiæ ita ſunt tenues* (inquit) *quòd neutra ſufficeret ad ſuſtentationem*, *Cauſa X. quæſt. 3. Vnio. De religioſis domib. Quia Monaſterium*[h]. Et quòd ad ſummum deceat Epiſcopum diſpenſare, teſtatur idem Author apertis hiſce verbis: *Dico quòd in pluribus ſimplicibus beneficiis, item in vno Curato & alio ſimplici diſpenſare poteſt Epiſcopus in diuerſis Eccleſiis, & in vna, ſi ſunt ſimplicia*[i], *ſecundum Gloſſ. Cap. Literas, de conceſſ. præb.*[k] *Quod Ioan. Andr. verum dicit, ſi ſunt difformia: & Fede. Conſ. CXV. tenet, quòd poteſt diſpenſare, vt quis in eadem Eccleſia habeat Canonicatum & Altare ſeu beneficium alicuius Capellæ. Et id ſequitur Panorm. in d. Cap. Literas.* Talia ille. Poſteàque ſimili modo affirmat hoc Azor. *Fieri conſuetudine poteſt* (ait[l]) *vt Epiſcopus totò ius ipſum, ex cauſa iuſta relaxet & vni det plura beneficia ſimplicia.* Atque hæc ſatis pro Appendice ad duos ſuperiores Paragraphos de beneficialibus vnionibus. Quas, etiámque illam Canonici Bellijocenſis, vidit Stephanus II. Maticenſis Antiſtes eo tempore florens. Sic materiam hanc ſimplicium beneficiorum exactiùs limpidiúſque ex opportuniore mox data occaſione digeſſimus, quàm antea viſa ſit, velut conciuniorem, & in hodierno rerum Eccleſiæ vniuerſæ ſtatu digniſſimam, quæ apertiùs paulò explicaretur. Quam omnem doctrinam in moribus ſi quis fortaſſe nouam putabit, eam veterem quidem appellabo ſuapte natura, ſed hactenus in generalioribus Doctorum ſcribentium corticibus latitantem, nunc verò è cimmeriis tenebris meritò excitandam & latiùs declarandam. Non ſecus ac plures Articulos de fide orthodoxa fecit ſerò Eccleſia in Synodis œcumenicis explicitos aduersùs emergentes paulatim hæreticos, qui tamen Articuli fuerant ab inſtituto confeſtim Euangelio impliciti, ac in ſeipſis veriſſimi, at ignoti populo, nec dum cuncti citò promulgati fidelibus, ex non facta primùm denunciandi neceſſitate[m]: quia certè non eſt Pontificis ſummi in Concilio, ſed Dei ſolius, nouos omnino de fide Articulos condere; qui poſtea conſcientias ad credendum omnes adſtringant, publicante tantùm Eccleſia. Pariter autem in præſenti dogmate enarramus circa beneficiorum rationes, aut qualitates ſimplicium. Quam denium noſtram interpretationem ac totum Opus nos ſyncero Catholicæ, Apoſtolicæ atque Romanæ Eccleſiæ iudicio & calculo deuota animi propenſione ſummittimus: maximè quia dum vocales nonnulli Doctores in claſſe ſentiunt nobiſcum; alij tamen opinantur Concilium Tridentinum generali periodo videri aduersùs noſtram ſententiam loquutum, dum vniuerſim vetat, ne quis Curata aut aliàs incompatibilia beneficia poſſideat, velut tenuem Canonicatum etiam complectens.

Omnes textus & Authores pro ea compatibilitate.

Recentior Milhardus alter.

Præſens doctrina non noua.

Articuli de fide nuper promulgati non noui.

d ad marginẽ pa. 508
e ad eã marg.
f in Tract. de Nominationib. q. 16. nu. 13.
g cit. n. 4. & 5.
h li. 3. Decret. tit. 36. In illis tamen textib. non lego depoſitam ... ſed popoſ ... tatio.
i loc cit. §. 11.
k lib. 3. Decret. tit. 8. c. 7.
l ... 19. ...
m ve quòd in Chriſto ſunt duæ voluntates, alibi per nos dictum. in Antimartyrologio li. 1 ca. 7. Articulis 160.

Paragraphus 6.

6. Decretum.

SExta euentuum ſpecies ſub ætate Stephani II. Epiſcopi conſpicuorum in ſua Diœceſi, eſt de Concilio nationali Aureliis acciro, ad quem cœtum vocatus eſt Clerus Eccleſiæ Collegialis Bellijoceæ, hoc pacto illuc proficiſcentis. *Nos Capitulum Eccleſiæ Collegiatæ beatæ Mariæ Bellijoci, notum facimus vniuerſis tenorem huius inſtrumenti inſpecturis: quòd hodie Datæ præſentium nos debitè congregati in Capit. noſtro, plenè confidentes de ſcientiis & virtutibus dilector. noſtror. MM. Petri Meſlier, Karoli de Brie, & Felicis de Vercheriis Iuriſperitorum & Canonicorum dict. noſtr. Eccleſiæ facimus, creamus & harum ſerie conſtituimus noſtros Procuratores irreuocabi-*

les & Nuncios ſpeciales dictos M. P. Meſlier, K. de Brie, & Fel. de Vercher. fidos noſtros & noſtra Eccleſia Canonicos, licèt abſentes tanquam præſentes, &c. ad ſe repræſentandum & comparendum nomine noſtro in venerabili & egregia Congregatione ſancta Matris Eccleſiæ in ciuitate Aurelianenſi ad præſens exiſtente pro commodo & vtilitate, Deo auxiliante, totius Eccleſiæ Regni Franciæ, coram illuſtriſsimis & excellentibus Dominis in eadem Congregatione præſidentibus, & ibidem quoſcunque Actus & declarationes neceſſarias & opportunas pro nobis & nomine noſtro faciẽdum, omniáque promouendum, quæ nos facere poſſemus, ſi præſentes eſſemus, &c. damus procuratoribus dic. & cuilibet ipſorum in ſolidum, plenum poſſe & mandatum. Ideo bona fide noſtra iuramus, &c. habere gratum & firmum quicquid circa præmiſſa geſtum fuerit, &c. Actum in d. Capit. die Mercurij XXI. menſis Octobris, anno milleſimo quatercenteſimo ſeptuageſimo octauo: præſentibus diſcretis viris

Clerus Bellijocenſ. deputat ad Cõgregationẽ Aurelianenſ.

1478. *D. Guilelmo Paſchali o & Claudio Carrige Presb. Chorialib. d. Eccl. teſtibus ad hæc vocatis, &c. Sign. Bajoti Secretar.* [p] Huiuſce textus & miſſionis occaſione, interpretationis ac intelligentiæ gratiâ, nobis tria meritò reuoluenda ſunt, quæ rem trahunt ex priuata mittente Eccleſia ad communem Reipublicæ ſeu Regni Franciæ ſtatum recognoſcendum. Imprimis Genebrardus, qui in Chronologia ſolet omnia Eccleſiæ Concilia recenſere, hoc eſt, Prouincialia præter œcumenica, huius tamen coitionis non meminit, nec vllus Author ſacrorum, imò neque profani Gallici ſcriptores Annalium Francorum. Sed bene talem cœtum commemorant duo Authores Latini. Prior eſt Robertus Gaguinus ſub Ludouico XI. Rege, libro cui titulus eſt, *Rerum Gallicarum Annales* q. *Redeunte à Picardis Ludouico* (ait) *non differt Concilium Aurelianis habere. Vbi eius loco Bellijoci Dominus præſedit, conſidentibus plurimis maiorum Eccleſiarum Sacerdotibus atque Studiorum, generalium inſigniúmque Ciuitatum Legatis. Enimuerò de Pragmatica Sanctione, de qua variæ ſententiæ ferebantur, déque Eccleſiarũ annatis, quarum gratiâ ingens è regno Francorum pecunia Romam quotannis exportabatur, inquirere cupiebat; adhibita moderatione, ne tantum nummorum Romana Curia ſine rei Chriſtianæ commodo exigeret. Ad eam rem aduerſùs Romanorum ambitionem Ludouicus ſublimi ingenio & doctrina viros apud ſe (conſtituto illis ſtipendio) alebat. Inter quos Martinus cognomento Magiſtri, Theologus Doctor fuit, literaturâ celebris, qui de quatuor virtutibus (quas vocant Cardinales) laudatiſsimum ſcholaſticis Volumen ſcripſit* q, *non multò poſt morte abſumptus* r. *Sed mox cœpto pœnitens, Ludouicus Aureliam cùm veniſſet, coitionem diſſoluit, dicens ſe eandem poſtea Lugduni habiturum.* Poſterior ætate autographus eſt Paulus Æmilius Tomo *De rebus geſtis Francorum* ſ, his verbis. *Simul ad verecundiam terroremve Pontificis* t *Concilium Francorum Patrum Aureliani habuit de Pragmatica Sanctione reſtituenda* (Ludouicus Rex) *tollendáque conſuetudine auri ob Romana diplomata ex Francia exportandi. Ibi huius rei exitus nullus: tantum decretum, vt in ſequenti anno Lugdunum coiretur.* Quæ poſtea coitio Lugdunenſis, inita non legitur. Subinde autem Gaguinus aliò diuertens ſubiunxit: *Per eos dies anno ſalutis* MCCCCLXXVIII. *machina ingens Turoni conſtata, &c.* Adeóque ipſe valdè concors deprehenditur u in anno Aurelianenſis cœtus conſtituendo, vnà cum inſtrumento Legationis Eccleſiæ Bellijocenſis, equidem factæ (reor) cum aſſenſu Diœceſani Epiſcopi Matiſconenſis. Pro præſentis verò inſtituti captu, marctiam Pragmaticæ Sanctionis paucis delineaturi, quæ Synodo Aurelianenſi cauſam dedit: ſciendum quòd à multis ſeculis, hoc eſt, ferè ab Hugone, Roberto & Henrico primo Francorum Regibus, mos pedetentim inoleuit, vt cupidi beneficiorum eccleſiaſticorum in Gallia, ambientes præuenire vitales deceſſus prouiſorum, tum in minoribus, tum in pinguioribus beneficiis, hi ſe præmunire geſtiebant de prouiſione eorundem. Ob id aucupabantur Cardinaliũ amicitias: illis domeſticos eſſe profitebantur, & in Curia Romana conſequebantur gratias Expectatiuas tunc introductas ſuper expetitis viuentium beneficiis, vt deinde poſſeſſore moriente, ad inſtans celebraretur miſſio in poſſeſſionem per Notarios. Sicque tales homines à longè tutabantur, & ſecuri fiebant de tandiu peroptato, & nondum vacante beneficio. Obtinebantur autem Placita, ſi modò primùm numerarent Romæ tantam pecuniarum ſummam, quanti valebat beneficium in anno & ſuprà, nec aliter. Et mos ille percrebuerat ſub omni beneficiorum genere, hoc eſt, à Capellaniis, Præbendis & Canonicatibus, per Decanatús & Prioratus aſcendendo ad Abbatias & Epiſcopatus. Itaque nummi penè omnes ad Romanam Curiam dircſcentem vehebantur è regno, Gallia auro exhauſta. Sublatus antea fuerat ille mos opera Sanctionis Pragmaticæ in œcumenico Baſileenſi Concilio initæ x, & Biturigibus finitæ, anno M. CCCC. XXXVIII. atque tunc à Carolo Rege ſeptimo y probatæ z, aduerſùs Annatas beneficiorum damnatas, Pragmaticis Romanis id ægerrimè ferentibus. Nimirum per eam Sanctionem renouabantur beneficiales electiones in Capitulis Cathedralibus exercitæ, necnon coram Ordinariis per Gallias, iuxta primæuam Eccleſiæ formam ſub Regibus primæ a & ſecundæ ſobolis b diu ante Hugonem c Regem ad milleſimum vſque ſeculum. Quibus temporibus Romam idcirco nullus prodibat. Nam relictis minoribus beneficiis in

Triplex miſſionis explanatio.

Doo alii Authores de illo Concilio.

Illic tractatũ de Pragmatica Sanctione reſtituenda.

Annatæ in vſu ante Pragmaticã reformatricem.

o is poſtea Canonic cõſtruxit ibi & auxit fundationem Capellæ SS. Margaritæ, Apolloniæ & Agathæ Virginum.
p ia Pergameno cum ſigillo Capit.
q Francofurt. 1577. p. 278. li 10. c. 17.
q & duos alios Cõrad. Geſner. in Bibliother.
r quinquagenarius
ſ Lugd 1550. fol. 161.
t Sixtu IV.
u c. 29.
x an. 1431.
y patre Ludou XI.
z 7 Non. Iul.
a Merouingorum.
b Carolouingiorum.
c origo ſobolis 3 Capetingiorum.

Ordina

Ordinariorum locorum manibus, Capitulares Præſulum electiones à Prouinciæ Archiepiſcopo confirmari ſolebant, ſine vlteriore progreſſu. Hinc Romani Pontifices poſt conditam eam Pragmaticam vrgebant ſummos noſtros Principes, vt illam de medio tollerent, tanquam in ſeditione erectam, & Baſileæ emerſam tempore ſchiſmatis Eccleſiæ. De his Pius Papa ſecundus ad Ludouicum vndecimum ſcripſit: Rex ſe obtemperaturum & Pragmaticam abrogaturum pollicebatur, miſſis Legatis & literis datis anno M.CCCCLXI [d]. Qui niſus tantam dilationem paſſus eſt, vt ſeptemdecim pòſt annis Rex præfatum Aurelis Concilium proinde habuerit, re iterum infecta. Quo in ambiguo ſtatu obiit ipſe Monarcha anno milleſimo quadringenteſimo octuageſimo tertio, poſtquàm Senatus Pariſienſis eò adduci haud potuerit, vt lex Pragmatica aboliretur. Tandem verò medium quoddam iter hunc tumultum ſuſtulit, & pacem ſecularem attulit. Nempe anno M. D. XVI. Leo Papa X. & Rex Franciſcus I. ſuper illo negorio Concordata mutuò celebrarunt, & Pragmaticam perinde tunc obſoletam ſubſtituerunt. Quibus ſancitum eſt Pontificem nullas Annatas de minoribus beneficiis accepturum à Capellanis, Curatis & Canonicis ad Decanatus & Prioratus vſque: verùm ſe illo iure fruiturum in Abbatiis & Epiſcopatibus, à Rege tamen nominandis. Atque hic modus hactenus retentus hodie vſu teritur. Iam ſecunda interpretationum ſpecies pro textu Bellijocenſi cõpromiſſa, eſt ea qua petitur vtrum illa Congregatio ſit verè Concilium Prouinciale eccleſiaſticum, necne. Quòd fuerit eccleſiaſticum, & non Comitia Regni: comprobari videtur tum ex eo quòd ſuffragantes ibidem erant Epiſcopi & alij Sacerdotes, Clerici Franciæ eò vocati, non autem Dynaſtæ laici triũ Regni Statuum, ex vi textus Capituli Bellijocenſis & Gaguini tum etiã quia ſubiecta rei materia fuerat de Annatis ab Eccleſiæ Pontifice prætenſis. Verùm certè, quòd e diametro illa virorum corona habebatur ſolùm regia atque ciuilis, demonſtratur primò, quia Petrus Dominus Bellijoci ex Borboniorum familia, filius Caroli Ducis V. Borbonij, & poſt fratrem Ioannem factus Dux ſeptimus breui poſt cœtum Aurelianum, præerat illi congregationi, Princeps laïcus, cuius loco anteïre debuiſſet aliquis Archiepiſcopus, potiſſimùm Lugdunenſis, de cuius Primatu eſt Aurelia: & de quo duce Petro nos in Archiflamine XCIV. Lugduneo [g]. Erâtque mixta illa cõcio tum ex Prælatis, tum ex nobilibus laicis cunctis ſuffragantibus, aliiſve è Clero. Secundò, quia materia Annatarum ibidem controuerſa non fuerat de re eccleſiaſtica, ſed de pecuniaria omnino profana, magis tendente aduersùs ſola ſummi Poutif. tẽporalia. Attamẽ debuit etiam ibi Clerus adeſſe, dũ ageretur de re ſua, quia eiuſmodi Annatæ vergunt in Eccleſiatũ detrimentũ. Tertiò deniq; eò quod cohors illa ſub præcepto Regis non Primatis aut Rom. Ponti. facta eſt. Quòd ſi opponantur etiã priſca Eccleſiæ Concilia prouincialia, quatenus in Galliis cogebantur à Regibus, & tamẽ non deſiiſſe vocari eccleſiaſtica, teſte Gontranno Burgundiæ Rege, iniungente, vt celebrarentur Concilia ſingulis quinquenniis, quales ipſemet ordinabat Cabiloni & Mariſconi ac alibi [h]. Reſpondemus ea Reges quondam mandaſſe teneri, vt manum fortem præbentes circa temporalia ibi præeſſent ſoli Archiepiſcopi prouinciæ, & vt tractarent de rebus Cleri reformationem redolentibus, déque fide aduersùs emergentes plerunque hoſtes ac hæreſes, non de politicis, ſceptríque negotiis, & vt res tandẽ à ſummo Pontifice probaretur. Mox ad extremum, tertia generalis expoſitio inſtrumenti eſt, quòd ex illo facto Capituli Bellijocenſis concluditur, morem tunc extitiſſe, quòd non ſolùm Epiſcopi, ſed etiam Eccleſiæ Collegiales eiuſdem Diœcẽſeos ſolebant ad Concilia aut Comitia ſuis expenſis mittere. Hodie verò Collegiatæ vocantur ſolùm ad Concilium Epiſcopale, vt ibi eligant vnicum Diœceſanum cum ſocio, qui ad publicam ſtationem pro ſua Diœceſi compareat, ne fruſtrà in regione & Clero multiplicentur expenſæ. De cætero, eodem æuo [i] Carolus Dux Burgundiæ mandabat Baliuo Mariſconenſi, aliiſque ſuæ ditionis Iudicibus, quòd Ludouicus Caprarij ſcutifer multùm ſenex obtuliſſet ſibi Principi duos milites armatos ob duplicem feudum [k] ſibi Carolo ab eo debitum, quódque propterea Baliui leuent manum Principis & quæuis alia impedimenta [l].

Concordata ſuccedentia ſuſtuliſſe Pragmaticã.

II. explanatio miſſionis Eccleſiæ Bellijocenſis.

Ea Congregatio nõ merè eccleſiaſtica.

III. explanatio.

Caprarius.

d Turoni ſub mag ſigillo 27. Nouemb.

g ſ. 3 gener.

h hic nu 6. & in Lugdunẽſ.

i die 25. Aug. 1476.

k *fief & arriere-fief.*

l quo an. Carolus occiſus eſt Nanciaci in Lotharingia.

Paragraphus 7.

VII. Decretũ.

1478.

Noui Canonici Bellijoci.

STephani Præſulis obitum enarraturi, præuenîmus per ea quæ hîc ſuperſunt nuntianda pro ſeptima poſtremáque vniuerſali materia: nempe quæ anno ſuperioris Paragraphi milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo octauo geſta viſuntur in Collegiali Eccleſia Bellijocenſi cum illuſtriſſima D. Ioanna Franciæ, filia Regis Caroli ſeptimi ſorore Ludouici vndecimi, Duciſſa Aruerniæ, Borbonienſis, & Domina Bellijoci. Illa Princeps die quinta Iunij ſcripſit [m] ad Capitulum ſeu Decanum & Canonicos Eccleſiæ Bellijoceæ, gratias illis agens, quòd ad eius preces & fauorẽ in Canonicum recepiſſent Mag. Thom. Gou-

m ex viſo ſigno Ioannæ

tar

tardum, Secretarium ſuum. Et quia continuum opus haberet ipſo in amplo ſuo comitatu: idcirco obtulit Capitulo ac miſit Andream Gontardum Thomæ nepotem, Magiſtrum in Artibus Academiæ Pariſienſis, ſumptibus Duchiſſæ Mecœnatis ad ſtudia euectum [o]. Quibus nutibus annuens Capitulum, adoleſcentem optimæ ſpei lubens ſuſcepit. Sic Capitulum frequenter importunis Magnatum votis aut iuſſis premebatur. Quòd cùm facilè non auderet Principibus præſertim patriæ deſideria auertere, cogebatur oblatos in ſuum aggregare ſinum, quotquot viros ipſi prouentus alere poterant. Adeóque nullus tunc iis aderat certus ac fixus Canonicorum numerus. Interea, ſub finem anni præfati Stephanus II. vniuerſæ carnis maſſam ingreſſus eſt, die quidem incerto: verùm de anno neceſſe eſt conſtet, aut à nobis ita inferatur & concludatur, ex comperta ſuccedentis inauguratione anno ſequenti, quem viſuri itis. Fundauit autem Capellam ſanctæ Annæ in Cathedrali. Cæterùm, de Stephano huiuſce nominis primo, Maticenſi Epiſcopo, nos dudum Numero XLIII. verba fecimus.

Obitus Stephani.

o conſtruxit in Caſtro ſeu Clauſtro domū pro vno Præbendato Capellæ S. Dionyſij a ſe conditæ & fundatæ in Collegiali.

LXIV. *Paragraphus* I.

Philiberti Cardinalatus.

PHilibertus Hugonetus agnoſcitur Stephani ſecundi nepos, ſuo tempore clarus ac eruditus: quem Nomenclator efficit Cancellarij Burgundiæ fratrem. Is creditur ad Matiſconeum Preſulatum ſubuectus anno ordiente milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo nono. Hoc inducitur ex Epiſtola Iacobi Picolomei, aliis Picolomini, familiâ Senenſis, Cardinalis Papienſis [a], ad eum exarata die octaua Auguſti, anno eodē [b], velut iam

1479. Antiſtitem, & cōſampliùs Cardinalem S. R. E. Ad quam ſacram purpuram vnà cum Epiſcopatu Matiſconenſi euectus eſt idē Philibertus, partim ſua virtute & meritis, partimque felicibus auſpicijs & fauore Guilelmi Hugoneti fratris ſui natu maioris, effecti Cancellarij magni Ducis Burgundiæ ex Aduocato Matiſconenſi, qualem anteafuiſſe vidimus ſub anno milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo octauo [c]. Huius verò Philiberti meminêre duo Acta publica Diœceſana Manuſcripta noſtro ſtudio conquiſita, atque iſtic iure promulganda. Prius quidem ſub anno præfato his elementis poſtmodum explicandis.

a tit. fortè S. Euſtachij poſt fratrem Franciſcum. Ciaconius pa. 656.

b ex ceſſiMediola. t 321.

c ou 63. §. 1. & 3. fin.

Prior Actus publicus ſuper eo.

Nouerint vniuerſi, quod anno Domini milleſimo quatercenteſimo ſeptuageſimo nono, die Mercury XXII. menſis Decembris in Notary & teſtium ſubſcriptorum præſentia exiſtentibus in Caſtro Tiſiaci & domo habitationis diſcreti viri D. Humberti Tricaudi Presbyt. Curati Demolinet & Eſcochiarum, Reuerendo in Chriſto Patre & D. Guidone miſeratione diuina Epiſcopo Troyanenſi, vicegerente in hac parte Reuerendiſſimi etiam in Chriſto Patris & D. Philiberti eadem miſeratione diuina Tit. SS. Ioannis & Pauli ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbyteri Cardinalis & Epiſcopi Matiſconenſ. ex parte vna, & diſcreto viro D. Petro Nolieti Presbytero Curato Burgi Tiſiaci pro ſe, & ad vtilitatem ſui & ſuorum ſucceſſorum, necnon etiam dicto diſcreto viro D. Humberto Tricaudi Procuratore Dominorum Prioris, Sacriſtæ & Conuentus ipſius Eccleſiæ & prouentus Burgi & cuiuſlibet eorundem coniunctim vel diuiſim; præfati D. Petrus Nolieti & Humb. Tricaudi voce dicti D. Humberti dixerunt dicto D. Epiſcopo Troianenſi ad eorum notitiam perueniſſe, quòd ipſe in hoc locum tenens dicti D. Cardinalis Epiſcopi Matiſconenſis, & in ſua Diœceſi Matiſcon. Tiſiacum acceſſerit pro dedicatione, benedict. & conſecratione Eccleſ. ſeu Capell. ad honorem ſancti Georgy in Caſtro Tiſiaci fundatæ, nec non ad benedictionem fiendam in ead. cum priuilegio ibid. ſepulturas Chriſti fidelium faciendi: eidem ſignificando quod ſi & inquantum quoquo modo in futurum in præiudicium ipſius Prioris Burgi, Sacriſtæ dicti Prioratus, Curati & totius Eccl. dicti Prioratus cederet in futurum omnibus & ſingulis per eundem Epiſcopum tunc ſuper eiſdem benedictione & conſecratione fienda, ibidem ſe nominis quibus ſuprà opponebant eo modo & non aliàs, ac etiam proteſtabatur vice dicti D. Humberti Tricaudi contra eundem Epiſcopum Troianenſem de ſuis damnis & intereſſe, quoque de gaudendo quilibet ipſorum, pro quibus idem D. Humbertus Tricaudi ibid loquitur de quibuſcunque eorum priuilegijs, iuribus, prærogatiuis, poſſeſſionibúſque Sacriſtiæ, benedictione & conſecratione per eundem Epiſcopum fienda non obſtante, ac de recurrendo vbi & quoties decebit contra eundem Epiſcopum & aliàs contra prærogatiuas, priuilegia & iura prædictorum Prioris, Sacriſtæ, Curati & cæterorum eaſdem conſecrationem & benedictionem Capell. ſancti Georgy proſequentium, &c. Qui quidem D. Epiſcopus Troianenſis illico declarauit ſe ad dedicationem, conſecrationem & benedictionem d. Eccleſiæ ſancti Georgy Caſtri Tiſiaci nolle procedere in præiudicium eorundem Prioris, Sacr. & Curati Burgi Tiſ. nec aliorum quorumcunque, imo potiùs velle iura quorunc. ſeruare, quàm diminuere; & eaſd. dedicationem benedict. & conſecrationem facere intendit, ſi ad hoc procedat, ad opus eorundem Prioris ſeu eius Sacriſtæ & Curati, abſque innouando in ſepulturis & aliis iuribus in Eccleſia ſeu cemeterio Burgi Tiſiaci, &c. De quibus omnibus prædictis prænominati D. Humbertus*

Committit alium Epiſc. pro Eccleſia conſecranda.

Cum ſepeliendo ibid.

Oppoſitio & proteſtatio contra ius futurum ſepulturæ.

d Sede tunc ab infidelib. occupata viro fortè hunc Suffraganeo aliquo Archiepiſcop in Gallijs, niſi concipiatur Trecenſis Epiſc. in Gall. Belgica Troye, vt cenſent pauci, at non receſetur in Tab. Trecē.

e poſtea tit. S. Pammachij Ciac. cum cognominat Vgunetti, pa. 1007.

Tizic. & Petrus Nolieti nominibus qui ſuprà, &c. à me Stephano Apperceti Notario ſubſignato eiſdem & cuilibet ipſorum ſibi fieri chartam & inſtrumentum publicum petierunt, &c. Quod & feci; &c. Acta fuêre præmiſſa die & loco prædictis: præſentibus diſcr. viris, &c. Sign. S. Apperceti. En autographus inſtrumentalis conſectandi Eccleſiam per alium Antiſtitem, cum mandatis à Diœceſano Philiberto datis indicandi priuilegium vnà collatum de mortuis poſthac ſepeliendis in illo anguſto tecèns conſecrato Sacello, atque id totum conſcribendi. Cui præcepto & facto ſeſe oppoſuêre ſacer Curio & Prior Tiſiaci d: aut ſaltem proteſtarunt de attentatis ſupra repoſitas calamo oppoſitionis tabellas. Quæ oppoſitionum vmbracula tandem remanſêre, vt opinor, fruſtranea ac inutilia, ex eo quòd Commiſſarius Troianenſis Præſul acquieuit ſe conſecraturum Ædem Numini deputatam *abſque innouando in ſepulturis*, hoc eſt, abſque retentione iuris ſepeliẽdi in eadem Baſilica per ſuum authenticum conſecrationis Actum. Vnde quantumuis præfatum opponendi Inſtrumentum non meminerit realis de facto conſecrationis: tamen non diffido, quin Guido Epiſcopus Troianenſis in Turcarum prouinciis ad id munus verè commiſſus ſuo perfunctus fuerit officio cum pollicitatione nihil innouandi.

Conſecratio ſine reſeruatis ſepulturis.

d Nunc Prior nobilis de Rebé, & frater vicißim qui chartam præbuit exſcribendam. e Tit. 1. de Miſſæ ſacrif. ca. 9.

Paragraphus 2.

POſterior Actus publicandi ex incidente Philibertum Antiſtitem, eſt eiuſmodi ſuper Collegiali Eccleſia Bellijocenſi. *Nos Capitulum Eccleſiæ Collegiatæ beatæ Mariæ Bellijoci, Matiſconenſis Diœceſis, Decano noſtro notoriè abſente, Notũ facimus vniuerſis præſentes literas inſpecturis, quòd cùm ab antiquo in d. noſtra Eccl. nullus fuiſſet certus ac determinatus numerus Canonicor. & Præbendarum ſeu Canonialium portionum, & non pro modo facultatum Eccleſiæ noſtræ prædictæ, ſed per importunas preces & rogamina plurimorum dominorum, tam Eccleſiaſticorum quàm temporalium: nos & prædeceſſores noſtri coacti fuiſſemus in dicta Eccleſia plures Canonicos vltra vires & facultates ipſius Eccleſiæ creare, facere, inſtituere: in tantum quòd in Eccleſia præfata numerus Canonicorum excreuiſſet, quòd plures ex ipſis vnde poſſent honeſtè viuere non habentes, aut turpiter in d. Eccleſia degere, quaſi mendicare compulſi fuiſſent, aut ad alia loca pro victu commodiùs quærendo ſe miſerabiliter tranſtuliſſent. Ex quo nonnunquam contingit dict. Eccleſiam noſtram tot & tantis ſuppoſitis ac Canonicis fuiſſe oneratam, vt vnde illos alere aut commodè ſuſtentare eadem Eccleſia non haberet: plerunque etiam accidiſſet eueniſſe, vt defectu ſuppoſitorum, qui propter congruas portiones Canonicales non habitas ad alia loca ſe tranſtuliſſent, cultus diuinus in ipſa Eccleſia pluſquàm deberet, fuiſſet diminutus. Nos & dicti noſtri prædeceſſores in Capitulo noſtro ad ſonum campanæ more ſolito congregato capitulantes, præceptis & iuſsionibus per Reuerendum in Chriſto Patrem D. noſtrum Matiſconenſ. Epiſcop. Ordinarium Diœceſanum nobis ſuper hac dudum factis obtemperantes, & volentes talibus Eccleſiæ noſtr. prædictæ incommoditatibus ſubuenire, ac confuſionem & incertitudinem à dict. Eccleſ. tollere & amouere, iuris diſpoſitionem ſequentes, qua cauetur quòd in vnaquaque Eccleſ. debent inſtitui Canonici ſecundum facultates ipſius, & ſi ſit talis numerus inſtitutus, qui non valeat de eiſdem congruè & commodè ſuſtentari: pro bono, commodo & vtilitate d. Eccleſ. noſtræ prædict. ſub beneplacito tamen Sedis Apoſtolicæ & præfati R. in Chriſto Patris ac D. D. Epiſcop. Matiſconenſ. Prælati noſtri ſtatuiſſemus & ordinaſſemus, quòd deinceps in dicta noſtra Eccleſ. Bellijoci prædicta certus eſſet numerus Canonicatuum & Præbendarum ſeu Canonialium portionum, qui non poſſet in futurum augmentari vel minui: quem numerum reduxiſſemus, repoſuiſſemus, ſtatuiſſemus & ordinaſſemus ad tredecim Canonicatus & Præbendas, computatis in dicto tredenario numero & annumeratis Decano, Cantore & Sacriſta, qui eſſent, prout erant & ſemper fuerunt dignitates in dicta Eccleſia, taliter quòd in eadem nulli impoſterum crearentur, ordinarentur, inſtituerentur, ſeu reciperentur Canonici, donec numerus Canonicorum dictæ Eccleſ. tunc viuentium & in humanis agentium, ad prædictum numerum tredecim Canonicorum Decano, Cantore & Sacriſta in dicto numero computatis & reductis. Quódque nullus Decanatum, Cantoriam & Sacriſtiam, qui inibi dignitates exiſtunt, obtinere valeret, neque poſſet, niſi eiuſdem Eccleſ. Canonicus præbendatus, & in dicto numero annotatus fuiſſet, prout antea in eadem Eccleſ. fuerat obſeruatum. Itaque portiones cedentium vel decedentium Canonicorum in quindecim præbendas ſiue portiones, ſi omnes prædicti Canonici hoſtilagium tenerent ſecundùm antiquam dictæ Eccleſiæ conſuetudinem, aut in tantas portiones, quod de dictis tredecim Canonicis reperirentur habiles Canonici ad percipiendum in dictis diuiſionibus portionem, ſecundum Statuta dict. Eccleſ. diuiderentur. Quarum portionum Decanus duas haberet, vnam ratione ſui Canonicatus, & aliam ratione Decanatus: Cantor verò vnam ratione Canonicatus, & duas tertias partes alterius portionis ratione Cantoriæ: Sacriſta autem vnam ratione Canonic. & tertiam partem alterius ratione Sacriſtiæ: dum tamen Decanus, Cantor & Sacriſta prædicti Canonici dictæ Eccleſiæ præbendati forent, & hoſtilagium prædictum tenerent, prout in eadem Eccleſia conſuetum eſt obſeruari. Cæteri verò Canonici præbendati hoſtilagium debitum*

Alter Actus ſuper eod. Philiberto.

Capitulum Eccleſ. Bellijoci.

Incertus & creſcens hactenus Canonicorum numerus.

Mandatum Epiſcopale de numero minuendo & figendo.

Reductio ad XIII. Canonicatus & XV. Præbendas.

tenentes quilibet ipſorum vnam portionem haberent & perciperent, ſecundum ordinem in dictis ſtatutis declaratum. Voluiſſemúſque inſuper, ſtatuiſſemus, & ordinaſſemus pro nobis & noſtris in d. Eccleſia noſtra ſucceſſorib. quod d. numerus tredecim Canonicorum præbendator. in eadem perpetuò obſeruaretur. Ita quòd non liceret cuiquam neque nobis dictum numerum augmentare, neque aliquem recipere in Canonicum d. Eccleſiæ per ceſſum aut deceſſum, ſiue reſignation. ſimplicem, vel ex cauſa permutationis, donec numerus Canonicorum tunc exiſtentium ad dictum tredecim Canonicor. foret perfectè reductus. Imò teneretur quilibet Canonicus in poſterum poſt dictam reductionem in eadem Eccleſia inſtituendus, in ſua noua creatione & receptione iurare dictum numerum non augmentare, nec vt augmentaretur quouis modo conſentire. Quæ quidem ſingula quia in commodum, vtilitatem & honorem d. Eccleſiæ vergere dignoſcebantur: Nos prædicti tam nomine noſtro quàm aliorum Canonicorum eiuſdem Eccleſiæ tunc abſentium pro nobis & d. ſucceſſoribus noſtris quibuſcunque ſtatutum, ordinationem, reductionem, voluntatem, ac omnia alia præmiſſa promiſiſſemus & iuraſſemus ſupra S. Dei Euangelia tenere, ſeruare & inuiolabiliter cuſtodire: fuiſſentque ſingula, ordinaria Reuerendiſſimi in Chriſto Patris D. Philiberti Cardinalis & Epiſcopi Matiſconenſis cum adiectione pœnæ excommunicationis latæ ſententiæ in omnes contra præmiſſa venientes, primò, demum Apoſtolica (Regiaque) authoritatibus confirmata & roborata. Et quia nonnulli, cùm præmiſſa fierent, in d. Capitulo præſentes non erant, & forſan contra ea quicquam derogatum fuerit. Hinc eſt, quod nos commodum & vtilitatem Eccleſ. noſtræ procurare & confuſionem ac perturbationem in eadem ſubmouere & tollere cupientes: matura deliberatione ſuper præmiſſis præhabita pro nobis ac aliis d. Eccl. Canonicis nūc abſentibus ac ſucceſſoribus noſtris Statutum, ordinationem, reductionem, voluntatem ac omnia præmiſſa ſine innouatione aut derogatione eorund. laudamus, ratificamus & approbamus, ac ea in quantum opus eſt, de verbo ad verbum paſſamus, ſtatuimus & ordinamus. Promittimúſque in iuramentis noſtris ad ſancta Dei Euangelia datis, & ſub obligatione omnium bonorum noſtrorum ac dict. Eccleſ. Statuta, ordinationes, reductionem, voluntatem, ratificationem, & approbationem, eadémque omnia habere rata, grata & firma perpetuò, & non contrà venire, imò cuiquam contrà venienti obſiſtere. Nulláſque literas diſpenſationis ſuper huiuſmodi iuramento impetrare ſeu impetratis aut impetrandis vti. Supponentes nos & bona noſtra pro complemento præmiſſorum Curiis Reg. Officialium Lugdun. Matiſconenſ. Iudicis Bellijoci, &c. Renunciantes omni exceptioni doli mali, metus & omni alio iuri, &c. Volumúſque quòd de præmiſſis per diſcretum virum Gulielmum Barjoti Clericum Notar. publicum, in cuius præſentia ſingula Acta paſſata fuerunt, fiant literæ vna vel plures, ſimiles aut diſſimiles, præmiſſa coniunctim vel ſeparatim continentes, ſubſtantia tamen facti non mutata. Et nihilominus harummet ſerie Reuerendo in Chriſto Patri & D. D. noſtro Epiſc. Matiſconenſ. ſeu eius in ſpiritualib. Vicario generali ſeu alteri ad hoc poteſtatem habenti ea ſingula ratificare & approbare, ac eiſdem authoritatem ſuam & decretum interponere, ac ſententiam excommunicationis in omnes contrauenientes proferre dignetur, humiliter ſupplicamus. In quorum robur, fidem & teſtimonium ſigillum noſtrum commune præſentibus literis duximus apponend. Actum in Capit. noſtro generali, in quo eramus congregati nos Gulielmus Gayandi Cantor, Petrus Meſlier, Felix de Vercheriis, Petrus Rimaudi, Nicolaus Charretonis, Robinetus Pagani, Claudius Malacherdi, Ludouicus de ſancto Romano, Andreas Gontard. & Ioannes de Becia Canonici d. Eccleſiæ, &c. die vigeſima quarta menſis Decembr. Anno

1493. *Domini milleſimo quadringenteſimo nonageſimo tertio: Præſentibus Dominis Gulielmo Paſchalis Præbendario, Michaele de Boſco, Catherino, & Ioanne Brucheti Presbyteris dict. Eccleſiæ Chorialibus, teſtibus ad præmiſſa ſpecialiter rogatis. Barjoti.* Et infrà hæc habet Originale. *Perſonaliter conſtitutus venerab. vir Dom. Petrus Courtini Sacriſta & Canonicus Eccleſiæ Bellijoci præd. ipſo exiſtente in d. Capit. in quo erant capitulantes omnes Canonici ſupradict. die penultima menſis Decembris, anno præd. qui ſciens non vi ratificauit & approbauit Statutum præd. ac promiſit ſuis iuramento & obligationibus nunquam contra præmiſſa venire, cum ſummiſſionibus & aliis clauſulis opportunis. Datum præſentibus D. Guichardo de S. Deſiderio Presbyter. & Petro Charretonis teſtibus vocat. Barjoti* *. En geſta ſeculo decimo quinto. Non inueni quidem aliquam Epiſcopalem aut Apoſtolicam de his enarratam & compromiſſam efflagitandam confirmationem. Sed vix dubium, vbicunque lateat, quin illi prudentes Canonici Authores Statuti, valdè ſolliciti fuerint eam de recenti memoria procuraſſe & obtinuiſſe, vt firmior eſſet Conſtitutio, cùm hactenus ritè nullóque contradicente obſeruetur. Quæ tamen alioqui de ſe fortis eſt. Quippe veteres ſummorum Pontificum Decretales Capitulis Collegiatis poteſtatem tribuunt emendandi ſuorum Canonicorum Numeros, Propterecáque præſens ſtatutum ritè præmiſit, *iuris diſpoſitionem ſequentes, qua cauetur quod in quaque Eccleſia debent inſtitui Canonici ſecundum facultates ipſius, &c.* Etenim vndecimo ſeculo Gregorius Papa VII. hęc mandat [f] Capitulis. *Statuimus vt facultatibus Eccleſiar. & expenſis diligenter inſpectis, certum in eis valeatis ponere numerum, &c. Si qui verò contradictores extiterint, licitum vob. ſit per ſuſpenſionem officij*

Iuramenta de eo numero ſeruando.

Philibertus Epiſcopus.

Approbatio.

Exemplaria de Actibus ſumenda.

Decem Capitulantes.

Vndecimus.

Poteſtas Capituli ad numerum reſtringēdum.

* Etiamqoo an. 1496. die 20. Apr. exat Statutū Penale in Capitul. Bellijoci, Præſide Robert. de Gutta Decano & cit X. Canonicis cum Lancelotto Auchemand, ſuper diſtributionibus, Refuſionib. Coobedientis. & Hoſtelagys Signatū Palais Notar.

f li. 3. Decret. tit. 1. c. 9. quoniam ſedit ab an. 1073. ad 1087.

officij & beneficij aut grauiori etiam pœna ad hanc obſeruantiam eos appellatione compellere non ob-
ſtante. Præterea, duodecimo ſeculo Clemens Papa III.[g] *Statuimus vt nullus* (ait) *in Ec-* [g] tit 7. ibid. c. 4. ſedit ab
cleſ. veſtris, vltrà quàm facultates earum ſuſtineant, vobis inſtituatur inuitis. Et decimo quarto 1188. ad 1191.
idem iam fiendum mandarat Clemens Papa V. ad ipſam Bellijocenſem Eccleſiam, ſimúlq;
ad duas alias Collegiales & ſeptem Cathedrales Galliarum. De quibus nos in Nicolao Ma- [h] nu. 52. §. 3. i §. 1.
ticenſi Antiſtite [h]. Et de obtenta reali confirmatione Apoſtolica pro præfata Bellijocenſi Ec-
cleſia, vide Numerum LXVI. in Poleti Collegialibus [i].

Paragraphus 3.

Obitus Philiberti. EXitum tandem & obitum Philiberti præſtolantes, monemus quandam in eo pendere
controuerſiam. San-Iulianus calamo tradit ipſum Philibertum expetiuiſſe demum Ro-
mam proficiſci ad gratias ſummo Pontifici referendas, ſacróque Purpuratorum Collegio,
de ſua ad rubicundum Cardinalatum promotione, & cùm Romæ degeret, ibidem animam
exhalaſſe die XIV. Septembris, anno M.CCCC. LXXXIV. Onuphrius autem atque Cia-
conius * in ſuis Voluminibus de Cardinalibus nominant III. Idus Septembris pro obitu, nar- * pa. 1007.
Quintuplex ſententia de tempore. rántque mortuum ibi ac ſepultum ad ſanctam Mariam de populo. Verùm ſalua aliorũ pa-
ce, cenſetur Philibertum illic veriùs defeciſſe anno M. CCCC. XCIII. ſupra medium, hoc
eſt, vltra menſem Decembrem, nimirum circa menſem Ianuarium adſequentem, nec vltrà,
I. ob imminentem ac breui prementem ſucceſſoris Chronologiam, vtique inchoandam poſt
vnum aut duos menſes proximè ſecutos, veluti confeſtim inter legendum pateſcet [h]. Quip- [h] nu. 65. §. I.
pe illis temporibus recens annus alius minimè ſolebat initium Kalendis Ianuarij ducere, [i] ex ordinatione Regis Caroli 9. Parisi. Art. 39. an. 1563.
ſicuti mox in vſu eſt [i], ſed à conſequente Paſchæ feſto, ſeu prima die P[illegible]chatis ducebat ex-
II. ordium. Vel aliter cenſendum, Præſulem migraſſe quidem die XIV. Septẽbris, iuxta San-
Iuliani mentem, ſub anno tamen à nobis per [illegible] emenſo XCIII. at Bellijocenſes Canoni-
cos, qui decem poſt dies Acta Capitularia verè compilarunt, noſſe tam cito haud potuiſſe
in Galliis, an Philibertus Romæ diſceſſiſſet ob multá locorum intercapedinem; aiũt etiã ita
III. San-Iulian. conſcripſiſſe, vt pote quia cum de ſucceſſore tunc poſſidente nondũ appareret, tutiùs nomen
anteceſſoris impreſſiſſet ſeu ſculpere debuiſſet. Perindéque ſedit tandem ipſe Philibertus
nouennio tardiùs quàm dictitarit San-Iulianus. Nam archetypus correcti numeri Canoni-
corum Bellijocenſium, eidem San-Iuliano inuiſus, nos certè meritò conuincit, ne illi vito
præmaturam adeò mortem Romæ attribuamus. Etenim vidiſtis Acta Bellijoci geſta fuiſſe
1493. initio. menſe Decembri anno M. CCCC. XCIII. ſub vocata & edita Antiſtitis nomenclatura. Er-
go tandem allucinatus eſt diſertè San-Iulianus, eiúſve Typographus pronus ad obdormien-
dum, qui cum ſociis facilè incuſſit annum 1484. pro anno 1493. Alioqui profectò, vt con-
IV. cordes eſſe poſſent vtrique calculi, non ægrè cui perſuaſum eſt, quòd Antiſtes iter quidem
ſuſceperit ad Romanam Curiam anno LXXXIV. ſed quòd poſt nouennem ibidem procra-
ſtinationem cadauer Romæ reliquerit anno XCIII. circiter medio. Cuius etiam rei cauſa
Canonici Bellijoci non ita promptè ſui Confirmationem Statuti ab eo quem adnominant,
V. impetraſſe potuerunt; quin potiùs ad ipſius ſucceſſorem diſtulerint. Adde rurſus quòd in re
ancipiti noſter calculus æquiorem ferè analogiam efficit inter ſucceſſorem Epiſcop. Ste-
phanum III. & durationem iſtius noſtri Philiberti.

L X V. *Paragraphus* 1.

Eius electio qualis. STephanus III. cognomine *de Longonico* [a], præcipuæ inter nobiles Franciæ appella- [a] vulgò Long-vy.
tionis & familiæ, primùm vulgò dicebatur *Protonotarius de Giury.* Factus autem E-
piſcopus Matiſconi, ſuis dilectus eſt Diœceſanis. Frequentiùs verò Romenæi di-
tionis ſuæ morabatur: vbi etiamnum Acta Synodica ſolenni ritu conſcripſit. Ete-
nim Baronia Romenæi totáque terra & Parœcialis Eccleſia annexa eſt Sedi Epiſcopali ab
initio [b]: necnon ciuilia loci iura Matiſconem deuoluuntur. Idem Stephanus adeo fœlicior [b] n. 5. §. 1 nu. 51. 2. n. 53. 1. nu. 51. 5. nu. 56. 1.
euaſit in aditu ipſius Epiſcopatus: quòd licèt eius anteceſſor in Romana Curia obiiſſet,
perindéque fuiſſet ſummi Pontif. prouidere de Solio ſacro Matiſconenſi illa vice ex præ-
ſcripta conſuetudine circa extraneos è Clero Romæ commorantes & emorientes: tamen [c] tunc vigentem nu. 65. §. 4.
canonica electio Capituli Matiſconenſis ſecundum. Pragmaticam Sanctionem [c] vim inte-
gram nacta eſt illa ſaltem extrema vice, Epiſcopatúſque eidem pacificè remanſit. De iu-
ſtiore verò tempore aut menſtruo die, à quo idem Stephanus Cathedram ingreſſus eſt, ni-
hil equidem certi habemus in ſcriptis quod proferamus. Probabilius autem fuerit ex al-
1493. finalis. latis ad calcem anteceſſoris concludere, quòd ipſe agolum geſtare inchoauerit,

 anno

anno ſalutis milleſimo quadringenteſ. nonageſ. tertio qui ſuprà. Potior horum ratio pendet ex æquiore diario & puncto Diœceſanorum Statutorum (vulgò *ex Data*) qualia idem menſe extremo Ianuarij ſeu Februarij anno præfato XCIII. in Quadrageſima proficuo exitu compoſuit, atque in ſequens Paſchæ feſtum promulganda ſtudioſè curauit. En prologi ac Decretorum ſumma typis palam mandata ex vetuſtis quadratis literis. *In nomine Dom.* Synodus Diœceſana. *Stephanus de Longu. miſeratione D. & Apoſtol. Sedis gratiâ Epiſc. Matiſc. Vniuerſis & ſingulis Abbatib. Præpoſit. Decan. Archidiac. Priorib. Capitulis, Curatis, ſecularib. & Regularib.* [d] *per noſtr. Diœceſ. conſtitutis, ſalutem in Dom. Ieſu. Audite, Fratres chariſſimi, membra Chriſti, matris Eccleſiæ Cathol. filij, audiant omnes, & nemo contemnat.* (Extant verba in Epiſcopali Gazophylacio) *Equidem legimus in Apocalypſi, quòd ex ore ſedentis in throno procedit gladius bis acutus, quo inſtruimur rectas dare ſententias, & contra iuſtitiam nulli parcere. Et ideo nob. curæ eſt, vt prouida conſideratione intendamus ad ea, quæ neceſſitati ſubditorum ac ſaluti animar. fore conſpicimus opportuna. Viſum eſt & placuit bis in anno Epiſcopor. Concilia celebrari, &c.* Reliqua breuiores effecti omittimus [e]. Rubricæ verò in eo libro latentes & pertractatæ, ſunt hæ. De honeſtate in Decreta ipſius. vita Clericorum, de Synodo & agendis in ea, de Curatis eorumq; Vicarijs, de multis Sacramentis, de peccatis, de ſatisfactione, de ieiunio, de reſtitutionibus, de ſeptem operibus miſericordiæ, tum ſpiritualibus, tum corporalibus, de præceptis Decalogi, de duodecim Articulis fidei, de quinque ſenſibus, de Caſibus reſeruatis quatuordecim [f], de ſepulturis, de feſtis 51. annuatim colendis [g], de ceſſione bonorum aut cautione quæ fit ab infirmis in articulo mortis, de Caſibus quinque pro quibus fit recurſus ad Papam, & de ſententia excom- Feſta & Caſus. municationis vnà cum ſexaginta nouem caſibus ſeu capitulis, in quibus ipſo facto incurrit quis in ſententiam excommunicationis latæ à iure vel à canone [h]. Tum demum Antiſtes negotium concludit hoc pacto. *Viſis per nos ſtatutis, & habita ſolerti deliberatione cum litteratis viris ſacræ Theologiæ & vtriuſque Iuris profeſſoribus, comperimus ordinationes fore ſalutares. Idcirco nos Stephanus de Long. Epiſcopus prædicta in Synodis noſtris, ac vbi, quoties & quando opus* Tempus. *fuerit, publicari & denunciari volumus: noſtráque manu ſubſcripſimus. Actum in Caſtro noſtro Roman. die vndecima menſis Aprilis, Anno Domini* M. CCCC. XCIII. *Stephanus Epiſc. Matiſcon.* & infrà ſubſignatum *Pariſeti.* Quam extremam lineolam, *Die vndecima Aprilis,* ne putes, Lector, concipiendam poſt feſtum Paſchæ anni præfati M. CCCC. XCIII. quaſi arbitreris Præſulem loquutum de anno cœpto die 1. Ianuarij. Nam ſic Conſtitutio præmiſſa Capituli Bellijocenſis menſe Decẽbri anni præfati ſub Philiberto anteceſſore doceret ipſum anteſignanum Stephanum ſediſſe Matiſconi ante Philibertum. Quod nequaquam accidiſſe conſtat, cùm alioqui Stephanus bis conſediſſet, aut implicario foret duorum ſimul aſſiden- Annus quando & vbi à Paſchate incipiebat. tium. Ergo dies XI. Aprilis anni XCIII. concipienda venit de extremis illis eiuſdem anni ſpatij terminis, qui limites tunc temporis finem habere ſoliti fuerant in Paſchæ feſto excluſo ad noſtros ferè dies vſque [i], ſaltem ex more Gallorum [k], vbi Matiſco ſitum nacta eſt [l], quando Carolus IX. Rex Chriſtianiſſimus annum metiendum & ordiendum indixit à Kalend. Ianuarij [m]. Enimuerò, ex priſcis Ephemeridum Mathematicarum gradibus, quas olim edidit Germanus ille pereruditus Ioannes Stoeflerus, cuius artem theoriámque Planetarum aliquando legi & profeſſus ſum in ſcholis publicis [*]: ſanè conſtat Paſchale feſtum eo anno incidiſſe ad diem XIX. Aprilis. Quæ temporalis nota pariter occurrerat nuper, nimirum annis M. D. XV. & D. XX. [n] vt liquet ex Kalendario Romano. Igitur ille XI. dies menſtruus directè ac diſertè fuerit emergere ante Paſchalem eam ſolennitatem, adeóque pertinuit ad annum XCIII.

d in hac noſtra Synodo congregatis. Ergo tantùm eo anno Synodum tenuit ante Paſcha.
e ſolus 30. in quarto.
f inceſtus, ſacrilegiũ, periurium, falsũ teſtimon. oppreſſio parentum, offendens duos parentes. Blaſphem. hæreticus, percutiẽs Clericum, Matrimoniũ clandeſtinũ, homicidium, fornicans cũ Iudæa vel Saracena, cõtrahens poſt votũ caſtit. & excommunicati.
g Totidem hodie ex Decreto R. Gaſparis Epiſc.
h Ibi 16. genera Capitulorũ ſic nunc contrahenda: in libro autẽ latiùs adſunt 55. capita cũ ſuis ad vnũquodque Paragraphis.
i Annus incipiebat à die Paſchæ. Idem iam num. 46. 6. 6. & 53 3.
k antea perantiquo.
l Ciuitas eſt Galliæ Celticæ regniq; Francorum.
m ſic in Italia ſemper.
* Lutetiæ 1585.
n Paſcha ſuerit die 19. Apr.

Paragraphus 2.

M. Tho Seuert Canonicus Fiſcalis. PRæſule eodẽ ſedente floruit Magiſter Thomas Seyuerti, aliàs Seuert, Iuris vtriuſque cãdidatus ac profeſſor egregius, Canonicus & Archipresbyt. primùm inſignis Eccleſ. Matiſconenſis, atque tunc ſelectus Procurator generalis Fiſci eiuſd. Stephani Antiſtitis, ob viri præſtantiam & agnitam in foro conſtantiam, necnon conſanguineus propatruus meus. De quo plura uumero adſequenti. Interim verò hîc nobis proferendum eſt publicum Inſtrumentum, in quo adnominantur etiam tum ipſe peritus à Capitulo, tum vnà & alij deputati ad certum negotium, quod breuitatis cauſa perlectum itis cum noſtra ſubinde expoſitiun- Deputatus à Capitulo contra Iudicẽ. cula. *Nos Philibertus Florete Legum Doctor, Conſiliarius Domini noſtri Regis, locumtenens generalis Balliui & Iudicaturæ Regiæ Matiſconenſis* [d], *Vniuerſis & ſingulis præſentibus & futuris ad perpetuam rei geſtæ memoriam, notum facimus, quòd auditâ Requeſtâ nobis per venerabiles & egregios viros Magiſtros Ioannem Fureti Archidiaconum, Anthonium Laura & Thom. Seyuert Iuriſperit. oblatâ ſuis ac Dominor. Decani & Capituli dictæ Matiſc. Eccl. nominib. continente inter cætera facta, quòd d. Matiſconenſ. Eccleſia fuerat & erat de fundatione Regali, & quòd ad cauſam dictæ fundationis*

d habet ſuos natos Conſiliarios in Senatu Pariſ. &c.

dationis aliàs habuerit & habebat plura priuilegia, libertates, immunitates, conſuetudines & alia iura dictæ Eccl. & ſuppoſitor. eiuſd. tam à ſummis Pontificib. quàm Regibus fundatorib. conceſſas & conceſſa, ad vtilitatem d. Dom. noſtri Regis ac prædictor. Dominor. Decani & Capituli facientes. Quorum repertorum dicti Decanus & Capitulum & prædeceſſores eorundem ſupplicantes gauiſi fuerunt, ſcilicet conſeruatorum ex parte priuilegior.[e] *& alior. fundator. d. Eccleſiæ*[f]*, tempore guerrarum quæ diu in his partibus viguerunt, quo ſuppoſiti d. Eccleſiæ non fuerunt in libertate aliqua. Fuerunt prædicta alienata, alia verò propter vetuſtatem deteriorata & omnino annichilata ac deuaſtata in præiudicium Chriſtianiſsimi Dom. noſtri Regis fundatoris, ac etiam prædictæ eorum Matiſcon. Eccleſ. ad quorum vtilitatem faciebant, prout tenore dictæ eorum Requeſtæ ac Eccleſiæ nomine ſubiungebant, ne deterius eiſdem contingeret: attento quòd de præſenti lis & quæſtio moueri ſperabatur ratione & ad cauſam priuilegior. dictæ Eccleſiæ, concernens diuiſionem terrarum, donorum, portionum, penſionum, partitionum, & aliorum iurium qui fiunt & fieri ſolent propter mortem aliquorum Canonicorum, aut promotionem eorundem ad Archiepiſcopalem aut Epiſcopalem dignitatem inter Canonicos capaces diuidendorum, & plurium aliarum prærogatiuarum ac præeminentiarum dictæ Eccleſiæ, ſupplicabant & requirebant, quatenus ad conſeruationem iurium Regalium, fundationum ipſius Eccleſiæ ac priuilegiorum, titulorum, libertatum ac conſuetudinum ad præd. Eccleſiam & locum Archiuorum ſeu in quo Theſaurus Titulorum eiuſdem exiſtit, accederemus, & ibidem de Bullis Apoſtolicis, priuileg. Titul. & aliis Actis ac munimentis neceſſariis, quæ ibidem reperire poterimus, tranſumptum ſeu copiam authenticã ad perpetuam rei memoriam facere & fieri, ordinare dignaremur, vocatis nobiſcum Officiariis D. noſtri Regis fundatoris. Cui Requeſtæ per prænominatos factæ annuere cupientes, quia in infirmitate graui qua detinebamur, ad d. locum accedere non potuerimus, ad accedendum ad præd. Eccleſiam honorabilem & ſcientiſ. virum M. Thomam Chandon in Legib. Licentiat. in Baliuia aduocatum & Conſiliarium Regium, ac virum prouidum Petrum Micheletum Notarium Regium loco noſtri deputauimus & deputamus, vices noſtras in hac parte eiſdem committendo: ordinantes quatenus titulos, Bullas, priuilegia, literas & alia documenta per eoſdem in loco Theſauri & Archiuis d. Eccleſiæ inuenta, & de quibus prædicti ſupplicantes requirerent, nobis afferrent vel afferri facerent, vt de eiſdem potiorem notitiam haberemus, & tranſumptum faceremus. Qui quidem Chandon Aduocatus Regius & Petrus Micheleti Notar. Regius ad d. Eccleſiam & locum prædictum acceſſerunt, & exinde nobis retulerunt*[g]*, in loco d. Theſauri exiſtentis infra ambitus dictæ Eccleſiæ & prope Reueſtiarium eiuſdem, qui locus erat clauſus duplici oſtio cum groſsis vertenabis ferreis & clauibus, vidiſſe plures caſsias & armariola*[h] *cum deſcriptis plurimorum titulorum concernentium domania, iuriſdictiones, libertates, priuileg. vſus & conſuetud. dictæ Eccleſ. & inter cætera in angulo à parte dextra & contra orientem ipſi Chandon & Michelet repererunt quãdam paruam caſsiam*[i]*, in qua erãt plures Bullæ & literæ Apoſtolicæ priuilegiorum & vnionum, inter quas erat & fuit reperta quædam Bulla Apoſtolica plumbata & expedita in forma authentica. Cuius tenor de verbo ad verbum ſequitur, & eſt talis. CLEMENS Epiſcopus ſeruus ſeruor. Dei ad perpet. rei memoriam, &c.* Eiúſque diplomatis textus integer, qui certe eſt Clementis Papæ quinti, iam ſuprà à nobis præmittitur ſuo decenti tempore & loco ſub Nicolao Matiſconenſi Epiſcopo[k] in duabus pagellis, necnon in gratiam ſeptem Eccleſiarum Cathedralium per Gallias, inter quas nominatur Matiſconenſis, ac in fauorem trium Collegiatarum, è quibus eſt Bellijocenſis. Suppoſita ergo hac Bulla, vt in Pergameno ſeu Inſtrumento Floreti Iudicis continetur penes nos, abſoluamus mox ea quæ ibidem adſequuntur poſt dictiunculas *Pontificatus noſtri anno ſexto.* Sic enim pergit præfatus Iudex loqui. *Quam quidem Bullam Apoſtolicam ſic vt ſuprà plumbatam & in forma authentica expeditam iidem à nob. commiſsi ad domum noſtræ ſolitæ reſidẽtiæ, in qua grauati detinebamur, obtulerunt, & quam Bull. vidimus, tenuimus, & quantum voluimus, legimus ſanam, in nulla ſui parte vitiatam, ſeu quouis modo ſuſpectam, ſed omni prorſus ſuſpicione carere credimus. Quocirca tam ad conſeruationem iurium domini noſtri Regis quàm dictæ Eccleſiæ, necnon eorum & ſingulorum quorum intereſt aut intereſſe poterit in futur. & ad requeſtam præfator. Dominor. Decani & Capit. prædictarum literar. Apoſtolicar. ſuperiùs inſertarum, ne eaſd. vitiari contingat, ad perpetuam rei geſtæ memoriam, tranſumptum vnum vel plura per d. Notar. Regium fieri ordinauimus & ordinamus. In cuius rei teſtimonium, ſigillum commune Regium præſenti tranſumpto ſeu Vidimus*
1510. *duximus apponend. Dat. Matiſ. die Lunæ XVI. menſis Iunij, An. Dom. M. D. X. Præſentib. &c. Sign. Micheleti.* Optima quidẽ eſt eiuſmodi Bullæ ereptio è futuris proximè ruinis. Nã Matiſc. ciuitas poſtmodum capta, perpeſſa eſt omnia inſolitæ tyrannidis genera, quæ quis nequiſſimus in locum pium excogitare poſſit annis M. D. LXII. & LXVII. Cathedralis Eccleſia ſuis cunctis tunc ſpoliata eſt documentis, præterquàm Altaribus & eccleſiaſticis ornamentis. Hoſtes ſumma vi & inaudito furore Theſaurum ingredientes, ſulphuratis & combuſtis oſtiis, ſingulas Chartas ignibus tradidêre, Clero diſperſo longiùs vagante. Quòd ſi præfatum exemplar non fuiſſet ereptum, priuſquàm adueniſſent illi direptores Caluinitæ Lutheranis

Pro antiquis documentis à Iudice in Theſauro Eccleſiæ eruendis.

Circa Bullas & dona Regia.

Nominantur viſitatores laici.

Opportunè exſcriptio facta.

Inde extraxerunt vnicam bullam.

Sæpè permiſſam exſcribendam.

Theſaurus deinceps ſpoliatus.

e Pontificum, n 29.5. n. 37. 7 n 40 1.

f Regum, n. 12.1. nu. 13. 2. n. 17. 4. 5.

g ont rapporté.

h potits armaires.

i Caiſſe.

k n 52. §. 5.

ranis

ranis commixti; profectò minimè poſteris hodie ſuccurretur de præfato Clementis V. do-
nario. Attamen ſanè id exemplar non hauſimus ex hodierno reſtituto, vtcunque fieri po-
tuit, illo Theſauro Matiſconenſi. Quia cùm hoc Inſtrumentum reclusum eſſet aut eſſe
oporteret in priore locuplete Theſauro ante annum LXII. ipſum fragmentũ Vulcani flam-
mas ſenſit cum cæteris Scripturis. Sed id deprompſi ex Eccleſiæ Bellijocea promptuariis:
quæ quidem pro ſua parte ſeu prope ſuo iure ad ſe retraxerat ſuum è Maticenſi Baliuia
exemplar: neque hactenus tale perdidit, vt neque alia multa, ex ſingulari Chriſti gratia:
quia Caluinitæ Gallicanarum tunc Eccleſiarum fures & latrones publici tam immane ſa-
crilegium minimè in Caſtro & Clauſtro Bellijocenſi exercuêre. Siquidem eò ingreſſi fue-
rant ſolùm vicini accolæ aliunde ſatis amici, alioqui perfidi Deo, qui à paucis exteris infide-
libus comitati, parcentes illi Theſauro Collegiali, rapere contenti ſunt Sanctorum Reli-
quias à nobis expreſſas in noſtro vulgari & ampliſſimo Antimartyrologio. Verùm miror ego,
quòd dum poſtulatio Canonicorum Matiſconenſium erga Floretum Iudicem eſſet vniuer-
ſaliſſima ad exſcribenda quotquot latebant in ipſorum Archiuis documenta, vnicum ta-
men excerpſerunt duntaxat; nec reliqua tranſcribenda putarunt. Multiplex fortaſſis ra-
tio eſt, vel quia cætera Reſcripta iam conſpurcata videbantur, nec ſatis legitima, vt hinc ri-
tè exemplaria deſumi & obſignari tutò poſſent; vel quia hoc immenſum ferè erat opus
diuturníque laboris cum multo tædio Iudicum & Cleri: vel tandem quia Canonici illius
temporis, vt non eſſent prophetæ ac vaticinatores futurorum euentuum, vix arbitrabantur
tantam aduerſarios inflicturam pœnam tam vehementi ſtrage & adeò funeſtam in omni-
bus angulis ſacræ domus: ſperantes ſe quoties in poſterum vellent facilè ad exſcribendum
talia fore paratos. Quo tamen bono orbati fuêre inter ſucceſſores: ac decepti ſunt. Dicam
verò. Maior eorum documentorum pars quibus in reſcribendo pepercerant, erepta eſt ex
Titulis antiquis eiuſdem Eccleſiæ, toties ſuprà per totum pene opus illuſtratis, ac multò
amplioribus. Interea, anno LXII. ſic prædones in vrbem ex improuiſo ruentes venerunt,
vt pij Catholici reſpirare haud potuerint, quò eis licuiſſet per otium ſuis quibuſque innu-
meris pene documentis prouidere, & talia ſecretò in terræ viſceribus fodere. Laus tan-
dem Deo Opt. Max. pro rebus ad extremum ſuperſtitibus.

Inſtrumentũ Bullæ extractum è Capitulo Bellijocei.

Hæretici paſſim diuiſim vaſtantes eas Eccleſias.

Quare non plura documenta inde excerpta.

Cæterùm, nulla conſtat ſecura Chronologia interitus præfati Stephani Præſulis. Opina-
ri verò licebit eum humo mandatum anno ſequenti M. D. XI. ex licita probabiliore paulò
1511. ſuſpicione; cùm ſucceſſor breui poſtea Sedem auſpicatus eſſe legatur.

Stephanus moriens.

LXVI. *Paragraphus* 1.

CLaudius cognomine pariter *de Longouico*, patrui Stephani reſignatione ex Cano-
nico & Archidiacono Matiſconenſi factus eſt Antiſtes ibidem. Quam ſedem fa-
1512. cilè præſumitur eum inchoaſſe anno M. D. XII. quia nobis ob oculos prodit au-
thentica pro eo ſcriptura ſequenti mox anno exarata, cum facta de ipſius ſede
mentiuncula, quæ ſupponit illum iam antea in Cathedrâ valde quietum. Ea verò mentio
eſt Thomæ Seuertij ſimul cum illo creato Antiſtite facti Officialis Matiſconenſis per no-
uam officiorum de priore Fiſcali & Archipresbyteratu accretionem. Id ſanè liquet ex Vo-
lumine Cleri Matiſconenſis, qui liber in aliis paſſim Franciæ Diœceſibus communi etiam
appellatione nuncupatur Poletus. Vox arbitror fluens ex Græco πόλις *vrbs*, vel ex adiectiuo
πολὺς *multus*. Nec alius profectò Repertorij elenchus hodie ſupereſt in Cleri vſu conſpicuus
quàm ille ſuus. Etiámque ſub hoc Titulo Tomus deſcribit multa omniáque in ſpirituali-
bus pendentia ex Diœceſi, nempe Abbatias, Prioratus, ſacra Collegia, parœciales Eccle-
ſias, & id genus alia, per vrbes ruráque diſperſa, ad Epiſcopi iuriſdictionem viſitationémq;
pertinentia. Propterea illinc excluduntur Conuentus Ordinum Religioſorum generali Mi-
niſtro additorum, & ſe ab Epiſcopali luſtratione ſubducentium. Idem D. Thomas Seuert
ſacrorum Canonum Doctor diligentiſſimúſque antiquitatis peruestigator ſuo æuo tale Vo-
lumen conſcripſit, aut exactiùs renouauit hac ſerie. *Incipit liber dictus Poletus, in quo conti-
nentur & deſcribuntur nomina & cognomina Abbatiarum, Capitulorum, Prioratuum, Dignitatum,
Perſonatuum electiuor. aut collectiuorum in Diœceſi Matiſconenſi exiſtentium & fundatorum: &
ad quem ſeu quos ſpectat ipſorum electio, confirmatio, præſentatio, collatio, prouiſio, inſtitutio, aut
quæuis alia diſpoſitio: prout ego Magiſter Thomas Seuuert Archipresbyter de Roſſeyo & Eccleſiæ
Matiſconenſis Canonicus exſcripſi: Qui vltimis annis vltimò præteritis fui Procurator generalis &
fiſcalis Reuerendi in Chr. Patris D.D. Stephani de Longouico tunc Epiſcopi Matiſconenſis, & offi-
cium dicti Procuratoris exercui, ac adminiſtrationem negotior. & titulorum dictæ Matiſc. Eccleſiæ
habui,*

Thomas Seuert Officialis.

Is ſcriptor Poleti, libri beneficiorũ Diœceſeos Matiſconenſis.

Titulus.

habui, qualia ex Archiuis eiuſdem Eccleſiæ Poletis ſeu Matriculis antiquis & nouis ſundationibus eligere & colligere volui, & experientia probaui, quoniam maiorem beneficior. prædictor. partem durãtibus XX. annis vacare & conferri, ac Prælatos ſeu Rectores ab eadem aſſumi vidi & ſciui à maioribus &. ſenioribus fide dignis, ac probatis & expertis viris audiui, eáque in hoc volumine ad perpe-
1513. *tuam rei memoriam redegi, anno à Natiuitate Domini milleſimo quingenteſimo decimo tertio, me dicto Seyuert Officiali Sedis Epiſcopalis Matiſconenſis, pro Reuerendiſſ. in Chriſto Patre D. D. Claudio de Longouico Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Matiſcon. Epiſcopo dicti D. Stephani nepote & ſucceſſore exiſtente.* Sic ipſemet propria manu ſcripſit.

Primò eſt Eccleſia Cathedral. ad honor. inuictiſſimi Mart. S. Vincentij, in qua præeſt Epiſcopus.

Valor Epiſcopatus.

Fructus & emolumenta dignitatis Epiſcopalis valent annuatim communi æſtimatione duo millia ducentas libras annuatim, computato Romenayo vltra fluuium Araris à parte Imperij ſita[a], *& à ciuitate Matiſcon. per V. leucas diſtante ad nouem centum libras. Et licèt dictus Romenayus ſituatur vltra Ararim: eſt tamen de Regno & Reſſorto Regni ſub ſuperioritate Curiæ Parlamenti Pariſijs.*

[a] nunc Breſſia eſt Regis, Franciæ permutata cum Saleuciarum Marchia Duci Sabaudiæ tradita. Breſſia Senatus Diuionenſ. ab an. 1600. ex n. 43. §. 2. fin.

Eccleſia Cathedralis.

Sunt in eadem Eccleſ. XX. Canonici & viginti vna præbenda. Nam Decanus habet præbendam, etiamſi non eſſet Canonicus. Si fuerit Canonicus, habet duas. Et vltra præbendam habet reditus ad cauſam dignitatis à menſa Capitulari diſtinctos, &c.

In d. Eccleſia ſunt ſex dignitates, Decan. Cant. & quatuor Archidiaconatus, Matiſconenſis. de Roſſeyo, Viriſeti & Vallis Regnandi.

Collegiales.

In eadem ſunt tres nuncupati confratres maioris Altaris, & quatuor minoris, celebrantes ad Miſſam Primã, non ad magnam. Alij hîc prætermiſſi patent num. 55. §. 2. & 3. à fin.

In diœceſi ſunt duæ Eccleſiæ Collegiales: vna S. Petri Matiſcon. Regularis, altera ſecularis Beat. Mariæ Bellyoci, in qua olim non erat certus Canonicorum numerus, hodie vero ad duodecim cum Decano eſt reductus, & per Canonicos iuramento firmatus, ac etiam per Sedem Apoſtolicam confirmatus. Fructus Eccleſiæ Bellijoci æſtimari ſolent ad mille quinque centum libras Turonenſ.

In Diœceſi vna Abbatia S. Rigaudi præter Cluniacenſ. exemptam.

Abbatiæ.

Eſt Prioratus SS. Fiacri & Iuliani de Rupe, Ordin. S. Auguſt[b] *in quo ſolet eſſe vnus Religioſus.*

[b] La grange du bois des bõs hommes.

Eſt Prioratus Tiſiaci Ordin. Cluniacenſ. Nunc Prior eſt Commendatarius ab illo tempore ſcribentis Thomæ Seuert.

Eſt Prioratus Regniaci totus prædicti Ordin. Hactenus.

Prioratus S. Nicetij Deſergues Ordin. S. Bened. Nunc in commendam.

Prioratus de Villario Monialium. In commendam.

Prioratus S. Eugendi Montisbelleti Ordin. Præd. Nunc in commendam.

Prioratus S. Andreæ Deſerti Ord. Præd. In commendam.

Prioratus S. Nicolai Sigiaci Caſtri S. Bened. In commendam.

Prioratus.

Prioratus de Campaſia eiuſdem Ordin. In commendam.

Prioratus S. Laurentij Brionenſis. In commendam.

Prioratus villa noua Perronaci. In commendam.

Prioratus S. Victoris, Ordin. etiam S. Bened. Sed nunc in commendam.

In Diœceſi ſunt Eccleſiæ Parochiales *cathedrantes.* Taceo nomina*.

* manifeſtantur illi à ſub Gaſpa e Epiſcopo nu. 75. §1. fin.

Archipresbyteratus.

Sunt quatuor Archipresbyteratus. Primus Bellyoci, ſeptuaginta quinque parœciarum, Hîc harum nomina prætcrimus.

Secundus de Roſſeyo, ſeptuaginta quatuor parœciarum. Tertius Viriſeti, quadraginta ſeptem Parœciarum. Et quartus Vallis Regnandi trigint. quinque Parœcialium Eccleſiarum. Summa omnium eſt ducentorum triginta & vnius Parœciarum [c]: præter ſeptem cathedrantes in maioribus officiis Epiſcopo per Curatos aſſiſtentes, quæ non ſunt de Archipresbyteris: vt Sanctorum Petri, Stephani, Clementis, &c[d]. Sinimus catalogum Capellaniarum duplo penè maiorem. En anacephalæoſis viginti trium foliorum à M. Thoma Seuert conſcriptorum, & ſtudioſè præclaréque à ſe geſtorum ſub eodem R. Claudio Epiſcopo. Iſque prouidus Thomas ſolenni etiam ritu approbauit Statuta Eccleſiæ & Capituli Bellijocenſis.

Curæ animarum.

[c] Plures ex Epiſtolio libri Viſitationis à Gaſpa. tis 160?.

[d] Fiacrij, S. Laurentij de Charnayo, & S. Crucis e folijs quatuor in Pergameno.

Paragraphus 2.

QVod ad ſequentes Claudij annos attinet: is eſt qui adſtitit Franciſco I. Regi Chriſtianiſſimo ſedenti pro Tribunali in Lutetiano Parlamento ſub annum milleſimum quingenteſimum XXIII. vnà cum ſuo Lugdunenſi Archipræſule & innumeris alijs Galliarum Magnatibus, quales ad vnum depinxit Ioannes Tillius in Optimatibus Franciæ. Tametſi
1525. Prælatos vniuerſim ſolùm conſcripſerit [f], de quibus nos obiter in ſacro Lugdunenſi Chro-
1529. nico [g]. Itémque legimus quibuſdam in Actis Matiſconenſibus pro computis eundem perſeueraſſe Matiſconenſem Epiſcopum annò M. D. XXV. Et præterea ex alijs Actis ſub

[f] pa 431 412.

[g] nu. 119 6 2. commentar. 9.

ſub Data diei III. Ianuarij anno M.D.XXIX. is Cathedram huiuſmodi adhuc tunc poſſi-
Factus Cardinalis. debat. Sed creditur eodem potiùs medio anno vitâ functus, poſtquàm rubeo pileo donatus * ſub tit. ſ. Agnetis in Agone.
eſt * quàm aliò tranſlatus. De cuius purpuræ hiſtoria aduertendum eſt, quòd quando Cle-
mens Papa ſeptimus ac Henricus Valeſius Dux Aurelius ſe Maſſiliam contulêre, & vnà con-
uenêre: adſtitit pariter Franciſcus primus Rex Francorum, Henrici parens, vt filius eius
natu maior Catharinam Mediceam Pontificis neptam in vxorem duceret, ex Genebrardi
Chronologia ſub anno M.D.XXXIII. Erat quippe Pontifex ille frater Laurentij Medicei,
patris Catharinæ, ex ſanguine Ducum Florentiæ, è quo iam fuerat etiam conditus Leo Papa
decimus Clemente anterior. Qui Clemens ea ſolari reuolutione ad nuptiarum nitorem ac
recordationem, plures conſtituit in Francia ſacros purpuratos; maximè iam pridem antea
hunc noſtrum Claudium. Ille autem Præſul non eſt primò idem humanum indiuiduum,
de quo ſic Demochares in Tabella Ambianenſi 66. ^h^ *Claudius de Giury Cardinalis*, tametſi hoc
credat citra verum recentior Andreas de la Morliere. Quippe is tardiùs paulò floruit, h To 2. c. 16
quandoquidem tale ſolium occupabat poſt Carolum Haimardum pariter Cardinalem, ac
proximum anteceſſorem Ambiani per tranſlationem ex Matiſcone, qualis hic mox adſequi-
tus ſexageſimus octauus poſt Ludouicum I. Matiſconeum. Neque ſecundò eſt vir, pro quo
iſta author præfatus Demochares alibi delineat inter Epiſcopos Lingonenſes: *Claudius à*
Moriens. *Longouico Cardinalis de Giury ſub an.* 1560. [i] tituli ſanctæ Agnetis in Agone, qui tunc adſtitit i ibid. c. 18.
coronationi Pij Papæ 4. vbi inſcribebatur S.R.E. Archipresbyter. Malè primùm nomina-
tus alibi in Ciaconio, * *Claudius de Guidy* Epiſcopus Legionenſis, quem Gallum facit, & Le- * pa. 1103. & bene pa. 1161. 1170.
gio eſt Hiſpaniæ vrbs. Ratio autẽ præfatæ negationis huius, eſt eò quòd pariter noſter Clau-
dius loci præſentis cedens anno 1528. nequirit tandiu in ſeculo degere vſque ad eum
annum 560. Neque tertiò Antiſtes fuit nonageſimus primus Pictauienſis, ſedens ibi anno
1562. ex edito tunc Authoris Opere, ab ipſo dictus Claudius eiuſdem cognominis [k], ſi- K ca. 26.
ue iudicetur eadem perſona, ſiue differens tantæ progeniei ſubmota: quia noſter Claudius
citiùs degens haud potuit iterum è viuis tam ſerò migrare, aut Pictauum venire. Ergò citra
1528. Pontificiam aliquam tranſlationem obiit Paſtor Matiſconenſis anno M. D. XXVIII. exacto l nu. 70. Nec eſt Philippus in ſtipite genealogico per caruolam à ſancta Martha facto, pa. 385. & 974.
prorſus, ſeu initiante tantiſper ſequente Ludouico. Perindéque illi duo poſtremi Antiſtites
extitêre alij iuniores verius aliunde geniti quàm propinquiores conſanguinei iſtius: velut
oriundi (tametſi voce ſynonymi) ex nobili Philippo *De Longuic*, Dynaſta *de Giury*, Baro *de*
Pagny, &c. Vide noſtros Ambianenſes [l].

Paragraphus 3.

Nepos Claudij. HIc eodem paſſu meminiſſe per nos licebit conſanguineorum adſequentium præfati
Claudij *De Longo-vico*, cognomine *de Giury*: qui quidem ſequaces me Authorem [m] hu- m Iacobum Seuertium.
ius voluminis ſingulari amicitia proſequuti ſunt, tametſi hoc additamentum extra aleam
chronologicam huiuſce loci aut temporis ſit. Idem R. Claudius nepotem habuit mihi no-
tiſſimum ac verè illuſtrem D. Annam d'Eſcars, cognomine etiam *de Giury*, S. R. E. Cardi-
nalem meritiſſimum à Clemente Papa VIII. cum Camillo Burghelio Romano & aliis octo-
decim creatum abſentem ſub titulo S. Suſannæ, anno M. D.XCVI. in ſecunda talium crea-
tione, die 5. Nonis Iunij [n]. De quo pauca Ciaconius, qui eum dictat antea profeſſum, (Ab- n Romæ apud S. Petr. Ciac. pa. 1675 & 1278.
batem S. Benigni Diuionenſis) Ordinis S. Benedicti, necdum Romam profectum, ſcilicet
quando Author iſta Romæ ſcripſit anno M.D.CI. Sed ego teſtis affirmo illum poſtea eò iter
feciſſe, ſicuti lectio ſequens approbat. Quippe huius viri obiter recordati ſumus in priore
editiuncula [o] ſub annis M.D.CVI. & VII. velut degentis tunc Romæ, ſenis vitâ & ſanitate o pa. 616.
conſpicui. At poſtmodum is rediens in Gallias, Metis de medio ſublatus eſt in illo ſuo Epi-
ſcopatu, dum hos textus pedetentim diſponimus pro futura proximáque noſtra ſecunda
Cardinalis. editione, quæ multis tandem aucta crementis, nunc veſtris (lector) ſubiacet oculis. Sanè no-
biliſſimus ille plus quàm in morte octogenarius fratrem Carolum natu maiorem diu Lingo-
nenſem Antiſtitem habuit, eodem penè temporis interuallo quo frater Cardinalis illuſtriſ-
ſimus, ſeculari etiam vitâ orbatum: iſtum quidem rubicundum anno 1612. menſe Aprili, & p Gallicè Bar ſur Seine.
illum an. 1614. Quorum progenitores genealogici extitêre iſti: Ioannes de Longouico (vulgò q præfatorũ ſaltem locorum.
de Longuy) Dynaſta *de Giury*, Baro *de Pagny*, & Mirabelli, Gallis *Mirebeau*, ac Seneſchallus
Horum Genealogia. Burgundiæ hæreditario iure, nupſit Ioannæ cognomine Aurelianenſis, Comitiſſæ Barri ſu- r per matrimonium, & omiſſo 1. viro Franciſcæ
per Sequana [p], Rege Franciſco enitente huiuſmodi coniugium. Ex quo thoro emerſa eſt
Franciſca hæres [q] (omiſſa hic parte ſororis aliò illecta [r]) quæ in ſecundis nuptiis deſpon- ſ Scæuola cæ.
ſauit illuſtrem Iacobum d'Eſcars, loci Dynaſtam, quondam per abauos oriundum è Lemo-
uicenſibus Comitibus. Ex illo autem nexu ſuborti fuêre [ſ] præmiſſi duo Antiſtites fratres.
Iam verò ille noſter Reuerendiſsimus Annas, paulò antè præfatam noſtram priorem Ope-
rum

rum commendatam publicè memoriam, egregiè Romam mittebatur, vbi certè aliquot annis deguit ad ſanctiſſimæ Sedis beneplacitum, ac pro Henrici IV. Regis Chriſtianiſſimi patrocinio Principe ablegante. In illo autem viatico is Matiſconem Lugdunúmque pertráſiens ac me ſolitâ beneuolentiâ complectens offerénſque obſequia, relatis conatibus, & Romæ receptus, illic ea quæ viſum itis ad me tandem poſt anterius Prælum tranſmiſſa ex

Amicus Authoris.

integro in mei & Reipublicæ gratiam conſequutus. *Dominicus Epiſcopus Tuſculanus Pinellus, Fr. Hieronymus Pernerius Epiſcop. Albanenſis Aſculanus, Paulus Sfondratus Titul. S. Ceciliæ, Fr. Annas d'Eſcars Tit. S. Suſannæ de Giury, Camillus Tit. S. Chryſogoni Burgeſius, Franciſcus Tit. S. Crucis in Hieruſalem, Auila Pompeius Titul. S. Balbinæ Arigonius, Innocentius Tit. S. Thomæ in Parione de Bubulis, & Fr. Anſelmus Marzatus Tit. ſancti Petri in monte Aureo Monopolitanus, nuncupati Presbyteri miſeratione diuina ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales in vniuerſa Republ. Chriſtiana aduerſùs hæreticam prauitatẽ Generales Inquiſitores à ſancta Sede Apoſtolica ſpecialiter deputati; Dilecto nobis in Chriſto Iacobo Seuert Presbytero ſeculari, ſacræ Theologiæ Doctori, ac Reuerendi Patris Domini Epiſcopi Matiſconenſ. Officiali ſiue Vicario in ſpiritualibus Generali, ſalutem in Domino ſempiternam. Cùm in Generali Congregatione ſanctæ Romanæ & Vniuerſalis Inquiſitionis habita in Palatio Apoſtolico Montis Quirinalis coram ſanctiſſimo Domino Noſtro Domin. Clemente diuina prouidentia Papa octauo, ac nobis die infraſcripta nomine tuo ſupplicatum fuerit, vt ad faciliorem hæreſûm confutationem legendi, & retinendi quoſcunque hæreticorum, aut aliàs prohibitos libros licen-*

I. Romæ miſſæ pro legendis libris hæreticis.

tiam tibi concedere dignaremur. Nos quibus in primis cordi eſt, vt omnis hæretica prauitas è cunctorũ mentibus depellatur, & vt ſancta catholica, & orthodoxa fides vbique floreat, & augeatur, auctoritate Apoſtolica nobis in hac parte commiſſa, ac de tua doctrina, pietate, & in fidem catholicam ſinceritate, quibus apud nos fide dignorum virorum teſtimonio commendaris in Domino confiſi, tuis in hac parte ſupplicationibus annuentes, tibi, vt quoſcunque hæreticorum, ſeu aliàs prohibitos libros, etiam in Indice Romano librorum prohibitorum damnatos, ad effectum, vt præfertur, hæreſes, & errores in eis contentos redarguendi, & confutandi, ſecretò, & per te ipſum tantùm, ac ſine aliorum ſcandalo, aut periculo, abſque cenſurarum, & pœnarum incurſu legere, & retinere, liberè, & licitè poßis, & valeas, licentiam ad quinquennium proximè futurum à data præſentium numerandum duntaxat duraturam, harum ſerie, ac tenore damus, concedimus, & impartimur: Non obſtantibus in contrarium facientibus quibuſcunque. Iniuncto tamen tibi, vt tam præſentium literarum exemplum, quàm librorum prohibitorum prædictorum, quos huiuſmodi noſtræ facultatis vigore leges, aut retinebis, notam quàm primùm exhibeas Reuerendo Patri Dominò Epiſcopo Matiſconenſi, vt tempore huius

I. Bulla Papalis pro Authore.

facultatis elapſo, vel poſt obitum tuum (ſi tu interim fortè ex hac vita migraueris) libri prædicti ei conſignentur, vt prouideat diligenter, ne ad aliorum manus perueniant, ſed per eum tradantur igni comburendi. In quorum omnium, & ſingulorum præmiſſorum fidem, & teſtimonium præſentes literas gratis expeditas, per infrà ſcriptum noſtrum, & dictæ ſanctæ Romanæ, & vniuerſalis Inquiſitionis Notarium fieri, & manibus noſtris ſubſcriptas, ſigilli eiuſdem ſanctæ Inquiſitionis, quo in talibus vtimur, iuſſimus, & fecimus appenſione muniri. Datum Romæ in Congregatione Generali ſanctæ vniuerſalis Inquiſitionis prædictæ, die decima Auguſti, Anno à Natiuitate Domini noſtri Ieſu Chriſti milleſimo ſexcenteſimo quinto. Pontificatus prædicti ſanctiſſimi Domini Noſtri Clement. PP. Anno decimo ſexto. Sic originale cum rotundo ſigillo duorũ Apoſtolorum Petri & Pauli in cera rubra ad cordulam rubram appenſo. Ope ac præſidio cuius poteſtatis legendi volumina hæretica, confeſtim meam omnem opellam contuli in confutandis eiuſmodi blaſphemiis, quatenus iam etiam palam feruntur libris toto orbe chriſtiano diffuſis antè hũc poſtremũ noſtrũ Lugdunenſem & Matiſconenſem Tomum, ex ſingulari Chriſti gratia. Vbi obiter aduerte, Lector, quòd præter noſtrum Annam d'Eſcars illic quartò nominatum, inter Cardinales nouem recenſetur etiam quinto loco Cardinalis Burgheſius: qui certè anno præfato finiunte poſt expeditam hanc Chartulam, emorientibus Clemente VIII. & Leone XI. (quem vidi Cardinalem Florentinum Lutetiæ in Gallia Legatum) ſucceſſit feliciter Cathedræ Romanæ ſeu Apoſtolicæ dictúſque eſt Paulus Papa quintus: ſub cuius auctoritate, elapſo præfato literarum mearum quinquennio, aliæ in ſequens quinquennium

II. Bulla.

ad me perſimiles miſſæ ſunt, *coram ſanctiſſimo Dom. Noſt.* (aiunt) *P. Paulo diuinâ prouid. Papa quinto, &c. Datum Romæ, &c. anno Ieſu Chriſt. milleſimo ſexcenteſimo octauo, Pontificatus anno IV.* cæteris continuò in autographo poſitis vt ſuprà, ſigillatis ac propriis Cardinalium manibus ſubſignatis; nimirum octo annumeratis, iiſque penè omnibus diſtinctis à præfatis, exceptis repetitis Anna d'Eſcars & Roberto Bellarmino, quem Lutetiæ noui Ieſuitam ante ſuum Cardinalatum, tunc comitantem Illuſtriſſim. Henricum Caetanum Presbyterum Cardinalem S.R.E. Tit. S. Pudentianæ, Catholicorum Anglorum Protectorem, miſſum in Gallias Legatum annis 1589. & 1590. de latere beatiſſimi Patris Sixti V. ſummi ante Clementẽ VIII. Põtificis, aliis tribus intermediis, equidẽ virum genere Principẽ ex antiquiſſima

Ducum Sermonetæ oriundum familiâ, quem Lutetiæ ſum reuerenter alloquutus eò in
lugentis Franciæ præſidium conuolantem. Succedentes autem alias plures ad hoc legen-
di munus factas nobis conceſſiones iſtic omittimus: dum tres numero diuerſæ viſuntur col-
locatæ in frontibus noſtrorum Voluminum de Atheiſmo, Anacriſi ſacrorum Bibliorum & *
Antimartyrologio *, tum meo, tum Gaſparis Antiſtitis nomine. Atque hæc peropportuna
meritò videbantur enarranda præſenti loco & ordine, ad propoſitum Illuſtriſſimi Annæ &
noſtri, tametſi paulò antè ſuum æuum ac ſeculum.

* & alia conceſſio diſcrepans infra nu 75. §. 4 ad 8.

LXVII. *Paragraphus* 1.

LVdouicus cognomine *Chantereau*, ſacræ Theologiæ Doctor, Religioſus Profeſ-
ſor Ordinis Eremitani ſancti Auguſtini Aurelianenſis, Confeſſor Ordinarius Re-
gis Ludouici XII. dignitatem Epiſcopalem adeptus eſt Matiſconi anno medio M.
1529. D.XXIX. Qui calculus & mutatus tunc Reipublicæ ſtatus in Galliis nos inuitat perſuaſum
habendi, quòd veriſimilis modus Ludouico occurrens pro adipiſcendo Epiſcopatum fuerit
nominatio Franciſci I. tunc regnantis in Francia, vi Concordatorum inter eum & Leonem
X. Pontif. Maxim. ante decennium ᵃ promulgatorum, vt ferunt. Nimirum fortè & quidem
probabiliùs Rex in mente habuit agnoſcendi præterita Ludouici merita: vt pote qui eſſet
cuſtos animæ proximi ſui anteceſſoris, & fortaſſis ſui etiam ipſius; illo in officio perſeue-
rans. Quippe tales gradus honoris ſunt frequentiùs perennes & in titulum. Sic Ludouicus
viſus eſt primus à Rege Matiſconi conſtitutus ſeu Pontifici ſummo præſentatus, taliſque
apud Sedem Apoſtolicam inſtituendus, quaſi prima illic conſpecta vacatio Sedis poſt cele-
brata Concordata: Capitulari tunc electione aboleri cœpta, quæ ſanè priùs & hactenus
in pretio ac vſu fuerat beneficio Pragmaticæ Sanctionis, de quibus nos ſub Stephano II. An-
tiſtite Maticenſi ᵇ. Eo certè modo quo Ioannes à Lotharingia primus eſt habitus, qui robo-
re eorundem Concordatorum Lugdunenſem Archipræſulatum biennio antea conſequutus
eſt ᶜ. Dixi, inquam *electione aboleri capta*, non autem tota vbique ſimul prorſus obſoleta. Nam
acceſſus Caroli proximi ad Cathedram ſucceſſoris proficiſcitur ex renaſcente, aut adhuc
paulisper continuata electione canonica, qualis inferiùs apparet conſpicua.

Concordatorum vſus tùc fortè inceptus.

a In Francia, an. 1518.
b n. 61. §. 4.
c Ibi n. 118.

Paragraphus 2.

ILle verò Ludouicus tunc præciſè Matiſconi euectus legitur, quando præfatus Claudius
à Longo-vico eius anteceſſor ad Lingonenſem Epiſcopatum canonicè tranſlatus eſt. Qui
denuo Claudius traductus cùm eſſet Pictauum anno M. D. LX. illico Lingonas acceſ-
ſit præſulandus Ioannes d'Eſcars cognomine *de Giury*, annoſior ipſius nepos, præmiſſus ᵈ
Annæ frater, qui annis quatuor ſupra quinquaginta ibi ſedens, tandem in Comitiis ge-
neralibus Franciæ Pariſiis animam exhalauit anno M. DC. XIV. Quo iuſto tempore,
quin antè & retro, nos omni ſtudio cunctanter vtebamur accepta per Reuerend. Annam
poteſtate colligendi volumina in fide ſuſpecta, ac hæreſes refellendi. Nam operâ tantæ fa-
cultatis abſoluebamus partem tertiam ſacri Chronici Galliæ Celticæ, totam in Caluinitas:
ornabamus tecentiores Controuerſias generales Eccleſiæ Capitibus viginti dilatatas: tres
Tomos ᵉ componebamus Anacriſeum in Biblia vulgaria hæreſiarcharum innumeris pene
Digreſſionibus exultatam pro legitimis Eccleſiæ Romanæ verſionibus tuendis & fulcien-
dis: atque ſacrum Antimartyrologium excitabamus ᶠ, ad confutandum ingens vrbis Gene-
uæ Volumen pſeudomartyrum illius ſectæ, vndecies editum cum vario mendaci garritu.
Quæ Opuſcula in lato folio edenda, & orbi Chriſtiano multùm proficua, ſub Prælum
mittuntur præeuntia.

Anteceſſoris receſſus.

Authoris Opera.

d n. 66. §. 1.
e quemque pluſquam 1500. paginis.
f paginis 1800. in MS.

Paragraphus 3.

SEd ex opportuno illo deſcenſu ad noſtros vſque dies, tanquam inferiores annis Ludo-
uici, ex Anna Cardinali inuitante, extollamus denuo temporum metas verſus altiores
aut ſeculares eiuſdem Ludouici Antiſtitis luſtrationes. Paucis ipſe rexit Eccleſiam Maticen-
ſem. Quia dum in diuerſis è Clero morum correctionem moliebatur, præpeditus ne ad re-
1530. ctum, quo piè tendebat, ſcopum collimaret, & quaſi vndique obuallatus, cadens ſpe vl-
teriùs ſecundum Deum proficiendi ac triſtis, ſeceſſit Lutetiam, ſuarum domici-
lium Muſarum periturus. Vbi vale dixit mundo decima tertia die menſis Septem-
bris. Sed quoto anno, videndum nobis eſt. Equidem Author San-Iulianus conſcri-
bit

Ludouici obitus.

San Iulian.

bit [g] hoc eueniſſe annua reuolutione milleſima quingenteſima trigeſima. Ad id profectò [g pa.295.]
Synod. ſtare nequit. Quandoquidem in Epiſcopalibus Archiuis ex autographo legimus eundem Ludouicum Paſchalem Synodum Diœceſanam celebraſſe die ſolito Martis poſt Dominicã octauæ eiuſdem ſolennitatis menſe Aprili [h] anni ſequentis trigeſimi primi, Actis ſignatis *N.* [h 18. die 1531]
ſepultura. *Dauid*.Ergo diutiùs paulò ſedit Ludouicus quàm dictarit San-Iulianus.In cuius rei teſtimonium Chronologia Auguſtodunenſium Pamphili, necnon Carthuſiana [i], eundem virum [i ordine alphabetico,] horas extremas duxiſſe ferunt vniuerſim anno præfato trigeſimoprimo, abſque vlla tamen diarij nota.Quod ſanè diarium inde aliter licuiſſet tribuere illis præciſe Idibus Septembris, niſi ſequens Caroli ad Sedem introductio hanc mortem oſtenderet vndecim adhuc diebus poſtea differendam. His autem adiicio prætetea me deinceps à teſtibus oculatis tutò audiuiſſe túmque vidiſſe, quòd corpus demortui ipſius Ludouici ſepultum ſit in Pariſienſi Conuentu ſui quondam Ordinis,ante maius Altare, in eáque Baſilica egregiam Capellam viuum conſtruxiſſe ad honorem B.Mariæ Virginis.Cuius viri nomine, Opere abſoluto ac Prælum petenre, nos tandem Matiſconi recepimus miſſum Lutetiã Epitaphium; eiúſque præſidio ſcripturæ dubium omne tollitur præfati diarij, quale adſequitur.

In Reuerendi Patris D. Ludouici Chantereau Dei gratiâ nuper Matiſconenſis. Epiſcopi, ac S. Euuerti Abbatis commendationem Epigramma: qui obiit 24.Septem br. 1531.

Regum magnificas ſi laudent priſca colonas,
Egregium dices hocce, viator, opus.
Canturellus amans diuûm Ludouicus honorem
Prouidus, extremos hac dedit ante dies.
Æquora fumoſos generant calefacta vapores:
Imber & hinc lapſus rurſus in æquor abit.
Sic decet & ſacris cumulata numiſmata rebus,
In ſacra legitimo dona redire gradu.

LXVIII. *Paragraphus* 1.

Carolus cognomine *de Hemard* illuſtris genere *,alioqui dictus antea Dominus à [* familiæ de Denonuille en la Beauce:]
1513. ſancto Ioanne de Corona, electus eſt ſucceſſor ad hanc Sedem Maticenſem die XX.Menſis Nouembris anno M.D.XXXI.dictante Eleemoſynario,de quo infrà [nominabatur Claudius in I.editione, ſed veriùs nũc Carolus. Ciaconius pa.1117.] Num.LXX.§.1.Atque tunc creditur iſte Carolus factus ſummi Pontificis purpuratus.Vnde vulgò paſſim dictus & appellatus eſt, Cardinalis Matiſconenſis: talis nimirum creatus ſub titulo ſancti Matthæi, ex Onuphrio. Patentes autem ac primæuæ ſui ingreſſus literæ,quas tandem curauimus ad manus noſtras ex recognito Epiſcopali Gazophylacio
Canonica Hemardi electio. peruenire,ſunt duplices.Prius Inſtrumentum eſto autographus de tanti viri electione,idque eiuſmodi. *Reuerendiſſimo in Chriſto Patr.D.Archiep.Comiti Lugdun. ſuper Eduẽnſi,Lingon. Cabilonenſ.& Matiſcon.Ciuitatibus ac Diœceſibus Metropolitano atque Galliarum Primati, eiúſve in ſpiritualibus Vicariis gener.ad infraſcripta peragenda præſens decretum electionis Matiſcon.Antiſtitis inferiùs nominati pro confirmatione illius obtinenda præſentari debet: Decanus & Capitulum Eccleſiæ Matiſconenſ. reuerentiam omnimodam cum honore. Cùm propter vacationem diutinam Eccleſiæ Paſtoris ſolatio deſtitutæ grauia diſpendia patiantur, ſacrorum Canonum conditores deliberatione prouida cenſuerunt, vt vltra tres menſes Cathedrales Eccleſiæ vacare non debeant. Defuncto igitur in ciuitate Pariſienſi anno præſenti milleſimo quingenteſimo trigeſimo primo, die viceſima quarta nuper elapſi menſis Septembris a claræ ac recolendæ* [a hic mox ſoluitur nodus præcedentis ſiu.num.] *memoriæ D. Ludouico Chantereau noſtro quondam Matiſconenſ. Epiſcop. piiſſimo nos Ioannes*
Cathedrales Canonici. *de Courſant Cantor, Franciſ. de Franc Matiſcon. Franciſc.Margot Viriſeti, Thomas Seinert Vallis regnaudi Archidiac.Girardin Gay,Stephanus Pomery,Claudius de la Guiche,Sebaſtianus Tartarel,Franciſc.de la Guic. Nicolaus Florete & Philibert.Sibiles Canonici dictæ Eccleſiæ Reuerend. Patr.D.Philippo de Courſant Decano tunc abſente,die 14.Octobr. nuper elapſi in noſtro Caſtro ſancti Albani pro loco Capitulari ipſius Eccleſiæ propter peſtis periculum Matiſconi exiſtens ad tempus electo & de omnium conſenſu deputato, hanc diem concorditer præfiximus ad diem Lunæ viceſimam menſis Nouembris* [b] *in Ciuitat. Matiſconenſi & loco Capitulari conſuetis pro electione futuri Pontificis celebranda: mandantes noſtr. Decanum cæteroſque d. Eccleſiæ Canonicos abſentes* [b dicti anni.] *ſingulos in dicta electionis negotio intereſſe, ad diem præd.& alios dies forſan continuandos* [c], *&c.* [c quãdo peſtis ceſſaret.] *Igitur die 20.Nouemb. nos Franciſc.de la Guiche Decanus electus & confirmat.per obitum præd. Phil. nuperdefunct.,Ioannes de Courſant Cãtor,Tho.Seu.&c.*vt ſuprà,item *Claud.Vanelat,Steph. Pomyer,*

Eorum Capitulum cauſa eligendi. *Stephanus Tartaret, Philibert. de Rouë & Ioannes de Piſe Canonici, &c. poſt Miſſam de Spir. ſancto in dicta Eccleſia decãtatam, vocatis DD. Canonicis, &c. ſuprà nominatus Magiſter Thomas Seuert Archidiac. Vallisreg. capitulant coram nobis realiter exhibuit literas citatorias ad vocandos DD. Andream Verius I.V. Doctorem in altera Camerarum Inqueſtarum, Curiæ ſupre. Parlamenti Pariſ. Conſiliarium, Guilelm. Cajot, Gabrielem de Lopes, Ioannem de AmanZiaco, & Claud. Foreſtæ Canonicos abſent. &c. Omnibus ſic peractis ad dict. electionem procedentes, &c. nos Decanus & alÿ ſuperius nominati ſimul interloquentes de electione noſtri futur. Epiſcopi, &c. repente Crucis ſignaculo præmuniti, Spiritus ſancti gratiâ firmiter vt credimus inſpirati, omnes & ſinguli conſurgentes, nemine penitus* Hemardi laudes. *diſcrepante, vota noſtra direximus in Reuerend. D. Carolum de Hemard Presbyter. ſanctæ Sed. Apoſtolic. Protonotarium, in vtroque Iure Licentiatum, D.N. Regis in Mag. Conſilio Conſiliarium, & Legationis Franciæ Datarium, licèt abſentem, veluti virum probatum de nobili genere ex vtroque parente, & in legitimo matrimonio procreatum, in ætate legitima conſtitutum, literarum ſcientiâ ac vita & moribus merito commendatum, Dei & Eccleſiæ veneratorem ac pacis Zelatorem: quémque vna voce & vno ſpiritu in noſtrum & dictæ noſtr. Eccleſiæ nominamus & eligimus Epiſcopum ac Paſtorem. Cuius atque parentum ſuorum conſilio, ope, potentia & auxilio dict. Eccleſ. noſtra ſedéſque Epiſcopalis fœlicia ac proſpera in Domino ſuſcipere poterit incrementa. Et nihilominus, ne quicquam hæſitationis in præmiſſis poſſet ſubeſſe, facto ſilentio, & nobis in repoſitis ſedibus illico vnà cum duobus Notariis aſſiſtentibus diſcretis viris, &c. pro teſtibus vocatis, nos Dec. præſ. vice omnium noſtrorum* Motio diuina in eligendo. *electionem huiuſmodi viâ Spiritus ſancti celebratam in Capitulo & teſtium vocatorum præſentia recitauimus, laudémq; toti Clero & populo manifeſtandam ac publicandam fore voluimus & decreuimus. Mox ergo Deo altiſſ. immenſas gratiar. actiones propter hoc humiliùs referentes & à loco Capitulari conſurgentes, Canticum TE DEVM LAVDAMVS alta voce præ gaudio decantantes à Capitulo ad Chorum cum Clero noſtro proceſſionaliter Cruce erecta acceſſimus, organis iubilantibus & campan. pulſantibus. Quo hymno ibi finito, adſtante Clero noſtro, necnon virorum illuſtrium & nobilium ciuium aliorumque multitudine copioſa publicauit ac recitauit Notarius vulgari ſermone & intelligibili voce ante maius Altare, in hac verba. IN NOMINE Patris & Fil. & Spiritus ſancti. Cùm vacante Epiſcopatu Matiſcon. per obitum bonæ memor. D. Ludouici, &c.* Atque ſic deinceps, vt ſuperiùs. Nam poſtea in Archetypo Manuſcripto deſcribuntur reliqui varij diſcurſus, quales certè iam præfiximus, quin etiam prolixiores, adeóque vix iterandi aut huc cogendi. Vt hîc finis ſit noſtri in exſcribendo officij ac muneris. *Præſentibus nobilib. & generoſis viris Iacobo Mareſchal, Dom. de Parcu & Senozano, Humberto de la Poipe D. de Sarrieres in Delphinatu, venerabilibus & egregiis M. Philiberto Floreſte Locuntenente Regio Balliuatus Matiſconenſ. Roberto Chandon Aduoc. Guilelmo Barjot Procurat. Fiſc. Benedicto Cheſnard, Iacobo Decriuieu ſeniore & iuniore, Iacobo Seyuert, Guilel. Hugam, Ioanne Margot & Gratier, Claudio Boachon, Philiberto Pennet*, & aliis ciuibus rogatis. Iam ſupereſt duntaxat, interpretatiunculæ gratiâ, vt ex præmiſſo textu primario quatuor paucis cenſeamus ad animorum profectum colligenda. Primum eſt, quòd ex eo cõcludendum cenſetur ad hunc vſque annum perrexiſſe Sanctionis Pragmaticæ vſum per Concordata à Franciſco I. Rege inita, ſublatum ante annos duodecim, non obſtante publica eorundem in Galliæ Senatibus promulgatione. Secundò, inde ergo ſequi putatur, quod vix præſul anteceſſor Ludouicus vi regiæ nominationis ad capiendum hunc Epiſcopatum proceſſerit velut primus à Rege vocatus, quin pariter a Capitulo ſelectus adhuc fuerit, cùm in ſequacis Caroli delectu mox ille retentus ſit, viguerit & percrebuerit. Tertiò: alioqui certè in illa ſe gerendi formula quaſi initio adiaphora, dicendum foret, quòd poſt primam regiam in Ludouico nominandi rationem reuixit adhuc paulò vetus Sanctio Pragmatica in Carolo. Nimirum, quia fortè prior Sanctio credebatur pauxillatim cum honore abroganda, vel non tam citò ſepélienda; vt nominationum ritus multis pedetentim ſucceſsiuis actibus gigneretur, neque ſimul ac ſemel anterior legalis corrumpenda aſſuefactio protinus abſumeretur, quò decentiùs poſterioris ſtatuti generatio ſuccederet, atque ex præuiis diſpoſitionibus perfici tandem poſſet. Igitur iſti euentus initiatæ mutationis ſatis ritè congruunt. Quartò denique, Tractatulus proderit: quia alioqui hac occaſione ſublata, opportunus electionum habendarum aut conſcribendarum ſtilus ſanè hactenus palam ignotus eſſet, proptereáque iſtic vna vice congruit meritò euulgandus, & opportunè in præſenti volumine.

Marginal notes: Quadruplex Inſtrumenti expoſitio. — n habet originale magna 7. folio. — I. — II. — III. Sanctio Pragmatica quãdo abolita. — IV.

Paragraphus 2.

Confirmatio Hemardi in Epiſcopali electione. ALterum genus literarum publicarum, quatenus Præſulem Carolum ex compromiſſo reſpiciunt, complectitur Inſtrumentum Confirmationis ipſius Hemardi in præcedente merito approbanda electione, tendentis poſtea ad proximam breui conſecrationem peragendam. En textus primarius, ex ſuperſtite Theſauro Epiſcopali hauſtus. *In nomine Dom.*

Nos

Nos Iohannes de Rebé Decretor. Doctor, Abbas Monaſterij de Crudatio, Ordinis S. Benedicti Viuarienſ. Diœceſ. Vicarius generalis Reuerendiſſ. in Chr. P. D. Franciſci de Rohan, Dei & ſanct. ſed. Apoſtol. gratiâ Archiepiſcop. & Comes Lugdun. ac Galliarum Primatis, ſuperioris & Metropol. in hac parte, notum facimus, quod anno Domini milleſimo quingenteſimo trigeſimo primo à Paſchate [c] *more Gallicano die Mercury poſt nuper lapſum Feſtum Purificationis beatæ Mariæ Virginis, ſeptima menſis Februar. in Prætorio Officialatus Matiſcon. requirentibus venerab. D. & magiſtris Carolo de Hemard in Epiſcopum Matiſconenſ. electo, Decano & Capitulo d. Eccleſiæ eligentibus, necnon M. Deſiderio Caſin Presbytero, Promotore in hoc negotio per R. D. Archiepiſc. deputato, &c. Comparuerunt coram nobis M. Ioannes Bonachon Presb. Matiſcon. velut Procurator præſ. D. Caroli de Hemard electi, fundatus Procuratory Inſtrumento in pergameno, ac etiam egregy viri venerab. DD. Franciſcus de la Guiche Dec. Iohan. de Courſant Cantor, Franciſc. Margot Virs..eti Thomas Seuert Vallisfregnaudi Archidiac.* & ſex alij Canonici ex hi[s] qui ſuprà [d], *Procuratorio per eoſdem DD. eligentes paſſato, &c. petierunt primitus declarari nos eſſe in hac parte Iudicem competentē, &c. Et vt ſecurius in Confirmatione procedatur, produxerunt coram nobis Inſtrumētum electionis factæ per præſ. DD. Dec. & Canonicos Eccleſiæ Matiſconenſ. de perſona præſ. D. Caroli de Hemard, &c. Item Inſtrumentum Commiſſionis directæ venerabilibus viris DD. Nicolao Dorigny Decretor. Doctori, Canonico & Cancellario Eccleſiæ Pariſienſ. Nicolao Quelam in [v]troque Iure Licentiato, Canonico Senonenſi, & Ioanni Naiſſard Archidiacono maiori Eccleſ. Lugdunen. ad inquirend. & audiend. teſtes ſuper meritis perſonæ d. D. electi. Item, inquiſitionem factam per nos in hac ciuitate Matiſconenſi ſuper meritis Dominorum elig[e]ntium, &c. Item, poſtremo, literas ſingulorum Ordinum D. electi à 1. tonſura vſque ad Ordin. presbyteratus. Quibus viſis, petierunt voce Magiſtr: Margot dictam electionem de perſona d. D. Caroli per nos confirmari, &c. Quibus præmi[ſſi]s, &c. diximus & de[c]larauimus nos in cauſa huiuſmodi eſſe Iudicem compet. &c. præſentibus vener. Anthonio de [L]yon in ſuprema Pariſ. Parlamenti Curiæ Conſiliario, Philib. Florete Locumtenente generali, & Rob. Chandon Aduocato Fiſcali Balliuiæ regiæ Iudicaturæ Matiſc. &c.* Et poſt multa. *Adueniente autem die XVI. February anni præd. in Prætorio Curiæ Officialatus Matiſc. requirentibus præfatis DD. electo & Promotore, citati erant vnà venerabiles & egregy D. Decanus ac Capitulum Eccleſiæ Lugdunenſis, &c. necnon omnes aly in confirmatione vel infirmatione dict. electionis vocandi, dicturi & obiecturi contra producta in eiuſmodi negotio, ac contra dicta teſtium ſuper meritis tam D. electi quàm eligentium, &c. Comparuerunt coram nobis M. Ioannes Bonachon Procurator D. Caroli, necnon ſuperius nominati Franciſc. de Franc, Gulielmus Champeros de Roſſeyo, Franciſ. Marg. Thomas Seuert. Archidiaconi.* Et ſex [a]lij de Canonicis, *tam ſuis quàm cæterorum eligentium nominibus, ac etiam D. Caſin per R. Archiep. nominatus. Comparuerunt quoque venerab. & Rel[igi]oſi viri D. Petrus de Varenis Prior Clauſtralis & Godefridus de Marze Sacriſta ſancti Petri Ma[ti]ſconenſis Procuratores egre[gio]r. DD. De[ca]ni & Capit. Lugdun. Qui omnes Procuratores voce M. Franciſ. Mar[g]ot, coram nobis exhibuerunt noſ[t]ras literas citatorias cum relationibus à [t]ergo, &c. Inſtanter requ[ir]erunt defectum contra citatos non comparentes ſibi dari, & procedendo dici ſuper election. de perſona D. [C]aroli factam ſecundum decreta ſanctorum Patrum, proptereaque per nos confirmandam eſſ[e], petentes e[o]ſdem Procuratoribus iuſtitiæ remedio in præmiſſis prouideri. Præfati verò DD. de Varenis [&] de Marzé Procuratores Capituli Lugd. aſſenſum præbuerunt, & ſingula acta ac per nos agenda habuerunt & habent grata, &c. Et nos Ioannes de Rebé Vicar. &c. contra citatos minimè comparentes de[fect]um conceſſimus, &c. Interrogauimus D. Caſin Promotorem, &c. Reſpondit vidiſſe producta, & aliud nolle dicere, ius per nos dici petendo. Igitur omnibus conſideratis, in negotio proceſſimus, ius diximus & diffini[u]imus, prout & quemadmodum in quibuſdam foliol. papyri, quæ in noſtris manibus tenebamus, & quæ [l]a[ta] intelligibilique voce legimus, continebatur & continetur: quorum tenor ſequitur talis.* CHRISTI NOMINE INVOCATO, *&c. Quibus ſic per nos geſtis, præfati Domini Procuratores eligentium, & electi comparentes dictam ſic per nos latam & lectam noſtram ſententiam di[ff]initiuam, ratam & gratam habentes, eandem acceptauerunt & acceptant, ac nobis gratias debitas egerunt.* Vbi aduerte, Lector, quòd in autographo Manuſc[ri]pto & toto verbali (vt aiunt) proc[e]ſſu, vnde has periodos excerpſimus, non habentur certè ipſamet verba latæ ſententiæ Confirmationis, qualia libentius deſideraſſemus. Quippe cernitis exemplar e[a]ſdem optandas notas duntaxat inchoaſſe ex præmiſſis hiſce voculis CHRISTI NOMINE &c. quæ tota & integra ſententia apponi debuerat tanquam præcipua huiuſce quò nunc tendimus inſtituti. Propterea moleſtè ferimus, cur formulæ confirmatri[c]es hi[c] non ad[ſi]nt, velut meritò vna ſaltē vice hac in chartula & orbe Chriſtiano propalandæ, in quibuſcunque ſcriniis lateant areſcentes. Verum dicam. En præclari ſaltem indices Confirmationis prius ha[be]ræ aut ſupponendæ tanquam obtentæ ac celebratæ, citra poſteræ ſuæ iuriſdictionis exercitia tale priùs medium comprobantia. Nam in illo quem adſpeximus typo, iſta proximè fluunt. *Dixit Bonachon Procurator D. Electi, quod præf. Electus confirmatus eſt in breui huc venturus, qui*

Per Vicariū generalem Lugdunenſem, confirmatoriem.

[c] ante Paſcha.

[d] §. 2.

Inquiſitiones.

Citationes quorum intereſt.

Sententia Cōfirmatrix.

Author.

 de

de præmiſſis maiores gratias eſt nobis redditurus. Et Dom. Deſiderius Procurator R. Archiepiſcopi ſingulis acquieuit, &c. De quibus omnibus Domini comparentes requiſiuerunt per nos fieri, expediri, mandari vnum vel plura publica inſtrumenta: quod per Notarios & Secretarios noſtros ſubſignatos in cauſa hac, Scribas & Graffarios conceſſimus fiendum. Acta ſunt præmiſſa poſtremo dicto anno, die & loco: præſentibus d. M. Anthonio de Lyon, Philib. Florette, Rob. Chand. &c. adſtantibus teſtibus. In quorum fidem & robur, nos Ioannes de Rebé Abbas de Crud. Vicarius generalis præfatus, ſigillum noſtrum proprium vnà cum ſignis manualibus Secretariorum noſtrorum, ac Scribarum & Graffariorum literis præſentibus duximus apponendum. Hæc pro antiquo Epiſcopalium Confirmationum ritu & modulis arbitrabamur prudenter è tenebris ſuſcitanda palàmque facienda. Nam etſi valida horum praxis non ampliùs teratur in Francia circa Prælaturas: vigent tamen quamplurimùm in multis priuilegiatis Franciæ Monaſteriis, tum in reliquis Galliarum angulis [d] Italia, Hiſpania, Polonia, & ſociis partibus Tridentina promulgatione Synodica illuſtratis, vbi noſtri Tractatuli valdè futuri ſunt vſui. Inſupé que faxit pius Chriſtus, vt breui redeant hæc Saturnia regna Pragmaticæ Sanctionis in Francia citra omnem ſimoniæ labem perpetuò. De conſequente autem Caroli inauguratione Pontificia poſt emiſſas electionis ſuæ literas authenticas, non occurrunt certè ad manus pagellæ, quæ inuicem præconium tubicinis admittere queant, quatenus talia eodem pede lubens poſtulaſſet præſens chartula, dum antecedentia virum concernentia proferuntur. Sed nemini dubium, quin ſequaces profectus oſtentent eundem è veſtigio perauguſtam ſolennem nactum fuiſſe conſecrationem, realémque ſolij poſſeſſionem.

Expeditio ſententiæ.

d Flandria, Sabaudia, Pedemontana regione.

Vtilitas iſtius propoſiti.

Paragraphus .

Tria Hemardi geſta.

SEquuta ergo geſta ipſius decantaturi, tria potiora inſignimus: in quibus iam merè adiue ſe habuit Carolus. Nam in duobus prioribus Actis is paſſiuè ſuptà tantum veniſſe cenſebatur, dum nihil adhuc ſuo nomine videbatur præſtare. Principium igitur eſt eiuſmodi. Quo ſtatim die is abſens & in Northmannia conuerſans accepit nuncios confirmatæ ſuæ electionis apud Matiſconem, illico præſenſit ſe nactum eſſe ius innatum, vt continuò inſcribi potuiſſet Epiſcopus loci, & palam inde mandata ferre, etiam non obſtante ſacra inauguratione tam citò forſan minimè celebrata, aut eam breui expectando. Sic ergò vi confirmationis cenſuit confeſtim creandos eſſe ab eo Vicarios Generales, viros præſertim inſignes & valdè idoneos, qui ſpiritualia temporaliáque Sedis præclare gererent. Quinimò & per horum vnum fortè realem & perſonalem de Epiſcopatu poſſeſſionem procuratorio nomine cum ſolitis Notariorum Inſtrumentis iuſſit tunc ſuſcipiendam. En mandatorum codex eruditus. *Carolus de Hemar miſerat. diuina Matiſconenſ. Epiſcopus vniuerſis, &c. Ne in vinea Domini licèt inſufficientibus meritis commiſſi, eius cuſtodia ſimus naſcentes vepres, & ſpinæ conualeſcant, adeo vt ſpecialem eius fructificationem valeant impedire, noſtro incumbit officio indefeſſe ſolertíque ſtudio illas extirpare, procuraréque, vt gregi Dominico nobis ſuperna diſpenſatione commiſſo, animarum cura non deſit, nec illum lupus rapax antiquus ſerpens humani generis inimicus inuadat, &c. quæ omnia non niſi per viros moribus & doctrina refertos impleri valent. Hinc nos ſufficienter certiorati de probitate, literatura, conuerſationis integritate, induſtria & fidelitate venerabilium virorum ac Magiſtr. Guillelmi Champeros Archidiaconi de Rocey, Franciſci Margot Archid. de Vriſet, & Thomæ Seyuert Archid. Vallis Regnaudi ac Officialis noſtri, prædictæ Eccleſiæ noſtræ Matiſconenſis Canonicorum, &c. Expropter omnibus melioribus modis, via, iure & forma, quibus poſſumus & debemus, fecimus, conſtituimus & deputamus, ſolenniter ordinamus eoſdem viros, noſtros legitimos & indubitatos Procuratores & Vicarios Generales in ſpiritualibus & temporalibus in Eccleſia & Epiſcopatu Matiſconenſ. ſpeciales factores in negotio noſtro, &c. abſentes, &c. Quia tamen impedimentis ſuperuenientibus & variis occurrentibus negotiis facilè non poſſent ad omnes caſus in ciuitate & Diœceſi Matiſc. expediendos ſimul congregari, vnde retardari poſſent ea, quæ cum diligentia expedire decet; volumus & intendimus, quòd quicquid geſtum fuerit à duobus de prænominatis tribus noſtris Vicariis, rata & firma habeantur, &c. concedentes eis tribus vel duobus generalem poteſtatem mandatúmque ſpeciale pro nobis Epiſcopatum noſtrum regendi, & delinquentes corrigendi, ſecundum caſus exigentiam incarcerandi, pœna mulctandi, cenſuras eccleſiaſticas contra rebelles promulgandi, & ipſos abſoluendi. Singula beneficia eccleſiaſt. ſecularia vel regularia cum Cura aut ſine Cu. ad noſtram collationem ſpectantia, &c. [e] inſtituendi, præſentationes & reſignationes dignitatum admittendi, &c. Iuramenta recipiendi, &c. necnon in poſſeſſionem realem, actualem & corporalem officiorum, dignitatum, Canonicatuum, Præbendarum, ponendi & inducendi, &c. a delictis noſtræ dignitati Epiſcopali reſeruatis [f] abſoluendi, pœnitentias ſalutares iniungendi, etiamque ſuper irregularitate, &c. de bannis cum nubere volentibus diſpenſandi, &c. pa*[illegible] pro ſepulturis morte præuentorum, &c. *literas Apoſtolicas & alias nobis directas exequendi, &c.*

Tres eius Vicarij generales.

Ampla horũ facultates.

e hic omittuntur pluquam to[illegible] nex.

f illic tandẽ & circite[illegible] g et[illegible] in foro [illegible]erior. eſtque muneris maioris Pœnit[illegible]iarij.

[g] *indulgentias & gratias nobis conceſſas miſericorditer largiendi: Synodis autem & congregationibus aut generalibus ac prouincialibus Capitulis, in quibus intereſſe debemus, comparendi, præſidendi, &c.* in prima tonſura & reliquis Ordinibus *literas dimiſſorias per Secretarios noſtros vel Graffar. expediri faciendi, dummodo ſint in legitimo matrim. nati, ætatis legitimæ, & literatur. competentis: Quæſtores hos hoſpitalium Pariſienſium, S. Spiritus Diuionis, B. Mariæ Anicienſis, ſanctor. Anthonij & Bernard. in Ciuit. & Diœc. noſtris admittendi, literáſque Apoſtolicas ſuper indulgentias prædictis Hoſpitalib. expeditas publicandi: omniáq; generaliter faciendi & decernendi, prout ad ipſius Vicariatus officium noſcitur pertinere, &c.*[h] *Datum, Rothomagi die vltima Februar. anno M.D.XXXI. præſentibus diſcretis Philippo Perrot & Anton. Ponchet, Clericis Niuernenſ. & Bellouacenſ. Diœceſis, familiaribus noſtris teſtibus vocatis.* Vbi annus qui ſuprà finit tantùm in Paſchate. Verùm circa huiuſmodi traditas facultates aliquis forſan miraretur, quorſum Antiſtes Carolus tres vna vice Vicarios generales in Diœceſi ex minoribus Galliarum creant; cùm vnicus in maioribus aliis ſubſiſtere. Duntaxat hoc tempore in Archiepiſcopatu Bituricenſi adſunt duo Epiſcopales Vicarij ex æquo, & equidem ſanè totidem in Lugdunenſi Primatu[i], ſed abſente altero non præſente vnicus ſolùm exercet. Dicam verò; hæc maturior Hemardi conſtitutio, quem zelus Domini comedebat, dum ex ſingulari charitate eſuriret ac ſitiret optima animorum ſubditorum gubernacula & pabula, qualia ipſe ſubitò procurauit, exactiùs quantum licuit, tres omnino direxit ſe inuicem iuuandos mutuóque fouendos, donec is breui præſens adueniret. Itaque mandatum hoc de tribus appoſitis fuit extraneum quoddam factum, aut (vt loquuntur) extraordinarium, minimè inducens ius futurũ. Poſtmodum verò remãſit vnicus Thomas Seuert continuus Officialis ſimúlque perſeuerãs vniuerſalis. Cæterùm præfatis literis ſimiles apparent noſtræ authenticæ Vicarij hodierni Generalis à R. Gaſpare plurimùm religioſo traditæ: quæ tamẽ aliis à Carolo mutuatis ſupereminent, partim in præſidentia ad politicos alioqui profanos ſeu laicos regionis ſtatus conuocãdos obſignandóſque, & partim rurſus in clariſſima expreſſione officij magni Pœnitentiarij pro me prudenter appoſita: reliquis cunctis depictis eodem ſtilo & articulis qui ſuprà.

Vnus poſtea Vicarius ſumitur Thomas Seuert.

[h] deſunt ſex lineæ.

[i] De meſchatin la Faye, & Menard Sacriſta S. Nicetij.

Paragraphus 4.

SEquitur altera de geſtis Hemardi narratio explicita, eáque tripertita. Id genus ſecundum in primis verſatur circa Illuſtriſſimum Antonium du Prat Gallum rubeo galero dudum Romæ donatum, quem ante ſacrum eius Clericatum legimus fuiſſe vxoratum: de quo vnà cum gnato ſic loquitur Genebrardus Chronologus[e]: *Gulielmus à Prato Epiſcopus Claromontenſis, Cancellarij regij & Cardinal. ac Legati filius*, relictis pecuniis ad conſtituenda 3. Collegia Ieſuitarum obiit[f]. Ante quem parens Antonius fuerat Præſul Aruernorum[g]: qua Sede tranſmiſſa filio, conuolauit Senonas, vbi poſt decennium euanuit[h]. Is ſic loquitur, tum pro moliẽda diſponendáve conſecratione præfati Hemardi, tum ſimul pro tradenda ei poteſtate iuriſdictionis & conſtituẽdi alio fine Vicarios generales Diœceſanos: quod ipſe Antiſtes ſubinde præſtitit.

I. *Antonius miſeratione diuina Tit. S. Anaſtaſiæ ſacro-ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbyter Cardinalis Archiepiſcopus Senonenſis, Galliarum & Germaniæ Primas, Epiſcopus Albienſ. & Franciæ Cancellarius, & S. Sedis Apoſtolicæ in Regno Francorum de Latere Legatus Reuerendo in Chriſto Patri Carolo de Hemard electo Matiſconenſi ſal. Meruit tuæ deuotionis ſinceritas, vt te paterno confouentes affectu, precibus tuis in his præſertim, per quæ tuis indemnitatibus conſulitur, quantum cum Deo poſſumus, fauorabiliter annuamus. Hinc nos te qui Eccleſiæ Matiſcon. præes à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis & interdicti, aliiſque ſententiis, &c. ſi quomodolibet innodatus exiſtis* (ſtilus eſt vel proximè ſecuturæ conſecrationis, quæ tamen dies hic minimè patet, vel præparationis ad viſitationum iuriſdictiones & ſubdelegandi Viſitatores) *hac ſerie abſoluentes tuis ſupplicationibus inclinati, tibi quoad præfueris, Eccleſias, Monaſteria, Prioratus, Capellas, & alia quæcunque loca intra limites iuriſdictionis Matiſconenſis conſiſtentia, in quibus viſitationis officium de iure vel conſuetudine ſeu ex priuilegio competit, poſſis liberè per aliquem vel aliquas perſonas idoneas deputandas, quoties tempus ingruerit, etiam plura eadem die viſitare, ac perſonas Eccleſiarum, Monaſteriorum, &c. in vnum locum ſimul conuocare, &c. Authoritate Apoſtolica qua fungimur in hac parte tenore præſentium indulgemus, &c.* omiſſis octo lineis: *non obſtantibus Conſtitutionibus à felicis recordationis Innocentio IV. & Gregorio X. ac quibuſuis aliis Romanis Pontificibus in contrarium editis, &c. de quibus de verbo ad verbum in noſtris literis mentio ſpecialis fieri deberet, &c.* prætermiſſis totidem lineis. *In quorum fidem præſentes literas fieri, noſtríque ſigilli iuſſimus & fecimus appenſione muniri. Datum apud Druidum*[i] *de Cadomo Baiocenſis*[k] *Diœceſis, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo trigeſimo ſecundo, XVI. Kalend. Maij, Pontificatus ſanctiſſimi Clementis Papæ ſeptimi, Anno IX.* Similis Bulla hodie conceditur, creatis recèns Epiſcopis per ipſum & ſummum Pontificem inter alias plures plumbatas Epi-

ſcopa

Secundarium genus actionũ Hemardi, idque tripleх.

Cardinalis Legatus pro ipſo.

Senonenſis.

Vſus mutatus.

[e] ſub PP. Marcello 2. ſin. Democh. to. 2. c. 25.

[f] an. 1559. ordin: 96.

[g] 95.

[h] ord. 99. an. 1535. li. 3. ca. 17.

[i] Dreux ville dicte des Druides, iadis faux Preſtres ido latres.

[k] Bayeux en Normandie.

ſcopales literas patentes, quæ nunc à ſola Apoſtolica Sede traduntur, maximè quando in
Regnis non reſidet Pontificius ſingularis Legatus lateralis, cui tamen ampliùs de more non
eſt talis poteſtas extenſa & impenſa, vt Epiſcopos iuriſdictionibus introducat. Ex hac ve-
rò Antonij Cardinalis poteſtate facta Carolo Præſuli de committendis Viſitatoribus ad lu-
II. ſtrandas ſedulò omnes Eccleſias ſui Matiſconenſium Epiſcopatus: ſecundariò emerſa eſt
poſtulatio eiuſdem Antiſtitis erga Vicarium generalem R. Archiepiſcopi Lugdunenſis, pro
vocandis ad ius præcipuis Diœceſanis Clericis in finem Vicariatus viſitationum per totum
Epiſcopatum. En ſumma Diplomatis. *Vniuerſis D. Abbatib. Priorib. Conuentib. Capitulis, Collegiis,
& parœcialibus Rectoribus in Ciuitate & Diœceſi Matiſconenſi conſiſtentibus, in quibus R. Patri E-
piſcopo Matiſcon. viſitationis officium de iure competit, & aliis quorum intererit, &c. Benedictus Bua-
tier Officialis Lugdunenſ. 1. D. executor Iudex ad infrà ſcripta à Reuerendiſſ. DD. Antonio Pres-
bytero Cardin. Archiepiſc. Senon. Galliarum & German. Primati, &c. ſanctiſſimi D. N. Papæ de late-
re Legato ſpecialiter deputatus ſal. Literas eiuſdem Reuerendiſſimi Legati conceſſionis per perſonas*

Officialis Lugdunenſ. pro eodem Hem.

*idoneas viſitandi Epiſcopatum Matiſconenſem, anno 1532. die decimâ ſexta Maij, &c. In fauo-
rem R. D. Caroli Emard. Electi Matiſconenſis expeditas, ſanas & integras, nobis pro parte dicti R.
Cardin. Epiſcopi coram Notario & teſtibus præſentatas, cum debita reuerentia recepimus. Poſt qua-
rum exhibitionem pro parte eiuſdem R. D. Epiſc. fuimus requiſiti, quatenus ad executionem earum
procedere dignaremur. Nos igitur Ben. Officialis Iudex & executor præfatus, &c. authoritate Apo-
ſtolica nobis commiſſa, vos omnes quibus præſens proceſſus dirigitur, mandamus & monemus, quate-
nus infra ſex dierum ſpatium pro termino ac monitione canonica aſſignamus perſonas, quas idem R.
D. Epiſcopus Matiſconenſis ad præmiſſum viſitationis officium duxerit deputandas, ad illud admit-
tatis, dictóque R. Epiſcopo Matiſcon. vel Procuratori ſuo legit. procurationes ſibi debitas, quandiu Ec-
cleſiæ Matiſc. præfuerit, ab Eccleſiis, Monaſteriis & locis ac perſonis taliter viſitatis, iuxta præfa-
ti D. Legati conceſſionem, ſine difficultate & oppoſitionibus miniſtrari faciatis. Quia verò ad exe-
cutionem præmiſſorum ulteriùs faciendam nequimus quoad præſens perſonaliter intereſſe; ſingulis
Presbyteris, Clericis, Notar. & Tabellionibus publicis in Diœceſi Matiſc. ac alibi conſtitutis manda-
mus, quatenus perſonas huiuſmodi, quas ad præfatum viſitationis officium idem R. D. Epiſcopus Ma-
tiſcon. duxerit deputandas, ad illud admitti, ſibíque vel procuratori ſuo legitimo procurationes prædi-
ctas miniſtrari, &c. In quorum fidem hunc noſtrum præſentem proceſſum per M. Symonem Coſſon-
ne Clericum Rhutenenſ. Apoſtolica authoritate Notarium noſtr. & in hac parte Secretarium fieri &
publicari mandauimus, Sigillíque noſtri Officialatus iuſſimus appenſione muniri. Datum in Eccleſia
S. Pauli Lugdun. die IX. Februar. Anno M. D. XXXIII. &c.* En Chartæ executoriales. Mox de-
III. mum, poſt præuiam actus illius ceremoniam, tertiò ac poſtremò ordinatim nectitur realis
harum effectus, ſcilicet noua creatio Vicariorum per Epiſcopum habita, aut veriùs confir-
matio priorum & ampliùs, ad fines alios in commodum diœceſeos. Quæ omnia promeban-
tur hiſce notis. *Carolus de Hemard miſerat. diu. Epiſcopus Matiſcon. venerabilib. vir. M. Guilelmo*

Epiſcopus conſtituit Viſitatores.

*Champ. de Roſſeyo, Franciſco Mar. de Virizeto, Thomæ Seyuert Vallis reg. Archidiaconis ac Ioanni
Boachon Canonicis præbendat. in Eccleſia noſtra Matiſc. Vicariis noſtris Generalibus* (quarto addito)
*Salutem in Domino ſempiternam. Notum facimus vobis cunctíſque aliis præſentes literas inſpectu-
ris, quòd nos de cuiuſlibet veſtrûm probitate, meritis, & experientia plenè confidentes, & iam debitè
certiores effecti per ea quæ hactenus executi eſtis in vim Vicariatus vobis per nos ante Datam
præſentium conſtituti, abſque ulla reuocatione, ſed potiùs cum approbatione: vos in ſolidum quo-
ad viſitationes nobis ratione dignitatis Epiſcopi incumbentes iuxta tenorem Indulti à Reuerendiſſ. D.
Anthonio Presbyt. Cardinali, &c. nobis conceſſi, commiſimus ac per præſentes committimus: ita quòd
vobis & cuilibet veſtrûm Eccleſias, Monaſteria, Prioratus, Capellas, & alia loca eccleſiaſtica infra li-
mites iuriſdictionis noſtræ, illicque perſonas, in quibus viſitationis officium qualitercunque compe-
tit, etiamſi opus ſit plura eorundem vna die viſitare, ac plures perſonas in vnum locum ſimul conuo-
care, &c. liceat & liberum ſit. Præterea vt monitiones, exhortationes & prohibitiones neceſſarias face-
re, correctiones legitimas exequi, ſtatuta conficere, literas quoque ſanctiſſ. D. N. Papæ pro monendis
Lutheranis & aliis peſſimæ hæreſeos ſectatorib. à D. N. Rege obtētas in viſitatione vel extra publicare,
hortari, anathematizare, abiurationes recipere, abſoluere, illáſque & alias Apoſtolic. nob. directas inte-
grè exequi, quemcunque Catholicum Antiſtitem, qui in noſt. Diœceſi Matiſc. nob. abſentib. ſanctum
Chriſma conficere, ornamenta eccleſiaſt. imaginéque ſacras benedicere* (hoc ego Vicarius Generalis
præſto ex R. Gaſparis conceſſione cum crucib. cāpanis & Corporalib. ſine difficili opera ad-
uocādi extraneū Epiſcopum in his leuiorib.) *Cemeteria, Templa, & alia loca immunitatis conſe-
crare, polluta reconciliare, Confirmationis Sacramentum, primam tonſuram, minoréſque & ſacros etiam
presbyteratus Ordines ſtatuto tēpore ſubditis noſtr. ac cæteris ritè dimiſſis, &c. conferre poſſit, & valeat,
eundémque donec illū duxerimus reuocandum cōmittere, ſeu etiā quemlibet veſtr. abſque præfati An-
tiſtitis præſentia nomine noſtr. gerere & exercere poſſitis, licentiam, facultatem, authoritatē, & man-
datum*

Obſeruanda: & modus diuerſus promouendi Epiſcopos.

datum ſpeciale damus,&c. Hodie amplius non habemus in mandatis tale quid, nimirum ad Ordines conferendos & alia Pontificalia præſtanda: quippe talia inferunt expenſas non vrgentes: ſed dimiſſoriales litteras poſt examina in pia Doctorum Congregatione ab annis viginti erecta poſtulantibus benemeritis tradimus [l]. Tum ſic habet concluſio. *Promittentes bona fide & in verbo Prælati nos ex nunc ratum & gratum perpetuò habiturum quicquid per dictos Dom. Vicarios noſtr. in ſupradictis actum fuerit. In cuius rei teſtimonium præſentes literas per Secretar. noſtr. ſubſignatum fieri, ſigillique noſtri iuſsimus appenſione communiri. Datum Lugduni die XVI. Decembr. Anno M.DXXXIII. &c. De mandato præfati R. Dom. Epiſcopi Dauid.* Hæc dudum fuerat multiplex via euehendi Epiſcopos, vigente quondam Pragmatica Sanctione. Qui omnes ritus deinceps non ſunt in vſu, receptis Concordatis. Etenim ſummus Pontifex vi præuiæ Regiæ ſignaturæ nominantis poſtulantem, mittit viro præſulando [m] ſex diſtinctas Apoſtolicas literas vnico ſemel curſore, eáſque in ſinguis membranis plũbo Pontificio ad rubeas cordulas pendente exaratis: videlicet primam Paſtoralis inſtitutionis, deinde alias commendatitias ad Capitulum Cathedrale; hinc ad Monaſteria, ad reliqua Collegia, ad populum triplicis ordinis, denique ad ſubditos in temporalibus, pro vario præſtando debitæ ab eis obedientiæ iuramento: omiſſis veteribus informationum proceſſibus, de quibus ſuprà.

l hîc additũ an 1621.

m & ſoluẽti Romæ pecunias primi reditus annui pro Annata

Paragraphus 5.

Tertia actio.

MOx inducitur tertium vltimúmque genus rerum præclarè geſtarum Hemardi. Egregius ille Præſul credebatur vir excellentiſſimus, à Franciſco 1. Rege Francorum ſingulari beneuolentia tractatus. Adeóque regiam honorificè habuit Romæ legationem, anno
1533. milleſimo quingenteſimo trigeſimo tertio, tanquam Regis Orator. Vt regius ille amor ac fauor antea conſpicuus cum Præſulis candore ſubnixus cauſa priùs fuerit rubeum ei pileum obtinendi. Idem verò Onuphrius nomenclator Cardinalium S. R. E. cenſet eundem Franciſcum Regem interiiſſe, anno milleſimo quingenteſimo trigeſimo nono, éxque conſequenti hęc de illo noſtro Epiſcopo fatur: *Carolus Hemard Gallus ex Epiſcopo Matiſconenſi Cardinalis orationem habuit in funere Franciſci I. Galliæ Regis. Scripſitq́, nonnulla de Legationibus ſuis*: id denuò referente Franciſco à Cruce in ſua Bibliotheca; & recentiore Iureconſulto Chenu decepto in ſuis Franciæ Epiſcopis. At certè vt tutiores aliorum ſententias adiiciam de illa Chronographia: Thomas Coruerius in vita Regis Henrici II. [o] veriùs hoc funebre munus tribuit Petro Caſtellano LXX. Antiſtiti Maticenſi infrà. Et ſanè ratio præſentiſſima eſt, quia Franciſcus 1. Henrici parens lumina clauſit in horizonte anni M. D. XLVII. nimirum annis ſeptem poſt deceſſum Hemardi Epiſcopi: vt pote qui Hemardus obierit anno præcisè milleſimo D. XL. [p] quatenus diſertè liquet ex breui ſumma nobis conſpicua computationum adminiſtrationis Regaliæ, tam in ſpiritualibus quàm temporalibus, qualem præ manibus habuêre Decanus & Capitulum eiuſdem Ecclesiæ confectũ à Caroli occaſu, velut cuſtodes Regaliorũ Sede vacante ex præſcriptis iuribus ſub Præſule Pontio II. Et de illo funebri ſermone, ac Franciſci Chronico, nos alia teſtimonia in præfato Caſtella-
1537. no. Iacet verò Carolus Ambiani in Cathedrali cum iſto Epitaphio: ad quam Sedem tranſmigrabat anno MDXXXVIII. per biennium duntaxat.

Quis Orator in funere Regis Franciſci primi.

Regalia.

o pa. 10. p 22. die Auguſti ann. 47. ſuæ ætatis.

q nu. 45 §. 3. vide etiã nu. 73. §. 6 med.

ſolenne officiũ obitus Hemardi habitum eſt Matiſconi die Lunæ 13. Sept. 1540. poſt Ambianenſ. nũcios.

Epitaphium Caroli Hemardi.

Quem nunc iacentem Carolum Hemardum vides,
Non ſtemma opéſve, at vna virtus & labor
Pedetentim ad vſque ſumma vexit munia.
A Conſiliis primum ille Regiis, paululum
Poſt Romam ad ipſum ſummum Pontificem, ſui
Negotia vt Regis fideliter gerat
Legatus, adeò ſe vtrique fidum præſtitit,
Vt Cardinalium in numerum atque in ordinem
Aſcīret iſte, ille Ambiana Eccleſia
Præficeret, in qua conſepultis litibus,
Vt pacis arrham perpetuam corpus ſuum,
Animam Deo linquens, ſepeliendum dedit.

Titulus autem ad frontem lapidis & horum Carminum inſculptus eſt eiuſmodi. D. O. M. *& memoriæ æternæ Caroli Hemardi Cardinalis Matiſconenſis, & Ambianenſis Epiſcopi.* Ex quibus profectò facilè colligitur Hemardi Canonica tranſlatio è Maticenſi ad Sedem Ambianenſem, vbi fin ẽ vltimũ vitæ compegit. Hoc dicimus, quia è diametro San-Iul. ita loquitur [r]. *Carol. de Hemard. Card. Matiſc. antea Epiſc. Ambianenſ. ſucceſſit apud Matiſc. Ludou. Chantereau:*

r pa. 295. Interea, de his poſt compoſitũ hoc noſtrò exẽplar ſcripſẽre Ambianenſes de la Morliere, & alius Quæſtor Regius, ac edidere poſtquã ipſi pertentias perſonas emendicarũt noſtras chartulas, quas citò publicarunt ſuo nomine ante hoc noſtrum opus hactenus domi tentum.

Prius tranſlatio ad aliam Prælaturam. Vt cenſeatur Authot viceuerſa præmiſiſſe Hemardo Ambianum. At nos è conrra maiorem fidem partum conſcripto tumulo adhibemus pto argumento efficiendo ſecundarij eius ſolij apud ipſos Ambianenſes; partimque aduertimus, quòd ſuperiora de ipsîus electione Acta docent ſ, illum ex vno protonotoriatu Apoſtolico ad ſedem Matiſconeam immediatè aſſumptum, non autem ex præeunte alia dignita te, cuius rei charta MS. diſertè profectò meminiſſet, ſi vir priùs Ambianum poſſediſſet. Vnde conſequenter etiam Demochares in Tabella Ambianenſi ſic loquirur t 65. *Carolus Epiſcopus Matiſconenſis*: hoc eſt, qui priùs ſederit Matiſconi, deinde Ambiani. ſ §. 1. t To. 2. c 16.

Paragraphus 6.

DE cætero tamen nauſeam, quæſo, non pariat, ſi paulò repetamus occurrentem de nouo portiunculam primi finalis Paragraphi, ob aliam certè imminentis thematis circunſtantiam mox in ipſo Prælo emerſam. Etenim aduertunt rurſus nonnulli, quòd ratio cur Hemardus fuerit electus ad Matiſſanum Præſulatum ex pio priſco Gallorum more in ſeligendo per ſcrutinium iam à nobis conſcriptum u; id verè geſtum ſit antequam Concordata u §. cit. Franciſci I. Regis cum Romano Pontifice inita ad notitiam venirent ſingulatum Galliæ partium, ſufficientérque promulgarentur: neque hinc denuò quibuſdam videatur minus tutò dictum ſuprà, quòd prædeceſſor Ludouicus regia Franciſci ad Sedem Apoſtolicam facta nominarione delectus ſir pro futuro agolo Maticenſi deferendo, ex eo quòd neque vel eius ſucceſſor Hemardus huic pariter nominationi addictus fuerit, at priſtino capitulari maiorum iure fretus ſit adhuc. Quippe ad hæc recèns dicimus & adiicimus, quòd relicto ancipiti temporaneo promulgationum ſcrupulo pro Concordatis, & ne authoribus partis vtriuſque citò ac temerè crimen inuramus mendacij, quin potiùs animos pares efficere, & amborum pacem conciliare nitamur: opinarer ego Hemardum equidem purioris electionis robur Matiſconi nactum eſſe, regiis nominationibus nondum altas ſibi radices comparatis; ſed eundem regio poſtea beneplacito ſedem Ambianam conſequutum. Quod certè ſuffecerit, tum fortè quia Rex Hemardi peramicus haud præpedierit, quin primus ei Præſulatus capitali ſcrutinio conceſſus ſit more antiquo, velut conrentus Princeps de ſecunda Ambianenſi Cathedra eidem viro benignè attributa beneficio Regij ſui calculi ac voti
Vel ipſius de vtroque Epiſcopatu poſſeſsio ſimul retenta. intermedij. Iſtic verò ſimul monemus alios iterum ſentire, quòd Hemardus propriè non putetur tranſlatus derelicto priore Solio, verùm vtramque vnà Cathedram eum aſſeruaſse, videlicet ipſum Ambianam poſt Matiſconenſem ſemper adeptum ex vſu illîus tẽporis duos ſimul Epiſcopatus obtinendi ante Conciliũ œcumenicum Trident. Cæterùm, inde rantùm ad calcem ſupereſt inueſtigandum, quonam facta ſit anno illa ſua Ambianenſis inauguratio, ſiue vocetur omnimoda è Celtis ad Belgas ſceptri Gallicani tranſmigratio, ſiue totalis ambarum Eccleſiarum fruitio. Sanè quidem nullus id inſtans temporis puncto indixit. Verùm arbitramur hoc ipſum anno M.D.XXXVI. eueniſse pro ſedili murato, ex ſedula magis per-
1536. ueſtigatione Numeri LXIX. Qua pendente ſolari reuolutione alia ſaris opportuna emicuerunt, quæ me Authorem contingunt, ſequenti Paragrapho illuſtranda.

Paragraphus 7.

Obitus M. Thomæ Seuert. EOdem præfixo anno DXXXVI. poſt milleſimum Dominus Thomas Seuert propatruus meus corpore infirmus, egregium piúmque Teſtamentum ſuum condidit in Canonicali domicilio Matiſconenſi: quo patet illum maiorem aſsequutum eſse ea in Eccleſia prælationem citra Epiſcopalem Officialatus & Vicariatus dignitates antea ſecundò conceſsas x, & x nu. 66. lit. b. 4. alia primò officia y. De quo ob id iam bis ſuprà. Adſunt præcipuæ omnino periodi vltimæ y nu. 65. 2. ſuæ tunc voluntatis: *Incomprehenſibilis ineffabiliſque diuinæ Maieſtatis, ſanctæq; & indiuiduæ Trinitatis implorato auxilio: Ego Thomas Seyuert, indignus Sacerdos, inſignis Eccleſiæ Matiſcon.*
Noua eius dignitas. *Canonicus, Vallis Regnaudi in eadem Archidiaconus* (quartum inſigne ei viciſſim cõpetens) *Eccleſ. parochialis ſancti Martini de Senozano Curatus immeritus, mente reuoluens humanæ naturæ miſerias, cuius aſſumptio eum qui æternus eſt mortalem reddidit, quódque vita præſens aliud nihil eſt quàm breuis miſeria, Propheta adſtante, qui ait, Homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miſeriis:* Prouerbiiſque Sapientum legitur, *quod homo vitæ commodatus eſt, non donatus. Nã lex vniuerſalis eſt, quæ iubet naſci & mori. Igitur malè viuunt qui ſemper viuere putãt. Hinc aliis*
Ipſius Teſtamentum. *motus certis reſpectib. mortẽ diémq; eius incertũ præuenire cupiẽs, ne meæ ſal. immemor & ingratitud. vitio notari valeã, de bonis mihi à Deo collat. diſponere intendo & teſtor. Primò, ſanctæ venerab. Crucis ſigno, &c.* cõmendat ſe Trinitati increatæ Sãctiſq; beatis, quos in ſpecie interpellat. Secundò, *ſi infirmitas de morte ſuſpecta fuerit* (inquit) *Presbyt. ſecular. aut Regular. bonæ famæ per familiares tũc meũ adſtãtes eligi volo, qui vſque ad vltimũ vitæ meæ exitũ ſtabũt ad firmiter in fide Cathol. perſe-*

neran

uerandum, mêque ad contritionem peccatorum per me commiſſorum exhortando, Paſsionémque Dom. noſtr. Ieſu Chriſti, ac Sanctorum eius rememorando. Tertiò, de loco ſepulturæ. Quartò, de luminaribus & quinque pauperibus induendis g. Quintò, de ordine Actuum funeris per integram pagellam. Sextò, ſic. *Celebrari inſuper volo à die inhumationis meæ, aut diebus immediatè ſequentibus, quàm citiùs pro remedio animæ meæ, meorúmque parentum, Conſanguineorum, benefactorum, prædeceſſ. ac* Parochianor. *meor. defunctor. quos mente gero, mille Miſſas Euchariſtales: videlicet Eccleſiis Paræcialibus Yquerandæ* (vnde ille natus) *de Roceyo & S. Martini de Senozano, in qualibet earund. centum Miſſas: in Conuentibus Fratrum Prædicator. & Fr. Minor. Ciuitatis Matiſc. ducentas Miſſas ex æquo, & reliquas quadringentas Miſſ. in Eccl. Matiſconenſ.*

Miſſæ ab eo fundatæ.

Septimò, fundationem ſuam duodecim librarum, ac decem ſolidorũ annis ſingulis ſoluendorum die Feſto Transfigurationis in Cathedrali conſtituit *ſuper Molendino Gacherio* (aut) *domib. terris & pertinentiis earund. per me à plurib. perſonis antea acquiſitis* h. Octauò, ibi nominat i Guyotum Seyuert fratrem ſuum (natu maiorem) & filiam eiuſdem Guyoti naturalem Ioannam. Tum adiicit ſubinde Teſtator. *Viro diſcreto Iacobo Seyuert* K *ciui Matiſconenſ. nepoti meo chariſſimo vltra vineam X. operatas vineæ continentem* l *per me dicto Iacobo datam, eidem Iac. Seyuert nepoti chariſſimo do & lego tres vineas mihi pertinentes in* Parochia *Priſciaci* m, *&c.* Nonò, hæc ipſe. *Cùm Stephanus Seyuert filius defuncti Ioan. Seyuert quondã fratris chariſſ. nepos etiã meus chariſſ. mihi teneatur obnoxius in plurib. pecuniar. ſummis eidẽ viciſſim diuerſis perſonis traditis, quas mihi ſoluere promiſerit, ſcedulásq; fecerit, ac plura prædia, terras, vineas, domos, prata in* Parochia *Hurigniaci ſita ac vicina prædiis* Philibertæ *de Nozeret vxoris d. Stephani nepotis, ead. d. Stephano Seyuert nep. meo chariſſ. do* *. Decimò, Teſtator nominat hæredes ſuos vniuerſales præfatũ Stephanum filium Ioannis Seyuert fratris ſui, & Ioannam nepotem ſuam, Guyoti prædicti filiam: hunc equidem pro duabus partibus, illam verò pro tertia portione. Vndecimò, executores ſelegit Antonium Montaudry Presbyterũ Eccleſiæ Matiſconenſis, & Iacobũ Seyuert ſuprà factum Legatarium. Deinde ita concludit. *In præmiſſorum robur hanc m. vltimam voluntatem ſigno mea manu, die quarta menſis Decembr. milleſimo quingenteſimo trigeſimo quarto. Thomas Seyuert.* Duodecimò ac poſtremò, aduertendum, quòd nos ſolenne eiuſmodi Teſtamentum legimus interſeptum ex publicis Actibus Capituli Eccleſiæ Cathedralis, Inſtrumentum hoc promulgantis tali forma. *Franciſcus de la Guiche Sedis Apoſtolicæ Protonotarius, Decanus, & nos Capitulum Eccleſiæ Matiſcon. vniuerſis harum ſeriem inſpecturis, notum facimus, quòd anno Domini milleſimo quingenteſ. trigeſ. ſexto die XIII. menſis Octobris, ſedentibus nobis in Capitulo, ad ſonum campanæ comparuit vener. D. Guil. Morin Procurator generalis Capituli: expoſuit quòd à die Sabbathi vltima menſis Septembris vltimò lapſa, citò poſt obitum defuncti venerabilis M. Thomæ Seyuert, dũ viueret Canonici d. Eccleſ. apponi fecerat ad manus noſtras ſingula bona, quæ ex deceſſu dict. D. Seyuert in domo Canoniali remanſerant, &c.* n *Inſuper citari feciſſe honorabilem M. Iacobum Seyuert, Notar. Reg. & Antoniam Clepiere relictam defuncti M. Martini Pennet, dicti quondam D. Seyuert nepotes & legatarios, &c. Comparuit dict. Montandry Notar. qui Teſtamentum defuncti D. Seyuert exhibuit. Et eſt talis. Cuſtos ſigilli communis Regij in Balliuia Matiſconenſ. conſtituti, & nos Officialis eiuſdem loci notum facimus, quòd coram Notar. regio perſonaliter conſtitutus, venerab. vir M. Thomas Seyuert Canonicus Eccleſ. Matiſconenſ. qui ſciens in lecto, debilis corpore, &c.* reliquis deſcriptis in Teſtamenti cortice o, qualia ſuperiùs perſiſtunt p.

Legata illius ad nepotes.

Duo hæredes illius.

Executores.

Publicatio Teſtamenti.

Citatio quorũ intereſt.

g pannis 30 ſolidorum.

h ſitis apud villagium de Mogus.

i pa. 14. Teſtamenti in pergameno à me hauſto è manib. nobilis Blaſij du Pasnras, Yquerandæ, noſtri affinis.

K meo pronepote.

l ſitam in finagio de Mojo, loco au Cloujes.

m e. vinuries, in finagio de la Combe.

* Hic hæres Dominus de Noailly fuerat abauus Dominorum d'Hurigny hodie prope Matiſconẽ degentiũ per medios Ioannem 5. ac Emundũ, &c.

n relictis in de 20. lineis.

o 27. Septẽb. 1536.

p verbo incomprehenſibili.

LXIX. *Paragraphus* 1.

Antonius de Narbona is eſt, qui proximè Carolo *de Hemard* ſatis fœliciter ſucceſſit in Matiſconenſium Epiſcopatu. Solium autem procuratorio nomine ingreſſus eſt menſe Nouembri. At quoto anno factitatum, ritè non conſtat apud San-Iulianum. Is enim rem geſtam ſcribit anno quidem milleſimo quingenteſimo ſexageſimo primo *. Verùm nos teſtamur hunc Præſulem in poſſeſſionem miſſum, anno veriùs mil-
1538. leſimo quingenteſimo trigeſimo octauo, hoc eſt, citiùs quadriennio. Quippe idem Author imprudenter ſumpſit ipſius Antonij exordium à Caroli obitu, qui incidit anno milleſimo quingenteſimo quadrageſimo. Ratio huius ſuæ allucinationis eſt, quia arbitrabatur Carolum priùs ſediſſe Ambiani quàm Matiſconi. Quod falſum eſſe demonſtramus ſub ipſo Carolo a: vbi ex Epitaphio ſui tumuli relicto Ambiani in Cathedrali Baſilica collegimus, Sedem ergo Ambianenſem fuiſſe vltimam Hemardi, vbi tandem periit. Non igitur ſumendum Antonij principium Matiſconi à morte Caroli, ſed à tempore tranſlationis ipſius Matiſcone Ambianũ, niſi ambas vnà Diœceſes ex priuilegio occuparit, vt cenſent alij moris eſſe illo æuo. Quæ ſanè tranſmigratio opportunè facta eſt anno 1536. aut ex aliis,

Cõtrouerſia.

* die 23. Auguſti, ex Archiuis Eccleſ.

a nu. 68. §. 1.

anno trigeſimo octauo. Ac perinde tunc vel ſequenti annua reuolutione XXXIX. Antonius ſacrum agolum pedetentim atripere cœpit apud Matiſconem. Nam ipſo facto Eleemoſynarius, de quo nos ab exordio Numeri LXVIII. docet profectò, quòd die Mercurij 3. Iulij anno præfato M. D. XXXVIII. ferebatur in comprouincialium aures Carolum tunc Epiſcopatum reſignaſſe cuidam, nomine *Dulci-Deo*. Tametſi poſtea auditum ſit rem aliter geſtam circa idem tempus: nimirum (ex euentu) in fauorem ac beneficium Antonij Narbonenſis. Alioqui certe vel dicendum foret Carolum ne vnico ſaltem anno integro Ambianam Eccleſiam occupaſſe, vel è diametro ſedem Matiſconeam per quadriennium aut circiter vacaſſe, antequam ea ſedes repleretur, ſuóque Paſtore colluſtraretur; donec ſequax Antonius fortè ſerò nominatus, poſſeſſionem adeptus eſſet, ſeu præpeditus fuerit, ne citò illuc mitteret. Quippe legimus, quòd anno duntaxat quadrageſimo ſupra ſeſquimilleſimum die XIII. Auguſti (quorum haud meminit San-Iulianus) Cathedrale Capitulum coram ipſo Antonio rationē fecit omnem de ſingulis fructibus Sedis Epiſcopalis, quos prouentus perceperant Canonici iure Regaliæ, teſtibus Notariorum Actis per nos viſis. Qui computus vix ſanè concipiuntur ita breues per ſemiannum ſolummodò, aut diutiùs. Sin autem, dici quoque poſſet Antonium procuratorio nomine ſolium quidem affectaſſe ſibi circa annum trigeſimum octauum. Aſt deinde idem per ſeipſum præſtitit, vt bis fieri moris erat Lugduni, anno XL. Quo tempore Præſul eidem voluit fructus reſtitui, ſiue pro anno vacationis quadrageſimo, ſiue etiam pro pluribus antea. Nonnulli verò ſcribunt eundem Antonium poſſeſſione in perſona clarum extitiſſe die 12. Ianuarij, anno 1541. ac ſolenni deinde ritu vrbem Eccleſiámque intraſſe 1. Auguſti, 1542.

Regaliæ fructus reſtituti.

1540.

1542.

Paragraphus 2.

Alius de Antonio calculus.

ALia verò Manuſcripta [b] eiuſdem prorſus æui, quæ nos aliunde collegimus, indicant ſanè eūdem Antonium antea profeſſum eſſe Ordinem monaſticum ſancti Benedicti, atque viſum Abbatem Siſtaricenſem, vulgò *Siſteron*, ſub Aquenſi Archiepiſcopatu, ante obtentum Epiſcopatum: ſetiùs autem miſſum fuiſſe in realem Sedis poſſeſſionem, videlicet die XII. Ianuarij, anno M. D. XLI. per Procuratores ſuos Dominos à ſancto Vincentio & *Montempuis* eiuſdem Ordinis, iſto tamen non deferente habitum Benedictinianum, velut eſſet Pontificius Protonotarius, aut aliàs diſpenſatus. Accubuítque in lapidea ſede Epiſcopali [c], poſtea ab hæreticis Caluinitis perfracta (deinde facta lignea ſuperſtes) cum reliquis tunc in Templo illatis & perpeſſis latrociniis [d]. At deinceps ipſemet Antonius die Martis prima Auguſti, anno M. D. XLII. ſolenni ritu Matiſconem ingreſſus Miſſæ ſacrificium alta præclaráque voce intonuit. Deinde prandium ciuibus oppiparè concinnatum, & hactenus obſeruari ſolitum dedit præſens, ac epulans. Quibus a menſa ſurgentibus, nepos defuncti Ludouici Chantereau, nuper in vrbe Antiſtes elegantem habuit concionem in Æde Cathedrali, ſuper triplici dicto Chriſti ad Apoſtolorum Coryphæum, *Petre, amas me, &c. Paſce oues meas, &c.* [e] Sermonémque inſtituit de membris à capite, Paſtoréque educādis & ſubleuandis, necnon de ouibus ei ſubiiciendis, ab illóque ſedulò cuſtodiendis. Sed tandem is Antonius Narbonenſis tertio pòſt die ab vrbe diſcedens [f], ſequenti XII. Octobris auditum eſt in ciuitate, eundem expiraſſe. Ad cuius rei teſtimonium Magiſter domus intra hebdomadam in Epiſcopale hoſpitium venit, emortui domeſtica curaturus.

Is monachus.

Concio.

b Eleemoſynarij cit.

c ſimili ſorte ei quæ Lugduni in Cathedrali ſupereſt pro Archipræſul. dam. 1562. & 1567.

e loc. c. v. 17.

f poſtquam Cōfirmationis Sacramētum miniſtrarat pluſ in Templo.

LXX. *Paragraphus* 1.

Petri excellentia.

PEtrus tertius, dictus Caſtellanus, vulgò *du Chaſtel*, Lingonenſis, vir ex humili loco natus, qualem accepi ex oculato teſte valdè annoſo [a], ſed ingenio callens & apprime doctus; Regis Franciſci I. ab eleemoſynis, & Regiæ Bibliothecæ Præfectus, qui dum ſimul multo tempore multa per orbem vniuerſum inſpexerat, memoriǽque mandarat, idcirco à Principe Chriſtianiſſimo pariter erudito iuſſus eſt ſecum manere in Aula & Curia Regia; eo potiſſimùm fine, vt ad quotidianas ſummi Principis menſas vocatus, quaſque theſes eidem propoſitas ſolueret. Hoc is adeò facundè & argutè præſtitit, vt variis probis diſcurſibus Regi probè complacuerit. Quas ob cauſas Princeps nihil magis habuit in votis ex iuſtis meritis, quàm quòd tantum virum aliqua per totum Regnum inſigni Prælatura coloneſtaret & exornare contenderet. Accidit autem inter hæc vacatio Matiſconenſis Epiſcopatus: ad quam Monarcha digniorem Caſtellanum erga Sedem Apoſtolicam nominaſſe non dubitauit. Tali dono ac muneri facta eſt quidem oppoſitio alicuius competitoris. Verum Rex motā ferè litem ſapienter ſedauit, alterum nominando virum Sedi Epiſcopatus Tullen

a Priſciani mancipio ſiterato dum viueret.

Eius ad Epiſcopatum promotio.

Tullenſis; qui, reor, fuit Touſanus, tunc ſaltem viſus illic Præſes, & à Democharè [b] ſic ibi- b To. 1. ca. 13. extremo, ſub an 1549.
dem nuncupatus. Ego tamen hunc Prælatum vocarem elegantiùs Tuſſanum. Qui ſub id
quandoque tempus præſens aderat in Prouinciali Concilio Triuerenſi [c]. Hoc itaque pa- c an. cit.
cto, ille prudens Caſtellanus remanſit pacificus Matiſconi, vbi poſſeſſione reali donatus eſt
1544 Menſe Decembri anno M.D.XLIV. Quod proculdubio ſeorſum ex aliis ſcriptis recèns cō-
Ingreſſus. peti geſtum eſſe in vigilia Conceptiònis Virginis matris, Domino Margoto hæc myſteria
nomine procuratorio exercente, ac referente eundem Caſtellanum priùs Tutellenſem in
Galliis, non Tullenſem Epiſcopatum fuiſſe conſequutum: quaſi Petrus anteriorem illam
Sedem ferè cum Tuſſano permutaſſe videretur: re ignota San-Iuliano & adſequentibus.
Quippe vt propiùs eum ordinem demonſtremus, ego poſt Opus hoc abſolutum & ad Præ-
lum tandem properans, legi præcipua *Franciſci Valeſij Gallorum Regis Fata*, ſanè ob oculos
Alia ſedes Epiſcopalis eius. caſu poſita, necnon edita per Stephanum Doletum, virum Authorem ſimúlque Typogra-
phum quondam Lugduni, qui Opuſculum Latino-Gallicum conſecrare non erubuit notus
ille hæreticus præfato *Petro Caſtellano tunc Epiſcopo Tullenſi*; veluti ipſe loquitur, ſcribitque
Monſeigneur. In quo medio Epiſtolio hanc miſcet periodum. *Tibi artem dedicatam volumus;
vt quid Operis ſit, Regem ipſum erudias, & quale tibi videbitur, illi probandum & laudandum ſuſ-
cipias, &c. Datum Lugduni ad Idus Sextiles, anno ab Olympo mortalibus aperto M. D. XXXIX.*
Quo etiam die aliud Epiſtolium Regi abſens miſit. Is autem Doletus anno poſtea XLV. ex
Decreto ſupremi Senatus Pariſienſis igni viuus palam Lutetiæ traditus periit, de Lutheri ſe-
cta conuictus, florente ipſo Rege. Et reuerà, præter hæreſim, is falsò regium priuilegium
prima fronte inſcripſerat, quod nullatenùs præterit, aut poſtea ſecutum eſt. Sic frequenter
impij Caluinitæ, vt liquet ex noſtro vulgari Antimartyrologio [d]. Tum, de Præſulis Caſtella- d li. 3. ca. 4. Sect. 2.
1548. ni itinerario ex Aula Regia verſus Matiſconem, conſtat in relicto hactenus libello Manu-
ſcripto à ſuo Capellano Sacerdote, quòd die feſto S. Trinitatis anno M.D.XLVIII. idem Pe-
trus perſonali demum acceſſu, variis expanſis per vicos tapetis vrbem ingreſſus eſt ciui-
Prædicatio. bus pro more & ex ordine obuiam procedentibus. Subindéque Antiſtes ad portam ciui-
tatis ſolita ab antiquo iuramenta emiſit: prope & extra Clauſtrum Cathedrale gradum ſi-
ſtens, ac Pontificalibus infulis tunc aſſumptis, Baſilicam nouo ſtratam porticu adiit. Hinc
autem ſequenti die XXII. Iulij, aut circiter, filius poſtmodum Rex Franciſcus ſecundus ſo-
lenniore apparatu vrbem eſt ingreſſus; vbi ipſe Petrus ſacer Vates coram Principe ſummo
& vxore Regina luculentam habuit in foribus Templi oratiunculam: poſteráque luce,
Mariâ Stuard Reginâ adſtante publicè concionatus eſt. Atque hæc & alia in circum à no-
bis aucta [e] ſcripto reliquit deuotus fideliſque eiuſdem Præſulis Eleemoſynarius in libello e §. 1.
anonymus, & ſic alibi plerunque citatus.

Paragraphus 2.

4. narranda. POſt fœlicem ipſius Petri ingreſſum ad primam eam Cathedram: ſuccurrerunt quatuor
inſignia illius geſta, quod hactenus reſciuerim: San-Iuliano rurſus inſcio. Primum eſt,
I. quòd idem Petrus effectus cùm eſſet Magnus Franciæ ſub Franciſco I. Eleemoſynarius per
Is Eleemoſynarius Regis. dignitatum vltra Epiſcopalem incrementum: hinc ardens ille bonorum operum excitator
Regem ſuum præclarè conciuit ad ea excellentiſſima geſta egregiè ſuſcipienda, quæ Ioan-
nes Tillius coætaneus excurrit in Chronico, tum pridem ante obtentas eas dignitates, hoc
eſt, anno M.D.XXX. tum firmiùs corroboratas, quo ferè anno illas conſequutus eſt, ſcili-
cet quatuordecim pòſt annis, iſto Authoris fragmento. *Rex bonarum artium & literarum
omnium ſtudioſiſſimus* (ait) *vt eas quàm latiſſimè & longiſſimè diffunderet, incomparabilis Regij ſce-
ptri ornamento, tum omnium mortalium commodo, Gulielmo Budæo & Ioanne Bellaio hortantibus,
Promotor inſtitutionis Profeſſorum Regiorum Academiæ Pariſienſis. Pariſiis Doctiſſimos homines in literis Hebraicis & Græcis atque etiam Mathematicis, honeſtis ſtipen-
diis publicos Profeſſores inſtituit. Quòd cùm plauſibiliter excipi & feliciter ſuccedere animaduerteret,
Petro Caſtellano anagnoſte ſuo authore* (ſeu lectore ordinario) *prioribus alios in literis Latinis
Medicina & Philoſophia adiungit, & primorum numerum adauget: quo facto Academiam Pariſien-
ſem velut opulentiſſimum literarum emporium breui florentiſſimam reddit*, &c. Ad hæc denuo
Genebrardus [e] eiuſdem hiſtoriæ repetitor dicit tale facinus moliri cœptum eſſe *ad adden-* e In Chron. vterque ſub an 1530
dum Colophonem [f] *iis quæ in ea Academia deſiderabantur, deſtinato aureorum ducentorum honora-* f vertex, faſtigium
II. *rio* [g], quibuſque regiis linguarum Profeſſoribus. En ſingulare opus. Secundo ordine, quando g annuatim.
Franciſcus Rex infirmatus expirauit anno M. D. XLVII. noſter iſte Antiſtes funebrem pro
illo Monarcha orationem publicè intonuit. Non ergo id munus præſtitit Carolus Hemar-
Funebrem Orationē habuit in morte Franciſci Regis. dus antea Præſul Matiſcenſis, veluti cenſuerat & affirmarat longè diſſitus in Italia Onu-
phrius. Quippe obierat Carolus ſeptennio priùs. Quòd verò Petrus III. illo perfunctus ſit o-
nere, præter Coruerium illic recenſitum, hoc rurſus commemorat ſynchronus Ioannes

Tillius b. *Franciſcus Galliarum Rex(inquit)non ita multò pòſt in arce Rambuletana febre continua atrociſſimè conflictatus poſt pœnitentiam incredibilem & confeſſionem, cùm ad ſacroſanctum Euchariſtiæ Sacramentum Vnctionis ſacræ extremum addidiſſet,in Chriſti ſanguinis pro noſtris delictis effuſione totâ ſalutis fiduciâ collocatâ, quam ad rem Caſtellanus Matiſconum Epiſcopus diuinam ei operam nauauit decima octaua à morbi primordiis die animam egit.* Ecce,Epiſcopus Regi morienti Sacramenta propinauit, aut miniſtranti ea interfuit. Vnde conſequenter is eloquentiſſimus abſoluit cœptum collatum beneficium: nempe poſt mortem Principis funebri oratione Galliam conſolatus eſt,annuente Coruerio. b In ſolo Chron. Latino,eo an. 1547.

3 narrãdum. Tertio loco, idem Caſtellanus anno M.D.XLIX. diſputationem iniit aduerſus notorios quoſdam hæreticos morti deſtinatos, præſente & præcipiente Rege Henrico ſecundo Franciſci ſecundi parente,tanquam eſſet Antiſtes Regis etiam ſucceſſoris anagnoſtes. Propterea concludendum, quòd ex viſo à ſe Matiſconenſi agro per vnicum annum ſuperiorem, vti iam monitum voluimus,è veſtigio nouum Regem adiit,cõtinuò aut frequentiùs in Curiam vocatus ex meritis.Concertatio luceſcit in Antimartyrologio i,Caluinitis aduerſus eū falſo ſceptro debacchantibus. Quartum poſtremúmque obiter annotandum, eſt quòd ille tandem Caſtellanus Matiſconeam Sedem ad Aurelianenſem cum Franciſco ſequente viro Matiſconi reſidente canonicè permutauit,Aureliíſque demum, poſt peractum boni Paſtoris officium, incerto die qui ad nos peruenerit, vltimam ſibi horam numerauit. Sed de iuſtiore tempore,quo celebrata fuerit eiuſmodi tranſmigratio, nobis ſermo venit inſtituendus. Nonnulli hactenus arbitrati ſunt eum ſic locum mutaſſe ſeſquimilleſimo Solis Chriſtiani circulo præter annos quinquaginta. At profectò deinceps recognouimus eundem Petrum ad calcem anni ſequentis illam adhuc Cathedram poſſediſſe. Sic etenim loquitur quædam inſtitutio ipſius nomine facta pro vna parœciali Eccleſia præfatæ Diœceſeos Maticenſis: *Franciſcus Margot Archidiaconus de Roſſeyo Canonicúſque & Officialis* (hoc eſt,ſucceſſor in honoribus defuncti M.Thomæ Seuert) *ac Vicarius Generalis Reuerendi in Chriſto Patris DD.Petri du Chaſtel Matiſconenſis diuina miſeratione Epiſcopi, dilecto nobis in Chriſto D.Anthonio de Cabanis,&c.vacante Eccleſ.ſancti Petri de Romanechiis Matiſcon.prædictæ Diœceſ.per reſignation.liberè factam per M.Iacobum Bernard.&c.* Cui Cabanis de ea prouideretur Eccleſia. Deinde Inſtrumentum ita claudit totum negotium. *Actum Matiſconi die duodecima menſis Decembris, anno D. milleſimo quingenteſimo quinquageſimo primo.Præſentibus,&c. S. Deſboys*, Secretarius.En autographus. Ex quibus diſertè liquet Caſtellanum nondum tunc progreſſum Aureliam, cùm eius nomine adhuc Matiſconi fierent prouiſiones beneficiales. Ad ſummum ergo eiuſmodi Præſul verſus Aurelianos iter ſuum fecit anno inchoante M. D. LII.Tametſi Sauſſeyus dicat anno M.DLI.moriens in Cathedra ſuburbij concionator ante ipſius diſpoſitum ad vrbem ingreſſum. Cæterùm Numero LVIII. huiuſce hiſtoriæ iacet Petrus II. Maticenſis. Prætereo huius tertij Epitaphium, quod profert Sauſſæus in Aurelianenſibus.

i li.4.ch.1. Sect.1.ſ.1.

IV.

Permutauit Sedem cum Aurelianẽſi.

1551.

LXXI.

FRanciſcus *de Faulcon* Montiſpeſſulanus, filius eſt habitus Falconis de Falcone & Catlotæ Bucelli nobiliſſimorum Florentinorum, ex quorum familiis plures olim ſummum Magiſtratum Confaloniorum Florentiæ geſſerant, ſtante adhuc Reipublicæ ſtatu. Iſte autem Franciſcus è Montepeſſulano ad aulam Franciſci I. Francorum Regis accedens, primùm fuit Canonicus ſacri Sacelli Pariſienſis, hinc Archidiaconus Carnotenſis, tum Abbas S.Ioannis Carnotenſis a, poſtea Conſiliarius Regius ac Tutellenſis b Epiſcopus ſub Archipræſulatu Bituricenſi,non autem Tullenſis c in Lotharingia ſub Archiflamine Triuirenſi, itemque creabatur Abbas Bellipertiecenſis. Conſequenter factus eſt Epiſcopus 106. Aurelianenſis anno M. D. L. Et deinde ex canonica permutandi ratione anterioris ſui Præſulatus Aurelianenſis cum allato Caſtellano Matiſconenſem arripuit anno M.D.LII.nec citiùs eò conuenire potuit ob demonſtrationes in præcedenti extremo ſuſcitatas ac perſpicaces. Is ſuo æuo, quod fuit quinquennium in Sede, contulit aliquot huic Diœceſi Indulgentias,quas veriùs appello forenſes tantummodo, hoc eſt, remiſſiones legis eccleſiaſticæ vniuerſalis de non vtendo cibis vetitis certo anni cuiuſlibet tempore, idque per [illegible], ſiue interpretationem Legum Canonicarum ad breue tempus, iis omnibus benefactoribus, qui leuiores pecunias impertiti eſſent ad iuuandum Pontis Matiſconenſis ſuper Arari refectionem: nimirum ſub eleemoſyna trium denariorum ab exteris ſoluenda, & decem denariorum ab oppidanis conciuibus atque à nobilibus totius Diœceſeos, ob

a Sauſſ. pag. 625.
b vulgò Tulles.
c i. ſ. vulgò Toul.

1552.

Franciſcus quas Indulgentias cõceſſit.

ob conceſſam à ſe Protopaſtore cunctis facultatem edendi carnes die Sabbathi à feſto Na-
tiuitatis Chriſti Domini ad Purificationem B. Virginis Matris; & oua caſeáque diebus Lu-
næ ac Martis vnius ſolùm Quadrageſimæ comedendi. Nullatenus autem interiorem ad
animam Indulgentiam conceſſit, quæ eſſet pro pœna temporali actualibus peccatis debita
minuenda, quoties ſubiecti vtriuſque ſexus ſacramentali ritu pœnitentes auguſtiſſimam Eu-
chariſtiam reuerenter ſuſceptam deglutirent. Quæ alioqui via poſterior foret vulgarior In-
Duplex genus Indulgẽtiarum. dulgentiæ publicandæ ſenſus, & talis largitio pertinet ad Romanum Pontificem. Hoc obi-
ter explicatiunculæ genus dedi ruminandum prudenti. Etenim legimus typicum exemplar,
rurſus nequaquam San-Iuliano peruium. Quam veniam ferunt Carolum Epiſcopum
LXVIII. ſuo ſuprà tempore pares ob fines impertitum etiam fuiſſe. Atque veriſimilius
eſt vtrunque ſeiunctum & viciſſim eam licentiæ poteſtatem feciſſe. Faxit autem Chriſtus, ne
temporaneæ eiuſmodi licentiæ ob ingruentem & vrgentem ferè tunc neceſſitatis occaſio-
nem, habenas poſthac ciuibus citra cauſam relaxarint comedendi aliquando prohibita in
Vigiliis confusè Sanctorum, in quatuor paſſim conſtitutis annuis ieiuniorum temporibus,
& in maiore Quadrageſimali parte, quo pacto fama volat prauum eum morem Matiſconi
ſic nimium percrebuiſſe inter quoſdam orthodoxos Romanæ Eccleſiæ profeſſores victi-
tandi, & ſe gerendi contra fas, aut palam vendendi oua caſeáque in Quadrageſimis, ſine
exactiore ciuili quæ obſeruetur politia, cum ingenti bonorum ſcandalo Reipublicæque diſ-
Matiſconi pendio. Saltem fortaſſis nimia fæcis illius populi ad carnes vorandas propenſio, ſacra de-
plures addicti carnibus & ouis in diebus vetitis. ſerta religioſæ pœnitentiæ deſpiciens, & ollas fumantes infidelis Ægypti more carnalium
Iudæorum appetens, iam antea (reor) ab Epiſcopis præcognita eis hanc ſemel anſam rela-
xandi præbuit, & hac vice attulit ſpe melioris frugis. Quam corruptelam plebs inde adau-
xit, ſibimet in poſterum vſurpauit, atque lubentius conſummauit annis M. D. LXII. &
LXVII. quibus hæretici Caluinitæ vrbis captæ dominatores ac vſurpatores hanc vorandi
ingluuiem turpiter miſeréque latiùs diſſiparunt, firmiúſve introduxerunt ad viciniam, vt hæc
Franciſci trãſlatio. turpis corruptio altiores in multorum animis radices ageret, deinceps relictas, & difficiliùs
mox excludi aut euelli ſolitas. Interea, pro Franciſci fine in Diœceſi Matiſconenſi: is in-
tra quinquennium iure rurſus permutationis cum ſequace Amedeo, donatus eſt alia iterum
Sede, nimirum Carcaſſonenſi, ſub quo Epiſcopatu fuerat oriundus. De quo nos cætera in
noſtris Carcaſſonenſibus Tom. 3. Sic ipſe patriam tandem ex voto petiturus, climacem Au-
relius Matiſconem è longinquo gradatim approximando confecit. Sed aduertendũ, quòd iſte
iam intra quadriennium eidem Amedeo locum ſuum reſignarat. Nam ſub annum præciſè
1556. milleſimum quingenteſimum quinquageſimum quartum, die XIV. Auguſti Capitulum Ma-
tiſconenſe ex veteri laudanda conſuetudine, quam ſæpe præfiximus ſub Pontio II [d]. Philip- d n. 45. §.
po [e] & Antonio [f] Epiſcopis Maticenſibus reduxit ad ſuas manus ſingula emolumenta Epi- e 55. nu.
Regalia. ſcopalia, quaſi pleno iure Regaliæ. Deque Officiariis ad hoc prouidit, ex eo quòd præfa- f 69.
tus Antiſtes Franciſcus nuper Sedem ſuam reſignatione dimiſerat, necdum tamen ea demiſ-
ſio Romæ tunc admiſſa videbatur, cùm dilata ſit ad annum ſequentem. Quod equidem ge-
ſtum eſt præclara vi Regij priuilegij ſuprà ſatis ſupérque probata, quoties ad ſacrum ſolium
vacare contingit. Vide extremum Baptiſtæ Alamani Antiſtitis [g]. g n 71 §. 6. med.

LXXII.

1557. AMadeus *de Foix* ex principali familia huiuſce nominis, Ciuitas & regiuncula Va-
ſconiæ, quondam dicta *Fluſſates* in Commentariis Iulij Cæſaris [a]. Is eſt qui ſacras a li. 3 ca 6. ex
Carcaſſonenſes infulas contulit pro Matiſcone in ſpiritualibus recuperando: cele- tremo, & Vigneius g. oſlator.
brata per Procuratorem poſſeſſione Kalendis Decembris anno M. D. LVI. ſedénſque ibi-
dem per biennium duntaxat; quocunque poſtea deuenerit. Inter has autem breues moras,
ipſe veterem Tranſactionem refricauit cum ſuo Cathedrali Capitulo circa communem di-
ſtinctámque illorũ iuriſdictionem; nempe eandem quæ dudum cœpta fuerat, & à nobis ex-
Iuriſdictio limitata. poſita ſub Raynaldo Maticenſi Epiſcopo [b], confirmata ſub Pontio II. [c] itidem Præſule, di- b nu. 44. 1.
latata ſub Ioanne III. & Odone ſucceſſore [d], renouata ſub Ioanne IV [e]. ac demum ampli- c n. 45 § 5.
ficata ſub Theobaldo [f]. Qua de re patent Acta celebritatis Romenæi habitæ ab ipſo Ame- d o 51 § 3. & n 54. §. 1.
deo menſe Iunio [g] an. M. D. LVII. eáque obſignata ſequenti menſe Auguſti [h] per Notarium e nu. 56.
Frenier, &c. Aliud nihil iſtic enarrandum habemus præ manibus. De his latiùs & opportu- f nu 57. §. 2.
niùs in ſucceſſore Ioanne Baptiſta anno eodem ex Actibus Apparitoris [i]. g 6. Idus. h die 20.
LXXIII. i n 73 § 6. med.

LXXIII. *Paragraphus 1.*

Origo.

IOannes Baptiſta *Alamanny*, ortu Florentinus, filius excellentiſſimi Poëtæ Lodoïci Alamanny, qui parens pro tuenda libertate Florentina mortem paſſus eſt in ciuili tumultu tanquam ciuis optimus, quando cœpit ibi ſummus principatus aut Ducatus introduci tempore Clementis Papæ ſeptimi [a], ex Paulo Iouio olim quidem Medico, ſed poſtmodum Epiſcopo Nucerino [b]. Idem Ioannes Baptiſta in Gallias veniens ad Catharinam Medicæam Henrici II. Regis nuptam, factus eſt primum eiuſdem Catharinæ Eleemoſynarius, deinde à ſecretis Conſiliarius Franciſci I. Regis, patris Henrici; tum ſalutatus eſt Epiſcopus Matiſconi, accepta reali poſſeſſione anno M. D. LVIII. ex commutatione aut
1558. tranſlatione è Vaſatenſi Præſulatu, qui ei primùm obtigerat. Inter quæ tempora is ſe præbuit beneuolus vnus ex tribus fundatoribus Collegij Italorum, ſic nuncupatum eſt, in Pariſienſi Schola & Academia apud S. Hilarium [c].

a Sedit ab an. 1523. ad 34.
b In hiſtoria noſtri têporis Tomis duob. Florentiæ & Lutetiæ in folio, tum Venetus in 8.
c in angulo vici inferioris.

Paragraphus 2.

Seculariſatio Monaſterij Matiſconenſis.

SEdente hoc Præſule Baptiſta, at eo abſente ex vrbe, & iuſſo in Curia Regia diuerſari, procurata eſt ſeculariſatio Canonicorum Prioratus Regularis S. Petri Matiſconenſis *, qui octoginta ſex annis antea in vrbem conuocati ad perfugium fuerant, exciſo prorſus & ſolo æquato eorum extra ciuitatem Monaſterio, veluti in Stephano II. Antiſtite expoſitum eſſe voluimus [d]. Hinc certè conſentaneum & conducibile fortaſſis videbitur, vt hi ſuis orbati laribus, & in locatis domibus ſub illis initiis habitantes, ſe in parœciali intra mœnia reducentes, mediiſque laicis conuiuentes, velut coacti ac ſine clauſtro aut muris, fas eis eſſet degere in ſeculari Clericorum habitu, lubentiùs fortè quàm Religioſis quondam Inſulæ Barbaræ ſupra Lugdunum, qui ſub id tempus parem ſibi excuſſo iugo ſeculariſationem moliti ſunt, in ſacra Lugdunenſi hiſtoria memoratam [e], etſi leuiores alioqui iis cauſæ ineſſent talia præſtandi, cùm eiſdem integrum ſuperſit Monachale Cœnobium, clauſtralibus cinctum mœnibus, necnon valde ſeiunctum è tumultibus aut forenſi clamore ciuium. Acta autem ſeculariſationis Canonicorum ſancti Petri cenſentur diſtributa in capita viginti & vnum. Quæ ideo hîc meritò percurrenda videntur, etſi prolixa, quia in rebus geſtis frequentiſſima mentio fit præſentis Matiſconum Antiſtitis, quamuis eius nomen haud exprimatur. Quippe is vnus tunc reuerâ Epiſcopatum poſſedebat, dum hæc agerentur. Primus Actuum eſt Papalis, iſque huiuſcemodi. *Paulus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilectis filiis Lugdunenſi & Cabilonenſ. ac Matiſconenſ. Officialibus Sal. & Apoſt. bened. Hodie ex certis tūc expreſſis cauſis in Monaſterio per Priorem gubernari ſolito ſanctorum Petri & Pauli Matiſcon. Ordinis S. Auguſt. nomen & titulum Monaſtery ac dignitatem Prioralem & Conuentualitatem, Camerariam, Sacriſtiam, Eleemoſynariam, Præpoſituram, Cantoriam & Refectuariam perpetuò ſuppreſſimus & extinguimus: necnon in Eccleſia Monaſtery ſtatum Regularium in ſtatum Præpoſiti, Theſaurary, Canonicorum & Clericorum ſecularium immutauimus, & illam ad ſtatum ſecularem reduximus, ac in ſecularem & Collegiatam Eccleſiam ſub dicta inuocatione SS. Petri & Pauli, ac in ea Capitulum ſeculare erexìmus & inſtituimus; nonnulláque alia tunc expreſſa fecimus per alias noſtras literas, prout in illis pleniùs continetur. Quocirca diſcretioni veſtræ mandamus per Apoſtolica ſcripta, quatenus vos, vel duo aut vnus veſtrûm, poſtquam d. literæ vobis præſentatæ fuerint, per vos vel alium prædictas literas & in eis contenta, vbi & quando opus fuerit, ſolenniter publicantes, faciatis firmiter obſeruari, eóſque quos ea concernunt, illis pacificè gaudere, non permittentes illos vel eorum aliquem contra literarum tenorem indebitè moleſtari: contradictores quoslibet & rebelles per cenſuras & pœnas eccleſiaſt. appellatione poſtpoſita compeſcendo: inuocato etiam, ſi opus ſit, auxilio brachy ſecularis, &c. Datum Romæ apud ſanctum Petrum Anno Incarnat. Domin. milleſimo quingenteſimo quinquageſimo ſeptimo* [f], *&c.* Fuitque Paulus IV [g] author tertius, qui Concilium Tridentinum initiarat. Cuius Bullæ effectus per biennium inter moras duraſſe viſus eſt, antequàm apparuerit plena, completa liberáque ſeculariſationis executio. Vnde ſecūdum dilatum Inſtrumentum eſt iſtud. *Henry par la grace de Dieu Roy de France au Bailly de Maſcon, ou ſon Lieutenant. Nos bien-aimez les Religieux Prieur & Conuent S. Pierre de Maſcon Chanoines Reguliers nous ont fait remonſtrer, que de noſtre conſentement & à noſtre Requeſte ils ont eſté pour pluſieurs bonnes cauſes ſeculariſez par noſtre ſainct Pere, aux charges contenues és prouiſions Apoſtoliq. cy attachées ſous le Contreſeel de noſtre Chancelerie. Pour leſquelles mettre en execution, leſdicts Religieux nous ont tres-humblement fait ſupplier, leur octroyer nos lettres à ce neceſſaires. Sçauoir faiſons à vous, que nous*
1559. *inclinant à la ſupplication, &c. auons auſdicts Religieux & Conuent accordé, que leſdictes Bulles ils puiſſent*

Expoſita fragmētus XXI.

I fragm.

Bulla Papalis.

II. fragm.

Literæ Regiæ.

* Ordinis D. Auguſtini.
d n. 63. §. 1.
e n. 115. §. 3. an. 1549.
f 7. Idus Iul. an. 3 Pōtific.
g vſque ad an. 1560.

puiſſent mettre à entiere execution,& en vertu d'icelles vſer d'icelle ſecularisation ſans trouble, &c.
III.frag. *Donné à Paris le XVII.de Iuin l'an de grace M. D. LIX. & de noſtre Regne le III.*Poſtmodum
in autographo adeſt tertium. *Quibus literis Apoſtol.per nos Officialem ac executorem cum omni*
reuerentia receptis eas penes nos vſque ad diem Iouis ſeq.retinuimus. Ad quam Dominos Canonicos
Regul.audientiam noſtram ad acceptation.aſsignauimus; dictis literis cum executorialibus viſis, die
Viſo literarum per Officialem. *XXVII.Iuly comparentibus Dominis Canonicis Regularibus, onus literarum Apoſtolicarum exequendarum in nobis aſſumpſimus, literas noſtras citatorias propterea decernentes,quarum virtute ius vel*
intereſſe in contentis literis præſentibus ad diem Sabbati proximam aſsignationem dari iuſsimus, in
IV.frag. *forma quæ ſequitur,præſentibus D.Ponto Tuernal Concatherino Bellyoci, &c.* Exinde quartum Inſtrumentum.*Philippus Gayand Iurium Doctor, Archidiac. de Roſſeyo Canonicúſque ac Officialis*
Matiſcon.(in ſingulis ſucceſſor Magiſtris Th.Seuert & Margot) *Iudex ac executor à S. D.N.*
Citatio quorum intereſt. *Paulo,&c.cum clauſula, Quatenus vos ſeu vnus veſtrûm,&c.Omnibus D.Curatis,Presbyteris ſeu Clericis,quibus præſentes Apoſtol. literæ præſentatæ fuerint,tenore præſentium committimus, quatenus*
vos ſeu quemlibet veſtrûm apprehendentes intereſſe aliquod in executione literarum Apoſtolicarum
ſuper Monaſtery ſanct.Petri & Pauli Matiſcon.Ciuitatis in Eccleſiam ſecularem & Collegiatam reductione obtentarum prætendentes ad diem Sabbati proximum coram nobis in loco maiores Tribunalis Sedis Epiſcopalis hora Primæ aſsignetis, quidquid voluerint pro ſuo intereſſe allegaturos,cum intimatione,quòd compareant ſiue non, ad negoty formam procedetur. Datum Matiſc. ſub ſigillo noſtræ
Curiæ die Iouis XXVII.Iuly anno M.D.LIX.Sign.P.Gayand, ex ordinat. &c.N.Frenier. Quintus
V.fragm. Actus. *Anno Domini milleſimo D.LIX.die Iouis XXVII.Iuly, citati fuerunt Reuerendiſsimus Dom.*
Cardinalis de Caſtillone Prior maior Prioratus SS. Petri & Pauli Matiſcon.ad perſonam Reuerendi
Cardinal. *in Chr. Patris D.Franciſci de la Guiche Abbatis S.Saturi*[k] *Decani Eccleſiæ Maioris Matiſconenſ.* b Bituricenſ. Diœceſis. vulgo, S. Satur.
Prior Monaſterij. *Vicarij Gener. D. Reuerendiſsimi Cardinalis præf.necnon venerabiles M. Symon Girarde Procurator Scindicus, Philibertus Brunet, Theobald. Correllier Scabini Ciuitatis Matiſconenſ. ad*
diem Sabbati proximam vigeſimam nonam Iuly, &c. Præſentibus D. Claudio du Chaſsim, Ioanne
VI.fragm. *Burtin, &c. Sign. Chreſtien.* Sexta Actio. *Dictâ vero die Sabbati horâ Primæ ordinariâ aſsignatâ coram nobis Officiali & executore præd.prò Tribunali ſedentibus comparuerunt Domini de Mars,*
de Chabo, Doncieux & de ſancto Iuliano actores vnà cum eorum Procuratore M. Petro de
Meaux, qui organo egregij D. Franciſci Porchier Iurium Doctoris, etiam eorum Aduocati dixerunt noſtrarum literarum vigore citari feciſſe ad præſentem diem venerabil. D. Ioannem Ligeret Iurium Licentiatum,Archidiac. Vallis Regnaudi ac Canonic. Procurator. generalem Reue-
Quot citati. *uerendiſsimi in Chriſt. Patris D. Epiſcopi Matiſconenſ. Reuerendiſsimum Domin.Odonem Cardinalem de Chaſtillon Priorem maiorem Commendatarium d.Monaſter.in perſonam Reuerendiſsim.D.*
Franciſci de la Guiche Vicarij & Procurat. General. Reuerendiſs. Cardinalis, ac venerabiles D.
D. Decanum & Capitul. Eccleſiæ Maioris ac Cathedralis Matiſcon. ac vener. viros Conſules & Scabinos dict.Ciuitatis, contra quos & quemlibet ipſorum, prout eos tangit, &c.concludunt, ad hoc vt
per nos vt executorem Apoſtolicum literæ Apoſtol. plenè exequantur, defectum interea contra non
Eorum comparitio. *comparentes petendo cum commodo. Comparuerunt in iudicio ex aduerſo præfat. D.Ligeret*[i] *Procurator Sedis Epiſcop. eo nomine, dict.D.Reuerendiſs.Cardinalis Prior maior per egregium D. Thomam Guichard eius Aduocatum, vener. D. Nicolaus Picolier Procurator General. DD. Decani*
& Capit. pro eodem Capitul. quibus ſic comparentibus, ordinauimus copiam literarum Apoſtolic. i Officialis poſt Gayãdũ, & ego Iac. Seuert poſt Ligeretum.
VII.fragm. *illis fieri, &c.*ex forma aſſueta proceſſuum quaſi litis. Septimum Inſtrumentum. *Philippus*
Gayand, &c. Officialis Matiſcon. executor à ſanctiſs.D. N. Paulo, &c.Omnibus D. Curatis, &c.
quibus præſentes noſtræ liter. præſentatæ fuerint,ſal. Quia nobis legitimè conſtitit per relationem literis noſtris citatoriis alligatam per Chreſtien ſignatam, honorab. d.Conſiliarios & Scabin. villæ Ma-
Iterum citati. *tiſconenſ. ſuper Monaſtery Sanctorum Pet. & Pauli Matiſcon. Ciuitatis in Eccleſiam ſæcularem*
& Collegiatam reductione prætendentes citatos fuiſſe peremptoriè coram nobis ad diem Sabbati poſt
nuper elapſum feſtum B.Mariæ Magdalenæ,dicturos quidquid voluerint prò ſuo intereſſe, hinc vobis mandamus,quatenus iterato d.Conſiliarios & Scabinos ac omnes intereſſe prætendentes citetis
perempt. coram nobis ad diem cer.allegaturos quicquid, &c. Datum Matiſcon. ſub ſigillo Cur.die
VIII.frag. *Sabbati præd.XXIX. Iuly anno M.D.LIX.Sig. Frenier.* Octaua Actio. *Ann.præd.die III. Auguſti*
citati iidem pene viti[k] *ad diem Sabbati prox.dicturi contra execution.literarum in præſentia DD.* k Girard. Correl. Ant. des Vignes Châbrellat. Claud.de Lilie Conlcabini & Conſiliarij ciuitatis.
9.citati. *Philib.Guerin,& Philib.Pelletier habitator.Eccl.S.Petri,&c.* Nona. *Aduemente eo die V. Aug. com-*
IX.frag. *parentib. omnib.* qui ſuprà, *Girarde petiit declarari, an velint per huiuſmodi literas contractibus*
Statutis circa diuinum cultum, & prouiſionibus Turnonum Eccleſiæ Paræcialis S. Petri derogari:
Comparitio citatorum. *facta declaratione,quòd nullatenus in animo habuerunt ſupradictis præiudicium facere,quin diuinum*
officium augmentare, & præd.ſtatuta obſeruare perpetuò[m]*, &c.* Ii comparentes *ad deliberandum*
ſuper executione ad diem Veneris XI. menſis aſſignati ſunt. Sed Iudex Officialis *tunc* l pro qui[illegible] n.6[illegible] in ib dictũ.
exiſtens in iudicio, M. Anthon. Trallier Procurator nobilis Dñi Claudij de Damas petiit

 à præd.

à præd. Dominis Gabriele de Mars, Lud. de Chabo, Philipp. Doncieux & Ioan. de S. Iul. concanonicis an intendant de Damas in liter. Apoſtolicis comprehendi, & quod de Damas ſit vnus ex Canonicis præd. Eccleſiæ reſponderunt eorum intentionis eſſe, vt omnes Canonici Regulares ſignanter de Damas in literis comprehendantur, modo veniant. De qua declaratione Trallier expeditionem petiit.

X. frag.

Decimo loco, in verbalibus proceſſibus è quibus iſta depromſimus, ſequitur Procuratio in ſcriptis facta ad id negotium Matiſconi per eundem de Damas præſentem ad petendum num ſit de Canonicis, data die 11. Auguſti an. eod.

XI. frag.

Pro vndecima Actione: *Die Veneris præd. in Auditorio Sedis Epiſc. comparentib. qui ſuprà, D. Nicol. Ligeret ſubſtitutus D. Procuratoris Regij ſuas tradidit concluſiones per D. Iacobum Deſcriuieux Regium Aduocatum: ſimiliter D. Ioan. Ligeret Procurator Sedis Epiſcop. etiam ſuas pro R. D. Epiſcopo, Nicolaüs Picol. pro DD. Decano & Capit. & Guichard pro R. Cardin.*

Cõcluſiones traditæ.

Quarum Concluſionum tenores ex ſingulis ſeorſum adſequuntur.

XII. frag.

Imprimis, pro duodecima Actione: *Viſo per Procuratorem Regium Reſcripto ſanctiß. Patris PP. in forma diſpenſationis pro venerabilib. Priore & Conuentu S. Pet. Matiſc. cum Placito & Patentibus Regis communicatis ex ordinatione delegati Iudicis* [n] *pro executione Reſcripti, & audito proceſſu tum venerabilium impetrantium, tum Reu. Cardinalis, tum Officiariorum Reu. Epiſcopi, Dominor. Decani & Capit. loci, Scabinorum vrbis, dixit quòd Pontifex in perſona Petri ligandi & ſoluendi in Eccleſia poteſtatem accepit* [o], *potéſtque diſpenſare in omnibus præceptis moralibus legis naturæ vel diuinæ, nec videt hic intereſſe pro Rege aut aliis, non proinde intendit præpedire effectum Reſcripti, imo facere quo pacto à Rege præcipitur, dummodò S. Decreta obſeruentur in eo quod per Reſcriptum diſpenſatum non eſt. Sign. I. Deſcriuieux, N. Lig. &c.*

Officiarij Regij nõ impedientes ſeculatizationem

XIII. frag.

Decimotertio loco, pro ſecundis concluſionibus: *Ex parte Rdi in Chr. Patris DD. Matiſconenſis Epiſcopi proponit vener. M. Ioannes Lig. eius Procurator gener. in hac Diœceſi ſuper lit. Apoſtolic. &c. quòd quamuis d. D. Epiſcopus bonam habeat opinionem nobilis & honeſtæ ſocietatis dictorum Religioſorum, non intendens in dicta ſeculariſatione, quin pro rationabilibus cauſis ſanctiſſimus noſter D. Papa eis gratioſè & proprio motu conceſſerit contenta in eorum poſtulatione: tamen quia mens D. noſtri Papæ eſt non derogare præeminentiis Prælatorum erga ſuos ſubditos, requirit quòd per vos Officialem procedendo ad executionem literarum Apoſtolicarum iura & præeminentia Sedis Epiſcopalis Matiſcon. veſtrâ ſententiâ conſeruentur: ſcilicet, quòd ad dictum Reuer. & ſuos ſucceſſores pertinet authoritas Prælaturæ, viſitationis, correctionis & omnimodæ Iuriſdictionis in ciuilibus & criminalibus tam reſpectu Præpoſiti, Theſaurarij & Canonicorum, quàm omnium Capellanorum, & habituatorum in ea Eccleſia. Item, quòd ſequendo ſententiam datam per defunctum vener. M. Stephanum Bouchon quondam Officialem Matiſcon. ac Iudicem tunc delegatum à S. Sede Apoſtolica ſuper vnione & reductione Monaſterij S. Petri extra muros vrbis ad intra in vrbem, vbi nunc ſunt & reſident dicti impetrantes* [p], *teneantur dicti Theſaurarius, Canonici & Capitulum ſoluere dicto R. Epiſcopo ſuíſve commiſſis ſummam duodecim ducatorum auri ponderis iuxta valorem pro tempore, quoties Præpoſitus dicti Capituli, qui ſubrogabitur in locum magni Prioris Monaſterij, decedat ex hac vita, in quocunque loco fuerit, pro iure Inſtitutionis & aliis quæ ſolebant d. R. Epiſcopi percipere in obitu Curati d. S. Pet. Pariter quòd d. Præpoſitus recèns inſtitutus eiúſque ſucceſſores teneantur præſtare iuramentum fidelitatis, ſicut antiquitus præſtiterunt d. Priores maiores coram Altari Eccleſ. Cathedr. ſub his verbis. Ego N. Eccleſiæ S. Petri Matiſc. Collegiatæ inſtitutus Præpoſitus fidelitatem, ſubiectionem, reuerentiam & obedientiam à ſanctis Patribus inſtitutam ſecundum præcepta Canonum S. Sedis Matiſcon. Eccleſiæ Rectoribus eius in præſentia D. R. in Chr. Patris N. Epiſcopi Matiſcon. vel venerab. eius Vicarij perpetuò me exhibiturum promitto, & ſuper ſanct. Altare firmo. Etiam quòd dict. Præpoſitus obſtringatur perpetuò comparere aut alius pro eo deputatus in Synodo ſingulis annis celebrari ſolita in Eccleſ. Matiſconenſ. die Martis poſt octauam Paſchæ, ſicut antea præſtitit d. Prior maior, etiámque in ſingulis Congregationib. nomine Cleri Diœceſeos, quæ poſthac præcipientur haberi & fieri authoritate dicti Reuerendiſſimi Epiſcopi vel Officiariorum ipſius: & quòd deficiens aduerſus eum ſecũdùm ius procedetur. Inſuper quamuis per literas Apoſtol. dict. Præpoſitus, Theſaurar. & Canonici poſſint Capitulum cogere, habere ſigilla, ſcrinia Archiuorum, libros rationum, ſtatuta facere, deponere, mutare, corrigere & ordinare ſuper perſonis eccleſiaſticis* [q] *in concernentibus diuinum officium, & dependentibus nihilominus dict. Procurator requirit, quòd pro conſeruatione authoritatis & præeminentiæ Epiſcopalis dicta ſtatuta Capitularia, quæ ab impetrãtibus fient, authoriſentur à dicto Reuerend. Epiſcopo aut à ſuis Officiariis, nec alioqui ſtatuta habeant vires; ſuper quibus à vobis* [r] *in literarum executione ordo dirigetur* [ſ]. *Præterea obligentur dicti Theſaurarius & Capitulum obſeruare antiquas fundationes, Anniuerſaria, eleemoſynas & ſuffragia quondam fundata tam in dicto Monaſterio, quàm in parœciali Eccleſia intra & extra vrbem. Quæ vt præſtentur, deputabitur aliquis, qui ſciat an quid in fundationibus prætermittatur, vt moneantur tum Reuerend. Epiſcopus, tum eius Officiarij, vt rationabilis ordo præfigatur, & delinquẽtes puniantur. Denuo, quia illa parœcialis Eccl. eſt prima inter ſeptem Cathedrantes* [t], *quæ Rectores einſd. tenentur*

Procurator Epiſcopalis.

1. Petit, quòd iuriſdictio Epiſcopi per ſententiã reſeruetur in illos Canonicos.

2. quòd dent 12 ducatos in curatione Præpoſiti pro Epiſcopo.

3. quòd ille Præpoſitus præſtet iuramentum coram Epiſcopo aut ſuis.

4 quòd Præpoſitus cõpareat in Synodis Epiſcopi, &c.

5. quòd ſtatuta Capitularia Canonicorũ authoriſentur ab Epiſcopo.

6. quòd obſeruent fundationes, monito Epiſcopo.

7 quòd habeant eruditum Vicarium parœcialem.

n Officialis Gay Card. Matiſc.

o Matthæi cap. 16.

p de illa vnione per Steph. II Epiſcopũ facta vide a. 63 cit. ... mentio non fit de tali Officiali Bouchon. At præceſſit M. Thomam vener. fortè immediatè.

q ſui Chori.

r Officiali.

ſ ſera par vous reglée interinant les lettres.

t Dictum a. 66. §. 1. fin.

tenentur exhibere aliqua perſonalia officia d. Reuerendiſſimo Epiſcopo in ſua Eccleſ. celebranti, dicti impetrantes adſtringentur deputare vnum Vicarium in dict. paræciali ſufficientem, doctum, bene moratum & honeſtæ conuerſationis ad ſacramenta miniſtranda, præſentandum D. Reuerendo Epiſcopo, eiúſve gener. Vicario ad examinandam eius ſufficientiam, & approbandum, ſi hoc mereatur, qui debebit fungi illo officio, ad quod obligantur impetrantes tanquam Curati, ad idque oneris & muneris compellentur per Officiarios d. Reuerend. Epiſcopi, tenebunturque reſpondere de defectibus d. Vicarij ſancti Petri. Demum, quòd dicti Præpoſitus, Theſaurar. & Canonici tenebuntur obſeruare Trãſactiones factas inter prædeceſſor. Epiſcopos Matiſc. & Priores ac Conuentum, necnon Capellanos Societarios d. ſancti Petri Matiſcon. [u] *quæ in ſuo robore permanebunt, nec aliquid innouabunt abſque conſenſu d. Reuerend. & ſucceſſorum Epiſcoporum. De reliquo conſentit executioni* [x] *dictarum liter. Apoſtolicarum, reſeruatis iis quæ dicta ſunt, & cunctis aliis præeminentiis, prærogatiuis ac priuileg. quibuſcunque ad Epiſcopalem dignitatem pertinentibus reſpectu eorundem Præpoſiti, Theſaur. Canonicorum & habituatorum eiuſdem Eccleſ. S. Petri ratione perſonarum, rerum ac iurium ad eos ſpectantium ſecundum documenta, quæ poſthac inueniri poſſent, &c. Sign. I. Ligeret.* Pro actu decimoquarto: *Venerabiles Decanus, Canonici & Capitulum Eccleſiæ Matiſc. deliberantes ſuper iiſdem Bullis, non impediunt earum effectum, ſine præiudicio ſuar. prærogatiuarum, quod ſecundum formam aliarum Eccleſiarum Collegial. Canonici ſancti Petri deferent honorem & gradum præeminentiæ in publicis actibus Decano & Capitulo Cathedr. eos in generalib. proceſſionib. comitabuntur in tali ordine, quòd de iure requiritur: & ea lege quòd vacante Præpoſitura Eccleſ. S. Pet. qui ad eam à Rege nominabitur, teneatur inſtitutionẽ accipere à R. D. Epiſcopo Matiſc. præſtaréque fidelitatẽ in Eccl. Cathedrali corã Altari ad dexteram in præſentia dictor. Decani & Capituli, ſecundum formam iuramentor. antea præſtitor. Et quòd Sede Epiſcopali vacante, ipſi Decano & Capitulo tunc Regaliam tenentib. nouus Præpoſitus inter. eorum manus ipſam fidelitatem iuxta præd. formam ex more antiquo* [y]*, &c. Sign. N. Picolier.* Decimoquintò, hæc audi. *Die Veneris XI. Auguſti an. præd. in Capitulari loco Eccleſiæ Matiſc. ſedentes R. Magiſtri Franciſ. de la Guiche Dec. Ioannes de Piſe, Philib. Beringot, Ioan. Lig. Archidiaconi, Philib. le Roux, Franciſc. Verins, Thomas & Franciſ. Chandon, Philip. Bernard, Ant. Monthaudry, Stephan. Garnier, Michael Geoffray, & Franciſ. Tartaret Canonici vnanimi conſenſu ratificarunt proceſſum Nicolai Picolier Procuratoris Gener. in cauſa impetrantium coram D. Officiali, &c. Sig. R. Peſcaud Secretar.* Decimoſextò, iſtis attende. *Vobis D. Officiali & Vicar. Gener. R. Epiſcopi Matiſc. procedenti ad execution. Bullæ, &c. me citare feciſtis, tanquam Vicarium & Procurat. R. Cardinalis de Chaſtillon Prioris S. Petri Matiſc. ad videndum proceſſus ſuper executione d. Bullæ obtentæ à ſanctiſ. D. N. PP. ad ſupplication. Regis Chriſtianiſſ. & d. D. Reuer. Cardinalis, necnon etiam venerabilium Canonicorum Regul. d. Prioratus, ad fines reducendi Prioratũ de Regularitate in Eccleſ. ſecularẽ Collegiat. cum laudabilib. multis rationib. in Bullis contentis. Ad quæ omnia, nos. Franciſ. de la Guiche Abb. S. Saturi Diœceſis Bituricenſ. Vicarius Gener. in temporalib. & ſpiritualib. d. R. Cardinalis, vobis denunciamus, quod d. R. Cardin. ſpecialem ad nos miſit procurationem conſentiendi executioni d. Bullæ, ad videndum quòd diuinũ officiũ, iura, præeminentia debitæ Priori Regulari, qui ſe mox conuertit in dignitatem Præpoſiti Eccleſ. Collegiatæ ſecularis, collationes beneficior. & adminiſtrationes temporalium, atque alia iura omnia ad illam dignitatem pertinentia ei ſinantur ac relinquantur. Quibus ritè perſpectis, declaramus, quòd pro bono vnionis populi, augmentatione diuini ſeruitij, honoréque d. Eccleſ. Reuerend. Cardinalis ratione d. dignitatis Prioratus Regularis, qui ſe transmutat in dignitatem Præpoſiti ſecularis, nullum habet ad hoc intereſſe: & conſentit executioni Bullæ ſecundum formam ipſius: ea tamen conditione, quòd d. R. Cardinali reſeruentur honores, prærogatiuæ, præeminentiæ & iuriſdictio ſuæ dignitati debitæ, quales prius haberet, dum eſſet Prior Regularis, eáſque poſſideat in poſterum, quando reducetur in dignitatem Præpoſiti Eccleſiæ ſecularis Collegiatæ, vnà cum beneficialibus collationibus, quas antea Prior habebat Regularis, quod ſtatuta fiendi à R. Epiſcopo eiúſve Vicario Gener. ad ſtabiliendam d. Eccleſ. ſecular. & Collegiatam, tam pro diuinis offic. ac ceremoniis, quàm pro adminiſtratione temporalium, eidem communicabuntur aſſenſu communi, & quòd tranſactiones ab ipſomet Cardinali ſuíſve Vicariis factæ cum venerabilib. Canonic. Regularibus ſuum plenarium ſortientur effectum, &c.* Decimoſeptimo ordine apparet, quòd præmiſſi Scabini vrbis *conſtituerunt Procuratorem ſuum Symonem Girarde ad comparendum coram D. Officiali Matiſcon. qui teſtatus eſt à decem annis noniſſe defunctum M. Iacobum de Laubeſpin quondam Canonicum Sacriſtam Regularem d. Monaſterij: & ante annos IV. Ludouicum Roux, olim etiam ibid. Canonicum ab anno elapſo defunctum: cognouiſſe etiam nobilem Rodulphum* [z] *de Villanoua, vnum ex Regularibus illic Canonicis, qui Apoſtolica diſpenſatione dereliquit Monaſterium & Canonicatum, hodiéque eſt Baro ac Dominus de Iugo ſuper Tarare* [a]*, talis notoriè reputatus.* Decimooctauò, inſequendo cœptas iam Informationes: Ecce: *Nobilis & vener. Ioannes de ſancto Iuliano Canonicus Regular. & Cantor dicti Monaſterij* [b]*, teſtis examinatus ex officio ſeorſum ac diſtinctè exhibito iuramento ſuper S. Dei Euangelia, teſtatur, &c.* de tribus viris antea Monachis eodem pacto prorſus, quo ſuprà

Margin notes (left): 2. quòd ſeruabunt anteriores Tranſactiones. — XIV. frag. — Capitulũ Cathedrale reſeruat ſuas præeminentias. — XV. frag. — Congregatio Capitularis. — XVI. frag. — Cardinalis prior fiendus Præpoſitus. — Decanus de la Guiche eius Procurator. — Tria petit. — XVII. frag. — Atteſtationes pro quibuſd. Canonicis. — XVIII. frag. — Informationes pro iiſdẽ.

Margin notes (right):
[u] vt eſt illa cum Stephano 2. n. 63. et inter alias.
[x] à l'interinement.
[y] Debuiſſet requirere, quando Epiſcop. in tali caſu abeſt à ciuitate vel Diœceſi.
[z] Raoul.
[a] ſecõ e ponte de Lyon.
[b] annos. 35.

XIX. ſeg. in primo teſte. Decimo nono: *Nobilis Antonius de Laubeſpin* c *Canonicus Regular. d. loci, iuridi*ce interrogatus deponit de iiſdem tribus, vt cæteri duo teſtes. Vigeſimò idem præſtitit de

XX. frag. tribus ipſis Nobilis Antonius de Brio Canonicus Regularis d præfatæ Eccleſiæ. *Quibus teſtibus auditis* (pergit Charta enarrare) *præfati actores penes iudicium remiſerunt ſententiam executionis tranſlationis d. Monaſtery olim infra ciuitatem factæ cum proceſſura anno M. CCCC. LXX. Poſtmodum die XIV. Auguſti, nos auditis actorum requiſitionibus, quia D. Philippus de Buxul*

Suppreſſio ibi aliquorũ Officiorum. *Eleemoſynarius d. Monaſtery in proſecutione literarum Apoſtolic. non aderat, petiimus* (infit Iudex) *an non intendat officium eleemoſynariæ per eius obitum, quemadmodum alia Officia, ſupprimi, prout in literis continetur. Idem D. de Buxul aſſeruit ſe contenta in literis approbare, & executioni earum per nos fiendæ conſentire, ac intendere officium cum ipſius fructibus poſt eius obitum ſupprimi, ſalua penſione ſuper illis Domino de Mars ad eius vitam. Rurſum eiſdem requirentibus D. Antonium de Laubeſpin Canonicum interrogauimus, vtrum intendat Officium Sacriſtiæ iam eſſe ſuppreſſum per obitum D. Iacobi de Laubeſpin eius fratris. Qui Antonius reſpondit, d. ſuppreſſionem iam eueniſſe, reſeruatis tamen certis honeſtis tractatibus.* Tandem verò, Actio vigeſima prima & vltima ſo-

XXI. frag. lennis eſt eiuſmodi. *Adueniente die XIV. menſis, hora prima pomeridiana ad ius dicendum aſſignata: Nos Philippus Gayanus Officialis, Index & executor præf. exiſtens in Choro Eccleſiæ præd. in I. Sede*

Vocantur omnes præſati ad audiendam ſententiam. *à dextera parte, cauſam per Graffarium noſtrum appellatam audiuimus, præſentibus circunſpectis D. Iacobo Decrinieux, Nicolao Lig. ſubſtituto nobilis D. Guilelmi Barjot, D. de la Paln, Procuratoris Regij, Reuerend. D. Franciſco de la Guiche, perito D. Ioanne Lig. M. Symone Gir. Scind. Conſulibus & Scabinis. Ioanne Gratier, &c. ac nobilibus Canonicis* (ſex, ſuprà paſſim nominatis) *voce D. Franciſci Porchier eorum Aduocati aſſidenteque M. Petro Demeaux eorum Procuratore, ius dici, pronunciari & exequi petierunt. Quod fecimus vt ſequitur.* Sic hactenus diſpoſitio & proceſſus omnes ad futuram ſententiam, quam ſeorſum audite.

Paragraphus 3.

Introitus ſententiæ. IN *nomine ſanctæ & indiuid. Trinit. Amen. Tranſlationem ſeu mutationem prudentem eſſe oportet, vt cum ratione in conſimilem ferè rem tranſeat, ne ſine delectu temerè videatur in diſſimilem tranſcurriſſe. Ad perpetuam igitur rei memoriam, receptis cum reuerentia per nos Philippum Gayan. Iuris vtriuſque Doctorem, Archidiac. &c. ac executorẽ in hac parte deputatum literis Apoſto-*

I decretum ipſius. *licis ſanctiſſim. D. N. Pauli PP. IV. ſub data, &c. directis cum plumbo, non raſis, &c. viſis etiam literis Chriſtianiſſimi, &c.* Hoc eſt, reliquis innouatis repetitiunculis & aliis quæ omittimus, eáque vulgò appellantur *Le viſis* e, ex rebus proceſſuum ſuperiùs ordine allatis, vt ad latæ

Delentur Officia ij conuentus demptis duobus. ſententiæ vmbilicum fiat deſcenſus, hoc pacto. *In Monaſterio præd. nomen & titulum Monaſtery ac dignitatem Prioralem & Conuentualitatem, tam in illo quàm ſingulis officiis, locis & portionibus, necnon maiori & Clauſtrali nuncupatis & dependentibus ab eodem Monaſt. ac per illius Canonicos obtineri ſolitis, Prioratibus, Capellanis, Hoſpitalibus & beneficiis, Regulares præterea Maiorem & Clauſtralem nuncupatos Prioratus, Camerariam, Sacriſtiam, Eleemoſynariam, ita vt de cæte-*

II. Decret. *ro officia regularia nominari non poſſint, omnino ſupprimimus & extinguimus: necnon in Eccleſia*

Extincto nomine Conuentus Eccleſia dicitur Collegialis. *Monaſterij ſtatum regularem in ſtatum Præpoſiti, Theſaurary, Canonicorum & Clericorum ſecularium immutamus, illámque ad ſtatum ſecularem reducimus, non deletis tamen perſonarum, officiariorum & Canonicorum qui nunc ſunt, & expreſsè regulam ſunt profeſſi votis; ita quòd ipſi Regulares abſque teſtandi facultate remaneant. Spoliis verò decedentium eorum ab inteſtato fabricæ Eccleſiæ*

III. Decret. *præd. erigendæ applicandis Eccleſiam Monaſterij huiuſmodi in ſecularem & Collegiatam Eccleſiã ſub eadem inuocatione BB. Petri & Pauli cum communibus Arca & ſigillo ac aliis Collegialibus inſignus,*

Id Capitulũ Collegiale habeat Sigillum & Archiuas. *ac in ea Capitulum ſeculare ad inſtar aliarum Collegiatarum Eccleſiarum, potiſſimum Eccleſiæ Collegiatæ B. Mariæ Belliioci præſentis Diœceſeos: necnon loco Maioris vnam Præpoſituram dignitatem principalem & electiuam pro vno Præpoſito, qui ibi caput aliorum exiſtat, & loco Clauſtralis* f *vnam*

IV. Decret. Et vna dignitas, Præpoſitus & vnicus perſonatus, Theſaurarius. *Theſaurariam pro vno Theſaurario, qui eleemoſynas iuxta prouidam ipſius Capituli faciendam ordinationem diſtribuere teneatur; necnon tredecim Canonicatus pro tredecim Canonicis incluſis Præpoſito & Theſaurario; ac duodecim præbendas pro XII. Canonicis, incluſo eodem Theſaurario. Qui omnes cum eodem Præpoſ. Capitulum Eccleſiæ faciant. Itaquòd Reuerendus D. Cardinalis præf. Præpoſitus & decem Canonici incluſo Theſaurario per nos in d. Capitulo mox deſignandi inferiúſque de-*

V. Decret. Collatio Canonicatuum, ad quos alternatim ſpectat. *ſcribendi, necnon Petrus de S. Iuliano Cabilonẽſis & Anthonius de Colombier Matiſc. Diœceſis Clerici, dum de nobili procreatos eſſe conſtabit, ſinguli ſuas portiones iuxta prædictarum literarum formam percipiant, &c.* g *Nominatio verò ſeu ius eligendi dictam* Præpoſituram, *ad Regem, collatio & omnimoda prouiſio Theſaurariæ ad Præpoſitum qui pro tempore erit, Canonicatum etiam & præbendam ad d.* Præpoſitum *& Capitulũ Eccleſ. erectæ alternatis menſibus reſpectiuè ſpectent, prout in d. literis* h *co-*

VI. Decret. Canonici ſint nobiles 4. graduum. *tinetur: necnon ſinguli Canonicatus nullis conferri poſſint, niſi de nobili genere ad quartum vſque gradum aſcendentium ex vtroque parente procreati fuerint, &c. Occurrentibus litibus ſuper Canoni-*

catuum

c annot. 25.
d annot. 30.
e per duas paginas.
f le Cloiſtrier.
g hic omittimus 2. paginas ad ſtatũ cautum illius temporis ſet uientes pro ſuperſtitibus adhuc tunc partim Regularib.
h Apoſtolicis.

catuum & prabendarum prouiſionibus fructus earundem litibus durantibus fabrica Eccleſia non obtinentibus beneficia & iudicia applicentur, ſupportando tamen per Capitulum onera beneficiorum contentioſorum. Quódque praſtare debeant Prapoſitus quadraginta [i], *Theſaurarius XX. & quilibet Canonicus quindecim ſcuta auri in eorum receptione & pro iucundo aduentu*, antequàm eos Capitulum recipere teneatur, &c.* [k] *Ipſiq; Prapoſitus & Theſaurarius, & qui in ſacris Ordinibus conſtituti fuerunt, & nulli alij Canonici erecta prad. Eccleſ. ad Miſſas & Mitras, ad inſtar Canonicorum maioris Eccleſia Matiſconenſ. & prout ipſimet hactenus conſueuerunt, in futurum deferre, & in altis ſedibus Chori ſedere, aut in Capitulo vocem habere valeant, &c.* [l] *Inſuper vt quacunque ſtatuta licita ſub Reuerendi in Chriſto Patris D. Epiſcopi Matiſconenſ. ſeu eius Vicarij gener. etiam ſuper Eccleſiaſticarum perſonarum ad diuinorum officiorum celebrationem neceſſarum opportuna deputatione, habitus delatione & exhibitione fructuum, prabendarum diſtributione, inferiorum perſonar. aſſiſtentia & numero in Choro, miniſtrorum ac deſeruientium conſtitutione, honoréque & reuerentia Superioribus exhibenda, & aliis omnibus res, ſtatum & negotia Capituli concernentibus, agendis & contrahendis, facere, condere, immutare, & pro temporum rerúmque vicibus reformare licitè valeant, ordinamus, eiſque ſuper hoc plenam & liberam facultatem concedimus cum retentione ipſis facta omnium diſpenſationum, gratiarum & Indultorum, ac beneficiorum eis antehac conceſſorum, non obſtantibus quibuſcunque conſtitutionibus circa hac hactenus editis, etiamſi pro illorum derogatione ſufficienti de illis ſpecialis mentio habenda eſſet: Reſeruata etiam R. D. Epiſcopo Matiſc. & ſuis in ſede Epiſcopali ſucceſſoribus iuriſdictione ciuili in perſonis dicta Eccleſia, & quòd Prapoſitus ac Capitulum debitis ſuffragiis in diuinis ſatisfaciant: ac in mutatione cuiuſlibet Prapoſiti D. Epiſcopo ſuiſque ſucceſſoribus pro iuribus, qua olim ratione parochialis Eccleſia ſeu Cura D. Epiſcopus percipere ſolebat, ſummam duodecim ſcutorum aureorum ſoluere debeant. Prapoſitus qui eſt & erit per ſe vel Procuratorem ſpecialiter deputatum, quoties ſibi Prapoſito de nouo prouiſum fuerit de Prapoſitura, iuramentum fidelitatis in manibus R. D. Epiſcopi ſeu eius Vicarij generalis in praſentia DD. Decani & Capituli Eccleſia maioris Matiſcon. ad dexteram maioris Altaris, iuxta formã iuramenti antiquam, praſtare teneatur: necnon in Synodo Paſchali per ſe aut Vicarium ſuum, vt moris eſt, aſſiſtere. Inſuper cùm R. D. Epiſcopus diuino incumbet ſeruitio, praſertim in ſua Eccleſia Cathedrali, loco Curati virum eccleſiaſticum idoneum ad D. Epiſcopo deſeruiendum in diuinis deputare teneatur Capitulum d. erecta Eccleſia. Inſuper ſaluis honoribus, praeminentiis, iuriſdictione, ſi quam Prapoſitus antea habebat, iuxta tamen formam Eccleſiarum Collegiat. collationibus etiam beneficiorum d. Prapoſito pertinentibus, &c. abſque iterum praiudicio praeminentiarum Eccleſia d. Cathedralis, cui Capitulum erecta Eccleſ. honorem in actibus publicis & proceſſionibus generalibus ad inſtar aliarum Collegiatarum cum d. Cathedrali Eccleſ. Matiſcon. vt iuris eſt, inferiore tamen loco, vt ſolet, adeſſe tenebuntur. Quódque Prapoſitus electus ſeu nominatus inſtitutionem ſeu confirmationem à R. D. Epiſcopo, ſeu Sede vacante à Capitulo Cathedrali Regaliam tenente, accipere debeat. Et qui de Prapoſitura erit prouiſus, ſi tunc ſedem Epiſcop. vacare contigerit, iuramentum fidelitatis in manibus Dominorum Decani & Capituli Cathedralis Eccleſ. Regaliam tunc tenentium, forma praſcripta praſtare tenebitur: Contractibus diuinum ſeruitium collationes praſentationéſque Turnorum Parochialis Eccleſ. inter praſatos quondam Priorem & Canonicum Regulares ex vna, atque Scabinos Ciuitatis Matiſconenſ. ex altera parte initis, reſeruatis, &c. Qua pronunciatione facta, D. Canonici voce dicti. Porcher ſententiali executioni conſenſerunt.* Atque hic eſt finis laræ ſententiæ diffinitiuæ. Reliqua verò quæ iſtic ſeorſum adſequuntur, etſi continuatè in typo deſcribantur, tamen ſunt executiones duntaxat & effectus ſecularizationis.

Marginal notes (left): 7. Decret. Quot pecunias dat Canonicus in receptione. — 8. Decret. — Canonici qui capaces Mitræ, vocis & ſtalli in Choro. — 10. — 9. Decret. — Poteſtas illi Capitulo faciendi ſtatuta. — 10 Decret. Non diſpenſandi. — 11. Decret. — Iuriſdictio Epiſcopi inter eos. — 12. Decret. — De 12. ſcutis aureis ſoluendis. — 13. Decret. — Iuramentum Præpoſiti. — 14. Decret. — Is in Synodo. — 15. Decret. — Mittet Cathedraticum. 16 Decret. Deferet Cathedrali Eccl. — 17. Decret. Et iurabit creatus tempore Regaliæ. — 18. Decret. Contractus anteriores ſeruabuntur.

Marginal notes (right): i Totidē dant Canonici Eccleſ. Lugdunenſ. 7. milites. & Theologus. * quæ diſtributionib. in Choro, vel redditib. & veſtib. Eccleſiæ impenduntur, non comeſſationibus. k omiſſa hic vna pagina. l prætermiſſis hic 9. lineis.

Paragraphus 4.

INchoemus ergo & abſoluamus ſeiunctim ea, quæ Iudex extra ſtilum ſententiæ re ipſa executus eſt conformiter ad mentem ſummi Pontificis, & in ſecuritate Collegiali pro vniformitate decentiùs factitatum. *Nos verò his attentis* (ait ipſe) *ad locum eorum Capitularem in Veſtiario d. Eccleſ. acceſſimus, ibique in loco aſſueto iuxta Altare ſedentes, comparentibus ſuprà nominatis circunſpectis viris*, in autographo rurſum nominatis [l], at hic prætermittendis, præſertim laicis [m], *requirentibus d. D. Canonicis numerum ac nomina Prapoſiti* [n], *Theſaurarij* [o] *ac Canonicorum iuxta ſeriem in rotula nominauimus, eis locum & vocem in Capitulo & ſtallum in Choro iuxta literarum Apoſtolicarum & executionis noſtra tenorem aſſignantes.* Perſonæ illic nominatim repetitæ, mox autem omittendæ, ſunt eædem quæ nos ſuperiùs in ſpecies iam deduximus [p], duobus tantùm additis Canonicis [q]. Et poſt pauca [r], ſic idem loquitur. *Sed ad ſupplendum d. numerum XII. Canonicorum alij ſeculares admixti d. Eccleſ. Canonici aggregati ſunt, inter quos ob lineum inſignitolum* [s], *quod olim vt nunc ſolent deferre* [t] *vltra clericalem & ſecularem habitum, differentia habitus apud cateros aliquid deformitatis afferre poſſet, petierunt id quod in habitu à communi Eccleſiarum* Collegiatarum *veſtimento differt leuare, & in eo cum ipſis*

Marginal notes (left): Executio ſententiæ. — Canonicorũ deſignatio à Iudice.

Marginal notes (right): l la Guiche. Ligeret. m Picoher, Girarde, duobus de Dille. n Cardinalis. o De Mars. p octo. q Philibertus de Varennes. & Theodor. de Foudras. r ſemipagin. ſ baude de toile à trauers, Froquet. t aliter ipſi tempore D. Ludou. num. 47. §. 1.

Lineum inſigne a Religioſis aufertur.

diſpenſare dignaremur : nos auditis Dominis , qui, inquam, ſuprà dudum præſentes nominantur i *præfatum inſigniolum lineum , quod ſuper eorum veſtibus ordinem Profeſſi deferre ſolent, eis amouimus & leuauimus, & in hoc cum ipſis diſpenſamus , ſub tamen beneplacito S. Apoſtolicæ Sedis, quatenus aliud ſuper his de cætero temperandum viderit. Iniungentes virtute ſ. obedientiæ, vt in habitu decenti tam in Eccleſia quàm alij publicè incedant, &c. Quæ primordialia ſtatuta ad eorum requiſitionem authoritate Reuerendi D. Epiſcopi confirmauimus & ratificamus eiſdem authoritatem pred. Apoſtolicam & Epiſcopalem præſtantes, &c. Quibus ſic peractis, ad Chorum prædict. Eccleſiæ iterum acceſſimus, ibique ſtallum in Choro* ſingulis præfatis in typo iteratis, *aſſignauimus. De quib. omnibus Actum ſibi fieri petierunt, quod eis conceſſimus : præſentibus Franciſco du Perron, &c. ac pluribus alijs ciuibus adſtantibus teſtibus.* En Acta omnia ſecularizationis loci & Cleri. Qualia certè nos hic ideo deſcripſimus, tum quia inſigniora ſunt præ alijs eiuſdem generis ; tum quia operam præſtát validam ad res geſtas R. Ioannis Baptiſtæ Alamanny tunc Epiſcopi, ſub cuius nomine ſingula pertractata ſunt, licet àbſentis, at e Curia regia mandátis, quæ opportuna fuerant pro negotio ad finem prudenter ſuis conſiliis perducendo : tum denique, quia egregius iſte ſecularizationis ſtilus & exemplar multùm alibi in poſterum iuuabit & proderit: præterquàm dilucidant perpetua iura Epiſcopalia ac Cathedralia in illam Collegialem, antea pene obliuioni tradita.

Vtilitas harũ narrationũ.

Paragraphus 5.

Baptiſta Epiſcopus vult noſſe Tranſactiones cum Capitulo pridé factas.

RElíqua Baptiſtæ Alamanny geſta proſequuturi , ad recognitionem deſcendimus veterum Tranſactionum inter Epiſcopos & Capitulum Cathedrale initarum, quoad diſtinctos communis olim ſuæ iuriſdictionis terminos. Hæc profectò notitia, aut documentorum priſcæ ætatis viſitatio, facta eſt diligenti ſtúdio & cura eiuſdem R. Baptiſtæ, decennio poſt emiſſam priùs ſeculariſationem Canonicorum S. Petri ſuo Epiſcopali nomine celebratam Matiſconi. Nam quando idem Baptiſta reſpirans tandem è Curia ſummi Principis ſanus Matiſconem rediit ; peroptauit noſſe limites ſui fori, iuráque ſua ex æquo efflagitare penes ipsius officium. Ex ſcriniis autem Archiuorum Eccleſiæ ſeu Cathedræ ad manus ſuas peruenêre Acta Compoſitionum huiuſce materiæ iam ſæpiùs per nos ſuperiùs ventilata, ad minus ſepties, initium ducendo ab Antiſtite Raynaldo [a] per medios quoſdam , ad Amedeum vſque proximum Baptiſtæ anteceſſorem. Audite ergo verbales, vt aiunt, proceſſus ea de re ex profeſſo conſcriptos, inſtigante Baptiſta erga Capitulum, aut ſimul cum illo cœtu. *Nos Cuſtos ſigilli communis Regy, inſtituti pro Contractibus Balliuiæ ac Iudicaturæ Regiæ Matiſconenſis, & nos Officialis dicti loci, omnibus præſentes inſpecturis , notum facimus, quòd cùm vi bellorum ciuilium antea & nuper graſſantium in Francia, potiſſimúmque in Matiſconenſi Prouincia* [b], *Tituli & Concordata atque volumina rerum Eccleſiarum ciuitatis huius fuerint omnino direpta , perusta , & partim longius distracta, adeo vt nullum planè horum ſuperſit veſtigium. Tandem verò ex multis inuenta ſunt duo ſaltem exemplaria ſufficienter obſignata, & vim publicam efficientia, ſcilicet confirmationes Priuilegiorum à pleriſque ſeculis exhibitor. Epiſcopis & Capitulo Matiſconenſi, pro mutua adinuicem iuriſdictione ſeruanda : vnum quidem exemplar in certo quodam libro valdè antiquo, membranis cooperto, folio nono : alterum in duobus folijs ac ſemis papyri ad originale recognitis per Regios duos Notarios. Signatum R. Fremier & Catin. Quæ volumina reperta ſunt in poteſtate Dominorum de Capitulo : vtroque exemplari integro , & ab inuicem ne vno quidem verbo diſcrepante. Cuius Confirmationis tenor eſt huiuſmodi.* HONORIVS *ſeruus ſeruorum Dei , &c.* hoc eſt, tertius nominis, quatenus illa cætera bullata lineamenta extant ſuprà in Pontio II. Epiſcopo [c], geſta anno ſalutis M. CC. XVII. Qui Pontifex intra ſui Decreti cancellos exſcribit quoque & complectitur ad literam Diploma anterius multóque prolixius Cęleſtini Papæ III. eius prædeceſſoris [d], decernentis per Melchiorem Cardinalem Legatum formam & modos tuendæ vnà iuriſdictionis in Clero Matiſcenſi, nouem Articulis, ſub anno M.C.XCVI. quæ illa viſuntur in præfato Raynaldo. His autem ad longum renouatis in illo præſenti Cuſtodis ſigillorum Inſtrumento, pergit iſta enarrare idem Cuſtos ac Officialis anonymus. *Quorum facta pleniore exemplarior. Confirmationis oſtenſione & lectione Reuerendo in Chr. Patri D. Baptiſtæ de Alamanis Epiſcopo Matiſconenſi per venerabiles M. Ioannem de Piſe, Ioan. Ligeret, Franciſcum Montaudry Archidiaconos, Franciſ. Tartaret, Ioan. Autoux, & Antonium Buchet, Canonicos d. Eccleſiæ Matiſcon. ipſis requirentib. nomine Capituli velle approbare & ratificare contenta in d. Confirmatione ob deperdita eorum documenta, velut ratio poſtulat, & quia per anteceſſores ſuos obſeruata ſunt ſingula: his ſanè ab ipſo Reuerendiſſimo intellectis, & ab eod. ſtatè examinatis, vno communicatione præhabita cum illis, quos in conſilium vocarat, tunc coram Franciſco du Perron Notar. Regio, Secretario d. Reuerendiſſimi Epiſcopi, Iuliano Saget Notar. publico, ſecretar. dd. Dominor. Canonicor. & Capituli, ac præſentib. teſtibus perſonaliter conſtituti dicti Reuerendus Epiſcopus ex vna parte,*

Proceſſus verbalis de illa reſticata memoria.

Quomodo reperta vetera Concordata.

Capitulum poſtulat, vt Epiſcopus ea approbet.

[a] an. 44. §. 4.

[b] Ciuitate bis capta an. 1562 & 67. ab hæreticis.

[c] an. 45. §. 5.

[d] vno mediante.

parte, & pranominati venerabiles Canonici ex alia, qui ſe ſortes faciunt pro abſentibus, ſcientes & ad
plenum certiorati de contentis in dicta Confirmatione, eandem Confirmationem cum circunſtantiis &
dependentibus laudauerunt, ratificauerunt & approbarunt, volúntque hanc ſortiri integrum ſuum effe-
ctum. Atque promittunt ipſa partes pro ſe & illarum ſucceſſoribus praſtito iuramento, & ſub obli-
gatione ſuorum Eccleſia bonor. habere grata contenta in d. Confirmatione, nec velle contrauenire, &c. [e]
In quorum teſtimonium mandauimus ſigillum commune Regium iſtis appons. Datum Matiſconi, die
XXIV. menſis Februarij, anno milleſimo quingenteſimo ſexageſimo nono, &c. Signatum, B. Alamani
Epiſcopus Matiſconenſis, I. Ligeret, I. de Piſe, &c. Sign. du Perron. En fidelis conquiſitio. Ex-
1569. iſta verò iterata ſedula, Chartarum inſpectione ac renouatis chirographis, quæ noſtris præ
manibus extant, hauſimus comprobatos illos textus, quos ſuprà eduximus, tum in præmiſ-
ſis duobus Epiſcopis [f], tum etiam ſub Ioanne III. Præſule [g] ex altercatione iurium vtriuſque
partis collitigantes deindéque ſub Antiſtite Odone [h] circa Articulos quatuordecim per au-
gmentum firmatos [i], tum in Theobaldo Præſule aliis ſex Articulis ampliatos [k]. Quæ profe-
ctò ſit hactenus extrema penè per R. Baptiſtam Alamani facta priſcorum dogmatum pene-
tratio ad finem perducta.

Talis omnes mutuò comprobant.

Proſunt iſta latiùs.

Paragraphus 6.

IDem Ioannes Baptiſta poſt celebratam hanc nouam iurium ſuorum notitiam rediit
quidem aliquando in Regiam Curiam, velut ex officio aut de mandato adſtrictus; ſed
per breue tempus. Nam ſenio tandem confectus, obtenta à Principe venia, in Palatium Epi-
ſcopale regreſſus eſt, diuinis rebus aſſiſtens, reſidentia clarus; vbi demum grauiter infirma-
1582. tus, animam dulci flatu emiſit anno milleſimo quingenteſimo octuageſimo ſecundo. De
cuius Teſtamenti promulgatione & aperta inde Regalia, hæc ſententia palam fertur de-
nunciata, quam opportunè iſtic ob emeritas circunſtantias videmus deſcribendam. *Phili-*
bertus Barjot [k], *Iurium Doctor, Regius Conſiliarius, Locumtenens generalis in cauſis ciuilibus & cri-*
minalibus Ballini Matiſconenſis, notum facimus, quòd anno milleſimo quingenteſimo octuageſimo
ſecundo, die tertia menſis Septembris, comparuit in noſtro hoſpitio coram nobis M. Humbertus Moiſ-
ſon ſubſtitutus Regy in hoc Balliuatu Procuratoris, qui voce M. Caroli Decriuieux Aduocati renun-
cianit, quòd paulò antè deceſſerit è viuis R. Baptiſta de Alamani Praſul Matiſconenſis, poſt factum à
ſe Teſtamentum vltima ſua voluntatis, quo permulta legata ordinauerit, & de cuius apertione aut
publicatione nondum conſtaret, quatenus alioqui præſtare eſt neceſſarium, pro conſeruatione iurium, tam
regia maieſtatis quàm caterorum, ad quos pertinebit. Et ne quid ignauia ei in officio imputaretur, no-
ſtras obtinuerit literas die vigeſima Auguſti, anno præfato, ſignatas Pomier & de Rimon. Qua-*
rum virtute ad manum Regis mittere feciſſet omnia bona mobilia à defuncto derelicta, donec aliter ſta-
tueretur, & appareret de harede bona defuncti tenente. Quibus interea bonis & pro eorum regimine
inſtituerit Commiſſarium D. Euſtachium de Goury, ea lege reddendi rationem de reliquiis, quoties ſta-
tueretur. Adeóque citare feciſſet ad præf. diem coram nob. nobilem Antonium Roſati, eundem Euſta-
chium defuncti Eleemoſynarum, &c. ad videndam audiendámve eiuſdem Teſtamenti publicationem,
id acceptandum aut repudiandum, vel aliter ex iure procedendum. Citare quoque feciſſet ad eam diem
M. Franciſcum du Perron Notarium & Procuratorem Regium, vt Teſtamentum ab eo receptum ad-
ferret, & aperiretur. Qui veniens renunciauit ſe paratum ſub competenti termino. E contra verò tunc
comparuit M. Ioannes Laurens Aduocatus cum Franciſco de S. Lupo Procuratore DD. Decani, Cano-
nicorum & Capituli Cathedralis Eccleſia Matiſc. qui ad cauſam inſtantiámque interueniens, di-
xit quòd ab antiquo Sede vacante per Epiſcopi obitum Regalia pendens tum temporalis tum ſpiri-
tualis eſt in manu Decani & Capituli Matiſcon. quemadmodum apparet in exemplari ad origina-
le deſumpto per defunctum Lazarum Lartaud regium quondam apparitorem [l], *ſuper aſsignatione*
data die XX. Auguſti anno M.D.LVII. (de his implicitè ſub Amedeo Præſule [m].) *Quo Actu con-*
ſtat Regem Philippum [n] *anno M.CC.IX. in Palatio conceſsiſſe ius Regalia Epiſcopo Matiſcon. ſuiſque*
ſucceſſoribus, dixiſſéque quòd Regalia ſint in manu Decani & Capituli Matiſc. vt ea ſalua & integra
adopus futuri Epiſcopi reſeruentur [o]. *Quod equidem Reſcriptum fortuitò euaſit manus hoſtiles hæreti-*
cor [p]. *in d. Eccleſia ſurripientium antea totum ſupellectile ſacrum* [q]. *Signatum Lartaud & Nicolaus*
Fremier Notar. Atque ad oſtendendum, quòd Decanus & Capitulum continuò freti ſunt antiqua illa
poſſeſsione, fecerúntque apophaſim ſeu Indicem [r] *bonorum defuncti Epiſcopi, protulerunt Inuentarium*
ab Officiariis Capituli factum anno M.CCC.LXXX. quod complectitur nonnullas clauſulas Teſtamen-
ti defuncti Philippi de S. Cruce, olim Epiſcopi Matiſcon. [f] *publicatas coram d. Dominis Capituli. Et*
adhuc ex funeſta hæreticorum depradatione eis ſupereſt finalis computus eorum quondam Capituli,
qualem ipſi pateſaciunt de tali ſpiritualium & temporalium adminiſtratione Epiſcopatus à deceſſu R.
Caroli Cardinalis de Hemard obeuntis anno M.D.XXXVIII. rationibus illis R. Anto. de Narbona red-
ditis, die XIII. Auguſti eiuſdem anni [u]. *Ac repererunt dd. Domini, quòd ſui anteceſſores Capitulantes*
iura

Obitus Baptiſtæ.

Teſtamentū ipſius.

Regius Aduocatus petit id publicari coram Iudice Regio.

Interuenit Capitulum Cathedrale opponens.

Canonici dicunt ad Capitulum pertinere adminiſtrationem bonorum defuncti, iure Regaliæ.

e omittitur pagina.
f Raynaldo & Pontio II.
g 53. §. 3.
h 54. 3.
i paucis inculcatos ſub Ioan. 4. n. 56.
k n. 57. § 2.
k filius Gilelm. cit. §. 2. huius num.
* quando Teſtamētum conditum fuerat.
l Sergent Royal.
m nu. 72.
n ſecundum Auguſtum.
o ſic nos de integro Actu nu 45. §. 3.
p Caluiniſtarum.
q an. 1562. & 67.
r Inuentarium.
ſ nu. 55. §. 2.
t nu 68. §. 1.
u dict. nu. §. 5

Docent præſcriptum ſuũ ius ex hiſtorica poſſeſſione.

iura omnia & emolumenta d. Sedis Epiſcopalis in manus eorum poſuerunt ſeu reduxerunt, tanquam ius habentes Regaliorum, ídque die XIV. Auguſti anno M.D.LIV. atque ſimul de Officiariis Epiſcopalibus prouiderunt, eo quòd R. Franciſcus de Faulcon Matiſconenſem ſuum reſignarat Epiſcopatum, quæ tamen reſignatio Sedis nondum tunc admiſſa conſpiciebatur. Quarum certè productionum vi ex bellico naufragio ſuperſtitum, manifeſtum eſt, quòd regio priuilegio debitè confirmato vnà cum pacifica poſſeſſione eadem adminiſtratio Regaliorum tempore pertinet ad ipſum Capitulum. Quo fulti iure iidem DD. Canonici per ſuos Officiarios ſub manu & authoritate iuſtitiæ miſerunt bona reſidua in obitu d. D. Baptiſtæ reperta cum deſcripto Inuentario. Eapropter, maximè perſpecta aſſignatione hodierna die domeſticis defuncti Præſulis data: ſanè eidem cauſæ Capitulum interueniens, oppoſitoréinque format, ne nos Locumtenens rei notionem [x] vlterius in iudicio ſumamus, at eoſdem Decanum & Capitulum in præſcripta eorum poſſeſſione ſinamus, &c.

Iudex recognoſcit per teſtes communicatas productiones.

Eóque fine ipſi ſuas productiones iuridicè Regiis Officiariis communicarunt: poſtulantes quod ſignatura Nicolas Frenier & Lartaud ſuper conceſſione Philippi Regis per teſtes reuoluantur, & in notitiam recenter veniant [y]. Super qua requiſitione nos iuramentum accepimus M. Petri Michelet, Dionyſij de Mont-meſſin, & Gilly de Ville Regiorum Notarior. qui agnouerunt ac reſponderunt eaſdem ſignaturas de authenticis Philippi litteris veras eſſe, à duobus præfatis viris haud dubiè exſcriptas, atque notorium cunctis eſſe ipſiſmet antea cernentibus, quòd pſeudomilites prætenſæ reformatæ religionis fregerunt, ignibúſque tradiderunt documenta eiuſdem Baſilicæ.

Teſtantur vera à Capitulo dicta

Cuius atteſtationis & productionum nos Acta conceſſimus regiſtranda [z] ſecundum ius. Sign. de S. Loup: Ordinauimúſque productionum collationem [a] fieri & inſeri ad præſentiam Regiorum Officiariorum, vt eò habeatur recurſus. Qui Officiarij iudicarunt, iſtic quæſtionem iactari de duabus Regaliorum ſpeciebus, nimirum de ſpirituali ac temporali. Quoad primam annuerunt res de facili ad ſuum redire principium, primamque naturam, & quoad ſecundam, aliquid difficultatis ineſſe, ob intereſſe Regiæ maieſtatis ſuper illo temporali, quia Rex ſuos facit talium fructus, donec Præſul ſucceſſor legitimè inſtitutus & ſubiectæ plebi donatus in realem poſſeſſionẽ miſſus ſit, præſtiteritque fidelitatis iuramentum ſummo Principi, aſſumptis huiuſce datæ fidei apud ſe litteris ſigillatis, ac regiſtratis in Camera Computorum Pariſiis, necnon donec inde Commiſſarius Regaliorum iuſſionem acceperit ſinendi prouiſum frui ſuo temporali beneficio, cùm Regaliorum leges priùs clauſæ finitæq; non ſint. Quæ ſanè omnia tractum longioris temporis habent.

Is Aduocatus putat diſtinxiſſe rẽ circa Regalia.

Quippe regia Maieſtas (pergebant enarrare) *fundamentum ſumit & retinet [b] in illo temporali ratione feudi; quod ius ad eam ſpectat propter cuſtodiam Eccleſiæ vacantis, quæ Regibus competit iure communi, Capite Generali, de Electione in VI.* (quam Decretalem nos eo fine extulimus cum Gloſſis ſub Pontio II. Antiſtite [c].) *Attamen certè, quia notiſſimum eſt* (perſeuerant illi homines Regij) *plures Eccleſias iſtius Chriſtianiſſimi & potentiſſimi Regni obtinuiſſe huiuſmodi Regalior. iura* (etiámque Philippus Auguſtus tangit ſatis diſertè ea temporalia à ſe pariter conceſſa) *& notorium eſſe in hac Maticenſi Baliuia, quòd Eccleſiaſtici eruere conati ſunt magnis laboribus & expenſis pauca, quæ eis fortè licuit documenta è ferro & flammis, quibus alioqui ſcelerati parcere dedignabantur, & inſpectis productis codicillis, agnoſcunt ſe non poſſe duas allatas Regaliorum ſpecies impedire, quin ritè ſpectare debeant ad Decanum & Capitulum Cathedrale in bonis defuncti Epiſcopi, & idem de ceteris dicta iuriſdictioni cõpetentib. Signat. Decriuieux, & de Rimon.*

Sed materiã vniendo fatetur totam pertinere ad Capitulum.

Hinc Iudex ſic ſubinde loquitur & terminat. *Nos præfatus Locumtenens, poſtquam talia nobis ſufficienter apparuerunt, &c. ius ſuper concluſionibus facientes, remiſimus inſtantiam publicationis Teſtamenti defuncti fœlicis recordationis & memoriæ R. Baptiſtæ Alamani coram dictis Dominis de Capitulo: quos virtute productionum corundem conſeruamus & protegimus in poſſeſſione eiuſdem Regalior. iuris tam in ſpiritualibus quàm temporalibus iuxta formam Philippinianæ conceſſionis, &c. Collatio à me Graffario ſubſignato facta eſt ad originale confeſtim exhibito M. Claudio Philippo generali Procuratore DD. Decani & Capituli, die tertia Septembris, M. D. LXXXII. Sign. ex ordinatione A. Guerini.*

Iudex Regius pronunciando, conſeruat Capitulum in ſuo iure.

Hæc de fœlicibus auſpiciis & euentibus poſt pium Baptiſtæ Antiſtitis deceſſum. Quam narrationem ideò integram edidimus; quia præclaræ eius formulæ longiùs latiúſque profuturæ ſunt exteris aliis gentibus, potiſſimùm in Clero ac Officiariis politiæ ciuilis quibuſcunque, pro ſtilo talium retinendo in reliquo orbe Chriſtiano.

LXXIV. *Paragraphus* 1.

Quinque Capita. Primum. 1583.

LVcas *Alamany* præcedentis Epiſcopi conſanguineus, valdè doctus & pius, ſequenti reuolutione ſolari Pontificale agolum geſtare cœpit Matiſconi, hoc eſt, anno milleſimo quingẽteſimo octuageſimo tertio vi ſimplicis reſignationis Baptiſtæ, apud Regem Chriſtianiſſimum [a] atque Romanum Pontificem gratiſſimæ [b]. Idem Lucas poſſeſſione clarus confeſtim defectus circa mores, quanta potuit cura diligentiáque ex officio & charitate

x de negotio amplius cognoſcamus.
y ſoyés recogneues.
z auons ottroyé acte pour leur ſeruir & valoir ce que de raiſon.
a Copie.
b fondés ſur temporel.
c 45. 3.

a nominat.
b poſtea inſtituit.

Secundum. tate in Clero Diœceſano reprimere conatus eſt per ſequens biennium. Deinde anno 1586.
1586. è Sede ſua & domicilio Lutetiam appulit, domi antea nominatus conſilio & votis candidatorum ſui Cleri ad ſuffragia per eum cum cæteris ferenda in ampliſſimo cœtu omniũ Franciæ Antiſtitum apud S. Germanum à Pratis conuocatorum in illam Abbatiam de mandato Henrici III. Regis Chriſtianiſſ. Illic ipſe tunc ſingulari nos beneuolentia proſequutus eſt, quando ex philoſophicis & liberalibus diſciplinis ad ſacram diuinæ Theologiæ palæſtram in Sorbonico pnluere gradum faciebamus. Is interim publicis noſtris Actibus ac concerta-
Authoris Theologia. tionibus ibidem interfuit. Iámque in votis illi erat nos ad paſtorales ſuas vigilias altiore greſſu iuuandas vocare, niſi grauioribus ſtudiis nondum deſerendis toto animo obſtrictus ac detentus viſus eſſem: redditis eidem gratiis de oblatis, quæ tamen poſtmodum fœliciore exitu Theologicis abſolutis & nobis non cogitantibus tempore ſucceſſoris euenerunt. Inde
Tertium. verò egregius Lucas Matiſconem denuò petiit; vbi Diœceſim luſtrans, tandem diutino ciuili in Galliis bello tantopere percitus eſt, vt funeſtos euentus Bleſiis occurrentes, dum innumera penè damna ad annos ſequentes emergerent, de quibus ſatis alij hiſtoriographi rerum Gallicanarũ ſcriptores c, ille mœſtus in Italiam demum ſeſe recepit anno 1591. quo me
1591. per literas Lutetiam miſſas ducere peroptabat, ſi paratus ad pileum brauiumque emenſis ſex annis commodè id executioni demandare potuiſſem; equidem ſpe pacis, & futuri breui ſui reditus, ac melioris quandóque in diuino pabulo frugis atque profectus; Decano tunc
Quartum. exiſtente Matiſconi prudentiſſimo Philippo Bernardo Curiæ Pariſienſis Senatore integerrimo d & venerandę canitiei. At certè accidit quòd Pontifex Max. Clem. VIII. tunc fœli-
Lucas ciuilis moderator in Italia. ciſſimè ſedens e, illectus virtute tanti Prӕſulis, ei impertitus fuerit varia moderamina ac ciuiles viciſſim Præfecturas f: imprimis Comitatus Eſſini ſeu Heſienſium in Prouincia Marchiáque Anconitana, tum omnes Principatus Aſculanorum, & ad extremum dominatio-
Quintum. nem ipſiuſmet Anconæ maritimæ ad Adriaticum ciuitatis. Nam Pontifex ſummus in temporali ſua ditione ac imperio ſolet plerunque circa humana & ſecularia Præſules aliquos præficere: & inſuper ſeorſum ibidem addicit militares Locumtenentes, aut Capitaneos belli Duces, vt gladium ferentes è vagina trahant, quoties ſit opus de moderantis conſilio. De-
Epiſcopus Volaterran. mum autem, idem Lucas relictis illis vtcunque terrenis, ad condignum Volaterranenſem Epiſcopatum Florentini Archipræſulatus ex meritis vocatus eſt, nempe ad optatam patriam viciniamque natalitiorum g ipſiuſmet Lucæ. Quam ei Sedem hilari vultu contulit Pontifex
1598. Clemens ex opportunè data loci vacantis occaſione anno ſalutis 1598. Quo reuoluto termino idem ſacer Lucas renunciauit ſuo Matiſconenſium Præſulatui, vti in proximo Maticenſi ſucceſſore monitum perſpicietis.

c Petr. Victor. Caiet. in Append. Chrou. ad fin. ann. 1588. & Petr. Matheus, &c.
d in magna Camera.
e vſque ad Febru. 1605.
f Gouuernemens.
g in Tuſcia, vulgò Toſcana.

LXXV. *Paragraphus* 1.

GASPAR Dinet ciuis Molinenſis prouinciæ Borbonienſis, de quo permulta, mundanæ luci conceſſa ſunt anno ſalutis milleſimo D. XCIX. ipſa nocte beatiſſimę Redemptoris Epiphaniæ: ex eóque in ſacra Baptiſmatis vnda nomen primi ex tribus Magis Chriſtum illo quondam die in pręſepio adorantibus fœliciter adeptus eſt,
Gaſparis natiuitas. parentum cæteris fere diuinitus optante; etiam *quia nemo eſſet in cognatione* (iuxta ſacrum Vatem a) *qui vocaretur hoc nomine*. Nos vt ſolidam ipſius hiſtoriam per articulatos aſteriſcos diſgregemus: omiſſis inde iis quæ tali viro in primæua adoleſcentia contigerant, quatenus ſingula ab ineunte illius ætate biennio ante noſtrum hoc editum Opus pertractat Pater Lucas de Montoya amplior Ordinis Minimorum Chronologus in Hiſpania pedetentim ad maiora deſcendimus.
Eius votum Religionis. Eodem Gaſpare vota Religionis S. Franciſci de Paula Pariſiis emittente anno 1586. b in ſacro Ordinis Vicennarum Cœnobio, ibidémque Theologicis ſtudiis auſpice Deo confectis, & in Diaconatu ſacras iam conciones habente, Romam fœliciore exitu miſſus eſt anno 1590. ad Conuentum ſanctiſſimæ Trinitatis, qui ex Regia Gallorum fundatione vnis Francigenis patet in alma vrbe ſummi Pontificatus, obedientialibus (vt aiunt) literis ſubnixus.
Sacerdotium. Quippe ſic ab ineunte ætate diuino afflatu tanquam Aaron ad potiores partes pedetentim conſequendas mirificè optatus eſt. Vnde iam illic Sacerdotali charactere ſub Sixto V. Papa inſignitus, primum Miſſæ ſacrificium die Epiphaniæ Numini piè offerendum cenſuit, adſtantibus ſolenni ritu, pleriſque Antiſtitibus, & maximè pernobili Guilelmo de Auanſono Ebredunenſi Archipræſule, quem deinceps noui Lutetiæ Regi à ſecretis.

a Luc 1. v. 61.
b 4. Decemb.

Electus Collega generalis Minimor. Exinde anno milleſimo quingenteſimo nonageſimo ſecundo idem Gaſpar in ipſo Romano Cœnobio electus eſt Collega generalis pro natione Gallicana vice ſublati è viuis prioris Collegæ. Illico autem is vnà cum R. Gregorio à Paula Generali Ordinis miniſtro nauim conſcendens, Hiſpaniam petiit, muniaque viſitationis Cæſarauguſtæ cœpit exercere. Tum hilari vultu Madritum contendit, Philippum II. Hiſpaniarum Regem Catholicum ſalutaturus, & Principis mandata recepturus: à quo exceptus inſigni cum pietate, facultatem Hiſpaniam viſitat. accepit de inſtituendis per vniuerſum Regnum viſitandi formulis; nimirum proficiſcendi in Aragoniam, vtramque Caſtellam, Bethicam, Toletum, Segotiam & Salmanticam Prouincias: addicta quibus Cœnobia peragrauit ac ſcrutatus eſt anno 1593.

Vicarius generalis eligitur. Expleta illa colluſtratione Hiſpanica, & defuncto officio præfato Generali, ipſe Gaſpar denuò confirmatus eſt Collega generalis pro eadem natione Gallica in generaliore Capitulo Ordinis: in quo ſucceſſor Generalis canonicè electus eſt vnà cum poteſtate Vicarij generalis eidem noſtro Gaſpari delata[c], literis datis Valliſoleti.

Italiam inuiſit. Illo in ſtatu ſuo proſperè abſoluit res viſitandas ſuperſtites cum nouo Generali tum Cordubæ & Granatę, tum in viciniis. A quibus oris Hiſpanicis in Italiam ventum eſt cum delegato ſemper aut iterum continuo facto ipſi Gaſpari Vicariatu generali ad inuiſendos pari fluxu Conuentus Lombardię, Tuſciæ, Ferrariæ, Parmæ, Placentiæ, Papię, &c. cum Diplomatibus ad hoc exaratis anno 1595.[d] c 20. Sept. 1594. d in Maio menſe.

Obitus fratris ſui Concionatoris Regij in Galliis. Ipſe Romam demum repetens, vt aliquantum conquieſceret: eò dum appulit, venit nuncius, qui mortuum fratrem ſuum annoſiorem Petrum triſti aſpectu retulit: virum equidem in Theologicis certaminibus mihi eam factam arenam ingredienti egregiè Pariſiis notum, hominem profectò Sorbonicum, Doctorem Theologum peracutum, & exinde creatũ Henrici tertij, Ludouicæ Reginæ eius viduę, ſubindéque Henrici quarti Regum Conſiliarium & Concionatorem ordinarium, effectum Abbatem de Nelles, & Magiſtrum Cappellę Regiæ. Qui dum Regis poſterioris lateribus hęrebat, etiam inter conſertos hoſtes, Arboyaci in Burgũdiano Comitatu dyſenteriâ ſummo cum Aulicorum mœrore interiit, corpore Matiſconem delato, & in Franciſcano Cœnobio honorificè tumulato, vbi iam è remotis ſuam elegerat ſepulturam; videlicet in ipſo tempore, quo is ad Epiſcopalem aliquam dignitatem expetebatur, meritóque conſpirabat: fortaſſis etiamnum ad hanc Maticenſem, quaſi prænuntium Epiſcopalis in fratre Gaſpare ibidem dignitatis, quod & poſtea pręclarè effectum eſt.

Gaſpar Romæ nominatus Cõcionator loco Fratris. Nec mora: rurſus allata ſunt Gaſpari alia Epiſtolia, quibus Rex IV. Henricus eundem virũ pietate conſpicuum in Galliã redire iuberet, vt eius aſpectu in fratris demortui locu frueretur, ſuo Generali permittẽte.[e] Quin etiã ſubinde eò miſſę & illi collatę ſunt ſigillatę ac patentes è Frãcia literę Regiæ Conſiliarij & Concionatoris ordinarij ſummi in Regno Principis, ad commodum & gratiã ipſius Gaſparis: officio ſcilicet ex obitu fratris Petri vacante. Bináque miſſio viſa eſt accepta ad calcem anni 1595. e 22. Octob. 1595.

Paragraphus 2.

Ex Italia per Florentiam redit. IN Gallias tunc acceſſurus, per Florentiã iter cùm haberet, acceptis mãdatis à ſereniſſima Duciſſa Hetrurię, cui dudũ ipſe charus & addictus imprimis fuerat, naui, Maſſiliam apud Phocenſes maturauit. Vnde mutuas poſtea epiſtolares literas, quæ extant, pro Reipublicæ ſtatu & vrbis ad Regẽ tuta reductione ambo inter ſe reſcripſerant. Vt pote quia is ad huius vrbis liberationẽ deſtinabatur, accolis tunc detentis ſub tyrãnide Conſulis Caſaudi, qui alioqui de ipſa dedenda Hiſpanis Regiis hoſtibus cogitabat, dũ vigerent adhuc illis in partibus Maſſiliæ tractat pro Rege. reliquiæ confœderatorum in Regem. Ibi multa equidem cum ciuibus habuit conſilia, quibus perſuaſit, vt ciuitatẽ Regis imperio clementiæque ſubmitterent. Sed hinc tandem cũ vitę periculo abſcedens, eò quòd hoſtes tyranni necem ei intentarent, qui miſerè breui periere, Lugduni Prouincialis. effectũ eſt, vt eadẽ ciuitas interfecto Tyranno à ſereniſſimo Guiſiano Duce in deditionem Regis recepta ſit. Etenim antequam Gaſpar coactus diſceſſiſſet, tantã vſus eſt prudentia ac Lutetiæ concionatur. diligentia in ſedandis & probè componendis ciuium Maſſilienſium animis, vt ante exitum ſuum ſpẽ optimam reliquerit futuræ proximę reductionis eiuſdẽ vrbis. Indéque Gaſpar ipſe per Rhodanum aſcendens[f], eum alacri prorſus animo in Lugdunenſi regione ac metropoli ſuſceptum vidimus, vbi Prouinciales ſui Ordinis vices capitulari cœtu ſubiuit ex ſcrutinio ac ſuffragantę ſingulorum voto. Huic officio munerique incumbens, atque viſitationibus inſiſtens Religioſiſſimus, varias interim conciones habuit in Regia Diuionenſi Capella, itémque Pariſiis, cum frequenti ciuiũ concurſu, in celebrioribus Eccleſiis ſanctorũ Germani Altiſiodorenſis, Euſtachij, Pauli & Andreæ, diuerſis paſſim temporibus, ſeu mixtim per f 9. Ian. anno 1596.

totos

Rumor pro ſeo futuro Epiſcopatu.

toros Aduentus, Quadrageſimas, diéſque Dominicos: etiámque ibidem reperiras, poſtquàm factus eſt Præſul. Itaque ab illis temporibus cœpit ipſe ad Epiſcopatum Matiſconenſem poſtulari. Vnde congregato Auenioni Capitulo ſui Ordinis generali: cùm ab vniuerſis Gallis, Hiſpanis, Italis ad Generalis amplitudinis miniſterium poſceretur; idem Gaſpar has omniũ voces aliò diuertens, aperuit ea quę circa ipſum ad præfatam curæ Epiſcopalis dignitatem in Gallia gerebantur. Et procurata per eum fideli electione Reuerendi Hieronymi Durandi: ille tunc paulò ſecurior ab vniuerſo Ordine monaſtico licentiam efflagitauit, ac deinceps imperrauit ad totum poſterum tempus: Lugdunúmque reuerſus, reliquum Prouincia-

Veniam petit à toto Ordine Minimor.

lis munus adimpleuit & exercuit ad præſtitutum vſque terminum. Cùm enim ſuperioribus annis sereniſſima Florẽtiæ Duciſſa ex generoſa Principũ Lotharingiæ ſtirpe creta, vt matrimonio cum magno Duce Hetrurię iungeretur, Bleſiis exeundo Matiſconẽ tranſiret, ibíque tunc Epiſcopatum teneret ac poſſideret Lucas Alamanni Hetruſcus Volaterris oriundus, vir ſanè de variis prementibus negotiis agitatus ob ciuilia fœderatorum in Regem bella; adeóque ſtatuiſſet Galliarum incendia deuitare: tunc & is cum ipſa Duciſſa Italiam peroptauit, Florentiámque adiit. In qua diuerſa regione cùm ageret ex allegatis in ſuo Chronico, deficiente tandem Guidone Serguido Præſule Volaterranenſi, idem Lucas qui illam Sedem tanquam natale ſolum exoptabat, ad ipſam tranſlatus eſt g, agente ipſa sereniſſima ſimul &

Principes agunt pro eo Matiſconi promouẽdo.

g 7. Auguſt. 1598.

Rege chriſtianiſſimo, vt Eccleſiæ Maticenſi ſic vacanti & Patrono deſtitutę præficeretur Gaſpar haud cogitans. Opportunæ autem de more conquiſitiones pro illo adipiſcendo Epiſcopatu habitæ feruntur ſuo nomine ab Henrico de Gondy Antiſtite Pariſienſi h, me in Academia commorante. Ac vertente anno, acceptis Bullis à Clemente VIII. Papa ſub quartum Nonas Auguſti anno 1599. inauguratus eſt Pręſul Matiſſanus ab Illuſtriſſimo Franciſco S. Petri ad vincula, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbytero Cardinali de Ioyeuſa; præſidia ei afferentibus Arnaldo Niuernenſi & Franciſco Abricenſi Epiſcopis in Sacello B. Mariæ intra clauſtra inſignis Abbatiæ ſancti Germani de Pratis Pariſius, me authore præſente; ipſamet ſacra & fauſta die Epiphaniæ, VI. Ianuarij, anno milleſimo ſexcenteſimo, ſolenni valdè conſecrandi obſequio. Ex quo orbe Luteriano, Gaſpare ad ingreſſum Diœceſeos ſubitò peragrante, & viam dirigente, realem ſui Epiſcopatus poſſeſſionem in perſona magnificè adeptus eſt Idibus Februarij ſequentibus, me poſtea monito eodem pariter menſe Luteriâ ad illum Matiſconem redeunte. Ergo in Diœceſi reſidens cùm verſaret apud Bellijocẽſes, R. ille Gaſpar ſequenti anno 1601. vacante ipſius Curiæ Officialatu per obitum D. Ioannis Ligeret, poſtpoſitis aliorum ambitibus, me inſcium & per nuncios quæſitum triplici ſimul honorario cohoneſtauit: ſcilicet & Officialem in re forenti iudiciaria eccleſiaſtica, & ſummum Pœnitẽtiarium in ſpiritualibus Caſuum conſcientiæ, & denique Vicarium generalem in temporalibus ac ſpiritualibus fori exterioris circa dimittendos ad ſacros Ordines, beneficia conferenda, & in Statibus regionis præſidentiam conſtituere dignatus eſt, litteris in duplici ſigillo expeditis die 14. Aprilis, ſignatis F. Duperron, vnà cum facta mihi poteſtate ſubſtituendi vices tanti Vicariatus. Tum quartò is facultatem multarum benedictionum ſeu conſecrationum nobis ipſis vltrò conceſſit, quæ paſſim vocitantur minoris Pontificatus, decima menſis Ianuarij, anno 1603. ſignatam A. Arnaud.

h 15. Ian. 1599.

Informationes de eius vita.

1599.

Epiſcopalis ipſius conſecratio.

1600.

Matiſconenſis poſſeſſio.

Inſtitutio noui Officialis, &c.

1601.

Idem ſubinde Vates, pede ſic ad Sedem firmato, conſequenti ſpatio quadrimeſtri eiuſdem anni 1601. vt prædeceſſorum abſentiâ & defectu iacentem penè Diœceſeos ambitum in melius excitaret, animum ad morum in Clero reformationem celeriter adhibuit. Hinc verò onus prioris viſitationis aggreſſus à menſe Auguſti, vniuerſam Diœceſim ad oculum luſtrauit: videlicet, præter matricem ciuitatem, vrbes ſeptem, Abbatiam vnam S. Rigaudi ſui omninò iuris, vndecim Prioratus, bis centum ſexaginta Parœcias, & quingentas quatuor Cappellas: atque ex populo tredecim millia quingentas octuaginta ſeptem perſonas vtriuſque ſexus Confirmationis Sacramento ſignauit. Vnde Volumen Ordinationum Lugduni edidit, ac per Diœceſim ſedulò obſeruandum promulgauit 1602.

Prior viſitatio per Diœceſim.

Conſecratio alterius Epiſcopi per eũ.

Conſequenter idem Gaſpar præclarus Antiſtes appellendo Matiſconem, ſecum adduxit perennem ſocium menſæ & vitæ R. Antonium de Bologne, profeſſum etiam Minimorum, ex Ordinis ſui religioſiſſimi venia & facultate tradita, multos per annos Matiſconi & Romenæi commorans: donec tandem ipſe R. de Bologne ad alium Epiſcopatum perueniret. Vnde profectò die ſexta Decembris, anni pręfati 1661. Informationes accepit R. Gaſpar pro eodem D. de Bologne ad Epiſcopatum Dignenſem promouendo: me Authore requiſito vno ex teſtibus pro deponendo ſuper agnitis vita & moribus præfati R. Antonij, per me iamdudum noti, à quo tempore Primatum electus in vrbe poſſiderẽ Gymnaſij ſanctæ Trinitatis Lugdunenſis *, Patribus Societatis IESV abſentibus, vbi idem Dominus Antonius cum ſociis quatuor Patribus Minimis, me Primarium ex aliorum Ordinum

* ab an. 1594. 1595. ad 1598 & 99.

delectu iuuare ſua vrbanitate ſolitus fuerat in audiendis menſtruis ſacramentalibus Scholaſticorum Rhetorum & Philoſophorum Cõfeſſionibus, quos cunctos ad ſacram Synaxim in Altari ſingulis ſequacibus Dominicis excipiebam. Is autem Religioſus vir in Epiſcopum à Gaſpare conſecratus eſt Lugduni anno ſequente milleſimo ſexcenteſimo ſecundo in Baſilica ſancti Petri Monialium *. En iam hactenus primi vndecim digeſti & ſegregati Actorum Gaſparis Articuli: donec ad calcem alios tredecim proferamus. * [...]rum Suffragan. Lugdun. & alio.

Ei Rex communicat. Henricus quartus Magnus Rex tantam refuderat & habuerat fidem erga ipſum Gaſparem in ſecretioribus ei deferendis conſiliis ac negotiis Reipublicæ teuelandis, vt ad illum mitteret epiſtolia alphabetica inuerſorum numerorum ac ordinum extraneorum, huic Antiſtiti nota per Regem ac cæteris cunctis in Regno fortaſſis ignota, quorum virtute characterum arcanas legatiunculas pro ſummo Principe gerebat, & in eo piè frequenter pernoctabat.

Paragraphus 3.

Illius genealogia. Mox autem conſtituto Gaſparis ingreſſu ad Pontificiam Maticenſium ſcalam: nos eiuſdem natalitia opportuniore loco depingamus; priuſquam ad vlteriora gradum faciamus de geſtis ipſius in illa ſua Cathedra.

ARBOR CONSANGVINITATIS.

1 generatio. A { 1. Ioannes Dinetus ex Varennarũ oppido agri Borbonienſis emerſus, anno milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo octauo [a] Regio Caroli ſeptimi Francorũ Regis Diplomate & ſpontaneo motu denunciatus eſt à proauis duxiſſe ſuam longo ordine nobilitatem, quam Princeps denuò poſteritati commendatam eſſe voluit, quando ille Dinetus in Regiis ſuis Caſtris Dux cohortis militum ſtrenuè decertaret. A quo parente manauit Petrus I. Et ex Petro hi duo filij prodière. } B

a in Martio.

2. gener. B { Petrus ſecundus Petri primi primogenitus, moritur adoleſcens innuptus in Caſtris Caroli octaui expeditionis Neapolitanæ.

Ioannes ſecundus tantam Iuriſprudentiæ operam nauauit: vt cùm ex natali Varennarum ſolo in celeberrimam Molinenſium ciuitatem migraſſet, ad ipſum tanquam ad oraculum omnes controuerſæ lites deferrentur, qua in vrbe totius prouinciæ & adiacentium iura dicuntur. Vnde is eruditionis ſuæ ac ingenij ſpecimen dedit, dum euulgauit Inſtituta & ius gentilitium Regionis Borbonienſium [t]. Nupſit verò nobili Annæ Morel. Eique tres filij. } C

t Hinc variis auctus honorib. factus eſt Aduocatus generalis Fiſci in vniuerſo Ducatu Borboniorum, Conſiliarius Annæ Franciæ, & ipſius ſupplicum libellorum Magiſter creatus anno M. D. X. & XIX. Deincépſque à Carolo Borbonio & Lodoïca Regina matre Franciſci primi Regis iiſdem rurſus titulis ornatus eſt ſub annis paſſim milleſimo D. XXII. ac M. D. XXIX. Ex quibus acceptis ingentibus beneficiis plures vltra auitum patrimonium poſſeſſiones nobiles legitur conſequutus: nimirum Caſtra de Perougio, vulgò *de Perroux* in parœcia Rongiarum ad Varennarum oppidum, de monte Rotundo in parœcia de Billy, de Lonziaco, de Puteo regali, de Beaurepaire, & de Monchenin.

3. gener. { 1. Claudius, cui obuenerat Caſtrum de Peruſio & *de Barnier*, militares ordines ritè duxit pro Rege. Ei vnicus filius. } Claudius II. qui Dux Cohortis peditum in Caſtris Ducis de Alenconio, fratris Henrici tertij Regis, in obſidione Iſſoriæ ab hæreticis occupatæ ferrea glandine percuſſus interiit, abſque liberis maſculis.

2. Ioan

4. gener.

2. Ioannes III. Dominus Caſtrorum de Monte-rotundo, Lonziaci, Puyrel, & Caſtri viridis, vrbem & munitam arcem de Billy pro Rege adminiſtrauit. Sed flumen Alligerim traiiciens, extinctus eſt. Ei quoque duo filij.

1. Claudius III. Dux in exercitu Conneſtabilis Galliæ: in Regiis illis Caſtris de medio ſublatus apud Foreſios, ſine liberis.
2. Ioannes IV. vir pariter militaris vxoratus, in nobiliſſima ac antiqua familia *de Chaſſelles* Foreſiorum.

3. Iacobus Dinet paterno exemplo eruditus, Iuriſprudentiæ ſtudia complexus, præter poſſeſſiones Putei regalis & Monchenin atque paternam domum Molinenſem ſibi relictas, creatus eſt etiam Conſiliarius Regius & ſigillorum Principatus Borbonienſis Cuſtos; officio quoque Præfecti, ſeu Locumtenentis generalis Dominij Borbonienſis à dotaria Regina Elizabetha donatus: tum ſucceſſiuè à Lodoica Regina vidua Henrici 3. Magiſter ſupplicum libellorum effectus. Nupſit nobiliori Philippæ Euuraud, à quibus hi ſeptem filij in lucem editi. D

5. gener.

1. Claudius IV. militiam ſequutus, & Philiberti à Guichia Magiſtri bombardarum Galliæ vices gerens, quem vidi, poſt multas ciuitatum pro Rege perpeſſas in congreſſu obſidiones, obiit ſenex in ſuo Caſtro *de Chaſſimpierre* an. 1610. Ei duo maſculi. E

2. Ioannes IV. Ius ciuile profeſſus, euaſit famoſus in Pariſienſi Senatu Patronus: ibique diem clauſit extremum, & reliquit Ioannem filium vnicum Pariſinum, deinceps Canonicum Archidiaconum Matiſconenſem.

3. Iacobus II. paternorum Officiorum hæres, & Dynaſta Caſtrorum Puteiregalis, Deſenſi & Valeriæ prope vrbem. Hydropiſi moritur. Ei tres liberi. F

4. Petrus III. eccleſiaſtica ſeculari profeſſione clarus, Canonicus Molinenſis: & Doctor, Concionatórque egregius. De quo ſuprà multis.

5. GASPAR, Minimorum profeſſor, deindéque Antiſtes Matiſconenſis. De quo hic ex profeſſo per totum.

6. Philippus primùm Legiſperitus inſignis, Iuris vtriuſque Candidatus, ſed deinceps Martem inſecutus, Dominus à S. Romano, & *de Monchanin*, Ducis à Longauilla Gubernator ac inſtitutor fuit: à quo deinde, commiſſus eſt in adminiſtratione ſui Caſtri à ſancta Cruce, ac poſſeſſionum ex eo pendentium, necnon ordinarius Regiæ Cameræ Eques à Ludouico XIII. Rege euectus. Vxorem duxit Helenam ſeu Lucretiam de Chabuz inter præcipuas Seguſianæ prouinciæ nobilitate inſignem, Dominam Caſtri Longiarum in Breſsia, quam D. Amatus *de la Foreſt* Grandiſmontis Comitis minor natu annos natam ſexdecim viduam reliquerat, nullis ex ſuperſtitibus liberis poſt vnum natum in pueritia mortuum.

7. Ludouicus admodum iuuenis Billomi in Collegio Patrum Ieſuitarum moritur.

6. gener.

Ludouicus II. Cataphractorum Equitum cohortis Regiæ miles ſub D. Mareſchallo *du bois-Dauphin* 1; is Dominus *de Chaſſimpierre*, *& du Crachet*.

Petrus IV. electus eſt Epiſcopus Hieropolitanus, & Coadiutor Matiſconenſis Epiſcopatus. Fui ego vnus ex obſignatis teſtibus ſuæ pro vita ac moribus informationis, qua Præſulatum Romæ adeptus eſt. Cuius fidelitatis ſacramē-

Hh 3 mentum

G { tum Regi præſtitit Lutetiæ die feſto Corporis Chriſti an. 1617. * aſſidente * patruo Gaſpare. Sed, proh dolor! is Diaconus, graui infirmitate detentus, annos natus XXV. exceſſit è viuis 4. Idus Ianuarij an. 1618. cadauere Romenæo Matiſconem delato, ac celebri funere humato, præſente conſtanti Antiſtite. (* 15. Maij.)

(9. gener.)

H { 1. Iacobus III. Sacerdos Religioſus Societatis nominis Ieſu, Theologus, & egregius per Gallias Concionator, Rothomagi, Rhedonibus, Bleſiis, Aurelus, Biturigibus, Lugduni, &c.
2. Petrus V. Equos & hæres trium Patris Caſtrorum, quæ præmiſimus.
3. Ludouicus II. ad Clerum ſecularem deſignatus, philoſophicis ſtudiis incumbens, & adoleſcens optimæ ſpei. Dum hîc finem ſcribendi facerem, exceptus eſt Canonicus Cathedralis Matiſconenſis menſe Nouembri 1619. Ac demum effectus Epiſcopus, patrui ſucceſſor an. 1620. de quo infrà.

Paragraphus 4.

(Tredecim alia hiſtoriarum genera pro R. Gaſpare.) RElIquam D. Gaſparis hiſtoriam reſumpturi à rebus quæ ſubſequuntur poſt priorem ſuę per Diœceſim viſitationem Paragrapho 2. denunciatam, & totum hoc opus abſoluturi, cætera de eiuſdem Epiſcopi geſtis enarrare perſequimur, vtique tredecim complexa Capitulis.

(I genut. 1602.) Primum eſt, quòd anno M.DC.II. idem Gaſpar vberem veteris Tranſactionis epitomen inter Epiſcopos & Cathedrale Capitulum quondam iniri ſolitam renouando, latiùs expreſſam eſſe voluit. Cùm enim litem ferè mouiſſet, & Canonici appellationem ab abuſu in Senatum Pariſienſem prouocaſſe viderentur: ſic conuentũ eſt inter parteis quinque capitulis circa prætenſa vtriuſque iura. (Tranſactio ſuæ Eccleſiæ quinquplicicer renouata.) Imprimis, quòd noui in Capitulo Cathedrali validè ſelecti Canonici poſthac proficiſci tenebuntur ad domum Epiſcopalem, ſuſcepturi ab ipſomet Antiſtite librum pro inueſtitura, iuxta Articulum III. à Melchiore Cardinali promulgatum, atque per nos ex profeſſo prudentérque relatum ſub Raynaldo Matiſcenſi Epiſcopo ſuprà ¹, pro primis earum Tranſactionum Reſcriptis. Secundò, quòd Decanus aut Cantor à Capitulo inſtitutus, vt à Præſule confirmetur, hoc prodibit ordine. (i Nu. 44. §. 9.) (1 & 2) Sex vel quatuor ad minus ex illo Capitali corpore monitum ibunt de re ab ipſis geſta Antiſtitem ad hoſpitium ſuum, hinc eundem ad chorum & Sedem vſque Pontificiam comitabuntur, ex qua Cathedra confirmabit Acta; & impertita ab ipſo Benedictione, conſiſtet in Pſalmodia ſeu gratiarum actione audienda ac reddenda per ſolenne Canticum *Te Deum laudamus, &c.* (Inueſtitura Canonicorum, & Dignitatum receptio.) Quo abſente ſacro Moderatore ab vrbe, decantabitur eiuſmodi Hymnus, & miſſo Prouiſo in poſſeſſionem, confeſtim redeunte ad ciuitatem Epiſcopo, recurretur ad ipſum, Benedictionis ſuſcipiendæ gratiâ, ex more & loco præfato, iuxta Articulum IV. Cardinalis. Itémque quintus ibidem Articulus circa Archidiaconos à ſolo Præſule concreandos ad literam obſeruabitur. (3.) Tertiò, quòd ad forum iudiciale ſpectat de Cathedralibus Clericis Articulo II. Melchioris Legati contentis: decretum eſt ſeruanda eſſe Capitula ſub Ioanne Sallaniaco compromiſſa ᵏ, qualia nos in Odone proximo Ioannis ſucceſſore ˡ ad quatuordecim (k an. 1358. Nu. 53. §. 5.) (Modus Cleri ad eligendum Iudicem liberi.) reuocauimus delineanda pro ſecunda ſolenniore Compoſitionum ſpecie: nimirum in cauſis ciuilibus & criminalibus ſuper Clericis ſtato numero ad Capitulũ incorporatis: addito paulò clariùs à Gaſpare iuxta Capitulum IX. Sallaniaci, quòd in caſu contumaciæ & latæ ſententiæ anathematis in deficientes nec comparentes coram Epiſcopali Iudice, tales adſtringentur eam purgare contumaciam, & ſupplices abſolutionem à cenſuris poſtulare tenean- (l Nu. 54. §. 3. Ar. 3.) (m Nu. 56. & 57. §. 1. 2.) (4.) (Numerus Clericorum ſic eligentium.) tur, antequàm ad Capitularem Iudicem remitti queant. Quartò, ſancitum eſt quòd iuxta eas Tranſactiones pridem renouatas pro exemptorum numero ab Epiſcopali foro ſub Ioanne de Boiſſiaco ac Theobaldo Epiſcopis ᵐ anno 1383. (quam totam vicem Gaſpar ſecundam vocat ⁿ) hi cuncti, viginti quatuor duntaxat aſſumentur præter Canonicos, omnes annuatim infra Octauas feſti S. Ioannis Baptiſtæ ſi volent nominandi coram Officiali: quæ Acta ſi tunc præſtaſſe aut quæſiuiſſe prætermittant, ſuo ad eum annum priuilegio ſinguli priuabuntur. (n At nos tertiam eam facit tertiam eſſe Io. Bap. Epiſc. & nos eam quintâ ibi vt minimum, quin etiam ſeptimam diximus & demonſtramus in hoc Opere.) (5. Viſitatio Epiſcopalis in Cathedrali Eccleſia.) Quintò dictum eſt Epiſcopum perpetuò habiturum ius viſitandi quoties libuerit Tabernaculum cuſtodiæ venerabilis Sacramenti Euchariſtiæ, ac fontes baptiſmales in illa Cathedrali Baſilica quieſcentes; quódque procedens Antiſtes ad id exercitium, cer-

riorem faciet Capitulantium ordinem, ſubindéque Canonici aggregati duos ex ſuis Collegis deputabunt, qui vnà cum Vicario Cathedrali parœciæ S. Crucis accedent omnes ad fores maioris Eccleſiæ obuiam Epiſcopo cum Superlicus; viſitando commonefaciet deputatos de inuentis à ſe defectibus, déque medendi ſerie, vt deliquio per Capitulum
Et in Capellis ibidem. cum Antiſtitis ſententia prouideatur. Necnon Epiſcopus inter Sacella ſuæ ibidem collationis inuiſenda, etiam intrando Capellas inſtitutionis Capituli Cathedralis, ſi repererit quędam earum Altaria ad cornu perfracta, aut ſaltem polluta aliterve profanis vſibus contaminata vel ſordibus obnoxia, deputatis renunciabir, vt curentur intercludenda ſeu reficienda; citra aliam tamen ſuper talibus Capellis aut Sacerdotibus earum Capellanis intentatā proinde iuriſdictionem, quàm moliendam Altarium in caſu debito conſecrationem, per Epiſcopum illic aſſumendam. Atque demum eo tempore ſancitum eſt, quòd is Præſul ſedens & futurus aliàs ſucceſſurus Cathedralem eam viſitationem per ſeipſum fiendam ſuo Generali Vicario minimè committet: at ſibi vni reſeruabit, partibus conſenſum præbentibus vt hęc Concordata in Pariſienſi Senatu ſi opus fuerit comprobentur: Nicolao Chandonio Decano, Cantore, quatuor Archidiaconis atque ſeptem Canonicis: ſubſignatis Notariis Regiis Du-
Teſtes Tráſactionis. perron & Decombes, vnà cum Capitulari Secretario: tum præſentibus Vincentio Parſſaud Regio in Baliuia Aduocato, ac Ludouico Seuert Ciue Matiſconenſi vocatis, ſuóque chirographo teſtantibus die Lunæ vndecima Nouembris. Quam breui narrationem ideo opportunè iſtic efferendam duximus, tum quia plures eius radices ſuperiùs commodè proferuntur citatis in locis; tum rurſus quia pleræque orbis Chriſtiani Baſilicæ ſeu Cathedrales aut Collegiatæ prælibatas componendi formulas & modulos lectitantes, ſæpenumerò ad ſe fortaſſis trahent & præclarè mutuabuntur, tanquam valde conducibiles, ac velut pulcherrimum pacis amoriſque ſpeculum meritò contuendum, vt hanc lucem promereantur, etiámque apponantur pro fabricando totius huius Operis complemento, alioqui mutico mutilóque & in publicam demum vtilitatem iure vertendo; ſicuti nos antea Compoſitiones primæ Lugdunenſis Eccleſiæ vtique acceptiſſimas & in præcipuo Clero collaudatas dudum enodauimus.

II. gen. Secundum genus Capitum eſt, quòd ab anno 1604. ad annum IV. totum ac integrum nouum Conuentum Capucinorum conſtrui, & dirutam ab hæreticis cælique iniuriis per-
1604. uiam Franciſcanorum Eccleſiam ſplendidiore forma inſtaurari fecit intra Matiſconenſis ciuitatis mœnia ex collectis à ſe per publicas eleemoſynas pecuniis. Túnc rurſus Xenodo-
Ædificatio Monaſteriorum ſub Gaſpare. chium pro mechanicis conciuibus aliquando peſte infectis extra vrbis ſepta admittendis, ſub expenſis vrbani Hoſpitalis B. Virginis matris è fundamentis ad tecta prorſus attolli ſuaſit & curauit: vt pote in rationibus ditioris cuius Hoſpitalis audięndis ac reddendis præeſt quotannis idem Antiſtes, eiúſve Vicarius Generalis dum Præſul abeſt.

• Altari tunc conſecrato 5 Iulii.

III gen. Reſtauratio Eccleſiarum 1610. Anno 1610. in ipſamet ciuitate Cathedralem Eccleſiam bis à præfatis infidelibus ſpoliatam, erectis in Choro Canonicorum ſubſellhis, duplici Organo muſices, atque Tribunâ, ex communi totius Cleri ærario inſigniri, necnon Collegiatam S. Petri cum ſuo & S. Stephani cœmeterio inſtaurari ſumma deuotione peroptauit ac præſtitit. Hæc pro tertio capite.

† ipſius Cathedralis Eccl.

IV. gen. Pia Gaſparis cum Rege colloquia. Sæpiùs interea vocatus hiſce & poſteris annis ab Henrico IV. Rege Francorum, Matiſcone ad Curiam profectus, ſacràmentales ipſius Confeſſiones excepit, auguſtiſſimam Synaxin eidem porrexit, ex tempore Conciones coràm habuit; & plerunque tremendam Euchariſtiam ſub aurata vmbella optatus palàm detulit, Principe ac Aulicis in copioſa multitudine adſequentibus & adorantibus, idq; tū Pariſiis, tum Fontiſbellæi, necnon in Sabaudia, quò ipſe Regium exercitum comitatus eſt ex voto Regis pro eadem exomologeſi, ſemper cum religioſo ingenti apparatu.

V. gen. In quinti capitis gratiam, anno 1612. inſtitutam ſecundam per Diœceſim viſitationem antériore exactioremque aggreſſus tricesima die Martij, quam ad octauum vſque Decembris ſine vllo prætermiſſo diario accuratâ diligentiâ ad finem perduxit fœliciter: ſingulas omni-
Poſterior eius per Diœceſim viſitatio. no Baſilicas ſuprà * ſuis numeris expreſſas colluſtrauit, varia in illis Sacramenta prębuit, & Dei verbum præco frequentiùs nunciauit. Qua de re, pro publicis illis Actis inde confectis, vberiùs valde quàm antea Codices ac indices, Proceſſus verbales appellant, impleuit conſcriptos, inque ſuis Archiuis repoſitos, atque per vtiles toti poſteritati, ad perennem
1612. ſucceſſorum memoriam, ſedulámque annuatim Cleri reformationem faciliùs moliendam, totam cum maiore ſcientia rerúmve notitia adaugendam, ſeu perinde ad meliorem animorum ſtatum eò recurrendo conducendam, quandiu præclarè ſedebit & vltrà. Vnde anno

§ 3. a. * Art. 10. § 1.

no ſequente in Paſchali Synodo is munera exhibuit ſingulis parœcis Sacerdotibus ſeu Paſtoribus: nimirum Miſſalia ad vſum Romanum ſuæ Diœceſi promulgatum, vulgarem & amplum ſacri Concilij Tridentini Catechiſmum ad plebem faciliùs erudiendam, Volumen miniſtrandorum Sacramentorum, atque alia quædam.

VI. gen. Gaſparis præſidentia in Statibus Comitatus Matiſconenſis.

Pendente octodecim hactenus aut vndeuiginti annorum interſtitio ſui Præſulatus, ſingulis trienniis honorificè Matiſconi ſemper præfuit Conuentibus tribus ſeu vni trium populi Statuum ac Ordinum, aggregatis Cleri atque Nobilium & plebis viris proceribus: totidémque pene vicibus Diuionem ad generaliores Status ſeu Ordines Ducatus Burgundiæ miſſus eſt nomine Comitatus Matiſconenſis, vt ſuffragium populi ferret, in ſimili ampliore totius Prouinciæ Congregatione.

Eius præſentia in Ducatus Burgund. Comitiis.

Inſuper autem térque quatérque ſingulis annis is ſuúſve Generalis Vicarius in ſpiritualibus & temporalibus præeſſe aſſolet ex veteri parto iure ac vſu in vrbe ſua tribus illis quaſi priuatis Comitatus eiuſdem Ordinibus ad Regia vectigalia ſupputanda, mutanda, imponendáque plebi. Sed præterea ipſe annis diuerſis Lutetiam iter habuit, illic multis perfunctus legationibus, cùm ad regios nummos computandos pro tutamine vniuerſi Cleri Gallicani: tum ſemel aut iterum ad conſedendum in generalibus totius Regni Comitiis à menſe Nouembri anni 1614. ad Aprilem ſequentem 615. In quibus & aliis vicibus idem Gaſpar Antiſtes partim pro Clero partimque pro vniuerſo triplici

Et in generalibus Franc.

Ordine, modò coram Rege Ludouico XIII. Regináque matre, modò adſtante ipſa vxore Regina peteleganter orauit Legatus, & egregios petitionum fines omnium applauſu conſequutus eſt. Regi verò redditi ſunt obſignati trium Ordinum Codicilli. Princeps autem quia tunc per Guyennam profecturus eſſet in occurſum ſuæ ſponſæ filiæ Philippi III. Hiſpaniarum Regis, & eodem anno ſequentibúſque binis ciuiles bellorum motus excitati ſint à quibuſdam Principibus Regij Franciæ ſeminis, tum in vicinis eius affinibus ad Alpium Pedemontanos, quibus finem pacis ex officio primùm impoſuit: profectò inde ferenda multiplex ſententia de Codicillis dilationem paſſa eſt ad extremum vſque ann. 1617. & inchoantem 18. Quo tempore idem Ludouicus paria Comitia iterando Rothomagi adunauit pro iiſdem Codicillis reuiſendis, concludendis, & præceptis per totum Regnum promulgandis. Quod ſanè geritur dum huic Operi finem damus. His ergo proſperum exitum pro Reipublicæ & Eccleſiæ commodo tribuat pius Chriſtus.

VII. gen. Triplex Gaſparis fundatio abundãs.

Idem Gaſpar futuram ſibi in Baſilica ſua Cathedrali ſepulturam optauit, à longè prouidens fœlici eius ex hac vita diſceſſui. Adeóque ex iteratæ viſitationis regreſſu, continuò triplicem multùm amplam ac locupletem, quam dudum præmeditarat, Fundationem ibidem deſtinauit: eámque exquiſito ſcripturæ ſtilo per Notarios legendam in Capitulo protulit ac euulgauit die Epiphaniæ Domini Ieſu anno 1613. aut ſuperiore, nobis aliíſque teſtibus conuocatis.

1613.

Vnam quidem ſingulis annis fiendam ipſo Epiphaniæ diario: quo ſub muſicali Miſſa Canonicali tres Archidiaconi in Cappis ad Offertorium cum acceſis tribus Cereis varia dona præſentant: ſanè primus aureum coronatum ceræ affixum; ſecundus omne aromaticum thus in magno pondere, quo ſit opus ad frequentem vſum toto anni decurſu in diuinis illus Eccleſiæ Officiis: & tertius myrrham odore ſuauem, pro annuo pariter ſpatio vtendam.

1. Die Epiphaniæ.

Pro qua donorum ſolutione, poſſeſſiones Romenæi à ſe recèns emptas reliquit, deuouit, ac temporali reliquo ibi futurorum Epiſcoporum dominio ſeu dotationi annexuit, ad pecuniarios redituales fructus diſtribuendos, aut à ſuis perpetuò ſucceſſoribus in hoc ipſum & cætera Eccleſiæ refundendos ac ſuppeditandos. Eáque tota conſtitutio ſic effecta eſt in honorem trium Regum, qui velut primitiæ Gentium ad Chriſtum adorandum ex remotis peruenerunt; vt pote qui Gaſpar illa die tria dirimicut munera ſuſcepit: ſcilicet Baptiſmum, pium ab ipſo oblatum Deo ſacrificium, & Pontificiam inaugurationem: cuncta ſuperiùs iam trifariam compulſa, de quibus collatis gratias immortales ita Numini exhibere contendit.

2. Die S. Franciſci de Paula.

Alterum fundationis genus fuit pro Clericis intereſſentibus annuatim in Choro die II. Aprilis, feſto S. Franciſci de Paula Inſtitutoris ſui quondam Minimorũ Ordinis; ad duplices Veſpertinas preces, Matutinas ac Miſſam Cathedralem: vnà cum perſoluendis tunc ad Deum orationibus pro defunctis eius parentibus, próque ipſo in poſterum, ex mortali demum vita eripiendo: attributis ad hoc variis prædiis in loco allegatis, qui reddant quotannis multò plures quàm centum & decem libras turonenſes ab eo illis votis hoc vno fine applicatas, ac Eccleſiæ ex dictis erogandas. Tertiò magnificam argenteam ſupellectilem totam auratam breuíque comparatam ſibi emit, quam vi inſtrumenti eiuſdem fundationis tranſtulit tutori & conſeruatori Capitulo, nimirum per talem cõtractum largiendam reipſa congregatis Canonicis à die tantùm futuri ſui obitus: ea mente vt fideles illi

3. Supellex Altaris Pontificalis.

Cuſtodes

Cuſtodes capitulantes ſucceſſoribus Epiſcopis viciſſim hanc ipſam tradant cum Inuentario
& Actis: quas res Epiſcopi in ſuis pariter obitibus eidem Capitulo reſtituere, ſeu in publico
ærario reponere teneantur, ne in poſterum Antiſtites ad introitum haud raro egeni careant
neceſſariis ad cultum Eccleſiaſticum Pontificalibus indumentis, ſicut & ipſe Gaſpar adue-
niens vnum duntaxat ligneum paſtoralem baculum in illa Eccleſia à prædeceſſoribus deſer-
tum animaduertit, quo per priores annos duodecim vſus eſt: nempè poſteà impertitus
eſt eminentes argenteos paſtorales duos Baculos, vnam Crucem, quatuor Candelabra, Cali-
cem auratum, pallas, Corporalia, ac linea ſericáque completa Epiſcopalia veſtimenta cum
zonulis, pretioſis tibialibus & calceis.

VIII. gratia. Octauus Articulus. A quo tempore Epiſcopatus per R. Gaſparem *x* & eius Vicariatus per — *x* ab anno 1600.
nos ſuſceptus eſt *x*: ſummus Põtifex Romanus ſingulis paſſim elapſis ac repetitis quinquen- — *x* ab anno 1601.
niis ter hactenus literas authenticas iiſdem duobus tranſmiſit de variis Apoſtolicis poteſta-
tibus conceſſis, & in penultima ampliatis ad quatuor capita clariùs hîc producenda: ſecun-
dùm plures Epiſtolas, quas ideò R. Gaſpar Romam legauit ad ſummum Pontificem & aliquot
Magnæ facultates ex Romana Curia Gaſpari eiúſque Vicario traditæ. Cardinales Curiæ Apoſtolicæ. Primò, quòd idem Gaſpar & aliquot literati Sacerdotes ab
eo intra Diœceſim Matiſconenſem nominandi, legere valeant libros omnes apud Romanum
Indicem *y* comprehenſos ad effectum redarguendi & confutandi hæreſes. Secundò idem — *y* Concilij Tridentini, & Clementis PP VIII.
Præſul eiuſque Generalis tantùm Vicarius, vnus equidem ex præfatis Presbyteris, poſſunt
quoſlibet hæreticos & ſchiſmaticos *z* laïcos & Clericos cuiuſque regionis reconciliare gre- — *z* notorios.
mio matris Eccleſiæ, taléſque in vtrolibet foro abſoluere à cenſuris propter id incurſis, dum-
modò errores coram Notario & teſtibus abiurent: non tamen eoſdem habilitare aut cum
eis diſpenſare. Poſſuntq; illi duo vtrâlibet viâ abſtergere cenſuras eorum qui legerint aut
retinuerint præfatos libros hæreticos, ſi modò polliceantur non ampliùs talia lectitare *a*, fa- — *a* Quærentes alios libros prioribus ſublatis.
uoremve hæreticis nullum præbere. Tertiò, quòd ſolus R. Gaſpar diſpenſare poteſt in alter-
utro foro Eccleſiaſticos Regulares ac Seculares ſuper irregularitate per eos contracta pro
retentis eiuſmodi libris, vel perpetratis aliis ex caſibus præmiſſis, quantùm ad ſuſceptorum
Ordinum executionem: non tamen quantùm ad rehabilitationem obtinendi retinendíque
Quadripartitæ. beneficia & dignitates aut officia in Clero: ea verò lege, vt idem Gaſpar diſpenſatos reos
ſuſpendat ab adminiſtratione Sacramentorum, ſeu perpetuò, ſeu ad tempus, dum aliud ni-
hil obſtet. Quartò reliqui tres Sacerdotes, qui vltra Epiſcopalem Vicarium Generalem ſu-
perſunt vocati, ſuo quidem iure gaudent ex allegatis, per Gaſparem poſt Papam: at ſoluere
queunt præmiſſos pœnitentes in vnico foro conſcientiæ, luſtro *b* cœpto die X. Kalendarum — *b* quienaio.
Ianuarij anno CIↃ. IↃC. X. Pontificatus Pauli PP. Quinti anno VI. nuper cum decore
ſedentis. Atque hæc vnica Bulla ad longum noſcitur collocata in apice voluminis noſtri.
De atheiſmo, & hæreſib. &c. Poſt quod Reſcripti genus, ſequutum eſt aliud, ſanè eiuſdem teno-
ris quaternarij, at paulò clariùs, idque eiuſmodi cum nouem Cardinalibus Bullarium com-
probantibus. *Paulus Sfondratus Epiſcopus Albanenſis S. Cæciliæ, Petrus tituli S. Mariæ Trans-*
Aliæ Bullæ de ead. materia. *tyberim Aldobrandinus, Pompeius tituli S. Balbinæ Arigonius, Robertus tit. S. Mariæ in via Bellar-*
minus, Antonius tit. S. Crucis in Hieruſalem Zapara, Ferdinandus Taberna tit. S. Euſebij, Ioannes
Garſia tit. Sanctor. IV. Coronator. Millinus, Fabritius tit. S. Auguſtini Verallius, & Frater Auguſtin.
Galaminus tit. S. Mariæ Aræcæli, nuncupati Presbyteri miſeratione diuina S. R. Eccleſiæ Cardinales
aduerſus hæreticam prauitat. in vniuerſa Republ. Chriſtiana Inquiſitores general. à Sede Apoſtolica ſpe-
cialiter deputati, R. in Chr. Patri D. Gaſpari Epiſc. Matiſcon. ſal. Cùm in gener. Congregatione S. R. &
vniuerſalis Inquiſitionis habita in Palatio Apoſtol. Montis Quirinalis coram S. D. N. D. Paulo di-
uina prouid. PP. V. ac nob. die infraſcrip. nomine Paternitatis t. ſupplicatum fuerit, vt ad ſal. animar. ac
hæreſum confutation. eidem. Paternit. t. ac aliis doctis & piis viris per eam deputandis quoſcunque pro-
hibit. libros legendi, ac hæretic. redeuntes & pænitentes recipiendi & reconcil. licentiam. facult. & au-
Cardinalis Inquiſitores. *thoritat. concedere dign[illegible]mur: Nos in quib. cordi eſt, vt om. hæret. prauitas è mentib. hom. tollatur, &*
oues aberrant. ad caulam Domin. gregis ſedulò reducantur, &c. authoritate Apoſt. nob. in hac par. com-
miſſa, Paternitati t. & aliis IV. perſonis ſuæ Diœceſ. eruditis, in Sacr. Theol. vel iure Canonico Magiſtris
ſeu Licent. per eam eligendis, vt om. libros in Indice Rom. damnatos ad effectum hæreſes redarguendi,
ſecretò tamen & ſine alior. ſcandalo legere & retinere licitè in partibus Galliar. poſſitis, & quilib. ve-
ſtrûm valeat, &c. Præterea, Paternitati t. ac eius in d. Eccleſ. Officiali Matiſc. ſiue Vicario in ſpiritua-
lib. generali, vt in ſingulos vtriuſque ſexus Laïcos & Clericos Seculares & cuiuſuis Ordin. Regulares
hæret. &c. dummodo relapſi non ſint, aut de eis in iudicio delati, &c. pænitentes quidem ad Paternitat.
Officialis & Vicarius. *t. vel d. eius Officialem ſiue Vicar. &c. etiam extra d. Diœceſim conſtitutos ſponte S. M. Eccleſiæ recon-*
ciliari humiliter poſtulantes, ab excommunicationis, ſuſpenſ. & interd. aliiſque Eccleſiaſticis ſent. quas
propter hæreſes incurrerint, modo fide non ficta errores ſuos coram Notar. & teſtib. publicè vel priuatim,
prout caſus exegerint, deteſtati fuerint, &c. in vtroque foro abſoluere, & in gremiũ S. M. E reconciliare

Ii *valeatis,*

valeatis, &c. facultatem ad quinquennium impartimur. Qui totus diſcurſus priores di as ſol n
poteſtates ex præmiſſis in penultima Pontificis Scriptura amplectitur. cæterorumque narra
tiones ex primario textu hic prætcrimus. *Datum Romæ in gener. Congregatione S. Inquiſitioni XI
Kal. Ianuar. an. à Natiuit. D. N. Ieſ. Chr. M.DC.XIV. Pontificat. præd. S. D. N. Papæ ann X.* Bulla rece-
ptâ à R Gaſpare die 2. Nouembr. ann. 1615. à quo tempore duntaxat incipit quinquennij lu-
ſtrum currere & adnumerari.

IX genus.

Gaſpar nundinas Romenæi obtinuit.

Adiicimus verò, altiùs paulò ad propoſitum loci remeando, quòd ipſe Gaſpar anno ſalut.
CIↃ. DC. IV. ab Henrico quarto Rege annuas quatuor liberrimas *f* Romenæi nundinas ob-
tinuit in perpetuum duraturas literis obſignaris. Necnon veniam tunc erigendi Gymnaſium
literarium Ordinis Ieſuitarum Molinenſibus ſuis conciuibus ab eodem Principe impetrauit.
Eodem rurſus anno Gaſpar varios eundo labores erga Regem hauſit, curas, obſ c ationes, &
vigilias p è ſuſcepit, pro adipiſcenda circa plures perſonas euerſione Arcis ſeu Caſtri vete-
rum Comitum Matiſconenſium ante octingentos annos conſtructi *g*, minitantis prouinciæ
Vrbiſque excidium pendentibus hiſce diuturnis ciuilium bellorum temporibus & tumulti-

Et Arcem Comitũ permutatione componi curauit.

bus: vt illic potiorem Dei arcem Conuentum Ordinis Capucini ſuperius agitati *h* myſtica
permutatione componeret, iniectis primis fundamentis *i*. Non ſolùm verò annuit iſtis baſibus
Chirographum Regis, verùm & pernobilis Catharinæ Chabot ſponſæ D. Guilelmi *de Saulx
Sieur de Tauanes*, Comitis *de Buzançois*, Equitis Torquati, Conſiliarij à ſecretis Regis, & centum
Cataphractorum Ducis: quæ cum viro dum loci dominium iure patrimonij obtineret ex
dono Henrici III. Regis, facto patri Catharinæ Comiti *de Charny*, ipſa liberè vt precum Reli-
gioſorum eſſet particeps, id ſuum ius vniuerſum tradidit, literis authenticis manu propriâ &
Secretarij *Brament* conſignatis Diuioni die II. Aprilis an. cit. Quod equidem originale penes

Dicat Author Librum Gaſpari.

nos hactenus ſemper remanſit. Sed vt iterum altiùs obiter conſcendamus: antea eidem Ga-
ſpari deuouimus librum ac Epiſtolium voluminis noſtro marte recèns inſtituti, *De multiplici
anathemate iuris æquiualenter ad nominatim, &c. k* cùm primùm Vicarias Præſulis parteis ſuſce-
peramus. Quæ alioqui recordatio ſuprà Articulo IX. *l* prioris coordinationis ſitu decenti fue-
rat reponenda. Necnon eidem & ſuo Capitulo deuoueramus prius Chronicum ſacrum Ma-
ticenſe.

X. genus.

Collegium Virginũ Matiſcone.

Anno CIↃ.DC.XV. procurante ipſo Gaſpare, pientiſſimus nobilis & Illuſtris Eques Bal-
thaſar de Rubeomonte in Sabaudia, Baro Dynaſta *de Chandé* in Gallicana Breſſia, diuino im-
1615. pulſus afflatu paternã domum in ipſa Matiſconenſi Ciuitate conceſſit ac vertit in Cõuentum
virginũ ſanctæ Vrſulæ Virginis & Martyris ſeſe Chriſto perenni voto tradentium, quæ erudi-
tioni religioſæ puellarum inſeruiunt, & id officium profitentur. Contractui ego teſtis vocatus,
tres inde Virgines profeſſas Lugduno Matiſconẽ introduxi, baſes amplioris futuræ frugis in
aliis virginibus ad vota ſuſcipiendis, quæ in dies adhibentur, præter externas edocendas. Sub-
inde autem Præſul locum benedixit, & cœptis incrementa porrigere eniтuit.

X I. gen.

Inſtituit Seminariũ Clericorum.

Verùm pro corrolario & præcipuo opere coram Domino, idem Antiſtes Seminarium Cle-
ricorum ab eodem annuo ſpatio & biennio priùs *m* Matiſconi erexit, qui pietate & ſcientia
imbuti parœcialibus Eccleſiis aliiſque officiis miniſtrent. Is ſub initium adoleſcentes ac præ-
ceptores in Ædibus Epiſcopalibus triennio fouit. Intereaque noua & ampliſſima ædificia
ſeorſum adſtruxit: Sacellum euexit præſidio ex parte aureorum ſex mille à Clero etiam
Diœceſeos intra ſex annos colligendorum de Regis mandaro & Arreſto Curiæ, vnà cum ſi-
gillo Cancellariæ. Illa Baſilica ſanctificata eſt ſub titulo & inuocatione B. Mariæ Virginis de
Succurſu à Gaſpare. In quam is cum ſolenni proceſſione tranſtulit veterem ſacram ac mira-
culo planè allatam Imaginem ipſiuſmet Virginis, vigiliâ Aſſumptionis Virginis anno CIↃ.
1616. IↃC. XVI. Quæ quidem dudum ex typo B. Lucæ Euangeliſtæ profecta in Palæſtinã, diui-
nitus ex infideli tandem gente erepta, Conſtantinopolim, poſteáque in Rhodium Inſulam
adducta legitur. Tum Rhodiana arce à Turcis capta*, & Religioſis Equitibus S. Ioannis
Hieroſolymitani eiectis: pictura Lutetiæ incolumis facta à piis ad Lateranum, inde Gaſparis
ſtudio Matiſconem aduecta eſt fœlici aurâ, priſca teſte ſcriptura in Tabella, quæ poſtea Ma-
tiſconi pleraque miracula diuino munere excitauit, qualia eueximus in Volumine noſtro
de locis communibus alphabeticis Sanctorum omnium, pagina 1044. &c. Denique verò,
initis per Anteſignanum Tractatibus cum Presbyteris Congregationis, præſentibus Notariis
ac teſtibus, & poſteà comprobante Generali R. Berulo illuc iter agente: hinc ſinguli Clerici
& educatores ex Epiſcopio in recentia domicilia commigrarunt *n*.

XII. genus.

Adhibuit Confraternitatem Angeli Cuſtodis & Euchariſtiæ.

Duodecimò: R. Gaſpar Dinet totum Vrbis Clerum & Ciues ex charitate permouit, vt
forti ſtatim animo ſeſe adſcripſerint noménque dederint Confraternitati ſancti Angeli Cu-
ſtodis & ſacroſanctæ ſimul Euchariſtiæ in Collegiali Baſilica ſancti Petri habendæ, & ſtatis
diebus congregandæ. Patent tres ea de re promulgatæ literæ eiuſdem Præſulis, Kalendis Ia-
nua.

f Franc. d'entrées ſorties ou belages

g Sub V... no I Com... ſuptè, Non... 17. an. 826

h Gen 2.

i 4. Iulij, 16.4.

k Paril. apud Nicolaum Buon, 1602, Signatum Authoris miſſa Matiſcone Lutetiam, 17. Cal. Sept. 1601.

m 1614.

* ann. 1 5.. Paradin. memoriæ noſtræ pag. ... Et noſple... ... de Sanctis, c. 14. Ac 41.

n 29. Martij 1617.

1617. nuarij datæ anno CIↃ. IↃC. Cæteráque tanti cœtus ſolennia emicant ad calcem libri,cui titulus eſt *Sacrificium Agni pro Miſſæ fructibus,&c.* Authore R.P. Antonio de S.Michaële Ordinis S.Franciſci Recolectorum *o*,Concionatore & tantæ coronæ præcone ac excitatore. Vltimò autem, Præſul decennales Indulgentias per plures à Paulo Papa quinto fœliciter conſequutus eſt. Primùm ſanè in piorum gratiā ſuper parœciali Eccleſia ſancti Martini Romenæi *p*. Secundò iis qui Templum Deiparæ Virginis de Succurſu deuotiùs inuiſerint diebus Dominico Quinquageſimæ & duplici feria ſequenti *q*. Tertiò,is Matiſconem allicere haud dubitauit Indulgentias præfatæ Congregationi Cuſtodis Angelici & Euchariſtiæ affectatas, ac in calce citati libelli tredecim Capitellis collectas *r*. Quaſdam prætermitto rurales in Diœceſeos cancellis. Sed eundem virum aut R. ſucceſſorem alias breui ſperamus obtenturum pro Conuentu S.Vrſulæ.

Multæ Indulgētiæ per eum comparatæ.

o Lugduni apud Ioann. Didier, 1617.
p 3 Martij, 1606.
q cœptas au. 1616.
r 3. Decemb 1606.

XIII. gener. Ad extremum verò,dignum eſt receſitu aliud commune bonum Reipublicæ Chriſtianæ proficuum,quod dum illo prouectiore anno *ſ* coruſcaret Lutetiæ, inde breui reſplenduit ad vltimas vſque Galliarum oras, excitatrice primùm facundia Gaſparis in Curia. Quippe dum eo temporeà Lugdunenſi rurſus Prouincia miſſus eſſet ad triennales per audiendas rationes generalioris Franciæ Quæſtoris de collectis totius Cleri pro Rege pecuniis, cui propterea cœtui etiam occurrerent cæteri Regnicolæ Præſules: ſanè inter plures magis ad publicam vtilitatem vergentes conatus ſpirituales, quos prouida illa Congregatio pari paſſu foras mittere curauit, vt imminenti multarum Eccleſiarum malo per monendum ſummum Principem mederi ſatageret: ſacra cohors Gaſparem tanquam eloquentem ſimul & pium legauit ac delegit, qui coram optimo Rege oraret, Ludouico XIII. cognomine Iuſto, tum ſuper querimoniis Catholicorum Montiſpeſſulanæ Ciuitatis Galliæ Narbonenſis ab hæreticis loci in liberrimis orthodoxis concionibus & allatis obſtaculis aliis vexatorum, tum denuò ad conſtabiliendum exercitium Apoſtolicæ & Romanæ Religionis apud Pyreneos Bearnenſes à Caluiniſtis prorſus ſublatum, vnáque ad reſtituendas Clero regionis poſſeſſiones Eccleſiaſticas antea ab ipſis vicinis infidelibus truculenta vi conuulſas. Gaſpar hoc vniuerſum onus impoſitū fœliciter & magnificè expromſit *t*,conſiſtentibus multis Principibus, Ducibus, Franciæ Paribus, Cancellario, primis Secretariis & variis Coronæ Officiariis: conſociatus item & comitatus præſentiā illuſtriſſimi Guyſij Cardinalis, necnon diuerſorum Archiflaminum, Epiſcoporum atque Abbatum cum eo dicente nominatorum,velut ſodalium. Vnde intentos fines adeò proſperè conſequutus eſt Orator, vt paucis pòſt diebus Rex miſſis viris egregiis tumultum Montempeſſulanum ſopierit: & Secretioris ſui Conſilij *u* Arreſtum ſubinde Fontis-bellæi promulgatum efferbuit *x*, pro vera reddenda Bearnenſibus Catholicis religione,cum reſarcitis damnis de bonis Cleri abdicatis. Singula palam edita patent *y*. Et commendatur Gaſparis actio aut eloquentia in publico ærario obſignatiſque Codicibus ſacræ ipſius Regni Congregationis. Duntaxat ob eos effectus eximios ſummiſſè auſi ſunt grunnire Geneuenſes, Lauſanenſes, Alemani Lutherani, Griſones & Heluetij oberrantes *z*,cunctì inuicem colloquentes de mittendis pecuniis aut armis & militibus ad illos complices ſuos Bearnēſes fœdifragos,quo ſtrepitu præpedire niterētur Arreſti tonitrua,& præclaros Gaſparinę orationis niſus.Sed muſſirantiū ora illicò obturata fuêre,hoſtibus Regio ſplendore quaſi fulgure attonitis: nimirum verentibus Catholicos Monarchæ exercitus in rebelles eiuſmodi tranquillitatis perturbatores, & flagitioſos Regiarum, quas dudum ſuſceperant, ordinationum corruptores: ſuperſtite ipſis ſolo ſtridore dentium,canino more,quo mordaci pluri-mùm linguā Gaſpari inuident, ſed fruſtrà. Is nanque in tuto eſt. Ergo iure præualuit Gaſparis elogium & potentiſſima Regis fama illis noctuis euictis ſenſim ſine ſenſu aut conflictu: cæcis vndique ſeditiones quantas poſſunt perperam audentibus & temerè minitantibus. Quo demum tempore idem R. Gaſpar diuturnos viſcerum dolores ex continuo nimio aquæ potu deuotè perpeſſus, vltimum tandem vitæ diem religioſiſſimè numerauit Kalendis Decembris anno CIↃ. IↃC.XIX. cupidus intueri editionem huius Operis à ſe perlecti,ſi aduixiſſet.Eius tumulum & conſecuta laudum præconia deſcribunt paginæ ſucceſſoris Epiſcopi.

ſ 1617.

Publica Gaſparis oratio coram Rege.

Orandi effectus pro Catholicis Regni.

t 2. Iun. 1617.

u du Conſeil d'Eſtat.
x die 15 menſis.
y Pariſ. apud Petrum Billaine 1617.
z du Canton heretic.

Arreſta inde pro iiſdem.

Muta prorſus hæreticorum inuidētia aduerſùs Gaſparem.

LXXVI. *Paragr.* 1.

Publica Reliquiarum collocatio.

LVDOVICVS DINET patruo Gaſpari ſucceſſit iure reſignationis ſuſceptæ adhuc viuentis infirmi. De quo nepote nos iam ſuprà pag. 245. Is autem confeſtim Dominico poſt funera defuncti die, anno penè extremo 1619. innumeris penè eruditorum verſibus metricis decorato in ardente Cathedralis Sacello recens à ſe conſtructo, contuitus eſt imprimis pio gaudio publicas Cleri populique vrbis Maticenſis Proceſſiones delatarum Reliquiarum vnius virginis quondam Martyris Chriſti apud Coloniam ex religioſiſſimis vndecim millibus S. Vrſulæ Reginæ Comitibus ex toto Anglicano per Gallias Romam deuotionis ergò duce quodam Epiſcopo adire optantibus a. Quale purum integrúmque corpus Gaſpar in Sabaudiana ſua diui Sulpitij Abbatia repererat, Matiſconem adduci à Monachis Ordinis S. Bernardi obtinuerat, extenſum in linteo nudatis & diſtinctis oſſibus vidi luce penè rubicundum, in ſeptem parteis ſectas & æquatas diſtributum, quaſque in minora fragmenta diſperſas intra ſeptem plana ferè quadra roſeo ſingulari artificio Mediolani ex profeſſo confecta collocatas, & ita dono à morientе Eccleſiis traditas, vt poſt mortem, quod nondum viuens peragere quiuerat, ſolenni cantu muſico ex Epiſcopali Sacello diuiſim aliò tranſlatæ deferrentur. Ex quo ſeptenario repoſita ſunt duo quadra Reliquiarum ſupra Altare maius Cathedrale, totidem in nobili Collegiali Templo, quintum in Patrum Capucinorum Altari, ſextum in Seminario, & vltimum nempè ſolidum caput virgineum in ſacro Conuentus S. Vrſulæ domicilio, mirificè ibi ſemper manſura ad totum poſterum tempus.

a anno 313. Sigibert.

Paragr. 2.

Inſtitutio Epiſcopi.

INde Ludouicus Romà Bullas Epiſcopales conſecutus eſt ſub data apud S. Mariam maiorem anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo quarto, Calendis Octobris, Pontificatus Pauli Papæ V. anno ſexto decimo. Deinde Acta præſtitæ fidei ſeu Iuramenta pro temporalibus coram Rege Chriſtianiſſimo, celebrata ſunt in Sacello Regiæ domus Fontis-bellei die 13. menſis Aprilis ann. 1621. Tum habita eſt conſecratio ipſius in Eccleſia Pariſienſi domus reformatæ Ordinis S. Dominici die 25. eiuſdem Aprilis, & perſonalis poſſeſſio Matiſconi in feſto Pentecoſtes ſequente. Poſt hæc verò idem reſedit ſecurus per Diœceſim, quandoque febri debilis: qui morbus deſideratas à ſe vehementer Diœceſanas ex munere viſitationes hactenus impediuit, & id officium diſtulit vſque ad annum 1627. quo voluminis iſtius riul clauduntur ac in lucem eduntur.

Paragr. 3.

Fundatio Eleemoſynæ Charitatis in pauperes Matiſconi.

INterea, ipſomet Ludouico contuente ac promouente, anno 1621. inſtituta eſt formula publicæ eleemoſynæ ſeu Charitatis, vt loquuntur, in vrbe Matiſconenſi ad normam ſplendidioris & antiquioris Lugdunenſis. Inhibitum eſt, ne pauperculi laici mendicantes importuni per domos quaſque & Eccleſias oſtiatim curſitent. Numerati & in catalogum redacti fuêre ſenes omnes impotentes, etiam validi egeni, & aliàs laborare non valentes. Iuſſum eſt, vt ſingulis diebus Dominicis ad Ædem ſacram D. Nicetij, nunc Minimorum, conuenirent: vbi audito Miſſæ Sacrificio ac decantatis Litaniis nominis IESV, quiſque acciperet traditos panes ac pecunias pro hebdomada, iuxta cuiuſque perſonæ familiæve inopiam, & in hyeme ligna concedantur. Indictum eſt rurſus, quòd duæ nobiles matronæ ſeu viciſſim ditiores Burgenſes bis in hebdomada infirmos ex his pauperioribus inuiſerent, & neceſſarias cuique pecunias ac linteamina largiantur. Deſtinati ſunt ægrotis Medici atque Chirurgi ciuitatis ſua quaque vice. Et mortui Eccleſiaſticâ ſepulturâ conduntur expenſis piæ domus Charitatis. Pueri vtriuſque ſexus ibidem educati ac prouecti, & ad adoleſcentiam peruenientes donantur hero alicuius artis mechanicæ, ad futurum vitæ ſtatum eis prouidendo. Pro quibus oneribus faciliùs ſupportandis, Clerus ac ciues ſuis chirographis polliciti ſunt annuatim perſoluere certas pecunias, ac frumenta vináque. Pij directores ſingulis annis in feſto Natiuitatis Chriſti eliguntur, pondus diei & æſtus ſuſtinentes: quartis ſeptimanæ feriis congregantur ad promouenda ſanctæ Charitatis negotia, & procurandum res omnino vtiles ac neceſſarias pro animorum corporúmq; ſalute: quarenus ea pars eſt membrum fortè præcipuum probè inſtituendæ Reipublicæ Chriſtianæ. Audiuntur verò accepti & expenſi codices quotannis, poſtridie feſti S. Thomæ Apoſtoli coram Epiſcopo Præſide, eiuſve Generali Vicario. Qui mos exactiùs retinetur ac obſeruari aſſolet ad perennes annorum centurias Deo fauente permanſurus.

FINIS.

Enumeratio

Enumeratio veterum Comitum Matiſconenſium, multò locupletior, quàm antea euulgarit Bugnonius, per formam Tabellæ, iſtic ordine chronologico paucis deprompta ex hoc Opere fuſo, annotatis pagellis principio, medio, & fine, hoc eſt, p. m. & f. quanta fieri potuit diligentia & ſecuritate.

Numerus. Nomina. Anni. Paginæ.

1 Vuarinus. 826. &c. 35. p.

2 Bernardus. 870. 48. f. in margine.

3 Raculphus, ad an. 881. ibidem & 56. f. Hos duos & ſequentem non habet Andreas Quercetanus in hiſtoria Regum, Ducúmque ac Comitum Burgundiæ.

4 Albericus I. 930. 939. 56. f. 63. m. 64. m. Vxor. 75. m.

5 Tunc Dolebaidus Vicecomes. 932.

6 Leotaldus filius Alberici I. 951. 62. p. 70. m.

7 Hugo Comes, 952. 68. m. 70. f. 71. p.

8 Otho I. filius maior Leotaldi, 963. 73. p.

9 Albericus 2. filius minor natu Comes obiit an. 994. 68. p. 71. f. 80. p.

10 Tunc Vualterius Vicecomes & Alberius etiam Vicecomes. 65. f. 70. m.

11 Leotaldus 2. filius Alberici 2. an. 976. pa. 63. f. 70. f. 71. m. f.

12 Guilelmus 1. ſeu Vuilelmns Comes, maritus viduæ Alberici 2. an. 1019. p. 84. m. 91. m.

13 Otho 2. ad an. 988. 996. 1020. 1029. 1030. pa. 90. m. 109. f.

14 Tunc Vuido Vicecomes an. 1072. pa. 109. cit. Et Vualterius frater eius ſeu Artaldus, ibid. Alius nominis primus. 36. m.

15 Godefridus filius Othonis 2. an. 1095. pa. 110. p. Quercetanus verò hunc Godefridum mauult appellare Guilelmum à Dæmone actum ex Petro vener. Cluniacenſi, hoc eſt ſecundum nominis & Guidonis parentem. pa. 399.

16 Guido ſeu Vuido quaſi tertius nominis Comes cit. 164. & 1079. pa. 109. m. & 110. cit. 114. cum tota familia factus Cluniaci Monachus, ob funeſtum genitoris euentum.

17 Reinaldus I. Othonis etiam filius an. 1087. 1096. pa. 116. p. 118. m. Tunc Hugo alius Vicecomes. 118. cit.

18 Vlricus Comes Matiſc. ad an. 1100. etiámque Balgiacenſ. pa. 143. p.

19 Guilelmus 2. præfati Reinaldi ſeu Rainaldi & Regnaldi filius an. 1121. pa. 56. f. 133. m.

20 Reinaldus 2. filius dicti Guilelmi, 56. f. cit.

21 Stephanus inter Comites numeratus, ead. pag. 56. f. ad an. 1130.

22 Guilelmus 3. cognomine Alemanus, 56. cit. circa an. 1140. fortè cum Vuilelmo Niuernenſi Com. 124. p. & 155. m. Quercetanus pene ſic. pa. 400. 449.

23 Girardus Comes Matiſc. an. 1158. & 1168. pa. 128. f. 139. p. 142. p. Hunc non deſcribit Quercetanus, nec duos ad ſequentes, vt neque Vlricum ſuprà 18.

24 Artaldus Com. filius Girardi ſub an. 1190. pa. 143. p.

25 Ioannes de Brenna vltimus Comes an. 1131. pa. 158. m. quia religionis ergo vendidit Comitatum S. Ludouico Regi: quæ propterea ditio hactenus remanet vnita, & incorporata, vt loquuntur, ſceptro Franciæ.

Admonitio.

Alij Comites. Hoc interea, Lector, obiter aduerte ex narratione hiſtorica Conuentuum Minorum per Iacobum Foderеum edita anno 1619. poſtquam Manuſcriptum huiuſce Operis abſoluerimus. Nimirum quòd dicat [a] *Matiſconem in Comitatum euectam tempore Regis Hugonis Capeti* (Eue) *anno ſalut.* 689. veluti habet eius editio. Vnde primus Comes extitit quidam Albericus (ait) & perducta eſt illa propago ad Pipinum vſque Regem (addit) qui Comitatum dominico ſuo ſceptro vnierat anno 758. eò quòd filiam vnicam hæredem Teuberti deſponſauerat, quem Teubertum is nominat poſtremum Comitem ipſius ſaltem æui. Sic itaque ad minus floruêre Comites XXVII. haud comprehenſis illis, qui hiſce duobus interponi debuêre. At nullo Scribæ teſtimonio ſeu autographo eum ſimplicem diſcurſum fulſit. Quin potiùs Ioannes Tilius in Magnatum Originibus & reliqui Francorum Tabularij non aliam Pipino tradunt vxorem, quàm Bertam ſeu Bertradam Heraclij Imperatoris Conſtantinopolitani filiam. Veruntamen iuxta ſententiam Foderei ſequitur ergo vel duos ibidem claruiſſe vt minimùm Comites Vuarino antiquiores, quem ſuprà primum collocauimus, vel mendoſam ipſius Authoris purandam chronologiam. Etenim Capetus Rex è viuis ſublatus eſt anno 996. ex noſtris pridem allegatis [b]. Adeóque nequaquam Pipinum anteceſſit:

Margin notes: Teub. — 27. &c. — Chronicum emendandū. — [a] pag. 412. — [b] Nu. 34. 5. 1. 2.

Li 3 quin

quinimò duobus eidem ſeculis in regno ſucceſſit. Propterea is quem Author arbitrabatur primum Comitem, fuit quartus vel nonus huiuſce appellationis ex præmiſſo noſtro calculo. Videriint cautiores.

ADDITIONES TOMO SECVNDO TOTIVS HVIVSCE Operis, qui eſt de Matiſconenſibus Epiſcopis, ad hanc calcem meritò pro integro illius ornatu reponendæ.

Art. 1. SAnctus Placidus placidè veniens, pacatè & quietè ſeſe offerens, tanquam placabilis & propitius erga Numen ſuis ouibus, aperire cenſetur pacificus venas huius ſui Eccleſiaſtici chronici Matiſconenſis, vt pote qui primus vbique paſſim legitur Matiſcenſis Antiſtes, à quo velut à primario loci fonte ſacram iſtam alteram propterea hiſtoriam piè ac ſyncerè ordimur, &c. *Sic latiùs paulò optabamus ingredi materiam, quæ ſtrictiùs collocata fuerat Paginâ 1. Tomi præſentis, multò amplioris quàm prior editio, Typographo tunc Prælum vrgente.* Locus ſimile exordium promerebatur: hiſce recognitis biennio poſtea ante abſolutam tertij adiuncti voluminis compoſitionem, & vnà omnium traditam promulgationem.

Art. 2. Paginâ 45. lineâ 5. ſic tantùm lege: anno DCCCLXXVIII.

Art. 3. Paginâ 99. lineâ 35. lege. *quadruplicem, imò quintuplicem deprehend. &c.* Linea 40. ibid. poſt, *propagatio.* hæc adde: *Niſi quis fortè eam (Ricoartam) ex Titulorum textu dicat traditam potiùs Vuicardo III. ſecundi filio. Atque, &c.* Lineâ 47. legas, *Vuicardo III. tum IV. ſub, &c.* Inde verò lineis 48. 53. eiuſdem pagellæ, item pag. 100. lineis 20. 24. & 27. appone ſemper numerum V. loco IV. Vicardi, pro intelligentia recogniti, Artic. 13. Lugdunenſ. ad calcem.

Art. 4. Pag. 101. lin. 44. poſt *minitantur.* ſub finem Paragraphi 8. hanc periodum ornatus gratiâ ſuperaddere licet. *Vualterius Matiſconenſ. Epiſcopus interfuit octauus Teſtamento Beati Hugonis I. nominis Archiepiſcopi 48. Biſuntinenſis cum vndeuiginti alijs Præſulibus, die 7. Kalend. Aprilis an. 1044.* Iacobo Chiffletio, qui Epiſcopum diſertè nuncupat Vualterium.

Art. 5. Hæc iunge Paginâ 125. ornatus etiam gratiâ poſt vocem *Bellicenſis* ad 2. marginem dexteram. *Idem Bernardus Epiſcopus Matiſc. eo an. 1117. interfuit Concilio Trenolchiano*, ex Num. 76. Lugdunenſi §. 5.

Art. 6. Pag. 138. lin 24 in Pontio I. Epiſcopo Nu. 42. in calce §. 1. poſt vocem *Data*, adhibe hanc periodum. *Idem Pontius ann. 1148. ſub 14. Decembris adſtitit conſecrationi S. Lazari Eduenſis, & viſitationi Reliquiarum*, ex Num. 58. Auguſtodunenſi.

Art. 7. Pagin. 142. lin. 1. *Stephanus primus huiuſce appellationis, cogno.* Tum 149. lin. 19. tollatur *Polydorus*, & ſtatuatur *Polycarpus.*

Art. 8 Pag 186. lin. 12. vice *Ludouici*, collocetur nomen *Philippi.*

Art. 9. Pag. 208. ſub marginem ſigni * d in textu *Troyanenſi*, ſic lege ad latus dextrum. *Hæc vrbs veriùs in Italia concipitur altero Tomo noſtro Epiſcopali circa Archiepiſcopatum Sipontinum, ſeu in Regno Neapolitano, potiùs quàm vſurpare liceat antiquam magnam Troianam veterem ciuitatem Phrygiæ in minore Aſia, ibid. Sede nunc ab infidelib. occupata, cuius idem Guido putetur fortè Suffraganeus pro aliquo Archipræſule in Gallijs* an. 1479. In qua margine & pagella pa. cit. deleantur, quæ illic proximè adſequuntur, *niſi concipiatur Trecenſis*, & cætera.

Art. 10. Pag. 214. lin. 33. *Claudius de Longouico Epiſc. 66. Matiſconenſ. Philippi de Long. & Marguaritæ Bauſremontiæ filius, patrui, &c. an. 1512.* Tum poſt *ibidem* iſtud quoque ſubiungas. *Cuius Marguarita fratrem arbitror extitiſſe Ioannem de Bauſremont, Dynaſtam de Mirebeau, vxoratum Marguarita de Cabilone.* Talia ex Andrea Quercetano in Hiſtoria Regum Ducúmque, &c. circa annum 1451. pag. 650. Tum iſta ſequantur. *Hanc verò ſedem facile, &c.* Sic exornandum.

Art. 11. Pag. 219. in Carolo de Hemard Epiſcopo 68. Matiſc. ab an. 1513. hæc exactiora ſubiicias lin. 31. *effectus (Cardinalis) ſub Titulo S. Matthæi à Paulo Papa 3. in 4. creatione an. 1536. die vigeſima ſecunda Septembris* [a], *dum eſſet Romæ Orator Regis Francorum. Patentes autem, &c.* perge.

Art. 12. Pag. 227. lin. 48. in Antonio 69. Epiſc. Matiſc hæc immuta. *Pro quadriennio*, ſcribe *viginti tribus annis.* Item lineâ 53. loco *perijt*, dic aptiùs, *ſummum diem obijt.* Nihil ampliùs.

[a] Cia‍c illic & Onuphrius pag. 401.

SINGVLARIS

SINGVLARIS ETIAM RERVM OMNIVM HOC IN MATISCONENSI

Opere contentarum Elenchus : vnà cum Principum , vrbium , Conciliorum , & Authorum nominibus , quibus hîc Author vſus eſt.

Illic litera p. paginarum deſignat principium : m. medium: f. finem , ſeu prope calcem.

A

ABbates Athenatenſes.107. p. 150. f.
Abbates quondam Eccleſiæ S.Petri Matiſconenſis.75.m.91.m.92.m.98.m.99.p.
Abbates Luxouienſes.118.
Abbates omnes Cluniacenſes. 37. p. 55.f.56. 58.59.69.p.74.m.87.m.103.m.112.m.119.p. 121.m. 135. p. 137. 148. m. 149. p.154.p. m.160.p.171.p.
Abbas quondam nomen dignitatis in Seculari Eccleſia Cathedrali Matiſc.65.m. 66.m. 76.f.79.m.85.p.
Abbatia de Iugo Dei. 151.p.
Abbatia Firmitatis.153.m.154.p.167.p.178.m.
Abbatiæ FloriacenſisConfraternitas cum Cathedrali Matiſc. 120.p.
Abbatia S.Benigni Diuionenſis. 216.f.
Abbatia S.Clementis Matiſc. 66.67.m. 68.p. 70.71.167.m.Et ibi Caſtrum.173.p.& Parœcia. 183.m.
Abbatia S.Eugendi ſeu Claudij. 52.m.
Abbatia S.Irenæi Lugdunen. 120.p.
Abbatia B.Laurentij Matiſc. 73.89
Abbatia S.Petri Cabilonenſis,& eius Abbates. 166.f.
Abbatia S.Petri Matiſc.98. Vide in *Eccleſia S. Petri.*
Abbatia S. Rigardi , & Bulla pro ea.105. Eius Abbates.106.107.108.f.115.Ipſius fundatio. 107
Abbatia S.Victoris Pariſien.161.p. Altiſſiodorenſis Epiſcopatus. 188.p.
Abbatiæ Cluniacenſis fundatio.57. Alia de ipſa.94.p.Vide *Cluniacum.*
Abbatiolæ ſeu Conuentus SS.Ioannis & Martini in ſuburbio Matiſcon. pertinentes ad Abbatiam Cluniac. 69.m.
Achardus Cabilon.Epiſc. 108 m.109.f.
Adalardus Epiſcop. 58.m.
Adaltanus Epiſcopus Matiſc. 29.61
Ado Epiſc.Matiſconenſis. 73
Adriani Summi Pontifices. 26.m. 44.f.141.p.
Ægidius Author. 150.m.
Ætherius Archiep.Lugduni. 23.f.
Agano Epiſcopus Heduenſis.105. f. 106. f. 107.p.108.m.
Agapetus Papa. 34.f.66.m.68.69.m.
Ageblas quænam Parœcia ſit in Diœc. Heduenſi. 107.m.
Agenaicum villula in Diœceſi Matiſconenſ. 65.p.
Aginus Auguſtodunenſis Epiſc. 110.m.
Agreſtinus hæreticus.16.f.17.m.18.m.19.20.m.21.22.23.p.
Agricola Epiſcopus Niuernen. 11.f.
Alamanni Poëta. 232.f.
Albanus Epiſc. 37.p.
Albertus Cardinalis. 121.m.
Alexander Epiſc.Cabilon. 162.p.
Alexander II. Pontifex Max.103.m.105.m. 106.p.f.
Alexander III.Papa. 141.p.
Alienatio generalis, ſuper Clero Franc.160.
Almericus Rex Cypri. 118.m.
Almus fictus Epiſc. 7.m.
Alodium quid ſit. 131. p. 132. p.
Alphonſus Comes Pictauienſis.163.f.164.p. factus Epiſcopus Luxouienſis. 165.p.
Amadeus Epiſc.Matiſc.231.f.*de Foix* eius familia. ibid.
Ambroſius S.Author. 9.m.17.f.23.p.178. f.
Amedeus II.Archiep.Lugdun. 195.
Amuniacum villula Diœceſis Matiſc. 97. f. 143.m.144.p.m.
Anacletus II. Antipapa expulſus. 136.f.
Andiliacum oppidulum in Diœceſi Matiſc. 150.f.151.p.

Andochius

Andochius S.Martyr. 4.p.
Anna Franciæ Princeps. 244.f.
Annas d'Eſcars Cardinalis. 217.p.218.f.
Anicetus Papa. 21.m.
Annatæ Papales quæ. 206
Annonius ſiue Aimoinus Author. 35.36.p.44. m.47.p.94.f.137.p.
Annus quando, & vbi à Paſchate incipiebat. 212
Anſelmus Marzatus Cardin. 217.p.
Anſelmus S.Archiep. Cantuarienſis cum miraculis. 89.p.122.123 p.
Antonius d'Albon Archiep. Lugdunen. 162. m.187.f.
Antonius *du Prat* Cardinalis. 223.m. & Archiepiſcopus Senonen. 224.p.
Antonius Epiſc. Matiſc. 227
Antoninus S.Florentinus Archiepiſc. Author. 51.m,63.f.65.m.811.36.f.137.p.147.m.
Apagatus Archiep. Viennen. 2.m.
Appillinus Epiſcopus Genuenſ. 16.f.22.m.
Apocalypſis S.Ioannis. 9.f.
Apoſtoli poſſidentes bona. 11.m.
Aquila tempore Apoſtol. 21.f.
Aquileia aliquando Schiſmatica. 22
Aquitaniæ Duces. 35.f. 36.p. 56.f. Et ſtatus. 95.p.
Archicancellarius quondam dignitas in Eccleſia Matiſconenſi. 60
Archidiaconi Lugdunenſes. 137.p.221.m.
Archidiaconi Matiſconenſes, & Cabilon. 12. f 49.p.65.m.66.m.69.74.m.79.m.83.m.86 f.97.p.104.m.107.p.119.p.123.f.124.m.125 p.127.128.p.129. m.131.p. 134. m. 138.p. 139.p.143.p.144.p.145.f.146. p.162.f.169. p.173.p.182.f.198.m.212. f. 219. m.221.p. 222.m.226.f.230.m.236.f.
Archipresbyteratus quot in Diœceſi Matiſc. 215
Aremburgis nobilis fœmina. 86.m.
Ariana hæreſis. 22.f.
Armannus Archiep. Viennen. 107.p.
Arpagiacum in Diœceſi Matiſc. pertinens ad Abbatiam Cluniac. 69.m.
Arthemius Archiep. Senonen. 16.m.
Articuli nonnulli de fide antiqui ignoti poſſunt recenter promulgari. 205
Aſneriæ villula Diœceſ. Matiſconenſis in Breſſia. 84.f.
Athanaſius S.Author. 9.f.17.m.
Aito Epiſc. 58.m
Auenacum villula & Cœnobium in Diœceſi Matiſc. 33.73.m.124.126. Vide *Pelagium*.
Auguſtinianus Conuentus Pariſiorum. 219
Auguſtiniani ceu ſancti Auguſtini Ordines Religioſi plures. 161.p.200
Auguſtinus S.Author. 11.p.17.m.18.p.f.21.f.
Auguſtodunum vnde dictum. 105.f. Alia de ipſa vrbe. 107.m.
Aurelianus S.Lugdun. Archiep. 41.p.61 [illegible]
Auſterius Archiep. Lugdun. 52.f.[illegible]
Auſtraſij Reges ſeu Duces aliquor. 55.m.
Auſtremonius S.Epiſc. Aruernus. [illegible] m.
Authoris monita. 44.m.221
Eius Opera. 21. f. 140.f.218.230.p.164.m.
Eius Vicariatus generalis. 250
Aymardus I. nominis Abbas Cluniac. 69.p.
Aymo Epiſc. Matiſc. 154. incarceratus. 155. 160
Azor Author. 203.205.m.

B

BAlgiacenſis Comitis recognitio erga Eccleſiam Matiſconenſem. 140.168
Balgiacum olim pertinu.t ad Eccleſ. Matiſ. 71. 77.89.117.f.127.p.177.m.
Balliuui Matiſconenſis. 159.163.m.165.p.166 m.167.m.168.p.169.m.172.f.173.m.174.m. 175.f.179.p.200.m.207.f.220.m.239.m.
Baronius Cardinalis Author. 22.f.44.51.m.8[illegible] p.108.p.162.m.
Baronia de *Chandé*. 174.m.
Baſilius S.Doctor, & Auth. Monachalis. 26.m.
Beda S.Author. 16.p.m.22.m.946
Bellauilla Abbatia cõſecrata. 140.144.151.p.
Belleurius Archiepiſcopus Lugdun. 15[illegible].f.
Bellarminus Author. 20.p.249.f.
Belliocẽſes Dynaſtæ. 93.98.99.100.101.106. 112.p.124.125.126.p.127.133f.. 39m.140 f.142.147.m.148 p.160.p.164.f.168.p.169. 170.f.180.m.181.m.207.m.
Belliiocus oppidum. 33.m.72.p.119.p.195.m.
Benedictiones Eccleſiaſticæ. 17.f.
Benedictus S. Abbas, quando. 2.p.
Benignus S.Martyr. 4.p.
Beraldus Archiep. Lugdunen. 96.m.
Berardus Epiſc. Mariſc. 120
Berardus S. Martyr Religioſus Ordinis Minorum. 120.f.
Berletum pagus in Diœceſi Lugd. 97.p.98.f.
Bernardus Cardinalis. 121.m.
Bernardus de Girard Author. 20[illegible] f.
Bernardus Epiſcopus Matiſ. 4[illegible].45
Bernardus S. Abbas Author. 134.136. f.1[illegible]7.p.
Berno Epiſc. Mariſc. 62
Berthenus Epiſc. Viennenſis. 26.m.
Berziaci Dynaſta. 173.m.
Binius Author. 110.p.
Biſſiacum oppidulum in Diœceſi Matiſc. 85.f. habet ſanctum Euſebium quõdam Mariſc. Epiſcopum pro patrono. ibid.
Blanca Regina Franciæ. 163.f.164.p.
Blaniacum vulgo *Blany* villula in Diœceſi Matiſc. 92.f.
Boẽtius Author. 150.p.
Bona Eccleſiæ ſublata. 10. Data Eccleſiæ Matiſconenſi. 27.29. 39.49.p.53.p.63.p.64.m. 66.f.73.p.76.78.83.85.90.92. m.97.98 99. 114.115.f.117.118.f.119.123.124.134. 139. f.144.146.p.165.167.m.175.p. Vide *Re*[illegible]

B[illegible]na

Bona terrena tribui poſſunt Eccleſiis, vt patroni orent Deũ pro animabus purgatorij. 132
Bonauentura S. 165.p.
Bonifacij Papæ nonnulli. 178.m. 180,f. 193.m.
Boſco Author. 88.f. 162.m. 193.f.
Boſcum villula in Diœceſi Matiſc. 130. p.f. 144.f.
Boſones Principes. 46.47.p.48.m.
Brancedunum Dynaſtia. 160.p.
Brancidunum oppidulum in Diœceſi Matiſc. 92.f.
Brenduicus Epiſcopus Matiſc. 37.40
Brenna Comes Matiſconenſis vendens bona ſua propter Deum. 118. m. 143. p. 157.m. 158.p.f. 159.p. 163.m, 174.m.
Breſſia quando vnita Sabaudiæ. 142. 177.m. & quando inde ſublata. 215.p.
Brixia villula in Diœc. Matiſc. 91.p.
Brunichildis Regina. 3.p.
Brouienſe ſeu Bronienſe Monaſterium apud Belgas, & aliquot eius Abbates. 55.m. 56.p.
Brouienſe Monaſterium apud Celtas. 55.p. 56. p. 61.f.
Bugnonius Author. 5.p. 15.f. 24.p. 25. 26.m. 30. 36. 39.f. 43. 48.f. 51.m. 64.f. 71.f. 73.p. 75. 76. p. 80. 81.p. 83.f. 86.f. 91.p. 93.p. 97.p. 98. f. 99. 100. 101. 103.p. 110 p. 119.m. 120.m. 121.f. 129.f. 133.m. 137.m. 141.m. 142.f. 148, m. 153.p. 154.m. 158.m. 161.f. 162.
Bulla Cœnæ Domini. 13.m.
Bulla Papalis pro Authore. 217
Bulla Papalis pro Diœceſibus Prouinciæ Lugdunenſis. 171. 172. Alia pro Eccleſia Matiſconenſi. 212.f. 213. 214. 249.m.
Bullæ Papales pro Diœceſi Matiſc. 62.p. 223.f.
Burchardus S. Archiepiſcopus Viennen. 87. m. 88. 89. Eius Miracula. ibidem.
Burchardus Archiepiſcopus Lugdunen. 86.f. 87.m.
Burdegala vrbs. 94.f.
Burgum vrbs Breſſianæ Galliæ. 55.p.
Burgundi Reges ac Duces aliquot. 46.p. 67. 79.f. 80. 108.m. 197.p. 200.p. 207.p.
Burgundiæ diuiſio. 9c
Burgus Nouus Matiſc. 174.f. 196.p.
Burgus Saporoſus Matiſc. 174.f. 188.m.

C

CAdenacum ſeu Cardenacum locus in Diœceſi Matiſc. 67.m. 68. f.
Cæledonius Epiſc. Matiſc. 6.m. Alius Epiſc. f.
Cæſar de Buz S. Auenion. 89.m.
Cæleſtinus III. Papa. 146.m. 147.f. 151.m.
Caldaqua villula Niuernenſis patriæ Eccleſiæ Matiſc. conceſſa. 33. f. 34.m.
Calixtus II. Papa. 127.m.
Caluiniſtæ cõtra Euchariſt. 12.f, caſtitatẽ. 11.f.
Caluinus hæreticus. 9. 18. m.
Camillus Burgeſius Cardin. 217. p.
Camuzatus Canonicus Author. 135.m. 136.m.
Cananiacum villula in Diœceſi Matiſc. 85.p. 90.f.
Canes vetiti in cleri habitaculis. 14
Canonicatus Eccleſiarum duplicis ſunt generis. 203. Et qualis Canonicatus ſit compatibilis cum animarum cura. 203
Canonici Belliiocenſes ex antiquis. 170. 177 178.p. 205.m. Alij noui. 207. Eorum numerus conſtitutus. 209. 210. 211.m.
Canonici aliqui Matiſconenſes Cathedrales. 74.m. 78. Quando non ampliùs Monachi. 117.m. 124.m. 128.f. 129.p. 176.f. 188.p. Ordo Capitulantium Matiſconi. 128. 129. 182 f. 187.f. Alij ex antiquis Canonicis. 155. 182 f. 186.p. 188.p. 192.f. 206.p. 219. 22.p. 231.f. 238. Ipſi debent hoſpitium. 156. redacti ad certum numerũ. 189. Eorũ inueſtitura. 246
Canonici olim quo pacto euecti Matiſcon. 94. Vide *Iuriſdictiones*.
Cantiacum oppidulum in Diœceſi Matiſc. 67.f. 97.p. 129.p.
Capellæ Eccleſiæ Matiſconenſis. 52.m. 70.m.
Capellani altaris S. Crucis. 192.f.
Capella S. Amoris. 67.m.
Capella S. Andreæ in Caſtro vrbis, ſeu in Diœceſi Matiſc. 118.f.
Capella S. Annæ Matiſc. 208.p.
Capella S. Bartholomæi in Cathedrali Matiſc. 64.m.
Capella S. Catharinæ Matiſconi. 151. fundata. 152. 155. 162.f. Eius confratres. 176.f.
Capella S. Claudij in Cathedrali Matiſc. 195. m.
Capella S. Georgij in Cathedrali Matiſc. 176. p. 187.p.
Capella S. Georgij Tiſiaci. 208.m.
Capella S. Geraldi Epiſcopi. 52.m.
Capellæ S. Margaritæ Belliioci. 206.p.
Capella S. Mariæ Lugduni. 131
Capella S. Saluatoris in Cathedrali Matiſc. 195.m.
Capella S. Stephani in Diœc. Matiſc. 54.f.
Capella S. Thomæ Cantuarienſis in Cathedrali Matiſcon. 152. 176.f.
Capellani S. Vincentij de Albiniaco fundari in Diœceſi Matiſc. 186
Capella S. Yuonis Matiſc. 175.p.
Captarij vulgo *de Cheuriers*, nobiles in Diœceſi Matiſconẽſi. 157. 158.p. 159.p. 163. 164. 165.p. 166.m. 173.m. 174.m. 175.m. 176.p. 179. 194.m.
Captarius alius Epiſcopus. 157
Carbonariæ villula Diœceſis Matiſc. 75.p.
Carcaſſonenſis Epiſcopatus. 231. m.
Carcaſſonnenſes Comites. 95.f.
Cardonatũ vulgo *Chardonay* villula in Diœceſi Matiſc. 84.m. 96.m.
Carilocenſe Cœnobium. 41. 47.m. 50. 68.f. 148.

Vide *Concilium*.
Carnacum vulgo *Charnay* oppidulum in Diœceſi Matiſc. 75.p.91.f.118.f.
Carolus Andegauiæ Dux Ciciliæ Rex S. Ludouici frater. 161.m.164.m.165.p.
Carolus Caluus Imperat. 37.m.38.39.40
Carolus Craſſus Imperat. 41.m.42
Carolus Dux Borbonius. 244.f.
Carolus Epiſc. Matiſc. 219. Eius obitus. 225
Carolus IX. Francorum Rex. 158.m.212.m.
Carolus Lingonenſis Antiſtes. 216
Carolus Magnus Imperator. 10.f.23. f.26. m. 27.m.28.m.40.p.43.f.104.f.
Carolus magnus Rex. 49.m.89.f.
Carolus IV. cognomine Pulcher Rex Franciæ. 173.p.174.f.
Carolus V. Borbon[illegible] 207.m.
Carolus V. Imperator. 145.f.
Carolus S. Boromæus. 89.p.
Carolus VII. Rex Franciæ. 95.f.200.206.f.
Carolus Simplex Rex. 52.f.36.p.65.p.81.m.
Caſa Dei Abbatia. 39.f.
Caſiniacum villula in Diœc. Matiſc. 72.f.
Cenua Eccleſia Parœcialis in Diœceſi Matiſ. 120.m.139.m.
Cera quotannis Eccleſ. Matiſc. 72.104.m. 140 192.p. Et Cereus alius in homagium. 173
Chanoaldus Archiep. Lugdun. 16.p.
Chanel etes parœcia in Diœceſi Matiſc. 168.m.
Charantayum villula in Diœceſ. Lugd. 147.f. ad marg.
Charthuſia Vallis S. Stephani. 149.p.
Charthuſiani Conuentus. 149.m.153.f.
Chaſa'etum opp dulum in Diœc. Mat. 147.m.
Ceſ.tum villula Diœceſis Matiſc. 79.p.
de Caſtillone Cardin. 233.m.
Caſtitas in voto. 8.iij.ij. m.
Chauagniacum oppidulum in Diœceſi Matiſc. 118.p.
Cheldrus hæreticus. 18.f.20.m.
Chenutius Author. 225.m
Cherebertus Rex Franc. 5.m.95.p
Chifflenus Author. 162.p.194.p.
Chiggiacum oppidulũ in Diœc. Matiſc. 89.m.
Childebertus II. Rex Franciæ. 102.f.
Choppinus Author. 55 f.106.m.
Chryſoſtomus S. Author. 17.m.
Ciaconius Author. 164.m.169.f.196.f.211. p. 216 p.
Ciciacum oppidulum Eccleſiæ Matiſc. conceſſum. 26.m.97.m.104.f.116.m.
Claudius Epiſc. Matiſc. 214. Cardinalis factus 216. Eius Genealogia. 216
Claviacum oppidulum in Diœceſi Matiſc. 84.m.130.m.
Clemens S. Papa I. 9.p.17.f.19.p.21.m.
Clemens VII. Antipapa. 189.m.
Clemens III. Papa. 163.p.189 p.
Clemens IV. Papa. 16[illegible]
Clemens V. Papa. 172.m.178.f.191.[illegible]
Clemens VI. Papa. 172.m.1[illegible]
Clemens VII. nom. 172.f.196.p.216.p.2[illegible] 232.p.
Clemens VIII. Papa. 165.f.216.m.217.241[illegible]
Clotarius I. Rex Franc. 5.p
Cluniacenſes quomodo exempti aut non ab Epiſcopatu Matiſconenſi. 94. 1[illegible]5.[illegible]12.m. 113.121.f.122.p.159.f.161.175.p.
Cluniacum Eccleſiæ Matiſconenſi conceſſum. 27.f. poſtea nobilibus traditum ædificantibus Monaſterium. 33. Eius duplex conſtructio. 35. Bona ipſius. 68.f.74.119. Bullæ pro eo Conuentu. 162. & contra Conuentum. 121. Vide *Conuentiones*.
Colonica quid ſit. 63. villula eiuſdem nominis. 86.p.129.p.145.f.
Coloni in bonis Eccleſiæ Matiſcon. [illegible]
Columbanus S. Abbas. 16.p.20.p.
Colũbus Dentulus Canonicus Matiſ. 152.m.
Comes Toloſanus. 163.f.164.p.
Commiſſiones Apoſtolicæ pro Eccleſia Belliocenſi. 15
Comites Aruerniæ. 36.m.
Comites Balgiaci. 72.75.89.117.f.124.m.14[illegible] 142.143.p.160.168.170. f.172.f.173.p.175.m
Comites Cabilonenſes. 14.f.188.f.
Comites Fuxi. 95.96.p.
Comitatus Matiſconenſis quando venditus. 158.f.163
Comites & Vicecomites Matiſconenſes. 3.f 35.p.37.p.56.f.63.64.66.p.67.f.68.p.70.71 73.75.77.m.79.p.80.84.m.86.f.90.92.1[illegible]9 110. 114.118.123.f.128.f.133.m. 142 [illegible]43 p.145.m.155.m.157.158.159.f. Caſtri eorundem Comitum euerſio Matiſc. 2[illegible]
Comites Vienenſes. 155.m.159.16[illegible].m.

Concilia generalia.

Baſileenſe. 206. f
Claromontanũ. 110.f.118. f.119.f.128.f.136.
Lugdunenſe. 150.p.161.m.163.165.p.178.f.
Romanum. 1[illegible]3.[illegible]5.p.
Sardicenſe. 9.m.
Tridentinum. 20.p.163.f.203.p.204.222.p. 226.m.232.f.
Viennenſe. 178.f.19[illegible].m.

Concilia Prouincialia.

Agatenſe. 10.f.31.f.
Aquilienſe. 23.p.
Aurelianenſia plura. 2.m.3.p.16.m.14.m.205. 206.f.2[illegible]7
Auxitanenſe. [illegible].m.
Auſanum. 87.89.m.9[illegible].m.
Cabilonẽſia. 12.p.23.f.49.f.52.f.62.f.103.f.1[illegible]4
Carthaginenſe. 9.m 21.f
Calcedonenſe. 22[illegible]

Carlo

Carilocenſe. 53
Eduenſe. 108
Epaunenſe. 2.m.
Lugdunenſia. 6.m.11.m.
Moguntinum. 117.m.14.m.
Matiſconenſia.7.f.8.m.12.p.13.p.15.p.16.p.20 22.p.54.f.97.m.117.212
Pariſienſe. 3.p.
Pontigonenſe. 40.f.
Triuerenſe. 229.p.
Sueſſionenſe.43.Valentinum Galliæ. 14.f.
Concordata inter Papam, & Regem Franciæ. 207.218.m.
Concordata inter vnum Curatum & Decanū per Nicolaũm Epiſcopum Matiſc. 171
Condeminæ quales ſint. 91.f.92.97.f.
Confraternitas vnius Abbatiæ diſtantis cum Eccleſia Matiſc. 120
Confratres maioris altaris in Cathedrali Matiſc. 187.m.
Conradi Principes ſeu Imperatores.70.m.71 p.79.80.p.
Conradus Epiſcopus Portuenſis. 150.p.
Conrardus Epiſc.Matiſcon. 46
Conſtantini Imperatores. 10.f.
Conſtantinus 6.Imperator concipitur. pa. 27 lin.3. cognomine Porphyrogenera.
Conuentiones Comitum Matiſconen.cum Epiſcopo loci.143.144. & cum Abbate Cluniacenſi per Epiſcopum. 105
Conuentus in burgo Tiſiaco. 208.m.
Conuentus Prædicatorum Matiſconi erectus. 161.f.188.m.
Coruerius Author. 230.p.225.m.
Crayum vulgo *de Cray* in Diœceſi Matiſc. 84 m.134.p.
Cropiũ villula in Diœc.Matiſc. 138.m.140.p.
Croſontius mons famoſus in Diœc.Heduenſi. 107.m.
Curati Eccleſiæ S.Petri Matiſc. 201.p.
Croteld villula Diœc.Matiſc. 90.f.
Cyprianus Author. 17.m.
Cyrillus Author. 165.f.

D

DAgobertus Rex Francorum. 95.p.
Damianus qui & Petrus dictus eſt Epiſcopus Oſtienſis. 89.p.103.m.104.f.106.p.
Dauayacum oppidulum in Diœceſi Matiſc. 139.m.165.m.
Dauid Epiſc.Matiſc. 225.p.
Decanatus Grãdiſriui in Diœceſ.Matiſc.171.p.
Decanatus plures rurales Abbatiæ Cluniacenſis. 194.m.
Decani Belliiocenſes. 125.p.138.p.140.p.168 m.169.p.170.p.171.p.177.178.m. 198.m. 207.f.Duplex eius portio. 209.f.
Decani Byſuntinenſes. 155.m.159.m.
Decani Cabilonenſes. 144.p.166.f.
Decani Lugdunenſes. 150.f.
Decani Matiſconenſes.97. præcedunt Archidiaconum. 104.107. 114.f.119.m. 124. 125.p.127.128.p.129.p.131.p.138.139.143.p. 144.p.145.f.146.p.149.f.152.m.160.f.167.m. 169.p.173.p.175.m.176.p.180.p.182.f.186 p.187.f.192.f.201.p.220.p.235.239.m.241.p.
Decimæ Eccleſiæ defenſæ. 13
Decius I.Epiſc.Matiſcon. 15. & ſecundus Epiſc. ibid.24.
Demochares Author.2.f.16.m.23.f.24.p.81.p. 107.p.110.p.145.m. 148.p.154.m. 160.m. 162.m.165.p.186.p.189.f.194.p.196.f.216 p.226.p.229.p.
Demophilus Monachus. 21
Deodatus Epiſc.Matiſc. 23
Deus ſolus oratur à nobis pro animabus purgatorij. 132
Decretalium aliquorum Epiſc.expoſitio. 204
Dinctorum genealogia. 244.245
Diocletianus Imperator. 6.f.
Doletus Author. 229.p.
Dombarum principatus. 194.m.
Dominicus Epiſc.Tuſculan.Cardin. 217.p.
Dominicus S. 161.f.
Domnolus Epiſc.Matiſc. 24.f.25.p.
Domnus, quæ vox. 26.p.31.65.p
Donobrenſis villula Aruernenſis patriæ Eccleſiæ Matiſc.conceſſa. 33.f.34.m.
Dorotheus Monachus tempore Diui Dyoniſij. 21.m.
Draciacum oppidulum Diœceſis Lugd. 91.p.
Ducum Sabaudiæ Sepultura. 55.p.
Dulphey Caſtrum. 145.m.194.f.
Dyoniſius de *Marquement* Archiepiſc. Lugd. 150.f.
Dyoniſius S.Areopag. 17.m.19.p.21.p.f.

E

EBbo Archiep.Rhemenſis. 45.p.
Eccleſia Cathedralis Matiſconenſis, erat quondam Abbatialis Ordinis ſancti Benedicti.3. Et Matiſcon.erat prius Diœceſeos Lugdun.4.Patroni.
Eius Sancti.98.101.f.102.quales nunc.ibid.m. Capituli eiuſdem Dignitates.49.65.66.m. 78.79.127.Eius priuilegium Papale. 66.74 115.119.121.127.Ipſius dedicatio.102.Eius Concordata cũ Collegiali ciuitatis pro ſepulturis.115. 127. Item illius compoſitio cum Eccleſia Niuernenſ.123. & cum Comitibus Matiſconenſi. 133. & cum Sabaudiæ Comitibus. 177. Alia eius Acta. 177. 235.p.Vide *Comites Matiſcon.*V. *Commiſſiones.*V. *Iuriſdictiones.*V. *Immunitates* V. *Bullæ.* V. *Abbas.*V. *Abbatia Floriacenſis.*
Eccleſia Collegialis Belliioci inſtituta. 105. 106.Eius conſecratio.112.Ipſius Confraternitas cum Prioratu S. Irenæi Lugdunenſis. 120 Bullę Papales pro ea.137. m. Chartę & donum pro ea.147.mittit ad Concilium

Aurelian. 205.f.206.207.
Eccleſia in Diœceſi Matiſconenſi dicata S.Euſebio quondam Epiſcopo loci. 85
Eccleſia S.Albani in Diœceſi,& pro Eccleſia Cathedrali Matiſcon. 39.m.142.p.146.p.
Eccleſia ſancti Nicetij Matiſconi. quib.deſignati. 5.f.
Eccleſia S.Albini ſiue Albiniacum oppidulum in Diœc.Matiſc. 79.f.182.p.186.m.
Eccleſia Parœcialis S.Albini *de Cormeranches* in Breſſia Diœceſi Lugdun. 170.f.
Eccleſia S.Andreæ in Diœceſi Matiſc.128.f.
Eccleſia de a ce ruralis in Diœc.Matiſc.97.m.
Eccleſiæ de Clauſello & de Giuriaco in Diœceſi Matiſc. 128.f.
Eccleſia & pagus de Bello-monte. 130.p.
Eccleſia Parœc.S.Amoris pro Cathed.Matiſc. 115.m.116.m.120.m.137.f.138.p.140.p.
Eccl.S.Deſiderij in Verſiaco.67.m.71.m. Alia S.Deſiderij de Alciaco. 133.p.
Eccleſia S.Gengulphi Martyris in Diœc. Matiſcon. 76
Eccleſia S.Ioannis in Diœc.Matiſcon. 98
Eccleſia & Pagus S. Leudegarij in Diœceſi Lugd.vulgò S. *Lagier.* 147.f.
Eccleſia Lugdunenſis.134.f.Templi S.Ioannis fabrica. 141. f.
Eccleſia S.Marcelli Cabilon. 52.f.
Eccleſia & pagus S.Martiæ de Agrillo in Diœceſi Matiſc. 114.f.117.p.
Eccleſia ſeu Capella S.Nicetij Matiſc.201. m.
Eccleſia Parœcialis S.Nicolai Bellioci conſecrata. 136.137.m.
Eccleſia S. Pancratij cum ſuo pago conceſſa Eccleſiæ Matiſconenſi. 63.p.
Eccleſia ſiue Monaſterium S. Petri Matiſconenſis.64.134.175.Donum pro ea. 72. 130 131.132.p.Eius fundatio.86.Documenta.91 Locupletatio 109.Dotatio.118.Concrematio.119.161. Bullæ pro ea. 119. 141. 145 152. 160. 175. Canonicorum Regularium olim ibi habitus. 161. Idem Monaſterium S.Petri ob bella dirutum.198.Facultates Apoſtolicæ ei conceſſæ.ibidem. Antiquatius Priuilegia extra muros tranſmiſſa ad Parœciam S.Petri intra muros.199. Conſtitutiones Epiſcopales pro ea Eccleſia factæ. 200 201. Eius ſecularisatio cum Bulla Papali. 232.233.234.235.236 237.238.p.
Eccleſia & pagus S.Germani in Diœc.Matiſc. 68.f 133.p.
Eccleſia & Pagus S.Petri de Quercu in Diœceſi Matiſc. 144.p.
Eccleſia S.Petri Viennen.qualis. 87.f.
Eccleſia & villula vetus S. Petri in Diœceſi Matiſcon. 75.p.
Eccleſia de Quercu in Diœceſi Matiſc. 128 m.129.p.
Eccleſia S.Quintini Martyris in Diœceſi Matiſcon. 9 .p.
Eccleſiæ S.Romani plures in Diœceſi Matiſc. 67.m.71.m.130.f.132.f.
Eccleſia & pagus S.Saturnini in Diœceſi Matiſcon. pertinens ad Abbatiam Cluniac. 69.m.
Eccleſia S.Stephani Lugduni. 131.p 142.m.
Eccleſia & pagus S. Victoris in Diœceſi Matiſc. pertinens ad Abbatiam Cluniacenſ 69.m.
Edeulphus Anglus Rex. 46.f.
Edinerius Author. 122.f.123.p.
Electionum Epiſcopalium formulę. 22
Eleemoſynarius vnius Epiſc. Matiſcon. nuper Scriptor. 191.f.196.p.228.p.229.f.
Epiſcopalium Bullarum ſeu prouiſionum formulæ. 115
Epiſcopi duo ſimul Matiſconi. 116
Epiſcopi Matiſconenſis communitas cum ſuo Capitulo 70.Cōcordata ipſius cum eodem Capitulo.182. Vide *Conuentiones* & *Iuriſdictiones.*
Epiſcopi Matiſconenſes à quo tempore cœperunt addere cognomina propriis. 45
Epiſcopi nonnulli ficti in Eccleſia Matiſconenſi. 7.m.50.m.75.f.77.m.
Epiſcopi quōdam aſſumpti ex Monaſteriis inter Monachos eruditos.2.p.Vide *Monachatus.*
Epiſc.veteres ſua cognomina obmittentes.51.p.
Ellorgium villula in Diœc.Matiſc. 151.p.
Eunicius Epiſc.Matiſcon. 42.44.p.
Eulogiæ quales ſint. 97.f.
Euſebius S.Epiſc.Matiſc. 7.15
Euſtaſius S. 16.m.18.p.21.p.22.m.
Euſtorgij S. 107.m.
Excommunicationes in prædones alicuius Cardin.180.& vnius Epiſc. Matiſcon. 189
Excommunicantur, qui prǫiudicant vnioni Eccleſiarum. 199.201

F

FAlco Archiep.Lugdun. 134.f.
Ferrolus vnus S.Mart B ſantin.alter Epiſc. Viennenſ.& alius Claromontenſ. 162.m.
Ferrutius S. Martyr. 162.p.
Feſta Sanctorum. 9
Fidei Articuli an ab Eccleſia faciendi. 20.f.
Fileſacus Author. 35 f.
Fiſcus Regius pro Eccleſ.Matiſc. 25.f.
Flacciacum villula Diœc.Matiſc.84. p.142.m.
Florentinus Epiſcopus Matiſc.23.Alij eius nominis. ibid.
Flotiacum villula in Diœceſ. Matiſcon.77. p. 127.p.
Fodereus Author. 87.p.102.f.
Fontanella villula Diœceſ. Matiſc. 85.m.
Franciſcus Aula Cardin. 2 7.p
Franciſcus à Cruce Author. 225.m.

Franciſcus

Franciſcus Epiſc. Matiſc. 230
Franciſcus de Rohan Archiep. Lugd. 221.p.
Franciſcus S. Inſtitutor Ordinis Minorũ. 120.f.
Franciſci Franciæ Reges. 178.f. 194.m. 207.p. 216.p. 218.p. 220.m. 225.m. 226.p. 229. 230 p. 232.p.
Franciſcus de Turnone Cardin. 47.f.
Fredericus II. Imperator. 162
Fremiot Archiep. Bituric. 61.p.
Froſſardus Author. 181.m.
Fuldradus nobilis. 114.f.
Furnus Communitatis Eccleſiæ Cathedralis Matiſconen. 115.f. 116
Fuſciacum oppidulum in Diœceſi Matiſc. 71 f. 72.f. 76.p. 79.p. 82.f. 85.m. 96.m. 98.m. 136 .m.

G

Gaguinus Author. 81 95.f. 110.f. 161.f.
Gaſpar *Dinet* Epiſcopus Matiſcon. 32.m. 197.f. 241. qualis ante & poſt. 242. 243. 244 Eius fundationes. 248. Bullæ Papales pro ipſo, & pro eius Vicario Generali. 249
Gauceranus Bellicenſis Epiſc. 207.f.
Gaudencus Archiepiſc. Lugd. 23.f.
Gaufredus Archiepiſc. Lugd. 105.p. 108.m.
Gauffredus Epiſc. Matiſc. 195. fecit Eccleſias ſuæ Diœceſeos bonorum ſuorum hæredes. ibid. Eius familia. ibid.
Gauſtenus Epiſcopus Matiſc. 86.9
Gauſtenus villula Diœc. Matiſc. 85.p.
Gaulterius Ieſuita Author. 23.p. 81.p.
Gazetius Author. 148.p.
Gebuinus Archiepiſc. Lugdun. 109.f. 111.m. 112.p. 114.p. 130.f. 131. 132.p.f.
Gelaſius Papa. 9.m.
Genebrardus Author. 15.m. 23.f. 28.f. 147.m. 165.f. 206.p. 216.p.
Geneſius S. Archiep. Lugdun. 86.p.
Geneſius ſanctus & San-geneſij pagus in Diœceſi Lugdun. 62.p.
Genoliacum villula Eccleſiæ Matiſc. conceſſa. 33.f. Eſt in Diœceſi. 77.p.
Genſericus Rex Gotthus. 95.p.
Geraldus S. Epiſcopus Matiſc. 51.m. 53.m. Eius Monachiſmus. 55. Alij eiuſdem nominis. 55 56
Gerardus Epiſc. Cameracenſis. 56.p.
Geruaſius & Prothaſius SS. Patroni. Matiſc. 102
Geſnerus Author. 165.f.
Gigniacum oppidulum in Diœc. Matiſc. 28.f.
Gilbardus Cabilon. Epiſc. 41.m.
Gilbertus Lugdun. Archiep. 144.f.
Gilboinus Catalaunenſis Epiſc. 69.p.
Gillius Author. 80.p.
Girardus II. Archiep. Biſuntin. 194.p.
Giroldus Patriarcha Hieroſolymitanus. 154.f.
Giury familia nobilis. 216.m.
Golutus Author. 194.p. 206.f.
Gontardus Epiſc. Matiſc. 48.49
Gontardus Ioannæ Franc. Reginæ Legatus. 208.p.
Gontranus Rex. 5.p. 8 p. 14.f. 25.p. 79.f. 207.p.
Gotofredus ſiue Godefridus Dux Lotharingiæ, &c. 118.f. 121.f. 128.f.
Grecium Oppidulũ Breſſiæ vulgo *Grege*. 91.p.
Gregorius Nazianzenus S. 135.m.
Gregorij Papæ plures. 3.p. 108.m. 110. 111. 112 113 114.p. 115.m. 110.f. 150.p. 160.m. 163.p. 165.p. 178.f. 204.p. 210. f. 223.f.
Gregorius Toloſanus Author. 150.p.
Gregorius Turonenſis S. Author. 94.f. 167.m.
Gualterius ſiue Vualterius Epiſc. Matiſc. 94
Gudinus mons celebris in Diœceſi Matiſcon. 175.f. 127. 128. 145
Guichardus Archiepiſcopus Lugdunen. 139 .m.
Guichardus Epiſcopus Matiſc. 166.167
Guido Epiſc. Troyanenſis. 208.m.
Guidones Archiepiſcopi Lugdunen. 99. m. 105.f. 106.m. 124.m. 125.m. 134.p. 177.f.
Guilelmus Abbas S. Benigni Diuionenſis. 86.m.
Guilelmus Aquitaniæ Dux fundator Cluniaci. 35.36.37
Guilelmus Archiepiſcopus Bituric. 148.p.
Guilelmus de ſancto Amore Doctor Theologus. 165.f. 166.p.
Guilelmus II. Archiepiſcopus Biſuntinenſis. 162.p.
Guilelmus de Auanſono Archiep. Ebredun. 24.f.
Guilelmus Cabilonenſis Epiſc. 158.f.
Guilelmus du Prat Epiſcop. Claromontanus Cardin. 223.m.
Guilelmus de Salaigny Cabilonenſis Antiſtes. 181.m.
de Guiſchia nobilis familia. 235
Gundulphus Epiſc. Matiſc. 29

H

Hæretici vaſtantes Eccleſias Franciæ. 214
Hæretici condemnati. 11.m. eſores caſtitatis. 11.f.
Hato Epiſc. Trecenſis poſtea Monachus Cluniac. 135.p. 336.m.
Haumuſſia Clericalis. 161.p. 199.p.
Hebræos olim habuiſſe terras in Diœceſi Matiſconenſi. 76. 85.p. Vide *Iudæus*.
Henricus Caietanus Cardin. 217.f.
Henrici Imperatores. 72.p.
Henrici Reges Franciæ. 80.f. 91.m 93.p. 96.m. 97.p. 98.p. 103.p. 142. 194.m. 215.f. 216.p. 217 p. 225.m. 230.m. 232.p.
Henricus *de Villars* Archiepiſc. Lugd. 176.m.
Hermengadis Regina. 47.p.

Hermentruda Regina. 46.f.
Hieronymus S.Author. 17.m.21.f.
Hieronymus Pernetius Cardinalis & Epiſcop. Albanenſis. 217.p.
Hildebardus Epiſc. Matiſcon. 29
Hildebrādus Diaconus Apoſtolic. 108. Cardin. Nicolai Papæ ſecundi, & poſtea Papa.
Hincmarus Epiſc. Rhemenſ. cōdēnatus. 44.45
Hippolytus Archiep. Lugdun. 47.f.81.p.
Hiſpani in Aquitania. 94.f.95.p.
Hominia Eccl. Cathed. Matiſc. debita. 138.140 m.168.p.173.m.174.m.175.m.176.p.
Honorij Papæ plures. 151.p.152.155.p.160 179 180.f.
Horigandus Eduenſis Epiſc. 124.p.
Hoſpitale Matiſconenſe. 174.f.188.195.m.196
Huchiſiaci Parœcia in Diœc. Matiſc. 39.m.
Hugo Archiep. Biſuntin. 108.m.
Hugo Archiep. Turonenſis. 137.p.
Hugo Capetus Rex Franciæ. 69.p.77.m. 80.f. 81.f.83.p.
Hugo Comes Matiſcon. & Balgiacenſis. 68
Hugo Epiſcopus Dienſis. 111.f.112.f.114. poſtea Archiep. Lugdun. 112.f.117.122.p.123.131
Hugo Marchio inſignis. 71.m.
Hugo Epiſcopus Matiſc. 169
Hugo Epiſcopus Niuernenſ. 123.f.
Hugo magnus Comes Pariſienſis. 80.f. Et filij eius. ibidem.
Hugones Abbates Cluniacenſes. 56.p.105.m. 108. m. 112. m. 119.p.124.m.126.f.128.f. 129.p.148.f.149.p.160.p.
Humbertus de Villariis. 168.m.
Hus hæreticus. 10.f.11.m.

I

Iacobus Picolomeus Scriptor. 208.p.
Iacubus III. de Veny Abbas Cluniac. 59.m.
Ieiunium Eccleſiaſticum. 9
Igiacum oppidulum in Diœceſi Matiſc. 77.p. 83.m.85.p.m.
Ignatius S. de Loyola Ieſuitarum Inſtit. 89.m.
Imago Sacro-ſanctæ Virginis Mariæ miraculo iuxta Matiſconem inuenta. 197. ibidem Eccleſ. conſtructa in eius honorem.
Immunitates Eccleſiæ Cathedralis Matiſc. 13.f.25.m.27.28.30.31.45.f.
Indulgentiæ Matiſconi. 230.231
Infideles quomodo ad fidem trahendi. 92
Innocentius de Bubulis Cardin. 217.p.
Innocentius II. Papa. 134.f.136.f.137.m.141.p.
Innocētius III. Papa. 151.m.152.f.189.p.204.p.
Innocentius IV. Pontifex Maximus. 152.f.160 f.161.162.p.163.p.223.f.
Innocentius VI. Papa. 175.m.181.m.185.m.
Inſula Barbara in Diœc. Lugd. 232.m.
Interdictum eccleſiaſticum in Baſilica Matiſconenſi. 163
Ioachimus Abbas. 165.f.
Ioanna Franciæ Domina Belliioci & aliarum dynaſtiarum. 207. f.
Ioannes Baptiſta Alemannus Epiſcopus Matiſ. 232. Eius obitus ac Teſtamentum, & inde ſequuta. 239.240
Ioannes Cardinalis Legatus Apoſtol. in Gallias. 115.f.
Ioannes *d'Eſcars* Epiſc. Lingon. 218.f.
Ioannes Francorum Rex. 179.p.
Ioannes I. Epiſcopus Lauſanen. 162.p.
Ioannes I. Epiſc. Matiſc. 76
Ioannes II. Epiſc. Matiſc. 165.166.p.190
Ioannes III. Epiſc. Matiſc. 175.181.182.185.p.
Ioannes IV. Archiep. Lugdun. 193.m.
Ioannes V. Epiſc. Matiſc. 194.195.p.
Ioānes VI. Epiſc. Matiſc. 196. Eius familia. ibid.
Ioannes VII. Epiſc. Matiſc. 196
Ioannes VIII. Papa. 44.f.
Ioannes S. Euangeliſta. 9.f.
Ioceranus Epiſcopus Matiſconenſis. 135 136.f.137.m.
Ioſias Simlerus Germanus Author. 140.f.
Ioſſerannus incarcerans Epiſcopum Matiſc. punitus. 188.f.189 Suorum bonorum reſtitutio. 190. Idem poſtea abſolutus. 191
Iouerius Author. 23.f.
Irenæus S. Archiepiſcopus Lugdun. 162.m.
Iſaacius Lingonen. Epiſcopus. 41.p.
Iudæi quondam Matiſconi. 97.98.p.
Iudæus puer Matiſconi baptiſatus. 92. Vide *Hebræos.*
Iudith Regina. 46.m.
Iulius Cæſar Imperator & Author. 95.f.
Iuriſdictiones inter Epiſcopum & Capitulum Cathedrale Matiſconenſe diuiſæ. 146. 151 179.180.182.183.184.189.m.190.192.200 238.m.246.247
Iuſtinianus Imperator. 1.f.2.f.3.m.
Iuſtinus S. Author. 17.f.
Iuſtus S. Epiſcopus Matiſconenſis. 7
Iuſtus alius Lugdunenſis, & alius Hiſpanus Epiſc. ibid. & 135.m.

L

Lambertus Epiſcopus Matiſconenſis. 40 47.49.m.
Landricus Epiſcopus Matiſc. 111.112
Laſiacum oppidulum in Diœc. Matiſcon. 78 f.142.m.159.f.
Ledbaldi nonnulli Epiſcopi Matiſcon. 53.59 60.81.82.83.85.p.
Leduardus Epiſcopus Matiſcon. 26.28. Archicancellarius Imperialis. 27
Lentiniacum villula in Diœceſi Matiſc. 66.m. 116 m.120.m.133.m.
Leo S. Papa. 27.p.

Leo X. Papa. 178.f.207.p.216.p.
Leo XI.Papa. 217.f.218.m.
Leuita Eccleſiæ. 65.p.66.m.73.f.76.m.83,p. 84.p.91.p.
Lipomanus Author. 1.f.
Liuniacum oppidulum in Diœceſi Matiſconenſi. 92.p.
Loptamialo villula Niuernenſis partiæ Eccleſiæ Matiſcon.conceſſa. 33.f.34.m.
Lornant pagulus in Diœceſi Matiſcon.67.m. 114 p.
Locharij nonnulli Franciæ Reges.69.f.70.p.f. 73.m.74.f.75.p.76.77
Lotharij nonnulli Imperatores. 35.p.40.p.45 f.46.f.69.f.73.p.130.f.
Lucas Alemmanny Ep.ſ.Matiſ.240.inde Epiſcopus Volaterran. 241
Lucas de Montoya Author. 241.f.
Lucius II.Papa 62.p.Et III. 147.f.
Lodoica Regina Franciæ. 244.f.245.p.
Ludouicus Burgundiæ Rex. 90.p.
Ludouicus Epiſcopus Matiſcon. 218.219.p.
Ludouicus I.Pius Imperator. 29.30.p.m. 31 m.33.34.p.35.p. 126. p. 161.p. Eius victoria. 33
Ludouicus II.Balbus Imperator. 44.m.48. p. Alius eiuſdem nominis & radicis. 89
Ludouicus IV. Tranſmarinus Franciæ Rex. 36.p.53.f.54.p. 63.f. 65.p. 69. f. 70. 73.m. 81.m.
Ludouicus V.Rex Franciæ. 89.f.
Ludouicus VI.Craſſus Francorum Rex 69.p. 124.125.p.127.p.132.f.137.p.140
Ludouicus S. IX. Francorum Rex. 153. 161 164.m.167.f.168. f. 174. m. 200. m. Idem emens Comitatum Matiſconenſem. 158.f. 163.m.
Ludouicus VII.Iunior Francorum Rex. 137 p.m.139.f.140.f.142.f.144.f.
Ludouicus X.Hutinus Francorum Rex.172.f.
Ludouicus XI. Franciæ Rex. 200.p.206.p. 207.p.
Ludouicus XII.Franciæ Rex. 164.p.218.p
Lugniacum caſtrum & Parœcia Diœceſ.Matiſc. 85.f.
Lupus S. Archiepiſcopus Lugdun. 2.m.6.p.
Lupus Epiſc.Trecenſ. 6.p.
Lutherus hæreticus. 18.m.
Luxouienſe Monaſterium. 137.p.
Luxouium oppidulum in Diœceſi Matiſcon. 119.p.

M

Adalbertus Archiep. Bituric. 58.m.
Maillardus Author. 203.m.
de Mandelot nobilis domus in Diœceſi Matiſcon. 198.p.
Manſum quid ſit. 84
Marcellus Papa II. 223.m.
Marchand Parœcia in Diœceſi Lugd. 151.p
Marcus Aurelius Antoninus & Lucius Imperatores. 102.m.
Marcus villula prope Mati c. 85.p.
Mardubium villula in Diœceſi Matiſconenſ. vulgo *Mardoure*. 110.p.115.m.117.p.118.m.
Margarita Regina Franciæ. 168.f.
Maria *Stuard* Regina Franc. 229
Marrier Author Bibliothecæ Cluniac. 58.m. 108.f.
Matſonacum Eccleſia Parœcialis in Diœceſi Mati c. 133.p.
Martinus Magiſtri Author. 206.m.
Martinus I.Papa. 14.f.
Maſiacum villula in Diœceſi Matiſc. 130.m.
Maſſonus Author. 165.p
Matthæus Epiſcop. Albanen. 137.p.
Matiſcon.ciuitas plurium nominum.6.f.12.p. quando capta.23.m.215.f.Aucta muris.188 m.Vſta.71. Ventorum turbinibus vaſtata. 191.195
Matrimonium viduæ Clerici. 14.m.
Maturus Author. 81.m.
Matuinum Eccleſia & pagus in Diœceſi Heduenſi. 107.m.
Mauliſſo vrbs. 95.f.96.p.
Mayolus S.Abbas Cluniac. 74.m.
Melchior Cardin.146.m.151.f.179.m.238.f.
Melomatenſis ager in Diœc. Matiſc. 85.m.
Milhardus Author. 103.m.205.
Milo Epiſcop.Matiſconen. 78
Minimorum Ordo. 241.f.242
Miracula Matiſconi patrata. 6.p.
Miſſæ vox & efficacia. 9.18.19.20.
Modolnū villula in Diœceſi Matiſ.92.m.97.m.
Molinæus Author. 10.f.
Momulus S.Epiſc.Matiſc. 15.22.f.25.p.
Monachatus Epiſcoporum.26. Vide *Epiſcopi ex Monaſteriis.*
Monachatus quondam Eccleſiæ Matiſcon. 3
Monachi etiam Canonici ſeculares. 130
Monachi Gigniacenſes. 128
Monaſteriolum de Alto-iugo. 56.p.
Monaſterium de Chapaſia. 144.m.
Moneta Eccleſiarum Matiſconenſis,Lugdunenſis,& Cluniacenſis. 123.125.p.127. 128 f.133.138.p.139.168.p.201.m.
Mornæus hæreticus Author. 10.f.
Moſander Author. 56.m.

N

Antuanenſe Monaſterium Abbatiale. 61.p.
Nauarræ Reges aliqui. 96.p.
Nauarrus Author Caſuiſta. 152.m.203
Naymbodus Epiſc.Matiſcon. 6471.f.
Nerius S.Confeſ. 89.m.
Nicetius Epiſcop.Matiſcon.5. Alius Epiſcop. Lugdunenſ.ibid. Alius Epiſc.Viennenſ.6.p.

Nicolaus Bertrandi Author. 164.p.
Nicolaus Epiſc. Matiſc. 169
Nicolaus S. Myrthæus Epiſc. 136.f.
Nicolaus I. Papa 14. 18.p.44.f.
Nicolaus Papa V. 198.p.
Niuernenſes aduerſus Matiſconenſes. 124
Noualia quid. 71

O

Obituum Eccleſiæ Lugdunenſis & Belliocenſis volumen. 139.p.141.f.145 p.155.m.166.p.177.f.
Obituum Eccleſiæ Matiſcon. Volumen. 37.p. 77.f. 100.f. 109.p. 153.m. 160.m. 165.m. 167.168.f.169.181.f.185.f.194.m.196.f.
Ocuccardus Epiſcopus Cabilon. 46.p.
Odilo S. Abbas Cluniacenſis. 87.89.p.91.94 p.98.f.
Odo S. Abbas Cluniacenſis. 55 f.56.p.69.p. 73.m.
Odo Epiſcopus Matiſcon. 181.185
Officialis Cabilonenſis. 167.p.232.m.
Officialis Lugdunenſis. 190.m.224.232.m.
Officialis Matiſconenſis. 13.p.166.m. 167 176.p. 177.m.179.m.182.m. 184.f.187.p. 188.m.193.m.198.m.222.m.230. m. 232 m.233.p.236 p.250.
Oldoricus Archiep. Lugdun. 69.p.
Oleum ſacrum ex Decreto diu ab Archiepiſcopo Viennenſi Epiſcopis Matiſcon. concedendum. 87. Idque longo poſtea tempore miraculosè ſanans. 88
Onuphrius Author. 15.p.196.f.218.m.225 m.229.f.
Oratorium oppidulum in Diœceſi Matiſcon. 71.f.77.p.
Origenes Author. 17.m.
Oſtienſis Epiſc. Legatus. 104.f.
Otho ſeu Odda Francorum Rex. 51.52.56.f.
Othones Imperatores aliquot. 51.52.55.m.

P

Pagus, Ager, & Villa quid ſint, & diſcrimen inter ea. 84
Pallium Archiepiſcopale. 26.f.
Parœcia S. Petri Matiſconen. intra muros vnita cum Monaſterio eiuſdem S. Petri extra muros. 199
Paſcales Papæ plures. 121.p.f.124.m. 131.m.
Paſciacum oppidulum in Diœceſi Matiſcon. 65.m.
Paulinus S. Epiſc. 43.m.
Paulus Æmilius Author. 46.m.47.p.81.95.p. 110.f.114.m.118.m.161.m.200.p. 206.m.
Paulus S. Apoſtolus. 18.p.19.m.
Paulus Diaconus Author. 22.f.
Paulus Sfondratus Cardin. 217.p.
Paulus Ieuius Epiſcopus Nucerin. 232 p.
Paulus IV. Papa. 232.m.236 m.
Paulus V. Papa. 217.f.250
Pedagium Matiſconenſe. 155.157.m.159 173.f.174
Pelagius I. Papa. 2.f.4.m
Pelagius Papa II. 11.f.
Pelogium Cœnobium. 48.m.67.f.124.f.126 p. Vide *Auenacum*.
de Peſcis familia nobilis. 99.p.124.m.129.f. 144.f.147.f.
Perciacum oppidulum vulgò *Percé* in Diœceſi Matiſcon. 74.f.
Petraclauſa Caſtrum & Eccleſia Parœcia is in Diœceſi Matiſcon. 139.f.143
Petrus S. Apoſtolus. 21.m.
Petrus d'Epinac Archiep. Lugdun. 187.f.
Petrus Epiſcopus Albanenſis & Cardinalis. 114.p.
Petrus Epiſc. Matiſc. 167.168
Petrus II. Epiſc. Matiſc. 194
Petrus III. Epiſc. Matiſcon. 228. Mors ipſius. 230.m.
Petrus Gregorius Author. 22.p.
Petrus de Natalibus Author. 55.f.
Petrus Prior S. Ioannis Senonenſis ſcribens ad Hatonem Epiſc. Trecen. 135.p.
Petrus de Villariis Archiepiſcopus Viennen. Author. 193.f.
Petrus Venerabilis Abbas Cluniac. Author. 137.p.56.p.
Philibertus Epiſc. Matiſc. 208.211
Philippi Galliæ Reges. 36.f.92.f. 95.f. 98. m. 103.p. 104.p. 107.f.113.m. 114.m. 115 f. 116. 118.m.144.f.149.f.153.p. 167.f. 168. p.169.m.170.f.172. f. 173.m.174.m.175.f. 186.p.
Philippus I. Archiep. Lugdun. 163.m.
Philippus II. Archiepiſc. Lugdun. 193.m.
Philippus Epiſcopus Matiſconenſis. 186. Eius familia nobilis. 186.p.187.f. Ipſius inſignia. 187.f. Idem Fundator hoſpitalis Altiſſiodorenſis. 188. Incarceratus iniuſtè. ibid. 189 Eius obitus. 189
Philippus Eccleſiæ Pictauienſis Theſaurarius. 164.p.
Pipinus Rex Franciæ. 15.f. 24. p. 25. p. 26. 167. f.
Pius II. Papa. 207.p.
Placidus S. Epiſcopus Matiſcon. 1. 3. 4. Alius eiuſdem nominis. 1
Plinius Author. 94.f.95.p.
Plotenſis Parœcia in Diœceſi Matiſconenſ. 96.m.
Plurimas beneficiorum quænam excuſat à peccato. 203
Pœnæ Canonicæ percutientium Clericos. 191. Quædam arctandæ. 204
Poletus Diœceſis Matiſcon. quid ſit. 214.215
Polliacum

Polliacum villula Diœceſis Matiſcon. 90. m. 98.m.
Polycarpus Carthuſianus Author. 149.p. 153.f.
Polycarpus Epiſc. 21.m.
Pompeius Arigotius Cardin. 217.p.
Pons Velanus oppidum iuxta Matiſconem. 175.f.
Pontinacenſis Abbatia. 139
Pontius I.Epiſcopus Matiſconenſis.137.141 154.p.
Pontius II.Epiſcopus Matiſconenſis. 148.149 152 m.189. f.factus Carthuſianus. 148.f. 153.f.
Portio Canonicorum Belliocēſis qualis. 151
Præbendarij ſancti Georgij in Cathedrali Matiſc. 186.f.187.p.f.188
Præcentor ſiue Cantor Eccleſiæ Belliiocenſis. 169.p.170.p.171.p.177.m.178.p.
Præcentor ſiue Cantor Eccleſiæ Matiſconen. 107.p.118.f.119.p.123.f.124.m.125.p.128. 129.p.130.f.133.p.134.p.138.139. p. 140. p.143.f.144 f.145.f.168.169.f.178.p.187.f. 192.f.195.m.219.m.
Præcentor Eccleſiæ Cathedralis Lugdunenſ. 137.f.141.m.
Præpoſiti alij Eccleſiæ S.Petri Matiſconen.91 f.92.m 118.p.133.p.
Præpoſitus olim in Eccleſia Cathedrali Matiſconenſi.49.m. 52.f.54.f.60.m.65.m. 66 70.73.74.78.83.p.84.m.85.m.86.f.96.m. 97.p.118.f.119.m.129. p.167.f.173.f.Eius abrogatio. 104
Præſepium Parœcia in Diœceſi Matiſcon. 168.f.
Præſtaria quid.49.52.129. m.Et Præſtamera. 203.f.& Præſtimonium. ibid.
Pragmatica Sanctio quæ. 206. quando abolita. 220.221.222.p.
Primaſius Author. 22.p.
Prioratus Cantuarienſis ſancti Iuliani de Ruſe. 139.m.
Prioratus S.Irenæi Lugdunen. 120.m.
Prioratus S.Martini Cellæ. 98.m.
Prioratus quot in Diœceſi Matiſc. 21
Priores Cluniacenſes. 119.p.130.p.
Priores nonnulli Carthuſiani. 148. f.149.p.
Priores S.Martini Pariſienſis. 119.p.
Priores S.Petri Matiſconenſis.92.m.118.f.119 p.130.m.143.f.144.p.
Priſciacum oppidulum Epiſcopalis ditionis Matiſconenſis. 74.p. 97.m.115.m.120 m.138.f.
Priſcilla tempore Apoſtolorum. 21.f.
Priſcus S.Archiepiſcop. Lugdun. 8.p.m.23.f.
Proceſſiones fieri ſolitæ Matiſconi die ſanctæ Symphoroſæ cur inſtitutæ. 191.199.f.
Ptolomæus Geographus Author. 94.f.95.p.

Q

Quercetanus Author. 34.p.69.p.
Quintana ſiue Quintiniacum oppidulum in Diœceſi Matiſconenſi. 84. m. 144.p.
Quintilianus Author. 96.m.

R

Ragnoaldus Valentinen.Epiſc. 11.f.
Rainauldus Archiepiſcopus Lugdun. 132.f.150.f.151.p.156.p.
Rauricus Epiſc.Lemouicen. 2.f.
Raynaldus Epiſc.Matiſc. 145.148
de Rebé familia nobilis. 221.p.
Rebuffus Author. 150.m.178.f.205.p.
Regaliorum ius conceſſum à Rege Francorum pro Capitulo Eccleſiæ Cathedralis Matiſconenſis. 149.225.m.228.231. Eadem Regalia Sede vacante ad idem Capitulum pertinere. 239.240
Reges Franciæ nunquam deficere. 54
Reges multa bona donaſſe Eccleſiæ Matiſconenſi. 150
Remigius S.Archiepiſcopus Lugd. 25.f.45.f.
Reymondus Comes Toloſan. 163.f.
Richaldus Legatus Apoſtolicus. 124.p.
Richaldus Princeps. 48.m.
Richildis Regina. 46.f 47.p.
Ricoaria duplex fœmina nobilis. 99.101.p. 126.p.
Rigaldus S.Confeſſor. 115.p.
Riniacum oppidulum in Diœceſi Matiſcon. 147.m.
Ritus creandorum Canonicorum Matiſc. 90
Robertus Baleus Author. 165.f
Robertus Bellarminus Cardinalis. 217.f.
Robertus Francorum Rex. 80.f.81.f.82.p.m. 83.m.84 87.p.91.m.93.p.98.p.
Robertus Valentinien.Epiſc. 41.p.69.p
Rocca villula Diœceſis Matiſc. 75 p.
Roclenus Epiſcopus Cabilonenſis. 108.f. 111.m.
Rodulphus Caparij Cardinalis. 164.165.p.
Rodulphus Epiſcop. Matiſcon. 110
Rodulphus Rex Franciæ. 54.60.m.63.f.64.p. 65.p.80.p.81.p.88.f.
Romenæum oppidum ditionis Epiſcopalis Matiſcon.5.p.74.f. dictum ibidem,Romaneſcenſe.160.m.169.f.172.f.173.m. 175.f. 188.190.194.f.211.f.231. f.248. 250. Et Caſtrum S.Romani. 172.f.
Ruffiacenſis villula in Diœceſi Matiſc.114.p.
Rupis Solitræi Caſtrum ſub ditione Epiſcopi Matiſcon. 155.157.f. 158.p.159.p.160. m.165.m.
Ruſæus Author. 150.m.

Sabau

S

Sabaudiæ Comites. 143.p.168.p.169.m. 170.f.172.f.172.m.175.f.186.m.187.f. 188.f. 192.p.194.f.197.p. tractantes cum Eccleſia Matiſc. 177
Sacerdos S.Archiep.Lugdun. 12.f.
Sacerdotes additi Choro Matiſc. 156
Sacrificium altaris quid ſit. 12.f. Vide *Miſſam*.
Sacriſtæ portiones.209.f.Eius officia. 169. m. 170.p.Et alia. 177 m.
Sacriſtia Eccleſiæ Belliiocenſis vnita cum Parœciali. 170.175.m
Salornacum villula & caſtrum in Diœceſi Matiſcon.79.p.82.f.83.f.84.m.85.p.m. 90 m.92 m.94.m.99.p.126.p.
Salornayorum familia. 176.f.
Saluinus S. Epiſcop. Matiſconenſ. 4 Alius. ibid.f.
Sanciacum oppidulum in Diœceſi Matiſconenſi. 67.f.70.p.79.p.84.p.85.m.90.m. 98.p.
San-iamgulphum oppidulum Eccleſiæ Matiſconen.conceſſum.27.m.Aliter. 76.f
Sancti Imiterij pagus vulgò *S.Itere*,ad Eccleſiam Matiſc.pertinens. 39.m.
Sancti in cœlo orant pro animabus Purgatorij. 132
Sancti Iuliani oppidulum in Diœceſi Matiſc. 67.m.107.f.131.m.139.p.141 f.
San-Iulianus Author.4.p.f. 5.p. 43.f.72.p.77 m.78.p. 81.p.90.p. 100.101. 103.p. 104 m.105.p.110.p.119.m.121.f.129.f.133.m. 140.m.141.m.145.m.148.f.153.p.154.m. 155.m.160.m.165.m.167.m.168.p.169.m. 175.p.177.p. 181.f.186.p.188. m. 189. m. 190.p.195.p.196.m.211.218.219.p.225.f. 229.p.f.
San-Martinum oppidulum Eccleſiæ Matiſc. conceſſum. 27.m.42.p.47.m.79.m.
San-Mauricium Eccleſia & pagus in Diœceſi Matiſcon. 84.m.165.m.174.p.194.m.
Sancti Triuerij Caſtrum in Breſſia Gallicana. 160.p.177.p.
Sancti Triuerij duo Dynaſtæ diuerſæ ſtirpis. 188.f.
Sauſſæus Auctor. 230.m.
Sarciacum oppidulum in Dioceſi Matiſcon. 97.f.
Sartaceni in Iudæa & Hiſpania. 118
Satoniacum villula in Diœceſi Matiſc.64.m. 67.f.129.m.
Sauigniacum Parœcia in Diœceſi Matiſcon. 197.m.198.p.
Sciurus animal per miraculum ſaluus. 197
Sebo Princeps & eius Teſtamentum. 68.f.69 p.Ipſius filij. ibid.
Seguinus Epiſc.Matiſc. 160.165
Seminarium Clericorum Matiſconi. 150
Senecciacum oppidulum in Diœceſi Matiſc. pertinens ad Abbatiam Cluniac. 69.m.
Sententia lata in hoſtes Eccleſiæ Matiſconen. 172.173
Scoeiolæ oppidulum in Diœceſi Matiſconenſi pertinens ad Abbatiam Cluniacenſem. 69.m.
Sepulturæ Eccleſiaſticæ apud Tiſiacum. 208 209
Siagrius S.Epiſcopus Heduenſis. 3.p.
Siccardus Toloſæ Præfectus. 163.f.164.p.
Sieuert Matiſconi nobilis. 156
Sicilia regio. 2
Sigilla antiqua authentica qualia. 151.156
Siluiniacum oppidulum in Diœceſi Matiſconenſi. 9.f.
Simonia quando commiſſa aut non. 96
Sixtus IV.Papa. 198.m.199.m.202.p. 204.p.
Sixtus V.Papa. 165.f.204.m.217.f.241.f.
Solegniacum villula in Diœceſi Matiſconen. 67.f.
Soſipater Epiſc. 21.m.
Sother Papa. 9.m.
Sotus Author. 203
Stallum in Eccleſia Matiſ. quid ſit. 204.p.
Stephanus de Balgiaco Epiſcopus Matiſcon. 142.145
Stephanus II.Epiſc.Matiſc.197. Eius familia. ibid.200.f.Obitus ipſius. 208
Stephanus III.Epiſc.Matiſc. 211.214
Stephanus Epiſcopus Claromontanus.107.f.
Stoeflerus Author. 212.m.
Surius Author. 1.p.108.m.148.p.
Syluester S. Papa. 9.m.
Syluester Author. 203.p.204.p.205.m.
Symmachus Papa. 10.f.

T

Talaitandus Epiſc. Alban. Legatus Apoſtolicus. 180.m.
Taſiacum ſiue Taiſiacum oppidulum in diœceſi Matiſc. 52.f.79.m.92.f.
Teleſphorus S.Papa. 9.m.17.m.
Teloneum pro Epiſcopo Matiſcon. 32.38. & pro aliis. 159.p.174
Templarij Pariſienſes. 174.p.
Teotelinus Epiſcopus Matiſcon. 72
Terra Sancta.132.133. Bellum ſacrum in ea. 139.f.
Tertullianus Author. 19.f.17.m.
Theobaldus Epiſcopus Cabilon. 166. f. eius Teſtamentum. ibid.
Theobaldus Epiſcopus Matiſcon.192 factus deinde Archiepiſcopus Viennen.& Biſuntin.163.194.p.Eius familia. 193
Theophilactus Beatus Doctor. 89.p.
Tho

Thomas S.Arch ep.Cantuar. 139.m.152.p.
Thomas S. Author.17.f.132.m.161.f. 203.p. 204.p
Thomas *Seuert* Canonicus & Officialis Matiſconen.212.214.220.p.222.m.223.224. m.Eius obitus.226. ac Teſtamentum. 227. 233.p.
Tillius Author.15.f.32.f.46.m.48.m.51.f.69. f.70.f.81.82.m.95.m.114.m.139.f. 158.f. 215.f.229.f.239.p.
Tirſus S.Martyr. 4.p.
Tiſſicum oppidum in Diœceſi Matiſ. 208.m.
Tituli antiqui Eccleſiæ Matiſconenſis.5.p.17. m.25.26.29.m.33.m.37.f.41.m.43.p.45.m 49.m.50.m.52.53.54.m.56.m.60.61.62.p. 65.p.70.73.34.76.78.79.82.83.84.85.86. 90.91 93.94.96.97.103. 104.106.f.114. 116.117.123.f. 126.f. 130.133.m.134.m. 135.137.f.138.139.144.145.146
Titus Epiſc. 21.m.
Tonſura Clericalis & Monachalis eſt credenda fide Catholica. 22
Tonſura ferè ex diuino iure. 21
Toriacum oppidulum in Diœceſi Matiſcon. 67.f
Trenochiani Martyres. 4.p.
Trenolchium vrbs conceſſa Eccleſiæ Matiſconēſi.37.f.ibi Abbatia.46.m.40.p.160.p.
Tullenſis Epiſcopatus. 230.f.
Turiſiacum villula in Dioceſi Matiſcon.85.f.

V

VAlerius Maximus Author. 125.m.
Valterius Archiep.Senonen. 51.f.
Varēna Eccleſia Parœcialis Diœceſis Lugdunenſis inter Belliiocum & Villam-francam. 169.m.
Varennæ vulgò *Varennes* oppidulum in Diœceſi Matiſco.[78.m.85.m.91.p.96.f.186.m.
Vaſcones, ſiue Gaſcones antiqui, quales. 94. 95.96.p.
Vaſco nomen proprium viri. 95.m.
Vchiſiacum Parœcia & Prioratus in Diœceſi Matiſcon. 144.p.
Vela oppidum in Breſſia. 90.f.144.m.175.f.
Verchiſortum oppidulum in Diœceſi Matiſc. 67.m.115.m.120.m.
Veriſetum oppidulum in Diœceſi Matiſcon. 153.m.155.f.173.p.196.m.
Vernolium villula & Caſtrum Diœceſis Matiſcon. 91.f.
Verriacum oppidulum in Diœceſi Matiſcon. 134.m.
Verſiacum oppidulum in Diœceſi Matiſcon. 67.m.71.m.73.p.74.p.85.m.134.m 173.p.
Vexella Caſtrum in Diœceſi Matiſ.85.f.97.f.
Vicarij Generales Lugdunenſes. 221. 222. 223.224.230.m.
Vicarius Generalis Matiſcon. 196.m.
Victores Papæ aliquot. 110.f.115.m.122.p.
Viennenſium Archiep.priuilegia. 27
Vigilius Papa. 4.m.
Vignerius Author. 15.p
Villa-noua oppidulum in Diœceſi Matiſcon. 146.p.
Villaricius papus Parœcialis in Diœceſi Matiſc. 131.f.
Villarij Archiepiſc.Lugdunen. 148.m.
Villarius Archiepiſcopus Viennenſis. 88.m. 162.m.
Virlacum oppidulum in Diœceſi Matiſc. 67. m.74.f.75.p.f.97.p.
Vincentius S.Martyr Patronus Matiſc.12.p. f.Et eius Reliquiæ. ibid.
Vinſellæ caſtrum & oppidulum in Diœceſi Matiſcon. 140.p.142.p.
Viſigotthi Hæretici in terris Chriſtianis. 94. f.95
Viuentiolus S.Archiepiſcopus Lugdun. 2.p.
Vinbaldus Archiep.Lugdun. 127.m.120.f
Vmbertus Archiepiſcopus Lugdunen.107.p. 108.f. 109.f. 110.m. 111.p. 113.f. 140.m. 143.f.
Vnio Parœcialis Eccleſiæ ad Canonicatum. 17 .202
Vocontiorum ciuitates. 95.f.
Vibani Papæ plures. 11 .114.115.m.118.f.119.m. 134.f.164.m.166.p.172.m.183.m.188.f.190. p.193.m.
Vriniacum Parœcia prope Matiſco.79.m.85. p.92.f.98.p.
Vrſelinæ Religioſæ Matiſconi. 188.m.250
Vrſpergenſis Abbas Author. 51.f.
Vualterius Albanenſis Epiſc. 121.m.
Vualterius Cabilonenſis Epiſc. 117.m.
Vnalterius Epiſcopus Matiſc.93.97.100.101. 103.125.m.133.f.
Vuarinus Comes Matiſc. 35
Vuarnancharius hæreticus. 170.p.
Vviclefus Hæreticus. 10.f.11.m.
Vuido Comes Matiſc. 36
Vvicardus Epiſc.Matiſc. 28
Vulchardi Belliiocenſes plures. 98
Vuillebertus Catalaunenſis Epiſc. 41.p.
Vulphtonus Senonen.Epiſcopus. 135.f.

Finis huius Operis Matiſconenſis.

ADDITA SEORSVM
BREVIOR

CHRONOLOGIA,

AT GENERALISSIMA
RELIQVORVM PENE OMNIVM

ANTISTITVM GALLIÆ CELTICÆ, SEV
INTEGERRIMI PRIMATVS
LVGDVNENSIS.

QVANTA EXACTIOR E' REMOTIORIBVS HABERI
potuit in rerum præſentium ſtatu.

SEDIBVS QVIBVSQVE EPISCOPALIBVS PER SVOS
Archiepiſcopatus ſeu Metropolitas ordine diſtributis.

TERTIVS, SEV VLTIMVS OMNINO TOMVS INGENTIS
huius tripertiti Voluminis.

Authore IACOBO SEVERTIO *Pariſienſi Theologo.*

ILLVSTRISSIMIS

IVXTA ET

REVERENDISSIMIS

DOMINIS, DOMINIS ARCHI-PRÆSVLIBVS, ALIISQVE EPISCOPIS, AVT

delectis Arbitris Eccleſiæ Gallicanæ, in Generaliſſimo totius Cleri Franciæ Cœtu conuocatis Luteriæ, ſuorum Capitulorum nominibus, &c.

QVòd veſtris excellentiis tertiam hanc præcipuam ſeu poſtremam Operis ingentis partem ſubmitto atque deuoueo (Patres ampliſſimi) multi ſunt ilices, incentiuæ permultæ. Ante quadriennium veſtræ auguſtiſſimæ omnium coronæ dicaram libentiſſimè meas ſacrorum Bibliorum Anacriſes; cui officio conſtans ego, deuotus & procliuis benéque animatus in veſtras cunctorum ac vniuerſi Corporis Reuerentias, perſeuerandum eſſe duxi. Inde conſequenti penè iure videor nunc vos poſſe præſentem à me voluminis huiuſce offerendi præſtationem meritò poſcere, in qua nimirum profiteor communem Eccleſiæ nationalis cauſam celebrare, tueri atque defendere, certè hanc ipſam vltrò aduersùm me ſententiam fero lubens in veſtri gratiam, dum bonam media ſaltem parte Regionum vel Sedium Epiſcopalium ſceptri Gallici latitudinē ſingulis veſtris ac prædeceſſorum Antiſtitū nominibus altiore quaſi econo decantatis exornē, & ſummo deſiderio conſcribere ſemper expetiuerim pro diuini Numinis & viſibilis Eccleſiæ gloria, in protegenda ac oſtentanda perenni ſucceſſionis Præſulum ſcaturigine, fluxu & ordine hactenus in hoſtes fidei oppoſitum emitentes, homines deuios breui meta, ex vna abhinc nocte emerſos, qui vetera continua ſua prætenſa antiquitatis ac ſeminis vada decurrentia nequeunt prorſus deſignare, quia his perpetuò aſſutis orbantur nexibus præclaris. Hæc, inquam, prima eius generis munuſcula vobis illuſtriſſimis Optimatibus magna cum pietatis fiducia offero, alia potiora amplioráque expectaturus, etiam breui veſtræ ſublimitati proferenda, in recenſendis latiùs poſthac omnium Galliarum nullo dempto Epiſcopis, ſi queam, inchoaturus à priſcis ad hodiernos vſque exactiùs multò quàm mox ferat data medietas, tametſi ſuo pondere valitura: qualia noua iā nunc tertio loco futura veſtris quoque celſitudinibus polliceor, & quandóque præſtandum ſpondeo, ſi Deus Opt. Max. ingenium & vitam dederit ad hoc idoneā, veſtri ac boni publici causâ. Quoſnam enim alios præſtantiores mearum lucubrationum tutores ac patronos optare & ſeligere mihi licet aut competit? Quales opportuniùs, decentiùs, ſalubriùs, quàm illud optabile ſacratiſſimum veſtrum Corpus? Quàm vos qui eſtis iſtud clariſſimum ſolare lumen, caput & oculus Galliarum omnium: quorum ſplendor eximius illuſtrat vniuerſum penè orbem Chriſtianiſſimum? Ego aliter præſtitiſſe, aut aliò intendiſſe nec debui nec volui. Me & mea qualiacunque ipſis veſtrarum dignitatum apicibus lubens & religiosè mancipo, deuoueo, trado. Quippe geritis columnas, culmina & fundamentum Eccleſiæ ſceptri Gallici, animorúmque paſcendorum,

quorum manus in Sacerdotio conſecratæ ſunt, *vt inſeruiant (ait quondam in Leuitico rerum Conditor* [a].) *Per manus præclara geſta operáque intelligo, quia in dies ex effectis ſingulari Chriſti dono manifeſtatis deificum veſtrum Epiſcopale nomen* operis eſſe magis quàm honoris *(vt loqui ſueuit D. Auguſtinus* [b]. *)* Suſcipite ergo *(Patres clariſſimi) hos hilari quo vultu à me proferuntur, ex charitate floſculos, donec alij integerrimi longiúſque conſperſi flores in hoc etiam rerum argumento collecti* [c] *& exculti appareant, ſuccedant & ſecundent. Atque dum iugiter interea pro veſtra incolumi omnium ſoſpitate in cælum ſupplex adſpiro, proſperè in* CHRISTO IESV *valetote. Lugduni ex ſacratiſſimo votorum meorum Altari, ſcopo, ſtallo & perfugij anchora, in feriis Pentecoſtes, Anno puriſſimi Virginei partus M. DC. XXVII.*

[a] Cap. 11. 10.

[b] Habetur in Decreto 1. q. 1. Can. Qui Epiſcoporum.

[c] In Prologo ſequenti §. 3. 4.

Veſtrarum dignitatum cultor obſeruantiſſimus, & addictiſſimus,

IACOBVS SEVERTIVS Eccleſiaſtes, Doct. Theolog. Pariſ.

VNIVER

VNIVERSALIOR TERTII HVIVS TOMI PROLOGVS, IN QVINQVE PARTEIS SEV PARAGRAPHOS SECTVS.

§. 1.

Authoris animus.

POſtquàm abſoluimus auguſtiora latioráque multò Archipræſulum Lugdunenſium ac propinquioris Epiſcopatus Matiſconenſis incrementa, tandem rati ſummus egregiè facturi, ſi moliamur illis ſingularibus paulò tractatibus adiungere vniuerſaliores quaſdam enarrationes pro maiore totius Galliæ Celticæ commodo, honore, gloria, & velut Tomum tertium conficiamus: nimirum efferendo potiores calculos reliquorum Antiſtitum Celtarum, & minores portiones Viennenſis ſeu Allobrogum Galliæ tranſalpinæ Comatæ, vnà & vicinos Arelatenſes ex incidente, nec dum vlteriùs, maximè hac ſaltem vice, donec aliàs plura. Hæc ſtrictiora profectò dum mox adhuc reliquarum Galliarum amplitudinem ſimmus, Demochares quidem & eruditus Iureconſultus Ioannes Chenutius de ea Celtarum latitudine, verſus quos Celtas mox ſolùm trahimur, conſcripſerunt, ſeſe quoque ad cæterarum Galliarum amplitudinem dilatarunt, ac ipſi ad faſtigium minimè perduxerunt eas Diœceſes, quas ferè paucas adorimur, tametſi Franciam totam alij vno volumine complectantur. *Aliæ multa præter Democharem ac Chenutiũ.* Sed etiam nos in arctiore noſtro ambitu noua, quàm plurima annotamus argumenta circa varia Præſulum nomina, & adiacentia, qualia præfati duo Authores omnino prætererierant, ac imperfecta ſua volumina in hoc themate reliquerant: ille quidem altero ſuo Tomo ex tribus in vnum genus Operum collectis, cui titulus eſt, *De diuino Miſſæ Sacrificio* a: iſte verò eo qui dicitur *Archiepiſcoporum Galliæ chronologica hiſtoria.* Sanè anterior eximius Doctor Theologus Pariſienſis ante annos quinque & ſexaginta palam ferebat & attollebat ſuos palmites libellos, quibus frequenter vtebatur illuſtris Cardinalis Baronius in ſuis ad auctum Martyrologium Romanum Commentatiis. Poſterior verò, Iureconſultus alas ſuas de ea materia præclarè expandit abhinc quinque tantùm annis pro Gallia etiam Aquitanica, Narbonenſi & Belgica. Qui ambo quotquot potuerunt ornamenta tanto conferre negotio, ea grauiter præſtiterunt ac intulerunt. Verùm nos adhuc poſthac conſpeximus plura notatu digniſſima ſuperaddi poſſe inter lectitandum diuerſos codices alios. Potiſſimum adiecimus nouos Authores in minore Britannia b Turonenſis Archiepiſcopatus: deinde alium per totum ferè Senonenſem c, vnum prætereà in Trecenſi Catalogo d, & alterum in Arelatenſi e.

a Pariſ. 1562.
b Argentreũ & de Paſſu.
c Tauellum.
d Camuzatũ.
e Saxyum.

§. 2.

Quàm diſcrepans ſit ab aliis Scriptorib. ex vna parte.

Quocirca mox igitur oblata inſpectáque duplici librorum antecedentium occaſione chronologica, vlteriùs ſanè illuſtrandorum, æquiſſimum fuit, vt Epiſcopales amborum indices propiùs contemplaremur. Et dum multa in vnum aliunde cogeremus, ſpectantia ad quæſiti finis decorem, ea viris litteratis cæteriſque poſteris locupletiora porrigeremus in futurum tempus Reipublicæ proficua, tanquam forent ſpeculum priſcæ ætatis eum pleniore vtilium fœnore ac emolumento oculis mortalium penitus offerendum. Equidem Demochares Epiſcopalibus nomenclaturis f ſcholia ideò porrigere & ſternere ſeorſum nixus eſt, vt doceret primam Eccleſiam in illis Patribus poſt ſuos Protopaſtores Apoſtolicos celebraſſe g ex intimo pectore ſacroſanctum Miſſæ Sacrificium, vnanimi ſemper omnium conſenſu ad Eccleſiæ Romanæ morem & ritum, aduerſùs prurientes hodiernas hæreticorum noctuas ſeriùs emerſas. Nos verò talibus commentariolis lubens quidem abſtinemus. Sed etiam in toto vario Epiſcopali textu delectamur illo titulo intemeratæ Religionis, & hiſce Legibus noſtræ ſalutis, cui innituntur omnes hactenus Epiſcopi Galliæ. *Quàm aliũde conſentiẽs pro interrupta fideli Epiſcoporum ſucceſſione pro Religione.* Id tamen infrà breui proſequimur: partim quia laconica noſtra methodus paſſa non eſt cætera commenta, arctiores effecti: partim autem eò quòd ipſi Epiſcopales noſtri contextus ſæpenumerò amplectuntur excellentiſſimum conſecratæ ſynaxeos inſtar ſcholiorum morem, tum disertè, tum implicito ſenſu aſſenſúque valde capaci ex allatis conſequentibus. Sic illi omnes Epiſcopi indefeſſa ſucceſſione clariſſimi, quos enumeramus, fidem eandem orthodoxam, Apoſtolicam & Romanam, quam extollimus, profeſſi ſunt. Vt nihil ſanè de priore fine percepto deperęat in

f litteris Ital.
g litteris Ro.

Prælatis antiquis ac poſterioribus, qui perennes Romano Pontifici & credendis ſingulis eiuſmodi Eccleſiæ Articulis ex officio parent. Qualia certè noſtra decreta exhorreſcunt ui ſuper hæretici prorſus auerſi, & in ſuo ſchiſmate pertinaces, eáque nobis firmiſſima ſuorum miniſtellorum ab Apoſtolis hactenus generatione continua prorſus carentes.

§. 3.

Interea, ante annos duodecim nouimus Lugduni ſenem Dom. Claudium Robertum Sacerdotem Theologum, Lingonibus ex Burgundiæ Ducatu oriundum, ſagacem antiquitatis indagatorem, ac iam tunc, imò ab annis ſupra viginti aggredientem hiſtoricos omnes Epiſcoporum Galliæ catalogos, deinde agentem partim Diuioni, partimque Biturigibus atque Pariſiis, vbi putabatur volumen ſuum iam dudum edi in lucem. O verùm diſertè hoc antea nobis conſtaſſet, & id ab initio ad noſtras manus perueniſſet. Maluiſſem enim Opus ſuum hilari vultu ab elapſo triennio contueri, ac dignoſcere, vtrùm nanciſceret alios forte Antiſtites prætereà mihi adiiciendos, & breuiori ſtylo cum reuoluendo peragere. Hic autem loquor primùm de rerum mearum ſtatu hoc in ſtudio, qualis fuerat, aut apud me innotuit anno M.DC.XXI. At needũ quid tale accepi tunc, & audiui: niſi quòd demum ego ſuſcitatus Lutetiæ, Lugduno, per litteras & amicos, intellexi D. Robertum corporis infirmitate detentum videri, magiſtrum verò Ioannem Chenutium molem ſcriptorum ipſius ſiue libero dono vel ingrato extorſiſſe. Vnde reuerà idem Chenutius volumen proprio nomine diuulgauit, anno tunc ſequenti 1622. Id totum negotium ego demiratus, quæſitum vel emptũ mandauit Lutetiam eiuſmodi Opus Chenutij anno 1623. Frequenti in eo lectione ſequentibus annis pro boni publici deſiderio penetraui, perſuaſus quòd lucubrationes illæ tum Roberti, tum Chenutij eſſent vnæ ac eædem omnino. Inde manum admoui calamo, permulta noua adauxi vltra ipſum Chenutium, ratus quòd poſtremus agerem poſt ambos illos nomine vnius. Atque hoc Opus fuit illud, quòd nunc præſto eſt in conſequentibus ab Eduenſi Catalogo Lugdunenſis Archipræſulatus per Rothomagenſem Metropolim, Turonenſem, Senonenſem, Pariſinam, & Viennenſem, vſque ad complementum ferè Arelatenſis Archipræſulatus (ſeptem) cum horum quibuſque Suffraganeis: ſpe ductus reponendi ac compellendi in iſto tertio Volumine reliquas etiam Gallias vniuerſas. Hæc cùm ita præſtare cogitarim, Sedes illas in manuſcripto diſpoſitas Prælo commiſi ac ſubieci annis 1624. & 25. Cùm verò ad fines Arelatenſium cuneus perueniſſet: en appulit nuncius alius ad aures clamitans & aſſerens, quòd D. Robertus quaſi è ſomnò expergefactus, ſuas vigilias ex profeſſo edit in lucem. Vnde opinandum venit, quòd liber alter, quatenus ex renunciatis præceſſerat, verè fuerat labor peculiaris Chenutij, qui paulò antea exitum & ſcopum vltimum attigerit. Miratus ego recepti huius moniti, vacare iuſſi Prælum meum per biennium aut ſupra, & Typographo locum ac tempus vſurpante pro aliis ſuis edendis libellis, ſcripſi his terve ad eundem Robertum amicum: is ad me toties Epiſtolas miſit anno 1626. nuper elapſo, liberè nunciauit ſuas operas Lutetiæ typo conceſſas & inchoatas, aut in Prælo ad medium perductas iam à menſe Septembri anni 1625. quibus ſcriptis titulus eſſet, *Gallia Chriſtiana in tres parteis diſtributa, Archiepiſcopos, Epiſcopos & Abbates.* Obtulit volumen ad nos duntaxat mittendum, quando exiret è typo reſcriptum, cunctis promulgatum, nec maturiùs poſſe, ſicut mihi tamen fuerat in votis priùs alioqui vel confeſtim obtigiſſe, quia vrgebat meum propoſitum, dum fidem publicam congregato toti Clero Prouinciæ Lugdunenſis dederam ac longiùs, ſcilicet totum qualecunque aſſertum officinæ quàm primùm tradendi ac palam emittendi. Quæ Prouincia rem eiuſmodi ſuis quaſi præſidiis conflatam, aut incrementis conceſſis ditatam iure quàm primùm expetere videbatur. Recepi verò tandem id ingens Volumen menſe Augusti: totum ferè intra octomeſtre tempus, dum hæc ſcribo & palam dicare geſtio, diligenter perlegi & variam epitomen inde coëgi, additis rebus innumeris. Tum, ſingula in optimum ordinem redigens breui vltra ſeptem primæuos Archipræſulatus ſuprà conuocatos, reliquas alias inſequuturas Galliarum Sedes octo Archiepiſcopales exornare aggreſſus ſum, vbi ſingula Præſulum nomina temporáque quotquot ſupererãt, manu cõpegi, accuratè vnà cum Roberti pagellis collata, inſuper multa adiiciendo & omittendo pleraque ex dictatis à ſe, ne eadem fruſtrà in memoriam reduceremus, niſi quoties explicatio appoſitorum ab ipſo occurrerit: nimirum in Prouinciis Aquenſi, Ebredunenſi, Narbonenſi, Toloſana, triplici Aquitanica, & vna Belgica, cunctis Gallicanis, quas hactenus iam abſoluimus anno hoc inchoante 1627.

Alius Scriba concomitans in hoc themate.

§. 4.

Sed dum id ſeptenarium iam editum cum reſiduo octonario Manuſcripto in vnum colligere exiſtimaui; accidit quòd vniuerſum coadunatum volumen agnitum eſt nimis denſum, aut multò maius quàm ferat rectitudo vel commodior vſus. Hinc viri egregiè docti & ritè verſati Bibliopolæ cenſuerunt poſteriores octo præfatos Archipræſules cum Roberto emenſos,

Diſtributio Epiſcoporũ Galliarum in duos Tomos.

ſos,

ſos, eſſe cunctos poſthac ſeorsũ in lucem edendos:& ſeptẽ anteriores cũ Chenutio adactos, ac impreſſos etiam fore meo calamo renouandos, ac perinde cum Roberto pariter apprimè conferendos. Quam itaque methodum tetinere apud me conſtitui. Noli ergo obſtupeſcere, aut aliqua admiratione duci, ingenue Lector, eò quòd hic iſtas meas tertiæ partis chartulas, hac ſaltem vice, quaſi mutilas do. Etenim, vel etiam teuerâ ab exordio conceperam Prouinciæ Lugdunenſi, quæ mihi præcipuè in oculis erat, annectere ſulitariam eius Primatiam, certè finiundam ſub Meldenſis Epiſcopatus tabula, Archiepiſcopatui Senonenſi, ſeu mox Pariſienſi addicta. Neque præterea illi termino conſequenter miniſtraſſem, aut adiunxiſſem Viennenſem & Arelatenſem, Prouincias alterius longè regionis, vel diſtributionis Galliatum extra Celtas Boreales: niſi quando Viennenſes & Arelatenſes catalogi Prælo ſubderentur ante biennium, etſi in priuatis Bibliopolæ cellulis aſſeruarentur, tum ſpes aderat, ante auditum Roberti volumen, ſcitè aggregandi omnem illam ſimul congeriem, & alias quoque Galliarum Primatias exprimendi. At dum cœpi in Robertum animaduertere, & eum eo perſequi, aut ſcriptis dirigere meum opus ab Aquenſi meo Archipræſulatu nondum edito, ſeu ab Ebredunenſi, ac ſex reliquis denominatis ad Belgas vſque cum ſingulis horum ſuffraganeis: ſanè Prælum mediâ viâ defuiſſet, libri iſtius ſumma in immenſum ſuccreuiſſet, diuturnior Bibliopolæ renuentis, & lucrum expectantis mora tædium multum ei iam attulerat, nec modeſtè licebat reliquas ita ruptas & imperfectas tractatuum portiones ad tomum alterum diuertere, & ſermonem de Roberto eiúſque amplitudine, in duo membra, ſeu volumina turpiter amputare, aut imprudenter in iiſdem chartis nectere, cum ſeptem editis primis Archiepiſcopatibus, qui de ipſo Roberto adhuc nihil loquuntur, aut non tam citò ante triennium reminiſci de eodem poterant. Illos ergo tomos demum aduerti inito conſilio ſecandos. Sic eruditi rectiùs mecum decernere haud dubitarunt: vt deinceps vniuerſi, quos de eodem Roberto diſcurſus cum noſtro miſcere intendimus, vnicum ſegregatum Tomum nunquam rurſus diuidendum componant & efficiant. Cui ex conſequenti ſumus adhibituri præmiſſos tomis 1. & 2. Catalogos Lugdunenſem & Maticenſem, ad breuem quaſi ſummam redactos, aut tum etiam primos editos Archiepiſcopatus refecturi ac inſtauraturi, cum mixtis circa tales Roberti periodis, & aliis per nos recèns ibi textibus ſubiiciendis; ne quid ampliùs deſit perficiendum, ſed omnia cumulatiſſimè habeat futurum id alterum Opus Epiſcopale. Hoc tibi ingenuè pollicemur (candide Lector) intra annum & ſemiſſem h annor 67. cum med.
præſtiturum, ſi Deus Opt. Max. me ſenem [h] tueri dignetur incolumem.

§. 3.

Tertius Tomus alius futurus de cæteris Epiſcopis Orbis Chriſtiani.

Ad hunc præterea ſpondendi modum, velim præmaturè tibi quoque perſuadeas ac ſperes, me citra præfatum Epiſcoporum omnium Gallicanorum Codicem, etiam emiſſurum poſtea diſtinctum Tomum, alium equidem tertium Epiſcopalem: videlicet de reliquis totius orbis Chriſtiani Præſulibus, ſanè per ſua quoque ſecula nominatis ſub vnaquaque pariter Pontificali extranea & chronologica, vt alibi, ſerie iam conſtitutis à nobis & in poſterum dietim adiungendis. Ex quibus mox ab initio dudum in diſpoſitis noſtris Manuſcriptis collectas interim aſſeruamus plureis Tabellas, etiam maxima ex parte prolixas: vt pote in centum viginti octo Catalogis vel ciuitatibus Italicis, in pluſquàm ſeptuaginta Hiſpanicis, in quindecim aliis Regni Siciliæ, in decem Epiſcopiis ſaltem Calabriæ, in Sedibus octoginta duabus Græciæ, in quinquaginta tribus Aſiæ minoris, ac ſeorſum in triginta duabus omnino Angliæ. Cæteræ verò Epiſcopales Cathedræ, quæ ſupererunt erigendæ, numerabuntur in Scotia, Hibernia, Germania, reliqua Aſia, vniuerſaque Africa. Pro quibus ad vnguem firmandis intra paucos menſes aut annos, habemus collectos ex antiquis Authoribus minutos autographos. Labores igitur præſentis munuſculi lubenti animo accipe, Lector beneuole: & fruere Opellâ fœliciter, dum expectabis duplicata vtilioráque promiſſa.

INDEX

INDEX EPISCOPATVVM TERTII HVIVS VOLVMINIS, SEV PRIMATIÆ LVGDVNENSIS in ſola Gallia Celtica, & paucorum vlteriùs ad calcem ſuppoſitorum apud Allobrogos, omnes ordine Alphabetico.

A

Abrincatenſes Epiſcopi. pa. 81
Andegauenſes Epiſc. 56
Antiſſiodorenſes Epiſc. 119
Arelatenſes Archiep. Allobr. 299
Aurelianenſes Epiſc. 161

B

Baiocenſes Epiſc. 23
Briocenſes Epiſc. 90

C

Cabilonenſes Epiſc. 9
Carnotenſes Epiſc. 175
Cœnomanenſes Epiſc. 50
Conſtantienſes Epiſc. 38
Coriſopitenſes Epiſc. 82

D

Dienſes Epiſc. 214
Dolenſes Epiſc. 99

E

Ebroicenſes Epiſc. 36
Eduenſes Epiſc. 1

G

Geneuenſes Epiſc. Allobr. 215
Gratianopolitani Epiſc. Allob. 207

L

Leonenſes Epiſc. 84
Lexouienſes Epiſc. 33
Lingonenſes Epiſc. 5

M

Maclouienſes Epiſc. 95
Maſſilienſes Epiſc. Allobr. 235
Maurianenſes Epiſc. Allob. 218
Meldenſes Epiſc. 185

N

Nannetenſes Epiſc. 70
Niuernenſes Epiſc. 130

P

Pariſienſes Epiſcopi ſeu Archiepiſcopi. 418

R

Redonenſes Epiſc. 64
Rothomagenſes Archiepiſc. 16

S

Sagienſes Epiſc. 35
Senonenſes Archiepiſc. 106

T

Trecenſes Epiſc. 139
Trecorenſes Epiſc. 86
Turonenſes Archiepiſc. 41

V

Valentinenſes Epiſc. Allobr. 210
Venetenſes Epiſc. 77
Viennenſes Archiep. Allobr. 194
Viuarienſes Epiſc. Allobr. 56

SERIES

SERIES CHRONOLOGICA

EPISCOPORVM AVGVSTODVNENSIVM SEV EDVENSIVM, PRIMÆ SEDIS SVFFRAganeæ Lugdunenſis Archiepiſcopatus Galliarum Primatus, aut Galliæ potiſſimùm Celticæ.

TERTIVS ISTIC EPISCOPATVS.

1. SANCTVS Andochius agnoſcitur Apoſtolus ſeu primus Epiſc. Eduę; ſic nuncupatus in Bibliot. Clun.[a] Vnde hæc narrat Baron. in Martyrol.[b] *Auguſtoduni natalis SS. Martyrũ Andochij Presb. Thyrſi Diaconi & Felicis, qui à B. Polycarpo Smyrnenſi Epiſc. directi ad docendam Galliam, ibid. flagellis cæſi, totáq; die inuerſi manibus ſuſpenſi, & in ignem miſſi, nec combuſti, tandem vectib. eorum colla ſtriuntur.* Ergo creditur ipſe Antiſtes loci ad an. 146. Petr. de Natalib.[c] Feſt. 24. Sept.

a col. 1160.
b 24. Sept.
c Li. 8. c. 116

2. S. Amator I. ſi putetur diſcipulus S. Dionyſ. Areopag. I. Epiſc. Pariſienſis, indéq; Epiſcopus II. Auguſtodunenſis, vt fama eſt, de quo omnes textus Martyrol.[d] pro Hedua ad an. 160. nõ eſt certè quòd tardiùs dicat * Baron. *Fortaſſis ille fuit, qui S. Siluerium Papã exulem Martyrem literis eſt cõſolatus*[*] quia profectò is ſolus eius nominis Syluerius Ro. ſedit dũtaxat ab an. 536. Ergo Amator illuxit vir tãtę vocis, qui *famulus Virginis matris & nutritius Chriſti ad Gall. trãsfretauit, eremũ petẽs*[e]: & ideo ad curam paſtoralem ibi vocatus eſt, idololatriam detergens. Eſtque primus ſolũmodò, cuius ad præſentem locũ meminerint Chenutius atque Robertus. Feſtum dict. 26. Nou.

d 26. Nou.
* an. 536.
e Rob. de Monte in Supplem Sigiberti ſub an. 1171.

3. S. Reuerianus Epiſc. Auguſt. Martyr ſub Aureliano Principe cum aliis 11. an. 273. ex Baronio in Annalibus nu. 9. & Martyrologio 1. Iunij. Nec alibi hactenus legitur.

4. Martinus prædicatur muta traditione 4. ſub hoc ordine, tamen abſque ſeculi nota. Eſto ad ann. 300. &c.

5. S. Rethicius Demochari, vel Rethicus Ioan. Chenu, vel tandem Riticius nobiliſs. apud S. Gregor. Turonenſem[f], ex Baronio ſedebat an. 313. qui eum vocat Rheticium. Is interfuit Concilio 2. Arelatenſi an. 314. ex eodem Baro. vel certè an. 320. de quo S. Hieronymus[g], aut tandem an. 226. ex Conciliorum Tomis Coloniæ editorum.

f de Gloria Confeſſ. c. 75.
g Epiſt. 5 ad Florentiam.

6. S. Caſſianus antecedit duos ſequaces ex præfato Gregorio[h], qui eũ illis priorem nominat, & appellat *Sacerdotem magnum in ſepulchro mirabilẽ* ſub iſta ferie: quantumuis Demochares & Chenutius hunc ipſis vnico verbo ſubſtituant. Adeóq; ſedit Heduę ad an. 330. Feſt. S. Aug.

h ca. 74. & 75.

7 Egemonius, quem prætereiêre Democh. & Chenũ, diſertè à D. Greg. Turonenſ. inſignitur[i] Cathedræ ſeſſor poſt Caſſianum, Simplicij anteceſſor. Proptereáque ſub an. 340. Moſander quoque in Surio[k].

i ca. 75 76.
k 24 Iun pa. 325, edit. 1617.

8. S. Simplicius I. *de ſtirpe nobili*, hunc occupat locum, &c. (ait Gregor. cit.[l]) quem duo præfati Authores minus ritè prætulerant Caſſiano, & adſtitit Prouinciali Synodo Coloniæ Agrippinæ an. 346. teſte Baron. Aliis dictus Simplicianus. Ac obiit 24. Iunij[m]. Tunc S. Symphorianus Martyr Eduenſis[n].

l ca 76.
m an. 354.
n 41. Auguſt.

9. Deſiderius, 10. Igomonus.
11. S. Pigmenius, non in Martyrologio. 12. Simplicius II.
13. Enunthius Demochari, & Enenchius Chenutio.
14. Leontius aliunde.

Hi ſex Antiſtites ſola traditione ſimplicíq; nomine tales ſub hac coordinatione: nec alibi leguntur anni eorundem.

15. S. Euphonius apud Democh. & Euphronius ſimplici vocula apud Iureconſultum: ex ampliore autem Greg. Turonico Eufronius[o], coætaneus S. Sidonio Apollinari Claromontano Antiſtiti[p], ad ann. 475. Feſtum 3. Auguſti in Martyrol. Rom.

o Li. 4 ca 25.
p li. 7 Epiſt. 8. & 9. Ep. 2.

16. Attalus à præfatis duobus Tabulariis planè omiſſus: ſed notus & celebris Heduæ Pontifex

præconio Sidonij denuo Apollinaris, hac periodo. *Sidonius Attalo ſuo. Heduæ ciuitati præſidere cœpiſſe cum gaudio accepi,&c.* Ergo hunc debet ordinem poſſidere Authori ſynchronum.

17. S.Pragmatius in Concilio Epaunenſi,an.492.509.517.& 527.Feſtum 22. Nouembris.

18. S.Proculus I.ſimplex Martyr Heduæ ex Vſuardo,Molano,& Baronio,in Martyrol.4.Nouemb.Attamen Demochares & ſocius Patronus eum efficiunt ibid. Epiſc. neſcio quo argumento.Eſto per veterem traditionem.Cuius certè vi S.Symphorianus Martyr præmiſſus poſſet etiam dici Epiſcopus loci.

19. Valeolus }
20. Proculus II. } Quibus duobus ſola traditio locum tribuit ſine Data.

21. S.Racho;ſic equidem loquuntur præmiſſi duo aſſueti Catalogorum ſcriptores,nomine tenus abſq; ſeculo.Sed vetus Breuiarium Dienſis apud Allobrogos Diœceſis q ad me allatū hunc vocitat S.Rochum Eduenſem Epiſc. At Volumen ei tribuit Nectariū ſucceſſorem proximum(nos infrà aliter)contemporaneum S.Germ.Pariſ. Epiſcopo, morienti an. 578.r Vnde concluditur S.Rochum ſediſſe ad ann. 530. Qua de re in libro noſtro de Sanctis Nec adhuc occupat Martyrologium. [q fol.377. nouem lectionum Matutinal.16. Auguſt. r 27.Maii. s To.3.ca.72.ar.7.pa.2505.]

22. S.Agripinus in Conciliis Aurelianenſ. 2.& 3.ad an. 537.ac 540. ordinauítque in Diaconum S.Germanum Auguſtodunēſem, poſtea factum alibi Epiſcopū,vt ſuprà. Etſi verò alij duo Tabularij Agripinum infrà deprimant: tamen genuinum eius chronicum nos cogit eum ſic attollere,admittente Demochare circa Nectarium ſequentem. Nec dum obtinet locum in Martyrologio Romano.

23. Nectaſius ſeu Nectarius in vita præfati Germani conſpicuus, ſedit ab an. 545. Interfuit Concilio 5. Aurelianenſi,an.552.

24. S.Siagrius frater Reginæ Brunichildis,in Conc.1.Cabilonenſi,an.582.in Pariſ.2. tū Matiſconenſi 1.an.558.& 576. Ac demū ſtetit in Lugd.non 1.ex vulgi ſententia, ſed in 4.vtique Prouinciali,necnō in 5.ibidem,ſub.an.570.585.586.Feſtum 27.Aug. Tardiùs verò ſedit apud alios.Nam Baronius recordatur ipſius ſub an.587.in Annalib.nu.28.deinde ann. 596.nu.10.Sed miror quomodo Bibliot.Cluniacenſis promat vnum Siagrium Antiſtitem Auguſtodunenſem,qui an.877. ſuaſerit Armentario 38.Epiſc.Antiſſiodorenſi, vt Turonēſibus remitteret S.Martini quondam horū Præſulis venerabiles Reliquias,cùm alius nullus aſſerat ſediſſe Auguſtoduni duos Siagrios,vt neq; Author voluminis loquitur de duplici eo loco. Atq; profectò iſte poſterior incurrat Adalgarij Eduenſis annos infrà nu. 46. De eius Synodo vide Articulum 12.Niuernenſem.

25. Eupardus }
26. Remigius } Aliud nihil quàm hæc priſca tradita ſeries amborum.

27. Leſaſtus ſolitaria appellatione.

28. Rachnacarius an.1616.&c.ex Beda,& Baronio in noſtris Lugd.nu.39.1.

29. Auſpicius , ex Flodoardo Epiſc. Auguſtodunenſis in Prouinciali Concilio Remenſi, ad ann. 616 & 632. fortè ex aliis etiam vſque ad 640.vide in Lugdunenſ. Nu.39. §. 3.

30. Flauignianus Demochari,Flauinianus Ioan.Chenu:ſed melius S.Flauinianus apud Baronium in Martyrologio 23.Auguſti,anno incerto ſub hoc ordine.

31. Odolricus Demochari,ſeu Oldolricus Iuriſconſulto,orbatus ſcrupulo temporis.

32. Ferreolus Epiſc.Eduenſ.in Concilio 3. Cabilonenſi anno 650. ex Iacobo de Brueler,vel celebrato ad an.658.& Tomo 3.Conciliorum ; aut denique an. 662. ex Baronio. Atque eſt quidem primum ibidem : at tertium ex noſtra Chronologia Lugdunenſi t. [t Nu. 44.§.1.2.]

33. Leodegarius in Articulo 31.Pariſienſi conſtituitur,ex incidente mixtus. Is quippe Martyr fuerat ab Ebroino interfectus an.682.ex Sigiberti Chronico . vel melius anno 685.ex recentiore Tillio. Feſtum 2.Octobris ex Martyrologio.

34. Erminarius apud Democharem & Patronum Chenu ſtatuitur quidem poſt Leodegarium interiecto Proiecto:verùm Gazetius eum facit ſucceſſiſſe Leodegario ad ann. 690.

35. Proiectus eſt is qui nunc apparet hoc ſitu.

36. Aubertus. 37. Vaſconus. }
38. Amator II.39. Reginaldus I. } Hiſce octo Epiſcopis deſiderantur Anniuerſaria.
40. Martinus II.41. Aldericus. }
42. Modoinus.43. Artheus. }

44. *Ionas*. Hoc ſolùm Tabularij. Sed ex Flodoardo * ſuffragatus eſt 15. in Concilio Sueſſionenſi an.853.teſte etiam Baronio Num.2.qui eum quoque ſtatuit ſub anno 859.Nu.31. & ſub anno 996. Nu.40.ac 52. [* Li.3.ca.14. fol.141.]

45. *Lindo*. Id duntaxat ſecundum præfatos.Verùm apud Baronium vocatur Liudo Eduorum Epiſcopus,qui Synodo Trecenſi interfuerat anno 867.Nu.23.

46. *Adalgarius*,ſub nomine *Adalgarus* ſuffragabatur in Concilio Pontigonenſi, an. 876.per

nos

nos reperto in priſcis M.S. atque Baronio. Qui vir ſolo vocis tinnitu apud Democharem ſcribitur *Aldegarius*, & in Chenutio *Adalganus*. Tunc Romæ miſſus à Carolo Caluo Imperatore ex Baronio Nu. 29. 30. Vide Num. 24. alium Siagrium 2. hic fortè deberi: de quo nos ſub Artic. 24.

47. Vato ſeu Valo. } Bini erumpentes apud veteres ſine diario.
48. Eruchus. }

49. Rothimundus Demochari, & Rotimondus Chenutio. Hoc ſolùm ipſi. Verùm is conſecrauit Aymardum 3. Abbatem Cluniacenſem an. 944. Turonibus moriente S. Odone Abbate, ex Bibliotheca Cluniacenſi col. 1618.

50. Geraldus, ita breuis.

51. Galtherus ſeu Vualterius, ad an. 1020. Chiffletius in 23. Viſontionenſi pa. 137.

52. Heliminus apud ſolitos duos authores, vel Heluinus alibi ex noſtris variis alibi lectionib.

53. Hagano ex Chenutio interfuit inaugurationi Regis Philippi I.[x] Hoc ſolùm ipſe. Verùm legimus quòd ſedit vlteriùs plus quàm decennio pòſt, nimirum temporibus Drogonis & [x] an. 1062. Landrici Epiſcoporum Matiſconenſium, ſub annis 1072.[y] & 1087.[z] Atque prætereà eſt is fortè qui dicitur Agino in Epiſtola Gregorij 7. PP. pro Chronologia Celtica ſub Rodulpho Epiſc. Maticenſi 38.[a] Teſtis donorum Philippi I. Regis ad S. Martinum de Campis [b]. [y] Nu. 37. 5. 6. [z] Nu. 39. §. 9.

54. Hilueus ſeu Helueus fideli ſucceſſione hauſtus & traditus hactenus. [a] an. 1073.

55. Merigaldus. Hoc duntaxat alij. Sed is fortè eſt qui nuncupatur Horigandus ſeu Origandus cum Reginaldo & Beraldo Matiſconenſibus Epiſcopis an. IV. Aut certè alius ignotus erit. Vide in Maticenſi Tom. nu. 40. §. 5. 75. & vide in Lugd. Nu. 71. §. 1. ac Nu. 74 §. 4. fin.

56. Stephanus præſens Concilio 2. Trenolchiano ad an. 1117. De eo ſcripſit Petrus venerabilis Abbas Cluniacenſ. coætaneus [c]. [b] Pariſiis an. 1078. in Bibliot. Clun. 528.

57. Robertus. [c] in Bibliot. Clun. col. 887.

58. Humbertus.

59. Henonus ſeu Henoinus.

60. Stephanus II.

61. Galterus II. militans contra Saracenos an. 1217.

62. Guido annua reuolutione carens.

63. Anſellus Demochari, vel Anſelmus Ioanni Chenu, ſedebat anno 1250. teſte Charta

64. Geraldus II.

ipſius pro Eccleſia de Similay. Hoc adiicimus ex Bibliotheca Cluniacenſi [d]. [d] col. 1518. menſe Martio.

65. Iacobus I.

66. Hugo an. 1290.

67. Bartholomæus,

Helias, ſecundum nonnullos.

68. Petrus I. Bertrandi eruditiſſimus antea Præſul 78. Niuernenſis, deinde tranſlatus ad hanc Sedem circa annum 1326. doctiſſimè confutauit Articulos 66. Petri Cugnerij Regij Officiarij aduerſus Eccleſiaſticam poteſtatem militantes, eo orante ſub an. 1329.* coram Rege Philip. 6. Valeſio, qui demum Eccleſiam tuitus eſt. Legi impreſſas vtrinque quæſtiones. Poſtea fundauit Edueńſe Collegium Pariſiis an. 1341. fundatione cōprobata à Benedicto Papa XI. dicto 12.[e] Et circa id tempus ipſe creatus eſt Presbyter Cardinalis tituli S. Clementis, moriens anno 1349. ſepultus in Monaſterio Cæleſtinorum *de Monte alto*, cuius fuerat fundator; vt loquitur Chennutius [f], qui iunxit hunc Petrum extitiſſe ſecularē Ioan. Papæ 22. proximo anteceſſori ipſius Benedicti. Sed à quo ſcriptore primigeneo talia ſuſceperit, is minimè aperit. Si ab Onuphrio remotiore, ſaltem recentior Ciaconius, qui eum copioſiùs deinceps reperit, & alia plura adiicit atq; penetrat, non fatur de illo tit. S. Clementis; ſed duntaxat inter Cardinales decedentes ſub Ioa. 22. dicitur ab eodem propiùs ad inſtituti præſentis thema: *Bertrandus de Gerarno Presb. Card. tit. S. Clementis, obiit Auenione, ſepultus ad Minores* [g]. Verùm eiuſmodi phraſis eſt alterius perſonę circunſtantia à noſtro Petro. Hoc verò totum allegamus, vt moneamus, ne quis legendo in Ciaconio aliquem Petrum Bertrandi Card. tit. S. Suſannę, ſepultum in quodam Monaſterio Cæleſtiniano, putet eſſe eundem qui ſuprà. Etenim cernetis circunferri, alium huic conſanguineū inferiorem ſeu paulò tardiorem ex nu. 79. Niuernenſi. Stat igitur verus ſeorſum Petrus Bernardus I.

* à 7. Decē vſque ad 29.
[e] Bulla data Auenioni 2. Idus Sept. an. 5. imò 6. Sedis.
[f] pa. 251. in Niuernenſib.
[g] Ciac. pag. 702.

69. Ioannes. Sic tantum illi duo muti, quem ipſi citra verū poſtponunt Petro mox adſequenti. Sed eſt is cui cognomen fuerat de Arce, aliis de Arceis vel Arceriis, antea Mimatenſis Antiſtes an. 1331. vbi Chenutius eum fatetur: deinde Edueńſis, ſed primū Lingonēſis Epiſc. ad an. 1342. Etiam probabiliùs idem erat, qui in Martyrologio Rom. appellatur ſanctus Ioa. Epiſcopus Auguſtodunenſis 29. Octob. Nam cōmentator Baron. perſonam ad iſtū refert.

S

SAbaudiæ Comites. 143.p.168.p.169.m. 170.f.171.f.172.m.175.f.186.m.187.f. 188.f.192.p.194.f.197.p. tractantes cum Eccleſia Matiſc. 177
Sacerdos S.Archiep.Lugdun. 12.f.
Sacerdores additi Choro Matiſc. 156
Sacrificium altaris quid ſit. 12.f. Vide *Miſſam.*
Sacriſtæ portiones.209.f.Eius officia. 169.m. 170.p.Et alia. 177 m.
Sacriſtia Eccleſiæ Belliiocenſis vnita cum Parœciali. 170.175.m
Salornacum villula & caſtrum in Diœceſi Matiſcon.79.p.82.f.83.f.84.m.85.p.m. 90 m.92 m.94.m.99.p.126.p.
Salornayorum familia. 176.f.
Saluinus S. Epiſcop. Matiſconenſ. 4. Alius. ibid.f.
Sanciacum oppidulum in Diœceſi Matiſconenſi. 67.f.70.p.79.p.84.p.85.m.90.m. 98.p.
San-iamgulphum oppidulum Eccleſiæ Matiſconen.conceſſum.27.m.Aliter. 76.f
Sancti Imiterij pagus vulgò *S.Itere*,ad Eccleſiam Matiſc.pertinens. 39.m.
Sancti in cœlo orant pro animabus Purgatorij. 132
Sancti Iuliani oppidulum in Diœceſi Matiſc. 67.m.107.f.131.m.139.p.141 f.
San-Iulianus Author.4.p.f. 5.p. 43.f.72.p.77 m. 78.p. 81.p .90.p. 100.101. 103.p. 104 m.105.p.110.p.119.m.121.f.129.f.133.m. 140.m.141.m.145.m.148.f.153.p.154.m. 155.m.160.m.165.m.167.m.168.p.169.m. 175.p.177.p. 181.f.186.p.188. m. 189.m. 190.p.195.p.196.m.211.218.219.p.225.f. 229.p.f.
San-Martinum oppidulum Eccleſiæ Matiſc. conceſſum. 27.m.41.p.47.m.79.m.
San-Mauricium Eccleſia & pagus in Diœceſi Matiſcon. 84.m.165.m.174.p. 194.m.
Sancti Triuerij Caſtrum in Breſſia Gallicana. 160.p.177.p.
Sancti Triuerij duo Dynaſtæ diuerſæ ſtirpis. 188.f.
Sauſſæus Auctor. 230.m.
Sarciacum oppidulum in Dioceſi Matiſcon. 97.f.
Sarraceni in Iudæa & Hiſpania. 118
Satoniacum villula in Diœceſi Matiſc.64.m. 67.f.129.m.
Sauigniacum Parœcia in Diœceſi Matiſcon. 197.m.198.p.
Sciurus animal per miraculum ſaluus. 197
Sebo Princeps & eius Teſtamentum. 68.f.69 p.Ipſius filij. ibid.
Seguinus Epiſc.Matiſc. 160.165
Seminarium Clericorum Matiſconi. 150
Senectiacum oppidulum in Diœceſi Matiſc. pertinens ad Abbatiam Cluniac. 69.m.
Sententia lata in hoſtes Eccleſiæ Matiſconen. 172.173
Scociolæ oppidulum in Diœceſi Matiſconenſi pertinens ad Abbatiam Cluniacenſem. 69.m.
Sepulturæ Eccleſiaſticæ apud Tiſiacum. 208 209
Siagrius S.Epiſcopus Heduenſis. 3.p.
Siccardus Toloſæ Præfectus. 163.f.164.p.
Sieuert Matiſconi nobilis. 56
Sicilia regio. 2
Sigilla antiqua authentica qualia. 151.156
Siluiniacum oppidulum in Diœceſi Matiſconenſi. 9.f.
Simonia quando commiſſa aut non. 96
Sixtus IV.Papa. 198.m.199.m.202.p. 204.p.
Sixtus V.Papa. 165.f.204.m.217.f.241.f.
Solognacum villula in Diœceſi Matiſconen. 67.f.
Soſipater Epiſc. 21.m.
Sother Papa. 9.m.
Sotus Author. 203
Stallum in Eccleſia Matiſ.. quid ſit. 204.p.
Stephanus de Balgiaco Epiſcopus Matiſcon. 142.145
Stephanus II.Epiſc.Matiſc.197. Eius familia. ibid.200.f.Obitus ipſius. 208
Stephanus III.Epiſc.Matiſc. 211.214
Stephanus Epiſcopus Claromontanus.107.f.
Stoeflerus Author. 212.m.
Surius Author. 1.p.108.m.148.p.
Syluester S. Papa. 9.m.
Syluester Author. 203.p.204.p.205.m.
Symmachus Papa. 10.f.

T

TAlairandus Epiſc. Alban. Legatus Apoſtolicus. 180.m.
Taſiacum ſiue Taiſiacum oppidulum in diœceſi Matiſc. 52.f.79.m.92.f.
Teleſphorus S.Papa. 9.m.17.m.
Teloneum pro Epiſcopo Matiſcon. 32.38. & pro aliis. 159.p.174
Templarij Pariſienſes. 174.p.
Teotelinus Epiſcopus Matiſcon. 72
Terra Sancta.132.133. Bellum ſacrum in ea. 139.f.
Tertullianus Author. 19.f.17.m.
Theobaldus Epiſcopus Cabilon. 166. f. eius Teſtamentum. ibid.
Theobaldus Epiſcopus Matiſcon.192. factus deinde Archiepiſcopus Viennen.& Biſuntin.163.194.p.Eius familia. 193
Theophilactus Beatus Doctor. 89.p.

Tho

Thomas S. Archiep. Cantuar. 139.m.152.p.

Thomas S. Author. 17.f.132.m.161.f.203.p. 204.p

Thomas *Seuert* Canonicus & Officialis Matiſconen. 212.214.22 .p.222.m.223.224.m. Eius obitus. 226. ac Teſtamentum. 227. 233.p.

Tillius Author. 15.f.32.f.46.m.48.m.51.f.69. f.70.f.81.82.m.95.m.114.m.139.f.158.f. 215.f.229.f.239.p.

Tirſus S. Martyr. 4.p.

Tiſiacum oppidum in Diœceſi Matiſ. 208.m.

Tituli antiqui Eccleſiæ Matiſconenſis. 5.p.17. m.25.26.29.m.33.m.37.f.41.m.43.p.45.m 49.m.50.m.52.53.54.m.56.m.60.61.62.p. 65.p.70.73.34.76.78.79.82.83.84.85.86. 90.91.93.94.96.97.103.104.106.f.114. 116.117.123.f.126.f.130.133.m.134.m. 135.137.f.138.139.144.145.146

Titus Epiſc. 21.m.

Tonſura Clericalis & Monachalis eſt credenda fide Catholica. 22

Tonſura ferè ex diuino iure. 21

Toriacum oppidulum in Diœceſi Matiſcon. 67.f

Trenochiani Martyres. 4.p.

Trenolchium vrbs conceſſa Eccleſiæ Matiſconẽſi. 37.f. ibi Abbatia. 46.m.40.p.160.p.

Tullenſis Epiſcopatus. 230.f.

Turiſiacum villula in Dioceſi Matiſcon. 85.f.

V

VAlerius Maximus Author. 125.m.

Valrerius Archiep. Senonen. 51.f.

Varẽna Eccleſia Parœcialis Diœceſis Lugdunenſis inter Bellüocum & Villam-francam. 169.m.

Varennæ vulgò *Varennes* oppidulum in Diœceſi Matiſco. 78.m.85.m.91.p.96.f.186.m.

Vaſcones, ſiue Gaſcones antiqui, quales. 94. 95.96.p.

Vaſco nomen proprium viri. 95.m.

Vchiſiacum Parœcia & Prioratus in Diœceſi Matiſcon. 144.p.

Vela oppidum in Breſſia. 90.f.144.m.175.f.

Verchiſortum oppidulum in Diœceſi Matiſc. 67.m.115.m.120.m.

Veriſeium oppidulum in Diœceſi Matiſcon. 153.m.155.f.173.p.196.m.

Vernolium villula & Caſtrum Diœceſis Matiſcon. 91.f.

Verriacum oppidulum in Diœceſi Matiſcon. 134.m.

Verſiacum oppidulum in Diœceſi Matiſcon. 67.m.71.m.73.p.74.p.85.m.134.m 173.p.

Vexella Caſtrum in Diœceſi Matiſ. 85.f.97.f.

Vicarij Generales Lugdunenſes. 221.222. 223.224.230.m.

Vicarius Generalis Matiſcon. 196.m.

Victores Papæ aliquot. 110.f.115.m.122.p.

Viennenſium Archiep. priuilegia. 27

Vigilius Papa. 4.m.

Vignerius Author. 15.p.

Villa-nona oppidulum in Diœceſi Matiſcon. 146.p.

Villaticius papus Parœcialis in Diœceſi Matiſc. 131.f.

Villarij Archiepiſc. Lugdunen. 148.m.

Villarius Archiepiſcopus Viennenſis. 88.m. 162.m.

Viriacum oppidulum in Diœceſi Matiſc. 67. m.74.f.75.p.f.97.p.

Vincentius S. Martyr Patronus Matiſc. 102.p. f. Et eius Reliquiæ. ibid.

Vinſellæ caſtrum & oppidulum in Diœceſi Matiſcon. 140.p.142.p.

Viſigothi Hæretici in terris Chriſtianis. 94. f.95

Viuentiolus S. Archiepiſcopus Lugdun. 2.p.

Vmbaldus Archiep. Lugdun. 127.m.120.f

Vmbertus Archiepiſcopus Lugdunen. 1 7.p. 108.f.109.f.110.m.111.p.113.f.140.m. 143.f.

Vnio Parœcialis Eccleſiæ ad Canonicatum. 17 .202

Vocontiorum ciuitates. 95.f.

Vibani Papæ plures. 110.114.115.m.118.f.119.m. 134.f.164.m.166.p.172.m.183.m.188.f.190. p.193.m.

Vrintacum Parœcia prope Matiſco. 79.m.85. p.92.f.98.p.

Vrſelinæ Religioſæ Matiſconi. 188.m.250

Vrſpergenſis Abbas Author. 51.f.

Vualterius Albanenſis Epiſc. 121.m.

Vualterius Cabilonenſis Epiſc. 117.m.

Vualterius Epiſcopus Matiſc. 93.97.100.101. 103.125.m.133.f.

Vuarinus Comes Matiſc. 35

Vuarnancharius hæreticus. 170.p.

Vviclefus Hæreticus. 10.f.11.m.

Vuido Comes Matiſc. 36

Vvicardus Epiſc. Matiſc. 28

Vulchardi Belliiocenſes plures. 98

Vuillebertus Catalaunenſis Epiſc. 41.p.

Vulphronus Senonen. Epiſcopus. 135.f.

Finis huius Operis Matiſconenſis.

ADDITA SEORSVM
BREVIOR
CHRONOLOGIA,
AT GENERALISSIMA
RELIQVORVM PENE OMNIVM
ANTISTITVM GALLIÆ CELTICÆ, SEV
INTEGERRIMI PRIMATVS
LVGDVNENSIS.

QVANTA EXACTIOR E' REMOTIORIBVS HABERI
potuit in rerum præſentium ſtatu.

SEDIBVS QVIBVSQVE EPISCOPALIBVS PER SVOS
Archiepiſcopatus ſeu Metropolitas ordine diſtributis.

TERTIVS, SEV VLTIMVS OMNINO TOMVS INGENTIS
huius tripertiti Voluminis.

Authore IACOBO SEVERTIO *Pariſienſi Theologo.*

ILLVSTRISSIMIS
IVXTA ET

REVERENDISSIMIS DOMINIS, DOMINIS ARCHIPRÆSVLIBVS, ALIISQVE EPISCOPIS, AVT

delectis Arbitris Eccleſiæ Gallicanæ, in Generaliſſimo totius Cleri Franciæ Cœtu conuocatis Lutetiæ, ſuorum Capitulorum nominibus, &c.

QVòd veſtris excellentiis tertiam hanc præcipuam ſeu poſtremam Operis ingentis partem ſubmitto atque deuoueo (Patres ampliſſimi) multi ſunt illices, incentiuæ permultæ. Ante quadriennium veſtræ auguſtiſſimæ omnium coronæ dicaram libentiſſimè meas ſacrorum Bibliorum Anacriſes; cui officio conſtans ego, deuotus & procliuis benéque animatus in veſtras cunctorum ac vniuerſi Corporis Reuerentias, perſeuerandum eſſe duxi. Inde conſequenti penè iure videor nunc vos poſſe præſentem à me voluminis huiuſce offerendi præſtationem meritò poſcere, in qua nimirum profiteor communem Eccleſiæ nationalis cauſam celebrare, tueri atque defendere, certè hanc ipſam vltrò aduersùm me ſententiam fero lubens in veſtri gratiam, dum bonam media ſaltem parte Regionum vel Sedium Epiſcopalium ſceptri Gallici latitudinē ſingulis veſtris ac prædeceſſorum Antiſtitū nominibus altiore quaſi tono decantatis exornē, & ſummo deſiderio conſcribere ſemper expetiuerim pro diuini Numinis & viſibilis Eccleſiæ gloria, in protegenda ac oſtentanda perenni ſucceſſionis Præſulum ſcaturigine, fluxu & ordine hactenus in hoſtes fidei oppoſitum emitentes, homines deuios breui meta, ex vna abhinc nocte emerſos, qui vetera continua ſuæ prætenſæ antiquitatis ac ſeminis vada decurrentia nequeunt prorſus deſignare, quia his perpetuò aſſutis orbantur nexibus præclaris. Hæc, inquam, prima eius generis munuſcula vobis illuſtriſsimis Optimatibus magna cum pietatis fiducia offero, alia potiora amplioráque expectaturus, etiam breui veſtræ ſublimitati proferenda, in recenſendis latiùs poſthac omnium Galliarum nullo dempto Epiſcopis, ſi queam, inchoaturus à priſcis ad hodiernos vſque exactiùs multò quàm mox ferat data medietas, tametſi ſuo pondere valitura: qualia noua iā nunc tertio loco futura veſtris quoque celſitudinibus polliceor, & quandóque præſtandum ſpondeo, ſi Deus Opt. Max. ingenium & vitam dederit ad hoc idoneā, veſtri ac boni publici causâ. Quoſnam enim alios præſtantiores mearum lucubrationum tutores ac patronos optare & ſeligere mihi licet aut competit? Quales opportuniùs, decentiùs, ſalubriùs, quàm illud optabile ſacratiſſimum veſtrum Corpus? Quàm vos qui eſtis iſtud clariſsimum ſolare lumen, caput & oculus Galliarum omnium: quorum ſplendor eximius illuſtrat vniuerſum penè orbem Chriſtianiſsimum? Ego aliter præſtitiſſe, aut aliò intendiſſe nec debui nec volui. Me & mea qualiacunque ipſis veſtrarum dignitatum apicibus lubens & religiosè mancipo, deuoueo, trado. Quippe geritis columnas, culmina & fundamentum Eccleſiæ ſceptri Gallici, animorúmque paſcendorum,

quorum manus in Sacerdotio conſecratæ ſunt, *vt inſeruiant* (*ait quondam in Leuitico*
rerum Conditor a.) *Per manus præclara geſta operáque intelligo, quia in dies ex effectis ſingu-* a Cap. 21. v. 10.
lari Chriſti dono manifeſtatis deificum veſtrum Epiſcopale nomen operis eſſe magis
quàm honoris (*vt loqui ſueuit D. Auguſtinus b.*) *Suſcipite ergo* (*Patres clariſſimi*) *hos* b Habetur in
hilari quo vultu à me proferuntur, ex charitate floſculos, donec alij integerrimi longiúſque Decretis 8. q. 1. Can.
conſperſi flores in hoc etiam rerum argumento collecti, c & exculti appareant, ſuccedant & Qui Epiſcoporum.
ſecundent. Atque dum iugiter interea pro veſtra incolumi omnium ſoſpitate in cælum ſup- c In Prologo
plex adſpiro, proſperè in CHRISTO IESV *valetote. Lugduni ex ſacratiſsimo voto-* ſequenti §. 3. 4.
rum meorum Altari, ſcopo, ſtallo & perfugij anchora, in feriis Pentecoſtes, Anno puriſsimi
Virginei partus M. DC. XXVII.

Veſtrarum dignitatum cultor obſeruantiſſimus,
& addictiſſimus,

IACOBVS SEVERTIVS Eccleſiaſtes,
Doct. Theolog. Pariſ.

VNIVER

VNIVERSALIOR TERTII HVIVS TOMI PROLOGVS, IN QVINQVE PARTEIS SEV PARAGRAPHOS SECTVS.

§. 1.

Authoris mens.

POſtquàm abſoluimus auguſtiora latioráque multò Archiptæſulum Lugdunenſium ac propinquioris Epiſcopatus Matiſconenſis incrementa, tandem rati ſummus egregiè facturi, ſi moliamur illis ſingularibus paulò tractatibus adiungere vniuerſaliores quaſdam enarrationes pro maiore totius Galliæ Celticæ commodo, honore, gloria, & velut Tomum tertium conficiamus: nimirum efferendo potiores calculos reliquorum Antiſtitum Celtarum, & minores portiones Viennenſis ſeu Allobrogum Galliæ tranſalpinæ Comatæ, vnà & vicinos Arelatenſes ex incidente, nec dum vlterius, maximè hac ſaltem vice, donec aliàs plura. Hæc ſtrictiora profectò dum mox adhuc reliquatum Galliarum amplitudinem ſiſtimus, Democharés quidem & eruditus Iureconſultus Ioannes Chenutius de ea Celtarum latitudine, verſus quos Celtas mox ſolùm trahimur, conſcripſerunt; ſeiè quoque ad cæterarum Galliarum amplitudinem dilatarunt, ac ipſi ad faſtigium minimè perduxerunt eas Diœceſes, quas ferè paucas adorimur, tametſi Franciam totam alij vno volumine complectantur. Sed etiam nos in arctiore noſtro ambitu noua, quàm plurima annotamus argumenta circa varia Præſulum nomina, & adiacentia, qualia præfati duo Authores omnino prætericrant, ac imperfecta ſua volumina in hoc themate reliquerant: ille quidem altero ſuo Tomo ex ..ribus in vnum genus Operum collectis, cui titulus eſt, *De diuino Miſſæ Sacrificio* a: iſte verò eo qui dicitur *Archiepiſcoporum Galliæ chronologica hiſtoria*. Sanè anterior eximius Doctor Theologus Pariſienſis ante annos quinque & ſexaginta palam ferebat & attollebat ſuos palmites libellos, quibus frequenter vtebatur illuſtris Cardinalis Baronius in ſuis ad auctum Martyrologium Romanum Commentariis. Poſterior verò, Iureconſultus alas ſuas de ea materia præclarè expandit abhinc quinque tantùm annis pro Gallia etiam Aquitanica, Narbonenſi & Belgica. Qui ambo quotquot potuerunt ornamenta tanto conferre negotio, ea grauiter præſtiterunt ac intulerunt. Verùm nos adhuc poſthac conſpeximus plura notatu digniſſima ſuperaddi poſſe inter lectitandum diuerſos codices alios. Potiſſimum adiecimus nouos Authores in minore Britannia b Turonenſis Archiepiſcopatus: deinde alium per totum feiè Senonenſem c, vnum præterea in Trecenſi Catalogó d, & alterum in Arelatenſi e.

Addit multa præter Democharem & Chenutiú.

a Pariſ. 1562

b Argentreũ & de Paſſu.
c Tauellum.
d Camuzatũ.
e Saxyum.

§. 2.

Quàm diſcrepans ſit ab aliis Scriptorib. ex vna parte.

Quocirca mox igitur oblata inſpectáque duplici librorum antecedentium occaſione chronologica, vlterius ſanè illuſtrandorum, æquiſſimum fuit, vt Epiſcopales amborum indices propiùs contemplaremur. Et dum multa in vnum aliunde cogeremus, ſpectantia ad quæſiti finis decorem, ea viris litteratis cæteriſque poſteris locupletiora porrigeremus in futurum tempus Reipublicæ proficua, tanquam fotent ſpeculum priſcæ ætatis cum pleniore vtilium fœnore ac emolumento oculis mortalium penitus offerendum. Equidem Democharés Epiſcopalibus nomenclatoris f ſcholia g ideò porrigere & ſternere ſeorium nixus eſt, vt doceret primam Eccleſiam in illis Patribus poſt ſuos Protopaſtores Apoſtolicos celebraſſe ex intimo pectore ſacroſanctum Miſſæ Sacrificium, vnanimi ſemper omnium conſenſu ad Eccleſiæ Romanæ morem & ritum, aduersùs prurientes hodiernas hæreticorum noctuas ſeriùs emerſas. Nos verò talibus commentariolis lubèns quidem abſtinemus. Sed etiam in toto vario Epiſcopali textu delectamur illo titulo intemeratæ Religionis, & hiſce Legibus noſtræ ſalutis, cui innituntur omnes hactenus Epiſcopi Galliæ. Id tamen infrà breui proſequimur: partim quia laconica noſtra methodus paſſa non eſt cætera commenta, arctiores effecti: partim autem eò quòd ipſi Epiſcopales noſtri contextus ſæpenumerò amplectuntur excellentiſſimum conſecratæ ſynaxeos inſtar ſcholiorum morem, tum diſertè, tum implicito ſenſu aſſenſúque valde capaci ex allatis conſequentibus. Sic illi omnes Epiſcopi indefeſſa ſucceſſione clariſſimi, quos enumeramus, fidem eandem orthodoxam, Apoſtolicam & Romanam, quam extollimus, profeſſi ſunt. Vt nihil ſanè de priore fine percepto depereat in

f litteris Ital.
g litteris Ro.

Quàm aliûde conſentiés pro interrupta fideli Epiſcoporum ſucceſſione pro Religione.

Prælatis antiquis ac poſterioribus, qui perennes Romano Pontifici & credendis ſingulis eiuſmodi Eccleſiæ Articulis ex officio parent. Qualia certè noſtra decreta exhorreſcunt inſuper hæretici prorſus auerſi, & in ſuo ſchiſmate pertinaces, eáque nobis firmiſſima ſuorum miniſtellorum ab Apoſtolis hactenus generatione continua prorſus carentes.

§. 3.

Alius Scriba concomitans in hoc themate.

Interea, ante annos duodecim nouimus Lugduni ſenem Dom. Claudium Robertum Sacerdotem Theologum, Lingonibus ex Burgundiæ Ducatu oriundum, ſagacem antiquitatis indagatorem, ac iam tunc, imò ab annis ſupra viginti aggredientem hiſtoricos omnes Epiſcoporum Galliæ catalogos, deinde agentem partim Diuioni, partimque Biturigibus atque Pariſiis, vbi putabatur volumen ſuum iam dudum edi in lucem. O vtinam diſertè hoc antea nobis conſtaſſet, & id ab initio ad noſtras manus perueniſſet. Maluiſſem enim Opus ſuum hilari vultu ab elapſo triennio contueri, ac dignoſcere, verùm nanciſcerer alios fortè Antiſtites prætereà mihi adiiciendos, & breuiori ſtylo eum reuoluendo peragere. Hîc autem loquor primùm de rerum mearum ſtatu hoc in ſtudio, qualis fuerat, aut apud me innotuit anno M.DC.XXI. At necdū quid tale accepi tunc, & audiui: niſi quòd demum ego ſuſcitatus Lutetiæ, Lugduno, per litteras & amicos, intellexi D. Robertum corporis infirmitate detentum videri, magiſtrum verò Ioannem Chenu molem ſcriptorum ipſius ſiue libero dono vel ingrato extorſiſſe. Vnde reuerà idem Chenutius volumen proprio nomine diuulgauit, anno tunc ſequenti 1622. Id totum negotium ego demiratus, quæſitum vel emptū mandauit Lutetiam eiuſmodi Opus Chenutij anno 1623. Frequenti in eo lectione ſequentibus annis pro boni publici deſiderio penetraui, perſuaſus quòd lucubrationes illæ tum Roberti, tum Chenutij eſſent vnæ ac eædem omnino. Inde manum admoui calamo, permulta noua adauxi vltra ipſum Chenutium, ratus quòd poſtremus agerem poſt ambos illos nomine vnius. Atque hoc Opus fuit illud, quòd nunc præſto eſt in conſequentibus ab Eduenſi Catalogo Lugdunenſis Archipræſulatus per Rothomagenſem Metropolim, Turonenſem, Senonenſem, Pariſinam, & Viennenſem, vſque ad complementum ferè Arelatenſis Archipræſulatus. (ſeptem) cum horum quibuſque Suffraganeis: ſpe ductus reponendi ac compellendi in iſto tertio Volumine reliquas etiam Gallias vniuerſas. Hæc cùm ita præſtare cogitarim, Sedes illas in manuſcripto diſpoſitas Prælo commiſi ac ſubieci annis 1624. & 25. Cùm verò ad fines Arelatenſium cuneos perueniſſet: en appulit nuncius alius ad aures clamitans & aſſerens, quòd D. Robertus quaſi è ſomnō expergefactus, ſuas vigilias ex profeſſo edit in lucem. Vnde opinandum venit, quòd liber alter, quatenus ex renunciatis præceſſerat, verè fuerat labor peculiaris Chenutij, qui paulò antea exitum & ſcopum vltimum attigerit. Miratus ego recepti huius moniti, vacare iuſſi Prælum meum per biennium aut ſuprà, & Typographo locum ac tempus vſurpante pro aliis ſuis edendis libellis, ſcripſi bis terve ad eundem Robertum amicum: is ad me toties Epiſtolas miſit anno 1626. nuper elapſo, liberè nunciauit ſuas operas Lutetiæ typo conceſſas & inchoatas, aut in Prælo ad medium perductas iam à menſe Septembri anni 1625. quibus ſcriptis titulus eſſet, *Gallia Chriſtiana in tres parteis diſtributa, Archiepiſcopos, Epiſcopos & Abbates.* Obtulit volumen ad nos duntaxat mittendum, quando exiret è typo reſcriptum, cunctis promulgatum, nec maturiùs poſſe, ſicut mihi tamen fuerat in votis priùs alioqui vel confeſtim obtigiſſe, quia vigebat meum propoſitum, dùm fidem publicam congregato toti Clero Prouinciæ Lugdunenſis dederam ac longiùs, ſcilicet totum qualecunque aſſertum officinæ quàm primùm tradendi ac palam emittendi. Quæ Prouincia rem eiuſmodi ſuis quaſi præſidiis conflatam, aut incrementis conceſſis ditatam iure quàm primùm expetere videbatur. Recepi verò tandem id ingens Volumen menſe Auguſti: totum ferè intra octomeſtre tempus, dum hæc ſcribo & palam dicare geſtio, diligenter perlegi & variam epitomen inde coëgi, additis rebus innumeris. Tum, ſingula in optimum ordinem redigens breui vltra ſeptem primæuos Archipræſulatus ſuprà conuocatos, reliquas alias inſequuturas Galliarum Sedes octo Archiepiſcopales exornare aggreſſus ſum, vbi ſingula Præſulum nomina temporáque quotquot ſupererāt, manu cōpegi, accuratè vnà cum Roberti pagellis collata, inſuper multa adiiciendo & omittendo pleraque ex dictatis à ſe, ne eadem fruſtrà in memoriam reduceremus, niſi quoties explicatio appoſitorum ab ipſo occurrerit: nimirum in Prouinciis Aquenſi, Ebredunenſi, Narbonenſi, Toloſana, triplici Aquitanica, & vna Belgica, cunctis Gallicanis, quas hactenus iam abſoluimus anno hoc inchoante 1627.

§. 4.

Diſtributio Epiſcoporū Galliarum in duos Tomos.

Sed dum id ſeptenarium iam editum cum reſiduo octonario Manuſcripto in vnum colligere exiſtimaui; accidit quòd vniuerſum coadunatum volumen agnitum eſt nimis denſum, aut multò maius quàm ferat rectitudo vel commodior vſus. Hinc viri egregiè docti & ritè verſati Bibliopolæ cenſuerunt poſteriores octo præfatos Archipræſules cum Roberto emenſos,

ſos, eſſe cunctos poſthac ſeorsũ in lucem edendos: & ſeptẽ anteriores cũ Chenutio adactos, ac impreſſos etiam fore meo calamo renouandos, ac perinde cum Roberto pariter apprimè conferendos. Quam itaque methodum retinere apud me conſtitui. Noli ergo obſtupeſcere, aut aliqua admiratione duci, ingenue Lector, eò quòd hic iſtas meas tertiæ partis chartulas, hac ſaltem vice, quaſi mutilas do. Etenim, vel etiam reuerà ab exordio conceperam Prouinciæ Lugdunenſi, quæ mihi præcipuè in oculis erat, annectere ſolitariam eius Primatiam, certè finiundam ſub Meldenſis Epiſcopatus tabula, Archiepiſcopatui Senonenſi, ſeu mox Pariſienſi addicta. Neque prætereà illi termino conſequenter miniſtraſſem, aut adiunxiſſem Viennenſem & Arelatenſem, Prouincias alterius longè regionis, vel diſtributionis Galliarum extra Celtas Boreales: niſi quando Viennenſes & Arelatenſes catalogi Prælo ſubderentur ante biennium, etſi in priuatis Bibliopolæ cellulis aſſeruarentur, tum ſpes aderat, ante auditum Roberti volumen, ſcitè aggregandi omnem illam ſimul congeriem, & alias quoque Galliarum Primatias exprimendi. At dum cœpi in Robertum animaduertere, & cum eo perſequi, aut ſcriptis dirigere meum opus ab Aquenſi meo Archipræſulatu nondum edito, ſeu ab Ebredunenſi, ac ſex reliquis denominatis ad Belgas vſque cum ſingulis horum ſuffraganeis: ſanè Prælum mediâ viâ defuiſſet, libri iſtius ſumma in immenſum ſuccreuiſſet, diuturnior Bibliopolæ renuentis, & lucrum expectantis mora tædium multum ei iam attulerat, nec modeſtè licebat, reliquas ita ruptas & imperfectas tractatuum portiones ad tomum alterum diuertere, & ſermonem de Roberto eiúſque amplitudine, in duo membra, ſeu volumina turpiter amputare, aut imprudenter in iiſdem chartis nectere, cum ſeptem editis primis Archiepiſcopatibus, qui de ipſo Roberto adhuc nihil loquuntur, aut non tam citò ante triennium reminiſci de eodem poterant. Illos ergo tomos demum aduerti inito conſilio ſecandos. Sic eruditi rectiùs mecum decernere haud dubitarunt: vt deinceps vniuerſi, quos de eodem Roberto diſcurſus cum noſtro miſcere intendimus, vnicum ſegregatum Tomum nunquam rurſus diuidendum componant & efficiant. Cui ex conſequenti ſumus adhibituri præmiſſos tomis 1. & 2. Catalogos Lugdunenſem & Maticenſem, ad breuem quaſi ſummam redactos, aut tum etiam primos editos Archiepiſcopatus refecturi ac inſtauraturi, cum mixtis circa tales Roberti periodis, & aliis per nos recèns ibi textibus ſubiiciendis: ne quid ampliùs deſit perficiendum, ſed omnia cumulatiſſimè habeat futurum id alterum Opus Epiſcopale. Hoc tibi ingenuè pollicemur (candide Lector) intra annum & ſemiſſem h annor 67. cum med.
præſtiturum, ſi Deus Opt. Max. me ſenem h tueri dignetur incolumem.

§. 3.

Tertius Tomus alias futurus de cæteris Epiſcopis Orbis Chriſtiani.

Ad hunc prætere a ſpondendi modum, velim præmaturè tibi quoque perſuadeas ac ſperes, me citra præfatum Epiſcoporum omnium Gallicanorum Codicem, etiam emiſſurum poſtea diſtinctum Tomum, alium equidem tertium Epiſcopalem: videlicet de reliquis totius orbis Chriſtiani Præſulibus, ſanè per ſua quoque ſecula nominatis ſub vnaquaque pariter Pontificali extranea & chronologica, vt alibi, ſerie iam conſtitutis à nobis & in poſterum dietim adiungendis. Ex quibus mox ab initio dudum in diſpoſitis noſtris Manuſcriptis collectas interim aſſeruamus plures Tabellas, etiam maxima ex parte prolixas: vt pote in centum viginti octo Catalogis vel ciuitatibus Italicis, in pluſquàm ſeptuaginta Hiſpanicis, in quindecim aliis Regni Siciliæ, in decem Epiſcopiis ſaltem Calabriæ, in Sedibus octoginta duabus Græciæ, in quinquaginta tribus Aſiæ minoris, ac ſeorſum in triginta duabus omnino Angliæ. Cæteræ verò Epiſcopales Cathedræ, quæ ſupererunt erigendæ, numerabuntur in Scotia, Hibernia, Germania, reliqua Aſia, vniuerſáque Africa. Pro quibus ad vnguem formandis intra paucos menſes aut annos, habemus collectos ex antiquis Authoribus minutos autographos. Labores igitur præſentis munuſculi lubenti animo accipe, Lector beneuole: & fruere Opellâ fœliciter, dum expectabis duplicata vtilioráque promiſſa.

INDEX

INDEX EPISCOPATVVM TERTII HVIVS VOLVMINIS, SEV PRIMATIÆ LVGDVNENSIS in ſola Gallia Celtica, & paucorum vlteriùs ad calcem ſuppoſitorum apud Allobrogos, omnes ordine Alphabetico.

A

ABrincatenſes Epiſcopi.	pa. 81
Andegauenſes Epiſc.	56
Antiſſiodorenſes Epiſc.	119
Arelatenſes Archiep. Allobr.	299
Aurelianenſes Epiſc.	161

B

BAiocenſes Epiſc.	23
Briocenſes Epiſc.	90

C

CAbilonenſes Epiſc.	9
Carnotenſes Epiſc.	175
Cœnomanenſes Epiſc.	50
Conſtantienſes Epiſc.	38
Coriſopitenſes Epiſc.	82

D

DIenſes Epiſc.	214
Dolenſes Epiſc.	99

E

EBroicenſes Epiſc.	36
Eduenſes Epiſc.	1

G

GEneuenſes Epiſc. Allobr.	215
Gratianopolitani Epiſc. Allob.	207

L

LEonenſes Epiſc.	84
Lexouienſes Epiſc.	33
Lingonenſes Epiſc.	5

M

MAclouienſes Epiſc.	95
Maſſilienſes Epiſc. Allobr.	235
Maurianenſes Epiſc. Allob.	218
Meldenſes Epiſc.	185

N

NAnnetenſes Epiſc.	70
Niuernenſes Epiſc.	130

P

PAriſienſes Epiſcopi ſeu Archiepiſcopi.	418

R

REdonenſes Epiſc.	64
Rothomagenſes Archiepiſc.	16

S

SAgienſes Epiſc.	35
Senonenſes Archiepiſc.	106

T

TRecenſes Epiſc.	139
Trecorenſes Epiſc.	86
Turonenſes Archiepiſc.	42

V

VAlentinenſes Epiſc. Allobr.	210
Venetenſes Epiſc.	77
Viennenſes Archiep. Allobr.	194
Viuarienſes Epiſc. Allobr.	56

SERIES

SERIES CHRONOLOGICA

EPISCOPORVM AVGVSTODVNENSIVM SEV EDVENSIVM, PRIMÆ SEDIS SVFFRAGANEÆ Lugdunenſis Archiepiſcopatus Galliarum Primatus, aut Galliæ potiſſimùm Celticæ.

TERTIVS ISTIC EPISCOPATVS.

1. SANCTVS Andochius agnoſcitur Apoſtolus ſeu primus Epiſc. Eduę; ſic nuncupatus in Bibliot. Cluni.[a] Vnde hæc narrat Barou. in Martyrol.[b] *Auguſtoduni natalis SS. Martyrũ Andochij Presb. Thyrſi Diaconi & Felicis, qui à B. Polycarpo Smyrnenſi Epiſc. directi ad docendam Galliam, ibid. flagellis cæſi, totáq; die inuerſis manibus ſuſpenſi, & in ignem miſsi, nec combuſti, tandem vectib. eorum colla ſtriuntur.* Ergo creditur ipſe Antiſtes loci ad an. 140. Petr. de Natalib.[c] Feſt. 24. Sept.

2. S. Amator I. ſi putetur diſcipulus S. Dionyſ. Areopag. I. Epiſc. Pariſienſis, indéq; Epiſcopus II. Auguſtodunenſis, vt fama eſt, de quo omnes textus Martyrol.[d] pro Hedua ad an. 160. nō eſt certè quòd tardiùs dicat * Baron. *Fortaßis ille fuit, qui S. Siluerium Papã exulem Martyrem literis eſt cõſolatus* quia profectò is ſolus eius nominis Syluerius Ro. ſedit dũtaxat ab an. 536. Ergo Amator illuxit vir tãtę vocis, qui *famulus Virginis matris & nutritius Chriſti ad Gall. trãsfretauit, eremũ petēs*[e]: & ideo ad curam paſtoralem ibi vocatus eſt, idololatriam detergens. Eſtque primus ſolũmodò, cuius ad præſentem locũ meminerint Chenutius atque Robertus. Feſtum dict. 26. Nou.

3. S. Reuerianus Epiſc. Auguſt. Martyr ſub Aureliano Principe cum aliis 11. an. 273. ex Baronio in Annalibus nu. 9. & Martyrologio 1. Iunij. Nec alibi hactenus legitur.

4. Martinus prædicatur muta traditione 4. ſub hoc ordine, tamen abſque ſeculi nota. Eſto ad ann. 300. &c.

5. S. Rethicius Demochari, vel Rethicus Ioan. Chenu, vel tandem Riticius nobiliſs. apud S. Gregor. Turonenſem[f], ex Baronio ſedebat an. 313. qui eum vocat Rhericium. Is interfuit Concilio 2. Arelatenſi an. 314. ex eodem Baro. vel certè an. 320. de quo S. Hieronymus[g], aut tandem an. 226. ex Conciliorum Tomis Coloniæ editorum.

6. S. Caſſianus antecedit duos ſequaces ex præfato Gregorio[h], qui cũ illis priorem nominat, & appellat *Sacerdotem magnum in ſepulchro mirabilẽ* ſub iſta ſerie: quantumuis Demochares & Chenutius hunc ipſis vnico verbo ſubſtituant. Adeóq; ſedit Heduę ad an. 330. Feſt. S. Aug.

7 Egemonius, quem prætериêre Democh. & Chenú, diſertè à D. Greg. Turonenſ. inſignitur[i] Cathedræ ſeſſor poſt Caſſianum, Simplicij anteceſſor. Propptereáque ſub an. 340. Moſander quoque in Surio[k].

8. S. Simplicius I. *de ſtirpe nobili*, hunc occupat locum, &c. (ait Gregor. cit.[l]) quem duo pręfati Authores minus ritè prætulerant Caſſiano, & adſtitit Prouinciali Synodo Coloniæ Agrippinæ an. 346. teſte Baron. Aliis dictus Simplicianus. Ac obiit 24. Iunij[m]. Tunc S. Symphorianus Martyr Eduenſis[n].

9. Deſiderius, 10. Igomonus. 11. S. Pigmenius, non in Martyrologio. 12. Simplicius II. 13. Enunthius Demochari, & Enenchius Chenutio. 14. Leontius aliunde.	Hi ſex Antiſtites ſola traditione ſimpliciq; nomine tales ſub hac coordinatione: nec alibi leguntur anni eorundem.

15. S. Euphonius apud Democh. & Euphronius ſimplici vocula apud Iureconſultum: ex ampliore autem Greg. Turonico Eufronius[o], coætaneus S. Sidonio Apollinari Claromontano Antiſtiti[p], ad ann. 475. Feſtum 3. Auguſti in Martyrol. Rom.

16. Attalus à præfatis duobus Tabulariis planè omiſſus: ſed notus & celebris Heduæ Pontifex

a col. 1160.
b 24. Sept.
c Li. 8. c. 116
d 26. Nou.
* an. 536.
e Rob. de Monte in Supplem. Sigeberti ſub an. 1171.
f de Gloria Confeſ. c. 75.
g Epiſt. 5 ad Florentiam.
h ca. 74. & 75.
i ca. 75. 76.
k 24 Iun. pa. 325, edit. 1617.
l ca 76.
m an. 354.
n 22. Auguſt.
o Li. 4 ca 25.
p li. 7 Epiſt. 8. & li. 9 Ep. 2.

præconio Sidonij denuo Apollinaris, hac periodo. *Sidonius Attalo ſuo. Hedua ciuitati præſidere cœpiſſe cum gaudio accepi, &c.* Ergo hunc debet ordinem poſſidere Authori ſynchronum.

17. S. Pragmatius in Concilio Epaunenſi, an. 492. 509. 517. & 527. Feſtum 22. Nouembris.

18. S. Proculus I. ſimplex Martyr Heduæ ex Vſuardo, Molano, & Baronio, in Martyrol. 4. Nouemb. Attamen Demochares & ſocius Patronus eum efficiunt ibid. Epiſc. neſcio quo argumento. Eſto per veterem traditionem. Cuius certè vi S. Symphorianus Martyr præmiſſus poſſet etiam dici Epiſcopus loci.

19. Valeolus }
20. Proculus II. } Quibus duobus ſola traditio locum tribuit ſine Data.

21. S. Racho; ſic equidem loquuntur præmiſſi duo aſſueti Catalogorum ſcriptores, nomine tenus abſq; ſeculo. Sed vetus Breuiarium Dienſis apud Allobrogos Diœceſis [q] ad me allatū hunc vocitat S. Rochum Eduenſem Epiſc. At Volumen ei tribuit Nectariū ſucceſſorem proximum (nos infrà aliter) contemporaneum S. Germ. Pariſ. Epiſcopo, morienti an. 578. [r] Vnde concluditur S. Rochum ſediſſe ad ann. 530. Qua de re in libro noſtro de Sanctis Nec adhuc occupat Martyrologium.

[q] fol. 377. nonem lectionum Matutinal. 16. Auguſt. [r] 27. Maij. [ſ] To. 3. ca. 72. ar. 7. pa. 2505.

22. S. Agripinus in Conciliis Aurelianenſ. 2. & 3. ad an. 537. ac 540. ordinauitque in Diaconum S. Germanum Auguſtodunēſem, poſtea factum alibi Epiſcopū, vt ſuprà. Etſi verò alij duo Tabularij Agripinum infrà deprimant: tamen genuinum eius chronicum nos cogit eum ſic attollere, admittente Demochare circa Nectarium ſequentem. Nec dum obtinet locum in Martyrologio Romano.

23. Nectaſius ſeu Nectarius in vita præfati Germani conſpicuus, ſedit ab an. 545. Interfuit Concilio 5. Aurelianenſi, an. 552.

24. S. Siagrius frater Reginæ Brunichildis, in Conc. 1. Cabilonenſi, an. 582. in Pariſ. 2. tū Matiſconenſi 1. an. 558. & 576. Ac demū ſtetit in Lugd. non 1. ex vulgi ſententia, ſed in 4. vtique Prouinciali, necnō in 5. ibidem, ſub. an. 570. 585. 586. Feſtum 27. Aug. Tardiùs verò ſedit apud alios. Nam Baronius recordatur ipſius ſub an. 587. in Annalib. nu. 28. deinde ann. 596. nu. 10. Sed miror quomodo Bibliot. Cluniacenſis promat vnum Siagrium Antiſtitem Auguſtodunenſem, qui an. 877. ſuaſerit Armentario 38. Epiſc. Antiſſiodorenſi, vt Turonēſibus remitteret S. Martini quondam horū Præſulis venerabiles Reliquias, cùm alius nullus aſſerat ſediſſe Auguſtoduni duos Siagrios, vt neq; Author voluminis loquitur de duplici eo loco. Atq; profectò iſte poſterior incurrat Adalgarij Eduenſis annos infrà nu. 46. De eius Synodo vide Articulum 12. Niuernenſem.

25. Eupardus }
26. Remigius } Aliud nihil quàm hæc priſca tradita ſeries amborum.

27. Leſaſtus ſolitaria appellatione.

28. Rachnacarius an. 616. &c. ex Beda, & Baronio in noſtris Lugd. nu. 39. 1.

29. Auſpicius, ex Flodoardo Epiſc. Auguſtodunenſis in Prouinciali Concilio Remenſi, ad ann. 616 & 632. fortè ex aliis etiam vſque ad 640. vide in Lugdunenſ. Nu. 39. §. 3.

30. Flauignianus Demochari, Flauinianus Ioan. Chenu: ſed melius S. Flauinianus apud Baronium in Martyrologio 23. Auguſti, anno incerto ſub hoc ordine.

31. Odolricus Demochari, ſeu Oldolricus Iuriſconſulto, orbatus ſcrupulo temporis.

32. Ferreolus Epiſc. Eduenſ. in Concilio 3. Cabilonenſi anno 650. ex Iacobo de Brueler, vel celebrato ad an. 658. & Tomo 3. Conciliorum; aut denique an. 662. ex Baronio. Atque eſt quidem primum ibidem: at tertium ex noſtra Chronologia Lugdunenſi [t]. [t] Nu. 44. §. 2.

33. Leodegarius in Articulo 31. Pariſienſi conſtituitur, ex incidente mixtus. Is quippe Martyr fuerat ab Ebroino interfectus an. 682. ex Sigiberti Chronico. vel melius anno 685. ex recentiore Tilio. Feſtum 2. Octobris ex Martyrologio.

34. Erminarius apud Democharem & Patronum Chenu ſtatuitur quidem poſt Leodegarium interiecto Proiecto: verùm Gazetius eum facit ſucceſſiſſe Leodegario ad ann. 690.

35. Proiectus eſt is qui nunc apparet hoc ſitu.

36. Aubertus. 37. Vaſconus. }
38. Amator II. 39. Reginaldus I. } Hiſce octo Epiſcopis deſiderantur Anniuerſaria.
40. Martinus II. 41. Aldericus. }
42. Modoinus. 43. Artheus. }

44. *Ionas*. Hoc ſolùm Tabularij. Sed ex Flodoardo * ſuffragatus eſt 15. in Concilio Sueſſionenſi an. 853. teſte etiam Baronio Num. 2. qui eum quoque ſtatuit ſub anno 859. Nu. 31. & ſub anno 996. Nu. 40. ac 52. * Li. 3. ca. 11. fol. 141.

45. *Lindo*. Id duntaxat ſecundum præfatos. Verùm apud Baronium vocatur Liudo Eduorum Epiſcopus, qui Synodo Trecenſi interfuerat anno 867. Nu. 23.

46. *Adalgarius*, ſub nomine *Adalgarus* ſuffragabatur in Concilio Pontigonenſi, an. 876. per

nos

nos reperto in priſcis M.S. atque Baronio. Qui vir ſolo vocis tinnitu apud Democharem ſcribitur *Aldegarius*, & in Chenutio *Adalganus*. Tunc Romæ miſſus à Carolo Caluo Imperatore ex Baronio Nu.29.30. Vide Num.24. alium Sidgrium 2. hic fortè deberi: de quo nos ſub Artic.24.

47. Vato ſeu Valo. } Bini erumpentes apud veteres ſine diario.
48. Eruchus. }

49. Rothimundus Demochari, & Rotimondus Chenutio. Hoc ſolùm ipſi. Verùm is conſecrauit Aymardum 3. Abbatem Cluniacenſem an.944. Turonibus moriente S. Odone Abbate, ex Bibliotheca Cluniacenſi col.1618.

50. Geraldus, ita breuis.

51. Galtherus ſeu Vualterius, ad an.1020. Chiffletius in 23. Viſontionenſi pa.137.

52. Heliminus apud ſolitos duos authores, vel Heluinus alibi ex noſtris variis alibi lectionib.

53. Hagano ex Chenutio interfuit inaugurationi Regis Philippi I.[x] Hoc ſolùm ipſe. Verùm legimus quòd ſedit vlteriùs plus quàm decennio pòſt, nimirum temporibus Drogonis & Landrici Epiſcoporum Matiſconenſium, ſub annis 1072.[y] & 1087.[z] Atque præterea eſt is fortè qui dicitur Agino in Epiſtola Gregorij 7. PP. pro Chronologia Celtica ſub Rodulpho Epiſc. Maticenſi 38.[a] Teſtis donorum Philippi I. Regis ad S. Martinum de Campis [b].

x an.1061.
y Nu.37.§.6.
z Nu.39.§.9.

54. Hilueus ſeu Helueus fideli ſucceſſione hauſtus & traditus hactenus.

a an. 1073. 75. & vide in Lugd. Nu.78. §.2. ac Nu. 74 §.4. fin.

55. Merigaldus. Hoc duntaxat alij. Sed is fortè eſt qui nuncupatur Horigandus ſeu Origandus cum Reginaldo & Beraldo Matiſconenſibus Epiſcopis an. IV. Aut certè alius ignotus erit. Vide in Maticenſi Tom.nu. 40. §. 5.

b Pariſiis an. 1078. in Bibliot. Clun. 528.

56. Stephanus præſens Concilio 2. Trenolchiano ad an. 1117. De eo ſcripſit Petrus venerabilis Abbas Cluniacenſ. coętaneus [c].

c in Bibliot. Clun. col. 887.

57. Robertus.

58. Humbertus.

59. Henonus ſeu Henoinus.

60. Stephanus II.

61. Galterus II. militans contra Saracenos an. 1217.

62. Guido annua reuolutione carens.

63. Anſellus Demochari, vel Anſelmus Ioanni Chenu, ſedebat anno 1250. teſte Charta

64. Geraldus II.

ipſius pro Eccleſia de Similay. Hoc adiicimus ex Bibliotheca Cluniacenſi [d].

d col. 1518. menſa Martio.

65. Iacobus I.

66. Hugo an.1290.

67. Bartholomæus,

Helias, ſecundum nonnullos.

68. Petrus I. Bertrandi eruditiſſimus antea Præſul 78. Niuernenſis, deinde tranſlatus ad
hanc Sedem circa annum 1326. doctiſſimè confutauit Articulos 66. Petri Cugnerij Re- * à 7. Dec vſque ad 29.
gij Officiarij aduerſus Eccleſiaſticam poteſtatem militantes, eo orante ſub an.1329.* co-
ram Rege Philip.6. Valeſio, qui demum Eccleſiam tuitus eſt. Legi impreſſas vtrinque quæ-
ſtiones. Poſtea fundauit Educnſe Collegium Pariſiis an.1341. fundatione cōprobata à Be-
nedicto Papa XI. dicto 12.[e] Et circa id tempus ipſe creatus eſt Presbyter Cardinalis tituli e Bulla data Auenioni 2. Idus Sept. an. 1. imò 6. Sedis.
S. Clementis, moriens anno 1349. ſepultus in Monaſterio Cæleſtinorum *de Monte alto*,
cuius fuerat fundator; vt loquitur Chenutius [f], qui iunxit hunc Petrum extitiſſe ſecūdarē
Ioan. Papæ 22. proximo anteceſſori ipſius Benedicti. Sed à quo ſcriptore primigenio f pa. 251. in Niuernenſib.
talia ſuſceperit, is minimè aperit. Si ab Onuphrio remotiore, ſaltem recentior Ciaconius,
qui eum copioſiùs deinceps repetit, & alia plura adiicit atq; penetrat, non fatur de illo tit.
S. Clementis; ſed duntaxat inter Cardinales decedentes ſub Ioa.22. dicitur ab eodem pro-
piùs ad inſtituti præſentis thema: *Bertrandus de Gerarno Presb. Card. tit. S. Clementis, obiit Aue-*
nione, ſepultus ad Minores [g]. Verùm eiuſmodi phraſis eſt alterius perſonę circunſtantia à no- g Ciac. pag. 702.
ſtro Petro. Hoc verò totum allegamus, vt moneamus, ne quis legendo in Ciaconio aliquem
Petrum Bertrandi Card. tit. S. Suſannę, ſepultum in quodam Monaſterio Cæleſtiniano, putet
eſſe eundem qui ſuprà. Etenim cernetis circunferri, alium huic conſanguineū inferiorem
ſeu paulò tardiorem ex nu.79. Niuernenſi. Stat igitur verus ſeorſum Petrus Bernardus I.

69. Ioannes. Sic tantum illi duo muti, quem ipſi citra verū poſtponunt Petro mox adſequenti.
Sed eſt is cui cognomen fuerat de Arce, aliis de Arceis vel Arceriis, antea Mimatenſis An-
tiſtes an.1331. vbi Chenutius eum fatetur: deinde Eduēſis, ſed primū Lingonēſis Epiſc. ad
an.1342. Etiam probabiliùs idem erat, qui in Martyrologio Rom. appellatur ſanctus Ioa.
Epiſcopus Auguſtodunenſis 29. Octob. Nam cōmentator Baron. perſonam ad iſtū refert.

70. Petrus 2. de Barreria à Clemente 7. Antipapa ann. 1378. creatus Cardinalis tit. SS. Marcelli & Petri Auenione, vbi exceſſit è viuis Idibus Iunij 1383. Ita Ciaconius ex profeſſo pag. 795. Proptereáque idem Præſul tutiore chronologiâ munitus debuit ritè ſubuei premiſſo Ioanni.

71. Vualfridus, ſucceſſor & ſcriptor vitæ S. Ioannis, ex Baronio, die cit. Déque eo nihil alij.

72. Guilelmus I.
73. Guido II. } ſic reliqui breuiores.
74. Guilelmus II.

75. Reginaldus II. Hoc vnum ipſi. At vocatur Raynaldus ſcriptor geſtorum prædeceſſorum ſuorum, re deprompta ex Bibliotheca Cluniacenſi, col. 439.

76. Gaufridus calculo temporali orbatus.

77. Guilelmus de Auxona, vnus ex tribus fundatoribus Collegij Cameracenſis Pariſiis.

78. Nicolaüs de Tholono apud Democharem, vel de Xholono apud Chenutium.

79. Millo de Granceyo.

80. Ioannes II. Cardinalis, cognomine Rolin ex Cabilonenſi Antiſtite iſtuc præclarè tranſlatus eſt. Cætera anteriora ibid. nu. 70. Cabilon.

81. Antonius de Chalon.

82. Ioannes III. Rolin.

83. Ludouicus de Ambaſia.

84. Philippus de Cleues antea Niuernenſis 95. deindéque 67. Ambianenſis Epiſcopus, Eduam veniens ad annum 1502.

85. Iacobus II. Huraut ad an. 1534.

86. Hippolytus Ferrarienſis Cardinalis vſque ad 1556. &c. pòſt Sedem Lugdun. duplicem.

87. Philibertus Dugny familiæ de Courgengoux & Vacheret ad an. 1560.

88. Carolus Aillebouſt, antea Auguſtodunenſis Canonicus, poſtea Abbas Septifontis ſeu Septifontium.

89. Petrus III. de Saulnier antea profeſſus Ordinis Cluniacenſis in Prioratu Carilocenſi ſub Diœceſi Matiſconenſi, deinde Epiſcopus Eduenſis ab an. 1589. & deceſſit 21. Octobris 1612.

90. Claudius de la Magdelayne reali poſſeſſione munitus in Aprili an. 1622. conſecratus Matiſconi die S. Matthæi 21. Septemb. an. 1623. Quem Deus beet in munere & onere.

SERIES

SERIES CHRONOLOGICA

EPISCOPORVM LINGONENSIVM,

SEDIS SECVNDÆ, SVB ARCHIEPISCOPATV LVGDVNENSI, prima Prouincia Celtica.

QVARTVS ISTIC EPISCOPATVS.

1. SANCTVS BENIGNVS comparuit primus Apoſtolus ac Epiſcopus Lingonenſis ex Bibliotheca Cluniacenſi, column. 1160. Etiamque fuit Martyr Diuioni in ſua Diœceſi ſub Marco Aurelio Imperatore bis Eccleſiam perſequente, an. 164. & 168. ex Baronianis Annalibus. Feſtum 1. Nouembr. Alij Epiſcopales Chronici eius ad hunc catalogum haud meminerunt.

2. Senator. } Sic vno verbo vulgates cæteri Authores.
3. Iuſtus. }

4. S. Deſiderius præſens Concilio Agrippinenſi ſeu Colonienſi, an. 345. Apud quoſdam obiit an. 346. vel an. 420. ex Baron. in Martyrolog. 23. Maij.

5. Martinus. } Ita paucis reliqui.
6. Honoratus. }

7. S. Vrbanus de vico Columnario, &c. Anno ignoto. Feſtum 2. Aprilis in Martyrologio Romano.

8. Paulinus 1. }
9. Fraternus 1. } Hoc ſolùm de ipſis Scribæ anteceſſores.
10. Fraternus 2. }

11. *Pruncelus.* Id duntaxat prædicant illi. At ſanctus Georgius Turonenſis aliis cum vocitat characteribus, ac pluribus ediſſerit: *Sanctus Apruncelus Lingonicæ ciuitatis Epiſcopus* (ait a) *apud Burgundiones cœpit haberi ſuſpectus, cùm terror Francorum reſonaret. Perlato ad eum nuntio, nocte à Caſtro Diuionenſi per murum demiſſus, Aruernos* (Claromontem) *aduenit, ibique iuxta verbum Domini, quod poſuit in ore S. Sidonij prædeceſſoris emorientis, vndecimus datur Epiſcopus.* Vbi aduerte obiter (Lector) numerum vndenarij non competere Claromontanis in gratiam Aprunculi, qui ibidem ex hodierno calculo eſt decimus ſeptimus ſecundùm Democharem, vel duodecimus ſecundùm Chenutium coarctatorem Aruernenſium b, neſcio quorſum. Sed ſi vndecimus ille numerus referatur ad præſentem catalogum Lingonenſem, huic noſtro calculo valdè conformem: certè id nobis index erit, quòd ergo D. Gregorius tacitè cenſetur approbaſſe ſanctum Benignum pro omnium primo Lingonenſi Antiſtite, quia ibi inter præmiſſos Authores Pruncelus efficitur ſolùm decimus. Cæterùm tranſlatus eſt è Lingonenſi Sede ad Claromontenſem anno 485. ex Indicibus Chronologicis Genebrardi & Annaliſtæ Baronij. De quo nos in Sanctis alphabeticis c: nec occupat Martyrologium Romanum.

Eius translatio.

a li. 2. hiſtor. Franc. c. 23. in.

b Aliter infrà ſuo loco pro Claromont.

c c. 25. ar. in. fin.

12. Ermentarius. }
13. Venantius. }
14. Paulinus 2. } Hi quinque ſolo item nomine apud conformem vtrunque dictatorem.
15. Patientius. }
16. Albiſonus. }

17. S. Gregorius inauguratus eſt Epiſcopus, anno 509. præſens Concilio Epaunenſi ad annum 517. itémque Aruernenſi 1. ac Aurelianenſi 3. circa annos 535. & 540. Vixit annis 90. in Epiſcopatu triginta tribus vel triginta quatuor, defunctus tandem anno 541. die quarta Ianuarij in Martyrologio Romano. S. Gregorius Turon. a Surius & Baronius in Annalibus Numero trigeſimo ſecundo.

18. *Beatus Tetricus* ſic perpetuò nominatur à D.Gregorio Turon. [c] attamen non liquet in Martyrologio. Comparuit in Synodo Prouinciali 5. Aureliana an. 552. Baronius: itemque in Pariſienſi, an. 558. & in 4. recognita Lugdunenſi, an. 570. [c] li.5.c.5.

19. Mundericus à veteri præfato ſolo Turonenſi conſcribitur ſucceſſor immediatus Tetrici, *cui B. ſauciato* (ait) *nulla medicorum fomenta valerent, &c.* vnde *conturbati Clerici Mundericum expetunt, &c.* [d] Sed intra dies paucos aliò tranſmittitur ob cauſas hic prætermiſſas. Hunc verò & adſequentem prætereunt Tabularij. [d] loco cit.

20. Syluester denuò prænunciatur ab vnico Turonenſi expetitus ſeu electus qui Lugdunum proficiſcens ab affine S. Nicetio Archipręſule conſecrandus, *tertia die ſpiritum exhalauit.* Pro hiſce textibus circa duos iſtos Pręſules nihil ſoliti Tabularij.

21. *Papolus quondam Archidiaconus Auguſtodunenſis* (inſit Author) hinc aſſumitur. Cui Diœceſim viſitanti, *anno octauo ſui Epiſcopatus, nocte apparuit B. Tetricus, &c.* tertiáque pòſt die etiam *expirauit.* Aliud nihil.

22. *Mommolus Abbas cognomine bonus inde Epiſcopus ſubſtituitur, caſtus, ſobrius, moderatus, pauper, manibus propriis victum quærens, &c.*[e] Hæc ille [e]. Affuit verò in Concilio primo Cabilonenſi, an. 582. item duobus Conciliis Matiſconenſibus ſub annis 576. & 583. vel 588. vbi vocatur Mumulus. [e] vbi ſuprà.

23. *Myſcius.* De illo ipſi hoc ſolùmmodò, abſque ſeculi indice. Vnde hìc vacuum ponunt vſque ad Præſulem ſequentem. Sed Baronius eum vocat Nigetium ſeu Nicetium, anno 612. auunculum Euſtaſij Abbatis Num.9.

24. Modoaldus adſtitit (id ſubucimus) Prouinciali Concilio Rhemenſi circa annos 616. 632. aut 640. ex Flodoardo loci Canonico. Et de illo vide in Lugdunenſibus Numero 39. §. 3.

25. Heroaldus, ſiue Beroaldus in Synodo 3. Cabilonenſi iuxta noſtros calculos, annis 650 [g], vel 658. [h] vel tandem 662 [i]. Déque illo viro habet Renatus Choppinus in ſacra Politia [k]: vbi eum vocat Bertraldum, & Synodus 3. Cabilonenſis Bertoaldum. Illícque putatur prima loci, at paulò ſeriùs. [g] Iacob. Breul. [h] Tom. Cōc. [i] Baro. [k] li.1.tit.5. §.14.

26. Etherius apertè prædicatur Lingonenſis Antiſtes ab Annonio notæ famę hiſtorico, Monacho Benedictino * ſub anno ſexto Theodorici Regis (ait in vniuerſum) quem arbitror eſſe primum huiuſce nominis Francorum Principem, adeóque veriùs anno 685. ſalutis ex Tillio, Pręſule tunc moriente. Sed oberrat hic Author, dum vocitat illum virum Archiepiſcopum Lingonenſem, quia cùm Lingonenſes Protopaſtores nuſquam fuère Archipræſules, ſcriptor æquiuocum peperit: ac debuit appellare ſimplicem Epiſcopum ibidem. Vix enim aliunde allucinatus eſt. Neque enim intellexit eundem vſurpandum pro Ætherio verè Lugdunenſi Archipręſule, eò quòd Archipręſul eiuſmodi ſedit vno ſeculo altiùs atque maturiùs. Et hic merus Lingonenſis Epiſcopus mox recèns à nobis conſtituitur in hoc Burgundionum catalogo, ignotus Demochari atque Chenutio. Cui Pręlato debetur iſte locus & ordo, * li.9.c.90. hiſt. Franc.

27. Sigoaldus.
28. Vulfrannus.
29. Godinus.
30. Adoynus.
31. Gaarbaldus.
32. Eronus.
33. Aſtoricus.
34. Vandrarius.
35. Erlurflux.

(27–35:) Hos nouem Antiſtites ſola vetus amplexanda traditio vbique tali ordine collocat, tuetur & retinet citra Chronologiam.

36. Arnulphus ſiue Ariolphus Monachus & primus Abbas Eluuagenſis, à Carolo Magno conſtitutus, an. 764. *Faſciculus & Vrſpergenſis.*

37. Valdricus.
38. Berto.
39. Albericus.
40. Theobaldus.

(37–40:) Hi quatuor Epiſcopi ſolidâ perenníque à priſcis accepta traditione pariter muniuntur.

41. Iſaac Bonus iam ſedebat anno 859. ex Baronio Numer. 31. Deinde aſtitit Concilio 2. Senonenſi, anno 866. Tum anno 876. ſuffragatus eſt quintus Parrum 46. in Nationali Concilio Pontigonenſi, præſente Rege Imperatore Carolo Caluo ſub Diœceſi Senonenſi, Gallia Celtica ſeu quarta Lugdunenſi. Qualem Synodum Ioannes Chenutius minùs verè appellat Ticinum Concilium in Italia. Etenim fuſas rationes extulimus in

Chronico

Chronico Lugdunenſi editionis ſecundæ ſub ſancto Aureliano Archipræſule l, quibus certè manifeſtum eſt vocem Pontigonenſem nos primùm ex cimmeriis tenebris promulgaſſe, quæ hactenus in archetypis Manuſcriptis Carilocenſibus latuerat, vbi ſecernitur Pontigonenſe à Ticinenſi Concilio, locis valdè diſcreto, ſed tempore contiguo.

l nu. 59. §. 4. ad ipſũ Iſaac ſcripſit Hincmarus Remenſ. Flodoard.

42. Gerlo, ſeu Gello apud Flodoardum ſub Stephano Papa 6. ſedente ab an. 885.

43. Theubaldus, ſeu aliis Theutboldus ex Baronio manu Stephani Papæ 6. conſecratus eſt an. 885. num. 22.

44. Agrinus an. 912. ex MS. in Carthuſia S. Stephani Diuionenſis.

45. Garnerius primus, ad annum 930.

46. Cozermus, ad an. 940.

47. Lethericus, ad an. 955.

48. Auericus, ad 965.

49. Arcardus, ad 975.

50. Vindricus, ad 990.

51. Bruno à Burchardo Lugdunenſi Archipręſule conſecratus ſub anno 1014.

52. *Lambertus.* Hoc ſolùm Tabularij. Sed ex Baronio is ſcientia & religione pollens ſuppedaneum accepit à Roberto humili & pio Francorum Rege, quo ſedili aptiùs Pręſul ſeneſcens conquieſceret anno 1004. Nu. 2.

53. Richardus, ad annum 1030.

54. Hugo, ad an. 1045.

55. Harduinus præſens inaugurationi Regis Philippi 1. Rhemis, an. 1059.[m]

m Tillet in Chron. Frãc.

56. Rainardus apud Democharem. Ex cur ſileat Chenutius, non aperitur. Ratio veteris in traditionis Monchiaceno videtur ſuam vim nanciſci, Sedit ad annum 1070.

57. Robertus primus ſub vtroque Authore, circa annum 1075.

58. Iocerandus ſeu Donccrannus ad annum 1079. ex Martyrologio MS. Eccleſiæ S. Petri Matiſconenſis in Chronologia Lugdunenſi, prope ann. 1105.

59. Guiloneus ſiue Guilencus, etiam in Lugdunenſibus, anno milleſimo centeſimo vigeſimo octauo. Ibidem Numero 78.

60. *Godefridus*. Hoc ſolùm Tabularij. Verùm Baronius in Annalibus eum vocat Godefredum antea Monachum Priorem Clarauallenſem, creatum Epiſcopum Lingonenſem (inſit) anno 1130. Num. 9.

61. Gualterus fuerat Hugonis Magni Ducis Burgundiæ auunculus, (filij Regis Henrici primi) & vide Numero 60. Carnotenſi de Concilio Auguſtodunenſi ſine Data, at circa ann. 1131. fortaſſis ſub iſto Gualtero.

62. Manaſſes ſiue Manaſſerus, filius Guidonis, Comitis Barri ſupra Sequanam & vrbem Trecenſem, *par deſſus*. Circiter annum 1150.

63. Garnerius ſecundus. ad an. 1165.

64. Hilduinus. ad an. 1180.

65. Robertus I. poſtea Laudunenſis Epiſcopus. ſub ann. 1200.

66. Guillelmus primus de Ioinuilla, poſtea Rhemenſis Archiepiſcopus anno milleſimo ducenteſimo vigeſimo ſexto.

67. Hugo primus de Monte Regali antea Abbas 23. Cluniacenſis, ſextus huiuſce nominis ibi ab anno milleſimo ducenteſimo trigeſimo ſexto, factúſque Epiſcopus anno milleſimo ducenteſimo quadrageſimò quarto, & moriens Idibus Aprilis. an. incerto.

68. Robertus tertius de Toreta. Fortaſſis eſt ille Robertus do Turre Archiepiſcopus Lugdunenſis ab anno 1230. ad 1232. è Forenſibus Comitibus originem ſuum ducens n: niſi fortè tunc obierit: vnde viuens vlteriùs tranſlatus ſit ad Lingonenſes ſub an. 1233. & poſthac verſus Laudunenſes, an. 1250. quia certè alioqui tempora congruunt iuſta bilance. Tamen obiici poteſt non eſſe veriſimile Archiepiſcopum deſcendiſſe ex Primatia ad ſimplicem Epiſcopatum, atque diſcrepantiam cognominum manifeſtare diſcrimen familiarum ſeu amborum Præſulum.

n Dictum in noſtris Lugd. num. 90.

69. Hugo ſecundus, ad an. 1265.

70. Guido I. de Rupeforti, pro cuius familia inferiùs Num. 71. Præfuit ſub an. 1276.

71. Guido ſecundus de Gebennis creditur conſanguineus Philippi quarti Francorum Regis à Chenutio exſcribente ſolùm hanc Democharis lineolam. Verùm id impropriè ex abuſu dictum eſt. Nam conſanguinei à latere originum ſunt illi, qui ex viris ſeu maſculis eiuſdem ſtirpis progignuntur o intra quatuor gradus: proptereáque idem cognomen ſibi retinent cunctis horum commune. Sed mutatio cognominis præfati Antiſtitis docet eun-

o Innoc. 4. li. 4. tit. 14. c. 8. & 9. Non debet.

dem

dem extitiſſe duntaxat affinem Principi habenti fœminas ſibi conſanguineas, matrimonióque iunctas cuidam viro alterius propaginis, conſanguineo eidem Guidoni Epiſcopo, vxorato præbente agnomen ſuum proli, quæ inde ſupereſt affinis ſolummodo conſanguineis matris. Interfuit vero tanquam Senator Parlamento Regio p, anno 1283. ex Tillio in Optimatibus Franciæ q. Et ſine dubio conſanguineus habendus erat nobiliſſimo Iacobo de Gebennis Comiti Canonico Eccleſiæ primæ Lugdunenſis, filio Guigonis de Repecula, ſynchronus penè eiſdem, ex Chronologia noſtra Lugdunenſi ſub Ioanne quarto Archipræſule r.

p ſub feſtum om. Sanctor. q pa.67. r n.1. §.1.ſub an.389.&c.

72. Ioannes primus de Rupeforti, vtique ſanguinis eiuſdem cum præmiſſo Guidone primo, necnon etiam cum Henrico, Pontio & Falcone egregiis genere ac auo Comitibus Lugdunenſibus, ex præfata Chronologia ſ. Creditur is eſſe quem Ioannes Tillius in Optimatibus vocat Ioannem de Chalone Principem ſub anno 1290.

ſ nu.101. §.3. in 16.ſub an. 1300. t pa.66.

73. Bertrandus de Agennis, aliàs Bartholomæus, annis orbatus.

74. Guilelmus ſecundus de Flaua-Curia, deinde Rothomagum tranſlatus, anno milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo octauo.

75. Ludouicus de Pictauia, circa annum 1300.

76. Ioannes ſecundus de Cabilone, ad annum 1320.

77. Guido tertius de Bauerti, ad ann.1330.

78. Ioannes tertius de Arceriis ſeu de Arceis, primùm Mimatenſis Præſul, deinde Heduenſis 68. ac demum Lingonenſis, vbi tandem migrauit è vita, anno milleſimo treceteſimo quadrageſimo ſecundo.

79. Ioannes quartus de Pratis, vulgò *du Prat*, & *des Prez* *: poſtea Epiſcopus Tornacenſis, anno 1350. & vltrà: proptereàque Demochares ac Chenutius eum indiſcretè extollentes ſubiecerunt proximè Ludouico Pictauienſi effecto Lingonenſi, vt ſuprà Numero ſeptuageſimo quarto.

* Chenu.in Addit.p.549.

80. Hugo de Pommard, ad an.1360.

81. Guilelmus de Pictauia, ad ann.1370.

82. Bernardus de Turre Auernus, priùs Abbas Trenolchienſis, portus Burgundiæ ad Ararim circa an. 1380. conſanguineus ac penè ſynchronus nobiliſſimi Hugonis de Turre Canonici Comitis ac Seneſchalli Eccleſiæ Lugdunenſis, de quo nos in Chronologia Lugdunenſi o.

83. Ludouicus filius Ducis Barri, & Caroli ſexti Regis Francorum affinis u, Cardinalis de Barro nuncupatus, qui Statuta Synodalia erexit, anno 1404. ac inde poſtmodum tranſlatus eſt ad Catalaunenſem Epiſcopatum, ex iure permutationis canonicæ vnà cum adſequenti Carolo antea Catalaunenſi.

o nu.101.§.3. ar.4.& 14. u in 2. gradu vocaut cognatum.

84. Carolus de Pictauia, primùm Catalaunenſis Epiſcopus 80. vnde iſtuc migrauit compermutando ſub annum 1410.

85. Ioannes quintus cognomine Gabiloni, ab an.1420.

86. Philippus de Vienna, ad an.1040.

87. Ioannes d'Auſſi egregius Theologus, ac Regis Caroli 7. Confeſſor, ad an.1460.

88. Guido Bernardi Conſiliarius à ſecretis præfati Regis Chriſtianiſſimi, ad 1470.

89. Ioannes 6. de Amboſia Prorex ad an.1491. ſub Carolo 8. ſummo Galliarum Principe in Ducatu & Comitatu Burgundiæ conſtitutus.

90. Ioannes 7. iterum de Amboſſa, præcedentis nepos ſucceſſor, ac denuò Prorex in Ducatu, conſtructórque Caſtri Epiſcopalis de Muſſi, circa an.1500.

91. Michaël Bondet. Aliud nihil. Niſi D. Robertus quid ſubiiciat nunc edicens ſuum Volumen Pariſiis, quando hoc noſtrum Lugduni: propterea vtrique adhuc inuiſum.

92. Claudius de Longouicò Epiſc. Cardinalis *de Giury* nuncupatus, tit. S. Agnetis in Agone ſub Clemente Papa ſeptimo, an. 1533. Is autem Synodalia Statuta Lingonenſis Eccleſię promulgabat an, 1537. de hoc alia recèns controuerſa opportunè in Matiſconenſibus x & noſtris Ambianis y.

x nu 66. 61; y nu.70.& 71.

93. Petrus de Gondy, inde ibi vſque ad an.1570: quo tempore factus eſt Pariſienſis Epiſcopus 110. ac tandem Cardinalis, 1586.

94. Carolus d'Eſcars ex illuſtri familia Comitum Diœceſis Lemonicenſis, antea Pictauienſis 94. Epiſc. ab an.1577. deinde tranſlatus ad hanc Sedem Lingonenſem, in qua valdè ſenex Deo animam tradidit an.1614.

95. Sebaſtianus Zamet doctus & pius, inde eam rexit Eccleſiam, conſtituit in vrbe reformatos de Oratorio Sacerdotes, & religioſas ſeorſum Virgines. Ibidémque perſeuerat ad præſentem an.1625. Quem Deus ſeruet incolumen.

SERIES CHRONOLOGICA

EPISCOPORVM CABILONENSIVM, SEDIS TERTIÆ SVB ARCHIEPISCOPATV LVGDVNENSI,

prima Prouincia Celtica.

PROLEGOMENON.

EPITOMEN Cabilonenſium Antiſtitum primi ex cimmeriis tenebris eduxeramus in anteriore noſtra editione ſacræ Chronologiæ Lugdunenſisad calcem [a], porrigente tunc ſagaci Canonico loci nomine Capituli,& ad nos mittente ex veteribus Manuſcriptis illius Baſilicæ ante annos viginti, quia nihil omnino digeſſit vnquam Demochares in id genus thematis, & Chenurius nuper ſequutus,ſuam à nobis Tabellam vrbis illius deprompſit. E quibus Gazophylaciis San-Iulianus paulò ante me ſuos omnes vulgares diſcurſus Cleri Cabilonenſis fuerat mutuatus, etſi nonnulla inde prætermiſerit. Verùm deinceps nos inter lectitandum varios adhuc etiam codices per orbem Chriſtianum palam diſperſos, plura aliunde petita deprehendimus & adiecimus in iſta adſequente altera epilogo ac typographia huiuſce præſentis materię,quam lectum itis. Eſt autem Sedes illa verè tertia Ordine ſuffraganea Archipræſuli Lugdunenſi iure antiquitatis. verùm hìc temotiot collocata ex incidente.

[a] Part. 3. c. 4. ſect. 5. §. 4. à pag. 438.

QVINTVS ISTIC SEV POSTREMVS PRIMAE *Lugdunenſis Prouinciæ Epiſcopatus.*

1. SANCTVS MARCELLVS, Martyr diſcipulus S. Pothini I. Lugdunenſis Epiſcopi, Apoſtolus Eccleſiæ Cabilonenſis,ex San-Iuliano [a] ad annum ſaluris 190. & 200.Inter hunc verò & ſequentes non agnoſcitur quidem verè continua ſucceſſorum adhæſio. Sed bene tamen deinceps interrupta deprehenditur. Hunc autem pręmittit Chenutius, & à ſequente inchoat.

[a] pag 435.

2. *S. Syluester*, Confeſſor, Cabiloni ſedit pet annos 42.ex Gregorio Turonenſi [b]. Hoc non tutò geſtũ ab anno 410.ſub Honorio & Theodoſio 2. Imperatorib. vt cenſet San-Iulianus,qui hunc primũ efficit. Sed veriùs ſub Merouco & Clodouco Francorũ Regibus,dũ interfuit Concilio Prouinciali Epaunẽnſi ab an.492.ad 527.Vbi nõnullæ editiones Colonienſes inſcribunt,*Epiſc. Gabalenſis*,loco Cabilonenſis.De publica cuius nora intẽr diuos facta à ſummo Pontifice cum aliquor ſequentibus,vide infra ſub S. Gilbodo 26. Antiſtite Cabilonenſi. In Martyrologio Rom.claret 20.Nouembris.

[b] De gloria Confeſſ c 85. & 86.Chenutius malè citat caput 185.quia liber non excedit capita 109.

3. *S.Tranquillus*, nominatut ſanè poſterior Syluestro in Sancto Lupo.Verùm alioqui cenſetur fortè prior, ex calce libri qui inſcribitur *De Regulis Chori Eccleſiæ Cabilonenſis*. E quibus vetuſtis regulis MS. ſæpiùs deprompſimus eos loci Præſules qui paſſim adſequuntur. Iſte autem Tranquillus incerto tempore ibidem depingitur. Vnde probabiliùs ei ius videtur accreſcere pro ſua ante Syluestrum primogenitura.

4. *S. Deſiderius.* } Hoc profectò ordine,ſed denuò abſque temporum ſcrupulo in pręfatis Re-
5. *Legontius.* } gulis. Vix aliàs omittendi cum muto San-Iuliano:quia vel alioqui ſuper-
6. *Theodorus.* } eſſet vacuum tempus ſatis notabile,& fides de cætero adhibenda eſt antiquiori Reſcripto. Qui tres florere ſaltem debuerunt ab anno 450.ad annum 479. Primus deeſt in Martyrologio.

7. *Paulus* cognomine *iunior* obiit præſente S. Patiente Lugdunenſi Archiflamine ex Sidonio Apollinari [d].Adeóque ſedit circiter annum 480. ex facta iam nota ſeculi D. Patientis in Chronico noſtro Lugdunenſi [d].

[c] li.4.epiſt. 25.
[d] nu.24.

8. S. *Ioannes I.* nominatur Pauli ſucceſſor à præfato Patiente [e], relictis aliorum ambitibus:
ſeditque ab ann. 490. vide Sidonium [f]. Chenutius aliter pręfatos ſex & ſequentē collocat. e nu.cit.§.5. & Ep.cit.

9. *Philagrius* ſubſcripſit octauus Concilio Epaunenſi: & quidem anno 497. vel 517. ex di- f loco ſuprà.
uerſis Authorum ſcrupulis ſub D. Viuentiolo Lugdunenſi Archiepiſcopo fuſè collatis [g].
Sicque non potuit San-Iulianus ritè eum anteponere præmiſſis Paulo & Ioanni Cabi- g nu.29.§.1.
lonenſibus: tum quia Epaunenſem Synodum prouincialem adiit, eique ſubſcripſit idem
Viuentiolus quintus poſt Patientem ſucceſſor: tum etiam quia temporibus eorundem
Pauli ac Ioannis ſolium poſſidebant apud Lugdunum ſancti Ruſticus, Stephanus ac Lu-
picinus Viuentioli anteceſſores propinqui [h]. Cæterùm malè Chenutius cenſet id Con- h n.26.27.28
cilium habitum anno 487. ſedente Gelaſio Papa; quia tunc Romæ ſedebat Felix 3. & Ge-
laſius 1. ab an. 492. ad 496. ex Baronio, vel ad 498. ex Genebrardo.

10. *S. Agricola* ſeu *Agroecula* ex Gregorio Turonenſi [i] & Annonio [k]. Subſcripſitq́; ſecundo i li.5.hiſtor. Franc c.45.
Pariſienſi, tertio, IV. & V. Conciliis Aurelianenſibus, & in S. Lupo XXX. Præſule Lugdu-
nenſi & D. Sacerdote XXXIII. [l] commemoratis, annis 537. 550. 552. & 558. vel 562. et- k li.3.c.42.
iam ſuffragatus eſt Concilio 4. Lugdunenſi, an. 570. quale vulgus dicit primum. Interea
idem Agricola ex allato Regularum Manuſcripto Cathedram obtinuit ad annum vſque l 55.
573. Et ex mente Gregorij Turonenſis [m] eandem occupauit ac tuitus eſt per annos qua-
draginta octo. Vnde concluſio eſt, quòd ſederit ab anno iam quingenteſimo viceſimo m c.cit.
quinto. Alia de ipſo legi apud Aimonium lib. 3. hiſtoriæ Franc. cap. 42.

11. *S. Flauius* ſucceſſor Agricolæ ex ipſo Gregorio Turonenſi [n]. At incerto tempore. Sed
quia ipſe teſtatur hunc interfuiſſe primo & 2. Matiſconenſi Concilio, tum in 4. Lugdu- n cit.
nenſi, quod dicebatur ſecundum, necnon in 1. Valentinenſi Galliæ: ſanè directa illatio
eſt Flauium in Sede annos luſtraſſe quingenteſimum 56. 576. 585. 586. & 588. ex variis
diarij Synodi ſententiis in D. Euſebio VI. Maticenſi Epiſcopo reuolutis poſt Priſcum
35. Lugdunenſem.

12. *S. Veratus* ſiue *Veranus* inſignis fuit miraculis ad ſanandos infirmos ſolo ſigno crucis ex
veteri Gregorio Turonenſi [o], adiuncta interpretatiuncula recentioris Baronij in Marty- o li.9.c.4.
rologio ad diem 19. Octobris, quo Sancti feſtum recolitur. Sed dum ipſe Cardinalis ad-
iicit, quòd ille Veranus *claruit temporibus Childeberti Regis Franc. circa ann. Dom.* 580. certè
hoc exactè, concipiendum non eſt pro Childeberto Clodouei I. filio liberis carente, atque
Francis regnante ab anno 515. ad 559. quippe altiora hæc tempora competunt anteceſ-
ſori Agricolæ Cabilonenſi. Verùm litera venit intelligenda de Childeberto Rege Me-
tenſium & Aureliorum, Galliæ partim Belgicæ, partimque Celticæ, ex appennagiis per
Reges Francorum antea collatis Sigiberto patri. Cui Childeberto natus eſt Theodeber-
tus, ſic apud Annonium [p] cæteróſque nuncupatus, poſteáque Theodoricus apud Grego-
rium [q]: equidem anno 28. Guntranni Burgundionum Regis, vt loquitur idem Annonius, p li.3.de geſt. Fran.c.75.
id eſt, anno ſalutis quingenteſimo 92. tunc à Verano Cabilonenſi de ſacro fonte ſuſce- q cit.
ptus ex eod. Gregorio, deindéque factus Metis Rex poſt Childebertum parentem. Cuius
genitoris Metorum patruus [r] fuit Childebertus Francorum Rex, frater natu maior r aliàs Auunculus Auſtraſiorum Rex.
ac in ſceptro anteceſſor Clotarij I. Franciæ Regis patríſque Sigiberti Metorum. Hinc al-
ter ille Childebertus regnans apud Metenſes promiſcuè & impropriè vocatur Francorũ
Rex apud Baronium alienigenam: ſic tamen, tum fortè quia ex ſurculo Regum Franco-
rum oriundus erat, nimirum cuius auus fuit Clotarius citatus: tum etiam quia Metis ci-
uitas eſt Galliarum, poſtmodum vulgò Franciæ titulo inſignitarum. At non proindè mi-
nores natu Francici ſanguinis, qui ſe gerebant Metorum Reges, æquè fas erat appellare
Reges Franciæ. En ergo Verani ſeculum, & adiacentia. Taceo hîc Verannium Lugdunen-
ſem Epiſcopum multò altiorem.

13. *Gelionus* ſiue *Gilderinus*, cathedram tenuit ſub Dagoberto Rege. Cuius Principis abauus
fuit præfatus Clotarius 1. auus Chilpericus, & pater Clotarius 2. Regnauítque idem Da-
gobertus ab an. 632. ad an. 645.

14. *S. Gratus* nobilis ex MS. in Regulis. Floruit Cabiloni tum ſub Clodoueo 2. Dagoberti
primogenito, ac Regni poſſeſſore ab anno 546. [s] tum ſuffragator in Concilio 3. prouincia- s ad an.562.
li Cabilonenſi, anno 650. vel 656. vbi nominari aſſolet *Gradus*. De quo in Gaudetico Ar-
chipræſule Lugdunenſi [t]. t nu.42.§.5.

15. *S. Lupus* illuſtris: de quo varia quidem ſculpſit Author San-Iul. at ſine tẽporaneo ſcrupu-
lo [u]. Ex MS. autem paulò aliter etiam confuſè. Nihilominus vix dubium, quin ſederit cir- u pa.443.&c
citer annum 660.

16. *Anteſtus.* } Ex *Regulis* hac ſerie: licèt conticeſcat San-Iul. Quippe aliter etiam daretur va-
17. *Amblacus.* } catio & ſuperfluum tempus. Hi autem vixēre ſub an. 700. & ſeq. in circum.

18. *Hu*

18. *Hubertus, anno* 779. conſecratus, ſubinde conſecutus eſt regimen Monaſterij ſuburbij S. Marcelli : qui fuit annus 12. Regis Caroli Magni ſeu 22. ante ipſius imperium, ex San-Iuliano poſt MS.

19. *Fona.*
20. *Milo.*
Ex priſcis *Regulis* hoc ordine. Equidem rectè : tametſi ſileat San-Iulianus. Nam alioqui rurſus prolixior eſſet circunſtantium duratio, quæ ſic opportunè repletur.

21. *Godiſſaldus* ad an. 800. ſub præfato Carolo Magn. ex inſerendis apud San-Iulianum y, y pa. 447.
& Chenutio *Godellardus*. Flodoardus * aurē, & poſtea Baronius eundem ſtatuunt in Conci- * li. 3. c. 21. fo. 172.
lio Sueſſionenſi, anno 853. ſub voce *Godelſadi* & *Godalſadi*. Quo nutu certè deberet ipſe Præſul infrà conſcribi poſt Stephanum & ante Arnulphum.

22. *Gilbaudus*, & in MS. *Girbaldus*, miſſus eſt Cabilonem Epiſcopus ab eodem Carolo circa annum 810. Non adſtitit Concilio Pontigonenſi in Lugdunenſibus Numero quinquageſimo nono, §. 3. ſed potiùs S. Gibaudus z. infrà nu. 26. an. 876.

23. *Stephanus*, ſub Ludouico pio Caroli filio, Rege ac Imperatore, ad annum 820. & 830, hîc reuerâ poſſet vacuus locus admitti pro inſerendo Godiſſaldo, ſi ſequens Vuarnulphus, anno 860. inceperit.

24. *Vuarnulphus*, ſub Carolo Caluo Rege & Imperatore Pij filio ad annum 860. A quo is obtinuit confirmationem priuilegiorum Monaſterij S. Marcelli, &c. Quod geſtum eſt anno præcisè 872. Romámque profectus idem confirmationis genus ab Agapeto Papa z ibid fin.
conſecutus eſt. San-Iulianus z. Vide hîc medium infrà Num. 26.

25. Otuccardus dictus Cabilonenſis Epiſcopus anno 879. ex Actis cum Boſone Rege habitis, & à me iam conſcriptis ſub Conrado Matiſconenſi Antiſtite a. Neque vix vlte- a nu 25.
riùs ſedit. ſed vetius finit anno. 876. initio.

26. *S. Gilbaudus* ſiue *Gilbardus*. ſedit ante annum 880. ex illatis in Matiſconenſibus ſub Lamberto I. & II. b poſt Conrardum. Tunc vel extremo ſuperiore anno Ioannes PP. b nu 19 §. 2.
VIII. è reditu generalis Cōcilij Trecenſis, diebus 20. Cabiloni conſedit ex Annonio c ibi- & 23. extremo.
que obtinuit Antiſtes, vt in Eccleſia S. Marcelli Pontifex inter diuos retulerit ſanctos Syluestrum, Tranquillum, Deſiderium, Ioannem, Agricolam, Flauium, Veranum, Gratum & Lupum; Cabilonenſes antea Epiſcopos, miraculis claros ſupráque conſcriptos; extumu- c li. 5. c. 37. fin.
latis ſeu releuatis honorificè corporibus primi & quinti d. Hinc idem Gilbodus anno d Agricolæ.
882. e ab Imperatore Carolo Craſſo impetrauit poteſtatem Capitulo ſuo eligendi poſt- San Iulian.
hac illorum Epiſcopos. Priuilegium ineſt San-Iuliano f. Qui Author hunc Præſulem ea- pa. 449. ex Archiuis,
dem in pagella ſimul collocat præſentem in Concilio V. prouinciali Cabilonenſi, anno quos etiam
873. velut iam tunc vrbis Epiſcopum. De quo cœtu nos in S. Remigio Archipræſule legimus.
Lugdunenſi g. Et legitur quoque in Pontigonenſi an. 876. * Hic verò calculus biceps adeo e 4. Iunij. f Latinè in
huic ordini aduerſatur : vt certè oporteat vel duos ſediſſe Gilbodos, priore ante Vuar- lib. Gallico
nulphum & ſtephanum, vel vnico iſtic poſito ob alias circunſtantias, neceſſe eſt Con- pag. 448. g num. 563.
ciliū decennio tardiùs computare, nimirum ann. 883. Aliáque hinc obſtacula digeruntur in eodem Remigio. Et denuò veriſimiliùs florebat in Sede, quando adactum eſt Concilium VI. Cabilonenſe, anno 887. De quo in Guntardo h Antiſtite Maticenſi. * ex Lugdunenſ u. 59. §. 3

27. *Eldradus* ſuffragator haberur in Concilio VII. Prouinciali Cabilonicæ ſuę ciuitatis, anno 915. Déque tali corona in Auſterio Lugdunenſi Archiflamine, ac Præſide i: vbi Antiſtes h Nu 24. 3.
vocatur *Ardradus*. i Nu. 69. 2.

28. *Mancio*, is eſt, de quo ſic habet Laurentius Surius in vita S. Radbodi Epiſcopi Vltraiectenſis a. *Erant autem ei condiſcipuli Stephanus & Mancio, ætate quidem ſuperiores, ſed non ta-* a Tom 6. die 29. Nou. c. 2.
men ſtudio literarum inadoleſcentia, &c. Quorum virtus eò progreſſa eſt, vt non multò poſt vter- pag. 693.
que Epiſcopus, creatus ſit, Stephanus quidem Tungrenſis Eccleſia (eadem quæ Vltraiecti ac Leodij) *Mancio verò Cabilonenſis*. Aliud nihil ad propoſitum: niſi tradendum de ſeculo. In cuius rei gratiam, Stephanus ille comparuit 39. Vltraiectenſibus ab anno 904. ad an. 922. quo obiit, ex Tabulis Democharis b. Adeóque Mancio hac tempeſtate florens tanquam b To. c. 37.
ſynchronus, ritè hunc 28. ordinem Cabilonenſium obtinet. De quo mox hîc addito Cabilonenſi Antiſtite nihil in anteriori quauis editione & Catalogo.

29. *Axoranus.*
30. *Stacteus.*
Hi duo hac ſerie in *Regulis* cit. ſine annua nota. Sed optimè: etſi hos San-Iul. prætermiſerit : aliter enim longior eſſet ſedentium extremorum duratio.

31. *Ildebodus* in I. Conc. Prouinciali Trenolch. ſuffragia dedit ann. 944. Pro qua Synodo vide Pręſidem Guidonem I. Archiprimatem Lugdunenſem k: vbi aſpirando dicitur *Hildebodus*, & in Bibliotheca Cluniac. *Holdebodus*, an. 954. col. 1619. dum tunc S. Mayolum k 61. 2.
ibi in Abbatem conſecrauit.

32. *Frotarius*, anno 96. ex San-Iuliano, pag. 451.

33. *Hugo* I.
34. *Radulphus.*
35. *Lambertus.*

Tres diſertè hac ordinatione ex Regulis, & verè at incerto tempore: quantumuis San-Iulianus tacuerit: ab anno circiter 965. ad an. 1017.

36 *Gothefredus* ſiue *Iofredus*, anno 1019. & ſequenti ſexennio, tempore Concilij 1. Anſani Prouincialis. De qua virorum corona nos in Præſide Burchardo Lugdunenſi Archipræſule anno 1025. vbi præſens ille Cabilonenſis Antiſtes vocitatur *Gauffredus* [i]. [i] nu. 67. §. 4.

37. *Vuidus* ex Regulis citat. hoc loco: etiámque ne longior æquo ſit ætas ſuperioris Epiſcopi, prætereunte San-Iuliano.

38. *Achardus* ex Decano Eccleſiæ creatus eſt Epiſcopus, & conuenit ad Concilium Eduẽſe, anno 1055. Baronius Numero XXII. Ergo non eſt electus Antiſtes circa an. 1059. [m] vt docet Manuſcriptum frequenter commemorari ſolitum. Alij tamen ſtatuunt Concilium Eduenſe anno milleſimo ſeptuageſimo ſecundo, vbi Præſul nominatur Aicardus. De quo nos in Lugdunenſibus ſub Gaufredo Primate LXXI. & in Matiſconenſibus, numero 37. §. 5. & 6. [m] 23. Maij.

39. *Roclenus* ſedebat anno milleſimo ſeptuageſimo quarto ex San-Iuliano [n], poſt Manuſcriptum per nos viſum: tunc ordinatus Epiſcopus, ex Archiuis Eccleſiæ. Ipſe Antiſtes ex vna epiſtola Gregorij Papæ ſeptimi Piperni conſcripta, & Cabilonem miſſa, II. Nonis Decembris, ſiue anni crepuſculo appellatur Roderius; & in altera *Rodinus*. De quibus Epiſtolis nos in Humberto primo Archiflamine Lugdunenſi [o]. Et in Baronio ſub nomine Roderici iubetur ei à Gregorio anno milleſimo ſeptuageſimo tertio, Numero ſeptuageſimo ſecundo, increpare Philippum Frãciæ Regem ſimoniacum, &c. Idem autem Gregorius ſedit Romæ ab eodem anno milleſimo ſeptuageſimo tertio ad annum 1087. Vide Artic. 61. Aurelianenſem. [n] pa. 454. [o] nu. 70. §. 2.

40. Vualterius ſiue Gualterius in citat. Regulis, electus an. 1080. Quo iuſto tempore dum Baronius in Annalib. Synodum Auenionenſem depinxit [p], meminit *Athardi* Cabilonẽſ. Epiſcopi. An verò nomen hoc deſignet eundem virum cum Vualterio, tanquam eiuſdẽ temporis ac loci, prudentis eſto iudicium. Sic enim exiſtimo. Cæterùm an. 1098. idem Vualterius inſtituit Abbatiam Molinenſem cum aliis pridem illuſtratis in Lugdunenſibus [q]. Et eo anno ex Baronio conſentit fundationi Ordinis Ciſtercienſis, anno milleſimo nonageſimo octauo. [p] To. 11. ſub Greg. PP. 7. an. 8. col. 725 Mogunt. [q] nu. 74. §. 5. hiſt. 3.

41. *Iotſaldus* ſiue *Lotſaldus*, ex Decano factus eſt Epiſcopus eo anno 1112. quo D. Bernardus Ordinem Ciſtercienſem profeſſus eſt. Obiit 5. Kal. Iulias, anno incerto, ex Martyrologio MS. Matiſconenſi.

42. *Robertus* I. an. Regis Ludouici Craſſi, hoc eſt, ſalutis milleſimo 120. ex Chartulario Capituli eiuſdem Baſilicæ.

43. *Vualterius* ſiue *Ganterius* ſecundus, an. 1133. cognomine *de Sercy.*

44. *Petrus* I. circa annum 1163. [d] Ad cuius Eccleſiam ſcripſit Rex Ludouicus iunior anno 1171. Ipſaque epiſtola ponitur in perſpecto nobis Manuſcripto. Deindéque ſub annua reuolutione 1173. idem Antiſtes conſecrabat Rodulphum nominis primum in duodecimum Abbatem Cluniacenſem, ex Bibliotheca Cluniaca col. 1625. &c. [d] San-Iul. pa. 459.

45. *Engebertus* conſedit anno 1182. ex Actis Alexandri PP. 3. apud San-Iulianum [e] pro Canonicatuum ea in Eccleſia collationibus: fuítque annus 21. ſeu vltimus ſui Pontificatus. Itémque anno adſequente ex Actis cum Capitulo in Manuſcripto. [e] pa. 461.

46. *Robertus* II. locum occupabat an. 1185. ex Actis Philippi Regis Auguſti Deodati, pręſens donis Hugonis Burgundiæ Ducis pro ſua Eccleſia an. 1187. & in aliis Actibus cum Vincentio Abbate Trenolchiano Diœceſano anno milleſimo ducenteſimo ſecundo. Hæc pluribus San-Iulianus [f]. Extra quem Authorem legimus & addimus Antiſtitem tranſegiſſe pro Hoſpitali ſanctæ Crucis anno cit. ac Odonem Ducem Burgundiæ cum eo anno milleſimo ducenteſimo nono, ſediſſeque ad annum 1213. vſque. Hæc hauſimus in Manuſcripto citato. [f] pag. cit.

47 *Durannus* ſiue *Durandus*, is concipitur ex iuſto ſeculo obuiante, ad quem Honorius Papa 3. miſit Decretalem in corpore Iuris latitantem. *Tit. de Conſtitutionib. Cap. ex parte*, pro numero Canonicorum Eccleſię Eduẽnſis. Qui Põtifex Romanus ſedit ab an. 1216. ad an. 1227. Eidem Duranno. Aliis Duciſſa Burgundiæ præſtitit hominium pro bonis, quę filius eius Dux Cabiloni poſſideret, &c. anno 1219. & 1221.

48 *Vuilemus* ſiue *Guilelmus* I. in Sede Cabilonenſi primùm conſtitutus fuit anno 1231. ſeu quinto Regni D. Ludouici, deinde tranſlatus ad Biſuntinenſem Eccleſiam anno 1245. San-Iulian. [g] & nos in Matiſconenſibus Num. 46. §. 8. [g] pag. 462.

49. Ale

49. *Alexander* de familia Burgundiæ Ducum moritur an. 1261. poſt homagium ei præſtitum à Mathilde Comitiſſa Niuernenſi an. 1247.[h] ex ſolo M.S. Alia S. Iulianus, hic prætermiſſa: niſi quòd eidem Alexander Vuilelmo ſucceſſit an. 1246. in Matiſconenſib. num. 47. §. 2.

h an. 1265. ſin. 1.

50. *Theobaldus* ſolium capeſcit an. 1261. ac obiit circa ann. 1265. ex Eccleſiæ Chartulario, folio 97. At per Acta quæ præ manibus cum originali ſigillo in cera cuſtodimus, is Teſtamentum ſuum fecit ſolenne menſe Nouembri ann. 1264. Quod à nobis hauſtum è Collegiata Bellijoci Eccleſia inſeruimus hiſtoriæ Guichardi 49. Epiſcopi Matiſconenſis, Paragr. 2.

51. *Guido* ab an. 1266. Hugo Dux Burgundiæ ann. 1268. feudum ei fecit de Caſtro Briançone, Burgo Virdunenſi, Præpoſitura de Buxy & poſſeſſionibus quas Cabiloni poſſidebat. Itémque Odetus Comes Niuernenſis de aliis quibuſdam terris; & poſtmodum Ioannes ibidem ſucceſſor Comes, de iiſdem renouator, filiúſque D. Ludouici Regis. Geſtum apud S. Dionyſium in Francia[i]. Diſceſſit Antiſtes à viuis anno 1269. menſe Octob. ex Chartul.

i 1267.

52. *Pontius* Anſelmi de Siſſey ſubitò inde ſedit electus ex Canonico Epiſcopus, & obiit anno 1273.

53. *Guilelmus de oblato*, vulgò *du blé*, ab an. 1274. in Maïo. Conſtruxit Cemeterium an. 1284. Chartulat. M.S.

54. *Guilelmus III. de Belleueſure* ex Decano ab an. 1290. vſque ad 1301. menſe Decembri. Teſtamento bona ſua Cathedrali reliquit.

55. *Robertus III. de Deſiſe* Diœceſis Eduenſis, ſedit ab an. 1302. ad an. 1307.

56. *Bertoldus* ſiue *Bartholomæus de Capella*, ab an. 1308. per ann. 1316. vſque ad an. 1333. San. Iulianus pa. 469. & 470.

57. *Hugo II. de Corrabœuf*, ex Decano electus Epiſcopus ab an. 1334. vſque ad ann. 1339. San. Iulian. pa. 471.

58. *Petrus de Chalon*, hinc vſque ad an. 1345. Henrico eius fratre Decano.

59. *Ioannes I. Amberiot* Diuionenſis, creatur an. 1346. Vltima eius Acta patent anno 1350. San. Iulian. pa. 472.

60. *Ioannes II. de Melloto*, vulgò aut aliàs *de Merlo* Dynaſta de *Giury*, Cathedram ingreſſus, eſt an. 1354. die 25. ſept. Et inde translatus ad Claromontanum in Aruerniæ Epiſcopatum an. 1360. nu. 73. San. Iul.

61. *Ioan. de ſancto Iuſto* ab extremo ann. 1360. ad an. 1369. Chronologia deſumpta ex ſacculo in Archiuis Capituli.

62. *Ioannes III. de Salornay*, inde ad an. vſque 1373. Fratrē nactus eſt etiam nomine Ioannem, Canonicum & Cantorem Cathedralis Eccleſiæ Matiſconenſis: quem ad ſe Cabillonum alliciens, eum conſtituit Vicarium ſuum generalem. San. Iulian.

63. *Goffredus* ſolo anno 1374. Tunc Philippus I. Audax Burgundię Dux & filius Ioannis Franciæ Regis eidem Epiſcopo homagium fecit de ſingulis terris, ob quas Hugo Dux & ſequaces Principes ſuprà fecerat Guidoni Epiſcopo 50.

64. *Nicolaüs de Veris* ex vrbe Pontigonenſi Diœceſis Senonenſis oriundus: ante Epiſcopatum Archidiaconus fuit in Senonum Cathedrali, itémque Cappellanus Gregorij PP. XI. ſedentis ab anno 1371. per ſeptennium: qui Pontifex anno vitæ penultimo Auenione[k] Romam venit, ibi ſedem poſt annos 70. vacuam repetiturus. San. Iulianus monet [k] eum illuc regreſſum ſuaſu ſanctæ Catharinæ Senenſis & Baldi Iuteconſulti Peruſini. Taliáque[l] incitamenta renouat Genebradus [l]. Sed Platina quem ad id ille citat, hos non nominat illectores; verùm quendam Epiſcopum anonymum verbis Gregorium increpantem de abſentia & emerſo inde Romanis periculo. Nicolaüs autem Archidiaconus lites excitauit in Antiſiodorenſem Epiſcopum: quippe cùm prætenderet tanquam Archidiaconus ſui eſſe iuris mittere in poſſeſſionem Archiepiſcopos Senonenſes atque horum Suffraganeos, nimirum Epiſcopos Pariſienſem, Aurelianenſem, Antiſiodoren. &c. itémque Abbates conſtitutos intra limites ſui Archidiaconatus. Cauſa à Gregorio PP. olim etiam ibidem Archidiacono terminata eſt in fauorem Nicolaï, ex commiſſione informantis Roberti Cardinalis Tit. 12. Apoſtolor. *Datum Auenione 8. Kalend. Nouemb. Pontificat. an.* 3.[n] Quod equidem Diploma ad integrum exſcripſit Renatus Choppinus in ſacra Politia[m]. Hinc ipſe Nicolaüs factus Antiſtes, ſolenni ingreſſu Cabilonum adiit 17. Decembr. 1374. ſéque oſtendit vtilem in Epiſcopatu multùm per eum dilato ex acquiſitionum incrementis. Tempúſque ſui finis incertum nobis eſt.

k pa. 473.
l In Chron.
m li. 1. Tit. 8. nu. 14.
n San. Iulian. pa. 474.

65. *Guilelmus* IV. *de Saligny*, vel *Salaigny*, hoc quidem ordine ex veteri Eccleſiæ Martyrolo- [n] San-Iulian. gio : ſed incerto præterea tempore. Ei erat frater Ioannes *de Saligny* [n] : fortaſſis ille qui pag. 474. eſt Epiſcopus LIII. Matiſconenſis, paris omnino nominis, & coætaneus annoſior, ſcilicet Præſul, euectus ab an. 1331. ad 1359. Vnde M. Guichardus *de Salornay* Prior Conuentus S. Petri Maticenſis pro his vnum Anniuerſarium fundauit die 3. Iunij.

66. *Oliuerius de Martrotio*, ex M. S. vel *Martrolio* ex San-Iuliano, vulgò *de Mairois*, ſeu *de Mattreul*: videbatur Epiſcopus anno 1401. ſepultus die 9. Maij an. 1405.

67. *Ioannes* IV. *de Coſta*, Doctor in Iure Canonico, antea Cantor Eccleſiæ Bajocenſis in Normania, & Papæ Referendarius. Creatus eſt Epiſcopus Cabilonenſis à Benedicto PP. 13. priùs dicto Petro de Luna in Chiſmate. Eius per procuratorem poſſeſsio facta eſt die I. Auguſti, an. præfato 1405. Ac inde tranſlatus ad Mimatenſem Eccleſiam ann. 1413. cui calculo concors eſt Chenutius.

68. *Philibertus de Saulx*, antea Præpoſitus Eccleſiæ ſancti Amati in Diœceſi Atrebatenſi, factus eſt Cabiloni Epiſcopus, Bullis Pontificiis datis IV. Idus Martij 1414. Attamen Chenutius ibi ſtatuit an. 1409. Fundata ſunt per eum multa deuotionum indicia; ac demum ad Ambianenſem Eccleſiam tranſlatus eſt eodem anno extremo 1414. Idémque Chenutius eum agnominat *de Sauloë*.

69. *Ioannes* V. *d'Arſonual*, eſto ad Epiſcopatum peruenerit an. 1415. obiit tamen menſe Auguſti an. ſequentis 1416.

70. *Hugo* III. *d'Orges*, ex Canonico Cabilonenſi electus eſt Antiſtes per viam compromiſſi in Capitulo menſe Septembri an. eod. 1416. Et menſe Auguſto anni ſequentis 1417. ſolennem introitum habuit ad ciuitatem. Ibique perſtitit ad annum vſque 1431. ſub eodem Auguſto : quo tempore ad Rothomagenſem Archiepiſcopatum tranſmiſſus legitur 78.

71. *Ioannes* VI. *Raoulin* in Decretis Licentiatus, & antea Archidiaconus Eduenſis, ea in vrbe natus, ab Eugenio PP. 4. prouiſus eſt de Cabilonenſi Epiſcopatu menſe Auguſti an. 1431. ſequenti die 7 Septembri Dominico ſolenni pompa vrbem ingreſſus : effectus quoque Prior S. Marcelli in ſuburbio : cui Eccleſiæ multùm profuit. Sed denique tranſfuſus eſt ad Eduenſem Præſulatum, patriæ deſiderio, ſub annum 1436.* Nec tunc con- * Ibidem. tinuit frater eius Nicolaüs Raoulin Eques Baro & Momotheca ſeu Cancellarius Burgundiæ, quin ope ſui Ducis euectus ſit ad Cardinalatum à Nicolao Papa V. veriùs ann. 1449. ex Ciaconio an. 1448. ex aliis, ſub titulo Stephani in Cælio monte.

Appendix. Chenutius autē Articulo 89. Niuernenſi infrà ſtatuit quidem obiter pro hoc ſitu Petrum de Poga, velut Cabilonenſem Epiſcopum : ſed in ipſis ſuis Cabilonenſibus eum prætèrit. Et quia fidem dicti haud ſufficientem facit. Ideo nos quoque eundem hîc à capite nondum euehimus, donec forſan plura conceſſerit ætas poſteritatis, maximè eò quòd vel etiam eius Chronicum loco citato ſub ann. 1430. concurrit & implicat cum præfato noſtro Ioanne Raoulino : contenti hoc monitu per appendicem Lectori pro iſto Petro.

72. *Ioannes* VII. *Germanus* ex humili familia Cluniaci, aquam ibi luſtralem diebus feſtis portans, factus eſt Doctor Theologus Pariſienſis, Mecœnate Duciſſa Burgundiæ : creatus poſtea Epiſcopus Niuernenſis, inde Cabilonenſis, & inſtitutus Cancellarius Velleris aurei Philippi II. boni Ducis Burgundiæ. Ab eo miſſus bis palam orauit per quàm elegantiſſimè [o] an. 1414. in Concilio Conſtantienſi [o] : adſtititq; in Baſileenſi [p]. Sedens Cabilonij ab anno cit. 1449. [p] an 1431. San. Iulianus enumerat [q] ſeptem decim libros ab illo viro compoſitos, & maxima ex par- [q] pa. 480. te nondum editos. Sed prætetea Conradus Geſnerus in Bibliotheca Alphabetica duos alios commemorat iſtic in ſpecies non deducendos. Obiit autē in Caſtro Epiſcopali [r] an- [r] De la Salle no 1460 [ſ]. Sed præfata publica cenſentur ab eo peracta, dum adhuc præeſſet Niuernis. [ſ] 2. Februar

73. *Ioannes* VIII. *de Poupet*, abſens electus à Capitulo poſt amicorum ambitus anno 1461. ſolemni ritu vrbem intrauit anno ſequenti diè feſto Corporis Chriſti. Anno 1467. publica funera ex munere fecit pro obſequiis defuncti Philippi II. Ducis. Adiitque patriæ Legatus cum Ciſtercienſi Abbate ad filium Carolum, nouum Ducem Burgundiæ. Et ex ſequentis ingreſſu ad Cathedram, concluditur hunc finiiſſe anno 1479.

74. *Andreas de Poupet* ex ceſſione præmiſſi Ioannis receptus eſt Antiſtes Cabilonij nomine Procuratoris anno 1480. in Ianuario. Et quia illegitimus fuerat, ſuas diſpenſationis & legitimationis literas obtulit regiſtrandas, obtentáſque à Sixto PP. 4. Qui etiam Pontifex ad poſtulationem Regis Ludouici XI. in gratiā regreſſus, conceſſit Ioanni ad Epiſcopatum, in caſu quo Andreas ei cederet : & interea eidem Ioanni de Poupet contulit titulum

lum Epiſcopatus Salonenſis apud orientem. Andreas ergo Cabilonum reuerenter ingreſſus eſt primo die Iunij ann. 1481. Et eius prædeceſſor Ioannes animam exhalauit in Caſtro præfato Epiſcopali ann. 1491. ſepultus in Cathedrali. Hinc Andreas excipiens Cabiloni Carolum VIII. Regem, eum veſtiuit ſuperlicio & haumuſſia canoniali in ſua Eccleſia. Quæ ornamenta Rex deinde tradidit nobili adoleſcenti Petro de Roſſet familiæ d'Amarim apud Dombas pro primo vacaturo Canonicatu in eadem Baſilica, velut debito primis Regiis ingreſſibus. Andreas tandem ex infrà ſuppoſitis creditur defeciſſe anno 1503.

75. *Ioannes IX.* cognomine *de Poupet II.* Et nepos per Andreæ patrui ceſſionem, oſtenſis Bullis ſuis Apoſtolicis ſuſceptus eſt in realem procuratorio nomine poſſeſſionem die 9. Martij (Chenutius dicit 9. Aug. an.) 1504. ipſomet poſtea magnificum ingreſſum celebrante: natus Gandaui, etſi nobiles eius parentes eſſent Burgundiani Comitatus: Doctor in Iuribus anno ætatis 25. in eáque receptus Antiſtes. Quia verò Iulius PP. II. anathemate percuſſerat Ioannem Epiſcopum cæteróſque Galliarum Prælatos, qui in Conciliabulum Piſis coactum indicta venia acceſſerant, quo tempore t Concilium legitimum celebrabatur ad Lateranum per eundem Iulium & ſucceſſorem Leonem Papam X. Epiſcopi Galli abſolutionem ſuam efflagitantes, eam à ſummo Pontifice conſecuti ſunt, teſte Tomo 3. Conciliorum. Ipſe autem Ioannes interiit anno 1531. die 3. Ianuarij in præfato Caſtro. San-Iulian. 1515. u t an 1511.

76. *Antonius de Vienna*, familia illuſtrior in vtraque Burgundia, primus eſt habitus, qui vi Concordatorum inter Leonem PP. X. & Regem Franciſcum I. initorum ad Cabilonenſem Cathedram Sedi Romanæ nominatus legatur: obtinente à Rege eius fratre Girardo de Vienna Equite. Tunc Antonius Abbatiam Moliſmenſem, quam priùs poſſidebat, reſignauit abnepoti, & egregio apparatu Cabilonum ingreſſus eſt penultimo Martij an. 1532. Phlegmate tandem in lectulo expirauit menſe Februario ann. 1551. Hunc præterit Chenutius. u pa. 483. 484.

77 *Ludouicus Guillardus* primùm Epiſcopus Neruiorum, vulgò Tornacenſium x, deinde Carnutenſis 101. & inde tráſlatus ad Cabilonenſem Diœceſim ab an. 1553. y alij ab 1556. ad an. 1560. z Ac tunc denique miſſus ad Syluanectenſem Eccleſiam. x *Tournay ez pays bas.* y 20. Decem. z prid. Februar.

78. *Antonius Arnauld*, Doctor Theologus Pariſienſis, Confeſſor Catharinæ Reginæ matris, valde probus & ſimplex. Factus hic Epiſcopus an. 1561. atque tunc percelebris diſputationibus aduerſus Lutero. Caluinitas in Colloquio Poſſiaco. Obiit verò an. 1573. menſe Auguſti.

79. *Iacobus Fouyré* Carnuti natus, Dominicanus, Doctor Theologus Pariſienſis, Concionator Regius Caroli IX. Primùm Abbas *de Liury* prope Lutetiam: deinde Regina mater ei hunc Præſulatum nuper impetrauit, factúſque eſt illic Epiſcopus anno 1574. ad annum vſque 1578.

80. *Pontus de Tyard*, nobilis Dominus *de Biſſy*, ex Archidiacono nominatus eſt à Rege ad præſentem Cathedram: ſeditque ab anno præfato ad an. 1596. quo nepoti ſequaci reſignauit, diúque tamen poſtea ſuperuixit.

81. *Cyrus de Tyard*, aſſedit fœlici ſucceſſu à quinto Kalendis Nouembris anni illius 1596. per patrui adhuc tunc degentis ceſſionem: obiitque & eũ planxit populus extremo an. 1623.

82. Iacobus de Neufcheſes nominatus à Rege 6. Ianuarij anno 1624. Romæ bullatus 22. Octobris ſequentis, tum 25. Decembris Regi Sacramentum fidei præſtitit, ſequaci Dominico illuxit conſecratus, tunc ad poſſeſſionem ingreſſus die S. Vincentij Martyris 22. Ian. elapſo an. 1625.

SERIES

SERIES

ARCHIEPISCOPORVM

ROTHOMAGENSIVM,

SECVNDÆ PROVINCIÆ GALLIÆ CELTICÆ Lugdunenſis.

***

1. *SAnctus Nigaſius Martyr à beato Clemente ſummo Pontifice miſſus.* Sic Demochares de primo Neuſtriæ Epiſcopo ſub toto priore Euangelij ſeculo. A Chenutio dicitur *Beatus Nicaſius*, poſt Baronij Martyrologium; qui poſtremus dat eidem Præſuli ſocios ad Martyrium Feſcennino gentili Præſide ſanctos Quiricum Presbyterum, Subiculum Diaconum & Pientiam virginem vndecimo Octobris ibid. Poſtmodúmque vacauit ſedes vſque ad diuum Melanium ſequacem.

2. *Melloſiue, Mellonus.* Hac voce duo præfati Authores. Sed a ii 9.ca.93.
Petrus deNatalibus a atque Baronius illum vocant. *Sanctum* & li.11.cap.
Melanium: teſtantúrque ordinatum à Papa S. Stephano I. & eò miſſum *ad prædicandum* 74.
Euangelium, vice ſecundi Epiſcopi Rothomagenſis. Qua de tota periodo nihil prorſus
alij duo ſcriptores. Feſtum 22. Octobris Sedit ab ann. 257.

3. *Anidianus ſiue Anicianus* Demochari; itémque *Auidianus ſeu Anicianus* Chenutio.
Qui cenſent, præſertim anterior, eum ſubrogatum Epiſcopatui in Prouinciali Concilio
2. Arelatenſi tempore S. Syluestri Papæ, Imperante Conſtantino Magno, anno 311. Ve-
rùm Baroniani Annales aſſeuerant illam Synodum illic primam extitiſſe, an. 314. quia
non legitur antiquior alia ibidem celebris facta: per errorem verò dicit Baronius ſcribi
in vulgatis Conciliorum, Tomis ſecundum, quam alteram ſtatuit ipſe potiùs habitam
Arelate ann. 353. ſub Liberio Papa, & Conciliorum columina Coloniæ edita eam col-
locant an. 326. ſub præfato Syluestro, déque tertio habet Cardinalis nobiſcum in D. Cæ-
ſario Arelatenſi Epiſcopo. Et circa hæc nihil denuo ſoliti bini Authores, lapſi in vete-
rem allucinationem per noſtrum Baronium detectam ac reſtitutam.

4. Seuerus mieuit Præſul ab ann. 325.

5. Euſebius ſubrogatus eſt an. 341. Interfuitque Prouinciali Synodo Agripinenſi ſeu Colonienſi, celebratæ an. 346. ex Genebrardo.

6. Marcellinus ſequutus ab anno 366. ad ann. vſque 384.

7. Petrus nomine primus ab an. 385. pergens ad annum fortè 394.

8. S. Victricius eſt is ſeculo adeò notus, quod ad eum ſcripſerit tum S. Innocentius Papa I.
inſignem Decretalem Epiſtolam, ſeditque ſummus ille ab ann. 402. ad 417. ex Baronij
Annalibus, vel ab an. 406. ad 421. ex Genebrardi Chronologia; tum ei literas miſerit S.
Paulinus Nolanus Epiſcopus moriens an. 431. Ergo hos cunctos pecurrit annos in Sede
Victritius: niſi quòd fortè obierit an. 416. ex ſequentibus. Needum complent illæ no-
tæ diariæ vniuerſum tempus ſuæ Sedis, maximè ab anteriori parte, quia is ex Baronio a Nu. 15.
Cathedram iam obtinebat anno 396.* quo ſentit D. Paulinum literas ad eum exaraſſe, &
ipſam repleſſe ac illuſtraſſe regiones illas boreales Oceani nomine chriſtiano longè pro-
pagaro. Quod non ita diſertè tradunt præmiſſi Tabularij. In Martyrologio Rom. coli-
tur 7. Auguſti.

9. S. Inno

9. S. Innocentius ſucceſſit anno forſan 417. Nec enim claret in Martyrolpgio. Attamen deputatus eſt à S. Cæleſtino Papa I. ad Scetas in fide conuertendos: qui Pontifex ſedit duntaxat 434. equidem longiùs vſque ad an. 422. ex Baronio, vel ab ann. 426. ad 453. ex Genebrardo.

10. S. Euodius Confeſſor, melius ab ann. 426. quàm ab 422. in Martyrolog. 8. Octobris.

11. S.Syluester an.430.Non in Martyrologio.Cæteris in Chenutio ſuperfluis.

12. Malſinus ſeu Malſonus an. 442. quo habito tempore fruſtrà citantur ab aliis Papæ & Imperatores, qui illo crepuſculo regnarunt: & ſic alibi in his occurſibus.

13. Germanus ſiue Guyanus præſens vniuerſali Concilio Calcedonenſi an. 451. tum Prouinciali I. Turonenſi veriùs hîc anno 461. ex Venetianis Conciliorum Voluminibus, quàm an. 483. ex Baronij Annalibus. Quem dum prætereunt calculum dno præfati Tabularij, nec Præſulem ideo tandiu ſediſſe arbitrantur, ideo falluntur in annuis duorum adſequentium Epiſcoporum notis.

14. Creſcentius accreſcit immediatus ſucceſſor ann. 459. ſecundum allatos Tabularios. Sed veriùs certè an.485.vel 489. ex comprobata ſupputatione Concilij Turonenſis in prædeceſſore Archiepiſcopo illîc Suffragatore. Secundum Baronium.

15. S. Gilbardus, aliis Godardus, & Baronio Gildardus, frater S.Medardi 14. Nomomenſis Epiſcopi, perperam inſcribitur ſedens anno 473. à præmiſſo bino Tabellario: tum quia demonſtratum eſt anteceſſores duos Præſules tardiùs multò eam repleſſe Cathedram, tum rurſus quia Synodus prima Aurelianenſis, cui vno verbo eum interueniſſe fatentur ipſimet Tabularij, & verè, celebrata eſt an, 515. ex renouatis pleniùs ratiunculis in Præſule 6. Ambianenſi ſub Rhemenſi Archiepiſcopatu inferiùs, ſub nomine Gildardi: ac tertiò, quia cùm aſſerant ambos ſanctos fratres eâdem perfunctos die vitâ humanâ poſt relatorem Sigiberti Chronicum [b] ; ſanè Author vetus teſtatur illos ſeculo abſolutos an. 535. & Demochares iſtic oblitus cum ſuo receutiore Chenutio ſcribit vterque Medardum vale mundo dixiſſe an. 556. Ergo nequiuit Gilbardus tam diuturnam in Epiſcopatu agere vitam ab an.473.ad 556.Sicq; Epiſcopatum ſeriùs multò iniit quàm iidem ferant. Feſtum 8. Iunij. Aliæ Synodi Datæ viſuntur Art. 14. Trecenſi. Sed magis adhuc miror quorſum Baronius eoſdem fratres obiiſſe ſcribat anno vlteriore 564.nu.35.cùm alia nequeant allatis cohærere.

[b] Et natos 9. Id. Iun. 488.

16. S.Flauius ſiue Alanus, alius à Flauio 17. Remenſi, eius tamen ſynchrono, ex ſolitis Tabulariis perhibetur ingreſſus Concilia duo primum & ſecundum Aurelijs habita ann. 498. At in illa periodo latent tria errata. Primum, quia nequiuit aſſiſtere tali Synodo priori, cùm iam teſtatum ſit prædeceſſorem eò acceſſiſſe: nec enim licet duos ſimul Præſules eidem ciuitati aut perinde vni perbreui annuóve duntaxat eccleſiaſtico cœtui aſſidere. Secundò, quia Synodus poſterior Aureliana viſa eſt ſolẽnis an.22. Regni Childeberti 6. Monarchæ Francorũ, nimirũ an. ſalutis 536. vel 537. etiam collectore Democ. I. [1] gitur minimè potuit 2. illa Synodus aut idẽ Antiſtes Seſſor reduci ad ann. 498. quale tempus & affirmat Chenutius. Tertiò neque adhuc tenendus eſt ſediſſe anno 537. ſi credatur anteceſſorem Gilbardum floruiſſe vſque ad an 556. veluti ex Demochare auditum eſt. Bene quidem ei foret poſſibilis annus 537. ſi diuus Gilbardus fato ceſſerit an. 535. ex Sigiberto. Et veriùs iſta mens cenſetur amplexanda, pro retinendo ſub hoc ordine decimo ſexto eundem Flauium, niſi quæ ſequuntur, longiorem ei vitam præberent: quia certè ſolus Demochares addit quarto loco eund. Flauium ſua quoque dediſſe ſuffragia tertiæ Synodo Aurelianæ, quæ an. 26. Childeberti contigit, ſalutis 540. [c] Et vlteriùs; vtroque Scriba tacente; legimus quintò ipſum Flauium adſtitiſſe tertio Concilio & quarto [d] Aurelijs denuo percelebri an.537. & 547. ex Tomis Conciliorum, vel ann. 550. ex Demochare [e], qui Sanctus nec dum claret in Romano Martyrologio.

[c] Democh. To.1. fol 91.
[d] Inter 23. Patres ſuma.
[e] To.2. fol. 49.

17. S.Prætextus, Prætexatus ſeu Prætextatus creditur ſediſſe ab anno 545. inhærens Conciliis Prouincialibus quinto Aurelianenſi anno 38. Childeberti; ſalut. 552. Item primo Pariſienſi ſub Pelagio PP. I. an. 557. Tum Concilio ſecundo Prouinciali Turonico anno 570. ex Annaliſta Baronio Num. 13. tameſi anno 562. ex Genebrardo. Deinde primo Cabilonenſi anno 582. ex Conciliorum Indicibus. Præterea ſecundo Matiſconenſi ann. 588. Quod nec ad integrum, nec adeò exactè tradunt duo Tabellarij breuiores. Ipſe verò effectus [f] eſt Martyr per reprehenſam meretricem Fredegundam vxorem tertiam Regis Chilperici fratris ac ſucceſſoris præmiſſi Childeberti.

[f] Exulatus, ex Greg. Turon. li. 5. hiſt. Franco. 18. reuocatus li. 7. ca. 16. necatus 24. Febr. lib. 8. ca. 31.

18. Melantius qualitercunque in vita, ſubrogatus non an. 582. vt cenſent illi, quia obſtat eius

C præſen

præſentia Concilio allato Maticenſi eo ſuffragatore 24. inter 31. Patres g: ſed veriùs ſucceſſit an. 589. ex Baronio Num 6. g Democ. To.2.fo.3.

19. Hildulphus miniſtrauit ab an. 594. &c.

20. S. Romanus optimè rexit ab an. 622. funúſque nactus eſt 23. Octob. an. 635. vel ex aliis an. 649. Gazetius h: cæteri obitum reticentibus.

21. S. Audoënus Democharì, & Odoënus Chenutio, vix tutò cœpit ab anno 635. ob tardiorem ſententiam finis anteceſſoris. Adiit Concilium Cabilonenſe: non primum, vt cenſent veteres calculi Conciliorum ex recentiori noſtra ſupputatione in Lugdunenſibus ſub Gauderico Archipræſule i an. 648. alus 657. aut 662. vbi vocatur Audinus. Obiitque 24. Auguſti. h To.2.pa. 603. i Nu.44.

22. Aubertus ab ann. 677. ex Baronio Num. 4. Sed adiicimus, quòd à Gazetio k & in noſtro Inuentario Alphabetico Sanctorum l nominatur *Sanctus Ausbertus*, ob pleraque eius miracula: tametſi non reluceat in Martyrologio. Præfuit an. 682. in Concilio nationali Rothomagenſi ex Baron. Numer. vndecimo. Tum aſtra conſcendit nono Febr. 695. k To.1.pa. 512. l ca.7. Ar. 52. ca. 43. 23. & ca. 57. 15.

23. Grippo claruit ab an. 695. &c. ſub variis æui Pontificibus Romanis.

24. Rotolandus ſiue Ratilandus pariter ab an. 719. &c.

25. S. Hugo I. hoc ſolo nomine & ordine in Demochare, ab vnico Chenutio adiiciente perhibetur ex Antiſtite 37. Pariſienſi & Bajocenſi creatus Rothomagenſis ann. 722. dictúſque conſobrinus Pippini Regis Francorum, citra teſtem meritò ſanè hîc ab eo proferendum, quia non alibi lego id genus affinitatis: & reuerà etiam Pippinus ſceptrum non niſi ann. 751. capeſcit. Iſtud verò enarramus, quia Gazetius Atrebatenſis archetypo vicinus teſtatur S. Hugonem Rothomagenſem extitiſſe primogenitum Caroli Magni filij præfati Pippini, vita functum ann. 840. Quæ temporum diſtantia per annos 120. cogit nos ergo concludere duos clariuſſe Hugones viros Regios Rothomagi, ſcilicet hic vnum, & alterum infrà ſtatuendum, octo mediis aliis loci Præſulibus interiacentibus, ſi cognatus ille Pippini ritè comprobetur, qualem Chenutius ſcribit mortuo corpore ad Lotharingos tranſlatum, in vicum Hapis Diœceſeos Cameracenſis iuxta Atrebatenſem, & ſcrinio argenteo honorificè aſſeruatum: quem tranſlationis locum Gazetius appellat Haſpréſem verſus Belgas, Hannones Præpoſituram dependentem ex Abbatia S. Vedaſti Atrebatenſi, in cuius Archiuis latet præſens hiſtoria manuſcripto inde veriùs per Atrobatem hauſta, eruditum Sacerdotem. Adeóque iſtic videntur duo Hugones diſtinctè admittendi, & poſteriorem velut tutiorem publicandum poſt octonarium: interea nos priorem ſinimus pro vigeſimo quinto Archiantiſtite, ne citiùs paulò aliorum ſcriptis quid de trahere putem: donec fortè maiorem in poſterum lucem proferant doctiorum ingenia. Feſte 9. Aprilis in Martyrologio.

26. Robertus I. ſiue Rathbertus ſedit annis quatuor Gregorij II. Papæ tempore, vt cenſet Chenutius. Ergo ab an. 727. ad 730. quo finiit ille Gregorius.

27. Grimo acceſſit an. 733. per annos quinque ſequaces.

28. Ragenfridus ſiue Raginfredus & Baronio Raginfridus, ſuffectus eſt ann. 729. qui nominatur in Epiſtola Zachariæ ſummi Pontificis, non tertij ex Tabularij vtriuſque ſententiæ, ſed primi Romæ Præſidis ab anno 741. ad 752. Præfuit vni Concilio Franciæ anno ſeptingenteſimo quadrageſimo octauo, aderátque Burchardus Vuirceburgenſis Epiſcopus inter Patres alios.

29. Remigius ann. 745. frater veriùs Regis Pipini Breuis, filiorum Caroli Martelli, quàm filius eiuſdem Pipini, ſeu quàm frater Caroli Magni. Cuius è diametro Imperatoris Præſul ipſe fuit proauus ex Ioanne Tillio in Optimatibus m, deinde Chenutius in Additionibus pag. 549. m pa. 30.

30. Memardus ſeu Medardus ab an. 772. Vir clarus in Sede.

31. Gilbertus item ſeſſor ab an. 780.

32. Vuillebertus iſtuc recèns compellitur noſtro ſtudio., inſciis Tabulariis. Etenim Gregorius Turonenſis eum diſertè conſcribit Rothomagenſem Archiepiſcopum. Et Baronius eiuſdem adhibet chronologiam ſub anno 819. Numer. 2. Ergo huic locus iſte debetur poſt Gilbertum & ante Ragnoaldum. Maximè quia vel etiam inter duos illos extremos magna ſupererat alioqui vacua diſtantia. Sic itaque facilè ſedit ab anno circiter 800. ad an. 828.

33. Ragnoal

33. Ragnoardus pariter Carhedram occupare ſolitus fuerat ab anno 829. Præſeus quintus in Concilio Vuormatienſi anno 836. ex Tomis Conciliorum, quin etiam die decima ſexta Calend. Decembris ex Tauello in Senonibus pag. 31. annó 22. Imperij Ludouici Pij, Patribus 42. primùm ab ipſo Authore ediris, ac recèns depromptis è S. Remigij Cœnobio Remenſi. At corpus Conciliorum dicit abſque Patribus & ſine anno, id geſtum eſſe 17. Calend. Iunij.

34. Gumbaldus inſuper occupabat Sedem ab an. 838. Sed appellatur Gumboldus in To. 3. Conciliorum * præſens Synodo Prouinciali tum Pariſienſi tum Meldenſi ann. 846. Calendis Martij præciſè, & apud Baronium Guntbaldus ſub an. 846. Num. 7.

* Coloniæ pag. 454. col. 2.

35. S. Hugo II. verè filius Caroli Magni Imperatoris, piiſſimus & miraculis clarus ab ineunte ætate: poſtea requirente Clero creatus Rothomagenſis Archiepiſcopus in Concilio Aquarum Sextiarum, præclarus reſtitutor Eccleſiarum, &c. Sic in antiquis Legendis Abbatiæ ſancti Vedaſti, à Gazetio erutis. Qui Author dum recenſet Hugonem natu maiorem patris Caroli: ſanè apud Ioannem Tillium lego n eum Principem extitiſſe ſextum maſculum ac ſecundum filium Regiæ ſextæ vxoris Imperatoris cum vterino fratre Metenſi Epiſcopo, ambobus conſecratis ſimul Epiſcopis o die 12. Iunij ann. 823. ex ipſomet Tilleto disertè p. Obiitque Hugo Confeſſor 6. Aprilis ann. 480. ex præfato Gazetio. Et fuit Sanctus ille in canone Martyrologico comprehenſus. Quem Baronius in tempore deceptus minus ritè ſcripſit mortuum anno 720. vnicum Democharem nimis velocem ſequutus. Sicque Hugo I. ſi fuerat ſuprà Archiepiſcopus 25. tamen nondum creditur Sanctus.

n Io. Optima. lib. Fran. 48.
o in eod.
Conc.
p pag 43.

36. Ioannes iſque primus, prædicatur Archiepiſcopus Rothomagenſis à Flodoardo Remenſi Canonico *, ad quem Præſulem ſcribebat Hincmarus Archipræſul Remenſis, *reſpondens ad interrogationem de Clerico ante ætatem legitimam ordinato*, &c. vt loquitur Author. At verò Hincmarus ſedit ab anno 845. aut priùs ad annum 848. & vltrà. Ergo intra id tempus vt minimùm ſedit præfatus Ioannes Rothomagi. Et propterea ritè à nobis hac ſerie adiicitur, dum in eo tacent cæteri Tabularij.

* lib. 3. ca. 21. fol 234.

37. Paulus ſedens ab ann. 849. ad quinque annos ſequentes vſque, ex Chenutio. Verùm mens eius falſo innititur calculo, quia ſtatuit cum Demochare immediatum ſucceſſorem Vuanilonem anno 859. Ergo Paulus ſecundum ipſos duplicando ſedit annis decem. At de nouo itis viſum ſanctum. Leonem, quem proximè adiicimus. Adeóque Paulus quinquennium duntaxat in Sede compleuit, iuxta priorem quam mox emendamus ſupputationem. Sed aliter, alióque ſucceſſoris fine. Quorum vltimus annus fuit ille; quando idem Paulus adſtitit Prouinciali Synodo 4. Turonenſi & in Sueſſionenſi ann. 853. ex Renato Chopino in ſacra Politia q & aliis.

q li. 2. tit. 9. Nu. 5.

38. S. Leo ſubtilis ingenio ac humilis, & à nemine hactenus catalogo Epiſcopali annexus, intra annos 13. fuerat Pariſiis omni pene ſcientiarum genere inſtructus, inde à ſummo Pontifice electus poſtea Rothomagenſis Archipræſul. Sed à Romanis rogatus proficiſci in Hiſpaniam concionandi gratiâ coram paganis, is Bayonam & vicinam regionem ad Chriſtum conuertens, ab ethnicis Vaſcis ſeu Baſcis r piratis capite plectitur cum piis ſociis Geruaſiò atque Philippo, die 6. Martij ann. 856. aut poſtea ad ann. fortè 900. Sancto mortuo longiùs caput ſuum per miraculum deferente. Pro quo nos ſæpè in Alphabeto Sanctorum ad locos communes redacto. Et nihil Chenutius. Singulis per Gazetium ſ depromptis ex Bayonenſibus Legendariis.

r Vulgò Baſques, in Matiſconenſib. Nu. 36. §. 1.
ſ To. 1. in 6. Mart p. 265. 267.

39. Vuanilo ſic vocitatur à duobus Tabulariis, ſedens ab anno circiter 849. quo præciſè adſtitit Concilio Tullenſi ob cauſas in Lugdunenſibus allatas, vbi nominatur *Vuelino*, Num. 58. §. 1. Alibi verò per nos legitur *Vuenilius*, & Guelino, etiam præſens nationali Concilio 2. Sueſſionenſi ann. 866. ex Baronij Annalibus, ſilente Genebrardo. Item creditur acceſſiſſe ad Bellouacenſe Concilium ann. 35. regni Caroli Calui, ſalutis 875. Quod ſi ita euenerit: ergo bis ſedit Rothomagi, nimirum eò regreſſus eſt poſt tres proximè adſequentes: quo pacto Lugduni Hippolyto Ferrarienſi t accidit: quia hi alioquin anteriores in Data, aut ſaltem intermedij, nequaquàm hic locum & ſitum poſſent nanciſci ac retinere. Sic ibi eum nominat Adrianus Canonicus in ſuo Ambianenſi Catalogo u. Vel certè aliter tale vocabulum foret cum Vuitone quarto Epiſcopo inſequente confundendum, velut eiuſdem prorſus anni, & in conſonis literis affine.

t Nu. 119. & 121.
u Nu 25. an. 1642.

40. Adilardus Demochari, & Adalardus Chenutio, ſecundum ipſos texit anno 865. nepos præmiſſi Gumbaldi.

41. Riculphus apud vtrumque authorem cellulam occupabat ab an. 869.

42. Ioannes I. ſedit ab an. 872. Hoc ſolum ipſi. Sed nos diſertè adiicimus, quòd idem Ioannes acceſſerit ſuffragator Concilij Prouincialis Pontigonenſis an. 876. quale de nouo per ſuos Patres aperimus in Lugdunenſibus [a]. Nec competit an. 865

a Nu. 59. §. 2.

43. Victo ſeu Vuito cathedram poſſedit vnito anno 875. ex iiſdem. Et hoc ipſo tempore docuimus [y] Vuanilonem tanquam Archiflaminem quoque Rothomagenſem ſuâ præſentia decoraſſe Prouincialem cœtum Bellouacenſem. Verùm ex Baronij mente, qui eum appellat Vuictonem, is ſeriùs præfuit, nimirum anno 905. numer. 7. qui ſolaris circulus tollit certè viri concurſum aliquâ repertum cum præfato Vuanilone. At ex aduerſo etiam eiuſmodi calculus parem ferè gignere cenſetur conflictum cum ſucceſſore Francone: niſi rite impedimentum ſoluatur vt infra facilè præſtandum putamus [z] ſi ponatur Vuitonem poſt Franconem adſequi.

y Nu. 37.

44. *Franco ab ann. 875. qui Rollonem baptizauit.* Iſtud illi duntaxat Tabularij. Phraſis ſanè breuior æquo, & valde tenebroſa. Non enim omnes literati tenentur noſſe virum haud vulgarem: cui lucem idcirco debuerant Authores afferre, ſi norint. Hanc ergo ſic porrigimus. Rollo fuerat Germanus ethnicus, & ſummus Dux primus Northmanniæ Galliæ Celticæ, quem Franco per Dei gratiam Chriſtianum baptiſmate fecit totámque pariter regionem ſuperſtitem. Eumque Principem poſthac ſequuti ſunt fideles Chriſto Guilelmus, Gerlo, Richardus I. & II. ac cæteri. Sic Tillius in Optimatibus [z]. Et Paulus Æmilius Antiſtitem vocat *Francionem* [a] *Rhollone* in ſacris vndis dicto Roberto ex Patrini nomine *Roberto Regis Odonis fratre*. Neſcitur autem ſui finis annus, Fas quidem eſſet opinari eundem ſuperuixiſſe ad annum vſque 918. quo ferè inchoabat ſucceſſor Guntarius. Sed prędeceſſor Victo fortaſſis cenſetur remittendus poſt eundem ipſum Falconem, ſi an. 905. ſederit, ac conſequentibus allatis, ex dictis ſuprà, & inde Guntharium proximè Victo attigerit. Quod putatur veroſimilius.

z pa. 128. 130.
a Sub Carolo Simplice, fol. 59. extremo.

45. Guichardus Demochari, & Guntharius Chenutio. Vterque ab an. 919.

46. Hugo 2. monachus Abbatiæ Regiæ ſancti Dionyſij apud Luteriam, ab an. 942.

47. Robertus II. filius Richar. I. Ducis Northmanniæ, ac frater Richardi II. [b] moderatus eſt curam animarum ab an. 989. Hi duo & ſequax iſtic ſunt recens appoſiti.

b Till. pag. 128.

48. Malgerius filius Richardi II. ab an. 1037. poſteáque ob cauſam deponitur.

49. Mauritius I. ſeu Maurilius gente Moguntinus ab an. 1055. Cæteris aliorum omiſſis.

50. Ioannes III. Comes ortu, hîc ſedens ab an. 1067. ex Demochare: ſed antea fuit Epiſcopus 16. Abrincenſis, dictúſque ibidem pariter *Ioannes ſecundus*. At Chenutius cenſet eum Rothomagi aſſumptum an. 1079. Sed dum vult concludere ipſum Ioannem octo annis functum tali regimine, fallitur, quia ſucceſſor impedit octennium. Ergo verior ingreſſus Democharis. Et inde ſedit ibidem Ioannes annis 12. Pendente quo tempore initum eſt Prouinciale Concilium Rothomagi, præſentibus Guilelmo Anglorum Rege, ac Normano Duce [c].

c an. 1174.
d de Caca.

51. Guilelmus I. fuerat Abbas ſecundus ſancti Stephani Cadomenſis [d], conſecratus Archiantiſtes à Gilberto Ebroicenſi Præſule anno præfato 1079. nimirum finiunte. Et ſequente 1080. Guillemus Rex aſſiſtens optauit ibidem Cōcilium haberi, ſuffragantibus patriæ Coepiſcopis & Abbatibus, Chenutio etiam narrante.

52. Gauſridus Demochari, Goiffredus Chenutio, antea Decanus Cenomanenſis Eccleſiæ, direxit hanc Rothomagenſem ab an. 1110. Obiit 26. Auguſti 1128. [e]

e Ex Orderico Vitali monacho Vticenſi li. 12 fol. 888.

53. *Hugo III. ab ann. 1128. extremo, qui corpus ſancti Firmati leuauit ann.* 1157. Hactenus ambo authores. Sed adiicimus S. Firmatum extitiſſe Diaconum Antiſiodorenſem Confeſſorem, recoli ſolitum 5. Octobris in Martyrologio. Et rurſus legi Epiſtolam [f] venerabilis Petri Abbatis Cluniacenſis ad ipſum Hugonem miſſam, quem laudibus extollit, de quo plura recolit Bibliotheca Cluniaca [g].

f 33. li. 6.
g col 638. 532. 1958.

54. Rotrodus Demochari atque Chenutio, tum Rothodus & Rotrochus Baronio, fuerat priùs Antiſtes 13. Ebroicenſis ſub anno 1164. antea præſens leuationi corporis ſancti Firmati, & poſtmodum aſſumptus ad hunc Archipræſulatum anno 1166. ex Sigiberto, qui eum nominat Rotrocum, poſteáque ſub anno 1181. Rotroldum. Vide aliud eius nomen Articulo 54. Niuernenſi. Obiit anno 1182. extremo.

55. Vualte

55. Vualterius ab an. 1183, olim quibuſdam nuncupatus Gualterus ex rationibus deductis in Matiſconenſibus [h]. h an. 36.53.

56. Robertus 2. Pullus ab an. 1207. aliàs Reginaldus tunc militans contra Albigenſes Aquitaniæ hæreticos, ex Gaguino.

57. Theobaldus ab anno 1222.

58. Mauricius 2. primùm Epiſcopus Cenomanenſis, 39. poſtea Archiepiſcopus Rothomagenſ. ab an. 1231. Obiit anno 1234.

59. Petrus 1. de Collomedio, electus eſt anno 1236.

60. Odo primus dudum Abbas Regalis ſancti Dionyſij: indéque Archiepiſcopus ab anno milleſimo ducenteſimo quadrageſimo ſeptimo.

61. Odo 2. Rigault Ordinis Fratrum Minorum ſedens ab ann. 1248. S. Antoninus Parte 3. Hiſtoriar. Cap. 9. Tit. 24. & in Chronicis Sanctorum Ordinis Parte 3. Sed adiicimus, quòd is vulgò dictus *Eudes* interfuit Regio Parlamẽto circa Feſtum Purificationis B. Mar. Virg. martis an. 1260. ex Tillio pa. 366. in Optimatib.

62. Guilelmus 2. de Flaua-Curia, antea Epiſcopus 73. Lingonenſis, poſtea Archiepiſcopus Rothomagenſis ab an. 1278.

63. Bernardus de Vaſconia ab an. 1306. nepos Clementis 5. ſummi Pontificis, & non 6. vt cenſet Chenu. vide Numerum 77. Anticiodorenſem.

64. Egidius Aſſelmi de Aluernia, vulgò *Eloy*, ab an. 1307.

65. Guilelmus tertius de Duro-forti Vaſco, ſubrogatur anno milleſimo treceteſimo decimo octauo.

66. Petrus 2. Rogerij de Malo-Monte, factus Archiepiſcopus Rothomagenſis anno 1340. poſteaque an. 1342. renunciatus Pontifex Maximus [i], dictus Clemens VI. poſt Benedictum II. & Auenione vitâ orbatus anno 1352. [K] Qualis autem priùs deuenerit, vide Numero 89. Senonenſi, & inde alibi gradatim tempora anteriora conſcendendo. Sed lege pariter Numerum 95. Arelatenſem. i 5. Maij. K 6. Decemb.

67. Aymericus Guenant ſeu Guenauld Turonenſis, primùm Epiſcopus Antiſiodorenſis 73. dein Archipræſul Rothomagenſis ab anno milleſimo treceteſimo trigeſimo octauo ſecundum Chenutium.

68. Nicolaüs Rogerij, patruus præmiſſi Petri ſecundi ex Democharе, vel nepos eiuſdem ex Chenutio, venit ſeſſor Rothomagum, anno 1342. vel potiùs anno milleſimo treceteſimo quadrageſimo quarto ex allegatis.

69. Ioannes 4. de Marigniaco ſeu Marregniaco, nuper Epiſcopus 65. Belluacenſis ſeu Bellouaci, at per præfatum Clementem Papam tranſlatus eſt ad Rothomagenſes anno milleſimo treceteſimo quadrageſimo ſeptimo.

70. Petrus 3. de Foreſta ex Antiſtite 88. Pariſienſi fit Rothomagenſis ab anno 1351. Tum Cardinalis Baſilicæ Sanctor. 12. Apoſtolorum (hęc addo) Legatus in Regnum Siciliæ ab Innocentio Papa ſexto, & finem peſte aſſequutus Auenione an. 1361. [l] Tamen Chenutius in Pariſienſib. eum dicit mortuum 1353. l 5. Cal. Iul. Ciaconius pag 720.

71. Guilelmus 4. de Flaua-Curia, antea Auxitanus Archipræſul, illinc Rothomagi ſedens ab anno milleſimo treceteſimo quinquageſimo ſexto; Petro in viuis cedente. Vulgò *Flauacourt*.

72. Philippus Alenconius nepos Philippi 5. Valeſij Regis 50. Francorũ, & frater minor natu Caroli Alenconij Lugdunenſis Archiepiſcopi 110. quorum geneſes ibidem latent, antea fuerat Bellouacenſis Antiſtes 67. & venit traductus Rothomagum anno 1359. Exinde autem arripuit Patriarchatum Aquileienſem veriùs ad annum 1360. quàm ſeriùs ex recenti motu qui adſequitur, cùm alioqui varient duo Tabellarij de ipſius calculis in Sede & extrà, arbitrantes eum Rothomagi aſſediſſe vſque ad annum milleſimum treceteſimum ſeptuageſimum quintum.

73. Petrus 4. de Croſſo nouiſſimè à nobis deprehenditur Archipræſul Rothomagenſis apud Ciaconium hoc nuperrimè publicantem, qui eum enarrat ſubinde euectum Cardinalem Presbyterum Tit. SS. Sylueſtri & Martini in Montibus ab Innocentio Papa ſexto, peſtéque ſublatum Auenione anno 1361. [m] Et legitur ſepultus in Cathedrali. Vide numerum 99. Arelatenſem. m 9. Calend. Octob. Ciac. pa. 780.

74. Petrus quintus Iudicis, priùs Narbonenſis Archiflamen, & initium ducens Rothomagi anno 1375. Quæ fuit in cauſa Tabulariis, vt eum proximè reponentes poſt Alenconium, & intermedium noſtrum ignorantes, opinati ſint principem locum tenuiſſe ad exitum ſaltem anni 1374.

75. Guilelmus de Leſtrangiis, anno 1376. tunc adſtitit Lutetiæ Imperatoriis & Regiis ſo- n pa. 388. 390.
lennitatibus à Ioanne Tillio fuſè deductis in Optimatibus n.

76. *Guilelmus* 6. *de Vienna in Concilio Conſtantienſi* 1378. Sic Demochares, & ſequax poſt-
modum ex æquo Chenutius. Vbi valdè mirandum, quòd inruiri non ſint, hunc annum
caruiſſe omni Concilio in toto orbe, & Conſtantienſe œcumenicum anno duntaxat 1414.
legi celebratum.

77. Ludouicus de Haricuria an. 1386. præſens iiſdem regiis penè ſolenniis, quibus ſuprà.

78. Ioannes quintus de Armeniaco Vaſco Gallus, Archiepiſcopus Rothomagenſis, Presby-
ter Cardinalis ſub Antipapa Gregorio decimo tertio in quinta creatione ſuorum Cardi-
nalium anno milleſimo quadringenteſimo nono. *Hoc pacto Ciaconius* o. Qui recèns notus o pa. 837. 838.
Archipræſul ſubterfugit aſpectum duplicis Tabellarij.

79. Ioannes quintus de Rupeſciſſa præſens initio Concilij Pariſienſis, anno 1424. * & ex * Venetiis. 1585. to. 4. p. 418.
Rothomagenſi Protopaſtore ſelectus eſt Patriarcha Cōſtantinopolitanus, an. veriùs 1425.
quàm 1423. factúſque Presbyter Cardinalis tit. S. Laurentij in Lucina, & S. R. E. Vice-
cancellarius, anno 1426. Hæc idem Ciaconius p. Et alia ſimul Chenutius per Mar- p pa. 874. 886.
tinum Papam quintum.

80. Hugo quartus de Orges, antea Epiſcopus 70. Cabilonenſis. Hinc effectus Archipræ-
ſul Rothomagenſis, anno milleſimo quadringenteſimo trigeſimo ſecundo. Reliquiis Au-
thorum ſuperfluis.

81. Ludouicus de Luxemburgo priùs Antiſtes 50. Morinenſis ad Belgas occiduos, vulgò
de Terouënne: ſuffragator in generali Concilio Baſileenſi, Presbyter Cardinalis tit SS. 4.
Coronatorum in 3. creatione Eugenij Papæ quarti, anno 1439. finitque anno 1443. Hau- q pa. 894.
ſta ex Ciaconio q: qui addit virum non ritè ex cognomine dici Luxemburgum: nam
eius vxor Vnalcra erat ſola hæres Luxemburgi, à qua mutuatus fuerat agnomen.

82. Radulphus Rouſſel Canonicus Rothomagenſis, electus à Capitulo anno milleſimo qua-
dringenteſimo octuageſimo ſecundo.

83. Guilelmus 7. d'Eſtouteuilla Archiepiſcopus 1452. ex Demochare, quin citiùs, poſt-
quam factus eſt Cardinalis ſancti Martini in montibus ab Eugenio quarto moriente an-
no 1447. ex Ciaconio r: tametſi Chenutius ſcribat cum hîc delectum Archipræſulem, an. r pa. 418.
1439. quale tempus anteriori Ludouico magis competit. Nec conſtat eundem virum ſe-
diſſe priùs Morinenſibus & Andegauis, veluti cenſet Author, quia cognomen illic mi-
nimè luceſcit, etiámque ex ipſiuſmet loci catalogo.

84. Robertus tertius de Croiſinare ex Canonico Rothomagenſi electus per Capitulum, an-
no 1482.

85. Georgius de Ambaſia ſenior è Narbonenſi Archipræſulatu tranſlatus ad Rothomagen-
ſem ann. 1494. Aucnioni de latere Legatus, ad quem Alexander Papa ſextus miſit pileum
tit. S. Xyſti cum muneribus pretioſis in Gallias per Cardinalem S. Petri ad vincula, poſtea
creatum Papam Iulium 2. Sepultus Lugduni Idibus Martij 1511. *Ciaconius* in ſexta crea-
tione ſ. ſ pa. 1019.

86. Georgius de Ambaſia, iunior, nepos, ex Archidiacono Baſilicæ, electus loci Pontifex
1519. tandémque Presbyter Cardinalis à Paulo Papa tertio anno milleſimo quingenteſi-
mo-quadrageſimo quinto.

87. Carolus primus Princeps Borbonius Vindocinenſis t erat Archiepiſcopus, anno 1559. t vulgò *de Vendoſme.*
quem tunc videbat Demochares Opus ſuum claudendo. Antea Niuernenſis Antiſtes,
99. itémque Bellouacenſis 84. ex Chenutio, vel etiam Ciaconio pagina 1132. Is Cardi-
nalis tit. S. Chryſogoni habuit Prouincialem Neuſtriæ Synodum, de qua nos in Caſibus
reſeruatis ſub Rothomago u: eúmque vidi frequenter ad biennium vſque ante obitum, u 1581. x 9. Maij.
qui ob belli ciuilis mœrorem exhalauit apud Pictauos anno 1590. x natus annos 67.
ad minus.

88. Carolus 2. iunior à Borbonio, prædicti nepos, quem noui in eadem ſchola Lutetiana y 23. Maij.
philoſophica: adeptis poſtmodum Cardinalatu & poſſeſſione Sedis præfatæ anno 1599 y.
Defecit ad an. 1605.

89. Carolus tertius à Borbonio Henrici quarti Galliarum & Nauarræ Regis frater natura-
lis, primùm Epiſcopus Lectorenſis, ſed Rothomagum deuolutus. Obiitque milleſimo
ſexcenteſimo decimo.

90. Franciſcus à Ioyeuſa, creatus à Gregorio Papa decimo tertio Cardinalis an. 1583. z quem z 9. Decemb.
ſum haud rarò alloqnutus. Ex Narbonenſi poſteáque Toloſano Archiepiſcopatibus con-
ſcendit ad Rothomagenſem: vixit Collegij Cardinalium Decanus, & Galliæ Romæque

conſti

conſtitutus Protector vitalibus muniis Auenione ſexagenarius ex morbo perfunctus anno 1615. * *7. Aug.

91. Franciſcus Harlæus de Chaualon, filius nobiliſſimi Iacobi Harlæi Equitis, acutiſsimus Doctor Theologus Pariſienſis, digniſsimus eâ præfecturâ, ſedet fœliciſsimè hoc anno 1625. pro Eccleſiæ Romanæ patrocinio.

CATALOGVS CHRONOLOGICVS

EPISCOPORVM BAIOCENSIVM NORTHMANNIÆ. DICVNTVR & Bellocaſſi.

ESTQVE LOCVS PRIMÆ SEDES SVFFRAGANEÆ Metropoleos Rothomagenſis iuxta ordinem Rebuſſi, atque Democharis penè, non autem Chenutij.

1. SANCTVS EXVPERIVS, aliis dictus S. Spirus, cenſetur quidem miſſus Româ in Gallias à beato Petro cum ſanctis Dionyſio Areopagita, Martiali & Saturnino ſecũdum Gazetium a, adeóque non tardiùs quàm anno ſaluris 69. quo S. Apoſtolus obiit Martyr Romæ ex Baronio in Annalibus: & credit ſatis bene Gazetius Exuperiũ in ſenio febri mortuum apud Baiocenſes, quò fuerat Antiſtes deſtinatus circa annum centeſimum. Verùm Baronius ipſe in Martyrologio ſcribit vniuerſim B. Dionyſium perindéque cæteros in Gallias miſſum Euangelij concionatorem à ſancto Clemente Romano Pontifiee b, non priùs quàm nonageſimo tertio anno, quo Sedem Romæ inchoabat. Cæterùm, iſte Exuperius in Sanctorum Canonem nondum proditur: ineſt tamen alius eius nominis ſeriùs Toloſæ Epiſcopus c. De hoc vnicum verbum Tabularij. a To. 1. in 15 Maij pa. 609 b 9. Nouem. c 28. Septem.

2. *S. Rognobertus conſecratus à S. Saturnino Toloſano, præfuit anno* 90. Sic Chenutius Democharis pediſſequus d. Sed quàm longè à vero, audite. Baronius ſtatuit Saturninum primum Antiſtitem Toloſanum effectum Martyrem e Decio imperante, qui regnabat ſolo anno 253. & ſequente, veluti ipſemet Chenutius poſtea fatetur in Toloſanis f. Igitur ſi Rognobertus fuerit ſacris lotus vndis à Saturnino, nequiuit præeſſe Baiocenſibus allato primo ſeculo. Sícque ambo Tabularij profectò ſibi non cogitantes aduerſantur, aut dum labaſcunt, Lectorem in errorem adducunt & integro vno ſeculo ac ſemis deſertam ſumunt Prouinciam abſque medio continuo Paſtorum pabulo. En prior expoſitio. Altera eſt, quòd ſi non probetur exactiùs Rognobertum baptiſmate tinctum à Saturnino: inde ſatiùs eſt ipſum agnoſcere diſcipulum Exuperij baptizantis, ac in Sede prædeceſſoris, & ſine relicto vacuo interſtitio eundem admittere proximum ſucceſſorem, ſicuti aſſeuerat Gazetius, qui hunc efficit miraculorum præceptoris ſocium ad primariam fidei promulgatæ centuriam. Mixta certè hiſtoria ab ipſo Gazetio eruta ex veteribus MS. Adeo vt Rognobertus ſediſſe potuit ad annum vſque milleſimum trecenteſimum, quem ille Author nominat Renobertum. d pa. 103. e 29. Nou. f pa. 529.

3. S. Ruffinianus ſolo nomine ſuccedens ex antiqua traditione.

4. *S. Lupus à Syluestro Rothomagenſi Archiepiſcopo conſecratus.* Ita dno illi. Hoc autem accidit anno 430. ex Numero vndecimo Metropolitano, ignotis ſequentibus Solis reuolutionibus.

5. S. Manneus.
6. S. Conteſtus.
7. S. Patricius.

Hi tres nuda appellatione conſtituti, nudi ſunt annis, & è Martyrologio abſunt. Et ſedere haud ægrè potuerunt ab an. 432. ac circiter ad annum 468. Quos ſequitur S. Vigor in ſolis duobus Tabulariis emendandis.

8. S. Gere

8. S. Geretrandus. } Iſti duo ſequuntur quidem apud alios S. Vigorē, &c. annis pariter carētes in Tabulis, ac Martyrologij præſentiâ. Sed nos præmittere eos cogimur, loco poſtea non conceſſo. Interea vix dubium quin floruerint
9. S. Framboldus. } ab anno 470. ad annum fortè 500.

Tempus eō-trouerſum. 10. Ragnebertus, quem hîc adiicimus, prædicatur Archiepiſcopus Baiocenſis in ſolo 1. ſeu vetuſtiori Concilio Prouinciali Rhemenſi, anno 616. 632. vel 640. &c. apud vnicum Flodoardum: ſilentibus Tabulariis, Genebrardo atque Baronio. Nos in Lugdunenſibus Numero 39. §. 3.

11. Gereboldus in Tabulariis hoc ordine poſt S. Victorem, attamen apud ipſos ſine Chronologia ac ſolo nomine. Conſtituitur verò à Baronio inter Patres magni Concilij Rothomagenſis, anno 682. Numero 11. vbi vocitatur Gerebaldus Baiocaſſinæ Eccleſiæ Epiſcopus, præſentibus multis aliis Epiſcopis. Neſcitur quidem ſuæ principium Cathedræ. Finem habuit circa annum 685. Cui paſſim ſancti Geretrandus & Eramboldus ſeu Framboldus adiunguntur ſucceſſores abſque temporis nota. Sed quia aduentitia eiuſmodi poſitiò firma non eſt, idcirco eos præuenimus ante Ragnebertum & ſequacem Vigorem.

12. S. Vigor an. 504. Sic à Demochare ponitur octauus ordine, inter præfatos Patritium & Geretrandum: at Chenutius eum vocat *S. Victorem*, ſine vlla temporis nota ſub tali ſerie: tum Baronij Martyrologium ſcribit vniuerſim, *Baiocis S. Vigoris Epiſcopi tempore Childeberti Francorum Regis.* Ad diſcernendum ergo præciſum æuum ſancti viri, noſſe oportet duos in Francia regnaſſe Childebertos, præter Childebertum horum conſanguineum Auſtraſiæ Regem ſeorſum in Gallia Belgica. Et inde tutiùs eliciendum hunc duodecimum ordinem deberi S. Vigori. Etenim Childebertus prior Clodouei 1. Chriſtiani filius imperitauit ab anno 515. ad 559. Poſterior autem Theodorici filius ab anno duntaxat 698. ad 715. Bini authores in ſua Data ſexti ſeculi pro Sancto Principem anteriorem conceperunt. Sed falsò. Nam S. Vigor ab adoleſcentia degerat Religioſus in Mona- h li. 5. c. 171.
ſterio S. Vedaſti Atrebatenſis Ordinis ſancti Benedicti, teſtibus Trithemio [h], Petro de i 10. 5.
Natalibus [i], Surio, & patriota Gazetio verſificatore [K]: de quo nos in Alphabeto Sancto- K To. 2. pa. 619.
rum per locos communes [l]. Aſt verò ſanctus Benedictus vitæ finem dedit anno 543 [m]. l c. 41. ar. 111.
& S. Vedaſtus an. 570 [n]. mediis præfatorum Regum centuriis, vt iam inter diuos recen- m 21. Mart. n 6. Feur.
ſiti haberentur in honore apud homines ex fundatis ſub horum tutela Eccleſiis, quando florebat S. Vigor, qui ob eam cauſam munia obibat epiſcopalia ab anno circiter 685. regentibus Theodorico, Clodoueo 3. & Childeberto 2. vnde ſepulchrum petiit an. 699. En genuina ſeptimo ſeculo abuſibus eliminatis ſententia.

13. Sanctus Hugo fit Epiſcopus Baiocenſis anno 722. inde Pariſienſis 37. túmque Rothomagenſis 25.

14. Careuilrus dictus Epiſcopus Baiocenſis apud Tauellum in Senonenſibus ſui Operis, íſque Suffragator octauus in Concilio Agripinenſi anno 816. ex Tomis Conciliorum, vel 836. ex præfato Tauello nouiſſime materiam eruente ex S. Remigij Remenſis Abbatia, quem Præſulem recens adiecimus in hiſce Catalogis, minimè auditum apud alios Tabularios. Sed deficiunt aliquot medij Præſules vnius ſeculi inter Hugonem & iſtum.

15. Vualfridus recens per nos in hanc Tabulam coniectus, dicitur apud Baronium Epiſcopus Baiocenſium anno 949. Numero 14. qui tunc cum cæteris Epiſcopis è Concilio Turonenſi ad Nomenoum ſcribit.

16. Gotrofredus anno octingenteſimo quinquageſimo tertio Epiſcopus loci huius tunc præclarus in Synodo 3. Prouinciali Turonica, mox ex Renato Choppino hauſtus, citato in Rothomagenſibus Numero 37.

17. Ercambertus hic de nouo appoſitus aſſedit in Concilio 2. Sueſſionenſi anno 866. & in nationali Pontigonenſi anno 876. à nobis recens promulgato in Lugdunenſibus [o]. Deſunt o nu. 59. §. 3.
etiam Præſules duorum ſeculorum inter hunc & ſequentem.

18. Odo primus frater Guilelmi Ducis Northmanniæ ac Regis Anglorum, ſtatuitur quidem ſeriùs à Chenutio poſt Henricum Baiocenſem Epiſcopum & ante Richardum infrà, hoc eſt, ſub annum 1083. Sed ex calculis Baronianis videmus eum huc attollendum eſſe, loco etiam alioquin vacuo. Etenim Baronius ipſe narrat illum Odonem mancipatum fuiſſe carceri à fratre, anno 1084. Num. 17. & 19. Qui nihilominus ad Papatum adſpirabat, iterque in Italiam inſtituerat, multáque mala Anglicanis Eccleſiis inferebat, vitiis eius enumeratis Num. 24. à prædicto fratre. Rurſus inter hunc & ſucceſſorem deſiderantur varij Epiſcopi vnius ferè ſeculi.

19. Philip

19. Philippus legitur ſub anno 1155. ex Supplemento Roberti de Monte: & tanquam Epiſcopus in combuſta Cathedrali Baſilica reſtauranda operam multam contulit, an. 1161. ex eodem.
20. Henricus præſens ſacræ inaugurationi Regis Henrici I. Chriſtianiſſimi, an. 1171. Sigibertus: itémque dedicationi Eeeleſiæ S. Mariæ de Voto an. 1181. ex Roberto de Monte in Supplem. Diœceſis Rothomagenſis.
21. Richardus ſolitarius, circa annum 1190.
22. Petrus I. decedens an. 1206.
23. Robertus de Ablagel certabat aduersùs hæreticos Albigenſes, anno 1208. &c. Obiitque anno 1231. *Guaguinus.*
24. Thomas ſucceſſor deſeruit ſeculum an. 1236.
25. Guigo receſſit è viuis an. 1260. ex Chronico Normanico ad 4. Calend. Martias.
26. Odo 2. de Lorrez obiit an. 1274.
27. Gregorius aſſumptus eſt an. 1276.
28. Guilelmus I. Bertrandi emoritur an. 1301.
29. N. Hoc ſitu fulget quidem vnus loci præſentis Antiſtes, demum per nos recèns appoſitus. Sed, proh dolor! charta Baiocenſium poſt aliquod tempus ad prælum properante ac feſtinante, caſu euulſus eſt & deperditus ille conſcriptus Articulus: nec vnquam deprehendi, aut eius nomen reſciri potuit. Si tandem inter legendum alia plura occurrat, eum ad Operis calcem in Additiunculis reponemus.
30. Petrus 2. dilapſus anno 1328. ob adſequentia, non autem an. 1333. vt cenſent Tabularij.
31. Petrus 3. ab an. 1338. pergens vlteriùs atque defunctus an. 1360. vel anno 1361. ex eodem in Numero 75. Antiſſiodorenſium, vnde is huc venerat, ibi ſub alio cognomine.
32. Milo de Dormanio ad annum 1370. De quo vide Num. 66. Andegauenſi infrà.
33. Nicolaüs de Boſco receptus ad an. 1374. Tū Præſes in Camera computorum an. 1398.
34. Ioannes de Boſſeyo conſepultus an. 1412.
35. Nicolaüs 2. Habart euaſit an. 1431.
36. Petrus 4. de Vilaines erupit an. 1440.
37. Guilelmus 3. Chartier ingreſſus an. 1446. Poſtea factus Pariſienſis Epiſcopus 98.
38. Zanonnus de Caſtillo ſubſcripſit 64. Concilio generali Florent. an. 1439. inter Latinos; exutus mundo an. 1459. ibi vocatus Zanonus.
39. Ludouicus de Harcuria Archiepiſcopus Narbonenſis vſque ad an. 1456. poſtea huc venit in patriam ſuam, & inde effectus Patriarcha Hieroſolymitanus. Obiitque anno milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo nono.
40. Carolus 1. de Nouo-Caſtro, poſtea Biſuntinus Archipræſul 81. Solutus anno 1499. Sic Demochares. Cui adiicit Chenutius Carolum antea Abbatem Cadomenſem.
41. Ludouicus de Canoſſa, ex Chenutio, oblitus à Demochare.
42. Renatus de Prie poſtmodum Lemouicenſis Epiſcopus 74. Non in Democh. Sed hæc Chenutio adiicimus, ex Ciaconio p. Reginaldus ſeu Renatus de Bria Bituricenſis, Epiſcopus Baiocenſis, poſtea Lemouicenſis 76. Presbyter Cardinalis, tit. S. Luciæ in Septiſolio, creatus per Iulium 2. PP. in 3. creatione, an. 1506. Obiit in Gallia ſub Leone Papa 10. an. 1616. q p pag. 1057. q Ciac. pag. 1057. & 1081
43. Deficit hoc ordine vnus Antiſtes anonymus.
44. Carolus 2. de Humieres, Cathedram regebat anno 1560. ſecundum Democharem, Vltimus ab ipſo renunciatus.
45. Bernardus de S. Franciſco, à Libellis Regiis Magiſter. Subſcripſit Concilio Rothomagenſi, de quo in Catalogo Metropoleos Numero 85. vt ſeſe conformaret ſacro œcumenico Concilio Tridentino tunc abſoluto.
46. Maturinus de Sauoniere obiit 11. Iunij, 1586.
47. Carolus 3. à Borbonio iunior Cardinalis Vindocinenſis ad annum milleſimum quingenteſimum nonageſimum quartum.
48. Renatus de Daillon, ex nobili familia de Lude.
49. Arnaldus Oſſatus, Regis à Secretis, Henrici 3. ſelectus anno 1588. à Clemente Papa 8. Cardinalitio Biretto Romæ donatus, ac Redonenſis Antiſtes poſtea huc tranſlatus eſt, anno 1600. o vbi remanſit ad occaſum vſque pridie Idus Martij 1604. o 16. Iuin, ex Auguſtino du Pas.
50. Iacobus d'Angenes, præſens generalibus Comitiis Regni, anno 1614. deputatus à Clero. Non audio vltrà.

D SERIES

SERIES

EPISCOPORVM EBROICENSIS ECCLESIÆ IN NEVSTRIA.

CREDITA SEDES SECVNDA SVFFRAGANEA Archiepiſcopatus Rothomagenſi.

1. SANCTVS TAVRINVS à B.Clemente Papa 1.Romæ baptizatus, miſſus eſt in Gallias an.94 per S.Dionyſium datus Confeſſor Ebroicenſibus, ad ſenium vſque loci Antiſtes. De quo alia pauca Chenutius. Sed nos multò plura in noſtro nuper Alphabeto locorum communium de Sanctis. Feſtum 11.Auguſti. Obiitque anno 105.

2. S.Æternus inſignitur Epiſcopus Ebroicenſis apud Surium & Gazetium ſub 19. Octobris pro adſequente Præſule. Sedit ab anno ſaltem quadringenteſimo vigeſimo, ac defecit anno quadringenteſimo quadrageſimo primo, ex ſucceſſoris Data. Quos duos minimè proferunt ſoliti bini Tabularij. Inter iſtum, qui die mortis caret, & primum Taurinum multi deſunt ignoti Antiſtites loci. Martyrologio non includitur.

3. Sanctus Aquilinus primus nominis, recentiùs verè in Catalogum Epiſcopalem per nos redactus, ſedit Ebroicis 24. annis ex Baronio ad Martyrologium [a], vel annis 42. ex Guilel. Gazerio [b]. Iuxta quem interiit Sanctus 19. Octobris, anno quadringenteſimo octuageſimo tertio. a 19.Octob. b To.2.pag. 519.

4. Mauriſius quem adiicimus, dictus eſt Ebroicenſis Antiſtes, ſuffragator 22. Cõcilij 1. Aurelianenſis anno quingenteſimo decimo quinto ex Patribus 33. huic coronę aſſidentibus. Eius ſunt inſcij Tabellarij. Aliæ Synodi Datæ extant Articulo decimo quarto Trecenſi.

5. *Licinius in Concilio Aurelianenſi tertio.* Hoc tantùm illi duo Scribæ, &c. Synodus habita eſt anno quingenteſimo quadrageſimo, Licinio aſſidente 17. inter Patres 26. vbi vocatur Luciníus, ex Tomo ſecundo Conciliorum Venetiis milleſimo ſexcenteſimo decimo ſeptimo, pag. 280.

6. *Valerius Ebroicenſis Eccleſiæ Epiſcopus.* Sic Patres in Concilio quinto Aurelianenſi anno quingenteſimo quadrageſimo nono, &c. ex Tomo ſecundo Venetiano. Quem virum rurſus prætereunt cæteri Tabellarij. Etiam locus eſt alioqui vacuus.

7. Deſiderius palam fertur Antiſtes Ebroicenſis anno quingenteſimo ſexageſimo apud Iacobum Moſandrum in Surio, die vigeſima prima Iunij. Tacent pariter alij collectores.

8. Ragnericus indicitur Epiſcopus Ebroicenſis ſub Concilio tertio Cabilonenſi, anno ſexcenteſimo quinquageſimo, ſexcenteſimo quinquageſimo tertio, &c. Inuiſus quoque Tabulariis cum duobus ſequacibus.

9. Aquilinus ſecundus deprehenditur ſuffragator in quodam generali Concilio Rothomagenſi, aut ſaltem fuit nationale, idque anno ſexcenteſimo octuageſimo ſecundo aſſertore ex propriis textibus Baronii Num. 11. Quippe manifeſta duplicis ſeculi diſtantia inter S. Aquilinum 1. & hunc alterum recèns additum ſatis nos cogit eoſdem in duas ſeiunctim perſonas diuidere.

10. Gumbertus vel Guntbertus anno octingenteſimo quinquageſimo 1. ex præfato Moſandro & Iacobo *de Breul* in Chronicis. Adſtitit decimus octauus Concilio Sueſſionenſi, anno octingenteſimo quinquageſimo tertio ex Flodoardo [c]. Et de ipſo Præſule Baronius ſub annum octingenteſimum quinquageſimum nonum, Numero trigeſimo primo. Inter hunc autem Epiſcopum & Aquilinum anteceſſorem deficiunt Prælati pluſquàm vnius centuriæ atque ſemiſsis pro iſta Diœceſi. c lib.3.c.12. fol.172.

11. Bilduinus

11. Bilduinus dictus eſt ſub hac voce Epiſcopus Ebroïacenſis apud præfatum Baronium in Concilio 2. Senonenſi, anno octingenteſimo ſexageſimo ſexto, Numero LXXVII. Niſi fortè Author ibidem. conceperit Epiſcopum Eboracenſem Angliæ. Sed minimè: quia Synodus agitata eſt in Gallia. Idémque vir eſſe creditur; qui apud eundem Authorem nominatur Hilduinus ſub titulo Epiſcopi Ebroïcenſis, vbi legitur interfuiſſe Synodo Trecenſi, anno 867. Numero 23.

12. Gilbertus præſens Concilio Rothomagenſi, anno milleſimo ſeptuageſimo quarto. Sic fantur bini Authores. Atque inter hunc Antiſtitem & Bilduinum anteceſſorem labuntur iterum duo ſecula Epiſcopis vacua.

13. Retrocus ſeu Rettodus ſedens anno 1157. 1164. & 1166. Poſteáque Archiepiſcopus Rothomagenſis: ibidem Numero quinquageſimo quarto. Inter hunc & præcedentem deeſt rurſus vnum penè ſeculum.

14. Ægidius Rothomagenſis Archidiaconus electus eſt Antiſtes Ebroïcenſis anno 1171. ex Sigiberto, apud quem ſcribitur Egydius. Ex Baronianis progreſſus eſt in Siciliam, anno 1176. Numero 2.

15. Ioannes I. huc de nouo per nos iure compellendus, proclamatur à Baronio ſuiſque Authoribus Ebroïcenſis Antiſtes, qui cooperabatur in expiandarum Eccleſiarum dedicatione apud ciuitatem Accon ann. 1191. ex eodem Baronio Num. 16.

16. Lucas reſedit an. 1208 ac in circum.

17. Richardus deceſſit è viuis anno 1231.

18. *Radulphus de Chierres* Demochari, & malè cognomine *de Cheuriers*, apud Chenutium, & bene: ſed nos eum vocamus Rodulphum virum nobiliſſimum Diœceſeos Matiſconenſis, Epiſcopum Ebroïcenſem ab anno 1231. Cardinalem, & deinde Epiſcopum rurſus Albanum. De quo nos plura latiùs in Matiſconenſibus d. Hîc verò adiicimus præterea ex Ciaconio e, quòd idem Pontifex Albanenſis habuerit Romæ titulum S. Praxedis, Legatus exstiterit Clementis Papæ 4. anno 1265. in coronatione Caroli Siciliæ Regis, ei quoque affuerint quatuor alij Cardinales, quorum vnus eſſet nobilis Anterus Panteleo Trecenſis, antea Archdiiaconus Eccleſiæ Londinenſis, filius fratris Vrbani Papæ IV. qui proximè Clementẽ citatum præceſſerat, & quòd Rodulphus finem nactus ſit peſte ſublatus in Africana obſidione Tunenſi, ſeu in exercitu S. Ludouici Regis an. 1270. Principe pati ægritudine tunc etiam moriente. Tota cuius Radulphi genealogia ineſt ad calcem huiuſce Catalogi Ebroïcenſis.

d an. 47. §. 6. &c.

e pa. 581. 582.

19. Ioannes quidam 2. ſucceſſor ibidem ſedens aduixerat ſub annum milleſimum ducenteſimum ſeptuageſimum quintum, &c.

20. Philippus 1. de Caturco reſidens obiit anno 1281.

21. Euſtachius Doctor Ordinis Fratrum Minorum conſtitutus eſt Antiſtes à Martino Papa Turonenſi anno 1282. Hîc terminat Reſcriptum ſuum Demochares.

22. Matthæus qualiſcunque fuerit, ſedit ad annum milleſimum treccenteſimum octauum. Poſteáque deſunt nonnulli Epiſcopi, vel horum nomina ac tempora.

23. Philippus 2. de Molinis, aliàs de Molendinis, aderat Epiſcopus Ebroïcenſis anno 1387. & ex eo tranſlatus eſt ad Eccleſiam Nouiomenſem, anno milleſimo trecenteſimo octuageſimo octauo.

24. Paulus de Capranica morte conſumptus in Epiſcopatu, anno 1427. Iterúmque deſunt hinc aliquot Epiſcopi.

25. Ioannes de Baluc, à Tabulariis prætermiſſus fuerat primùm Monachus Virdunenſis, Ordinis S. Benedicti familiaris Ioannis de Bellaualle, Epiſcopi 70. Andegauenſis circa annum 1450. Et ex eo ſub id tempus creatus eſt Antiſtes Ebroïcenſis vſque ad annum circiter 1480. quo Præſulatum ipſum Andegauenſem mortuo ibidem eodem Ioanne ſurripuit. Et mediis cunctis illis temporibus ſublimatus eſt ad Cardinalatus dignitatem, Num. 71. veluti locus iſte commodiùs decertat.

Hîc deſiderantur etiam alij quidam Epiſcopi.

26. Gabriel *le Veneur*, Cardinalis S. R. E. ac Magnus Regis Chriſtianiſſimi Eleemoſynarius, adſtitit ſacro Concilio Tridentino cœpto anno milleſimo quingenteſimo quadrageſimo ſexto, & finito 1665.

27. Carolus de Sainctes, anno 1576. &c.

28. Claudius de Sainctes, Carnotenſis Religioſus Ordinis Ciſtercienſis, ſacræ Theologiæ Doctor Pariſienſis, ſcriptis aduerſùs hæreticos clariſſimus ſubſcripſit Concilio Prouinciali Rothomagenſi, anno 1581.

29. Iacobus Dauy eloquentiſſimus, cognomine *du Perron*, quem noui adhuc laïcum Curialem tum Abbatem ſub Henrico 3. Rege, anno 1595. die 29. Decembris conſecratus eſt Romæ Epiſcopus Ebroicenſis per Illuſtriſſimum Cardinalem à Ioyeuſa: poſteàque factus Archiepiſcopus 109. Senonenſis.

30. Guilelmus Pericard, primùm Decanus Eccleſiæ Rothomagenſis, Abbas S. Taurini Ebroicenſis, & Rothomagenſis Senator in Clero.

31. Franciſcus Pericard nepos Guilelmi interfuit generalibus Regni Comitiis Lutetiæ habitis, anno milleſimo ſexcenteſimo decimo quarto ab Eccleſiaſticis ſuæ Diœceſeos deputatus.

ARBOR CONSANGVINITATIS
nobilium Caprariorum ex compromiſſis Articulo ſeu Numero 18. huiuſce Catalogi.

1. Gener.

2. gener.

A { Ioãnes *de Cheuriers* nobiliſſimus [a] duxit Mariam filiam Comitis Balgiaci. Ei tres filij comprobantur.

1. Guido Caprarij, in genitiuo caſu, vulgò *de Cheuriers*, ſtrenuus miles in Gallicana Repub. dictũ ſub Aymone Epiſcopo Maticenſi [a], florens anno 1226. & 1231. Nupſit Arembertæ de Vienna Dominæ *de Vinzelles*, ortæ ex Comitibus Matiſconenſibus [b]. Ei tres maſculi. } B

2. Henricus Miles, clarus cum fratre ad Tholoſanos. Numero 47. §. 3. ad an. 1260.

3. *Rudolphus* Epiſcopus Albigenſis, Cardinalis, Legatus: obiit 1270. [c]

a n. 46. §. 5. 6.

b Papirius Maſſon pa. 5. in Elogio Gentis. Lutetiæ 1613.

c nu. 47. cit. §. 4 Matiſconenſium.

a. Generoſi eius anteceſſores latent in ſecretioribus Chartulis hæredum Dynaſtæ de Maugeton, apud Viennam nuper emortui.

3. gener.

B { 1. Ioannes profeſſus Fratrum minorum.
2. Petrus Caprarij Tunetum ſub S. Rege profectus eſt, ad annum 1268. nupſit Bernardæ *de Feurs*, appennagij Comitum Foreſtenſium, ſub Guichardo Epiſcopo [d]. Ei vnus præſertim filius. } C
3. Gaufredus frater, ibidem.

d nu. 49. §. 1.

4. gener.

C { Bartholomæus Caprarij Pincerna Regis ex aucto honorario, deſponſauit Ioannam de Talaru, ſororem R. Ioannis de Talaru Archiepiſcopi CXI. Lugdunenſis ad annum 1318. In Matiſconenſibus Numero quinquageſimo ſecundo, §. 5. } D

5. gener.

D { Humbertus Bartholomæi filius, aureo Balteo à Rege donatus: inſigne quale nunc in Francia S. Michaelis [e] & S. Spiritus, in Hiſpania Velleris, in Sabaudia Annunciatio Angelica ad Virginem matrem. Nupſit Sibyllæ d'Albon [f]. Horum filius. } E

e & quondã *de l'Eſtoile*.

f Maſſon pa. 7. & nos in Lugdunẽſib.

6. gener.

E { Henricus Caprarij ad annum milleſimum treceteſimum quadrageſimum octauum Scutifer. De quo ſuprà Num. 53. §. 1. [g] & 4. Deſponſauit Ceciliæ de *Grolée*. Ei duo filij. } F

g medio & hac. Ac de Stephano nu. 63. §. 3. an. 1361.

7. gener.

F { 1. Andreas Scutifer anno milleſimo quadringenteſimo nono deſponſat Iohannam de Bleteran. Ex his ſuſceptus filius. } G
2. Petrus Caprarij anno 1411. fortaſsis frater Religioſus Sacriſta Treſforti Numero 58.

8. gener.

G { Ludouicus Caprarij maior natu Andreæ, nupſit Claudinam de Nince [h]. Ex his natus. } H

h in Archiuis familiæ, & Maſſon. pa. 9.

Philip

IX gen. H — Philippus Caprarij, deſponſauit Philibertam de Lugny. Ex quibus vnus maximè ortus. — I

X gen. I — Philibertus nupſit Claudinæ de Tarlet. Horum tres nati. — K

XI. gener. K —

1. Gabriel *de Cheuriers*, Dominus *du Til*, *de Salaigny*, & S. Mauritij ex progenitoribus: nupſit Franciſcæ de Nagu. Hos vidi, noui. Defuncti ſunt. Eis filij tres. — L

2. Franciſcus Domin. de Taney & Flachiarum apud Lugdunenſes vxorem duxit Claudiam filiam Matthæi de Paranges militis. Ex quo tres innupti adoleſcentes cum patre mihi noto florentes. — Hippolytus, Franciſcus, Alexander, in Curia Regis.

3. Philibertus Dom. Saugereæ ad Cabilonem Miles. Duxit Margaretam filiam Ioannis de Seiturier nobiliſſimi. Ei tres pariter nati. — Gaſpar, Gabriel & Franciſcus adoleſcentes.

XII gen. L —

1. Laurentius Caprarij, Dominus trium locorum ab anno 1598. ad hoc inſtans quo ſcribimus 1625. Nupſit nobili Claudinæ de Seiturier ſorori præfatæ Margaretæ. Viuit mihi coætaneus & amicus. Eis filij 3. adoleſcentuli — Honoratus, Leonardus, Franciſc.

2. Franciſcus Eques Torquatus ex Camera Regis [i], ac Iudex generalis Stemmatum Franciæ, adhuc innuptus. — [i] Gentilhomme ordin. de la chambre du Roy.

3. Carolus, Miles.

Anno elapſo 1624. editus eſt libellus de eiuſdem familiæ hiſtoria à R. P. Claudio Clemente, Societatis Ieſu, cui prior titulus eſt CLEMENS IV. &c. cum ſtemmatibus & effigie Cardinalis Rodulphi, ac aliis adiunctis [a]. — [a] Lugduni apud Ioan. Iullieron.

En compendioſè. Finis.

CATALOGVS

CHRONOLOGICVS EPISCOPORVM ABRINCENSIVM NEVSTRIÆ. *

* Vulgò *Auranches.*

CREDITA SEDES TERTIA SVFFRAGANEA Archiepiſcopis Rothomagenſibus.

PRÆLVDIVM.

Aliæ Diœceſes in voce Abrincenſibus vicinæ, ſed loco diſſidentes.

HIc obiter duo aduertenda. 1. eſt, quòd hiſtoricum Ioan. Maſſęi prodit in lucem *Aucnticum oppidum Galliæ*, vulgò *Auranche au pays de Vaux*; diſtinctum ſanè ab *Auantico oppido in Alpibus*, vnde Auantici populi Heluetiorum dicti. Quem poſteriorem locum ſtatuit Claudius Ptolomæus li. 2. ſuæ Geographiæ [a]: & nonnulli voce germanica vrbem noſtro æuo appellant *Vuifelſſpurg prés Morac.* Hoc autem totum facilè aliud diuerſum eſſe cernitur ab Abrincenſi ciuitate Epiſcopali Neuſtrica, de qua hìc ſermo, & quæ etiam Gallicè nuncupatur *Auranches.* Iam alterum examine dignum eſt, quòd paucis fortè recognita videtur Abrincantus ſeu Abrincantina Ciuitas, populi à Ptolomęo dicti Abrignatui, & Eccleſia pariter quondam Epiſcopalis prope Veneticos itidem Epiſcopales, vulgò *Vannes* apud Armoricam illam Prouinciam: in qua vrbe Abrincantina nõnulli rurſus præluxère ſeorsũ Epiſcopi, ſexto præſertim durante Euangelij ſeculo, quorum partem nominamus infra ſub calcem Catalogi Veneticorum Præſulum eiuſdem regionis. Atque hæc profectò ciuitas Abrincantina legitur olim valde celebris apud Plioium [b], in potiore Galliarum diſtributione annumeranda, maximè inter Galliæ Celticæ Lugdunenſis parteis, vulgò *Auray.* Atque hæc Sedes iterum deprehenditur toto cœlo diſſidere à præſenti Abrincenſi Epiſcopatu, nimirum quinquaginta bimilliaribus in Francia communibus verſus Septentrionem ortiuum. Reliqua autem præfata vrbs Abrincantina aut eius Sedes Epiſcopalis certo poſtea tempore creditur ſublata, ſeu in vnum annexa Epiſcopali Veneticæ propinquiori, tanquam præcipuæ meridionali ad Oceanum Armoricum. Atque de duplici eiuſmodi indagine nihil Chenutius in Præfatiuncula & fronte ſuæ Abrincenſis Tabellæ, multóque minùs in diſtincto exitu Catalogi Venetenſis: vir ſanè eruditus ac alioqui rerum etymologicarum peruestigator eximius ſeorſum.

[a] Tab. 8. Europæ ca. 8. extremo. long. 29. gra. latit. 41. cum med.

[b] li. 4. c. 18.

1. *Sanctus Leontius.* Hoc ſolùm ſuo de more Tabularij conſcribunt. Verùm certè duplex argumentum circa id thema de perſona video eſſe promendum, & in ſpecies deducendum. Vnum eſt quòd Baronius in Martyrologio ad Sanctorum Canonem refert Confeſſorem S. Leontium Epiſcopum 19. Martij, quem fatetur *nullibi eſſe expreſſum, cuius Eccleſiæ fuerit Epiſcopus*, & abſque ſeculo. Ergo iſtæque benè quadrare poteſt Leontio Abrincenſi Antiſtiti, imò lubentiùs ac probabiliùs, quàm ſanctis Leontiis Præſulibus Burdegalenſi & Xantonenſi ſitum & ſeculum poſſidentibus. Alterum, eſto quòd idem ſcriptor Cardinalis ſtatuit ad 24. Aprilis Martyres SS. Leontium, Neônem ac Longinum ſub Diocletiano ethnico Imperatore, ſine regionis nota. Potuit enim iſte Leontius Abrincenſis inter Paganos ad martyrium etiam duci cum ſociis ſub tertio Euangelij ſeculo: & hæ ſunt noſtræ circa eum virum ſententiæ.

2. Nepus ſuffragatus eſt 26. inter Patres 33. Concilij primi Aurelianenſis, tempore Regis Clodouei Magni, anno 507. 512. vel 515. vbi appellatur *Nepos.*

3. Perpetuus in Concilio 2. Aurelianenſi ex 31. Patribus anno ſalut. 533. & eò miſit ad tertium anno 537.

4. S. Paternus Confeſſor, ſedens per annos 13. de quo multa Surius, Gazetius, & nos in alphabeticis communibus Locis Sanctorum. Iſtéque eſt verè Paternus ille, qui adſtitit Concilio 3. Pariſienſi anno 557. vel 559. ex Baron. non autem Paternus I. Antiſtes Venetenſis

Armori

Armoricus vno ſeculo vetuſtior in Concilio Venetico, Dictum eſto, ne quis obiter confuſus ambigat, quando in Tomis & Indicibus Conciliorum legerit Paternum in genere præſentem Synodo abſque propria Sedis qualitate. Vnde Monchiacenus Demochares ex-[*] ſcriptor Tomo ſuo 3.* perperam in Catalogo Patrum allati Pariſienſis hoc annotat, *Paternus Venetenſis*, vbi dicendum fuerat, *Paternus Abrincenſis*. De Veneto infrà ſuo loco. Hic autem noſter Abrincenſis abiit in cœlum 16. Aprilis ſub Rege Childeberto ad ann. 559. conſtitutus in Romano Martyrologio. * pag 103.

5. Fegaſius ſeu Feſaginus in Concilio 5. Aurelianenſi anno 552. ſedens ibi 25. ex Patribus 52.

6.* *S. Senator*. Id duntaxat Tabularij. Cùm autem minimè videamus apertè, qualis fuerit ille vir, certè augurari non diſplicebit, quòd extiterit *Senator Caſſiodorus*, clariſſimus ac notiſſimus in Italia & Galliis, ſic cognomento à cunctis appellatus ex diuturno ſuo officio Romæ. Vnde pro meritis ſanè potuit demum Abrincenſis eſſe Antiſtes apud Celticam Galliam ſeptentrionalem, quia teſte Baronio Annaliſta is florens ab anno 534. perrexit ſenex vſque ad annum 562. & paulò diutiùs. Quod quidem tempus iuſtiſſimè cadit ad æuum præfati Senatoris poſt Fegaſij curſum & complementum. Itaque non obſtat eum dici ſummorum Pontificum Romæ Conſiliarium, vel ibidem ſæpe reſidentem, & Epiſcopatum ſimul in Gallia poſſidere beneficio Papæ. Etenim pariter hodie Cardinales titulum Prælaturæ aliorum Regnorum ſibi aſſeruantes, attamen non proinde deſinunt aſſidere Vicario Chriſti à Conſiliis, diſpenſanti de reſidentia. Neque eo minùs præſtant Reges ac Imperatores, vtentes plerunque iudicio prudentum Epiſcoporum, in temporalibus ſibi ſubditorum, quos perinde Curiam ſectari oportet ferè ſemper. Quinimò multi Antiſtites ſedent quoque de iure antiquo Senatibus ſeu Parlamentis ſupremis in ferenda ciuili ſententia proceſſus verbalis cum laicis ac Clericis aliis Conſiliariis. Cæterùm, pauci hunc Prælatum vocant denuò *Senerium*. In Martyrologio habetur die 26. Septembris ſub priori voce, adiuncto commentario, qui dicit, *quando vixerit, aliàs qui nullus prodit*: relatis ibi duobus aliis eius nominis, vnâ centuriâ proprij motus aut circuitus ſolaris præfato vetuſtioribus: & claudit periodum per ſynchronum illum Senatorem Caſſiodorum velut probabiliorem.

Eius ſecu-lum.

Sibi reſidés.

7. *S. Seuerus*. Tale nomen ſolitarium habent priores Tabulæ. Verùm qualis cenſeatur fuiſſe, conijcitur ex coætaneo D. Gregorio Magno Papa I. [a] florente Abbate in vrbe Roma ab an. 580. & ſedente in Cathedra S. Petri ab ann. 590. dum hiſtoricè conſcribit viros cunctos excellentes totius pene orbis Chriſtiani ſuo æuo. Inter quos plures narrat ad propoſitum: *In prouincia Valeriæ feſtum ſancti Seueri Presbyteri, qui fuſis lachrymis defunctum reuocauit ad vitam, &c.* ex breuiore Regiſtro Baronij, quale hic ſufficiat. Epiſcopi verò antiquitus ſæpe mixtim nuncupabantur *Presbyteri*. Atque præmiſſum tempus directè competit ſeculo & annis præcisè debitis aut conſentaneis noſtro Seuero poſt Senatorem, cuius natalis dies colitur 15. Februarij. [a] Li. 1. ca. 12. Dialogor.

Eius hiſtoria.

8. S. Rabentracius, dum hunc priſcum ordinem retinet, ex circumiectis antè & retrò diariis ſequitur, quòd ſederit circa annum 615. &c.

9. Childoaldus nominatur Epiſcopus Abrincatenſis ad an. 620. & 632. in Concilio I. Remenſi, ex Flodoardo [b], quale non dirigitur apud Genebrardum, nam primum ſuæ Chronologiæ attingit duntaxat an. 813. ex Sigisberto. Vir nunc recēſus in iſto Catalogo, ſilentibus Tabulariis. Qui ſi putetur eſſe alterius ciuitatis Præſul, ex mutata voce Abrincatenſis, vti probabile eſt, ob dique aliò retrocedendus, vide præludia Epiſcopatus Venetenſis Galliæ, & Appendicem ſub finem illius catalogi infrà. [b] pa 105. pater in Lugd. Nu 191.

10. S. Leodenardus ex circunſtantiis præcedentibus ac poſterioribus concluditur ſediſſe circiter an. 690. &c. Tabellariis ſolùm nomen ponentibus proximè poſt Rabentralium. Sed intercalamus hoc pacto propter Datas commodiores in diſtribuendo, donec lux maior hiſtorica forſan quandoque acceſſerit.

11. *S. Ausbertus*. Huic Archangelus Michaël apparuit, ad cuius honorem Deo Eccleſiam conſtruxit iubente viſione an. 709. in illo ſcilicet maris loco, qui vocatur *periculum maris*, qualis cultus exhibetur ei in Gargano monte, vbi taurum religatum inueniret, ex Sigiberti Chronico: Tabulariis paulò textum variantibus.

12. Norgotus ad an. 715.

13. S. Ioannes I. nominis, luce orbatus 7. Maij 721.

14. Maugiſus abſque temporanea nota. Eſto ad an. 740. Sic enim iuſtum.

15. Anſegandus, is fortè qui aliàs vocatur Ancegiſus Epiſc. Abrincenſ. apud Surium cum hiſtoria

hiſtoria S. Romani Abbatis, tamen abſque titulo Epiſcopatus & anni in noſtro alphabetico Inuentario de Sanctis c. c Cap. 30.

16. Ioannes II. ſignans pro Reliquiis Chriſti paſſi inſtrumentis an. 804. in Aurelianenſibus ar. 212. Num. 42. Hunc recens addimus.

17. Vualbertus etiam nouiſſimè à nobis recognitus liquet chronologicè apud Baronium ſub ann. 859. Nu. 31. velut ſubſcribens tunc Epiſtolæ Synodali ad Vuenilonem Archiepiſcopum Senonenſem miſſæ, vbi nominatur Abriuencenſis Epiſcopus: equidem vox probabiliùs huc ſpectans quàm aliò verſus Gallos Armoricos, maximè cùm iſtic ſuperſint vacua ſine Epiſcopis tempora.

18. Ioannes III. ab an. 1063. vſque ad an. 1066. & inde Archiepiſcopus 48. Rothomagenſis. Atque hic deſiderantur Epiſcopi per duo ſecula & pluris.

19. Michaël I. in Conc. Rothomagenſi an. 1014.

20. Turgiſius ad ann. 1100.

21. Ricardus I. de Sulligneio circa an. 1130.

22. Ricardus II. de Bellaſago ſepultus in Eccleſia B. Mariæ Becci ad an. 1153. inferendum ex ſequentibus & hiſtoria Sigiberti (qui eum vocat Epiſcopum Abrincatenſem) lubentiùs quàm ad annum 1161. à Chenutio conſtitutum. Sed prætereà adſtitit an. 1181. Eccleſiaſticæ dedicationi allatæ in Henrico 20. Epiſcopo Baiocenſi.

23. S. Herbertus, Hugo Rothomagenſis, Rotrocus Ebroïcenſis, & Richardus Conſtantienſis Epiſcopi, corpus leuauerunt beati Firmati apud Maretonium an. 1157. vbi Sedes appellatur Abrincatenſis. Et obiit ipſe in Septembri an. 1161. poſitus in præfata Eccleſia Becci. Sigib.

24. Achardus Abbas S. Victoris Pariſienſis eligitur Epiſcopus an. 1162. Sigib.

25. Richardus III. Archidiaconus Conſtantienſis optatus eſt in Epiſcopum an. 1171. Et adſtitit dedicationi Eccleſiæ S. Mariæ de Voto ad an. 1181. ex Roberto de Monte. Vide Numer. 41. Dolenſem.

26. Guilelmus I. Burellus.
Guilelmus II. Pholonei.
Guilelmus 3. de Oſtolleyo.

{ Hi tres ſine riuis & terminis. Attamen libet cuique horum tribuere annos vndeviginti, cùm ſederint ab anno 1182. aut iuxta, ad an. 1237. &c.

27. Guilelmus IIII. Decanus S. Mariæ Eccleſiæ Pariſienſis, electus eſt an. 1239. Iacet in Sacello B. Mariæ Abrincenſis Baſilicæ.

28. Ricardus IV. Angelus.
29. Radulphus Theuillus.
30. Gaufridus Lanius,
31. Nicolaüs à Luzarchiis.
32. Michaël II. à Ponte Vrſonis.
33. Ioannes III. de Muſca.
34. Ioannes IV. de Vienna.

} Hi ſeptem, retento ordine veteris traditionis, orbantur debitis alioqui diariis. Verùm facilè conſederunt plus quàm annis ſeptuaginta, vt pote ab an. 1250. ad ann. 1321. &c.

35. Ioannes V. Haultfune ſedit ad an. 1342.

36. Fulco Bardoul, circa an. 1360.

37. Robertus I. Ianuenſis, ſub an. 1370.

38. Laurentius de Faya tranſlatus ex Briocenſi Epiſcopatu * ad hunc Abrincenſem an- * 7. nu. 38. no 1380.

39. Ioannes VI. de ſancto Auito, an. 1415. &c.

40. Martinus Pinardus, an. 1450. &c.

41. Ioannes VII. Bocardus Vancellanus ſub an. 1490.

42. Ludouicus Borbonius Filius naturalis Ioannis Borbonij Vindocinenſ. Comitis. Is domum Epiſcopalem ædificauit. Obiit Lutetiæ an. 1510.[a] a 21. Octob.

43. Ludouicus Herbertus.

44. Ioannes VIII. Langhiacus.

45. Renatus Cœnalis, Doctor Pariſienſis Theologus, defecit an. 1560. Lutetiæ.

46. Antonius le Ciriet, antea Senator & Eccleſiæ Pariſienſis Decanus, interfuit Concilio Tridentino 1560. Eum vide Nu. 73. Dolenſi an. 1565.

47. Auguſtinus de Ciriet, frater Antonij, etiam Senator Pariſienſ. Obiit 3. Martij 1580.

48. Georgius

49. Georgius Pericard Senator Rothom. Abb.S.Steph. Cadomenſis,à me notus:obiit 1580.
50. Franciſcus Pericard interfuit generalibus Regni Comitiis Luteriæ habitis ann. 1614. Iámque ſedebat ibi ante an. 1599. ex Matiſconenſib.Nu. 85.§.3.
51. Franciſc.de Boyuin, Decan.Eccl.coadiutor,& nepos ex ſorore D.Franc.Nũc regit 1625.

CATALOGVS HISTORICVS
EPISCOPORVM LEXOVIENSIVM.

CREDITA EST SEDES QVARTA SVFFRAGANEA Archiepiſcopis Rothomagenſibus.

1. Irharedus primus recenſitus adiit Concilium 1. Aurelianenſe, quale fuit ſub an. 338.ex Genebrardi ſentẽtia in Chronologia,vel id refertur ad 2. Arelatenſe tunc celebre,ibidem. Sed clariùs tale 1. Aurelianum habitum eſt an.515.ſub Clodoueo 1.Rege Chriſtiano Francorum.
2. Theobaudus in Concilio Aureliano tertio Prouinciali, ann. 537.vel 340. vbi appellatur Theodobaudus.
3. Sabaudus in Concilio Aurelianenſi quinto,an.552.
4. Etherius diſertè nuncupatur *Lexouienſis Epiſcopus* ab Annonio veteri hiſtorico *;florens ac ſedens temporibus Chilperici Regis Franc.& Clotarij 2.filij,regnantium ab an.574.ad an. 631.ex circunſtantibus aliis Authoris capitulis cum Ioanne Tillio. Quod totum rempus etiam certè alioqui iſtic vacuum ſupererat: meritóque hac oblata occaſione replendum egregiè. Adeóque ſedit Lexouij Etherius illo pendente vniuerſo annorum ſpatio, quo vir pius bis térque redemit pecuniis Clericum fœminam ſe dicentem,ſpe melioris frugis: attamen è diametro ingratiſſimum, oppetentem ſui redemptoris necem, aufugientis, expulſi,& accurrentis ad S.Gunttannum Regem,qui eum benemeritę Sedi reſtituit.Hic autem Antiſtes recèns per nos opportunè hoc ordine introducitur: nec quicquam de eo vulgares Tabularij tradiderunt.

* li. 3. hiſt. Franc. ca. 51.

5. Litharedus Lexouienſis:ſic dictus præſens in Synodo Aureliana celebri an. quingenteſimo ſeptimo ex Baronio, vel an. 512. ex Sigiberto, aut 515. & tardiùs ſecundum volumina Conciliorum.Qui Præſul recèns à nobis hîc etiam conſtitutus *,lucem quoque non obtinet apud alios Tabularios.

* Ex To. 2. Conil. Coloniæ 1551 pa. 1048.

6. Saunobodus in Concil. Cabilonenſi 3. veriùs talis ex comprobatis in Chronico noſtro Lugd.ſecundæ præſertim editionis, ſub Gauderico primo [a] an. 648. vel 650. & vlteriùs. Hic ſaltus in adſequentibus, & vacuum temporale Epiſcoporum per centum 70. annos perſonis interſtitij ignotis.

[a] Num. 44. §. 1.

7. Radulphus nouus in Concilio Vuormatienſi:de quo cœtu plura in 32.Rothomagenſi.
8. Freculphus Monachus Ordinis S.Benedicti hiſtoricus,floruit ab an.830.ad 840.ex Trithemio.Sic duo Tabularij.Sed nos hæc addimus,quibus vlrà proceſſit.Etenim is dudum an. 849.ex Baronio Nu.14.vel an.853.adſtitit Conc.Prouinciali 4.Turonẽſi,ex Renato Chopino in ſacra Politia li.2.Tit.3.§.3.
9. Haiçardus vel Aicardus iam ſedebat an.859.ex Baronio Nu.31.tum adſtitit Concilio Pontigonenſi an.876. à nobis recèns explorato [b] inſciis Tabellariis. Ibi vocatur Hairardus.

[b] Ex Nu 19 Lugd. § 1.4.

10. Rogerius ſolo nomine,ex antiqua per manus recepta traditione.
11. Hersbertus dedicauit primam Capellam Becci.Nec ſcitur annus.
12. Hugo interfuit Prouinciali Concilio Rothomagenſi ſub Ioan. 2. Archipræſule 48. anno 1074.non autem an. 1084.poſito à Demochare,Chenutio nullum tempus certũ deſignãte.
13. Gilbertus Maunynot ex Demochare,vel Maninorus ex Chenutio,præſens exequus Guilelmi Regis Anglorum & Northmannorum Ducis ab ann.1086.
14. Fulcherius præfuit circa an.1104.
15. Ioann.1.præſens quando Rex Henr.3.Anglię dedit Henr.6.Imperatori nuptias filiã ſuam an.1110.Sed prætereа ſubiicimus quòd ipſe Ioan. teſtis ſuo calculo comprobauit donationem centum marcharum argenti, quas contulerat idem Henr. Rex Monaſterio Cluniacenſi an.1131.in teloniis Londinenſi & Lingolnienſi aſſignatas,ad ſuſtentationem fratrum, munitas authoritate Innoc.2.Papę [c],conſignantib.etiam Guil.Pręneſtino Epiſc.Oldegario Taraconenſi Archiepiſcopo, Hugone Rothomagenſi,& Ioanne Sagienſi Epiſcopis.

[c] 9. Maij, in Biblioth. Cluniac. col. 1313.

16. Robertus de nouo hic adiicitur,hauſtus ex Roberto de Mõte in Chronicũ Sigiberti,qui demonſtrat eum mortuum religioſum Lexouienſem Epiſcopum,equidem an.1160.ſed ex conſequentis Data veriùs excidit an.1140. aut antecedente.

17. Arnulphus præmiſſi Ioannis I. nepos bene ſelectus eſt anno 1140. ſecundum duos Tabularios ; quia Petrus venerabilis Abbas Cluniacenſis in ſuis ad Innocentium Papam II. Epiſtolis teſtatur quòd deſtitutâ *Eccleſiâ morte prædeceſſoris Dom. Arnulphum Sagienſem Archidiaconum ſibi in Paſtorem elegit Clerus & populus Lexouienſis, & à Dom. Rothomagenſi Archiepiſc. conſecrari fecit, virum optimum, &c.* * Innocentius autem ſuperuixit denuo annos quatuor poſt cum actum, quo literis petebatur obtenta breui Apoſtolica confirmatio. Is verò Legatus ex Baronio ſcripſit ad Alexandrum Papam III. de illo ſuo apud Regem Anglorum officio an. 1159. Nu. 58. Præterea ipſe reſidens adſtitit dedicationi Baſilicæ S. Mariæ de Voto an. 1181. ex præfato Roberti Supplemento, & ex binis Tabulariis eo demum anno incluſit ſeipſum monaſticis ſeptis apud S. Victorem Pariſienſem. Quòd ſi credatur Chronico Roberti de prædeceſſore mitrâ inſignito, ſanè Arnulphus non priùs aſſediſſet, quàm anno 1161. At id nullus alius affirmat. Baronius verò de eo agit ſub an. 1160. Nu. 42. & an. 1163. Nu. 3.

*Biblio. Cluniac. col. 818. Quod feſtinus non deprehendo in ipſis Petri Epiſtolis, editis Pariſ. an. 1522. prima vice.

18. Radulphus I. de Vuanemel ſelectus ad onera an. 1182.
19. Guilelmus I. de Rupetra optatus ad munia an. 1193.
20. Ioannes II. de Humeto ingreſſus an. 1201.
21. Guilelmus II. de Pantearcho ſelectus an. 1220.
22. Fulco Daſtin immiſſus an. 1250.
23. Guido I. de Merula, antea Cantor Rothomagenſis, impoſitus an. 1277.
24. Guilelmus II. de Aſneriis, vocatus an. 1285.
25. Guido II. de Arcutia obiit an. 1336.
26. Adamatus Roberti Lemouicus, Iurium Doctor, ex hac Sede tranſlatus ad Arelatenſem an. 1368. melius quàm 1378. vbi vocitatur Odomarus.
27. Alphonſus Cheuriet deſecit è vita an. 1377.
28. Nicolaüs Oreſme Doctor Theologus Pariſienſis, illatus Sedi eodem an. 1377. Biblia ſacra & libros Ariſtotelis traduxit in linguam vulgatem Gallicam, fuit Conſiliarius, ac auditoris Caroli 5. Sapientis Francorum Regis Lector. Tillius an. 1380. in Chronico, & nos in Anacriſi Scripturæ ſanctæ, ex Præfat. To. 1.
29. Guilelmus IV. d'Eſtouille an. 1382.
30. Petrus I. Freſnel ab an. 1415.
31. Brando de Caſtiliano Lombardus Cardinalis Placentinus, ab an. 1420.
32. Zanonas de Caſtiliano præcedentis nepos ab an. 1424.
33. Petrus II. Cauchon, primùm Epiſcopus 76. Bellouacenſis, & huc venit ſub ann. 1432.
34. Paſchaſius de Vallibus an. 1443. in locum deceſſoris expulſi viuentis, ob cauſas in Sede anteriore patentes.
35. Thomas Baſim de Caleto, doctus 1447.
36. Antonius Raguiet diſceſſit à ſeculo an. 1482.
37. Stephanus Bloſſet moritur an. 1505.
38. Ioannes III. *le Veneur*, Ciaconio *le Beneur* d ſuperioris nepos, maior Regis Galliæ Eleemoſynarius, Presbyter Cardinalis Tit. S. Bartholomæi in Inſula ſub Clemente Papa 7. an. 1531. receptus eſt priùs Antiſtes an. cit. 1505. Obiit verò ad an. 1543. die 7. Auguſti. d ea. 1105.
39. Carolus *le Veneur* anteceſſoris conſanguineus ſine Data.
40. Iacobus Dannebant Superioris cognatus, eidem ſucceſſit an. 1543. filius Thalaſſiarchi Franciæ, hoc eſt Admirabilis ſeu Gubernator maris pro Regno, factus à Paulo Papa 3. Cardinalis S. R. E. Tit. S. Suſannæ an. 1544. non legitur in Ciaconio.
41. Ioannes Hennuyer Doctor Theologus, Regis Henrici 2. Confeſſor, Eccleſiam ſuſcepit an. 1559. vbi finem habet Demochares. Poſtea autem obiit Præſul an. 1576.
42. Ioannes de Vaſſes ſubſcripſit Prouinciali Concilio Rothomagenſi an. 1581.
43. Anna Deſcars Abbas S. Benigni Diuionenſis, factus eſt ibidem Epiſcopus an. 1586. Aliæ cuius dignitates eccleſiaſticæ eum ſequutæ ſunt, iam diſertè à nobis expenſæ in Matiſconenſibus e. e Nu. 66. 5. 3
44. Franciſcus Rouzel de Medani ex Chenutio, interfuit Generalibus Comitiis Regni Lutetiæ celebratis an. 1614.
45. Guilelmus du Vair, poſt varias ſuas in ſupremis Senatibus Franciæ dignitates factus eſt Procancellarius ſeu cuſtos Sigillorum Galliæ à Rege Ludouico 13. Iuſto, & à Paulo Papa 5. inauguratus Epiſcopus Lexouienſis an. 1617. Quieſcit an. 1620.

CATALO

CATALOGVS

CHRONOLOGICVS EPISCOPORVM SAGIENSIVM.

SEDES CREDITA EST QVINTA SVFFRAGANEA Archiepiſcopis Rothomagenſibus.

1. SIGIBOLDVS, de quo nihil poſſibile fuit reperire præter nomen traditum.
2. S.Latuinus, cuius feſtum celebratur 12.Calendas Iulij,anno incerto.
3. S. Landricus abſque noto ſeculo. Et iſti duo non clareſcunt in Martyrologio.
4. Hylus ſolitarius in tecto hoc,ex Democharе.Chenutio Hilarius.
5. Hubertus, qualis ſit, vix ſcitur,hoc 5. ordine apud Tabularios. Forte eſt Sanctus ille nobilis de Hannonia, vulgò *Haynaut*, deſerens opes, & degens Eremita, quem Authores aſſerunt Confeſſorem, neque loquuntur de aliqua ipſius tandem Prælatura, quæ certè fortaſſis extitit iſta Sagienſis, in eius ſenio pro tantis ipſius meritis.Creditur autem exitum vitæ habuiſſe 25. Martij ex Surio; vel 6. Septembris an.620.ex Gazetio; aut denique 6. Decembris ex Baronio an. 730. Quorum ſcriptorum Datæ variæ vt ad concordiam reuocentur, ſeu id præſtare conemur; ſane Petrus Ribadenera fatetur in præfato Septembris factam eſſe ipſius corporis releuationem per Abbatem Rodinum annis 153. poſt deceſſum;in Septembri verò celebratam tranſlationem aliò, & obitum in Martio. Molanus inſuper ad 19. Decembris adiicit ſeorſum: *Eo die repoſitum eſt corpus S.Huberti in crypta.* Quæ ſingula viſuntur apertè diſtincta ab altero S. Humberto Antiſtite Lodienſi: cui pro feſto obitus conceditur diuiſim tertius dies Nouembris iuxta omnes, ſolus in Martyrologio Romano: ac ipſius tranſlatio die 30. Octobris ex Vſuardo.Nos in Locis communibus alphabeticis de Sanctis[a]. Verùm profectò ſecundùm annum 620. præmiſſum, ordo iſtius noſtri Huberti Confeſſoris in catalogo foret alius multò inferior, hoc eſt, poſt Paſſiuum 13. Epiſcopum, quia Datas habet anteriores tempore cum viciniorbus 35.

[a] ca.74 Art. 103.corrigente caput 9. Ar.54.

6. *S. Annobertus ſeu Alnobertus colitur die 17. Calend. Iuny.* Sic Demochares hoc ordine ſexto. Verùm Chenutius cum tardiùs ſtatuit vno verbo decimum quartum Epiſcopum, ſub nomine etiam Anuberti, tanquam præſentem Concilio Prouinciali Rothomagenſi an.682. Sed nullum tale vetus Concilium reperitur in Voluminibus Conciliorum editis Romæ[b] ac Venetiis[c]; neque apud Flodoardum, Genebrardum atque Baronium. Ergo vetus ſeries Democharis cenſetur lubentiùs retinenda, tametſi abſque diario:dum Chenutius obiter loquens dictum minimè probat.

[b] an 612.
[c] Sub Sixto 5.

7. S. Lotharius[d],
8. S.Mileardus,
9. S.Hildebrãdus.

Hos tres ſinimus ordini Democharis, propter allatas rationes: & Chenutius paulò aliter.

[d] Germanus Eremita, Chenutius tardè nu. 18.

10. *S.Paſſinus.* Sic Demochares,& omnia Conciliorum Volumina,quamuis apud Chenutium dicatur *Paſſius* altiori ordine[e]. Interfuit Conciliis Aurelianenſibus 2.3. & 5.an.533.537. & 549.vel 552.malè in 4.ex Chenutio.

[e] Num.6 & Democh. Num. 13.

11. Robertus de nouo à ſolo Chenutio adiicitur *circa annum* (ait) *quingenteſimum nonageſimum*:at ſine theſis demonſtratione,qua opus fuiſſet.
12. *S.Ranerenus, aliàs Raynerus, antea Monachus.* Ita Chenutius decimo loco, ſicut & Demochares ſub priore tantùm voce,vicinis aliis interiectis.
13. Robertus I.
14. Gaufridus

Sic duo meliùs iuxta Democharem, quàm Chenutium, ad replenda temporum vacua inter Datas præcedentes & adſequentes.

15. *Amilcalarius circa annum* 660. veluti fatur Chenutius breuior loco 11. & Demochari *Anicalarius* loco 14.in Concilio Cabilonenſi.Sic iſte paucioribus.Sed nos ſuperaddimus id extitiſſe tertium Prouinciale Cabiloni aggregatum,ex rationum ponderibus allatis in noſtris Lugdunenſibus[f] ad ann. 650.etſi apud alios ſit primum teſte Venetenſi editione.

[f] Nu.44 § 3.

16. Annubertus ſeu Annobertus, ſic nominatus à Baronio in Concilio Rothomagenſi, anno 682. Nu. 11. & per nos iſtic recèns additus.

17. Rodulphus Chenutio,
18. Hugo, vtrique,
19. Benedictus,
} Tres ſatis benè hîc iuxta ambos Tabularios in eiuſmodi ambiguis temporum ſcrupulis pro explendis vacuis inter extrema diaria.

20. S. *Godegrandus circa annum* 765. Sic ritè Chenutius, addens ſoli notæ Democharis. Sed apponimus, quòd dum fuerit ipſe Martyr germanus frater S. Opportunæ virginis, Abbatiſſæ in illa Diœceſi Sagienſi, familia nobilis ac Regia, & cùm Surius atque Moſander Carthuſiani hiſtorici amborum ſimul Sanctorum g nullatenus præfigant ſeculum vitæ ipſorum, coniicimus eoſdem floruiſſe veriùs tempore Caroli Magni ad annos 770. & 800. quàm ſub annum 540. vel 550. vt cenſent pauci. Nam poſt obitum eorundem, teſte Andelino, venerabiles Reliquiæ tranſlatę ſunt à Ludou. Pio filio Imperatore, potiùs tanquam recentes quàm veteres. Et inſuper (addit Author) *Cùm ſereniſſimus Rex Ludou. frater Caroli inuictiſſimi Imperatoris* h *didiciſſet inſignes B. Opportuna virtutes, prædium Montiacum cauſâ refugij donauit S. virgini & illuſtriſſimo Hildebrando Sagienſi Epiſcopo ſanctiſſimo, &c.* Illi autem duo Principes fratres erant filij Ludouici Regis Germaniæ, qui eſſet filius natu maior Ludouici Pij Imperatoris: adeóque nepotes Caroli Calui Regis Franciæ i: perinde florentes ſub annum 885. hoc eſt, circiter annos octoginta poſt mortem Sanctorum præfatorum, ſeu fratris atque ſororis.

g 12. April.
h Craſſi.
i Tilius in Optimatib. pa. 46. 47. 52.

21. S. Adelinus, Chenutio Adelmus, ſucceſſor in Cathedra, antea Monachus: vnde conſcripſit vitam egregiam Opportunæ ad annum 815. & vlteriùs. Proptereáque eum Democharès malè præferebat ordine Godegrando.

22. Ragenfridus hoc antiquo ordine, ad reſarciendum alioqui vacuum, ſub an. 830.

23. Raynaldus Demochari, & Reginaldus Chenutio, ad annum 840.

24. *Saxoboldus circa annum* 849. *de quo Lupus Ferrarienſis Abbas in exhortatione ad Epiſcopos Galliæ.* Hæc ſolus Chenutius. Sed adiicimus eum vocari Saxbodum à Renato Choppino in Concilio 4. Turonenſi anno 853. k ex eodem Lupo Ferrarienſi.

k li. 2. tit. 3. nu. 3.

25. Aſcio Demochari, & Aſcion Chenutio.

26. Hildebrannus Demochàri, & *Hildebrandus II.* Chenutio ac Baron. ſubſcripſit Comitiis Lutetię habitis ſub Car. Cal. an. 877. & antea interfuerat Conc. 1. Sueſſionenſi 854. aut ſeq. necnon 2. ibid. ann. 866. ex Remenſi Flodoardo l atque Baronio Num. 77. *Hoc pacto idem Chenutius.* At nos inſuper adiicimus, quòd ipſe præterea adſtitit Prouinciali Concilio Pontigonenſi an. 876. nouiſſimè deprehenſo in Lugdunenſibus.

l li. 3. hiſt. c. 11.

27. Ricardus, ex verbo tradito per veteres circa annum. 889.

28. Raboldus Demochari, & Radbodus Chenutio ſub anno. 1000. &c.

29. Sigifridus apud illum, & Sigefridus apud iſtum, circa an. 1027.

30. Iuo vel Yuo Belliſſmenſis an. 1063. vulgò *de Beleſme.*

31. Robertus II. in Concilio 2. Rothomagenſi an. 1074. quale non retinent Tomi Conciliorum & cæteri allegati.

32. Girardus vel Geraldus primus obiit Kalendis Februarij anno milleſimo nonageſimo primo.

33. Serlo in Democharè, & Herlo ſeu Herlonius in Chenutio, prope annum. 1100.

34. Robertus 3. præſens coronationi Henrici I. Angliæ Regis, an. 1109. Sic vnus Chenutius Aduocatus; Democharè tacente.

35. Roborius ſedebat ab an. 1106. ex ſolo item Chenutio.

36. Ioannes I. nepos Ioãnis I. effecti Epiſcopi 15. Lexouiẽſis, ab an. 1120. Præſens in Marchis argenti ibidem poſitis.

37. Girardus 2. ex Roberto de Monte obiit anno 1158. Kalendis Februar. antea Canonicus Eccleſiæ.

38. Rogerius, aliàs Frogerius, receptus an. 1160. Eleemoſynarius Henrici II. Angliæ Regis, obiit an. 1183 præcisè, ex Roberto de Monte.

39. Radulphus prætermiſſus à Chenutio, & altiùs à Democharè conſtitutus, ſolo nomine & ſine diario, cenſetur conuenientiùs hîc depreſſus ad replendum alioqui vacuum temporaneum. Non in Democharè ſub annum. 1190.

40. Syluester circa annum 1207.

41. Liſiardus Demochari, & Eiſardus Chenutio, aſſedit ſub annum 1230.

42. Hugo Eccleſiam Abbatiæ *de Tironeau* dedicauit an. 1231.

43. Mauricius poſtea Epiſcopus Cœnonenſis 39. & tandem Archipræſul Rothomagenſis, 58. ibi dictus ſecundus ſub anno 1231, vt ſuprà.

44. Gaufri

44. Gaufridus de Muet, interiit anno milleſimo ducenteſimo quinquageſimo ſeptimo ex Chenutio,&c.
45. Thomas d'Aulnon obiit an. 1278.
46. Guilelmus primus conſecrauit Baſilicam Fratrum Prædicatorum d'Argentan, decimo Octobris, 1286.
47. Ioannes 2. de Bernieres, mortuus anno 1293.
48. Philippus *le Boulenger* finiit ann. 1315.
49. Richardus de Sentilly exiit anno 1319.
50. Guilelmus ſecundus Mauger ſolutus eſt anno 1356.
51. Geruaſius de Belleau, ſine Data.
52. Guilelmus 3. de Rance Profeſſus antea Ordinis Dominicani, anno 1364. facet Confeſſor Ioannis Francorum Regis.
53. Gregoius l'Anglois Sagienſis Collegij Pariſienſis fundator, & Collegij *de Bué* Andegauenſis Academiæ, ſine Data.
54. Robertus Cornegius diſceſſit è viuis 10. Ianuarij, 1480.
55. Ægidius de la Val ſeculo renunciauit anno 1501.
56. Iacobus de Silly Caſtrum Epiſcopale *de Fleure* conſtruxit, ac obiit anno 1536.
57. Petrus du Val Doctor Theologus Pariſienſis, Liberorum Franciſci I. Regis Præceptor ab anno 1527.&c. Canonicos ſuæ Cathedralis Eccleſiæ in ſecularem ordinem reduxit. Dicit Chenutius eum interfuiſſe Concilio Tridentino. Sed hunc non legimus apud Indicem Doctorum Concilij. Et reuerà vix tandiu ſediſſe aut deguiſſe potuit vſque ad annum milleſimum quingenteſimum ſexageſimum quartum, quo Synodus œcumenica exitum habuit Hic finis Demochatis.
58. Ludouicus du Moulinet, nepos prædeceſſoris, & comes eidem ad ſacrum Concilium. Chenutius ſcribit illum rexiſſe Eccleſiam annis 37.& obiiſſe anno 1601. Ergo Sedem inchoauit ab anno 1564. ſtatim finito Concilio. Vnde concludit etiam auunculum Romæ in reditu Cathedram reſignaſſe, & Ludouicum ibidem tunc conſecratum. Is inſuper acceſſit poſtmodum ad Prouinciale Concilium Rothomagenſe, anno milleſimo quinquageſimo octuageſimo primo.
59. Claudius de Morenne, eloquens Pariſinus, Theologus Doctor Pariſienſis, quem noui poſterioris à me Licentiæ, antea Rector Parœcialis Eccleſiæ S. Mederici Pariſiis, obiit 2. Martij 1606. Poſitus in Chore Cathedrali.
60. Ioannes tertius Bertrand Abbas B. Mariæ d'Aunay, Eleemoſynarius Reginæ matris Mariæ Mediceæ viuentis. At ipſe lumina clauſit, 8. Iunij, anno milleſimo ſexcenteſimo vndecimo.
61. Frater Iacobus Suarez Portugalenſis, Religioſus Ordinis ſancti Franciſci Aſſiſij, quem noui doctiſſimum Concionatorem ante Pontificatum, mihi amicitiæ vinculo ſingulari iunctum. Sed animam Lutetiæ exhalauit ad annum 1619.
62. Iacobus Camus filius *D. de Pontcarré* Conſiliarij, ex parente Lugdunenſi oriundus, vixit annis 62. & menſibus 6. in Pontificatu poſt deceſſorem annos tres. Depoſitus in pace 3. Kalend. Iunij, anno 1614.
63. Iacobus Camus Pariſinus, aliàs de Pont-carré, mox digniſsimè & piè ſedet an. 1625.

CATALOGVS CHRONOLOGICVS

EPISCOPORVM CONSTANTIENSIVM NORTHMANNIÆ.

PRO SEXTA VLTIMAQVE SEDE SVFFRAGANEA Archiepiſcopis Rothomagenſibus.

PRÆLVDIVM.

VRBS ſic dicta eſt, non ita ſerò à Conſtantino Imperatore, vt loquitur Chenutius, qui Princeps deguit ſolùm tertio Chriſti ſeculo: ſed maturiùs vocata *Caſtra Conſtantia* in plurali ad Neuſtrios Galliæ Celticæ extremos, eò quòd milites Caij Iulij Cæſaris ante Chriſtum conſtanter ibi agerent aduersùs Armoricorum incurſiones. Eaque mens eſt veteris Authoris Ammiani Marcellini *. * li.15.

1. S. Paternus antiquior, alius à S. Paterno 4. Abrincenſi Epiſcopo, dicitur primus Conſtantienſis Epiſcopus, iſque Confeſſor apud Vſuardum, Molanum & Baronium 23. Septembris, ſine Data temporis in Martyrologio Romano. Nec meminerunt ipſius Authores cæteri Tabularij.
2. S. Ereptiolus.
3. S. Exuperantius.
4. S. Leonatus.
5. S. Poſſeſſor.

(2–5:) Hi quatuor ſolo tradito receptóque nominum fundamento nituntur ad noſtros vſque dies. Quod ſufficiat pro horum veritate tuenda.

6. Laudus equidem in Epiſcopum conſecratus eſt à S. Gildaldo 15. Archipræſule Rothomagenſi. Sed quoto anno, certum non eſt. Chenutius Democharis pediſſequus nullo fultus examinis pondere ſcribit hoc geſtum eſſe anno quadringenteſimo ſeptuageſimo tertio. At nemo certè hanc theſim fouere aut retinere poterit, omnibus in circum perpenſis ob allata in illo 15. & propinquioribus ſuis deceſſoribus obſtacula. Adeóque veriùs inauguratio celebrata eſt anno quadringenteſimo nonageſimo tertio, indice Sedis præſentis Epiſcopi.
7. S. Romphanus vnico clarus nomine.
8. S. Leo pariter notus ex veteri traditione.
9. *S. Leontius ſeu Leontianus in Concilio 1. Aurelianenſi.* Sic duo arctiores Tabularij. Verùm addimus reliquum eius nomen & annos. Siquidem illa Prouincialis Synodus habita eſt annis 107. 512. vel. 515. De quibus Datis vide Art. 14. Trecenſi. Tum Surius & Gazerius vocant [a] hunc Antiſtitem Leucianum, qui iuuenem ſanctum Paternum ſecundum conſecrauit Diaconum atque Sacerdotem, poſtea dignum tandem vicino Epiſcopatu Abrincenſi. [a] 16 Aprilis, Gaz. To. 1. pa. 482.
10. S. Vrſicinus non eſt de illis tanti nominis vetuſtioribus Rauennatibus ſimplicibus Martyribus. Cæterùm nouem illos Præſules, quos Regio credit hactenus Sanctos ab ortu huius ſellulæ minimè illuſtrat Martyrologium Romanum. Et iſtius anni ſunt incerti.
11. *Lauto Epiſcopus Conſtantienſis in Concilio 2. & 3 Aurelianenſi.* Sic duntaxat præfati Tabularij. Sed adiicimus, quòd ipſe interfuerit quoque Aurelianenſi 5. Concilio, annis per ſingula quingenteſimo trigeſimo tertio, 537. & 552. Atque ſuperuixit ſenio confectus vſque ad annum quingenteſimum nonageſimum ſextum, quo expirauit ſecundus ſanctus Paternus 4. Abrincenſis Epiſcopus, cùm ipſe Lauto eius funeri celebrando officia adſtiterit, teſtibus Surio & Gazerio [b], necnon comitante alio vicino Antiſtite, cui nomen eſt Lauſcius humo pariter mandans S. Scubilionem Eremitam Paterni ſocium. Interim mirandum obiter, [b] pa. 483.

obiter,quòd cùm Lautus extet percelebris in Romano Martyrologio,duo Tabellarij eum minimè à fronte Sanctum prædicarint & adſcripſerint, aut non aduerterint. Quippe feſtum Eccleſia palam concelebrat & retinet 22. Septembris.

12. S. Vlphobertus nondum exornat Martyrologium Romanum.

13. Lupicius.
14. Nepus. } Hi duo minimè Sancti carent notitia temporis.

15. Macarius non eſt vnus ex aliis tredecim eiuſdem appellationis iſto antiquioribus,& multifariam diſperſis verſus ortū,quos illuſtrat Martyrologium. At Chenutius in reformatis ſuis additionibus * eum vocat Ramacharium, quem dicit à ſancto Gregorio Turonenſi nominatum cum Prætextato Præſule Rothomagenſi,nec locum citat. * pag.551.

16. Huldericus.
17. Vualdomarus.
18. Trabus.
19. Rothmundus.
20. Salomon.
21. Agathæus.
} Iſtos ſex veneratur quidem antiquitas ſub hoc recepto ordine ad noſtros vſque dies. At ſuis orbantur diariis.

22. Liuinus, primùm Epiſcopus Conſtantienſis, deinde Gandaui, ſeu Gandenſis Flandriæ, aliàs in portu Gandenſi ex Baronio 12. Nouembris, quo die virum nominat Sanctum,de quo S. Bonifacius Epiſcopus Moguntinus in Metro, & Meierius in proſa: ſedens in Northmannia Celtarum & ſucceſſiuè in Belgio circa annum ſexcenteſimum trigeſimum tertium, &c. Nam vox vtrique æqualis, & ſeculum vniforme duabus per tranſlationem Sedibus oſtentat eundem extitiſſe Præſulem: Gandauo ad Scaldem fluuium efficiente tertio Epiſcopatu, pendente ex Machlinienſi Archipræſule iuxta Aubertum Miræum Bruxellenſem in ſua Politia eccleſiaſtica [b].

23. Vuifridus abſque ſeculo in Tabellariis. [b] edita an. 1620. pa. 123.

24. Aldebertus, fortè is Sanctus, qui eiuſdem nominis ſedit poſtea 7. Cameraci (tranſlatione) annis 645. & 655. hîc pariter competentibus; & aliorum Sanctorum frater, ibidem ex Gazetio [c] ac noſtro Alphabeto de Sanctis [d]. [c] To. 2. p. 56. [d] c. 43. 31.

25. Chatribonus prædicatur Epiſcopus Conſtantienſis, non Germaniæ, ſed Galliæ Celticę, in Concilio Prouinciali 3. Cabilonenſi,anno 658.vel 662.ibi ſuffragator 15.inter 44.conſiſtentes. Nec hactenus à quoquam in hunc catalogum legitur annexus: & tempora ipſius poſtulaſſe videntur directum iſtum ordinem.

26. Ioſue, cuius ignorantur circunſtantiæ.

27. Leuntius Demochari, & Leontius Chenutio, perindéque ſecundus, quia primus eſt Leontius hîc Epiſcopus, ſuprà ex eodem Chenutio. Sed profectò ille prior veriùs nuncupatur Leontianus in Concilio Aurelianenſi, aliíſque Leucianus ex præmiſſis ibidem. Neque iſti ſunt vlli ex aliis octo Leontiis in Martyrologio Romano exiſtentibus, ſub multiplici diario,iiſque antiquioribus.

28. *Angulo*, qui præter vetuſtatis ordinem nullum habet angulum notitiæ ſecularis.

29. Hubertus videtur ſediſſe Conſtantiæ paulò antè annum 698.quia eo præciſo ſolari curſu electus eſt trigeſimus Epiſcopus Tongrenſis ex Baronij Martyrologio [f], qui fuit 11. Traiectenſis,& omnium primus Leodienſis,vſque ad annum 730. quo deceſſit.Sic enim congruunt tempora iſtic debita vltra nomeņ identicum. Quibus legitimè arguitur eundem probabiliùs eſſe virum Conſtantiæ ſedentem ad annum ſexcenteſimum nonageſimum quintum & vltrà,poſteáque Leodium canonicè tranſlatum,etſi hactenus id nullus deprehenderit. [f] 3. Nouemb.

30. Vuilardus ſuo crepuſculo vacuus humanis aſpectibus.

31. *Herluinus*. Hoc ſolùm duobus Tabulariis. Sed creditur eſſe vnus ex conſanguineis maioribus collateralibus Herluuini ſeu Herluini trecentis ante annis ferè Abbatis Monaſterij anonymi eiuſdem Northmanniæ patriæ ſuæ, cui ſecundo Herluino ſucceſſerat Abbas ſanctus Anſelmus inde tranſlatus Cantuariam Primatum Anglicanum. De quo Petrus Ribadenera [g], & nos in Alphabeto Sanctorum [h].

32. *Sigenandus*. Sic illi bini, & nihil aliud: At recèns inueni Concilium Prouinciale Pontigonenſe, celebratum anno octingenteſimo ſeptuageſimo ſexto per nos reuelatum in Lugdunenſibus [i], & conforme huic tempori atque ordini, vbi idem Præſul vocatur Saginandus, collocatus trigeſimus quintus inter Patres quadraginta ſex conſedentes. [g] In S. Anſelmo. [h] c. 12. n. 17 [i] on. 59. §. 3.

33. Liſta.

33. Liſta.
34. Ragenardus. } Hi quatuor nitent ſolis nominibus traditi poſteritati.
35. Helleboldus.
36. Agebertus.

37. *Theodoricus*. Neſcitur qualis fuerit. Nec quis arbitrabitur ſanctum Theodorum Rhemenſem Sacerdotem [k] euehi ad hoc Epiſcopium, tametſi altior eiuſmodi electio facilem vſum habuerit in talibus maximè vicinis comprouincialibus. Ratio eſt quia Rhemenſis floruit ſub diuo Remigio loci Archipræſule, ducentis annis omnino antecedentibus. k 1. Iul. Baro.

38. Herbertus.
39. Hugo. } Hi tres ſplendent beneficio ſcientiæ tradentis de manu ad manum ex ſynceris parentibus ad filios.
40. Algetundus.

41. *Robertus*. Iſte probabili argumento fuit ille Robertus inter diuos ferè deputatus, quamuis nondum in Martyrologio, qui vix erat Abbas Caſæ Dei vndecimo ſeculo, quaſi inde ex meritis ſublatus in Conſtantienſem Epiſcopatum, vbi demum animam exhalarit, potiùs quàm in Abbatia, anno 1056. [l] Quod equidem tempus opportunè illud debet eſſe, quo ſederit præſens noſter Robertus hac ſerie per Tabularios collocatus, habita analogia inter octo antecedentes Epiſcopos propinquiores poſt Seſinandum noni ſeculi, & Richardum adſequentem duodecimo ſeculo poſt alios quatuor infrà medios, ac de illorum tempore multùm ancipites. Hoc pacto tutiùs rem perpendere conuenit. Atque etiam poſſet eiuſmodi calculus reduci ad ſanctum Robertum Abbatem Ciſtercienſem, in Martyrologio clariſſimum, pariterque tranſmiſſum ad Epiſcopatum, qui duntaxat interiit feriùs paulò [m]: licèt de tali eorundem erectione mentio non habeatur in vulgatibus ſuarum peregrinationum Legendis.

Qualis probetur eſſe.

l 25. April. Gazet. to. 1. pa. 12.

m 29. April. 1098.

42. Gillebertus, manet in lumbis ignotorum apud Tabularios.

43. Gofridus ex Additionibus reformatis Chenutij ſedit annis quadraginta quinque, pagina 55r.

44. *Radulphus*. Sic breuiores bini Authores. Sed locus facit valdè ſuſpicari eum cenſendum fore ſanctum Radulphum Silentiarium Confeſſorem Monachum extra Martyrologium, recenſitum tamen apud Gazetium [n] abſque ſeculi nota, qui in Brabantiano ſuo Flandriæ Conuentu ſilentium ſeptennio tenuerat, & poſtea flammis caſu inardeſcentibus ac diruentibus Monaſterium, tunc ore aperto dixit ſolùm, *ignis ceſſa*: & continuò rogus extinctus apparuit. Vi cuius miraculi profectò veriſimile eſt eundem iure electum vicinæ Prouinciæ Epiſcopum. Quòd ſi quis arguat ipſum, tanquam ſeculo orbatum, minimè hinc comprobari ad hoc tempus & ordinem pertinuiſſe, ſanè facilis reſponſio eſt, vt ſi è diametro careat noto diario, æquè benè ad hoc ſeculum milleſimum centeſimum ſpectabit [o], quàm ad quoduis aliud.

n 30. April. pa. 542.

o 1100.

45. Rogerius ſilet alibi ſub hac dignitate.

46. *Richardus anno* 1157. *clarus habetur*. Hoc pacto Chenutius poſt archetypum Democharem. At nos ſubiicimus, quòd ad ipſum ſcripſit epiſtolium venerabilis ſanctus Petrus Abbas Cluniacenſis ex Bibliotheca Cluniaca [p], vbi parent Richardi Acta [q]. Præfatus autem annus fuerat penultimus mortis beati illius Petri. Et Richardus dicitur primus ſuæ appellationis.

p col. 1417.

q col. 1418.

47. Algarus.
48. Richardus ſecundus. } Aliud nihil de ipſis recognitum.

49. Guilelmus antea Decanus Baiocenſis, electus eſt anno extremo 1182. Sic Robertus de Monte in Chronici Sigiberti Supplemento. Quem Præſulem ſolo nomine Tabularij recenſent.

50. Viuianus.
51. Hugo. } Hos quinque legitima ſaltem authoritas vetuſtatis hactenus conſeruauit & tuitus eſt, ſine Data temporanea.
52. Giſlanus de Cadomo [a].
53. Ioannes I. de Eſſeyo.
54. Euſtathius.

a vulgò *Caën en Normādie*.

55. Robertus Arcurianus, vulgò *de Harcour*, fundator Collegij Pariſienſis ſui nominis, anno 1311. Sic Chenutius, citra nomen priuatum Democharis.

56. Guilel. 2. de Treſuilla.
57. Ludouicus.
58. Syluester. } Hi quinque Præſules carent anno ſui crepuſculi ignoto, ac eis iure debito.
59. Nicolaüs.
60. Guilelm. 3. nominis.

61. Ægi

61. Ægidius 1. Campenſis ſeu de Campis, Gallus Theologus & Confeſſor Caroli ſexti Regis Francorum, Epiſcopus Conſtantienſis, Presbyter Cardinalis creatus [r] à Ioanne XXIII. Papa ab anno 1410. ad ſeptennium ſequens. Ita Ciaconius. Et Demochares nihil prorſus de illo Præſule, citra nomen [s] excepto Chenutio, qui dum putat bene dixiſſe Ægidium Cardinalem factum anno 1411. in 1. creatione Alexandri Papæ quinti, fallitur, quia ſedit Alexander vnico anno 1409. [t] teſte Genebrardo, & ſequente reuolutione cœpit præſidere Ioannes ex eodem.

62. Ioannes Marneus.
63. Pandulphus.
64. Philibertus.
65. Ægidius de Duramotte.
66. Ioannes Caſtilioneus.

Hi quinque ſola voce ex Tabularus. Fuitque impoſſibile eorum geſta temporáque venari. Sed cuique nouennium tradendo complent annos 45. ab anno 1409. ad annum 1455.

[r] in 1. creatione facta ann. 1411. Ciac pa. 858. & 860.
[s] ad annum 1407. p. 860.
[t] imò 10. menſes tantùm.

67. Richardus Oliuierius, anno 1468. Cameræ Computorum Præſes.
68. Iulianus natione Genuenſis, poſt Epiſcopatum factus Papa, dictus Iulius 2. Romæ ſedens ab anno 1503. vel 1504. ad 1613.
69. Gaufridus Hebertus. Hoc ſolùm aliis. At ſedit ab anno milleſimo quingenteſimo quarto ad 1514. aut proximè.
70. *Adrianus Goffier vel Gouffier de Boyſi vel Boiſſi.* Sic illi duo mixtim: addens Chenutius eum Cardinalem. Verùm Ciaconius de ipſo hæc deducit in ſpecies [u]. *Hadrianus Guffer aliàs Boyſinius Gallus, Epiſcopus Conſtantienſis, Presbyter Cardinalis Tit. SS. Petri & Marcellini,* precibus Regis Franciſci I. creatus à Leone Papa X. in tertia vice anno 1515. [x] Et fortaſſis anno præcedente adeptus fuerat Epiſcopatum.

[u] pa. 1073. & 1087.
[x] Leo ſedit ab an. 1513. ad 1522.

71. Bernardinus de Diuitus, ex Demochare: & *Bernard d'Vnce* ex Chenutio, qui eum vocat Cardinalem, ſed non lego apud Ciaconium.
72. *Florentius Cardinal. de S. Maria*, in vtroque. At nihil Ciaconius.
73. Renatus de Broche Benedictinus abſque diario.
74. Philippus de Coſſé, eiuſdem Ordinis, ſedit ab anno milleſimo quingenteſimo trigeſimo, obiítque 1548.
75. Paganus Dector Demochari, & d'Eſquetot Chenutio.
76. Stephanus Martel 1559. ex Chenutio. Demochare non ampliùs vltrà.
77. Arturus de Coſſé, de Briſſac, Caroli Mareſcalli Franciæ filius, atque Magnus Regis Eleemoſynarius.
78. Nicolaüs de Britoir bullatus à Clemente Papa 8. [y] 1597. & conſecratus Pariſiis 1598 [z] obiit anno 1620. ætatis anno 76.
79. Guilelmus 4. le Blanc, nominatus à Rege Ludouico 13. Iuſto, ſedétque Conſtantiæ hoc anno 1625.

[y] 17. ſept.
[z] 7. Septemb.

SERIES
ARCHIEPISCOPORVM TVRONENSIVM,
PRO TERTIA PARTE GALLIÆ CELTICÆ LVGDVNENSIS.

Au.251: 300.

1. SANCTVS GRATIANVS Romanus,factus iſtic I. Antiſtes,ſic nuncupatur à Demochare & antiquiore S.Gregorio hiſtorico , vno ex loci ſucceſſoribus Archiepiſcopis,qui ſcribit [a] eum ſediſſe à tempore Decij ethnici Imperatoris,hoc eſt ab anno ſalutis 251.per annos ſuccedẽtes continuos quinquaginta , ibi commorantem religioſiſſimum Confeſſorem cum multo fructu animorum paganorum.Etenim miſſus fuerat in Gallias à S.Sixto 2.Pontif. Max. pro Chriſtiana doctrina longiùs propaganda, teſte Gazetio, qui eundem vocat Gratianum [b],prçterquàm Vſuardus [c],Baronius & Bibliotheca Gluniacenſis [d]. Attamen dum Baronius illum efficit [e] ad Ciuitatem delegatum ab anteceſſore S. Fabiano Papa tribus intermediis:ſanè quia Sixtus præfuit toti Eccleſiæ anno ſolo 260. [f] & Fabianus an.præfat.251.ideò noſter Præſul veriùs creditur amádatus vniuerſim per Gallias à Fabiano,ac deinde Turonibus facilè addictus ſeu ibi confirmatus à Sixto. Itaque religioſiſſimus Gratianus interiit lubentiùs anno ſalutis 300.vacante Eccleſia ann.37.poſt ipſum ex pręmiſſo Gregorio.Si verò obierit an.308.vt cenſet Chenutius [g] ſub voce Gratiani in Martyrologio,hinc adſequetur,Authorem igitur calculum ſuum inchoaſſe à Sixto,ſeu ab an.260.quam viam cæteri non amplectuntur,& neque is cauſas dicti ſui interpretatur,vt neque dirimit ſuperiùs allatos motus paulò varios,demum à nobis ad præſentem concordiam reuocatos.

Cõtrouerſia temporis ſedata.

a li.10. hiſt. Franc.c.31. malè enĩ citant alij l.1. c.30. & Gaz. To 2.p.917.
b to.2 p.917.
c 18. Decem.
d col 110.
e die cit in Martyrolog.
f ex Bar. Anal. vel ab 264.ad 267. ex Genebrar.
g pa.108.

2. S.Lidorius in Martyrolog.haud cõprehenſus,ordinatus eſt Pręſul an.337.ſeu primo Conſtantij Imperantis ex S.Gregorio Turonico , conſtructor primę ciuitatis Baſilicę apud eundem priſcum dictatorem. Ergo ante canonicam eius optionem præceſsêre anni 37. vacuæ ſedis ex dictis poſt deceſſum S.Gratiani prędeceſſoris.Vnde concluditur Sedẽ eiuſdem ergo S.Gratiani emetiendam eſſe ab an.251.aduerſùs Chenutium.Propterea defecit iſte II. an.370.cùm ſederit in totum ann.33.ex illo veterano Gregorio Antiſtite 20. infrà.

3. S.Martinus I.celeberrimus ille Antiſtes Turonicus ex cunctis Martyrologiis [h],conſecratus eſt anno 8.regnantium Imperatorum Valentis & Valentiniani Catholicorum,qui fuit annus 371. ſalutis ex Baronio. Vbi quia ſedit 26. annis [i], ceſſante Epiſcopatu diebus 20.inde concluditur eum è ſeculo abiiſſe anno 397. Seriùs tamen apud alios ſub an.402. Antea ciuis Sabarienſis in Pannonia.

h loco cit.
i 4.menſib. & dieb.27.

4. S. Briceius ciuis Turonicus curæ donatus anno ſecundo Arcadij & Honorij Principum, ſeu anno ſalutis præfato 397. perperam expulſus , & morientibus locum ambientibus [k], rediit, Sedéque meritis occupata per annos quadraginta ſeptem ibi ſepultus eſt an. 444. ex inferendis apud D. Gregorium [l]. Non ita exactè Chenutius Chronologiam expoſtulat,imò ferè vix vnquam.

k Iuſtiniano & Armẽtino.
l cit. loco die 13. Nouemb.

5. S. Euſtochius primus ſedit annos 16.ſcilicet ab anno quadringenteſimo quadrageſimo quinto ad annum 457. [m] Eliciendum ex Gregorio , ſicut & ſequaces inde ſuſcipimus vſque ad ſeipſum Authorem , vt iam ampliùs non ſit opus eum allegare. Vide Numerum decimum.

m 19.Sept.

6. Perpe

6. S. Perpetuus nobilis Senatorius, deceſſorique propinquus, Præſes in Concilio Prouinciali Venetico [n] an.460. & in Turonico primo an.461. ex Tom. 2. Conciliorum Venetiis, vel anno 483. ex Baronio. Sedit autem annis 30. ex Demochare. Ergo vitâ excluſus eſt anno 488. [o] aliis 438. aut 510. Leuarat corpus ſancti Martini anno 482. ex Sigiberto. Sed miror quorſum aliæ Baronianæ editiones Moguntinæ [p] ſtatuant eundem Perpetuum ſub anno quingenteſimo octuageſimo ſecundo: non enim cohæret annus ille cæteris annexis.

7. S. Voluſianus vir Senatorius præfuit annis 7. Igitur ab anno plurimùm 489. ad 495 [q]. Extat vt ſuperi in Martyrologio [r].

8. Verus Demochari, & Viris Gregorio atque Chenutio, exul Gothorum, ſedens annis vndecim, ab anno circiter quadringenteſimo nonageſimo ſexto ad quingenteſimum ſeptimum [f]. Non in Canone Sanctorum.

9. Venantius à Demochare hîc conſtitutus per annos 12. Sed à Chenutio prætermiſſus, tanquam vocatus *ſanctus Abbas*, mixtus Licinio in diſcurſu ex ſolito Gregorio [t], qui Author nec eum disertè includit aut excludit ab Epiſcopatu. Verùm alibi cauſam poſitionis ipſius aperit à nobis lubentiùs relictam ſequaci proponendam. Interea perſpecto dubio & relicta diuturna Sede à Demochare recenſita, ſufficit illi biennium ad annum vſque 509. quia deinceps egemus reliquo tempore.

10. S. Euſtachius 2. omittitur rurſus à Chenutio. At locatur à Demochare, qui ſe fultum videt in textu ſancti Gregorij altiùs petito quàm priùs [u]: cuius adeſt de nouo periodus: *migrante Euſtochio Turonum Epiſcopo, octauus poſt S. Martinum Licinius Turonicis Epiſcopus ordinatur, adiens Hieroſolymam*, ſine diario. At ille præfatus Licinius qui adſequitur, eſt verè octauus poſt D. Martinum, ſi tollatur de medio Venantius in ancipiti poſitus: aut erit nonus, ſi præter tutiorem Euſtachium ſinatur ille Venãtius. Cæterùm, Euſtochius 1. à recentiore Demochare conſcribitur *Euſticius*, ad diſcrimen huius ſecundi, etſi Gregorius vtrumque per h immiſceat. At ipſe Author antiquus duo humana indiuidua diuerſis in locis concipit, quia primus nequit proximè Licinium antecellere, qualem iſte alter præcedit immediatus ex ſancto Doctore. Sedit autem ab anno 510. ad 512. propter contuenda antè & retrò.

11. Licinius Andegauus ob illata ſuperiùs obtinet hunc ordinem, præſens vigeſimus Concilio 1. Aurelianenſi, anno 515. inter Patres 33. Aliis Synodi Datis hîc non competentibus. Ergo vt minimùm ſedit ab anno 513. quando Rex Clodoueus 1. victis Gothis Turonum ingreſſus eſt. Et Antiſtes ſancta loca reuiſit. Aſſedit verò annis 12. Sicque defunctus eſt anno 525. Vide in Andegauenſibus Num. 18.

12. *Theodorus.*
13. *Proculus.*
} Hi duo ſenes pulſi ſuis Burgundianis Epiſcopatibus tempore belli ciuilis à beata Chrotielde Regina [x] ipſam ſequuti & afflicti viciſſim ſubrogari ſunt Sedi vacuæ Turonenſi repertæ, quiſque horum ſolo biennio 526. & 529. ex Gregorio & Chenutio, ſine illa Data, ſilente Demochare. Gregorius verò alibi eos Leoni ſubiicit.

14. Diuiſius Chenutio & Gregorio in remotiore loco priùs allegato [y]. At Dionyſius apud Democharem, ex Burgundia veniens per memoratam Reginam ad Epiſcopatum acceſſit liberaliſſimus Eccleſiæ: vbi reſedit duntaxat decem menſibus anno 530. Reuerà autem Gregorius alibi [z] anteriùs eum apertè nominat Dionyſium, proximum ſequentis prædeceſſorem.

15. Ommatius Chenutio & priùs Gregorio binis ſuprà in locis, ac Ommarus Demochari Aruernus ditiſſimus, conſtruxit Baſilicas per annos 4. & ferè ſemis, quibus ſedit ab anno 530. ad 534. Verùm Author Sanctus aliò vertens, tribuit annos tantùm tres: & ſic vſque ad annum 533.

16. Leo ex Gregorio duobus etiam in locis. Priore [a] tribuit eidem menſes 7. & poſteriore [b] ſex, ſub anno 534.

17. Francilio Senator Pictauus, prædiues, habens coniugem Claram abſque liberis, prædia conferentes Eccleſiis, &c is, ordinatus Antiſtes, ſedit annos duos, menſes ſex; ſepultus in Monaſterio S. Martini cum prædeceſſoribus. Demochares præfatos Theodorum ac ſocium anteire iubet Francilioni; ob nutantem variantémque Gregorium, qui Francilio occupauit annum 535.

18. Iniurioſus Turonicus cunctis ordine adſequitur, conſiſtens alteri Synodo Prouinciali Aurelianæ, anno cit. 536. ſecundum Baron. Num. 24. extremo [o], & in 4. illius ciuitatis, an. 547. ſedens annos penè ſeptendecim. Vnde tributum naturæ reſtituit an. 554. medio. De quo alia in fine Baudini 20.

[n] de nouo ſui A chiepiſcopatus in Britannia.
[o] 8 April.
[r] Greg li. 2. ca. 26.
[p] 1601. n. 12.
[q] 2. menſib.
[r] 18 Ian.
[f] dieb. 8.
[t] li. 10 cit.
[u] li. 2. hiſt. c. 39 aliter citat Democ.
[x] filia 2. Cheberti ſeu Ariberti Regis, vtraque Religioſa Turoni & Pictauiæ Tillius pa. 21.
[y] li. 10. hiſt. c. 3. & pro Theodor &c.
[z] li. 3. hiſt. ca. 17.
[a] li. 3. cit.
[b] li. 10. &c.
[o] alij an. 513 & mutat ad 3.

49. *Laudrantius , Laudracinus vel Laudramius an.* 844. *ſedit an.* 14. *menſ.* 6. *&c.* Si anni iſti de more Authoris computarentur, ſanè finis huius Archiepiſcopi caderet in annum ſalutis 851. Sed longitudo annua tanti numeri nos infrà conduceret & traheret extra metas diſtincti alterius Laudrani ſine cauſa, quo nunc opus habemus intra ſuos retinendos veteres terminos. Propterea ad breuiandum, vaſtus annus 844. qui aliter non competit initiis aut extremis Laudrantij, debet nunc accipi pro morte Antiſtitis vt ſeptennio perinde ſederit. Quod hìc ſuffecerit.

50. *Vrſinarius an.* 847. *ſedit an.* 11. *menſ.* 6. Falſus ille calculus inde patet manifeſtè clarior ſole, quia inter annos 844. de ſuper h & annum ſuperfluum 847. propinquioris texturæ, non ſubſiſtunt anni vndecim, veluti decuiſſet, ſed duntaxat triennium. Satis autem fuerit in hiſce notis ambiguis ſexennium retinere & obſeruare pro toto Vrſinarij curriculo, vt finierit an. 850. nos interim ſic medendo conſequentiis, donec fortior probatio interuenerit, ſi quandoque tandem occurrat.

h No. 48.

51. *Laudranus ſedit ann.* 4. *menſ.* 4. *ſub Carolo Caluo Rege. De quo Laudrano vide Lupum Ferrarienſem Abbatem in Epiſtolis.* Iſte eſt Archiflamen iure aduertendus, propter quem, in ſitu temporéque turando, nos Datas ſuperiores arctamus, cuius fixi limites non debent aut poſſunt excedere magis aut minùs quàm annum 850. aut 851. ſui principij in Cathedra, neque etiam vltra annum 853 aut 854. ſui obitus. Etenim vir ille ſic luceſcit in Concilio 4. Prouinciali Turonenſi apud defunctum Renatum Choppinum i, mihi pridem notiſſimum, qui autographum Ferrarienſem dicit nondum editum. *Monitorio libello ad Gallicæ Britanniæ Regulum ſubſcripsère Landranus Turonum Hierarcha, Dodo Andium, Aldricus Cenomanorum, &c.* cum aliis ſeptendecim Præſulibus poſthac emittendis, ex quibus iam tres emersère*. Hæc mox tirè. At certè niſi correxiſſemus ſatis maturè calculos Chenutianos, omiſſo Ioſepho & deceſſoribus, annus alioqui vltimus exanimati Laudrantij cecidiſſet ad annum ſal. 890. Vrſinarij ad an. 901. & præſentis Laudrani ad annum 905. quem abuſum extra veri chronici aleam ſequi cogebamur. Et non oportuit. Cæterùm is ſiſtit ſecundus in Concilio Aquiſgranenſi a. Vbi nominatur *Landramnus*.

i li. 2. ſacræ Polit. ti. 3. 9. 3.

* Rothom. Nu. 36. Lexou. 5. Sagien. 23.

a De qua Synodo in Art. 12. Rothomagenſ.

52. *Almaricus*, ita conſcriptus apud Flodoardum, atque Baronium, & *Amalricus* in Chenutio, *anno* 853. (inquit) *ſeditque annis* 4. *menſib.* 11. At veriùs cœpit ab an. 855. & finiit ſub claudente anno 856. Interea recognoſcitur præſens Synodo habitæ apud diuorum Medardi & Sebaſtiani Monaſterium prope Sueſſionum vrbem, adſtante Carolo Rege Caluo, ex To. 3. Coloniæ edito b 6. Calend. Maij, & Flodoardo an. cit. c

b pa. 469. col. 1.

c li. 3. c. 11.

53. Herardus interfuit anonymæ alteri Synodo, habitæ à Pontifice. Sic Chenutius vniuerſim. At video eſſe Sueſſionenſem an. 866. De quo Herardo alia num. 17. Leonenſi Armorico. Venerat etiam ad Tullenſem in Suburbio Carbonarias anno 859. vbi iſte Præſul vocatur *Erardus*: necdum ad eum ſcripſit Hincmarus Archiantiſtes Remenſis ex Flodoardo. Seditque annis quindecim & quadrimeſtre; videlicet ab an. 858.

54. Arctardus ſedit annis tribus ab anno, non 871. ex Chenutio, verùm ab an. 874. Sed adiicimus eum vocitari Acardum, ex num. 35. Nannetenſi infrà huc tranſlatus. Et veriùs creditur mortuus an. 878. ob antecedentia & conſequentia. Non autem an. 874. vt alibi vult Auguſtinus de Paſſu in Nannetenſibus, vnde Præſul venerat.

55. *Adalandus*, ab anno circiter 879. ex probabilioribus, magis, quàm ab anno 874. vt cenſet Chenu. In Bibliotheca Cluniacenſi vocatur *Adalandus* d: qui Reliquias S. Martini quondam Turonenſis Abbatis Antiſſiodorum paulò antè in tutiorem locum tranſlatas ob metum tyranni Rollonis Northmannorum Ducis, poſteà ad fidem conuerſi cum ſuis, eaſdem honorificè Turonum reduxit, miracula operantes, adſtantibus vicinis Epiſcopis, & Synodum priùs ob id conuocantibus: cui oſſium regreſſui ab exilio, Adalandus ipſe feſtum ſolenne inſtituit Idibus Decembris an. 887. Ad quem reſcripſit Hincmarus Remenſis Archiepiſc. (vitâ cadens an. 880. aut ſeq.) qua eidem Turonenſi conſecrare permittebat Eccleſiam ſibi à Rege conceſſam in Remenſi illa Diœceſi, ex Flodoardo, qui Turonicum vocat Adelardum e.

d col. 110. 124.

e li. 3. ca. 26 fo. 235.

56. Hebernus vel Hebertus ſedit ab an. 887. per an. 27. & quadrimeſtre: ſubſcripſit pro Abbatia Maioris Monaſterij an. 912. ex Additionibus Chenutij f, qui locum nunc nè deſignat S. Gregorij Turonenſis; cuius textum is effert g.

f pa. 511.

g pa. 116.

57. Robertus nunc clarus ſedit an. tres, totidémque menſes: & obiit anno cœpto 919, temporibus interceptis ab an. 901. vel 905. hactenus remanentibus ſuprà completis ſufficienter poſt Landramum, per medios quinque ab Almarico Archiepiſcopos.

58. Turpio

58. Turpio ſtatuitur Præſul Turonenſis prope annum 925. in Bibliotheca Cluniacenſi p, ſub Odone S. Archimandrita loci. Quod dum recèns collegi, obmuteſcunt in eo ſoliti Tabularij: & fortè cœpit ab anno 920. At neſcitur tempus finis huius, niſi per illationem ex ſequaci obierit an. 928. p col. 57.

59. *Theotolus vel Theotolus an. 952. ſedit an. 13. menſ. 4. &c.* Sic vtcunque Chenutius. Ex quo hoc decet inferre. Si annus nongenteſimus 52. fuerit annus Sedis inchoantis, concluditur eum ergo finiſſe anno 965. ac perinde anteceſſorem Turpionem ſediſſe vſque ad annum 951. Hunc verò Præſulem 59. legimus in præfata Bibliotheca ſub annum circiter 929. dum locus nominat Turpionem illius prædeceſſorem. Et reuerà ex reformatis tandem Additionibus Chenutij poſt Flodoardi & Bar. Chronicum obiit idem Antiſtes anno 945. * quem Author vocat Thetolum ac Theotilium. Præterea in noſtris Lugdunenſibus, Num. 63. appellatur Turo ſub ann. 936. Sedit ergo annis ſexdecim vt minimum. * Pag. 551.

60. Ioſeph 2. ſedit, non per annos 11. vt ſentit Chenutius, ſed per annos 31. menſes 2. dies 18. Vnde mortuus eſt ſub anno 977. ex circuniectis antè & retrò, ſedens ab anno 946.

61. Frotinus ſeu Froterius, tribus annis: obiitque an. 979. Non ergo cœpit ab an. 965.

62. Hardoinus annis penè 19. abhinc vſque ad an. 998.

63. Archembaudus ſiue Archambaldus, an. 18. Inde ad an. 1015. Nec ducit exordium Sedis ab anno 986.

64. Hugo primus ſedit tutiùs ab an. 1015. quàm ab an. 1004. vt cenſent nonnulli, vſque ad annum 1018. & perinde non per annos octodecim propter adſequentia: quibus addo eum ſtetiſſe Synodo Chelluſi apud Luteriam ex Andrea Quercu in hiſtoria Caſtilonenſi.

65. Arnulphus cœpit ab anno 1018. & petrexit vſque ad annum 1049. per an. 31. & menſes 10. Inter quæ tempora pręſens adfuit dedicationi Eccleſiæ ſancti Aniani Aurelianenſis an. 1027. ex Baronio ſub an. 1029. nu. 4.

66. Bartholomæus primus inchoans ab an. 1050. per ann. 30. diem claudens ann. 1080. vt iuſtior ſit ſucceſſiua enumeratio. Niſi quis probet eum adſtitiſſe inaugurationi Regis Philippi primi: hoc tamen non incidit an. 1059. ex Chenutio, ſed an. 1061. 1. qui fuit ingreſſus Principis ad ſceptrum ex Tillij Chronico.

67. Radulphus 1. ab ann. 1083. non 1094. ex Chenutij ſaltus, per continuos 22. annos ferè, abſolutos ann. 1102. Videtur frater Ioannis 1. Epiſcopi 63. Aurelianenſis.

68. Radulphus 2. an. 17. finitis an. 1119.

69. Gilbertus ab an. 1120. (Chen. 1119.) duratione annorum. 7. exeuntium an. 1126.

70. S. Hildebertus antea Monachus Cluniaci, ex Epiſcopatu Cœnomanenſi, quem rexerat annis 29. tranſlatus eſt ad hunc Turonenſem Archipræſulatum anno 1127.* teſte etiam Chenutio iſtic nobiſcum non omninò æquali. Sicque denuo iungimur Authori, à quo tantiſper digrediendum fuerat pro emendandis paulò antecedentium ſucceſſionum calculis à Frontino 61. Antiſtite hactenus, & vnà curſus poſtea gradiemur, fortè ſæpiùs. Vide Numerum 35. Cœnomanenſem. Sedit autem Hildebertus annis 6. & ſemiſſe, exitum habens vitæ ſuæ anno medio 1133. ad directam quoque oſtentandam ſubſequentis menſuram. Vnde iuxta Baronium, is commouebatur à S. Bernardo, vt Innocentium Papam 2. venerarettur ſub anno 1130. Nu. 61. Et Bernardus ipſe Epiſtola 124. nobis conſpicua, ſine Chronologia, hoc habet. Non eſt in Martyrologio. * Num. 35.

71. Hugo 2. ab anno 1134. ſeditque annos 14. menſes 6. oſtium claudens ad an. 1149. Ita Chenutium perſimilem clariùs expreſſi. Cui adiicio eundem Hugonem priùs remanſiſſe conſtantem Monachum Cluniacenſem *pro domo Iſrael, &c.* in eiúſque fauorem poſtea Petrum venerabilem Cluniaci Abbatem q ſcripſiſſe ad Innocentium Papam ſecundum. Equidem Bibliotheca Cluniacenſis de ea re notat Epiſtolam 9. libri 5. Verùm locus ipſe Petri Abbatis eſt liber 4. Epiſtola 10. incipiens *Domnus Hugo, &c.* editione Pariſienſi in vico Iacobæo apud Dannanum Hichmam, quam præmanibus habeo vetuſtiorem. q ab an. 1122. 1158.

72. Engelbaldus vel Emolandus ſedit ab an. præfato 1149. per annos 9. menſéſque tres. Et ſubiit fatum an. 1157. Robertus verò de Monte in Supplemento ad Chronicum Sigiberti ſub anno eodem illum vocat Ingelbandum.

73. Gotho eſt is recens hoc ordine; de quo præmiſſus Robertus his verbis an. cit. *Et Ingelbando Turonico ſucceſſit Gotho Brito, antea Epiſcopus ſancti Briocci.* Ignoratur, verò exinde, quotannis ſuperuixerit: ſed propter viciniorem ac prementem ſequentis chronologiam ex Chenutio, concludimus ipſum ſediſſe parte ſolùm præcipuâ anni illius 1157.

74. Ioſci

74. Ioſcinus, aliàs Ioſué, ab anno cir. 1157. ſedens annos 16. adeóque moriens ann. ordiente 1173. Quem Robertus de Monte cir. vocat Iocium ſub an. 1160. & antea fuerat Epiſcopus 10. Briocenſis ſub nomine Ioſſæi.

75. Bartholomæus Vindocinenſis interfuit Concilio Remenſi an. 1173. finali, ſedens annis 6. non 32. ob adſequentem de nouo. Indéque ceſſans anno 1179. Tamen alibi compe- * li. 5. ca. 14. pa. 183.
tiſſe videtur Argentreus * Innocentium Papam 3. ſcripſiſſe ad hunc Bartholomæum, qui propterea cenſeretur infrà paulò deprimendus, quia idem Pontifex non niſi ab an. 1198. Romæ ſedit.

76. Vuilelmus hîc recèns appoſitus, à Baronio recenſetur ex antiquo Rogerio Archiepiſcopus Turonenſis, præſens inaugurationi Regis Philippi 1. Augusti anno cir. 1179. Num. 15. vnà cum Vuilelmo Remenſi Archipræſule miniſteria conſecrationis exercente: hoc eſt, anno 1. Sedis Præſulis vngentis, auunculi Regiæ Maieſtatis. Quam inaugurationem Tillius collocat ſub an. 1180. Et tunc finiit Antiſtes.

77. Rogerus apud Robertum de Monte prædicatur recèns Vingornienſis genere, ac Turonenſis Archiepiſcopus ſub anno 1180. Narrat equidem eum tunc naturæ ſatisfeciſſe. Sed ne reliquum vacuum tempus fruſtra detur, optimè arbitrandum prorogandam eſſe vitam ipſius ad annum vſque 1205 propter ſequaces limites. Nullus enim alius ſeſe medius offert. Eóque ſpoliantur Tabularij.

78. Gaufridus de Lauda an. vno cum trimeſtri. Sicque clauſit oculos an. 1206.

79. Ioannes De Faya nepos præcedentis, florebat in Cathedra an. 1211. Sed neſcitur quo ſolari circulo exierit de ſeculo.

80. Iuellus de Matefelon ignoratur, quo præcisè anno ingreſſus fuerit Cathedram. Eſto ſub annum 1220. Saltem aliò tranſlatus eſt intra annum 1244. nimirum tunc canonicè factus Remenſis Archiepiſcopus poſt generale Concilium Lugdunenſe, & inde rurſus ad ſacrum bellum profectus.

81. Martellus.
82. Petrus 1. de Lambalia.
83. Vincentius de Pilemi.
84. Ioannes de Monreforelli.
85. Bucardus Dain.

} Hi quinque hactenus ſuâ nomenclaturâ contenti, diariorum notitiâ carent. At floruiſſe viciſſim in Cathedra potuerunt annis quinquaginta mediis, quiſque horum decennio, ab an. 1250. ad an. 1300.

86. Ragus de Monte Baſonis, circa annum 1305. ex Nu. 53. Dolenſi.

87. Gaufridus 2. de Haya circuibat annum 1320. &c.

88. Stephanus de Burgolio Andegauenſis, fundator collegij Lutetiæ Pariſiorum an. 1333. quale vulgò nuncupatur Turonenſe. Deſeruit ſeculum an. 1336.

89. Petrus 2. Fretaudi.
90. Philippus Blanche.

} Duo iterum abſque reperto ſeculo.

91. Simon Reuulſi florebat an. 1377.

92. Seguinus 1. ex hac Sede factus Patriarcha Antiochenus ſub an. 1386.

93. Allelmus Boeſtel.
94. Guido de Roya.

} Temporaneo crepuſculo adhuc orbi.

95. Seguinus 2. d'Authon, extitit etiam Patriarcha Antiochenus regnante Carolo ſexto, qui ſceptrum poſſedit ab an. 1382. ad 1422.

96. Amelius de Mallio, aliàs de Brolio.

97. Iacobus Geln interfuit œcumenicæ Conſtantienſi coronæ an. 1417. in electione Martini Papæ V. De qua materia Ciaconius pa. 870.

98. Philippus de Coëguis, antea Epiſcopus Leonēſis in minore Britannia, tum pertractus ad Turones, & factus Anticardinalis an. 1440. ab Amedeo Duce Sabaudiæ, dicto Felice 5. Antipapa, in creatione 3. ſuorum Cardinalium, vnà cum Dionyſio 47. Pariſienſi Epiſcopo & Amedeo 2. Lugdunenſi Archipræſule 113. ex Ciaconio pag. 913.

99. Ioannes 3. Bernardi Turoni ſedebat anno 1448. Vide pro ipſo aduerſus Præſulès Armoricos Nu. 61. Dolenſi.

100. Gerardus de Crouſſol, ſedebat an. 1466. & ſequenti intererat generalibus Regni Comitiis Turonenſibus, ſub Rege Ludouico 11. habitis.

101.Elias de Bourdeille filius Vicecomitis Petragoricẽſis,Theologus Ordinis Minorũ, Cardinalis Sixti Papę 4.in creatione 7.ſub tit.S.Luciæ in ſilice,feria 6.die 7.Kalend.Ianuar.an. 1483.& obiit menſe Iulio ſequente in patria,ex Ciaconio [f].Dictus *vir ſanctitate præclarus.* Vnde miraculis fulgens poſt mortem.

[f] pag.982. 988.

102.Robertus de Lenoncourt,ab an.fortè 1484. niſi vacuum interuenerit:ſedit Turonibus vſque ad an.1508.quo tranſlatus eſt ad Remenſes,mortuus an.1531. Vide eius Cardinalatum Num.104.infrà.

103.Carolus Dominicus de Carreto ex Comitibus ſeu Marchionibus Finarij Genuenſis, Epiſcopus Turonenſis,pòſt Caturcenſis,pòſt Archiep.Thebanus,ac tãdem Presb. Cardinalis Iulij Papę 2.in altera creatione an.1505.tit.S.Viti,mortuus an.1514.ſub Leone 10.ex Ciaconio [t]. Aliter breuior Chenutius.

[t] pa.1055.die 19.Kal.Dec.

104.Chriſtophorus de Brilhac nobilis,priùs quidem an.1504. viſus Epiſcopus Aurelianenſ. ſed tranſlatus inde an.incerto ad Turonenſ. Archipræſulatum.Exitus ignotus.

105.Martinus 2. dictus *De Beaune* an.1520.filius Iacobi Bar.de S.Blanſay & Vicecom. Tur.

106.Antonius de la Barre an.1534.

107.Georgius de Armeniaco,ſic nominatur & refertur à Chenutio,Card.Pauli Papę 4.tit.S. Laurentij in Lucina,antea Archiep.Toloſanus ab an.1572.[u] Et iterũ ſtatuit Author eundem Archiepiſc.98. Turonẽſem.(accreſcit per nos Num.1)ſine Data temporis. Verùm ex [x] anteriori Antonio & ſucceſſore Stephan.colligitur ipſum Georgiũ ſediſſe Turonibus ad [y] an.1540.ergo priuſquam ſederet Toloſę.At verò Ciaconius locat Greg.ac Georgium de Arminiaco Vaſcones;priorẽ ſcilicet ad tit.SS.Ioan.& Pauli,ſub vita Papæ,quẽ dicit ab an. 1534.Paul.4.[z] vnà cũ creato,Card.Roberto de Lenoncourt ad tit. S. Apollinaris. Deinde poſteriorẽ affixit(Georgium)in vita Pij [a] ad tit.Laurẽtij cit.vtrunq; ſub præfatiuncula Pauli Papę 3.[b] abſq; Data etiã creationis.Quę tempora ſummorum Pontificum minimè quadrant cum aut pro alterutro Arminiaco citato retinendo ordini alſato 104.Archipræſulum Turonenſium circa an.1540.[c] Quid augurandum,viderint ſolertes.

[u] pa.515.in Toloſanis.
[x] pa.110.
[y] Rom.1601.
[z] ab an.1535. pag.1100.
[a] ab anno 1560.p.1176.
[b] qui ſedit ab an 1534.
[c] conferendũ cum ann.cit.

108. Stephanus de Poncher filius Ioan.Regiæ Gazę Generalis [d]. Poſſidebat Turonenſem Archiepiſcopatum pendente an.1552.ex Chenutio.

[d] *Receueur general des Finances, Threſorier.*

109.Alexãder de Farneſio Petri Aloyſij Parmę & Placentiæ Ducis filius,quẽ Chenutius dicit Card.S.Angeli Pauli Papę 3.eius aui an.1534.Sic reperitur quidem Alexander apud Ciaconium [e] ſub eod.Paulo,tunc ætatis an.34. Archiepiſcopus Auenionenſis, poſtea Patriarcha Hieroſolymitanus,&c.At nullibi reuelat Author eum poſſediſſe Archiepiſcopatum Turonenſem.Sanè idem porro Ciaconus antea nominat etiam alium veriùs quàm eundem aut duos eiuſdem nominis annoſiores conſanguineos:vnum quẽ ſtatuit ſub Pio Papa 3.[f] ac Iulio 2.[g] tit.SS.Coſmæ & Damiani,alterum ſub Leone Papa 10.[h] tit.S.Euſtachij.Qui tamen tituli varij non ſemper diuidunt neceſſariò perſonas,quia legimus eidem ſæpe Cardinali titulum poſtea immutari à Romanis Pontificibus.Sed quia aliunde Alexander tit.S.Angeli,de quo nunc,longè diſtat tempore ab anteriore duplicis quoque tituli vitio;ideo eum erigimus ſeorſum,& reliquos ambos valde propinquos in vnum rite colligendos cenſemus.Eius finis in ſequenti.

[e] pa.1108. & 1115.
[f] ab an.150 pag.1031.
[g] eod.anno pag.1037.
[h] ab an 1503. pag.1067.

110.Simon de Maillé de Brezé Benedictinus Abbas de Oratorio [i], creatus eſt Archiepiſc. an.1560.Vnde concluditur prædeceſſorem Alexandrum minimè dici Epiſc eius loci ſub an.1589.quo ſupra obiiſſe diximus:ſed potiùs titularem viuus ac ſanus deſeruiſſe poſſeſſionẽ an. 1559.quo nimirum verè tranſlatus ſit ad Pręſulatum Auenionenſem allegatum. Proptereáque Ciaconius fortaſſis Cathedram Turonenſem pro tali videtur haud nominaſſe, quia dudum ille Alexander ex ea lubens abierat , & Auenioni commorabatur. Pergens ergo Simon ibi digniſſimè præfici, habuit Prouincialem Synodum Cæſaroduni Turonum,abſolutum Andegaui, præſentibus cunctis Suffraganeis extremę minoris Britanniæ Epiſcopis. Et tandem obdormiuit in Domino Ieſu anno 1597. [m]

[i] de Loroux.
[m] toto Mayo 1581.

111.Franciſcus de la Gueſle Senator Pariſienſ. filius Ioannis regij Procuratoris generalis,ac tandem Præſidis, quos noui , grauem habuit orationem Pariſiis in Conuentu Ordinis Eccleſiaſtici an.1598.Obiitque demum in aliis generalibus Regni Comitiis an.1617.

112.Sebaſtianus de Galigai Italus , frater Leonorę Galigai , vxoris Concinij Marchionis d'Anchre,Franciæ Mareſchalli,donatus eſt amplitudine Archiepiſcopali anno ſolo 1617. quia ſequente poſt publicam eorum mortem cunctis honoribus deſtitutus eſt.

113. Bertrandus Deſchaux , antea Epiſcopus Bayonenſis,nominatus eſt apud ſummum Põtificem ad hunc Turon.Archiepiſc.an.1618.à Rege Ludouico 13.Iuſto, cuius à Conſiliis

G eſt,

eſt, & primus Eleemoſynarius: éxque conſequenti anno deinde 1619. ab eodem Principe cum tribus alijs Præſulibus ſolenni ritu creatus eſt Commendator Torquatus Ordinis S. Spiritus. Et à me notus ſedere pergit hoc an. 1625. Quem Deus hic ſeruet incolumen, ad vitam demum beatam conſequendam.

CATALOGVS CHRONOLOGICVS
ANTISTITVM COENOMANENSIVM,
ſub Gallia Celtica Lugdunenſi.

SEDES CREDITA EST PRIMA SVFFRAGANEA Archiepiſcopatus Turonenſis.

1. SANCTVS Iulianus à diuo Petro miſſus Româ in Gallias fidei lumine colluſtrandas an. 69. ex Baronio, veriùs quàm à Papa 4. D. Clemente 1. an. 94. Cœnomanos potiſſimùm verbo ac miraculis conuertit ad Chriſtum, nomine primi Epiſcopi ſeu viri Apoſtolici eo in loco. Quam Eccl. rexit Confeſſor an. 47. & quadrantem, ſecundum quoſdam.[a] Adeoq; vitâ humanâ ſolutus eſt ſenio cõfectus anno ſal. 116. ac vno menſe[b]. Creditur autem fuiſſe Simon ille Leproſus Iudæus Hieroſolymitanus hoſpes Chriſti vnico paſtu, de quo in Euangelio.[c]

a Menſ. 3. dies 10.
b 27. Ianu. et Martyrolog. Rom.
c Mat. 26. 6. Marci 14. 3.

2. S. Thuribius nobilis Rom. tutò ablegatus à præfato Papa D. Clemente ad S. Iulian. in ſocium & coadiutorem Sedis Epiſcopalis Cœnomanẽſis, eidem Protopaſtori poſtea ſucceſſit. Sed non cenſetur ibi prefuiſſe annis ſolùm quinque, & diebus 41. veluti loquuntur Tabularij. Idq; narramus duabus de cauſis. Nam ſi imprimis S. Iulian. obierit ann. 116. velut conſectatus à Petro Apoſt. ſanè idem Thuribius minimè ſedit annis ſolùmodò quinque: quia Gazetius ex vetuſtioribus Legendis MS. collegit eundem Thuribium letho ſublatũ anno ſa. 144. Et idcirco præfuit illic an. 28. Secundò, ſi S. Iulian. ponatur ſuſcepiſſe Epiſcopatum an. 94. profectò an. 47. ſuæ reſidentię cadit in an. 141 pro eius obitu. Et tunc S. Thuribius inchoans Sedẽ ſuam, ipſius quinquenniũ aut deceſſus peruenıet ad an. 146. hoc eſt biennio vlteriùs quàm ſcripſerit Gazetius. Ergo ſecurior deprehenditur anterior ſentẽtia, qua decernitur S. Thuribium ſediſſe an. 28. cũ ſex menſibus & 16. diebus ab eodem Gazetio expreſſis[d]. Eius feſtum 14. Apr. tametſi non reluceat in Martyrologio Romano.

d To. 1. pag. 474.

3. S. Panatius, aliàs fortè Panętius, apud Tabul. ſub anteriori ſolo nomine, velut ignoto viro de cętero hiſce tẽporibus: at ſub poſteriori eſt Stoicus quondã Philoſophus dictus Panætius iunior Africani minoris ſeu Scipionis pręceptor, genere Rhodius, Nicagoræ filius, qui tãdem vetus admodũ ætate videtur perueniſſe potuiſſe conuerſus ad fidem vſq; ad hoc ſeculum, & ad ſacram Cœnomanorum Præfecturam, miſſus ab oriente: vbi ſederit 43. annis ex Democ. finiundis an. 190. Alioqui neſcio qualis ſit. Et non eſt in Martyrol.

4. S. Liborius ſedit quidem an. 49. ex breuiculo Democ. ſed exactum tẽpus ingreſſus & exitus ipſius neſcitur, præſumitur tamen duplici argumento, dũ Tabularij aliud nihil quàm eius nomẽ produxerint. Priùs ſanè Baron. in Martyrol.[e] colligit eũ ſediſſe Gratiani, Valentiniani, & Theodoſij ſenioris Auguſtorum temporibus. At verò ex Annal. eiuſdem Baron. Valentinianus cœpit imperitare an. ſal. 376. qui fuit decimus Gratiani, & Theodoſius finẽ nactus eſt an. 395. Quo ſolari circulo coniecimus ideò Liborium obiiſſe in noſtro Volumine SS.[f] Inde fit vt idẽ Liborius ſedẽ inchoarit an. 346. qui eſſet 10. etiã Conſtantij & Conſtãtis Imperatorum, ad cõponendos 49. an. ſuæ durationis. Poſteriùs, coniecturę trahendæ ex Gazetio in vita S. Victurij proximi ſucceſſoris[g], quẽ dicit ſediſſe 24. an. 7. menſ. & 13. diebus, mortuúmq; circa an. 385. docent certè quod altiùs aſcendendo Victurius initiarit cathedrã medio an. 360. & procedẽdo iterũ paulò altiùs, infertur pariter, quòd S. Liborius vitã terminarit ad an. 359. ac rurſus per aſcenſum aliũ, quòd ipſe auſpicatus fuerit dignitatẽ an. 310. regnante Conſtantino Magno. Elige quod vis. Saltem anterior ſententia ſub Gratiano & ſucceſſoribus Principibus ex Baron. creditur magis conſentanea, aut fortiùs comprobata. Quo pacto, vel etiam vtrolibet modo manifeſtum eſt profectò ſanctum Liborium proximè ſequutum haud eſſe in Sede S. Panatium, quia mox dignoſcitis vacuum notabile tẽpus inter ambos relictũ per an. 146. Diſtantia certè capax multorũ admittendorũ & miſcendorum interea Antiſtitum Cœnomanis, quales tamen hodie non cõparent ampliùs.

e 23. Iul.
f ca. 74. Ar. 258.
g To. 2. pa. 288.

5. *S. Victurius.* Sic apud Democharem: at Victorius apud Gregorium Turonenſem[h], & Victurius Baronio[i], quem in voce Chenutius ſequitur. Ex duobus extremis authoribus ſedit an. 40. menſes 6. dies 13. ſuum ferendo ſuffragium tum an. 460. in Concilio Ve-

h de Glo. Confeſſ. ca. 56.
i die 1. Sept.

neticnſi

netenſi minoris Britanniæ, tum in 1. Turonenſi, an. 483. iuxta Baronianos Annales. Sed adiicio vlteriùs, quòd alibis exilis Annalibus iam ſedebat idem Victorius ab anno 453. Numer. 55. Quibus mox ego reliquam ipſius Antiſtitis Chronologiam appono, & præterea moneo quòd Chenutius non ritè cogitans hunc Epiſcopum, ſolus annotat ſextum, ac ipſe vnicus ſcriptor etiam eidem præfert quinto loco aliquem S. Victorem, quem ille arbitratur extitiſſe Præſulem Cœnomanenſem per annos 24. abſque typo. Sed fallitur, & ſibimet aduerſatur: quia dum Victorem ipſum ſibi perſuadet acceſſiſſe Concilio 1. Aurelianenſi an. 512. eam denuo in Synodo præſentiam attribuit ſancto Principio Cœnomanenſi pariter Epiſcopo, quem ponit ordine ſeptimum, & nos cum Demochare eum efficimus ſextum. At impoſſibile eſt duos Præſules ſimul vna in vrbe ſediſſe, vel perinde eidem Concilio adeſſe: & præterea ſeculum Concilij Aureliani competit directè ordini ſequacis Principij, cui anterior eſt Synodus Turonenſis, ſimul atque Victurus, pro recta ſerie temporum. Ob idque expungitur omnino Victor de hoc Catalogo, qui Sanctus prætenſus viceuerſa ſecundum Chenutium complectitur diaria poſteriora crepuſculis S. Victuri. Et id empodiſma cautè ab Authore deprehendi opportebat. Videretur tamen à nonnullis ſtatui aut ſcribi confusè ſub ipſo nomine Victoris Cœnomanenſis, ſumpto ex æquiuoco pro Victorio dicto ſuprà, veluti diſertè ſonat Tabula Gazetij, qui nihilominus eum in textu appellat Victurum, vulgò *S. Victur* K. Et ſic tandem Chenutius non debuit homonymiam duplicis vocis vertere aut diuidere in duos homines ſanctos ſibi diſtinctè ſuccedentes, cùm veriùs certè fuerit vnus idémque vir apud Authores varios nominibus diuerſis appellatus. Cæterùm, anni quadraginta Sedis Victurij nequeunt exordium ducere ab anno 395. (aut ſequenti) à quo creditur Liborius probabiliùs finiiſſe, quia vltimus horum eſſet duntaxat annus 435. & quinquaginta deeſſent adhuc, vt perueniretur ad Concilium Turonenſe, vbi Victurius aderat ſecundus. Ergo anni 85. relicti inter finem Liborij & præfatum Concilium aut circiter, demonſtrant alios plures Epiſcopos medios interea conſediſſe, qui hactenus remanent anonymi & ignoti. Ex quibus ſi Victor ille eſſet vnus, id author debuiſſet comprobare modis aliis Concilio Aureliano anterioribus.

K 25. Auguſti.

6. *S. Principius annos 29. menſem vnum, dies 21. in Concilio Aurelianenſi primo.* Sic Tabularij. Illud autē Conciliū habitum eſt veriùs an. 515. quàm 507. aut 512. Qui Principius adſtitit vigeſimus octauus eidem Synodo complectenti Patres triginta tres, teſte catalogo Patrum in Voluminibus Conciliorum Romæ & Venetiis editorum; in quibus Tomis l ac indicibus, repetitore Democh. nullus planè legitur Victor, multóque minùs in Cœnomanenſibus. Cætera Numero ſuperiore. Neuter in Martyrologio. Quippe alius eſt Principius Antiſtes Sueſſionenſis coætaneus.

l To. 2. pag. 21.

7. B. Bertigramnus apud Surium m, & Bertingrannus apud Ribadeneram, cuius obliuiſcuntur Tabularij, potiſſimùm ſub hoc ordine, eſt is qui mittendo ex præcipuis domeſticis ad S. Benedictum Abbatem Caſſinenſem pro introducendis ſuis in Gallias Religioſis, animam Deo interim reſtituit, quando S. Maurus miſſus Aureliam appulerat, nec dum ad Cœnomanos peruenerat. Pro requirendo autem iuſto tempore mortis huius, ſciendum n quòd D. Benedictus eremum petiit an. 494. & obiit an. 543. ex collectis à Baronio n. Ergo media eiuſmodi miſſio occurrit citciter ann. 530. aut 540. quo Bertigrānus animam exhalarit. Adeóque locus eius hic decentiſſimè congruit, poſt S. Principium, & ante ſequentem Innocentium ſeriùs paulò ad chronologiam reducendum. Sic iam iſte beatus compenſat in legitimum complementum, & replet numerum vnius iure deficientis, quem putarat Chenutius excedendo adaugere in ſimulato Victore.

m 15. Ian. in S. Mauro.

n 21. Martij.

8. S. Innocentius ex Demochare, à quo cœpit Chenutius ſine examine, ſcribitur conſediſſe totos annos 45. &c. o Sed profectò anteriores ac conſequentes Antiſtitum diarij ad bilancem redacti videntur prohibere adeo prolixam in Sede durationem. Obiiſſe autem cenſetur ſub annum 560.

o Menſes 10. dies 25.

9. S. Domnolus ſeu Domnulus fertur ſediſſe per annos 47. ferè p inter præfatos Tabularios. Verùm à quoto anno, id minimè docent. Saltem inuiſit ſeptimus Concilium 2. Turonenſe an. 560. ex quibuſdam, vel an. 570. ex Indicibus Conciliorum Veneticis à Baronio Annaliſta comprobatis nu. 13. Tum deſeruit ſeculum 16. Maij 580. Propterea non potuit tot annos qui ſuprà circuiſſe, quia irreperet alioquin in annos ſediles duorum præcedentium Antiſtitum, cùm deberet iniiſſe curam paſtoralem anno 533. quem ſolarem curſum Bertigrannus præſumitur repleſſe.

p Minus 11. dies.

10. Valdegiſilius annis quinque in Concilio 2. Matiſconenſi. Sic Tabularij. Qualis Synodus habita eſt an. 588. Iſque Epiſcopus vocatur Bandegiſilus in Concilio I. Cabilonenſi anno 582. & apud Gregorium Turonenſem Badegiſilus q.

q li 8 hiſt. Franc. ca. 59.

11. *S. Bertrannus, ſiue Bertrandus Comes, præfuit annis* 37. Ita nuper illi. Priùs autem fuerat Archidiaconus Pariſienſ. Ac obiit 30. Iunij 600. Sedit ergo ad ſummum annis duodecim. Sic diſſonantia vocis à Bertingranno 7. ſuprà, & diſtantia temporis ab inuicem, pluſquàm ſemiſeculo, demonſtrant duos eſſe Præſules, nec in vnum olim coaluiſſe. Quem poſteriorem Diuus idem Greg. Turonicus nuncupat Berthchrãnum r, miſſum à S. Gunrranno Rege ad Britannos prædones Nanneticę ciuitatis cuncta reſtituentes. Guntrannus autem fato ceſſit an. 597. diuriſſimè poſt Bertigrannum 7. Epiſcopum. Ergo nouum hoc argumentum reddit denuo iſtum 11. Antiſtitem valde diſtinctum à ſeptimo. Et longiùs multò decipiuntur pauci, qui arbitrantur prudenter annotaſſe Bentichramum ſub an. 662. proximè ante S. Hadoindum, verùm tardiùs, confusè eum cum Bertranno miſcentes.

r li. 9. hiſt Fran. ca. 18.

12. *S. Hadomdus ſiue Hadoindus ſedit annos* 48. *menſes* 11. *dies* 24. Sic ritè hac vice duo aſſueti, dum hæc tempeſtas congruat antecedentibus emendatis & conſequentibus nouem in Data menſtrua Tabulariorum relictis, quos perſpeximus. Is rexit ab an. 616. & interfuit (addimus) Synodo 1. Rhemenſi ex Flodoardo ſ: ac eundem virum eſſe iudicamus, quem Authores Renati Benedicti vocant Harduinum eodem ęuo Cœnomanenſem Epiſcopum miraculis clariſſimum, ſedentem annis 48. u & vitâ functum 30. Auguſti, an. 648. pene inchoante. Verùm quatuor mixti Sancti à Bertigranno hactenus non extant in Martyrologio Romano.

ſ pa. 105. t Doct. Petr. Viel ex Martyrol Cœnoman. Is 30. Auguſti. u Minus 6. dieb.

13. Chadoaldus, ſic nuncupatur Antiſtes Cœnomanus, receptus penultimus in Prouinciali Concilio Cabilonenſ. per miſſum ſuum Chagnoaldum, quem cæterum alij primum loci dictitant, ſed nos tertium ibidem ex eccleſiaſtica noſtra Chronologia; celebre facti anno 650. vel 653. apud quoſdam, aut 658. ex Tom. 3. Conciliorum, ſeu tandem ann. 662. ex Baronio. Eſto verò quòd obierit an. 553. & proinde quòd tunc Concilium fuerit celebre. Saltem contuemur ex ſynceris ſequentium calculis hunc Chadoaldum vlteriùs quinquennio pergere haud potuiſſe. Et ſic mox loqui cogimur. Ita enim conuenit, maximè pro S. Aldrico 23. Antiſtite infra opportunè ſupputando poſt nouenarium quod diximus. Iſte autem Chadoaldus non legitur hactenus apud Tabularios.

14. *S. Berarius ſedit* 35. *annos, menſes* 4. *dies* 17. Sic competenter ambo Tabelliones. Indéq; videtur præcisè mortuus an. ſal. 688. Necdum exornat Martyrol. vt neque ſequens.

15. S. Herlemundus, annis nouem, perindéque obiit an. 697.

16. Odigus, annis duobus, & finiit an. 699.

17. Gauſilenus ſeu Ganſilen. an. 50. Vnde ſolutus eſt an. 749.

18. Herlemundus 2. an. 26. menſib. 9. dieb. 13. in Sede Morienſ. an. 775.

19. Merolus, an. 30. Subiítque vices naturæ an. 805.

20. Ioſeph, an. 9. deficijens an. 814.

21. Francor 1. an. 12. x egreſſus an. 826.

22. Francor 2. an. 16. y exiliens an. 842.

x Menſib. 3. dieb. 3. y Menſ. 5. dieb. 5.

23. *S. Aldricus ſedit an.* 24. ex Democ. vel 14. ex Chenutio. *Interfuit Concilio Aquenſi temporibus Pipini filij Ludouici.* Hęc illi in genere tãtùm. Sed plura exactiùs mox denunciamus pro ſancti Chronologia. Adſtitit præterea Synodo Prouinciali Turonicæ an. 853. quã nos hoc medio Opere quartã loci dicimus, eò veniens cum Hincmaro 32. Remenſi Archipræſule & aliis Epiſc. à Renato Choppino ſynceré promulgaris a, idq́; geſtum eſt ſub fratrib. Carolo Caluo Franc. & Pipino Aquitaniæ, & filiis Ludouici Pij Imperatoris, quales Synodi nõ apparent in Chronologia Genebrardi aut Annalib. Baron. b Et hic aliis vocatur Aldericus, qui deceſſit 7. Ianuar. anno dubio. Ex allegatis debuit quidem obiiſſe an. 878. Verùm nonnulli collocant an. 829. Interea iuxta poſteriorem breuiorem ſentẽtiam hac vice ſupputatum imus vndecim adſequentes vſq; ad S. Hildebertum 35. Epiſc. cõformes ſanè annuis Tabulariorum ſtationib. Epiſcopalbius ſed ipſi tamen ſcriptores eiram temporum ſinentes imperfectam, non claudunt annuum exitum cuiuſque Antiſtitis: quod iſtic præſtitum & vltrò appoſitum imus. Duntaxat ſcopulum vnum recèns additiťium Num. 25. perſpiciatis. Videalia Nu. 4. in S. Liberio.

a In ſacra Polit. li. 2. Tit. 1. §. 3. b Sed alij tunc apud eum.

24. Robertus ſolo nomine apud Democharem: cui Chenutius tribuit ann. 7. ſuæ Cathedræ. Nec verbum vltrà, pro dicti cauſis. At peſſimè. Quippe viſum itis eum ſediſſe annis viginti ſex, hoc eſt, ab an. 858. vel ſequente vſque ad annum ſaltem 885. illo fine comprobato ex ſucceſſoris tempeſtate. Et quòd ad eius initium pertinet: certè anno iam 859. ſubſcripſit Epiſtolæ Synodali ad Vuenilonem Senonenſem Archiepiſcopum miſſæ, ex Baronio Nu. 31. Deinde interfuit Concilio 2. Senonenſi an. 866. Nu. 77. De cætero, nihil pro ipſius geſtis deprehendimus typis mandatum.

25. Mainol

25. Mainoldus de nouo per nos adiicitur, repertus in Bibliotheca Cluniacenſi[d] pro Cœnomanenſi Antiſtite, ſedente in quadam Synodo ſub ann. 887. qualis alibi tunc non legitur, niſi certè palam Colonienſis. Sed videtur extiriſſe Concilium breue Turonicum in ſola Bibliotheca recenſitum, de quo vide Adelaudum 54. Turonenſem Archiepiſcopum ſuo loco. Adeóque hunc eidem Mainoldo ſitum 25. impertiri debuimus. Hæſitabamus autem num eſſet eadem perſona quæ Mannardus Epiſcopus 28. infrà ob nominum affinitatem. At ſeculum illi Mannaldo à Tabulariis conceſſum, & quorum annuimus Chronicis, non patiuntur eoſdem tempore diſſitos viros in vnum conſiſtere. Quippe ſic præfato noſtro Mainoldo triennium ſaltem datur in Sede, aut quadriennium finiundum anno. 888.

[d] col. 120 & 124.

26. Guntherius ſic dictus apud Chenutium, & Guntharius Demochari: ille purâ nomenclaturâ, iſte addendo annos 23. Epiſcopalis reſidentiæ. Hinc fit, vt ſi ab eo detrahamus annos quatuor veteres recẽtioris prædeceſſoris Mainoldi, idem Guntherius obierit anno nongenteſimo 7. ſecundum noſtras chronologicas pollicitationes cum Chenutio ſub finem retinendas. Solummodò hîc paulò ipſius Gautherij Sedem retardamus allatis quatuor annis Mainoldo ad minus debitis, adeò vt is cœperit epiſcopari anno 889. Et iſte Guntherins, qui antea & hactenus fuerat vigeſimus quartus Cœnomanus Antiſtes noſtro mox incremento duorum eſt vigeſimus ſextus.

27. Hubertus erga duos Tabularios habet 27. annos, menſem vnum, dies 11. reſidontiæ Epiſcopalis. Vnde ab anno 907. perſeuerat vſque ad annum nonageſimum trigeſimum quartum, quo exiit è ſeculo.

28. Manniardus apud illos ſedit annis 20. menſibus 5. diebus 6. Illinc ſumptis annis integris abſolutè, & relictis menſtruis de cætero temporibus, ipſe fœliciter obiit anno ſalutis nonageſimo quinquageſimo quarto. Putabamus autem cum eo incidere poſſe Mainoldum 25. Epiſcopum ſuprà. Sed demonſtrationes illic repoſitæ illum altiùs ſecernunt, nec ſimul compati ſinunt.

29. Segenfredus Demochari, & Segenfridus Chenutio, reſedit annos 33. menſes 3. dies 11. Ac vitâ orbatus eſt anno 987. qui fratrem nactus eſt Yuonem de Beleſme primum Comitem Alenconienſem & Belliſmenſem.

30. Aneſgandus illi, vel Aueſgaudus iſti, per annos 42. & dies 50. vni, ſeu dies 5. alteri. nempe chenutio Vnde extremum diem clauſit anno 1027. fueràtque nepos Segenfredi.

31. Geruaſius ſolo titulo in Demochar. & in Chenutio dicitur ſediſſe annis 20. Poſtea euaſit Archiepiſcopus Remenſis 43. Obiitque anno 1047. Creditus frater prædeceſſoris ex parte matris per alium patrem, aut ſecundum fœminæ virum, gentem nobiliſſimam, quos nominat author poſterior, expoſita clariùs hîc fraternitate.

32. Vulgrinus antea Monachus annis 8. menſibus 9. diebus 11. clauſis oculis anno milleſimo quinquageſimo quinto.

33. Arnaldus annis 14. menſibus 9. ſpiritu reſtituto anno 1069.

34. Hoellus ſub Demochare, & Hoëlus ſub Chenutio, annis 12. menſibus 3. diebus 7. Ceſſit anno 1081. videtur idem eſſe quòd Boëllus ſic nuncupatus Cœnomanenſis Epiſcopus in Baronij Annalibus, at ſeriùs, nimirum ſub anno 1095. Numero 22. precibus erga Deum liberando Iuonem Carnotenſem è carcere, &c. [e]

[e] col. 550.

35. Hildebertus ſedit annos 19. menſes 6. Ipſius vitam iure carpſit Iuo Carnotenſis Antiſtes in Epiſtola 13. ad eundem ſcripta anno 1088. Numero 19. 20. Is præterea teſtis fuit cum Paſchali Papa 2. in Actis pro Cluniacenſibus de domo Nogenti anno 1107. teſte Bibliotheca Cluniacenſi *. Ex præfatis autem ſequitur eum obiiſſe anno 1110. Verùm quia hinc tranſlatus creditur ad Turonenſem Præſulatum, qui primùm fuerat Monachus Cluniacenſis, Chenutius in Turonenſibus ſcribit tranſlationem eueniſſe ann. 1127. nos Numero ſexageſimo 9. 69. ibid. Quæ Data ſanè aduerſatur totius præſentis viciniæ colligatis ſupputationibus, adeóque cenſemus illum Hildebertum aliã eſſe perſonam ab iſto. Qui præſens Antiſtes, ſecundum Baronium priori calculo magis conformem patiebatur ab Henrico primo Angliæ Rege perſecutionem. Vnde is offenſus Romam contendit anno 1107. Numero 12.

* 8. Cal Ian. col. 413. 423. 650. & 1641.

36. Hugo tenuit Cathedram annos 7. menſes 4 dies 17. Adeóque nos proſequendo calculos Tabulariorum vſque ad Mauricium quadrageſimum primum Epiſcopum, collapſus eſt anno 1117.

37. Guilelmus 1. fulſit annis 43. menſibus 4. diebus 25. Expirans anno milleſimo centeſimo ſexageſimo.

38. Reginaldus annis 2. diebus 8. migrans anno milleſimo centeſimo ſexageſimo ſecundo.

39. Hamelinus Demochari, & Amelinus Chenutio, annis 28. menſibus 5. diebus 25. Diſcedens anno 1190.

40. Nicolaüs anno vno, menſibus 8. diebus 4. Hic vacatio ignotorum ſuccedentium per annos 23.

41. Mauricius antea Sagienſis Epiſcopus 43. huc tranſlatus eſt, vbi manſit ann. 16. dieb. 40. Deinde *fit Archiepiſcopus Rothomagenſis anno* 1231. Sic Tabularij, iuxta quos ille cœpit præſidere Cœnomanis ann. 1215.

42. Gaufridus primus ex Comitibus de Laual, rexit triennio, vſque ad annum 1234. Sequimur binos vlteriùs.

43. Gaufridus 2. familiæ, annis 22. ſepultus anno milleſimo ducenteſimo quinquageſimo ſexto.

44. Guilelmus 3. Rolandus, annis tribus.

45. Gaufridus 3. dictus Frelon, annis quatuordecim, finitis anno milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo tertio.

46. Gaufridus 4. de Aſſevo, annis duobus, menſéque vno.

47. Ioannes primus de Tauleyo, annis 17. hauſtis anno milleſimo ducenteſimo nonageſimo ſecundo.

48. Petrus 1. Rochatij, menſes 3. dies 15.

49. Dionyſius Benedicti, annis tribus, menſibus decem, terminatis anno milleſimo ducenteſimo nonageſimo quinto.

50. Robertus de Quinocampo, annis vndecim, conſumptis anno milleſimo treceteſimo ſexto.

51. Petrus 2. Longueul, annis 20. interemptus anno milleſimo treceteſimo vigeſimo ſexto.

52. Guido de Laual, annis duodecim, extinctus anno milleſimo treceteſimo trigeſimo octauo.

53. Gaufridus quintus de Capella, annis 11. amiſſus anno milleſimo treceteſimo quadrageſimo nono.

54. Ioannes 1. de Craon, nobilis antea Canonicus Pariſienſis, poſtea hîc Epiſcopus octennis ex Demochare, Chenutio id tempus prætereunte, tranſlatus ad Archipræſulatum Remenſem, anno perinde 1357.

55. Michaël de Brechia ſedit annos 13. menſes 3. dies 20. defunctus 1370.

56. Guntterus Mote de Banealis apud Democharem, aut Guntherius de Baignaux ex Chenutio, præfuit annis 17. menſibus 2. (vt aiunt) idcirco quia finis incidit ſub annum milleſimum treceteſimum octuageſimum ſeptimum, ſanè hi Authores, qui aſſerunt eum Senonas tranſlatum *, vnà tot annis complectuntur durationem illius Senonenſem eum* iſta Cœnomanenſi, eò quòd & iſtic & illic confuſè ſcribunt ipſum obiiſſe an. 1386. equidem minùs vno de priore horum calculo. *nu. 93.

57. Petrus 3. de Sauaſi, annis tredecim, menſibus 2. Sic quòd defeciſſe ponatur, anno 1399.

58. Adamus Caſtellain Laudunenſis, dum ſedile poſſedit annis 41. petiit anno milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo.

59. Ioannes 2. Dietran de Anſeriis, annis 9.

60. Martinus Berruyer Turonicus, annis 17. Ergo emortuus anno milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo ſexto.

61. Theobaldus de Lucemburgo annis nouem. Hunc & tres ſequaces de eadem familia fusè proſequitur Nicolaüs Vignerius in hiſtoria Ducum Luxemburgenſium nuper edita.

62. Philippus 1. de Luxemburgo Principatu Belgenſi, ſine annis in Demochare, ſed cum annis 51. in Sede, ex Chenutio. Adeóque excluſus demum anno ſalutis milleſimo quadringenteſimo vigeſimo ſeptimo.

63. Franciſcus de Luxemburgo, nullas annorum Datas obtinet vtrobique. Sed quia ſequens de ipſa familia occupat initia ſeculi ſequentis, concluditur quòd ipſi duo totum ſeculum decimum quintum compleuerint: aut certè, medij alij intercepti credentur, quos nullus agnouit.

64. Philippus 2. de Luxemburgo eſt is, de quo ſic Alphonſus Ciaconius f. *Philippus de Luxemb. Gallus, Epiſcopus Cenomanenſis, Regia ſtirpe oriundus, Presbyter Cardinalis, tit. SS. Marcellini* f pa. 1018.

cellini & Petri; ad preces Regis Franc. Caroli 8. factus, deinde Albanus Epiſcopus & Tuſculanus. Id verò geſtum eſt ab Vrbano Papa 6.[g] in creatione quinta Cardinalium an. 1497. qui fuit vltimus ann. eiuſdem Caroli. Et tamen Chenutius ei attribuit titulum Sanctorum Petri & Martini. Obiit Legatus à Latere 4. Nonas Iunij 1519. Efficitque Demochares eum Epiſcopum etiam Morinenſem.

g ab an. 1592 ad an. 1505. die 12. Cal. Ian.

65. Ludouicus à Borbonio, dum eſſet primò Epiſcopus 70. Laudunenſis, factus eſt Cardinalis anno 1517.[h] Quod dum narrat Chenutius in hiſce Cenomanis Numero 63. imprimis minimè narrat, quando huc illinc translatus fuerit, loquendo confusè & mutando Præſuli ſeriem duplicis huius Sedis, ſeu dubitando quamnam priùs habuerit. Opinamur autem eum antea Lauduni, conſediſſe. Deinde & poſtea huc perueniſſe anno 1520. Ratio eſt, quia Ciaconius eum nominat Cardinalem effectum anno 1517. quando Laudunenſis erat: tametſi Demochares ipſum poſteriùs dederit Laudunenſibus vſque ad annum 1556. atque poſuerit Cenomanis confeſtim poſt annum 1519. Vbi ſecundò miramur de adeò tardiore eius Cathedra Lauduni ſecundum Democharem. Nam denique Antiſtes ipſe ex locis illis translatus eſt ad Senonenſem Archipræſulatum an. 1535. vel ſequenti, in qua Senonum vrbe fato demum ceſſit anno præfato 1556. Ergo per errorem conſtituit Demochares Ludouicum Cœnomanis ſub annum 1556. loco & vice anni 1536. apponendi à Typographo ſomniante. Niſi quis forſan prætextu ſpiritualis bigamiæ aut trigamiæ, ſi quæ tunc vſui fuerit Principibus.

h Ciac. pag. 1080.

66. *Renatus du Bellay.* Sic vterque breuiores, ſine vlla Chronologia, tametſi loco præſentes. Expecto Claudium Robertum, qui mox id thema fortè conſcribit ea in vrbe. Quippe Numero 106. Pariſienſi allegamus ex Ciaconio, quòd Ioannes de Bellayo ibi Antiſtes fuit poſtmodum moderator ſeu adminiſtrator tantùm. Sedis iſtius Cœnomanenſis, vt fortaſſis lateat hîc æquiuocum in nomine conſanguinei mutato. Quiſquis autem ſit amborum, ſaltem is ſedit duntaxat (reor) anno medio 1556. ex circuniectis.

67. Ioannes 3. du Bellay ſuperioris frater, ſedit ab anno 1556. Cardinalis Epiſcopus ab anteriore biennio Pauli 4. tit. S. Ruffinæ, ex Ciaconio[i], qui non pinxit, vbi fuerit Antiſtes, dum extiterit etiam Pariſienſis Epiſcopus 104. Nec vſpiam ſcripſit, qualis Sedes ei prior. Obiit tandem Romæ anno 1560.

i pag. 160.

68. Carolus d'Agennes de Ramboüiller, interfuit ſacro Concilio Tridentino: poſtea autem creatus eſt Cardinalis*, poſſeſſionem huius Sedis adeptus 22. Octobris 1559. vbi perſeuerans annos viginti octo, obiit vigeſimo tertio Martij, 1587. ætatis 56. menſium 4. dierum 23.

* tit. S. Euphemiæ, in quinta creatione Sixti 5. 1587. Ciac. pag. 1257.

69. Claudius d'Angennes de Ramboüillet, prædicti frater, antea Epiſcopus Nouionenſis. Et quando ſedebat Cenomanis, quo in ſtatu noui eum Pariſiis, poſtmodum anno milleſimo quingenteſimo octuageſimo octauo Romam profectus ad Pontificem pro Henrico tertio Rege, obiit in Galliis 15. Maij an. 1601.

70. Carolus de Beaumanoir, quem vidi iuuenem, filium Dynaſtæ de Lauardin, Mareſcalli Franciæ, deſignatum Antiſtitem optimæ ſpei anno citato, ob defectum virilis tunc ætatis poſſeſſionem adeptus eſt realem die 27. Nouembris 1610. Et hoc anno 1624. prudentiſſimè ſedet in flore ætatis.

CATALOGVS CHRONOLOGICVS

EPISCOPORVM ANDEGAVENSIVM, SVB GALLIA CELTICA LVGDVNENSI.

HAEC SEDES CREDITA EST SVFFRAGANEA ſecunda Archiepiſcopatus Turonenſis.

1\. SANCTVS DEFENSOR fuit primus Epiſcopus Andegauenſis, diſcipulus præmiſſi S. Iuliani I. Epiſcopi Cœnomanenſis, ideo collocati ſuprà pro Suffraganeo primo Turonenſis Archiepiſcopatus, ac perinde Andegauenſes Præſules pro ſecundo, venit miſſus cum ipſo Iuliano in Gallias à Papa S. Clemente I. ſub annum ſalutis 93. & ibi diu ſedit Confeſſor, inſcio anno ſui finis. Non iacet in Martyrologio Romano. Hæc etiam ſecundum ordinem Democharis.

2\. Auxibius proclamatur ſecundus Antiſtes coętaneus annoſior ſancto Firmino I. Ambianenſi Epiſcopo ſub tertio Euangelij ſeculo, tranſeunti Andegauum, & ſe mutuò viſitantibus [a]: qui Firmiuus quia Martyr effectus eſt anno 287. iſte pariter Auxibius Confeſſor circa id tempus in pace migrauit. [a] Andrianus Ambianus.

3\. S. Apothemius habet pro feſto diem 20. Nouembris, ſepultus in Baſilica Cathedrali poſtmodum dicta S. Maurilij. Nec relucet in Martyrologio. Sed inter hunc & deceſſorem remanet ſeculum integrum ſine agnitis interea medijs Epiſcopis.

4\. *S. Funerius, circa annum* 298. Hunc ſic altiùs locat Chenutius, quem deprimit Demochares. Sed vnde ſumat calculum, non reuelat, vti officium poſtulauit. Abeſt è Martyrologio Romano. Sed docent ſequaces eum ſediſſe vſque ad annum circiter trecenteſimum quadrageſimum.

5\. *Proſper* ſiue *Proſperius*. Sic illi vnico verbo. Nec fuit ille S. Proſper Aquitanus ac Epiſcopus Regienſis, qui eò ex Andegauis canonicè credatur translatus; quia ille Regienſis viſitur vno ſeculo tardior [b]. Iſte autem Andegauenſis ex antecedentibus & conſequentibus videtur conſediſſe ab anno fortè trecenteſimo quadrageſimo quinto ad annum trecenteſimum octuageſimum. [b] 25. Iun. 466. Baron.

6\. S. Maurilius in Gallias Mediolano appellens ad ſanctum Martinum veterem amicum Turoni Præſulem, vixit pius Sacerdos Andegaui annis 40. Inde electus ibidem Epiſcopus, ac reſidens per annos 30. ſedebat in vrbe ad annum 390. ex Moſandro in Surio [c]. Verùm cenſetur cathedram fouiſſe ſeu inchoaſſe ab annò 381. aut prope, vſque ad annum 410. etſi Gazetius trahat multò longiùs, refellens. Nam conſpiciendi ſunt ſucceſſores & tempora eis debita. Cæterùm, neſcio quorſum Chenutius dicat eius Sancti feſtum celebre 19. Octobris: quia ex tutiore Martyrologio Romano extat feſtiuitas 13. Septembris: nec vllus veterum de feſtiua translatione ſui corporis ſermonem inſtituit. De qua ſolus aſſequens Vſuardus eo die illum vocat Maurilionem ætatis annorum 90. [c] ad margine.

7\. Neſingus I. à ſolo Chenutio recèns conſtitutus hoc ordine, dicitur tranſtuliſſe corpus ſancti Maurilij iacens in Eccleſia ſui nominis ad Baſilicam S. Mauritij ſub capſa argentea. Sed Author nec palam docet eundem Neſingum extitiſſe Epiſcopum, quem dicit obiiſſe anno 436. nec profert archetypum ſui propoſiti, vt neque Petrus de Natalibus & Surius aliquid prodeunt de huiuſmodi ſepeliente. Si ex loci Archiuis id depromatur, quare non ediſſerit pro fundamento ſagacis Lectoris? Rurſus, quomodo iam ſucceſſor immediatus videre potuit tam citò Eccleſiam conditam nomine proximi anteceſſoris? Denique non apparet dies certus translationis.

8\. S. Renatus ex Canonico loci Epiſcopus factus, poſtea luſtratis per eum Romæ Apoſtolorum

lorum liminibus, Surrenti Italiæ vltimum diem clauſit cum miraculis. Feſtum celebratur quidem duodecimo Nouembris, quo Martyrologium caret: ſed dum eius meminit ſolus Ioânes Molanus in Vſuardum, ſanè translationis dies habetur vigeſimo Auguſti ex vnico Chenutio, qui dicit eum floruiſſe circa annum quadringenteſimum quinquageſimum quintum tempore valdè ſummoto à Data Gazetij maturiore, qui facit eum mortuum circa annum quadringenteſimum trigeſimum, & de quo Bibliotheca Cluniacą.

9. *Tallaſius in Concilio Venetico & Turonico* 1. Sic vnicus Demochares. Et facta ſunt illa Acta celeberrima anno 483. ex Baronij Annalibus. Quem Epiſcopum cur prætererit Chenutius, non video, dum temporalis calculus ritè cohæreat medius cum extremis adſequentibus collocandis, quos ipſe exornat.

Appendix. Cæterùm poſt hunc Demochares locat Fumerium ſimplici voce, non ſanctum, quem Chenutius voluit beatum altiùs efficere ſub nomine Funerij.

10. Euſtachius ſubſcripſit decimus inter Patres 33. Concilij primi Prouincialis Aurelianenſis, tanquam Epiſcopus Andium regnante Clodouæo primo Chriſtiano Francorum anno 507. ex Batonio vel apud Sigibertum anno 512. Aliud nihil quàm quod vide Datas articulo 14. Trecenſi.

11. Adelphius Demochari, & Adulphus Chenutio. Vtrobique ſolo nomine hac ſerie.

12. S. Albinus Veneticus [e] ex Petro de Natalibus*, dum eſſet Monachus Tinilacenſis (Demochares exſcriptor dicit Tiuilocenſis) conſtitutus fuit Abbas loci annorum triginta quinque. Deinde poſt annos 25. creatus Epiſcopus Andegauenſis, *ætatis annorum* 60. *rexítque Eccleſiam annis* 20. Sic illi. Ergo tandem nactus fuerat annos 80. Vnde igitur Chenutius recentior accepit Sanctum obiiſſe natum annis quadraginta? Dictata ſanè ipſius non quadrant. Et hæc eſt prior eius allucinatio. Poſteriore, vult Author ille Sanctum Cathedram Epiſcopalem iniiſſe anno ſalutis quingenteſimo duodecimo, & finiiſſe anno 532. vbi fatetur eundem diuum adiiſſe Concilium 3. Aurelianenſe. At verò Annales Baroniani affirmant id Cōcilium celebre factum anno 540. vbi S. Albinum nominat, & Tomi Conciliorum Venetæ editionis [f] promulgant annum 537. Itémque Gazetius tuetur [g] Sanctum floruiſſe anno 540. Vbi certè Eutrupius ſuffragatus eſt quartus inter Patres 26. qui aderant. Propterea nequiuit Sanctus defeciſſe ante annum ſaltem 540. quin veriſimilius eſt eum vlteriùs aduixiſſe, nec tamen approbo vſque ad annum 570. quod narrat Chenutius vniuerſim de Trithemio, multóque minus exhalaſſe ſpiritum ad annum 720. quod ſpeciatim effert Commentator Baronius [h] de ipſomet Trithemio, quem ideo reſpuit. Tertiò denique, huic idem Chenutius citra verum ſtatuit proximum ſucceſſorem infra annum illum quingenteſimum quadrageſimum, quod emendatum imus.

[e] de Vennes, en Bretaigne.
* li. 3. c. 164.
[f] de Veniſe.
[g] to. 1. p. 242.
[h] 1. Martij.

13. *Eutropius circa annum* 535. Sic ſolus Chenutius de nomine & anno. Cuius Epiſcopi obliuiſcitur Demochares. Sed & nec Chenutius poſitionem eiuſmodi probat aliquo teſtimonio. Ac magis rurſus in anno verè oberrat, propter allata rationum momenta in deceſſore. Idcirco decet Eutropium inſignere ſub annum quingenteſimum quadrageſimum quartum ad ſummum quo ſederit.

14. Domicianus Demochari ſola voce, vel Domitianus Chenutio, *ſedens* (ait) *anno* 544. Non autem ita ritè Annus eiuſmodi iure debetur præmiſſo Eutropio. Ergo iſti Domitiano adſcribendus eſt annus 550. & circiter. Sic itaque retinetur æqualis ferè analogia.

15. Baudigiſius, vtrobique, & nihil ſuprà. Verùm ei facilè concedendus eſt annus 560. ob illatam proportionum latitudinem.

16. *S. Audeninus*, ſic apud Democharem vnico verbo. Et Chenutius hoc pacto: Audoenus ſedebat anno quingenteſimo octuageſimo octauo. Calculus iſte ac ordo bene hac vice congruit.

17. Licinius, ſimpliciter & ſolitarius apud Democharem. Sed in Chenutio ſic legitur. *Sanctus Licinius Comes decimus tertius Andegauenſis Aulam Clotarij ſecutus, primò inſtitutus Magiſter Equitum, poſtea anno* 586. *creatur Epiſcopus Andegauenſis.* Hic autem monendum de Authoris æquiuoco. Ille Sanctus ante Præſulatum fuerat laïcus Dynaſta in Curia Regia ſub Chilperico patre Clotarij 2. non autem ſub ipſo Clotario filio. Quippe annus eiuſmodi quingenteſimus octuageſimus ſextus ſuſceptæ Prælaturæ & renunciati laïci Equitatus, erat penultimus Regni Chilperici. Ergo Clotar. 2. non reperit eum Equitem, ſed Epiſcopum duntaxat per multos annos conſequentes. Hoc primùm fuerat dicendum.

H Secundò

Secundò, notanda eſt controuerſia iſtic ſoluenda, quam mouet Baronius in Commentario ad Martyrologium Romanum, vbi vocat Antiſtitem Lucinium, die 13. Februarij. Eius textus fuit: *Andegani depoſitio S. Laciny Epiſcopi, venerabilis ſanctitate viri.* Et in Scholio adiicit: *Andegani cùm hic ponatur, ſcias non fuiſſe Epiſcopum Andegauenſem: ſed ex Gregorio Turonico erat patria Andegauenſis, præfuitq́; Eccleſiæ Turonenſi.*

Duo Licinij.

Equidem circa tale apophthegma hoc expoſitionis gratià dicendum occurrit. Initio arbitrabantur nonnulli hunc vnum & eundem vtrobique Licinium poſt ſuum Andegauēſem Epiſcopatum fuiſſe tranſlatū ex electione Turonū. Argumento erat, quòd rediens *è ſanctis locis in poſſeßione ſua paterna Monaſteriū collocauit intra territoriū Andegauū, & Abbatis officio functus in Monaſterio S. Venantij antea Abbatis* (ait S. Gregorius i) paritérque Epiſcopi munere in patria, ad Epiſcopatū eligitur, ſcilicet ad alium apud Turones, cùm de ſolis ſuis Turonenſibus loquatur Gregorius tandem ſucceſſor. Atque ſic profectò illa tranſlationis eiuſdem viri ſententia typum firmum ac perſpicuum non habet. Sed veriùs fuit mera prima euectio Abbatis in Archiepiſcopum vnico primario ſaltu ex meritis, qui non ſit Licinius loci præſentis.

i li. 10. Franc. c. vlt.

Qualis amborū ſanctus.

Et hoc mente capit Baronius. Nam vel etiam ſupra iam liquet k Licinium Turonenſem ſediſſe ibidem ab anno 513. ad 525. regnantibus Clodouæo primo & Childeberto primo filio. At iſte ſedens annis 45. receſſit è viuis anno 632. ex eodem ſolo Chenutio, qui minimè præſcribit autographum, vnde textum ſuum deprompſerit. Id autem vniuerſum tempus occupat regnum Lotharij 2. inter quem & præfatum Childebertum præceſsère tres alij Reges medij. Nequiuerunt ergo iſti Licinij toto ſeculo ſexto euangelico ab inuicem diſſidentes vna & eadem eſſe perſona. Interim, vnus duorum, Sanctus perhibetur. Quiſnam verò eorum? Sanè Baronius ſanctitatem attribuit Turonenſi Archiflamini, & Chenutius iſti Andegauo Præſuli, vterque etiam Author eos efficit eiuſdem patriæ, ac ſub die celebri 13. Februarij. Suſpicarer ego canonicam ſanctionem Andegauenſi Epiſcopo deferendam, quia Renatus Benedictus Doctor, & Guilelmus Gazetius qui vitam cum Surio S. Licinij ſeorſum quiſque deſcribunt l, talem prædicant Antiſtitem Andegauenſem, & eam profitentur traxiſſe ex veteribus Legendariis MS. Cœnobij S. Ioannis Baptiſtæ vrbis Andegauenſis, quam ipſe ibidem tumulatus cōſtruxerat. Duntaxat paululum deceptus eſt Benedictus, dum verè Clotarium ſynchronum appellat, & tamen Sanctum dicit floruiſſe an. 526. quale tempus erat prioris Licinij (Turonici) minimè degentis ſub Clothar. 2. Sed ſub Childeberto. Cùm inſcribere debuiſſet Author ann. 616. &c. qui fuit annus 39. præfati Clotarij. De qua controuerſia aperienda dirimendáve nihil prorſus cæteri Scriptores.

k in Turonenſib. n. 11.

l vulgò Zoan Gazet. to. 1. p. 181.

18. Cardulphus ſolo nomine ex Demochare. At Chenutius addit eum ſediſſe Andegauenſem Epiſcopum anno 632. ſine teſte.

19. Magnobodus, vulgò *Mainbeuf*, pariter ſola voce ex priore. Verùm ex poſteriore, Abbas cùm eſſet ſanctus ille vir in Monaſterio Colonetenſi creatus eſt Præſul Andegauenſis omnium conſenſu ſub anno præfato extremo m. Sed ego recèns adiicio, quòd ex Flodoardo n peruenerit ad Concilium Remenſe circa an. 615. tū quòd ex Gazetio interierit o an. 640. Inde retento ſui obitus tempore valdè conformi, dicimus Typographum Flodoardi obdormiiſſe, debuiſſéque poni ann. 635. pro Concilij tenore. Feſtum 16. Octobr. Quo Martyrologium orbatur.

m 632.

n pa 103.

o to. 2. pag. 565.

p Num. 31.

20. S. Lupus apud Democh. hoc ordine poſt Magnobodū. Et ritè. Chenutius autē Sanctum tardiùs locat infrà Dodum XI. adſequentem Epiſcopum p, ac decem alios medios Magnobodo poſteriores, ſub inani prætextu (reor) quòd citra probationē dicat vniuerſim eundem S. interfuiſſe Concilio Turonenſi, an. 887. & non reuelat in ſpecie quale aut quantū extiterit. Sed veriùs eiuſmodi Conciliū fuit 4. ibidem Prouinciale, celebratū præſente ipſo Dodo, veluti infrà demonſtrabitur. At verò certè Lupus Magnobodo immediatiùs ſucceſſit alio citiùs anno, teſte Renato Benedicto Doctore Andegauo q. Qualē ipſe hiſtoriā ex profeſſo mutuatus eſt, tum ex Confeſſionali, ſeu Legendario Eccleſiæ S. Martini Andegauēſis, tum ex Diœceſanis Breuiariis & patriæ Annalib. per Paſchalem Robinū erutis ac publicatis. Ipſe ergo ſedit ab ann. 641. ad incertū tempus. Eſto quòd migrarit ſub ann. 660. ſic enim credibilius. Quippe non habetur hiſtoria coæua ſui tēporis. At legitur ſera inuentio ſui corporis ſeu Reliquiarum ipſius, facta an. 1495. à Canonicis in præfata Eccleſia extra vrbis mœnia cum pergameno ſub Data anni 1012. r ſedente Huberto, de quo inferiùs s. Non iacet tamen Lupus in Martyrologio Romano, ſed feſtum in Diœceſi recolitur.

q 18. Octob.

r 22. Mart. ex eod. Benedict. & Chen.

s nu. 43.

21. *Aglibertus* apud Democharem, & in Chenutio *Agilbertus circa ann.* 668. qui Author eum collocarat iuxta S. Magnobodū ex allegatis. Sed minùs benè, ob rationes in S. Lupo & alias plures in Dodo. Præfatus calculus hîc congruit. Sed vt plenior fiat, Agliber. in totum ſedere

potuit

potuit ab anno 642. aut circiter, ad annum vſque 699. Pro illo tempore conſequentia inclinant.

22. Gobertus Demochati, vel Godebertus Chenutio, ſedit anno ſeptingenteſimo vigeſimo. Sic poſterior. Hoc eſt, præfuit in totum ab anno fortè 700. ad annum 73. aut ſequentem.

23. Gatiacus vni, & Graiacus alteri, *anno* 741. (ait) *Epiſcopus Andegauenſis factus eſt.* Hinc iam faciſè concluditur, quòd alij cæterorum anni, quos ſubobſcurè notat Chenutius, concipiuntur magis de Præſulum initiis, quàm de eorundem exitibus, veluti clariùs liquet in iſto, pro ſimilibus ſociorum formulis. Sedit autem per decennium.

24. Boſo ab anno 751. ad annum ſeptingenteſimum ſexageſimum octauum. Sequenti ſeculo extitère Reges Burgundi huiuſce nominis tempore Imperatoris Caroli Calui ſpontanei eorum affinis, fortaſſis nepotes iſtius tanquam patrui.

25. *Mauriolus ab anno* 769. per decennium. Sic Chenutius hoc ordine, ac tempore. At Demochates tardiùs eum collocat, ſex intermediis.

26. *Benignus ab anno* 800. Ille conſimiliter. Verùm iſte poſt Caralobum.

27. *S. Benedictus ab anno* 815. Prior nominatus hac ſerie, poſterior ſex penè alios cenſuit præmittendos.

28. *Sacrius ab anno* 821. *ad* 832. Sic reformandus hac vice, ad parandum à longè ſitum aptiſſimum Antiſtiti Dodo, ob cauſas in eo infrà compulſas; qui foret alioqui remotior tempore quàm par ſit. Interim Demochares ei Botum præfert: & Chenutius eidem Sacrio diuturniorem annum attribuit.

29. *Botus ab anno circiter* 833. *ſucceſſit Sacrio.* Ita Chenutius. Sed quorſum hoc ordine, is minimè demonſtrat. Saltem conceſſit ipſi Boto annum 851, quem terminum reformando decurtamus ſublatis annis viginti, ex defectu oppoſiti documenti, niſi poſthac euenerit.

30. Gencianus Demochati ſeu Gentianus Chenutio, ab anno fortaſſis 834. ad 850. ſic expurgandum: tametſi eidem iſte concedat annos 859.

31. Dodo egregius repertus eſt decimus ſeptimus in Prouinciali Concilio Sueſſionenſi anno 853, ex Flodoardo [t]. Deinde adſtitit tertius ſuffragator Concilij 4. Turonici item Prouincialis ex viginti Patribus in eodem conſiſtentibus, regnante Carolo Caluo, & à t li. 3. c. 11. fo. 172.
Choppino [u] nominatim recognitis ex MS. Lupi Ferrarienſis. Qui cœtus eo etiam anno u In ſacra Polit. li. 2. tit. 3. §. 3.
853. veriùs celebris fuit, quàm ſub alio Principe, Caluo imperante ab anno 842. ad 878. eò quòd cæteri tantæ coronæ Præſules annis reliquis non omnes ſedebant aut compatiebantur ſuis quibuſque locis. Ergo ſedit Dodo ab anno veriùs octingenteſimo quinquageſ. 1. deinde fortaſſis vſque ad annum 880. quò eum perduxit Chenutius, qui minùs rectè ipſum putat Sedem inchoaſſe anno duntaxat 879. quia eo anno non amplius imperabat Caluus, qui talem Synodum promouerat, ſed eius filius Ludouicus Balbus. Multóque minùs fuit habitum poſtea Concilium anno 887. præſente S. Lupo Epiſcopo, quem ſine fide Chenutius arbitrabatur ſucceſſorem Dodi, ac præſentem alicui Synodo Turonenſi (illa haud dubiò eſt iſta) quia rurſus ille annus fuit medius regni Caroli Craſſi, quarti poſt Caluum, qui duo ſummi Principes nihil vnquam de ea ſacra congregatione habenda cogitarant, vt neque eo anno 887. legitur vllum Concilium in Galliis viſum, ſed duntaxat Germanum Colonienſe. Tertium autem Turonenſe dudum ante hoc tempus auditum fuerat, nimirum anno 813. ſub Carolo Magno [x], & quintum ibidem ad annum x Geneb. & Baron.
1055. tum ſextum præſente Alexandro Papa 3. ſub annum 1160. Quid plura aduerſùs aut circa Chenutium in generaliore ſua chartula? Sic prudenter fecimus præceſſiſſe Lupum diuinum [y], & hunc Dodum ſubſequi alium Præſulem de nouo recognitum. Cæ- y Num. 20.
terùm Baronius dicit eum iam Epiſcopum anno 849. Numero 14.

Concilia Turonenſia.

32. Sanctus Serenus expreſſus è Legendis ſeu Breuiariis Andegauenſibus per M. Clementem Marchant, à Doctore Renato Benedicto ad titulum inſcribitur Epiſcopus Andegaui, ſed in pleniore textu non depingitur aut demonſtratur conſecratus ad eam Cathedram. Hiſtoria duntaxat eum narrat Spoletanum, Angelicis reuelationibus clarum pro domeſticis deſerendis, & ad Numini cum fratre vacandum. Inde Romam profectus ſit Pontificis Diaconus. Poſtea in Gallias appellens humilitatis gratiâ, quando regnabat ſancta Bathilda Regis Clodouei ſecundi [z] vxor, non autem Clota- z morientis an. 662.
rij, veluti narrat vniuerſim Benedictus (qui fuerat tertius nominis Rex, filius præfati Clodouei) ad ſyluas Cœnomanenſes ex ſingulari ſe pietate includens, ſuis erga Deum precibus ex Epiſcopi loci poſtulatione famem regionis depulit, leproſos curabat, & hortans diſcipulos Eremi, perceptiſque Sacramentis, animam Deo religiosè tradidit

H 2 tempo

tempore annorũ incerto *: attamen intra ſeculũ ſeptimum. Quod dum ſerò primi agnouimus, eum ſub hunc ordinem Typographo ſaltem tradidimus, & ſupra reliquos Tabularios adiicimus, velut in ſenio à ciuibus epiſcopandum rogatus. Verùm altiùs cenſeretur tutò reponendus poſt S. Lupum 20. & ante Aglibertum[a]. Interim dum iſto caret Demochares, opportunè hîc quadrare putatur, ad replendum ex æquo vacuum temporaneum S. Lupi hinc ſublati, vbi Chenutius ipſum per annos viginti repoſuerat; ſcilicet ab anno 881. ad 899. Tandem ibi ad præſens conſiſtat; donec authentica notio maior imposterum fortè occurrat. * ad 21. Iulij. a Num. 21.

33. *Raymo ſiue Haymo.* Sic Demochares abſolutè. Et *Raymo* apud Chenutium anno 900. Eſto per decennium ſequens.

34. Rochardus 1. Nihil vbique præterea. Eſto per ſeptennium ab anno nongenteſimo vndecimo.

35. Herueus ab anno 918. per annos triginta duos conſequentes.

36. Frodegarius hîc opportunè à ſolo Demochare permixtus, quia poſſet alioqui ineſſe vacuum. Eſto per 11. annos ab anno 940.

37. *Collatobus ab anno* 951. per quinquennium. Ita Chenutius. Omittens Calarobum, fortè eum hîc concipiens, quem ſic nominat Demochares, & altiùs ſine Data conſtituit poſt allatum Boſonem.

38. Arglecharius circa annum 956. peculiaris Chenutio. Et vnde? viderit.

39. Aymo Demochari, Aymonius Aduocato. } Vterque abſque annorum Data.

40. Cannadus vni, & Camadus alteri. } Paucis ſub an. 960.

41. Neſingus ſecundus anno 966. Canonicos S. Albini reformabat. Defunctus anno 983. Sic Chenutius. Et eum vnicum Demochares miſcet inter duos præmiſſos Antiſtites.

42. Rainaldus ab Hardoino Turonenſi Archipræſule conſecratus anno 984. vti loquitur Chenutius. Sed nequit eſſe is Rainaldus, qui tam ſerò iſtinc diſcedens creatus ſit anno 1124. Archiepiſcopus 49. Rhemenſis, veluti affirmat in Remenſibus idem Chenutius. Non enim tandiu in terris agere potuit indiuiduum naturæ. Vt foret idem vir numero, oporteret eundem reponere poſt Vlgerium octauum adſequentem infrà, ſicuti Demochares ipſum aliis quatuor ſubmittit, tametſi locet ante ſuum Vlegerium.

43. *Rothardus an.* 997. Chenu. Et iſto caret Demochares.

44. Hubertus vtrobique. At ſolitariè. Et altior apud anteriorem. Deinde à poſteriore ſub hoc ordine probè renunciatur. Præſul euectus anno 1007.[b] Atque is fuit qui an. 1012. repertas præmiſſi S. Lupi Reliquias ad ſummum honorificè leuauit. Dictum ſuprà[c]. Tandem ſedens 27. annis, non 42. vt loquitur Chenutius, effudit vitæ ſpiritum anno 1034. ex ipſo Authore decepto in calculo. b 8. Idus Decemb. c Num. 20. d 6. Idus Februar.

45. Bruno recèns à nobis additus, ac duobus ſolitis aut pluribus Tabulariis ignotus, reperitur diſertè Epiſcopus Andegauenſis duobus in Actibus: nimirum priùs quatenus fuit cum Berengario ſchiſmaticus, ex Baronio ſub anno 1035. Numero 1. Et poſteriùs fuit teſtis cum Epiſcopo 30. Engoliſmenſi dotationis Abbatię S. Ioannis Baptiſtæ Angeriacenſis, factæ per Agnetem Comitiſſam Pictauienſem & filios anno 1058. ex Andrea Quercetano Turonenſi in Notis ad Bibliothecam Cluniacenſem *, ſicque compertum eſt eum ſediſſe ab anno 1034. ad annum circiter 1065. Propterea locus iſte ei directè ac iure debetur: cùm vel etiam alioqui ſequens Euſebius diuturniorem quàm par ſit, retineret ſitum ex Chenutio, imò ferè impoſſibilem, pendente huiuſcemodi vacuo. * 7. Idus Ian. col. 90. & 91.

46. Euſebius ſola voce conſtituitur à Demochare, Hubertum proximè ſecutus: & Chenutius obſcurè adiicit, anno 1092. neque dignatur exponere, vtrum hoc fuerit tempus principij ipſius Euſebij, an exitus. Sanè ex frequenti eius phraſi ita breuiori ſub Rothardo & ſuperioribus aliis amphibologicis videtur initium concepiſſe ſub anno præfato. Sed nos præſertim hac vice & ſequentibus ritè cenſemus id tempus annumerandum pro fine Sedis: adeò vt cœperit Euſebius anno 1066. aut prope.

47. Gaufridus I. genere Turonicus ſecundum omnes, ſedit ab anno 1093. ad ann. 1095. vel 1096. ac interfuit Concilio Claromontano. Vide errorem Democharis ſuper hoc loco, reſtitutum ſubtus in Gaufrido 3. Num. 54.

48. Gaufridus 2. dictus iunior Meduanenſis ab anno milleſimo nonageſimo ſeptimo ad 1101.

49. *Reginaldus de Martiniaco, ab anno* 1102. *ad* 1105. *quo obiit.* Sic vnus Chenutius hîc ſingularis. Cuius loco à Demochare immittitur *Rainaldus*, ſuprà euectus aliunde. Sed iſtic ab ipſo benè, vt poſtea transferri dicatur ad Remenſes.

50. Vlgerius

50. Vlgerius communis vtrique. *Is Reginaldo ſucceſſor extitit an.cit.* 1105. Ita Chenutius. Et Antiſtes cenſendus eſt perſeueraſſe vſque ad annum 1124. integrum penè.

51. Eulgerius tacetur in Demochare. De quo præſule Chenutius hæc habet. *Epiſcopatum geßit anno* 1125.*Sepelitur prope ianuam clauſtri* 12.*Calend.Octobris.* Hæç Authors prima vice. Sed in Additionibus narrat illum ſediſſe ab anno 1126. ad 1144. eúmque appellat Vulgrinum. Creditur tamen ſuperuixiſſe ad annum vſque 1149. Et decoratur Epitaphio.

52. *Normandus* Democbari ſolo vocabulo:& *Normannus* Chenutio; iuxta quẽ dictatorem ampliùs iſta patent; *Sedit ab anno* 1150. *conſecratus* 2. *Idus Martij*, *mortuus autem anno* 1135. *ad* 5.*Idus Maij.* Sed ne daretur vacatio annorum 18.rectiùs ſentit nobiſcum in Additiunculis, quòd ſederit ab an. 1145.defunctus 5.Idus Maij an. 1553.

53. *Matthæus.* Sic tantummodò Demochares. Et Chenutius aducit: *Normano*,pro cognomine, *ſucceßit* (ait) *anno.* 1153. En nota dictæ vacationis. Tum, *mortuus eſt anno* 1162.

54. *Gaufridus* 3.*de Muſca.*Hoc ſolùm Antonius Monchiacenus Democh. Eſtque nominis tertius. Cui dicto iſtud addit Chenutius. *Cathedram occupauit anno* 1162. *Sedens annis* 16. *& vitâ functus anno* 1177.e At legimus apud Robertum de Monte in Supplemento Chro- e Die 3. Ian.
nici Sigiberti, quòd defecerit anno ſequente 1178. Quem annum malè paucioribus f No. 45.
conſtituit Demochares ſub Gaufrido 1.ſuprà f, altiùs quàm par eſſet.

55. *Eugenius.* Nullus in Demochare. Sed de ipſo talia Chenutius: *Fuit Gaufredi de Muſca ſucceſſor anno* 1177.*citato*,per annos vndecim ſequentes.

56. Radulphus de Bellomonte, communis ambobus, ſecundum Chenutij incrementa, *Sedebat anno* 1189. Et perſecutus eſt annis octo.

57. Guilelmus 1. de Chemilté, proprius Chenutio, cum duobus adſequentibus, ſedit *ab anno* 1197.vſque ad annum 1218.

58. Guilelmus 2. de Bellomonte etiam proprius, *Sedit ab ann.* 1219. *ad an.* 1240. cum Epitaphio ad tumulum.

59. Michaël Auis item proprius, anno 1242. *Conuentum Fratrum Prædicatorum ædificauit ſuis ſumptibus.*

60. Nicolaüs de Villa-Auis, vtique communis; ſed Demochari ſolo nomine. Attamen ex Chenutio *rexit Eccleſiam ad annum* 1280.anno incerto de ipſius receſſu.

61. Nicolaüs Gellant,verè ſucceſſor,at ſub ignoto anno ingreſſus. Nihilominus apud Chenutium *obiit* 1. *Februarij* 1294.

62. Guilelmus 3.agnomine *Maioris*, equidem vtrique communiſſimus. Sed ex Chenutio, *moritur anno* 1314. Hinc ſedit annis 20. & aliquot menſibus. At verò Demochares ponit, quòd idem Præſul interfuerit *Concilio Florentino* 1439.Hæc autẽ Data iſtìc minimè toleranda ſupergreditur ſanè & præterit toto vno ſeculo inferiori præſentem abhinc ordinem, temporúmque ſeriem. Verùm profectò nos Volumina Conciliorum reuoluendo inſpeximus alium Guilelmum Andegauenſem Epiſcopum, quàm hunc tertium, in præfato Concilio Florentiæ habito, perinde quintum loci. Adeóque reponendum infrà poſt Hardoinum g, cuius obliti ſunt Tabularij Epiſcopalium Catalogorum, maximè g No. 67.
Chenutius,qui inſinuante Demochare, viámque diſponente, tametſi altiùs quàm par eſſet, debuerat perpendere & explorare, quod nunc præſtitimus ex ſuſcepto officio.

63. Hugo Odoard item communis, *Eccleſiam rexit* (ait Chenutius) *annis* 6.*& obiit anno milleſimo tercenteſ.vigeſ.*ex colligendis è tumulo Eccleſiæ S. Mauritij. Itaque non cœpit an. 1317.veluti antea exprimit Author:ſed Cathedram inchoare debuit an. 1315.

64. Fulco de Mathefelon à Chenutio ſic per errorem exprimitur. *Poſſeßionem adeptus eſt* (inquit) *in* 17. *Iunij anno* 1373. *& moritur anno* 1355. *menſe Septem.* Tum in exitu Epitaphij is habetur Epiſcopus *per annos* 32. *& ampliùs*, *ac obiit die Martis ante Natiuitatem Domini* 1355. Ergo deceſſit ſub finem menſis Decembris. Quod certè tempus finale ſub diſcrimine trium menſium, parum eſſe creditur. Sed profectò ab initio Sedis, falſus eſt calculus anni 1373. quia finem excedit in annis, dum minor eſſe debet. Igitur voluit aut debuit à fronte Sedis inſcribere annum 1321. pro componendo ſexennio ſequuturæ durationis, quæ eſt annorum triginta quatuor, potiùs quàm triginta duorum. Demochares nihil præter nomen, vt nec ſequentium trium.

65. Radulphus de Machecoul ex circunſtantibus antè & rettò ſedit duntaxat quinquennio, ſcilicet ab anno 1356. ad annum 1360. aut ſequentem. Ergo abs re Chenutius ſub ipſo Antiſtite narrat annum 1342. quo inſtituta fuit Andegaui Vniuerſitas ſacræ

Theologiæ, Medicinæ & Artium: item quo præſente ibi ſtabilita eſt Academia Iuris vtriuſque anno 1364. Quippe talia minimè cadunt ſub eiuſdem Præſulis hemiſpherio.

66. Guilelmus 4. cognomine Turpin nobiliſſimus, dum ſederet Andegaui, Tranſactionem habuit anno 1362. cum Guidone Turpin Equite, Dynaſta de Criſſé eius nepote ex fratre.

67. Millo de Dormanio, vulgò *des Dormans*, caret ſcrupulo temporis in Epiſcopatu apud vtrunque Tabularium. At ex Chenutio eius fundamenta reuoluente, licet inferre & addere noſtro calamo, quòd Præſul ſederit Andegaui ſub anno 1365. deinde fulſerit Baiocenſis Antiſtes ann. 1370. ac tandem Bellouacenſis vſque ad deceſſum, extremum cuius annum duntaxat ingerit Author 1387. corpore ſepulto in Sacello Gymnaſij Bellouacenſis Lutetiani, cuius fundator extiterat, fueratque Cancellarius Franciæ.

68. Hardoinus de Bueil vtriquo triuialis, oriundus quidem ex familia Comitum Sancerræ, dicitur à Chenutio per æquiuocum rexiſſe Eccleſiam Andegauenſem annis 66. & vitâ functum ibidem anno 1387. conſtructor aulæ Epiſcopalis. Sed fraude circumuenitur eiuſmodi ſcriptura. Quia poſito quòd prædeceſſor Millo finierit anno 1370. ſanè annus ſexageſimus ſextus cadet in annum 1436. qui prætergreditur annis 39. præfatum annum 1387. Is autem obitus Hardoini, ſcilicet anno 1436. ritè congruit & incidit cum annis Epiſcopi adſequentis. Sed ſi annus idem ſexageſ. ſextus terminetur anno cit. 1387. aut ſi ita computaretur, annus primus eiuſdem Hardoini ſedentis eſſet milleſimus trecenteſimus trigeſ. primus. Quod dici nequit, quia is occuparet alioqui annos quatuor Præſulum antecedentium à Fulcone. At hoc impoſſibile eſt. Ergo prior calculus atque ſententia demonſtratur potior & verax.

69. Guilelmus 5. à nullo Tabulariorum recognitus, interfuit nonageſimus octauus ſuffragator Concilij Ferrarienſis ſeu Florentini, decimioctaui Generalis, inter Patres 198. ibi palam conſiſtentes ſub annis 1438. & 1439. Saltem illic dictus electus & confirmatus. Tempus ſanè accommodum pro iſto Præſule hac ſerie ordinando, & pro finiendo Hardoino deceſſore. Vnde Guilelmus hic conformiter ſedit triennio ab anno 1437. &c. De quo alia ſuperiùs in Guilelmo 3.[h]

h No. 60.

70. Ioannes 1. Michaël antea immediatiùs ſequebatur Hardoinum ex Tabulariorum mente. At mox intermedius alius per nos miſcetur. Iſte ex Canonico Baſilicæ Cathedralis S. Mauritij Epiſcopi eligitur Antiſtes abſens ac tenuens anno veriùs 1339. computando more Gallico, vel anno 1339. more Romano, quàm anno 1447. poſt obitum ſuum claruit miraculis tanquam Beatus. Taceo authores alios.

71. Ioannes 2. de Bella valle, vulgò *de Beauuau*, ſepultus eſt in præfata Eccleſia, moriens an. 1479.[i] vt vult Chenutius in Epitaphio.

i 23. Aprilis.

72. Ioannes 3. de Balue ex Ebroïcenſi Epiſcopo ſuprà, creatus eſt Andegauenſis, veriùs ſanè anno 1480. prædeceſſore functo ad annum præcedentem, vti viſum eſt, quàm maturiùs anno 1467.[k] vtroque tempore edito à Chenutio, qui certè in illis ſuis duobus calculis ſibi aduerſatur, aut ſui obliuiſcitur. Mediis autem ipſis ſedibus etiam creatus eſt S. R. E. Cardinalis Tit. S. Suſannæ, meliùs equidem anno 1464. die 18. Septembris in creatione 2. Cardinalium[l] Pauli PP. 2. ex Ciaconio[m], qui cognominat eum Balues, quàm anno 1465. vt loquitur Chenutius vniuerſim; qui addit eum effectum à Sixto[o] 4. Papa Antiſtitẽ Albanum ac Legatum Pontificium. Sic pileum Cardinalitium iam deferebat, quando apud Ebroïcenſes morabatur. En vna opinio de loco tunc ipſius. Altera eſt, quòd idem Ciaconius tempore adepti Cardinalatus nominat eum Andegau. Epiſc. Ergo Ebroïcum deſeruerat anno 1464. tranſlatus tunc aut antea Andegauum pro reliqua ferè ſui ſtatus notitia. Tandem verò is in cœlum raptus eſt Romæ an. 1491°. vbi iacet, ad Ædem S. Praxedis.

k Menſe Februarij.
l Coronatus 9. die Ergo prædeceſſor non obiit eo an. menſib. 11. dieb. 26. (quod eſt Decemb.) ex Genebr. niſi annus tunc inciperet à Paſchate.

73. Ioannes 4. de Relly neſcitur quo anno præcisè inierit Epiſcopatum, aut quoto finierit; celebratur tamen Confeſſor Regis Caroli 8. Atque orauit publicè pro Clero in Comitiis Regni Turonenſibus an. 1483. cùm Doctor eſſet Thologus & Canonicus Eccleſiæ Pariſienſis. Sic Chenutius. Obiter nihilominus aduertendũ, quòd idem Carolus ſceptrum duntaxat auſpicatus eſt anno ſequenti 1484. ad vſque 1497. Et tandem ſubiicit Chenutius in Additiunculis, quòd ſaltem obierit an. 1498.*

m pa. 957. & 963.
n Sedens à 1371. ad 1384.
o in Nouem.
* pag. 552.

74. Franciſcus de Rohan illuſtris ſedit Epiſcopus Andegauenſis ab anno incerto ad an. 1510. vel citiùs, quo Lugdunenſem Archiepiſcopatum ingreſſus eſt, déque eo plura in Lugdunenſibus ſuprà Tom. 1.[p] Niſi duas tunc Cathedras ex permiſſu poſſediſſet. Saltem habuit proceſſus verbales Andegaui an. 1508.

p No. 117. § 1.

75. Ioann.

75. Ioannes 5. Oliuarius ſedens exinde, *moritur anno* 1540. vt fari ſueuit Chenutius de rebus præteritis abſque teſte. At verò Demochares præſens & oculatus, qui ſub hunc virum finem Audegauenſibus impoſuit, diſertè loquitur: *Ioannes Olivier hodię anno* 1556. *Sedem Epiſcopalem moderatur.* En præſul degens annis præterea ſexdecim. Necdum ſcitur ſui obitus crepuſculum.

76. Gabriel Boueri equidem *Epiſcopatum tenuit* (ait Chenutius) *annis* 32. *mortuus ann.* 1572. q *& ætatis ſuæ an.* 66. At ipſe Author tempus inchoat à præfato ann. 1540. quo decesſorem Oliuerium abiiſſe putat. Hoc autem minimè quadrat cum ſynchroni Democharis ſententia. Ergo ille Gabriel ſedit duntaxat ſexdecim aliis poſterioribus annis initiandis ab anno 1567. Quibus pendentibus idem interea acceſſit vocatus ad ſacrum Tridentinum Concilium, in cuius itinerario cognominatur de Bouuerri Epiſc. *Andegauenſis*, ſub Pio PP.4. ab an. 1560. ad 1565. q 10 Febr.

77. Guilelmus Ruſé Doctor Theologus Pariſienſis, ac Regis Caroli 9. à Confeſſionibus, Regia nominatione effectus eſt Andegauus Præſul anno cit. 1572. Et vale mundo dixit an. 1587. Conſepultus Lutetiæ.

78. Carolus Miron filius Marci Mironis Archiatri Regis Franciæ Henrici 3. ingreſſus cùm eſſet ad Cathedram, funebrem orationem habuit Regis nuper vita functi Henrici 4. Magni anno 1610. in Baſilica Dionyſiana monaſtica: deinde ſuum palam tulit ſuffragium in generalibus Regni Comitiis anno 1615. tum fretus loco annis viginti ſeptem, animi quietem piè deligendo, ſolium eiurauit anno ſequẽti. Is ante ſactam Præfecturam adoleſcens Abbas, fuerat pridem noſtri auditor in Philoſophicis Academiæ Pariſienſis. r — r an. 1584. in Harcur.

79. Guilelmus Fouquet de la Varenne procuratorio nomine realem Epiſcopatus poſſeſſionem venatus eſt an. 1616. ſ qui an. 1625. t feliciter deceſſit.

80. Carolus de Miron iam ſuprà, quaſi reuocatus aut denuo expetitus qui eiurarat, nominatus eſt à Rege Ludouico 13. Pontifici ſummo, poſt præfati Guilelmi obitum. Poſſeſſionem ingreſſus à limine fere citati anni milleſimi ſexcenteſimi vigeſimi primi. Floretque ſapienter hoc anno 1625. — ſ 21. Octobr. & poſſeſſionem 10. Sept. ſeq. — t 11. Ianuar.

SERIES

SERIES

CHRONOLOGICA EPISCOPORVM REDONENSIVM, SVB GALLIA CELTICA LVGDVNENSI IN minore Britannia.

SEDES HABITA TERTIA SVFFRAGANEA Archiepiſcopatus Turonenſis.

1. MODERANVS creditus 1. Epiſcopus Redonum ſub primo ſeculo euangelico, coętaneo ferè ſancto Iuliano Cenomanenſi Antiſtiti ac ſimilibus. Tametſi paulò ſeriùs alij opinentur. Sic Chenutius. Argentreus verò in hiſtoria Britannica tardiùs quàm par ſit an. 388.[a]

2. S. Iuſtinus Martyr abſque Chronico. Fortè coætaneus S. Iuſtino Martyri Treueri ſub Imperatore Diocletiano. At non iſte. Et hîc cenſetur haberi aliquod vacuum.

3. *S. Riotiſinus circa annum 383. Baronius.* Ita Chenutius. Fortaſſis Martyr effectus ab ethnicis Hunnis, qui ipſomet anno ex boreali Germania irruerant in Armoricam minorem Britanniam, cuius Prouinciæ Redones eſſent primores, cùm hoſtes eiuſmodi prope Coloniam vlteriùs proficiſcentes, Martyres quoque effecerant ſanctas virgines maioris Britanniæ, Vrſulam ac ſocias plures, ex Annalibus Baronianis poſt Sigiberti Chronicum. Hîc rurſus temporum ſaltus, ſine agnitis Præſulibus continuis.

4. S. Electranus 1. ſolitarius abſque Chronico. Sed Bertrandus Argentreus eum vocat S. Eleranium: ſeriúſque eum locaſſe cenſetur cum adſequente poſt S. Melanium.

5. *S. Ioannes dictus Albus.* Sic Chenutius ex veteri traditione hauſtus. Nihilominus is Author & Bertrandus Argentreus primus Catalogorum Armoricorum Scriptor, dum hos quinque hactenus Præſules commemorant, non aperiunt diſertè, vnde eos capiant. Neque in Martyrologio Romano luſtrantur. Sed Religioſus Theologus Auguſtinus de Paſſu Dominicanus Author ſecundus hiſtoriæ genealogicæ hunc Ioannem & cæteros dicit hauſtos ex veteri patriæ Breuiario in pergameno.[b]

6. Artemius ſeu Anthemius, primus Redonum Antiſtitum quos habeat Demochares, & quem Argentreus præfert duobus proximè antecedentibus atque ſequaci Amando, *claruit in Synodo Vanetenſi* (addit Chenutius) *circa annum* 453. *tum anno* 482. *Papæ Hilarij tempore, Concilio* 1. *Turonico interfuit: adeóque rexit Eccleſiam* 32. *annis.* At illa Synodus Turonica iuſtiore bilance habita eſt anno 483. ſeu 16. S. Simplicij Papæ, ſucceſſoris S. Hilarij, qui deceſſor obiit an. 467. ex Baronij Annalibus, vel an. 470. ex Genebrardi Chronologia. Atque hoc ſic annumerandum fuerat à Chenutio, & à præfati Auguſtini autographo. Niſi quis prætera malit ſequi annum 461. ex Argentreo poſt ſecundum Conciliorum Volumen Venetianum. Qui Argentreus de cætero efficit Arthemium iam maturiùs ſediſſe an. 440. ſub Theodoſio minore per decennium vlteriùs imperante.

7. *S. Amandus ſedit ad annum* 500. *obiítque* 14. *Nouembris.* Ita Chenutius vnicus abſolutè, poſt Dominicanum; qui minimè probant, dum hunc prætereat vetuſtior Demochares. Sed non abſurdè opinabimur eum probabiliſſimè extitiſſe S. Amandum ſecundum nominis Burdegalenſem Archiepiſcopum, quò poſtea iſtinc iure tranſlationis ſeceſſerit: attamen paulò ante an. 490. cùm pariter videantur ſynchroni, nec Chenutius ſtrictè tempus limitarit: & nedum obtinet locum in Martyrologio. Sic nequibat Arthemius præmitti Amando.

8. S. Melanius ſeu Melenus apud vtrunque authorem. Sed prior tempore Sanctum paucis nominat ſuffragatorem primi Concilij Aurelianenſis. Quæ profectò Synodus habita eſt anno 507. 512. vel 515. ſecundum diuerſorum ſententias, vbi noſter Melanius ſedebat 23.

& Mela

a Pariſ. Buon 1618. lit. 1. pag. 40.

b Pariſ. apud Nicol. Buon 1618. in fol. pag. 40.

& Melanius Antiſtes Veromandenſis vigeſimus quintus. At Chenutius poſterior nihil de ea in Concilio præſentia loquitur. Verùm duntaxat eum narrat euangelicam pietatem docuiſſe Clodoueum Regem 1. Chriſtianum Franciæ anno 509. Et cum Auguſtino tradit eum in Domino animam exhalaſſe 507. Quæ ipſorum editio apertum implicat contradictorium. Et iterum duplex talis Data alioquin non patitur illam ſancti eiuſdem viri in Synodo conſiſtentiam, aut minimè eò vſque prorogatur, veluti ex officio debuit, teſtibus titulis in ipſo Conciliorum corpore Romæ, Venetiis & Coloniæ palam edito. Ergo intendebat Author ad ſummum dicere, quòd Sanctus obierit an. 517. vel oportuit eius Typographum plerunque errori obnoxium ſic annotaſſe. Diuus ipſe Martyrologium Romanum exornat diſertè, déque ipſo Argentreus.

9. Victorius ſeu Victurius ab Argentreo malè deiectus poſt ſequacem Durioterum, ingreſſus eſt primum Concilium Pariſienſe anno 559. & ſecundum Turonenſe ann. 570. Vnde rexit Eccleſiam Redonenſem annis 30. ac interiit anno 588. Sic bene Chenutius cum ſuo Religioſo du Pas hac ſerie ex perlectis denuo apud nos Conciliorum Indicibus. Non ergo ſedit anno 665. vt ſentit Argentreus. Et de ipſo alia Baronius anno 559. numero. 35.

10. S. Goluenus ex ſolo Argentreo d tranſlatus eſt opportunè ad hanc Sedem ex Leonenſi, d pag. 40. & 41. cum ſuæ patriæ præeſſet ſecundus: & hanc demum Sedē vltimam à ſe abdicauit, formam vitæ aſperioris quæritans ad Mottam Merieul prope oppidum S. Deſiderij, vbi tandem efflauit animam 1. Iulij an. 600. corpore Redonum ad Cathedralem delato, & tacentibus aliis Authoribus: iſtud opportunè, inquàm, eò quòd certè vacua tempora irrepſerant, nobis alioqui triſtia, inter præcedentem Victorium & ſequentem Durioterum, nimirum ſexaginta annorum, qualia necdum vix ſatis iſto vno Golueno complebuntur. Propterea id meritò hoc ordine proponendum fuit: re præſertim munita hiſtorico valde honorifico, multúmq; ſpeciali, & non ſolitario nomine aërem fruſtrà verberāte, vt inanitas tolleretur. Per hunc qui nouus eſt apud ſuum dictatorem, retinet locum in Martyrologio Romano.

11. *Durioterus.* Hoc tantummodo Chenutius. Sed Demochares id adiicit: in Concilio *Cabilonenſi*, quò ipſe nimirum acceſſerit. Certè vniuerſaliùs dictum quàm par ſit. Cenſetur ergo intelligendus vel loquutus de tertio Prouinciali lubentiùs, ibidem celebri ſub an. 650. vel 657. aut ſequenti, Præſide Gauderico Lugd. Archipræſule, ſecundū chronologicas noſtras diſtributiones, diſcrepantes per augmentum à vulgaribus Conciliorum voluminibus ſeu Indicibus: quia etſi Durioterus ipſe in Patrum editorum cœtum minimè acceſſerit, tamen eò Abbatem Bertolphium ſuo nomine delegauit. Non verò habitum eſt Concilium anno præcisè 654. ſub quo id ſtatuit Argentreus, quia variæ Authorum de eo ſententiæ circunſtant antè vel retrò expoſitæ in noſtris Lugdunenſibus e. e Num. 44. §. 1.

12. *Vuillelmus ſeu Guillelmus* 1. *Eccleſiam regebat anno* 689. *fuitque à Conſiliis Alani Longi Regis minoris Britanniæ.* Sic bene Argentreus atque Chenutius vſque ad Hamellanum 25. Epiſcopum. Reuerâ, quòd huc ſpectat. Alanus ille Salomonis 10. Regis ſucceſſor ac nepos, ita vſus eſt conſilio tanti Præſulis, vt diuina quoque pulſus reuelatione, Romam proficiſcēs ſe à S. Sergio Papa ſacris baptiſmatis vndis purgare optauerit f, poſteàq; relictis ſeculi pompis clauſtra monaſtica ex voto ingreſſus ſit, mortuus ann. 690. In quo finita eſt regia familia Conani Meriadecis. f In hiſtoria cit. Præſidis Redonenſis, Pariſ. 1618. pag 41. & 143.

13. S. Moderanus 2. aliàs Moderandus & Moraneus Epiſcopatum reſignatione dimiſit an. 719. & Romam conſimiliter petens in Monaſterio à ſe conſtructo manſit. Vitáque malè orbatus putatur an. 717. g Ita pro vero falſum ſolus vice verſa ſupputat Chenutius, mortem diſceſſui è Sede præueniendo. Nam meliùs concludere debuerat Sanctum finiiſſe an. 727. Redonenſis Eccl. eum officio recolit: nec tamen eius Feſtum inſerit Martyrol. Rom. g 16. Maij.

14. *Vinarinus* 1. *ſeu Guarinus.* Hoc ſolùm Chenutius, & ſic commutant literas Vaſcones, expoſitas in noſtris amplioribus Chronologiis h. Sed frater Auguſtinus Theologus addit Præſulem ſediſſe temporibus Priſpoi Regis Britanniæ minoris, dominantis ab an. 850. ad 857. Epiſcopo moriente an. 866. initio. h Matiſconenſib Nu. 36. §. 3.

15. Electranus ſeu Electranius 2. & Electrānius conſecratus eſt Antiſtes ab Erardo Archiepiſc. Turonenſi an. cit. 866. ſub finem, teſtibus ibi Annaliſta Baronio & de Paſſu: ignoto ſui exitus tempore. Ita duo etiam alij de more authores.

16. Tethaldus quando Epiſcopatum abdicauit in fauorem Gualteri, non ſuggeritur: contentus datâ recenti Abbatiâ S. Melani.

17. Gualterus 1. nominis, abſque chronologia: frater Manguenoti Dynaſtæ *de la Guerche*. Sic vterque Epiſcopus in Chenuti o.

18. Vuarinus ſeu Guarinus 2. regebat Eccleſiam an. 990. apud Chenutium.

I 19. Tri

22. Triſcandus frater Gualterij 1. Obüt 13. Septembris.

23. Gualterus 2. interiit 10. Maij,

24 Vuarinus ſeu Guarinus 2. (non 3. quibuſdam) ſocius fuerat in bello Ducis Alani filij Geofredi anno 1028. ex Argentreo. Tum ex Chenutio defunctus eſt 17. Maij, anno 1036.

25. Mainus ſeu Maino, vulgò *Meen*, rexit Eccleſiam annis 39. ſcilicet ab anno 1037. Ac obiit anno 1075. [k]. Hoc pacto Chenutius. Sed Argentreus ſcribit [l] vno verbo *Mamo* ad Numerum ſuum 21. Deinde Numero 23. poſt Syluestrum (qui ſequitur) dicit ſeorſum Meen Epiſcopum ſecutum Ducem Conanum 2. in Dolenſi obſidione aduersùs Riualonem an. 1605. Qui annus profectò ritè cadit in annos Maini à Chenutio conſtitutos. Vnde cogimur duos viros Argentrei hac vice in vnum adigere hoc ordine cum ipſo Chenutio. Cæterùm iſte Prælatus eſt alius à Maino Abbate eiuſdem Britanniæ an. 600. ex patriæ Legendariis [m].
k 20. Auguſt. l pa. 42. m & Gazeno 14. Iunij.

26. Mauricius primus Antiſtes conſtituitur à ſolo Argentreo ſub annis 609. & 1074. poſt ſuum Maënum calculúmque ſuprà. Quo tempore Mauritij narrat Author habitum eſſe Concilium Prouinciale Redonenſe Epiſcoporum Archiepiſcopatus Turonenſis, nequaquam certè collocatum in Tomis Conciliorum & corpore iuris. Is autem Mauricius profectò ſecundùm præfatos noſtros computus annuos ex Chenutio depromptos (qui huius Præſulis obliuiſcitur) non poſſet hoc annumerari ordine, imò nullibi. Verùm ſi ex officio Sedem Maïni annorum 39. (ex eodem Chenutio) reſtrinxerimus ad annos viginti ſufficientes ei, vt finierit anno 1056. (loco 1075.) & Syluestrum pariter arctauerimus ad terminum anni 1062. vt pote anteferendum Mauritio: ſauè locus decentiſſimus ſupererit, quo ipſemet Mauritius inchoet ab anno 1069. Hoc creditu facile eſt in ſumma, dum enitimur amplecti omnes Antiſtites, & perfectos catalogos aſſuere in quibuslibet Epiſcopatibus, ideò ſic inde nobis ratiocinandum venit circa Datas allatas, & in concordiam reuocandum congregandúmque partiales authores Chenutiũ vel Auguſtinum, qui partẽ duntaxat inſinuaſſe viſuntur, ex aliis ducti typis priuatis, fusè diſperſis, quos in rotũ aliquod Opus cũ Argentreo adunare, & horum ſingulos in commune bonum reducere, nobis laborioſum eſt & difficile. Atque reuerâ hoc iam præſtitiſſe aut ſimul exæquaſſe debuiſſet Chenutius, conferendo vnà duos Britanniæ prædeceſſores, cùm is vltimus prædeceſſor extiterit, non autem conticuiſſe vt plurimùm, & perficiendi curam poſteris reliquiſſe noſtro præſenti diſpendio & incommodo.

27. Ioannes Gicquel.
28. Tudualdus de Burgo.
} Iſti duo à ſolo Argẽtreo ſubſtituũtur paucis Mauritio ſine Data. Sed cùm ille ſupponatur extinctus anno 1074. & ſequens ordiatur ab anno 1076. concluditur hoſce ambos breuiſſimè tantùm ſediſſe toto anno medio 1075. & aliquot fortè menſibus.

29. Syluester Dynaſta *de Prouence & de la Guierche*, frater Epiſcopi Gualteri primi, defuncta vxore electus eſt Antiſtes. Qui tenens clauum Eccleſiæ ab anno milleſimo ſeptuageſimo ſexto ad decennium, Cancellarius fuit Connani ſecundi. Interiit verò die 18. Ianuarij anno milleſimo nonageſimo ſexto. Sic plura Chenutius quàm Auguſtinus de Paſſu. Attamen Argentreus efficit eum iam Epiſcopum anno milleſimo ſexageſimo ſecundo, ponítque ante Maënum & Syluestrum. Cui diario obſtat ſanè recentior calculus Chenutij pro deceſſore Maino,

30. Marbodus vulgò *Marbeuf*, antea Archidiaconus Andegauenſis, dicitur à Chenutio, teſte paulò vetuſtiore Auguſtino, creatus Antiſtes Redonenſis per Vrbanum Papam ſecundum, *quando Turoni Concilium celebraret* menſe Martio (ait) anno citato milleſimo nonageſimo ſexto deceſſoris morientis. Verùm Romanus ille Pontifex nullum aliud in Galliis Concilium habuit quàm illud memorabile Claromontanum integris annis cõtinuis 1095. & 1096. pro bellica in Turcas expeditione, promulgatoribus Platina, Genebrardo, & Ciaconio [n]. Illic ergo duntaxat facta eſt eiuſmodi conſtitutio Epiſcopalis: qua potitus eſt Marbodus annis viginti ſeptem menſibus 7. Monachatum tandem profeſſus in Eccleſia ſancti Albini Andegauenſis ex libera dimiſſione Epiſcopatus. Deceſſit ibi vndecimo Septembris, anno 1123. Vnde concluditur tunc annos inchoari ſolitos à Paſchate, non à Ianuario.
n p. 146. Till. in Chron.

31. Rotal

31.Rotaldus 1.ſeu Rotandus obiit 21.Nouembr.an.1126. ex Chenutio,citra controuerſiam

32.Hamelianus S.Albini Andegauenſis Abbas conſecratus eſt Epiſcopus 15. Maij ſequentis. Sedit autem annis 14. Vnde ſolutus an. 1141.[q] q 3. Februar.

33. Alanus 1.vulgò *Alain*,ſedit quidem annis 15. & abiit in viam vniuerſæ carnis 1. Maij anno 1156. ex Chenutio. Sed Robertus de Monte in Supplemento Chronici Sigiberti [r] eum ſtatuit mortuum anno ſequenti. Quod & renouat Demochares,tum Argentreus. r Pariſ.1583.

34 Stephanus 2.quem Chenutius dicit primum,ex electo,necdum benedicto Abbate S.Florentij, attamen Monacho ibidem profeſſo,factus eſt confeſtim Epiſcopus Rhedonenſis per annos 10.Ex quo defecit an.1166.[ſ] ſeu veriùs ſequenti,Vir plurimùm literatus & eloquens ex cit.Roberto,& duobus proximè aſſuetis Authoribus. ſ 5.Septemb.

35. Robertus 1.Canonicus S.Petri de *Reillé* prope *Fougeres*,aſſedit anno vnico i diſcedens 9. Decemb.an.1167.vel 1168.

36. Stephanus 3.*de Fougeres*,apud Chenutium 2.Abbas Monachus S.Florentij,1.Capellanus Henrici 2.Regis Anglicani ac Ducis Normaniæ,ſedit Redonibus ann.10.ab an.1169.Propterea obiit an.1179.ex Argentreo[t],vel etiam an. antecedente 1178.[u] ex comprobatore Roberto de monte,cum viſionibus ei diuinitus immiſſis. t Pag 43. u 21 Decemb.

37. Philippus primùm Abbas Claromontenſis Ordinis Ciſtercienſis ſedit annis duobus. Et defecit an.1181.ex Roberto Argentreo & Chenutio [y].Vide numerum Catalogi Priocenſis pro ipſius Concilio. y 18 Apr.

38.Iacobus 1.ex Chartulario Baſilicæ S.Melanij.Sedit 3.an.diſcedens an.1184.ſic reformandus Chenutius,dicens 33.annos poſt Auguſtinum.

39.Hebertus Claromontanus Abbas conſecratur menſe Iulio an.cit.1184.Præfuitque ipſi Eccleſiæ Redonenſi annis 14.& menſib.5.Quocirca deceſſit an.1198.[z] Chenutio. z 10. Decemb.

40.Petrus 1.de Dinan priùs ſub Archiepiſcopatu Eboracenſi Anglicano Archidiaconus,Redonum illatus eſt, Cancellarius Britanniæ, Geofredi Anglicani tempore, ac Conſtantiæ Britanniæ Duciſſæ.Vbi poſtquam ſedit ann.10.& dieb.15.obiit ann.1209.non 1198. nec multùm antea apud Argentreum ſine Data.

41. Petrus 2.*de Fougeres*,Stephani ſecundi nepos,inauguratus an.1210.præfuit eidem Eccleſiæ an.13.& triente,migrans an.1222.[a] Chenutius. a 10.Iulij.

42. Ioſſelinus *de Montauban* ſedit abhinc annis rurſus totidem [b]. b Obiit 31. Nouemb. an. 1234 Argent. 1230.

43. Ioannes 1.Giquel annis 22.receſſit 11.Septembris an.1257. Chenutius.

44. Ægidius 1.vulgò *Eloy*, an.5.in Sede,ac euolauit an.1262. Chenutius.

45. Mauricius 2.de Treledy,an.10.mundo expulſus an.1282.[c] vterque proximus. c 16.Sept.

46. Guilelmus 2. de Rupe Tangui Magiſter in Theologia, cum benignitate facundus, præſedit annis quindecim moribundus an. milleſimo ducenteſimo nonageſimo ſeptimo ex noſtra emendatione ſupra Chenutij editionem, qui minuēdo malè locat milleſimum ducenteſimum nonageſimum ſecundum. Noſter annus ſic poſtea quæritando viſus eſt apud Auguſtinum ſub 20.Septembris.

47. Frater Ioannes 2. non 3. Monachus profeſſus, dum ſedit annis 5.finiit anno 1302. teſte Chenutio.

48. Yuo 1.præfuit annis 3.dilapſus anno 1305. nos ita corrigendo typographiam Authoris, qui dicit iterum an.1302.De Paſſu tacet in calculo.

49. Ægidius 2.per biennium.Defecit 27. Septembris an. 1307. vel ſecundum Argentreum anno 1306.Vulgò *Gilles*.

50. Alanus 2.ex familia *de Chaſteau-Giron*,Theſaurarius Baſilicæ S. Petri, Ducis à Conſiliis, ſedit annis vndeviginti. Vale dicens anno 1327.die 24.Septembris,ex Chenutio.

51. Alanus 3. deceſſoris nepos, priùs Redonenſis Archidiaconus, ſedit anno ſolo 1328. die 21.Nouembr.Totum ex Chenutio.Argenteus ei adiicit cognomen *de Chaſteau Giron*.

52. Guilelmus 3.cognomine *Ounriong*, ſedit pariter annis vndeuiginti:deficiens anno 1347.[e] Ex duobus ſolitis Authoribus. e 10.Iunij.

53. Yuo ſecundus agnominis *de Romaſdec*,item biennio,moriénſque ann.1349.[f] Argentreus non niſi nomen. f 13. Octob.

54. Archandus an.4.Obiit veriùs an.1353.quàm 1354. Chenut.Præterit Argentreus.

55. Petrus 3.dictus *de la Val*,filius Guidonis noni Dynaſtæ *de la Val & de Vitré*, ſedit ann. 3. & interit 15.Ianuarij an.1356.vel 357.Chenutius.

56. Guilelmus 4.annis duobus,euanuit ann. 1359. Hunc præciſum Chenutij calculum non profert Auguſtinus.

57. Petrus 4. de Guenemé, radic fortè Principum de Rohan, ex arbore conſanguinitatis per nos erutæ in Lugdun.[g] Is Eccleſiam S.Petri conſecrauit an. 1356. ſeditque annis tribus.Chenutius.Apud Argentreum ingreſſus eſt ſolenniter die 3.Nouemb.1359.

57. Roaldus de Treal antea Canonicus Redonenſis, ſedens annis 21. diſceſſit 3. Februarij an. 1383. Vulgò *Raoul.* Æqualis aput Argentreoum.

58. Guilelmus 5. de Bris, annis 4. integris. Chenutius.

59. Antonius ſedebat anno 1388.

60. Anſelmus de Cantemerle ex Chenutio, vulgò *Anſeaulme* apud Argentreum [g] tantæ [g] pa.44. apud Principes authoritatis fuit, vt Martinus Papa 5. eum Archiepiſcopali Pallio inſignierit. Teſtamento legauit cuique 203. Eccleſiarum Parœcialium Calicem argenti 20. librarum turonenſ. Hoc non dicit Theologus Dominicanus. Mortuus eſt autem ille Præſul die 1. Nouemb. 1427.

61. Guilelmus 6. Brillet valde religioſus, antea Brioceniſis 45. Huic Epiſcopatui denique renũciauit in gratiam ſucceſſoris nepotis ex ſorore anno 1447. Sic equidem calculum ſtatuit Chenutius cum Auguſtino. Sed malè ei poſt Anſelmum præfert Ioannem 2. ſub Data poſteriori, ſanè falſo & præpoſtero ordine. De quo propterea ſatiùs infrà. Vnde Theologus ille Præſulem meliùs locat defunctum anno ſequenti 1448.[h] quàm Iureconſultus & Argentreus anno tardiori 1470. vt eorum errorem ob præmaturum ſibi Ioannem reſarcire conaretur. [h] 3. Febr.

62. Robertus 2. *de la Riuiere* reſignanti auunculo Guilelmo ſucceſſit: finijtque anno circiter 1450. Sic totum malè citra uomen ex Chenutio. Religioſus autem quoad ſolarem ſupputationem dicit veriùs anno 1450. die 18. Martij: quia nondum antea meminerat Ioannis 2. à Chenutio præmiſſi ex nimiùm accelerata præuentione. Silet Argentreus.

63. Ioannes nunc ſecundus de Coet-quits, antea Canonicus Archidiaconus de Deſerto Trecorenſis Diœceſis, *Redonenſi Cathedræ præfuit ab anno 1451. veluti opportunè infert Chenutius, idq; ſyncerius per nos hoc poſt Robertum ordine, cùm iſte annus ab eo inſeri ſolitus (altiori ſitu) longiùs ſummoueretur à morte Anſelmi an. 1427. Obuidque Author vacuum indebitè reliquerat, iſtic mox ex ſequuta temporum plenitudine ſublatum. Præſul verò tandem factus eſt inde Epiſcopus 112. Trecorenſis an. 1454. Vbi tamen Argentreus dicit obiiſſe an. 1453. * ex Auguſtino

64. Iacobus *d'Eſpinay* primò nobilis Maclouienſis Epiſcopus 62. pleroſque ſuſpexit nepotes ad dignitates in Clero promotos, ſcilicet Andream Lugdunenſem Primatem, de quo nos pridem[i], Ioannem Antiſtitem 61. Valentinenſem, & Robertum alibi. Interim, iſte Iacobus rexit inde ſacram Ædem annis 24. Ac horas duxit extremas anno 1482. Quod non dicit Argentreus. [i] In Lugdun. Nu. 116.

65. Michael Guibé 1. Dolenſis Antiſtes 69. huc tranſlatus eſt ad deceſſum Iacobi. Et diem clauſit circa annum ingredientem 1501. Pariter Argentreus.

66. Guygo Lugdunenſis, vulgò *Guy*, à ſolo Argentreo nominatur per Capitulum Redonenſe electus confeſtim ab exitu præfati Michaëlis die 3. Martij anno cit. 1501. Et Rex Ludouicus 12. Reginàque Anna iuſſêre declarandum per publicum Capitularem Actum, quòd electio eiuſmodi celebrata eſſet præter regiam ipſorum voluntatem. At certè nihil aliud ibi de ipſo. Adeóque neſcitur, quandiu is in Sede adluxerit. Saltem reliqui de more Scriptores conſcribunt Robertum, qui mox adſequitur, immediatum Michaëlis ſucceſſorem. Verùm denique idem Guygo videtur tantùm ſediſſe annis duobus vel tribus, ad 1503. integrum.

67. Robertus 3. Chenutio cognomine *de Guibé*, Michaëlis ſucceſſor, apud Ciaconium vocitatur *de Calach Britto Gallus*,[l] Cardinalis factus tit. S. Anaſtaſiæ à Iulio Papa 2. non anno 1506. ſed ann. 1505.[m] ad tertiam Cardinalium creationem, interuentu Ludouici 12. Francorum Regis & Annæ Britannicæ Reginę. Sed aduerte exactius, quòd inter Sedes alias Epiſcopales, quas ille Robertus eſt conſequutus ante & retro hanc Redonenſem, præcisè legitur adeptus pileum Cardinalitium, quando præſentem Epiſcopatum poſſidebat; quia Ciaconius dicit, *Robertus Britto Epiſcopus Redonenſis, & paulò poſt Nannetenſis, à Pontifice in Senatorum numero adſcriptus eſt, &c.* necdum tunc accedente noua dignitate, Nannetenſis Eccleſia ei obtigerat: & Author ſeriùs talia ſcribens, connotat ea quæ poſtmodum euênere. De hoc ergo Lectorem monitum voluimus ex munere, propterea quòd Chenutius in aliis quoque eiuſdem Roberti Sedibus confusè hunc Cardinalatum renouat, quod ſemel dixiſſe oportuerat, adeo vt diſceruere Lector confuſus & anceps nequeat in illo volumine, ſub quo Epiſcopatu purpurã induerit Præſul. Studioſũ autem veritatis hoc ampliùs labore curauimus eximere. De quo viro nihil planè Argentreus. Hinc porrò facilè elicitur eundem Robertum iam adſtrictum Redonibus ante an. 1505. [l] pag. 1088. [m] in Febr.

accepti

accepti Cardinalatus; vnde liceat inferre præmiſſum Guigonem paucioribus ſediſſe annis ibidem. Quod verò denique ſpectat ad duos præfatos vxoratos Principes Roberti ad excellentiora motores, qui ex humili, & inope fortuna ſuo creuerat ingenio: ſanè is tandem ab ipſis deſpectus, quòd Pontificio nomini magis quàm Gallorum cauſæ faueret, Romam pedem retraxit: illicque demum expirauit ſub Leone 1. Papa 10. die 5. Idus Nouembr.[n] meliùs quàm 9. Septembris, an. 1513. ibi ſepultus in Eccleſia Brittonum S. Yuonis Nannetum antea poſſidebat Num. 87. infrà. Non legitur Turonenſis Epiſcopus, etſi hoc ſcribat Chenutius. Sed benè primùn Trecorenſis 115. & poſtea alibi.
n Ciac pag. 1053.

68. Frater Yuo Mayeux Dominicanus, Regum Caroli 8. & præfati Ludouici ac Reginæ Confeſſor Epiſcopatum curauit annis 635. cum incredibili vitæ ſanctimouia & liberalitate erga pauperes, deficiens, anno 1541.[o] ætatis 70. Argentreus verò peius ideò dicit Præſulem ſediſſe ſupra annos quadraginta, quia Robertum Catalogo præmittendum minimè nouit [p].
o 20. Sept.
p li. 2cit. pag. 45.

69. Claudius Dodieu Lugdunenſis, *D. de Vely*, Legatus Regis Franciſci primi ad Paulum Papam 4. & Carolum 5. Imperatorem, Diœceſim adminiſtrauit annis 18. Sublatus de medio Pariſiis ſub an. 1558.

70. Bernardus Bochetel Bituricenſis, Legatus Orator Regis Caroli 9. ad diuerſos Optimates anno 1560.[q] Vnde non valens Paſtor præpeditus inſeruire concreditis ouibus, ſe Epiſcopatu reſignatione abdicauit. Chenutius. Hunc rurſus neſcit Argentreus.
q Thuanus hiſtoric. lib. 17. at interdictus.

71. Bertrandus *de Marillac* Religioſus Claromontenſis Franciſcanus, eruditus & eloquens Theologus Concionator, bullatus Antiſtes à Paulo Papa quarto anno milleſimo quingenteſimo ſexageſimo quinto [r]: poſt decennium regiminis à Deo vocatus eſt anno milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo tertio. Communis. Iſque Frater Caroli de Marillac Archiepiſcopi 102. Viennenſis.
r 26. Octobr.

72. Æmarius Hannequin Pariſinus, ante hunc Præſulatum fuerat Eccleſiæ Pariſienſis Canonicus, ac in ſuprema Curia Senator, & Abbas Commendatarius Eſpernenſis [ſ] ad Matronam Campaniæ; Confeſſiones D. Auguſtini Gallicas fecit: largus & miſericors in pauperes, quem noui. Conſepultus anno 1596.[t]
ſ vulgò *d'Eſparnay*.
t 13. Ianuar.

73. Arnaldus d'Oſſat Auxitanus ex Chenutio, vel Burdegalenſis ſecundum Argentreum Redonenſem Præſulem, à Clemente Papa octauo nominatus eſt Cardinalis, non anno 1599. vti cenſet idem Chenutius, ſed ann. 1598. in quarta creatione tit. S. Euſebij, ex Ciaconio [u], à quo is appellatur *Arnaldus Doſſatus Gallus*, vnà tunc cum Roberto Bellarmino, & Bonuiſo Bonuiſio. Tum ad Baiocenſem Epiſcopatum tranſlatus.
u 3. Mart. pa. 1880.

74. Seraphinus Oliuarius ex reſignatione præfati Arnaldi ingreſſus eſt Sedem anno extremo 1600. Verùm ante poſſeſſionem adeptam ſolium deſignauit conſequenti, ipſe Patriarcha Alexandrinus factus ad annum 1602. necnon & Cardinalis tit. S. Saluatoris in Lauro, nondum à Ciaconio inſcriptus. In Argentreo cognomine *Delphinas*.

75. Franciſcus Lachiuer ſuperioris reſignatione decoratus, Sedi introducitur anno eodem 1602.[x] ſecundum Chenutium. Sed ex Argentreo is realem arripuit poſſeſſionem anno 1604. Quo titulo interfuit Lutetianis generalibus Comitiis anni 1614.[y] Ceſsitque fatis anno 1619 [z].
x menſe Sept.
y 1. Septemb.
z 22. Febr.

76. Petrus 5. Cornillet, antea Epiſcopus 125. Trecorenſis, nominatus eſt hic coram Sede Romana à Ludouico decimo tertio Rege Iuſto, die decima ſeptima Martij anno 1619. Et floret hoc anno 1625, quem Deus Optim. Max. diuturna in Sede beet ad vitam cœleſtem.

SERIES
CHRONOLOGICA EPISCOPORUM NANNETENSIVM, SVB GALLIA CELTICA LVGDVNENSI IN minore Britannia.

SEDES QVARTA SVFFRAGANEA Archiepiſcopatus Turonenſis.

1. SANCTVS CLARVS à ſucceſſore B.Petri in Gallias miſſus anno ſalutis 70.fundamenta iecit Eccleſię Cathedralis Nannetenſis.Chenutius hoc ſolùm narrat ex veteri traditione & aſſertione Canonicorũ loci, quos ille ad Tabulæ calcem nominat. At præterea diſcimus per eruditos Religioſos fide dignos, oculatos teſtes,quòd dum Caput aliæque Reliquiæ ſancti Clari alicubi quondam Epiſcopi deuotè coluntur in Cathedrali Eccleſia Diœceſeos Tutellenſis apud inferiorem Lemouicenſium Prouinciam cum vigilia &.ſolenni feſto 2. Iunij,necnon inſolitâ populorum frequentiâ, eiuſmodi Reliquiæ ſunt concipiendæ de præfato 1. Epiſcopo Nannetenſi. Et ratio eſt,quia Ciues Tutellenſes non affirmant illum Clarum extitiſſe ſuum Epiſcopum,eò quòd primus eis legitur impertitus ſeculo 13.Euangelico ex Decreto Ioannis Papæ.22. ſic diuidendo nimiam ſeu maiorem quondam amplitudinem Diœceſeos Lemouicenſis. Et ex parte etiam quia nullus alius habetur in Gallia Clarus Epiſcopus quàm iſte Nannetenſis, præſertim adeò antiquus. Cæterùm is nondum liquet in Martyrologio Romano.
2. Emmius ex traditione ſequens.
3. S.Simplicius in Canone Confeſſorum 16. Iunij, ex Martyrologio Romano.Nonnullis dicitur Similinus anno trecenteſimo ſeptimo per mediæ literæ ſaltum, vulgò *Sainct Sambin.*
4. Fumelius ſine Data,ex ſolo Auguſtino de Paſſu poſt Similianum, & ante ſequacem Martinum,pagina 841.
5. *S. Martinus ſeu Marcus.* Sic breuior Chenutius, poſt interiectum Eumenium, quem ex cauſa poſtponimus ob Chronologiam a. — a nu. 15.
6. *Ariſtus ſeu Ariſius, B. Hilarij ſynchronus ac ſocius anno ſalutis* 369. Ita Patronus ille, quem hac vice ſuſcipimus, donec id perpendere liceat exactiùs. Iſte non in Argentreo: benè quidem circunſtantes.
7. *Deſiderius* anno 388. Hæc ille; citra demonſtrationem. Antea autem fuerat Archidiaconus Eccleſiæ ex Argentreo b. — b li. 1. pa. 48.
8. *Leo* anno 411. Pariter ipſe exemptus omni teſtimonio.
9. *Euſebius* 447. *ſubſcripſit primo Turonenſi Concilio.* Sic breuior Chenutius, & verè in facto, ex Tomo 2. Conciliorum Veneriis, ibi tamen Synodo habita anno 461. licèt Demochares hunc virum ſtatuat primo loco, & Auguſtinus eundem in Concilio tardiùs poſtponat ſub anno quadringenteſimo octuageſimo ſecundo. Potuit verò Præſul inchoare anno citato 447. Argentreus pariter ferè.
10. *Nonnichius* 1.Ille ſic vnicus ab Argentreo & Chenutio appellatur, ſeditque anno 464. dictus ab Auguſtino *Nomechius*, tanquam præſens Concilio Venetico Armorico anno 455. c & *Nunechius* quintus in ipſa Synodo Venetiis Italiæ edita, ac veriùs celebrata anno quadringenteſimo ſexageſimo. — c At ille hunc poſt tres inferiùs.
11. *Karinudus* 487. Ita certè apud Iureconſultum. Sed Theologo Auguſtino *Caruindus*, & Argentreo *Karmudus.*
12. *Sermicus* 482. Hoc pacto & ordine Aduocatus: & apud Argentreum *Cermicus.* Verùm Dominicano Cerimius. Qui Author poſterior eum ſuo Caruindo præfert.

13.Cle

13. *Clematius.* Id ſolùm Religioſus. At ſuperadditur à laïco: aliàs *Clemarius*, 498. Argentreo autem dicitur *Clemanus.*

14. Felix recèns hic à nobis conſtitutus primus, dicitur à Baronio Epiſcopus Nanneticus anno 511. Numero 2. Tomo 6. antea iunior Conſul, Præfectus atque Patricius, mutuò acceptus ex Epiſtola Theodorici ad Imperatorem Anaſtaſium, quæ conſtat apud Caſſiodorum *. Et quod fuerit Præſul iſtius Gallicanæ regionis inducitur à Poëta Venantio Honorato Fortunato, Italo quidem genere, ſed qui ex meritis ſanctitatis vitæ meruit fieri in Galliis Antiſtes 32. Pictauienſis, etſi nondum legatur in Romano Martyrologio. Is Felicem celebrat, tanquam virum Gallum Aquitanum valdè potentem, ſéque totum Numini deuouentem. At deinceps Tomo 7. idem Baronius hunc Epiſcopum renouat ſub anno 574. Numero 16. tanquam illa ſolari reuolutione obierit. Vnde concludere fas eſt, quòd prior annus cit. 511. fuerit ipſius infantiæ vel adoleſcentiæ tempus, ante illius Epiſcopatum: aut ſi eſſet annus, viri iam tunc ſedentis: oportuit ergo quòd poſtea intra biennium adſequens ex verè Chriſtiana humilitate ſolio renunciarit. Nam obſtant Datæ ſucceſſorum, ne diutiùs ſederit ad interitum vſque. Et neque rurſus eiuſdē vitam ſuis ſuprà circunſcriptam limitibus protrahere licuit vlteriùs, vſque ad Ioannem, infra quem dicimus alterum atque ſecundum Numero 20. quia iſte eò in humanis peruenire nequiuiſſet. Propterea duos cogimur Felices in præſenti catalogo admittere.

* li. 8. epiſt. 2.

15. Epiphanius 513. *interfuit primo Aurelianenſi Concilio.* Scilicet anno 515. d Sic Argentreus, Demochares & Chenut. ex æquo. Duntaxat volumen Conciliorum vocat vrbem *Mammeticenſem.* Et alias Concilij Datas collige Artic. 14. Trecenſi finali.

d malè Auguſti an. 579.

16. S. Marſus nobilis ex profano Iudice factus Epiſcopus ſine calculo apud Chenutium hac ſerie. Non in Martyrologio Romano. In Argentreo vulgò *S. Mars.*

17. *Eumelius*, ſemel ita hac ſerie in Auguſtino: at in Chenutio bis fuſtra *Eumetius ſiue Eumerius.* Priore quidem loco altiùs quàm par illi Patrono fuerat, quarto ante præmiſſum Martinum ordine. Quippe tardiùs ipſe ſub hunc competentem locum adiit ſecundam Aurelianenſem Cleri coronam, quæ viſa eſt celebris anno 533. ex Tomo ſecundo Conciliorum e, in aliis meliùs 536. & 537. vti cenſet Dominicanus. Et illum textus Tomi vocitat Eumerium. Cenſemus enim vnum & eundem eſſe virum, quem in duos ſub pari voce partitur Chenutius, atque repetit hac ſerie tertiori poſt Marſum. Concurri præterea Antiſtes per Commiſſum ad tertiam Synodum Aurelianam, & per ſeipſum ad quartam, annis 540. & 546. vel 550, verioribus quàm dictet Auguſtinus an. 552. Tum obiit ſecundum eum ad annum 553.

e Venetiis.

18. Condius tradito ſolo iure ſequax, ex Argentreo Chenutióque. Ad annum quingenteſimum quinquageſimum octauum.

19. Madianus, ex Chenutio tantùm: nec aperit vnde ſciat. Præſul ſub anno quingenteſimo ſexageſimo & 561.

20. S. Felix 2. nobilis Bituricus, pietate clariſſimus videtur ſediſſe ab anno 563. & perſeueraſſe toto tēpore quo floruit Alanus ſecundus Britonum Rex cognomine Longus f. Abſoluit ſtructuras Eccleſiæ Cathedralis à B. Claro cœptas: cui Clotarius g Rex tranſmiſit gubernacula Nanneticæ Ciuitatis in temporalibus h. Et tandem natus annos 70. è medio ſublatus eſt anno 595. i ex Chenutio; Auguſtinus dicit anno 586. Necdum in Romano Martyrologio deprehenditur. Alia paulò Argentreus.

f ab an. 560. ad 590. ex hiſtor. Armorica Britanni d'Argent. g ſiue fil. 1. moriens an. 564 ſiue 2. regnum auſpicatus ab an. 588. h Greg. Tur. li. 6. Fiac. c. 5. i pag. 49.

21. *Nonnichius* 2. *Felici conſobrinus Rege ordinante ſucceſſit* K. Sic D. Gregorius Turonenſis l. *Et hoc equidem anno* 596. m Chenutio dicitur, *Munochus ſeu Monechius*, & Auguſtino *Nomechius*, ſine alio teſte. Et Demochares nihil de iſto, vt nec de quatuor ſequentibus.

K Clotar. 2. l cit. ſin.

22. Sophronius ex ſolo Auguſtini de Paſſu autographo ſedens florebat vltimò ſub annis 614. & 615. iuſtiote libra emenſis, & fortè anterioribus, tempore S. Columbani celeberrimi in Belgio Abbatis. Et certè hæc eius ſeries ritè quadrat cum dictatoris ordinatione, perſpecta vacua alioqui annorum diſtantia inter prædeceſſorem Nonnichium, & Enphronium facilè pedeſtrem.

m vel 590. ex Auguſtin. o.

23. 23. *Euphronius interfuit Concilio Lutetiæ habito tempore Clotarij* 1. Sic Argenteus n atque Chenutius vniuerſim, qui poſtrior allegat id Concilium eſſe primum. At certè non ita. Nam peruia duo eccleſiaſtica Concilia Pariſienſia ex Tomis Conciliorum iamdudum exitum habuerant anno 558. vel 559., hoc eſt annis 30. o antequam regnaſſet Clotarius. Neque rurſus id Concilium cenſetur aliquod tertium Pariſienſe à Chilperico Rege præfati Clotarij parente coactum pro ciuili duntaxat regni ſtatu iuxta Baronium extra corpus

n pag. 50. o & Baron. in Annal.

pus iuris p. Neque denuò aſſumi poteſt pro vno ex tribus aliis poſterioribus, itémque ciuilibus Cleri Gallicani Congregarionibus Lutetiæ tardiùs conſpicuis: nimirum vna ab Annaliſta Cardinali recenſita anno 847. q & duabus à Genebrardo ſub annis 1088. r & 1145. ſ Nondum verò legi cœtum factum ibidem viſum Clotario regnante. Niſi quis augurerur conuocatum Lutetiæ ab eodem Principe, pro condemnando aut exulando Lendemundo Sedunenſi Epiſcopo ad Rhodani fontes t, Reginam Bertrudem ad prauos ferè actus corrumpente. Quod tamen diſertè ſcriptis non traditur. Id autem geſtum eſt anno 617. u quo decenter & opportunè potuit ſediſſe Euphronius. Epiſcopus verò tandem abſolutus Curiam deſeruit, adſtrictus duntaxat ne Diœceſeos ſepta tranſgrederetur.

p an. 581. in Prætext. Rotom. Epiſc.
q pro pop. Chriſtiano.
r in Turcas.
ſ ab Eugen. 3. Papa.
t Sion pays de Vallois en Sauoye.
u Till. in Chron.

24. *Leopardus vel Leobardus*. Hoc ſolùm Iuriſconſultus. Sed apud Flodoardum legimus cùm ſediſſe circa annum 616. 632. & 640. in Concilio 1. Remenſi. Nos Numero 39. Lugdunenſi 83.

25. Taurinus ſeu Theurinus ſub anno 625.

26. *Harco*, ſecundum Argentreum atque Chenutium Seu Haïtco in Auguſtino. Ad annum 635.

27. Salappius gemina conſonante Demochari, malè conſcribitur à Chenutio & Argentreo conſentiens Prouinciali Synodo *Cathalaunenſi per delegatum Chaddonem ſua Archidiaconum Eccleſia anno 647. Eugenij Papa primi tempore.* Ratio multiplex eſt, quia ille Romanus Pontifex Martyri S. Martino 1. ſubſtitutus, non niſi ab anno 652. aut 653. Cathedræ orbis ſummitatem conſcendit, & nullum tunc Cathalauni legitur Concilium: at vno verbo ſeriùs anno 1114. ex ſolo Genebrardo. Quin potiùs ex aduerſo proſtant Conciliorum & Democharis volumina, quibus certè patet Concilium, de quo hîc ſermo fit, eſſe Cabilonenſe ſic vniuerſim Salappio attributum ab ipſo Demochare, quem Chenutius adſequi debuerat, & quale nos tertium ibidem appellamus ſub Gauderico 44. Lugdunenſi Archipræſule Cabiloni Præſide: cui cœtui propinquiori verè adſtitit idem Salappius per Chaddon Procuratorem inter annum 650. & 657. Et iſte calculus eſt ſolidior Data temporis, loci, atque Romani Pontificis pro Salappio conformium; Chenutius denuò ad hoc peius citat Onuphrium, quia Onuphrius Panuinus Veronenſis Coloniæ editus *, nihil tale loquitur, de Catalauno ſub præfatis duobus Romanis Pōtificibus, vt neque Platina. Prætetea annus 647. præmiſſus Chenutij, pro tertia eius allucinatione in præſenti negotio, non deprehenditur ſub Eugenio, imò ſub S. Theodoro I. Confeſſore, anno 6. Sedis ipſius Romanæ ex mente Baronij, vel ſub ſancto Martino ſucceſſore Martyre, ac proximo Eugenij anteceſſore. Verùm certè, allata Synodus Cabilonenſis viſa eſt ſub Eugenio ſedente ab anno 653. vel 654. ex præfatis authoribus dempto Baronio, eò quòd is in Annalibus illum Eugenium à ſummo capite prætetit, & de ipſo narrat ſolùm in mixtis ſuis textibus. Cæterùm verò: Cauſa deceptionis Chenutij independet, quòd vniuerſim alicubi Gallicè legerit ſola voce *Chalon* homonyma, vrbe quidem indiſtinctè & ſolidiore examine ab eoſumptæ per errorem lubentiùs pro Cathalaunenſi Campaniæ Belgij meridionalis ciuitate, vulgò conſcripta *Chaalons*, per duplex aa, quàm pro Cabilonenſi Celtica Burgundiæ, Gallis *Chalon* ſimplici a, velut obſeruar pingendum Ioannes Macæus in Chronico, ad mutuum vrbis vtriuſque diſcrimen: cùm tamen è diametro circunſtantes perſonæ & frequens lectio facilè præbeant argumentum 28 aſſumendi locum eiuſdem Concilij pro vrbe Cabilonenſi.

* 1574. in Chron. Pontificum, & Platina ſimul.

. S. Paſcarius magnæ pietatatis vir ſedit, quandiu Francis regnabat Childebertus 2. ab anno 698. ad 715. ſeptimus poſt Clotarium 2. ſub Euphronio Epiſcopo 21. recenſitum. Ita pluribus breuior Chenutius communæ luci tradendus à nobis. At Dominicus Cœnobita eum citiùs ponit ſedentem, anno 640. & morientem decimo Iulij. Locum in Martyrologio non obtinet, vt neque iſte neque ſequaces quatuor viſuntur in Demochare. Chenutius. Alia in Argentreo.

29. Agatheus. } Hi duo à ſolo Auguſtino compatriota adeóque benè ſcio conſtituti, non
30. Amitho. } debuerant obliuioni tradi ab Aduocato à Chenutio: quia eos Religioſus Doctor æquè tutò ex veteri ſibi conſpicuæ regionis traditione hauſit, ſicut & reliquos inde tanquam ex matrice à Iureconſulto ſuſceptos, vt non ſint minoris quoque ponderis.

31. Deomarus, in vtroque: Chenutio Auguſtini ſectante veſtigia. Et apud Argntreum nuncupatur Deonnarus ſolo nomine. Etiam ſine Data temporis.

32. S. Odilardus deceſſit decimo quarto Septembris, imperante Carolo Magno.

33. Almannus vtrinque. Et hi quinque hactenus ſuprà propinquiores carent anno recognito

gnito. Auguſtinus de Paſſu pagina 842.

34. Atto prædicatur Nannetenſis Epiſcopus in Concilio Vuormaticenſi ordine vigeſimus ex Tauello in Senonenſibus pagina 31. anno 816. ex Tomis Conciliorum, vel an. 836. ex eodem Tauell. nunc recèns edito, ſumpto ex Monaſterio ſancti Remigij Remenſis. Non in Tabulariis.

35 Truc̃tgarius ſecundum Argentreum, ſeu Druc̃tgarus ex Dominicano: vel Trotgarius & Druagarius ex Chenutio ſedens ad an. 834.

36. Guymardus apud Democharem, item ſanctus Gunhardus & Gohardus apud Argentreum & Theologum Armoricum, vel demum ſanctus Gunhardus apud Chenutium, dũ ſederet, ſanè an. 843. [x] ad medium Altare & ſacrificium Miſſæ in Baſilica Nannetenſi, & vrbe à Northmannis capta martyrio coronatus eſt, Lamberto Duce [y]. Sed quando Demochares citat Gaguinum facinoris hiſtoriographum ſub Rege Carolo Simplice; id non eſt ita facile creditu, quàm ſi dicatur geſtũ ſub eius auo Rege Carolo Caluo, quia Paulus Æmilius narrat ad annum præfatum 843. in eodem Caluo vniuerſim *ſuperueniſſe Normannorum tumultus, qui fines Nannetum, Turonum, Pictonum poſtulabantur* [z]. Vnde conſequens eſt illatum tunc fuiſſe ſancti Guymardi martyrium ſufficienti notâ: Carolus verò Simplex clauum ſceptri tenuit duntaxat ab anno 900. Quo bellante, equidem *Normanorum arma nouum tumultum excitarunt* (adiicit [a].) Verùm confeſtim ſedata eſt querela, partim data in coniugem Ægidia Franciæ Gothofredo Normanorum Regi [b], vel etiã, vt loquitur Gaguinus, Rollo militiæ Princeps *Gillam Caroli filiam vxorem accepit* [c] *ijs recèns ſacro baptiſmate tinctis.* Sancto autem Guymardo, vt concludam, non pollet Martyrologium Romanum: quia non eſt ſanctus Gummarus nobilis laïcus Brabantianus Confeſſor, vulgò *Gumar*, vno ſeculo vetuſtior [d], iſque Martyrologio clarus [e].

x in feſto S. Ioan. Bapt.
y Die 24. Iun.
z fol. recto 56. Pariſ. 1550 Caluus ab an. 841.
a fol 59 rec.
b verſo poſt 58 rec. in Carolo Craſſo an 886.
c Pariſ. 1528. in 8 fol. 73. recto poſt fo. Guymardi occiſi. at ibi tardiùs.
d ad an 770.
e 11. Octobr. Baron.

37. Acardus Chenutio, Arc̃tardus Auguſtino Baronióque ac demum Attardus Argentreo, ſedens ab anno 844. Vbi quando dicit Chenutius vniuerſim Præſulem vſum Pallij ab Adriano Papa ſuſcepiſſe, ſimúlque tranſlatum ad Turonenſem Archiepiſcopatum, certè hoc geſtum non eſt an. 847. neque pendente illa Sede, ſed ipſo hinc exeunte, Adriano 2. ſummam Cathedram quinquennij deſerente anno 872. ex Baronio.

38. Giſlardus ſedit vtcunque ab an. 847. ambitione noui Principis noua cupientis, Acardo viuente dimiſſo ad quinquennium, deinde reſtituto, cùm Gilbardus ad aliam partem, Epiſcopatus portione prouentus eſſet ablegatus ſuo breui tempore ex Argentreo, aduerſus quem Gilbardum condita eſt Sanctio Papalis *Non furem*, Cauſâ 7. Quæſtione prima. De qua materia ac viro Sedis Nannetis occupatore verba miſcet Baronius, eúmque vocat Giſtardum ſub an. 855. & alibi Guihardum ſub anno 853. Numero vigeſimo quarto à Northmannis oppreſſum. Cæterùm, octodecim Epiſcopi adſequentes ex præfaro Chenutio depromuntur.

39. Hermengarius circa annnm 866. Dominicano Armengarius ſub anno 878. Et Argentreo ſola voce Ermengarius [f]. — f pag. 52.

40. Lauderanus ſeu Laudranus ad annum 875. ſecundum Chenutium Auguſtino Landrandus ſub anno 889. moriens anno 897. Et Argentreo *Landranus.*

41. Gorgocius verſus annum 898. &c. ex Chenutio. Et Argentreus ſcribit, quòd ipſe citò diſceſſerit.

42. Fulcherius vel Fulchericus ſepelitur in Eccleſia S. Danatiani tempore ignoto. Appellatur Fubricus à Theologo.

43. Yſaias, huius ordinis ex ſola traditione. Religioſo Eſayas, & Argentreo *Iſaias.*

44. Adalardus ſub annum nongentreſimum vigeſimum nonum. Auguſtino ſub 907.

45. Herennus ſeu Hoſtionus, antea Epiſcopus 2. Leonenſis vſque ad annum fortè nongenteſimum trigeſ. quo ſe huc canonicè tranſtulerat. In Chenutio & apud Argentreũ *Edenus.*

46. *Vualterius ſeu Gualterus 1. ſedit tempore, quo Nannetenſis à Normannis ſecundo capta & igne incenſa fuit.* Sic Chenutius. Et Argentreus breuior. Sed Auguſtinus adiicit id genus excidij miſerè geſtum à Duce Rollone breui poſtea factum Chriſtianum, ſine Data Auctioris. Hoc autem funeſtum oportet cenſeri initum ſub Carolo Rege Simplice. Quod ſanè probat denuò S. Guymardum Antiſtitẽ 33. ſuprà nõ videri martyriũ ſubiiſſe diebus eiuſdẽ Regis, at Calui ſui aui: confirmáque noſtrũ ibi finem intentum. Verùm neque rurſus diatij prædeceſſoris Adalardi aut Herenni ad an. 930. patiuntur eiuſmodi concremationẽ perpetratũ ſub Simplice, qui iã defecerat an. 926. Sed veriùs concludendum eueniſſe an. 935. ſeptimo Ludouici Tranſmarini ſucceſſoris, regnantis, maioris natu Simplicis. Niſi obſter quòd Rollo interfectus credatur ſub illo Simplice. Et eo modo breuiores forent anni anteceſſorum Præſulum, vt par eſt.

47. Iudicaël, frater Godofredi Ducis Britanniæ, & Connani filius. Nec iſte eſt in Dominicano. Sed de ipſo Argentreus f.

f li. 4. c. 18 pa. 210.

48. Hugo, an. 998. Chenu. Liquet in Argentreo & Auguſtino ſola nuncupatione.

49. Heruiſius, vulgò *Hervé*, an. 999. Sic Chenutius. Alijs verò ſimplici voce: ex Baronio autem is Magenardum anno 1003. conſecrauit in Abbatem Carnotenſem, Numero decimo quarto.

50. Vualterius ſiue Gualterius 2. vulgò *Gautier*, antea Eques Redonenſis, Godofredi Ducis beneficio mortua vxore factus Epiſcopus an. 1007. mundo vale dicens circa annum 1028. Hæc Chenu. Cæteri abſque Data.

51. *Arardus*. Hoc ſolùm Argentreus g & Chenutius. Apud Auguſtinum verò dicitur Erardus Gualteri 2. filius, ob ſimoniam in generali Concilio Remenſi vehementer reprehenſus præſente Leone Papa 9. non ſub annum 1044. vt ille loquitur, quia tunc Romæ ſedebat Gregorius 6. duobus intermediis Pontificibus, ſed anno 1049. ſecundo Leonis, qui ſedit vſque ad an. 1054. ex Genebrardo, quo etiam anno moritur Erardus.

g pa. 52. li. 1. Aymardus.

52. *Quiriachus Guerech*, ex illuſtri Ducum Britanniæ familia oriundus, frater Hoëlis Comitis Nannetenſis & Britanniæ Ducis, ſedens tempore Henrici I. Francorum Regis, anno 1056. ex Chenutio. At ex Argentreo, an. 1034. ſub eodem Henrico, Saltem demum verius obiit anno 1060. Auguſtinus confuſè ſub an. anteceſſoris.

53. Benedictus præfati Quiriaci frater, & Alani Felgent Ducis Britanniæ auunculus, ex Monacho Abbatiæ Kemperlæ, factus eſt Abbas an. 1088. tum electus Nannetenſis Epiſcopus ad annum 1092. Omniáque ſua beneficia reſignauit an. 1111. vt tutiùs meditationi rerum ſupercœleſtium vacaret. Iſque peculiaris Argentreo atque Chenutio, dum hic ſileat Auguſtinus.

54. Briceius Argentreo, ſeu Brixius Chenutio, ad an. 1112. Dominicanus autem efficit eum mortuum an 1140.

55. *Itherius an.* 1140. *obiit* 1147. vulgò *Ithier*. Vterque æqualis Argentreo dicitur tantùm homo ſimplex.

56. S. Bernardus factus Epiſcopus an. cit. 1147. antea ex Canonico Monachus Clareuallenſis. Diſceſſit anno milleſimo centeſimo ſexageſimo nono. Duo recentiores ſic ex æquo. Et antiquiores h ſola appellatione.

h Democh. et Argentreus.

57. Robertus I. primùm Archidiaconus eiuſdem Eccleſiæ Nannetenſis, nepos ex ſorore Bernardi, electus eſt Epiſcopus an. 1171. i Robertus de Monte in Supplemento Chronici Sigiberti coætanei Epiſcopo aſſerit eum vitâ functum anno 1183. Iſta ſic ferè retinnunt tres ſoliti. Auguſtinus verò dictitat occaſum ſub anno milleſimo centeſimo octuageſimo quinto.

i Die Natal. Domini.

58. Arturus, vulgò *Artur*, ex Chenutio electus anno 1183. At ex Argentreo ſub anno 1187. tunc Patrinus Arturi filij Geofredi Ducis Britanniæ. Silent alij.

59. Mauricius ſola voce apud Argentreum. Sed in Chenutio optatus eſt ibi Antiſtes 1187. poſteàque creatus Pictauienſis Epiſcopus ab Innocentio Papa 3. Pontificatus ſui anno primo, & ſalutis 1198.

60. *Geofredus*. Hoc ſolùm Patronus laïcus. Vulgò *Geffroy* ex ſtrictiore Religioſo. Sed Argentreus antea ſubdit eû floruiſſe anno milleſimo centeſimo octuageſimo tertio, fuiſſeq; ſynchronum Herberto Præſuli Redonenſi: quem illic nominamus Hebertum k. Illa autem Data penitùs aduerſatur ipſi ſub calculo de duobus antecedentibus Epiſcopis. Quapropter ſatiùs nobis fuerat dixiſſe & ſtatuere ann. 1193. quo & vltrà ſedebat adhuc Geofredus vſque ad 1198.

k nu. 37.

61. Stephanus ad præfatum Innocentium miſſus anno 1212. l ſubditos Armoricos exemit ab obedientia alioqui debita Petro. Mauclero Duci minoris Britanniæ Eccleſias opprimenti.

l Argentreus & Chen. ſoli.

62. Clemens de Caſtello Briandi m anno milleſimo ducenteſimo vigeſimo ſeptimo, *Chenut.* Deprompius ex Catalogo ſancti Florentij veteris Auguſtini. Argentreus nihil præter nomen.

m *Chaſteau-briant.*

63. Henricus primus ab anno milleſimo ducenteſimo vigeſimo octauo, moritúrque anno milleſimo ducenteſimo trigeſimo quarto ex Chenutio: vel anno milleſimo ducenteſimo trigeſimo ex Argentreo.

64. Daniel primus anno milleſimo ducenteſimo trigeſimo octauo confirmabat ſuæ ſtatuta Eccleſiæ, poſtmodum approbata per Ioannem Papam vigeſimum ſecundum n.

n 6. Idus Maij & ann. 6. ſui Pôtific. non in Auguſt.

65. Robertus 2. cùm hic eſſet Epiſcopus, an.1240. ſelectus eſt Patriarcha Hieroſolymitanus, poſtquam antea fuerat Aquileienſis [o].

66. Galeranus ſiue Vrbanus ab anno milleſimo ducẽteſimo quadrageſimo primo, antea Decanus Turonenſis, ſemper defenſor Eccleſiarum. Orbatus luce communi ad ann.1247. Huc vſque Archiui ſanctæ Crucis. [o] Argen.& Chen.

67. Iacobus primùm etiam Decanus Turonicus. Deceſſit an.1270. Auguſtinus & Chenutius ſic ex æquo. Verùm Argentreus ſola voce. [p] Omnes tres fere æquales. Tunc Ioan. 1. nominis Dux Britan.

68. Guilelmus 1. *de Verin* interiit 18. Octobris 1286. Auguſtinus. Hunc & ſequentem malè ordinat Chenutius poſt Danielem 2.

69. Durantus obiit anno milleſimo ducenteſimo nonageſimo quarto. Chenutius. Apud Auguſtinum vocatur *Durantus*.

70. Barnabas: nihil pluris ex ſolo eodem Dominicano, ſub hoc vniuerſali ordine, abſque Data. Veriùs ergo ad annum 1300.

71. Henricus 2. de Caleſtria obiit anno milleſimo treceteſimo quarto ex Chenutio, qui eum poſt Danielem conſtituit.

72. Daniel 2. ab an. 1305. Decanatum Eccleſiæ Nannetenſis auxit præeminentiis, & anno 1308. profectus eſt Legatus cum aliis nouem ad Clementem Papam quintum pro Britannia ex Argentreo & Chenutio, qui ſeriem in circum Inuertit optimam. Interim Præſul ex Auguſtino rexit annis 32. & ſemiſſe, ac finem habuit anno milleſimo treceteſimo trigeſimo ſeptimo [q]. [q] 17.Febr.

73. Robertus 3. Paynel ab anno 1354. Antea Epiſcopus 98. Trecorenſis. Chenutius. Fortè inter hunc & Danielem ponendus Barnabas cit. ob notabilem inter ambos diſtantiam.

74. Daniel 3. cognomine *de Guemené*, vbique penes nomen ſine Data ſub hoc ordine. Fortaſſis ſub an.1360. in media diſtantia anteceſſoris & ſequacis.

75. Simon Lingonenſis, antea Generalis Prædicatorum ſub an.1352. Sed factus hîc Antiſtes anno 1364. ex Chenutio. Tum Auguſtinus facit eum diſceſſiſſe 7. Iunij, an. 1375. At ſequens obeſt [r]: aut locus eget interpretatiunculâ.

76. Oliuerius ſeu Oliuarius Salahadin, dictus flos Prælatorum, ſecundum Chenutium quidem deceſſit circa an. 1337. cùm de ipſo nihil vltra nomen prædicet Auguſtinus de Paſſu. Verùm Argentreus eum teſtatur mortuum circiter an. 1375.[f] tempore ducis Ioannis cognomine Strenui, qui quartus nomenclatura Ducum floruit ad annum 1365. & ſequaces [t]. Alioqui non hæc ei ſeries deberetur, at ſimul cum Daniele 2. incideret, quaſi duo in ſchiſmate. Et reuerà Chenutius eum altiùs ſtatuit, dum Argentreus huc vſque deprimit. [f] li.1. pa.53. [t] li.6. c.12. p. 381. & c. 59. pa.419.

77. Ioannes Demonſtrelais, antea Epiſcopus 56. Venetenſis, huc venit Præſul an. 1393. & abiit an.1391. [u] Omnes ex æquo ferè.

78. Bonabius de Rupeforti, vulgò *Bonnabes de Rochefort*, euolauit an. 1396. vti Argentreus loquitur ex patriæ chartulariis. At ex duobus reliquis, an. 1398 [x]. [u] 12.Sept. [x] 8. Auguſti, Chen.& Aug.

79. Bernardus ſeu Bertrandus du Parron Vaſco, antea Epiſcopus 106. Trecorenſis, an. 1404.[y] (nõnulli cæcutientes eum putant, tunc mortuum) vnde iſtuc appellens ac regens Nannetum, ibi vita exutus eſt, non an.1480. vt cenſent alij, quia impedimento ſunt adſequentium calculi, ſed veriùs anno nemini nocuo 1410. [y] Auguſt.cit.

80. Henricus 3. Barbatus, vulgò le Barbu, nobilis, ob innatam pietatem euocatus ex Monaſterio, ſelectus eſt Antiſtes Venetenſis, poſteàque Nannetenſis reali poſſeſſione accepta circa an. 1405. lubentiùs ex aliquorum ſententia: inauguratus prima vice à Legato Pontificio in ſuam Britanniam S. Thoma Neapolitano Archiepiſcopo. Seceſſit verò ex orbe an.1419.

81 Ioannes de Maleſtroit antea Epiſcopus 41. Briocenſis, electus eſt Nannetenſis ſimùlque Ducis cancellarius an. 1419. pariterque creatus dicitur Cardinalis tit. S. Onuphrij à Felice 4. dicto 5. ann. 1440. Sed hoc non deprehendo apud Ciaconium. Obiit autem 1443. die 14. Septembris.

82. Guilelmus 2. de Maleſtroit Ioannis nepos ac ſucceſſor ab anno citato 1443. canonica reſignatione beneficium contulit anno 1463. affini ſequaci, creatus à Pio Papa ſecundo Archipræſul Theſſalonicenſis.

83. Almaricus Dacigné nepos ex ſorore præfati Guilelmi, poſſeſſione Cathedram iniit anno 1462.[z] antea cùm eſſet Epiſcopus 58. Venetenſis, & 43. Maclouienſis. Tandem ſeculo defuit an.1477. Hactenus à Ioanne Demonſtrelais & ſucceſſoribus æquantur ſoliti Authores Britannici. [z] in Septem. Argentr.

84. Delbieſtus ſolo anno 1478. geſſit curam Epiſcopalem, ex Chenutio, Apud Argentreum vulgò *Desbieſt* [a]. Conticuit Auguſtinus. [a] pa. 54.

85. Petrus *de Chaffault* in Chenutio; apud Argentreum vulgò *Cahffaut*, Iuriſprudentiæ lumen & ſanctitatis, eligitur Paſtor anno præfato eo reluctante: & ſolutus eſt anno 1488. Omnes ex æquo Scriptores.

86. Robertus 4. Deſpineus, vulgò *d'Eſpinay*, frater Andreæ Cardinalis Burdegalenſis, promotus fuit Epiſcopus Nannetenſis ab Innocentio Papa octauo. Extinctus anno 1493. Cuncti pariter.

87. Ioannes Deſpineus ſuperioris frater, & antea Mirapicenſis Antiſtes ab eodem Papa creatur Nannetenſis diſpenſator in ſpiritualibus. Finis eius caret diarij notitia.

88. Guilelmus 3. Gueguen antea Canonicus Archidiaconus Baſilicæ, Epiſcopalem poſſeſſionem adeptus eſt anno 1498. Et euaſit ex morte, anno milleſimo quingenteſimo ſexto [b]. [b] Argentr. pa. 55.

89. Robertus 5. *de Galach Brito*, vulgò *Guibé*, anno. 18. ætatis creatus Cardinalis tit. S. Anaſtaſiæ, cùm iam eſſet Epiſcopus Nannetenſis, quia priùs fuerat Præſul 114. Trecorenſis: iſque frater Michaelis Dolenſis 63. poſteàque Redonenſis 64. Epiſcopi: qui Robertus tandem præſens œcumenico Lateranenſi Concilio ibi deceſſit anno 1513. [c] Egerat Legationes pro Franciſco vltimo Duce Britanniæ ad Innocentium Papam octauum [d]. [c] 9. Sept. ſub titulo huius ce Epiſcopatus, pro Ludou. 12. [d] Argent. & Chenut.

90. Franciſcus Hamon è familia *de Bouuet*, nepos ex ſorore præmiſſi Cardinalis, Epiſcopus cùm eſſet Nanneti, anno 1513. interfuit alteri Concilio Lateranenſi ſub Leone Papa decimo. Et obiit anno 1532.

91. Ludouicus d'Acigné electus eſt anno citato milleſimo quingenteſimo trigeſimo ſecundo deficiens an. 1542 [e]. [e] 15. Februar.

92. Ioannes à Lotharingia Princeps illuſtriſſimus Magni Caroli Cardinalis à Lotharingia patruus, aliquo tempore potitus eſt iſto Epiſcopatu. Et videtur is eſſe, qui poſtea aſſumpſit Archiepiſcopatum Lugdunenſem 118. niſi fallant anni ibidem anteriores, & reuerà illic ex arbore conſanguinitatis eſt verè patruus Caroli, quem diximus eximium Cardinalem.

93. Antonius de Crequy nobilis Picardus effectus eſt Antiſtes Nannetenſis an. 1554. deinde Ambianenſis anno 1561. [f] necnon Cardinalis. [f] Num. 73.

94. Philippus de Bec nobiliſſimus, quem haud rarò ſum allocutus, primùm Venetenſis Præſul 70. nequaquam Redonenſis, vt credit hoc loco Argentreus, qui id non præſtat in ſuis Redonenſibus: at peruenit ad Nannetenſem reſignatione deceſſoris an. 1562. Et inde conſcendit penes Remenſem Archipræſulatum anno 1594. emoriente Cardinali Peleuo. Philippus autem reſignauit Nannetum Nicolao du Bec, ex Chenutio in hoc Catalogo.

95. Carolus de *Bourg-neuf* anno præfato 1594. vel 1598. ex Epiſcopo Macloujenſi 69. tranſmigrauit ad hanc Nannetenſem Eccleſiam retrocedente præfato Nicolao ſecundum Chenutium in Maclouienſibus; vbi perſiſtit ad annum vſque 1617. quo ipſe Carnuti [g] [g] 17. Iulij. obiit [g]. Nec dum de ſucceſſore audio.

SERIES
CHRONOLOGICA EPISCOPORVM VENETENSIVM SVB GALLIA CELTICA LVGDVNENSI

in minore Britannia.

EST SEDES QVINTA SVFFRAGANEA Archiepiſcopatus Turonenſis.

PRÆLVDIVM.

Venetium qualis vrbs. VENETI hi ſunt populi & ciuitas Armorica adeò quondam celebris in Iulij [a] li.3.c.2.
Cæſaris Commentariis [a], dum imperitabat toti viciniæ, terrâ marique, vt cùm
ſit Oceani portus, Strabo & Polybius videantur indicaſſe, quod iſti bellicoſi
Venetenſes ſub Gallorum Celtarum nomine, irruerint armis in mare Mediterraneum ad ſinum vſque Adriatici, & id ſuum nomen dederint alteri hodie præſtantiori ciuitati Venetiarum Italiæ, quæ antea cenſebatur exigua, dicta noua Troia, Ptolomeo ignota in Tabulis, poſtmodúmque ſeriùs per incrementum condita ſub Attila Hunnorum Rege ad ſextum Euangelij ſeculum [b], eo in ſtatu præcellenti, [b] an 453. Baron.in Annal.
quem nunc retinet. Hæc ciuitas Gallicana Venetenſis intuetur Arubios eadem affines,
quos tales prædicat Argentreus [c], ſolitos nuncupari Abrincatuos, vulgo *Auray*: de quibus [c] li.1.pa.58.
nos alia in Præludio ſeu Catalogo Epiſcopali Abrincenſi ſuprà. Vocitatur præterea à Ptolomeo Venelis & Prouinciæ Venelicatij, cum Namnete, ad occaſum ſeptentrionale Lugdunenſis Galliæ, quæ ad latus Dariorigum videtur [d], oppidum à nonnullis ſumptum pro *Auray*, [d] li.2.Tab 3. Europæ.c.7.
fortaſſis ex Ptolomei mente, olim vrbs Epiſcopalis bello ferè diruta, Sedo nunc Veneto vnita; attamen de cuius antiquis Epiſcopis, iiſque paucis contuere viros ad calcem Catalogi horum Venetenſium. lon.gr 18. med.lat 1. 49. med in chartis hodiern. 47. med.

1. S. Paternus ſeu Pater 1. Epiſcopus, vulgò *S. Poix*; pro fundamento ædium Epiſcopalium obtinuit à Principibus Armoricis *Palatium totum de la Motha, Caſtrum quod Epiſcopi nūc poſſident* [e]. Hæc ſolùm Argéntreus atque Chenutius. Sed nos adducimus ſeculum reliquáſque circumſtantias. Iſte Paternus interfuit ſecundus Concilio Venetico ſub S. Leone I. ſedente Papa ab an. 440. vel 442. [f] ad 461. aut 463. quo cœpit S. Hilarius ſucceſſor. Vnde nonnulli codices Indiceſque Synodum collocant præcisè anno 453. cæteri 460. & Genebrardus an. 463. in puncto mutationis ſummi Pontificatus. Hanc ideo exactiùs chronologiam inſerimus, ne quis ampliùs cadendo hunc Paternum ſeu Patrem aſſumat confusè pro vna eadémque perſona, quæ fuit S. Paternus 4. Abrincenſis Epiſcopus proficiſcens ad Concilium item Prouinciale 1. Pariſienſe haberi ſolitum apud omnes ſub S. Pelagio Papa 1. ſedente ab anno 555. ad 559. [g] quo vltimo an. Baronius locat ſynodum, tametſi plures annum 557. ei tribuant apud Indices. Hæc autem vlterior celebritas habetur integro vno ſeculo tardior. Dum ergo Volumina Conciliorum in catalogis Patrum exponunt nuda cuiuſque Epiſcopi nomina cœtui præſentium, nequiuit citra errorem Demochares [h] enumerando Patres Veneticos addere & proferre; *Paternus etiam in Concilio primo Pariſienſi*, & ſi quis alius eiuſmodi opinetur, neque ſingula rectiſſimè conferat, aut ad libram examinet. Debuit verò Author id proferre; *Paternus Venetenſis Epiſcopus in eodem Concilio Venetico.* Etenim Auguſtinus de Paſſu Armoricus eum ita deprehendit, velut primum Venetenſem Antiſtitem, in veteri M.S. Abbatiæ S. Crucis de Quimperella eiuſdem Prouinciæ. Cui Scriptori ingenuo ſimúlque Argentreo, tanquam vicinis teſtibus & egregiis antiquitatis indagatoribus ex patria oriundis maior fides

[e] de la Mothe. [f] Baron.& Geneb. [g] Geneb. 562. [h] Tom. 2. fol 41.

adhibenda eſt. Et quod ſpectat ad Modeſtum, quem ipſe Demochares in exſcripto ſuo catalogo Concilij Veneteñſis dicit Veneticum, hoc eſt, ibidem Epiſcopum *cum cæteris* (addit) *in Concilio primo Aurelianenſi*: ſanè ipſamet Conciliorum matricula Romæ, Coloniæ & Venetijs impreſſa, hunc Modeſtum minimè adnominat inter Veneticos Patres congregatos. Verè autem ſuffragatus eſt primo Aureliano: at pluſquam hemiſeculo poſt tempus præfatum Venetici cœtus. Propterea ritè viſum itis Modeſtum infrà ſeorſum. Cæterùm, de vrbis Concilij climate & qualitate paucis dicturi, Franciſcanus Petrus Grabbe in Prolegomeno ad id Concilium[i] aggregat anceps varios authores, qui vna ex parte pro loco Concilij dilatant vrbem Italicam huiuſce nominis, & ex altera parte Gallicanam, demúmque vergit in Italicam Ligurianam. Sed non ita. Quippe Patres Concilij fuerant omnes Gallicani: nimirum Perpetuus Præſes Turonenſis Antiſtes, Prouinciæ Armoricæ Archiepiſcopus ſeu Metropolitanus, Arthemius Redonenſis Epiſcopus, Victurius Cœnomanenſis, & reliqui plures certè comprouinciales: nullus autem eò conuenerat Præſul Italus. Igitur Synodus illa, quam ſua exornauit S. Pater præſentia, erat Celtica Lugdunenſis Armorica, quæ Venetica ſolùm & Venetenſis appellatur. Verùm Italica ſemper enunciatur Venetiana & Venetiæ. Cuius Sancti dies natalis & mors certè noſtrum ſubterfugit aſpectum. Nam quando Chenutius per abuſum ſcripſit hoc pro Venetico, *Obiit 16. Aprilis*: profectò dies illa connotat ſolum Paternum Abrinoenſem, qui tali die in Romano Martyrologio colluceſcit. At noſter Veneticus nec diem aut annum mortis habet recognitum, vt neque adhuc in Canonem Sanctorum adſcriptus eſt. Denique verò monemus, quòd in ſuburbio Melodunenſis oppidi ad Sequanam ſupra Lutetiam eſt Prioratus reſidentium Monachorum Ordinis S. Benedicti, qui nuncupatur Monaſterium ſancti Patris, vt pote cuius titulus atque patronus haud dubio ſit noſter iſte Antiſtes Venetenſis, vulgo *Sainct Pere.*

i Coloniæ To. 1. pag. 947. editã 1551.

2. Dominius.
3. Clemens.
4. Amans ſiue Amantius.
5. Saturninus.
6. S. Guinnius.[K]
7. Sanct. Ignorocus.
8. Modeſtus obliuioni miſerè traditus eſt à Chenutio in ſuo Venetẽſium catalogo (quia Argentreus hanc Tabulam Epiſcopalem non proſequitur) etenim licèt eum haudquaquam fortè legerit in ſerie ſui MS. Abbatialis: attamen perſpicacibus oculis contueri debuit aut facilè potuit hunc cõſcribi vigeſimumquartũ inter Patres 33. Epiſcopos Concilij 1. Aurelianenſis Prouincialis, vbi vel ipſe ſuus Demochares repetitor autographi Voluminum Conciliorum dicit ordine *Modeſtus Venetenſis ſubſcripſit.* At verò illa Synodus Aureliana non niſi anno 507. 512. vel 515. habita eſt. Ergo ipſe eſſe non poterat teſtis Concilij Veneti habiti an. 453. aut 463. De quo argumento alia in noſtro commentario ſub S. Paterno 1. Epiſcopo ſuprà. Propterea eundem ad hunc Numerum in 8. caſu ferè opportuno reduximus, etſi ignoremus diſtincta ſex intermediorum tempora. Nam ita probabiliùs iudicandum rati ſumus.
9. Rainaldus.
10. Suſannus I.
11. Iun Kehel.
12. Sudocus.
13. S. Huiguethenus.
14. S. Meriadocus.
15. S. Meldeocus.
16. Hamon.
17. Mahon.
18. S. Chomeanus.
19. Diles.
20. Kenmonochus.
21. S. Iuſtocus.
22. Iagu.
23. Calgonus.
24. Luethuarti.
25. Bilius I.

K Vulgo Guinay.

26. Cunadanus.
27. Blinlinetus.
28. Moruanus 1
Hi reliqui viginti ſex Epiſcopi ſolo nomine compulſi apud Chenutium, trahuntur ex præfato MS. Abbatiali, finémque habet talis catalogus ad annum 1254. infrà. Totum ex cit. Auguſtino, abſque vlla Chronologia.
29. *Auriſcandus.* Sic abſolutè Chenutius ante Moruanum. Sed Auguſtinus nobiſcum agnouit ipſum ſediſſe ad annum 689. ex charta Regis Alani Longi, ſiue floruerit ante vel poſt aliquem præcedentium. Eſtque primus huiuſce nominis nobis recèns conſpicuus, quia breui viſum itis ſecundum, per nos etiam ſuperadditum.
30. *Ago tempore Caroli magni vixit.* Qui certè regia ſceptra geſtauit ab ann. 769. ad annum 814. Tillius.
31. Yſaac an. 814. & deinceps ſedebat.
32. *Vuihol hoc anno* 819. Sic vltrà Chenutius.
33. Ragenarius hoc ordine conſtitutus à Chenutio, veriùs eredendus eſt ſediſſe ab anno 822. ad 828. ob terminos præſcriptos adſequentium, quàm arbitrari cum ipſo æquiuocante Chenutio cœpiſſe ab an. 832. & obiiſſe an. 838.
34. Suſannus 2. ſedit quidem annis 10. ex Chenutio, à Nominoe Rege depoſitus, nec annum ſpecialem deducit. Sed Auguſtinus de Paſſu promulgat eum inchoaſſe ab an. 828. ac finiuſſe an. 838. Ad circinum cuius ſupputationis, velut tutioris, nos deceſſorem correximus.
35. *Courantgenus anno* 838. *Sedem tenuit.* Sic mox Chenutius: falsò quidem, reſpectu ſui calculi præcedentis: ſed bene, ſeipſum ad rectam viam quaſi reſtituens. Addit autem ſuo tempore combuſtam à Northmannis Nannetenſem ciuitatem. Hoc verò perpetratum eſt ad formam earum circunſtantiarum, quas præmiſimus ſub Guymardo 33.[m] Antiſtite Nannetenſi. [m] Et 41.
36. Ierennas ſeu Herennas Epiſcopus anno 869. Legatus eſt Romam ad Pontificem Adrianum 2. à Rege Salomone 3.
37. Kennionoe ſedebat circa an. 879. & 880. Sic vterque æqualis.
38. Bilius 2. ſedit an. 892. Pariter ambo. At inter hunc & adſequentem Epiſcopum vacua ſupereſt ſucceſſio Antiſtitum per annos centum & ſeptendecin, ordine prætetea paſſim confuſo temporum ac frequentium bellorum calamitate.
39. Iudicaël filius Conani Comitis Redonenſis ac Britanniæ Ducis & Ermengardus Andegauenſis, ſedit an. 28. Obiitque 7. Iulij an. 1037.
40. Budicus deceſſit an. 1065. ſinguli ex æquo.
41. Meaëngius ſeu Maengiſius Eudonis frater, filiúſque Ioſſelini Comitis de Porhoeto.
42. Moruannus ſecundus occubuit an. 1088.
43. Auriſcandus 2. vulgò *Orſcand* deceſſit an. 1112. Itaque ſic videtur plurimùm diſtinctus tempore à primo nominis ſuprà Num. 29. Et inſuper diſtantia remanet ampla ſatis inter præfatum Moruannum & ſequacem Ioannem, vnde iſte medium locum opportunè ad dies ſuos queat obtinere.
44. Iacobus 1. vità priuatus an. 1132. Authores æqua lance.
45. Euentus ſeu Euenus, ſuſpirauit an. 1143. Sic vterque.
46. Rodaldus, Rotaldus ſeu Ruandus Monachus Ciſtercienſis, obiit an. 1177. & dum Chenutius narrat eum ſediſſe annis 20. ſanè deprehenduntur anni 34. in ſua Sede.
47. Guchenocus ſeu Guethenocus, primùm Archidiaconus Eccleſiæ Redonenſis, ex Roberto de Monte in Sigibertum, electus eſt Antiſtes an. 1181. vbi vocatur Guihenoc. At ex allatis videtur id geſtum an. 1178. Inde autem permanſit in Cathedra annis 20. & non 26. vt cenſet Chenutius. Atque interiit an. 1197.
48. Guilelmus 1. ſedit annis 16. non tredecim tantùm, vt ille vult. Ac ſubiit vices naturæ anno 1223.
49. Robertus 1. Sede fretus eſt annis 13. & non 18. Tum abiit an. 1236.
50. Cadiocus ſedile poſſedit annis verè 18. exitúmque habuit an. 1254. Atque hîc eſt finis Catalogi MS. Baſilicæ S. Crucis.
51. Guido deinceps ſedens Eccleſiam S. Franciſci vrbis Venetenſis conſecrauit ann. 1265. Rexit verò annis 22. non autem 12. & obiit an. 1276.
52. Guilelmus 2. interfuit conſecrationi Templi de Buſa an. 1288. & ſequenti anno exceſſit è viuis.

53. Yuo 1. ſacræ Reipublicæ clauum tenuit an. 1291. Et eodem vita functus eſt.
54. Henricus 1. agolum geſtauit ab an. 1292. ad an. 1305.
55. Guilelmus 3. miniſtrauit ſaltem vſque ad an. 1357.
56. Geofredus moderatus eſt circa annos 1362. 1363. &c.
57. Ioannes 1. de Monſtrelais gubernacula tenuit ab anno circiter 1366. vſque ad annum fortè 1390.
58. Henricus 2. cognomine barbatus, Doctor Theologus, antea Abbas *de Prieres*, Ioannis Strenui Ducis Cancellarius, non certò iudicatur quoto anno ingreſſus fuerit Veneticam Cathedram, ſed probabiliùs anno 1391. Deinde Nannetem hinc tranſlatus eſt, non equidem ſecundùm Chenutium ann. 1383. quia Ioannem deceſſorem poſuerat diſceſſiſſe an. 1385. malè ac peius vtrobique. Quam ideo notam emendauimus ibidem. Sed omnibus perſpectis, Henricus ille mutationem loci aggreſſus eſt anno 1404. ob tutos ſatis adſequentium titulos.
59. Robertus 2. de Motta viſus eſt Epiſcopus Venetenſis, & quidem hoc ordine ac ſtallo debuit aſſidere anno ſaltem mediato 1405. Deinde transfuſus eſt ad Maclouienſes [n]. Vbi [n] Nu. 57.
certè Chenutius meminit eiuſdem Roberti, tanquam iſtic primùm reſidentis. Attamen oblitus eſt illius in præſenti Catalogo: cui meritò reſtituendum duximus, fortè diutiùs.
60. Hugo *de l'Eſtreguer* Doctor Theologus Ordinis Prædicatorum, antea Epiſcopus Trecorenſis [o], Eccleſiam Venetenſem temperauit annis quatuor. Ac obiit an. 1408. [p] Vtroque [o] Nu 105. [p] 10. Octob.
Authore hîc æquali.
61. Almaticus cognomine *de la Motte*, vulgò *Amaury*, in proprio, Venetum obſeruauit annis 24. vnde anno 1432. tranſtulit ſeſe ad Maclouienſem Epiſcopatum [q]. Cuius tem- [q] Nu. 59. [r] Aprilis non
pore, hoc eſt an. 1419. [r] animam exhalauit in ſuo Dominicanorum Ordine, qui Veneti an. 1457.
pridem natus fuerat. Aliter Chenutius.
62. Yuo 2. *de Ponſal*, Doctor item Theologus eorundem Fratrum Prædicatorum, ſedit annis 31, ac receſſit è ſeculo an. 1463.
63. Ludouicus 1. *de Salarin* reſedit annis 11. diſcedens an. 1474.
64. Petrus *de Foix* Ordinis Fratrum Minorum, frater Duciſſæ Britannicæ Margaretæ *de Foix*, ſecundæ vxoris Ducis vltimi Franciſci 2. patris Duciſſæ Annæ vxoratæ duobus Franciæ Regibus [ſ]: filius autem Gaſtonis Comitis 4. *de Foix de Bigorre*, Principis [ſ] Carolo 8. & Ludou. 12.
ſummi *de Baru*, & Eleonoræ *d'Arragon* Reginæ Nauarræ, auunculus eiuſdem Annæ, creatus Cardinalis tit. SS. Coſmæ & Damiani anno 1476. [t] in tertia creatione Cardinalium [t] 15. Kal. Ian.
Sixti Papæ 4. dum eſſet Venetenſis Antiſtes. Sed vnà cum recepto pileo, hic aliò pertractus, vt narrat Ciaconius [u]: *Petrus de Fuxo iunior* (ait) *Ordinis Minor. electus Epiſcopus Ouetenſis, Diac. Card. &c. Fuit & alius eiuſdem nominis ac inſtituti.* Senior à *Gregorio* 12. *creatus, poſteàque Archiepiſc. Panormitanus.* Attamen Chenutius dicit eum mortuum tandem Epiſcopum Adurenſem anno 1490. [x] [u] pa. 976. [x] 8. Idus Aug.
65. Laurentius 1. cognomine *Cibo* ſeu *Kibo*, Genuenſis, ſedebat anno 1492. [y] Ciaconius teſtatur familiam Cibo nobilitate vetuſtam [z], & iſtum Laurentium factum Cardinalem [y] Nu. 103. [z] Apud Græcos & Neapol. pa 989.
tit. S. Marci Albanum per Innocentium Papam 8. eiuſdem domus an. 1489. [a] [a] pa. 989. & 997.
66. Iacobus 2. dictus *de Beaune*. Hoc ſolùm Auguſtinus. Sed Chenutius addit eum fratrem Martini 2. Turonenſium Archiepiſcopi, &c. ſine an.
67. Andreas Hamon frater Franciſci Hamonis Nannetenſis Epiſcopi ac Elizabethæ Hamon Abbatiſſæ Conuentus S. Gregorij. Æquales ſunt abſque anno.
68. *Laurentius 2. Puccius Cardinalis SS. 4. Coron.* Id duntaxat Chenutius. At Ciaconius hoc habet præterea: *Laurentius Puccius Florentinus, Protonotar. Apoſtolic. & Leonis* 10. *Datarius, Presb. Card. SS.* 4 *Coronator. maior Pœnitentiar. ac demùm Epiſc. Albanus & Præneſtinus* [c], [c] pa. 1071.
anno 1513. in 1. creatione præfati Leonis, vbi nullus ſermo eſt de iſta Sede Venetica eidem Laurentio attributa, nec tempus ſuæ mortis aperitur.
69. *Antonius Puccius Cardinalis.* Hoc curſus ille ſolùm breuior iuſto. Verùm præfatus Ciaconius apponit iſta recenter [d]: *Antonius Pucc. Florentin. Epiſcop. Piſtorienſis, Presb. Card. tit. SS.* [d] pag. 1108
4. *Coronat. Maior Pœnitentiar. & Epiſc. Sabinus*, per Clementem Papam 7. anno 1531. in 6. creatione. Et illic nihil denuo pro Venetico ipſius Epiſcopatu, aut ſuper eiuſdem obitu.
70. Carolus de Marillac ſine Data. Poſteàque Viennenſis Archiepiſcopus 101.
71. Philippus du Bec, huic Epiſcopus primò Venetenſis. Quo eum titulo interfuit Concilio Tridentino ſub Paulo Papa 4. ab an. 1555. ad 1560. Deinde anno 1562. ex eo loco Nannetum tranſcendit, & cætera quæ ibi Nu. 91.

72. Ioan.

72. Ioannes 2. Faber, æqualis authoribus ſine vllo temporis ſcrupulo.
73. Ioannes 3. *de la Haye*, Doctor Theologus, antea Benedictus.
74. Ludouicus 2. *de la Haye*, defuncti frater, interiit an. 1588.
75. Georgius d'Aradon quem noui, exanimatus 1. die Iunij an. 1596.
79. Iacobus 3. Martin, hodie gubernacula proſperè tenet anno 1625.

ADDITI VETERES ALIQVOT
EPISCOPI ABRINCATENSES, *D'AVRAT*,
PROPE VENETVM ARMORICVM, SEDE
postmodum ad Venetenſem vnita.

***

1. AEDIGIVS apertè nominatur *Abrincatinæ Eccleſiæ Epiſcopus* minoris Britanniæ, præſens ac ſubſcribens Concilio Prouinciali 5. Aurelianenſi, ex Tomo 2. Conciliorum editionis Venetianæ [a] Italicæ an. 538. vel ſecundum alios an. 549. ſeu 552. Eſtque ibi vigeſimus, valde diſtinctus regione ac nomine ab Epiſcopis Abrincenſibus Northmanniæ, cuius Sedis alterius aderat etiam Fegaſius ordine 5. in eadem Synodo, quæ non patitur duos ſimul tempore Epiſcopos eius vrbis, rametſi Demochares [b] non recogitans ambas illas voces confuderit pro eodem cœtu Neuſtriæ. Adeóque hæc non eſt putanda eadem Sedes: licèt editio Colonienſis & idem Demochares ſcripſerit duntaxat abſque Sedis ad viri nomen additiuncula. Cæterum fortaſſe eſt is Ægidius Antiſtes, qui à facie furentis populi Remum fugiens deſcribitur in Annonio Francorum hiſtorico. [c]

[a] an. 1585. pa. 577. [b] To. 2. fol. 57. [c] li. 3. ca. 51.

2. Marius in Concilio altero Matiſconenſi anno 588. conſcribitur Epiſcopus Auenticæ ciuitatis, mox ignotæ, fortaſſis eadem quondam ſic dicta, quæ deinceps nominata eſt Veneticæ vrbis ſeu Diœceſeos in Armorica regione. Nonnulli vocem hanc transferunt ad Abrincatenſes, vulgò dicunt *Auranches pays de Vaux*, nimis vniuerſim.
3. Superius dictus pariter Epiſcopus Auenticorum, ſedens vltimus in Concilio 1. Aruernenſi, anno 540. vel 541. ex Baronio.
4. Chidoaldus ponitur conſimiliter Epiſcopus Abrincatenſis in Concilio Prouinciali 1. Remenſi authore Flodoardo [d], hoc eſt, inter probabiliores annos 616. & 632. delibutos apud noſtros Lugdunenſes [e] vbi ex 41. Patribus collocatur 16. licèt virum hunc obiter ſuprà inſeruerimus cum Abrincenſibus pro vacuo replendo, donec illum mox iſtuc in ſinum ſuum referremus, & aliorum expectaremus ſententias.

[d] pa. 203. [e] Nu. 31. §. 3.

L SERIES

SERIES
EPISCOPORVM CORISOPITENSIVM MINORIS BRITANNIÆ, VVLGO CORNOVAILLE, DE QVO nomine in Brioçenſibus Num. 1.

SEDES SEXTA SVFFRAGANEA Archiepiſcopatus Turonenſis.

1\. SANCTVS CORENTINVS. Hoc ſolùm in Auguſtino & Chenutio abſque chronologia : nec locum habet in Martyrologio. At ex Argentreo a conſecratus fuit primus loci Antiſtes à S. Martino Turonenſi Archiepiſcopo ; qui cùm obierit ad annum 402. concluditur Corentinum iam tunc extitiſſe Præſulem Coriſopitanum, eiúſque cauſâ & pietate vrbem ab eo ſumpſiſſe compoſitum nomen *Kemper-Corentin*, necnon inde ibi ſediſſe vſque ad annum circiter 430. Sed obiter in genere monendum, quòd iſte catalogus depromptus eſt partim ex MS. Eccleſiæ S. Crucis Kemperellæ vſque ad Herueum ſecundum creatum 26. Epiſcopum infrà anno 1261. itémque ex M.S. Eccleſiæ S. Corentini finiundo per Gatianum de Monceaux 42. Antiſtitem an. 1416. Teſtis eſt oculatus ſoper loco Auguſtinus de Paſſu Exſcriptor compatriota : demptis duobus proximè adſequentibus, Iſte Sanctus non deprehenditur in Martyrologio. a li. 1. pa. 59.

2\. Herueus 1. venerabilis, Epiſcopus ſecundus recenſitus à ſolo Argentreo, abſque ſeculo. Verùm inducitur ſediſſe ad an. 440.

3\. Bernardus præſertim inſignitus ibidem venerabilis ad an. 450.

4\. S. Guenucus, ſeu Euenus & Goennocus; nec in Martyrol. Is ex ſolo Auguſtino & per eum Chenutius cum ſequentibus commemoratis.

5\. S. Allotus ſine diario vel ſitu in Martyrologio, ſicut & octo ſucceſſores, qui in ſuis authoribus ſeculo carent.

6\. Biuidicus, aliàs Bundicus, apud vulgus regionis: id eſt, Benedictus primus.

7\. Gurthebedus aut Gunthebedus.

8\. Harugnetenus ſeu Harnotaothenus.

9\. Morguethenus.

10\. Tremerinus, alioqui Tremerunus.

11\. Ragianus ſiue Raganus.

12\. Salamon vel Salaomon.

13\. Arulcetus aut Abaretus.

14\. Gulho ſeu Golhoct: omnes ſine Chronico quod haberi poſſit.

15\. Hugo reperitur ſub an. 689 in Charta Alani Longi Britanniæ Regis.

16\. Felix depoſitus eſt an. 848. Attamen non legitur in præfato M.S. & inter hunc ac præcedentem ineſt vacuum 159. annorum.

17\. Anauelenus exprimitur ſub an. 862. in Chartulario Abbatiæ Redonẽſ. Et ab eo vſque ad ſequacem Binidicum ſeu Benedictum ſecundum nomina Præſulum Coriſipitenſium incerta putantur ad ſpatium rurſus 160. annorum.

18\. Binidicus 2. ſeu Bindicus, ſeu Budicus, Epiſcopus & Comes Coriſopitenſis, filius Budici Comitis Coriſopitenſis: obiit an. 1022. Æqualis Auguſtino de Paſſu.

19\. Auriſcandus ſeu Orſcandus frater Alani Cauardi Comitis Coriſopitenſis, & filij præfati Comitis ac Epiſcopi, rexit Eccleſiam annis 42. vnde extinctus eſt an. 1064. Antiquior certè hemiſeculo, quàm alius ſui nominis Epiſcopus 39. Venetenſis ſuprà.

20\. Binidicus, ſeu Bindicus, Bundicus, & Budicus, id eſt Benedictus 3. Orſcandi allati filius, conſecrauit Baſilicam S. Gurthierni an. 1089. & ſuam rexit annis 36. Interiit verò an. 1100.

21\. Robertus Eremita ſedit annis 30. Vnde obiit an. 1130.

22\. Raouldus Cathedram obtinuit annis 28. Ac finem conſecutus eſt an. 1158.

23.Bernardus de Moëlan,antea Cancellarius Eccleſiæ B. Mariæ Carnotenſis, conſecratus menſe Auguſto,an.1159.Diœceſim adminiſtrabat per an.8.defunctus an.1167.
24.Geofredus gubernacula tenuit annis 18.Defecitque an.1185.Hi quatuor hactenus æquales apud omnes Authores.
25. Thebaudus ab an.1186.ad an.1192.
26. Guilelmus 1.pondus ſuſtinuit an.26.ac obiit an.1218.
27.Raynaldus ſeu Ranulphus Præſul ab an.1218.ad 1245.
28. Herueus *de Landeleau*, de quo nos Articulo 1. ſedit inde annis 16.ac deperiit 1261.
29. Guido 1.*de Poloeneuez* ab an.1261.ad 1267.
30.Yuo 1.Cabellicus ab an.cit.per an.13.vſque ad 1280.
31.Euenus de Syſua,vulgo de la Foreſt,ex in obiit 14.Martij 1290.
32.Rannoulus ſeu Ranuphus ab an.1290.ad 1292.
33.Alanus 1.Morellus *de Riec* an.28.Rexit finiitque an.1320.
34.Thomas *d'Anaſt* temperauit annis duobus,mundo ſolutus 19.Iunij 1322.
35.Bernardus 2.antea Franciſcanus,deinde Epiſcopus 68.Nouiomenſis,tum huc tranſlatus biennio vſque ad 1324.
36.Guido 2.*de la Val*,filius Guidonis 7.Dynaſtæ *de la Val*,ſedens hîc per biennium: poſtmodúmque effectus eſt Cœmanenſis an.1326.
37.Iacobus antea Dominicanus circa 20.Iulij an.cit.donatus eſt Epiſcopatu, in quo ſedit annis ſex.
38.Yuo 2.Beuboſel,vulgò *dubois Rouſſel*, antea Epiſcopus 91. Trecorenſis, deinde Maclouienſis 45.Tum huc tranſlatus ab an. 1326.vſque ad ann.1336. quò profectus eſt ad Maclouienſem 36.ex canonica permutatione cum ſequente.
39.Alanus 2.Gontherius primùm Antiſtes 35. Maclouienſis, ſuum hunc Epiſcopatum cum præfato Yuone 2.Præſule 36.Coriſopitenſi tranſmutauit an.1336.ad finem vſque vitæ.
40.Alanus 3.vulgò dictus *au Gal de Riec*.Nihil vltrà.
41.Geofredus 1.*de Quoëtinozano* Trecorēſis Diœceſis, anno incerto Epiſcopatum cœpit:& inde creatus eſt Dolenſis Præſul 59.an.1376.
42.Geofredus 2.*le Marchet* ſeu *Maret* obiit anno 1384.
43.Thebaudus 1.*de Maleſtroict*,filius Ioannis Dynaſtę *de Maleſt*.rexit Eccleſiam octo annis, cùm antea eſſet Epiſcopus Trecorenſis 101.Et obiit an. 1392. non autem ann. 1408. vti Chenutius ſcribit.
44.Gratianus *de Monceaux* iam ſupra dictus [b] ſedit an.28.Et obiit 15.Octobr.an.1420.
45.Bertrandus *de Roſmadec*.Hoc ſolùm Auguſtinus. At præſedit viginti quatuor annis. Interiit autem an.1444 ex Chenutio.

[b] ſub ann. 1390.ibi cognomine *de Monte forti*.

46.Alanus 4.*de Coëtiuy*,antea Epiſcopus 68. Dolenſis. Poſtea verò hîc, ab 1444. Inde creatus Cardinalis & Archiepiſcopus 20. Auenionenſis an.1448. Illi *Coëtiuy* cognominatus,& à Ciaconio *Cætinus*. Sic exactiùs vtrobique.
47.Ioan. *de l'Eſpreuez*, ex equeſtri familia cretus,ſedit veriùs ab an.1445.quàm ab an.1453. quem notat Chenntius,ne vacuum fruſtrà detur. Atque obiit circa an.1466.
48.Petrus *du Bouchet*.Ita Author vterque ſine diario. At ex circunlectis ſedit ab an. 1467. ad 1472.
49.Thebaudus 2.*de Rieux* ab an.1473.ad an.1479.ex Chenutio.
50.*Guido* 3. Sic alij abſque chronologia.
51. Alanus 5.antea Leonenſis Epiſcopus 22.infrà an.1483.Et tunc huc tranſmiſſus vſque ad an.1487.Vide Num.116.Trecorenſem.
52.Claudius de Rohan filius potentiſſimi Ioan. 2. Vicecomitis Redonenſis & Leonenſis, Comitis *de Porrhoet*, & Mariæ de Britannia ſecundæ filiæ Ducis Franciſci 1.ſedebat ab an.1526.vſque ad an.1539.De quo nos in Lugdunenſibus Nu.117.in arbore conſanguinitatis,Generat.12.
53.Guilelmus 2.Eder viuebat ſub an.1540.&c.
54.Stephanus Bouer Epiſcopus an.1560.interfuit Conc.Trident. vbi cognominatur *Bouter*, apud Auguſt.*Bother*,& Nu.74.Dolenſi,quò poſtea tranſlatus eſt,dicitur *Bouſcher*,an.1565.
55.Ludouicus Simoneta ex Chenutio,vel Sermonetus ex Auguſtino,Italus Mediolanenſis, poſtea ſubinde factus Epiſcopus Piſaurienſis,ac S.R.E. Cardinalis creatus ſub ann. 1561.. Chenutius dicit eum vnum ex Legatis Pij Papæ 4.in Tridentino Concilio. At non liquet in Concilij Indicibus.Interiit verò Romæ an.1568.
56.Franciſcus de Turre Dynaſta *de Peneſten*,obiit in Februario 1583.
57.Carolus *du Liſcouët*,quem noui Pariſiis ad an.1593.
58.Guilelmus 3.cognomine *le Preſtre*.Nunc ſedet an.1625.

CATALOGVS

HISTORICVS EPISCOPORVM LEONENSIVM, MINORIS BRITANNIÆ.

SEDES SEPTIMA SVFFRAGANEA Archiepiſcopatus Turonenſis.

1. SANCTVS PAVLVS. Hoc ſolùm Auguſtinus. Sed ex collectore Chenutio poſt Tritemium, [a] erat primùm Monachus ſub diſciplina S. Eltuti Abbatis, qui in Epiſcopatu floruit ſanctitate & miraculorum gloria illuſtris ſub anno ſalutis 600.&c. Obiit autem 12. Martij. Verùm vt manifeſtior euadat, ſecundum veteres Legendas apud Gazetium & Argentreum [b] recognitas, ille fuit vnus ex ſeptem Angliæ Epiſcopis, qui temporibus Saxonum per hanc Britanniam tranſierat. Vnde Eccleſia Cathedralis ciuitatis Deo conſecrata eſt ſub tutela huius Sancti. Non ſplendeſcit in Martyrologio Romano. [a lib.4.ca. 134.] [b pa. 61.]

2. S. Goluenus ex ſolis Argentreo ac Auguſtino, abſque ſeculo. At cùm D. Paulo eum ſupponant: facile concluditur ſediſſe ad annum 630.640.& 650.

3. Gilbertus ex Auguſtino atque Chenutio nominatur in Charta Regis Alani Longi anno 689.

4. Herennus ſub annis 915. 920.&c. tranſlatus iſtinc ad Nannetenſe Epiſcopium anno 930. Nos ibidem Num. 39. ſecundum Chenutium; qui ipſum iſtic prætermiſit: & recens præſenti catalogo apponimus. Sed inter hunc & antecedentem Gilbertum ſubeſt vacuum tempus annorum ducentorum abſque notis mediis Epiſcopis. [Vacua tempora.]

5. Salomon vixit Ducis Alani 3. temporibus: ac obiit an. 1039. Sic Chenutius. Vnde rurſus interſtitium remanet integri vnius ſeculi, orbatum notitiâ Præſulum miſcendorum.

6. Ioannes dictus à Baronio Leontinenſis Epiſcopus in Concilio Auxitano ſub ann. 1060. Num. 13. idem autem cenſemus quòd Leonenſis. Etiámque alioqui multum ſupereſt vacuum tempus. Et noſtro calamo recèns apponitur.

7. Valo ſeu Galo, antea Monachus S. Florentij apud Salmurum, vulgò *Saulmur*, ſedebátque ab an. 1108. ad annum 1127. præſens Concilio Nannetenſi, &c. Communis vtrique proximo dictatori. Iterum ſupereſſet vacuum an. 60.

8. Hamo ortu Leonenſi ab anno 1163. aut circiter. Tum anno 1171. proditoriè interfectus eſt ſiue ab aliis inimicis teſte Chenutio, ſiue ex inſidiis proprij fratris Guyomari tanquam hoſtis, ex Argentreo.

9. *Yuo 1. tempore Geofredi Angliæ Ducis Britanniæ viuebat.* Sic totum ieiunè Chenutius. Verùm Argentreus Antiſtitem manifeſtiùs cognominat *de Trezuiguidy* [c]: & narrat Geofredum extitiſſe filium 3. Regis Angliæ Henrici (quem dico ſecundum, aduerſarium Martyris S. Thomæ Archiepiſcopi Cantuarienſis) qui Geofredus erat Dux minoris Britanniæ, ex parte vxoris ſuæ Conſtantiæ hæredis, ſub an. 1158. Obiit autem Yuo Præſul anno 1186. Pariter Auguſtinus. [c pa. 61. li. 1.]

10. Ioannes primus Epiſcopatum geſſit ab an. cit. 1186. ad 1202. aut in circum.

11. Guilelmus 1. ſedit ab anno duntaxat 1322. ad an. 1327. Idcirco per annos octoginta ignoti ſunt medij Epiſcopi alij.

12. Petrus reſidebat anno 1332. ex Auguſtino & Chenutio.

13. *Yuo 2. de Treſuiguidi* antea militiam aduerſus Carolum Bleſenſem Comitem profitebatur pro Ioanne Comite à Monte-forti; & poſtea vitam in melius commutando, *Eccle-*

ſiaſticum

ſiaſticum Ordinem ſecutus eſt, & creatus Epiſcopus Leonenſis. Sic totum Chenutius abſque vllo Chronico. At ex Argentreo, pendente ſuo Epiſcopatu breui ſeipſum reduxit ad Caroli partes anno 1342. Obiter dictum pro Antiſtitis Chronologia.

14. Ioannes ſecundus Eccleſiam rexit ſub anno milleſimo trecenteſimo ſexageſimo tertio ſecundum Auguſt. & Chenutium.

15. Guido vixit ibidem ab anno milleſimo trecenteſimo octuageſimo ſecundo ad annum milleſimum quadringenteſimum vigeſimum ſecundum apud ipſos ex æquo.

16. Alanus primus adſtitit Concilio œcumenico Conſtantienſi ann. milleſimo quadringenteſimo decimo quarto, & milleſimo quadringenteſimo decimo ſeptimo. Vbi demum Martinus Papa quintus fuit electus, qui Pontifex ſummus ipſum Alanum poſtea ad Epiſcopatum Trecorenſem tranſtulit anno 1418. teſte Chenutio, qui nihilominus eum in Trecorenſibus omittit.

17. Oliuarius ſedit ab anno milleſimo quadringenteſimo decimo nono ad annum milleſimum quadringenteſimum trigeſimum quintum, quo ad Briocenſem Epiſcopatum 43. tranſlatus eſt.

18. Ioannes cognomine Pregent, iſtinc tranſmiſſus quoque eſt ad eundem Præſulatum Briocenſem 46. anno præciſè 1444.

19. Guilelmus *le Ferron* animam ibi exhalauit anno milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo ſecundo.

20. Vincentius ei vno verbo ſucceſſit.

21. Michael Guibé primò Antiſtes iſtis Leonenſibus, deinde factus Dolenſis 63. an. 1482. & tandem creatus Redonenſis 59.

22. Thomas Iames hinc breui factus Antiſtes 70. Dolenſis anno præfato milleſimo quadringenteſimo octuageſimo ſecundo.

23. Alanus ſecundus iſtinc transfuſus ad Coriſopitenſem quinquageſimum primum Epiſcopatum anno premente milleſimo quadringenteſimo octuageſimo tertio à Sixto Papa quarto.

24. Rolandus *de Neufuille*, ſine Data. At ex Numero ſeptuageſimo quarto Dolenſi erat iſtic Epiſcopus anno milleſimo quingenteſimo ſexageſimo quinto. Inter quem & præcedentem deſunt quidam Epiſcopi, nunciante Chenutio.

25. Antonius Longolius Pariſienſis ab incerto tempore factus hîc Præſul, deceſſit vigeſimo quinto Auguſti, anno milleſimo quingenteſimo. Iacétque Lutetiæ in Sacello Longoliorum Ædis ſacræ Fratrum Minorum. Iſta demùm & tardiùs adiecit Chenutius in extremis ſuis Additionibus, extra debitum ſolitúmque ordinem [d]. Talia autem huc compuli. Ex quibus liquet eum iam notum partem repleſſe vacui temporis, qualem ſuprà tacitùs prætériiſſe nunciabamus: ſed adhuc ſupereſt inane ſpatium aliquod. [d] pa. 552.

26. *Renatus de Rieux* nobiliſſimus. Hoc ſolùm Auguſtinus. Sed ex Chenutio is fuerat Dynaſtæ Surdiaci filius, vulgò *de Sourdyz*, ſine temporaneo calculo apud Chenutium. Nec dum ſatis totum repletur.

CATALOGVS

EPISCOPORVM TRECORENSIVM MINORIS BRITANNIÆ.

SEDES OCTAVA SVFFRAGANEA Archiepiſcopatus Turonenſis.

1. SANCTVS THVDVALVS primus, Anglus ſeu maioris Britanniæ, veniens in hanc minorem ad ſecundum ferè ſeculum tempore incerto, populum Trecorenſem atque vicinum in fide cum ſeculari potentia inſtruere conatus eſt, fungens officio Epiſcopi, ſimul & Principis temporalis zelantis diuinum honorem. Alij hunc non apertè conſtituunt aut annumerant inter Epiſcopos. Ex Chenutij verò diſcurſu putatur ſediſſe verum Antiſtitem *circa annum Domini ſexcenteſimum* tempore Sigiberti primi Regis Auſtraſię, filij Clodouei 1. Regis, & ſub æuo ſancti Albini 12. Andegauenſis Epiſcopi, qui Albinus finiit ad annũ 540. Ergo Thudualus eo præſertim tempore floruit, & ab Auguſtino nominatur Dremaldus, Sede Epiſcopali tunc poſita in Leſobienſi [a] ciuitate ad Oceanum, poſtea ſolo æquata à Danis [b] & Saxonibus [c], Cathedráque tranſlata ad peninſulam *Trecor* nuncupatam. Aut certè veriùs talis eo anno cenſendus eſt S. Tudualus ſecundus nomine, quem etiam is Author Chenutius locat nobiſcum ſeptuageſimum. Et hoc quidem creditur probabilius. Niſi quis velit alterutrum, aut hunc ſolùm ſtatuere. Eſto prudentis arbitrium. Interea neuter horum reperitur in Martyrologio Romano Chenutius hunc vocat Drenualum.

[a] vel Lexobienſi. [b] per ſuum Regẽ Haſtain. [c] ad an. 700

2. Gouaranus à ſolo Argentreo [d] conſtitutus Antiſtes Trecorenſis, fugiens ab hoſtium Danorum facie ſecum abſtulit corpus ſeu Reliquias ſancti Thuduali vſque ad vrbem Carnotenſem, vbi adhuc latet caput. Vnde meritò hunc ſecundum collocamus; quia bellicæ huiuſmodi reuolutiones docent eundem Gouaranum extitiſſe penè coætaneum ſancto Thudualo. Atque abhinc diu poſtea Sedes Præſule orbata eſt 23. annis, vſque ad Neomeneum Britanniæ Regem, qui tempore Caroli Magni Sedem reſtituit, non in Lexobio, ſed Trecori, duodecim mille paſſibus diſtanti, patria S. Yuonis Patroni, authore talia renunciante. Qua de re infrà Numero 77. ex repetitore Chenutio. Plures Trecorenſium non compellit Argentreus.

[d] pa. 66.

3. Drenualus ſola appellatione communis Auguſtino & Chenutio, ſicut & ſequentes vſque ad 69. omnes abſque peculiari temporum nota.

4. Congualus primus.
5. Hoſtoberus.
6. Huntcanetus.
7. Nicarius 1.
8. Feſtletus.
9. Iſarnarus.
10. Gralloɑus.
11. Haſtrinclinus.
12. Semperius.
13. Ermenus.
14. Guennanus.
15. Drobualeus.
16. Mananus.
17. Hugarnorus.
18. Nicarius 2.
19. Guenualus.
20. Francoricus.
21. Botmaclus 1.
22. Tutiorus.
23. Guenmaclus 1.
24. Congualus 2.
25. Doxclomenus.
26. Guinguanton.
27. Guoharus.
28. Horarnocus.
29. Vidoachus.
30. Diſtrius.
31. Francianus.
32. Ricitarius.
33. Niciorus.
34. Guiuenninus.
35. Brunaclus.

36. Guemna

36. Guemnaclus 2.
37. Goguenus.
38. Hoiarmanus.
39. Neiturus.
40. Gentatus.
41. Gloruenus.
42. Glenualus.
43. Voyennus.
44. Cretus.
45. Tudgualus.
46. Mananus.
47. Guornatus.
48. Guyonualus.
49. Criſmalius.
50. Guonanus.
51. Eudiuaclus.
52. Goedratus.
53. Cathocus.
54. Rinoxetus.
55. Botmaclus 2.
56. Itgenus.
57. Menianus.
58. Daboſnabus.
59. Gozemrinus.
60. Yſarnatus.
61. Tanguidus.
62. Gnouhaclus.
63. Dogmaclus.
64. Conanus.
65. Riocus.
66. Riualonus.
67. Ioannes 1.
68. Guenualus.
69. Tridianus.

Cuncti ex veteri præſcripta ſuſceptáque traditione à maioribus, quæ fidem indubiam faciat.

70. S. Tudualus 2. habitus antea Monachus, Derochi Britanniæ Regis affinis, factus eſt deinde Abbas Lambalius. Qui locus erat fortè veriùs illa Abbatia, quam ſanè conſtruxerat priorem. S. Briocus ex Argentreo, qui Monaſterium haud nominauit, vbi Tudualum conſtituerat Superiorem, priuſquàm Epiſcopatum iniret. Dequo vide Catalogum ſequentem *. Tudualus autem creatus eſt poſtea Epiſcopus Trecorenſis, clârus virtutibus & ſignis, migrauit, in pace 7. Kalend. Iulij ad an. 600. Sic Robertus Cœnalis e. Atque profectò hæ notæ valdè diſtinctæ à circunſtantiis ſancti Thuduali primi oſtentant eum aliam extitiſſe perſonam ab ipſo priore, ſolo etiam aſpirato, qui ideò ſedit quadringentis antea annis. Prætereáque Oliuarius ſcriptor hiſtoriæ Ordinis S. Benedicti vocat pariter hunc Tudualum ſeu Tudulum ſpiritu leni, Confeſſorem, attamen reticens dignitatem Epiſcopalem, quem efficit diſcipulum S. Samſonis Dolenſis Epiſcopi, vtique morientis anno 566. De quo nos in Alphabetico Inuentario Sanctorum f.

* Num. 1. & Argent. pag. 68.
e ch. 2. de re Gallica c. 6.
f to. 1. c. 74. art. 183. pa. 2528.

71. Reuelinus.
72. Perbogatus.
73. Leoterius.
74. Felix.
75. Martinus.
76. Dionyſins.

77. Goſennanus is eſt, cuius tempore ſupra diximus g Sedem vacaſſe temporibus Imperantis Caroli Magni. Nam reuerà Haſtinguetus ſæuiſſimus Northmanorum Dux Ethnicus Leſobienſem ſeu Lexouienſem oppidum inuaſit anno circiter 825. aut certè 841. ex Auguſtino (Chenutius (falsò impreſſit 141.) deinde is Antiſtitem præfatum ac ciues crudeli morte affecit, martyréſque effecit, facultatibus ablatis, & vrbe ſolo æquata. Vnde 7. ann. Sedes vacauit, donec Nominous ſeu Neomeneus inauguratus Britanniæ Rex Chriſtianus lapſum Epiſcopatum reſtaurauit anno octingenteſimo quadrageſimo octauo procedens ad ſequentis Epiſcopi electionem, ſucceſſoribus poſthac in Trecorenſi ſeu Lantriguerenſi ciuitate commorantibus, vbi fuerat Abbatia olim à S. Thudualdo fundata; ibique deinceps inſtituta eſt Sedes Epiſcopalis. g Num. 2.

78. Gratianus ille fertur, qui ſtudio & operà prælibati Regis conſtitutus Lantriguerenſis ſeu Trecorenſis Antiſtes, ad annum octingenteſimum quadrageſimum octanum & vltrà, ipſa Sede reſtituta.

79. Paulus ſubinde immediatus Gratiani ſucceſſor.

80. Soffrus canonicè ſequutus eſt. Sed ab eius morte, quæ incerto tempore occurrit, nomina aliquot Epiſcoporum minimè inueniuntur, vſque ad Alanum 3. dominantem ab anno 1008. & finiuntem an. 1039.

81. Guilelmus 1. eſt ille rurſus, poſt cuius mortem nomina Præſulum minimè inueniuntur vſque ad annum milleſimum centeſimum quinquageſimum. Qui quidem ac inferiores viſuntur pariter communes duobus de more Authoribus h.

82. Guilelmus ſecundus ſedit annis viginti quatuor, & obiit annò milleſimo centeſimo ſeptuageſimo quarto. h August & Chenutio.

83. Yuo 1. dictus *Onymon*, Brito, antea Eccleſiæ Turonenſis Archipresbyter, ſedit tantùm 4. annis: nam ipſe Romam proficiſcens, à prædonibus per viam occiſus eſt, anno diéque incerto, fortè 1177.

84. Geo

84. Geffroidus 1. cognomine Ludouicus, ciuis Gingampenſis reſedit ab anno 1178. per annos 39. vſque ad milleſimum ducenteſimum decimum ſeptimum. Sic Chenutius latior Auguſtino, & in ſequentibus penè cunctis.

85. Stephanus, poſtquam ſedit annis 35. obüt anno milleſimo ducenteſimo quadrageſimo octauo.

86. Hamo conſtitit annis duodecim, deficiens anno 1260.

87. Alanus 1. ſecundum Auguſtinum cognomine *Deſlardrien*, ſedit abhinc ad annum milleſimum ducenteſimum ſexageſimum ſeptimum.

88. Alanus 2. cognomine *le Bruc*, ſedens ab anno 1279. ad 1285. habuit ſuo tempore ſanctum Yuonem Officialem ſuæ Diœceſeos Trecotenſis, poſtea in Sanctorum numerum à Clemente Papa 6. adſcriptum.

89. Geffroidus 2. cognomine *de Tournemine*, nobilis vidit ſedens morientem S. Yuonem anno milleſimo trecenteſimo tertio factum Eremitam. Sic duo aſſueti Authotes. At ex noſtro Alphabeto Sanctorum exhalauit decimo nono Maij, anno milleſimo trecenteſimo.

90. Ioannes 1. cognomine Rigaud: abſque diarij nota.

91. Petrus 5. agnomine *de Inſula*, ex Chenutio: ſiue de pulchra Inſula, ex Auguſtino; vtrobique orbatus annali centuriâ.

92. Yuo 2. *de Bois-Roeſſel*, poſtea Epiſcopus 38. Coriſopitenſis, & inde ruſus Macloüienſis 52.

93. Halanus ſiue Alanus tertius cognomine *Haolory* aut *Haëlory*, ſine Data. Priùs Macloüienſis.

94. Richardus du Perier fundamenta iecit nouæ Cathedralis Baſilicæ Trecorenſis ſeu Lantriguerenſis anno 1339.

95. Raoùldus primus vixit circa annũ milleſimum trecenteſimũ quadrageſimum octauum.

96. Alanus 4. ſedit potiùs ab anno 1350. vel 58. vſque ad biennium ſequentem 1360. quàm ad annum milleſimum trecenteſimum ſexageſimum ſecundum ob adſequentia: etſi priorem Datam cæteri conſtituant.

97. Hugo 1. dictus *de Monſtrelais*, confeſtim penè factus inde Præſul 35. Brionenſis iam à præmiſſo an. 1360. vbi alia de ipſo.

98. Robertus primus dictus *Painel*, poſtea Nannetenſem rexit Eccleſiam ab anno 1354. ſub Num. 70.

99. *Bagaignon de Pleſtin* nobilis, antea Religioſus Fratrum Prædicatorum.

100. Ioannes 2. *Brun*, primùm in Curia Apoſtolica Patronus.

101. Thebaudus *de Maleſtroict*, poſtea factus Epiſcopus 43. Coriſopitenſis, & ab anno circiter 1385.

102. Hugo 2. agnomine *de Keroulay*, otigine Leonenſis, Iuris vtriuſque profeſſor celebris, ſedit annis quatuor, vitâ orbatus anno 1388.

103. Petrus 2. Morellus ſedit annis tredecim, deficiens 3. Maij, milleſimo quadringenteſimo primo.

104. Yuo 3. *Hirgouet*, ptiùs Ducis Britanniæ Medicus, ſedit duobus annis.

105. Hugo 3. *Stoquer*, ſeu *de l'Eſtreguer*, ſub anno circiter milleſimo quadringenteſimo quarto, poſtea Epiſcopns ſexageſimus Venetenſis anno milleſimo quadringenteſimo quinto.

106. Bertrandus *du Parron* Vaſco ad annum 1405. Et poſtmodum circa id tempus etiam Epiſcopus 76. Nannetenſis.

107. Alanus 5. huc tranſlatus ad annũ 1418. teſte ſolo Chenutio ſub Num. 15. Leonenſi, vbi Præſul antea degebat. Attamen ipſe Author eum hîc prætermittit, quod non debuerat.

108. Chriſtianus de Alta Ripa Doctor Theologus Eremita, Ordinis S. Auguſtini, ſine Data. Chenutius ex Auguſtino erat Tornacenſis.

109. Matthęus Roëdere *de Lanmon*, pariter Doctor Theologus: abſque Chronologia.

110. Ioannes 3. vulgò *de Bryęç* ſedit quatuor annis, vſque ad annum milleſimum quadringenteſimum trigeſimum, quo factus eſt Epiſcopus 65. Dolenſis.

111. Petrus 3. vulgò *Piedru*, ab anno incerto, verùm ex allatis ſub an. 1431. ſed poſtea conſtitutus eſt Epiſcopus 61. Maclouienſis, anno milleſimo quadringenteſimo trigeſimo quarto.

112. Raouldus ſecundus, ſiue Rolandus vtriuſque Iuris Doctor, & Rotæ Auditor, ſedit annis octo, & viam vniuerſæ carnis ingreſſus eſt die Paraſceues an. 1442.

113. Ioannes

113. Ioannes 4. *de Plouuec* etiam Iurium Doctor, creatus fuerat Præſul an.cit. per an. 11. Propterea interiit anno veriùs 1453. die 7. Aprilis.

114. Ioannes *de Coetquis* antea Epiſcopus 62. Redonenſis huc inde tranſlatus an. 1454. Obiit factus Cardinalis an. 1464[i].

115. Chriſtophorus à Caſtello Epiſcopatum geſſit ab anno præfato 1464. i 23. Sept. *Num. 51.

116. Alanus 6. ex Epiſcopatu Coriſopitenſi * huc translatus eſt anno 1488. ſecundum Auguſtinum de Paſſu.

117. Raphaël cùm hîc eſſet Epiſcopus, factus eſt Cardinalis tit. S. Georgij ſub an. 1505.

118. Robertus 2. *Guibé* valdè iuuenis, ex hac poſteà Sede factus eſt Epiſcopus 66. Redonenſis ad annum ferè 1506. Cætera ibidem.

119. Ioannes 6. dictus *Calloet*. Iurium item Doctor, ſedit annis duobus, & obiit veriùs anno 1508. quàm an. 1504. conſtituto à Chenutio.

120. Antonius dictus *de Grignaux* ſedit veriùs annis 28. cum octo menſibus ob antecedentia, quàm annis 32. ſecundum Chenutium. Obiit verò apud omnes decimo ſexto Nouembr. anno 1537.

121. Ludouicus à Borbonio, ſi hîc ſederit annis quinque, vt ſentit Chenutius, non ergo Antiſtes Princeps regij ſeminis translatus eſt ad Senonenſem Archiepiſcopatum k an. 1535. k Num. ibid. 98.
veluti arbitratur Author in ipſis Senonenſibus, ſed opportuniùs eò conſcendit anno ſolùm 1541. propter fundamenta anteriùs poſita, ne aliter implicatio ſuboriretur.

122. Hippolytus Eſtenſis, vulgò *d'Eſté*, ex illuſtri familia Ducum Ferrarienſium emerſus, nempe ex Alphonſo, occupaſſe creditur hunc locũ ſex annis duntaxat apud Chenutium, vt pote ab an. 1546. ad 1551. quo transfuſus putetur ad Auxitanum Archipræſulatum. Sed ex ipſo tamen Authore non niſi ab anno 1566. huic Sedi Trecorenſi renunciauit, teſte Numero ſequenti. Cuius vide Cardinalatum in noſtris Lugdunenſibus.* * Nu. 119. & & 121.

123. Iuuenalis de Vrſinis ex reſignatione prædeceſſoris factus eſt Epiſcopus ad ann. 1566. Quo crepuſculo ad 27. Octobris defecit ipſe Iuuenalis.

124. Claudius *de Kaeruenoy* à Rege nominatus tempore præfato, certis annis fructus percepit non conſecratus, & ius ſuum an. 1576. ſequenti reſignauit.

125. Baptiſta *le Gras* Religioſus Ordinis Prædicatorum, ſedit duobus annis, & obiit menſe Februario 1583.

126. Quidam hactenus ignotus nomine ibi ſedit ab an. 1584. ad an. 1602. Vtilis equidem certè ad minitantem alioquin vacuum præpediendum ac replendum.

127. Hadrianus de Amboſia ſacræ Theologiæ Doctor facultatis Pariſienſis, magni Gymnaſij Regiæ Nauarræ Pariſinæ Rector ac ſummus Magiſter, frater Iacobi de Amboſia Regis Conſiliarij & Libellorum ſupplicum Magiſtri, ambo mihi familiares amici ſuo tempore, ſedit tredecim annis, tum fœliciter obiit 29. Iulij, 1616.

128. Petrus 4. Cornuiller Curiæ Redonenſis ſeu Britannicæ Senator, adſequenti triennio ſedit, & poſtea factus eſt Præſul 69. ab anno 1619.

129. Guido Champion Abbas *de Fontenay* in Northmannia, & primùm Eccleſiæ Pariſienſis Canonicus, ex reſignatione Petri anteceſſoris conſecratus eſt inde Trecorenſis Antiſtes. Et hoc anno 1625. ſedet fœlici conamine.

CATALOGVS HISTORICVS

EPISCOPORVM BRIOCENSIVM

MINORIS BRITANNIÆ

VVLGO *S. BRIEV.*

SEDES NONA SVFFRAGANEA
Archiepiſcopatus Turonenſis.

1. SANCTVS BRIOCVS nobilis Anglus ex paganis parentibus, nimirum
oriundus è Prouincia Corticiana, vulgò nuncupata *Cornoüaille* [a], quam
triuialem apud omnes appellationem inde retinuit Coriſopitenſis Epi- a Argent. l. 1. pa. 67.
ſcopatus in minore Britannia. Argentreus equidem malè eum Epi-
ſcopum fecerat Hybernum genere [b], ac inſtructum à B. Germano Pa- b pa. 66.
riſienſi Antiſtite ſub anno 540. [c] Vnde palinodiam confeſtim cecinit, c obiit 478. Maij 28.
quando faſſus eſt S. Briocum vno ſeculo citiùs natum eſſe, videlicet an. 434. tempore
S. Germani Epiſcopi Antiſſiodorenſis *, & miſſum liberalibus ſacriſque diſciplinis im- * Obiit 31. Iull. 434.
buendum verſus Abbatiam ſuburbij Pariſienſis à Pratis, poſtea ipſi S. Germano dicatam.
Iſte Briocus ex eo ad patrios lares paulò regreſſus fidem docuit parentes ſuos Anglica-
nos: regreſſus in minorem Britanniam regnante Hoële 2. an. 484. aliquod Monaſte-
rium curauit ædificandum, necnon baptizauit Conanum Trecorenſem Comitem, agni-
tum eius affinem [d], qui vicina Comitatus dominia ei in dotem Sedis Epiſcopalis Briocen- d pa. 68.
ſis impertiuit, vbi Sanctus Monaſterium aliud inter plura conſtruxit, poſtmodum anno
500. erectum in loci Epiſcopatum, cui ipſe Confeſſor præfuit honorificè annis 30. corpo-
re tandem ſepulto Andegaui, vbi animam exhalarat, anno veriùs 530. [e] quàm 510. ſub A- e an. ætatis 96. ex pa. 69.
lano 1. Rege 8. cognomine * Stupido, poſtea eò tranſlatum fuerit cadauer bellico tempo- * Nu. 18.
Etymologia Diœceſeos. re ſecundum alios. Remanſit autem propterea nomen ſuum vrbi ac Diœceſi, quæ Brio-
cenſis inde appellata eſt. Et ab eius obitu deinceps per annos 59. viſi non ſunt vllo pa-
tente regiſtro ſucceſſores Epiſcopi, ſaltem duo, in illa regione, donec ventum fuerat ad an-
num 680. aut 689. regnante Alano Longo. Iſta breuiùs mixta deprompta ſunt ex Argen-
treo, Auguſtino de Paſſu atque Chenutio. Needum Sanctus apparet in Romano Marty-
rologio. Contuere præcedentem Tabulam Num. 70.

2. Alanus Briocus ſeu Briocenſis Epiſcopus, ac primus eiuſce nominis, deprehenditur ſediſſe anno cit. 689. & in circum, quia agnoſcitur ſubſcripſiſſe Tabulis præfati Alani Ducis Armorici tunc florentis ex Numero 12. noſtri Catalogi Præſulum Redonenſium. Ab horum verò interitu, & deinceps plura alia ſucceſſorum Prælatorum nomina obliuioni rurſus tradita eſse conſtat ſpatio annorum 320. ad Alanum vſque tertium Ducem, dominantem ab anno 1008. & obdormientem anno 1039.

3. Adamus tanquam Antiſtes ſua decorauit præſentia funebres actus Eudonis Comitis de *Penthieure* anno 1079.

4. Hamo ſucceſſit Adamo, rexitque Eccleſiam quatuor annis, vſque ad annum 1083. completum.

5. Guilelmus 1. fertur ſediſse quinque annis vſque ad annum 1092. veluti Chenutius aſserit. At certè ille finis principium habuit ſtatim ab ann. 1084. Igitur duplicando ſedit Guilelmus decennium in toto ſuo curſu. Hactenus hi quinque Antiſtites Auguſtino etiam communes ſunt.

6. Salomon hîc recèns à nobis in catalogum additur ſupra duos proximè allatos Authores. Quippe ſolus Argentreus, attamen verax, teſtatur eum annumerari inter Prælatos cæteros præſentes adnominatos Parlamento Ducis Conani ſecundi: Actis ſolennibus peractis f 9. Maij.
die feſto S. Nicolai [f] an. 1099.

7. Stephanus ab anno finiunte præfato per ſex annos, ex Chenutio & Auguſtino. Perinde vſque ad an. 1104. tacente Argentreo.

8. Ro

8. Robertus ſucceſſit annis octo, ex eodem cum breuiori Auguſtino. Equidem ad annum 1112.

9. Guilelmus 2. cognomine *le Beſcheux*, ſecundum tres omnino Authores ab anno circiter 1130. Sed exactiùs ab anno præcisè 1113. ad vſque annum 1131. Per fundationes fecit largitiones in Cathedrali quotannis celebrari ſolitas g.

g 2. Nou.

10. Ioannes primus ſecundum duos alios dempto Argentreo ſedit ab anno 1132. ad 1138. interfuit Prouinciali Concilio Briocenſi, habito Præſide Geoſredo, tanquam Archiepiſcopo Dolenſi, infrà Num. 36.

11. Ioſſeus Chenutio, aliàs Gotto ſeu Gotho Brito ex Argentreo, ſedit ab anno 1139. ad annum 1157. quo fuit pro meritis translatus ad Turonenſem Archipræſulatum h. Erat quippe doctus & prudens Conſiliarius Ducis Conani Craſſi. In Turonenſibus nominatur Ioſcinus.

h Num. 73.

12. Iudicaël ex Chenutio rexit Eccleſiam annis quatuor: moriens anno milleſimo centeſimo ſexageſimo primo.

13. Oliuarius primus cognomine *du Rillet*, apud Chenutium ac Auguſtinum: vel *de Tilly* ex Argentreo. Ille quidem dicit eum ſediſſe anno 1169. iſte ab anno circiter 1168. quo et de Epiſcopatu prouiſum eſſe videatur. Sed veriſimiliùs ex antecedentibus prouiſio facta eſt anno 1162.

14. Geofridus primus vulgò *Geoffroy*, Concilio Lateranenſi interfuit, per Alexandrum Papam 3. coacto ſub anno 1179. i Indictione 15. Fuerat autem vndecimum generale totius orbis christiani, vel ſecundum vniuerſale Latinorum.

15. Preientius ſeu Pregentius agnoſcitur ſcriptis Præſul ſub anno ſaltem 1180. Et hoc ſolùm habet Auguſtinus *. At reliqui duo ſubiiciunt, quòd eo anno Antiſtes interfuit Synodo Prouinciali conſpicuę Redonibus, Philippo Redonenſi Sedem tenente l, & hoc inſinuante Geoffredo Duce nominis primo.

i 10. Mart. Romæ. k Geneb. in Chron. l Annale reliquiæ fundationem 3. Ian. * etſi imprimitur 1280.

16. Geofridus 2. ad minus iam ſedebat anno milleſimo centeſimo nonageſimo ſexto, & interiit an. 1202. Ex Argentreo m benè conſuluit pro iuniore Duce Arturo aduerſùs Richardum n Angliæ Regem. Condiditque Anniuerſarium o.

l ibi nu. 35. m pa 70. n id eſt 2 diu poſt S. Richard. o die 3. etiam Nou.

17. Ioſſelinus Præſul ab anno 1203. ad an. 1207.

18. Petrus 1. ab anno veriùs 1208. quàm 1210. ad annum 1218. geſſit Epiſcopatum: qui partem Reliquiarum S. Brioci ex Abbatia S. Georgij Andegauenſis, vbi propter Danorũ Northmanorumque incurſus collocatæ fuerant, in ſuam Cathedralem Eccleſiam Briocenſium tranſtulit anno lubentiùs 1213. quàm 1223. ob alios circunſtantes calculos, præſente Alano Comite. Sic emendandæ cæterorum reuolutiones annuæ.

19. Syluester præfuit ab anno 1219. ad annum 1220. ex Auguſtino, tametſi Chenutius ponat annum 1225.

20. S. Guilelmus 3. cognomine *Pinchonius*, rexit Eccleſiam annis 14. ſecundum Chenutium: qui tamen dum concipit ipſius ingreſſum anno 1226. & mortem locat diſertè an. 1237. ſedes ergo non niſi annorum vndecim fuit. Ex aduerſo autem, quando Auguſtinus Cathedram Præſulis inchoat ab anno 1221. & obitum finit anno 1234. ſanè annos duntaxat et duodecim præbet in Sede. Argentreus verò munit quidem initium circa annum præfatum 1225. (ſic anceps eſt) & exitum anno quem exſcribit è ſuo typo Chenutius: verùm monemus præterea, & hic recèns adiicimus, quòd Surius efficit Sanctum exceſſiſſe è viuis anno 1241. Baronio calculum approbante in Martyrologio p. Denique tres priores Authores minùs ritè affirmant S. Præſulem *ob ingentia miracula poſt mortem promulgata ab Innocentio IV. PP. in Sanctorum numerum eſſe adſcriptum, anno IV. Pontificatus ipſius Innocentij*. Etenim certè præmiſſus Cardinalis Annaliſta ſic multùm diſcrepás rem totam percurrit emerſam ex tutiore autographo. *Eum retulit in Sanctorum claſſem* (ait q) *Innocentius Papa quartus, cuius extant de ea re literæ Apoſtolicæ, data anno vndecimo Pontificatus ſui, vt vidimus in Regiſtro ipſius anno* 11. *numero* 532. Itaque tardiùs igitur celebrata eſt eiuſmodi canonizatio, & longiore anno Romæ ſedit Pontifex ſummus, qui eodem tempore ad patres perrexit r. De quo ſubtus in Andrea 6. Cæterùm Guilelmus Eccleſiam Cathedralem cœpit conſtruere, vt ex votis perficeret: ſed morte præuentus non abſoluit.

p 29. Iul. q in Martyrol. 29. Iul. r Genebrard. ſ nu. 22.

21. Philippus cœpit epiſcopari ab anno milleſimo ducenteſimo trigeſimo quinto ex Auguſtino, vel ab anno milleſimo ducenteſimo trigeſimo octauo ſecundum Argentreum atque Chenutium: quiſque horum ſequens proprios ſibi Catalogos ſuccedentes ex duobus aliis præiacentibus Epiſcopis ſeorſum apud ipſos ſupputatos. Sed finiit Antiſtes teſte eodem Chenutio, ad annum milleſimum ducenteſimum quadrageſimum octauum

Qui Præſul fœliciter exequutus eſt vota ſeu promiſſa deceſſoris, quia cœptum ac mediatum Baſilicæ ædificium abſoluit, quos defuncti miracula in cuiuſque oculis excitarant ad hæc pietatis officia.

22. Andreas, quem præterit Argentreus cum duobus ſequentibus, creditur ſediſſe ab anno 1249. ad an. 1255. ex mente Chenutij & noſtra, conformi circumiacentium calculis. Eo autem ſedente Præſule interuenit realis canonizatio præmiſſi S. Guilelmi 3. celebrata per Innocentium Papam tertiũ anno ſalutis 1254. t ipſo Pontifice Romano tunc breui poſtea moriente. t Geneb. in Chron.

23. *Simo* 1. apud Chenutium, vel *Symon* apud Auguſtinum, ſediſſe videtur ſolo anno 1256. ex Chenutio & Auguſtino.

24. Raouldus Præſul anno 1257. ad annum 1259. quo receſſit ab humanis.

25. Thebaudus ſeu Thibaudus & Theobaldus dicitur illic Antiſtes à Chenutio ſub anno 1260. Et hoc ſolùm ipſe. Verùm Argentreus ſubijcit ex profeſſo eundem Thebaudum dediſſe conſilium Duci Ioanni I. cognomine Ruſo Romam proficiſcendi, vbi ſopitę fuerant vtcunque lites trium Statuum ſui Ducatus, quibus demum à recuſante populo non obſignatis, Antiſtes triſtis ac prudens Dolam receſſit anno 1267. quia in vrbe ſolio ſacro vacante, is confeſtim pro meritis ſelectus eſt Præſul Dolenſis u anno 1274. exitu valdè felici x. u Ibi nu. 45. x li. 1. pa. 72.

26. Simo vel Symon 2. à duobus alijs conſcriptus ſedit anno 1268. vſque ad annum 1270.

27. Petrus 2. ſecundum illos ambos ſedit quidem ab anno 1271. Sed Argentreus, qui Simonem alterum neſcit, narrat ipſum Petrum ſucceſſiſſe, nimirum Theobaldo, circiter anno milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo quarto (ait) & addunt omnes tres ipſum Petrum ſe ex animo adiunxiſſe cum tranſlato Dolam Thibaudo ad tutanda Cleri iura priuilegiáque in Comitijs vel Parlamento trium Regionis Statuum, anno 1286. Exoleuit ſub annum 1289.

28. Alanus 2. cognomine *de Lambale*, penes Chenutium rexit ab anno milleſimo ducenteſimo nonageſimo ad annum milleſimum ducenteſimum nonageſimum ſextum. Itaque ſic inferiùs ex circunductis.

29. Guilelmus 4. agnomine *Gueguen* Eccleſiam adminiſtrauit ab an. 1297. per biennium iuxta omnes: qui ſecundum Argentreum plura ſuæ pietatis monimenta & inſignia ex perennibus Annalium ſex menſium fundationibus reliquit y. Finémque habuit anno 1298. ex Chenutio. Dixetim anno 1302. y Ian. Mart. Maij. Iul. Sept. Nou.

30. Geofredus tertius ſeu Gofredus rexit ab annò milleſimo trecenteſimo tertio ad annum 1310. teſte eodem Chenutio.

31. Ioannes ſecundus *d'Auangour*, Henrici 3. Baronis *d'Auangour* filius, poſtea Epiſcopus Dolenſis 56. Id tantùm aperit Auguſtinus de Paſſu. Verùm Argentreus eum appellat Ludouicum, quem ſcribit Epiſcopum creatum ann. 1315. Attamen Chenutius malè ex ipſo autographo refert annum milleſimum trecenteſimum vndecimum. Obijt verò Ioannes anno milleſimo trecenteſimo decimo nono z, ſaltem ex ipſo Chenutio. De z 16. Febr.
quo vide alia tempora in Dolenſibus. Sepultus eſt in Conuentu Franciſcano Guingampenſi, teſte Diplomate canonizationis pij & magnanimi Caroli Comitis Bleſenſis.

32. Ioannes tertius à ſolo Argentreo ſupponitur, tanquam electus ſub anno milleſimo trecenteſimo decimo ſeptimo, aut circiter. Sed meliùs dixerim anno milleſimo trecenteſimo decimo nono extremo ex allatis. De quo vito liquet in publicis Actis pro Dynaſta *de Querrault* facientibus: tametſi celebratis anno milleſimo quadringenteſimo vigeſimo quinto, vno ſeculo poſt huius Præſulis obitum. Videtur autem Scriba illo nomine Ioannis animo concepiſſe Ioannem *d'Auangour*, à Chenutio ſuprà collocatum Numero trigeſimo primo, cui agnomini idem Argentreus Ludouicum præmiſerit, tanquam eius conſanguineum.

33. Raouldus *de la Fleche*, ex Auguſtino, equidem ab anno 1334. ad 1351. malè apud Chenutium cognomine *de la Flexe*: qui efficit eum ſediſſe ab anno 1330. ad 1341. Quis tutior: viderint arbitri. Saltem nullus manifeſtat dicti cauſam: neſcitur tempus finis deceſſoris. Quod verò ſpectat ad exitum iſtius 33. cenſerem eum defeciſſe anno 1345. ob adſequentis calculum: dummodo primordia ipſius rata habeantur. Cæterùm Argentreus profert huius chirographum anno milleſimo trecenteſimo trigeſimo ſeptimo, fundationem emologando Capellaniæ beatæ Mariæ Virginis matris ad pontem prope vrbem Briocenſem.

Guido

34. Guido de Monte-forti electus eſt an. 1346. ex vnico Argentreo : & diem clauſit extremum anno 1358. ſecundum Chenutium.

35. Hugo *de Monſtrelays*, aliàs de Monte-Longo, antea Epiſcopus 97. Trecotenſis, huc peruenit Antiſtes anno ferè 1360. & veriùs inde aliò migrauit ſub anno 1376. quàm anno 1366. poſito à Chenutio : quia ipſemet fatetur eum conſcendiſſe ad Cardinalatum Auenione beneficio Gregorij Papæ 11. anno cit. 76. Qua in vrbe is obierit an. 6. Pontificatus Benedicti 13. z an. ſal. 1400. veluti auguratur cum Argentreo Chenutius. Verùm aliter Ciaconius [a]. *Anno 1375. Pontificatus Gregorij Papæ XI. anno 5. menſe Decembri* (ait) *ſecunda vice creauit Cardinales, qui fuère, Hugo de Monte-Longo, dictus de Britannia, Gallus, Presbyter Cardin. tit. SS. Quatuor Coronatorum, poſtea factus Epiſcopus Card. Praneſtinus a Clemente VII.* [b] *mortuus Auenione anno* 1390. ſedente Bonifacio 9. Romæ [c].

z. In ſchiſmate.
a pa. 750. 751.
b Etiam Antipapa.
c Vero Pontifice. Ge-

36. Geofredus 4. *de Rohan, filius* Oliuarij Rohani Comitis, *precibus Ioannis Strenui Ducis, factus eſt Epiſcopus anno* 1370. Sic Chenutius præter Argentreum : ſcilicet iuxta ſuos computus, quadriennio poſt præcedentem Hugonem, quem Author putat ſolutum Briocenſi Epiſcopatu ſub anno 1366. Verùm ſi teneamus Hugonem exeuntem ſeu tranſlatum an. 1376. quod euenit decennio infrà : ſanè Geofredus priùs non ſedit, quàm illo anno 76. atque ſimul eodem medio exhalauit animam, neque longiùs reſidere potuit ac debuit propter adſequentia in ſucceſſore. Cæterùm, iſti duo familiæ de Rohan non deprehenduntur in ſtirpe genealogica ſuorum conſanguineorum, quos locamus in Lugdunenſibus [d], fortè quia per anfractus præceſsêre Alanum 2. *de Rohan*, à quo [e] nobilem gentem poſthac vltro interruptam adorimur. Geofredus autem inſtituit perenne Anniuerſarium in Cathedrali.

d Nu. 117. §. 2.
e Inchoante an. 1340.

37. Alanus 3. *de la Rue* ſecundum Chenutium ſedit anno 1375. & apud Argentreum circa annum 1383. Sed terminus præcurſoris cogit nos affirmare iſtum adſequentem ſediſſe aliquot menſibus ſolius mediati anni præfati 1376. quia ſic premunt vndique arctati dies ſucceſſoris, vbi cauſas extenſæ hîc opinionis Argentrei docemus.

38. Laurentius ex Chenutio ſedit ab anno 1376. finali, vt reor, vſque ad an. 1380. à quo Abrincenſem Normanniæ Epiſcopatum amplexus eſt [f]. Quem virum cùm prætermittat Argentreus, videtur Author tradidiſſe Alano præmiſſo annos illos a ſe dilatatos in ipſius gratiam, qui iure alioqui debeantur iſti Laurentio, per Auguſt. de Paſſu etiam conſtituto.

f Num. 38.

39. Guilelmus 4. Angerius, vulgò *Anger* vel *Angier*, filius Thebaudi Angerij, Dynaſtæ *du Pleſſis & d'Angier*, ac Marguaritæ de Caſtro Briento, Dominæ *du Porteric de la Mourezieré*. Hæc ſolùm Auguſtinus, communia Chenutio. Qui poſterior pro chronologia eundem Guilelmum dicit extitiſſe Cõſiliariũ Ducis Ioan. V. quem is Lutetiam comitatus eſt, quãdo Regis Franciæ Carolo 6. iura hominij præſtitit anno 1403. Conſignauit annuas fundationes in ſua Cathedrali, ſicut & deceſſor Alanus, ad diem 2. Nouembris. Quod totum narrat & Argentreus.

40. Stephanus Coeuret maximus Iuriſconſultus & præfati Ducis Cancellarius, anno ſolo 1404. texit Eccleſiam, quia anno 1405. creatus eſt Epiſcopus 64. Dolenſis, ex Chenutio. Dum eiuſmodi tranſlationis obliuiſcitur Argentreus, allegat perpetuas ſaltem Præſulis ſtationes precarias in Choro Briocenſi fundatas [g].

41. Ioannes 4. *de Maleſtroit* moderatus eſt Eccleſiam annis quinque, vnde tranſlatus eſt ad Nannetenſem anno 1419. [h] vt propiùs foret Duci, cuius habebatur Cancellarius. Emit tamen Briocenſi Eccleſiæ nobilem terram quatuor millium aureorum [i] pro annuo Miſſæ Sacrificio in maiore Altari.

g Singulis vltimus Februar. pa. 72.
h Ibi Nu. 1.
i an. 1414.

42. Alanus 4. *de Leon* ex illuſtri veterique familia Leonenſi, Epiſcopatum aſſumpſit circa annum 1414. ex Chenutio, meliùs quàm an. 1424. ex Auguſtino, quia eo vlteriore anno morte putatur ſolutus : is donatus Mitrâ per decennium à Martino Papa V. cuius eſſet Referendarius & Camerarius.

43. Guilelmus 5. *Eder* nobilis familiæ *de Beau-manoir* apud S. Quintinum, Referendarius præfati Martini V. qui ei de Epiſcopatu Briocenſi prouidit anno 7. ſummi eius Pontificatus, hoc eſt ſalutis 1424. Ioannis 5. in Ducatu amantiſſimus, adeóque præſens eius Concordatis cum egregio Comite *de Bethefort* initis, Regente in Francia ſub Henrico 6. Rege Anglicano, ac celebratis an. 1427. Deceſſit anno ferè inchoante 1431. Totum ex Argentreo. Pauca in Chenutio.

43. Heruerus *Huguet* ex nobili familia *du Bois-Robin*, poſſeſſor Epiſcopatus ab anno 1431. ac prouiſor Beneficij cum ceremonia traditionis aurei ſui annuli beneficiaro & appoſitione ſacerdotalis Biretri ad caput an. 1434. ex Argentreo, qui eius ſedem prorogat vſque ad

an.144 . At ſecundo a Chenutium deſeruit ſeculum præfato an. 1434. aut ſequente inſtante.

44. Oliuarius 2. non in Argentreo, antea fuerat Epiſcopus 16. Leonenſis vſque ad an.1435. & ex Chenutio rexit hanc Briocenſem Eccleſiam quinque annis ſuccedentibus.

45. Petrus 3. ſeu Guilelmus 4. *Brillet* ſedit hic ab anno 1440. poſtmodum factus Redonenſis Antiſtes 60. *circa annum* 1444. Sic Chenutius. Sed ne illic vacuum detur apud ipſos Redonenſes, is cenſeretur eò tranſlatus anno 1428. quo obierat deceſſor Anſelmus; & ideo Datas Alani, Guilelmi, Heruci & Oliuarij antecedentium Briocenſium eſſe eò altiùs attollendas cenſeo, vt locum tali calculo præbeant. Argentreus eum poſtponit duobus ad ſequentibus, Redonum tranſmigrantem an.1476.

46. Ioannes 5. *Frexuet* ſeu *Pregent*; vir erudititiſſimus, primò Epiſcopus 17. Leonenſis, deinde Briocenſis ab an.cit. 1444. à Conſilijs & Vicecancellarius Ducis Franc. 1. quem in Galliam comitatus eſt, quando hominij iura ſui Ducatus præſtitit Carolo 7. Regi Franc. ſub annum 1445. [k] & ſubſcripſit teſtamento ipſius Ducis [l]. Sacellum B. Guilelmi ſuperbè conſtruxit ſuis ſumptibus in Cathedrali, & præfuit annis 27. Totum ex Chenutio. Argentreus, qui plura ſubiicit, eum quoque præmittit Guilelmo 4. k 14. Maij. l 16. Iulij 1450.

47. Petrus 4. *de la Val* ex illuſtri familia Comitum eius cognominis, factus *Archiepiſcopus* 76. *Remenſis* an.1471. ex Chenutio. Verùm Argẽtreus cũ præfert Guilelmo 4. & Ioan. 5. tanquã præſens nuptiis Ducis Franciſci an. 1442. [m]. Tranſlatus Maclouium [n] ante quàm Remũ. m in Decemb. Redonibus.

48. Chriſtophorus *de Penmarch* an. 1476. ex Chenutio; ſeu nobilis cognomine *de Pennemarch* Diœceſis Leonenſis ſecundum Argentreum, qui eum efficit teſtem in maritali cõtractu Regis Ludouici 12. & Annæ Duciſſæ ann. 1478. [o] Ignotum tempus finis huius. n Nu. 64. o In Ianuar. vterque author hoc ordine.

49. Oliuarius 3. agnomine de Caſtello, domus antiqua, ſedens annis 18. ex Chenutio, diſceſſit anno 1505. Sed Argentreus ſolùm docet eum tunc Epiſcopum: neque de exitus anniuerſario loquitur. Ex ſequenti Antiſtite cenſetur tardiùs obiiſſe. Omnes tamen hac ſerie.

50. Ioannes 6. *De Rieux*, priſca gens. Is Dynaſta de Caſtronouo electus eſt Antiſtes anno 1534. at minimè conſecratus. Veruntamen nomine electi fructus percepit, & beneficia officiáque vacantia contulit per annos decem, vti Chenutius aduertit, vel per annos 16. ex Argentreo. At dico ego ſaltem per annos quatuordecim ob Datam conſequentis.

51. Franciſcus Argentreo, vel Michaël Chenutio, cognomine *de Mauny*, Cenomanenſis, prouiſus de Epiſcopatu an. 1448. quem poſſedit annis octo ſecundum priorem; ſeu annis ſex ſecundum poſteriorem authorem, qui eundem locat tranſlatum Burdegalam an. 1553.

52. Ioannes Tilletus Engoliſmenſis, vir doctiſſimus, ſedit hic ab anno 1554. ad an. 1567. quo factus eſt regia nominatione Meldẽſis Antiſtes 98. vbi annotamus egregium ſuum Opus, diſtinctum à Volumine fratris ſui germani cognomine etiã Ioan. Protonotarij Curię Pariſ.

53. Nicolaüs l'Angelier reſignatione Tilleti ſequutus, interfuit eloquentiſſimus Synodo Prouinciali Turonenſi 1583. pro conformanda Prouincia ad normam Concilij Tridentini. Obiitque anno 1595. poſt cuius exitum vacabat Sedes annis 5. & menſibus 4. tempore belli ciuilis.

54. Melchior *de Marconnay* ex nobili familia Pictauienſi huius cognominis, ab anno circiter 1600. ignoto tempore ſui finis.

55. Andreas *de Vezin* quocunque anno ingreſſus Sedem videatur, ſaltem locum hoc anno 1625. felici auſpicio moderatur.

SERIES

SERIES
HISTORICA EPISCOPORVM
MACLOVIENSIVM MINORIS BRITANNIÆ, VVLGO, *LA VILLE MAritime ſainct Malo.*

***

SEDES DECIMA SVFFRAGANEA Archiepiſcopatus Turonenſis.

PRÆLVDIVM.

CIVITAS Armorica Maclouienſis, vulgò *ſainct Malo*, aliis *S. Maclou* in minore Britania ad occaſum Galliæ Celticæ, à primo ſuo receptæ fidei chriſtianæ Epiſcopo Maclouio vocitata, ea eſt, quæ ante nomen euangelicum Chriſto datum appellabatur apud vetuſtum Geographam Claudium Ptolomæum *Saliocanus portus*, libro 2. Tabula 3. capite 7. cui titulus eſt, *Altera Galliæ Lugdunenſis pars contigua*, obtinens ibidem gradus longitudinis ſeptendecim, & quinquaginta latitudinis ſeu paralleli circularis æquidiſtantis ab æquinoctiali ambitu verſus ſeptentrionem. Quæ dimenſio apud hodiernas Franciæ Tabulas ſeu Planiſphæria geographica (Chartas vocant) habet gradus longitudinũ vndeviginti cũ tribus partibus vigeſimi, & latitudinũ quadraginta octo, ac tres particulas quadrageſimi noni. Et hic eſt ſitus loci propoſiti indiuiduus ad punctũ indiuiſibilem plani. Quam exactiorem indaginem nullo pacto requiſiuit Chenutius in ſuo ad hanc Diœceſim Præludio, vel neque ſimilem in aliis Galliarum regionibus. Cæterùm, Argentreus alios hîc prętermiſſos de illo tractu diſcurſus habet [a], quos is proximè locat poſt Leonenſes Epiſcopos, & ante Trecorenſes ac Briocenſes. At nos ſecuti Chenutium hanc Maclouienſem Diœceſim poſtponimus duabus allegatis. [a] pa. 61. & 65.

1. S. Maclouius cœpit Alethæ [b] vicinæ Epiſcopum agere annis incertis apud Argentreum atque Chenutium. At probabiliùs ſub annum 666. ex Baro. Nu. 19. veniens ex ruinis ſuæ maioris Britanniæ illatis à Dannis in Armoricam minorem Britanniam; vbi is genere nobiliſſimus, perfunctus officio & miraculis clarus, ad cœleſtes patrios lares perrexit circa annum 622. quo tempore S. Samſon auunculus ſuus, Dolenſis pariter Epiſcopus, creditur defeciſſe. Et quotannis iſtius Maclouij celebratur commemoratio 15. Nouembris, quo die obierit: nec tamen fulget adhuc in Martyrologio Romano. A Petro autem de Natalibus [c] nuncupatur etiam vno verbo *Machutus*. Sed dum cauſam minimè profert, addo & moneo, quòd ſanctus ille item Confeſſor eſt ſynchronus Iuſtiniano Imperatori proximo anteceſſori Iuſtini iunioris: quem Præſulem dicit Author filium matris ſexagenariæ, quando eum peperit ſororis præfati Samſonis, nepos aliàs Madonius appellari ſolitus, quem dictator non aperit, vbi diſtinctè fuerit Antiſtes, dum eius miranda proponit. Tum concludit. *In pace quieuit* 17. *Kalend. Octobr.*

[b] hodie nũcupatur *Quilades*. [c] ll. 10. c. 64.

2. S. Geruallus Chenutio, vel Gueruaius Argentreo, decedens anno ignoto, at 6. Ianuarij.
3. S. Colaphinus illi, vel Colaphimus huic ſine chronologia.
4. S. Armellus vni, & Armagilus vel Armagillus alteri.
5. S. Enogatus obiit 13. Februarij.
6. S. Melmonus priori, vel Melnionus poſteriori.
7. S. Geofridus Aduocato, & Gaufridus Præſidi.

S. Oedma

8. S. Oedmalus Birurigo, & Oedumal Armorico. Hi alij hactenus Diui non in Martyrologio Romano.

9. Chomanus vtrique: at non etiam *Hamonus*, vulgò Hamon, quod addit ſolus Chenutius; quia eum videntur ambo concipere infrà Nu. 18. vbi dicitur *Hamonus* apud ipſos.

10. Noëdius Aquitano, & *Noëdi* Redonico.

11. Riatualus, ſiue Riauralus.

12. Tutamenus. Sic ex antiqua ſerie.

13. Rimplus, vulgò *Ramilyant Rimuly*.

14. Billius apud Chenutium, vulgò *Billy* apud Argentreum. Tempore cuius reliquiæ S. Maclouei ex Xantenenſi vrbe Epiſcopali *in vrbem Maclouienſem translata ſunt, eiúſque vitam ſcripſit ille*, veluti aſſeuerat Chenutius. Sed dicimus, quòd veriùs introductæ & receptę fuerant in ciuitatem Alethenſem, quæ adhuc tunc erat Epiſcopalis, teſte Num. 37. inferiùs, vbi notatur ſedilis tranſmutatio.

15. Moënus. Aliud nihil vllibi, præter traditionem hanc vetuſtiſſimam.

16. Ebondus anteriori, & Embondus vlteriori.

17. Guibertus primo, vel Gumbertus ſecundo.

18. Hamonus 1. apud omnes: eſtque is quem duplicarat Chenutius Num. 9. Vterque citra chronologiam. Et Auguſtini de Paſſu antographus, monet hos octodecim Epiſcopos hac ſerie viſos à ſe in antiquo recepto loci Catalogo, ſine Data.

19. Gualtherius hoc ponitur ordine ab Auguſtino, donec alius fortè aliter ſtatuat, licèt Author anceps fuerit, vbinam eundem inter præmiſſos reponat, dum teſtatur ipſum ſaltem conſcriptum in Charta Regis Alani Longi anno 689. Adeóque videretur altiùs remittendus, tum vt eſſet propinquior S. Macloueo, ſui eiuſdem pene ſeculi; quaſi ſtatim poſt Noëdium conſtituendus; tum etiam quia inter hunc Gualtherium & ſequentem Hoëlocarum ſuperſunt medij vacui centum viginti anni, qui replendi eſſent commodiùs per octo intercalares Epiſcopos à Riatualo Noëdij ſucceſſore ad diem vſque ipsîus ſucceſſoris, cùm vel etiam illic ſint frequentiores & denſiores plus æquo. Hi & ſequaces ſeptem non fulgent in Argentreo ac Chenutio.

20. Hoëlocarus, ſucceſſor ille, de quo factus eſt ſermo, rexit Eccleſiam illam anno 817. ſub Imperante Ludouico Pio Rege tunc dominante in Britannia Armorica breui tempore. Sic habet vnicus Auguſtinus cum ſequentibus ſex à ſe repertis in Chartulariis Abbatiæ S. Saluatoris *de Redon*, an. 1595.

21. Ermor ſedit ad an. 834. Sepultus 15. Maij.

22. Iarnualtus viſus eſt Antiſtes anno 835. die 4. Octobris, & ann. ſequenti 11. Nouembris.

23. Maino vel Meno annis 841. & 845. Non tamen eſt ille nobilis ſanctus vulgò *Main* antiquior, oriundus ex maiore Britannia, ingruente bello factus Abbas in minore, ſecularis diuo Samſono, de quo Gazerius [d]. — [d] 14. Iunij, de quo nos in locis cõmunib. Sanctor.

24. Retuualattus annis 858. & 862. Fortaſſis adhuc quinquennium vlterius.

25. Ratuily ann. 868. & ſequentibus aliquot. Fortè is qui hoc tempore apud Argentreum vocatur ſeorſum Rathinus *. — * li. 3. ca. 23. pag. 183.

26. Saluator Antiſtes piè tranſtulit corpus vetuſtum ſancti Maglorij Lutetiam anno incerto: at profectò hoc geſtum eſt circa an. 870. &c. Vnde Ratuilyum optimè adſequututus putatur, is Northmannos crudeles veritus, qui tunc bello gaſſabantur, optans Reliquias in tuto retineri.

Póſtque eum Auguſtinus ſtatuit quatuor alios Antiſtites ſibi denuo peculiares, Hamonem ſecundum, &c. à ſe repertos, quos mox appoſitum imus, nominatos in titulis præfatæ Abbatiæ. Verùm ſanè quia ſequens poſt Saluatorem ab ipſo Auguſtino proximè conſtitutus, eſt Hamo 2. inter quos duos ſuper ſunt anni 130. vacui: idcirco antequam illud quaternarium procedat, anteuertimus, ſex alios, quos Chenutius præterea ſeorſum compellit, ſub hunc ferè ordinem opportunè conſtituendos, quibus caret Auguſtinus, ſcilicet ad replendum hîc eiuſmodi temporum inanitatem. Quos ſinguloshoc pacto enumeramus.

27. Cadocananus.
28. Reginandus.
29. Meuſenicus.
30. Domellus.
31. Albertus.
32. Radulphus.

} Cuncti penes nomina tantùm, ſine vlla Data.

33. Hamon

33. Hamon 2. à ſolo Auguſtino collocatus, apud quem iam regredimur ex allegatis, ſubſcripſit tanquam Præſul Maclouienſis fundationi Abbatiæ Georgij Redonenſis tempore Ducis Britanniæ Alani tertij ab an. 1008. ad an. 1039.

34. Raoulus 1. ſedit confeſtim poſt vitam eiuſdem Ducis.

35. Renaudus præſens tum funeribus Eudonis Comitis Pentheuræ an. 1079. tum Parlamento Redonenſi an. 1087. ſub Duce Alano 4. Idem Epiſcopus tunc Britanniæ Cancellarius. Mortuus eſt 19. Nouemb. 1090.

36. Benedictus 1. præſens obſequiis Annæ Comitiſſæ *de Perhoet* vxoris Comitis Eudonis an. 1092. Nondum is qui creditur communis aliis Authoribus. En quatuor hactenus Epiſcopi, vltimi ſingulares Auguſtino autographo.

37. Iudicaël, vir in deſcribendo communis Argentreo & duobus aliis authoribus ſolo nomine, dempto ampliore Auguſtino, qui eum adiicit ſedentem an. 1101. fratrem Geofredi ſeu Gaufridi Archiepiſcopi 50. Rothomagenſis ſuprà. Et ſic calculos alios ſequacibus addit.

38. Benedictus 2. comprobauit fundationem Prioratus S. Maclouij *de Dinan* an. 1108.

39. Riualonus ſedit an. 1117. & ſequenti. Attamen Argentreus atque Chenutius eundem ſine Data præmittunt ſeu præſcribunt Iudicaëli.

40. Albertus 1. Argentreo *Albiotus*, ibi ſacer miniſter annis 1119. & 1120.

41. Donoalus antea Monachus montis S. Michaelis an. 1123. Defunctus 19. Auguſtini. Et agnoſcitur peculiaris Auguſtino.

42. Benedictus 3. an. 1140. Singularis quoque eidem Auguſtino, quia non repetitur à cęteris.

43. S. Ioannes 1. dictus de Craticula, vulgò *de la Grille*, antea Abbas S. Crucis *de Guimpamp*. Is Sedem Epiſcopalem tranſtulit ab Alecto ſeu Aletho ad Inſulam S. Maclouij, antea dictam Inſulam Aaronis, duobus millibus paſſuum diſtantem *. Stetitque circa 1156. Ac diſceſſit an. 1163. Hunc Chenutius cognominat *du Gril*, qui Chorum Eccleſiæ Cathedralis ædificauit ſuis ſumptibus. * Papyr. Maſſo in flumi-nib. Franc. pag. 144.

44. Albertus 2. item peculiaris eidem Auguſtino. Erat primùm Archidiaconus loci. Atque defecit in Præfectura 3. Iulij anno ſolo 1184. non integro, quo præfuit.

45. Petrus 1. dictus Girardus, factus eſt quidem Epiſcopus an. 1183. ex Roberto de Monte in Supplemento: ſed veriùs ab Auguſtino cognominatur Giraudus, antea Canonicus Redonenſis, electus anno extremo 1184. Præfuit autem annis 34. Et profectus aduerſus Albigenſes an. 1216. expirauit an. 1218.[e] e 11. Septem.

46. Raouldus 2. obiit die 8. Octobris an. 1229. Non in cæteris ambobus vltra Auguſtinum.

47. Geofridus ſeu Gaufridus reſignabat Epiſcopatum an. 1255. ei qui ſequitur.

48. Nicolaüs ſublatus eſt dè medio ipſo die 12. Octobris an. 1259.

49. Simon de Cliſſon Doctor Theologus Ordinis Prædicatorum, vitam finiit 3. Februarij an. 1285. Sic interuertimus hac pagella ſeriem Chenutij in melius.

50. Robertus 1. à Ponte apud Argentreum & Chenutium ſola voce abſque Data, ſicut & alij plures de circunſtantibus. At ex Auguſtino interiit an. 1306.

51. Raouldus 3. aliàs nobilis *Rouxelet*, familiæ *de Limoëlan*. Ita paulò latiùs apud Auguſtinum, quàm in reliquo duplici Chenutio Rolandus.

52. Alanus Gonthier Doctor Theologus vidit Eccleſiam antea Regularem fieri ſecularem à Ioanne Papa 22. Tranſlatúſque eſt iſtinc ad Coriſopitenſem Epiſcopatum an. 1336.* Sic clariùs in Auguſtino. Adſequentibus cum Chenutio communibus ex æquo. * Ibi Nu. 39

53. S. Yuo Beuboſel, antea Epiſcopus 92. Trecorenſis: & tandem huc venit, ex permutatione canonica cum Alano facta ſub anno 1336.

54. Guilelmus 1. Mathieu antea Canonicus Redonenſis: erupit ex hoc corporis ergaſtulo tempore incerto.

55. Petrus 2. cognomine Benedictus, ſedit ab anno 1350. Et exceſſit an. 1362.

56. Guilelmus 2. Poulardi, vulgò *de Poulard*, filius Petri Vicecomitis *de Plebedo*, tranſiit ad Patres an. 1384.

57. Ioſſelinus *de Rohan* obiit 28. Martij 1389.

58. Robertus 2. de Mota, antea Epiſcopus 59. Venetenſis Obiit Maclouij an. 1423.[f] f 5. Auguſti.

59. Guilelmus 3. de Monte-forti[g] dum eſſet hic Antiſtes creatus eſt Cardinalis tit. S. Anaſtaſij an. 1430. à Martino Papa 5.[h] Deceſſit Siennæ in Tuſcia, Româ redeundo an. 1432.[i] g Dinanus. Protonotar. Apoſto. h In 1. creatione 5. Idus Nouem.

60. Almaricus de Motta, vulgò *Amaury*, frater præfati Roberti 2. antea Præſul 61. Venetenſis, huc venit annò cit. finali 1432. i Ciacon. pag. 881.

61. Luduuicus Alamanus ex nobilibus *d'Arban* Burgundus, à quibuſdam habetur Epiſcopus Maclouienſ. hoc ordine inter pręmiſſum Almaricū & ſequacem Petrū conſtitutus, dicente Chenu- l 17. Septem.

Chenutio. [k] Verùm hæc de ipſo inſinuat Ciaconius. Ludouic. Alaman. Gallus Archie- k pag. 1702. l pa. 924.
piſcopus Arelatenſis, priuatus ab Eugenio Papa 4. [l] fortè quia fuiſſet antea in ſchiſmate m Giac. an.
ad Cardinalatum promotus ab Amadeo de Sabaudia, dicto Felice 5. [m] *ſed reſtitutus à* 1419. pag.
Nicolao V. Eugenij ſucceſſore, Presbyter Cardinalis tituli S. Cæciliæ factus. Adeo vt videretur ſo- 909. & 911
lùm Antiſtes Arelate, cùm Ciaconius nihil in eius gratiam pro Maclouienſibus comme-
moret. Sed præterquàm quòd idem Chenutius in Arelatenſibus eum diſertè nunciat
miraculis clarum, ac priùs Maclouienſem Epiſcopum [n]; accepimus inſuper fideliſſimum n Nu. 114.
exemplar ſeu exactiorẽ loci Catalogũ à Theologo Arelatenſi Canonico, quem lubentiùs
ſectamur, in illo breuiario, qui domeſticus Scriba eũdem virum prædicat verè antea Ma-
clouienſem [o], primum Comitem Canonicum Lugdunenſem, cognomine aut gente Ale- o Notis
mannum, & mirandis demum illuſtrem operibus. At nos iſtic addimus eum cenſeri iam Arelat. Nu. 504.
prima vice creatum Cardinalem per Felicem, quando Maclouij ſedebat. Sic ritè infe-
rendum ex tota fluente Ciaconij hiſtoria, tametſi ſolam vlteriorem & finalem Cathe-
dram velut præſtantiorem adnominarit Ciaconius; qui Romæ de priore antiquata non
audiuit. Hæc ita licet opinari. Niſi fortaſſis obſtet, quòd putetur reliquiſſe Maclouium, &
adiiſſe Arelatem an. 1434. ſub biennio adeptæ ſedis Maclouienſis, ob Datam illam ſuc- p Nu. 61.
cedentis infrà [p] eò venientis. Quo certè anno nondum Felix 5. pſeudopapatu donatus
fuerat, ſed quinquennio pòſt, qui poſtea ceſſit, retentus Romæ pacificus, in Curia ſuc-
ceſſoris legitimi Eugenij ac Nicolai, Decanus Cardinalium & perennis Germaniæ Le-
gatus. Vnde totus interruptus S. Ludouici Cardinalatus inciderit Arelate, vbi videmus
ſediſſe ab anno 1324. decennio priùs quàm ſuprà opinatum.

61. Petrus 3. cognomine *Piedru*, primò Epiſcopus centeſimus vndecimus Trecorenſis ſu- prà, & huc inde tranſlatus anno 1434. ſicut ibi pronunciatum comparuit, quod inſeruit fi- ni præcedentis Epiſcopi, tandem interfuit Synodo Andegauenſi anno 1449. Obiit autem an. ſequenti 1450.

62. Iacobus d'Eſpinay ab anno præfato vlteriùs; ſed poſtea hinc factus Epiſcopus 63. Redonenſis anno incerto. Hic peculiaris Chenutio.

63. *Ioannes l'Eſpernier* ſecundus, antea Protopræſes Cameræ computorum Britanniæ. Illic defecit anno 1486. Communis, & ſequentes.

64. Petrus 4. *de Laual*, filius Guidonis Comitis *de Laual*, Montisfortis, & Baronis *de Vitré*, ac Yſabellæ Britanniæ, antea Epiſcopus 47. Briocenſis, poſtea iſtic Maclouienſis ab anno incerto. Sed tandem hinc effectus Archiepiſcopus 76. Remenſis; & alibi tripliciter Ab- bas. Vnde receſſit ab humanis in ſua S. Nicolai Abbatia Andegauenſi anno 1493. [q] q 14. Auguſt.

65. Guilelmus 4. *Briçonnet*, primò Epiſcopus huiuſce Diœceſis Maclouienſis ab anno circi- ter 1490. vt cenſet Chenutius. Deinde nominatus Cardinalis S. Pudentianæ tit. Paſto- ris, ab Alex. Papa 6. anno 1495. in tertia creatione: etiámque Abbas S. Germani Pariſiẽſis à Pratis. Tum Archiep. 78. Remenſis. Ac demum Epiſc. Alban. Tuſculanus & Prædeſtinus r pa. 1016.
ex Ciaconio [r]: necnon Conſiliarius Caroli 6. Regis. Verùm ceſſit Remenſi. Archiepiſco- patui, vt Archipræſulatu Narbonenſi inſigniretur an. 1507. Vnde obiit Narbone an. 1514.

66. Dionyſius *Briçonnet*, filius præfati Guilelmi vxorem ducentis antequam in ſacris conſti- tutus fuiſſet, & nominabatur ille pater *Le general du Languedoc.* Fuit quidem Legatus regius apud ſummum Pontificem; ſed quoto anno vide in Aurelianenſib. Nu. 103. Obiit verò Dionyſius anno 1536.

67. Franciſcus 1. Boërius ex Chenutio, qui vulgò dicitur Bohier apud Auguſtinum, ſedit ab anno 1537. ad an. 1573.

68. Franciſcus 2. *Thome* ſecundum Chenutium, vel *Thoma* in Auguſtino, aut vulgò *Thomé* ex Argentreo, factus eſt hic Epiſcopus an. 1574. Et interiit anno 1590.

69. Carolus *de Bourgneuf*, vir pius ac doctus, acceſſit Epiſcopus vrbis Maclouienſis ab an- [s] s 17. Febr.
no cit. vſque ad annum 1594. quo tempore factus eſt Epiſcopus nonageſimus ſecundus ſeu penultimus Nannetenſis.

70. Ioannes *du Bec*, dum ponitur à Chenutio Epiſcopus Maclouienſis, & poſtea Nanneten- ſis ab an. 1598 ſanè vereor, ne ex æquiuoco hic nominet Ioannẽm Nanneti abuſiuè col- locatum vice Philippi *du Bec* diu ibi verè Epiſcopi, vel pro Nicolao *du Bec* illic breui ſuc- ceſſore vix conſecrato, aut ad caput annumerando. Nam idem Chenutius nullum ibidem allegat Ioannem de Beco, vt neque pariter Argentreus vel Auguſtinus de Paſſu. Imo ne- que ſupererat illic Ioannem collocandi locus aut tempus ſub anno allato, quia tunc in Sede perſeuerabat Philippus eiuſdem cognominis aut familiæ. Concluditur ergo Ioan- nem de Beco Maclouij ſolùm præfuiſſe ab an. 1594. ad an. 1610. [t] quo ipſe deceſſit, cor- t 10. Ianuar.
pore tranſlato in Abbatiam de mortuo mari Northmanniæ, quam poſſederat [u]. u In Commendam.

71. Guilel

71. Guilelmus 5. cognomine *Le Gouuerneur*, Bullatus à Paulo Papa 5. conſecratus fuit anno præfato 1610.[z] in Æde ſacra Capuciniana Pariſiis per Cardinalem à Ioyeuſa. Deinde an. 1615. interfuit Comitiis Generalibus Lutetiani à Clero ſuo delegatus. Hodiéque ann. 1625. Sedem prudenti gubernaculo moderatur.

z 30. Aug.

SERIES
CHRONOLOGICA EPISCOPORVM DOLENSIVM MINORIS BRITANNIÆ, VVLGO, *DOL.*

SEDES VNDECIMA AC VLTIMA SVFFRAGANEA Archiepiſcopatus Turonenſis, in præſenti ordine.

1. SANCTVS Samſon ſiue Sanſonius & Sanſorius, regio in Anglia ſanguine clarus, ſed valde Religioſus, diram Saxonum tyrannidem inde fugiens, verſus minorē Britanniam Galliæ Celticæ pedē in tutō tetraxit pro maiore Dei gloria anno ſalut. 540. ibique ſancto Iudicaële Rege petente & omnium Epiſcoporum aſſenſu Dolenſis Archiepiſcopus deſignatus eſt anno 566.[a] tempore Iuſtiniani Iunioris Imperatoris; veluti loquitur Petrus de Natalibus[b]. Et à Pelagio I. Pontifice ſummo Pallium accipiens pro meritis, vitam demum ſanctitatis plenam morte fœliciſſima cōmutauit, non anno ſal. 556.[c] ſic male apud nonnullos; ſed ex Tritemio[d] & Bar. ſub annum 600. ætatis ſuæ an. 120. & Sedis 35. tametſi ante eum credantur vixiſſe aliquot pauci Dolenſes Epiſcopi, verùm anonymi & obſcori. Cuius corpus Aureliam tranſlatum eſt propter truculentam Danorum voraginem in Britanniam, vbi hactenus conquieſcit, Eccleſia illic ſuo nomini dicata,[e] ſicut & Baſilica Cathedralis Dolenſis. Feſtum prælucet in Martyrologio Romano: & de illo ferè ſolo ioter ſequaces verba miſcet Argentreus[f], reliquis poſthac adhærentibus depromptis ex duobus aliis de more authoribus.

a Argentrē li. 1. in Dolenſ. 16.
b li 6 ca. 150.
c 28. Iul.
d li. 4. c. 46.
e In vet Breuiar. Dolenſ.
f li cit. & 93. ca 6.

2. S. Maglorius Anglus Monachus anno 564.[g] vel 600.[h] patruo ſuo S. Sanſono probè ſucceſſit, creatus legitimè Dolenſis Archiepiſcopus. Cuius ſacrum corpus ob eaſdem Danorum incurſiones Lutetiam tranſlatum eſt. Migrauit anno ſalutis 612. ſui regiminis 13.[i] ac die 14. Octobris, quo Martyrologium occupat Romæ.

g Genebr. in Chronol.
h Ex Trit cit.
i li ca. 47.

3. S. Budocus filius Comitis de Guetlo, vnus ex prioribus paruæ Britanniæ, à S. Maglorio Archiepiſcopo ſedēte, & in ſolitudinem recedente delectus eſt, atque à Gregorio Magno conſecratus anno Domini 590. qui inde ad annum vſque 604. vitam protraxit[k]. Hoc eſt ſedit annis 14. Et tamen Auguſtinus ei in Sede tribuit annos 25. vno verbo, nec probat. Budocus ipſe non in Martyrologio Romæ.

k ex veteri Breuiar & Argentreo.

4. Geneueus, vulgò *Geneuec*, ſancto Budoco præclarè ſucceſſit, veriùs ab anno 605. ex præmiſſis, quàm an. tardiori 620. poſito à Chenutio, qui efficit eum mortuum anno 637. Perinde Antiſtes ſedit annis 37. meliùs quàm annis 25. ab ipſo Authore conſtitutis.
5. Roſtaldus Geneueo ſuccedens à Seuerino Papa conſecratus eſt, Pallióque donatus anno præfato 637.[m] Sed breui obiit ann. 638. Chenu. Apud Auguſtinum verò appellatur Beſtoaldus, moriens 29. Iulij. Et hoc tantùm ille.

m Argent li. 2. ca. 45.

6. Vichoenus Cheoutio; vel Vuicœnus Auguſtino, equidem inferior æquò, & ſine Data. At lubeutiùs circa annum 650.
7. S. Iumahelus, vel Iunemenus, ex ſolo Auguſtino hac ſerie etiam abſque Data; verùm ſub anno 660.
8. S. Annahelus, ex ipſo vno Authore, ad an. 675. nunc recognitum.

9. S. Geuenieus ſedit anno 69… ex vnico Chenutio. Et hi tres proximi habiti Sancti non extant in Martyrologio. Adeóque fortaſſis habendi pro ſimpliciter Beati.

10. Iunkeneus de Dinan, filius Hamonis de Dinan, ex ſolo Auguſtino de Paſſu. Equidem ſub anno 730. Mutat hîc paulò ordinem.

11. Guiohomarchus communis vtrique ſub hoc ferè ordine, pro an. 750.

12. Ioannes ſiue Iohenëus, apud vtrunque priorem dictatorem. Sanè expulſus à Sede ob enormem eius vitam ſecundum Auguſtinum citra calculum. Sed clariùs intra an. 765.

13. Iumael ſeu Iudhael (apud Auguſtinum Iudæl) Pallio inſignitus eſt ab Adriano 1. Papa, anno 777. ex Chenutio.

14. Baldricus 2. certè ad hunc elenchum & ordinem recèns per nos inducitur, quia mutis Tabellariis Baronius cum diſertè adnominat Dolenſem Archiepiſcopum ex ſerio cum circumiectis loci Epiſcopis ipſum deſcribens, velut ſedente tempore Paſchalis Papæ 1. Romæ Præſidis ab anno 817. ad annum 824. Attamen Author id ſeriùs narrat ſub anno 844. Nu. 2. & an. 859. Nu. 38. ob ſucceſſores ibidem eo æuo connexos in textu primario Anaſtaſij Bibliothecarij, quem autographum ſacer Annaliſta hauſit è Vaticano. Probabiliùs autem iam ſedebat idem Baldricus ante annum 815. & poſt annum 825. Etiámque alioqui multa tempora eſſent profectò vacua inter Ioannem ac Turianum, nunc cópleta.

15. S. Trarmaillus Archiepiſcopus ſenex fœliciſſimus Turianum æquè pium promouit ad ſuum Sacerdotij apicem [n] ex Chenutio tantùm. Nimirum floruit ſub annum 830. Non in Martyrologio Romano.

[n] In vet. Breuiario Dolenſi. Officio quo S. Turiani.

16. S. Turianus tempore Caroli Calui Regis Francorum & Salomonis Armoricæ. Claruit miraculis viuus & mortuus. Cuius Reliquiæ ſummo honore habentur Pariſiis in Eccleſia S. Germani à Pratis. Obiit anno 841. [o] Vir equidem communis. At multò breuior in Auguſtino: qui dum altiùs illum locat ſub nomine Thutiani, dicit ibi conſtitutum ab Armaëlo ei propinquiore. Neque in Martyrologio liquet.

[o] ſub 13. Iulij.

17. Salomon Antiſtes ex ſolo Auguſtino, fertur depoſitus à Principe Nominoë vel Noemenio, an. 848.

18. Feſtinianus poſt Salomonis depoſitionem ſedens, inaugurauit Nomenoëm in Regem, anno ignoto, ex Auguſtino. Deinde ſecundum Chenutium recepit Romæ à Nicolao Papa 1. vſum Pallij anno 858. Quem ſucceſſor Adrianus Papa 2. altiùs poſtea decorari conceſſit. Et tunc Neomenius Brito Rex X. Sedem illam Dolenſem in Archiepiſcopalem agnoſci voluit à reliquis octo temporalis ſuæ iuriſdictionis Epiſcopatibus. Aduerſus quem & ſucceſſores Britanniæ Epiſcopos Ioannes Papa octauus Adriani ſucceſſor rogatus cùm eſſet à Carolo Caluo & Epiſcopis Sueſſioni conuocatis mandat Salomoni 3. Britonum Regi 11. & vltimo, deinceptq; ſancto [p], ne impediat Epiſcopos ſuæ regionis agnoſcere Turonenſem pro ſuo Archiepiſcopo de iure. Ex quo emerſus Canon *Hæc quippe*, cauſa 3. Quæſt. 6. Moritur autem Antiſtes Feſtinianus ann. 874.

[p] Fuit nepos Neomenij, occiſus Martyr cum ſignis an. 874. Argentr. li. 3. c. 29. pa. 198. In Turonenſib. Nu. 51. ſynchronus alterius Salomonis Mart. Conf. dubæ.

19. Marinus tempore Ioannis Papæ 8. fuiſſit Archiepiſcopus an. 874. In Auguſtino autē nihil.

20. Mahenus aliter *Mayno*. Hoc ſolùm Chenutius ante Vicohenum per duo ſecula altior æquo. Veterū Baronius ſubijcit anno 859. Num. 39. quòd tunc idem Mahenus à Ioanne 8. Pa. cit. reprehenſus fuerat de inobedientia erga Turonenſem Archiepiſcopum. Quæ ſanè Data, ſi iam Mahenus eſſet Epiſcopus, adhuc paululum foret altior. Etenim chronologia aduerſatur calculis duorum ſaltem præcedentium Antiſtitum [q]. At Auguſtinus inſuper addit ſolùm, quòd is ſederit anno verè 878.

[q] Feſtiniani & Marini.

21. Gilduinus filius Dynaſtæ Dolenſis, nepos Iunkenei, electus, at renuncians non conſecratus, adeóque vix annumerandus. Sic Auguſtinus de Paſſu. Vbi ordo hic eſt incertus [r]. Sed vacuum replet, alioqui patens.

[r] tempore Gregorij Papæ 7. ab an. 1073 ex quibuſdam.

22. Euenusantea Abbas S. Melanij Redonenſis, in alterius locum Romæ conſecratus eſt, ex ſolo item Auguſtino. At fortè tardiùs [s], adeóque eius ſedes retrocedenda. Sed locum infra non inuenit. Et hic opportunè iuuat, aut complet inanitatem.

[s] ab an 1076. ad 16. Sept. 1081. ex Auguſtino, qui alios etiam eius æui deſeru.

23. Stephanus I. dicitur à ſolo Chenutio ſediſſe ab anno iam 900. vſque ad annum 990. in quo ſubeſt manifeſta allucinatio, non emendata in ſuis prolixis erratis. Quippe nequiuit Antiſtes ſedere annis 90. Voluit ergo conſcribere aut Typographus componere ab anno 980. ad 990. De ipſo nihil in Auguſtino.

24. Guygoneus ſucceſſit ſub an. 990. Mortuus ann. ſalutis milleſimo. Patet in vtroq; Authore.

25. Chaeichoneus anno præfato 1000. ſecundum Chenutium electùs eſt. Solùm per biennium ad ſummum,

26. Rolandus I. antea Monachus Abbatiæ Montis S. Michaëlis, poſtea Dolenſis Abbas atque Epiſcopus. Etiam ad biennium: deficiens anno 1004. [t] Cõmunis. Sed altiùs in Auguſtino.

[t] 12. Martij.

27. Stephanus

27. Steph anus 2. ſub annum 1023. Non in Auguſtino, vt neque ſex proximè adſequentes, qui in ſolitario Chenutio viſuntur.

28. Lantfrancus exinde ſedit circa an. 1024.

29. Hamo Baerchonerus Archiepiſcopatum conſecutus eſt an. 1030. Sed nullus tredecim librorum Argentrei habet tot capita[u], quanta Chenutius hîc de illo in perfugium citat, vel obdormiuit Typographus.

[u] li. 3. c. 89.

30. Petrus 1. cognomine *Piedritius* interfuit patriæ Comitiis an. 1062.

31. Ioannes 1. anno 1066. Sedem occupabat.

32. Ioannes 2. ..... *Gallus Monachus & Abbas Dolenſis* (ait Ciaconius [x]) itémque *Presbyter Cardinalis SS. Sylueſtri & Martini de montibus, tit. Equitij, poſtea factus Archiepiſcopus Dolenſis: de quo extat mentio in bulla Innocentij 3. anno 1. ſui Pontificatus.* En ad annum 1073. vel 1075. ſub Gregorio Papa ſeptimo. Chenutius autem breuior dicit, quòd idem Ioannes ex Abbate *S. Melani & ex Cardinali fit Archipræſul Dolenſis tempore Gregorij 7.* Pontificis ab anno 1073. ad 1087. ex Genebrardo. At verò ſuprà Numero 21. conſtituimus Euenum ibidem Epiſcopum, ſub iiſdem ferè creditum annis, ex Auguſtino. Quod equidem quia gignit concurſum temporis cum iſto Ioanne, idcirco eundem Euenum ac ſocium Gilduinum, cui ſubſtitutus eſt, altiùs paulò repoſuimus [y], ne illîc mutuò ſibi ipſis impedimento ſint, & ad replendum ibidem vacuum. Niſi fortè quis arbitraretur eundem cum nomine Ioannis poſitum ad vnicum indiuiduum humanæ naturæ indicandum, non obſtante vocum diſparitate.

[x] pag. 336.
[y] Nu. 21.

33. Yuo ſedit ab anno 1076. ex Baronio id deſcribente in Annalibus ſub anno 859. Num. 40. Et defecit Præſul anno 1081.

34. Rolandus 2. ſedebat anno 1088. & interfuit Concilio Claromontano celebrato ad annum 1095. ab Vrbano 2. Tum obiit anno 1107. ex Auguſtino, meliùs quam quod allegat Chenutius.

35. Vulgrinus antea Cancellarius Eccleſiæ Carnotenſis, iam à Dolenſibus petebatur anno cit. 1107. ex Baronio Num 2. licèt ſecundum Tabularios electus fuerit Epiſcopus Dolenſis anno 1108. Sed abdicauit ſe magiſtratu, adeóque Paſchalis Papa 2. in eo virum diſpenſauit, precibus Yuonis Carnotenſis Epiſcopi [z], ex ſolo Auguſtino: quia Chenutius eum ieiunè retrocedit poſt Hugonem infrà.

[z] ep. 176. 178.

36. Baldricus 2. antea ciuis Aurelianenſis, Monachus & Abbas Burdigolenſis [a], conſecratus eſt 25. Decembris anno præfato. Tum tranſactis in Archiepiſcopatu annis 22. ac diebus 44. (ait Chenu latiùs quàm Auguſtinus) libros quatuor hiſtoriæ terræ ſanctæ compoſuit [b]. Obiit die 7. Ianuar. an. 1129. vel 1131. Apud Argentreum [c] nominatur ſeorſum Baldericus.

[a] vulgo *de Burgueil.*
[b] Conrad. Geſner. in Biblioth. dicit hiſtoriam Hieroſolymitanam 4. lib.
[c] 1. & vitam Samſonis li. 2.

37. Gaufridus Rufus, vulgò *Geoffroy le Roux*, cùm ex Canonico Archidiacono euectus eſſet, & annis 14. rexiſſet Eccleſiam, tunc ad Piſanum Concilium ab Innoc. 2. vocatus [d] (ait Chenu) poſtea receptus eſt Archiepiſcopus Capuanus an. 1143. Et eo in Armorica ſedente, fundata eſt Abbatia veteris villæ prope Dolam Ordinis Ciſtercienſis per Geldouinum *de Montſorel* Dynaſtam *de Landal*, anno 1137. ex Auguſtino, qui facit eum Capuam tranſlatum anno 1144. Habuitque antea Briocenſe Concilium in Clero Britanniæ.

[c] li. 3. c. 21 p. 180 & c. 25. pa 185 fin.
[d] Genebr. in Chron. dicit coactum an. 1143.

38. Oliuerius vnico anno Cathedram tenuit, naturæque ſatisfecit ipſo anno 1144. ex Chenutio ſub Lucio Papa 2. (addit) qui Pontifex ſummus exinde ſedit biennio vſque ad annum 1145. [e] Auguſtinus non niſi nomen.

[e] Genebrard.

39. Hugo ſedens totis temporibus ſummorum Pontificum Eugenij 3. & Anaſtaſij 4. multa bona ſuæ impertitus eſt Eccleſiæ. Sed cæcus effectus, ſeipſum Nanneti demiſit coram duobus Cardinalibus Legatis in Franciam, & Henrico 2. Angliæ Rege, die Cinerum anno 1161. ex Auguſtino. At Chenutius reſtringendo dicit eum *viam vniuerſæ carnis ingreſſum poſt decimum ſui Archiepiſcopatus annum*, ſcilicet *ſub anno* 1154. Ego verò latiùs terminum vtrunque diffundens, opinor quòd ipſe Epiſcopatum abdicauit vel obiit anno milleſimo centeſimo ſexageſimo quinto ob Datas adſequentium ſucceſſorum, ne vacuum detur ægrè admittendum.

46. Rogerius de Hermeto antea Baiocenſis Archidiaconus, Eccleſiæ Dolenſi præfuit annis duobus, nimirum anno milleſimo centeſimo ſexageſimo ſexto, & milleſimo centeſimo ſexageſimo ſeptimo ad ſummum, quod in ſequutis mox comprobabitur. Sic ex ſolo Chenutio: qui interea miſcet Hug oni & Roetio præfatis medium Vulgrinum ſine Data aliòve documento; equidem minus ſecurè, quia ſuperiùs [f] ex Paſchali Papa docuimus eum paulò altiùs conſtituendum vnà cum Auguſtino de Paſſu, quem videmus aliunde cognominaſſe *de Hommeto* præſentem Rogerium [g].

[f] No. 34.
[g] vulgò *du Hommet.*

41. Ioannes ordine tertius, apud Chenutium ita verius, Dolenſem Archipræſulatum adminiſtrauit annis quinque, & deceſſit anno 1172.[h] Ex quo mox aſcendendo versus anteriora concludimus Hugonem 38. Antiſtitem rite Cathedram deſeruiſſe anno 1165. & Rogerium ſequenti biennio, quia tales anni in deſcenſu iuſtiſſimos efficiunt calculos præſentis Ioannis emorientis anno citato. Interea Auguſtinus hac ſerie numerat Ioannem primum, quem ſcribit defeciſſe anno 1177.[i] Verum eius catalogus eſt imperfectus, itémque ille Chenutij: ſed nos vtrunque, imò & Argentrei quoque annectimus, vbicunque poſſumus, ſingulos ſuis quibuſque locis inſerendo & diſtribuendo ne aliquid intactum prætereundo ſinamus, & vt numeros integros perfectoſque catalogos diſertè compleamus.

Generale documentum.

h 28. Ianu.

i 27. Ianuar.

42. Rolandus 3. natione Piſanus habet iſta egregia geſta, de quibus ſic larius Author Ciaconius, quàm ſtrictior Chenutius, in tertia creatione Cardinalium Lucij Papæ 3.[k] anno 1185.[l] *M. F. Rolandus Gallus, Monachus & electus Abbas Dolenſis Monaſterij S. Mariæ Diœceſis Bituricenſis* (inquit[m]) *Diaconus Cardinalis S. Mariæ in Porticu. Hunc virum religioſum & literatum an. 1177. in feſto S. Martini Canonici Dolenſem Archiepiſcopum ex Diacono Abrincenſi elegerunt, cuius comitiis interfuère Henricus Baiocenſis*[n], *Richardus Abrincenſis*[o] *Epiſcopi, & Robertus Abbas. Is fuit Vrbani Papæ 3.* (ſucceſſoris) *Legatus in Longobardiam cum Sofredo Cardinali. Obiit anno 1188. paulo ante creationem Clementis Papæ tertij* alterius ſucceſſoris[p].

k Ciac. pa. 481. 492.

l Feria 5. Gi. uetum

m pa. 991.

n Nor. Baiocenſis ſu. a nd. 17

o nu. 14.

p ex Gen b tunc Cle c. eſtus poſt Gregor. 8.

43. Henricus primus poſtquam tribus annis gubernacula Dolenſis Eccleſiæ tenuiſſet, Romæ anno milleſimo centeſimo octuageſimo octauo peſte ſublatus cum domeſticis ſuis;[q] quo profectus fuerat vt conſecraretur. Is communis vtrique Authori cum præcedente.

q 28. Ianuar.

44. Ioannes 4. in tota ſerie cognomine *Valnoſia*, Abbas de Monte-forti, fuit quidem electus Dolenſis Archiepiſcopus, at minimè conſecratus, qui mortem guſtauit anno milleſimo centeſimo octuageſimo nono. Id totum ex ſolo Auguſtino, efficitque hunc Ioannem ſecundum, ignorans anteriores eiuſdem nominis.

45. Ioannes verè quintus, cognomine vulgò *de Liſanet* vel *Leſennet*, item ex Auguſtino duntaxat, qui vocitat eum tertium, vltimus eſt ibidem pacificè fruens & illuſtratus titulo Archiepiſcopi. Obiit ann. 1199.[q] Vide Numerum 47.

46. Ioannes 6. ex Chenutio, vel quartus ex Auguſtino, cognomine *Meſchinus*, aut *de Muſca*[r], hoc ordine locatur apud illum authorem, electus eſt non anno 1197. veluti narrat anterior, ſed anno 1199. iuxta poſterioris de prædeceſſore Epiſcopo obeunte ſententiam. Id verò triſtis euentus ab ouo huic accidit, quòd Innocentius Papa tertius ipſi & ſucceſſoribus irreuocabili in perpetuum ſanctione abſtulit titulum Archiepiſcopi an. cit. & Turonenſibus Præſulibus conceſſit aut conſeruauit. A quo tempore & deinceps Eccleſia Dolenſis non niſi Epiſcopali dignitate inſignitur, & remanet de priſtino more ſuffraganea Turonenſi: Denique autem idem Ioannes ex Auguſtino ſublatus eſt de medio ad annum milleſimum ducenteſimum vigeſimum quartum. Ex aliis anno 1214. At lubentiùs apud cæteros anno milleſimo ducenteſimo. Qui calculus magis conformis eſt adſequentibus.

Non Archiepiſcopus.

r vulgò de la Mouche.

47. Stephanus tertius, ex ſolo Chenutio cum duobus ſuccedentibus cernebatur Epiſcopus an. ſalutis 1203. & circiter. Ex quo manifeſtum eſt deceſſorem Ioannem ſextum obiiſſe anno milleſimo ducenteſimo, potiùs quàm an. 1214. aut vlteriùs, quia Stephanus alioqui alloqui nunquam potuiſſet videri Antiſtes anno 1203. cit.

48. Ioannes 7. Epiſcopatum gerebat anno 1238. conſequenter ad præmiſſas ſupputationes. Sed vereor maximè, ne iſte Antiſtes hoc ſitu & ſcrupulo temporis ab vnico Chenutio conſtitutus, ſit idem cum Ioanne 4. ſuprà Numero 43. per Auguſtinum pariter diſtinctè allato, tantùm nouennio priùs. Ratio eſt, quia idem Chenutius ſubinde poſtea locat Ioannem alium illic. Rurſus Præſulem, quem cognominat *de Liſſaneto* ſub annum 1220. & diſertè eſt ille iam Epiſcopus 44. eiuſdem agnominis, annis viginti vno citiùs, nec ideo iſtic ad caput erigimus.

49. Clemens cognomine *de Vitré*, nobilis ex patria, ſecundum Chenutium, initia ſuæ Cathedræ naciſcitur circa annum 1232. Verùm ſi minimè concedantur duo Ioannes appoſiti propinquiores, cùm videantur dudum antea deſignari, ſanè Clemens iſte cenſeretur inchoandus ſub an. 1210. vicinior Stephano 3. Cæterùm ex vtroque aſſueto authore migrauit ipſe Clemens an. 1244.[s]

s die Oct. 9.

50. Stepha

50. Stephanus 4. apud Chenutium cœpit epiſcopari anno 1249. Sed veriùs ab an. 1245. ob præcedentis exitum, ne fruſtrà tempore pacis locus vacuo detur. Et petrexit ad annum vſque 1265. Hunc Auguſtinus dicit Stephanum primum tunc emorientem [t]. — t eod. an. 17.

51. Ioannes 8. Equitis filius, apud ambos dictus cognomine Mahæus, vulgò *Mahé*, ſucceſſit præfato Stephano, & præeſſe auſpicatus eſt anno 1266. Obiítque anno 1273. ſecundum Chenutium, at penes Auguſtinum, an. 1279. [u] — Nou. ſeo Nu. 42. u 13. Maij.

52. Thebaudus abſolutè ſeu abſque cognomine à ſolo Argentreo [x] cõſtituitur Antiſtes Dolenſis, ex tranſlatione Sedis 25. Briocenſis, huc veniens anno 1274. conformiter ſanè ad deceſſum præmiſſi Ioannis, vſque ad annum circiter 1287. Id Author digeſſit, non ſub hunc locum, ſed in Briocenſium catalogo: quia circa Dolenſium contextus nequaquam enumerat Dolenſes Epiſcopos. At tutò affirmat eius Dolani receſſum, & celebratam ibi de ipſo electionem, ob cauſas loco citato propoſitas? Qualem nunc iſtuc recèns adiecimus. Videtur autem ſatis apertè alius eſſe Antiſtes à ſequente ex diſcrepantia nomenclaturæ aliorúmque adiacentium. — x li. 2. pa. 71.

53. Theobaldus primus de Prouenceo, filius Dynaſtæ *de la Guerche*, ſedit ab anno fortaſſis 1288. ad annum vſque 1303. quo dilapſus eſt, ex Chenutio poſt anteſignanum Dominicanum. Cuius æuo oriebatur contentio inter eum & Ragum *de Montbaſon* Turonenſem 84. Archipræſulem, quæ tandem ſedata eſt à Bonifacio Papa 8. [y] Bullam integram iam Chenutius ſeiunctim conſcripſit prolixam [z], quam ideò velut hîc minùs vrgentem prætermittimus. — y ſedente ab an. 1294. ad 1303. z pa. 179. 183

54. Theobaldus 2. dictus *de Moreac*, Dynaſta eius loci, ex præcipuis Britanniæ Baronibus, florebat Antiſtes anno milleſimo trecenteſimo duodecimo, quo is obiit. Communis cum ſequenti allatis ambobus.

55. Ioannes 9. de Boſco, vulgò *du Bois*, antea inſignis Aduocatus in ſuprema Curia Pariſienſi, ſedit ab anno 1313. Et interiit anno milleſimo trecenteſimo vigeſimo quarto [a], Auguſtinus. — a 25. Ian.

56. Guilelmus 1. ſedebat ad annum 1327. Hoc ſolùm Chenutius. At ex Auguſtino ad patres tranſiit anno 1329.

57. Ioannes 10. cognomine *d'Auangour*, primus Britanniæ Armoricæ Baro, antea fuerat Epiſcopus 31. Briocenſis. Deinde huc acceſſit, veriùs equidem anno 1230. & vale mundo dixit anno 1343. ex vi conſequentium. Quale tempus ſanè magis conforme fuit Auguſtino, dum ſcribit eum obiiſſe ad annum 1341. in vrbe Dolenſi. Vnde diſceſſus ille non euenit per retrogreſſum anno 1319. quod obitus diarium amplectitur Chenutius. Nam alioqui daretur vacuum. Adeóque præſens ordo 57. Ioanni non competeret. At vir è contrà præfato Guilelmo deberet anteferri. Et tamen nouus etiam iſte calculus minimè congruit cum emenſis circunſtãtibus alijs Pręſulibus poſitis in eiuſmodi Dolenſibus. Ratio fortè eſt, quia varij præteritorum ſeculorum tumultus bellici perturbant veteres chronologicas elucidationes, & modos hodie talia emendandi præripiunt. Quæ res mox confuſæ vix queunt omni ex parte in concordiam reuocari.

58. Henricus 2. agnomine *Cœur*, Britanniæ Cancellarius, ſedit ab anno 1344. vſque ad annum milleſimum trecenteſimum quadrageſimum ſeptimum ſecundùm Chenutium. Vel adſequentem ex Auguſtino.

59. Symon, vulgò dictus *le Maire*, Abbas primùm Maioris Monaſterij [b], deinde præſens Epiſcopus Dolenſis, ac inde tandem Carnotenſis 82. eo tranſmiſſus ann. 1357. Ex tribus omnino Authoribus [c]. — b Gallis *Marmonſtier.* c Argent. li. 2. pa. 74.

60. Godofredus cognomine *de Quoetmozan*, hic ſedebat ab anno 1376. antea Epiſcopus 41. Coriſopitenſis ſub vocula Geofredi de Quoëtizano. Sic duo frequentiores.

61. Petrus 2. primùm Abbas Monachus S. Meni, vulgò *Men*: & cùm Dolæ ſederet, ibi vita functus eſt anno 1382 [d]. — d 23. Decem.

62. Eurardus cognomine *de Tremagon* vel *Tremigon*, ex Chenutio curam Epiſcopalem geſſit ſolo annò 1385. Sed cùm Auguſtinus ſcribat eum deceſſiſſe anno 1386. & Petrus antecedens finierit anno 1382. inde ſequitur quòd iſte Eurardus proximè ſequens verè ſederit annis quatuor.

63. Theobardus 3. de Monteforti, ex primoribus Britanniæ, ſedit anno ſolo 1390. ſecundum Chenutium, qui eum vnicus effert.

64. Guilelmus 2. obiit breuis Antiſtes die ſecunda Februarij anno 1391. ex Auguſtino paulò vetuſtiore: tametſi Chenutius recentior ſine Data eum locarit poſt duos qui proximè adſequuntur.

65. Richar

65. Richardus cognomine *de l'Eſmerier* ex Chenutio, vel *de Leſmeriez,&* *Leſmenez* ſecundum Auguſtinum ſedebat à menſe Martio aut Aprili anni præfati 1391. In ſuis oculis conſtructus eſt Dolenſis Conuentus Carmelitarum an. 1401. & is è mundo egreſſus anno milleſimo quadringenteſimo quinto [e].

66. Stephanus 5. dictus *Cœuret* ſcribitur à Chenutio electus anno 1403. ſed melius anno 1405. quo deceſſor è viuis ſublatus eſt, & quo huc venit ex Briocẽſi Epiſcopatu [f]. Deinde aſtitit œcumenicæ Conſtantienſi aggregationi annis 1414. & 1417. Poſteáque ſecundum Authorem illum ſatisfecit naturæ anno 1422. Verùm certè ex Auguſtino interiit anno 1429. [g]

e 16. Maij, Chenu, vel 26. Auguſt.
f Num. 40.
g 6. Decemb.

67. Ioannes 11. agnomine *de Bruco*, priùs Antiſtes 118. Trecorenſis: poſteáque denunciatus Dolenſis Epiſcopus anno 1430. Et ſupremum diem clauſit [h], ex vtriuſque Authoris concurſu.

h 2. Nouem.

68. Alanus 1. vocitatus *de Coitiui*, primò hic Epiſcopus ex Auguſtini de Paſſu & noſtra recepta ſententia, iſque tutiùs ab anno 1431. deceſſoris obeuntis, quàm ab an. 1417. iuxta Chenutium. Et apud ambos hinc receſſit anno 1444. factus Antiſtes Coriſopitenſis 46. Tametſi Chenutius recentior & locis remotior eundem præmittat Coriſopitenſibus, cuius etiam ſententia non quadrat ſupputationibus ibidem & iſtic retinendis.

69. Rodulphus, ſeu Radulphus *de la Mouſſaye*, vulgò *Raoul*, ſedit ab an. 1444. ad an. 1456. [i] ex duobus de more. Tunc verò Nicolaus PP. quintus ratũ ſuo Diplomate habuit in gratiam Ioannis 3. Turonenſis Archiepiſcopi, quòd Præſules Armorici eum & ſucceſſores ſuos pro Metropolitano agnoſcerent, Bullâ datâ Romæ 13. Kalend. Februarij, 1452. Tametſi Epiſcopus Dolenſis in ciuilibus & regiis Comitiis perſeueret cæteris præſidere Epiſcopis Prouinciæ non habita ratione ad ſuæ receptionis tempus, quales ſequuntur eius comprouinciales, addicti toti eccleſiaſticæ legi, ex Conciliis dudum Carthaginenſi & Cabilonenſi.

i moriens 16. Aprilis.

70. Alanus *de Coitiui*, Brito iterum & ſecundò rediens factus eſt Epiſcopus Dolenſis, præterquàm ſuprà Numero 66. in cuius gratiam hæc Chenutius conſequenter dicit. *Fuit ex Dolenſi Epiſcopo Archiepiſcopus Auenionenſis, & Presbyter Cardinalis tituli S. Praxedis, Legatus à latere, à Nicolao V. anno* 1448. *& obiit Romæ anno* 1474. [k] Iterúmque Ciaconius iſta paulò antè ſcripſit: *Anno* 1449. *in ſecunda creatione Alanus Coëtinus Brito Gallus, ex Epiſcopo Volenſi factus eſt Coriſopitenſis, poſtea Archiep. Auen. Præſ. Card. &c. ex nobiliſſima familia Coetina in Britannia ortus, cuius ſplendorem maximè auxit, ſub Calliſto 3. Legatus in Gallias mittitur, &c.* [l] Hinc duo emendanda colliguntur ex totidem erraris. Primum eſt, quòd ſi Chenutius concipiat annum 1448. aut 49. pro tempore tranſlationis Alani Dola Aueniorrem; malè ergo conſtituit obitũ deceſſoris Rodulphi anno tardiore 1456. in vrbe Dola, quin potiùs dicendum ſit an. 1446. ſeu 47. vel è contrà Alanum Rodulpho præmitti. Aut denique cenſendum eſt Alanum promotum videri ad Cardinalitiam purpuram, quando adhuc eſſet Præſul Dolenſis, exinde cum illo apparatu tranſmiſſum Auenionem anno 1456. Hæc de parte priore: cum hoc monitu, quòd Auguſtinus dicit virum illum (ſi verùm eſſe quis ſibi perſuaſum habeat) duas ſimul Prælaturas poſſediſſe, anteriorem in commendam, & poſteriorem in titulum, ex conſuetudine æui ſui, mox penitus abrogata ex ſacro Concilio Tridentino dicente, *Nemo quacunque dignitate præfulgens plures Metropolitanas ſeu Cathedrales Eccleſias in titulum ſiue commendam, aut alio quouis nomine, contra ſacrorum Canonum inſtituta recipere & ſimul retinere præſumat* [*], *&c.* Secundò autem, Ciaconius per æquiuocũ (reor) ſtatuit hunc Alanum Coëtinũ priùs Volenſem Epiſcopum, tanquam remotior loco & vix probè ſcius. Nullibi quippe legi Diœceſim aliquam eius nominis. Vix enim arbitror eum intellexiſſe Valuenſem Epiſcopatum ſic per typi delirium Volenſem fortè ſcriptum, qui iacet in Marſicana Italiæ prouincia ad Tuſcos, de qua Rebuffus [m]. Voluit ergo Ciaconius nominare Dolenſem, ſolo primo charactere mutato ex calcographi ſomnio. Cæterùm in Archiepiſcopatu Calaritano Regni Sardiniæ eſt alius ſubditus Dolenſis vel Dolienſis Epiſcopatus longè diſtans à præſenti ex eodem Rebuffo [n]. Et de præfato Alano vide obiter Numerum quadrageſimum ſextum Coriſopitenſem.

k 22. Iul.
l pa. 922.
* Seſſ. 7. de Reform. c. 2. Et de conditionib. penſionum Seſſ. 24. de Refor. c. 13. med.
m in praxi benef. pa. 483.
n pa. 485. & 487.

71. Michaël Guibé Dolæ ſedit, non quidem ab anno 1474. quo Alanus vitam ſuam ſuprà finiiſſe dicitur, ſed eo priùs anno incerto aut minus fixo, quo idem Alanus pertranſiit ad Mediterullium Comitatus Auenionenſis. Abſceſſit verò Dolâ anno milleſimo quadringenteſimo octuageſimo ſecundo, quo recurrit ad Redonenſem Epiſcopatum Numer. 64. Par vterque Author.

72. Thomas

72. Thomas Iames, apud vtrumque antea Epiſcopus Leonenſis 21. obiit anno milleſimo quingenteſimo tertio [o], quando poſt multa piè geſta in lecto decumbens oraret die Veneris Paſſionis Chriſti. [o] 5. April.

73. Mathurinus *de Pledran* aſſumptus eſt è viuis decimo Decembris, anno milleſimo quingenteſimo vigeſimo primo Chenu. Cui ſucceſſerat Thomas *le Roy* electus, at non conſecratus ex ſolo Auguſtino.

74. Franciſcus *de la Val*, filius naturalis Guidonis *de Laual*, vulgò *Guy*, totius Britanniæ Proregis, electus eſt à Capitulo Dolenſi anno 1523. [p] poſſeſsionem perſonalem adeptus anno milleſimo quingenteſimo trigeſimo nono [q], & peremptus anno milleſimo quingenteſimo quinquageſimo ſecundo [r]. [p] vlt. Iul. [q] penul. Oct. [r] 2. Iul.

75. Ioannes 12. cognomine *du Mats*, Comes de Dureta, Epiſcopatu fretus eſt ſolo anno 1557. quinquennio præterito fortè vacuo.

76. Carolus *d'Eſpinay*, filius Guidonis 3. Dynaſtæ *d'Eſpinay*, electus anno milleſimo quingenteſimo quinquageſimò octauo, conſecratus anno 1565. [s] præſens ſacro Concilio Tridentino ſub Paulo Papa quarto [t], vel etiam ante conſecrationem, quæ serò facta eſt per R. Antonium Epiſcopum 46. Abrincenſem de mandato Pij Papæ quarti an. 1565 [u]. à Concilij exitu, aſſiſtentibus Stephano *Bouſcher*, Antiſtite 54. Coriſopitenſi, & Rolando 23. Leonenſi. Ac demum corpore ſolutus eſt idem Carolus anno milleſimo quingenteſimo nonageſimo primo [x]. [s] 11. Sept. [t] ſedens ab 1555 ad 1560 [u] 16. Sept. [x] In Sept.

77. Antonius *de Reuol*, Epiſcopus & Comes Dolenſis, filius D. Ludouici regij Secretarij, inauguratus eſt ſacris vnctionibus an. fortè milleſimo quingenteſ. octuageſ. quarto, dū Chenutij editio peſſimè notet 1684. quo ſenſu inferendum eſt Carolum deceſſorem ei ergo Cathedram reſignaſſe ſeptennio antequam moreretur. Hodie autem anno 1625. eam Eccleſiam fœlici conatu regit. A quo ſolo Antiſtite cùm Chenutius voluerit exporrectum Lutetiæ catalogum Dolenſium Epiſcoporum ſibi aſſumere ac exſcribere, aut imitari duntaxat, nihil autem miſcere de Auguſtini à Paſſu catalogo, veluti ipſe ad calcem huiuſce loci fatetur, & quem non in omnibus Epiſcopalibus ſucceſſionibus conuenire admittit, neque authorem illum paulò ſe anteriorem mediis curſibus appellet: nos tamen è diametro per medias quaſque totius Britanniæ Tabulas vtrumque Scriptorem benignè compellimus, citamus, vnà conferimus, ſingulares cuiuſque diſcrepantes ſententias, & Epiſcopalia nomina adiicimus, qualia vnus non alter apponit, leuiter improbantes: vbi ratò arguendum opinamur, ambos congruo honore ſuſcipientes, ac proſequi non dedignantes. Quod eſt etiam documentum huic ferè Operi generaliſſimum.

SERIES CHRONOLOGICA

ARCHIEPISCOPORVM SENONENSIVM, PRO QVARTA VLTIMAQVE PROVINCIA NVNC BIS ſecta Galliæ Celticæ Lugdunenſis.

PRÆLVDIVM.

FAMA vetuſta Lutetianę ciuitatis,& ſplendor duorum vel trium illuſtriũ Præſulum familiæ *de Gondy* Pariſiis ſedentium, effecit tandem quòd iuriſdictio Senonenſis Archiepiſcopatus obtinens ab antiquo ſeptem Epiſcopatus in ſui poteſtatem redactos,mox aut nupertimè ab anno ſalutis 1623. diuiſa ſit in duas parteis ex æquo, Sede Lutetiana euecta in titulum Archiepiſcopatus, ſemper Lugdunenſi Primatiæ addicta, & iuriſdictionem nacta in tres vicinos Epiſcopatus. Certè primò illi ſeptẽ Epiſcopatus,quos Senonenſis Archipræſulatus dudum conſequebatur ſub ipſius tutela,ſecundũ priſcum ordinatorem Petrũ Rebuffum a erant hi: Pariſienſis, Aurelianenſis, Antiſſiodorenſis, Meldenſis, Carnotenſis, Niuernenſis atque Trecenſis. Secundò, ex conſcribente poſtmodũ Antonio Monchiaceno Demochare, iidem ſuffraganei retinent hanc methodum: Pariſiẽſes, Carnotenſes, Aurelianẽſ. Antiſſiodorenſ. Trecenſ. Meldenſ. & Niuernenſes. Tertiò, Ioannes Chenutius tuetur formam Rebuffi in diſtribuendo. At denique quarto loco de recenti memoria Vrbanus Papa VIII. Regiis Francorum ſupplicationibus & ex rei penè ęquitate adſtrictus, propter ampliſſimas vrbis dotes Regni Galliarum Capitis, indulſit, ſanxit & diſtribuit ſeptem illas Eccleſias hoc pacto. Creauit Pariſienſes Epiſcopos deinceps in Archiflamines, qui ſub horum ditione habeant tres eiuſmodi Epiſcopatus: nimirum Aurelianenſem, Carnotenſem & Meldenſem. Simulque indixit ſummus ille Pontifex Romanus, vt Senonenſes Archiepiſcopi Sequanicæ eiuſdem Prouinciæ retineant reliquos tres Epiſcopatus, ſcilicet Antiſſiodorenſem, Niuernenſem ac Trecenſem. En facta per dimidiam bilancem partitio. Eaque perducta eſt in finem per Henricum Gondium Pariſienſem Epiſcopum Cardinalem ſuper illo conatu fœliciter emorientem pro perenni Regis Chriſtianiſſimi Ludouici XIII. obſequio, ſtantem à Conſiliis in bellica Montiſpeſſulani obſidione anno MDCXXII. ad cuius locum Princeps ſubinde nominauit apud Sedem Apoſtolicam Ioannem Franciſcum Gondium fratrem, qui primus abſoluens negotium fretus eſt Lutetię eo gradu Archiepiſcopatus ab ann. MDCXXIII. Ex eo autem hos ſanè octo Præſules ſic in ordine depictum imus: quòd iſte Senonenſis de veterano iure præueniat cum ſuo addictorum Suffraganeorum ternario. Tum Pariſienſis item probè ſequatur, vnà cum ſuo tripode ſacro. Hæc digna monitu obiter videbantur præmeditanda, ſeu Lectori ad prægustandum tradenda.

Noua Sectio veius Archiepiſcopatus in duos.

a in praxi benef. pa. 486.

1. Sanctus Sabinianus ſeu Sabinus ita dictus ex Baronio in Martyrologio a, atque ex Moſandro in Surio, vel Sauinianus in Demochare b, tum antea Sauianus apud Petrum de Natalibus c, & malè Sauininianus Chenutio, fuit de Chriſti diſcipulis, *in Galliam à beato Petro ad prædicandum miſſus* (aiunt hi omnes) *ſub medium Imperij Claudij Cæſaris circiter an. 45. nati Saluatoris* (ſubdit Chenutius) vbi Senonenſem vrbẽ voce & miraculis erudiẽs ſimulachrorũ cultũ euertit, *Primas totius Galliarũ Prouinciæ cõſtitutus*, vt loquũtur diuus

a 31. Decem. b To. 2. c. 17. c li. 2. c. 25.

uus Antonius Florentinus [d] & idem Petrus Natalis. Vir inſuper, qui dum peperit multos fideles, ac cōſtructis ibidem tribus Eccleſiis [e], Miſſæ Sacrificium introduxit. Quę myſteria poſteaquàm vltimò peregiſſet (iſtud militat aduerſus Caluiniſtas huiuſce temporis) à reliquis fidei hoſtibus capitali ſententia mulctatus eſt, cum aliis eius ſociis, equidem diuerſis à duobus ſucceſſoribus in Cathedra, anno ſal. 24. [f] De quo ſacer Annaliſta [g] anno ſexageſimo nono.

2. S. Potentianus collocatus eſt quidem in Martyrologio Romano tanquam ſimplex Martyr à Baronio, vnà cum S. Sauiniano. At Petrus de Natalibus [h] antiquior eum efficit hic præterea Epiſcopum, verè præfato ſucceſſorem, perindéque morientem aliò poſteriore anno, tametſi eodem die quo prædeceſſor, hiſce verbis: *Ibíque tumulatus Sauianus. Cui ſucceſſit in Epiſcopatu Potentianus, qui & ipſe verbo prædicationis inſiſtens, poſt modicum tempus martyrium quoque paſſus eſt: corpúſque eius auibus & feris expoſitum, diuinâ gratiâ intactum permanens, à fidelibus recollectum, vnà cum Sauiani corpore ſepultum eſt 2. Kal. Ianuar. vbi multa miracula in ægrotantium membris & obſeſſis à dæmonibus Deus operatur.* Quem annū mortis Chenutius rite cenſet eſſe ſalutis 75. Hoc eſt, anno vnico integro poſt Sauinianum. Opinio ſanè conformis Petro Natali, quando ſuprà calamo exarauit, *poſt modicum tempus, &c.* Immolabat verò quotidie pro ſuis Senonibus ſacrificium Deo incruentum.

3. Altimus, aliis Altinus, creditur benè Martyr poſt commemoratos apud Moſandrum in Surio [i]: at non ita facilè Epiſcopus: quem ideo Demochares atque Chenutius ſuis in Tabulis reticent. Verùm nos eum recèns ſub hunc Catalogum annectimus. Primùm, quia Petrus de Natalibus ſic de ipſo cum deceſſoribus fatur. *Sauianus, Potentianus, & Altimus Epiſcopi, fuerunt ex ſeptuaginta duobus diſcipulis Chriſti miſſis à B. Petro Apoſt. &c.* Deinde poſt pauca: *Poſt quos paſſi ſunt etiam ſancti Altimus, Serotinus, & Fodardus ſepulti apud Martyres præfatos.* Secundò, Moſander eundem ſic repetit Senonibus Epiſcopum, & denuò rem confirmat. Sedit autem Altinus ad minus per biennium, annis ſalutis 76. & 77. De quo nos alia in noſtro alphabetico Inuentario & locis communibus Sanctorum [o]. Et de cunctis Senonenſibus Iacobus Tauellus vrbis Aduocatus, tametſi vniuerſalius in edito ſuo Volumine, cui titulus eſt, *Senonenſium Archiepiſcoporum vitæ* [*]. Et vide alium Altimum ſynchronum vel eundem dictum 1. Aurelianum Antiſtitem.

4. Leontius præfuit annis 28. ſcilicet ab anno 78. ad an. 106. comprehenſum.

5. *Seuerus vel Seuerinus.* Ita Demochares atque Chenutius pari textu dicere pergunt: qui adiiciunt eum Cathedram ſuſcepiſſe anno ſalutis 103. ac in Sede perſeueraſſe 20. annis. Et hoc equidem benè. Sed deinde inaduertenter & malè concludunt vnà cum Tauello, ipſum acceſſiſſe ad Prouinciale Concilium Agripinenſe ſeu Colonienſe. Rem ſanè impoſſibilem factu: quia eiuſmodi Synodus congregata legitur anno 345. quale ſeculum concurrere nequit cum æuo multùm antiquiore noſtri huius Seueri. Neceſſum eſt igitur duos ſub hac Tabula Seuerinos conſtituere. Alterum ſcilicet inferiùs [k] tempore eiuſdem cœtus. Finiit ergo Præſul anno ſalutis centeſimo vigeſimo tertio.

6. *Audactus Sedem ſuſcepit* 129. (aiunt illi duo priores æquè malè) *ſub Sixto Pontifice: & præfuit annis* 32. Doceo id perperam dictum: quia deceſſor Seuerus ex ipſamet eorundem ſupputatione migrabat è terris anno 123. Igitur ſucceſſor Audactus inchoauit eodem anno vel ſequenti 124. Perindéque ſe exuit illo decore ad annum centeſimum quinquageſimum ſextum. Peiùs eum Tauellus & ſequaces ſtatuunt tardiùs circa æuum Clodouei 1. Francorum Regis ad annum 500.

7. *Eraclius* 1. *Sedem ſuſcepit anno* 161. (pergunt iidem erronei) *præfuit annis* 40. *& obiit anno* 201. Erratum, inquam. Nam vice verſa ex allegatis de ſuo ore proprio in antecedente, ſequax iſte iniit Præſulatum anno 156. vel 157. & defecit anno 196. ſi modò retinuerit quadraginta annos in Sede, aut hoc ſuppoſito.

8. *Lunanus ſiue Lucianus electus* (inquiunt) 201. *præfuit* 36. *obiit* 239. At peius. Etenim cœpit ab anno centeſimo nonageſimo ſeptimo ad annum vſque ducenteſimum quadrageſimum tertium, ſi calculi ſuperiores ſemel in origine lineam ducem trahentes perſeuerent vlteriùs, vt fas eſt, dum vrgent. Hic verò vno verbo & obiter appellatur à Tauello Lunanus.

9. *Simplicius eligitur* 238. (innuunt) *præfuit* 42. *obiit* 279. Imò verè cœpit ab anno 244. & exiit an. 286.

10. *Polycarpus fit Epiſcopus anno ducenteſimo ſeptuageſimo, Monaſteriúmque adſtruxit, &c. cùm exularet in Phrygia.* Sic ipſi. Verùm minimè ita. Quin potiùs Sedem ingreſſus eſt anno 287. per annos viginti tres eandem poſſedit: & ſolium deſeruit ex aliorum infrà conſequentibus.

 11. S. Vrſi

d Petrus hiſt. c. 45 tit. 6.
e Virginis matris, S. Ioā. Bapt. & S. Stephani.
f ex Chenut.
g Baron.
h cit.
i ſub 31. Dec.
o To. 3. c. 70. et 315.
* Senonis apud Georgiū Niuera. 1608. in 4.
k Num. 12.

11. *S. Vrſicinus anno* 310. *cuius feſtum* 24. *Iulij celebratur.* Hæc tantùm ambo. Et ritè: cum hîc tandem ætates reduxerimus in concordiam, ad integrum & commune bonum. Interiit autem circa annum 334. At breui infrà (proh dolor!) redibunt deceptiones alienæ: neque diu vnitas ſiſtit. Quod nobis ſanè curam emendandi nimiam ingerit. Cæterùm finis huius cadit in annum 355. Et locum obtinet iſte ſanctus Confeſſor in Romano Martyrologio, 24. Iulij, licèt Tauellus ponat 9. Kalend. Iulij, hoc eſt, 23. Iulij, pag. 7.

12. Seuerinus 2. ex profeſſo hîc de nouo ponendus eſt; quia aſſedit quartus aut 5. ex ſexdecim Patribus in Prouinciali Concilio Agripinenſi conſiſtentibus: de quo Venerando fit obiter ſermo antea *, vt hîc renouetur, aut alius eiuſdem nominis. Synodus autem * habita eſt anno 345. ex Genebrardo, vel circa an. 350. & vltra ex Baronio & aliis ſub S. Iulio Papa primo. Quale tempus nequaquam altiùs referre licuit ad Seuerinum priorem. Iſte autem ſecundus ordinis præfuit Senonibus vſque ad annum trecenteſimum quinquageſimum quintum.

* Nu. 5. Concil. 4. Idus Maias.

13. *Theodorus creatur* 356. (ſcribit vterque) Præfuit 29. obiit 394. imò 395.

14. *Sidinius ſiue Sindinus præfuit* 28. *obiit* 421. Id ipſi. Et apud Tauellum *Ciclinus*, abſque ſeculo. Ego autem ex ingenuè illatis eum dico ſedentem ab anno 395. ad annum quadringenteſimum vigeſimum tertium. Sic bellum diſſenſionis recrudeſcit, & ſatagimus ad ſemitam veritatis reducere.

15. S. Ambroſius malè ſecundum Chenutium dicitur, quòd *præfuit* 35. *obiit* 455. *cuius feſtum* 3. *Septembris.* Nos verò opinamur eum ſediſſe decennio tantùm, ſcilicet ab anno 424. ad annum 434. ex elicito iuſtiore calculo. Tauellus autem narrat pag. 9. quòd *in Sanctorum* ¹ *numerum tranſlatus ſit.* Sed nec probat, nec video.

16. S. Agricius ſeu Agroecius ſedit veriùs ab anno 434. & ſequenti ferè ſuffragatus eſt decimus nonus Prouinciali Concilio Agathenſi in Gallia Narbonenſi. At minimè Arauſicano 2. ſub eadem Galliarum diſtributione accurrit, cuius tamen ibi præſentiam affirmat Tauellus: non enim eò acceſſerunt Patres præter tredecim alios, vbi ſolutæ leguntur quæſtiones 25. quarum prima ſola de libero arbitrio fuit. Ille autem obiit an. 487. *eiúſque feſtum* 13. *Iulij* ¹, ex Chenutio. At ſecundum præfatum Tauellum 13. Iunij pag. 10. fin. Sedis Antiſtes ortum habuit in ſedili ab anno 461. vſque ad concordem 487. præmiſſum. Nihilominus hi duo Sancti nondum fulgent in Martyrologio ᵐ.

¹ ad eum Sidon. Apollin. Ep. 7. li. 5.
ᵐ Præfati 5. ab Vrſicino (dempto Seuerino) ſepeliuntur in Monaſterio SS. Geruaſij & Prothaſij ex Demochare. At ex Chenutio duo tantũ Nu 13 14.

17. *Eraclius* 2. *obiit* 507. *ac interfuit tempore Clodouei Regis in Concilio Chalcedonenſi, &c.* Cui calculo mortis Eraclij ex Demochare & Chenutio ſi creatur, & initio ſedis eiuſdem ponatur ab anno 488. quomodo mente concipi poteſt eum Præſulem ad tale Concilium acceſſiſſe, equidem aggregatum anno 454. ⁿ ſub S. Leone 1. Papa? Sanè oporteret igitur hunc Eraclium altiùs in Catalogo figi, vt pote loco S. Ambroſij. Verùm certè in eo ſic conſtituendo minimè laborandum nobis eſt. Primò, quia inter 351. Concilij Patres, quos alibi exerit Demochares ᵒ nullos apponit Gallos Antiſtites, & vnicus aſpiratus Eraclius ibi conſiſtens 172. eſt Comanorum Præſul valdè extraneus. Vnde profectò noſter Eraclius haud interfuit eiuſmodi Concilio. Poſteriùs verò dicendum, quòd iſte Eraclius occupat & retinet hunc ſuum locum 17. quia vel etiam Baronius eundem ſtatuit inter diuos ad cœlum euectos ex ſuo Martyrologio Romano ᵖ, vocem aſpirando, & feriem hanc Democharis citat minimè variandam. Valeat ergo expungendum vtriuſque Authoris non diſcutientis reſcriptum, de fingendo inſulsè Heraclio in ſacra Chalcedonenſi corona: quia non leguntur duo œcumenica legitima Concilia Chalcedone coacta, præter hoc quartum vniuerſale. Vulgò Antiſtes nuncupatur *Eraire* in noſtris communibus Sanctis. Sic demum perſtat eius Sedes ab anno quadringenteſimo octuageſimo octauo ad quingenteſimum ſeptimum.

ⁿ Genebrard.
ᵒ To. 3 fol. 99. 100.
ᵖ 8. Iunij.

Falſitas Authorum.

18. *S. Paulus Eraclij frater, obiit* 569. *cuius feſtum* 9. *Iulij.* Sic bini de more Authores. Sed procuIdubio ſedit ab anno 508. per annos 27. vſque ad annum 535. nec vltrà, ob trium adſequentium Datas præpedientes, & finali amborum Scribarum calculo maturiores. Necdum Beatus iſte Confeſſor in Sanctorum canonem Martyrologicum Romanum adactus eſt.

19. *Leo præfuit* 23. *ac interfuit Conciliis Aurelianenſibus* 2. *&* 3. *ſub annis* 536. *&* 540. Verùm rurſus non ita multas ob cauſas. In primis, duplex Scriptor contradicit ſibi ipſi in iſta & ſuperiore extrema Pauli ſupputatione an. 569. quia efficit duos ſimul Præſules eodem in ſitu ſchiſma patientes. Secundò, quia illæ duæ Synodi Prouinciales ex aliis veriùs habitæ ſunt annis 533. & 537. tunc etiam in cœtu præſentibus Marco & Marcello alibi per Gallias Epiſcopis, depictis ſine loco Sedium, &c. Tertiò, quia Leo ex ſparſis paſſim circa duos

duos Tomos præcedentes ſcedulis, & propter ſucceſſorem Epiſcopum ſtrictiùs limitantem ſedit quinquennio duntaxat ab an.536.vſque ad annum 541.Et hæc militant etiam aduerſus Tauellum pag.14.

20. *Conſtitutus ſiue Conſtantinus in Conſilio Pariſienſi circa annum* 559. Sic confusè Chenutius, Demochari in vniuerſa hac Tabula pediſſequus & æqualis, nec vltra quicquam adiicit. At verò dicimus fuiſſe primum. Et præterea demum ſubdimus eundem Conſtitutū etiam Concilio quinto Aurelianenſi conſtitiſſe anno 549. vel 552. atque ſecundum præterita volumina ſediſſe ab anno 542.aut circiter vſque ad an. 506. aut fortaſſis decennio vlterius.

21. *S. Arthemius in Concilio Matiſconenſi anno* 588. Hoc illi peſſimè. Nam eiuſmodi Data eſt duntaxat Synodi Matiſconenſis ſecundæ, cui minimè adſtitit Arthemius Sed is prima ſolùm conuenit tertio loco, equidem anno 576.quatum Patres alibi enumerat Demochares q. Rurſus malè Tauellus eum locat præſentem illi vtriqueSynodo, & priorem celebratam fuiſſe anno 1587. alteram ſequenti, cui appulit ſolùm Arthemius Epiſcopus Vaſenſis.Quippe nunquam in vnica Prouincia,& minus in eadem ciuitate coacta fuêre Concilia ſingulis annis, at quibuſque ſolùm triennis,vrbe mutata variis de cauſis. Cæterùm,nec iacet iſte beatus in Romano Martyrologio. Fuit autem hic Archiepiſcopus ab anno circiter 570. per annos 39.vſque annum 609. quo deceſſit: ſedens prætetea in Concilio 1.Cabilonenſi an.582.ante cætera. q To.2.fo.2 & 3.

22. Richerius 1. fortè is qui ex Flodoardo ſub hoc titulo Senonenſis comparuit in Prouinciali Concilio 1.Remenſi an.615. vel ſequenti, & nos alia tutiùs in 39.r Archipræſule Lugdunenſi,Tomo 1.Sedit ergo ab an.610. ad 620. &c. Hunc verò recenter iſtic addimus. Needum agnitus eſt à tribus ſolitis authoribus. r §.3.

23. *S. Lupus 1. illuſtribus parentibus ortus floruit* 613.Auunculos habuit Auſtrennium 24. Aurelianenſem Epiſcopum, & Authnmarum 27. Antiſſiodorenſem: paternas poſſeſſiones Eccleſiæ ſuæ legauit: & ſedens annis 21. cœpit miniſtrare circiter ab an. 620.aut ſequēti vſque ad 631.quo expulſus obiit. Lucétque in Martyrologio ſ. Vide ſequentem. ſ 1.Septembr.

24. *S. Seuecius tempore Clotarij Regis* (fuit ſecundus) *obiit an.* 623. Sic Chenutius & Demochares. In cuius Data videretur ſanè abuſus ſubeſſe: quia dum narrat hunc Seuecium obeuntem an.623.& Lupum prædeceſſorem anno tardiore 631. Lupus ergo ſederet poſterior. Sed ex eo tollitur hæc vice ſuſpicio, quòd Demochares addat in vicem morientis Seuecij, qui ſufficiebatur Lupo exulanti, ipſe Lupus in Regis ſeducti gratiam reuocatus illo an. 623. perdurabat ibidem in quiete ob merita reſtitutus, ad vſque annum 631. de cuius regreſſu loquuntur Surius & Gazetius. Neque in edito Martyrologio viret beatus idem Seuecius. Tauellus autem eum vocat Senecium. Qui Author proximè ſeu immediatè poſt ipſum Senecium locat hocordine & ex errore Armentarium at Mederium Epiſcopos; certè extra chronologicam intimæ veritatis rationem ac ſeriem,eo longiùs declinante à vetuſtiore ſemita Democharis,quem Democharem tutiùs hac in parte videtur Chenutius poſt eundem Tauellum ſecutus,& ego ambos.

25. *Medericus ſiue Mederius rexit* 5.*annis,ædificaſſe fertur Eccleſiam S.Symphoriani in ſuburbio Senonenſi, & in ea ſepultum fuiſſe an.*631.Qua in re miror quorſum Chenutius exſcriptor nō perſpexit erratum Democharis ponētis abſque iudicio ſub eodem die ac anno mortem tam iſtius Mederici quàm elapſi dudum S.Lupi, vt mendum reſarciret, nec cæcum cæcus imitaretur. Retento igitur quinquennio ſedis Mederici,concludimus rectiſſimè eum defeciſſe anno 636.Hunc infrà nimiùm deprimit Tauellus.

26. Hildogarius Demochari, & Hildegarius Chenutio atque Tauello. Aliud nihil. Opinarer ego eum ſediſſe ab an.637.ad an.640. ob prementes quos viſum iris numeros adſequentes.

27. Auripertus obiit anno 647. Sic tres illi. Ergo ſedit fortè ab anno 641. per ſeptennium ſequens.

28. *Ermentarius ſeu Armentarius in Concilio Cabilonenſi. Obiit* 650. Hæc illi ambigua, quæ nequaquam ſufficiunt. Sic clariùs lumen apponendum. Inter plura Concilia Prouincialia Cabiloni habita, iſtud erat tertium, vbi Ermentarius ſuffragabatur quartus ex Patribus 44. illic præſentibus. Tempus autem Synodi varias patitur opiniones. Ex Iacobo Breul antiquiore patuit anno 650. deinde ex Tauello, qui malè altiùs hunc Armentarium locat, illa congregatio viſa eſt anno 656. Tum in Tomis Conciliorum ann.662. vbi numeratur prima,paritérque apud Baronium. Quæ recentior ſententia quaſi publi-

ca, &. priuatæ ſcripturæ magis authentica ſi præferatur, vt iuris eſt; ſanè tunc Ermentarius ſedebat viuens, neque ideo interiit an. 650. imò neque vix priùs quàm anno 665. ne locus & tempus vacua dentur, vbi aliter inanitas reperiretur. Niſi fortè hoc interſtitium compenſetur per duos nouos inſequentes. Nam alioqui tale calculi incrementum viam prætcrea multam parat ſequacibus.

29. Germanus antea Auguſtinianus Eremita, obiit vltimo Iulij ſub titulo Senonenſis Archipræſulis: verùm abſque ſeculo. Fortaſſis enituit ab ann. 666. ad an. 668. Sic oportunus locus ei ſupereſt, quem facimus Ermentario proximum ſucceſſorem. Interea, baſis noui huiuſce articuli, quem nequaquam norunt trini de more Authores, eſt prima recens editio, & charta extenſa totius Ordinis Auguſtini Eremitici, edita Romæ, bene ſcio Pontifice ſummo t, committente ex profeſſo, & approbante ſacro Cardinalium Inquiſitionis Conſiſtorio u. De quibus plura verba fecimus in vulgari noſtro de ſanctis Inuentario alphabetico *.

t Paulo 5. u tit. *Miſſus Auguſtinenſis Eremitarum gloria theatrum*, &c. an. 1614.

30. *Arnulphus*. Sic ambo. Et nihil inſuper. Eſto ſederit ab an. 669. ad 671. Et vix diutiùs, quia premunt quoque poſteriora mox conſpicua. Hic & in præcedenti ſilet Tauellus.

* To. 3. cap. 74. §. 8. pag. 2548.

31. *S. Haymo ſiue Emino vel Emmo*. Id duntaxat ſic ambo de more, ſub ordine inferiori. Sed apud Tauellum, à quo is vocatur *Emno*, altiùs paulò depingitur, qui modus ritè competat huic ſeriei: Concluſit enim: *beato fine quieuit anno Chriſti 675. & in Baſilica S. Petri Senonenſis eſt ſepultus* y. Illo igitur ſuppoſito tanquam ſucceſſore Arnulphi (ſecundum duos alios dictatores z, licèt ſequacis ex Tauelli mente a) ſanè claues authoritatis Epiſcopalis geſtauit ſolùm annis quatuor, ab anno 672. &c.

y pa. 10. z Lambertus medio. a pa. 22.

32. Amatus prudenter à Tauello conſtituitur proximè Emnonem ſequutus b, perinde ſedens ab anno 676. tametſi non ei tribuat inſigne ſanctitatis. Et quod attinet ad duos reliquos Authores, eundem iam præfuiſſe autumant anno 672. ſit ipſum altiùs æquo inter Senecium & Medericum coagmentant, vt pote maiorem annorum numerum in medio minorum turpiter admiſcentes. Conſcribunt verò ſic de cætero ſub honoris titulo. *Sanctus Amatus à Theodorico Rege* (ſecundo nominis) *affligitur, & ab impio Ebroino pellitur* c, *ac obiit in Flandria anno Dom. 690. diu in exilio vexatus*. Cui tempori diſceſſus animæ ſuffragatur etiam Tauellus vetuſtior Chenutio, & hanc hiſtoriam locat ſub media tempeſtatate anni 685. Fulget autem Amatus Romæ in Martyrologio d. Et vulgò appellatur *Amé*, necnon apud Surium *Emme*.

b pa. 21. c Sigibert. in Chron. d 13. Septem.

33. *Landebertus* Demochari, *Landebertus* Chenutio, & Lambertus mixtim. Hi nihil ampliùs, præter hunc ſtatum ordinem poſt Arnulphum anno 700. (aiunt) ſed meliùs fuêre anno 705. ob reſeruata præmiſſis paulò tempora. Niſi obſtet paulò Baronius, qui ſucceſſorem conſtituit ab an. 700. Nu. 2. Fuerat antea Religioſus Monaſterij Fontanellæ Ordinis S. Benedicti, de quo Trithemius. Obmuteſcit Tauellus.

34. S. *Vulphrannus ſiue Vulphronius, ex Meyero in Chron. Religioſus præfati Ordinis S. Benedicti, gentre Vaſco*, de patre Vuaberto Comite, &c. Talia Chenutius, & pauciora Demochares. Itémque Tauellus hoc bono ſitu. Sed de quinque ſubiectis materiis Lectorem monendum ne decipiatur. Eáque depromenda partim ex Petro de natalibus b. Primò is teſtatur patrem Antiſtitis vocari Notbertum militem. Secundò, iuxta formam textus Chenutij & Trithemium quem citat c ſcriptorem Benedictinorum, videtur inferri eundem Antiſtitem priùs monachiſmum eſſe profeſſum, quàm Epiſcopatum geſſiſſet, ſub anno iam 700. vt ſentit Baronius. At oppoſitum ex Petro verum creditur, quòd poſtea ſolùm fuerit tandem Monachus, hiſce verbis: *Completa prædicatione ſua reuerſus ad Eccleſiam ſuam, Epiſcopatum reſignauit: & ordinato ſibi ſucceſſore Gerico, in Monaſterio Fontanellæ Monachus factus eſt*. Tertiò, idem Petrus ita claudit. Ibi vitam in ſanctis operib. *conſummauit anno Dom. DCCXL. die XIII. Kal. Aprilis*. Cui legitur conforme iſtud recentioris Baronij apud Martyrologium d: *In Monaſterio Fontanella ſancti Vulphr. Epiſcopi Senon. qui relicto Epiſcopatu, ibid. clarus miraculis deceſſit*. Vbi ſupponitur licentia Romani Pontificis, tametſi nõ expreſſa. Et idẽ ſcriptor Card. ac Tauellus ſuſcipiunt Trithemij e Petro coætanei ſententiam lubentiùs, quâ Vulphranus obierit an. ſal. 720. quàm tardius reſcriptum eiuſdem Petri. Addimus & quartò de ſerie, quòd optimè ab ipſo Petro exiſtimatur ille Antiſtes inclytus ſucceſſor Lamberti immediatiùs; paritérque à Tauello, licèt reliqui duo Tabularij alios ſex medios Epiſcopos ſordidè inter hoſce duos commiſcuerint. Quintò & vltimò, quando Demochares hoc narrat: *Vulfrannus obiit 720. Mayerius aly 696.* ſenſus eſſe non debet quòd naturali defectu ſit mortuus anno 696. ſed morte tantùm ciuili:

b li. 3. c. 213. vixit 1470. c ex lib. 4. ca. 71. vixit 1494. d 20. Martij. e ca. 73. licit.

quia

quia eo anno Epiſcopatu ſe abdicauit: & triplex Religionis monaſticæ votum emiſit, de quo iam ſuprà, veluti annum eiuſmodi ad talem vitæ perfectioris effectum diſertè, & multò clariùs connotauit Tauellus. Iſta enim teſtatur ipſe de proximo ſucceſſore: *Guericus Vulfrannus ceßione factus eſt Senonenſis Archiepiſcopus anno DCXCVI.* [e] Equidem prudentiſſimè dictum. Cæterùm, de illo habetur generalior mentio in Faſciculo temporum, & ſpecialis in totam vitam apud Guilelmum Gazetium [f], depromptam ex autographo ac ſynchrono Iona Abbate clariſſimo. Et ſplendeſcit 20. Martij in Romano Martyrologio.

[e] pa.19.fin.

[f] To.1. pag. 510. vitæ Sanctorum.

35. *Gericus præfuit tribus annis.* Nihil vltrà duplex Author aſſuetus inſerit. Id verò triennium finem habuit anno 669. quia cœpit anno 666. ex allatis in deceſſore. Interea vir ille appellatur *Guericus* in præfato Faſciculo Ioannis Verteſler ex Carthuſiano [g], ſicut & apud Tauellum.

[g] Louanienſ. an.1476.

36. S. *Ebbo vel Obbo Gerici nepos; an. 735. antea Monachus Abbas S. Petri viui.* Obiit 759. & Demochari Chenutius addit: *Pontificatus ſui anno 15. Tritemius.* Sed nos aliter prætereca hortamur annum 670. extitiſſe primum Epiſcopatus eiuſdem Ebbonis, ſi computetur ab occaſu Gerici. Et eo pactò ſederit profectò annis 80. Quod tempus, quia vires humanas exuperaſſe cenſetur, vſque ad annum 750. arbitrarer principium Ebbonis mutuandum eſſe ab obitu S. Vulphranni an. 720. duntaxat, morientis tardiùs multò quàm eius ſucceſſor Gericus, & ideo quaſi rogatus Epiſcopales curas reſumentis interdum, aut quòd propter ſuæ reſpectum ſanctitatis, annalis Sedes iſtius Ebbonis adſequentis, non niſi ab ipſius Vulphrandi morte numeretur. Atque ſic Sedes Ebbonis fuit annorum 29. tantùm, facillimè admittendorum. Nec eſt in Martyrologio.

37. S. Honobertus tiaram iniit an. cit. 750. eámque deſeruit an. 755.

38. S. Honulpus ſuperioris pater & ſucceſſor, moritur an. 761. Neutérque amborum luſtratur in Martyrologio.

39. Menulphus ſiue Merulphus receptus an. cit. 761. Illico tranſlatus ad ignotum nobis alium Epiſcopatum.

40. Otbertus ſiue Ochibertus anno 762. ſecundum Chenutium: vel Ardobertus ſeu Artbertus ſecundum Tauellum. Tunc ad Cardinalium ſocietatem tranſmiſſus, vt cenſent duo aſſueti. At Ciaconius * nihil de ipſo ſub Paulo Papa 1. tunc ſedente.

* pa.516.

41. Lupus ſecundus traditus huic Eccleſiæ eodem an. 762.

42. Vuilarius, ſeu Vuirnarius, fit Epiſcopus an. 764. obiitque an. 769.

43. Goteſcalus vtrique ſeu Goteſcallus vno verbo apud Tauellum: finit ann. 773.

44. Gombertus confeſtim ſedit inde, & exiit ann. 778. Tauellus eum nominat ſanctum pag. 16.

45. Serenus ab anno cit. per annos ſex: obmuteſcente Tauello.

46. Petrus 1. conſtituitur an. 784. & præfuit annis tribus.

47. Vinnebaudus, ſiue Guilebaudus, cœpit anno 786. extremo, & perrexit ſex annis. Tauello Vuillibaldus.

48. Venerandus, aliàs Bernardus, factus eſt Epiſcopus an. 793. durante triennio. Apud Tauellum *Berardus.*

49. Renobertus ſiue Raimbertus ordinabatur Antiſtes an. 795. per octennium. Tauello Rambertus & Raguibertus.

50. S. Magnus ab an. 804. per annos quindecim.

51. Hieremias antea Monachus, ac Epiſcopus ab an. 819. Et obiit veriùs an. 829. Idib. Decemb. ex Archiuis loci teſte Tauello pag. 28. quàm an. 830. ex alijs ambobus.

52. *Futurus, Antiſtes Senonicus, in Pariſiorum vrbe, vbi Ebbo, Ragnoaldus ac Landrannus Metropolitanus cum Suffraganeis ſuis ſiſtunt.* Sic habet textus Cõcilij 2. editus Coloniæ 1567. [h] celebratum eſt Ludouico Pio Imperatore ſub anno 830. Baronius in Annalibus vſque ad annum cit. aut circiter: Et hic recèns à nobis denuo additus nuſquam comparuit apud Tabularios. Ioannes Tillius etiam ſub eodem Imperatore de Concilio Franciæ (hoc eſt, Pariſienſi) tunc loquitur in genere.

[h] To.2. pag. 519. col.2.

53. *S. Aldricus antea Monachus Abbas Ferrarienſis Cœnobij*, deinceps præſens Concilio Vuotmatienſi an. 836. Sic Tauellus & ambo aſſueti Authores. Atque is ſedit per annos duodecim: ortus è Principibus Palatinis. Tum deceſſit ann. 841. *Cuius feſtum 8. Iunij celebratur* (inquiunt) *Sanctitate & miraculis huc vſque clarus.* Attamen ſecundùm eundem Tauellum obiit 6. Idus Octobris an. 840. Præſes fuerat Concilio Aquiſgranenſi. Nec ſcritur in Martyrologio, aut Molano: vt neque alibi legitur ipſius ſanctitas.

54. Geni

54. Genilo ſic dictus apud duos allegatos, vel *Cenilo* in Petro de Natalibus [i], præſens conſecrationi Hincmari Archiepiſcopi Rementis anno 840. Nominatur etiam alias *Vuenilo* in Prouinciali Concilio Meldenſi ſecundum editionem cir. [k] cui is interfuit anno 845. ex Annaliſta Baronio, itémque Sueſſioensi ad S. Medardum [l] anno 853. ex Flodoardo [m]. Nuncupatur etiam *Guenilo* ex Renato Choppino in ſacra Politia [n], tanquam præſens Concilio 3. Prouinciali Turonico, anno præfato: necnon vocatur *Ganelo* ex Adriano Canonico in 23. Canonico Ambianenſi. Defecit verò ductus ad Concilium Tullenſe, celebratum Præſide. S. Remigio Archiepiſcopo Lugdunenſi, de qua materia nos plura in Chronico Lugduneo Nu. 58. §. 1. Et alia de ipſo Vuenilone in Ardoico Archipræſule 39. Biſuntinenſi. Is pius tranſtulit in Eccleſiam S. Petri corpora trium priorum loci Epiſcoporum ac Martyrum Sauiniani, Potentiani & Altini *anno* 847. *die* 7. *Kal. Septembris*, ex Petro Natali.

i lib. 2. ca. 25.
k pag. 454.
l pag. 464. col. 1. ad 6. Calen. Maij.
m li. 3. cap. 2. fol. 172.
n lib. 2. tit. 3. Nu. 3. ex Lupo Ferrarienſi.

55. Egilus extiterat Monachus Abbas Monaſterij S. Saluatoris de Pruina in agro Trecenſi. Inde verò creatus eſt Archiepiſcopus anno præmiſſo 865. Qui dum rexit Eccleſiam annis ſex, at non 6. vt cenſet Chenutius, obiit anno 871. ex Tritemio. Apud Tauellum nominatur *Ægilus*, & in Baronio *Erilus* ſeu *Herilus*, præſens quoque alteri Synodo Senonenſi an. 866. Nu. 77. Vide in 43. Meldenſi.

56. Angelilus ex Demochare, dicitur Anſegilus tam in Concilio Bellouacenſi [p] quàm in Pontigonenſi an. 876. necnon Anſegiſus apud Tauellum. Is antea Monachus ſeu Abbas Lobienſis cùm eſſet, à Ioanne Papa 8. vnà cùm Archiepiſcopatu Primatum quidem Galliarum atque Germaniæ ſibi vendicauit anno 872. Sed fuit munus duntaxar perſonale, vi ac importunis apud Sedem Romanam precibus euulſum pertractúmque ab Imperatore Carolo Caluo, ac ſuperfluorū honorum amatore, veluti notat Ioannes Tilletus [q]. Quæ dignitas nec diuturna fuit, niſi quandiu vixit Imperator, nec vſum habuit in litium Eccleſiaſticarum appellationibus. Adeóque nunquam irrepſit aut lacerare imminuerêve potuit Lugdunenſem Primatum, qui viceuerſa robur & iuriſdictionem retinet verè ad praxim in Archiflaminem Senonenſem. Is autem eruditus Anſegilus vtilia multa opera diuulgauit, curâ Iureconſulti Pithoei ad iocudem miſſa, referente Trithemio. Denique verò poſtquam eam rexit Eccleſiam ſeptem annis, interiit anno ſal. 878. Ita ſeptennium ſecundum Tabularios adductum & formulas ſuorum antecedentium calculorum in prædeceſſoribus Epiſcopis. Verùm iuxta Baronij menſuras, qui Antiſtitem vocat Anſegiſum, is Præſul tam iſtic ſedebat ab an. 845. Nu. 38. Adeo vt altiùs forent tollendi Genilo, Egilus, &c. quàm ferant Tabularij. Hoc igitur pacto præfuit Anſigiſus annis 34. Niſi fortè concipiatur Author loquutus de Anſegiſi geſtis antequam Præſul eſſet, vti probabilius eſt, etſi eum vocet Epiſcopum ex poſtero euentu. Qui interea Paſtor tranſtulit Reliquias ſeu corpus S. Agricij decimi ſexti Archiepiſcopi in melius ad Baſilicam S. Petri [*].

p an. 875.
q in Chron. an. 876.
* Tauean,

57. [s] Eurardus Chenutio, vel Eurardus Demochari, ac Euerardus Tauello, fuerat primùm Monachus: & obiit Archipræſul anno 887. vel 889. aut demum 897. ex aliis; Sede per eum retenta annis vndeuiginti. Attamen ipſe Tauellus narrat eum ſediſſe quinquennio tantùm, ac defeciſſe Calendis Febr. an. 886.

58 Gualterus 1. poſtquam ſedit annis 26. animam exhalauit anno 923. etiam ex Tauello, qui eum ac ſucceſſorem nominat Vualterium, fratrem alterius Vualterij Epiſcopi 7. Aurelianenſis.

59. Gualterius 2. quadriennio ſedens inaugurauit Sueſſioni Rodulphum. Et obiit anno 927. Aliiſque dicitur Vualterius, ſicut & anteceſſor.

60. Odoaldus ſeu Adaldus erupit de vaſculo carnis an. 933.

61. Guilelmus ſeu Vuilelmus 1. monachus S. Petri Viui, creatus anno 933. & ſedens per ſex annos, ſublatus eſt de medio ad an. 938. Vnde Bibliotheca Cluniacenſis agit de ipſo in vita S. Odonis Abbatis coætanei. Attamen Tauellus facit eum deceſſiſſe 18. Kal. Octobris an 846. pag. 52.

62. Gelanus, Gelannus, Gellanus, & Gerlandus, necnon dictus Gerlanus in noſtris Lugdunenſibus ſupra Num. 62. fuit Monachus antea S. Germani Antiſſiodorenſis, ſedens per octo annos, expirauit anno 946. Verùm Tauellus credit eum quieuiſſe Nonis Auguſti an. 954. pa. 53. De qua Floriacenſi Bibliotheca ſub an. medio 937.

63. Videmannus Demochari, Videmanus ſeu Hildemannus Chenutio, primùm Monachus Abbatiæ Regalis S. Dionyſij rexit Archiepiſcopatum annis 13. ſecundum Democharem atque Chenutium, qui eum altiùs inchoant, vel annis 4. menſibus 10. dieb. 19. ex

Tauello,

Tauello,qui tardiùs incipit , ob allata in prædeceſſore. Omnes ipſum morte limitantes an.959.Nonis Auguſti.

64. Archambaudus Roberti Comitis filius direxit curam paſtoralem annis ſeptem ; præfuit Concilio Meldenſi anno 962. aſſidentibus Abbone 43. Sueſſionenſi, Bouone Cathalaunenſi 40. Epiſcopis,& aliis Prouinciæ , ad iuniorem Archiepiſcopum Remis conſtituendum, ex præfato Tauello pa.57. Tandem ereptus eſt rebus humanis anno quidem 966. ſecundum duos Authores aſſuetos: At veriſimiliùs 4.Calend.Septemb.an.968.iuxta ſcripturam Tauelli pa. 56.

65. Anaſtaſius præfuit biennio, adiitque cœlum an. 968. ex ambobus commemoratis. Verùm apud Tauellum, *expletis Epiſcopatus annis vndecim* , *menſe* 1. *dieb.* 13. *ceſſit clarus famâ ſanctitatis* 6. Idus Ianuar.an.976.pag.58.

66. *Seninus vel Segnius aut Senuinus* iuxta Democharem; item *Seninus & Seginus* ſecundum Chenutium,dicitur ab ipſis & Tauello *præfuiſſe annis* 22. At dum video inchoaſſe ab an. 969. & finiiſſe per eos an.998. aut ſequenti : ſanè Cathedram tenuit annis 29. vel 30. vbi quandam prouincialem Synodum tenuit an.992.ex Tauello in M. S. Aurelianenſium poſteriùs conſcripto,at non in Senonenſibus à ſe editis : nimirum ſuffragantibus ibidem Epiſcopis 59. Pariſienſi , 54. Aureliano, 58. Carnotenſi,& 53. Trecenſi. Vocatur autem præterea *Seguinus* apud Aymoinum [x], qui teſtatur eum an. 999. reſtauraſſe Cœnobium S. Petri Milidunenſis , & quòd obierit anno milleſimo. Hoc recèns addimus. Ergo vt minimùm ſedit in vniuerſum an. 31.iuſtiſſimè. x li. 5. de Geſtis Francor. cap. 40. 47.

67. *Leotoricus*,ſeu *Leothericus*,ſic à duobus ſolitis nuncupatus,Cathedrã ſuſcepit anno præfato 1000.ipſis teſtibus:etiámque dictus *Leutherius*(hoc addimus)præſens Synodo Chellenſi prope Lutetiam,eodem anno,ex Andrea de Quercu in hiſtoria Caſtellonenſi. Idem Antiſtes ciuitatem ſuam à tyranno Bernardo liberauit, & Roberto pio Regi permiſit [z]. Obiit verò ſub an.1032 die 6.Calen.Iulias. z Gaguinus.

68. Gilduinus ſeu Gelduinus & Gerduinus , natus Pariſiis, creatus eſt Archipræſul ſub anno 1032. vel 1033. * Sedénſque per annos 18. abiit expulſus anno 1050. Præſes interea Concilij Senonenſis , cum Epiſcopis Prouincialibus & Rege præſente. Sauſſeyus pag. 39. & Tauellus in M.S. Aurelianenſi. Nos ibi Artic. 59. * 5.Calend. Nouem Tauel.pa 63. Camuzat. in Promptuar. fol. 167.

69. Mainardus primùm Theſaurarius in Eccleſia S.Stephani Senonenſis, deinde Epiſcopus 57. Trecenſis, 15. annis,ac denique factus eſt Archiantiſtes Senonibus ab anno extremo 1050. vbi vitâ orbatus eſt anno 1062. poſtquam adſtitit ſacro Regis Philippi 1. anno 1059.

70. Richerius fortè ſecundus (nam de primo quaſi ambiguo dictum eſt Numero 22.) ſedit ab anno 1063.per annos 36.Exhibuit Præſes Concilium 2. Trecis.Ad quem virum mandabat Yuo Epiſcopus Carnotenſis, *De veteri querela,quam habet aduerſus Senonenſem Lugdunenſis Eccleſia* , *conſulo vt ſi quæ habeatis Priuilegia Apoſtolicâ manu roborata* , *oſtendatis*, *&c.* Alioqui , *non eſt conſilium vt contra torrentem brachia dirigatis* , *imò Apoſtolicis Sanctionibus interim adquieſcatis abſque præiudicio priuilegiorum* , *ſi reperiri poterunt* , *qui ſubiectionem ab Eccleſia veſtra remoueant* , *&c.* Epiſtola 50. Itaque ſic , quæſtione nuſquam ſoluta, remanſit ex effectis Archiepiſcopatus Senonenſis per litium eccleſiaſticarum appellationes addictus Primatiæ Lugdunenſi. De quo Yuone ſuper tali negotio alia in noſtris Lugdunenſibus Numer. 74. §. 1. medio. Et de quo etiam Richerio fatur Bibliotheca Cluniacenſis, velut de teſte in Prioratu de Nagento ſubiiciendo Abbatiæ Cluniacæ per Gaufridum Mauritaniæ Comitem ſynchronum fundatorem , etiam præſente Gaufrido Epiſcopo 65. Carnotenſi ad annum 1069. Re geſta equidem ſine Data , ex columna 542. verùm confirmata ab Vrbano Papa 2. emoriente ſub annum 1100.poſt Sedem annorum 12.Præfuitque idem Richerius Senonenſi Cõcilio,an. 1083.vt cenſent alij,vel an.1088. ex Tauello in Carnotenſibus MS. cum Gaufredo antiquiore Epiſcopo 65. Carnuti, Philippo 61. Trecenſi , & aliis etiam conſtitutis Articulo 62. Aurelianenſi.Qui Tauellus perperam narrat in eo MS-cætum geniſſe an. 23. Philippi 1.Regis, quia id occurrit an.28. Regni eiuſdem Principis ex Tillio : & ipſe Tauellus annum reticet in ſuis palam editis Senonibus. Tandem Richerius exceſſit è viuis an. 1096.ex Tauello pa.71.poſtquàm fertur Sedem vacaſſe tribus annis. Vide numerum Aurelianenſem 61.Et ſiſtit profectò in Chenutio,ſed non apud Democharem.

71. Diambertus ſic dictus à Chenutio, & Daybertus à Sauſſeyo , inauguratus eſt Præſul anno 1099. tunc Præſes in Stampenſi Concione, Yuo Epiſcop. 66. Carnotenſis ſcripſit Epiſtolam ad Vrbanum Papam 2. contra Hugonẽ Lugd.Primatem, & Sedis Apoſtolicæ

Legatum in Gallias, volentem de iure in perſona conſecrare. De quo negotio nos in Lugdunenſibus: & copioſè Baronius ſub anno præfato. Sedit autem decimo ex Chenutio: nuncupatus *Cambertus* ſiue *Daymbertus* à Demochare Tauellus autem mandat eum ſediſſe annis 25. ſepultus verò 4. Kal. Decembris an. 1122. pa. 75.

72. Gilbertus ſic nominatus à Ioanne Tillio in Chronicis, & à Chenutio, veriùs eſt conſtitutus Archipræſul Senonenſis anno 1109. quàm adſequente ex aliis. Quo priore anno, iiſdem Authoribus, vir ille conſecrauit Aureliis Ludouicum Craſſum Regem, non obſtantibus Samſonis 50. Remenſis Archiepiſcopi oppoſitiunculis de illo ſuo iure. Vnde perperam Baronius poſt Annonium locat rem geſtam anno 1106. Satiùs quippe adhęremus tardiori calculo Tilleti ſub Gilberto. Huius verò Gilberti tempore fundata eſt Abbatia Clara-Vallenſis Ordinis Ciſtercienſis, D. Bernardo conſtituto 1. Abbate. De quo noſtro Præſule ſcripſit Yuo Carnotenſis. Quam regiam inaugurationem Baronius refert ad annum 1106. celebratam à præmiſſo quidem Daimberto. Verùm ſatius fides adhibenda domeſtico Tilleto ſub anno 1112. allato. Fuit autem ipſe Præſul de eaptiuis ſub Epiſcopatu Lunenſi Italiæ ex Numero 56. Trecenſi. Et obiit anno 1144. Miramur autem, quorſum ſolus Demochares eum vocat Henricum Aprum conſtitutum Senonibus Præſulem anno 1114. vel ex aliis anno 1122. eſt apud Baronium anno 1127. Nu. 13. Nam diſcrepantia vocis vtriuſque videtur facilè innuere duos eſſe Præſules. Verùm certè Author eidem Henrico tribuit regiam præfatam inaugurationem, & eundem vitæ finem qui ſuprà. Itaque ſiputatur eundem eſſe virum binominem qui & Gilbertus, maximè quia ipſe Demochares aliquem alibi Gilbertum Senonenſem minimè ſtatuit, vt neque Chenutius quendam Henricum Aprum: ad quem Henricum randem ab Innocentio Papa 2. percuſſum anathemate ſcripſit D. Bernardus, morientem Id. 16. Ianuar. 1142. Tauel. pa. 80.

73. Hugo Reginam Aldelinam filiam Humberti Comitis [g] Morianenſis vxoríſque præfati Ludouici, coronauit inuito præmiſſo Samſone. Cùm verò rexiſſet Eccleſiam ab anno 1145. per annos 24. potiùs quam 26. obiit ano 1169. [h] ſenio confectus. Vide Articulum 8. Aurelianum.

g Tillius in Optimatib. ſ pag. 76.
h die 5. Nonas Febr.

74. Gnilelmus 2. ſeu Baronio Vuilelmus, filius Theobaldi Comitis Campaniæ, & frater Henrici eriam Comitis in Principatu, primò Epiſcopus 69. Carnotenſis ex Tillio cit. Deinde Santonenſis Epiſcopus 32. ſaltem veluti obiter affirmat Chenutius in hunc locum, neqne tamen eum diſertè locat ſub hoc tempus apud Santonenſes, prædicatur equidem ab ipſo authore factus Cardinalis ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ab Alexandro [i] Papa 3. Et conſtitutus per Galliam Legatus, quando hìc erat Præſul ab anno 1170. Verùm tale quid non inuenio apud Ciaconium de Cardinalibus. Tandémque aſcendit electus Archiepiſcopus 52. Remenſis anno 1179. verius quàm arbitrari cum opinante Demochare, quòd obierit anno 1176. vel cum Sigiberti Chrouico & Tauello, quòd Remum tranſmigrari, anno 1176. Nam recentior circunſtantiarum calculus cenſetur magis limiratus ac limatus.

i ſedit ab an. 1159 ad 1180. Alia in Pariſienſi 70.

75. Guido, vulgò *Guy*, antea Præpoſitus Antiſſiodorenſis, exordium habuit Senonibus anno cit. 1179. vel ſequente. Quo poſteriore anno, ex Tillio [k], is conſecrauit in Abbatia S. Dionyſij Reginam Yſabellam filiam Baudouini 4. huiuſce nominis, Comitis Flandriæ vel *de Haynau*, vxorem Regis Philippi 1. Auguſti. Non ergo Sedem inchoauit anno 1176. veluti cenſet iterum Demochares, aut anno 1177. ex Sigiberto. Sed completis in ea Sede annis 14. idem obiit anno 1193. Aliter narrat Tauellus, quòd *expletis in Epiſcopatu 17. annis, è viuis exceſsit 13. Cal. Ianuar.* an. 1194. pag. 92. Vnde capit ipſe initium Guidonis ab anno 1177.

k In Optimatib. pa. 94.

76. Michaël antea Decanus Eccleſiæ Pariſienſis, frater Reginaldi de Corbelio Epiſcopi 77. Pariſienſis, rexit hanc Eccleſiam quinque annis, ac obiit an. 1199. die 4. Kal. Decembr. Vide Articulum 70. Aurelianenſem.

77. Petrus ſecundus de Corbelio præfatorum duorum frater, eximius facultatis Pariſienſis Theologus profeſſor, antea Cameracenſis Epiſcopus 47. De ſequenti cuius Senonenſi poſtulatione & electione patet Decretalis 1. Innocentij Papæ 3. facta Decano & Capitulo Senonenſi, Tit. *De poſtulatione Prælator.* extra, quando idem Petrus aduerſus Albigenſes hęreticos decertabat [l]. Sedit vero 22. annis. Et obiit anno 1221. vel 1222. [m] ex Tauello pag. 95. poſt Democharem, meliùs ac certiùs quàm anno 1226. Chenutij. Vide Articulum 60. Niuernenſem,

l Gaguinus.
m 5. Iunij.

78. Galterus

78. Galterus Cornutus Archiepiſcopus ab anno 1222. frater Roberti Cornuti Epiſcopi 63. Niuernenſis, Margaretam filiam Raimundi Comitis Prouinciæ [n] ac vxorem S. Ludouici Regis coronauit Senonibus anno 1234. quo eam Princeps deſponſauit: Palatiúmque Archiepiſcopale conſtruxit. Et cùm rexiſſet Eccleſiam annis 19. obiit an. 1241. [o] Alia Numer. 63. Niuernenſi.

n Tillius in Opera maiori pa. 112.
o 11. Kal. Maij. ſanch. le Gualther.

79. Gilo 1. dictus Egidius Cornutus, vulgò *Gilles*, amborum allatorum frater, Antiſtes loci ab anno eod. pene extremo 1241. Attamen eius conſecratio dilata eſt ad biennium cum dimidio, facta Lugduni ab Innocentio cir. an. 1244. Inde præſertim gubernacula tenuit eiuſdem Eccleſiæ, non annis 8. vt cenſet Chenutius, ſed annis 13. cùm vel ex eo ipſo diſceſſerit anno 1254. Non obſtante quòd ſcribat Tauellus 1252. Pendente quo tempore is anno 1249. ex Demochare tranſtulit apud Stampas ſolenni ritu corpora ſanctorum Martyrum Cancij, Canciani & Cancianillæ.

80. Henricus, equidem primus huiuſce nominis ex Chenutio, at ſecundus ex Demochare, propter allegata Numero 71. medio, cognomine Cornutus, præfatorum nepos, & ex Archidiacono loci electus Archiflamen, præfuit in ſella annis 4. ac mortem exequutus eſt anno 1258. [p] veneno ſublatus.

p 12. Kal. Nouemb.

81. Guilelmus 3. agnomine de Brocia ex Demochare, vel de Brucia ex Chenutio, aduenit Cathedræ ſub anno 1259. eam ceſſit adſequenti circa annum 1267. & animam effudit an. 1269.

82. Petrus 3. *de Charnay*, primò Canonicus, tum Decanus Senonenſis & in Diœceſi Officialis, ac Camerarius Vrbani Papæ 4. Galli Trecenſis, ſcribitur quidem à Chenutio euectus deinde Archiepiſcopus vrbis ab ipſo Vrbano. Sed Vrbanus ipſe per quinquennium Pontifex ſummus occubuit anno 1265. ex Genebrardo & Ciaconio, necdum tunc prædeceſſor Guilelmus migrarat, niſi quadriennio poſt. Ergò non Vrbanus, at ſucceſſor Clemens 4. [q] idémque Gallus Narbonenſis Petrum ad Cathedram promouit an. 1269. finali, etiam ex Tauello pa. 104. Niſi quis forſan eundem Petrum ab Vrbano literas Expectatiuas obiectet conſequutum, ſeu reſeruatrices Bullas illo ſeculo vſu tritas in Curia Romana pro futura vacatione proxima, quod nondum eſt plenaria Beneficij collatio per verba de præſenti, ſed nota de futuro tutiùs conferendo, & iam in promiſſis, more ſponſalium, non matrimonij. Sed hunc ritum in iſto negotio ad praxim reuocatum minimè legi: necdum tunc vix erat in vſu. Qui etſi poſtea in Gallüs tolerabatur, nec approbatur durante Pragmatica Sanctione [r], dum ipſa è diametro conquerebatur [ſ] de incommodis eiuſmodi Gratiarum expectantium; tamen ideo extinctus eſt ille modus, accedentibus demum concordatis inter Sedem Apoſtolicam & Reges Chriſtianiſſimos initis [t]. Petrus autem demum obiit 17. Cal. Octob. an. 1274.

q vſque ad 127.
r Fundata in Conc. Baſileenſi an. 1438 ex præcedentib. vſibus, & publicata in cœtu Bituricenſi per Carolum 7. Regem ann. 1438.
ſ Tit. de Collationib. 4. Correct. fol. 54. edita Pariſ per Phil. Pigoucher 1502 in 8.
t Condita an. 1515. & 17. extat apud Rebuff. a Nu. 77. & 78.

83. Petrus 4. de Aniſiaco, pridem Canonicus Antiſſiodorenſis, & deinde Theſaurarius Senonenſis, obiit Antiſtes vnico an. 1274. die 8. Idus Decembris, ex Tauello pa. 105.

84. Gilo 2. Cornutus Galteri & Gilonis 1. allatorum [u] nepos, ſedit inde annis 17. quia horas duxit extremas an. 1292.

85. Stephanus Becard ſeu Bequard peractis ex eo totidem pene annis in Epiſcopatu, abſumitur Calend. Aprilis an. 1308. ex Tauello, vel ſequenti an ex Chenutio. Vide Numerum 80. Aurelianenſem.

86. Philippus 1. dictus *de Beodi*, à ſolo Demochare per vnicum ferè annum conſtitutus, & à Chenutio prætermiſſus, naturæ ſatisfecit an. 1319.

87. Philippus 2. cognomine de Marregniaco ex Demochare, frater Engerrani *de Marigny* Franciæ Quæſtoris ſeu Theſaurarij ſecundum Chenutium, antea Epiſcopus 55. Cameracenſis, poſteàque Senonenſis Præſul ab an. 1309. die 8. Aprilis. Tum emoritur Lutetiæ an. 1325. Vide Nu. 73. Trecenſi.

88. Guilelmus 4. cognomine de Melduno, emigrauit 27. Octobris, ann. 1329.

89. Guilelmus 5. de Brocia vel Brucia, vt ſuprà in 3. [x] ſcripſit aduerſus Petrum de Cugneriis, qui eo an. 1329. ſui ingreſſus ad Cathedram euomuerat Rege præſente eos Articulos contra libertatem eccleſiaſticam, quos eueximus Nu. 68. Epiſcopatus Eduenſis, ipſo Guilelmo tunc Archiepiſcopatum Bituricenſem [y] deſerente pro Senonenſi poſsidendo, vbi deceſsit ann. 1338.

x Nu. 80.
y Nu. 77.

90. Petrus 5. Rogerij de Malomonte, Lemouicẽſis, Religioſus Ordinis S. Benedicti, priùs Magiſter in Theologia, & Abbas Fiſcanenſis in Northmannia, deinde Epiſcopus Atrebatẽſis; tum creatus à Benedicto Papa 11. dicto 12. Cardinalis SS. Nerei & Achillei, Tit. Faſciolæ an. 1337. Poſtea Philippi Valeſij Regis poſtulatione, cuius erat à Conſiliis, factus eſt hîc Senonẽſis Archiepiſcopus an. 1338. denique Archiepiſcopus 65. Rothomagenſis an. 1342. Et reliqua illi poſtmodum occurrentia ibi videas.

91. Philipus 3. de Melod[illegible] Guilelmi 4. ² prius Catalaunenſis Epiſcopus 78. ſedit hîc tribus annis, qui obiit an. 1345. ² No. 87.

92. Guilelmus 6 cognomine de Melod[illegible]no Philippi 3. nepos, & Archiepiſcopus ab anno 1346. domum Archiepiſcopalem Pariſiis ſitam emit pro ſe a[c] ſuis ſucceſſoribus Lutetiæ paſſim commorantibus [a], quam poſtea Triſtandus 101. Archiepiſcopus ſtructura ſuperbâ ædificauit. Obiit autem Guilelmus 3. Maij an. 1375. [a] in parœcia S. Pauli prope Cœleſtinos, vulgò *l'Hoſtel de Sens.*

93. Audemarus ſiue Ademarus, & Adomarus Robertus, vir Lemouicus, antea Epiſcopus Atrebatenſis, deinde 42. Morinenſis, ſedens hic ab anno 1[3]70. ad an. 1384. quo interiit 25. Ianuarij ex Tauello pag. 121.

94. Gonterius vulgò *de Baigneux*, Caroli 5. Regis a Secretis fuit, veriſimiliùs antea Epiſcopus 56. Cenomanenſis, quam pòſt deinde hîc Præſul biennio, & receſſit è viuis an. 1386. Sic Chenutius. Sed Tauellus narrat eum ad cœlos receptum 14. Maij 1385.

95. Guido de Roya antea quidem fuerat Senonenſis Eccleſiæ Archidiaconus, deinde verò factus eſt Epiſcopus 72. Virdunenſis ab anno 1376. tum hîc Senonenſis ab anno 1387. Ac denique hinc tranſlatus & creatus Archiepiſcopus 70. Remenſis ſolo annò 1390. imperfecto, quo illic ab oculis mortalium euanuerit, veriùs quàm opinari eum ex Remenſibus huc Senonas tranſmiſſum. Quo præſenti loco non cenſetur rectè dictum à Chenutio, quòd Gregorius 11 Papa ipſum Guidonem iſtinc Rhemos tranſmutarit, quia idem Gregorius diem extremum ſibi numerauit anno 1378. ex Genebrardo. Poſt cuius Pontificis ſummi deceſſum adhuc ſedebant Senonibus duo prædeceſſores Audemarus & Gonterus.

96. Guilelmus 7. agnomine de Dormano, vulgò *des Dormans*, priùs Regius Pariſienſis Curiæ ſummæ Patronus, deinde Meldenſis Epiſcopus 89. poſtea hic Archiepiſcopus Senonenſis ab an. 1391. Nepos Ioannis Epiſcopi 68. Bellouacenſis, & frater Milonis ibidem Epiſcopi 70. poſtquam ſedit annis 15. migrauit an. 1405. [b] Plura paulò Chenutius haud neceſſaria. Erâtque filius Simonis Franciæ Cancellarij, ex Tauello pa. 125. [b] 2. Octob.

97. Ioannes 1. de Mõte-acuto antea Epiſcopus 91. Carnotenſis ex Chenutio, vel poſtea ex Tauello pa. 125. Erat frater Gerardi de Monte-acuto, hoſpitij Regij Magni Magiſtri, ſecundum priorem authorem, aut filius eiuſdem ſecundum poſteriorem, qui vlterior adijcit ipſummet Ioannem nactum eſſe fratrem Simonem priùs Epiſcopum Pictauienſem, tum Pariſienſem: & tamen Chenutius nominat Gerardum eum, qui poſſedit duas illas Sedes reliquas *, in quibus nullus Simon apparet cognominis Montis-acuti. Sedit autem hic noſter Ioannes decem annis, occiſus ab Anglis Franciæ hoſtibus 25. Octobris an. 1415. Prætermimus Hugonem Blanchet hîc electum duntaxat, ſed non receptum, ac morientem in Aprili an. 1406. ex præfato Tauello, Ioanne eum ſequente. * Pict. No. 79. & Pariſ. No. 94.

98. Thomas hîc recens additur, a Tabulariis prætermiſſus. Etenim ſuffragatus eſt ſexageſimus inter plures Patres Concilij Conſtantienſis 16. vniuerſalis, ſub titulo Archiepiſcopi Senonenſis, circa annos 1414. 1417. &c. ex To. 4. Conciliorum Venetianæ editionis [c]. [c] pa. 309.

99. Henricus 3. cognomine de Samoyſi ſecundum Chenutium, antea Canonicus Senonenſis & Lingonenſis Decanus, denominatur *Samoyſi* apud Tauellum pa. 129. & 130. qui narrat eum ſucceſſiſſe quidem Ioanni 1. ſed poſt annorum aliquot interualla, ob diſſidia Principum enitentium pro ſuis, vt pote quorundam in fauorem Ioannis de Norry, qui à Martino Papa 5. confirmatus, & ciuili Franciæ bello interueniente expulſus, confeſtim Henricus valide receptus 11. Iunij an. 1420. potitus eſt Sede per biennium, moriens 23. Martij an. 1422.

100. Ioannes 2. de Nanton Abbas S. Germani de Pratis, ſequutus eſt Ioannẽ de Monte-acuto, qui approbata electione à confirmante ſummo Pontifice receptus eſt 21. Iunij an. 1429. Tauellus pag. 132. Hunc Chenutius vocat Guilelmum de Nanton ſub eodem anno minus tutè.

101. Ludouicus de Melduno, vulgò *de Melun*, nepos ex ſorore Henrici *de Samoyſi*: ſedens annos 41. mortem oppetiit anno 1474. dum permutando cum ſequenti, vellet ad Meldenſes proficiſci.

102. Triſtandus cognomento *de Salkazard* vel *Salezar*, primùm Epiſcopus Meldenſis 94. ex Tauello *, fuerat Ioannis ſtrenui militis & Margaretæ de Trimolla filius. Sic magis ex Chenutio. At ſecundum Democharem, acceſſit ad vitæ occaſum anno 1518. Contuere bonum eius opus Num. 91. * pa. 134.

103. Stepha

103. Stephanus *de Poncher* primùm Epiſcopus 104. Pariſienſis, deinde Procancellarius Galliarum, ſeu ſigilli Magni Cuſtos rurſus ab anno 1514. illuc tranſlatus anno milleſimo quingenteſimo decimo nono. Ordinationes Synodales edidit ad Clerum reformandum. Tum anno 1524. Lugduni moritur. Male Chenutius quòd ſederit annis quadraginta duobus. Nam ex Tauello reſedit duntaxat annis quinque, & obiit *pene octuagenarius*, die vigeſima quarta Februarij, pág. 140.

104. Antonius à Prato Aruernus fuerat Protopræſes ſummæ Curiæ Pariſienſis ad annum 1506. deinde Epiſcopus 57. Albienſis, poſtea hic Archiepiſcopus Senonenſis Regis Franciſci primi nominatione, ſub annum milleſimum quingenteſimum vigeſimum quintum iuxta Concordata nouiſſimè recepta; contra electionem Ioannis *de Sallazard* Triſtandi nepotis ex vi antiquioris Pragmaticæ Sanctionis. Hanc dum poſſideret Papa ſeptimus. At non ſecundum Tauellum 19. Ian. ann. 1528. pa. 141. neque ſecundum Chenutium, *Bullis ſub Data Calend. Decembris*, anno milleſimo quingenteſimo vigeſimo nono. Verum melius ex Ciaconio Romæ edito, in prima Cardinalium creatione anno Chriſti 1527. Pontificatus anno 4. die 5. Nonas Maij *tituli S. Anaſtaſiæ Archiepiſcopus Senonenſis* [d] *&c.* Is etiam Franciæ Cancellarius [e], habuit Concilium Prouinciale Senonenſe anno citato milleſimo quingenteſimo vigeſimo octauo, idque ampliſſimum ex Tomo 3. Conciliorum [f] & animam exhalauit an. 1535. [g]

d Ciac. pag. 1096. & 1098. e ſiue ab an. 1514. ſiue 1516. Sept. 1534. f Coloniæ 1551. a pag. 731. ad 764. g Till. in Chron. Tauel. pa. 143. & Chenu.

105. *Ludouicus de Borbonio Cardinalis Prænestinus, Regij ſanguinis Princeps, creatur hic Archiepiſcopus anno 1535. nominatione præfati Regis.* Ita Chenutius quidem. Sed audi qualitates ei à Ciaconio inditas. In primis ſub quinta Cardinalium creatione à Leone Papa decimo, confecta anno 1517. hæc habentur: *Ludouicus de Borbonio Gallus Epiſcopus Laudunenſis, Presb. Cardinalis tit. S. Syluestri* [h], *&c.* Secundò, per ſucceſſorem Papam vno intermedio iſta publicantur: *Ludouicus à Borbonio ex Presbytero tit. S. Syluestri factus Presbyter Cardinal. tit. S. Sabinæ.* Id autem reſcriptum iacet ſub addita octaua Cardinalium creatione à Clemente Papa ſeptimo celebrata anno 1533 [k]. Prætereàque in ſucceſſoris Pauli 3. coronatione hæc iterantur: *Ludouicus de Borbonio Laudunenſis Gallus, Presb. Card. tit. S. Sabinæ, Picardus* [l]. Quartò, ſub alio ſucceſſore Iulio Papa tertio iſta panduntur pro Epiſcopis Cardinalibus ab ipſo creatis quinta vice, anno milleſimo quingenteſimo quinquageſimo tertio [m]. *Ludouicus de Borb. ex Presbytero Cardinale S. Sabinæ Leonis X. effectus eſt Epiſcopus Cardinalis Prænestinus.* Quod & renouatur in Marcelli ac Pauli 4. ſucceſſorum inaugurationibus ann. 1555. [n] Hunc autem ritum poſtremum ſuſcepit Chenutius: Et talia expoſitionis gratia, ſufficiant. Quæ fuerat operæpretium breui enarrare: ne quis lectitando miraretur de ſucceſſiua titulorum in vnica perſona mutatione. Contemplare inſuper de iſto Ludouico controuerſiunculam apud Trecorenſes Armoricos, vbi antea fuerat Antiſtes [o]. Non deprehenditur ex Borboniorum genealogia a Ioanne Tillio in Optimatibus [p] & à fratribus Sammarthanis [q] promulgata. Cæterùm, obiit Senonibus idem Ludouicus anno milleſimo quingenteſimo quinquageſimo ſeptimo ex alio Tillio atque Chenutio: nimirum die 2. Martij ex Tauello [r]. Tametſi Chenutius in poſterijs Additionibus eum dicat Lutetiæ mortuum [ſ]. Et iſtic finem habet Demochares.

Qualitates ipſius.

h Cal. Iul. pa. 1014. 1020. i Hadrian. 6. k 7. Idus Nou. Pontif. an. 10. pag. 1103. l pa. 1107. an. 1534. m 4. Cal. Ian. pa. 1159. & 1160. n pa. 1555. & 1161. o Nū. 121. p pa. 315 & 120. q vulgò de S. Marthe, Luter. in 4. an. 1619. r pag. 142. ſ pag. 552.

106. Ioannes 3. Bertrand Toloſanus in Senatu Pariſienſi Protopræſes, *Sigillique magni in Francia Cuſtos, tum S. R. E. Cardinalis à Paulo quarto creatus anno 1557.* Hæc breuiora Chenutius. Quæ ampliora ſic extant apud Ciaconium [t]. *Ioannes Bertrand Archiepiſcopus Senon. Galliarum Primas* (exoleuit talis nota) *Presb. Cardin. ſine Eccleſia titulo abſens creatus, Ducis Guiſij precibus, qui Pontifici in bello contra Philippum 2. Hiſpaniæ Regem ſuppetias laturus in vrbem venerat,* ſub Data Idibus Martij, Pontificatus anno ſecundo in tertia Cardinalium creatione. Deinde iſta apud Authorem ſequuntur. *A Pio autem quarto Pauli ſucceſſore factus Presbyter Cardin. tituli S. Priſcæ, Legatus in Germaniam: tum in Gallias rediens à Regibus Franciſco 1. & Henrico 2. deſignatus Cancellarius, miſſus in Sabaudiam, profectus iterum Romam pro ipſis, atque demum Venetias, vbi ſenio confectus & morbo oppreſſus naturæ ſatisfecit pridie Nonas Decembris, anno 1560.* [v] Onuphrius Panuinus vetuſtior etiam de ipſo.

t pa. 1168. & 1170. v Ciaconiū, petiam pag. 1198. & Tauell.

107. *Ludouicus à Lotharingia S. R. E. Cardinalis Tit. S. Nicolai in carcere Tulliano* (ſic Tauellus & Chenutius de Titulo, ſed aliter infrà) *vulgò dictus Cardinalis Guiſius, Archiepiſcopatum Senonenſem regia nominatione adeptus eſt anno 1560. atque factus Ambienſis Epiſcopus Archiepiſcopatu ceſſit poſt duos annos in fauorem D. Nicolai de Pelleué tunc Ambianenſis Epiſcopi retenta penſione* in Curia Romana. Vbi Chenutius duo errata ſeu æquiuoca perpetrauit. Prius

quidem in Titulo. Quippe ſic habet Ciaconius exactior cum aliis adiunctis. *Ludouicus de Guiſia Lotharingus, Gallus Campanus, Claudio Guiſiæ Duce & Antonia editus à Iulio tertio q Epiſcopus Albienſis, ac mox Diaconus Cardinalis ſine titulo creatus*, anno 1553. r in 4. creatione, *poſtea ſub Paulo* (vel Pio 4.) *titulum S. Thomæ in Parione Presb. factus accepit deinde Archiepiſcopus Senonenſis electus eſt* ſ. *Quo Sacerdotio dimiſſo, Redonenſi* t, *Metenſi* u, & *Burdegalenſi* x *Eccleſiis magna pietatis & doctrina laude præfuit. Obiit in patria ſua ann.* 1578. *die* 6. *Kalend. Aprilis.* At Chenutius locum determinans dicit: *ſepelitur in Eccleſia Cænoby S. Victoris in ſuburbiis Lutetianis, cuius erat Abbas.* En igitur de priore, quòd titulus non fuerit ſancti Nicolai, &c. ſed S. Thomæ. Nec vnquam inſignia illa ei mutata ſunt, ſicut & variata leguntur in præfato Ludouico Borbonio. Etenim liquet apud eundem Ciaconium, quòd ipſe Ludouicus teſtis apparuerit in coronationibus ſucceſſorum Pontificum Marcelli 2. y Pauli 4. z Pij 4. a Pij 5. b & Gregorij 13. c ſemper ſub vnico nomine ac titulo *Cardinalis S. Thomæ in Parione.* A quo igitur typo Chenutius * deprompſit vocabulum ſuum tit. S. Nicolai? Sanè noſtris tutiùs notulis inhæremus. Iam verò poſterius æquiuocum eſt, quòd textus eiuſdem Chenutij malè arbitratur Ludouicum ſe Archipræſulatu exuiſſe, vt poſtea deſcendendo Albium conuolaret. At ex Ciaconio è diametro Ludouicus Albienſes ante Senonenſem Cathedram poſſidebat: quam ſeriem vel etiam ipſe Chenutius in Albienſibus retinet d. Priora ipſius in Num. 87. Trecenſi. Et hic finem habet Tauellus.

q ſedens ab an. 1550. r 11. Calend. Ianuar. ſ pa. 1149. t Non ibi. u Nec illæ, ſed alij quinque familiæ. x nu. 77. z Nec ibi. y an. 1550. pa. 1152. z 1555. pa. 1161. a 1560. pag. 1177. b 1566. pa. 1203. c an. 1572. pa. 1220. d & Tauel. pa. 145. d Nu. 59.

Duo Chenutij æquiuoca.

108\. Nicolaüs Pelleueus, quem facilè noui Lutetiæ, primùm fuerat Epiſcopus 72. Ambianenſis, deinde factus eſt Archiepiſcopus hic Senonenſis, non quidem anno 1562. vt ſentit Chenutius, ſed ab anno 1563. ex denunciatis in Ludouico deceſſore & Ambianorum terminis 1 *ac ſanctæ R. E. Cardinalis*, tandémque Remenſis Archiepiſcopus. Sic vniuerſim claudit Chenutius. Sed quando iſta præcisè refert optimè Ciaconius cum adiunctis ſub tertia rubicūdorum creatione à Pio Papa quinto celebrata anno milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo e. *Nicol. de Pelué Gallus Normandus Rothomagenſis* (aït) *ſacrarum literarum & iuris ſcientia clarus, Regis Galliæ Conſiliarius, Epiſcopus Ambianenſis* (ſed ante hunc Cardinalatum) *in Scotiam ad extirpanda hæretica nequitia ſemina miſſus, Nuncius Apoſtolicus, Archiepiſcopus Senonenſis* (pendente hac creatione) *Galliæ Par, Sigillorum Regni Cuſtos, Presbyter Cardinalis Tit. SS. Ioan. & Pauli, regnante Galliarum Rege, abſens creatus, biennio poſt Romam veniens publico in Senatu purpureum pileum accepit: Pio gratiſsimus ob iuſtitia & fidei catholicæ ſtudium, doctrina vitæq; excellentiam, Præpoſitus à Gregorio Papa* 13. *maximis Reipublica negotiis & Epiſcoporum Congregationi, poſtea Archiepiſcopus Remenſis ac Dux, primúſque Galliæ Par electus* f. Addo ego & præſens ſacro Concilio Tridentino ſub Pio quarto. Et cùm Gregorius eum Remis præfecerit, eiuſmodi Sedis tranſlatio ad ſummum euenit annó milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo ſecundo, quo Gregorius Pontificatum aſſumpſit, vel ſetiùs circa annum milleſimum quingenteſimum octuageſimum quintum, quo defecit idem Gregorius. Attamen certè ex diario ſequentis ingreſſu Senonas, videtur iſte diſceſſum tranſmigrationis protelaſſe vſque ad annum milleſimum quingenteſimum nonageſimum primum. Atque tandem exhalauit Lutetiæ Pelueus anno milleſimo quingenteſimo nonageſimo quarto g.

e die 5. Mercurij, ſine menſe. f Ciac. pag. 1208. 1212. g die 5. Cal. Aprilis.

Geſta Pelueci.

Adiuncta.

109\. Reginaldus Belnenſis, vulgò *de Beaulne*, à me valdè notus h, vir eruditiſſimus humana ſapientia, ex variis in Pariſienſi Senatu gradibus, quos honores exercuit, ad Mimatenſem, deinde ad Bituricenſem Cathedram illectus eſt, ſuis paſſim dictum locis: tum is multiplici facundia præditus, ſæpe coram ſummis Principibus elegantiſſimè orans i, tandem anno milleſimo quingenteſimo nonageſimo ſecundo, dimiſſo Bituricenſi ad hunc Senonenſem Archipræſulatum deuenit, ſimul factus Regis Eleemoſynarius, Lutetiæ occumbens anno 1606. k

h Pariſiis. i reliquis omiſsis à Chenutio memoratis. k ætatis 79.

110\. Iacobus Dauy Northmannus tenaciſsimâ memoriâ & ſingulari doctrina ab adoleſcentia adeò excelluit, vt in aulam Regis Henrici tertij vocatus, egerit primum laicus funebrem orationem in gratiam Petri Ronſardi Poetæ tunc viſa functi in Becodiano Pariſienſi, me præſente l, tum aſcitus in Clerum & Abbas effectus Commendatarius, poſtea Ebroicenſ. Antiſtes 27. & Romam miſſus anno milleſimo quingenteſimo nonageſimo quinto, breui creatus eſt Presbyter Cardinalis anno milleſimo ſexcenteſimo quarto à Clemente Papa 8. ac ſupremus Regis Eleemoſynarius. Hic palam conuicit hæreticum Philippum Mornæum Pleſſæum eiúſque libellos, acribus deinceps concionibus publicis auitam pietatem protegens: vitâ functus, vt viſum iris ex Epitaphio.

l ad ann. 1585.

111\. Ioannes Dauy ex reſignatione præfati Cardinalis eius fratris promotus anno 1619.

multa

multa edidit ad ipſius exemplum monumenta in æternum victura pro Religione Catholica, Apoſtolica & Romana : vale dicens mundo quatenus liquet infrà.

HC. ER. L. M. ÆTN. PP.

IACET hic Iacobus Dauy Perronius, qui S. R. E. TT. S. Agnetis in agone Presbyter Cardinalis annos quaterdenos; Archiepiſcopus Senonum, Galliarum & Germaniæ Primas, atque magnus Franciæ Eleemoſynarius duodenos, inter mortales ternos & ſexagenos mortalis homo vixit: mortalis eſſe deſiit Nonis Septembris anno Chriſti Domini 1618. At viuet poſthac æternúmque apud omnes Gentes gloriâ immortalis, quam ex hæreſi toties reportatæ victoriæ, Acta in Italia Franciáque conſtituendis ac confirmãdis Eclceſiæ nutantis rebus felicia iuxta & præclara, Libri denique quos plurimos & diuiniſſimos incõparabilis ingenij clariſſima monimenta reliquit, ei meritiſſimo pepererunt.

Hîc & plura ſita eſſe diſce qui hæc legis : nam Ioannes frater itidem Archiepiſcopus Senonenſis & probiſſimus ac prudentiſſimus fraternæ virtutis hæres, qui, dum viuerent, ei hæſit in viſceribus, ſub hoc eodem marmore cum illius cineribus ſuos condi libens meritò iuſſit, & abiit ad eum apud ſuperos ætatis anno quinto & quinquageſimo, ſalutis reparatæ 1621. Octauo Calend. Nouembris, trienniò fermè poſt fratris diſceſſum.

Deinde hæc infrà.

Non Cippus hic Perronios fratres capit.
Magnæ animæ Olympum famâ terras peruolant.
Non igitur illos lugeas, hoſpes dole,
Supereſſe nullos Franciæ Perronios.

S. V. TL. H. NEP. F. C. M.

112. De ſucceſſoris mox degentis 1625. notionibus haud tam citò agnitis & conquiſitis, dicemus forſan ſub finem huiuſce decurtatæ Prouinciæ, aut alibi inferiùs, dum præcurrit acceleratum Prælum, antequam datarum Epiſtolarum poſſimus reſponſum nanciſci : dolentes plurimùm de hoc poſtremo complemento non exporrecto feſtinanter ad hunc ſuum decentem locum.

SERIES CHRONOLOGICA

EPISCOPORVM ANTISSIODORENSIVM.

HAEC SEDES RECENS FACTA EST PRIMA SVFFRAGANEA veteris Archiepiſcopatus Senonenſis.

PRÆLVDIVM.

Alius Author huius Regionis.

AVTRICVM oppidum ſeu Antiſſiodorum habet quidẽ ſuos Epiſcopos cum aliis ſex huiuſce Prouinciæ Diœceſibus, vel numeratis quibuſque Sedium earundem ſuffragantium Præſulibus, ſingulos recèns ſola manu ritè conſcriptos & in ordinem redactos à Iacobo Tauello Senonenſi, at nondum palam editos, verùm quos ipſe deprompſit à veteri D. Roberto erudito Monacho Mariano. Sanè is Author primùm Iureconſultus atque Patronus forenſium Cauſarum in Senonum Præſidiali, omnino diuulgauit præmiſſos ſuæ vrbis Archiflamines. At ille Sedes alias ſacras, quas denuò pinxit, reliquit domi poſthumas, dum ad Clerum tandem vocatus, vitam finiit in ciuitatis Decanatu conſtitutus. Nos verò autographum proprio ipſius chirographo exaratum Lugduni ſuſcepimus læti anno duntaxar tardiore M. DC.XXV. in vere, continuò ſub æſtate remittendum, poſtquam vniuerſum iam Archie-

piſcopa

piſcopatum Senonenſem per ſeptem Cathedras ſuffraganeas ex aliis Tabulariis deprompras exornaueramus. Videlicer nacti ſumus ex illo MS. Antiſſiodorenſes, Niuernenſes, Trecenſes, Pariſienſes, Aurelianenſes, Carnotenſes atque Meldenſes Epiſcopos & catalogos inferiùs hac ſerie diſtributos, è remotis Senonibus ſeu à defuncti hæredibus & Clero miſſos diligenti opera Nicolai Camuzati Trecenſis Canonici, vnico in orbe exemplari à me breui reſtituto, quale nuſquam vidit propinquior Claudius Robertus, nec hiſtoricus alius. Et nos ſubinde noſtros tractatus dudum emenſos renotantes: nonnulla hac iſtac ex Tauelli opuſculis reſperſa cunctanter depromplimus & adiecimus, quæ ad præſens videbantur è re fore pro vrgenti negotio, oppreſſi temporum anguſtiis, vt feſtini & præcipites ad reliqua poſteriùs abſoluenda circa regiones alias opera Eccleſiaſticæ Reipublicæ perſtringenda rediremus & properemus, cùm iter magnum ſuperſit peragrandum, quia hæ alioquin Tauellianæ lucubrationes minimè vnquam ad prælum diſponuntur, vnde à nobis fuêre hac vice paulò exactiùs diſcutiendæ & mixtim diuulgandæ.

Octo Epiſcopatus Prouinciæ Senonēſ.

1. S. Peregrinus ciuis Romanus à B. Sixto Papa primo & Martyre in Gallias miſſus Antiſtes, cum Marſone Presbytero, Condio Diacono, Iouiano Subdiacono, & Ianuario Lectore ad prædicandum Dei verbum, Maſſiliæ & Lugduni itinerando vlteriùs concionantes a, is vltimò pedem figit Antiſsiodori, vbi multitudinem plebis ad Chriſtum connectens, tandem *Capite damnatus eſt* b anno ſalutis 136. ſecundum quoſdam, verùm apud Baronium anno centeſimo quadrageſimo ſecundo in Annalibus Numero 12. Et in Martyrologio claret c.

a Petr. de Natalib. li. 5. c. 5.
b Baronius à Auxerr.
c 16. Maij.

2. S. *Marcellianus natione Gallus ſedit annis 29. ſepultus in monte Autrico.* Sic ex æquo Demochares atque Chenutius. Sed moneo, quod ergo is Confeſſor deceſsit anno centeſimo ſexageſimo quinto. Nec fulget in Romano Martyrologio: niſi certè, & fidem humanam vix excedit, quòd is fuerit *ſanctus Marcianus Presbyter Antiſsiodori.* De quo ita Baronius in Martyrologio d, tempore incerto, perinde hîc facilè applicando, mutatis tantiſper characteribus nominis, cùm ſub claro nomine Sacerdotis communis potuerit fingi vice Epiſcopi. Eſto autem ſederit annis viginti vſque ad annum centeſimum octuageſimum quintum. Ita enim credibiliùs fuerit, ob Datam adſequentis.

d 20. April.

3. *S. Valerius ſedit ibidem annis 17. temporibus Diocletiani* ethnici Imperatoris in Chriſtianos ſæuientis, *ſepultus in monte* cit. Pariter ambo Authores loquuntur. Verùm quia perſecutor Diocletianus imperitauit ab anno ſaluris ducenteſimo octuageſimo quinto ad treceteſimum tertium, Valerius toto illo æuo ſedit. Imò diuriùs, & aliis totidem adhuc annis ex probabiliore argumento vſque ad ann. 329. propter adſequentia. Nec in Martyrologio iacet.

4. *S. Valerianus item natione Gallus, ſedit annis 30. ſepultus in Autrico. Hic fuit in Concilio Agrippinenſi, anno 359.* Conſimiliter vterque Scriba. At horum ſupputatio falſa eſt: quia verè ex Genebrardo id Concilium habitum eſt duntaxat anno treceteſimo quadrageſimo quinto. In quo Valerianus reſedit octauus inter viginti quatuor Patres. Sed eſto quòd anni triginta ſuæ Sedis inchoent anno treceteſimo trigeſimo, & finiant anno treceteſimo ſexageſimo. Sic enim æquum eſſe haud ægrè præſumitur. Nec eſt in Martyrologio. Tauellus verò ſtatuit Concilium anno treceteſimo quadrageſimo ſeptimo.

5. Eladius ſiue Elladius ſedit annis 23. ex Chenutio ac ſocio, veriùs ab anno 361. quàm anno 363. Imperantibus filiis Conſtantini Magni: ſepultus in monte citato ſub annum 384.

6. S. Amator genere Antiſſiodorenſis ſedit ab anno treceteſimo octuageſimo quinto, non treceteſimo octuageſimo primo, per annos 36. continuos: *ſepultus anno 421. per manus B. Germani ſucceſſoris in monte* cit. & Miſſam moriendo celebrans. Præeſt in Martyrologio e. Tauellus autem alia narrat in MS. ſatis ampla de Præſulis educatione & rebus geſtis, qualia præterit hoc noſtrum breue corollarium.

e 1. Maij.

7. S. Germanus ortu rurſus Antiſſiodorenſis ſedit ab anno 421. atteſtantibus Vſuardo atque Molano, miſſus ad Anglos Chriſto conuertendos anno 430. Perrexit in Sede annis 30. f vſque ad annum 452. Rauennæ mortuus ſepultus in Eccleſia ſancti Stephani, & exinde ſuo nomine vocitata Abbatia S. Germani, vbi varia patrarat miracula, ex Surio & Haræo. Feſtum trigeſimo primo Iulij in Baroniano Martyrologio. Licèt alij ferant eum obeuntem ann. 426. 449. vel 450. & eius feſtum 1. Octobris, qui dies eſt tranſlationis corporis ex Italia in Gallias ad Diœceſanos.

f dieb. 25.

8. S. Alo

8. S. Alodius Chenutio, vel Allodius Demochari, ſedit inde annis 30. & 43. diebus *, ſepultus in Monaſterio ſancti Germani vrbis Antiſſiodorenſis, vbi antea fuerat Archimandrita ſub an. 482. Non in Martyrologio.

* menſe vno & dieb. 12.

9. S. Fraternus ſucceſſit quidem B. Allodio, at decem tantùm annis poſt deceſſorem, vrgente hoſtili tempore, quo durante vacauit Epiſcopatus: quin etiam vno ſedit duntaxat die, in quo ordinatus, à Barbaris è veſtigio coronatus eſt martyrio. Sed quonam die & anno id geſtum? Sanè duo aſſueti Authores pingunt eueniſſe *tertio Kalendis Nouembris, ſepultus in præfata Eccleſia circa annum* 500. Verùm Baronij Martyrologium, hoc eſt, Romanum, præter Vſuardum, eius diem feſtum conſtituunt 29. Septembris. Et Kalendæ præmiſſæ occurrunt vigeſimo nono Octobris. Tum ſolaris martyrij circulus incidit rectiſſimè & veriùs in annum 493. ex directis inferendis calculis poſt ſuperiores. Etiámque annus 500. Chenutij ſeu Democharis reperiretur alioqui fallax habita continua ratione & analogica menſura ad ſequaces ipſiuſmet Chenutij annos mox à nobis reformandos.

10. S. Cenſurius rexit quidem Epiſcopatum annis 38. cum tribus menſibus & 8. diebus citra vllam Tabulariorum probationem, qui fari ſic aſſolent: diariis ad ſuas ſpecies deductis per Tauellum in MS Nihilominus vt noſtra ſeruetur proportio, & ſtemus promiſsis, ac faciliùs in poſterum ſectemur Chenutij veſtigia, opinamur eundem Cenſurium oues ſolùm pauiſſe annis 28. præter menſes tres g. Atque hoc ſufficiat. Cogimur nanque ſtrictiore ambientium & cingentium aliorum in ſuis calculis tractatu & dimenſione negotium eiuſmodi iſta vice metiri. Aut Typographus obdormiens id exprimendum cenſuit h. Itaque ſedit ab anno præfato aut ſequente 494. ad annum 522. cum menſibus adſequentis. Ad tantum virum ſcripſit D. Sidonius Apollinaris lib. 6. Epiſtol. 10. Sepultum tandem in Abbatia Germaniana.

g dieb. 6.
h 28. ann.

11. S. Vrſus è pia latebra anachoretica vocatus, paſcua conduxit annis octo i, &c. (aiunt ſolummodo) ſcilicet ab anno quingenteſimo vigeſimo tertio (clariùs addo) ad annum 53. k vel, vt loquitur Tauellus in MS. annis ſex & quatuor menſibus. Atque *obiit 4. Kalendas Auguſti* (hoc eſt, 29. Iulij) *ſepultus Pariſiis in Eccleſia ſancti Germani à Pratis* (inquiunt rurſus) *temporibus Ioannis & Felicis Pontificum*. Ille nimirum Papa eſt primus ſui nominis, ſedens Romæ biennio vſque ad annum quingenteſimum vigeſimum ſeptimum, & iſte alter quartus ſuæ vocis per ſequens triennium. Eóque pacto iam nunc præclarè l conſentimus ſcribis anterioris ætatis. Baronius tamen poſt Molanum locat Sancti feſtum ad diem 30. Iulij.

i 4. Idus Iun.
k & menſib. 4.
l Genebrard.

12. *S. Theodoſius ſedit annis* verius quatuor quàm *octo, &c.* m *Obiit 16. Calend. Auguſti, temporibus Bonifacij Papæ 2. & 4. & Ioannis 2.* (pergunt illi dictatores) *atque fuit in Concilio 1. Aurelianenſi.* Hic autē multa controuertenda pro iuſtiore viri chronologia. Imprimis Bonifacius ſucceſſor præfati Felicis ſedit biennio circa annum 531. & alius Ioannes vſque ad exactum annum quinquageſimum trigeſimum quartum. Súntque iſta tempora profectò valdè accommoda huic ſeriei Theodoſianæ poſt Vrſum finiuntem anno quingenteſimo trigeſimo. Secundò, in eo quòd Baronius Sanctum locat die præfato in Martyrologio, tacente Vſuardo, is commentatur illum claruiſſe æuo Clodouei primi Chriſtiani Francorum Regis, & interfuiſſe Concilio, qui Princeps interiit anno 515. ſtatim finita Synodo ac ingrediēte S. Hormiſda Romanā Sedē ex quorundam ſententia. Eóque octo Theodoſium conſtituere oportuiſſet altiùs ſuprà loco ſancti Cenſurij. Qui tamen Cenſurius ita ſuos annos ibi firmos poſſidet calculos, vt ille vix inde dimoueri licitè queat, quo iſte vicarias eius vices ſurripiat. Sed quàm probabiliore argumento infirmus ſit eiuſmodi annus, apparet infrà. Nam tertiò, dum idem Baronius adiicit Sidonium Apollinarem, virum pariter ſanctum Aruernenſem Epiſcopum ſcripſiſſe ad ipſum Theodoſium n, qui legitur in Concilio antepenultimus o, & Euphraſius eorundem Aruernorū Antiſtes octauus, proximus Sidonij antecesſor; ſanè ex eo liquet eandem Synodum Aurelianam ſeriùs coactam videri, ſcilicet an. 533. veluti pleriſque aliis placet, & longiùs ſub hoc reliquo Volumine reſperſimus. Atque eo ſenſu ritè quadrabit chronologia aut ſitus Theodoſij ſub præſenti ordine, qui ergo vitâ caruit humanâ an. 534. Sic multiplices diuerſorum ſententiæ pro chronicis veterum porrigendis media obtundunt confuſione ſtudioſorum ingenia, & laborem multùm pariunt in quibuſque Epiſcopis ſcitè coordinandis. Quin adhuc maiorē curam inferet Eleutherius paulò infrà, ſi methodum ſequamur Chenutij, & dum effugere aut aliud tranſlationis Epiſcoporum iter aggredi non poſſumus, maximè in præſenti niſu. Vnde ſat erit in dubio ex profeſſo reduxiſſe ad rectam veritatis ſemitam, non variatis ſemper (difficile factu) receptis aliorum catalogis.

m dieb. 28.
n li. 6. ep. 10.
o Eſt 31.

Chronologiæ controuerſim reſtitutæ.

13. S. Gregorius magis opportunè ſedit an. ſolo 535. [p] vt locum pedetentim ſinamus Eleutherio ob cauſas deducendas ex pollicitis, viuente Romæ S. Sylucrio Papa, uecdum ſucceſſore S. Vigilio Martyribus: licèt ſodales Tabularij & Tauellus in MS. ei dederint nec probarint Sedem annorum 12. cum ſemiſſe circa tempus vtriuſque præfati Romani Pontificis. Nam ſicut in finem Eleutherij de præmiſſo Theodoſio mediam partem ſeſſionis euellimus, quam totam ei ambo tetendunt: ita penè torum de iſto. Alioqui eorundem calculi erga ſequaces Epiſcopos falſiſſimi ſunt. Occupat Martyrologium Romanum 19. Decembris.

[p] & menſib. 6.

14. S. *Optatus ſedit annum vnum, &c.* [q] conformiter ad duos ſolitos, & tranſiit ad cœlum ex Martyrologio in Septembri [r], an. 536.

[q] menſes 8. dies 5.
[r] Prid. Cal. Septemb.

15. *Droctoaldus ſiue Procthoaldus obiit 6. Idus Nouembris.* Sic illi. At ſedit reliquo eodem tantùm anno qui ſuprà: ſeu ſeſquimenſe [ſ].

[ſ] Hoc eſt, vno menſe & medio.

16. S. *Eleutherius ſedit annos 28.* [t] *&c. temporibus Pelagij Papæ 1. Fuitque in Concilio Aurelianenſi 2. 3. & 4.* Iam ecce quò viſus aciem fixeramus. Contexrum hunc duorum commilitonum mox ad integrum ſuſcipimus, & lubèns amplectimur, non quidem ſub illis vlterioribus annis, qui eidem occurriſſent, videlicet inchoando ab anno 560. vſque ad annum 588. ſi Datas eorundem Authorum ſuſcepiſſemus, dum collocant ſolos anuos ſeſſionum cuiuſque Antiſtitis, at non ſecularia ſeu millenaria. Adeóque exceſſiſſet multò ille Eleutherius annos Conciliorum, quos ipſi nihilominus ſcribæ attribuerent falſo titulo citatis à ſe Conciliis. Sed hac vice profectò ſecundùm repreſſum & arctatum noſtrum calculum Eleutherius ſedit opporrunè ab anno 537. ad annum 565. [u] quibus ſolaribus circulis iuſtiſſimè inſiderunt illa Concilia. Quippe Synodus 2. Aureliana legitur habita ſub annum 536. vel 537. cui Eleutherius interuenit octauus: tertia anno 540. cui is adſtitit viceſimus tertius: quarta anno 547. cui nonus rulit ſuffragium: & quinta ibidem anno 552. agens vndeuigeſimus. Liquet ergo continuum ferè mendum Scribarum vbique, quaſi ferrea teterrimáque catena circundatum & colligatum, ex vno decipiente alterum facilè trahens in errorem.

[t] menſib. 8. dieb. 9.
[u] Defunctus 16. Aug. ex Martyrol.

17. S. Romanus d[e]ſederit temporibus Ioannis Papæ 3. vſque ad Benedictum 1. non ergo rexit Eccleſiam ſolis tribus annis [x], vt ſentiunt bini ſodales, ſed decennio ex adiacentibus aliis congreſſibus, nimirum ab an. 566. ad an. 576. quo cœpit Benedictus. Feſtum obitus habetur in Martyrologio vigeſimo ſecundo Maij. Sed à Baronio dicitur ſolùm Abbas Antiſſiodori.

[x] & dieb. 13.

18. S. Etherius ſediſſe non potuit decem annis ac ſemiſſe, vt ferunt illi cum Tauello in MS. ſed ſolo medio anno præfato quingenteſimo ſeptuageſimo ſexto, ob prementem ſequentis chronologiam eodem quo Annacharius anno [y]. At deprehenditur in Martyrologio 27. Iulij.

[y] obiit 3. Cal. Aug.

19. S. Angarius ſiue Anacharius & Aumacharius, vnde vrbs Epiſcopalis dicta Autrica, acceſſit ſecundus ad Concilium primum Matiſconenſe anno præfato quingenteſimo ſeptuageſimo ſexto fortè extremo, & ad 1. Cabilonenſe anno 582. tum ſextus ad ſecundum Matiſconeum anno 588. Non autem interfuit Concilio Antiſsiodorenſi, vti opinantur duo Tabularij, ſi pro vero habeatur, quòd id Antiſsiodorenſe celebratum eſt duntaxat anno ſexcẽteſimo quarto ex Genebrardo, vt neque habetur in Conciliorum voluminibus. Etiámque iam tunc obierat Angarius. At ſi conuentus ille Patrum 44 putetur ſolennis effectus anno quingenteſimo octuageſimo quarto, vt ſentit Tauellus in MS. vel anno quingenteſimo nonageſimo primo [z] ex Baronij mente, tunc vera eſt theſis, quia eo anno ſedebat ille Angarius, ipſomet Præſide, ex Numero 36. Nactus eſt verò fratrem Auſtremium Epiſcopum 23. Aurelianum, & initiabar ſacris Ordinibus Auſtregiſilum, poſtea Archiepiſcopum 30. Bituricenſem, opera Ætherij Primatis 36. Lugdunenſis. Sepultus eſt autem ætate ſancti Pelagij 2. Papæ ſedentis decennio, & morientis anno quingenteſimo octuageſimo nono. Vnde Annaliſta Cardinalis finit hiſtoriam Archiepiſcopi ſub anno ſexcenteſimo vndecimo ex Numero 2. vbi eum vocat Annarium, & alibi Aunacharium, denuò Tauellus Autmarium vel Autmacharium in Manuſcripto.

[z] vel ſeq. ex Genebr.

20. Deſiderius Aquitanus ſedit annis octodecim ſub Pontificibus ſummis Gregorio Magno, Sabiniano & S. Bonifacio tertio, inchoante anno ſexcenteſimo ſeptimo, vltimo ferè Deſiderij initiantis anno quingenteſimo octuageſimo. Sic latiùs duos Authores expreſſimus hoc loco ritè dictitantes [b].

[b] defunctus 6. Cal. Nou.

21. S.

21. S. Palladius anteà Abbas S. Germani Antiſſiodorenſis, ſedit annis 36.[c] ſub octo Romanis Pontificibus [d], ab an. 608. ad annum 644.[e] Adfuit autem Concilio Remenſi ſub anno 632. vel 640. ex Flodoardo.[f] Et dum aſſerunt nimis vniuerſim bini Authores, quòd hic quoque *interfuit Concilio Cabilonenſi*: ſanè id fuit tertium eius loci celebre, ſub anno ſummum quingenteſimo quinquageſimo.[g] Adeóque reſedit vt minimùm annis quadraginta & vno. De cætero, ex Tauello in MS. ille Præſul douaria quàm plurima aurea & argentea Eccleſiæ ſuæ contulit (inquit Author) Monaſterium in honorem ſancti Iuliani Martyris prope vrbem Antiſſiodorenſem conſtruxit, in quo virgines aggregauit: ad pagum Varziacum, iuxta eam ciuitatem Baſilicam ſub titulo S. Germani erexit, Eccleſiam ſancti Euſebij ſuis apud Antiſſiodorum ſumptibus ædificatam mirificè decorauit: atque exceſſit è viuis (addit) IV. Idus Aprilis.

[c] menſib. 9. [d] Bonif. 3. 4. 5. Deuſdedit. Honor. 1. Seuer. Ioan. 4. & 5. Theod. [e] mortuus 6. Cal. Nou. [f] pa. 104. Nos in Lugdun. [g] No. 36. 6. 5. Idu Breul.

22. S. Vigilius ſedit an. 25.[h] temporibus Pontificum S. Martini primi Martyris, Eugenij 1. atque Vitaliani, finem habentis anno 671. vnde annus vltimus inchoans ab ann. 645. eſt præfatus 671. Is autem nobilis Gallus ex Tauello in MS. aſſumptus cum eſſet Antiſtes decimo poſt anteceſſoris obitum die, Eccleſiam B. Mariæ extra vrbis muros ædificauit, Monachis ibidem conſtitutis: Hoſpitale pauperum ac peregrinorum ſuis ſumptibus dotauit: occiſus propter zelum iuſtitiæ in ſylua Compendij ab inimico Vuatachone Franciæ Seneſchallo iuſſu Ebroyni Maioris Palatij ſceleratiſſimi, eò quòd Præſul ad eius incluſionem in Monaſterium conſenſiſſet: Cæde facta 5. Idus Martias: non tamen anno 622. vt ſentit Author, quia iſte calculus cum cæteris intermediis concors eſſe non poſſet: dirutis ex miraculo captiuorum vinculis, quando ſanctum inuocabant corpore ad funera per carceris vicum delato, & feretrum in ſequentibus, dum ad præfatam B. Mariæ Baſilicam ſepeliendus deferretur, catenarum fragmentis in rei memoriam hactenus ibi pendentibus.

[h] menſib. 5.

23. Scopilio ſedit annis octo ab anno ſexcenteſimo ſeptuageſimo ſecundo ad ſexcenteſimum octuageſimum, temporibus Romanorum Pontificum S. Adeodati & Donni. Tumulatus in S. Euſebij Eccleſia.

24 S. Tetricus ex Abbate S. Germani factus eſt Epiſcopus, & ſedit annis 15. vel 16.[i] temporibus Pontificum Leonis 2. Benedicti 2. Ioannis 5. Cononis & S. Sergij, ab anno 681. ad 697. Obiit Martyr interfectus à proditore Ragnifredo Archidiacono ſuo criminoſo die 2. Idus Aprilis ex Tauello[k]. Non in Romano Martyrologio.

[i] menſib. 3. [k] meliùs quã 13. Cal. April. ex Chenutio.

25. Socoaldus annis 5. &c.[l] ab anno 698. ad annum 202. Moriens 15. Kalend. Aprilis. Tauello Focaldus.

[l] menſib. 4. dieb. 10.

26. Sabaricus deſerens ſuam Eccleſiam bello furit, & tandem prope Lugdunum armis vallatus, vt Reipublicæ hoſtis, diuino fulminis ictu periit. Attamen ſedit quindecim annis ab anno ſeptingenteſimo tertio ad annum[m] 717. vel ex Tauello annis quinque & quadrimeſtri.

[m] menſib. 2. dieb. 10.

27. Amarus ſiue Haymarus & Authomarus Martyr, an. 15. ab an. 718. ad an. 732. Auunculus S. Lupi Archiepiſcopi 23. Senonenſis. Ab æmulis confoſsis lanceis in pago *Luſſans*, agri Tullenſis ex Tauello.

28. Thedranus ſedens circa an. 733. obiit 4. Nonas Decembr. anno indiſcreto. Sepultus Antiſsiodori in Eccleſia S. Baſilij. Tauello dicitur Theodannus.

29. Quintilianus ante Cathedraticum Abbas Sangermanianus, ſedit ad annum ſeptingenteſimum trigeſimum quartum.

30. Cilianus ſeu Chilianus ſedit annis 5. finitis ſub an. 739[n].

[n] Obiit 13. Cal April.

31. Clemens ex Tauello ſucceſsit Chiliano in MS. qui cæcitatem licèt corpoream paſſus ſit, tamen oculis mentis acutè cernebat. Hunc Ioannes Balæus Anglicus, Britannorum ſcriptorum collector, Claudium Clementem illum fuiſſe dicit natione Scotum, qui à Carolo Magno ex Auglia euocatus, Pariſienſis Academiæ prima fundamẽta iecit. Quam ſanè Balæi narrationẽ ſeu cohærẽtiam Clem. Antiſsiodor. etſi repudiet Tauell. tanquam minimè cõpetentem huic Epiſcopo, quòd nondum tunc Carolus eſſet Rex Franciæ; non videtur neceſſariò propulſanda. Nam admittit Author Clementinam Sedem perduraſſe quinquennium, quale tempus videmus cœpiſſe ab an. 740. & finiiſſe ad an. 744. præter mẽſem vnum ac dies 10. Eo autem æuo Carolus iam ætate prouectus, necdum Rex, eruditus & amans literarum, meditabatur iam futuræ ſuæ Academiæ ſcientiarum primordia, accerſitis vndequaque lectiſsimis viris, & Clemẽte inter cæteros, qui certè alioquin poſt Aaronem infrà reponi debuiſſet. Attamen nos Tauelli ſeriem retinemus. Cuius ne verbum quidem Tabularij promunt. Humo traditus eſt in Eccleſia S. Amatoris Antiſſiodori.

32. Adulphus ſeu Ardulphus ex Cantore Eccleſiæ factus Epiſcopus, ſedit annis 15. fortè ab anno ſeptingenteſimo quadrageſimo quarto ad annum ſeptingenteſimum quinquageſimum quintum, veluti inferimus ex duobus Tabulariis.

33. *S. Mauinus ſiue Martinus, ſedit 28. annis in Prouinciis Regni Caroli Magni.* Hoc pacto Tabularij. Ergo ſedit ab anno circiter ſeptingenteſimo quinquageſimo ſexto ad ann. ſaltem vſque 769. &c. qui eſt primus ſceptri ipſius Caroli: & fortè paulò vlteriùs. Nec locum occupat in Romano Martyrologio. Deceſſit tactus morbo paralyſis 8. Idus Auguſti. Conſepultus ad S. Germanum.

34. *Aaron ſedit annis 13. circa annum* 760. (ait perperam Chenutius) *tempore Caroli magni, cum quo Romam profectus eſt ſub Leone Papa*, ſic vniuerſim confusè. Vbi duo annotanda. Imprimis oberrat, quando hîc annum minuit infra ſuperiores iam allatos, quia nondum Carolus anno præfato ſceptri habenas regebat, imò necdum octennio poſteriùs, ſeu non niſi ab anno 769. & conſcripſit Author 760. loco 790. [m] quo poſtremo altioréve anno Carolus tertia vice [n] Romam profectus eſt per Italiam immorans, Sedem Apoſtolicam ſemper protecturus aduersùs ciuiles eius hoſtes. Secundò, Pontifex; qui tunc Romæ præerat, fuit diſtinctè Leo tertius, ſedens ab anno 796. ad an. 800. & Imperator Carolus ſuperuixit ad annum vſque 814.

[m] in medio inuerſo.
[n] Aliæ vices an. 773. 774. Tillius.

35. Angelelinus Chenutio, ſiue Tauello Angelolinus ſedit annis 17. vt pote ab anno 791. ad annum 807. [o]

[o] moritur Nonis Iulij.

36. Heribaldus ſedit annis 33. nimirum ab anno 808. ad annum 841. quo tranſtulit corpus ſancti Germani anteceſſoris, ex alio duplici authore. Sed dicitur Heriboldus in ſacra politia Renati [p] Chopini, præſens Concilio Prouinciali Turonenſi anno octingenteſimo quinquageſimo tertio. Adeóque ſedit annis quadraginta quinque, imò 62. Eccleſiam ſancti Stephani parietibus ac picturis renouauit, coronas quatuor argenteas Eccleſiæ contulit.

[p] li. 2. tit. 3. §. 3.

37. Abbo Conuentus ſancti Germani Abbas, frater ſuperioris Eribaldi, cui ſucceſſit anno octingenteſimo ſeptuageſimo ſecundo per annos duos & menſes 10. Obiitque tertio Nonas Decembris.

38. Christianus natione Alemanus ſedit annis ſeptem tantùm vſque ad annum octingenteſimum octuageſimum ſecundum ob adſequentem. Etſi Chenutius dicat annis 13. circa annum 863.

39. Annarius, aliis Abnarius, ſeu etiam Armarius & Ianuarius, ſtatuitur Epiſcopus Antiſſiodorenſis anno 887. in Bibliotheca Cluniacenſi [q], permittens reddi ſacrum corpus B. Martini quondam Turonenſis Archiflaminis, eò pridem ad ſecuritatem delati tempore furoris Northmannorum, territorium Turonenſe vaſtantium Clero Turonenſi Antiſsiodorum appellente, & diuinum pignus requirente, ac deferente ad propriam Sedem, pace in Galliis reſtitura. Quem Præſulem à nobis recenter inuentum, & ab ignorantibus Tabulariis hactenus prætermiſſum, nos ad propriam ſtationē per annos 5. vt minimum reponimus, arctatis paulò præcedentis Epiſcopi annis verè à Chenut. conſcriptis, vt ſpatium huic relinquatur. Neque ſiquidem fieri poteſt, quòd idem Armarius aſſumatur pro Vmbaldo 39. Antiſſiodorenſi infrà, veluti arbitratur Querceranus Commentator [r] præfatæ Bibliothecæ, quia minimè congeruunt tempora. De aliis cum eo ad hoc Epiſcopis, vide Numerum quadrageſimum quintum Eduenſem, & quadrageſimum ſeptimum Treccenſem.

[q] col. 120. & 122.
[r] col. 45.

40. Vuallo renunciatus eſt Epiſc. an. 888. Et apud Tauell. dicitur Vuala, ſedit ann. 7. dieb. 48. Habetúrque frater Anſegiſeli ſeu Egili Archiepiſcopi 55. Senonenſis.

41. Herifridus ſeu Herfridus Carnuti oriundus Vualonem tutiùs proximè ſequi debet, nec ponendus Vmbaldus intermedius, vti præſtant indiſcretè duo alij commilitones atque Tauellus in MS. ſub annis 1115. & 1138. quem ideò inferiùs multò differimus. Cùm autem ſederit Herifridus annis 22. [s] concluditur eum ſediſſe ab anno circiter 888. ad ann. 911. Et ſub ipſo creditur ciuitas Antiſſiodorenſis exuſta.

[s] menſe 1. dieb. 16.

42. Gerranus ſeu Gerrannus Sueſſionenſis inde veriùs aſſedit per annos quatuor & ſemis [t], vſque ad annum 915. [u] furentibus circunquaque Normanis, quos aggreſſus Deo mirabiliter iuuante vicit [x].

[t] dies 11.
[u] Robertus Monach. fol. 70.
[x] obiit Cal. Auguſt.

43. Betto vel Bethus Burgundus, antea Monachus S. Colombæ Senonenſis, Antiſſiodori præfuit circa annum 925. ab anno 916. mitratus. Et pertexit vſque ad an. 932. quo deceſſit [y]. Tametſi dicat ſolùm vniuerſim Tauellus, quòd Præſul ſederit annis duobus, menſibus vndecim, & 14. diebus.

[y] 6. Calend. Martij.

44. Vualdricus ſeu Gualdricus ciuis Antiſſiodorenſis, antea Monachus, tum Abbas S. Germani, creatus eſt inde Antiſtes an. cir. per annos 15. vſque ad ann. 947. [z] impetrans Reliquias S. Laurentij à Ioanne Papa 11. emoriente an. 937. quem Tauellus malè decimum nominat, & narrat Vualdricum finiſſe 6. Idus Martij ann. 933.

45. Guido vir Senonenſis reſedit annis 19. [a] ad annum vſque 966. [b] Baſilicam maiorem S. Stephani labentem conſtruxit, &c.

46. Richardus Antiſſiodorenſis, primùm Monachus S. Germani, ſedit ab anno 967. per nouennium [c] vſque ad annum 976. [d] ſeu duodecimum regni Lotharij [e]. Chenutius & Tauellus numeros annuos hîc corruperunt, in proſequendo ordinem noſtrum.

47. Heribertus 1. filius naturalis Hugonis Ducis, cognomento Magni, patris Hugonis Capeti Franciæ Regis, ſecundum præmiſſa debuit Eccleſiam ſibi aſſumere ſponſam ab anno 977. ſed alij conſcribunt cum adminiſtrare cœpiſſe anno 983. [f] Sedit autem annis 25. [g] eſto vſque ad ann. 1003. [h] Cæterùm, Ioann. Tilletus hunc Antiſtitem vocat Odonem.

48. Ioannes 1. Antiſſiodorenſis, rectiſſimè ad præcedentes calculos ſedit anno 1004. equidem ſolo, cum menſibus ſeptem & triente menſis adſequentis, vt ſentit nobiſcum Robertus Monachus per Chenutium [i].

49. Hugo 1. natus Cabilonenſis ex Comite loci, Sedem poſſedit annis 40. [k] vſque ad annum 1045. regnante in Francia Roberto Hugonis filio, &c. [l] Et B. Hugo Abbas Cluniacenſis erat ipsius pronepos. Cuius Abbatis prædeceſſor Odilo ſanctus ad præfatum Regem ſcripſit hortando, ne arma verteret contra S. Germani Caſtrum Antiſſiodorenſe ditionis Epiſcopalis, ex Bibliotheca Cluniacenſi [m].

50. Heribertus 2. oriundus Antiſſiodorenſis rexit Eccleſiam annis 13. finientibus anno 1058. [n] regnante Henrico 1. Roberti filio in Galliis. Etenim is renuncians ſeculo ſeceſſit in Monaſterium, *non longè à Brayo* ſupra Sequanam, habitu induto; vbi degens regularis multis pòſt annis beato fine quieuit, ex Tauello in MS.

51. Gofridus ſecundum Democharem, Godofridus ex Chenutio, Gaufridus ex Bibliotheca Cluniacenſi [o], & Greofredus apud quoſdam alios, erat filius Hugonis Niuernenſis Vicecomitis. Interfuit ſacro Philippi 1. Regis, filij Henrici 1. veriùs an. 1058. ex Tillio, quàm ſequente ex Chenutio, & abhinc ſedit 14. annis [p] perinde ad annum vſque 1082. [q] Is genere illuſtris villam de Charitate ſuper Ligerim ad eum iure hæreditario pertinentem Abbati Cluniacenſi purè conceſsit, ex Biblioth. Cluniac. & Tauello in Manuſcripto.

52. *Robertus* penitus à vino abſtemius *Godofredo ſucceſſit ann.* 1075. ex Chenutio, [r] filius nepotis Regis Henrici: obiit Niuernij [s] an. incerto apud Chenutium, ſed dicimus an. 1098. ex adſequentibus.

53. S. Humbaudus Antiſsiodorenſis Archipresbyter ſedit annis 22. [t] ab anno 1092. præſens Concilio Stampenſi an. 1099. ex 70. Senonenſi, & in Trecenſi, 1107. ſub nomine Humberti tempore Vrbani 2. Papæ, & Paſchalis 2. [u] Vnde Hieroſolymâ rediens, ſubmerſus eſt in naui diſſoluta, ſæuientibus maris fluctibus anno 1114. quo creditur fundatum Pontiniacenſ. Cœnobium Ordinis Ciſtercienſ. Non eſt in Martyrologio. Et eum Baronius poſt Annonium vocat Hymbaldum, locis in Gilberto 71. Senonenſi computatis. Et Tauellus Humbaldum *.

54. Hugo 2. priùs Abbas S. Germani Antiſsiodorenſis nepos S. Hugonis Abbatis Cluniacenſis [x], creatus eſt Antiſtes anno 1115. & cùm ſediſſet annis 21. non vt Chenutius ait annis 24. *Obiit an.* 1136. ſicut ille loquitur, ad ſemitam rediens: ſed non tempore Regis *Ludouici* (patris S. Ludouici) *filij Philippi Auguſti*, quem addit Author, imo nec multò minùs æuo altioris Ludouici iunioris. Nullus enim illorum adhuc regnauerat, ſuppoſitis annis præfatis Epiſcopi, quos dictator enumerat. Hugo autem interfuit Concilio 1. Anſano, ex To. 1. Nu. 67. 84.

55. Vmbaldus Cameracenſis hîc directè incidit, malè altior effectus à Chenutio, de quo nos ſuprà in Herifrido [y]. Sedit autem ad an. 1138. & 1139. aut plures regnante Ludouico Iuniore in Francia. Vnde hîc meritò ſubmittendus.

56. Hugo 3. initio Abbas Pontiniacenſis de Cluniacenſi territorio ortus, ſedit ab ann. [z] 1140. ſepultus anno 1151. [z] Non ergo debuit aut potuit Chenutius ei concedere annos 24. quia etſi Hugo 2. remanſiſſet eius proximus anteceſſor, moriens ab anno 1136. ſecundum eundem Authorem, tamen non adhuc ſupereſſent Epiſcopo anni præter quindecim,

[z] 21. Kal. Maij.
[a] veriùs quam 29.
[b] Chenu ob ſequentia.
[c] obiit 8. Idus Ianuar.
[e] menſe vno. dieb. 2.
[d] obiit 11. Kal. Maij.
[e] Trithem. in Chron.
[f] Rob. Monach. ex Chenut.
[g] Libens Menſib. 4. dieb. 16. & Tauel. Menſ. 7. dieb. 7. moriens 15. Kal. Sept.
[h] 5. Kal. Feb.
[i] Obiit 12. Kal. Febr.
[k] menſib. 8. dieb. 4.
[l] obiit pridie No. Nouëb.
[m] col. 376.
[n] obiit 7. Kalen. Febr.
[o] col. 576.
[p] Menſ. 8. dieb. 21. melius quam an. 29. Chen. ob conſequentia. De ipſo Bibliot. Cluniac. ſub an. tardiore
[q] no. col. 576.
[q] obiit 17. Kal. Octob.
[r] tamen non fuit concors in præceden.
[s] 12. Idus Feb.
[t] menſib. 4. die 17.
[u] ipſi ab an. 1088. ad 1117.
[x] Carnotenſis ad eum epiſt. 290. 243.
[z] finiunt in an. 1109.
[y] Nu. 42.
[z] 6. Idus Octob.

etiam atteſtante Tauello in M.S. qui inſuper adiicit ipſum Hugonem vocatum virum Matiſconenſem à Guilelmo Abbate S. Theodorici lib.1.vitæ S. Bernardi Abbatis coætanei in iuuenilibus annis vtriuſque, Hugone conuerſionis ſocij initia deflente, quaſi deperdito ac derelicto in ſeculo, vnde is delicias mundi abiurans, in ſodalitium Religioſorum eſt receptus, tum Abbas citatus, qui è Cœnobio ad Epiſcopatum raptus fuerat potiùs quàm electus,&c.

57. Alanus Belgius, Monaſterij Ripatorij primùm Abbas ſucceſſit anno præfato extremo 1151. per annos 14. Et deceſſit ann. 1165.[a] Attamen aduertit ex Camuzato Chenutius repertum Alani Teſtamentum & aſſeruatum ſub Data anni 1182. & inde conuiciendum dimiſiſſe Epiſcopatum Vuilelmo Theſaurario Altiſſiodorenſis Eccleſiæ, ac Senonenſi Præpoſito ſeu Archidiacono ſub annum 1167. Quæ ſola Data per Tauellum appoſita eſt in M.S. non quidem mortis, ſed derelicti tunc Epiſcopatus ab ipſomet Hugone Flamingo ſcriptis Theologicis clariſsimo (inquit) peractis in Sede annis quindecim & menſibus aliquot, *cùm moleſtias pateretur à Guilelmo Comite Niuernenſi, & in Monaſterium Clareuallenſe confugit* (addit) *reliquam vitam ibidem tranquillam acturus*; vbi tandem extremum diem confecit 5. Idus Octobris. De quo viro S. Bernardus ad Eugenium Papam 3. Epiſtola 275. 280. & 282.

a 5. Idus Octobr.

58. Guilelmus 1. Tuciacenſis fuit, reor, præfatus Archidiaconus, & frater Hugonis præmiſſi Antiſtitis ex Tauello; qui ſedit ann. 14. primus eorundem Epiſcoporum, humatus in Cathedrali Eccleſia Antiſsiodorenſi, anno illo 1181.[b] quo defecit ex Chenutio vel 24. Ianuarij 1179. ex Tauello. Is autem ſcripſit Summam Theologiæ, librum vnum de diuinis Officiis,&c.

b vlt Febr.

59. Hugo 4. de Noeriis, vulgò *de Noyer*, ſedit annis 24. ab an. 1182. & Romæ obiit an. 1206.[c] Sepultus in Eccleſ. Lateranenſi B. Ioãnis. Cui Hugoni & Guilelmo 1. ſanè videbitur intermedius Guarmundus alter Pontiniacenſis Abbas à maiori Canonicorum parte electus Epiſcopus, Sed dum proinde Romam adiret, & negotio in longum moram protrahente, peſteque ibi interea naſcente ante confirmationem inaugurationémque peſte tabifica extinctus eſt anno 1180.[a] Vnde ſub hac ſola appendice commonitus ad caput Antiſtitum minimè erigitur.

c die S. Michaëlis.

60. Guilelmus 2. de Caſtro Silligniaco antea Eccleſiæ Decanus, imprimis Epiſcopus Altiſſiodorenſis ab an. 1207. per an. 14. deinde tranſlatus Antiſtes 75. Pariſienſis ab anno 1220. Cætera illic.

61. Henricus 1. de villa noua cùm eſſet Pariſienſis Eccleſiæ Cantor, electus eſt Præſul, ſedens annis 13.[d] ab anno 1221. ad 1224. vel ſecundum Tauellum 1237. Sepultus in Baſilica Stephaniana.

d Menſib 4

62. Bernardus 1. de Scilliaco inde ſedens per decennium. Non ſex annis vt ſentit Chenutius, interiit an. 1244.[e] ipſomet Authore decepto.

e 6. die Ianuarij vel an. 1246. ex Tauello.

63. Reginalius de Silligniaco, ſedens annis pene duobus[f] adſequentibus, obiit in Cœnobio de Rupibus.

f vno Menſib. 10. dieb. 16.

64. Guido de Melleto ſedit annis 23. & ſemiſſe, ab an. 1247. ad an. 1270.[g] Sepultus in Cathedrali. Vide Nu. 76. Aurelianenſem.

g obiit 13. Kalend. Aug. vel Octobr.

65. Gerardus 1. de Ligneriis Lingonenſis ex Demochare ſedit annis 7. & apud Chenutium annis 6. vterque cum menſibus duobus & diebus 18. Romæ verò animam exhalauit anno 1277.[h] Contemplare an adſequentia huc fortè ſpectent. Tauello in M.S. vocatur Girardus.

h 15. Kalen. Septemb.

66. Gerardus 2. cognomine Cupalates hîc recèns à nobis adiicitur, Tabulariis ignotus. Quippe Ciaconius aſſeuerat, quod is eſſet Præſul Antiſsiodorenſis anno 1278. ergo fuit iuſto tempore proximus ſucceſſor deceſſoris Gerardi 1. Nec eſt vlla ratio opponendi extitiſſe eundem virum cum prædeceſſore. Nam diſparitas nationis, agnominis & Datæ, ſatis oſtentant hoc dici non poſſe. Idẽ verò Præſul ex in creatus eſt Epiſcopus Cardinalis Prænestinus à Nicolao Papa tertio. Et obiit paulò poſt adeptum pileum illo eodem anno in Italia.

67. Henricus 2. de Vngiliaco etiam nouiſsimè noſtro calamo ex cimmeriis tenebris educitur; beneficio præmiſsi Ciaconij[k], apud quem vir ille denunciatur Cappellanus Papæ Nicolaï cit. antea eiuſdem Eccleſiæ Antiſsiodorenſis Canonicus, & Theſaurarius Laudunẽſis, qui plenaria poteſtate electus fuerat Epiſcopus Antiſsiodorẽſis à Canonicis 25. Cathedralibus & Capitularibus, more ſolito cõgregatis in eius abſentia. Sed is breui reprobabatur à ſummo Pontifice. Cauſa verò paſſæ repulſæ neſcitur, niſi fortè quia vacarat Sedes Antiſsiodorenſis in Curia Romana. Et reuerà etiam modernus deceſſor vità functus

k Poco cit. pag. 611.

ctus Gerardus fatis ceſſerat Romæ, veluti auditum eſt. Vnde Papa tunc prope ſuo iure voluerat ſolus diſponere ac prouidere, velut primus ordinariorum ordinarius, ſuſpendens illis vicibus iura quoruncunque. De facto, ſubdit Author l *noua habita ſunt Comitia, quibus reipsâ alius Epiſcopus renunciatus eſt*, à quacunque ſelectus fuerit poteſtate, quæ illic minimè indicatur, imò cuius nomen reticetur. At fortaſſis fuit is, qui mox adſequitur.

68. Guilelmus 3. de Greſſibus auguſtè ſedit & pacificè annis trib. l. & non 13. vt malè arbi- l Menſibus
tratur Chenutius, qui è veſtigio eum ſepultum in Choro Cathedrali efficit anno 1280.
Atque hunc Tauellus in MS. cognominat de Greſſeyio, oriundum ex Prouincia Briæ,
ſublimatum in Sedem poſt Petri de Morneio obitum (quia non agnouit intermedium) 4. & dieb. 10.
idque geſtum Romæ à Martino 4. Papa, ipſomet Guilelmo præſente, qui poſtea illuxit
conſecratus à Gilone 2. Cornuto Archipræſule 83. Senonenſi ſub an. cit. 1280.

69. Petrus 1. de Morneio ex Chenutio ſedit annis 11. &c. m poſitus anno 1295. in eodem m Menſib.
Choro. Et ei Tauellus tres tantùm annos porrigit, vſque ad 1282. Sed ipſe eoſdem fi- 8. dieb. 28.
nit an. 1280. quia vel etiam Petrum Guilelmo præfert ordine, & Chenutius nobiſcum
è contra poſtponit. At ferunt eum priùs extitiſſe Epiſcopum 79. Aurelianenſem, quod
quia ibi ſeriùs euenit ab anno 1292. tutiori argumento mallem è contra opinari eum illo
poſteriùs ſediſſe.

70. Petrus 2. de Bella Pertica, Niuernenſis, antea Cancellarius Regis Philippi Pulchri, Iuris vtriuſque Profeſſor & Decanus Eccleſiæ Pariſienſis, ſedit anno vno & dieb. 29. ex Chenutio. Igitur commigrauit anno 1292. quod non ponit Author. Quando autem ſubinde locat ipſe; *circiter annum 1298. ſepultus eſt in Eccleſia Parœciali de Villa noua prope Caſtrum Bella Pertica, vbi fundauit plures Canonicos*: id cōcipiēdum venit de tardiore corporis ſui tranſlatione ex Luteriana Ciuitate in locum ſuarum fundationum, aut eleemoſynariæ dotationis. Alioqui Data miſceretur durationibus Antiſtitum ſuccedentium ingenti contradictorio. Cæterùm, Tauellus qui hunc Præſulem poſt Petrum de Mortuo mari deprimit, dictitat natione Burgundum, vel vt aliis placet, Boium ſeu Borbonienſem, ex vico Belliperticenſi, vulgò *Belleperche*, à quo ſuſcepit cognomen, vocatum à Iureconſultis ſubtilem Doctorem, qui plures libros edidit in Geſneri elencho comprehenſos, neque hoc in Breuiario recenſendos. Fuerat primùm Carnotenſis Eccleſiæ Canonicus, & à Philippo 4. Rege Pulchro Francorum mittebatur Legatus ad Benedictum Papam, vndecimum. Extat verſibus Epitaphium ipſius in Æde ſacra Pariſienſi ad æneam planitiem, ſub qua ſepultus.

71. Petrus 3. de Greſſio obiit anno 1293. ſepultus in Choro. Sic Chenutius. Ergo ſedit Petrus vnico anno. Ita in Tillio.

72. Petrus 4. de Mortuo mari, vulgò *de Morte Mer*, creditus Lemouicenſis, malè dicitur
à Demochare atque Tauello moriens anno 1296. dum verè creatus ſit Cardinalis tit.
S. Stephani in Cœlio monte ſub anno 1327. creatione 4. celebrata à Ioanne Papa 21. Ca-
durcenſi dicto 22. non à Ioanne item dicto 22. ſeu 23. multò remotiori Neapolitano (re- n pa 619.
cognitum eſt in Ciaconio n.) Et poſtea idem Petrus factus eſt in Cardinalatu Epiſcopus
Sabinus anno 1337. à ſucceſſore Benedicto Papa 11. dicto 12. Obiitque tandem Auenione anno 1345. Sed miror, quorſum Chenutius demum ſcripſerit de eodem Petro 4. *Sedit Epiſcopus Antiſſiodor. annis* 2. Quippe ſaltem iam à ſuo Cardinalatu ann. 1327. vſque ad creationem ipſius in Epiſcopatu Sabinenſi Italico 1337. ſi eò re ipſa tranſlatus fuerit, præteriêre anni decem pro cenſenda ab eodem occupata Sede Antiſſiodorenſi. Iterum, ſi titulus Sabinenſis fuerit ex more ſolùm gradus honoris Cardinalitij per octennium, idem Petrus connumerandus eſt ſediſſe Antiſſiodori annis octodecim ad ſui obitus vſque annum 1347. Tertiò, addam prætetea; quòd ſi, vt æquum eſt, ſuperſtitem eiuſdem Cathedram Antiſſiodori connumeremus ab obitu deceſſoris ſui Petri 3. ſeu ab anno 1294. & deinceps, vbi inſuper conficiuntur anni trigintatres: ſanè vniuerſum tempus Sedis eiuſdem Petri in Galliis erit aut eſt annorum quinquaginta vnîus, ne anni vacui introducantur. Verùm ex ſequentis chronologia finem habuit Antiſſiodori ſub anno 1341. poſt quadriennium ſeu medium tempus ſui tituli Sabiniani. Tauellus denique eum narrat in MS. ex antiqua Pictonum nobilitate cretum, ſepultúmque à dextra parte Chori Cathedralis.

73. Talerant Demochari, & Talerandus Chenutio, ſic deſcribitur multò exactiùs illis apud Ciaconium. *Talairandus Comes Petragoricenſis* (aut filius Comitis loci) *Vaſco Gallus Presbyter Cardinalis S. Petri ad vincula, tit. Eudoxia, Prior Presbyterorum.* Iſta autem inſi-

gnia

gnia ei attributa ſunt à Clemente Papa 6. ſub annum Chriſti 1342. Ex quo inferendum eſt deceſſorem Petrum 4. igitur Sedis titulum ſibi conſeruaſſe vſque ad annum 1341. aut prope, dum iuſtius Talerandi principium ad amuſſim neſciamus. Sedit verò in totum circiter annos duos ſolùm, ex Chenutio: qui viderit, à quo diſcat Præſulem tranſmigrando factum à Pontifice ſummo Epiſcopum Cardinalem Albanum, quia haudquam ediſſerit Ciaconius. Tauellus autem adiicit nomen proprium Antiſtitis, quo Chenutius caret. Sed quando perſeuerat enarrare eum pollicitum eſſe obſequium Guilelmo de Melduno Archiepiſcopo 87. Senonenſi ſub anno 1326. ſanè is annus iam prætterierat tempora noſtri Petri Talerandi, quę inſurgunt ad annos prędeceſſoris Petri de Mortuomari.

74. Aymericus Guenauld anno 1343. ex caſuali occurſu Chenutij, equidem valde conformi ad præcedentem calculum Talerandi finiuntis anno ſuperiori. Sed Aymericus confeſtim eadem annua reuolutione effectus eſt Archiepiſcopus 67. Rothomagenſis, vbi ſub anni exitum emigrauit, Chenutio hîc affirmante.

75. Ioannes 1. Blangy Diœceſis Rothomagenſis, & Doctor Theologus, intra biennium renunciauit Epiſcopatui, dum obiit Pariſiis Idibus Martij an. 1344. vel 45. Sepultus apud Carthuſianos, ex Chenutio.

76. Petrus 6. cognomento de Villariis ſecundum Chenutium, vel *de Vilaynes* apud Tauellum in MS. factus eſt hîc Epiſcopus per annos 14. aut circiter, vſque ad annum 1360. non quo Baiocenſibus præficiebatur Numero 36. ibidem, vt ſentit Chenutius. Ratio eſt, quià iſte ponitur vno ſeculo prior alio eiuſdem agnominis; vt ſint duæ omnino perſonæ. Sed Author prætereà in præſenti Tabula Nu. 73. malè eidem Petro tres duntaxat annos conceſſit.

77. Bernardus 2. Lemouix ex Chenutio quidem *ſedit an. 3.* (ait) *& obiit anno* 1350. ſecundum ſuam mentem, pediſſequam anterioris, quæ Petro 6. præbet duntaxat etiam triennium. Sed malè, quoad tempus ſui finis. Nam cùm circunſtantiæ præſati Petri poſtulent quòd migrarit anno 1360. concluditur neceſſariò iſtum Bernardum vitâ orbatum cenſendum an. 1363. Nec eſt ille Bernardus Vaſco Archiepiſcopus Rothomagenſis 63. vno ſeculo altior, de quo ſuis locis.

78. *Petrus 7. de Croſo Lemouicenſis, apud Chenutium ſedit anno vno, antea Syluanectenſis Epiſcopus à Clemente 6. factus Card tit. S. Martini de Montib.* Sic Chenutius. Vbi deſignatur triplex falſitas. Primò, Author ipſemet nunquam repoſuit talem Petrum in Syluanectenſibus: ſed nus illic recèns inſerimus. Secundò, is apud Ciaconium cognominatur de Croſſo, euectus ad Cardinalatum ab Innocentio Papa 6. Clementis ſucceſſore, in 2. creatione anno 1356. Auenione o Tertiò, Ciaconius eum non niſi Rothomagenſem Archiflaminem dicit. De quo nos ibidem Numero 73. Eſto hic ad ſummum ſederit an. 1364. ex præcedentibus, ſi inde ritè cohæreant, aut ſi non fuerit alius vir. Apud Tauellum cognomine *de Creſcy*. o 13. kal. Ian.

79. Andoënus Demochari, Andoynus Chenutio, qui ſolus iſta ſubiicit: *Obiit S.R.E. Card.* 10. *May* 1361. *ſepultus Auenione in Carthuſianis.* Qui certè annus incidit ad extremum annum Papæ 6. At nec ille Papa, nec proximi eius anteceſſores Andoënum rubeo pileo donarunt. Ergo is Antiſtes veriùs ſedit anno ſaltem 1365. Qui antea fuerat Epiſcopus 87. Pariſienſis. Vbi vide tempora. Apud Tauellum autem in MS. vocatur etiam Hardoynus, cognomento Albertus, huc tranſlatus à Clemente Papa 6. (inquit) ſub an. 1350. nimirum citiùs paulò quàm ferant iſtæ reliquæ vicinæ chronologiæ.

80. Ioannes 2. de Auxeio malè prædicatur ab vtroque Tabulario ac Tauello, quòd obiit an. 1358. Nam ipſi retrogrediuntur in annis, cùm è diametro debuerint eum vlteriùs promouere, quia certè iam collocarant deceſſorem Andoënum ſub anno 1361. & nos talem ſtatuimus anno 1365. Ergo iſte ponendus eſt an. 1366. p vt ſimus concordes. Humatus in latere ſiniſtro Chori. p 9. Ian.

81. Dominicus *Iarrouſſe.* Aliud nihil. Ei concedamus an. 1367.

82. Ioannes 3. Germanus ſedit anno vno (aiunt illi nec probant) & obiit an. 1362. q Nos verò adſtricti ex antecedentibus, cogimur mox enarrare, quòd deceſſerit anno 1368. vulgò *Germain.* q 15. Octob.

83. *Petrus* 8. *Aymé.* Hoc ſolùm Demochares; vel cognomine *Emonis* ex Chenutio: qui vnicus hæc adiicit: *ſedit annis* 10. *&c.* r *obiit anno* 1372. Finis hic equidem optimæ Datæ. Sed media duratio non cohæret vinctis & ligatis ſimul calculis. Ergo ſedit annis quatuor, mortuus an. cit. 72. Et ſic iam liberi ab anxiis ſollicitudinibus, vnimur cum anteriore ſcriptore, licèt Tauellus in MS. locet annum 1362. r menſib. 8. dieb. 3.

84. Nicolaüs

84. Nicolaüs de Arceis, antea Canonicus Theſauratius Eccleſiæ Trecenſis, & Conſiliatius Caroli 5. Regis, tum Antiſſiodorenſis Antiſtes, deceſſit Pariſiis anno 1376. non die 24. Septembris, vt loquitur Chenutius, ſed die 7. menſis, ex veteri Necrologio MS. Eccleſiæ Trecarum, ad nos per Camuzatum miſſo. Pro cuius Anniuerſarij fundatione, frater defuncti pariter Theſaurarius ſucceſſor reliquit eidem Eccleſiæ Trecenſi centum denarios auri, nuncupatos Francos: corpus verò ſepultum eſt in Choro Eccleſiæ Antiſſiodotenſis die allata 24. Septembris. Sic Tabularij nobiſcum.

85. Guilelmus 5. de Totauilla, ſeu de Roya, obiit anno 1387. Ita illi.

86. Ferricus Caſſuel Demochari, & Erricus Caſſinel Chenutio, ſecundum eos poſtea factus eſt Archiepiſcopus Remenſis, *ſepultus in Eccleſia Cathedrali, &c.* inſit Chenutius, nec monet qua in vrbe. At ſcribitur à Demochare, *ſepultus in Eccleſ. Antiſſiodorenſi.* Quem locum Chenutius poſtmodum faſſus eſt in Remenſibus Numero 69. vbi ab ipſo nominatur *Federicus Caſſinel*, illic mortuus anno 1390. veluti etiam teſtatur Ioannes Taueau, qui eum vocat *Federic de Caſſuel.*

87. *Michaël de Crencyo.* Hoc ſolùm duo Tabularij. Sed apud Tauellum ei cognomen eſt *de Crency.* De quo tanquam de viro pio ſcripſit Nicolaüs Clemangius Doctor Theologus, quòd deteſtaretur inſolentes populorum exceſſus in feſtis diebus prophano vſu terendis cum publico ſcandalo, choreas in plateis ducentium, ebrietatibus ſeſe deuouentium, nec debitum honorem Deo ac Sanctis eius honeſtè deferentium, &c. aduerſus ſacros Canones, probos mores & regias conſtitutiones. Próque illo Michaële Clemangius ipſe loquutus eſt ſæpè. Et nos Clemangij defenſionem aduerſus hæreticos ſuſcepimus in Antimartyrologio noſtro, libro 2. cap. 4. pag. 405. &c. Ex Tauello autem Michaël defunctus eſt anno milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo. Cuius extat Elogium honorificum.

88. *Ioannes* 4. *de Thoiſi.* Omnes præfati Authores tres aliud nihil. At circunſtantes euentus docent eum ſediſſe quinquennio vt minimum, certè ad annum vſque 1445.

89. Philippus *des Eſſars* vix in ſolio præteriit biennium ob adſequentia, finiundum anno 1447. & in circum. Tres verò allati Authores eius duntaxat nomen detexerunt. Sepultus iacet in dextero cornu Chori Cathedralis.

90. Ioannes 5. de Corbya apud Democharem, vel *de Corbye* in Chenutio, ſine calculo. Eſto per triennium decedens an. 1450.

91. Laurentius Pinon Ordinis Prædicatorum, ſepultus Lutetiæ in Templo Conuentus; ſupputatione orbatus quidem apud binos Tabularios. Sed Tauellus narrat eum profeſſum eſſe Ordinem anno 1435. deinde poſtquàm effectus eſſet Epiſcopus, interſuiſſe Concilio Atrebatenſi pro Philippo Duce Burgundiæ, & eius pace cum Carolo 7. Gallorum Rege. Eſto autem deceſſerit an. 1455.

92. Petrus 9. cognomine *Paillard*, à ſolo Tauello conſtitutus hac ſerie, citra chronologiam. Sed eſto ſederit quinquennio, vſque ad annum 1460. Sic enim probabilius eſt.

93. Petrus 10. cui agnomen fuit *de Longolio, & obiit anno* 1473. *apud Varziacum.* Ita nunc vterque prior Scriba. Tauellus autem adiicit eum extitiſſe Pariſienſem, vulgò *de Longueil.*

94. Inguerrandus Sinart, ore Democharis, vel agnomine *Sugnard* in Chenutio, aut etiam *Sygnard* ex manuſcripto Tauelli, qui illum vocitat Engerranum. Erat Religioſus profeſſus Iacobitarum. Ac interiit Pariſiis; funere ſuſcepto in præfato Cœnobio ann. 1495.[t] ex proprio Epitaphio, quo inſignitur Doctor Theologus, & Confeſſor ſummi Ducis Burgundiæ. Tametſi eum dicat Tauellus mortuum anno 1477. — [t] 22. Martij.

Appendix. Camuzatus autem nos monuit nuper deprehendiſſe ac legiſſe huius Epiſcopi Teſtamentum in Eccleſia Trecenſi latitans, quo fit mentio eum originem traxiſſe ex villula de Condeyo ſub Diœceſi Ebroicenſi Northmanniæ, & ipſum Cathedram reſignaſſe Balleto adſequenti.

95. Ioannes 6. cognomine *Ballet* Demochari, vel *Baillet* Chenutio atque Tauello in Manuſcripto, filius Theobaldi ſupremi Senatus Præſidis Lutetiæ. Sedit autem annis triginta ſex ex cunctis ſuprà Authoribus. Quippe is conſecratus eſt à Triſtando Archiepiſcopo 101. Senonenſi, 3. Septembris, anno 1478. Et vitam perdidit anno 1513.

96. Franciſcus 1. *Tinteuille* iuxta Democharẽ atq; Tauellum in MS. vel cognomine *Dinteuille* ſecundùm Chenut. qui ſolus narrat eum à Rege Franciſco 1. ad Clementem Papam 7. Romam miſſum Oratorem : ad annum, reor, 1533. penultimum Pontificis, vtpore ſedens ab anno 1514. Dona multa contulit Eccleſiæ, in ſpecies deducta à Tauello.

97. Franciſcus 2. *de Tinteu* vel *Dinteu*. Superioris nepos circa annum 1556. Et iſtic finem habet Demochares.

98. Philibertus *Babou*, vulgò dictus Cardinalis *de la Bourdaiſiere*, antea Epiſcopus 62. Engoliſmenſis ſub ann. 1533. à Rege Henrico 2. Romam ad Paulum Papam 4. miſſus Orator, ad Cardinalatum Presbyter euectus eſt Romæ an. 1561. inſtante Carolo 9. Rege, ad Titulum S. Martini de Montibus, ibidémque occubuit ann. 1570.[u] ac ſepultus in S. Ludouici Eccleſia nationis Gallicanæ, teſte hîc Chenutio, qui tamen in Engoliſmenſibus dicit eum diſceſſiſſe an. 1567. & hiſtoriam accepiſſe à Ioanne Antonio Petramellario Onuphrium perficiendo. Sed virum huiuſmodi minimè inueni apud Ciaconium poſtremò deſcribentem Cardinales. [u] 7. kal. Febr.

99. Iacobus Amiotus Melodunenſis, Græcarum literarum in Academiis Profeſſor, deinde Caroli 9. & Henrici 3. poſtea Regum Præceptor, Abbas Bellozanus, Decanus Eccleſiæ Aurelianenſis, factus eſt poſtea Epiſcopus Antiſſiodorenſis, & Magnus Franciæ Eleemoſynarius anno cir. 1570. ante cuius Præſulatum miſſus eſt orator Tridentum à Franciſco Cardinali Turnonio ſub ann. 1551. ex Chenutio, ſed Indices Concilij Tridentini hunc minimè adnominant. Obiit an. 1592.

Appendix. Ciaconius[x] Romę ſcripſit Philippũ de Lenoncourt extitiſſe huius Sedis Epiſcopum, dum an. 1585. creatus eſſet Cardinalis. At minimè deprehendo locum inanem, quo hic ſediſſe potuerit. Reliqua ipſius quęre Numero 92. Catalaunenſi. Viderint propinquiores loco. Interim anceps ego hunc hactenus non extuli ad Catalogi caput & directam categoriam. [x] pa. 1849.

100. Franciſcus *de Donadieu* ſucceſſor interfuit generalibus Comitiis Lutetiæ anno 1614. & vlteriùs adminiſtrauit.

ORDO CHRONOLOGICVS EPISCOPORVM NIVERNENSIVM, QVÆ SEDES NOVISSIME facta eſt ſecunda ſuffraganea veteris Archiepiſcopatus Senonenſis.

1. SANCTVS Auſtremonius S. Petri reliquorúmve Apoſtolorum diſcipulus, ab eo vel ipſis in Gallias miſſus, primus Niuernenſes ad fidem prope Ligerim conuertit, ſe ibidem Apoſtolici viri aut primi Epiſcopi nomine geſſit per aliquod tempus ex accepta Romæ poteſtate. Deinde ſucceſſorem loci eligens, idem pariter munus Claromonti in Aruernia religiosè geſſit, diuturniore paulò per annos 36. tempore. Annaliſta Baronius de miſſione quidem huiuſcemodi cum aliis multis tunc in noſtrum occidentem ablegatis loquitur ſub anno ſalutis 49. At priùs illo Genebrardus chronologus de talibus eò commiſſis verba facit ſub an. 66. ſedente adhuc Petro Romæ per ſequens triennium: à quo potiſſimùm æuo ad martyrium vſq; Auſtremonius ritè luſtrauit & inſtruxit prędictas regiones, completa eius peregrinatione circa annum centeſimum diuinæ Incarnationis. Michael Coignonus Canonicus Eccleſię Cathedralis Niuerniorũ[b], & poſtea Chenutius catalogo huic lucem primam dedêre integram, conſcriptis per eos centum tribus Epiſcopis: quos authores dum ſequimur, exactiùs tamen venamur, quia lenior Demochares octo duntaxat pinxit. Et maximè Auſtremonio chronicum addimus: pro quo ille Canonicus baſim citat Legendas antiquas Eccleſiæ manuſcriptas. [b] Pariſ. Gall. 1616. in 8.

2. S. Patricius eſt is, quem ſui vice optauit ſucceſſorem S. Auſtremonius ſuprà, innocentem vitam ſingulari modeſtia agens, veluti refert Genuenſis Baptiſta Fulgoſius[c]. Qua in re, quæſo, meditare, S. Patricium in Romano Baronij Martyrologio, dictum ibi Abbatem Niuerniis, & morientem 24. Auguſti. Etenim veriſimile tametſi eſt, eum hunc extitiſſe, ex Abbate factum Antiſtitem: tametſi abſque ſeculo ibidem. Tempus autem ipſius valde probabile eſt, quòd ſederit ab anno circiter 150. ad ducenteſimum. Cotignonus pro hoc viro citat Authorem Rauiſium Teſtorem in Officiis. [c] li. 8 ca. 4. de Senectute.

3. Euotius

3. Euotius dicitur à Chenutio interfuiſſe *Concilio 2. Arelatenſi habito tempore Syluestri 1. Papæ & Conſtantini Magni Imperatoris circa annum* 326. Pariterque narrat Cotignonus ſub an. 320. At Baronius Annaliſta verius cenſet id Concilium eſſe primum ibidem coactum anno 314. ſub eodem Syluestro, & per errorem nomina Patrum eiuſdem ſucceſſu temporum attributa eſſe ſecundo loci Concilio Prouinciali an. 353. ſub Liberio Papa. Genebrardus autem ſtatuit vtramque Synodum ad annum 322. Colligitur verò illic Euodius 35. ordine, vbi nominatur Epiſcopus Niuedunus, ſumptus profectò antiquitus pro Niuerduno ſeu Niuerdunenſi & Niuernenſi. Cæterùm inter Patritium atque Euotium remanet inanitas annorum 60. abſque mediantium Epiſcoporum notitia. Sic Lector obiter monendus fuit.

4. S. Eudalius Cotignono, & Eulalius Chenutio. Sed fruſtrà nominat ille Magnates d ſub an. ſal. 490. quem ſolus iſte compellit, dum ipſi nihil magis proficiunt chronologiæ ſedentis eiuſmodi Præſulis. Iuuatur autem hæc veritas ex Abbate S. Seuerini in Breuiario Pariſienſi. Qui Abbas Agaunenſis in Monaſterio S. Mauritij militis Martyris pertranſiens Niuernium proficiſcendo ad Clodoueum Regem infirmum, ſolo verbo ſanauit illico hunc Epiſcopum præ nimia febri ſurdum d & cæcū ex Fauſto Presbytero in Gazetio. Inter quem Eudalium & deceſſorem Euotium ſupereſt denuo vacuum aliquod annorum centum quinquaginta ad minus, cuius durationis tempore nos rurſus latent Epiſcopi alij. Tauelli Manuſcriptum inchoat Niuernenſes ab hoc Eulalio duntaxat. Et minimè reperitur Eulalius in Martyrologio Baroniano.

d Felix tunc PP. Zeno Imper. Clodoueus Rex.

5. Tauticianus adfuit vigeſimus Concilio Epaunenſi Burgundię ſub titulo Epiſcopi huiuſce loci, vel anno 492. ex Genebrardo, ſedente Romæ Gelaſio 1. vel anno 509. tempore Symmachi Papæ, aut æuo Hormiſdæ ſummi Pontificis an. 517. ex Tomis Conciliorum, vel denique ad annum 527. S. Felice 4. Romæ clauum tenente ex aliis. Circa quæ omnia tempora Cathedram poſſedit Tauticianus, ignoto mortis anno e. Duo anteceſſores Authores multò his pauciora efferunt, Antoius Monchyac. Demochares hunc Eulalio præmiſit.

e Feſtum 10. Auguſti.

6. Ruſticus illic ſedit ab anno ſaltem 528. vel 537. aut demum 539. & circiter: poſteàque interfuit vigeſimus ſecundus Concilio Prouinciali 3. Aurelianenſi, tempore quidem Vigilij Papæ, ſed anno 1. ſuæ Sedis, hoc eſt, an. ſalutis 540. veriùs quàm ſupputatint Chenutius atque Demochares ſub anno 552. nec fortè Antiſtes prætergreditur annum 548. in Sede. Demum malè Tauellus in Manuſcripto ſtatuit Concilium circa an. 512.

7. Clementinus ſedit ab anno 549. vt minimum, quia acceſſit duodecimus ad Concilium quintum Aurelianenſe, quale tunc celebrabatur, ex Data in Conciliorum voluminibus; vel habebatur an. 553. teſte Baronio Annaliſta, ſedente ſemper Vigilio Romæ. Meliùs quàm putetur cœtus initus an. 560. vt arbitratur Tauellus in M.S. Item peruenit octauus ad Concilium Pariſienſe, non primum, nec anno 38. Pelagij Papæ 2. vt ſentit Chenutius: ſed ad ſecundum ſub Ioanne Papa 3. ſedente ab anno 566. ad ann. 572. ante Pelagium ſedentem annis 12. f Vide ſequentem pro ſolidario exitu iſtius Clementini.

f ab an. 589.

8. *Eufronius* deſcribitur apud Chenutium *anno* 569. *temporibus* (ait) *Ioannis Papæ & Chereberti Franciæ Regis.* Qui annus 569. ſi fuerit primus Sedis Eufronij, veluti probabiliſſimum eſt, ſanè erit antepenultimus Papatus Ioannis, & annus antecedens 568. diceretur poſtremus ſedentis anterioris Clementini Præſulis, ac penultimus Chereberti.

9. S. Aeolalius, ſiue Aeladius rexit hanc Eccleſiam ab annis 570. & 573. quibus interfuit ſextus Prouinciali Concilio Lugdunenſi, non 1. vt putant Chenutius aut populares alij hactenus, ſed quarto; & ipſe vir nuncupatur ibidem Acladius, ex Numero noſtro 33. Lugdunenſi ſuprà. Ex Corignono petrexit quoque ſub S. Benedicto Papa 1. agente Romæ ſecundum Baronium ab anno 573. ad annum 577. vel iuxta Genebrardum ab ann. 576. ad 780. Sed vixit Aeolalius ſolùm vſque ad annum 575. ad ſummum ex ſequentibus. Quo Tauellus caret.

10. S. Agricola, vulgò *S. Agrigle*, ingreſſus eſt prima vice Concilium 1. Matiſconenſe, non an. 582. vt volunt Cotignonus atque Chenutius, neque an. 590. ex Tauello in MS. ac citiùs an. 576. ex Tomis Conciliorum, tametſi recentior Baronius ſtatuat annum 583. Secundò iniit Concilium 1. Cabilonenſe anno 582. tum Lugdunenſe nationale, quod Chenutius vocitat ſecundum, at nos quintum, anno 585. 586. vel 588. iuxta diuerſas plurium ſententias. Tertiò, adiit Synodum alteram Maticenſem anno cir. 588. Necnon coniicimus eum victitaſſe vlteriùs ad annum vſque 503. Nec floret in Martyrologio.

11. S.Fulcidius ſeu Fulcilius reſedit ſolo an. 594.ambobus nobiſcum conſentientibus. Nec dum in Romano Martyrologio. Subeſt tamen in Breuiario Niuernenſi ex Tauello.

12. S. Arigius,ſeu Aregius ſedebat anno 595.frater S. Auſtregiſilij 30.Archiepiſcopi Bituricenſis. Ad quem Niuernenſem ſcripſit S. Gregorius Magnus Epiſtolas 3. ac 11. libri 7. maximè Canonem *Inea.* Item Epiſtolas 51. ac 62. libri 9. pro abſcindenda ſimonia, iubens intereſſe Synodo Syagrij Epiſcopi 24. Auguſtodunenſis. A quo ſummo Pontifice idem Arigius Româ directus fuerat in Gallias,ob Hunnorum vaſtationes, Chriſti nomen in Francia oblimentes. Hinc ille Epiſcoparum miraculis viſitans, Deciſæ obiit (vulgò *Deſiſe*, vrbs Inſulæ Ligeris) ſepultus in Oratorio ſui nominis 17.Calendas Aprilis,an.616. ex Tauello in MS.

13. Rauracus,aliis Rogus, interfuit Concilio Cabilonenſi, non primo,veluti tradunt volumina Conciliorum ; ſed tertio,ex noſtris demonſtrationibus in Lugdunenſibus g , cui ille ſubſcripſit trigeſimus ſextus, ſub anno 650. ex Breullio, vel 653. ex Cotignono, aut 656. ex Tauello in MS. vel anno 658.ex iiſdem Tomis,vel tandem an.662.ex Baronio. Quibus omnibus ſolis reuolutionibus ad minus ſedit Niuerniis Rauracus : inter quem & Arigium prætereuntem remanent adhuc anni equidem ferè ſexaginta, Epiſcopis mediis nequaquam repertis. g Num. 43. 9. 3.

14. Gilbertus circa annum 665. Corignonius atque Chenut.ſolâ nomenclaturâ.

15. Leobaudus recèns colligitur fuiſſe Niuernenſis Epiſcopus ex Tauelli Manuſcripto in Charta Monaſterij S.Columbæ Senonenſis.Cui notæ ſubſcripſit idem Antiſtes, regnante Lothario 3. At Clotarius ille annum ſuum vltimum numerauit 667. Ergo Leobaudus ritè poſt Gilbertum ordine proximo conſtituitur.Attamen neſcius Tabulariis.

16. *Rogus ſub anno* 672. Ita ſeorſum immediatè poſt Gilbertum duo ibidem compulſi Authores. Sed Tauellus aliunde in MS.cum miſcet cum Rauraco ad annum 656. conſtituto iam ſuprà.

17. *S. Iterius ad annum* 691. Sic bini Authores ediri. At ex additis in M.S. Tauelli, ille Præſul è Vaſtinenſi pago fuerat oriundus , villa Noëmi Diœceſis Senonenſis. Virequidem ſcientiâ & morum elegantiâ conſpicuus: ſolitudinis adeò amans,vt vix iuueniles annos egreſſus, ſibi Eremũ in ea villa cõſtruxerit.Ibi dũ precibus ægrotos curaret,&deſolatos inſtrueret : Vitalianus Pontifex Max. Legatos in maiorẽ Britanniam mittens, & Senonibus moras nectentes , fama Itherij audita , ad ipſum diuertetant , & Romam cum literis commendatitiis direxerant. Is autem à Pontifice benignè exceptus : tum Sede Niuernenſi vacuata , ad Epiſcopatum à Clero electus , atque ab Apoſtolico ritè confirmatus, Niuernium miſſus eſt; Eccleſiámque eiuſmodi regens diligenti cura,tandem plenus dierum obiit.Nôn liquet in Martyrologio Romano:ſed in noſtris Matiſconenſibus.

18. Opportunus anno 702. 19. Nectarius ſeu Nictarius anno 726. 20. Vualdo ſeu Vuido & Guido an. 757.	Iidem Authores cum ſimplicibus nominibus Paparum& Regum Francorum illorum temporum ſine hiſtoria , at ſuperfluis , cùm habeamus vnumquodque Epiſcoporum tempus;adeóque hîc illud omittimus.

21. Deodatus nobili Francorum occidentalium ſanguine procreatus , ob pietatem ad Epiſcopatum Niuernenſem vocatus eſt (ait Tauellus in MS.) poſtquam monaſtica profeſſione vſus iam fuiſſet. Quod genus vitæ nunquam in ſuſcepta dignitate violauit. Crebræ eius vigiliæ,abſtinentiæ multæ,labores indefeſſi, perenne cilicium. Deinde pertæſus negotiorum, & ſolitudinis percupidus , ſua ſe conſtans dignitate abdicauit , in Eremum ſeceſſit , ac Vauſagos montes ſeu Vauſagum Saltum incoluit,in loco qui Vallis Galitiæ ſeu Galileæ nuncupatur : vbi decennio permanſit , vitâ orbatus 13. Calen. Iulias anno 779. (ait ille) & ſecundum Chenutium ſedit vſque ad annum 780. Alia de Præſule ex Roſerio in familia Lotharingorum,& Arnulpho Flandro Parte 1. Ligni vitæ. K

K li. 2. ca. 58. ſub Adriano P. 1. Obiit 19. Iunij. Surius.

22. Galdo anno 802. 23. Ionas 818.	Præfati Authores cum nudis Pontificibus ſummis abſque fructu citatis.

24.*Gerfre*

24. *Gerfredus interfuit Synodo Vnormatienſi*(aiunt illi) *an.848.Greg.Papæ 4. tēporibus,cui ſubſcripſit.* At eiuſmodi Concilium minimè habet fixum aliquod tempus,quia Prologus ad id in Tomis Conciliorum ita loquitur, *De tempore quo celebratum ſit, quia apertè non inuenitur, continuatum eſt circa tempora Caroli Magni, eiuſque filij Ludouici Pij, ſub quibus iuxta fuêre Concilia.* Et ibi ſubinde patent Decreta Eugenij PP. 2. Vnde variæ aliorū deinceps emerſæ videntur ſententiæ de præciſo Concilij anno, ſiquidem tempus præmiſſum 836. incidit ad annum 22. Imperij Ludouici: Baronius in Annalibus cenſetur amplecti extremum altiùs, circa annum 810 ſub Carolo,ſedente Romæ Leone 3. & Genebrardus anno 813. qui etiam extremum aliud infimum habet de Concilio aliquo ibidem coacto ſub anno 1165. terminis valdè remotis. Sed nos ad præſens inſtitutum tenentes medium iter, arbitramur id aggregatum fuiſſe anno 823. deficiente Eugenio ſecundo. Et ſolium ingrediente Gregorio præfato,qui tunc ſucceſſit, cùm ambo ſummi Pontifices ad congregationem accurriſſe putentur. In ſumma, his totis annis,dempto 1165. ſedit. Niuernis Gerfredus, qui apud Tauellum in MS. vocatur Guynefredus & Geofridus.

25. Hieronymus Beatus ex ipſa Diœceſi Niuernenſi fuerat oriundus. Tum Antiſtes effectus reſedit ab anno 843. ad annum 848. & quieſcit in Abbatiali Eccleſia S. Martini Niuernenſis. Ob eius virtutes, potiſſimùm humilitatis ac Eccleſiæ inopiam, Rex Carolus Caluus in dotis augmentum impertitus eſt eidem Sedi Caſtellanias Premeriacenſem(ait Tauellus in MS.)Vrſiacenſem & Parciacenſem, ipſum magnis de rebus conſulens,& inſigni liberalitate excipiens. Non iacet quidem in Romano Martyrologio. Verùm eius feſtum colitur 5. Octobris in Cathedrali l.

l Congnonus.

26. Herimanus & Hermanus apud ſolitos ambos iam ſedebat anno 849. Baronius numero 14. ſed dicitur Herimannus apud Flodoardum m & Renatum Choppinum n, ſecundùm quem Præſul interfuit Synodo celebratæ in Eccleſia S. Medardi Sueſſionenſis anno 853. Sic illi Tabularij. At Choppinus,qui ſtatuit Antiſtitem ibi ſuffragatum eſſe vndecimum, cenſetur opinatus,quòd habitum ſit Turonibus. Sed Tauellus hoc loco ſui Manuſcripti opinatur duo extitiſſe diuerſa Concilia, quibus ſeiunctim Herimanus interfuit, dum ea ibi exprimuntur: & ita nos alibi ferè diſpoſuimus. Vide Numerum quinquageſimum ſecundum.

m li. 3. c. 11. fol. 171

n in ſacra Polit. tit. 13. nu. 1.

27. Æneas præfuit anno octingenteſimo quinquageſimo quinto, qui eſt primus ſedentis Benedicti Papæ tertij.

28. Guerenedus ſeu Guinerdus præfuit diligentiſſimè ſub anno octingenteſimo quinquageſimo ſeptimo.

29. *Hugo 1. ſedit anno 860. & fertur eum inſtituiſſe ſolemnitatem omnium ſanctorum in Gallia & Germania, Nicolai Papæ 1. & Imperatoris Caroli Calui temporibus.* Sed Genebrardus ex Guilelmo Nangiaco hanc feſti inſtitutionem refert ad Gregorium Papam quartum morientem anno 843. & promulgationem per Galliasatque Germaniam ad Ludouicum Calui patrem; primariam verò legem feſtiuitatis Romæ incepiſſe per ſanctum Bonifacium Papam 4. ſedentem ab anno ſexcenteſimo octauo. Malè autem citat Author Sigibertum Chronologum, quia ipſe ſilet.

30. Bertarius ſeu Bercarius anno 861.
31. Raguinus ſeu Raginus anno 864. } Hoc duntaxat illi tres.
32. Ragnifredus anno ſolo 865.

Vnicus Tauellus in MS. Bertarium velut Epiſcopum Hugoni ſubiecit,& Hieronymo præmiſit ſola voce.

33. *Abbo ſeu Abba ſubſcripſit*(aiunt)*Synodo Sueſſionenſi anno 866. & Tricacenſi anno* 867. Sed Baronius in quibuſdam editionibus notat vtrunque Concilium ſub anno ſolo priore. Et Sueſſionenſe eſt ſecundum Prouinciale illius vrbis: quia primum clareſcit Numer. 25. Ac de tertio habet Genebrardus anno 941. Qui Author de propinquiori Trecenſi ad præſentem Articulum tractat anno 879. adſiſtente Ioanne Papa 8. Præterea Abbo conſtitit Synodo Pontigonenſi duodecimus anno octingenteſimo ſeptuageſimo ſexto, vbi vocatur Addo in noſtris Lugdunenſibus o.

o nu. 59. §. 3.

34. Guinerius ſeu Gernienus anno 884. vnico Martini Papæ ſecundi. Tauello Guymerus in MS. A quo ſola voce adduntur prærerea Raguinus & Ragnifredus ſub hoc ordine.

35. Eumerius ſiue Eumetus apud Chenutium abſque ſeculi nota: at Eumenus anno 885. in Cotignono, veriùs ſub occidente Adriano Papa 3. & oriente Stephano 6. ſucceſſore, ac ſequentibus aliis tribus. Tauello Emannus.

36. Aglarius an. 902. & 904. ſub Ioanne Papa 9. poſt tres illos hîc anonymos.

37. Franco an. 905. ſub vltimo Benedicti Papæ 4. Item anno 897. qui fuit ſeptimus Regis Othonis, ex Titulis antiquis Eccleſiæ Matiſconenſis p, & nos in ipſis Matiſſanis ſuprà q. p fol. 146. q Nu. 25. §. 2.

38. Acto ſeu Arto, nuncupatus Cooperator, ab anno 908. veluti ſecuriùs tradit Chenutius, & non ritè anno 905. ex Cotignono: pertexit ad annum prope 914. vel 915. Is Cathedralem Baſilicam S. Cirico dicatam & caſu lapſam reſtitui curauit priſtino ſplendori. Apud Tauellum nominatur Harto.

39. Lanno ſeu Launo rexit anno 916. qui fuit annus vltimus Laudi vel Landonis Papæ, ex Genebrardo. Secundum Tauellum appellatur Lanno.

40. Thedelgrinus anno 928. penultimo Ioannis Papæ 10. ex Genebrardo, aut primo Leonis 6. ſucceſſoris ex Barouio. Tranſtulit Antiſſiodoto Niuernium partem corporis B. Cirici Martyris.

41. Gaubertus anno 942. Stephani 9. & trium ſuccedentium Pontificum temporibus, perinde vſque ad annum nongenteſimum ſexageſimum quartum, & Chenutius pauciora. Cotignono dictus Cobertus.

42. Natranus ſiue Notranus ex Chenutio: item Natrannus vel Notrann. apud Cotignonum. Is fuerat primùm Abbas S. Petri Ferrarienſis Diœceſis Senonenſis ex Chenutio: tum inſuper Abbas Cœnobiorum S. Petri viui, & S. Remigij Senonenſis ſecundum Tauellum. Deinde factus eſt hîc Epiſcopus anno 970.

43. Patianus anno nongenteſimo ſeptuageſimo octauo, ſeu quarto Benedicti Papæ 7. Tauello Paſſianus.

44. Roclenus anno nongenteſimo nonageſimo octauo, primo Syluestri Papæ 2. Ex Tauello etiam Rodenus.

45. Gerardus ſiue Geraudus anno 1013. &c. Is fortè qui apud Tauellum nuncupatur Guitardus ſola voce. Omnes hactenus ex Chartulariis Eccleſiæ loci.

46. Hugo 2. cognomine Magnus, dicitur à Chenutio, quòd *ſedit anno* 1029. *temporibus Ioannis Papa* 19 *& Leonis* 9. *interfuitque Concilio habito à Verſeil à Leone* 9. *ſub anno* 1049. Hęc ille. Vbi errata duo commiſit. Prius, Ioannes 19. ſedem ſuam quinquennij finiit an. 1007. ex Genebrard. quo tempore adhuc ſedebat prædeceſſor Geratdus. Poſterius, Concilium Verſellenſe Prouinciale aggregatum eſt anno 1052. ex eodem Genebrardo ſub præſato Leone. Adeóque longiùs paulò ſedit Hugo: attamen annis adhuc incertis; nec dum annis 54. quot & quales ponit Chenutius, quia præpediunt circunſtantes.

47. Malguinus ſiue Mauginus, ex Chenutio, & ſecundum Tauellum Malquinus, ſedit anno 1050. vt ſibi perſuadet Chenutius poſt Cotignonum. Quippe obſtant præcedentia. Sed benè rexit Eccleſiam anno milleſimo quinquageſimo quarto, vltimo Sedis Romanæ Leonis 9. &c.

48. Hugo 3. nepos Hugonis 2. realem Sedis poſſeſſionem in perſona adeptus eſt an. 1058. interfuit ſacro Regis Philippi 1. Remis, veriùs anno præſato ex Tillio, quàm anno 1059. ex Chenutio, aut anno 1060. ex Tauello in MS. qui hanc præſentiam malè refert ad Hugonem ſecundum. Adſuit etiam Romano Lateranenſi Concilio anno præmiſſo 1059. vt vult Genebratdus, lubentiùs quàm anno 1060. vt ſcribit idem Chenutius, Nicolao 2. Papa in cœtu Præſide. Anno rurſus 1077. intererat Aurelijs dono Philippi 1. Regis pro Abbatia Floriacenſi, ex Num. 61. Aurelianenſi.

49. Guido reſedit anno milleſimo nonageſimo ſeptimo, Pontificante Romæ Vrbano ſecundo.

50. Herueus antea Canonicus Eccleſiæ Antiſſiodorenſis, ingreſſus eſt hîc Præſul ad annum milleſimum centeſimum tertium Paſchali 2. clauum tenente. Finis anno incerto.

51. Hugo 4. ſedit reliquo tempore præfati Paſchalis, toto breui Gelaſio 2. & initio Calixti 2. vſque ad annum ſaltem 1119. Intereáque ſacrum adiit Regis Ludouici 6. Craſſi anno 1110. ex Yuone Carnotenſi r & Annonio lib. 5. ſ Citiùs tamen quadriennio apud Baronium in Numeto 72. Senonenſi. r epiſt. 170. ſ c. 50. Chenu malè c. 49.

52. Fromundus ab anno 1121. ad annum 1143. Abbatialem Eccleſiam ſancti Martini ab Vuandalis deſtructam magnis ſuis ſumptibus reſtituit, ac reditibus auxit. Tum Moniales diſperſas in Monaſteriolis ad vnicum Monaſterium B. Virginis Matris congregauit ex Tauello.

53. Remundus ſeu Raymundus ſedebat anno 1146. de cuius electione conqueritur ſanctus Bernardus ad Eugenium 3. Papam.

54. Gaufridus ſedit quidem anno 1158. ex Tauello, itémque 1159. ſed non vltrà, ex infrà illatis: an verò citiùs, non indicat Chenutius. Annus ille poſterior eſt terminus Adriani Pa

ni Papæ 4. & ianua ſuccedentis Alexandri 3.

55. Bernardus de ſancto Saluio an. 1160. Legatus in Angliam Regis Ludouici 7. Iunioris cum Notrodo Archiepiſcopo Rothomagenſi, vt ait Chenutius vniuerſim, ſed apud Baronium id accidit an. 1169. Num. 47. Verùm in Articulo noſtro 54. Rothomagenſi vocatur ille Rotrocus, etiámque aliter. Legationis finis erat ad reconciliandum D. Thomam Cantuarienſem Primatem, poſteaque Martyrem cum Henrico ſecundo Anglorum Principe.

56. Theobaldus de Patientia interfuit Romæ Concilio Lateranenſi vndecimo vniuerſali anno 1180. ſeu vltimo Alexandri Papæ 3. Et Eccleſiam d'Apponay ædificauit dotauitque Carthuſianis anno 1185. ea lege, vt ſi Deo ibi ſeruire ceſſarent, locus ad Eccleſiam Niuernenſem rediret, ex Tauello in Manuſcripto. Perrexit inde Antiſtes ad ſequens octennium.

57. Ioannes 1. cœpit anno 1188. deſinentis Gregorij Papæ 8. & inchoantis ſucceſſoris Clementis 3. Fundauit alias etiam Eccleſias anno 1196. [t] maximè Collegialem in oppido Pomeriaco ſub titulo S. Marcelli *.

[t] Coignonus.
* Tauell. an. 1190. in MS.

58. Vuilelmus ſeu Guilelmus 1. de S. Lazaro ſedebat anno 1200. ſalutis, & tertio Innocentij 3. Romæ ſedentis. Is conceſſam Regaliam ſuæ Eccleſiæ accepit à Philippo Auguſto Rege anno 1208. vltimo ſuæ Sedis, ex Cotignono. Integrum Diploma Regium expreſſit Tauellus in MS. cuius adeſt minor portio. *Fideli noſtro Guilelmo Niuernenſi Epiſcopo totum ius, quod habebamus in Regalibus Niuernenſis Eccleſiæ, concedimus in perpetuum ipſi & ſucceſſoribus, &c.* Poſt pauca autem: *Regalia ſint in manu Decani & Capituli* (ait nomine Principis) *vt ſi Prabenda ac dignitates vacauerint, ad opus futuri Epiſcopi ſaluæ reſeruentur, &c. Apud Fontem Blianem.* Tum: *Fidelis noſter Guilelm. Niuern. Epiſcopus mille libras Pariſienſ. nobis ſoluit, quas debebat pro quictantia de Regalibus Niuern. Eccleſiæ, &c. Actum apud villam nouam, an. 1209. die 9. Decembr.* Vbi conqueritur Tauellus, quòd tale *Priuilegium in diſſuetudinem abierit.* Et reuerâ apud Choppinum legimus *in tota Senonenſi Prouincia Reges habere ius Regaliæ, excepto Antiſſiodorenſi Epiſcopo* [u]. Vide alia de ſimili perſona Numero 59.

[u] l. 1. de ſacra Polit. c. 7. n. 7.

59. Henricus 1. Antiſtes factus ab anno 1209. profectus eſt contra Albigenſes hæreticos cum aliis Galliarum Epiſcopis [x].

[x] Gaguin. lib. 6.

60. Guilelmus 2. etiam dictus à ſancto Lazaro, ſedit ab anno 1215. Erátque vir adeo pius ſimul ac doctiſſimus, quòd cùm dira fames graſſaretur, ſedentibus Romæ Innocentio & Honorio tertiis, duo millia pauperum illo pendente egeſtatis æſtu paſcebat, ex Faſciculo temporum & Genebrardo. Obiit 14. Auguſti anno 1221. ſecundum Chenutium, vel an. 1222. ex Chriſtiano Maſſæo in Chronico Hannoniæ, & pluribus [y]. Dies verò ſui deceſſus, ex Tauello in MS. celebratur quotannis in Eccleſia Niuernenſi 19. Maij, ſolutis viginti ſolidis cuique Canonico aſſiſtenti. In Martyrologio autem Eccleſiæ dies funerum incidit 14. menſis. De cætero Chenutius ei attribuit acceptas à Philippo 1. Regalias: quales tamen Cotignonus refert Guilelmo 1. conceſſas, necnon id docet Tauellus, dum locat vnicum Guilelmum; qui certè Antiſtes ſatius eſt diuidendus in duas perſonas eiuſdem propriæ nuncupationis, ob diſſitos annuos calculos ſub vniformi appellatione, interpoſito alio Præſule medio, eóſque probabiliùs conſanguineos atque paris cognominis.

[y] Comes Montisfortis in Chron. & Vincentius l. 31. c. 124. illic an. 1217. hic an. 1221.

61. Geruaſius ſedens per biennium, ibi permanſit ab anno citato 1222. Quo anno ante menſem Iunium is ſolitam obedientiam ac ſubiectionem præſtitit Petro de Corbolio Archiflamini 77. Senonenſi, velut ſuperiori, ex Tauello in MS.

62. Regnaudus cœpit anno 1224. Acta quædam compoſuit. Tum exhalauit anno 1230. die 28. Iulij, iuxta Chenutium. Verùm Tauellus in MS, qui eum vocat Reginaldum, teſtatur illum obiiſſe 5. Kalend. Iulij, hoc eſt, die 27. Iunij, anno 1239. ex Martyrologio (ait) Eccleſiæ Senonenſis.

63. Rodulphus aſſumptus eſt anno 1235. Pro cuius electione patet Capitulum *Congregato*, Extra Titulo *De Electione & electi poteſtate.* Obedientiam reſtituit Galtero 78. Senonenſi, anno milleſimo ducenteſimo quadrageſimo ex Tauello, qui Author hunc nominat Radulphum.

64. Robertus 1. Cornutus ex Epiſcopo 77. Carnotenſi circa annum 1258. creatus eſt hic Præſul ſecundum Chenutium, non tempore Alexandri Papæ 3. vt arbitratur idem Chenutius; ſed quarti ex Genebrardo. Fratres autem nactus eſt Galterum cit. & ſucceſſorem Gilonem Senonenſes Archiepiſcopos. Cui Galtero Metropolitano idem Robertus profitebatur obedientiam anno 1244. ex Tauello. Et in cœlum abiit 3. Idus Ianuarij.

65. Guilel

65. Guilelmus 2. Cornutus præſati Roberti nepos ſedit anno milleſimo ducenteſimo ſexageſimo ſeptimo,& circirer.

66. Henricus 2. cognomine Clericus,rexit Diœceſim anno milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo primo,&c.

67. Galterus gubernacula tenuit anno 1275. Et eius Anniuerſaria celebrari perſeuerant 10. ac 12. Ianuarij.

68. Guilelmus quartus cognomento de Grandi Podio,vulgò *de Grand-Puys*,Cathedram poſſedit anno milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo. Corruit 4. Idùs Maij. Et habet Anniuerſaria ſex.

69. Milo de Caſtellero ſecundum Chenutium,vel de Caſtello apud Tauellum in Manuſcripto ſurrexit Moderator loci in ſpiritualibus anno milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo octauo.

70. *Milo an.* 1280. Sic tantùm Chenutius. At ex Tauello in MS. natus erat Turonibus [z], poſteàque factus Papa Martinus quartus, non anno 1276. vt ille ſentit,ſed anno 1281. ex Genebrardi Chronologia. [z] poſt Genebrard.

71. Robertus ſecundus,cognomento de Mareſiis ſecundum Chenutium & Cotignonum:at dictus vulgò *des Maſures*, apud Tauellum in MS. anno milleſimo ducenteſimo octuageſimo primo.

72. Reginaldus de Molinis anno 1282. ex Chenutio. Hunc præterit Tauellus: quia iſtic nequiuit concipere illum Reginaldum,quem locat ſub anno 1239. per nos ritè vnitum Regnando ad Numerum 61.

73. Egidius primus de Manclatio 1283. Omiſſis hìc Papis ac Regibus, quos ex incidente Chenutius & Cotignonus fruſtrà citra annum tradunt circa iſtum & tres proximos Antiſtites.

74. Gillo de Caſtro Rainaudi anno milleſimo ducenteſimo nonageſimo tertio.Non in Tauello,vt neque duo ſequaces.

75. Egidius ſecundus cognomine de Caſtello, anno milleſimo ducenteſimo nonageſimo quarto.

76. Bertrandus primus de ſancto Saluio, anno 1296.

77. Ioannes de Sauiniaco, vulgò *de Sauigny*, ſedit egregiè ab anno milleſimo ducenteſimo nonageſimo ſeptimo ad annum milleſimum treceteſimum nonum ex Chenutio. Sed Tauellus in MS. narrat, quòd *obiit anno Chriſti MCCCXIV*. Equidem veriùs,quatenus ſuggeſtum imus in Authoris conſequentibus.

78. Ioannes quintus Belli filij,vulgò cognomine *Beaufils*, ex oppido de Charitate,*vita functus eſt ann.* 1319. Sic vniuerſim finit Chenutius. At loquitur hoc pacto Tauellus: *Is quinque tantùm annis præfuit*. Quod tempus ſi computetur initiandum ab annuis limitibus per eundem Tauellum in prædeceſſore conſtitutis, hoc eſt ab anno 1314. vel 1315. ſanè quinquennium iuſta bilance effluxit ſub anno citato milleſimo treceteſimo decimo nono.

79. Petrus 1. Bertrandi, magnus ille vir Diœceſis Viennenſis [d], Iuris vtriuſque clariſſimus in Vniuerſitatibus Auenionenſi, Aurelianenſi & Pariſienſi Profeſſor, deinde Patronus & Conſiliarius Lutetiæ,Regis à Conſiliis Philippi Valeſij,poſtea verò hìc Niuernenſis Epiſcopus ab anno milleſimo treceteſimo vigeſimo,tum ad Eduenſem Epiſcopatum tranſlatus eſt ad annum milleſimum treceteſimum vigeſimum octauum. Ibidem Numero 68. Vbi reliqua præclaræ eius vitæ panduntur: hoc ſaluo,ſi forſan ſeriùs iſtinc migrarit, perſpecto tardiore ſucceſſoris ingreſſu. [d] vrbis d'Annonay.

80. Petrus ſecundus iterum cognomine Bertrandi, nepos præfati aliò tranſlati, & ex illius reſignatione ita factus Epiſcopus Niuernenſis; quòd tamen realem poſſeſſionem non niſi anno 1337. [e] adeptus ſit. Antea fuerat Epiſcopus Atrebatenſis ex Chenutio. Attamen Cotignonus & Tauellus in MS. putant è contra eum hinc tranſmiſſum Attebatem anno 1341. Et poſtea, cùm hìc ſederet, euectus eſt Presbyter Cardinalis, *tituli ſanctæ Suzannæ, demum Oſtienſis & Valentinenſis Epiſcopus, & an.* 1361. [f] *ſepultus eſt in Monaſterio Cæleſtinorum (de Colombier) Diœceſis Viennenſis, cuius erat fundator.* Sic Chenutius [g]. Qui nec etiam promit,vnde hoc hauſit. Certè id quidem apud Ciaconium patet, ſaltem maior pars. Verùm minimè eum dictitat Valentinenſem Epiſcopum, at Veliternum, ſublimatum in 4. creatione Clementis Papæ ſexti anno 1350. [h] Legatum Auenione in Gallias & Italiam, coronantem Carolum 5. & vxorem ipſius Imperiali diademate in Baſilica Vaticana Romæ. De quibus ne verbum loquitur Chenutius aut Cotignonus.

[e] 24. Februa.
[f] 13. Iulij.
[g] pa 253.
[h] 25. Kalend. Ianuar. pag. 716. 720.

gnonus. Interea, Ciaconius titulum ſilet, & malè virum nominat Antiſſiodorenſem Præſulem. Item nonnulli ipſum imprudenter deſcribunt eſſe illùm annoſiorem Petrum Bertrandum, qui ſuprà, dum extitiſſe vnicum eius nominis arbitrantur. At decipiuntur, cùm ſolus ille non quadret penes circunſtantias, nec potuerit tandiu vitam agere. Floruêre igitur duo eiuſdem nomenclaturæ.

81. Bertrandus de Fumello Vaſco ſedit ab anno 1341. citato, ex vi reſignationis præfati deceſſoris, non ſedente Romæ Clemente Papa 6. qui cœpit Sedem ſuam anno ſequente extremo, ſed id geſtum eſt gubernante Benedicto XI. prædeceſſore, anno penultimo ip ſi u. Totum ex Genebrardo in Chronologia.

82. Ioannes 3. *de Mandeuilam*, Claromontenſis, ſedit ab an. 1346. factus poſtmodum Atrebatenſis Epiſcopus.

83. Bertrandus *de Vaſes*, ſeu Vaſco, cœpit anno milleſimo trecenteſimo quinquageſimo primo & penultimo Clementis allati.

84. Ioannes 4. Cathedram auſpicatus eſt anno 1358. *poſtea factus S. R. E. Cardinalis dictus Tullenſis.* Hæc Ciaconius. Sed non lego hunc Cardinalatum ſub Innocentio Papa ſexto tunc ſedente mediis ſuis annis. Non enim eſt *Ioannes de Branſaco Gallus, &c.* degens Cardinalis eo tèmpore [i], quia ſeriùs deceſſit Auenioni quàm par ſit, videlicet anno 1379. pro adſequentibus. [i] Ciac p. 732.

85. Petrus 3. *de Villates, antea Profeſſus Ordinis Prædicatorum.* Hoc tantùm ex Chenutio. Sed Tauellus in MS. eum cognominat *de Villiers lez Herbice*, quòd natus foret eo in oppido Diœceſis Trecenſis: vir Dominicanus, à Confeſſionibus Caroli 5. Francorum Regis, qui poſtea ex hac Sede ad natalem Trecenſem conuolauit Numero 79. Hic interea Cotignonus ei præbet annum 1361. ſeſſionis ſub Vrbano (ait) Papa V. Verùm oberrat: quia is annus fuit antepenultimus præmiſſi Innocentij ſucceſſoris ex Genebrardi Chronologia.

86. *Petrus 4. de Tintauilla anno* 1372. Id ſolitarium Chenutius. Sed Cotignonus ſubiicit, quòd tunc fuit electus, & quòd anno 1378. ipſe leuauit honorificè Reliquias S. Arigij Epiſcopi.

87. Mauricius cognomento *de Colange la Vineuſe*, erat quondam frater Prædicator Conuentus Antiſſiodorenſis, Philoſophiæ ac Theologiæ Profeſſor in Conuentibus Pariſienſi & Senonenſi, Regum Caroli 5. & 6. in Francia Confeſſor, & diu antea Vrbani Papæ 6. Pœnitentiarius. Fuit deinde Præſul Niuernenſis, quadriennio poſt ipſius ſummi Pontificis initium, ſcilicet ab anno 1381. vſque ad annum 1394. ſecundum Chenutium. At Cotignonus pinxit ingreſſum ad ſolium anno 1382. ſedentibus Romæ (inquit) Clemente ſeptimo & Bonifacio nono. Qui Clemens recenſetur ſolùm inter Pſeudopõtifices ad latus, non in recta Pontificum linea, quia computamus receptum alium Clementem ſeptimum tardiorem, legitimum Florentinum ab anno milleſimo quingenteſimo vigeſimo tertio. Idem verò Mauricius ſecundum Tauellum *ſepultus eſt in Eccleſia S. Cirici Niuernenſ. ſub tumulo marmoreo ad læuam ſacri Altaris.*

88. Philippus Frumenti præcelluit ab anno milleſimo trecenteſimo nonageſimo quinto ad annum milleſimum quadringenteſimum primum, vel etiam milleſimum quadringenteſimum.

89. Robertus ſecundus *d'Angelo* priùs Niuernenſis Eccleſiæ Archidiaconus, prætereàque Pariſienſis & Carnotenſis Eccleſiarum Canonicus, factus eſt inde *Secretarius & à Conſiliis Caroli ſeptimi Regis Francorum, ac Philippi Burgundiæ Ducis*: quatenus in totum loquitur Chenutius. At malè in parte. Tum ſic pergit. *Poſtea creatus fuerat Epiſcopus Niuernenſis anno milleſimo quadringenteſimo decimo, atque moriebatur anno milleſimo quadringenteſimo trigeſimo* [k]. Qua in re aduertendum per hunc textum debere intelligi Præſulem extitiſſe Officiarium Caroli ſexti & non ſeptimi ante adeptum Epiſcopatum, re ita ordine digeſta ab Authore. Etenim Carolus ille ſextus regnabat ad annum milleſimum quadringenteſimum vigeſimum ſecundum vſque, ſeptimo inchoante ſceptrum anno milleſimo quadringenteſimo vigeſimo tertio ſolùm, ex Tilleti Chronico, & facit Chenutius Robertum cœpiſſe epiſcopari anno duntaxat milleſimo quadringenteſimo decimo. Hoc pacto cenſuit reformare Cotignonum; qui paulò ante cum ſcripſerat, *Sedit anno milleſimo quadringenteſimo primo ſub Carolo ſexto Rege*; equidem meliùs, & ibi poſtmodum ita viſum à nobis, vniformi ritu ad noſtram mentem aut anteriorem expoſitiunculam. [k] 22. Iulij.

S 90. Petrus

89. Petrus 5. de Poga, ſedit profectò ab anno cit. 1430. Verùm Chenutius malè ſubdit inde: *Poſtea Epiſcopus Cabilonenſis.* Et nihil vltrà. At certè nullus talis ſedit Cabiloni, ſecundum ipſummet Chenutium & Authores alios loci illius. Alioquin alteri concurreret. Impoſſibile factu. Dictum ibi Numero 71. per Appendicem. Etiámque tale quid in præſenti non aduertit prudens Cotignonus: qui ſolùm adiicit hunc Petrum præfuiſſe Niuerniis ſub finem Martini Papæ 5. [l] & priore quadriennio Eugenij 4. ſucceſſoris. Tandémque Petrus reſignauit ſucceſſori.

l an. 1430. vel 1431.

90. Ioannes 4. Viuianus ſedit ab anno 1434. Erátque Suffragator vndecimus Concilij 18. generalis inter Patres Latinos; Orator illuſtris Burgundiæ Ducis in eadem Synodo cœpta Ferrariæ ad annum milleſimum quadringenteſimum trigeſimum ſextum ex Cotignono, & abſoluta Florentiæ anno milleſimo quadringenteſimo trigeſimo octauo ex Genebrardo, vel anno 1439. ſecundum Chenutium. Quo anno extremo Ioannes defecit.

91. Ioannes quintus Germanus ex Cluniaco oppido Burgundiæ, ſedit hîc ab anno 1440. cũ honorariis quibus fulgebat, quatenus iam ſplendent Articulo 72. Cabilonenſi, vbi ipſe fuerat etiam poſtea Antiſtes, iſtinc eò demigrans ſub anno 1439. imò vel tardiùs an. 1446. ex allegatis in deceſſore apud Cabilonem, & hîc in Cotignono. Atque illic deceſſit [m]. Cæterùm narrat Tauellus in MS. eum à puero pauperrimum, at ſummo ingenio præditum, artes liberales diligenter in ſcholis addiſcentem, ad Pariſienſem Theologiam nactum fuiſſe Mecænatem vxorem Ioannis Burgundiæ Ducis, inde promotum egregiè ad hunc Niuernenſem Epiſcopatum, extitiſſe Conſiliarium, tum Cancellarium Philippi Ducis, eius Legatum ad œcumenicam Synodum Conſtantienſem anno milleſimo quadringenteſimo trigeſimo ſecundo, &c.

m 29. Maij an. cit.

92. Ioannes 6. Deſtampes, vir Bituricenſis, ſedit ab anno 1440. veriùs fortè quàm ab anno milleſimo quadringenteſimo quadrageſ. 6. Erat Conſiliarius Regis Caroli 7. Sacellum D. Catharinæ in Cathedrali conſtruxit atque dotauit anno milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo primo, &c. Moritur anno ſequenti [n]. Et iacet in eiuſmodi Capella cum fratre Ioanne Epiſcopo Carcaſſonenſi.

n 24. Decem

93. Petrus 6. de Fontenayo, vulgò *de Fontenay*, nobilis Bituricenſis *de la Tour de Veure*, per anteceſſoris benè valentis auunculi reſignationem factus eſt Epiſcopus: poſſeſſione adepta, dum alius adhuc viueret, anno 1461. [o] Et obiit anno 1499. [p] ætatis 66. annorum.

o 4. April.
p 1. Iunij.

94. Ferrandus Dalmeida Italus Curiæ Romanæ Officiarius, & electus Epiſcopus fauore ſeu precibus Regis Ludouici duodecimi, non tamen inauguratus, quia interiit anno 1500.

95. Philippus Cliuenſis Princeps, vulgò *de Cleues*, filius illuſtris Ioannis Cliuenſis Comitis, poſteáque Ducis Niuernenſis, & Elizabethæ Burgundiæ, cognatus præfati Regis, fretus eſt actuali regimine ad annum 1502. [q] Extitit etiam poſtea Epiſcopus 67. Ambianenſis, tum 84. Eduenſis ab anno milleſimo quingenteſimo octauo ſecundum Tauellum in Manuſcripto.

q 20. Nou.

96. Ioannes 7. *Boyer* ingreſſus eſt anno 1508. [r] antea Pariſienſis in Senatu Conſiliarius. Et ſeceſſit è vita anno 1512 [ſ].

r 20. Nou. vel 28.
ſ penult. Ian.

97. Imbertus de Plateria ex nobili familia *Desbordes* in Niuernenſi Ducatu, & nepos Petri 6. de Fontenayo, cùm eſſet antea Decanus Eccleſiæ Niuernenſis & Curiæ Pariſienſis Senator, electus eſt Antiſtes, poſſeſſionem conſecutus anno 1512. [t] cit. Tunc Triſtando Archipræſuli 102. Senonenſi obedientiam iurauit, quam Suffraganei Metropolitano ſueuerunt profiteri, ex Tauello. Defunctus Lutetiæ. [u]

t 9. Ianuar.
u 11. Febru.

98. Iacobus de Albreto filius Ioannis Dynaſtæ *d'Orual*, primus nominatorum à Rege Franciſco primo in vim Concordatorum Leonis Papæ primi poſt abolitam Sanctionem Pragmaticam anno cir. 1518. præſens Concilio Prouinciali Senonenſi anno 1528. Orbatus vitæ lumine an. 1539. [x]

x 28. April.

99. Carolus Borbonius Princeps Regij Franciæ ſeminis, frater Antonij Borbonij Regis Nauarræ, & Principis Condei, nominatus eſt ad hanc Sedem à præfato Rege, confirmatus à Paulo Papa tertio ſub anno milleſimo quingenteſimo trigeſimo nono, creatus eſt Cardinalis Diaconus anno milleſimo quingenteſimo quadrageſimo ſeptimo [y], in talium creatione 15. ab ipſo Pontifice, dum idem Carolus titulum Niuernenſem adhuc retineret, *& paulò poſt Presb. Cardin. tit. S. Sixti* (ait Ciaconius) *ac deinde ſancti Chryſogoni.* Hinc translatus anno ſequenti 1548. ad Bellouacenſes, &c. Eum noui Lutetiæ.

y 6. Cal. Aug. Ciac. p. 1132.

ioo. Iaco

100. Iacobus Spifame ex reſignatione præmiſſi Cardinalis fit hîc Epiſcopus, cùm antea eſſet primæ claſſis Senator Pariſienſis, vulgò primæ ſeu magnæ Cameræ, Inquiſitionum Præſes, Canonicus Eccleſiæ Pariſienſis, Cancellarius & Decanus Vniuerſitatis, poſſeſsione initio inſignis anno 1548. [a] ſi ritè perſeueraſſet. Nam reſignauit poſt decennium nepoti anno 1558. Et confeſtim ab Apoſtolica Religione miſerrimè deflectens, ducta per apoſtaſiam vxore, Geneuam vrbem ab anno 1535. hæreticam ſe tranſtulit anno 1559. (horribile dictu in ficto Epiſcopo) ſed pro demeritis ibidem truncatur capite anno 1565. quòd ſecreta conſilia crederetur cum noſtris Catholicis agitaſſe. [a 14. Octob.]

101. Ægidius vel Gillius Spifame melioris frugi ac tutioris, ex Canonico Eccleſiæ Niuernenſis, & Diœceſis Officiali, ac Abbate S. Pauli Senonenſis, per iuridicam patrui ſui reſignationem & Regis Henrici ſecundi nominationem à Paulo tertio Bullis corroboratam, ad poſſeſsionis tegumenta recurrit anno 1560. [o] Subſcripſit præſens ſacro Concilio Tridentino ſub Paulo Papa quarto, ſedente Romæ ab an. 1555. ad 1560. vnde miror, quòd Sauſſeyus eum nominet Nicolaum. [p] Is tandem regreſſus Lutetiam ibi moritur anno 1578 *. [o Kal. Ianuar.] [p pag. 648.] [* 7. Aprilis.]

102. Arnaldus Sorbinus, dictus *Arnould de ſaincte Foy*, quem noui, doctiſſimus Theologus, Eccleſiaſtes Archiepiſcopatus Auxitanenſis, poſtea Eccleſiæ Toloſanæ: inde fuit Caroli IX. Regis ordinarius Prædicator, ab anno 1567. poſtea à Rege Henrico 3. nominatus hîc Epiſcopus, à Gregorio Papa decimo tertio bullatus, poſſeſsionem conſequutus eſt anno 1578. [a] & obiit anno 1606. [b] natus 74. annis. Vide in Matiſconenſibus Numerum 85. Paragr. 3. [a 8 Octobr. antea conſecratus 22. Iulij.]

103. Euſtachius Dulys, cùm eſſet Canonicus & Theſaurarius Cathedralis Eccleſiæ Niuernenſis, Vicarius Generalis Sorbini, & ætatis annorum 24. tunc nominatus eſt ad Epiſcopatum à Rege Henrico 4. inſtitutus à Paulo Papa V. conſecratus annò 1606. [c] Floret anno 1625. [b 5. Martij.] [c 19. Nou. & ingreſſus. 9. Decemb.]

ORDINATIO CHRONOLOGICA HISTORICA EPISCOPORVM TRECENSIVM.

QVAE SEDES NOVISSIME FACTA EST TERTIA VLTIMAVE Suffraganea veteris Archiepiſcopatus Senonenſis.

1. SANCTVS SEROTINVS Martyr Senonibus, diſcipulus Apoſtolorum, præſumitur verè primus Euangeliſta & concionator fidei Trecentibus, vnà cum ſociis ibidem prædicatoribus ſanctis Sauiniano, Potentiano & Altimo, quos ſimul nominat Petrus de Natalibus [a], pro horum quatuor deceſſu apud Senonas. At Nicolaus Camuzatus in Promptuario antiquitatis Tricaſſinæ aduertit [b] ex Eccleſiæ loci Gazophylacio, quòd iſti Romà in Gallias à S. Petro miſſi fuerant circa annum ſalutis quinquageſimum, poſt ſemina pietatis relicta Senonibus, diuino vlteriùs afflatò ſpiritu Trecas etiã deſtinati, *vrbem adeuntes, edocentes per plures dies paganorum multitudinem, ad baptiſmi gratiam non paucos peruenire fecerunt. Cùm verò iam ad baptiſmum confluere t multitudo, in vrbe Eccleſiam paruo opere conſecrarunt, & in eadem miniſtros præeſſe ſpecialiter elegerunt, &c.* Sed Montanus Comes gentilis eos è ciuitate compellens exire, Senonas reuerſi, martyrium ſubiêre. Ex quo diſcurſu hiſtorico inferre licet, quòd quia tres alij denominati ſuprà ſunt habiti viciſſim Epiſcopi Senonenſes, ibidem tres primi, dudum per nos in Catalogo conſcripti, ſanè concludendum eſt ex æquo S. Serotinum alibi non viſum Epiſcopum, hic cenſendum Paſtorem primum, vtpote quem ipſi tres illic præeſſe (ait textus) *elegerunt*. Eſto autem illic numeretur reſediſſe ab anno ſalutis forſan ſeptuageſimo. Sic enim conuenit vſque ad annum nonageſimum aut circiter ante ipſius paſsionem diu poſt allatos tres conſpicuam, ex Petro Natali quondam Epiſcopo Equilino. Nec dum iſte Beatus liquet in Romano Martyrologio. At Surius in Moſandro eum conſtituit [c]. Et eius ſerò corpus vnà tranſlatum eſt à Genilone 53. ſucceſſore Archiepiſcopo Senonẽſi cũ ſanctis præfatorum trium Reliquiis. [a li. 1. c. 15.] [b fol. 183.] [c ad 24. Iun. p. 327. edit. an. 1617.]

2. S. Iocundinus valdè notus eſt in Baronij Martyrologio ſub nomine *Iucundinus*, & in eius Annalibus, tanquam Martyr ſanctus Trecis anno 275. ex Camuzato ſub priori voce, *duodecimo Kal. Auguſti* (ait Annaliſta) propter Religionis Chriſtianæ defenſionẽ, quam ille palam docebat, equidem vix aliter quàm probabiliùs vice Paſtoris, ſicut Antiſtes loci

& vindex acerrimus. Atque hoc geſtum fuerat Imperante pagano Aureliano, cum cæſis præterea Claudio, Iuſto & aliis quinque ſociis à Camuzato pleniùs repertis [e]. Quæ reliqua nomina, cùm ſint vulgariora, & viri vnà Martyres ſimplices, non eos hîc ad caput recenſeo. Interea à præfato Serotino ad iſtum vſque Iocundinum præteriêre anni plus minùs centum quinquaginta abſque recognita fama ſucceſſionis aliorum ibidem Præſulum, obſtante continuo hoſtili impetu perſequente Chriſtianos, at deinceps interruptæ.

[Vacatio he-ſuſtcoh.] [e fol. 114.]

3. S. Patroclus inde videtur ſucceſſiſſe huic Cathedræ, & poſtea denuò Martyr eximius Trecis pro Chriſto circa hæc tempora ex Baronio citato. De eiuſdem virtutibus ab obitu agit ſanctus Gregorius Turonenſis in Opere de Miraculis [f]: cuius Authoris recognitores putant hunc extitiſſe eundem planè virum, qui eſt Patroclus Biturix ignoti ſeculi reclusus cum auſtera in victu abſtinentia: meliúſque cenſetur diſtinctus Confeſſor. De quo idem hiſtoricus alibi [g]. Reuerâ etiam Moſander in Surio teſtatur noſtrum Patroclum extitiſſe nobilẽ, parentum hæredem in territorio ducentis tantùm paſſibus ab vrbe Trecenſi diſtantem, ac diuinorum contemplationi inſiſtentem: perinde ſitu longè ſummotum à Bituricenſibus; qui Aruernis cùm ſint vicini, fortè is dictus Biturix eſſet vnus Patroclus disertè Confeſſor in Aruernia commorans, centuriæ vix patefactæ, cuius Sancti recordatur Molanus in Vſuardum. [h] Veriſimilius eſt autem noſtrum Patroclum egiſſe Trecis Antiſtitem, ne rurſus alioqui detur vacuum à nece prædeceſſoris. Incertus eſt numerus annorum ſuæ Sedis: at breuis. Et videtur Baronius eum ſeriùs poſuiſſe in Martyrologio [i] ſub Childeberto Rege.

[f li. 1. c. 64.] [g li. 5. hiſt. Franc. c. in] [h 19. Nou.] [i die 21. Ian.]

4. S. Iulianus fuit Præſul Trecenſis ex latente hiſtoria Cœnobij ſancti Euurtij vrbis Aurelianenſis, viri quondam Aurelus Epiſcopi 6. De quo themate ſic Carolus Sauſſæus in ſuis Aurelianis ex autographo. *Ordinationi beatiſſimi Antiſtitis Euurtij interfuêre Epiſcopi multi, ſanctus videlicet Valerianus Antiſsiodorenſis Epiſcopus* [k] *cum cæteris Epiſcopis S. Sẽuerino Senonenſi* [l], *S. Solenni Carnotenſi* [m], *S. Iuliano Trecaſſino, venerabili Prouicio Meldenſi* [n], *&* *Reuerendo Epiſcopo Pariſienſi* [o] S. *Marcello*. Euurtius autem inauguratus eſt circá annum 332. vel 334. [p] Igitur conſtat ſatis de ſancti Iuliani ſeculo ac præſenti eius ſerie poſt Patroclum & ante Amatorem; annis illius ſubinde completis vſque ad trecẽteſimum quadrageſimum ferè ſecundum, aut paulò diutiùs. Neque vllus ambigendi eſt locus, ob ſilentes prætenſos de eo Scribas, quando materiam examinaſſe putarunt Sauſſæus [q] & Camuzatus [r] anceps. Nam Demochares & ſimiles alij imperfectiſſimos hactenus diuulgarunt Epiſcopales Catalogos, quos mox variis tutis profitemur incrementis adaugere ac perficere. Intereáque præfati reliqui Epiſcopi ſatis apparent cum iſto ſynchroni teſtibus hoc in Opere noſtris de eadem re calculis. Suffecerit ergo vetus Manuſcriptum è Monaſterio S. Euurtij Aurelianenſis extortum, pro tuendo veritatis iure inconuulſo & integro. Cæterùm Baronius ex priſca ætate hauſit ac meminit in ſuis Annalibus & Martyrologio alterius S. Sabiniani ſeu Sauiniani ſimplicis Martyris apud Trecas hoc directo Sanctorum Patrocli vel Iuliani tempore, *quarto* (inquit) K*alendis Februarij* [ſ]: viri equidem valdè diſtincti à Sabiniano 1. Senonenſi Epiſcopo.

[k nu. 4. in ſua Tabula.] [l nu. 11. in ſuo Catalog.] [m nu. 14.] [n nu. 15.] [o nu. 9.] [p Sauſſ. p. 58. Diaconi an. ætat. 20. ſal. 121. pa. 57.] [q pa. 60.] [r fol. 152.] [ſ ſeu 29. Ian.]

5. Amator annotatur quidem primo loco Trecis præfulgens Antiſtes in Democharis & Ioan. Chenutij Catalogis, dum exactiùs non exquiſierunt. At nobis diligentiùs paulò requirentibus eſt quintus noſtro ordine, qui ſedit ab anno circiter 340. ad an. 345. vbi eum claudunt cæteri.

6. Optatianus nomine Tricaſſium Epiſcopi conſedit ſextus primo Colonienſi ſeu Agrippinenſi Concilio Prouinciali, habito ann. 345. ex Genebrardo, vel anno 347. ex Gregorio Haloandro in Conciliorum Præfatiunculis, vel demum ann. 350. ex Binio in poſtrema Synodorum editione, atque Chenutio. Quibus omnibus temporum interuallis ille Cathedram occupaſſe creditur.

7. Leo apud ipſos Authores & Camuzatum, ſanè nullum habet ſeculum, vt neque ſequaces quatuor: ſed iſte ex ſerie quondam retenta cenſetur baculum paſtoralem geſtaſſe ſequenti decennio, ad annum vſque 460.

8. Heraclius, inde ad an. 470. conſimilis durationis.

9. S. Melanius inſignitur dote ſanctitatis, non à Demochare, qui eum vocat Melanum & Merlanum, ſed à Camuzato [t], eò quòd in Cellenſi Monaſterio aſſeruantur eius venerabiles Reliquiæ, recolitúrque memoria ipſius cum precibus die 22. Aprilis. Et ſedit probabiliùs vſque ad an. 490. Nec eſt in Martyrologio,

[t fol. 152.]

10. Aurelianus, exinde vſque ad annum quingenteſimum ſalutis, aut circiter.

11. S. Vrſus

11. S. Vrſus cuſtoditur corpore *in pago Meldenſi, in centena Meldenſi, marmoreo ſarcophago miri operis*. Sic Camuzatus [u]. Parte Reliquiarum in Eccleſia Trecenſi. Demochares non niſi nomen: & Chenutius poſt Camuzatum, quòd is Sanctus exhalauit animam ad ann. 426.

u fol. 153.

12. S. Lupus 1. factus eſt Epiſcopus an. cit. 426. & rexit Eccleſiam annis 25. ex Chenutio. Quod tempus extremum cadit in annum 451. Vnde perperam Author concludit eum diſceſſiſſe anno 479. nec id in ſuis erratis emendauit. Vel vt ad eum finem anni ritè perueniret, debuit conſcribere Sanctum aſſediſſe annis 53. veluti ſcitè Baronius illuc hiſtoriam in Annalibus refert [x], eo retento calculo à Camuzato [y]. Sigibertus [z] & Ado Viennenſis [a] eundem mediis temporibus deſcribunt: quem Sidonius Apollinaris ſynchronus Aruernus vocat Epiſcopum Epiſcoporum meritis [b]. Sepultus Trecis in Monaſterio à ſe fundato [c], & in Martyrologio conſtitutus [d]. Baronius & Camuz. li. 6. Epiſt. 1. & 4. ac li. 7. Ep. 13. ſed malè Chenu li. 1. Ep. 6.

x an. 479.
y fo. 153.
z an. 435. a an. 452. & Democh. 450.
b quem benecitant.
c Chenutius.
d 29. Iulij.

13. Florentinus recèns hoc in Catalogo ponitur, ac deprehenditur noſtrâ induſtriâ libros reuoluendo locandus, quem reliqui prætericte Tabularij. Quippe legitur nonus in Concilio Epaunenſi Burgundiæ. Quæ Synodus, ſi viſa ſit palam ſub anno 492. iuxta Genebrardi calculos, aut an. 509. ſecundum Baronium: ſane Antiſtitis ſitus hîc bene quadrat poſt S. Lupum & ante Camelianum: non habita ratione minùs tuta ad annum celebrationis 517. relicta in Venetianis Conciliorum Tomis. Et reuerà etiam nimia reſtat alioqui temporum diſtantia inter illos duos alios à cæteris prolixiori duratione conſcripros.

14. S. Camelianus Chenutio ab an. 480. poſtea interfuit ſextus Concilio 1. Aurel. vbi vocitatur *Camilianus Tricaſ.* an. 513. vel 515. ſecũdùm aliquos, & præfato Sidonio Himerius appellatus, quem dictitat fratrem ſuum, ſi modò vniuerſaliùs talis ritè concipiatur. Nam penicillus Sidonianus vocat eum abſoluto quodam ſtilo Epiſcopum, nec apertè trahit ſuum ad Tricaſſinos Epiſcopatum, aut alibi. Alioqui eundem Himerium ad caput attollere voluiſſemus, aut ex officio debuiſſemus, cùm eius appellatio maximè diſcrepet characteribus à Cameliano. Verùm licèt Camuzatus ipſius Præſulatum intermixerit paulò ad Trecenſes ſub periodis Cameliani in edito ſuo Promptuario [*], is tamen deinceps ad me reſcripſit, pro certo ſe nuper didiciſſe, & optaſſe, vt de hoc Lectorem monerem, ſcilicet nullibi verè Epiſcopum extitiſſe, præſertim Tricaſſibus, *ſed duntaxat Abbatem S. Arnobij in Baſileenſi Diœceſi, in quo loco ſacra eius Leipſana hactenus conſeruatur, & à cuius nomine totus tractus ſiue regio circumuicina nomen ſortita eſt, nempe vallis S. Himery, Gallicè l. Val S. Himier.* Hæc ille. Quod eſto verum putetur. Nihilominus eſſe nequit textus & authoritas S. Sidonij teſtis oculati: idcirco concludendum venit, Sidonium figuratè ſumpſiſſe attributum *Antiſtitis* (hac vſum voce) pro quouis generatim Prælato, complectens cæteros hodie pertritos *Guardianos, Priores ac Prouinciales* Ordinum Religioſorum, etiamque Mendicantium, quos ipſi Prælatos clauſtralium ſubditorum nuncupare aſſolent. Cęterùm præfata Synodus habita eſt anno 507. ſub Symmacho Papa ex Baronio, vel iuxta Indices Voluminum Conciliorum ſub Hormiſda ſucceſſore ſedente ab anno 515. ad annum 524.

Alius hic Antiſtes.
* fol. 152.
Antiſtes quid latè.

15. S. Vincentius ab anno circiter 526. ad ann. 536. apparebat Trecis Pontificali dignitate feliciter decoratus. Sed is & præcedens Beati apud Democharem rurſus memorati non extant in Romano Martyrologio.

16. Ætherius rite hoc ordine, ſed illegitimè apud Democharem dictus *Leuchidius*, in ſecundo Concilio Aurelianenſi an. 536. vel 537. abſque antiquiorum authoritate pro nomine. Etenim ex Conciliorum voluminibus ſub priori voce inſignitur decimus ibi ſuffragator [e], deficitque in Chenutio. Cætera ipſius in ſucceſſore.

e Secundum quaſdam editiones, & non alias.

17. Leuchadius ſic appellatur Tricaſſinus Antiſtes in Concilio 3. Aureliano, vbi ſedit decimus quintus an. 540. ex ipſiſſimis Indicibus. Tametſi Chenutius extra fundamentum hunc vocet Leuconium ſeu Leorconium, ac multò tardiùs locet, quem nonnulli arbitrantur miſcendum cum præmiſſo Leuchidio Democharis; verùm ſaltem minimè cum Ætherio, ob ſufficientem nomenclaturæ & actionum diſcrepantiam, quæ ambos facilè diſtinguit ac numero ſerieque oſtentat ſecernendos. Niſi fortè quis dicat Eutherium poni Carnotenſem ex codicibus aliis, octauum in Concilio 4. Aureliorum anno 447. vel 450. Quaſi poſterior tempore redeat. Et inde præfata varia quatuor nomina aſſumi debeant pro vno eodémque viro ſeu indiuiduo. Sapientis in poſterum eſto iudicium. Nam in præſenti ſaltem perſpicax duarum præcipuarũ vocum diſſonantia nos hac vice coëgit, vt eaſdem modeſtè in duos euidentiores articulos cenſuerim diſtribuendas.

18. Ambroſius præfuit ab anno 551. ad annum circiter 559. ac medio tempore ſuffragatus eſt octauus in Prouinciali Concilio 5. Aurelianenſi, quod celebre factum eſt anno 552. &c.

19. Ragnegiſilus Aquitanus cùm prætermittatur à Demochare, hîc à nobis altiùs infertur quinque adſequentibus Epiſcopis, quàm eum ordinarit Chenutius, ob perſcrutandam hac vice Antiſtitis chronologiam, apud authorem illum obliuioni traditam. Etenim ex Legendis MS. Eccleſiæ Tricaſſinæ, veluti teſtatur Doctor Renatus Benedictus, ſcribens Sanctorum vitas, diu priuſquàm is foret Trocis Epiſcopus nomine tenus (infrà Num. 84.) idem vir admodum pius rexit hanc Diœceſim regnante in Francia Clotario 1. Clodouei 1. filio, Mecænas vltrò & deuotè effectus ſtudiorum ſancti Frodoberti f, vſque ad religioſiſſimum monachatum ipſius erudiri adoleſcentis in Luxouio à benefactore conſtituti. Et Præſulem vocat Author Rauegiſilum, conſtruentem ac dotantem prope vrbem Templum S. Sabinæ in paterno ſuo fundo, poſtmodum ſuæ Cathedrali Eccleſiæ dono attributum, vbi iacet corpus ipſius. At verò Clotarius ſceptrum tenuit ab anno 560. ad ſequens quadriennium. Ergo tunc Præſul Tricaſſibus luxit ad annum vſque 568. ex probabilioribus: tempore hîc opportuno, vbi etiam vacuum adeſſe potuit; non autem priùs, etſi dictator ſubiecerit Præſulem quoque ſub Clodoueo aduixiſſe, ſed nondum tunc Epiſcopum, cùm locus vacationis ei ſuprà facilè non competiuerit.

f 8. Ianu. non in Martyrologio.

20. Gallomagnus opinatus eſt vndecimus in Concilio 1. Matiſconenſi, quatenus Trecenſis Epiſcopus, anno 570. Quod verò aliunde ſuggerit aut obiter dubitat Camuzatus in Promptuario ſub iſto Gallomagno de quibuſdā aliis Tricaſſinenſibus Epiſcopis ſubſcribentibus in circuniectis hiſce Conciliis, neque tamen eos congerit in hunc Trecenſem ſui libri Catalogum, vt neque rem ſoluit ancipitem, neque iterum Chenutius multò minus, imò ne is verbum quidem; aperiam ego nodum Gordium in diſtincta valde Tabula Tricaſsinentium Epiſcoporum ſub Arelatenſi Archipræſulatu infra, maximè circa aliquem Victorem Epiſcopum alioquin huc pertinentem.

Alius Epiſcopatus.

21. Agrecius interfuit Concilio 1. Cabilonenſi an. 582. Deinde quadrageſimus quintus in Concil. 2. Maticenſi an. 588.

22. Euodius poſtponitur quidem Lupo 2. vnà cum ſequente ab anteceſſoribus Tabulariis ſolo nomine: ſed nos è diametro tales duos mox anteferimus propter rationum momenta in ipſo deinde Lupo conſtituenda. Sedit lubentiùs ab incerto obitu Agrecij ad annum circiter 615. aut diutiùs.

23. Modegeſilus, aliàs Gillus, ab an. 62 0. aut in circum, ad 640.

24. Lupus 2. aliàs Leuſus, fertur paucioribus verbis à Demochare ſedulò interfuiſſe Prouinciali Synodo Cabilonenſi anno 649. & apud Chenutium an. 660. Sed quotus ſit ille cœtus ea in vrbe, ſanè ex Voluminibus Conciliorum eſt primus. At ſecundum exactiores noſtros calculos, & multiplices repertas ibidem Synodos, iſtud de quo mox agitur, eſt iam tertium tale conſcriptum in noſtris Lugdunenſibus h: vbi Leuſus ſedit viceſimus quintus: illaque ſacra corona viſa eſt celebris intra annos 648. & 662. iuxta diuerſas multorum ſententias. Alioqui duo proximi anteriores Epiſcopi, qui antea fuerant pediſſequi, nunc præmittendi ſunt ad temporum inanitates reſarciendas; vbi opus eſt præuia eorum coordinatione, non autem inferiùs locis aè Epiſcopis iam ſatis ad complementum poſthac vberibus. Aliter certè, ipſis illinc amotis, iſte Lupus nequiret Sedem repleſſe, ab Agrecio ſeu ab an. 588. vſque ad 662.

h Nu. 44. §. 2.

25. Berthoaldus Demochari, Bertoaldus Camuzato, & Bertraldus Chenutio: omnes ſolo nomine. Sed ita chronologiam ei præbere licet, atque ſequacibus vndecim: vt iſti concedamus annos octodecim. Vnde rexit vſque ad an. 680.

26. Vnanimorus ſeu Vuanirùs ex Demochare, deinde Vuammirus in Camuzato ac Chenutio, ſedit decennio, vſque ad an. 690.

27. Abbo Felix vbique, ad an. 710.

28. Vulfredus apud omnes, finiens an. 720.

29. Ragembertus pariter, tendens ad 730.

30. Aldebertus vel Aldobertus, vir ſummi ingenij vſque ad an. 750.

31. Fredebertus ſeu Frodobertus, ad an. 760.

32. Gauſerius & Gautherius ad ann. 770.

33. Arduanus ſeu Ardoinus ad an. 780.

34. Cenſardus circa an. 790.

35. Robinus in Camuzato, ſeu Babinus apud Democharem, & S. Bobinus apud Chenutium, an. 810.

36. Almu

36. Almulgus ſiue Amigus Demochari, Amingus Camuzato, & Amugus Chenutio anno 800.

37. Adelgarius prioribus, & Adelgarus poſtremo, ſub an. 810.

38. Sulfus circa an. 815.

39. Bertulphus ad an. 820.

40. S. Paulus liquet in Martyrologio Romano 1. Febr. ſub an. 830.

41. Helias per omnia; tum ſub Demochare ponitur vitâ functus ann. 836. At nos dicimus quòd obierit an. 835. cum Epiſcopo 20. Ambianenſi. Aliis *Elizam*. Fuitque is in Concilio Vuormatienſi.

42. Adebeltus ſiue Adulbertus ex Demochare, tum Adalbertus ex Camuzato & Chenut. anno 837. &c.

43 S. Prudentius Hiſpanus ſedebat iam ſub anno 850. vt minimum ex Moſandro in Sanctis cum Surio, itémque tunc virgo S. Maura 21. Septembris. Deinde adſtitit ipſe in Cõcilio 3. Turonenſi cum Hincmaro 32. Archiepiſcopo Remenſi anno 853. Et eodem interuenit Concilio Prouinciali Sueſſionenſi ex Flodoardo [i]. Feſtum 6. Aprilis. Nec eſt in Martyrologio. [i] li. 3. cap. 11. fol. 171. & Baro.

44. Fulcherius acceſſit ad Prouincialem Synodum Trecenſem 9. Kal. Nouembr. ex Baronij Annalibus, quaſi appendicem Sueſſionenſis Synodi anno 866. ex eod. Bar. Nos in S. Prudentio. Sed arbitramur ipſum eundem eſſe, quem aliæ Baronij editiones vocant Folcritum ſeu Folericum, ac dicit ſub anno 863. præſentem eidem Concilio Num. 55. Tomo 10. editionis Moguntinæ 1603.

45. Vetuleſius ſiue Ortulfus Demochari, & Othulphus Chenutiò, ab anno 872. Deinde adfuit Comitiis Regni ſub Carolo Caluo Ticini habitis anno 876. Idémque eſt quod Pontigonenſe Concilium eodem anno celebratum. De quo nos in Lugdunenſibus, vbi iſte Epiſcopus ſedit 19. Et locus eum vocat Orulphum.

46. Bodo munus Pontificium ſuſtinuit ab anno 878. vſque ad annum fortè 885.

47. Domnolus vel Domicillus: hîc à nobis recèns adiicitur, quia manifeſtè apparet Epiſcopus Tricacenſis ſeu Trecenſis anno præciſe 887. in Bibliotheca Cluniacenſi [k], dando conſilium Armatio Antiſtiti 38. Antiſſiodorenſi vicino ſuo, de reſtituendo ſacro corpore diui Martini Clero Turonenſi iure reperenti, publica pace data poſt cruentam Northmanorum ſtragem apud Turonicum: vnde belli tempore tales Reliquiæ in tutiorem locum vrbis Antiſſiodorenſis tranſlatæ ac repoſitæ fuerant. Tamen iterum recrudeſcente tumultu per Galliam ciuitas Trecenſis vehementi incendio à ſæuiſſimis Northmanis exuſta eſt an. 892. [l] Quo in ſede perſeuerabat Domnolus ex probabilioribus. [k] col. 121. fin. [l] cum Tulio & Verduno. Sigben.

48. Rithneus Demochari, Rithueus Camuzato, & Rithuenus Chenutio, abſque Data. At circumſtantium calculi docent eum ſediſſe ſub an. 900. & in circum.

49. Orbertus vbique ſolo nomine. Verùm ex adiacentibus rexit Eccleſiam ad annos 910. & 920. &c.

50. Anſerſus ex Demochare, & Anſegiſus ex Camuzato atque Chenutio. Is certamen iniit cum Northmanis in defenſionem anno 925. ex Frodoardo [m]: qui Author perſequitur de illo fari in rebus geſtis ſub anno 948. & dum Camuzatus effert annum 958. atque Annonium [n] hiſtoriographum de Roberto filio Heriberti Comite Trecenſi tunc expellente Angeſiſum ex ciuitate, recurrentem ad Othonem Imperatorem vniuerſim dictum: nos hîc addimus, (quòd prætereunt illi Authores in ſpecie) nimirum Othonem illum ex vulgatis Tabulis extitiſſe quidem tertium Imperatorem huiuſce nominis regnantem ab anno 927. ad 984. Sed poſito illo Imperatore, annus præciſus certus non eſt. Verùm ex Baronij Annalibus & Gualteri Chronographia Otho 1. non antea cœpit quàm ab anno 962. & tertius ab anno 983. Adeo vt ſi Anſegiſus ad Othonem recurrerit: ergo accurſus ille fuit ad Othonem 1. regnantem vſque ad annum 972. & ſuccurrentem Epiſcopum non tardiùs quàm anno 967. aut ſequente, propter ſucceſſoris in Diœceſi Chronologiam. Propterea Anſegiſus Cathedram adminiſtrauit ſaltem vſque ad annum 967. vlteriùs quàm ſcripſit Camuzatus [o]. [m] ſub eo an. [n] li. 5. ca. 44. [o] fol. 165. verſa.

51. Vualo ſeu Gualo ſecundum Chenutium & Camuzatum, vel Gaulo ſecundum Democharem, ſedit anno 969. ex Chenutio, pro initio, vt exiſtimo. Et ex Camuzato [p] ſedebat an. 972. quod eſto pro fine ipſius. [p] fo. 166.

52. Adricus Demochari, Hadricus Camuzato & Ayricus Chenutio. At nihil vltrà. Nihilominus ex propoſitis antè retróque, ſedit duntaxat an. 973.

53. Milo

53. Milo interfuit an. 974. conſecrationi Eccleſiæ S. Stephani Senonenſis, ex tribus ad vnum authoribus. Vide in 53. Senonenſi.

54. Manaſſes Helpuini Comitis Arceyenſis frater, *vir ſanctitate plenus, Trecorum Epiſcopus anno* 993. Sic loquitur vetuſtus Glaber q penè ſynchronus. Et hoc adauget Camuzatus.

q li. 2. ca. 7. hiſt. Franc.

55. Raynaldus 1. in Demochare, Raynaldus in Camuzato, & Rainoldus in Chenutio, creatus eſt Antiſtes anno præfato 993. pene extremo. At tempora ſui exitus dubia.

56. Fromundus apud Democharem, eſtq́; primus, vel Fortmondus apud duos alios, obiit quidem anno 1034. ex veteri Chronico Cœnobij S. Petri Viui Senonenſis, ſed exactiùs an. 1046. ex recentiori chronico loci apud Camuzatum in Promptuar. ſol. 167.

57. Maynardus Demochari, & Mainardus cæteris, nobiliſſimus antea Theſaurarius Eccleſię S. Stephani Senonenſis, ſactus eſt inde Epiſcopus Trecenſis anno cit. 1046. ex Chronico S. Petri citato. Deinde tranſlatus ad Archipræſulatum Senonenſem depoſito Gelduino, anno 1050. ex Demochare ſub præſenti Tabula. Adſtitit Concilio Senonen. an. 1048. ex Tauello in Nu. 67. Senonum.

58. Fromondus 2. accepit authoramenta epiſcopalia à Leone Papa 9. ſub anno 1049. Hunc autem poſtponit Demochares Hugoni 1. adſequenti, ſed eum præferunt Camuzatus atque Chenutius.

59. Hugo 1. interfuit ceremoniis inaugurationis Philippi 1. in Regem Francorum an. 1059. ex Tillio, etiam apud Camuzatum r.

r 169.

60. Hugo 2. clareſcit hîc Epiſcopus anno 1067. ex publicis literis præfati Philippi in Prioratus S. Martini Pariſienſis inſtitutione. Et ex Chartophylacio Monaſterij Deruenſis: alter amborum fuerat priùs Cathalaunenſis Canonicus.

61. Philippus ſolo nomine in Demochare. Sed Chenutius per viam Camuzati teſtatur ſ, quòd factus eſt Epiſcopus an. 1082. ſúbque eo habita eſſe duo Concilia Trecis an. 1104. t & 1107. Vide in 62. Aurelianenſi.

ſ ille pa. 160. t Ille ſol. 170. t Indictione 2.

62. Raynaldus 2. cuius geneſim ampliſsimam circunſcribit Annonius, de cuius maioribus ab *anno Domini* 1014. *&c.* u viſuntur Reges Hieroſolymitani & alij Optimates. Ibi tamen minimè pingitur exactum ipſius tempus, vt neque in Tabulariis. Verùm ex conſequentibus aſſedit Trecis ad an. 1110. & 1115. &c.

u lib. 5. c. 47.

63. H A T O ſola hac appellatione dictus antea, ignoranter & falsò habitus eſt hactenus primùm Monachus Cluniacenſis quàm Epiſcopus eſſet Trecenſis. Sic ex abuſu dudum conſcripsēre Camuzatus atque Chenutius. Sed deinceps conſtitit nobis de oppoſito: nimirum quod priùs poſſederit Epiſcopatum ab anno 1122. deinde ſub vitæ finem eam eiurauit ſublimem dignitatem, & tandem piè vltro ſe Monachum Cluniaci effecit; quo tempore is clauſtro mancipatus P. Abailardum D. Bernardo Abbati reconciliauit. Vnde Præſulatu pendente religioſiſsimas mittebat Cluniacum literas ad Petrum venerabilem poſtea Abbatem ſuum: cui Abbatiæ vel etiam multa donaria tranſtulit, dum eſſet Antiſtes. Extant de eo Patentes in Bibliotheca Cluniacenſi x. Et de ſuo poſteriori Monachatu liquet iſtā ob cauſam in P E T R I P R I O R I S Senonenſis Epiſtola nuſquam adhuc edita, & ex profeſſo ſuprà in Mariſconēſibus integrè deducta *, quę ideo publicam hanc lucem promeruit, vbi vir ingentis meriti cognominatur Caputius. Hoc vetus mendum vt annotarem, & poſteriorem ſuum monachatum diuulgarem ſuis ad me literis recèns peroprauit diligens ac fidelis Camuzatus y. Hæc de primo monitu. Secundò, idem Hato ſuffragatus eſt anno 1127. in Trecenſi Concilio, cui præfuit Mathæus Remenſis, Legatus Pontificius in Gallia, ex Ciaconio z, qui adiicit eundem Legatum factum Cardinalem Epiſcopum Albanenſem a, antea Monachum S. Martinj à Campis Pariſienſis Ordinis Cluniacenſis, &c. Tertiò, Romam Hato poſtea iter habens, confluit ad Piſanum Concilium anno 1134. ab Innocentio Papa 2. coactum b. Vnde cùm ad ſuos regrederetur, prope Tremulum Pōtem in Epiſcopatu Lunenſi Italico, capite cæſus eſt, & captiuus adductus cum certis aliis Galliarum Præſulibus. De quo facinore Petrus Abbas literis conqueſtus eſt erga ſūmum Pontificē d, & alibi de ipſo Hatone fatur e: qui nihilominus diu inde poſtea ſuperuixit Cluniaci, vbi tandem fœliciter vitā orbatus eſt ann. 1145. f de illo nos obiter in noſtris Mariſconenſibus g.

Eius agnomē & hiſtoriæ emendatio.

x col. 1407. * Nu 41. §. 4. y 9. Octobr. 1624. z pag. 396. & 198. Camuzat. fol. 174. a an 1125. ab Honor. Pap. 2. b Camuz. cit. d li. 1. Ep. 27. e li. cit. Epiſt. 5. 6 7. 22. li. 4 Ep. 33. 34. 41. 50. lib. 5. Ep. 25. f 4. Kal. Sept. Camuz. g Nu. fortè 42 § 4.

64. Henricus 1. Epiſcopalibus veſtitus eſt inſignibus anno 1146. Eleemoſynatius & Sacelli Præfectus Imperatoris Frederici 1. ex Radeuico Friſingenſi Canonico h ac multis pro ſua Eccleſia auctus Priuilegiis a C[illegible]centi Henrico eius conſanguineo. Defunctus an. 1169.

h li. 1 cap. 21. ſuæ hiſt. & Camuz.

65. Mathæus infulis paſtoralibus coopertus eſt anno præf. 1169. Tum anno 1179. interfuit Concilio Romano Lateranenſi 11. generali cum Præſulibus Prouinciæ Senonenſis: & è viuis exceſsit an. 1180. ex Roberto S. Mariani Antiſsiodorenſis [i]. Vnde Chenutius, qui alios edidit calculos, toto cælo aberrauit.

[i Camuz. fo. 177.]

66. Manaſſes cognomento de Pougeyo, Dynaſtia & oppidum ſui patrimonij, vicina Trecis [k], ſedit quidem anno 1180. quaſi ſolo ex Chenutio: ſed meliùs ex Camuzato, ab anno 1181. [l] qui dum minimè aperit exitum viti, video ex ſequenti obiiſſe an. 1190.

[k Leucis 5.]
[l Exeius Actis primis. Camuz. fol. 182.]

67. Bartholomæus, aliàs Haicius de Planceio, electus Antiſtes an. 1191. tum ex Chenutio, tum magis ex primis ipſius Actis apud Camuzatum [m], per biennium.

[m fo. 183.]

68. Garnerus ab an. 1193. ſecundum Chenutium, deinde alia panduntur eius Acta in Camuzati Promptuario per Bullam Innocentij Papæ 3. an. 1206. Cætera ſunt Regis Philippi 2. Auguſti, anno ſequenti 1207. Item anno 1220. ex eodem Camuz. in Antiquitatibus.

[o menſe Ianuar. fol. 8.]
[o fol. 185.]

69. HERVEVS prodidit Acta anno 1222. pro ſuo Capitulo, &c. ex Promptuario [p]. Ac obiit an. 1223. ex Chenutio cum Epitaphio [q]. De quo alia pag. ſeq. ſub finem.

[p menſe Decem. fol. 188.]
[q 2. Iulij.]

70. Robertus antea Decanus ipſiuſmet Eccleſiæ Trecenſis, factus Epiſcopus an. cit. extremo apud Camuzatum [*]. Tum Acta eiuſdem anno 1225. [r] ex Promptuario [f]. Et ſuperuixit in ſede ad annum vſque 1233. ex aſſequentibus, licèt Demochares id ponat an. 1221. velut conſecratus à Gualtero Senonenſi Archipræſule.

[* fol. 196.]
[r in Decem.]
[f fo 191.]

71. Nicolaüs factus eſt Epiſcopus an. 1234. ex vtroque Authore. Et interiit an. 1269. ex vno Chenutio. Vide Numerum 76. Aurelianenſem.

72. Ioannes 1. de Nantolio, ab an. 1269. cit. per ambos, ad annum 1295. per Chenutium: equidem 27. Iunij defecit ex Camuzato in Trecenſi Necrologio [t].

[t fol. 193.]

73. Guichardus ab anno præfato 1295. aliis 1298. Tranſlationem iniit cum ſuis Canonicis anno 1304. In carceres coniectus an. 1308. tanquam ſuſpectus de morte Reginæ Ioannæ vxoris Philippi tertij Pulchri: ſed vt innocens liberatus eſt an. 1313. túncque ferè obmoriens [o].

[u 17 vel 22. Ianuar. Camuz. in Promptua. fo. 196.]

74. Ioãnes 2. de Anceio ex Demochare, vel ex aliis de Auxeïo, ad Epiſcopatus gubernacula admotus eſt anno 1314. ex Camuzato [x]: qui de obitu nihil edidit. At deinceps ſcripto me monuit, quòd is Antiſtes fuerat antea Canonicus Eduenſis, & cum exhalaſſe 13. Ianuarij an. ſequenti 1315. viſum in Necrologio Cathedrali. Sed apud Democharem conſecratus fuerat à Philippo Archipræſule 86. Senonenſi.

[x fol. 196.]

75. Guilelmus Mechin ſedit initio Papæ Ioannis 22. ab anno 1316. ad ann. 1324. aut 1325. Vide Camuzatum [y]. Nonnulli pauci conſtituunt præterea alium anteriorem Guilelmum, velut primum nominis in hac Cathedra ſub anno 1217. Sed nondum habeo ſatis cõpertum. Etiámque annus ille concurrit totus cum Garnero ſuprà Nu. 67. vt fortè non fuerit iſte primus conſecratione delibutus.

[y fol. 197. Promptuar.]

76. Ioannes 3. de Albiniaco perunctus eſt anno 1326. ex editione Promptuarij facta anno 1610. Cuius libri Author poſthac ad me ſcripſit addendum, quòd is Præſul antea fuerat Abbas S. Martini Ambianenſis, & facto Epiſcopo conſecraſſe Eccleſiam Vallis Viridis Ordinis Carthuſiani ad muros Pariſienſes anno 1325. [z] Quod eſt Ioannem efficere Epiſcopum anno priùs, quàm ferat ipſiuſmet Typographia. Mortem autem oppetiit anno 1341. ex Authore impreſſo. [*]

[z 6. Cal. Iulij.]
[* fo. verſ. 100. die Martis poſt feſtum omnium Sanctorum.]

77. Ioannes 4. de Auxeio nepos Ioannis 2. etiam cognomine de Auxeio [a], ex Cantore Baſilicę factus eſt Epiſcopus loci anno 1342. poſteáque Antiſtes Antiſsiodorenſis 76. anno 1358. Demochares ipſum cognominat de Auſano. Reliquis ex Chenutio depromptis.

[a Nu. 74.]

78. Henricus 2. de Pictauia, illuſtris filius potentis Aymari Pictauienſis Comitis, antiquæ Valentinenſium familię, culmen Epiſcopale conſcendit, non anno 1351. veluti obdormiendo impreſſit Chenutius, nec in ſuis erratis correxit, ſed anno juſtiſsimè 1358. tum ex ratione finis deceſſoris, tum ex præſcripto Camuzato [b]: qui antea Prorex atque Prǽſes ſeu Balliuus Prouincię Trecenſis erat. Obiit autem anno 1370. [c] de quo Prǽſule habet Froſſartes in Chronico, expreſſa dignitate, non nomine, in Molodunenſi obſidione. [d]

[b fo. 206. verſ.]
[c fo. 207. die 23. Aug.]
[d li. 1. c. 197.]

79. Ioannes cognomento *Brague* ex Chenutio, vel *Braque* ex duobus aliis, ſedit ab anno cit. 1370. & ſecundum eos [e] expunctus eſt vitâ humanâ an. 1375. at alibi an. 1373. [f]

[e Camuz. in Promptuar. fo. 211.]
[f 23. Octobr.]

80. Petrus 1. de Vilatibus ſacrę Theologię Doctor, Religioſus ſub Ordine Prędicatorum, oriundus ex oppidulo *Villare* decem bimilliaribus ab vrbe Trecenſi, vt loquitur Chenutius, ſolenni pompa ingreſſus eſt anno 1376. [g] per menſes 20. ſequentes duntaxat: extinctus an. 1377. [h] Antea Epiſcopus 85. Niuernenſis.

[g 29. April.]
[h 12. Iunij Camuz. fo. 213. verſ.]

T 81. Petrus

80. Petrus 2. de Arceys[i] Pontificale munus aggreſſus eſt an. 1377.[k] Et obiit quidem ann. 1410. ex Chenutio. Verùm fortè meliùs an. 1395. ex Promptuario[l]. Sed nullum tunc lego haberi Florentinum Concilium, cui ex eodem Chenu Antiſtes interfuerit. — i oppidulum ſuæ natiuitatis in Diœceſi Trecenſi. k Camuz. fol. 187. l fol. 219. verſo.

81. Stephanus de Giuriaco ſuſcepit Epiſcopatum an. 1410. ex Chenutio, & deſeruit anno 1426.[m] ætatis 62. At Camuzatus dicit annorum 92.[n] & eum Cathedram tenuiſſe annis 51. quia cœpit calculos ſedis ipſius ab anno 1395. ex defectu anteceſſoris. — m 26 Apr. fol. 234. n fol. 228.

82. Ioannes 6. cognomine *Leſgniſis* apud Democharem, vel *Leſguiſier* ſecundum Chenutium, agolum geſtauit annis 24. ſcilicet ab anno cit. 1426. ad annum 1450. moriens 3. Auguſti. Vide quid de aliquo Guidone quaſi Tricenſi dixerim an. 1479. in Matiſconenſibus[o]. — o Nu. 64.

83. Ludouicus 1. Raguier antea vnus ex Præſidibus ſummæ Curiæ Pariſienſis, peruenit*[*] ad hunc Epiſcopatum anno præfato 1450. ad diem 4. menſis Nouembris ex Camuzato[p]. & abſceſſit an. 1483.[q] & minimè 1488. vt cenſet Chenutius. — * 4 Nou. p fol. 238. q 19 Aug.

84. Iacobus Raguier ſuperioris nepos ab anno 1483. ex redeunte Chenutio, atque primùm ex Camuzato[r]. Tum obiit anno 1518.[ſ] — r fol. 240. ſ 15. Nouem.

85. Guilelmus Parui Northmannus, Doctor Theologus Ordinis Prædicatorum, Ludouici 12. & Franciſci 1. Regum à Confeſſionibus anno 1518. Pontificatum hunc adeptus eſt, quem permutauit cum adſequenti antea Syluanectenſi 72. & 73.

86. Odardus Hennequin primum Epiſcopus 72. Syluanectenſis communem omnium viam iniit anno 1544.[t] ætatis 60. — t 13 Nouem. Camuz. fol. 248.

87. Ludouicus 1. à Lotharingia, cùm ſolium vacaſſet 9. menſibus, electus eſt anno 1545.[u] Deinde factus eſt Epiſcopus Albienſis & Cardinalis ſub an. 1560. paritérque Archiepiſcopus Senonenſis 106. — u 13. Iul. ætat. ano. 18.

88. Antonius Carraciolus à Melphia Neapolitanus per Ludouici reſignationem cum Abbatia S. Victoris Pariſienſis, Epiſcopus creatus eſt an. 1551. Verùm anno 1561. ab orthodoxa Religione declinauit. Vir eloquens. Obiit tandem in oppido Caſtrinoui verſus Aurelianum an. 1569.[x] — x Camuz. fo 250.

89. Claudius de Beaufremont nobiliſsimus ſucceſsit an. 1563.[y] atq; abſceſsit an. 1593.[z] ætatis an. 64. — y fol. verſo 251. z 14. Septem.

90. Renatus Benedictus, Andegauus, Doctor Theologus Sorbonæ, concionator clariſsimus, cùm eſſet Paſtor Eccleſiæ S. Euſtachij Pariſienſis, à Rege Henrico 4. nominatus eſt quidem Epiſcopus huiuſce loci, ſed nunquam munitus Bullis Papalibus, multóque minùs conſecratus, attamen ſe literis dicens nominatum à Rege per annos pene duos, quibus fruebatur prouentibus, & quem facilè noui. Is ſuum ius ceſsit Renato *de Brelay*, qui adſequitur.

91. Renatus *de Brelay* Doctor Theologus, Canonicus & Archidiaconus Eccleſiæ Cathedralis Andegauenſis, Regia nominatione clarus de conſenſu Benedicti à Paulo 5. ſummo Pontifice inſtitutus eſt 20. Septembris an. 1605. in poſſeſsionem miſſus 22. Octobris adſequentis. Interfuit Generalibus Comitiis Lutetianis an. 1614.

92. Iacobus Viguier Diui Martini de Campis Pariſienſis Prior, filius Iacobi Vignerij ſacri Regis Conſiſtorij Conſiliarij, deſignatus eſt coadiutor atque ſucceſſor Renati de Brelay, florens hoc an. 1625.

Seiunctum additamentum ad Herueum Trecenſem Epiſcopum, ſuprà collocatum Nu. 68. hìc loco Appendicis inſerendum.

INCIPIT PROLOGVS ANGERMERI VENERABILIS LECTORIS Chalcedonenſis Eccleſiæ in vitam B. Helenæ quam B. Ioannes Chryſoſtomus Græco ſermone conſcripſit, ſed ad preces ſancti Heruei Epiſcopi Trecenſis, & inſtantiam dilectiſsimi viri Ioannis Anglici per præfatum Angermerum de Græco tranſlata eſt in latinum.

Hæc virgo nondum hactenus inſeritur Martyrologio Romano, necdum palam eſt edita in diui Chryſoſtomi Operibus, quin mox vita latinè tradita, eruta eſt ex Archiuis Eccleſiæ Trecenſis diligenti ſtudio Nicolai Camuzati, & ad nos miſſa in hoc Opus edenda.

SAnctiſsimo Patri ſuo Herueo Epiſcopo & viris venerabilibus Nicolao & Capitulo Trecēſib. Angermerus dilectus Lector de grege puſillo Chalcedonenſis Eccl. ouis vna, ſed minima

minima & morbida ſalutem, & ſponſum virginum in ſponſa virgine deuotiſſimè venerari. Quidam magnæ induſtriæ & ſocietatis iucundæ Clericus Ioannes eſt nomen eius, apud vos diutiùs conuerſatus, in vrbe Conſtantinopolitana anno Dom. milleſimo ducenteſimo quinto decimo, quarto nonas Maij me inuenit & conuenit, ipſa videlicet die, qua tota Conſtantinopolitana Prouincia & præcipuè Naturenſis Eccleſia pretioſæ Virginis Helenæ ſolemnia cum multa deuotione de antiqua conſuetudine celebrabat. Deuotionis namque feruorem erga præclaram virginem ab antiquis temporibus creauerant, & creatum nutriuerant ipſius virginis tam viuæ quam extinctæ præſentia corporalis, qua ſe priuilegiatam iactabat ciuitas Naturenſis & abundè impenſa beneficia piè poſtulantibus eam. Et licèt adhuc in amorem & honorem præcelſę virginis Helenæ corda interiùs æſtuarent, exteriorem tamen lætitiam minuebat dolor proueniens ex rapina & carentia corporis ſacroſancti, quod ſibi proueniſſe peccatis ſuis exigentibus, inter alia damna innumera, tota prædita prouincia deplorabat, nec iam de perditis auro, argento, lapidibus pretioſis, pannis ſericis & omnis generis opibus querebatur, ſed circa amiſſa pretioſa Sanctorum pignora, totá mentis anguſtiá verſabatur. Porro præfatus Ioannes de me à pluribus Latinis in eadem ciuitate, quòd fueram de Francia in Trecenſi Diœceſi in villa quæ Curtis Bertoudi dicitur oriundus inquirebat, ſed pridē cū parentibus fugientibus paupertatem Conſtantinopolim veneram longo tempore ante obſidionem ipſius, vbi & litteras Græcas didici, & Latinas penitus non omiſi. Idem ergo Ioannes ratione nationis mihi familiariùs aperiens deſiderium cordis ſui, tandem litteras tuas, S. Pater Heruæe Epiſcope, generaliter ad omnes ſpectaturos directas meis oculis præſentauit, ex quarum tenore, & per certa ipſius Ioannis indicia liquidò intellexi, ipſam quam amiſimus virginem, ſæpe ſæpiùs apud vrbem Naturenſem in carne & oſſibus videram apud vos integram ſine corruptione, ſimiliter detineri. Nec enim dedit Dominus ſanctā ſuā videre corruptionē, quæ quoad vixit mente & corpore incorrupta permanſit. Quocirca vnà gaudeo & doleo, lætor pariter & contriſtor, & affectiones diuerſæ diſtrahunt mentem meam. Nam mihi cordi eſt & meæ terra manſionis, & meæ patria nationis, cum iſta congruum eſt me triſtari, & cum illa naturale eſt gratulari. Cum iſta anxior, quæ tantum theſaurum perdidit: cum illa glorior, quæ inuenit. Hoc verò præcipuè in præfatis litteris petebatur, & hoc ipſe Ioannes ſancti corporis prædo deuotus ardentiſſima ſollicitudine à quibuſcumque poterat, requirebat, vt vita glorioſa floretiſſimæ virginis Helenæ, quā B. Ioānes Chryſoſtomus Greco ſermone conſcripſit, in Latinam linguam per aliquem fidelem interpretē transferretur. Cūque pauci eſſent in ciuitate, qui linguā bene noſſent Grecā pariter & Latinam, ad me quotidie recurrere cogebatur, id à me ſub diuini Iudicij depoſcens examine, vt nouū nouę Helenę celarem raptorem. Tandem opportuná importuna ipſius inſtantia victus ſum, & multarū Eccleſiarum reuoluens armaria, non parua volumina de pretioſa virgine conſcripta inueni, quę omnia in Latinam linguam transferre, & ad vos tam longè perferre, valde eſſet interpreti & portitori nuncio oneroſum. Omiſſis ergo copioſis libris & ſermonibus multis de ipſa iucundiſſima virgine Helena & miraculis ipſius apud nos Græco ſermone conſcriptis, in quibus pręclara magnorum Patrum deſudarunt ingenia, hęc pauca vobis neceſſaria, ſicut ſe habet Gręca veritas, & fideliter tranſtuli, & vobis pro munere liberaliter deſtinaui, à vobis pro condigna reſponſione muneris hoc depoſcens, vt fuſa coram Domino pro me miſero peccatore veſtrę virtus orationis cum interceſſione ipſius pretioſę virginis, mihi merces & retributio ſit laboris.

INCIPIT PROLOGVS SANCTI IOANNIS CHRYſoſtomi in vita ſanctę Helenæ Virginis.

Beatiſsimo Patri Roſario Athenienſium Archiep. Ioannes Cōſtantinopolitanę Miniſter Eccleſię ſalutem & filię Regum afferre gloriam & honorem. In diebus tuis & meis, frater amantiſsime, nouum fecit Dominus ſuper terram in lilioſa virgine Helena creans nouum cœlum, quantum ad ſpiritum, & nouam terram, quantum ad carnem. Vnde antiquo dierum cantare nouum canticum nos oportet, & Athenienſes tuos à profanis verborum nouitatibus, quas deuitandas docet Apoſtolus, ad ſanctam reducere nouitatem. Sic enim in Actibus Apoſtolorum legitur de ipſis. Athenienſes autem ad nihil aliud vacabant, ni

aut dicere aut audire aliquid nouum ; nunc etiam nouitate ſpiritus reformati, & noua dicunt nobis, & noua audire geſtiunt à nobis. Nonne nouum illud, quod nobis tuis litteris intimaſti, videlicet 4. Nonas Maij, qua florida virgo migrauit Helena, ineſtimabilis odoris fragrantiam perfuſam totam tam remotam Athenienſium Ciuitatem? Nonne & noua audiuit à nobis, quòd videlicet eadem die tota replera eſt ciuitas Naturenſis cadentibus de cœlo roſis & liliis ? Nonne nouum, quòd Naturenſes congeriem florum habebant, quorum odorem Athenienſes tam longè poſiti ſentiebant ? Reuera noua ſunt hæc. Multa etiam alia quæ ſubſequentis Operis ſeries, prout inſtanter poſtulat, declarabat. Noua ſunt & noſtris temporibus inaudita, quæ cùm eſſes nobiſcum pro magna parte propriis oculis aſpexiſti, & vt litteris mandarentur vrgentiſſimis precibus imperaſti. Igitur mirabilia Dei, quæ in ſexu fragili dignatus eſt mirabiliùs operari, ſicut occulta fide nobis & fratribus noſtris cognita ſunt & experta, in præſenti opuſculo tanquam quædam fragmenta de ſplendida menſa Virginis Helenæ recollegi breuiter, ne perirent, ad laudem ſponſi & ſponſæ, ad decus & decorem Eccleſiæ, ad confundendum diabolum, ad exemplum veſtrum fraternum, ad formam & ſpeculum modernorum, ad exempla & notitiam poſterorum. Cùm ergo in hac parte, frater, compleui deſiderium tuum, videtur conſonum rationi, vt & tu ſimiliter honeſtum explere debeas votum meum ; quod vtique facies, ſi de miraculis apud te per calceum virginis perpetratis me certiorem reddideris, recurrentibus ſcriptis tuis: ſic enim volo dare, vt quandoque recipiam, ſic recipere, vt aliquando darem. Denique laborem mecum noueris ſuperabundanti reſponſione donatum, ſi de culpis meis veniam popoſceris apud Deum.

PRæfata ſancta Helena, quę recens hoc Prælum valde prometetur, non eſt profecto antiquior paulò Helena virgo Gallicana Antiſſiodorẽſis, Theodoſij ſenioris tēpore florens, qui Imperator deceſſit anno ſalutis 480. de qua ſcriptores martyrologici ad diem 22. Maij a. Sed eſt illa Gręca genere, coætanea Diuo Chryſoſtomo, emorienti anno 406. Datâ vtrobique ex Baronio collectâ, & eius memoria Trecis habita die 4. eiuſdem Maij. Verùm dicam. Conradus Geſnerus in Bibliotheca, vir Germanus ad Auſtriam verſans, ſub D. Chryſoſtomi Operibus teſtatur, quòd in Bibliotheca Cæſareana Imperatorum Viennæ Metropoli latent alia Græca Manuſcripta eiuſdem Chryſoſtomi, maximéque extat ibidem liber in decem virginum hiſtoriam. Quo in Opere vix ancipites eſſe debemus, quin præmiſſa Helenæ Græcanicæ vita, haud copioſiore ſtilo, fulgeat quoque inter nouem alias virgines ſocias. Quam hiſtoriolam, quia Viennenſes minimè promulgarunt, ideo hanc iſtic Chriſtiano Lectori lubens offerimus.

a vel 20 ſeu 11. kal. Iunij ex Petro de Natalib. lib. 11. breuiari.

SERIES CHRONOLOGICA EPISCOPORVM ANTIQVITVS PARISIENSIVM, QVI MOX SVNT

Archiepiſcopi, tales recèns euecti, ex bis ſecto veteri Archiepiſcopatu Senonenſi; pro altera parte bipertitæ vltimæ Prouinciæ Celtarum, ſeu Primatiæ Gallicanæ Lugdunenſis.

1. SAnctus Dionyſius Areopagita 1. Athenis à D. Paulo Apoſtolo eſt conſtitutus Antiſtes anno diuinæ incarnationis 36. ſeu biennio poſt D. Srephani protomartyrium firmata ibi lege chriſtiana & ſucceſſore delecto, miſſus eſt à D. Clemente 1. Papa in Gallias circa an. 94. etiámque meritò diuinis myſteriis æque citò illuſtrandas: qui Francorum Apoſtolus ſeu concionator, anteſignanus circuiens ciuitates Arelarenſem, Meldenſem ac vicinas alias, vbi primus quoque paſtor habetur, cupidus vbique proficiendi, & propagandi nomen Chriſti, conſimuliter Lutetiam quoque appulit, illicque diutiùs pedem fixit, & altas iecit radices Catholicæ veritatis. In cuius loci carceribus is tandem martyrium pertulit an. ſalut. 109. ex Baro. Nu. 40. vel an. 120. aut 121. ſecundum alios, cũ ſuis Eleutherio Presbyt. & Ruſtico Diac. tametſi ponãt nõnulli an. 90. ſui acceſſus.

Qui

Qui quòd non fuerit S. Dionyſius Præſul Corinthi. Sed Areopagita, vt cenſent nonnulli, ſatis oſtentat Corinthienſis centuria vno ſeculo tardior & ſemis. Id docet Inuentarium noſtrum alphabeticum Sanctorum. Quem Corinthium non conſtat volumina ſcripſiſſe, nec vllus dixerit in Gallias aduentaſſe, multóque minùs floruiſſe Apoſtolico tempore, quo Græcus Athenienſis inueterata traditione creditur vixiſſe, veniſſe Pariſios, fidem euangelicam docturus, & quem de diuinis multa ſcripſiſſe teſtati ſunt quondam ſanctus Damaſcenus & Chryſoſtomus in noſtro Antimartyrologio ad hoc celebres b. Alios citat Authores Chenutius pro hoc demonſtrationum genere, à quibus ideò hic duxi ſuperſedendum. b lib. 1. c. 1. Sect. 2. §. 2. pa. 60.

2. Mallo à ſolitis duobus Tabulariis ſolo nomine ponitur hoc ſecundo ordine: & verè ex præſcripta dudum traditione, veluti in ſequente conſtat. Adeóque ſedit circa annum ſalutis centeſimum quinquageſimum, &c. Quo tempore nouellas verbo Chriſti plantationes Lutetianas irrigauit.

3. Maſſus conſcripſit martyria præfati S. Dionyſij ac ſociorum, velut prædeceſſoris in Cathedra. Refert hoc Demochares: qui ſi libellum intuitus eſt, cùm degeret ſolùm ante annos ſexaginta, miror quare non extat hoc noſtro tempore tanta bellorum ſtrage exempto, aut quomodo hactenus potuerit tractatus vniuerſus in fauillas redigi. Verùm ſupereſt ſaluus liber ſaltem Hilduini Abbatis ſancti Dionyſij Pariſienſis Diœceſis, qui florens ad annos 825. c & 840. d annotat S. Maſſum extitiſſe tertium ab ingreſſu D. Dionyſij Epiſcopum. Ergo Abbas ille ſupponit Mallonem ſecundum ac medium. Ipſiſſimum textum ſtudioſè extulit diligens hac in parte Chenutius. Perinde ſedit Maſſus circiter annum 200. &c. c Sigibert. d Conrad. Geſner.

4. *Marcus.* Hoc ſolùm alij, ex tradito iure. At per adſequentia texit anno ducenteſimo quinquageſimo, &c.

5. Aduentus Chenutio, & Aduentinus Demochari, inde ſedendo occupabat annos 300, ac in circum.

6. Victorinus ſub dignitate Pariſienſis Cathedram repleſſe dignoſcitur vſque ad annum trecenteſimum quinquageſimum nonum, vnde ſuffragabatur vigeſimus Prouinciali Concilio Agrippinenſi anno 345. ex Genebrardo, vel ſequente ex Baronio e: tum aderat 108. vniuerſali Synodo Sardicenſi Illyriæ anno 347. ex fuſa noſtra Lugdunenſi Chronologia f. e in Annalib. f Num. 12.

7. Paulus aſſediſſe putandus eſt ſub annum trecenteſimum octuageſimum ex circumpoſitis.

8. Prudentius ſepultus tandem in crypta S. Genoueſæ verſus partem Septentrionalem, ad annum 400. Illa virgine antiquior g nihilominus fuit. Alia conuerere in ſucceſſore. Attamen non cenſetur eſſe excellens ille poëta valdè Chriſtianus, ſacer & pius Hiſpanus, huiuſce nominis, etſi omnino coæaneus, qui propriè nominatur Aurelius Prudentius Clemens, de quo Sigeberti Chronicon ſub anno 393. g Ipſa obiit ad an. 484.

9. S. Marcellus oriundus è ſolo Pariſienſi, vulgò *Marcel*, non ritè dictus eſt Marcellinus in Martyrologicis commentariis Baronianis. Ex cuius mirabilibus geſtis liquet ſcripto, quòd dum aquam miniſtraret inter manus anteceſſoris Prudentij die ſacro Epiphaniorum, ea in vinum verſa eſt, & altera die in balſamum h. Is autem humo religioſè mandabatur anno 436. in Æde ſacra D. Clementis, quæ poſtmodum ex nomine illius nuncupata eſt Eccleſia ſancti Marcelli, effecta Collegialis in ſuburbio Pariſienſi. Feſtum 1. Nouemb. Gregorius Turonenſis de gloria Confeſſ. i h in geſtis S. Marcelli. & MS. Taurelli defuncti Decani Senon. i c. 89 & de Nat l. 10. c. 7

10. *Vinianus.* Aliud nihil apud cæteros. Vix præter annum ſolitarium 437. aut ſequacem ſedit, propter coarctantia ſucceſſorum tempora.

11. Felix pariter ſterilis in illo duplici Authore: & conſimiliter ſtrictior in Sede ad biennium fortè, exitum habuit anno 440.

12. Flauianus ſediſſe dicitur tempore S. Germani Epiſcopi ſeptimi Antiſſiodorenſis, ſed non tam citò, quando ipſe Germanus petebat Legatus maiorem Britanniam, veluti affirmat Chenutius circa hæc tempora. Nam Legatio eiuſmodi incidit ad annum quadringenteſimum trigeſimū, quo adhuc ſedebat Pariſiis S. Marcellus ſupra Num. 9. Ergo Flauianus hic præſidebat ſub poſterioribus Germani temporibus, nempe ab anno circiter 441. ad annum 445. Quia, etſi arbitrentur nonnulli Germanum finiiſſe anno 436. qui calculus præmaturior eſt, nec facilè tali fidem adhibeo: nihilominus alij meliùs ſibi perſuadent ipſum Germanum adiuxiſſe vſque ad annos 449. aut 452. Atque ita non ægre Flauianus percurrit hoc tempus vniuerſum, ac non latiùs, quia obſtant adſequentia. De qua ampliata ſupputatione audi nexus Catalogi Antiſſiodorenſis.

13. *Vrſicinus.* Alibi nihil vltra. Cenſco anno 446. & ſequenti duntaxat ſediſſe.

14. *Apedinius ſedebat* (ait Chenutius, *circa annum* 450. & ſanè multò diutiùs, quaſi ab anno 448. ad 490. &c.

15. Eraclius ſuffragatus eſt duodecimus in primo Aurelianenſi Concilio, ad annum 512. vel 515. cum Edibio 6. Epiſcopo Ambianenſi, &c. Alias Datas lege Articulo 14. Trecenſi extremo. Qui veriſimiliùs ſedit ab anno 491. aut circiter: & deinde paulò vltrà annum 516.

16. Probatus ab anno fortè quingenteſimo decimo ſeptimo ad quingenteſimum trigeſimum. Nec vix præterea ob ſucceſſoris terminos.

17. Amelius Chenutio, Aurelius Demochari, & Æmelius, etiámque Emelius in diuerſis Synodis: interfuit primò duodecimus Concilio 2. Aurelianenſi, Præſide Honorato Archipræſule Biruricenſi ſub ſancto Vigilio Papa Martyre, ſedente ab anno quingenteſimo k vſque ad trigeſimo ſeptimo k, qualem cœtum putauit in Patribus Demochares pinxiſſe, ſed ex 55. æquinoco non præſtitit. Secundò, adiit octauus Concilium 3. ibidem ſub anno 540. idque bis fruſtrà conſcripſit Demochares l, Præſide S. Lupo Archipræſule Lugdunenſi, & de quo nos in Lugdunenſibus m. Tempus ſui finis ignoratur.

l To. 2. pa. 49. & 19. 1. p. 41. vnam pro 2. m nu. 31 §. 1

18. Saphoratus ſeu Saphoracus ſubſcripſit quidem quadrageſimus quartus Concilio 5. Aurelianenſi, anno quingenteſimo quinquageſimo ſecundo, ſed neutri duarum ſubſequutarum Prouincialium Synodorum Pariſienſium interfuit, celebratarum ſub annum 559. tempore ſancti Pelagij Papæ primi ex Annaliſta Baronio, qui teſtatur eundem Saphoratū priùs ob crimen aliquod depoſitum fuiſſe, hoc eſt, poſt cœtum Aurelianenſem & ante Congregationes Pariſienſes. Malè ergo Chenutius narrat ipſum amotum in Pariſienſi 2. quia profectò ne verbum quidem de tali viro habent Acta Pariſienſia, vt neque Decreta Ioannis Papæ 3. vel Benedicti 1. ſucceſſorum ritè ſubſequuta, & ibi ordine in corpore ſeu voluminibus Conciliorum appoſità. Quorum Pariſienſium agminum Patres arbitrantur nonnulli ita fuiſſe tranſlatos aut inuerſos, vt qui tribuuntur ſecundo, competant primo *. Cæterùm, Demochares atque Chenutius perperam denuo hunc Saphoratum tardiùs locant poſt Faramundum 23. & annum ſexcenteſimum infrà, quia non congruit illic Chronologia Aurelianenſis Concilij & allatorum Pontificum Romanorum ſub præſenti ordine rectiùs conſtituendorum. Igitur optimè Saphoratum conſtitiſſe facimus hoc Numero 18. poſt Amelium & ante Libanium; vbi etiam deprehenduntur alioqui loca ſatis vacua. Et ſic locat MS. Tauelli.

* Ioan. Gabriel Biſciola Mutinenſ. Societ. Ieſu in Baronij Epitome 1602.

19. Libanius ſecundum Democharem, & Libanus apud Chenutium: de quo prior Author dicit, quòd *Miſſam cel brans Annæ vxori Ebroini coruſcante facie diuinitus apparuit*, tanquam plenus diuinâ gratiâ. Citátque locum Petri de Natalibus n. Et hoc repetit poſterior de ſolo anteriore exſcribente, non autem de autographo primario Petro. Sed neuter rem ipſam attigit: aut Petri periodum legit, vel eius ſenſum contemplatus eſt. Nam Petrus in Sanctorum Catalogo non de Libanio loquitur: cuius ne quidem nominis meminit. At geſtum eſt id ſub vita S. Germani ſucceſſoris Epiſcopi, antequam foret Epiſcopus, dum eſſet Abbas ſancti Symphoriani in vrbe Eduenſi ſuo natali ſolo. De quo narrat alia phraſi Petrus, quòd idem Germanus erat tunc *facie fulgidus admodum, &c.* Cæterùm Ebroinus ille præfatus laicus, quem ſic Chenutius nominat, non eſt Ebroinus Magiſter Equitum Franciæ ſub Clotario tertio Rege vna centuria & pluris tardior. Etiámque Petrus & Demochares aliter eum *Hebronium Regem* appellant: vbi homonymiam Chenutius malè peperit. Tametſi autem ætas fixa Cathedræ Libani ſit anceps: nihilominus hoc ſuo veteri ordine retento, neceſſe eſt eum ſediſſe circa annum 540. & 549.

n li. 5. c. 39.

20. S. Germanus poſt allatam ſuam Eduenſem Abbatiam, fuit Abbas Monaſterij S. Vincentij à Pratis Pariſiis *, cuius templum ſub eo titulo dedicauit, poſtquam inde factus eſt Epiſcopus Pariſienſis, infulis traditis anno quingenteſimo quinquageſimo nono ex Baronio. Et Abbatia illa Lutetiana ab eius morte ſeu canonizatione miraculis plena, de ſuo nomine hactenus appellata eſt in ſuburbio de Pratis. Et vide Articulum 8. Niuernenſem. Is interfuit ſecundus Antiſtes Concilio Prouinciali ſecundo Turonenſi anno 570. vel 577. ſecundum diuerſos o. Idem Hieroſolymam profectus ſenio confectus, atque in ſinum reuerſus, vità functus eſt anno quingenteſimo ſeptuageſimo octauo p aut ſequente, ex Sigiberto, tum Baronio, qui aliunde promit mediante Antonio Sancti Epitaphium q: ſepultus in Eduenſi Abbatia, deinde tranſlatus in Ædiculam ſancti Michaëlis præ

* Dictum in noſtris Maſcoenenſib. pa 102. ſiuſcorpúſque tranſlatum an 754
o 25 Cal. Decemb. ex To. 5. Venetiano.
p 5 Cal. Iul.
q li. 5. c. 9. & 16 Bar. an. 579 nu. 22.

lis præfati Monaſterij Vincentiani. Alia de ipſo Gregorius Turonenſis libro 4. Hiſtoriæ Francorum cap. 51. libro 5. capite 8. & libro 8. capite 33. Tum de Gloria Confeſſor. capite nonageſimo ſecundo. Tauellus in Manuſcripto repetit Epitaphium: & aliud habet Fortunatus.

21. *Ragnemodus Pariſiacæ Sedis Epiſcopus S. Germano ſucceßit.* Sic loquitur præfatus D. Gregorius Turonenſis r. Et Tauellus in MS. ipſum appellat Ragnemondum. Idem verò Præſul Infulas Epiſcopales deferre cœpit anno quingenteſimo ſeptuageſimo nono. Exin ſuffragabatur in Concilio primo Cabilonenſi anno quingenteſimo octuageſimo ſecundo. Poſtmodum aderat vigeſimus ſeptimus in Concilio ſecundo Matiſconenſi anno quingenteſimo octuageſimo octauo, vbi vocitatur Ragnebodus, & Chenutio Rhagnemodus. Qui interiit anno 595. Plura de viro tractant ſanctus Gregorius Turonicus libro quinto, capite 14. 18. 32. lib. 6. capite 27. lib. 7. cap. 4. lib. 8. cap. 33. lib. 9. cap. 6. atque Annonius libro tertio, capite 36. & 39. circa Reges alióſque Præſules cum iſto Pariſienſi agentes. Quorum diſcurſus, etſi deſignet Tauellus in ſuo MS. tamen nos breuiores talia hîc ſilentio præterimus: Lectorem ad typum remittentes. De quo præterea viro extat Carmen Fortunati libro 9.

r hiſtor. cit. lib. 5. c. 14.

22. Euſebius genere Cyrus *datis multis muneribus in locum Ragnemodi ſubrogatus eſt*, veluti loquitur ſ Gregorius Turonenſis, & poſt eum Chenutius t. *Iſq; accepto Epiſcopatu* (pergit Gregorius) *omnem ſcholam deceſſoris ſui abiiciens, Syros de genere ſuo Eccleſiaſticæ domui miniſtros ſtatuit.* Potuit autem ſuæ terminos Sedi apponere circa annum 600. Hunc locat Chenutius, &c.

ſ li. 10. hiſt. Franc. c. 26. t pa. 202.

23. Faromodus vel Faramundus ſecundum Democharem, aut etiam Faramondus apud Chenutium; Ragnemodo germanus fuit, qui optans moriendo vt conſanguineus iſte ſuccederet, tamen ambitu præuenit Euſebius ad tempus. At poſtea eundem ſecutus eſt Faramundus, vſque ad annum ſaltem 613. Poſt hunc cæteri erronei inſerebant Saphoracum: de quo nos iam ſuprà.

24. *Simplicius*, hoc ſimplici nomine apud alios. Sed eius Chronologia non cenſetur exteruiſſe vltra annum ſexcenteſimum decimum quintum propter adſequentes. Vide Articulo 35. Epiſcopum.

25. *Leutbertus* ſolùm apud Chenutium ſic nominatur, & *Lambertus vel Leutherius* ſecundum Democharem, qui aliud nihil addunt. Verùm appellatur *Lendebertus* in Concilio primo Remenſi conſpicuo ſub annis 616. 633. vel 640. iuxta diuerſorum ſententias. De quo ex Flodoardo in noſtris Lugdunenſibus u.

u nu. 39 §. 3. & nu 43.

26. S. Clodebartus, aliis Audobertus, & in Demochare Authbertus. Is ſuffragatus eſt quadrageſimus primus, maximè ſub poſteriori appellatione, Concilio Cabilonenſi, non primo, vt cenſent Tomi Conciliorum, ſed tertio, veluti manifeſtum eſt ſub Præſide Gauderico Primate in noſtris Lugdunenſibus x anno 655. ſecundum aliquos, vel ann. 659. apud alios. Et cuius meminit Articulus 11. Ambianenſis ſub priori nomine valdè diſtincto à deceſſore contra anonymorum in Demochare ſententiam. Nec luceſcit iſte in Romano Martyrologio. Benè tamen ibi iacet ſanctus Clodoaldus, Princeps Regij Franciæ ſeminis, ſimplex Confeſſor Pariſienſis, multùm diſcrepans a præſenti Epiſcopo ac vno ſeculo tardior.

x nu. 44 § 1.

27. Sanctus Landericus anno decimo quinto Clodouei ſecundi filij Dagoberti primi Regum, qui fuit annus ſalutis ſexcenteſimus ſexageſimus y, exemit Monaſterium S. Dionyſij ab Epiſcopali ſubiectione, præſentibus ac ſubſcribentibus cum eo aliis viginti quatuor Epiſcopis. Charta data Calendis Iunij anno quinto ciuſdem Clodouei. Cuius etiam viri recordatur Annonius ſub anno ſexcenteſimo ſexageſimo primo z, & hunc docet ſynchronum ſancto Andoëno vigeſimo primo Archipræſuli Rothomagenſi, Sulpitio 31. Bituricenſi, ac pluribus. Non latet quidem in Romano Martyrologio: ſed eum vt beatum commendat Molanus commentator Vſuardi *.

y Tillius in Chron.
z li. 4. c. 41. & Nauclerus gener. 22.
* 10. Iunij.

28. Robertus ſeu Chrodobertus a ſedebat contemporaneus ſub finem præfatorum Archiflaminum ac Regis præſertim Clodouei tertij, qui dominabatur ab anno 603. ad annum ſexcenteſimum ſeptimum.

a Sur. in vita S. Bathildis Reginæ 26. Ianuar. c. 2.

29. Sigrobandus Chenutio, ac Sygobrandus Demochari atque Tauello. Aliud nihil. At ex analogia circumiacentium ſedit, reor, ab anno ſexcenteſimo ſexageſimo octauo ad ſeſquiſequentem.

30. Importunus ab anno ſexcenteſimo ſexageſimo nono ſeſquimedio ad integrum fortè ſexcenteſimo ſeptuageſimo.

31. S. Aglebertus ſiue Aglebertdus, in Anglia primùm Epiſcopus, ex Demochare. Quod

non

non memorat Chenutius, dum refert ſolùm ex S. venerabili Beda in Anglicana hiſtoria eundem Gallum eximium eſſe profectum in Hyberniam, vocatum Agilberrem & Aibertum, ſed demùm rediiſſe in Gallias, & ſuſcepiſſe Epiſcopatum Pariſienſem [b]. At ſubiicimus addendo èx eodem Beda [c] Regem Angliæ poſtea miſiſſe *Legatarios in Galliam ad Agilbertum, deprecans ad Epiſcopatum ſua gentis redire, ille verò non poſſe venire conteſtans, quia Epiſcopatu propriæ parœcia & ciuitatis teneretur aſtrictus, &c.* Sic finit Author poſt alia quæ ſola priora Tauellus renouat in ſuis adhuc mutis huiuſce loci Manuſcriptis de paſtorali cura Antiſtitis ſub recèns chriſtiano Cenualacho Hyberno Rege, & Adæo Principe: vbi ſumma cum laude Præfectus in publica Synodo Colmannum quendam Epiſcopum ſchiſmaticum ſuperarat, antequam in vrbem Lutetianam remeaſſet. Narrat verò Pariſiis Chenutius eum ad hoc electum *anno Domini 661. ſecundum Tritemium* [b]. Sed quia annus ille aduerſatur ſuperioribus loci Epiſcopis, qui alias chronologias adipiſci nequiuerunt: ſuſpicor Typographum ibidem allucinatum & obdormientem intendiſſe conſcribi annum 671. hoc eſt, decennio tardiùs. Et eiuſmodi Data optimè cohæret cum cęteris in circum allatis, maximè cum martyrio ipſius denuo ſeriùs patrato: cuius paſſionis non meminère rurſus Tabularij. Liquet enim ex Surio ac Baronio* eum lubèns ſuſcepiſſe martyrium ſub nomine Agliberti, S. Theodorum peregrinum domi hoſpitantem, ductum Cantuariam archiepiſcopandum, & poſtea hunc noſtrum Antiſtitem vnà cum S. Agoardo & *aliis innumeris promiſcui ſexus* pro Chriſto de medio ſublatum. Quod tetrum factum lego in Tillij Chronico ſic impiè factitatum ann. 685. *Ebroinus relicto monachatu* (inquit) *ingenti ſceleratorum manu collecta gazam intercipit, Regis Theodorici adminiſtrationem recipit, &c. Multi illius cauſa Epiſcopi in perpetuum exilium mittuntur, vt animum ſanguine expleret, iugulandos curat. D. Leodegarius Eduorum Epiſcopus poſt longa carceris tædia capite truncatur, effoſſis prius oculis, & mutilato corpore, &c.* Sic autem geſtum de Agliberto. Vide in noſtro alphabetico Sanctorum Inuentario, cap. 14. Artic. 197. Erat autem iam Epiſcopus anno ſexcenteſimo ſexageſimo octauo ſecundum Annales Baronij Numero 4. Et de reliquo, Agilbertus creditur is eſſe vir, qui & vocatur Audobertus pariter nuncupatus Pariſienſis Antiſtes in Elencho Patrum Concilij 3. Cabilonenſis, quatenus illo ipſo tempore Præſul conſtitit in cœtu antepenultimus per miſſum Abbatem Grimoaldum anno ſexcenteſimo ſexageſimo ſecundo ex Num. 44. Lugdunenſi, vel anno 681. ex Numero 36. Viennenſi.

*[b] li. 3. c. 7. [c] Ibid. ad calcem. [b] li. 4. de vir. Ord. S. Bene. 141. * 24. Iunij. & in Nu. 34. Auguſtodunenſ.*

32. *Sigofridus.* Sic duo ſocij tantùm: & pariter ſola duorum adſequentium nomina. Sed obiter iſte ex antecedentibus & probabilioribus ſedit ab anno ſexcenteſimo octuageſimo ſexto, cùm anceps ſit exitus deceſſoris: & finit circa annum 695. Tauellus in M.S. eum vocat Sigefridum.
33. Turnaldus ab anno vt plurimùm ſexcenteſimo nonageſimo ſexto ad annum ſeptingenteſimum nonum.
34. Adulphus ab anno ſeptingenteſimo decimo ad annum ſeptingenteſimum decimum quintum.
35. S. Ceranus claruit tempore Dagoberti 2. regnãtis ab anno ſeptingenteſimo decimo ſexto. *Et anno ſalutis 717. corpus eius humatum eſt in Monaſterio S. Genouefæ 27. Septembris.* Sic Chenutius [e] paritérque Demochares: at vno verbo. Qui prior Author ſub hiſce notis chronologicis craſſà mineruâ eundem Ceranum collocauit poſt Simplicium ac ante Leurbertum. Nos autem iuſtè deprimendum vidimus huc vſque ad centrum directi ſui chronici, aut oporteret dici, quòd ſuprà ſederit ab anno 615. per quinquennium.

[e] ex Martyrol. S. Victoris Pariſienſ.

36. Beruchariis in Demochare, & Bernecharius in Chenutio, abſque diurna menſura. At, ni fallor, ſedit ab anno 718. ad annum 720. neque diutiùs ob ſucceſſoris impedimenta.
37. Hugo 1. vegetat famâ publicâ ex ſcriptis Baldrici 75. Dolenſis Archiepiſcopi in Chartulario Pariſienſis Eccleſiæ: ſedens hîc ab anno 721. & ſequente factus eſt Archiepiſcopus 25. Rothomagenſis.
38. Merſcidus & tres ſequaces in Tabulariis nihil præter nomen cum hac ſerie obtinent. Attamen horum chronologiæ haud ægrè ex adiacentibus eruuntur. Iſte ſedit ab anno 723. ad ann. circiter 740.
39 Fedolius abhinc ad an. fortè 760.
40. Ragnecaptus vel Ragnecardus exinde ad annum ferè 790. Et ſub eo habitum eſt Concilium

cilium Genriliacum prope Lutetiam, anno ſeptingenteſimo ſexageſimo ſeptimo contra Græcos de Trinitate & imaginibus.

41. Deodefridus ab anno ſeptingenteſimo nonageſimo primo ad annum octingenteſimum vigeſimum primum.

42. *Erkanradus 1. ſedebat ab anno 822. perdurauitque vſque ad ann.* 830. Sic Chenutius. At Demochari *Erkanradus* ſub Carolo Magno f.

43. Ermanfredus circa annum ſeptingenteſimum trigeſimum quintum, ex ſequela incidentium.

44. Inchadus ſolo nomine apud Democharem. Sed Chenutius adiicit eum lumen oculorum præ nimia ſenectute perdidiſſe, & anno octingenteſimo trigeſimo nono obiiſſe. At ex adſequentibus oportuit eum diſceſſiſſe ad minus ſub anno 834. Hunc præterit Tauellus MS.

45. Erkanradus ſecundus ex Chenutio, ſeu *Erchimadus in Concilio Aquenſi* ex Democha re. Quod equidem Concilium (addimus) non eſt Aquarum Sextiarum in Prouincia Phocenſi Galliæ Narbonenſis, ſed eſt Aquiſgranenſe in Germania, vtrobique vulgò *Aix*, agitatum anno 816. aut 833. deinde in Concilio Vuormatienſi, totum ex Articulo 32. Rothomagenſi ſecundum Tauellum, qui eum vocat *Arcunradum*. Interfuit quoque anno octingenteſimo quadrageſimo Conſecrationi Hincmari Archiepiſcopi trigeſimi ſecundi Rhemenſis, Auctore per celebri Flodoardo g, vbi vocatur Ereamradus. Conuenit inſuper anno octingenteſimo quinquageſimo tertio Synodum tertiam aut quartam Turonenſem ex Renato Choppino h. Nec certus eſt annus ſui exitus.

46. Eneas ex Demochare, vel Æneas ex Chenutio, & Enæas ex Epiſtola Hincmari ad eum ſcribentis teſte Flodoardo i; electus eſt anno ignoto à Clero Pariſienſi, etiamque ab Abbatibus ſanctorum Dionyſij, Germani, Genouefæ ac Foſſatenſis k. Scripſit de Græcorum erroribus iuſſu Nicolai Papæ primi l: & anno octingenteſimo ſexageſimo octauo transferre curauit S. Mauri corpus è Glana-folio ad Foſſatenſem locum, ſuis delatum humeris vſque ad Altare m. Is conſtitit Synodo 2. Sueſſionenſi Prouinciali anno octingenteſimo ſexageſimo ſexto ex Baronio Numero ſeptuageſimo ſeptimo, die octaua Kalendas Septembris: itémque Trecenſi ſub anno ſequenti 9. Calendas Nouembris.

47. Angelinus ex binis Authoribus, vel Ingeliminus ex Concilio nationali Pontigonenſi percelebri anno octingenteſimo ſeptuageſimo ſexto, non ex Ticino Papiæ, vt cenſent nonnulli, veluti conſtat in noſtris Lugdunenſibus n. Finem habuiſſe conicitur anno ſalutis octingenteſimo octuageſimo quarto. Vide in quadrageſimo tertio Meldenſi.

48. Gorlinus apud Democharem, & Gozlinus in Chenutio, fuerat primùm Abbas ſancti Germani à Pratis: ſed Epiſcopatum adeptus annò octingenteſimo octuageſimo quinto Abbatiam nepoti Elbolo reſignatione conceſſit, etſi Belforeſius eum locet inter ſancti Dionyſij Abbates. Deceſſit verò ſub anno octingenteſimo octuageſimo ſeptimo obſeſſa captáque Lutetiana ciuitate à Northmannorum furiis igne conſumentibus præfatam & Sanctæ Genoueſes Abbatias o, victo ferè Carolo Craſſo Rege p anteriore biennio.

49. Anchericus, ſeu Anſchericus ſecundum duos noſtros Tabularios, item Haſchericus ſub anno 887. ex Rheginone Abbate Alemano Prunienſi nomen aſpirante in hiſtoricis geſtis Francorum ac Germanorum q, & demum Albericus in magno Paſtorali r. Sed quando Chenutius narrat Carolum Caluum anno octingenteſimo quinquageſimo ſeptimo ſ confirmaſſe eidem Antiſtiti donationem magni Pontis Pariſiorum cum molendinis ſuperædificatis, quam fecerat auus eius Carolus Magnus: ſanè annus ille nos cogit concludere, quòd oporteret ergo vel primò altiùs hunc Præſulem conſtituere à tempore Eneæ ſuprà Epiſcopi t, aut eius loco. Quod certè fieri nequit, quia Eneas retinet valdè fixos ſuæ chronologiæ calculos. Vel ſecundò arbitrandum, quòd eiuſmodi literæ confirmatrices collatæ ſunt eidem Eneæ, tanquam benè merito ſub ipſo Caluo. Vel tertiò denique innuendum, quòd qui eas impertiuit Ancherico, fuerit Rex Carolus Simplex, anno ſeptimo ſui Regni, & Salutis nongenteſimo ſeptimo. Si ergo elegeris, ego vltimam optarem, quam Chenutius exprimere debuerit. Atque reuerá Tauellus in MS. notat

f moriente an. 814

g li. 3 c. 1 pa. 151. edito 1611

h In ſact. Pol. li. 2 tit. 3. § 3.

i li. 3 c. 21. fol. 239.

k vulgò S. Maur des Foſſez. Lupus Ferrarien. ep. 58 & 119.

l quam ad longum recenſat Tauel. in MS.

m Sedentis ab an 858. ad 867

n Papirius Maſſo in Notitia Epiſcopatuum.

o Regino li. 2. Chronic.

p Tilius in Chron. eo an.

q libris decē. lib. 2.

r li. 19. Chart. 55.

ſ 17. regni ſui 16. Octobr.

t Nu. 40.

Ancheriçum tempore Simplicis claruiſſe:cuius Simplicis auus fuerat.

50. Theodulphus Demochari, & Theodolphus Chenutio; ſecundum priorem Authorem ipſe floruit in Sede ab anno nongenteſimo vndecimo, qui fuit duodecimus præfati Caroli Simplicis vſque ad an. fortè 921.

51. Fulradus præſidebat ab anno nongenteſimo vigeſimo ſecundo. Hoc Chenutius adiicit nomini à Demochare poſito. Et perſtitit ad annum incertum.

52. Adelelinus vel Adelinus, ex Chenutio filius Balduini Calui Flandriæ Comitis, dicens, quòd ſedit annis 16. ab anno nongenteſimo ſexageſimo ſecundo ad annum nongenteſimum ſeptuageſimum ſeptimum, ſed quàm falſa omnia, viſum iris in proximo ſucceſſore.

Cuias ſit. 53. Aſcellinus disertè ponitur Antiſtes Pariſienſis à Ioanne Tillio in Magnatum Franciæ Originibus, iſque alias dictus Albertus, vulgò cognomine *de Troncinuille*, ad ſecundam propaginem Ducum Burgundiæ Regiæ ſtirpis, coniugij vinculo affinium, vetuſtioribus Flandriæ Comitibus per poſteros. Is equidem Aſcellinus prorupit filius illegitimus Balduini ſeu Baudouini tertij huiuſce nominis, dicti iunioris, ſummi Flandriæ Comitis, ex concubina. Qui Comes Mahauldam filiam Hermani Saxonum Ducis in ſponſam duxerat: nactique fuerant ipſi coniuges legitimos alios liberos huc minimè ſpectantes. Idem verò Præſul exceſſit è viuis anno præcisè nongenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo, teſte Meiero in Flandriæ Chronico, & repetitore Tauello in Manuſcripto. Qui annus certè eſt idem cum tempore ſuprà conſtituto à Chenutio pro deceſſu prædeceſſoris Adelini. Inde fit, vt allucinatus Chenutius prima vice aſſumpſerit exitum Adelini pro Aſcellini obitu, ſub prætextu quòd typis mandarit Adelinum extitiſſe Comitis Flandriæ filiũ. Quem Authorem dum nos propiùs ad virtutis ſemitam reducimus: duo monitu digna ſubiicimus. (Reformata duorum anteceſſorum tempora.) Priore loco, Baudouinus Caluus, quem Chenutius ipſe prædicat genitorem Adelini, hunc noſtrum Aſcellinum verè præceſſit: debuitque cenſeri mortuus anno lubentiùs nonageſimo ſexageſimo ſecundo. Vnde ſexdecim anni Sedis ipſius inchoarunt ſub anno ſalutis nongenteſimo quadrageſimo ſexto, quo veriſimiliùs lumina clauſerit alius anteceſſor Fulradus. Ac perinde Aſcellinus Cathedram occupauit annis ſeptemdecim. Poſteriùs verò, non videmus, à quo Chenutius didicit Abelinum cenſeri filium Baudouini Calui. Nam Tilletus teſtatur firmiore calamo Caluum illum Comitem ex Elſtride vxore, filia Elfredi Regis Angliæ nactum eſſe ſolùm maſculos Alnoldum parentem Baudouini tertij, deindéque Adolphum. Atque ſic foret Adelinus ſpurius etiam alſus. Quod tamen non audio alibi ſcriptum videri. Cæterùm hunc Aſcellinum præteriêre Tabellarij.

54. Galterus ſeu Gualtherus 1. vbique ſolo nomine cum ſequentibus quatuor: quorum proportiones chronologicæ ſunt hæ: vt iſte biennio ſederit, vſque ad annum nongenteſimum ſeptuageſimum nonum.

55. Albericus etiam biennio finiundo ad annum nongenteſimum octuageſimum primum.

56. Conſtantius itàque per biennium limites vitæ impoſuit anno nongenteſimo octuageſimo tertio.

57. *Garinus*, conſimiliter terminos vitæ natali impoſuit anno nongenteſimo octuageſimo quinto.

58. Lyſiardus vel Fiſiardus, nominatur etiam Elyſiardus in magno Paſtorali Eccleſiæ Pariſienſis ᵂ. Déque eo fatur Yuo Carnotenſis ˣ. Et ſedit anno ſolo nongenteſimo octuageſimo ſeptimo. (w li. 19. Charta 10. x epiſt. 18.)

59. Raynaldus in Demochare ac Chenutio, Rainaldus apud Gaguinum, tum Ragenaldus in vita Burcardi Pariſiorum Comitis, & Carboili. Iſtius autem Burchardi ipſe Antiſtes erat filius: qui cùm eſſet Cancellarius Franciæ, inde tunc ferè effectus eſt Præſul Lutetiæ anno 988. perſeuerans in Pontificia dignitate ad annum milleſimum decimum ᵒ. (o Gaguin. & Odorannus in Chron.)

60. Albertus alius contra Chenutium diſtinctus ab Aſcellino, fuerat anteà Canonicus Pariſienſis, & animam in Epiſcopatu exhalauit anno milleſimo vigeſimo ʸ. Is interim aduerſa multa ſedens perpeſſus fuerat à Liziardo ſuæ Eccleſiæ Archidiacono, ex Epiſtola decima quarta Fulberti Epiſcopi ſexageſimi Carnotenſis, quam Tauellus renouat in Manuſcripto. Vide in 66. Senonenſi. (y 9. Cal. Sept.)

61. Franco

61. Franco priùs Eccleſiæ Pariſienſis Decanus; tùm factus Antiſtes anno milleſimo vigeſimo primo. Etiam paſſus indigna ab Archidiacono, ex Epiſtola 20. ac 22. Fulberti. Indeque orbatus eſt vitâ 8. Calend. Auguſti, anno quidem milleſimo, vt putant Chenutij Additiones: ſed veriùs an. 1029. ob adſequentia, ne vacuum detur. Et reuerâ etiam Baronius eius meminit ſub anno milleſimo ſeptimo, Nu. 7. tanquam moniti à Fulberto Carnotenſi Epiſc. de non impertiendis Beneficiis eccleſiaſticis pro laïcis. Atque Tauellus in MS. ſentit obiiſſe anno 1030.

62. Humbertus Demochari, & Vmbertus Chenutio, recens cùm eſſet Epiſcopus, dedicauit Eccleſiam S. Mauri Foſſatenſis ſuæ Diœceſeos ann. ſalutis milleſimo trigeſimo, Indictione 13. qui eſt vltimus Regis Roberti. Contulit rurſus Abbatiæ ſancti Germani à Pratis Eccleſias Antoniaci, Villæ-nouæ, S. Georgij, & Cumbis villæ. Interfuit ſecundus Prouinciali Concilio Senonenſi anno milleſimo quadrageſimo octauo ex Tauello [a] ſub ſcriptura Imberti. a pag. 69. De quò in noſtris Senonenſibus Numero 67. Præſens iterum ſacræ inaugurationi Regis Philippi primi, anno 1559. vel 1060. Vide Num. 43. Remenſem. Et eò anno è vita diſceſſit.

63. Gaufredus apud Chenutium, Gaufridus in Bibliotheca Cluniacenſi [b], & Gauthofredus ſecundum Democharem, filius Euſtachij Comitis Bolonienſis, Cancellarius Franciæ [m], ſub præfato Rege Philippo 1. & hìc Epiſcopus ab anno citato 1060. dedit Eccleſiam villæ Bunduflæ pro commodo ac vſu Baſilicæ beatæ Mariæ de Longo-ponte anno milleſimo nonageſimo ſecundo. Præterea teſtis fuerat Actis terræ collatæ Prioratui S. Martini à Campis Pariſienſis, anno 1094. ex allata Bibliotheca. Et in cœleſtem patriam conuolauit anno 1096.

b pag. 469.
m ex Till. Optimatibus pag. 96.

64. Guilelmus 1. perperam ſcribitur à Demochare ſediſſe tempore Vrbani Papæ 4. quia præfuit Romæ ille Vrbanus anno 1261. duntaxat, & vel etiam tertius nominis anno 1185. equidem diſtantes quibuſdam ſeculis poſterioribus ab ipſo Antiſtite Pariſienſi, qui alioquin inferiùs multò tranſmitti ordine debuiſſet, ſi coætaneus eſſet Vrbano huiuſcemodi. At minimè eò tardiùs eſt differendus, quia conſtat eum citiùs electum Lutetiæ anno milleſimo nonageſimo ſeptimo ex coætanea Epiſtola [c] Yuonis 60. Carnotenſis Epiſcopi, cuius textum Chenutius ſatis prudenter excerpſit: neque hìc renouamus, qualem in Yuone integrâ legimus. Adeòque hanc optimè ſeriem Guilelmus retinet; præſens Concilio Stampenſi ex 70. Senonenſi. Ipſius mors, etſi tempus certum haud habeat nobis conſpicuum: tamen ex conſequentibus obiit circa annum milleſimum centeſimum, qui fuit vltimus Vrbani 2. Papæ, Cathedram D. Petri per annos 12. occupantis. Cæterùm, erat Antiſtes frater Bertradæ vxoris Fulconis Andegauorum Comitis, conſecratus ante annos legitimos à Richerio 69. Archiflamine Senonenſi, antea recuſante. Vnde Præſul ab Vrbano Papa 2. non à tertio, vt cēſet Tauellus in Manuſcripto, poſtulauit, quòd ei promotiones ad gradus eccleſiaſticos per longa tempora differret, vel exercitia à ſuſceptis ſuſpenderet, & interim geſtorum abſolutionem impetraret, ex Epiſtolis 26. ac 118. Yuonis Carnotenſis.

c 50. ad Richer. Senonen. Archiep. 69.

65. Fulco primus ex Decano Eccleſiæ Pariſienſis factus eſt Epiſcopus ibidem: ad quem ante haſce infulas ſcripſit Yuo præfatus [d]. Verùm neſcitur iuſtior annus ſui ad dignitatem acceſſus. Eſto probabiliùs ad annum milleſimum centeſimum primum. Receſſit autem è viuis anno milleſimo centeſimo quarto initiante, nec tardiùs propter adſequentia. Hìc autem aliunde obiter moneo, quòd nimirum pendente eiuſdem electione habita eſt contentio inter Canonicos, quibuſdam ipſum Fulconem petentibus, & reliquis alium. Ad Regem per nonnullos deuolutum eſt negotium, atque à cæteris interpoſita eſt appellatio. Vicit tamen Fulco, ex duplici Yuonis Epiſtola 163. & 164. Hæc repetit Tauellus in Manuſcripto.

d Epiſt. 112.

66. Galo ſeu Gallo, & Vualo ſuſcepit Epiſcopatum anno finiente 1104. ex Demochare, ordinatus eſt eo in ſolio ſecundum Chenutium anno ſequenti. Deinde is anno milleſimo centeſimo ſeptimo aſtitit funeri Philippi primi Regis *, & tunc ſubſcripſit cum ſuis Canonicis eiectioni Monialium ab æde ſacra Eligiana Pariſiorum [e]. Sed quando ſubmiſsè putauit indicaſſe Chenutius eundem Galonem effectum Cardinalem à Paſchali Papa 2. Vrbani 2. ſucceſſore: ego nihil tale inuenio apud Ciaconium Cardinalibus Paſchalis admixtum. Ignotus eſt annus ſui finis. Sed hinc iſtud aliunde mendicamus. Idem Vuido antea ob virtutem ſelectus & conſecratus à Metropolitano fuerat Antiſtes Bellouacenſis quinquageſimus primus ex Epiſtolis 49. & 50. Yuonis Carnotenſis. Quem ideo quia hoſtes nonnulli apud Regem Philippum 1. mendosè aduerſarium effecerant, inter moras litis dirimendæ, Præſul optatus eſt Pariſienſis Anteſignanus, ac eò tranſlatus à

* Sanſſ. in Aurelianen. pag. 423.
e vulgò S. Eloy, in Inſul, vico de la Sauaterie, Charta 20. li. 20. magni Paſtoral. Eccleſ. Pariſ. edita 1578.

Danuberto ſeptuageſim Senonenſi, ex præfato Yuone Epiſtolis 169. & 171. Poſtea verò is interfuit exequ. ᵒ eiuſdem Philippi, anno veriùs milleſimo centeſimo nono ex Tillio, quàm ann is illeſimo centeſimo ſexto, poſito à Tauello in ſuo Manuſcripto. o m

67. Giobertus ſiue Gilbertus ex Demochare; & Girbertus in Chenutio. Aliud nihil. Erat autem priùs Eccleſiæ Pariſienſis Archidiaconus. Et facilè eum ſuſpicamur ſediſſe ab anno milleſimo centeſimo decimo aut prope, ad annum vſque milleſimum centeſimum vigeſimum.

68. Guilelmus ſecundus omittitur à Demochare, & Chenutium piget ipſius: nec ad caput erigit, dum quaſi in parentheſi ad latus obiter de eo circunloquatur, velut moriens anno milleſimo centeſimo trigeſimo, ex Yuone Carnotenſi *in quadam* (inquit) *Epiſtola*, quem Præſulem Pariſienſem dicit eſſe filium *Humberti Comitis Maurienna, & fratrem Adela Regina Francorum*, vxoris Regis Caroli Craſſi. Qua in re, ego certè quidem volutando paſſim non deprehendo Yuonem de tali materia loquutum. Et ſanè vel iam tunc Yuo diſceſſerat ab annis ſexdecim priùs, etiam ex conceſſis ipſiuſmet Authoris alibi ſuo loco. Sed in altera editione affinitatum genealogicarum Claudij Paradini [f], ampliorem priore [g], video Humbertum ſiue Vmbertum ſecundum huiuſce nominis, tertium Comitem Mauriennæ [h], filiúmque Amedei primi nactum eſſe filios legitimos Amedeum ſecundum, qui fuit primus Sabaudiæ Comes [i], Abelam effectam Reginam Franciæ, Tillio Adelinam, Guilelmum eccleſiaſticum obeuntem, anno citato, nec dicit vbi; Huobertum Eccleſiis Eleemoſynarium [k], Renatum Præpoſitum Eccleſiæ Maurienenſis [l], & Ioanoam vxorem Guilelmi Dynaſtæ Northmanniæ Comitiſque Flandriæ. Vnde veriſimilius eſt præfatum Guilelmum extitiſſe Præſulem Lutetiæ, vt eſſet vicinior chariſſimæ ſorori Reginæ: maximè quia ineſt alioqui locus tempúſque ferè vacua. Sedit autem decennio. Neque ipſius chronologia adeò poteſt in altum conſcendere, ſi quis id obiectet, vt miſceatur in virum vnum cum Guilelmo 1. ſuprà. Hunc ergo recèns in catalogum adiicimus.

69. Stephanus primus Epiſcopatum quidem adeptus eſt ſub annum milleſimum centeſimum trigeſimum. Sed iam antea Cancellarius fuerat Regum Philippi primi & Ludouici Groſſi, cuius erat frater. Obiit autem anno milleſimo centeſimo quadrageſimo [m]. Sepultus in medio Chori Abbatiæ ſancti Victoris ſuburbij: cui reditus Canonicatuum Cathedralis Baſilicæ primi anni egregiè contulerat. Sic paſſim ambo Tabularij. Sed ex conſequentibus videtur diſceſſiſſe anno milleſimo centeſimo quadrageſimo ſecundo duntaxat, 4. Kalendis Auguſti. De ipſius autem geſtis in vita paulò dicturi: ſanè quia Ludouicus Craſſus Rex manum in res ipſius & aliarum Eccleſiarum iniecerat, Præſul eum ſacris interdixit anno præfato, ex Epiſtola quadrageſima nona ſancti Bernardi Abbatis Clareuallenſis. Virilem cuius Antiſtitis conſtantiam Rex admiratus, parabat omnia reſtituere, quando tunc Litteræ ab Honorio Papa ſecundo ſuperuenerant, quibus Regem à cenſuris abſoluebat. Sic exactiùs quàm ferat Tauellus in MS. Vbi alia extra rem adiuncta, quæ prætermus.

70. Theobaldus primùm Monachus Cluniacenſis, deinde prior ſancti Martini Pariſiis [n], poſtea cœpit præeſſe omnino Cathedræ Pariſienſi anno milleſimo centeſimo quadrageſimo tertio ex Chenutio, licèt Tauellus in Manuſcripto narret Sedem diu vacaſſe ob regia circa liberas electiones impedimenta. Qua de ſæuitia lego reuerâ D. Bernardum tunc querimoniam mouiſſe Epiſtola centeſima vigeſima quarta. De reliquo: Præſul quietè agens aſſignauit ſuo antea Prioratui, vbi iacet coram maiori Altari, reditum vnius Cathedralis Canonicatus. Et rurſus addo, quòd deceſſerit anno milleſimo centeſimo quinquageſimo nono ex Roberto de Monte. Próque illo Antiſtite, fantur Petrus Abbas Cluniacenſis [o], & Bibliotheca loci [o]. Item contuere Articulum 68. Aurelianenſem.

71. Petrus primus dictus Lombardus, poſſeſſionem nactus eſt anno milleſimo centeſimo quinquageſimo nono ex libera piaque ceſſione Principis Philippi eiuſdem Eccleſiæ Archidiaconi, filij præfati Ludouici Groſſi, ac fratris Regis Ludouici ſeptimi iunioris, electi, dignitatémque eiurantis, contenti minore loco, ac reuoluentis animo dictum ſancti Pauli Apoſtoli [p]. Petrus autem ſummus Theologus, dictus inde Magiſter ſententiarum, vt pote quas theologicè in quatuor volumina diſtinxit, ſepulturam delegit in Choro Eccleſiæ ſancti Marcelli, anno milleſimo centeſimo ſexageſimo quarto [q].

f an. 1606. pa. 600.
g 1556. apud Ioannem de Tourn. p. 586
h an. 1076.
i 1109.
k obiit 1132.
l 1140. Perdidi aliâ hiſtoriam Sabaudiæ in folio bis prolixiorē, quam olim legi, nec alibi inuenitur, vbi, reor, Epiſcopatus exprimitur.
m 4. Cal. Auguſt.
n in ſuis propriis Epiſtol. li. 5. ep. 37.
o ſub titulo libri 4. ep. 10. col. 875.
p 1. ad Tim. 3. v. 2. *Oportet Epiſc. irreprehenſibilem, &c.*
q 13. Calend. Aug. Bar. nu. 52.

72. Mau

72. Mauricius de Soliaco ſic cognomine dictus, quia de illa vrbe Diœceſeos Bituricenſis natus fuerat, vulgò *de Suilly* [r], ex paupercula familia. Is ingenio pollens & mendicans euaſit Doctor egregius ſacræ Theologiæ Pariſienſis, adeóque ex meritis electus eſt Antiſtes per annos 31. non autem per 35. vt ſentit Chenutius. Equidem agolum geſtauit ab anno 1165. Eccleſiam Cathedralem à fundamentis extruxit, itémque pontes lapideos ad Sequanam & Matronam;tū Abbatias quatuor fundauit atque dotauit, &c. Vitâ functus an. 1196. [s] ex Chenutio, vel anno ſequenti ex MS. vetuſto ad me Lutetiâ Lugdunum miſſo [t]. Quale viri Elogium hactenus non editum, nos repertum apponimus ſub finem huiuſce Catalogi Pariſienſis. Scripſit ſermones ad populum per totum annum [u], & de cura animarum ad Presbyteros [x].

73. Odo de Soliaco ex Aruenia, è nobili ſtirpe Dynaſtarum huiuſce loci præfati, frater Henrici de Soliaco Archiepiſcopi 67. Bituricenſis. Tranſiit ad Patres 13. Iulij anno 1208. [y]

74. Petrus 2. cognomento *Camb*, filius Gualteri Franciæ Camerarij, animas dirigere aggreſſus eſt quidem anno 1209. Sed Epiſcoparum piè deſeruit anno 1217. in Saracenos proficiſcens 1 obiitque abſens triennio ſequenti 1220. [z] tametſi quidam ſcribant anno 1213.*

75. Guilelmus 3. de Caſtro Silligniaco primùm Epiſcopus 60. Antiſſiodorenſis, deinde Pariſienſis ab anno cit. 1220. iuſſu Honorij Papæ 3. [a] frater Hugonis dicti de Noëtiis Archiepiſcopi 58. Senonenſis. Quoad eius obitum, Chenutius narrat Democharem innuere eum defeciſſe ad feſtum S. Clementis *in villa S. Clodoaldi* [b] *an. 1223. & ſepultum in Abbatia Pontigniaci, quod verius eſt* (addit) *quia Rigordus Regius Chronographus ſcripſit in vita Philippi Auguſti eum interfuiſſe exequiis prædicti Regis eod. an.* 1223. & hoc eſto. Saltem habemus, quòd F. Petrus *Bureteau* [c] refert annum 1221. ac Demochares ann. 1222, [d] Vnde viderit Chenutius, quomodo Democharem allegarit. Et hoc eſt biennium præfecturæ Guilelmi, quod allegat Tauellus in M.S. nimirum cum aliquot menſibus. Et addit Author eundem ſepultum ex Teſtamento apud Monaſterium Pontigniacenſe in pago ſeu Diœceſi Antiſſiodorenſi.

76. Bartholomæus cœpit anno 1224. Et finiit *an. 1227. ex Chartulario Foſſatenſi*, vt loquitur Chenutius. Licèt Demochares vno verbo locet an. 1228. Cui conformis eſt Tauellus æquè breuis in MS.

77. Guilelmus 4. priùs Aruernenſis ſeu Claromontanus Antiſtes 66. multos concinnauit libros, de Trinitate, Sacramentis, &c. Tranſlatus ad ſuperos an. 1248. [e] Iacet in Monaſterio S. Victoris Pariſ.

78. Galterus 2. de Caſtro Terrici, forſan Theodorici, vulgò *Chaſtean-Thierry*. Veriùs debuit ſediſſe ab an. 1249. ad an. 1253. duntaxat.

79. Reginaldus de Corbelio ex infima plebe, ſed doctrinâ clarus, erat frater Petri Archiepiſcopi 81. Senonenſis, creatus Antiſtes anno 1250. Poſtea ad ſepulchrum S. Maioli Abbatis Cluniacum viam carpens ægritudinis causâ, ibi conualuit, ex Bibliotheca Cluniacenſi [f]. Tum eius animam, moriens, ad cœlos aſcendiſſe vidit Odo Epiſcopus 25. Baiocenſis, anno 1258. Vide numerum 76. Aurelianum. Vnde creditur in Sanctorum numerum redactus.

80. Stephanus 2. cognomento *Tempier*, natus Aurelianenſis, ſedens annis vndeuiginti, diſceſſum prænunciauit an. 1279. [h]

81. Raynulphus Northmannus Demochari, & Raulphus, aliàs Ranulphus Chenutio, præfuit nouennio, ac ſeculo vale dixit anno 1288. [i] vel ſequenti biennio.

82. Simon *Matiphas de Buccy*, antea Sueſſionenſis Epiſcopus 67. hanc ſedem ingreſſus eſt an. 1290. Et morte conſenuit anno 1296. vel 1305. ex Demochare, aut ſequenti ex Tauello in MS. Verùm apud Chenutium medio tempore an. 1304. [K] ſepultus eſt in vno ex tribus ſacellis, quæ in Cathedrali fundauit.

83. Guilelmus 5. ſecundum Democharem fuerat Aurelianenſis: ſed apud Chenutium eſt oriundus de Aureliaco in Aruernia, cognomine *Banfeti*. Ceſſit vitâ anno 1320. Cathedram occupans annis 16. Et iacet in infirmaria S. Victoris.

84. Stephanus 3. de Borreto poſt ſedis ſexennium, euanuit anno 1326. ex vtroque Tabulario.

85. Hugo de Biſoncio, vulgò *de Beſançon*, viâ diuini Spiritus eſt electus Antiſtes an. cit. 1326. [l] aut 27. ex MS. Tauelli. Et complens ſexennium exhalauit anno 1332. [m]

86. Guilelmus 6. de Chanaco, vulgò *de Chenac*, ex nobili ſtirpe *de Pompadour* ad Lemouicenſes, ex maiore Archidiacono Eccleſiæ Pariſienſis creatus eſt ibidem Epiſcopus ann. cit.

V 3 1332.

r oppidum eſt nunc Ducatos per Henricum 4. Regem erectus.
s 21. Septēb.
t an. 1614. per Camuzatum Trecenſem Canonicum.
u libr. duob.
x vno lib. Geſner. Ac de viro Ioannes Heroaldus li. 1. hiſt. Sanct. cap. 2. S. Anton. Part. 2. ca. 9. ſepultus in Choro S. Victoris.
y De ipſo Petr Bleſenſ. Epiſt. 126. ad R. Glocellriæ Abbatem. Papyr. Maſſo lib 3. Annal. & Rigordus.
z Democ. & Chen.
* Rigordus in vita Philippi Auguſt. an cit.
a Robertus Antiſſiodor. Monach in ſuo Chron.
b vulgò *le Bourg S. Clou*, apud Nouigentū prope Lutetiam.
c Cæleſtin. Senonenſ.
d To. 2. fol. 31. col. 2.
e Calend. Aprilis.
f fol. 1801.
h initio Septembr.
i 12. Nouēb.
K 4 Calend. Iunij.
l 14. Ianuar.
m 29. Iulij.

1332. *. Fundauit Collegium Pariſienſe S.Michaëlis : quale Guilelmus de Canaeo eius nepos Præſul 29. Mimatenſis auxit reditibus. Et Pariſienſis factus eſt Patriarcha Alexandrinus an.1342. * 18. Auguſt.

87. Fulco 2.de Canaco ex reſignatione patrui Guilelmi effectus eſt Antiſtes Pariſienſis à Clementè Papa 6. Auenioni an. cit. 1342. [a] Sepultus ann. 1349. ex Tauello in MS.apud Abbatiam S. Victoris cum patruo. a in poſſeſſionem miſſus penult. o Martij.

88. Audoinus Demochari vel Audonius Chenutio, præeſſe incepit anno 1349. Et iſtinc fit poſtea Epiſcopus 78. Antiſſiodorenſis ſub nomine Andoëni Sed profectò Data tranſmigrationis eiuſmodi citiùs per Authores illos fortè conſcripta anno 1350. minimè vuitur cum poſito annuo calculo in Antiſsiodorenſibus, vbi coacti ſumus ex adiacentibus ibidem concludere, quòd ipſe iſtinc illuc tranſlatus fuerit anno 1365. Atque,ni fallor, veriùs ibidem. Nam licèt tale diarium minimè competat aliis præſentis Catalogi inſequentibus : tamen ratio dilationis facilis fuit, quia dum Lutetiâ exiret aliò negotiis impeditus, poſſeſsionem alteram tardiùs arripuit.

89. Petrus 3.*de la Foreſt*, vir Pariſinus, antea Monachus Abbatiæ S. Dionyſij,poſtea Epiſcopus Tornacenſis, creditur apud Tabularios præfuiſſe huic Cathedræ ab anno cit. 1350. paritérque creatus Galliæ Cancellarius. Anno ſequente tranſmiſſus eſt ad Rothomagenſes. Reliqua ipſius vide ibi Numero 69. Tametſi quidam ſentiant illic tantùm Cancellarij dignitatem aſſumpſiſſe an.1355.

90. Ioannes 1. *de Meulant* primùm Antiſtes Nouiomenſis 76.venit Lutetiam Præfectus animorum ſub anno 1351.o Et obiit an.1363. o 10 Martio.

91. Stephanus 4.Pariſienſis,an.præfato 1363.ab Vrbano 5.Papa receptus,humanis ceſsit an. 1373. p Carmina ſui Epitaphij ſtant ante maius Altare ac tumulum Eccleſiæ Pariſienſis. p 16.Calend. Nouembr.

92. Aymericus de Magnaco ex Chenutio, vel cognomine de Mainacho ex Demochare, vulgò *de Mainach*,& tandem ex Ciaconio in Cardinalibus vocatur *Haymericus de Manaco* q. Is genere nobilis ex vrbe S. Aniani Diœceſis Lemouicenſis, & antea Decanus Eccleſiæ Pariſienſis ac Regius Libellorum Supplicum Magiſter,vt loquitur Tauellus in MS. à Gregorio Papa 11.hanc Cathedram regendam ſuſcepit anno 1373.Et pileum rubicundum conſecutus eſt tempore ſchiſmatis ab Antipapa Clemente 7. anno 1383. r nouennio poſt adeptum ſuum Epiſcopatum, ſub tit.S. Euſebij,teſte Chenutio poſt Ciaconiùm. Idem verò Chenutius dicit illum quidem mortuum anno præfato ſ, & Demochares medio 1384. At Ciaconius ei annum 1385. circunſcripſit. q pa.797.& Manacho pa.805. r 10. calen. Ian. Aueniona. ſ 12. Cal. April.

93. Petrus 4.ex Demochare cognomento de Ordeomonte, vulgò ex Chenutio *d'Orgemont*, vir Pariſienſis, filius Cancellarij Franciæ eiuſdem cognominis,antea Epiſcopus 47. Morinenſis,vulgò *de Terouane*,euectus ad hunc Pontificatum anno 1384. Interiit an.1409.ſepultus in Cathedrali Choro Pariſienſi ad læuam ſacri Altaris.

94. Gerardus 1.de Monte-acuto ſecundum Tabularios ex æquo fuit primùm Antiſtes 79. Pictauienſis, & inde effectus Pariſienſis 24. Septemb. an. cit. 1409. tum ex Chenutio ſeorſum, Præſes Cameræ Computorum ab an. 1412. frater Ioannis de Monte-acuto fundatoris Monaſterij Cæleſtinorum Marcouſsiaci, & apud Democharem obiit anno 1421.

95. Ioannes 2. vulgò *Breuiſcope*,aliàs *Breuis-coxæ*, vulgò *Maiſtre Iean Courte-cuiſſe*, ante Epiſcoparum Theologiam docuit,Senecam traduxit,an. 1403.Conc.16. œcumenicum Conſtantienſe adiit,ſolenne factum annis 1414. & 1417.Deinde ſelectus eſt hîc Antiſtes an. 1421. & ad extremum Gencuenſis anno ſequenti in Sabaudia.

96. Ioannes 3. de Rupeſciſſa, ex vtroque Tabellario, vulgò *de Rochetaillé*,anno 1424. dedicauit Lutetiæ t Eccleſiam parœcialem S. Petri dictam *des Aſsis*. Et addit ſolùm Demochares,quòd aliàs nominatur Dionyſius electus Patriarcha Antiochenus anno 1422. ſed de illo tardiùs infrà ſeorſum. t 4. Martij.

97. Ioannes 4 *du Moulin* abiit in cœlos ann. 1426.in Cathedrali ſepultus ex ſolo Demochare.

98 Ioannes 5.*de Nanto* animam exhalauit an.1438.ex Chenutio.Quos duos Ioannes etſi quidam videantur in vnum permiſcere, tamen diſcrepantiæ cognominum & temporum obituum efficiunt apertè duas eſſe perſonas hîc ſucceſsiuè præſidentes.

99. Iacobus *du Chaſtelier*, qui vno anno præfato ſedit 1438. tamen priùs Templum Pariſienſe S Pauli dedicauit, at non anno 1432.dictato à Chenutio aut 31.anteriore à Tauello in MS.Alioquî in proximis hiſce calculis oberrat.

100. Dio

100. Dionyſius 2. aut fortè 3. cognomine *de Molendino*, natus Meldis, primùm à Libellis Regis Caroli 7. deinde iſtic Antiſtes ab anno 1439. conſecratus Pariſiis à Laudunenſi, Nouionenſi & Albigenſi Epiſcopis, ac nominatus Patriarcha Antiochenus, necnon Archiepiſcopus Toloſanus 44. anno 1447. quo demum vitam finiit. Sic Chenutius, pariterque Tauellus in MS.

101. Guilelmus 7. cognomento *Chartier*, Normanus, frater Alani Chartier Regij Scribæ, cuius extant Opera, Iurium Doctor, primùm Senator Curiæ Pariſienſis anno 1435. & Canonicus Pariſienſis iam ab an. 1431. ex Tauello in MS. deinde ex aliis factus Epiſcopus 36. Baiocenſis anno 1446. a poſtea conſecratus Pariſienſis anno 1447. Tum dedicauit Baſilicam Eremitarum Auguſtodunenſium anno 1453. in vrbe. Et obiit anno 1472.

a In Octaua S. Victoris, vel an. 1448.

102. Ludouicus de Bellomonte, vulgò *de Beaumont*, nobiliſſimus Andegauenſis, Epiſcopatum hunc vacantem, abſens nec expetens, à Rege Ludouico 11. recepit, cuius erat Conſiliarius, rexit annis 20. moriens anno 1492. z Eius virtutes nitent ſculptæ in æneo tumulo Cathedrali.

z 4. Iulij.

103. Gerardus 2. *Cobaille*, antea fuerat Sueſſionenſis Epiſcopus infrà, vt loquitur Chenutius; nimirum 77. ibi: qui tamen Author ipſum illic prætermiſit, ſicut & Demochares in iſta poſteriore Tabula, & ſubiuit vices naturæ anno 1493. vel ſequente, ſedens biennio tantùm.

104. Ioannes 6. Cognomine *Simon*, antea Senator Pariſienſis, obiit an. 1502. die 23. Decembris. Collocatus in Choro ſub æneo Epitaphio.

105. Stephanus 5. dictus *de Poncher*, vir Turonenſis, hic ſedens ab anno 1503. vbi factus eſt Sigillorum Cuſtos an. 1514. Verùm anno 1519. iſtinc egrediens, tranſuehebatur ad Senonenſem Archiepiſcopatum y, operante Franciſc. 1. Rege in vim Concordatorum tunc naſcentium: mortuus tandem octogenarius Lugduni an. 1524. z corpore Senonas delato.

y vlt. Iulij 1518.
z 14. ſeu 24. Febr.

106. Franciſcus *de Poncher*, etiam Turonenſis, & deceſſoris nepos. Iam Epiſcopum agebat pridem ante patrui deceſſum, nimirum ab anno 1518. veluti affirmat ſolus Demochares, Chenutio nihil niſi nomen porrigente. At nos in allatæ Datæ probationem maiorem, addimus conſtare eundem virum Epiſcopatu fretum eſſe anno 1520. a ex Priuilegio Tomi 1. Conciliorum Pariſiis quondam editi, eique dicati: conſignante Io. *de Corbie* & Stephano du Tiller, necnon dedicante Iacobo Merlino Doctore Theologo. Migrauit vicennis anno incerto, ſaltem ante annum 1532. ob adſequentia. Hic Tabellam finiit Tauellus.

a 4. Kal. Sept. & 4. Kal. Octob. item 7. Idus Sept. 1504.

107. Ioannes 7. *du Belay*, exactiùs quàm pingat Chenutius, ſic trahitur ex conſpicuo nobis Ciaconio. *Is optimis ab adoleſcentia diſciplinis honeſtatus, illuſtri natus familia, ob ſcientiam atque virtutem Epiſcopus fuit Pariſienſis*, anno dubio, ſaltem ante annum 1533. *ac poſtea Epiſc. Lemouicenſis, Orator Regis Franciſci 1. Romæ apud Paulum Papam 3. Inde Presbyter Cardin. in 2. creatione an.* 1535. b *tit. S. Vitalis, ac mox tit. S. Ceciliæ, deinde tit. S. Hadriani. Poſtea Eccleſiæ Pariſienſis Sacerdotio* (anno 1551.) *factus eſt Epiſc. Card. Albanus, Portuenſis Burdegalenſiſque Archiepiſcopatus adminiſtrator, Eccleſiæ Cenomanenſis moderator, ac tandem Epiſcopus Card. Oſtienſis, Veliternus, ſacrique Collegij Decanus: qui Romæ obiit an.* 1560. c De reliquo, dum eſſet Lutetiæ, ex ipſius inſtantia Monaſterium Benedictinianum Diœceſanum S. Mauri Foſſatenſis d commutatum eſt in ordinem ſecularem, & Abbas effectus Decanus Epiſcopatui vnitus eſt, cum Prioratib. Regularib. inde pendentib. Bulla Clementis Papæ 7. data Romæ an. 1533. ex Chenutio Nu. 104. pa. 215.

b 21. kal Iun. Ciac. pa. 1115.
c 14 Kal. Martij, ætatis 68. ſepult. in Eccl. S. Trinit. ad montem Pincium.
d Leucis duab. ab vrbe in ortum.

108. Euſtachius *du Bellay* Comes Tornodori, vulgò *de Tonnoirre*, præfati Ioannis conſanguineus, vnctus eſt anno 1551. e Adſtitit Concilio Tridentino vſque ad annum 1564. aut ſequentem f, quo naturæ ſatisfecit. Et hic finem habet Demochares.

e 15. Nou. in Cappella Sedis.
f in Martio.

109. Guilelmus 7. cognomine *Violle* ex Conſiliario Parlamenti Lutetiæ factus eſt vrbis Antiſtes, præeunte Clero populóque cum apparatu an. 1565. g

g 18 Martij.

110. Petrus 4. *de Gondy*, quem frequenter ſum allocutus h, primùm fuerat Epiſcopus 93. Lingonenſis, exinde Pariſienſis an. 1570. i dictus Cardinalis Florentinus tit. S. Sylueſtri in quinta creatione per Sixtum Papam 5. anno 1587. k Poſtea tituli SS. Trinitatis in monte Pincio l. Contentus deceſſit Lutetiæ, morbo detentus & octogenario maior in villa Leproſi ſuæ ditionis anno 1616. m ac ſepultus in Cathedrali cum fratre Alberto Gondio, fratre Duce de Rets in Armoricis, Franciæ Mareſcallo ſub-extructo inſigni Mauſoleo.

h an. 1588. &c.
i 19 Martij.
k 18. Decem. Ciac. p 1212.
l pa. 1283.
m 7. Mart.

111. Henricus *de Gondy* præfati Alberti filius, quem vidi iuuenem in Scholis, per patrui Petri reſignationem euectus eſt Antiſtes anno 1598. à Paulo Papa 5. creatus Cardinalis, Rege Ludo

ge Ludouico 13. manu propria pileum tradente in Cathedrali anno 1618. n & ſequente an. eum cooprante in Ordinem S.Spiritus o. Sed proh dolor! illo Principem comitante à ſecretis Conſiliorum aduerſus vrbes Gallicanas ab orthodoxa Religione deficientes, atque rebelles tunc Regiæ Maieſtati ſtatuíque Reipublicæ, dum pie conaretur Sedem ſuam Pariſienſem in Archipræſularum erigere, Literis ac Nuntiis iam in Romanam Curiam miſsis, àque ſummo Pontifice benignè ſuſceptis, tædio demum & labore confectus occubuit in Regio exercitu Montem-peſſulanum obſidente ſub finem anni 1622. tametſi in florente adhuc ſatis ætate, corpore Lutetiam illecto in Mauſoleum quale ſuprà. n 19 Mart. o Prid. Cal. Ian. 1619.

112. Ioannes Franciſcus *de Gondy*, frater natu iunior præclari defuncti Henrici, antea Decanus Eccleſiæ Pariſienſis & S. Aubini Abbas Commendatarius, Regi in nominando à dilecto prædeceſſore obeunte commendatus, & de ſe propria virtute benemeritus, Diplomata Apoſtolica fœliciter conſequutus eſt anno inchoante 1623. non ſolùm ſub nomine veteris Epiſcopatus Pariſienſis à Romana Sede pendentis immediatè, vt moris fuerat antiquitus, ſed etiam ad nonum titulum perſonæ rum primùm erectæ in Archiepiſcopum, Henrico dum viueret iam diſponente illam excellentem dignitatem pro ſe & cunctis eius ſucceſſoribus. Et tres Epiſcopatus Suffraganei verè conceſſi huic moderno Archiepiſcopatui nominantur in Prçludio Tabulæ noſtræ Senonenſis chronographicæ: atque mox infrà ad longum ſubſequuntur. Quà dç causâ eidem R. Ioanni Gondio deuoueram pio Epiſtolio Volumen tertium mearum Anactiſeûm ſacrorum Bibliorum pro Xeniis anni & receptæ ſuæ Cathedræ, congratulando nouum ipſius apicem prçeminentię, tametſi ſeriùs paulò ad eius conſpectum deuenerit, propter varia quç poſtmodum didici occurrentium itinerum ac nunciorum diſcrimina. Faxit igitur Deus Opt. Max. vt eundem in altiore gradu, pietate & officio ſeruet ad Neſtoreos annos incolumem vltra hunc noſtrç editionis ann. 1625. & 1626.

ELOGIVM MAVRITII PARISIENSIS EPISCOPI LXXI. SVPRA ſeorſum ad hanc calcem inde relegatum, ex antiquis M.S. fideli calamo depromptum, & hac prima luce digniſſimum.

MIgrat Pariſij pater ad patriam paradiſi,
Mauritius, mundo Martha, Maria Deo.
Sic obit à quinta ieiunus luce viator,
Eſurit in vera carne videre Deum.
Offertur panis, quem clauſis ſenſibus intra,
Spiritus inſpirat corporis eſſe cibum.
Verbo, mente, manu, calicem, panémque repellit,
Et ſic cæleſti corripit ore dolum.
Illuſère mihi velut hoſtes, poſtulo paſſum,
Paſſum ſub vera poſtulo carne Deum.
Rem ſtupet auditor, offert venerabilis Abbas,
Quod petit, occurrit mente manúque Pater.
Sentit adeſſe Deum, ferueſcit in oſcula, ſanctum
Vas tenet, & verum corpus adorat ita.
Ecce ſalus mundi, Verbum Patris, hoſtia ſacra,
Vera caro, deitas integra, verus homo.
Tranſeat ad dextram patris Chriſti caro, cum quo
Diſponit patris regna redemptor homo.
Sic ſpes hic meruit rem præſentire, fidéſque
Scire, videre Deum glorificandus homo.
Sic amor exarſit, ſic ſpes præſenſit, vt vna
Crederet, & ſeiret credita certa fides.

Hi verſus egregij deprehenduntur in Manuſcriptis Bibliothecç Abbatię S.Victoris ad muros Pariſienſes. Cuius Mauritij paſsim nonnulli pauca reſcribunt. Sed maximè Cardinalis de Vitriaco infirmi coçtaneus ea promulgat pro debita verſuum paulo obſcuriorum expoſitiuncula, adhibitis noſtris ſcholiolis in parentheſi. *Cùm bona memoria Epiſcopus Mauritius iam quaſi ſenio deficiens nihil prorſus ſumere valeret* (ait) *& imminente morte viaticum ſibi dari peteret, Canonici ſancti Victoris Hoſtiam non conſecratam* (panem prophanum) *ei attulerunt, non audem*

audentes ſacram Euchariſtiam miniſtrare, eò quòd nihil poterat guſtare (vnde verſus dicit, *à quinta ieiunus luce*, ex nimia ſtomachi debilitate.) *Ille verò diuina virtute, quòd illi pia intentione fecerant, percipiens: non eſt, inquit, hic Saluator meus, quem cum ſummo deſiderio poſtulaueram. Hoc in ſpiritu recognouit. Ipſi autem vehementer admirantes verum Chriſti Corpus attulerunt* (poſt acceptam ab ægro extremam Vnctionem.) *Tunc Chriſti præſentiam cum deuotis lachrymis ore tantùm oſculando tetigit* (cùm ſorbere nequiuit) *& ita ſpiritum in pace Domino reddidit.* En quæ geſta ſunt à Patribus Religioſi Cœnobij circa virum in extremis tandem conſtitutum, qui pro illo receſſu ſeſe receperat, antequam difficillimo tali morbo eſſet affectus. Cuius loci Abbas tunc fuerat R. P. Robertus, ſextus in ea dignitate, Mauritio deliteſcente in Monaſterio per ſex menſes, vbi conſtruxerat ſibi Altare ſeorſum, & viuens emiſerat votum profeſſionémque Religionis ac habitus illîus. Itaque adſequitur perinde eiuſdem Mauritij Epitaphium conſimilibus verſibus inſtructum.

Doctor & Antiſtes Cathedra condignus vtraque
A prima meruit continuare duas.
Sana fides, doctrina frequens, eleemoſyna iugis
Clamant Pariſijs non habuiſſe parem.
Virginei menſis qua tertia præuenit Idus,
Splendorem ſepelit nube ſepulta dies.

Obitus ipſius vndecimâ Auguſti, an. 1197.

CATALOGVS HISTORIOCHRONOLOGICVS EPISCOPORVM AVRELIANENSIVM.

QVAE SEDES RECENTISSIMÈ FACTA EST PRIMA ſuffraganea nouiſſimi Archiepiſcopatus Pariſienſis.

1. SANCTVS Altinus primus hîc Epiſcopus & Martyr in erudiendo ad fidem populum, fuit vnus ex 72. Diſcipulis Chriſti Seruatoris, Collega ſanctorum Sauiniani 1. Archiepiſcopi Senonenſis, ac S. Serotini 1. Antiſtitis Trecaſſini, ſuprà à B. Petro Apoſtolo in Gallias miſſus cum iiſdem socus ad annum ſaluris 45. Sic ediſſeritur partim apud recentiorem Chenutium [a], ex parte per annoſiorem Democharem [b], qui adiicit eundem ſanctum Aureliis Eccleſiam in honorem B. Stephani condidiſſe. Et medius Author eſt Carolus Sauſſæus [c]. In ſuis ex profeſſo Aurelianis teſtatur maiorem Reliquiarum partem ipſius Sancti conſiſtere Trecis, & ſuperſtitem ferè Aureliis [d]. Sed monemus, quòd nequaquam apparet in Martyrologio Romano. Vereor interea, ne is Altinus ſit idem numéro vir, qui ſub eo nomine egit Pontificē tertiùm Senonibus, forti etiam argumento. De qua vrgente controuerſia nihil loquitur Sauſſæus aut alius. Sed dum ipſum miſcet cum citato 1. & Potentiano 2. Senonenſi Epiſcopo: ſanè eundem ſub vnica Sede Aureliana connumerat, vbi Decanus erat. Etiámq; Chen. non eū Senonas trāsfert: [e] verū nos hunc illic reponimus ex probabiliori periodo Chronici de Natalib. in vitis Sanctorū. Cuius hiſtoria & martyriū Altini, ſi huc ad Aurelianēſes referri queat, non impedio. Aut opinari quoque licebit decentiùs initio Diſcipulos eiuſmodi ab Apoſtolis miſſos Euāgelium multis plerunque in ciuitatibus ita diſſeminaſſe, vt diuerſarum ferè vrbium itè haberi queār Epiſcopi, ſupplentes locorum defectus, donec quęque vrbs ſuum peculiarem nanciſci poſſet Epiſcopum, rigatis ac roboratis fidei chriſtianæ arbuſculis. Etenim ſic B. Dionyſius nominatur primus Concionator & Antiſtes æquè bene Meldis, qui eum ſibi vendicant, ſicut & Pariſiis, &c. Incertus eſt terminus ſuæ Cathedræ & necis.

a editus an. 1621.
b edit. 1562.
c 1615. Pariſ.
d li. 1 No. 29. vel facilius pa 35.
e pa. cit 35.

2. Alixitus, ſeu Altrus & Alipitus omittitur cum ſequaci à Demochare, quia ipſum ignorabat, & Tauello Altinus paulò tardiùs. Sed ordinatur ſecundus à duobus cæteris. Etſi verò eius nomen ſolitarium excutiat Chenutius: nihilominus eum latiùs paulò affirmat Sauſſæus, velut à D. Altino conſecratum Aureliis [f]. At quoto tempore is præfuerit, ille non aperit. Nos verò ſtudioſi imprimis chronologicæ veritatis opinamur ſediſſe ab anno ſal. circiter octuageſimo ad centeſimum trigeſimum, maximè ad replendos vacuos annos, qui aliàs adhuc ſupererunt infrà.

f pag. cit. 35.

3. Auſpicius etiam tertius ab vtroque conſtitutus. Eſto vſque ad annum 170. Sic æquum eſt & creditu facile. Verùm ab ipſo ad ſequentem qui legi poſſit, reſidui ſinuntur anni ducenti, quod tempus inane mediorum plurium interea Epiſcoporum antiquitas ſibi in tuto aſſetuare nequiuit hactenus, ob varias tumultuantium bellorum tempeſtates, quas paſſa eſt Aurelia, & reliquarum ciuitatum Gallicanarum multitudo vaſtata, ac ærumnis plena frequenter. Niſi quis ex deficientibus ponat ſaltem & affirmet Eodaldum Sacerdotem Epiſcopum extitiſſe, eúmque replentem locum vnum, ſucceſſorem Auſpicij, aut alias curam animarum ex pio zelo habentem, eáſque paſcentem, quem poſt Auſpicium dictitat Sauſſæus Diaconum Martyrem Aureliis euangelizantem.

4. Diopetus ſic vocatur ex communiore vſu ac faciliore in Prouinciali Concilio Agripinenſi ſeu Colonienſi, vbi comparuit 23. ſeu penultimus anno 345. Et illic ſcribitur, *ſecundus Aurelianorum Epiſcopus.* Id fortè dictum, quòd veteres nondum aliquem præter S. Altinum eo priorẽ agnoſcerent. Fulſit quoque Epiſcopus 89. in œcumenico Sardicenſi Cõcilio, ciuitate Græca Illyriæ anno medio 347. Atque ibidẽ circa plures alios Gallicanos Antiſtites Declopetus [g], itémque apud Tauellum Diclopitus in MS. voce vtrobique minus aſſueta. Porro de ipſo minora Sauſſæus [h], & cæteri adhuc pauciora. [g] 4. Idus Maij. [h] pa. 45. 46.

5. Deſinianus ſic dictus in Chenutio atque Sauſſeyo, etiámque Deniſianus apud Democharem, vbique anno finali 347. ſed meliùs anno 348. vel paulò vlteriùs, niſi verùm ſit, quòd tunc Sedes vacarit duobus ferè annis ob enatas in eligendo controuerſias [i]. [i] Sauſſ p. 49.

6. *S. Euurtius* 374. Sic duo Tabularij, nec vltrà. Venerat Romà Subdiaconus: caſu Aureliam appellens ad ſocios Italos fratres ſuos captiuos requirendum. Mira cuius viri columba candida reſidens ad caput ſuum, viſa eo orante in vrbis Templo, prolixiùs depicta eſt à Tauello in MS. ex Vincentio lib. 14. ca. 83. quàm narrarit Sauſſæus pa. 58. Quo cæleſti indicio idem Euurtius ſelectus eſt Antiſtes Sede vacante, & Clero precibus ſucceſſorem efflagitante à Numine. Sed nos de cætero adiicimus, quòd Præſul ipſe anno cit. 374. adſtitit Concilio Prouinciali Valentiæ in Galliis ex Baroniano Martyrologio, vbi Præſul vocatur Euortius, vulgò *Enuerte* [k], ad diſcrimen alterius Euurtij Martyris, Gallis *Enurce*, veluti de vtroque tractamus in alphabetico noſtro Inuentario pro Sanctis. Qui cœtus non apparet in Conciliorum Voluminibus, ſed duntaxat Valentinianum Hiſpaniæ tardiùs. Aſt præterea is Sedem auſpicatus eſt ab anno iam 340. vel 350. ex præfato Sauſſeo [l]. Qui etſi dilatet, dum nec vltrà ſatis exactè percontatur aut inquirit, quandiu Præſul vixit ſeditve: conſpicio in Surio per Moſandrum, & in Gazetio [m] eum rurſus Cathedram miraculis illuſtraſſe ad annum vſque 390. quo is moriens optauit erga Clerum populúmque, vt dignior S. Anianus tunc Abbas in vrbe eo degente ſeligeretur ſucceſſor, ne diſſenſiones antea ſubortæ in deligendo recrudeſcerent: quod & pacificè geſtum eſt, etiam nominante prodigioſa infantuli voce. Et reuerà idem quoque ſuccedens legitur multò poſterior infrà præfatum annuum finalem calculum. [k] 7. Septem. [l] pa. cit. & 51. [m] To. 1. pa. 551.

7. *S. Anianus* 451. Ita breuior Chen. qui annum de Præſulis fine concipit. Et tunc Antiſtes infirmũ ſanabat miraculo, ex Baronio Nu. 48. Is autem à Democh. prædicatur natione quidem Germanus, antea S. Laurentij Abbas: at ſecundum Sauſſæum fuit nobilis Gallus Viennenſis. Cœpit verò epiſcopari anno 390. vel 391. ex allatis in deceſſore. Quem annum Sauſſæus tacitè amplecti cenſetur, dum narrat Sanctum obiiſſe anno 453. poſtquam ſederit *in Cathedra Aurelianenſi* (ait [o]) *ſexaginta quinque annos, moriens anno ætatis ſuæ nonageſimo quinto*: exemplo (addit) Photini & Irenæi Lugdunenſium Epiſcoporum, ac Polycarpi Smyrnenſis [p]: ille annorum 90. iſti pluſquam 80. Qui calculus demonſtrat initium Sedis depromi ſaltem ab anno 387. aut 388. non longè à noſtro calculo. Vnde Sauſſæus paulò maturiùs duntaxat præbet exordium Antiſtitis. Quæ autem miranda de ipſo in Aggeſtinum vrbis Pręfectum & Hunnos hoſtes narrat Tauellus in MS. ex Vincentio lib. 20. ca. 52. ea cuncta iam diſcurrit Sauſſeyus, nec tamen citat primarium illum authorem. Feſtum Sancti liquet in Martyrologio Romano [q]. [o] pa. 75. [p] pa. 74. [q] 17. Nouem.

8. S. Proſper pręfuit tempore S. Leonis Magni Papę 1. ſedentis Romę ab an. 441. ad an. 460. ex Baro. in Martyrol. [r] atque ad eum literas Aureliam miſit S. Sidonius Apollinaris, qui luxit Aruernus Antiſtes ſub anno 476. imperante Zenone, & priùs ex eodem Authore in Annalibus. Ergo ſedit noſter Aurelianenſis, ſaltem decennio ab an. 453. ad 463. nec vix diutiùs propter adſequentes, etiámque Sauſſęo dictante [ſ], & Chenutio breuiore pediſſequo, dum exactiùs rem venamur, necnon adiicimus obiter ſanctum alium Proſperum Aquitanicum Regienſem Epiſcopum [t] extitiſſe quidem ſynchronum huic noſtro Celtico, ſed illo annoſiorem. [u] Vnde Pręſulem Demochares malè deprimit poſt quatuor proximos ſequaces, cùm debeat hîc poſt Anianum extolli loco decentiore chronologico. [r] 29. Iul. & Sidon. li. 8. epiſt. 15. [ſ] pa. 91. [t] 29. Iulij. [u] Bar. Annal. an. 414. & 419.

9. Magnus iſtic Antiſtes, à tribus citatis nomine ſolo peruius, nequit competere S. Magno Epiſcopo Opitergienſi inter Venetam & Auſtriacam ditionem conſtituto, temporéque poſteriori [z]; neque S. Magno Archiepiſcopo Mediolanenſi, chronographia carenti [y]. At ex ſuperioribus ſediſſe videtur ab anno 464. ad annum 470. factâ cum ſequentibus etiam analogiâ. Prętereo Magnos alios ſanctos Martyres pleroſque huc minimè ſpectantes.

z 6 Octob. Baron. y 5. Nouem.

10. Febatus abhinc per quinquennium ad annum vſque 475.

11. Gratianus ex antiquo præſcriptionis iure finiit an. 480.

12. S. Monitor ſuum quidem habet diem in Romano Martyrologio.* Sed ibi orbatus eſt Chronico. Prudenter autem octennium eidem vſque ad annum 482. decernimus.

* 10. Nouem.

13. S. Floſculus ineſt quidem ſcriptis recentioribus martyrologicis [z], at non vetuſtis [a], nec legitur in Petro de Natalibus, quem aliqui notant [b]: multóque minùs ſculpitur, quoto anno ſederit. Neque rurſus comparet in Epiſtola Sidoniana, quam allegat Baronius [c]. Sed eſto Sidonius ei ſynchronus fuerit: quia verò is mortem guſtauit egregiam anno præciſè 485. ex Annaliſta ſacro; ideo concluditur Floſculum Cathedram decoraſſe ab anno veriùs 483. ad annum circiter 486. Ad eúmque terminum vt proſperè deſcenderemus, anteriores Prælatos arctauimus.

z Baro 2. Septemb. a Vſuardt. b li. 11 c. 47. Baron. c li. 9. Ep. 1. c. 5.

14. Dago inde fortaſsis peruenit ad annum quingenteſimum.

15. Euſebius ſedit ab anno ferè 501. & comparuit ſeptimus in Concilio 1. Aurelianenſi ad annum 512. vel 51?. vt multis placet: aut anno 507. &c. ex Artic. 14. Trecenſi ſuprà.

16. Leõtius ſuũ tulit ſuffragiũ vigeſimus in Synodo 2. Aureliana percelebri an. 533. aliis 536. [d]

d 9. Kal. Iul.

17. Antoninus acceſsit quintus in tertium Concilium Aurelianum an. 540. die tertio Nonarum menſis tertij, vt loquitur editio Conciliorum Coloniæ 1551. Cuius diarij propterea meminimus: quia viſum itis nouum alium Antiſtitem eodem annuo ſpatio. Quo fit, vt Antoninus paucis poſt cœrum diebus aut menſibus ad cœlum vocatus ſit. Vide pro ipſo Numerum 19. Sed malè affirmat Tauellus in MS. quòd etiam affuerit Synodo 4. Aurelianæ.

18. Oldoricus hîc recèns noſtra ſedulitate compellitur: nec in tribus præfatis authoribus deprehenditur. Siquidem disertè tali nomine prædicatur Aurelianenſis Epiſcopus apud S. Simeonem Metaphraſtem & Moſandrum in Surio ſub annum citatum 540. die 5. Nouembris in vita morientis S. Læti Bituricenſis, ad cuius ſepulchrum ipſe Oldoricus cum aliis ſanatus eſt ingenti miraculo, quia ſubinde aures ſuas ſenſit patentes, & vocalem ſermonem planè reſtitutum, cùm antea ſurdus ac mutus eſſet. Adeóque ordo iſte ei competit. Tum ſedit aliquot inſuper annos.

19. Marcus cenſetur ab iniuſto exilio reuocatus ad Sedem Aurelianam anno 552. tempore quinti Concilij Aurelianenſis. Adeò vt non ampliùs in ea Synodo ſuffragatus ſit, aut ſuperuixerit Antoninus, ſed iſte Marcus ipsius ſucceſſor: licèt vulgares deinceps Conciliorum editiones inter Patres huiúſce Concilij ſtatuant Antoninum Aurelianenſem pro Antonino Olerenſi Præſule ex æquiuoco: ſicut de hiſce mutatis in redarguendo vocibus ritè ſcripſit Sauſſæus [h], fundamento ex vetuſtiore textu S. Gregorij Turonenſis Epiſcopi deprompto [i], vbi Marcum tunc verè ſedentem, at tantiſper exulantem demonſtrat, quem hîc prætermittendum profert ſatis in medium ille Decanus Aurelianenſis. Nec ſcitur, quamdiu poſtea adhuc ſederit ipſe Marcus. Saltem putatur ſolutus vinculis corporis ſub annum 556. quia anno 559. adſtitit Leontius Concilio 1. Pariſienſi, Sedem iterum captans, qui priore iam vice fuerat ibidem Antiſtes 16. veluti de iſto illius reditu ad Cathedram ſynceriùs præſumitur. Nondum tamen eum ad caput erigimus. Sed horum recordamur per Appendicem.

h pa. 119. i In vitis Patrum c. 3. 6. Appendix.

20. Fœlix ſedit comes & ſynchronus S. Germano Pariſienſi Epiſcopo, ex Actis præſertim immunitatis Monaſterij Abbatialis S. Vincentij à Pratis in ſuburbio Luteriano, poſtea dicti S. Germani an. 569. qualia Sauſſæus narrat [k] hauſiſſe ex Aymoino de Geſtis Francorum, vbi ex ſcriptor nominat teſtes S. Nicetium Lugdunenſem Archipræſulem, Prætextatum Cabilonenſem & Fœlicem Aurelianenſem Epiſcopos. At voces eiuſmodi non lego apud Annonium locis quæ citat [l], neque in circum. Sed aliis generalioribus verbis contuetur ibidem nonnulla breuiora ad eam immunitatem ſpectantia ſine vocato teſte. Ex conceptu verò Sauſſæi potuit aut debuit Fœlix ſediſſe ab anno 556. vel 557. Verùm non vltra annũ 569 medium ob prementes nimium annuos conſequentes numeros. Sed verò quia cernitis vix tutam ſatis hãc Fœlicis Sedem ab ipſo Sauſſeyo collocatam ſub iſto 6. ſeculo, arbitrarer ego eundem Epiſcopũ lubentiùs vixiſſe ſub octauo ſeculo infrà, confeſtim poſt Deotinum 41. Antiſtitẽ ex coætaneo ferè Adone Viẽnenſi, & noſtra illic Appendice. Nec opus cenſetur duos efficere Fœlices Aurelii, dum cogentia ad hoc deficiunt teſtimonia. Interea præſentem Sauſſæi ordinem pro hac vice ſuſtinemus.

k pa. 132. l li. 3 ca. 2.

X 2 21. Tre

21. Treclatus, ſiue Tranclatus apud Tabularios, & in Tauello Treclatius, ſedit ſolo anno finali 569. propter ſucceſſorum anguſtias. Qui reliqui Authores nihil præter eius nomen aperiunt.

22. Baudatus ſiue Raudatus ſolo item anno inchoante 570. Silentibus præfatis, circa eius tempora.

23. Rigoniarus ex Demochare, & Rigerus vel Ricomerus ex aliis ſub annis 571. 572. ac fortaſſis vſque ad annum 582. vt ſentit Sauſſeyus, qui viderit aut alius prudens an rationum eius momenta ſint valida ac firma ſatis [m], quia toti poſtremæ Datæ opponitur ſequax prorſus ſecundum quoſdam.

[m] pa. 133. 134.

24. Namancius ſic dictus apud Chenutium vnico verbo, ſuffragatus eſt ab ingreſſu Sedis Concilio 1. Cabilonenſi an. 582. tum decimus quartus in 1. Matiſconenſi [*]. Quod equidem ſi credatur celebre factum anno 576. vel 577. vt cenſent Iudices Voluminum Conciliorũ, ſanè Sauſſeyus longiùs protendit annales fimbrias prędeceſſoris Rigomari: at dum tuetur ſententiam Annaliſtæ Baronij, qui arbitratur eam vlteriorem Synodum factam anno 583. ſatis opportunè partitur Chronologiam [n]. Deinde interfuit Namancius 2. alteræ Synodi Matiſſanæ, quam omnes vno affirmant ore conſpicuam ſolari anno 588. Et hinc Sauſſæus pergit Sedis durationem porrigere [o] ad annum vſque 589. vel 590. prætextu periodorum Gregorij Turonenſis, quarum minimè citat capita libri 3. hiſtoriæ Francorum. Id verò legimus libro 9 cap. 18. & renouat Tauellus in MS. Sed & nec id ſeculum probat neuter Authorum. Iudicet in eo æqui temporum diſtributores. Moritur Namancius Andegauis die incerto, quem Demochares vocat Iohamatum, Maumarum & Maumacum, atque Tauellus in MS. Naumatium.

[*] To. 2. de Lug. Nu. 33.
[n] pa. 135.
[o] pa. 139.

25. Auſtrenus frater S. Ancharij Epiſcopi 19. Antiſſiodorenſis, cœpit Epiſcopium anno cir. 590. finiuntc ex Sauſſæo [p]: qui Author ſubtili è ſynchronis Optimatibus deprompta illatione concludit eum vità ceſſiſſe anno. 604. Demochares hunc etiam Auſtremium nominat, fratrem quoque S. Lupi Senonenſis Archiepiſcopi 23. Et nos rurſus alicubi legimus eundem vocitari Auſtrennium auunculum præfati Lupi. Vnde tandem aliter & clariùs de hiſce perſonis ſic habet Tauellus in M.S. *Auſtrenus fuit vir eximiæ nobilitatis, frater Authnary Antiſsiodorenſis Epiſcopi, necnon Agia matris S. Lupi Senon.* [q] *&c.* Quam geneſim non habet Sauſſeyus. Interea hoc etiam æuo deceſſit [r] S. Maximinus Confeſſor Aurelius, quem recenter fortè dixiſſem Epiſcopum, ſi tempora disertè reſtaſſent.

[p] pa. 141.
[q] pa. 160.
[r] 15 Decem. 590 in Martyrologio.

26. Leodegiſillus ſedit paulò poſt S. Gregorij Magni Papæ tẽpora [ſ]: hoc eſt, ſub Bonifacio 4. vno ex ſucceſſoribus Romæ Pontificibus, &c. exitu indefinito. Eſto per decennium, ab anno 610. ad 620. Sic æquum fuit. Cæterùm, ordo iſtius Epiſcopi ac ſequacium nouem aliter vertitur à Tauello in MS.

[ſ] Sauſſeyus pa. 151.

27. Leodegarius, iſque primus, qui à Demochare infrà deprimitur poſt Audemarum & Leodebertũ, attollitur ſub hunc ordinem à Sauſſeyo atque Chenutio; quia narrat ille prior [t], & Diplomate probat, eundem Leodegarium ſubſcripſiſſe fundationi Monaſterij Floriacenſis agri ſeu Diœceſeos Aurelianenſis, factæ per Leodebodum ſeu Leodeboldum Abbatem S. Aniani anno 651. veluti legimus apud Sigibertum Chronologum; in quod Monaſterium ſcribit delatum eſſe corpus S. Benedicti Abbatis Patriarchæ ex Caſtro Caſſino per Monachum Agilulphum. Perindéque ſedit Leodegarius ab an. 621. ad 652. vt minimum.

[t] pag. 152. & 162.

28. Ando vſitatior apud Sauſſeyum [u], aliàs Auclo & Andoïnus apud Democharem, vel Audo in Chenutio: adſtitit quintus proximè poſt Armentarium 28. Senonenſem Archiepiſcopum in Concilio Cabilonenſi ad Ararim, quale Tomi Conciliorum dicunt ſecundum & nos tertium in hiſce tribus chronologicis Voluminibus [x]. Viſum eſt autem celebre vel anno 650. ex Breulio, vel an. 658. ex Tomis pręfatis, vel denique anno 662. ſecundum Baronium. Quibus totis ſpatiis temporum ſedit Ando, & fortè pluribus.

[u] pa. 147.
[x] To. 1. Nu. 44. §. 1. &c.

29. Gaudo ſiue Gaudonus ſedit ad an 667. tempore S. Annemundi 45. Archiepiſcopi Lugdunenſis ex noſtro 1. Tomo.

30. Sigobertus vel Sigebertus ad ann. 670. quo Vitaliani Papę, & ex chronologica circunſtantium facta proportione.

31. Seuericus & Seuericius circa annum 680. ſub Agathone Papa. Is tamen & adſequentes quatuor ſolo nomine apud tres ſolitos conſcriptores diriguntur, ſicut & duo etiam pręcedentes apud Chenutium.

32. Baldacus ſeu Balaldus ſub anno 690. ſub Conone Papa, &c.

33. Andamarius vel Andamarus & Audamarius circiter an. 695. ſub S. Sergio Papa.

34. Leodegarius 2. circiter an. 700. ſub Ioanne 6. Papa Martyre.

35. Leo

35. Leodebertus an. 708. ſub Ioanne 7. & Siſinio Romanis Pontificibus.

36. Suauaricus an. 716. proximus anteceſſor S. Eucherij Aurelianenſis, neporis ſui.

37. S. Eucherius notæ famæ, fortè iam ſedit ab anno ſeptingenteſimo decimo ſeptimo. De eo exule Sigiberti Chronicum, anno ſeptingenteſimo vigeſimo tertio. Deinde viſus eſt quibuſdam obiiſſe anno ſeptingenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo ex Gazetio, die 20. Februarij in Romano Martyrologio. Item cenſetur exul tranſlatus diſceſſiſſe in Hiſpaniã verſus Coloniam, anno 731. vel 741. ex diuerſis collectionum formulis in noſtro alphabetico Inuentario de Sanctis. Quas notas confirmant ſanè Annales S. Trudonis ſtudioſè à Sauſſeyo concinnatas y, qui certè aduertit prætereà ex iiſdem, ipſum S. Eucherium aduixiſſe aut deſeciſſe anno 742. vel 743. z Alij tamen cum Baronio ponunt anno 731. Numero 32. Nimirum anno 9. ſui exilij, vt ſentit ipſe Sauſſeyus, vel anno 6. ex mente Tauelli in MS. ſaltem exiiſſe animam è corpore ipſius anno 24. Epiſcopalis ſuę ordinationis. Sed tandem aduerte obiter, eundem Baronium in Annalibus ſub anno ſeptingenteſimo quarto, Numero 1. loquutum vniuerſim *de Adolpho & Eucherio eiuſdem temporis Epiſcopis Ariperto Longobardorum Regi fauentibus*. Et in ſuis Elenchis narrantur ſolùm Prælati in Gallia: nec ciuitates adnominantur. Eucherius ille poſſet eſſe iſte Aurelianus, niſi obſtet maturior Data annorum 13.

y pa. 274. ex li. 2. c. 3. Trudonis.
z ex Trud. c. 6. Sauſſ. pag. 275.

38. Bertinus ab anno 744. ad annum circiter 750. De quo & tribus ſequacibus alij nihil niſi nomina.

39. Adalinus ſeu Adilinius inuoluit annum ſeptingenteſimum ſexageſimum vltra Sedem Stephani Papæ 3.

40. Nadatimus ex Sauſſeyo, Nadatinus Chenutio, Nadalinius in Tauello, & primùm Nadilinus apud Democharem, ſedit annis 770. & 780. Pontificibus Romæ Paulo primo & Stephano quarto.

41. Dorinus ſeorſum apud Democharem, ante Epiſcopatum Abbas Floriacenſis a, vel Deothinus ſecũdum Sauſſeyum b atque Chenutium, itemque Theotimus in Tauello. Ambit annum 792. &c.

a Gaguinus.
b pa. 277.

Hic autem ſeiunctim monendum cenſemus per appendiculam, quòd putatur Felix Aurelianus qualiſcunque Antiſtes altiùs æquo & perperam ſuprà diſtributus Numero 20. Etenim credimus Præſulem iſtic veriùs conſtituendum pro Numero quadrageſimo ſecundo. Nam ex ſynchrono Adone Viennenſi hiſtorico de veritate fideli atque à cunctis recepto, diſcimus Felicem illum ob hæreſim palàm condemnatum anno præciſè ſeptingenteſimo nonageſimo ſecundo, quaſi poſt Deorutum meritò ſubiiciendum. Extant proprij textus Tomo primo huiuſce Operis tripertiti, in extremo Ilduino 54. Lugdunenſi Archipræſule tempore firmiori.

42. Guibertus, qui non paret in Demochate, ſubſcripſit ex Manuſcripto Abbatiæ ſancti Dionyſij in Francia, & Actis à Sauſſeyo allatis, publicationi Indulgentiarum à Leone Papa tertio collatarũ anno octingenteſimo quarto c, iis piis qui deuotè viſitaſſent ſacroſanctas Reliquias venerabilis Crucis Chriſti, ſpinæ, clauorum & ſudarij in Gallias à Carolo Magno delatarum ſolenni ritu, &c. Tempus ſui finis incertum eſt.

c malè ad marg. Sauſſei an. 840. pag. 279.

43. Theodulphus ſubſcripſit Teſtamento Caroli Magni Imperatoris anno octingenteſimo vndecimo, quatenus loci Epiſcopus. Inde anno octingenteſimo decimo ſexto ex Baronio Numero 96. & Sauſſeyo pag. 286. Regio filij Ludouici Pij iuſſu is Antiſtes longè obuiam iuit Stephano Papæ, non tertiò, vt narrat Sauſſeyus pagina 282. ſed quarto, ex Tillio & Genebrardo: neque perinde anno octingenteſ. trigeſ. octauo, vt arbitratur Tauellus in Manuſcripto, velut depromens ex antiquo anonymo authore vitæ Ludouici. Idem verò ſummus Pontifex, præſente Rodulpho, Rhemis Ludouicum Regem inaugurauit eo anno octingenteſimo decimo ſexto, & Romam reuerſus, ſeptem duntaxat menſes in Cathedra D. Petri aſſedit d. Interea ſacer Poeta Theodulphus anno ſequente ad carceres Andegaui miſſus eſt, etſi innocuus. Rege autem in Proceſſione Palmarum per carceris vicum ſolenni ritu procedente, & facto caſu ibi ſilentio, Antiſtes hymnum pro carmine ex carceris feneſtella præcinens in aures Principis, ereptus & Sedi reſtitutus. Quod ſanè Tauellus in Manuſcripto malè tradit geſtum anno octuageſimo quarto, dum obiter citat Vincentium libro ſecundo, capite trigeſimo quinto, aut etiam factitatum anno octingenteſimo quadrageſimo quarto ſub prætextu veteris Chronici Vizeliacenſis. Nam Ludouicus iam defecerat anno octingenteſimo quadrageſimo, die vigeſima prima Maij ex Tillio. Nonnulli quidem aiunt Theodulphum renunciaſſe Epiſcopatui Aurelianorum anno octingenteſimo vigeſimo quarto. Sed Tauellus ex Viziacenſi tradit eum ſubitò ad Sedem redeuntem veneno in itinere ſublatum, videlicet o citato 817. &c.

d ex Baron. dieb. 10. ſupra dictum Genebrardi.

44. Ionas cœpit anno 825. perrexit anno 841. & finem habuit ſub annum octingenteſimum quadrageſimum ſextum, ſcribens volumen de Sanctorum veneratione. Hæc Sauſſeyus [e]. Sed obſcuriùs narrat ipſius Ionæ præſentiam quarto loco in Vuormatienſi Concilio à Tauello diſertè expreſſam ſub anno 836. optante Ludouico Pio Imperatore reſtituto poſt ſuum monachatum. Annus quippe defuerat [f]. Sed pro colendis imaginibus Beatorum, Legationem habuit ad Eugenium Papam anno citato 825. Baronius Numer. 48. 57. 61. & 63.

[e] pa. 313. 316.
[f] pa. 315. De ipſo Lupus Ferrarien. ep. 21. 27. 28.

45. Agius ſeu Aius optimè à Sauſſeyo in album conſcribitur: vt pote quòd anno octingenteſimo quadrageſimo ſeptimo acceſſerit tranſlationi Reliquiarum SS. Sauiniani, Potentiani, & Altini primorum Senonenſium Epiſcoporum [g]; quòd viderit tranſmiſſionem Remos corporis ſanctæ Helenæ Imperatricis anno octingenteſimo quadrageſimo nono [h]; quòd interfuerit Synodo Tullenſi anno 863. [i] & quòd Sueſſionenſi 2. anno 866. [k] Sed is non aperit aut minimè legit, tamen præcipuum videbatur, quòd idem Antiſtes acceſſit ſeptimus Suffragator Concilij Turonenſis, quale dicimus ibi quartum, vniuerſim depromptum è cimmeriis tenebris per Renatum Choppinum in ſacra Politia [l], vbi Antiſtes ab Authore vocatur Angius, anno 853. præciſè. De ipſo Baronius ſub annis 859. & 866. deinde Tauellus in MS. alia exteriora atque ciuilia, hîc vix opportuna.

[g] pag. 317.
[h] pa. 318.
[i] pag. 319.
[k] pa. 320. & ex Flodoar. li. 3. c. 21. fol. 171.
[l] li. 2. c. 3. §. 3.

46. Anſelmus 1. Cathedram tenuit ſub toto Adriano Papa ſecundo, & medio Ioanne octauo ſucceſſore, hoc eſt ab anno octingenteſimo ſexageſimo octauo ad annum octingenteſimum ſeptuageſimum ſextum. Tunc vrbs Aurelianenſis bis à Northmannis miſerè capta, eſt ac demum concremata ex Tauello.

47. Gauterius ſeu Gaulterius & Vualterius, frater alterius Vualterij Archiepiſcopi 57. Senonenſis, ſedit iam ſaltem ab anno octingenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo, *quo reperitur ſignaſſe diæta Caroli Calui Imperatoris ac Regis Franciæ habitæ Ticini* [m] *in Italia*, cum aliis Præſulibus. Sic loquitur Sauſſeyus [n]: ſi tamen ritè. Et iterum conſecutus eſt idem Gauterius egregiam tertarum ſuæ Eccleſiæ confirmationem anno octingenteſimo octuageſimo quinto (ait optimè Author [o]) à Karlomano Rege Calui nepote, ſeu filio filij ſui Ludouici Balbi. Et nihil vltrà de Antiſtite.

[m] ſeu Padua aut Pataui, vulgò Paue. Quo ſolo nomine vtitur Tauel in MS.
[n] Citat. Till. in Originib. Franc. pa. 87. at malè. videas in Lugdunenſibus Nu. 59 §. 5. finali.
[o] Sauſſ. pag. 323.

48. Tranninus ex Sauſſeyo & Chenutio; at Traninus ſeu Traminius ſecundum Democharem; ſedit ſolo anno 886. & fortè aliquot menſibus ſequentis, nec diutiùs, ob circunſtantes vtrinque anguſtias.

49. Raimo ſic conſcribitur in Cluniacenſi Bibliotheca [p] Idibus Decembris anno 887. vbi prædicatur Aurelianus Antiſtes, velut tunc præſens in recuperatione ſeu reſtitutione piarum Reliquiarum corporis ſancti Martini quondam Turonenſis Epiſcopi, & dudum vitâ functi, conuenientibus aliis Præſulibus, maximè Adalando Turonenſium Archiepiſcopo ac fratre ipſius Raimonis ex Quercetano [q], necnon Cenomanenſi 25. Epiſcopo. Qui Raimo ex Sauſſeyo [r] vocitatur Remo ac Raymo. Et ſedere potuit annos viginti, hoc eſt, vſque ad annum 907. Atque non liquet in Demochare. De quo vide controuerſiolam in adſequenti.

[p] col. 120.
[q] col. 41.
[r] pag 325.

50. Bernonus legitur apud Democharem, & Berno in Sauſſeyo, qui Author poſterior [ſ] vocem hanc, ſicut & Chenutius breuior pediſſequus, permiſcent vnà cum præfato Raymone, velut ſumptis pro eadem Epiſcopali perſona nominibus. At certè nimia vocum in characteribus pingendis diſtantia, & longæua duratio in vnico effecit, vt maluerimus eiuſmodi nomenclaturam in duos Epiſcopos ſecernere. Etenim poſtquam annos 20. dederimus Raymoni, ſuperſunt adhuc anni ſexdecim, imò etiam 20. pro præſenti Bernone ſeu Bernono, vſque ad occurrentem ſucceſſorem. Quod certè vniuerſum tempus annotum 36. aut 40. in vno homine cenſeretur longius æquo, & rarò frequens in eadem perſona: tametſi de Bernone nullos peculiares actus ſuæ geſtationis legamus. Seditque ex eo vſque ad an. 922. aut 926.

[ſ] pa. 326.

51. Anſelmus 2. ex præfato Sauſſeyo accepit à Rodulpho Burgundo Rege Franciæ tres fundos in ſtipendia Fratrum Eccleſiæ, anno quo inauguratus eſt Rex Sueſſioni ab Vualterio Archiepiſcopo 58. Senonenſi [t]. Quem annum Author ille reduxit ad 923. & plures annos ei poſtea in regno impertitur. Sed Paulus Æmilius atque Tilletus, qui biennium Principi ſolùm in ſceptro conſtituunt, affirmant Regem vnctum anno duntaxat nongenteſimo vigeſimo ſeptimo. Tum ſequenti anno Antiſtes Romam profectus, ſuſcepit à ſemeſtri Leone Papa 6. confirmationem Priuilegiorum ſuæ Baſilicæ [u]. Patent verò Acta cætera apud Sauſeyum, quibus liquet Antiſtitem perrexiſſe in Sede ſaltem ſuis geſtis ad annum vſque nongenteſimum trigeſimum [x], qualia opus non eſt huc in ſpecies

[t] 13. Idus Iul.
[u] pa. 127.
[x] quem dicis 7. Rodulphi.

deduce

deducere. Verùm an diutiùs præfuerit, cùm Actus ſucceſſoris appareant, anno ſolùm 937. idnondum compertum eſt, ſcilicet vtrum reliquum hoc ſeptennium Anſelmo, an ſuccedenti debeatur.

52. Theodoricus primus *paucos annos Aurelianenſem rexit Eccleſiam regnante Rodulpho*, (vulgò *Raoul*) *quem comperimus Antiſiodori mortuum anno* 937. Sic loquitur Sauſſeyus y. Reliquos per pleonaſmum redundantes Authoris ſermones deſerimus. Conſtat ergo hunc Præſulem vix triennium exceſſiſſe in Sede, & ſeptennij ſuperiùs allegati quadriennium ſuperſtes probabiliùs concedendum videri Anſelmo 2. deceſſori. y pag. 329.

53. Ermenteus in ſumma præſedit ab anno 938. ad annum 963. ex Actis quibuſdam à Sauſſeyo in medium adductus z, ſaltem pro fine Præſulis, ſed perperam diſcuſſis, ſiue ipſiuſmet Authoris ſiue Typographi errore, cùm ponat in textu 912. & ad marginem 941. Verùm id totum homogeneum clariùs, vt dictum eſt, reformandum cenſuimus. Adeò vt ſederit 25. annis. z pa. 332. an. 5 Ludouici Tranſmarini, ſalut 941. cōputando Rodulpho pro 10. annis cum paucis, quidecim ante Ludouicum 8. annis.

54. Manaſſes 1. prætermittitur à Demochare: at conſtituitur à Chenutio poſt Sauſſeyum, quem adhuc ferè piguit talem ad caput erigere. Quippe dicit tandem, *vt verum fatear, mihi ſuſpectiſſimus eſt iſte Manaſſes* a. Verùm antea vt ſeriò ratam efficiat ipſius Præſulis hiſtoriam & Chronologiam, iſta narrat. *Manaſſes quidam Eccleſiæ Aurelianenſi præfuiſſe comperitur anno* 5. *Hugonis Regis*, hoc eſt ſaluris 992. *& interfuiſſe Synodo Senonis conuocatæ à Seuuino Archipræſule, &c.* De quo nos Articulo ſexageſimo ſexto Senonenſi: qui profectò Archiflamen agolum ibi geſtauit ab anno 969. ad annum 999. Vnde Manaſſes ſacras tulit infulas ſaltem octennio, nimirum ab anno nongenteſimo ſexageſimo quarto ad nongenteſimum ſeptuageſimum ſecundum, vel paulò magis, habita ad egregium ſucceſſorem ratione, cuius tempora iuſtiore examine perſpectum imus. Interea idem Manaſſes adiit Concilium per nos allatum Numero 66. Senonenſi, quale dicit Sauſſeyus acceptum ſolitarium ab ipſo manuſcriptum ex miſſione Tauelli viri tum Senonenſis. Qui Tauellus iam ſuos Archiflamines Senonenſes palam typis mandauerat ſeptennio prius quàm Sauſſeyus ſuos Annales edidiſſet. Et nos in Tauelli MS. cum pluribus aliis ſuis variarum Diœceſeum autographis mox habemus totum præ manibus à defuncto collectum, relictúmque poſthumum. a Sauſſ. pa. 334.

Dubium de ipſo ſublatum.

55. Arnulphus 1. Antiſtes Aurelius videns Hugonem Capetum Comitem Pariſienſem maximæ famæ, Francorum facilè Ducem, & in Galliis rerum potitum tempore Lotharij 3. ac vltimi Regis Pipinianæ ſeu Carolouingianæ familiæ, poſteáque Regem Franciæ effectum, impetrauit ab eo Abbatiam quandam ſancti Ioannis prope Aureliam anno 975. pro Cathedrali ſua Eccleſia. Super hoc Sauſſeyus refert Acta conſcripta videri anno 12. Sedis ipſius Arnulphi. Vnde cogi cenſetur concludere, Arnulphum ergo *Sedem ſui Epiſcopatus inchoaſſe anno* 963. b Sic Author loquitur. Vbi prætetea hæc adiicit. *Hæret ſcrupulus, quomodo hinc Manaſſes potuerit ſubſcripſiſſe Synodo Senonenſi*: aut etiam an reuerà ſteterit Antiſtes, ne duo ſimul ſediſſe putentur, &c. Verùm profectò ſalua tecta putabuntur iſta ſcrupula, ſi dixerimus, equidem veriùs Abbatiam illam fuiſſe conceſſam annis duobus (non duodecim) poſt adeptum ipſiuſmet Arnulphi Epiſcopatum. Nam duntaxat Sauſſeyus narrat: nec profert in medium ipſamet verba Diplomatis concedentis. Propterea Typographus in Numero 12. pro 2. ponendo facilè potuit obdormiſſe. Retento igitur eiuſmodi calculo anni 2. Præſulatus Arnulphi, dum hæc fierent: ſequitur quòd idem Arnulphus ingreſſus eſt ſuam Cathedram anno 973. directè poſt obeuntem ſuprà Manaſſem. Atque eo pacto finitur locus octennij Pontificatus eiuſdem Manaſſis pro tutiore via cedandæ controuerſiæ. Qui præterea Arnulphus inde perrexit ſacrum agolum geſtare vſque ad annum ſaltem 992. ex Baronio, quo anno ipſe Aurelius inaugurauit Regem Robertum Hugonis filium c. Atque tunc interfuit alteri Synodo Rhemenſi. Et fortè vlteriùs ſedit, maximè ob illata in ſequenti anno ſui deceſſus valdè dubio. Cuius tempore ſedebat quoque Rhemis alter Arnulphus agitatus paulò ab iſto Aurelianenſi & ab Hugone Rege in lite coram Sede Romana, Ioanne decimo quinto Papa, ex Sauſſeyo d. b pa. 327. c Sauſſ. pag. 341. d 340.

Chronologiæ corruptæ reſtitutio.

56. Fulco 1. aliis Franco à Sauſſeyo nulli addicitur peculiari chronologiæ. Vniuerſim duntaxat inter cætera ediſſerit eundem *interfuiſſe Synodo Calæ habita temporibus Roberti Regis* e. Id autem nomen obſcurum eſt Calenſe ſeu clariùs Chellenſe Cœnobium puellarum prope Luctiam, locus Concilij, de quo nos alia in Lugdunenſibus f. Quercetanus autem in Notis ad Bibliothecam Cluniacenſem diſertiſſimè exponit Fulconem Aurelianum conſtitiſſe in illo Chellenſi (ſic vocat) Concilio ſub annum præciſè milleſimum g. e pa. 358. f nu. 46. § 2. g V de n. 67. Senonenſ.

Eu tem

En tempus ſedentis Fulconis cum annis poſtea adiacentibus incertis. Et veriùs ſub iſto euenire potuit, quòd fleuerit Crucifixi imago in Eccleſia S. Petri Puellarum Aurelijs anno 1012. regnante Roberto; licèt Demochares locet rem geſtam ſub deceſſore Arnulpho. Nam ob Quercetani Chronologiam euentum huc reducimus. Conſimiliter Tauellus in Manuſcripto narrat priuilegium mancipij (amortizationem vocant) eidem Arnulpho Aurelianenſi ab ipſo Rege traditam pro rebus Puellarum ſancti Petri in Diœceſi, 18. Calendis Ianuarij, anno citato 1012. Qui calculi ſi tuti ſint in gratiam Arnulphi, ſanè differendus eſt Fulco & Synodus ad an. 1013. &c.

57. B. Theodericus 2. ex equeſtri familia ad Matronam fluuium cretus, ab anno 1006. in prima adoleſcentia vltrò religioſiſſimus effectus in Cœnobio S. Petri Viui, ſedente Senonibus Leotherico [h] ab anno 1000. cùm poſtea eſſet *flamma diuini amoris ardentior, mitis, facundus, in Epiſcopum Aurelianenſem aſſumptus eſt*, & in ſua Eccleſia conſecratus ab ipſo Leotherico certè anno ignoto, quantumuis eius promotionem videbatur impediuiſſe Fulbertus Epiſcopus 59. Carnotenſis, ex eius Epiſtol. 611. repetita apud Tauellum in Manuſcripto, & à Sauſſeyo pagina 362. Verùm tandem exceptus eſt. Et quoad tempus; ordo ætatis prælibatus cenſetur indicaſſe, quòd res geſta ſit circa annum ſalutis milleſimum decimum quintum aut citiùs, qua vel iam anno milleſimo vigeſimo primo [i] Odolricum ſibi ſucceſſorem deſignauit. Neque vlteriùs de ipſo reſcriptum audimus. Et tametſi miracula poſt mortem edidit, nondum apparet in Romano Martyrologio.

[h] Sauſſ. pag. 160 & in Tabula Senon. Nu. 66.
[i] Indictione & Epacta 4. pa. 171.

58. Odolricus ſeu Doricus liquet cœpiſſe anno 1022. ex Actis publicis Indictione 5. [k] Et mortuus eſt circiter annum milleſimum trigeſimum tertium [l]. Ex Baronio is monebat præfatum Fulbertum Carnotenſem, vt prudenter ageret in diſſenſione Regis Roberti cum Conſtantia Regina vxore anno milleſimo vigeſimo octauo, Numero 4. Intererat quoque dedicationi Eccleſiæ ſancti Aniani anno 1029. Nu. 4. Ad quem Odolricum ſcribebat idem Fulbertus Epiſtolas 64. & 65.

[k] Sauſſ pa. 179.
[l] pa. 398.

59. Iſambardus ſeu Yſembardus & Iſambertus ſedit ab anno citato milleſimo trigeſimo tertio, eò quòd priora ferè eius Acta obſignata anno milleſimo quinquageſimo nono [m] cōſcribant *annum ſui Pontificatus vigeſimum ſextum, & Regni Henrici 1. vigeſimum nonum*. Sed pro anterioribus geſtis ipſius; ſanè is fuit vnus præcipuus ex Suffragatoribus Concilij 3. Senonenſis, quale audimus Articulo 68. Senonenſi, à Sauſſeyo quidem refricatum: at ſine Data, à Tauello autem in Manuſcripto concinnatum ſub anno 1048. Præterea, is adhuc ſedebat anno milleſimo ſexageſimo ſecundo. De cætero: Godefridus Martellus Andegauorum Dux *ſanctam lachrymam Chriſti Ieſu, quam de partibus tranſmarinis attulerat* [n], fortè hanc de qua ſuperiùs [o], repoſuit in Cœnobio Vindocinenſi S. Trinitatis a ſe fundato. Et obiit Antiſtes anno 1063. [p]

[m] pa. 392.
[n] pa. 393.
[o] Nu. 50. ſu.
[p] pa. 394.

60. Hadericus ſeu Adhericus apud Chenutium ſucceſſit Iſambardo auunculo ſuo reſignanti, præſtando bis iuramentum *in Capitulo Eccleſiæ Aurelianenſis anno* 1063. & perſtitit ad an. 1065. ex Actis [q]. De quo nihil vltrà. Silet Tauellus.

[q] Sauſſ. pa. 395.

61. *Raynerius* Flandrenſis, ſic nuncupatur à Sauſſeyo, & comite Chenutio; ſeu *Rainerius* in Bibliotheca Cluniacenſi [r], & *Rennerius ſeu Raymo* ex Demochare, qui perperam eum dicit fratrem Adelardi ſeu Adelandi Turonenſis Archiepiſcopi, quia Adelandus Turoni Præſul 54. finiit circa annum octingenteſimum octuageſimum ſeptimum ducentis antea ſolaribus circulis, vt non potuerint fraternitate connecti. Neque cenſendus etiam frater Raymonis ſeu Raynonis & Haymonis Epiſcopi Andegauenſis (per nos ſuprà 33.) quod tamen Sauſſeyus credit [ſ]. Quippe iam deceſſerat ille Raymo ſub anno quoque 910. ſeſquiſeculo vetuſtior. Neque rurſus frater Aymonis 38. Andegauenſis circa annum nongenteſimum ſexageſimum vna centuria anterioris, qui ad ſummum poſſet eſſe patruus aut propatruus Raynerij præſentis. Cæterùm idem Raynerius fertur iam imprimis ſediſſe ab anno 1066. ex eodem Sauſſeyo. Deinde Tauellus in Manuſcripto addit ex Meiero, *tertium Nonas Iunij*, ſupra Sauſſeyum: quo die, anno milleſimo ſeptuageſimo Antiſtes interfuit dedicationi Templi Haſnouij, &c. Tertiò aderat præſens donationi Regis Philippi primi Aurelijs factæ pro Abbatia Floriacenſi ſuæ Diœceſeos anno milleſimo ſeptuageſimo ſeptimo cum Epiſcopis ſubſignantibus, 44. Remenſi, 69. Senonenſi, 59. Bituricenſi, Haganone 52. Eduenſi, Roderio 39. Cabilonenſi, 45. Beluacenſi, Landrico trigeſimo nono Epiſcopo Matiſconenſi, 51. Nouiomagenſi, 50. Sueſſionenſi & 47. Niuernenſi. Quod obiter fuit dignum notatu *. Quartò, is fuerat tandem accuſatus coram Romano Pontifice abſque lata quæ appareat ſententia, perſiſtens in munere confir

[r] col. 529. 531.
[ſ] pa. 399.
* pag 401.

confirmando pleraque Acta annis 1071. & 1080. Ac demum orbatus eſt vita anno milleſimo octuageſimo ſecundo [t].

[t] pa. 401.

62. Arnulphus 2. ponitur à Tauello in Manuſcripto ex Glabro & Rodulpho antiquo ſcriptore, quòd viderit anno 1078. Ædem ſacram Aurelianenſem funditus corruiſſe, eundémque Præſulem id templum inſtaurare cœpiſſe. De qua materia nihil planè Sauſſeyus. Sed profectò vel ſub illo calculo, qui ex antecedentibus Arnulpho non competit, illud incendium aptiùs reduci oporteret, aut decet, ad Raynerij prædeceſſoris tẽpora, & ſequuta reparatio ad hunc ſucceſſorem Arnulphum. Vel certè protrahendus erit lapſus ædificij vſque ad annum ſaltem 1083. & vltrà, quo Arnulphus Sedem inchoauit, vt ad eius aſpectum referatur euerſio. In ſecularis eius dicti probationem eſt, quòd eodem anno 1083. idem Arnulphus, quatenus nouus Antiſtes Aurelianus, interfuit verè Concilio Senonenſi cum Goffrido (ita Sauſſeyus) ſeu Gaufrido Epiſcopo 65. Carnotenſi, Philippo 61. Trecenſi, Vualterio 52. Meldenſi, & Præſide 70. Senonenſi. Demum cenſetur ætatem perduxiſſe vſque ad annum milleſimum nonageſimum [x]. Vide tempus aliud Numero 65.

[x] pa. 405.

63. Ioannes 1. conſedit ab anno 1091. frater Radulphi 67. Archiepiſcopi Turonenſis ex Sauſſeyo [y]. Et moriens octennio perſtitit.

[y] pa. cit.

64. Sanctio vel Sanzo primùm Decanus Eccleſiæ, ſedit conſecratus ſolo anno milleſimo nonageſimo nono depoſitus vix graui de cauſa, at nonnullorum ambitibus [z]. Vbi miſſos facimus epiſtolares diſcurſus Yuonis Carnotenſis *, de querimoniis in eiuſdem Sanctionis receptione, à maleuola innidorum perfidia excitatis, quas Author ad integrum repetit, non autem Sauſſeyus.

[z] Sauſſ. pag. 406. & 415.
* ep. 69. 117. 122. 127.

65. Ioannes 2. antea Archidiaconus Eccleſiæ, ab ingreſſu Sedis conſtitit Synodo Prouinciali Stampenſi, Præſide Dayberto 71. Archipræſule Senonenſi [a] anno milleſimo centeſimo, & in Synodo Floriacenſi 1113. [b]. Inde autem putatur ſuperuixiſſe vſque ad annum 1120. aut ſaltem pro hac vice priore hactenus ſediſſe Aureliis, obſtante Henrico ſequace, ne iſte Ioannes mox diutiùs præfuerit. Etenim quando è veſtigio admittit Sauſſeyus paulò antè [c] eundem Ioannem in vniuerſum ſediſſe vſque ad annum 1134 abſtractione facta à 2. tertióve, profectò tanta Ioannis iſtius duratio non cenſetur perpetuò continua. Imò conflictus Sedem ambientium cum vario tumultu, Optimatibus Franciæ eò à diuerſis partibus accurrentibus, rerum ac ordinis hiſtorici confuſionem non modicam peperit & iniecit, vt Sedes iſtius ſit interrupta, quatenus viſum iris in duobus admixtis ſucceſſoribus Epiſcopis. Cæterùm, minimè perſpicimus, quomodo Bibliotheca Cluniacenſis [d] ponat Actum quendam ipſius Ioannis ſub annum 1103. dum adiicit hoc eſſe annum 17. ſuæ Sedis: niſi certè quia nonnulli primum & ſecundum huiuſce nominis in vnam ſolent perſonam confundere, omiſſo ab his Sanctione vnius anni ſolùm, quaſi vix poſſidendo in lite. Quod equidem Sauſſeyus manifeſtat, & vnde is valdè conqueritur [e]: quandoquidem tumuis priorem Ioannem dicat mortuum. Ergo ſic opinandum. Si Martinus Marrier Bibliothecæ Author intendat connumerare annos talis Ioannis prolixioris; non ſolùm ab anno primi Ioannis milleſimo 91. qui efficiunt duntaxat annos 12. vſque ad illum annum 1103. ſed etiam aſſumendo annos præterea quinque ſuper finali vita Arnulphi 2. ſanè id poſſibile eſt fieri. Et hoc ſenſu verus eſt Bibliothecæ calculus: quia vel etiam extrema duratio Arnulphi valdè anceps eſt, eámque licet decurtare, vt ſuffecerit eum ſediſſe triennio ab anno 1083. ad annum 1085. loco anni vltimi 1090. Dubium ſanè non eſt, quin hæc Bibliothecæ ſupputatio ex veteri Manuſcripto autographo trahatur & prodeat ad fidem fortè maiorem faciendam: vbi Ioannes Antiſtes ſiue vnicus ſiue primus & ſecundus confirmat Cluniacenſi Monaſterio fundum aut feudum ſanctæ Crucis pro Baſilica ſancti Petri de Pictueris, ſuæ Eccleſiæ ac Diœceſeos Aurelianæ, quæ poſſeſſiones collatæ fuerant eidem Abbatiæ à Regibus ſynchronis Philippo 1. [f] & Ludouico Graſſo filio [g]. Interim, Yuo Carnotenſis, qui pariter huiuſce Ioannis electi confirmationem impedierat, poſtea conſecratum ſatis dilexit: ádque eum ſcripſit epiſtolas centeſimam vigeſimam quintam, centeſimam vigeſimam nonam, centeſimam trigeſimam ſeptimam, centeſimam quadrageſimam tertiam, centeſimam octuageſimam ſextam, ducenteſimam decimam quintam, ducenteſimam vigeſimam ſecundam, & ducenteſimam quadrageſimam nonam.

De multiplici Ioanne hic Epiſcopo, ac tempore controuerſo.

[a] pa. 418.
[b] pa. 422. 423.
[c] pa. 407.
[d] col 532.
[e] pa. 405.
[f] 3. Idus Apr. 1080. col. 530
[g] an. 1103. in Octobr. col. 532.

65. Henricus 1. vixit in Sede ad minus ſub annis 1020. & 1025. nec vix vltrà ſcitur, ex peculiaribus Actis, quæ profert Sauſſeyus, qualia hîc opus non eſt in parreis recenſere. Et arbitror eum ſediſſe repulſo Ioanne 2. ſeu abſque vlla ſpe regreſſus, ſeu remoto ad tempus, inter medias litium diſſenſiones commemoratas, etſi diſertè Author id non aperiat. Hunc verò Henricum Tauellus in MS. vocat etiam Helyan (hiſce elementis) quaſi cum binomium efficiat, & in vnicam perſonam miſceat. Sed fallitur. Nam dum narrat Petrum Cluniacenſem nominaſſe Helyam, velut Epiſcopum Aurelianenſem: ſanè Petrus venerabilis Abbas non ſcribit Heliam (ſic norat) idem eſſe indiuiduum, quod Henricus, de quo Henrico ne verbum quidem facit. Ergo Helias eſt diſtincta perſona inferiùs à nobis ſeorſum poſtero tempore conſtituta, vnà cum Petri æuo.

66. *Ioannes tertius.* Is ſic potiùs à me hac vice appellandus eſt; tametſi Sauſſeyus obmuteſcentibus Demochare ac Chenutio, hæc proferat; *Rurſum Ioannes ſecundus, &c.* pergens enarrare ipſius hiſtoriam in quatuor pagellis [h] aliis longè diſtinctis à duobus ſuperioribus eiuſdem nomenclaturæ, apud quoſdam dubiis, an ſint vnus vel duo. Idem Sauſſeyus in diſcurſu textuum minimè cenſetur concipere illum Ioannem, de quo nos antea ſecundo loco, aut certè non indicat, præterquàm in titulo, quale præmiſimus. Sed tamen ipſe eundem demum intelligit, vbi abſoluit porrigere reliquum triginta quatuor annorum, quos ille hîc renouat [i], & quibus in vniuerſum ſedit, interruptis vicibus, ſeu medio Henrico primo ob natas altercantes iurgiorum viciſsitudines illo æuo. Nihilominus etſi repetatur ipſe Ioannes, ſicut in Lugdunenſibus de Cardinali Hippolyto Aſtenſi Archipræſule diximus [k]: tamen nunc rite iſtum Ioannem appellamus tertium: non quidem alium in perſona, ſed eundem renouari ſolitum, quemadmodum in Matiſconenſibus dictandum cenſuimus Lambertum 1. & 2. Epiſcopum diſcretis numeris, [l] licèt extiterit vnicum humanum indiuiduum naturæ, tribus aliis interpoſitis ante ipſiuſmet regreſſum Epiſcopis. Iam ergo ad reſidua ipſius geſta paucis veniamus. In hoc ſuo poſteriori reditu Sauſſeyus ei conceſsit annos ſeſsionis 1126. 1129. 1130. & vſque ad an. 1133. aut 1134. Tum veretur, ne Sedes aliquantum vacarit. Sub primo anno ſcribit Ioannem ipſum ſubſignaſſe publico inſtrumento pro Abbatia ſancti Dionyſij [m]. Quamuis abſens loco ſeu in fuga expedierit Diploma pro Eccleſia ſancti Fuſciani Martyris anno milleſimo centeſimo vigeſimo ſexto, fortaſsis dum in vrbe ſederet, vel finiret Henricus, quaſi in ſchiſmate. Sub altero anno ſternuntur aliena. Ac de ipſo tunc loquitur Baronius tutior quàm quæ dixerit Yuo Carnotenſis Epiſtola 131. Et ſub tertio vltimóve anno is conſignauit titulum de libertate Capellani Regij. Qui eſto finis eiuſdem ignoto die mortis.

67. Elias ſeu Helias nobilis Monachus Benedictinus, antea venerabilis *integro corde & Religioſus Abbas S. Sulpitij Bituricenſis*, vti lego in Petro Cluniacenſi [n], ſcribens ad Innocentium Papam 2. qui eum Romæ conſecrauit, fortè anno 1135. qui a is ſubinde anno 1137. Soliacenſem Prioratum Floriacenſi Abbatiæ Diœceſanæ vniuit *propter reuerentiam corporis S. Benedicti Floriaci quieſcentis*, vt Sauſſeyus loquitur [o], *de mandato Innocentij.* Hinc poſtea depoſitus eſt ad annum 1144. Authore id probante. Qui Elias ideò rurſus non potuit eadem eſſe perſona quæ Henricus ſuprà: de quo themate nos alia ibidem. Præſens ratio eſt, quia Petrus venerabilis Abbatiam Cluniacenſem non niſi ab anno milleſimo centeſimo vigeſimo ſecundo miniſtrauit vſque ad annum 1158. E diametro autem anno 1020. quo Henricus ſedebat, Cluniaci præerat ſanctus Hugo Abbas, Petri anteceſſor duobus aliis Abbatibus intermediis. Pro quo Helia idem Petrus denuò ſcripſit Epiſtolas 21. & 27. libri 5. ad Lucium Papam ſecundum & Eugenium tertium Innocentij ſucceſſores.

68. Manaſſes apud nos & Democharem ſecundus, conſentiente Chenutio, qui eum cognominat *de Guarlanda*, is eſt, quem Sauſſeyus vocat primum, cum pluribus Actis, quos prætetimus [p]. Lego eum apud Choppinum in ſacra Politia, executorem tranſlationis Abbatiæ & Monachorum ſancti Quiriaci vnà cum Hugone Epiſcopo 73. Senonenſi, & Theobaldo 70. Pariſienſi, libro primo, Tit. 3. §. 7. fin. Quod Sauſſeyus non eſt complexus in collectis ſuis Annalibus. Duntaxat per anacephalæoſim concludimus eum ſediſſe ab anno milleſimo centeſimo quadrageſimo ſexto ad annum milleſimum centeſimum quinquageſimum nonum aut prope, decentiùs quàm ad 1184. vt alij cenſent. Obitus quidem ipſius Aureliis celebratur 7. & 27. Octobris: ſed annus mortis eius non eſt ita compertus. Etenim perperam locat Demochares ipſius interitum ſub anno 1221. Falſitas docetur ex circumiectis.

[h] à pa. 415. ad 433.
[i] pa. 412.
[k] nu. 139. & 141.
[l] nu. 19. & 23.
[m] pa. 431.
[n] li. 3. ep. 22.
[o] pa. 434.
[p] Sauſſ. à pa. 443. ad 463.

69. Petrus 1. qui probaptur hoc nomine inſignitus à Stephano Tornacēſi q, ſedit Aureliis a[b] anno 1160. vel circiter, vt opinatur Tritemius, vſque ad annum verè milleſimum centeſimum octuageſimum quintum r.

q Epiſt. 217. r non ex ep 151. & Sauſſ.

70. Henricus 2. vulgò cognomine *de Dreux*, ſe vocat Epiſcopum hic electum anno 1186. Et annus 1190. vocitatur quartus ſui Epiſcopatus. Ad hunc locum pertinet, quod ſeorſum narrat Tauellus in MS. ex Guilelmo Budæo *, nimirum Regem Ludouicum iuniorem remiſiſſe Aurelianenſi Eccleſiæ ius Regaliæ, quantum ad ſupellectilem elegantiorem & inſtrumenta fundorum Epiſcopatus anno 1199. Ex præfato autem Stephano ſ mortuus eſt Tornaci 3. Idus Septembris an. 1203. poſtquā Aureliis dimiſit Epiſcopatum an. 1198. Hugoni adſequenti. Hi duo non in Tauello.

pa. 404. * Annot in Pādect. tit. de Offic Præf. ſ epiſt. 28. 19. 220. t Sauſſ à pa. 466. ad 472.

71. Hugo 1. nominis, nepos Manaſſis 2. antea Decanus Eccleſiæ, ſucceſſit Henrico 2. ad annum 1198. quo tempore bona ſua Capitulo impertitus eſt. Conſecratus à Michaële 76. Senonenſi. Alia eius Acta patent anno 1201. u cætera anno 1204. Neque prætergreſſus eſt ann. 1206. x

u Sauſſ. pag. cit. 472. x pa. 475.

72. Manaſſes tertius noſtro & Chenutij ritu, appellatur ſecundus eius duntaxat nominis à Sauſſeyo y: & conſecratus eſt Antiſtes anno milleſimo ducenteſimo ſeptimo à Petro de Corbolio Archipræſule 77. Senonenſi. Perrexit in Sede ad annum vſque milleſimum ducenteſimum vigeſimum primum, conditus in medio Chori Eccleſiæ ſanctæ Crucis z.

y pa. 479. z pa. 485.

73. Philippus 1. cognomento *Berruyer*, nobilis Turonenſis, nepos B. Guilelmi Archiepiſcopi 68. Bituricenſis, ingenti miraculorum aceruo commendatus, omnium votis electus eſt Antiſtes anno milleſimo ducenteſimo vigeſimo primo, à præmiſſo Petro inauguratus a anno milleſimo ducenteſimo vigeſimo ſecundo. Attribuit 5. parœcias Eccleſię Aurelianenſi b an. 1226. Eius vitæ miſcet quidem Sauſſeyus Acta multa Roberti, vnius ex ſucceſſoribus Aurelianis Præſulibus ſub anno 1249. Sed præſens Antiſtes iſtinc tranſlatus eſt ad Bituricenſem Archiepiſcopatum anno 1236. vbi ſedit ſeptuageſimus primus. Ibi dictus Sanctus. Et vocatur Philippus de Prato ex Tauello ſeorſum in MS.

a pa. 495. b pa. 495.

74. Philippus 2. iuxta Sauſſeyum, cognomēto de Ioyaco ex Chenutio, vulgò *de Iouy*, & apud Democharem vnà cum Tauello in MS. dictus *alter de Prato*, nepos deceſſoris ſynonymi, conſecratus eſt à Gualtero Cornuto Archiepiſcopo 78. Senonenſi anno præfato milleſimo ducenteſimo trigeſimo ſexto. At non niſi ſub illo anno aduixiſſe inuenitur menſe Auguſto d.

d Sauſſ. p. 518.

75. Hilarius celebris inter literatos ſui temporis e, non niſi biennio ſediſſe potuit Aureliis, ſcilicet annis 1236. penè medio, 1237. integro, & parte ſequentis, obſtante nota chronologica ſubſequentis f.

e Geneb. in Chron. f Sauſ. obſcurè pa. 519 & Gazetius quem legi.

76. Guilelmus primus de Buſſiis, vulgò *de Buſſy*, conſecratus anno 1238. à præfato Gualtero, ſequentibus annis aliquot Acta celebrauit; & maximè anno milleſimo ducenteſimo quinquageſimo quinto, interfuit cuidam Synodo Prouinciali Lutetianæ g, cum Renaudo (ait Sauſſeyus) Epiſcopo 79. Pariſienſi, qui ibidem vocatur Reginaldus, item cum Guidone Antiſſiodorenſi, Nicolao 70. Trecenſi, & Adelino electo Meldenſi. Tum peruenit Guilelmus ad annum vſque 1258. ex Guil. Naugio h. Is ex Tauelli MS. ſententiam dixit in celeberrimo Conuentu Magnatum Gallicanorum, vbi Petrus Britonum Dux perduellionis damnatus eſt ſub S. Ludouico Rege. Qui Guilelmus ſanctiſſimi Principis vitam conſcripſit. Hæc non in Sauſſeyo.

g Sauſſ. à pa. 520. ad 524. h in vita S. Ludou.

77. Robertus cognomento *de Courtenay*, Latinis *de Cultimano* i, frater Ioannis *de Courtenay* Archiepiſcopi 59. Remenſis, quorum abauus fuerat Ludouicus Craſſus Rex Franciæ k. Iſte verò Robertus ſedit Aureliis ab anno citato milleſimo ducenteſimo quinquageſimo octauo l. Ac per eum anno ſequenti *tranſlatum eſt de theca in thecam corpus beati Aniani glorioſiſſimi Confeſſoris*, præſentibus S. Ludouico & filiis, veluti fatur hic Sauſſeyus ex autographo. Aderat quoque Philippus tunc B. Archipræſul Bituricenſis, breui pòſt moriens eodem anno. Cenſetur autem iſte Robertus diuino fato ceſſiſſe anno 1278. Altior æquo in Tauello parent.

i Sic Nāgiac. k Naug & Till in Optimat. pa. 59. l Sauſſ. pa. 525.

78. Egidius Paſteus, vulgò *Paſtay* ſecundum Sanſſeyum, vel Ægidius Pathé ſecundum Chenutium, fuit conſanguineus Ioannis Paſte Epiſcopi 52. Atrebatenſis, deinde Carnotenſis 84. Iſte Egidius anno incerto ingreſſus, inſignis fuit, tum quia Eccleſiam Aurelianenſem reſtaurauit, tum quia anno 1285. m firmauit compoſitionem inter Decanum & ciues pro iure manus mortuæ celebrem. Vltimus cuius actus fuerat in primo lapide à ſe poſito collabentis veteris Eccleſiæ S. Crucis, & reſtitutæ anno 1287. n Tum ſequenti inchoant geſta ſucceſſoris.

m pa. 529. n obiit 5. Sept. pa. 532.

79 Petrus 2. de Morneyo, vulgò *de Mornay*, electus anno 1288.[o] ſedit vſque ad annum 1297. quo dicitur, ſaltem à Sauſſeyo, effectus Epiſcopus ſexageſimus nonus Antiſſiodorenſis. Sed quia illic Chenutium ſequuti iam diximus eum illic præfuiſſe ab anno 1280. aut ſequenti ad annum vſque milleſimum ducenteſimum nonageſimum primum, ſatiùs fuerit ſentire, quòd è diametro priùs Antiſſiodorenſem Eccleſiam obtinuerit, & ea relicta, Aureliam appulerit anno 1292. per ſexennium adſequens. Et cùm dicat eum ſepultum in Choro Baſilicæ Antiſſiodorenſis, ſanè concluditur, quòd eò Aureliâ corpus ſuum transferri optauit, velut ad primam ſuam Cathedram, non anno 1291. ſed anno 1297. Expectabimus poſtremum iudicem aliquem, vel certè Eccleſiaſtem Antiſſiodorenſem, de ſuis mox ſcribere inchoantem, quando his limites imponendo, Opus cogitur ad Prælum properare, ſi quid ipſe noui deinceps legerit aut excogitarit.

[o] pa. 533.

80. Ferricus Sauſſeyo [p], ſeu Ferrilus Demochari, & Federicus Tauello, filius Federici Lotharingiæ Ducis, inauguratus eſt Antiſtes à Stephano Becardo 84. Senonenſi Archipræſule, continuus ſequenti biennio duntaxat.

[p] pa. 533.

81. Bertrandus ſortitus eſt Cathedram Aurelianenſem an. 1300. Et vixit tenuitque vſque ad ſexcennium ſequens.

82. Radulphus Gropparini, vulgò *Groppain* ex Sauſſeyo, vel *Groſpain* ex Chenutio, ſediſſe repetitur anno 1306. confirmando tunc ſtatuta Capituli Bithiuerenſis. Nec legitur vltra annum 1312 [q].

[q] à pa. 537. ad 551.

83. Milo, cognomine *de Thailly*, non deprehenditur quo iuſto tempore inierit Epiſcopatum: ſed benè agnoſcitur Cathedram poſſediſſe anno milleſimo trecenteſimo decimo quinto. Et creditur mortuus anno 1320. celebratúrque eius obitus in Eccleſia Aurelianenſi 15. Martij.

84. B. Rogerius cognomine Fortis, vulgò *Le fort*, patriâ, Marchio nobiliſſimus, nepos Guilelmi de Capella *Taillefer* Epiſcopi Toloſani, inunctus eſt Epiſcopus anno 1322. poſtquam fuerat Decanus Bituricenſis. Iſtinc verò tranſlatus eſt ad Epiſcopatum Lemouicenſem, an. 1328. & inde vlteriùs [r], vt ibidem legitur.

[r] pa. 556.

85. Ioannes 4. de *Conſtans* antea Abbas S. Medardi Sueſſionenſis, Aureliæ ingreſſu fœlici exceptus eſt anno 1328. [s] Et vlteriora ſeu extrema acta, quæ de illo patent, fuère anno 1332 [t].

[s] 6. April.

86. Fulco 1. dictus de Chenaco, vulgò *de Chenac*, ex Sauſſeyo, & apud Democharem Falco *de Chenal* extra ſeriem; vir nobilis Lemouicenſis publica clarus poſſeſſione an. 1334. [u] Qui riuos vitæ clauſit an. 1342. vel 1344.

[t] pa. 561.
[u] pa. 564.

87. Ioannes 5. inuenitur ex ipſius literis aſſeruatis ſediſse anno 1344. [x] & ex aliis eius Epiſtolis erat ſuperſtes anno milleſimo trecenteſimo quadrageſimo octauo [y]. Nec quid aliud, vt neque comparuit in Demochare.

[x] 7. Iunij.
[y] 26. Iun. pa. 565.

88. Philippus 3. nullibi chronologiam aliquam nactus eſt. Sed vno omnes ore eum hac ſerie pronunciant ex vetuſta traditione. Eapropter collatis vtrinque affinibus chronicis vicinorum conſequitur hunc rexiſse in ſpiritualibus Aureliam ab anno milleſimo trecenteſimo quadrageſimo nono aut ſequente ad annum milleſimum treceнteſimum quinquageſimum quartum vſque.

89. Ioannes ſextus cognomine *de Mommorenſi* in Demochare, vel accuratiùs de Montmorancy apud Sanſseyum, frater Ioannis illuſtriſſimi Equitis, iucundo quidem introitu venit Aureliam anno milleſimo treceнteſimo quinquageſimo ſeptimo [z]. Sed habentur de ipſo quædam Acta ſub anno milleſimo treceнteſimo quinquageſimo quinto [a], quia fortè priùs nomine procuratorio poſseſſionem ſuſceperat. Peruenit autem ad an. ſaltem 1358. integrum, quin diutiùs.

[z] p. 567. die 8.
[a] pa. 575.

90. Hugo ſecundus Montmorancius patruo Ioanni ſucceſſit anno milleſimo treceнteſimo ſexageſimo, confirmatus ab Innocentio Papa ſexto, & pergens vſque ad totum annum 1363.[a]

[a] pag. 575.

91. Hugo tertius cognomento *Faldici*, Iurium profeſsor, antea Decanus Eccleſiæ, attigit ſacram aram Aurelianam anno milleſimo treceнteſimo ſexageſimo quarto. Dein pergebat equidem ſub anno milleſimo treceнteſimo ſexageſimo nono. At neſcitur dies aut annus exactior ſui funeris [b]. Hunc prætereunt Demochares atque Tauellus.

[b] pa. 577.

92. Ioannes ſeptimus cognomine Nicoti, aliàs vulgò *de Tralmiguer* iuxta Democharem & Sauſseyum, vel *de Tremiguer* apud Chenutium, ſedit ab anno milleſimo treceнteſimo ſeptuageſimo ſecundo, eclipſim vitæ paſsus anno milleſimo treceнteſimo octuageſimo ſecundo ex Demochare & Belforeſtio [c].

[c] atque ex Sauſſ. à pa. 578. ad 581.

93. Fulco 2. omittitur quidem à Demochare & Chenutio : ſed diſertè collocatur à Belforeſtio ſucceſſor Ioannis præfati. Quod iſtic vnâ obiter lineolâ fatetur [d] Sauſſæus. Sed eum minimè ad caput extulit: pollicetur autem eum poſtea tractaturum, at non præſtitit. Mox verò hic meritò eſt à nobis recens efferendus, duplici ratione. Priùs, quia Belforeſtius non intendit ita ſeriùs exprimere Falconem 1. iam pridem tempore opportuno elapſum. Poſteriùs, quia alioqui ſubeſſet illo æuo apertè vacuum tempus ſatis notabile annor. 15. ab anno 1382. mortis deceſſoris Ioannis, ad principium ſucceſſoris Gnidonis an. 1398. annuente ipſomet tacitè Sauſſeyo; qui vt ex officio debuerat, minimè aduertit eiuſmodi inane interſtitium. Ergo ille Fulco locum repleſſe & occupaſſe agnoſcitur, qui aliter ſupereſſet: vt ſederit reuerà ab anno 1385. ad annum 1398.

[d] pa. 583. cit.

94. Guido cognomine *de Prunelay*, vel *Prunelle*, ſedebat in Aurelianenſi Cathedra anno 1398. quo præciſè & ſolenniter admiſſus illic fuerat Antiſtes, authore ſeorſùm Decano Sauſſeyo [e]. Contulit Eccleſiæ aliquos prouentus anno 1464. Et patuit eum egregiè quidem perueniſſe ad annum 1419. [f] Sed de mortis anniuerſario non liquet. Vlteriùs paulò, reor, vixit. Eúmque altiùs commemorat Demochares ſolo nomine. Tauellus in MS. à Fulcone 86. Antiſtite ad hunc vſque Guidonem ordines cuiuſque Epiſcopi aliter miſcet atque peruertit, quàm ferat noſtra ſeries Chenutio communis.

[e] pa. cit. die 20. Martij.
[f] pa. 586.

95. Ioannes 8. cognomine à ſancto Michaele conſpicuus Sauſſeyo [g], perindéque Chenutio, at non Demochari neque Tauello, Sedem inchoauit anno quidem ignoto, verùm conſtat eum ſaltem Eccleſiæ clauum tenuiſſe integro an. 1428. præſens armatis præſidiis, imò vnus ex cohortis ducibus, quando bellicus ingens exercitus Dynaſtæ de Turre & Reginaldi de Carnuto, Cancellarij Franciæ, introduxit Ioannam Virginem Lotharingam in vrbem Aurelianenſem nomine Regis inaugurandi Caroli 7. eámque diligenter protexit ab hoſtibus Anglis, qui arcem eiuſmodi fruſtrà obſederant anno eodem. Vltra quem annum minimè legitur Ioannem Epiſcopum aduixiſſe: quia ſequenti anno reperitur ſucceſſor præſens loco. Potuit ergo ſeu debuit Ioannes aggredi Cathedram ab anno 1420. aut 1421. per octennium.

[g] à pa. 586. ad 598.

96. Reginaldus præfatus de Carnuto, vulgò *de Chartres*, antea Decanus Beluacenſis, vt ſcribit Ciaconius [h], hoc eſt, Bellouacenſis, præter Cancellarij dignitatem, ingreſſus cùm eſſet Aureliam, & præmiſſo Ioanne deceſſore illi poſtea breui emoriente, ſelectus & ſuffectus eſt pro meritis Antiſtes ciuitatis anno 1429. Rege aduenrante, præſente, atque pluſimùm optante. Sed confeſtim is comes indiuiduus Principis in obſidenda & reſtitura conſequenter Trecenſi ciuitate, ita fœlix euaſit in auſpicandis ac perficiundis rebus arduis, vt omnes ſimul ingreſſi ſint Remum, vbi è veſtigio per Prælaturæ tranſlationem idem Reginaldus citò creatus eſt Archiepiſcopus Remenſis anno 1230. quo tempore ac in nouo illo ſtatu ipſe propriis manibus Carolum palam inaugurauit [i] periſtentibus cæteris eius geſtis Nu. 73. Remenſi allatis.

[h] pa. 894.
[i] In Eccl. S. Mariæ, Sauſſ. pa. 599.

97. Guilelmus 2. cognomine de Vado, vulgò *de Gué*, ſediſſe oportuit ab an. 1431. & pertexit ad 1444. cuius anni poſtremi ſolùm recordatur pro illo Sauſſeyus [k].

[k] pa 600.

98. Ioannes 8. de Vado ſedit ab an. 1445. ad 1447 quo triennio pendente credit Sauſſeyus [l] eum extitiſſe adminiſtratorem œconomum Archiepiſcopatus Lugdunenſis pro electo iuniore Carolo de Borbonio durante minoritatis ætate, vnà cum patruo Ioanne de Borbonio etiam conſtituto œconomo, velut propinquiore atque præcipuo. Qua de re nos plura ſatis iuſtiori examine in Lugdunenſibus Tomo 1. [m] Proximi quatuor Epiſcopi hactenus non extant in Tauello.

[l] pag. 601.
[m] Nu. 114. §. 3.

99. Petrus 3. cognomine *Bureau*, conſanguineus videbatur nobilis Ioannis Bureau coætanei Epiſcopi Biterrenſis, ſedens annis 1448. & 1449. nec pluris [n].

[n] Sauſſ. pa. 602.

100. Theobaldus Dauchinius ſecundum Democharem, vel cognomento *d'Auſſigny*, iuxta Sauſſeyum, & *d'Anxigny*, apud Tauellum in MS. extitit primùm Canonicus Archidiaconus Sigaloniæ, poſtmodum hîc Epiſcopus [o] ab anno 1452. ad annum iuſtiorem 1473. inchoantem, reformans confraternitatem Aurelianenſem S. Gabrielis Archangeli an. 1466.

[o] Sauſſ à pa 602. ad 606.

101. Franciſcus 1. cognomine *de Brilehac* ex Demochare, vel *de Brilliac*, ex Sauſſeyo & Chenutio, vir nobiliſſimus Ducatus Bituricenſis, habuit ingreſſum Aureliam cum apparatu ſolari centuria 1473. [p] ſuo Senonenſi 101. Metropolitano debitam profeſſus eſt obedientiam an. 1479. [q] tunc cœpit ex ſuo ære opus Eccleſiæ S. Crucis Aurelianenſis ædificare. Et inſtitutis à ſe Miſſis anniuerſariis anno 1499. ac 1502. conuolauit ad patres an. 1503. Sic Eccleſiam rexit an. 29. Non autem 20. & paulò plures, vt Sauſſeyus [r] loquitur.

[p] 25. Martij pa 607.
[q] 23. Iulij.
[r] pa 611.

102. Chriſtophorus *de Brilhac* ſuperioris nepos, & filius Ioannis de Brillac Equitis d'Agry, antea Decanus loci, dein Tripolitanus Antiſtes, poſteáque Troianus Archiepiſcopus, Cathedram Aurelianenſem, à patruo acceptam ingreſſus eſt anno 1504.[r] Metropolitæ præfato[t] iurauit obedientiam anno ſequenti. Tum narrat Sauſſeyus vniuerſim[u], quòd Legationem Regis Franciſci 1. Romam iniit cum Dionyſio 66. Epiſcopo Maclouienſi ad Papam Leonem 10. Qui Leo ſummum Pontificatum auſpicatus eſt anno 1513. & Dionyſius ex colligatis Nu. ſuo cit. ſedit Maclouij ab anno inchoante 1515. vel ad ſummum ab 1514. finiunte. Attamen ſucceſſor præſentis Chriſtophori Cathedram hanc Aurelianenſem aſſumpſit anno medio 1514. Quoto igitur anno & menſe euenit iſte duorum commeatus? Vix certè & exactè conijciendum. Niſi paulò calculos allatos immutando, dicamus id geſtum principio anni 1514. vt reliqua cohæreant. Quas Datas minimè expendunt Sauſſeyus, Demochares vel Chenutius.

[r] 17. vel 19. Maij.
[t] Triſtando.
[u] pag. 612.

103. Germanus 1. *de Ganay* è gente Senatorum Pariſienſium vndique natus & conſanguineus, ſucceſſit in locum Chriſtophori malè à Sauſſeyo conſcripti *ad Archiepiſcopatum Turonenſem aſſumpti* (inquit) quia is profectò minimè ibi comparuit Præſul, tacentibus in eo reliquis Authoribus. Neque etiam vllus ſupereſt locus, vt illic inſeri queat. Palam autem & honorificè ingreſſus eſt domicilium Aurelianenſe anno 1514.[x] vbi poſtquam ſedit annis ſeptem, defunctus eſt anno 1520.[y] datis libris bis mille *ad fundationem* Miſſæ quotidianæ in Eccleſia Aurelianenſi[z].

[x] 31. Aug.
[y] 8. Mai.
[z] Sauſſ. pa. 614.

104. Ioannes 9. de Aurelia, vulgò *d'Orleans*, ex Principibus Dunenſium, Regíſque conſanguineus, omnium cùm eſſet virtutum encyclopedia certè inſtructus ac ſcientificus & Toloſanus Archipræſul, optatus eſt tamen communi valde eligentium aſſenſu, & confirmatus Aurelianus à Leone Papa 10. cum Regiis literis anno 1521.[a] licèt Concordatis iam tunc à quadriennio publicatis. Et ſequente ſolis curſu proceſſit ad ingreſſum[b]. Tum anno 1525.[c] Synodales Ordinationes ciuitatis Diœceſiſque Aurelianenſis compilauit, & promulgauit. Adiit Concilium Pariſiis adactum (inquit Sauſſeyus) at dictum Senonenſe, de quo nos in Senonenſibus[d]. Qui Author addit confusè eum Cardinalem effectum à Clemente Papa 7. Quod in Ciaconio ſaltem haud deprehendo. De medio ſuo latus eſt anno 1533.

[a] 10. Maij.
[b] 1. Maij, 1522.
[c] 6. Iulij.
[d] Nu. 103.
[e] pa. 616.

105. Ioannes 10. dictus Sanguineus, (ait Sauſſeyus[f]) vulgò *Sanguin*, Duciſſæ Campenſis conſanguineus, deſignatus hîc Antiſtes an. cit. 1533. ingreſſus ſequenti biennio[g], creatus nona vice Cardinalis *de Medon* ſeu *Meudon*, à Paulo Papa 3. ſub tit. S. Mariæ in Porticu an. 1539. & à Iulio 3. ſub tit. S. Chryſogoni[h]. Obiitque Pariſiis an. 1569.[i] depoſitus ad S. Catharinæ Sacellum[k]. Verùm ex ſequentibus docetur eum priùs hunc Epiſcopatum deſeruiſſe, nimirum an. 1549. vel inchoante 1550. Tauellus in MS. eum nominat Antonium Sangum.

[f] pa. 617.
[g] 24. Octob. 1535.
[h] Ciaconius 1123.
[i] die S. Catharinæ 25. Nouemb.
[k] Vallis Scholarium.

106. Franciſcus 2. cognomento *de Faulcon*, ex Tutellenſi 16. Epiſcopatu Galliarum iſtuc peruenit Antiſtes an. 1550. & ſecundum permutationem cum eruditiſſimo Petro Caſtellano Maticenſi poſtea factam profectus eſt Matiſconem an. 1551. extremo. De quo nos plura Numero 71. Matiſano. Cætera illic. Niſi quòd priùs pietatem ſuam Aureliis teſtatum reliquit in ædificiis & oſtenſis aut pictis gentilitiis ſuis ſtemmatibus, necnon curauit Sacellum miro exædificandum opere in Conuentu Minimorum Pariſienſium B. Franciſci de Paula[l]. Et hîc finem habet Tabula Democharis.

pa. 624.
[l] Sauſſ. pa. 626.

107. Petrus 4. cognomine Caſtellanus, Matiſconenſis Antiſtes cùm eſſet, & canonicè paciſcens cum præfato Franciſco, iter habuit verſus Aureliam poſſeſsionis captandæ gratiâ, & prædicandi acerrimè verbum Dei, ſcilicet ante medium anni, non 1551. vt cenſet Sauſſeyus, ſed 1552. ex firmioribus notis in extremo ſuo Maticenſi articulo per nos conſtitutis[m]. Cùm autem appuliſſet ad Eccleſiam S. Laurentij de Orgeriis ſuæ nouæ Diœceſeos, ibique viſitando ſimul piè concionaretur, ante ſuum ad vrbem paratum ingreſſum, apoplectico morbo interceptus & oppreſſus periit, religiosè contritus[n]. Attamen Tauellus in MS. deſcribit eum Matiſcone diſcedens, ingreſſum Aureliam an. 1546. & extinctum ibidem anno 1558.

[m] pro Romaneſchus.
[n] die feſto Annunciat. S. Mariæ Virginis matris. Sauſſ. p. 628.

108. Ioannes vndecimus, cognomento *de Moruilliers*, nobiliſsimus Bleſienſis, primùm Bituricenſis Præfectus[o], dein ibidem Decanus, tum ab interioribus Conciliis Henrici 2. Regis, eum ad Epiſcopatum nominando, à Iulio Papa 3. inſtitutus eſt Antiſtes Aurelioſum anno præfato 1552.[p] Ipſe annis 1557. & 1559. in ſacris Ordinibus conferendis totus inſudabat, nunquã defeſſus[q]. Adſtitit Concilio Tridentino, vt tradit Sauſſeyus[r] nimis vniuerſim. Quippe ego ſpeciatim adiicio, quòd ibi interfuerit ſub Iulio Papa 3. ſedente

[o] an. 1536.
[p] menſe Apr.
[q] Sauſſ. 631. 633.
[r] pa. 648.

ab anno

ab anno 1550.ad 1555.cum aliis alio tempore Galliarum Epiſcopis ſ. Deceſſit apud Turones anno 1577. & ætatis ſuæ anno 70. menſibus 10. diebus 23. pauperibus largiens 50. libras annui perpetuíque reditus t.

ſ Senonib Nu.107.&c
t pa. 652.

109. Maturinus *de la Sauſſaye*,antea Archidiaconus in Eccleſia Aurelianenſi, deceſſoris ex ſorore nepos, cui propterea auunculus ſenex Epiſcopatum contulit anno 1564. hoc eſt diu,vel annis ſex,ante præuiſum eius deceſſum u. Inde Antiſtes multa paſſus ab hæreticis Baſilicam diruentibus, is pleriſque ipſam ſtructuris locupletando, piè obiit anno 1584.x

u Ingreſſus 17.Martij. 1565.
x Sauſſ. pa. 614. & 668.

110. Dionyſius Hurault, Philippi Huralti Cancellarij Franciæ nepos ex fratre ſucceſſit quidem nominatus, & fretus eſt beneficio ac honoribus ab anno 1584. ad 1586. pene integrum,vnde ad caput à Chenutio erigitur.Sed quia ſacram minimè compleuit vnctionem, Sauſſeyus id tempus pro Sede vacante capit: virúmque ſuffert ad latus in appendice.

initio Febr.

111. Germanus 2. dictus Valens cognomine Guellius, ex Sauſſeyo, vel *de Gueslis*,vt loquitur Chenutius, fuit nobilis Aurelianus, in Græcis verſatus, anteą Senator Pariſienſis, Cathedralis ibidem Canonicus, & Decanus Aurelianenſis: tum conſecratus eſt Antiſtes anno extremo 1586. y ingraueſcente ætate: vnde ſolennem ingreſſum ei celebrare haud licuit. Tamen Magduni in Diœceſi Ordinationes habuit,ac Synodalia ſtatuta Diœceſana in formam meliorem redegit: ibidem religiosè moriens an.1567.z

y 21.Decem. apud S.Victor.Lutet.
z 15.Septem. pag. 675.

112. Ioannes 12. cognomento de Abba ſpina, Sauſſeyo, & Chenutio Alba-ſpineus, vulgò *de l'Aubeſpine*, ſtirpis nobiliſsimæ, cuius mater habuit propatruum B. Philippum Beruicrium ſupra Epiſcopum 73. Aurelianenſem. Is antea Epiſcopus 83. Lemouicenſis,inſtitutus eſt Aurelianenſis à Sixto Papa 5. procurante Catharina Medicea Regina matre ac Aurelianenſi Duciſſa anno 1587. ante captatam poſſeſſionem ad Comitia Bleſenſia deputatus an.ſequente; quæ funeſto exitu cùm diſſoluta eſſent, Aureliam ſolenni progreſſu venit an. 1589.a Sed breui Pariſiis obiit calculo, natus 38. annos, idque ſub annum 1595.

a 1. Maij. Sauſſ pa. 680. & 695.

113. Gabriel *de l'Aubeſpine* cognatus decedentis, à Rege ad Cathedram nominatus eſt an. 1596. dum literis in Academiis operam daret,tametſi paulò antè adnominaretur horum conſanguineus Guilelmus Albaſpineus, qui propter aduerſam valetudinem haud quaquam munus Epiſcopi induit. Ex quo videtur Sedes ſeptem aut octo annis vacaſseb. Sed tandem R. Gabriel factus ætate prouectior Romæ conſecratus eſt à Clemenre Papa 8. anno 1604. c Cuius eximiâ prudentiâ res tota adeò feliciter hactenus gubernatur, vt anno 1619. Calendis Ianuarij allectus fuerit à Rege in Ordinem ſancti Spiritus cum aliis quatuor Antiſtibus.Et prætereà doctiſſimus ille ann.1622.palam edidit Lutetiæ volumen,cui titulus eſt; *Gabrielis Aſbapini Aurelianenſis Epiſcopi de veteribus Eccleſiæ ritibus obſeruationum libri duo,ſub circino aureo MDCXXII.* d Cuiuſce rei & concluſiunculæ ideo non meminit Chenutius,quia eius liber iam in lucem prodierat anno anteriore 1621.Pergit autem ſedere idem R.Gabriel hoc anno 1626.

b pa 698.
c pa. 744.
d In quarto, plures continens Tractatus.

CATALOGVS HISTORICVS CHRONOLOGICVS EPISCOPORVM CARNOTENSIVM.

QVAE SEDES RECENS FACTA EST SECVNDA ſuffraganea noui Archiepiſcopatus Pariſienſis.

1. ADVENTINVS à B. Petro Apoſtolo conſecratus eſt Epiſcopus, & miſſus in Gallias anno ſalutis 36.vt cenſent Demochares atque Chenutius. Idque putant ritè geſtum vnâ cum allegatis pariter Sanctis Potentiano, Sauiniano, Altino, & ſociis aliis. At verò,eiuſmodi ſancti commilitones Galliam traiicientes,non eò priùs conuenerunt quàm anno Sal.45.aut 50.veluti tutiùs manifeſtum eſt ex noſtris Catalogis Senonenſi, Trecenſi & Aurelianenſi ſuprà in quibuſque harum Sedium exordiis. Atque hoc quoque ſatis fuerit conſtituere firmiſſimum eorundem ingreſſum Gallicanum ſub annum ſaltem 45.maximè quia vel etiam vacuum tempus breui infrà ſuberit in præſenti Tabula Carnotenſi. Et inſuper difficile eſt creditu D.Petrum potuiſſe anno iam 30. mittere tam citò ſpirituales longè agricolas in vineam Domini gentilem futuram valdè Chriſtianam. Conſtitit autem Carnuti Aduentinus

tinus Antiſtes: & exinde præfuit ibidem annis 30. hoc eſt vſque ad annum præcisè ſeptuageſimum quintum. Alia Tauellus in MS. hic omiſſa.

2. Optatus ſucceſſit, non ab anno 63. vt ſibi perſuadent præfati Authores nimis feſtinantes, ſed veriùs ab anno 76. ſalut. Et locum rexit per annos 40.

3. Valentinus Sedem ingreſſus eſt, non anno 103. ex eorundem ſententia, verùm lubentiùs anno 116. Illícque perſeuerauit 53. annis ſeu ad annum vſque 169.

4. Martinus cognomine Candidus moderatus eſt ab anno, non 156. at 170. & pergens annis 44. finijt anno 214.

5. S. Anianus Demochari & Tauello, ſeu Ananius Chenutio, vulgò *Agnan*, cœpit curam paſtoralem adminiſtrare anno 215 non 200. per continuos annos 45. claudentes annum 260. Attamen Guilelmus Gazetius, qui notat eius vitam ex Carnotenſis Eccleſiæ Legendariis emerſam, ſcribit obiiſſe circa annum 600.[a] Veremur autem ne Typographus errori plerunque obnoxius compoſuerit 600. loco 200. quod mox dicimus 220. Nam hic ordo & ſitus Sancti ſub æuo anteriore, eſt antiquioris multò receptionis. Et Legendarium conſtituit eundem Martini ſucceſſorem. Non apparet autem in Romano Martyrologio. [a] die 9. Iunij pa. 692. to. 1.

6. Seuerus ab anno 261. non 245. per an. 35. conſequentes.

7. Caſtor ab anno 296. non 280. aut 285. aſſiduus annis 43.

8. Aufricanus vel Africanus ab anno 339. non 324. Et ſedit annis 44. Aliàs annis 40. apud Tauellum in MS.

9. Poſſeſſor ab anno 383. non 364. per annos triginta quinque.

10. Polychronius ab an. 418. non 387. ſubſequentibus an. 23.

11. Paladius ab anno 441. durantibus 28. annis, ex Chenutio. At octo ſolùm annis apud Tauellum in MS.

12. Ardoaſtus apud Chenutium ab an. 469. mediis duodecim ſucceſſiuis. Sed dicitur Arboaſtus Demochari atque Chenutio.

13. Flauius ab an. 481. vſque ad an. 495.

14. S. Solennis fugit & latuit, quando epiſcopandus quærebatur. Sed coactus poſtea dignitatem ſuſcepit: non anno 490. vt putat Tauellus. Imò præfuit duntaxat ab anno cit. 495. ad annum vſque 526. potiùs quàm ad an. 521. Tauelli in MS. Summa eſt ergo, quòd ſederit ſpatio annorum 31. Et intra primos quinque annos ſuæ Cathedræ, Is Clodoueum Regem Francorum in fide Chriſtiana erudiuit, conducens Principem ad ſacrum baptiſma. Celebratur 25. Septembris in Martyrologio Romano, vbi appellatur Solennius: licèt Tauellus ſcribat eum migraſſe 23. die menſis. Malè ergo Chenutius Sancti feſtum collocat 24. die.

15 Sanctus Euthetius ſeu Etherius ab an. 527. adſtitit decimus in Concilio ſecundo Aurelianenſi ſub voce Ætherij Carnotenſis, an. 533. item ſeptimus in tertio ad annum 537. & octauus in 4. ſub an. 547. neque vlteriùs vixit. Ergo ſedit annis 20. non 16. quales ponit ſolùm Chenutius. Neque decem à Tauello expreſſi. Minimè autem luceſcit in Martyrologio.

16. S. Leobinus, ſeu Lubinus, vulgò *Lubin* apud Gazetium, erat Pictauus, & antea Monachus. Veriùs autem ſedit ab anno 548. quàm ab an. 525. cuius tempore inſtituti fuêre 72. Canonici in Eccleſia Carnutenſi ad imitationem totidem diſcipulorum Chriſti. Finiit an. 550. Tametſi dicat in MS. Tauellus eum migraſſe an. 567. Et Martyrologium Romanum colit eius feſtum 15. Septembris, non 16. die apud Chenutium collocato. Nonnulli alia chronica indunt præfatis Conciliis.

17. *Fœlix Carnotenſis Eccleſiæ Epiſcopus.* Hiſce verbis loquitur Concilium 5. Aurelianenſe, in quo ille ſuffragatus eſt decimus nonus anno 552. De quo nihil cæteri Tabularij. Sed bene Tauellus. Et iſte recèns optimè hac ſerie chronologica ponitur.

18. Malardus 1. hîc nouiſſimè à nobis pariter conſtituitur, cæteris Authoribus circa eum mutis. Ratio noſtræ poſitionis eſt, quia is apud Surium & Moſandrum legitur Antiſtes huiuſce Cathedræ in vita S. Launomari, vulgò *Laumer*, Abbatis Confeſſoris[c], qui Abbas florere cœpit ab anno 530. ad annum circiter 560. Ergo iſte Malardus 1. ſedit ab an. ſaltem 554. ad 557. Et dicendus eſt meritò primus, quia ſeptimus poſt ipſum infra eſt inde neceſſariò ſecundus, pluſquàm hemiſeculo diſtinctus ab iſto, & tardior, quem alterum deſcribunt vnicum ſcriptores alij. [c] 19. Ian. Coloniæ 1617. To. 1. pa. 294.

19. S. Caletricus ſedit ab anno circiter 557. natus annis 24. tantùm. Poſteáque interfuit quartus alteri Synodo Turonenſi an. 570. itémque priori Pariſienſi an. 559. vbi vocitatur Chaletricus, & Fortunato Chalactericus, qui verſibus expreſſit eius Epitaphium à Baronio renouatum an. 559. quo diſceſſit Nu. 31.

20. Magober

20. Magobertus ab an. 571. non 551. pergens vſque ad an. 575. Quantumuis Tauellus in MS. putet eum gubernaſſe Eccleſiam an. 13.

21. Sigaldus ab an. 574. non 564. vſque ad ſequentem duntaxat 575. Vnde Cathedram non poſſedit an. 12. à Tauello poſitis.

22. Mainulphus ab an. 576. non 572. vſque ad an. 587.

23. Papulus Epiſcopus altior eſt hìc à nobis conſtitutus, ſecundũ veram eius chronologiam, quàm prodeat in Demochare & Chenutio, qui inferiùs eum locarãt ſub an. 652. extra ſitum. Quippe acceſſit vigeſimus ſextus ad Conc. 1. Cabilonenſe an. 582. deinde ad 2. Matiſconenſe; viſum celebre anno inchoante medióve 588. Porro ex Tauel. ſedit an. ſeptem.

24. Theobald. ab an. extremo cit. 588. per 10. an. continuos. Tauel. eum nominat Theodadum.

25. Lancegiſilus ab an. 598. ad ſequentia tempora, donec perueniatur prope an. 623. non autem per vndecim tantùm annos, quibus ſederit ex Chenutio, quia poſt hunc ſuſtulimus Malardum 2. & Gaubertum, quos alioqui binos proximè ſequi facit Author ille, & vtrumque infra ſeorſum remittimus [e] decentiori loco cuiuſque Chronologiæ, quæ ſequutura Chronica iſtic omnino falſa eſſent. Tauello Landegeſilus. [e] Num. 32. & 41.

26. Godebertus inde ſucceſſor propinquior, alius tamen à Ganberto præfato ſedit ab ann. 624. per ſequens decennium ſecundum Chenutium.

27. Bertegiſelus omnino à Tabulariis prętermittitur, & à nobis meritò hìc recèns introducitur, quatenus illuceſcit in 1. Prouinciali Conc. Remenſi ex Flodoardo ſub an. 634. primum ſuæ Sedis, vel ſub an. 640. De quo nos in Lugdunenſibus To. 1. Poſtmodum in Richerio 1. Archiepiſcopo 22. Remenſi huius 3. Tomi.

28. Deodatus ab an. 644. per quarnor annos ſuccedentes.

29. Dronus ab an. 647. per annos rotidem, vt ſuprà.

30. Pronius Tabul. duob. vel Pionius apnd Tauel. in MS. ſedit ab an. 650. per ſequẽs bienniũ.

31. S. Betharius illuſtris Romanus præfuit ab an. 653. vel 655. ad ſequens quinqnennium ſolummodò, non per annos ſexdecim, vt ſentit Chenutius. Interea dicit Authot, qnòd iſte Sanctus apparet in Beatorum Catalogum relatus, & feſtum ipſius quotannis obſeruari. Sed tamen hunc nou deprehendo in Romano Martyrologio.

32. Malardus 2. ritè deprimitur huc vſque ex ſuo veteri ſitu poſt Lancegeſilum: quia interfuit 29. Conc. Cabilonenſi, quale in noſtris Lugdun. propoſuimns eſſe tertium illic habitum, equidem inter plures Datas anno veriùs 662. ex Annaliſta Baronio, quam paulò citiùs ex quibuſdam aliis Perrexit autem in Sede, donec an. 678. attigerit.

33. Berthegrannus cœpit an. 679. & rexit Templum annis non ſeptem, vt cenſent Tabellarij, ſed tribus ſolùm annis ob nouum ſequacem.

34. Airadua à Baronio conſtitutus in Concilio Rothomagenſi, an. 682. Nu. 11. & iſtic recentiſſimè ſppoſitus. Ibid. Art. 22.

35. Haynius ab anno circiter 686. per octo annos conſequentes.

36. Haigrandus ex Chenutio, ab an. 694. ad futurum quadriennium. Tauellus autem narrat quidem hunc interfuiſſe Conc. Rothomagenſi an. 684. Sed minimè congruunt poſita viri tempora. Qnin potiùs Synodus competit Airado ſuprà.

37. Agathius 2. Tabulariis, & Tauello Agatheus, ſedit ab. an. 698. per ſequens ſeptennium.

38. Leobertus iſtis, & Tauello Leodebertus, ab an. 705. ad decennium.

39. Hado ſedit ab an. 715. per ſolares circulos vndecim.

40. Flauins ab an. 726. verſus octo non quindecim annos poſteriores, quos peruadit.

41. Gaubertus ſedit ab an. 734. ſecundum Democ. Attamen is malè hunc vitũ cõſtituit altiùs ęquo, mediũ aliis calculo inferiorib. poſt Lancegeſilũ 25. & Chenut. quoq; minùs rectè per decenniũ abſq; annua Data in illorũ prouectiore ſitu nunquã debito. Quod ſanè non poterant effeciſſe. Eapropter retento Chronico dato ſatiùs fuit eum iſtuc differre. Et in totum habuit annos durationis ſeptem, Tanellus autem allucinatus cum Chenutio, peius illum ſolus cum Godeberto miſcet pro eodem viro.

42. Godeſaldus ex aliis ſupputationum nexibus regere debuit ab an. 741. per an. 27. vſque ad an. 768. Aliter verò decepti ſunt Chenurius atq; Tauellus, dicentes ſediſſe per 11. annos.

43. Hieronymus ſedit ab an. 769. vt mox cum Chenutio poſt Democ. loquar: nimirũ per an. 10. conſequentes. Sed quia Heliam alioqui apud eos ſequacẽ differre neceſſariò oportet à nobis inferiùs poſt duos alios: idcirco lõgiùs protrahẽda eſt hęc Hieronymi Sedes. Adeóque concludimus eundem ſediſſe alios adhuc 36. an. in totum autẽ 46. annos finiũdos an. ſal. 805. Hunc quidẽ pręterit Tauel. MS. ſed eius vice ſolus ille Author Bernoynũ cõſtituit, quem efficit Godoſaldi (ita nominat) ſucceſſorem. Qui ſi ponendus videatur, ſanè non hoc ſitu, ſed confeſtim vicinus; atque reuerâ vterque ſucceſſiuè deſideratur, ad complenda mox vacua alioqui tempora.

44. Bernoynus ab vnico Tauello denunciatur præſens *Concilio Vuormatienſi cum cæteris Gal-
liæ Epiſcopis, quo Decretum Lugdunenſis Synodi* (de eo nos To. 1. Nu. 56.) *in qua Ludouico
Pio Imperium abrogatum erat, antiquatum eſt anno Chriſti DXXXVI.* Hæc ille. Qualis cœtus
Vuormatienſis eſt ſanè tertius in eiuſmodi vrbe ex Baronij ſerie, adhuc de tali coitio-
ne ancipitis, dum typis mandat eam aliquos ſuperaddere cum apertiore Metenſi Con-
cilio ſub anno 835. Num. 2. eóque ſolo tunc recenſito in Breuiario omnium Con-
ciliorum Franciſci Longi Capucini, qui alias duntaxat Vuormatienſes Synodos promul-
gat, & Genebrardus paucas. Verùm Tauellus autographū, à quo didicerit, minimè profert.
Attamen vbi concludit eundem Bernoynum ſediſſe nouem annis: ego ex præmiſſis ac
ſubiicieudis inducendum video, ipſum Cathedram poſſediſſe annis vt minimùm viginti
nouem, vel etiam biennio pluris, hoc eſt, ab anno 806. ad annum 837.

45. Frobaudus apud Tauellum in MS. & Frobodus ſecundum Chenutium, qui eum Bur-
chardo ſubſtituunt quidem: at nos è diametro hunc præmittimus: quia quo tempore *Gens
Danica per Gallias diffuſa latè omnia populabatur* (ait Tauellus) *vrbs Carnotenſis miſerè capta
& flammis deuaſtata eſt, ac Frobaudus Martyr occiſus*; ſiue annum vnum ſederit, ſiue qua-
driennio ab an. 838. ad an. 841. At non quatuordecim. vt cenſent alij, ob adſequentia.

46. Helias ſuprà quidem ponitur vno verbo à duobus Tabularijs ſub anno 779. poſt Hie-
ronymum, itémque à Tauello poſt Bernoynum ſine Data. Sed altiùs æquo & citra fun-
damentum. Quippe ex demonſtrationibus ponendis eum iſtuc differre oportuit. Tum
quia Baronius hunc ſolùm collocat ſub anno 849. Nu. 14. tum rurſus quia manifeſtum
eſt ipſummet Heliam interfuiſſe decimum ſuffragatorem Concilij 3. Prouincialis Turo-
nenſis anno inchoante 853. ex Renato Choppino in ſacra Politia[e], equidem vltimo ſuæ [e] li. 3. Tit. 5. 3.
vitæ propter mox conſequentia, eo Sedem iniciante ſub an. 842. &c.

47. Burchardus, alijs Huchardus, perperam Frobaudo anteponitur à præmiſſis authoribus,
obſtante Chronologia: dum malè Chenutius ſcribat eum ſediſſe ſub an. 815. Quippe nar-
rat Tauellus in MS. examinatis diſcurſibus, quòd idem Præſul electus fuerit tempore Ca-
roli Calui: qui Princeps certè Francorū habenas regere cœpit ab an. 842.[c] ad an. 878. Tum [c] Till. in
ſic pergit diſtinctiùs Author, *An. XIII. Regni Caroli, hoc eſt Chriſti DCCC. LIII. Synodus habita* Chron.
*eſt apud S. Medoardum in ſuburbio Sueſſionenſi, X. Cal. Maias plurium Epiſcoporum, tam Senonenſis,
quàm Remenſis Prouinciæ, vbi & Burchardus interfuit, tunc erectus, necdum confirmatus, petens à
Metropolitano confirmari.* Sed quia habebatur incapax, monebatur ab Epiſcopis Hincmaro
Remenſi, Pardulo Laudunenſi, & Aio 45. Aurelianenſi, vt tentaret, an officium aggredi
poſſet, &c. Tandem *ne diutiùs Carnotenſis Sedes vacaret, ordinatus eſt.* Et gregem conduxit
annis veriùs duodecim tantùm, ob prementē nouū ſucceſſorem, quàm viginti ſex, vt arbi-
trātur alij, ſedens ad annum vſque 865. De qua Synodo ſub an. cit. 853. habet Card. Baron.

48. Giſlebertus Tabulariis hactenus planè ignotus, diligentiā Tauelli agnoſcitur Carnoten-
ſis Antiſtes ſub anno ſaltem 866. & in circum. Siquidem tunc habita eſt alia Synodus
Sueſſionenſis, itémque Trecenſis anñ. ſequente, etiam ex Baronio[d]: quibus ſanè interfuit [d] 86.n.48.
idem Giſlebertus Carnotenſis, ex Epiſtolis 2. 3. & 4. Hincmari Remenſis, à Tauello quo- 867.nu. 5.
que recenſitis. Tertiò acceſſit vigeſimus quintus ad Conciliū Pontigonenſe Sequanorum
ſeu Prouinciæ Senonenſis an. 876. teſte pluribus Tomo noſtro 1. in Lugdunenſibus[g]. [g] Nu. 58.
Baronius tamen eum cœtum conſtituit ſub anno 859. Nu. 31. Quartò denique iniit cele- 9. 3.
berrimū Patauienſe Concilium à Carolo Caluo imperāte conuocatū an. 877. ex Tauello.

49. Galenerus ſeu Galterus ex Tabulariis ſedit quidem iam ab an. finiunte 853. maturiore:
ſed profectò libentiùs ab anno tardiore 858. aut ſequente: nam eo tempore id mi-
rum ei euenit, quòd Rollonem impiorum Danorum ſeu Northmannorum Ducem
belligerum nondum ad fidem cōuerſum, fugarit tunicā B. Virginis matris. Sic Democha-
res & exinde Chenutius, quoad eiuſmodi hiſtoriam. Sed præfata horum Chronologi, vtri-
que prior, fallax eſt. Partim quia alioqui idē Galenerus oppoſitè cōcurreret cum præmiſſis
Burchardo ac Giſleberto: ex parte quia hoſtiles Gentilis Rollonis impetus perdurarunt
ad an. vſque ſal. 912. teſte Baronio[f]. Durāte quo præcedente ipſius Chriſtianiſſimæ profeſ- [f] Nu 17.
ſionis tēpore, idem Rollo perſeuerabat fideles immani ſemper furore percutere ac debel-
lare. Ergo ſatis multúmque ſpatij ſupererat, quo poſt Giſlebertū Galenerus & Rollo con-
tuerentur diuinum prodigium Reliquiarum ſacratiſſimæ Virginis Mariæ, longe hoſtem
fugantium ac propulſantium. Qui Galenerus certè non eſt egreſſus vltra eum poſteriorem
annum 878. quia obſtaut diarij adſequentium. Iſto caret Tauellus.

50. Aymo ſecundùm Tabularios ſedit quidem ab an. 865. per duodecim annuos calculos. At
ex circumpoſitis per nos, neceſſe eſt concludere eum Eccleſiam rexiſſe viueo ſolari curſu
879. ob cogentes rurſus inferiores terminos.

51. Geraldus ſeu Girardus iuxta eaſdem Tabellas excelluit ab an. 877. per an. 4. hoc ordine.
At mox ex circūfluentib. cogimur ei ſolitarium annum 880. concedere.

52. Aymo

52. Aymericus 1. ſedit ab anno 881. per integrum ſequens decennium conſentientibus vniformiter tribus de more Authoribus.

53. Gancelinus ſic dictus apud duos priores Tabularios, ſeu Gauzelinus ſecundum Tabellium poſtremum in MS. Is conſedit ab anno 891. per triginta ſex annos, vſque ad annum 925. iuxta ambos allatos dictatores; qui ſanè hic repetunt & adiiciunt ſine teſte Camiſiam B. Virginis matris ab ipſo Epiſcopo delatam ad muros fugam dediſſe Rolloni ciuitatem Carnotenſem obſidenti. Videtur autem hæc hiſtoria eſſe eadem numero, quæ priùs geſta eſt ſub Galenero Epiſcopo 49. ſcilicet. Niſi quis putet iteratum eſſe miraculum Tunicæ B. Virginis. Qua in re aduertendum, quòd ſub iſto Antiſtite 50. Rollò baptiſmate tinctus eſt anno ſal. 911. ex Tilli Chronico. Ergo ante hoc tempus incidit tale pium opus, dum hoſtis eſſet paganus, qui poſt ſuſceptam fidem ampliùs aduerſus Chriſtianos non militauit. Déque hoc Duce alia vide Nu. 34. Epiſcopatur Nannetenſis ſuprà.

54. Haganus rexit Eccleſiam ab anno nongenteſimo 26. per ſequentes quindecim ſolares circulos; & addunt Tabularij feſtum ipſius quotannis fieri 23. Decembris. At non reperitur in Romano Martyrologio.

55. Ragenfredus viſitur ab an. 941. per quatuordecim annos ex Chenutio. Is Monaſterium ſancti Petri in valle deſtructum, quantum potuit, reſtaurauit, Monachóſque alimentorum inopiâ locum deſerentes reuocauit, datis in ſumptus pecuniis, & in alimoniam duodecim Præbendis Eccleſiæ Carnotenſis, vt illius Monaſterij iure dici poſſit fundator. Ibidem poſt mortem ſepultus. Hæc tota periodus fluxit ex Tauello in MS. qui Antiſtitem vocat Reginfredum.

56. Hardoynus ab an. 955. per triginta & vnum annos, ſub quo Eccleſia Carnotenſis igne ſuccenſa eſt an. 963. Et ipſe animam exhalauit an. 986.

57. Vilphardus, ſic vocatur in Chenutio ex Abbate S. Benedicti ſuper Ligerim aſſedit Epiſcopus, confeſtim ab an. cit. 986. per adſequentes ſex, non vndecim. Apud Flodoardum Remenſem dicitur Vuilfardus.

58. Odo ab anno 992. per quindecim annos, Chenutius malè per 10. annos. Vide Articulum 66. Senonenſem, de Synodo cui interfuit eo anno.

59. Rodulphus ſedit ab an. 1006. ſecundum eundem Chenutium, & perdurauit annos decem, ſecundum Democharem, &c. Verùm, lectum iris ſtrictius multò tempus ei derelictum ac ſuperſtes.

60. Fulbertus doctus Monachus S. Petri Viui Carnotenſis, ſanctitate inſignis, antea Cancellarius Regis Roberti, factus eſt Epiſcopus Carnuti anno 1007. ex Annaliſta Baronio, ſuprà in 60. Pariſienſi. Ergo ſi res ita habeat, Rodulphus deceſſor vnico anno ſedit. Idem verò Fulbertus primus in Galliis celebrabat feſtum Natiuitatis B. Mariæ Virginis matris [K]. Pie deceſſit an. 1028. ex [l] Chenutio in Epitaphio M.S. loci. Quo anno ipſa Virgo ei vbera ſua præbuit ſugenda: Baron. Nu. 5. eiuſdem anni. Etiamque Is multa Opera compoſuerat in laudem ipſius ſacræ Virginis, & Proſa & Carmine, præſertim Officium eiuſdem feſti, Opuſculum de tribus Chriſtianæ fidei rebus neceſſariis, Sermones varios, Librum aduerſus Iudæos tum in vrbe frequentes, & alia, cuncta digeſta ab Odotanno Monacho præfatæ Baſilicæ S. Petri, coætaneo, præter Epiſtolas ad diuerſos, quas pene ſolas commemorat Bibliotheca Conradi Geſneri, qui Authorem Epiſcopum vocat Fulpertum. Déque hiſce voluminibus recognitor eſt Tauellus in MS. Qui præterea docet, quatenus Antiſtes reparauerat quoque Eccleſiæ ſuæ ædificia incendio conſumpta, ſuppeditantibus præfato Roberto Francorum & Comitone Anglorum Rege, hortatu Egenoldi Cantuarienſis Archiepiſcopi. Hæc recèns nota fuerant obiter digna notatu. Quibus tandem adde ex Odotanno ipſum Fulbertum obiiſſe anno 1029. deinde ex Chriſtiano Maſſæo in Hannoniæ Chronico ad ann. 99. tum ex Tauelli ſententia an. 1019. in MS. & ex Glabro ſub an. 1033.

K Choppin. l. 2. de Doman. Franc. tit. 2. pro Cancellariarum. Veteres Annales Bibliothecæ Regalis Collegij Nauar. Pariſ. in vita Roberti cit.

l die 4. Idus Aprilis.

61. Theodoricus Cathedram arripuit quidem an. 1031. ex vtroq; Tabulario. Sed hoc pacto ſi dictum veritate nitatur: concluditur quòd ergo Sedes tempore pacis biennio vt minimùm vacauerit, vel triennio ferè. Satius eſt igitur fateri, quòd iſte ſederit ab an. 1028. deceſſore moriente, & perſeuerarit in Sede, non ſeptem, ſed nouem annis. Nam reuera Baronius eum ſub titulo Epiſcopi declarat præſentē dedicationi Eccl. S. Aniani Aurelianēſis an. 1029. Nu. 4.

62. Agobertus ſedit ab an. 1038 per ſeptennium.

63. Robertus 1. ab an. 1044. per annos 16. Et Româ rediens obiit.

64. Arradus 2. Chenutio, vel Artaldus apud Tauell. in MS. ſedit non modò ſex annis, vt ſibi perſuadent Tabul. verùm lubentiùs viginti nouem annis, ab anno ſemper 1060. ad 1089. velut ex ſequenti liquet. Pendente quo tempore is Calicem prorſus Eccleſiæ ſuæ impertitus eſt, quam plurimis etiam aliis ornamentis decorauit.

65. Gaufridus 1. ſic dictus à Democharę atque Chenutio, vel Gaufredus ſecundum Tauellum in M.S. rexit Carnutum ab anno quidem 1066. per triennium ex prioribus Tabulariis, addentibus eum depoſitum ab Vrbano Papa 2. Sed profectò hi duo erratum duplex manifeſtè perpetrarunt. Primùm, nullus Vrbanus ſedit tunc Papa Romæ: quia ſecundus cœpit tardiùs ab anno 1088. & tertius ab an. 1185. Gaufredus autem præfuit tempore Alexandri Papæ 2. Deinde, ex alterâ parte, nos longiùs Gaudefridi chronologiam ſpectantes quàm triennij Tabulariorum, dicimus ipſum Gaufridum adnominari teſtem non modò in Actis Bibliothecæ Cluniacenſis [m] anno 1069. qui eſt finis præfati triennij, quatenus iam dictum eſt Numero 70. Senonenſi cum Richerio 2. ibidem Archiepiſcopo: ſed etiam tanquam præſentem in vna Synodo cum Arnulpho Epiſcopo 62. Aurelianenſi & aliis Præſulibus anno vlteriore 1083. Vnde Gaufredus ſaltem eò vſque peruenit: imò vlteriùs. Qui calculus imminuit certè annos ſuccedentis Yuonis Carnotenſis à Tabulariis minus ritè fortaſſis conſtitutos, & latiùs conceſſos eidem Yuoni, ſicut perſpectum iris. Et ex illo toto diſcurſu concluditur, quòd ſi Gaufridus fuerit depoſitus à dignitate, id euenerit poſt annum illum, quo tempore ſedit Romæ Gregorius Papa 7. eſſétque depoſitor præfati Gaufredi. Sed meliùs, differendus eſt ſeriùs ille Gaufredus: ac dicendum fuerit, quòd eius triennium euenerit ſub Vrbano Eccleſiam moderante annis 12. vſque ad annum 1100. poſt eit. Gregorium, intermedio ſolo [n] annuò Victore 3. Nimirum, præciſè Gaufridus ſedit vtcunque ab anno 1090: ad an. 1092. quo Annaliſta Cardinalis eum depoſitum credit. Ob ídque eius deceſſor Arraldus, loco ſex annorum, ſedit viginti nouem annis vt minimùm.

[m] col. 544.

[n] ab an. 1073. ad 1087. Gene.

66. Yuo primùm genere Bellouacenſis, deinde præpoſitus Eccleſiæ S. Quintini, tum creatus eſt Epiſcopus Carnotenſis. Sed quando? Variant Tabularij: Chenutius dicit geſtum anno 1069. ab Vrbano 2. Sed iam docuimus id tempus cadere in Alexandrum 2. Demochares autem narrat ex Sigiberto Chronographo cœpiſſe epiſcopari anno 1092. Equidem veriùs. Nam & eo anno Baronius narrat deceſſorem ſuum Gaufredum fuiſſe ab Vrbano depoſitum, Nu. 2. Quo certè anno vigebat præfatus Vrbanus 2. vtique mox verus Antiſtitis conſecrator. Propterea Chenutius perperam applicuit annum eius primum Vrbano, nempe milleſimum 66. Deceſsit verò piiſſimè anno 1114. vel 1116. ex vnanimi quidem prælibatorum ferè aſſenſu. Sed ego ſingula exactiori indagine perquirens, lego quòd ex ipſiuſmet Yuonis Epiſtola 131. interfuerit Concilio Stampenſi, quale video habitum & coactum eſſe anno 1130. ex Baronio Annaliſta, vel anno 1131. ex Genebrardi Chronologia. Niſi duo Yuones Carnum præfuerint: quod nullus ſcripſit hactenus. Attamē temporum diſcrimina docent id eſſe probabile. Pro vnico autem: ſanè Yuo ille ad ſummum eò vſque vixit ſeditque. Quin etiam legitur adhuc apud eundem Baronium ſub anno tandem 1135. nu. 1. Et is calculus etiam iuuat ſynceram perpendicularem ſucceſſoris enitendam durationem. Cæterum hoc narrandum obiter ex Tauello in MS. Cùm præfatus Gaufridus 1. ad omnem luxū & libidinem pronus foret, Vrbanus Papa eo depoſito Yuonem in locum ſubſtituerat. Quod Richerius ægrè ferens, ſe cum Comprouincialibus inconſulto, & Gaufrido in ſua cauſa non audito, recuſauit vt Metropolita Yuoni, tametſi moribus & ſcientia digniſsimo, manus conſecrando imponere. Vnde Stampis congregati Suffraganei, conabantur Gaufridum reſtituere. Quamobrem Yuo commotus ad Sedem Apoſtolicam appellauit. Vrbanus Richerium correptum vſu Pallij ad tempus interdixit, & Yuonem confirmauit ac conſecrauit anno 1092. ex Sigiberto, poſt triennium litis elapſum. Quam Datam malè carpit Tauellus, dicens id geſtum potiùs anno 1069. Nam ſi cadens ſupinus regreditur ad falſas eas ſupputationes, quas mox ſuprà repulimus, Vrbano nondum tunc pontificante, cui tamen huius authoritatem facti attribuit ipſe Tauellus, concludítque Sedem Yuonis annos 46. perduraſſe. Et ei hoc debere Galliarum Eccleſiæ, quòd ſacros Canones ante Gratianum in ordinem digeſsit, necnon libros Epiſtolarum à Conrado Geſnero ad Epitomen redactos, velut editos, cum Homelias plures, quæ nondum extant, neque harum meminit Geſnerus. Tandem Yuo Monaſterium in Carnutibus multis bonis adauxit: & in Monaſterio S. Ioannis Carnotenſis Regulares Canonicos inſtituit. Aliáque egit cum ſummis Principibus, quæ proſtant in eodem Tauelli Manuſcripto, & ſingula hîc omittenda cenſuimus, præter viri defuncti Epitaphium, hactenus minimè palam editum: quale ſequitur.

Mente, manu, linguâ, doctrinâ, corporis vſu,
Prudens, munificus, præſtabilis, vtilis, inſons,
Firma columna domus Domini, quam iure ſalubri

Fonit,

Fouit, muniuit, inſtruxit, iugiter auxit
Conſilio, ſcriptis, quo vineret ordine, rebus,
Cuius opem gratis æger, rem ſenſit egenus,
Iſtius vrbis apex, memorandus Epiſcopus Yuo,
Hac ſitus; exſpectat aduentum iudiciorum.

67. *Gaufridus 2. 1116. rexit 22. annis, & à ſummis Pontificibus Innocentio ac Honor. qui dum fuit Legatus pro extirpandis diſſidijs & ſchiſmatibus obtinuit Eccleſiæ Carnotenſi multa priuilegia, & fundauit Abbatiam B. Mariæ de Ioſaphat.* Sic Chenutius vniuerſim, & minus expeditè. Atque Sigibertus ponit, quòd iam præerat anno milleſimo centeſimo decimo quarto. Tutiùs autem loquamur hoc pacto. Imprimis Romani Pontifices, ſub quibus floruit Gaufridus circiter annis 22. extitêre Gelaſius 2. Calixtus 2. Honorius 2. & Innocentius 2. hac iuſtà coordinatione. Secundò, cùm aduerterimus Yuonẽ tutioris cenſuræ ſuprà permanſiſſe ad annum vſque milleſimum centeſimum trigeſimum primum, concluditur quòd Gaufridus ſequax potuit ergo duntaxat ſediſſe ab eo ſaltem anno milleſimo centeſimo trigeſimo primo per ſeptennium, tum ob ſucceſſoris Geſleni principium ſtrictiùs coarctans; tum rurſus quia nouiſſimè in Bibliotheca Cluniacenſi [o] deprehendimus eundem Gaufridum acceſſiſſe ad Concilium Piſanum anno præcisè citato 1131. ex Genebrardo ſub præfato Innocentio, ad quem Epiſcopum Carnotenſem ſcripſit de illo cœtu venerabilis Petrus Abbas Cluniacenſis [p]: & ipſius meminit eadem Bibliotheca in Actis alterins Gaufridi Comitis Mauritaniæ [q], prætereàque in Notitia Concilij Auguſtodunenſis abſque Data [r]. Necnon tandem in Epiſtola ſua 40. libri 5. cum appellat Gaufridum [ſ]. Præſens quoque in centum marchis Argenti, de quibus amplior ſermo eſt ſuprà Numero 15. Lexouienſi. Cæterùm Tauellus in Manuſcripto prædicat ipſum Gauffredum extitiſſe virum ſcientiâ & meritis laudabilem, hilari vultu excepiſſe Carnuti Innocentium Papam ſecundum, quem protexerat aduersùs Petrum Leonem dictum Pſeudopontificem Anacletum, poſtquàm Ludouicus Craſſus Rex eundem Aureliis ſuſceperat, hunc creatum Sedis Apoſtolicæ Legatum ad Girardum Engoliſmenſem Epiſcopum & in Aquitaniam, versùs partis oppoſitæ tutores, tum adiiſſe Piſanum Concilium anno milleſimo centeſimo trigeſimo primo [n], &c. ſub eodem Innocentio, & obiiſſe anno 22. Sedis, ac Salutis 1138.

[o] col. 875.
[p] loco cit.
[q] col. 541. 543.
[r] col. 546.
[ſ] Congratulatoria pro beneficiis à ſe Cluniaci impenſis.
[n] Petrus Abbas Cluniac. l. 5. ep. 40.

68. Geſlenus Chenutio ſedit ab anno milleſimo centeſimo trigeſimo octauo, decem annis ſequentibus perfecit Abbatiam *de Ioſaphat*: diciturque *Goſlenus* in citata Bibliotheca, & apud ſanctum Antoninum Florentinum [t], qui ſcribit eundem Epiſcopum extitiſſe Legatum Antipapæ contra Innocentium præmiſſum legitimum.

[t] Parte 2. Tit. 17. c. 30. §. 4.

69. Robertus ſecundus fundauit Abbatias tres, ſedens ab anno milleſimo centeſimo quadrageſimo octauo per an. 16.[u] Et ad eum miſit Epiſtolam Petrus venerabilis Abbas Cluniacenſis ex Bibliotheca Cluniaca. Apud Tauellum nominatur etiam Iobertus.

[u] malè Chenu 29.

Appendix. Guilelmus filius Comitis Campaniæ hîc per Appendicem ad latera ſolùm ponitur, quia cùm eſset iuuenis electus, & ſub ferula beati Bernardi in Claraualleñſi Cœnobio educatus, tunc antequam Carnuti conſecratus reciperetur, ad Senonenſem Archiepiſcopatum vacantem poſtulatus eſt anno milleſimo centeſimo ſexageſimo octauo, Numeto 74. teſte Roberto Monacho ſancti Mariani in Chronico, & Sirmundo à me noto ſub finem Epiſtolæ 232. Sigibertus tamen eum cum Senonibus Carnotenſem Præſulatum vnà tenuiſse prodit anno milleſimo centeſimo ſeptuageſimo ſeptimo, dictum Vuilelmum, & inde Remos translatum, equidem Numero 1168. Recognitore etiam Tauello in Manuſcripto.

70. Ioannes primus Sareſberienſis, vulgò *Sareſbery*, Anglus ſedit ab anno milleſimo centeſimo ſexageſimo quarto per annos etiam ſexdecim: nuncupatus diſcipulus, oculus & manus ſancti Thomæ Cantuarienſis Archiepiſcopi & Martyris authore Petro Bleſenſi Archidiacono [x]. Deceſſit autem anno milleſimo centeſimo octuageſimo ſecundum Chenutium, vel anno 1181. ex Baronio Numero 16. poſt Supplementum Roberti de Monte ad Chronicum Sigiberti, qui dicit eum comitem exilij præfati S. Thomæ, & ſcriptorem eius paſſionis. Sed malè idem Supplementum ſtatuit etiam Robertum deceſsorem ſub eodem anno. Ipſe verò Ioannes ſcripſit Epiſtolas ad ſummos Pontifiees, teſte Maſſono. Iacetque in Abbatia *de Ioſaphat* prope Carnutum. Ex Tauello in Manuſcripto ſub anno 1183.

[x] Epiſt. 22. ad ipſum Ioannem.

71. Petrus 1. fuerat priùs Abbas Cellenſis Cœnobij iuxta Trecarum vrbem, deinde S. Remigij Remenſis, tum creatus hîc Antiſtes an. 1180. vt cenſent Tabularij. Et Eccleſiam [y]

[y] malè Chenu 1080.

tegit ſeptennio. Erat autem filius Simonis 2. Lotharingiæ Comitis & Agnetis Comitiſſæ Namurcenſis, ſi Stephano *de Roſiere* in Lotharingica ſtirpe credere fas ſit *. Qui reuerà ſaltem malè adiicit eundem Petrum extitiſſe fratrem Pariſienſis Epiſcopi Mathæi, quia nullus Mathæus Lutetiæ ſedit. Et id etiam vniuerſim carpit Tauellus in Manuſcripto. Benè tamen floruit Mathæus Epiſcopus 54. Trecenſis ſub hoc Petri tempus, nimirum illic ſub annis milleſimo centeſimo ſexageſimo nono & milleſimo centeſimo octuageſimo. Atque idem Petrus facilè potuit eſſe illius Mathæi germanus. Quod minimè agnouit Tauellus.

* To. 4. hiſt. c. 71.

72. Guilelmus primus per bienniuni ferè ſequens ab anno 1187. ſub quo ciuitas Carnotenſis combuſta eſt. Sic Chenutius. Qua in re hæc aduertenda. Creditur equidem poſtea Archiepiſcopus ſeptuageſimus tertius Senonenſis Cardinalis Titul. ſanctæ Sabinæ & Legatus in Francia ex Ioanne Tilio in Optimatibus z. Sed quia is illuc aduenit anno milleſimo centeſimo ſeptuageſimo, inde oportet, quòd hic ergo ſederit ad annum milleſimum centeſimum ſexageſimum octauum. Perindéque ſtatuendus ordine foret per medium Ioan. Saresbery, idcirco imminuendum de temporanea eius Sede.

z pa. 130.

73. Reginaldus ſiue Raynaldus cognomento *de Monſon*, antea Theſaurarius Eccleſiæ ſancti Martini Turonenſis ex Tauello in Manuſcripto, ſedit ab anno milleſimo centeſimo octuageſimo nono per annos viginti octo, profectus contra Albigenſes hæreticos a.

a Gaguinus.

74. Galterus fortè 2. nam de primo diximus Numero quadrageſimo ſexto. Antea fuerat Abbas Pontigniaci Ordinis Ciſtercienſis ad Antiſſiodorenſes. Rexit Cathedram ab anno milleſimo ducenteſimo decimo ſeptimo per annos ſex. Tauello in Manuſcripto Galtherius.

75. Hugo ab anno milleſimo ducenteſimo vigeſimo tertio per annos 13. finem habentes anno 1236.

76. Albericus Cornutus conſedit ab anno milleſimo ducenteſimo trigeſimo ſexto, vel milleſimo ducenteſimo trigeſimo ſeptimo ex præmiſſis, per ſequens decennium ſecundum Chenutium, qui tamen oberratinam incipiens ab anno milleſimo ducenteſimo quadrageſimo ſexto fratrem nactus eſt Robertum infrà, itémque fratres alios Galtherum & Gilonem Archiepiſcopos 78. & 79. Senonenſes, Ex Tauello autem expleuit tempora anno 1256. in MS.

77. Henricus ab anno 1247. per ſex annos vſque ad an. 1252. ſepultus in Eccleſia Dominicanorum cum anteceſſore.

78. Robertus 3. Cornutus frater præfati Alberici, ſedit ab anno milleſimo ducenteſimo quinquageſimo tertio vſque ad annum milleſimum ducenteſimum quinquageſimum octauum, veriùs quàm ad annum 1261. quo priore termino conſtat lubentiùs migraſſe Niuernenſem Epiſcopum ſexageſimum tertium. Et hic recèns à nobis adiicitur ſuprà Tabularios: quia Chenutius, qui eum inde iſtuc remittit, non tamen ipſius hoc loco meminit.

79. Mathæus aſſedit ab anno milleſimo ducenteſimo quinquageſimo nono, vel ab anno milleſimo ducenteſimo ſexageſimo ſecundo per nouennium, vſque ad an. 1271. ſecundum Chenutium poſt Democharem, &c.

80. Petrus 2. de Minciaco præfuit ab anno milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo primo per annos 15. Solus Chenutius malè ab anno 1261. ſine emendatione in ſolitis ſuis erratis. Finiit autem anno milleſimo ducenteſimo octuageſimo quinto, vel 1286. ſic meliùs Demochares in toto.

81. Simon 1. de Perruchio vel Perrucheo, vulgò *de Perruche*, Martini 4. Papæ nepos, præfuit Eccleſiæ Carnotenſi non annis 17. vt ſentit Chenutius, ſed annis 11. duntaxat, ſi verum ſit, quòd deceſſerit Simon anno milleſimo ducenteſimo nonageſimo ſeptimo, veluti loquitur idem Chenutius, quem exitum omittit Demochares. Et tamen vterque ſcribit præfuiſſe ſucceſſorem ab anno milleſimo trecenteſimo ſexto. Quo ſenſu, ne quid vacui ſuperſit, dicendum videtur, Simonem ergo ſediſſe annis 20. & ab humanis defeciſſe anno 1305 veluti etiam ſic poſtea legi ſupputatum paulò ante vno verbo à Tauello in MS. Alioqui ex finali computo Chenutij Sedes vacauit nouem annis, vel ſucceſſor maturiùs Sedem inchoauit ab anno 1298. Vtrunlibet pro nutu eligat prudens Lector, vt volet.

82. Ioannes 2. dictus *de Galardu*, ſedit vel ab anno 1298. per tredecim annos ſequentes, vel ab anno 1306. per ſex annos, vniformiter vſque ad annum 1311. completum, ſecundum diuerſas ſententias de ſolo initio Sedis eiuſdem Ioannis, & ſecundum controuerſiam pro-

blematis in deceſſore Simone allatam. Tauellus qui in MS. eum vocat *de Galerda*, dicit ſediſſe octo annos.

83. Robertus 4. de Ioyniaco, ab anno 1312. per annos duodecim, vt ſentit Chenutius. Sed Tauellus dicit eum extitiſſe fratrem Ioãnis Comitis de Ioignaco Mercuriani oppidi Dynaſtæ, & patruus Ioannæ Comitiſſæ de Ioign. quam ſibi matrimonio iunxit Carolus Valeſij, Andegauenſis & Alenconij Comes, ac frater Philippi Pulchri Francorum Regis. Qui Author credit Robertum ſediſſe annis quinque, & aliquot menſibus.

84. Petrus 3. *de Chapis* ſeu *de Capis*, vulgò *des Chappes*, antea Epiſcopus Atrebatenſis 86. & ibi dictus de Campis, ſcribitur à Chenutio creatus Cardinalis per Ioannem Papam 22. anno 1328. At Ciaconius ſic habet: *Petr. de Cappis Gallus ex Epiſcopo Carnotenſi Presbyt. Cardin. factus tit, S.Clementis in tertia creatione Ioannis 21. dicti 22. an.* 1327.[b] Quo anno finito iis obiit, quia ſequenti emerſit ſucceſſor. b pa. 617. in Aduentu.

85. Ioannes 3. cognomine *Paſte*, primùm Antiſtes 81. Atrebatenſium, huc acceſſit anno 1328. per tres conſequenres.

86. Aymericus 2. de Caſtro-Lucij, vulgò *de Chalux* apud Chenutinm, vel *de Chaſtelux* ſecundum Tauellum in MS. vir Iurium Doctor Lemouix, prius Rauennas Epiſcopus, & Carnutum tranſlatus anno 1331. per annos 10. Reliqua de ipſo ſic latiùs perſtant in Ciaconio quàm in Chenutio. *Hamericus de Suandia Lemouicenſ. Gallus, propinquus Papæ Clementis 6. Presb. Cardin. SS. Syluestri & Martini in Montibus, tit. Equitij* [c] *anno* 1342. *Legatus in Longobardia & Romaniola, & Neapolim an.* 1348. *&c.* Sed tunc non ampliùs erat Epiſcopus Carnuti, obſtante ſucceſſoris hiſtoria[d]. c 12 Calend. Octobr. in 2. creat. Ciac. pa. 712 714. d malè tamẽ Ciac. aut Typographus impreſſit eũ mortuum an. 1340. fortè 1349. aut 1359. e 9. Iun.

87. Guilelmus 2. Amici Lemouix, vulgò *d'Amy*, Rotæ Auditor, priùs Aquenſis Prouinciæ Archiepiſcopus 16. deinde Epiſcopus Carnotenſis ann. 1341. ergo Sedem iſtam nactus eſt per deceſſoris reſignationem diu antę mortem. Poſt annos autem octo præſentis regiminis factus eſt Patriarcha Hieroſolymitanus, illo inani titulo gaudens. Mortuus anno 1350.[e] malè Cheuutius anno 1360. ob adſequentia, nec emendauit in ſuis erratis. Sepultus in Cathedrali Lemouicenſi, vbi extant miracula ab eo patrata.

88. Ludouicus 1. cognomento *de Vauce* ſecundum Democharem, vel *de Vaucemain* ex Chenutio: vtrobique ab anno 1350. per ſeptennium. Ex Tauello in MS. Is fuerat nobilis familiæ prope Trecàs, Doctor in Iure ciuili, à Conciliis Regis Philippi Valeſij: & deceſſit 19. Ianuarij, anno 1356. Lutetiæ conſepultus in Æde Auguſtinianorum ad læuam maioris altaris ſub ſepulchro marmoreo.

89. Simon 2. dictus *le Maire*, antea Abbas maioris Monaſterij[f], & Epiſcopus 50. Dolenſis: tandem anno 1357. factus eſt Carnotenſis per annos 3. Iacet in Abbatia anno 1360. apud Tauellum cognomine *de May*. f vulgò *Marmonſtier.*

90. Ioannes 4. cognomento *d'Angerant*, prædeceſſoris nepos, & antea Decanus Eccleſiæ, ex Præſule Atrebatenſi factus eſt hîc Epiſcopus an. cit. 1360. Poſt octennium translatus ad Epiſcopatum Bellouacenſem[g], vbi cognominatur *de Angerano*: etiam creatus Præſes Cameræ Computorum. g Num. 69.

91. Guilelmus 3. de Chanaco vel Canaco, nobilis familiæ *de Pampadour*, antea Abbas S. Florentij Lemouicenſis, Ordinis S. Bened. poſtmodum hîc Antiſtes ab anno 1368. per biennium. Tandem Cardinalis Gregorij Papæ 11. anno 1371. extra hanc Diœceſim, translatus ad Mimatenſem, Num. 9.

92. Guardianus de Arceio, vulgò *d'Arcy*, Romæ cùm eſſet auditor Rotæ, creatus eſt à Gregor. cit. Epiſcopus Carnotenſis anno 1370. per ſexennium, obiítque Lutetiæ[h]. h an. 1376.

93. Ebbo de Podio, vulgò *du Puy*, ab anno 1377. durante triennio.

94. Ioannis 5. Fabri, vulgò *le Feure*, Duacenſis in Belgia, Legum Doctor Monachus, ſedit ab anno millesimo trecenteſimo ſeptuageſimo nono per annos 12. Obiit Auenioni ſiue an. 1390. ſiue 1392[i]. i die 11. Ian.

95. Ioannes 6. de Monte-Acuto, vulgò *de Montegu*, frater Gerardi Epiſcopi 79. Pictauienſis, & poſtea 94. Pariſienſis, antea Senator Curiæ, anno milleſimo trecenteſimo nonageſimo, factus Camerarius Clementis Papæ 7. ac Epiſcopus Carnotenſis per annos 15. demúmque Archiepiſcopus 97. Senonenſis anno 1405. interiítque in prælio Azincurti ad Belgeret. Pater humilis genere, at ingenio ſagax, ſe & ſuos ad ſummos honores extulit, latiùs dilatatos in Tauelli MS. quos nec otium ſupereſt hac anacephalæoſi per ſingula illuſtrare.

96 Martinus *Conge*, aliàs *de Charpignes*, ex Archidiacono loci electus eſt Epiſcopus meliùs ann. 1406. paulò poſt homicidium præcedentis, quàm anno 1410. conſtituto à Chenutio,

tio, ne detur inane tempus. Et Eccleſiam rexit hoc pacto annis 10. Poſteàque factus legitur Antiſtes 75. Claromontanus. Tauellus in MS. eum cognominat *Gouge*, efficit Regiarum rationum Præſidem, ac ſediſſe quinquennio, &c.

97. Philippus *de Boyſgeront* ex Demochare, vel cognomento *de Boiſgerouſt* ſecundum Chenutium, ſedit ab anno 1415. per annos tres.

98. Ioannes 7. cognomine de Fortiniaco ex priore Authore, vel de Fortuniaco ex poſteriore ab anno 1418. per conſequentes 13. annos.

99. Robertus 5. dictus Delphinares ſecundum illum ſcriptorem, vel Delphinus ſecundum iſtum, Beraldi Aruerniæ Delphini & Ianæ Forelij Comitiſſæ filius, creatus eſt Præſul loci ab Eugenio Papa 4. ſub annum milleſimum quadringenteſimum trigeſimum ſecundum, per triennium. Chenutius efficit eum Epiſcopum Albienſem ac Cardinalem. Aſt non ego eum deprehendo in Ciaconio.

100. Theobaldus cognomine *le Moyne*, ab anno milleſimo quadringenteſimo trigeſimo quarto, per ſeptennium.

101. Petrus cognomento *Beſchebien*, incepit anno 1441. per nouennium, fueràtque Doctor Medicus Bleſenſis.

102. Millo *d'Illiers* antea Decanus ibidem, ſedit ab annō 1459. per annos 35. Exceſſit è vinis anno milleſimo quadringenteſimo nonageſimo tertio K. Obiter verò ex Tauello K 15. Octob.
in Manuſcripto lites toto vitæ curſu erga Clerum ſuum intentarat ille Milo Doctor Iuris vtriuſque, ac olim profeſſor in Academia Lutetiana: à quibus iurgiis Rex Ludouicus 11. vt is abſtineret, nequiuit obtinere. Tandem retenta penſione eiurauit ſanus Epiſcopatum anno milleſimo quadringenteſimo nonageſimo tertio, etſi tunc collatio Sedis per deuolutum facta eſſet alteri in Iure Licentiato Sacerdoti Renato de Prie Syluanectenſi à Triſtando Archipræſule Senonenſi, eò quòd virum nequaquam elegiſſent Capitulantes infra tempus à iure præſcriptum. Attamen alius ſequax præualuit.

103. Renatus *d'Illiers*, ſeu *Dilliers* ex Demochare, nepos Millonis reſignantis, optatus Epiſcopus anno 1495. rexit Eccleſiam annis 12. moriens anno milleſimo quingenteſimo l 8. April.
ſeptimo l.

104. Erardus à Marka, ex Comitibus *de la Mark*, ab anno citato milleſimo quingenteſimo ſeptimo, vt veriùs loquar: & curam ſuſtinuit annis viginti, poſteáque euectus eſt Epiſcopus Leodienſis; vbi deceſſit Cardinalis tit. S. Martini de Monte; anno milleſimo quingenteſimo trigeſimo octauo. Ex Tauello in MS. erat frater Ducis Sedani Roberti Franciæ Mareſcalli ſub Rege Ludouico 12.

105. Ludouicus 2. cognomento *Gaillard*, antea Epiſcopus Tornacenſis vltimus in Belgica Gallia, ex nominatione Regis Franciſci primi, anno milleſimo quingenteſimo quinquageſimo ſexto. Vnde Sedes vacaſſe cenſetur annis octodecim. Et inde breui factus eſt Antiſtes 77. Cabilonenſis. Hîc finit Demochares.

106. Carolus Guillardus Ludouici nepos, & eius reſignatione factus Epiſcopus an. 1558. per annos quindecim.

107. Nicolaüs Dethou antea Senator Pariſienſis, Canonicus & Archidiaconus Eccleſiæ Cathedralis ibidem, frater Chriſtophori Thuani Protopræſidis ſcribentis hiſtoriam apocrypham profanam ſui temporis. Et Nicolaüs vnctus anno milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo tertio conſecrauit Carnuti Henricum quartum poſtea Regem pacificum, m 27. Febr.
anno milleſimo quingenteſimo nonageſimo quarto m. Obiit anno milleſimo quingen- n 5. Nou.
teſimo nonageſimo octauo n.

108. Philippus *Huraut* filius alterius Philippi Comitis *de Chiuerny* præfati Henrici quarti poſt tertium Cancellarij, quos noui: is nepos maternus deceſſoris reſignantis, expectando prouectiorem ætatem, iniit poſſeſſionem anno 1614. o Tum obiit anno milleſimo ſex- o 28. Auguſt.
centeſimo vigeſimo. p 27. Maij.

109. Leonardus *d'Eſtampes de Valancay*, antea Abbas de Burgollio, regia nominatione factus eſt Epiſcopus anno citato milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo. Núncque Carnorenſem Diœceſim moderatur hoc anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo quinto, dum Volumen claudimus, ingenti cum ſolertia ſui ingenij.

CATALO

CATALOGVS HISTORICVS EPISCOPORVM MELDENSIVM CVM ANNORVM CENTVRIIS.

QVAE SEDES PERHIBETVR TERTIA VLTIMAVE recèns facta Suffraganea noui Archiepiſcopatus Pariſienſis. Et perinde eſt Epiſcopatus poſtremus ſeu finis totius Galliæ Celticæ, atque Primatus Lugdunenſis.

1. S*ANCTVS Dionyſius Areopagita Meldenſes ad fidem conuertit, deinde Pariſienſes, primus Pariſienſium Epiſcopus, & Gallorum Apoſtolus.* Hoc ſolùm Chenutius, qui dicit N. Bordeteau in ciuitate Meldenſi Aduocatum hiſtoriam Epiſcoporum ſuæ vrbis nondum editam ſcripſiſſe: quaſi Chenutius inde ſuum Chronicum mutuò acceptum deprompſerit. Sed his cunctis alia exactiora adiicimus. Etenim ex noſtro Numero 1. Pariſienſi S. Dionyſius in Gallias Romà appulit conſecratus, eò miſſus circa annum ſalutis nonageſimum quartum, ab illóque tempore Arelatenſes & Meldenſes in fide primùm erudiens, ſe primarium eorundem Præſulem facilè præbuit, fultus Apoſtolica authoritate, donec poſt annos circiter decem, ſeu Meldis biennio, Luteriam peruenit, eadem paſtoris ordinarij munia executus, ſucceſſorem Meldis deligendo circa annum centeſimum quartum. Neque mirum, ſi duarum ciuitatum prædicetur ſucceſſiuè Antiſtes: tum quia omni iure tranſlatio Epiſcopatus de vna in aliam ciuitatem permittitur, & canonicè vſu teritur: tum etiam quia ea primæua ætate D. Petrus Apoſtolus ſimile proſus enixus eſt. Nam poſtquam ab anno Chriſti incarnati trigeſimo quarto per quinquennium ſequens orbem peragrauit, quantum potuit, doctinam Seruatoris diſſeminando, Antiochiæ ſedit primus loci Epiſcopus, velut Syriæ Metropolis, eam fundando Eccleſiam anno 39. ſalutis, ibi commorando reſidens per ſeptem annos continuos. Vnde Sedes illa eſt primus Patriarchatus reliquorum. Deinde vi poteſtatis ſe transferendi, & acceptæ diuinitus inſtructionis, idem S. Petrus conſtituto Antiochię Euodio ſucceſſore, Romam venit anno 41. ex veteribus authoribus à Bellarmino & Baronio recognitis, & in hoc breuiario non efferendis. Tunc is ergo tanquam Princeps Apoſtolorum Romanam Eccleſiam inſtituit diſpendio ſuę vitę, & proprio martyrio pro Chriſto in vrbe paſſo ſub annum 69. ita fututum ſibi reuelato [a] poſt ipſius reſidentiam annorum 25. ibidem. Pariter autem cenſendum ritè geſtum à S. Dionyſio legitimo Meldenſium Epiſcopo antiquiore, poſteáque Pariſienſium. Conſimile etiam dici poteſt orthodoxè & catholicè de primis quondam Epiſcopis Senonenſibus, Aurelianis, Trecenſibus, & alibi paſſim ſuprà infráque poſitis, ſibi mutuò opem ferentibus, aut compermutantibus quandoque Eccleſias diuerſarum vrbium, fundando & diſpergendo Euangelium initio Legis euangelicæ.

a Abdias Babylonius Epiſc. in vita D. Petri recepta.

2. *S. Sanctinus ordinatus à B. Dionyſio Epiſc. obiit anno* 118. ſic Demochares & ſequax Chenutius. Qui ſecundus Antiſtes continetur apertiùs hiſce verbis in Martyrologio Romano, vbi is diſertè apponitur [b] præter S. Dionyſium [c]. *Apud ciuitatem Meldenſem* (ait textus) *obitus B. Sanctini Epiſcopi diſcipuli S. Dionyſij Areopagitæ, qui eiuſdem ciuitatis Epiſcopus ab eo conſecratus, primus illic Euangelium prædicauit*: hoc eſt, primus loci Antiſtes peculiaris poſt ipſum Dionyſium paulò vniuerſaliorem, quaſi Apoſtolum Galliæ. Vnde Sanctinus non deſiit eſſe ſecundus. Et qui volet eum cenſere omnino primum, non impedimus. Id enim licet opinari. Quòd autem deceſſerit anno 118. ſcilicet biennio ante S. Dionyſij martyriū in Pariſienſi catalogo recenſitū: id ſanè demonſtrat, quòd tunc S. Dionyſius multis iam annis antè reliquerit Meldenſes, & Lutetiam aduenerit. Interea Sanctinus pręterquàm Meldis ſuis, etiā Carnuti in Campania, & Virduni in Auſtraſia euangeliſauit Chriſtum, vt teſtantur Annales Virdunenſes, ex Tauello. Sepultus Meldis in Eccleſia S. Steph. à ſe conſecrata.

b 22 Septēbr. Baron &c
c 9. Octob.

3. S. Antonius ſiue Antoninus ſolitarius ex veteri traditione admittitur à Demochare atque Chenutio ſine vlla ſolari centuria ſeu diario, vt neque in octo proximè ſequentibus. Attamen ex analogiis per nos diligenter emenſis, nos diſcreta cuique tempora attribuimus: vt iam nimirum iſte ſederit annis 12. vſque ad an. 130. Neque hactenus colluſtratur in Romano Martyrologio. Ex Tauello fuerat diſcipulus S. Dionyſij.

4. Manſuetus finiit circa annum 160. } ſunt nomina moralium virtutum.
5. Modeſtus limites fortè habuit anno 180.

6. Achirus ſeu Acherus nactus eſt terminos vitæ ſub annum 190.

7. Riolus vſque ad annum ducenteſimum vigeſimum.

8. Promeus ſiue Prometus & Cromerus, legitur reſtrictus anno 240.

9. S. Primitus & Primitius, ſeu Primatus & Pyrminius illuc peruenit ſub anno ducenteſimo ſexageſimo. Nam ex Augienſis Cœnobij in Germania Abbate factus eſt Epiſcopus. In Martyrologio 3. Nouembris, vocatur Pirminus.

10. Principius exitum duxit ad annum 290. Cuius bonitatis meminit Sidonius Apollinaris libro 8. Epiſtola 4.

11. S. Rigomerus, aliàs Ruſomerus, fores reſerauit ad annum trecenteſimum trigeſimum quintum.

12. Promiſſius apud Tabularios, & Promiſſus Tauello in MS. ponitur quidem inferiùs. Sed propoſitorum analogia qui ſequuntur, nos vt hîc eum attollamus, cogit, quia in Aurelianenſibus Epiſcopis à Carolo Sauſſeyo conſcriptis adſtruitur ſub annum 340. vbi vocitatur Prouianus. Et fortè ſedit vſque ad annum 370.

13. Creſcentius ſecundum Tabularios ſuperior præfato cum ſequaci duplici, hîc contueri debet annum 380. in Sede.

14. Anius eſto, compleat annum 430.

15. Præſidius potuit facilè tiuos claudere anno 480.

16. Medonius poſt Promiſſium conſtitutus extremum diem vidit circiter annum quingenteſimum vigeſimum.

17. Cronopius Epiſcopus Melduorum Eccleſiæ: ſic dictus in Prouinciali 5. Aurelianenſi Concilio, celebri anno 552. &c. Qualis Antiſtes in Tabulariis conticetur. Sed ex officio eum reponimus ſuo ordine. Primus additorum. Tanellus in MS.

18. Edenus ſeu Ayenus Chenutio, & Anius Tauello in MS. promiſcuè fretus eſt anno quingenteſimo ſexageſimo.

19. Baudouualdus ſeu Baldo apud Chenutium. Is peruenit ad annuum ſpatium 598. Tauello Baldradus in MS.

20. Guildtaldus, ſiue Guidoaldus & Gondoaldus poſſedit annum finalem 644. Vnde ſub poſteriore nomine adſtitit in Concilio primo Remenſi ſub anno 616. medio, etiam ex mente Flodoardi, atque ex infrà adiunctis, & nos in Lugdunenſibus Tomo noſtro 4. At [d] hoc totum iſtic recèns apponimus pro ſecundo additorum: ſilentibus Tabulariis. d nu. 39. §. 3.

21. Vualpertus ſeu Vualbertus filius Haguerici Comitis in Burgundia, frater ſancti Fatonis, Abbas Lexouienſis, *fit Epiſcopus circa annum ſexcenteſimum duodecimum*, vt loquitur ſolus Chenutius. Quæ phraſis certè nos facilè inuitat credere, quòd illa anni confuſio protinus poſſit debeatve extendi ad annum ſaltem ſexcenteſimum decimum ſeptimum, poſt præmiſſum Concilium anno DC. XVI. agitatum. Vt vix Cathedram tenuerit annis octo, velut putat ſine argumento Chenutius: ſed veriùs ſederit duntaxat annis quatuor vel duobus, ob nouum rurſus accedentem: & inde clatus migrarit ſanctitate anno 618. Non apparet autem, quòd Chenutius eam Synodum legerit aut aduerterit.

22. Emmeneſenonus eſt tertius hîc additus, de quo vnà cum Adriano Abbate Romam proficiſcente & aliis ſic diſertè loquitur venerabilis Beda. *Adrianus perrexit ad Emmeſenonum, & poſtea ad Faronem Meldorum Epiſcopos, & benè cum eis diutiùs fuit. Cogebat enim eos imminens hyems, vt vbicunque potuiſſent, quieti manerent* [b]. En prior cum adſequente mox Epiſcopo iunctus, nimirum Emmeneſenonus, cum ſocio dictus viciſſim & ſucceſſiuè Antiſtes Meldenſis: qui ibi præfuit per biennium ſolummodo, hoc eſt annis ſexcenteſimo decimo nono, & ſexcenteſimo vigeſimo mediato, nec vltrà propter annum pariter conſequentem. b li. 4. Eccleſ. hiſt. Gentis Anglorum, cap. 1.

23. Sanctus Faro, frater ſanctæ Faræ, necnon etiam deceſſoris Vualperti Epiſcopi, antea optimus Monachus Luxouienſis, factus eſt hîc Epiſcopus anno ſexcenteſimo vigeſimo, vbi præfuit continuus anno ſexageſimo ſexto, & naturæ ſatiſfecit Confeſſor in Romano Martyrologio ſub anno ſexcenteſimo octuageſimo ſexto. [c] Vnde quando Baronius eum ex incidente effert anno ſexcenteſimo decimo quarto [d], id concipiatur oportet ex officio de Sancti monachatu, antequam eſſet Epiſcopus, quanquam illum dicat Epiſcopum ex pôſt facto Authore tardiùs ſcribente, qui Bedam malè citat alio in loco [e]. Ex Tauello in Manuſcripto amplum ſuum & locuples c 5. Cal. Nou. Tritem. li. 4. c. 139. d nu. 13. e li. 4. c. 2. & 25.

patrimo

patrimonium Eccleſiæ contulit. Mortuus ac ſepultus in Eccleſia S. Crucis, quam ædificauerat 28. Octobris ex Martyrologio.

24. Chagnoaldus quartus hic recens appoſitus, apud Tauellum in Manuſcripto recenſetur tanquam Epiſcopus Meldenſis ſub anno 660. qui fuerat diſcipulus in monaſtica diſciplina celeberrimi B. Columbani apud Luxouium Ex quo euidenti calculo non modò elicitur ordo ipſius poſt ſanctum Faronem vicinus, verùm etiam id verè colligitur, quòd Faro minimè tandiu ſedit, quàdiu ſuprà opinando præmiſimus. Et ſanè difficile eſt crediti eundem Faronem ſediſſe annis 66. loco 26. ſeu ab an. 640. vſque ad annum 660. Ea-propter ſedit Chagnoaldus ad ſummum bis decennio, auferendo ab aliis computis S. Fari, & huic ſucceſſori concedendo, vel ſuppoſito per nos conceſſo. Quem Faronem etſi Tauellus Chagnoaldo ac ſequenti in MS. poſtponat, tamen hunc retroceſſum & tantam Faronis latitudinem non patiuntur calculi Baroniani, qui Baronius priores ſolos, non poſteriores Faronis annos complectitur; quaſi tacitè & ſufficienter ſinat locum capacem chronologicum duobus mox ſucceſſoribus, alioqui acceſſu & ingreſſu difficillimis. Vbi obiter narrat Tauellus Haguericum patrem Chagnoaldi ac fratrum extitiſſe in Aula Theodeberti Regis, clarum inter Principes Palatinos.

25. Vualbertus frater Chagnoaldi, & cum eo in præfato Monaſterio educatus ſub cuſtodia Euſtaſij Abbatis; deinde Abbas ſucceſſot loci, vocatus eſt ad regendam Meldenſem Eccleſiam, ab anno ſaltem 661. aut circiter, vſque ad 686. Eſtque quintus hic recens appoſitus, & à Tauello in MS excitatus.

26. S. Hildeuertus ſiue Hildenutus etiam Monachus Luxouieñſis, abſque ſeculi nota in duobus Tabulariis: vt neque in decem vicinis conſequentibus. Quas notulas hic ſubiicimus ex ducta è ſuperioris analogia ad Romanum vſque decimum inferiorum. Ergo iſte 26. ſedit ab anno 687. ad triennium vlterius aut valdè propè. Etiamque profectò in Renato Benedicto legimus, quòd ille Sāctus deceſſerit anno ſexcēteſimo nonageſimo, & ſumos Pontifices contuliſſe Indulgentias generales Gonruæi in Northmannia, iis qui Reliquias ipſius viſitaſſent. Feſtum celebratur ibidem, tum quinto Martij, tum etiam 25. Auguſti. Ex Legendis Eccleſiæ Cathedralis, & Paſchaſio Robino. Denique poſtquam idem Antiſtes ſeptennio Romam & Hieroſolymam ex pietate profectus eſt ante Epiſcopatum, ac in reditu exceptus eſt, corpus exangue deferri conſtituit in pagum *de Gournay*, ſeptimo ab vrbe Meldenſi milliario, vbi priùs viuens Eccleſiam ædificauerat.

27. Hellingus ſecundum Chenutium, vel Hetlingus ſecundum Tauellum, ſedit versùs ſeptennium ſequens. Moritúrque anno 697. vt poſtmodum legi in Renato Benedicto citato.

28. S. Pathaſius apud illum, & Pathuſius apud iſtum. Non eſt in Martyrologio Romano. Deceſſit quo die incerto electus eſt, ſub anno cir.

29. S. Ebrigiſilus in priore, ſeu Ebregeſillus in poſteriore, finiit circa annum ſeptingenteſimum. Nec iacet in Martyrologio.

30. Landricus ſiue Lendricus vbique, ſedit ad annum ſeptingenteſimum quintum.

31. Edoldus & Heldodus Chenutio, itémque Eldodus Tauello in MS. circiter annum 710.

32. Adulphus in illo, vel Adelphus in iſto verſus annum ſeptingenteſimum decimum quintum.

33. Ragamiratus Demochari, vel dictus Ragaminatus Chenutio, & Ragunarius Tauello in Manuſcripto, ad annum 720.

34. Sigenoldus apud Chenutium, & Sigebaldus apud Tauellum in Manuſcripto prope annum 726.

35. Erlanteus, vt Chenutius loquitur: tum Erlanceus, vt Tauellus in MS. ſedit vſque ad annum 730.

36. Aydenetus ſeu Aydenitus, ſicut habet Chenutius: vel Edeſonitus, ſicut Tauellus, deceſſit ſub annum ſeptingenteſimum trigeſimum octauum, aut adſequentem.

37. *Romanus nominatur in Epiſt. 3. Zachariæ Papæ* 1. Sic ambo Tabularij. Qui ſummus Pontifex ſedit Romæ ab anno ſeptingenteſimo quadrageſimo primo ad annum ſeptingenteſimum quinquageſimum ſecundum ex Genebrardo. Eſto autem conſtiterit Meldis Romanus inde vſque ad annum ſeptingenteſimum quadrageſimum nonum. Saltem Concilium Franciæ, cui ipſe affuit, ex Baronio celebratum eſt anno ſeptingenteſimo quadrageſimo octauo a, ibi collocatus penultimus tredecim Patrum, ad quos ſcripſit Pontifex de conſtantia in fide. a num. 11.

Aa 2 38. S. Pit

38. S. Pirminus ſeu Pyrminus hic additur ſextus recentiſſimè à nobis, dum eius obliuiſcuntur Tabularij. Nam Baronius eum diſertè efficit Meldenſem Epiſcopum in Martyrologio Romano poſt Molanum f. Sedit autem ad annum ſeptingenteſimum quinquageſimum tempore S. Bonifacij Epiſcopi decimi ſeptimi Moguntini. Et pie in cœlum translatus eſt anno quidem maturiore 688. ex Surio in vna editione g, atque nos in Sanctis alphabeticis locorum communium h. Sed Iacobus Moſander. Surij Commentator in alijs poſtea editionibus dicit veriùs obiiſſe ſub anno multùm vlteriore 760. Et miror quomodo extra huius ſeculi ac S. Bonifacij k aleam ſcribat Molanus eundem Pirminum deceſſiſſe anno 1304. vbi ſolùm vniuerſim citat Vuarmannum Epiſcopum Conſtantienſem Germaniæ ſcriptorem vitæ. Miramur quoque, à quo didicerit Baronius præfatum Pyrminum extitiſſe vigeſimum Meldenſem; dum alio tantùm fine notat Trithemium de viris illuſtribus Ordinis S. Benedicti l.

f 1. Nouemb.
g 1574. To. 5. die 19 Sept. pa. 31. Obiit 28. Octob.
h To. 3 c. 10. Art 23.
i editus an. 1617. &c. Coloniæ.
k moriens an. 755.
l li. 3. c. 165. & li. c. 191.

39. Vulfrannus ſedit ſucceſſor ab anno ſeptingenteſimo ſexageſimo primo ſuppoſito deceſſoris obitu ſub annum præcedentem. Et receſſit è viuis fortè anno ſeptingenteſimo ſeptuageſimo.

40. Brumerus Chenutio, & Brumereus Tauello in Manuſcripto, præſens aderat loco vſque ad annum, reor, 780.

41. Hildericus ſeu Ildricus floruit ibi, termino daro versùs annum octingenteſimum decimum.

42. Hubertus ſecundum Chenutium, vel Hucbertus apud Baronium, creditur imprimis acceſſiſſe decimus ſextus ad Concilium aliquod 3. Vuormatienſe, non anno octingenteſimo decimo ſexto, vt cenſent pauci, ſed anno 835. potiùs quàm 836. ex Cardinali Annaliſta Num. 2. ſeu etiam ad Aquiſgranenſe anno cit. * ex Numero 14. Rothomagenſi. In eo oblitteratum eſt Decretum Lugdunenſe, quo abrogata erat Ludouico Pio Imperialis dignitas, quæ ei eſt omnium ſuffragio teſtituta, ex Tauello in Manuſcripto. Deinde is præfuit Concilio Prouinciali Sueſſionenſi anno 853. ex Flodoardo, &c. Tertiò, conuenit anno citato eam Turonicam Synodum, quæ habetur in 32. Articulo Remenſi. De quo Antiſtite nihil in Tabularijs niſi nomen.

* & in Vuormatienſ. in li. 3. c. 11. fol 171.

43. Hildegratus ſecundum Democharem atque Chenotium vnico verbo abſque Data. Vel meliùs dicitur Hildegarius iuxta Tauellum in Manuſcripto, tum ex Ioanne Tillio in Optimatibus Franciæ ſub annum octingenteſimum ſexageſimum ſeptimum, pag. 49. necnon apud Baronium. Præſens Concilio Sueſſionenſi anno octingenteſimo ſexageſimo ſexto, Numero 72. & in Trecenſi anno 867. Numero 23. Is ex Epiſtola 99. Lupi Ferrarienſis legitur electionem Æneę Epiſcopi 46. Pariſienſis probaſſe & confirmaſſe cum Guenilone Senonum Metropolitano 54.

44. Inquelfredus. Sic ieiunè Tabularij. Et apud Tauellum in MS. vocatur Ingelfredus & Reginfredus, vnà cum Tillerio in cit. Proceribus. Omnes ſanè cum alijs nouem proximè inſequentibus Epiſcopis, ſine vllo temporaneo calculo, vſque ad Gualterium primum excluſiuè. Verùm ex facta proportione cum extremis adiacentibus diarijs, iam iſte ſedit ab anno circiter octingenteſimo ſexageſimo octauo ad annum fortè octingenteſimum ſeptuageſimum.

45. Ingetanus Chenutio, & Ingerranus Tauello, ſedit veriſimiliter ad annum octingenteſimum ſeptuageſimum quartum.

46. Agonius vni, & Agaunus alteri, præfuit inde ad annum octingenteſimum ſeptuageſimum octauum.

47. Richardus ſeu Rochardus finem nactus eſt circa annum octingenteſimum octuageſimum.

48. Segemundus legitur ex profeſſo Antiſtes Meldenſis apud Abonem, qui de Pariſienſis vrbis obſidione libellum verſu Hexametro conſcripſit tempore Odonis Regis a, quo Northmanni Gallias peruaſtabant. A quibus Meldenſes capti ſunt, & Epiſcopus in cuſtodiam adductus eſt anno circiter 882.

a ab an. 890 ad 899.

Mœnia Meldis adhuc Danis ſtipantibus vrbis,
Cui Præſul fuerat reſidens in ea Sigemundus, &c.

Sic Poëta, ex Tauello in Manuſcripto. Et perrexit ad minus in Sede ad annum vſque nongenteſimum. Qui fertur ſeptimus Epiſcopus hic per nos recens commemorandus: prætereuntibus Tabularijs: dum taceo reliquos verſus.

49. Age

49. Agetacus exitum habuit circa annum 940. &c.

50. Archampadus ſiue Archanradus ſecundum Chenutium, & Ercamradus in MS. Tauelli, carne ſolutus eſt ſub an. 984.

51. *Gilelbertus ſiue Gilbertus anno* 1004. Hoc duntaxat Chenutius. Sed Tauellus in MS. hunc denominat Sanctum: quem dicit ab adoleſcentia literis excultum in D. Quintini Cœnobio. Inde autem ab Ercamrado anteceſſore conſtitutus eſt Meldenſis Eccleſiæ Archidiaconus, tum electus demortui ſucceſſor egregius, & à Leotherio Senonum Archiflamine conſecratus, non vocato tamen Fulberto Carnotenſi Epiſcopo, tanquam Prouinciæ Suffraganeo. Adeóque in Sedem receptus non eſt, quòd non acceſſiſſet omnium ciuium conſenſus o. *Receptus tandem Regis iuſſu, per annos viginti ſex in ea ſanctiſſimè vixit, & exceſſit è viuis XIV. Februarij, anno Christi MIX. vt ex quodam veteri Chronico didicimus* (pergit Tauellus) & in Baſilica S. Stephani Meldis eſt ſepultus. *Poſtea multis clarus miraculis in Sanctorum Catalogo adſcribitur.* Non video tamen qua parte ad Beatorum Canonem reuocetur. Nam S. Gilbertus, qui in Romano Martyrologio Baronij reponitur 4. Februarij, fundator Cœnobij Gemblacenſis in Belgio, fuit ſimplex Confeſſor, citius migrans e vita anno 962. ex Sigiberto ſub nomine Vuicberti, ac in Petro de Natalibus ſub voce Gilberti p. Et de quo Surius 23. Maij. Viderit ergo Tauellus, ſi hunc intendat ex Monacho effectum Epiſcopum, vitæ longioris per annos prætcrea 65. ſupra virilem ipſius iam conſumptam.

o Fulb. epiſt 8 & 71.

p lib. 3. c. 83.

52. Macharius ſedit ab anno 1009. ſi non ab an. 1004. vſque ad annum circiter 1020.

53. Beruetus ſeu Heruetus Chenutio, & Heruæus Tauello in MS. is fortè eſt, qui apud Baronium vocatur etiam Bernerius, præſens dedicationi Eccleſiæ ſancti Aniani Aurelianenſis anno 1029. Num. 4. Nam alius ad hæc tempora minimè accedit. Fuerat, regr, moritutus an. 1035.

54. S. Dagobertus ſubiit lethum circa an. 1040. Neque in Romano Martyrologio eſt.

55. Galterus 1. ſic ex Tabulariis, vel Galtherius ex Tauello in MS. Meldenſi: qui Author narrat Henricum 1. Francorum Regem hunc Epiſcopum miſiſſe ad Georgium Regem Ruſſiæ, vt peteret filiam illius Henrico vxorem. Voti compotes Præſul ac nobiles ſocij, & multis muneribus honorati, virginem egregiæ formæ ad Regem duxêre anno 1041. citátque dictator Annonium n, apud quem nihilominus talia non lego. Inde verò aſtitit Galterus Concilio Senonenſi, anno 1048. ex eodem Tauello in editis Senonibus. Et alis dicitur Vualterius. Interfuitque Sacro Philippi 1. Franciæ Regis anno 1059. Demochares autem vitam ipſius ducit ad annum vſque 1070. Et Tauellus prætcrea narrat, quòd obierit an. 1081.

n lib. 5. hiſt. Franc. c. 47.

56. Gualterus 2. iuxta Tabularios, & Vualterus apud Carolum Sauſſeyum in Aurelianenſibus, o tum Galtherius ſecundum Tauellum in M S. qui teſtatur Hugonem Dienſem Epiſcopum & Legatum Pontificium ordinaſſe quendam Robertum Resbacenſem Abbatem pro Epiſcopatu vacante, Richerio nihilominus Senonenſi Metropolitano factum ægrè ferente, tanquam inſcio & inconſulto, qui propterea accerſitis comprouincialibus Robertum Cenſuris implicuit ac depoſuit, Galtheriúmque in locum appoſuit. Iſtéque eſt verè ſecundus nominis intelligendus, quem Sauſſeyus efficit acceſſiſſe ad Concilium Prouinciale Senonenſe an. milleſimo octingen. tertio p: iténique ad Stampenſe ann. 1099. Vix enim iſti calculi Gualtero 1. competere poſſunt, dum Authores de quoto minimè loquuntur. Et Tabellarij non niſi nomina promunt. Attamen haud video amplectendam remotiorem eorum ſententiam, qui cenſent Cõcilium Stampenſe celebre videri an. 1130. ex Epiſtola 147. & 131. Yuonis Epiſc. 63. Carnotenſis: niſi id deprehendatur in quodam 2. Stampenſi Concilio, & Gualtero 3. qualia necdum legimus. Imò nec tunc amplius degebat Yuo, quia antea ad eum ſcripſerat ſub an. 1094. Nu. 16. Et apud Baronium vocatur Vualderius loco cit.

o pa. 418. &c.

p in Senonib Num. 70.

57. Manaſſes 1. à Daimberto Senonenſi Archipræſule conſecratus eſt an. 1110. inſtitutionem ipſius approbante præfato Yuone ex Epiſtola 142. 144. & 148. veluti etiam aduertit Tauellus in MS.

58. Buchardus vel Hugardus, ſic dictus apud Chenutium, fortè ſedens ab an. 1129. Ex Tauello autem, qui eum vocat Burchardum, conceſsit Monachis S. Ioannis Senonenſis Eccleſiam Parœcialem de Peciaco, & Cappellam *de Mirenault* cum ſuis pertinentiis anno 1132. Sepultus in Monaſterio S. Victoris Parıſ. iuxta Thomam Monaſterij Priorem, cum quo amiciſsimè vixerat. Eorum ideo vnicum eſt Epitaphium, tale.

Præſul hic, iſte Prior, Confeſſor hic, iſteque Martyr:
Hic iunior eſt meritis Ordinis, ille gradu
Burchardus Meldis Pater extitit, at Prior huius
Eccleſia Thomas, moribus ambo pares.
Iuris amatores morúmque fuêre Magiſtri:
Cum pietate graues, cum grauitate pij:
Quos ratio, quos religio, quos iunxit honeſtas,
Et titulus iungit, & ſitus ipſe loci.

59. Manaſſes ſecundus præfuit circa annum 1135.

60. Geuoldus à ſolo Tauello in MS. recèns traditur, velut laudatus ab aliquo Scriptore q coram Vuilelmo Apoſtolico Legato (poſteáque Senonenſi Archiepiſcopo 74. ad ann. 1169.) & amiciſſimus S. Thomæ Cantuarienſi, Simoni Archidiacono Senonenſi, ac Petro Cardinali tit. S. Chryſogoni r, præterquam aliis. Veruntamen abſque Data ibidem. Niſi pro ipſi concedatur annus 1140. Tempus quidem ei decenter competens.

q Petro Celien. epi. 120

r Ioan. Saliſbur. epi. 230. Sirmund. ſub an. 1177

61. Hugo vtrique præfato Authori ſolo nomine ſub iſto ordine ex æquo abſque Data. At opportunè circa annum 1166. Et appoſiti calculi huiuſce tòdus viciniæ inſeruiunt noſtræ ſeriei, ne confuſio aliter curam Lectori ingerat. Tauellus obiter in MS. dicit vniuerſim, hunc Hugonem obſequium debitum præſtitiſſe Hugoni Archiflamini (73.) Senonenſi. Quod vtique aptè quadrat præſenti Chronologiæ.

62. Stephanus ab vnico Tauello in MS. hîc nouiſſimè ſubordinatur; quem narrat ex Pariſienſi vrbe oriundum, ac Hugoni ſucceſſiſſe. Sed nōdum ſatis comprobatur veriſſimum, quòd poſtmodum factus ſit Epiſcopus Bituricenſis: quia Chenutius patriota & exactior loci percontator, huius non recordatur inter Bituricenſes. Dicam tamen: Tauellus profert vetus inſculptum lapidi Epitaphium tanti viri in Choro Eccleſiæ S. Victoris Pariſienſis, vbi is ſepulchrum delegerat, tanquam lumine caſſus pridie Idib. Ianuar. an. 1187. En verba Elogij fidem egregiam facientis de ipſius hinc Bituriгas tranſlatione.

Pax populi, Clerique decus, patriæque Patronus
Stephanus, huius amor orbis & vrbis obit.
Meldis Epiſcopum, Primatem Bituris, ortum
Pariſius, tumulum continet iſte locus.
Sideribus hic iam terrâ diuiſus & aſtris,
Quæ dederat cælum terráque ſoluit eis.

63. Simon 1. abſque ſcrupulo temporaneo à ſolo Chenutio conſtitutus. Verùm haud ægrè ſedit ad annum ſaltem 1190.

64. Aucellus ſeu Anſellus Demochari, & Ancellus Chenutio, vixit in Sede ab anno probabiliùs 1196. conſecratus à Michaële Archiepiſcopo 76. Senonenſi ex Tauello, ſedente per quinquennium ab anteriore anno ipſis Senonibus.

65. Gaufridus renuncians Epiſcopatui ex Papali diſpenſatione, & ingrediens Monaſterium S. Victoris Pariſienſis an. 1213. ita ſanctè ac auſterè vixit; vt temporibus Aduentus & Quadrageſimæ ter duntaxat ſingulis hebdomadibus cibum caperet, aliis autem diebus pauca amara & inſipida, quæ alij ſorbere non poſſent. Tauellus in Manuſcripto, licèt verbis aliis.

66. Guilelmus 1. frater Stephani Epiſcopi 58. Nouiomenſis, & Petri 74. Pariſienſis, ex Cantore Cathedrali Lutetiano vocatus eſt ad Meldenſem Epiſcopatum 6. Kalend. Auguſti anno 1214. quo apparuit conſecratus, ex Tauelli Authoribus in MS. f Poſtquam autem annis octo, demptis paucis diebus, Epiſcopatui præfuiſſet, obierat anno 1222. die 14. Kalend. Septembris: humatus in Cœnobio B. Mariæ de ſacro Portu, aliàs de Barbello in Diœceſi Senonenſi, non longè ab vrbe Meloduno, cuius adhuc ſepulchrum viſitur ad læuam ſacri Altaris. Chenutius tamen narrat eundem obiiſſe anno præcedente milleſimo ducenteſimo vigeſimo primo.

f Vincentius lib. 31 c. 8.

67. Almaricus ſecundum Tauellum ſolo nomine in Manuſcripto, vel Amauricus ſecundum Chenutium, qui Sedem ingreſſus ſit anno præfato 1221. per circiter ſequens triennium.

68. Petrus

68. Petrus 1. abſque Data vbique, Tabulariis hîc tempore vacuis cum proximis nouem adſequentibus. Verùm arbitramur ſediſſe ab anno 1223. per triennium. Qualis autem ſit ille vir: ſuſpicor extitiſſe Petrum Cardinalem tit. S. Chryſogoni: de quo alia ſuperiùs in Geuoldo Epiſcopo 60. Meldenſi. Ratio eſt, quia Tauellus adiicit in MS. [t] eundem Petrum Cardinalem veniſſe Legatum Apoſtolicum in Franciam, & electum fuiſſe Meldenſem Epiſcopum. Author quidem annotat ibi pro ſeculo annum 1177. Nihilominus credendum eſt id ſumptum pro annis prioribus dignitatum ipſius, in quibus perſeuerans deuenerit Meldis fortaſſis vſque ad annum cit. 1223. Quæ prorogatio à nullo tamen conſcribitur: quia Ciaconius agit tantùm de illius ad Cardinalatum promotione ab Alexandro Papa 3. ſub anno 1173. [u] Quo fit, vt niſi ille huc pertinuerit, quaſi tandiu vitam agere haud potuerit, eius loco decenter ſederit Petrus de Capua Campanus (ait Ciaconius [x]) Presbyter Cardinalis abſque nota tituli, euectus in 3. creatione Honorij Papæ 3. anno 1219. vir qui extitit Pariſiis Doctor in Theologia eximius, perinde Meldenſis Epiſcopus facilè hîc optatus.

[t] ex Sirmundo cit. &c.
[u] pa. 476.
[x] pa. 545.

69. Abeamus Demochari, & Abrannus Chenutio, tum Allernus vtrique, atque Allerinus in Tauelli Manuſcripto: vbique ſolâ voculâ: at lubentiùs ſub annum milleſimum ducenteſimum trigeſimum ſextum, &c.

70. Ioannes 1. vbique citra chronologiam. At ex hac ſuppoſita apud omnes eius ordinatione ſedit ad annum 1250.

71. Adelinus hîc per nos recèns apponitur, quia cum conſtat electum Meldenſem Epiſcopum in illa Prouinciali Synodo Pariſienſi, quæ habita eſt anno præciſè 1255. teſtibus Actis Numeri 76. Aurelianenſis; & cuius nequaquam reminiſcuntur Tabularij.

72. Ioannes 2. hinc præfuit circa annum 1279.

73. Adamus 1. cunctorum ſuffragiis hac ſerie abſque Chronico. At ſedit ſub anno 1290.

74. Ioannes 3. à conſiliis fuit Regi Francorum Philippo Pulchro, ſub anno 1303. ex collectis à Tauello in MS.

75. Nicolaüs primus ad annum 1307. Chenutius tamen ſine Chronico cum tribus ſubſequentibus.

76. Simon ſecundus Cathedram poſſedit ad annum 1313.

77. Guilelmus 2. hîc citra cognomen ſub anno 1318. at priùs fuerat Anicienſis Epiſcopus 57. cum epitheto de Broſſia an. 1316. Tametſi Chenutius vtrobique ſine Chronologia: quam tamen is appoſuit an. 1320. ad Bituricenſes, quando Meldis eò translatus eſt Antiſtes Num. 77.

78. Petrus 2. ad 1322. ſolo charactere apud alios.

79. Durandus in Demochare vnica appellatione, antea ex Chenutio Monachus Luxouienſis, ibi malè dictus effectus illinc Meldenſis Antiſtes ſub anno 1250. citiùs quàm par ſit [y]. Quinimò veriùs apud Tauellum in MS. & alibi paſſim extiterat Religioſus Dominicanus, conſecratus in Eccleſia Senonenſi anno 1327. pro hac Sede Meldenſi: ſub qua idem Chenutius narrat eum tandem Anitij conſtitutum Num. 58. deindéque hiſce Meldis; vbi proinde citat Librum Sententiarum 2. & virum appellat Durandum à S. Porciano, magnum illum Theologum authorem allati Voluminis Sententiarum. Necnon eſt idem, vt arbitratur ipſe Chenutius, qui legitur Epiſcopus 19. Lemouicenſis altior æquo.

[y] Nec emendauit in erratis.
[z] Diſt. 14. Apr. 3.

80. Ioannes 4. ſedit circa annum 1330.

81. Philippus 1. cognomine *de Vitry*, conſtitit ſub anno 1335. Ex Tauello in MS. fuerat homo doctus atque Poëta: de quo viſuntur quædam Opera vulgaria: eorúmque nonnulla vertit in Latinum Nicolaüs de Clemangis Doctor Theologus.

82. Ioannes quintus an. 1340. &c.

83. Guilelmus tertius an. 1345.

84. Petrus 3. ſedebat an. 1350.

85. Ioannes ſextus ann. 1355.

86. Robertus *de Gyreſine* ex Chenutio, vel cognomine *de Gireſme* ſecundum Tauellum in MS. Eſto autem ſub an. 1360.

87. Ioannes 7. an. 1365. &c.

88. Paſquerius ſiue Paſchaſius *de Vaux*, ſub anno 1370. In quibus ſex vicinioribus Epiſcopis proponendis, ſanè imitamur ſeriem editionis Chenutij, ante ſequacem Guilelmum 4. poſitis, licèt Tauellus nondum editus quatuor poſteriores à Ioanne 3. ſubiecerit Guilelmo, & duos priores Guilelmum ac Petrum tertios prætermiſerit.

89. Guil

89. Guilelmus 4. *de Dormans* filius Guilelmi de Dormano Franciæ Cancellarij, fratris Ioannis *de Dormans* Cardinalis, & Franciæ etiam viciſſim Cancellarij, patris gratiâ præeunte ad Epiſcopatum Meldenſem electus eſt anno quidem 1390. ſecundum Tauellum in MS. Sed profectò dicendus eſt citiùs paulò conſtitutus, ad annum 1380. eò quòd alioqui vnico tantùm anno remanſiſſet hîc Antiſtes, dum ipſomet anno præfato 1390. deſignatus ſtatim fuerat translatione Archiepiſcopus 96. Senonenſis, ſuprà: vbi alia plura.

90. Petrus 4. cognomine *Freſnel*, direxit hanc Eccleſiam ab anno 1390. ad annum 1409. quo factus eſt Epiſcopus 79. Nouiomenſis: vbi plura eidem euenêre, quæ ex Tauelli MS. illic pertractamus.

91. Ioannes 8. Monachus, dictus de *Creſſi*, extra debitum ſibi locum hoc poſt Petrum 4. ordine à Chenutio conſtituitur, qui ſecundum Authoris calculum debuerat ſuprà inter Petrum 3. & Ioannem 6. ritè collocari. Idque proponimus duplici de cauſa. Vna eſt, quia idem exſcriptor efficit Andream Monachum, alium fratrem ipſius noſtri Ioannis, pariter Nouiomenſem Epiſcopum. At verò Andreas *de Creſſi* ingreſſus eſt Nouiomum Num. 66. ad annum 1304. Ergo id tempus magis competebat prope Petrum 3. & Ioannem 6. quàm iſtic, aut quàm frater eius Ioannes poſt Petrum 4. Etiámque Andreas in Nouiomenſibus antecedit vno ſeculo integrō, & medio alios 12. Epiſcopos habet ſucceſſores, qui præmittuntur Petro 4. Freſnel. Ratio altera eſt, quia profitetur dictator hunc Ioannem *de Creſſi* mortuum eſſe anno 1313. qui annus directè medius eſt Petro 3. & Ioanni 6. Veruntamen vt nitatur Demochares eundem noſtrum Ioannem 8. hîc ſcitè pont ſucceſſorem Petri 4. narrat ipſum obiiſſe anno 1458. ſcilicet, medio ſeculo toto poſteriori. Idémque molitur Tauellus in MS. dum teſtatur eundem Ioannem *longo tempore Sedi Meldenſi præfuiſſe*, à quinta Aprilis anno 1408. ad an. 1458. Quod equidem diarium omnimodè aduerſatur calculo Chenutij, qui etiam nequaquàm meminit Democharis. Ego autem ſentio ſanè Arithmeticam Chenutij credendam tutiorem, ſed eius de illo Ioanne 8. poſitum ſitum hac præſenti ſerie aduerſarium eſſe veritati; adeóque ſuperiùs attolli debuit verſus Petrum 3. Quod nihilominus minimè præſtitimus, veluti licitè poteramus & iure debebamus. At certè hoc pacto ſeu altera etiam ex parte remaneret iſtic locus vacuus. Eſto tandem in omnibus hiſce prudentioris iudicium.

92. Ioannes 9. cognomine *du Dract* ſedit ab anno cit. 1458. aut ſequente ex Chenutio, conſecratus à Guilelmo de Meloduno Senonenſi Archipræſule; ex Tauello in MS. & palam receptus die Dominica 18. Martij. Ac deuotè interiit an. 1474. ſecundum tres communes prædeceſſores Tabularios.

93. Triſtandus *de Salezar* ex antiqua Biſcanorum nobilitate ortus, meritò factus eſt hîc Antiſtes an. ſolo cit. 1474. ex Tauello r, ingreſſus die 26. Octobris, & anno ſequenti (ait) ad Senonenſem Archiepiſcopatum vocatus eſt ceſſione Ludouici de Meloduno, cui viciſſim Triſtandus Epiſcopatum Meldenſem reſignauit, & Archipræſulatui præfuit, Numero 102.

r in editis Senonenſib. pag. 114. & 116 ac in Meldenſib. non edit. 6. April.

94. Ludouicus 1. *de Melun* antea Archiflamen 101. Senonenſis, is eſt qui per deſcenſum Cathedræ permutando canonicè ex allegatis, Meldas acceſſit, & in itinere obiit anno 1475. quia eſſet plenus dierum. Vnde videns ſe ad Archiepiſcopalia munia deinceps minus idoneum (addit Tauellus in MS.) eiurauerat, contentus minore cura.

95. Ioannes 10. cognomento *l'Huilier*, præuiſus quidem debuit eſſe de hoc Præſulatu circa annum 1476. ne pacis tempore ſubeat fruſtranea vocatio octennij: ſed tamen non niſi an. 1484. apparuit conſecratus. Ignoto ipſius deceſſu.

96. Ioannes 11. de Petraponte cœpit ac finiit annis quidem incertis: verùm circa an. 1490. & 1500. aut vſque ad annum 1510. ex adſequentibus.

97. Ludouicus 2. cognomine *Pinelle*, ex mente duplicis Tabularij cenſetur ingreſſus anno 1511. t Et obiit anno 1515.

98. Guilelmus 5. *Briçonnet* antiquæ apud Turones familiæ, primùm Abbas S. Germani a Pratis Pariſiis; filius patris cognominis, qui orbatus vxore fuerat Epiſcopus 65. Macloulenſis ſuprà, itémque Cardinalis, electus aut mixtim conſecratus Præſul Meldenſis ex Lodouenſi, meliùs anno 1515. vel 1516. quàm 1607. vt cenſet pauci. Occubuitque an. 1533. u Sed creditur priùs reſignaſſe Antonio ſucceſſori, nimirum ad annum 1522. aut ſequentem, chronologiâ ipſius aduenientis ſic premente. Sepultus tandem eſt in Eccleſia Aymantij vici ad Senones ſub modico lapide, hanc duntaxat ſcripturam in Epitaphio continente. *Guilelmus Briſſonetus Eccleſiæ Meldenſis humilis miniſter.*

t 14 Auguſti.

u 24. Ianuar.

99. Anto

99. Autonius de Prato, vulgò *du Prat*, ſedit Meldis ſaltem ab anno 1522. vſque ad annum 1525. quo tranſlatus eſt ad Senonenſem Archiepiſcopatum Numero 103. ſuprà. Vbi reliqua eius inſignia parent. Atque hîc finem habet Demochares.

100. Ioannes 12. cognomine *de Buz* præfuit multò diutiùs, ab anno 1526. ad annum 1552. quo deceſſiſſe ponitur à Chenutio, niſi veriùs fortè obierit ſolùm anno 1566. ob adſequentia, ne vacnum ſupereſſet.

101. Ioannes 13. cognomento *du Tillet* Engoliſmenſis, antea Epiſcopus 51. Briocenſis Armoricæ, inde huc tranſlatus eſt anno 1567. Vbi cùm ſederet, ſcripſit Chronicum Latino-gallicũ, & frater eius etiam Ioannes volumen Optimatum Franciæ Gallicum x, dum eſſet Pariſienſis Senatus Protonotarius. Et Chenutius dicit vtrunque Lutetiæ mortuum anno 1570. At vereor quòd Antiſtes citiùs deceſſerit, circa annum 1562. x Pariſ. 1580. &c.

102. Ludouicus 3. cognomento *de Breze* ex Chenutio, quem noui egregium nobilem Epiſcopum, interfuit ſacro Concilio Tridentino equidem anno 1563. ex eodem Authore. Ille verò Præſul in aſtericis eiuſdem Synodi cognominatur *de Breſze* ſub Iulio Papa tertio, qui Pontifex Romanus non niſi ab anno 1550. ad annum 1555. ſediſſe viſus eſt. Sed Index ſeu editio illa Typographi fortè decipit hac in parte: vtpote quæ lubentiùs ponere debuit *ſub Pio Papa* 4. duobus intermediis y à Iulio: qui Pius claudebat Concilium, & Romæ declarabat obſeruationis tempus anno 1564 z. Nequiuit ergo Ludouicus ſedere Meldis, & ſimul adeſſe Concilio tempore Iulij, quia tunc Ioannes Tillius prædeceſſor eiuſdem Ludouici adhuc florebat Epiſcopus Briocenſis, poſteáque Meldenſis vſque ad ann. ſaltem 1562. ſi non ad an. 1570. Neque vix aliter ſolui poſſent iſtæ ambages & nodi Gordij, ab aliis in confuſo relicti: dum nullus hactenus talia detexit. Erat autem ille Ludouicus etiam Præpoſitus Regiæ Capellæ Pariſienſis: vbi ille in conſtructo à ſe Palatio pro illa Eccleſia obiit feliciter ad annum 1590. y Marcello 2. & Paulo 4. z 15. Kal. Auguſt.

103. Ioannes 14. nobilis cognomine de veteri Ponte, vulgò *de Vieux Pont*, ſedit ab anno circiter 1591. & à Clero ſuo deputatus eſt ad Comitia Regni Lutetiæ habita an. 1614. Perſeuerat autem in Cathedra felici conatu hoc anno 1625.

SISTE GRADVM, LECTOR.

112. Octauius *de Bellegarde* altioris ſanguinis, nuper Epiſcopus Conſerranenſis ſub Archiepiſcopatu Auxitanenſi, factus eſt Regia nominatione, ac beneficentia Archiepiſcopus Senonenſis poſt deceſſum Ioannis Daury Archipræſulis 111. à nobis ſuo loco pulchrè delineati cum fratre in noſtris Senonenſibus pagina 118. & 119. Quem ideo Iacobum iſte Octauius meritò ſequutus eſt, Bullis à Sede Romana acceptis initio anni 1622. & præſtito per eum de temporalibus hominio Lugduni Chriſtianiſſimo Regi à prælio aduerſus hæreticos ſubditos reuertenti menſe Decembri eiuſdem anni: ea lege vt idem Octauius conſenſum præberet bimembri veteris ſui Archipræſulatus ſectioni: vnde ex ſex Suffraganeis Epiſcopis ei quondam addictis, media pars, hoc eſt, tres vlteriores Epiſcopatus deinceps pertinerent ad Sedem Pariſienſem recèns erectam in Archiepiſcopatum, Apoſtolico Diplomate ad Regis poſtulationem conceſſo. Quod & geſtum eſſe ſuprà deteximus ex allata iam noua Sedium partitione, donec huc feliciter perueniemus, vbi eius Octauij fama ritè ac meritò claudit vniuerſam iſtam veterem Prouinciam Senonenſem, cuius prædeceſſor Ioannes remanſerat ad integrum ſuperior recognitus, & mox ſummotus. Perſeuerat autem in Sede idem Octauius hoc anno 1626.

Talia quæ deerant, illic replenda fuêre, quando ad manus peruenêre reponenda ſuo illic Num. 112. præclaro.

Atque hîc eſt finis vniuerſus totius Galliæ Celticæ ſeu Primatiæ ampliſſimæ Lugdunenſis.

ARCHIEPISCOPI VIENNENSES, PRÆLVDIVM.

Archiepiſcopatus Viennenſis hac ſerie.

VIENNAM Gallicanam Allobrogum diſtinctam à Vienna Auſtriæ Germanicæ, ſeu eius Archiepiſcopatum hîc deſcribimus ſecundo partium Gallicanarum loco, nimirum poſt Galliam Celticam, quæ graui de cauſa primò nobis fuerat in mente. Tandem verò iudicauimus hanc Sedem vel regionem & alios Epiſcopatus ei addictos minimè tardiùs infrà prorogandos ſub quinto membro totius Gallicanæ partitionis, veluti prima fronte cenſebamus præſtandum in generaliori Prologo ſeu Præfatione totius huiuſce Voluminis tertij; vbi denique animum induximus ad præmittendam Viennam ſeu Galliam Ciſalpinam, vtique priorem, hoc ſecundo Prouinciarum Gallicanarum ordine poſt Celtas Tranſalpinos, ac decore Primatus ornatam. Dum autem Viennam iſtic reuocandam putamus ad Ciſalpinos; fatemur equidem antiquos huiuſce Galliæ Ciſalpinæ limites inchoaſſe apud Rauennam à Rubicone fluuiolo verſus ortum a, & ramos extendiſſe vſque ad Alpes in occaſum, vt minimùm; quaſi deſerentes ſeu remittentes vicinioris occidentis reliquum, etiam Allobrogorum, ad Galliam Comatam triplicem Tranſalpinam, nimirum Celticam, Aquitanicam & Belgicam; vel rurſus ad quadruplicem, complectentes Galliam Narbonenſem, ambientem Viennam, Delphinatum atque Phocenſem Prouinciam ſub nomine etiam ipſius Braccatæ Narbonenſis. Verùm certè; ad præſens inſtitutum cenſeo eandē Galliam Ciſalpinam longiùs adhuc multò prolatandam eſſe in ſerotinum ad riuos vſque ingentis fluuij Rhodani. Adeoque omnes Allobrogici Archiepiſcopatus, ſcilicet Viennenſis, Arelatenſis, Aquenſis & Ebredunenſis pertinere debent ad Ciſalpinos vltra Rhodanum. Et ſic ordine has quatuor Sedes cum ſuffraganeis diſtributum imus in adſequentibus eorundem Catalógis. Si enim primùm nos Celtæ Lugdunenſes atque Burgundi conſpexerimus Rhodani decurſum meridionale in deſcenſum velocem miniuin, ipſe nobis finit præfatas regiones ad læuam vlteriùs fluminis ripas orientales. Deinde, ſi Narbonenſem tractum ſeu talis Archiepiſcopatus Suffraganeas Diœceſes contueamur præter Aquitaniam, quas inſcribemus Tranſalpinas, & quę quidem latera attingunt citra amnem oras illius dexteras occiduas; ſanè diſtinguimus toto cœlo agros Narbonenſes, ne vox vna eiuſmodi ampliùs dilatetur ad indicandū etiā Delphinatum affinémque Prouinciam verſùs Ciſalpinos, vt clariùs ſecernantur illæ Galliarum particulę, ſicut ſitus eſt & æquiſſimum, atque vt omnes Galliarum partes in Titulis apponere valeamus. Etenim cùm Alpes ſint Gallię omnino Ciſalpinę, & Rhodanus fluat inde: profectò regiones ortiuę ad ipſius reſpectum, habentur quoque pro Ciſalpinis. Quippe hęc teſtatur Plinius[b]: *Rhodanus ex Alpibus ſe rapit in Lemanum, &c.* Minùs ergo ſyncerè dicit Ioannes *le Lieure* Canonicus Viennenſis in ſua vulgari recentiſſimáque hiſtoria Antiſtitum Viennenſium & antiquitatis[c], locum illū ſuum habere ſitum in Gallia Celtica. Siquidem totam Celticam ſuprà dudum eſſe completā credimus in Primatu Lugdunenſi deſcribendo. Ad quem Primatum minimè pertinet Viennenſis Eccleſia, vt neque ad Celtas. Sed è diametro diſtinctum Primatum efficit, ſaltem voce ac titulo, tametſi non re & vſurâ, veluti in Lugdunenſib. & Pręfatione cit. demonſtramus. Etiamq; Demochares, Petrus Villarius in ſuis Opuſculis atque Chenutius in ſuis Viennenſibus Tabellis, vrbi epithetum Celtarum nuſquam attribuunt, at è contrà inſigne vlrotum Allobrogum palam decernunt: qui imò Chenutius prętereà ex Auſonio teſtatur[d] & adiicit metro pro noſtra recentiore ſententia receptu digniſſima: *Paſcitur Alpinis opulenta Vienna Colonis*: Vt tacitè ſufficientérque inſinuet Viennēſes & Delphinatus incolas ad montium Alpium Galliam Ciſalpinam egregie referendos. Et vel ipſemet Lieureus in ſui libelli corpore diuulgat[e] ſolùm Viennam Narbonenſis eſſe Gallię, nec iterum deinceps illic Celtarum meminit, qui ſemel obitérque, in fronte Voluminis extranęę voculę recordatur. Quia verò Sedes Viennenſis quondam inſuper freta eſt illo mero honore Primatus, quod poſt S. Sylueſtrum Zozimus Papa[f] eam aliis ſeptem Archiepiſcopatib. in eam prefecturam confirmauit, item S. Leo[g] & Symmachus[h] talem in ipſo iure corroborarint, etſi tantùm ſcripto, propterea nos meritò illam Cathedram eiúſq; Suffraganeas pandere hac ſerie debuimus poſt dilatata etiam membra Primatus Lugdunenſis. Eiuſmodi autem Pontificia Diplomata edidit[i] Religioſus Ioannes à Boſco mihi quondam dilectus, qualia priùs legi in polito veteri pergameno MS. valde authentico, & è Viennenſibus clauſtris eruto atque exhibito.

Cuius Galliæ ſit.

Primatus ipſius quàm iuſtimus.

1. Sanctus Creſcens nominatus eſt ab Apoſtolo in nouo Teſtamento,[a] vt mitteretur in Galliam, non in Galatiam, veluti abundè pridem demonſtrabat noſtra Bibliorum Ana-

crîſis.

a Sinenſes occiduū Italiæ. Ptolom. li. 3. Geogr. cap. 1. Tab. 6. Euro. Long. 34. & ſemis, latit. 43. & ſem. In chartis vulgarib. long 35. & ſem.

b li. 3. ca. 4.

c Vien. 1623. paginis 525. in 8.

d pag. 464.

e pag 1. c. 1.

f ab an. 126

g ab 441.

h ab 515.

i pag. 29. 30. 33.

a 2. ad Tim. 4. v. 10.

criſis [b]. Quod idem D. Paulus præſtitit anno ſalut. 59. quando ex pollicitis ibidem [c], ipſe profectus in Hiſpaniam, & tranſiens recto itinere per Gallias eundem Creſcentem ſecum duxit, ac Viennæ Epiſcopum ordinauit, teſtibus Euſebio Cæſarienſi [d], ſanctis Chryſoſtomo, Hieronymo, Epiphanio & Adone Viennenſi vberiùs iam citatis in præfata Anacriſi 1 vt mox hîc diutiùs immorandum non ſit. Moritur autem anno ſal. 105. ex noſtro Inuentario alphabetico locorum communium Sanctorum [e]. At quonam die id geſtū? ſanè fluctuat animus. Ado Triuerenſis in Martyrologio, quem Chenutius malè denominat Viennenſem [f], conſtituit ei ſolùm diem 29. Decemb. & Vſuardus ſolitarium 27. Iunij, ſemper Martyrem concipiendum, etſi non aperiant. Sed dum Baronius vtrunque diarium locat in ſuo Romano Martyrologio, arbitratur cum Adone Sanctum deceſſiſſe in Iunio, & tutiùs fortè corpus aliò tranſlatum videri in Decembri. Verùm denique, vbinam ſpiritum Deo reſtituit puriſſimum? Vulgarior ſententia fert, quòd in Galacia euenit, non Viennæ Gallorum, nec in Hiſpania, vt cenſent nonnulli, eò profectus denuo ad latiùs pariter diſſeminandum verbum diuinum, tanquam paſtor ferè vniuerſalis, vnà cum D. Paulo, quando Apoſtolus ex Hiſpania redeundo, & rurſus Viennam pertranſeundo, in Aſiam egreſſus eſt, ſubrogato primùm ab ipſis Viennæ ſancto Zacharia ſucceſſore, quem ſolus Lieuræus facit ſecundum illic Epiſcopum, quia S. Paulum numerat primum, qui tamen fuit ſolùm vniuerſaliſſimus Paſtor.

b To. 1. Digreſſ. 19. Sect. 2. 94.
c ad Rom. 15. v. 28.
d li 3. ca. 4.
e To. 3. c. 55. Art. 49.
f quia ſcripſit tantùm Chronica, non Martyrologium.

2. S. Zacharias ſucceſſor natione Galilæus, à D. Petro Apoſtolo Româ miſſus eſt Viennam in ſubſidium, ex autographicis teſtibus per Ioannem Lieuræum allatis [i]: & ibi conſtitutus Protopaſtor totius regionis ſecundus, vel etiam primus ibi perennis, aut Protomartyr Galliarum effectus: qui Viennenſibus Chriſticolis attulerat mappam ſeu linteum ſacrum, ſuper qua Seruator Hieroſolymis in vltimo paſtu corpus ſuum vi diuina conſecrauerat. Et electus cùm eſſet anno incerto, is tamen obiit annum 101. ex Adone Viennenſi & Alphabeto noſtro Sanctorum [k]. Neque mirum, ſi mortuus videatur ante S. Creſcentem Anteſignanum ſuum; quia S. Creſcens antea in Hiſpaniam fortè diſcedens cum Paulo, ex quorundam ſententia, deindéque in Aſiam reuerſus ex aliis commemoratis, calicem Domini martyrio biberat, vbi poſtquam illud Zacharias Viennæ pari conſtantia piè ſumpſerat & hauſerat propter Chriſtum. Corpus verò ipſius aliò multis infrà ſeculis tranſlatum eſt, veluti Num. 80. diſcurrimus. Cæterùm nullus aliorum Scribarum declarat eum fuiſſe tertium Viennenſem Archiepiſcopum, præter Lieuræum [l]: Sanctus autem celebris eſt in Martyrologio Romano [m].

i pa 58.
k ca. 38. Art. 33.
l pa 60.
m 16 Maij.

3. S. Martinus alius Apoſtolorum diſcipulus, teſtis oculatus Chriſti in Cruce pendentis, ac tertius hîc Epiſcopus, ſedens triennio & menſe, martyrium paſſus eſt an. ſal. 112. [o] Ergo Zacharias prædeceſſor ſuperuixit vſque ad annum 109. octennio diutiùs quàm ſuprà dictum fuerit: vel certè tot annis tunc ſolium vacauit.

o Lieuræus pa. 69.

4. S. Verus 1. ſedit Martyr temporibus ſanctiſsimorum Pontificum pariterque Martyrum Euariſti, Alexandri 1. Sixti 1. Theleſphori & Pij 1. [o] qui præfuêre in Cathedra D. Petri ab an. 112. ad an. 163. [p] Ad quem horum poſtremus conſolatoriam ſcripſit Epiſtolam [q] in tormentis. Extat Sanctus in Romano Martyrologio [r], ſedente Lugduni S. Pothino.

o Lieuræus pa. 165.
p Genebr. à Traiano ad Aurel.
q à Boſco, pa. 22.
r 11. Auguſt.

5. S. Iuſtus initio ſuæ Præfecturæ recipit pium Epiſtolium Pij Papæ præfati, non ann. 155. vt vult Lieuræus, ſed fortaſsis an. ſal. 164. qui fuit annus 7. Papalis ſuæ Sedis, vel anno vltimo 167. [ſ] cum quo Iuſto martyrium ſubiêre conciues Seuerinus, Exuperius, Felicianus, &c. [t] Atque ſub id tempus florebat Lugduni D. Irenęus.

ſ pa 72.
t Bar. Annal.

6. Deſiderius 1. ſuſcepit exhortatrices ad conſtantiam literas [x] à S. Victore Papa Martyre Sedem Romanam occupante ab an. 194. ad an. 203. [y] vel 206. [z] D. Irenæo tunc Lugduni martyrium pariente: vulgò nominatur *Deſiderat*, vel *Didier*. De quo vide alia in proximo ſucceſſore.

x Boſco pag. 24.
y Baron.
z Genebr.

7. S. Dionyſius natione Græcus, auditor Diſcipulorum Chriſti, malè perhibetur à recẽtiore copiſta Lieuræo [a] habuiſſe Epiſtolã à præfato Victore Papa, cùm è diametro miſſa fuęrit duntaxat ad prędeceſſorem Deſiderium pariter Viennenſem, teſte Ioanne à Boſco anteriore exſcriptore è typo, quem vidi in pergameno tutiore, hiſce verbis: *Victor Epiſc. Deſiderio Vienn. Epiſc. ſal. Sicut ſancta fraternitas tua, &c.* Lieurę us autem ipſum Deſiderium pretermiſit, ſicut & S. Ado Viennenſis atque Villarius, ante reperta pergamena, dum hi ſolitarium Dionyſium commemorant. Idem verò Lieuræus in hoc minùs ſecurè Ioannem authorem putat carpendum [b], dicens quòd Deſiderius multò tardiùs extiterit. Nam minimè aduertit Lieuræus notitiã de vetuſtis pergamenis, & duos Vien. Deſiderios aſſediſſe, equidẽ diſertè poſitos viciſsim à Chen. [c] Qui Lieurę us dũ cõcludit S. Dionyſium ibi pręfuiſſe annis 23. & occubuiſſe anno 199. ideo tantum eidem ſpatium detulit ex mero arbitrio,

a pa 75.
b pa. 78.
c pa 467.

quia ipſe Deſiderium abſtulit. Verùm certè, cùm mox lucidior Deſiderij poſitio manifeſta ſit, anni prælibati ſcitè diuidendi veniunt vtrique Prælato: vt nimirum Deſiderius per decennium ſederit, ab anno circiter 176. quo ſupponitur S. Iuſto ſucceſſiſſe, ac perſeuerarit ad annum vſque 186. tum Dionyſius præfuerit annis tredecim, complentibus tandem annum 199. Etenim alioqui diuturnior cenſeretur Dionyſij ſeſſio, quæ res maius de nouo præbet argumentum locandi præterea Deſiderium, atque replendi vacua illa tempora. Cæterum, Chenutius ac Lieuræus ſtatuunt quidem S. Dionyſij feſtum ad 7. Idus Maij, qui dies eſt 9. menſis. At Cardinalis Baronius in Martyrologio eundem conſcribit 6. Idus, ſeu die 8. vnà cum Beda & Molano in Vſuardum.

8. S. Paracodes ſeu Paraeodas conſimiliter Græcus, dicitur à Lieuræo [d] occepiſſe Confeſſor anno ſal. 200. per medios annos 38.[e] & ſequacem Florentium inchoaſse anno 4. Imperatoris Antonini Caracallæ[f], qui certè fuit annus ſal. 216. ex Annaliſta Baronio; ob idque ſedit Paracodes annis 16. duntaxat: ad quem initio perlata eſt Epiſtola præmiſſi S. Victoris pro Paſchate 8. Et ſic Lieuræus ſibi ipſi in ſupputando contradicit. Nam vt[g] oſtenderet ſe velle conceſsiſse annos 32. Paracodi ad circinum Imperatorum, conſcribere debuit proximum ſucceſsorem Florentium ad Præſecturam acceſſiſse anno 2. Maximini Imperantis, qui rectiſsimè fuit annus ſalutis 238. Ei autem tribuit deceſsum 2. Ianuarij. Sed non extat in Romano Martyrologio.

[d] pa. 78. ſin. [e] 85. [f] pa. 86. [g] Boſco pa. 26.

9. S. Florentius ſedit temporibus reliquis Maximi, totis Gordiani, Philippi, Decij, Galli cum Voluſiano & Valeriani cum Gallieno Imperatorib. ab an. 239. ad an. 260. generalis octauæ Chriſtianorum perſecutionis, quo tempore is Martyr in exilium relegatus, breui extinctus eſt. Hæc Ado Viennenſis, Demochares, Baronius, & Boſco[h] die 3. Ianuarij, quo in Martyrologio Romano colitur eius feſtum. At profectò Lieuræus[i], ſcribit Sanctum vitam terminaſſe in perſecutione 7. anno 254. ſub crudeli Decio, ac ſediſſe annis tantùm 19. Quo pacto ſanè Antiſtes ergo Cathedram auſpicatus eſt anno 235. Verùm ex noſtro iuſtiore calculo complexus eſt annos 21. in illo ſuo Epiſcopali excurſu. Et de eo negotio anceps valde eſſem, quamnam amplecterer ſententiam, dum Authores maioris annorum numeri in priore decreto ſint numero plures, niſi me poſterior deliberandi ratio, quæ eſt Lieuræi, conuinceret, eò quòd Apoſtolica epiſtola anni 254. pro ſucceſſore me in aduerſum premit & arctat.

[h] pa. cit. [i] pa. 90.

10. S. Lupicinus ſedens recepit Epiſtolam à S. Cornelio Papa veroſimiliùs anno priore 254. ſui Apoſtolatus, Imperium inchoantibus Gallieno & Voluſiano, quàm anno poſteriore 255. Romanæ ſuæ præſidentiæ[k]; vnde Florentius prædeceſsor paſſus eſt certè probabiliùs anno 253. publicæ perſecutionis Decij ſceptrum tyrannicè ingredientis. Epiſtola incipit: *Cornelius Epiſc. Fratri Lupicino Vienenſ. Archiep. &c.* ex Ioanne à Boſco[l] in Archetypis: qui tamen Author poſtea S. Florentium confuſè extenderat vſque ad Voluſianum. Perſeuerabat autem S. Lupicinus in Sede annis 22. ad annum vſque 276. ex Lieuræo[m]. Is ſimplex Beatus non liquet in Romano Martyrologio[n], vt neque ſequax.

[k] per biennium tantùm. [l] pa. 27. [m] pa. 93. [n] Obijt tamen 25. Decemb.

11. S. Simplides ſolium tenuit ſeculo Taciti, Probi & Chari Imperatorum, ex Boſco[o] atque Chenutio. Sed de præciſo necis tempore nihil ediſſerit. Demochares notat vniuerſim annum 286. quo floruerit. Tum Lieuræus narrat eum Martyrem occiſum poſt violentum in S. Caium Papam parricidium miſerè perpetratum. At Romanus ille Pontifex ſublatus eſt de medio ad annum 296. ergo tunc quoque Simplides.

[o] pag. cit.

12. S. Paſchaſius Martyr effectus eſt, non anno patientis Thebæorum Legionis, qui fuit annus 297. Imperante Diocletiano, neque an. 305. vt cenſet vtrobique Chenutius confuſè; ſed ad annum 322. ſub Conſtantino Magno, ex Lieuræi ſententia, qui adijcit & opinarat eidem Paſchaſio ac ſucceſſoribus conceſſam aut confirmatam fuiſſe Primatiam Viennenſem à S. Sylueſtro Papa ſupra ſeptem Prouincias, de quibus nos antea, tum in Præfatione tertij iſtius Tomi, tum in Præludio huiuſce catalogi Viennenſis: quæ tamen conceſſio *Vniuerſis Epiſcopis per Gallias* à Pontifice miſſa legitur, non autem deiecta præciſè ad hunc Paſchaſium, ſed vt alijs Galliæ Narbonenſis ſignificaretur. Sic itaque præfuit ille ab anno 297. per annos 25. ſequentes. Niſi quis fortè putet eum ſediſſe annis tantùm ſexdecim, ſeu vſque ad annum 313. ob rationes in ſucceſſore allatas.

13. S. Claudius Confeſſor ex Ioanne à Boſco, & conſequenter à recentioribus alijs duobus nominatur præſens Concilio Arelatenſi ſiue 1. ſiue 2. vtroque ſub S. Sylueſtro Papa ſecundum Tomos Conciliorum, de qua re Baronius mouet controuerſiam. Nam dicit ſub anno 314. in Annalibus Patres ducentos primi à S. Auguſtino recenſitos, falsò adſcribi ſecundo. Et S. Ado Viennenſis narrat ſexcentos ibi Patres interfuiſſe, nimirum

in

in alterutro, nec dicit in quanto. Lieuræus autē adiicit, S. Claudium illuc acceſsiſſe, poſteáque in œcumenicam Synodum Nicenam anno 322. vel 325. Quod tamen ibi nō legimus, maximè in Patribus 336. Nicenis. Atque affirmat Author S. Claudium in Concilio obtinuiſſe confirmationem ſuæ Primatiæ ac Priuilegiorum aduerſus Marinum 13. Archiepiſcopum Arelatenſem. Quod diſertè nōn deprehendo ibidem. Verùm in Actis ſecundi Concilij lego duntaxat vniuerſim è diametro 1. *Ad Arelatenſis Epiſcopi arbitrium Synodum congregandam eſſe, ad quam ex omnibus mundi partibus præcipuè Gallicanis ſub S. Martino, ſeu Maurino, aut Marino celebratum fuit Concilium, &c.* Tum concludit eum virum deceſſiſſe glorioſum in cœlis die Calendarum Iunij [b]; ex cōmemorationibus Eccleſię Viennenſis, morientem anno incerto, veriùs fortaſſis anno citato 325. nec diutiùs ob adſequentia. Nondum autem clareſcit in Romano Martyrologio. [b] 1. Iun.

14. S. Verus ſecundus credebatur à Baronio [d] ſucceſsiſſe immediatiùs ferè præfato Paſchaſio, quia ſubſiſtit idem Verus *Concilio* (ait) *Arelatenſi* 2. quale profectò patet ex Tomis Conciliorum optimè celebratum anno trecenteſimò vigeſimo ſexto, vbi equidem Verus aderat octauus ordine ſuffragator. Sed quia Authores alij citati efficiunt ſanctum Claudium præſentem Aurelianenſi 1. cœtui anno trecenteſimo decimo quarto, ac vidiſſe Nicenum anno trecenteſimo vigeſimo quinto, ideò ſanè oportuit proximè Verum Claudio poſtponere, quem hîc non agnouère reliqui Tabularij. Et noſtrum additamentum eſt primum in iſto Allobrogum Catalogo. Sedit autem fortaſſis vſque ad an. 337. Neque locum habet in Martyrologio Romano. [d] 1. Aug. & 23. Febru in Vero 1. & Paſc.

15. Nectarius ex Boſco ſedit temporibus Conſtantis & Iuliani Apoſtatæ Imperatorum, hoc eſt ab anno trecenteſimo trigeſimo octauo ad annum trecenteſimum ſexageſimum tertium. Necnon à Demochare, recentioribus eum ſequutis, dicitur adſtitiſſe Concilio Vaſionenſi, plebi *Vaiſon*, ſub Archipræſulatu Narbonenſi: quam tamen Synodum alibi non lego, multóque minùs eius Patres aut annum, quam ferunt latam contra Arianos hæreticos: malè conſtitutam ſub anno quadringenteſimo quadrageſimo tertio à præfato Authore, quia nequiuit tandiu Nectarius vitam agere, aut hac ſerie collocari [e]. Non in Martyrologio Romano. [e] obiit 1. Aug anno ignoto.

16. S. Nicetius facilè Sedem auſpicatus eſt circa annum trecenteſimum ſexageſimum quintum, maximéque Eccleſiam Viennenſem rexit Gratiano & Theodoſio ſeniore Imperantibus ab anno trecenteſimo ſeptuageſimo ſexto ad annum trecenteſimum nonageſimum quartum. Ideóque affuit præſens decimus octauus Concilio Valentinenſi anno trecenteſimo ſeptuageſimo quarto, vel trecenteſimo ſeptuageſimo quinto, Conſulibus Gratiano tertio & Equitio: at minùs ritè nonnulli cœtum collocant anno trecenteſimo ſeptuageſimo, aut trecenteſimo nonageſimo tertio. Sanctus autem Ado Viennenſis eum vocat Nicetam [f]. [f] Obiit 1. Maij in Martyrologio.

17. S. Simplicius Demochari & Villario ignotus, Sedem cohoneſtauit æuo S. Zozimi Romani Pontificis, qui præfuit anno quadringenteſimo decimo ſeptimo [g], vel quadringenteſimo vigeſimo primo [h], & ei Epiſtolam miſit. Nec in Romano Martyrologio eſt. Probabiliùs autem vixit in ea Cathedra vſque ad annum quadringenteſimum quadrageſimum ex deductis fortioribus argumentis apud Mamertum ſucceſſorem pro ſuo Primatu aduersùs Hilarium Arelatenſem Archiepiſcopum. Is autem Antiſtes in noſtris pridem Lugdunenſibus iam pleniùs confirmatur à nobis per Apoſtolicas Bullas cum pleriſque aliis ex infrà poſitis Viennæ ſucceſſoribus: quos cùm ibidem ſcribebamus, nondum decreueramus hoc tertium Volumen cæteris duobus adiicere. [g] tamen ab an 394. au 8. Baronius. [h] Genebr.

18. S. Mamertus ſedit fortè ab anno quadringēteſimo quadrageſimo primo, ſeu à medio tempore Imperatoris Theodoſij ſenioris (etiam ne vacuum detur) & ab initio S. Leonis 1. Papæ, qui ad ipſius manus delegauit Reſcriptum vniuerſum. *Dilectis fratribus per Gallias & Viennenſem Prouinciam Epiſcopis conſtitutis, &c.* [i] Imperator autē ſuos trahebat dies vſque ad annum quadringenteſimum quinquageſimum, & Pontifex ſummus ad annum quadringenteſimum ſexageſimum. Ipſe Mamertus adhuc peruenit vlteriùs ad annum quadringenteſimum ſexageſimum octauum, teſte Chronico Sigiberti. Tum ex Baronio ad annum 475. & 490. quo deceſſit. Clariſsimus in Martyrologio ac Rogationibus inſtitutis. [i] A Boſco pa. 10. feſtum 11. Ian.

Salonius ex hoc catalogo Vienneuſi per nos iure ſublatus eſt, quem nonnulli perperam huc referendum putarunt ſub id tempus. Quippe eundem ſuprà tandem effecimus Archiepiſcopum 22. Lugdunenſem annis quadringenteſimo quinquageſimo quarto, Appendix.

 & qua

& 460. Hic obiter dictum eſt per Appendicem. Cæterùm, Caput *Ad Arelatenſis* ſuprà Numero decimo tertio eſt Canon 18. Concilij 2. Arelatenſis ex Tomo 2. Conciliorum, & Martinus ibi fuit Epiſcopus ſeptimus Arelatenſis. Prætermiſſum ſuo loco à Typographo in breuiori margine.

19. S. Theobaldus hic à nobis apponitur, tanquam ſecundus recens additus, & hactenus alioquin reliquis Tabulariis ignotus. Surius in ſuo Moſandro k eum denominat nobilem Senonenſem effectum Archipræſulem Viennenſibus; dono prophetiæ diuinitus exornatum erga nepotem ſuum poſtea virum clariſſimum. De quibus nos in noſtro alphabetico Inuentario Sanctorum l. Sedit autem veriſimiliùs ab anno 491. ad annum 508. non 480. ſecundum quoſdam. [k 30. Iun. pa. 359. edit. 1627] [l c. 41. ar. 18r.]

20. S. Iſicius 1. ex Demochare, vel Iſicius apud Chenutium, tum Yſicius in Boſco, & Izichius ſub Lieuræo m, rexit Eccleſiam ab anno 501. ad 508. ſeu ad exitum Zenonis Imperantis. Non liquet in Martyrologio Romano. [m pa. 223.]

21. S. Alcinus ſeu Alcinius Auitus frater S. Apollinaris Epiſcopi 4. Valentiæ, præfuit excellentiſſimè toti Concilio Burgundiano Epaunenſi circa annos 509. o 517. p vel tandem 527. quo anno vel potiùs anno quingenteſimo decimo ſeptimo ipſe moritur, colitúrque in Martyrologio Romano. q [o Baron. & Genebr. 492.] [p To. 2. Concil.] [q 5. Februar.]

22. S. Iulianus ſedit ſub Pontificibus Romanis Symmachi & ſancti Ioannis ſucceſſoribus: nimirum ſub S. Felice 4. S. Bonifacio 2. S. Agapito 1. & S. Syluerio Martyre, ab anno quingenteſimo vigeſimo octauo ad annum quingenteſimum trigeſimum ſeptimum, quo interfuit decimus octauus Concilio ſecundo Aurelianenſi. Non liquet in Martyrologio Romano. 5. Februar. [Symmacho PP. tunc ſcribente pro Eccleſia Vienenſi.]

23. S. Domninus ſiue Domnus ſediſſe videtur ab anno duodecimo Imperantis Iuſtiniani 1. ad biennium duntaxat, id eſt ab anno ſalutis 538. ad ſequentem. Clarus in Romano Martyrologio r. [r 3. Nouem.]

24. S. Pantagatus ſeu Pantagarius adſtitit decimus octauus Concilio 3. Aurelianenſi, anno 540. ſ Quando autem narrat Chenutius eum ſediſſe quinquennio, & vitâ functum in illa Synodo ex aduerſo, colligatis & reformatis antecedentibus calculis, inducere oportet quinquenniũ ſubſequi, & Præſulem mortuum anno quingenteſimo quadrageſimo quarto. Nec dum iacet in Martyrologio Romano. Fallitur verò ipſe Author, dum poſt deceptum Ioannem à Boſco t, ſcribit Sanctum claruiſſe *Iuſtiniani 2. tempore*. Nam alter Iuſtinianus dictus iunior imperitauit ſolùm ab anno 685. u Neque Scriba mendum correxit in ſuis erratis. [ſ Democh. To. 3. fo. 91. & in Tomis Concilior.] [t pa. 34.] [u Baronius in Annalib.]

25. S. Yſicius ſecundus ſuffragatus eſt vigeſimus nonus in Concilio quinto Aurelianenſi, Præſide S. Sacerdote Archiepiſcopo Lugdunenſi, anno 552. Vbi valdè rurſus decipiuntur præfati duo copiſtæ, arbitrantes hunc cœtum extitiſſe Synodum tertiam ibidem, Chenutio nimis credulo non examinante typum ſuum Ioannem à Boſco x. Nec eſt iſte Sanctus in Martyrologio: ſic dictus apud Chenutium & Lieuræum. Is antea vxoratus. [x pa. 35.]

26. S. Namatius ſeu Naamatus, ſedebat anno ſaltem vltimo & circiter Iuſtiniani primi Imperatoris, qui fuit annus ſalutis quingenteſimus ſexageſimus quintus vſque ad annum quartum Iuſtini 1. ſucceſſoris. Iſque annus 4. erat ſaluris 569. Nec vlteriùs præeſſe ei licuit, ob adſequentia. Attamen Baronius eius vitam protraxit vſque ad annum 588. Numero 2.

Cæterùm, hunc Demochares nominat Namatum, & Petrus Villarius Namatum ſolo verbo. Sed dum vterque eidem Namato ſeorſum præfigit Mamertum 2. ſub Chilperico Rege Francorum: certè non exiſtimo eundem Mamertum hac vice alium eſſe à Namatio, tum quia Chenutius & Lieuræus alterum Mamertum ignorant, tum etiam quia Chilpericus iiſdem omnino temporibus, ſub quo floruit ſanctus Namatus ſeu Namatius longè adhuc abeſt à Martyrologio.

27. S. Philippus Cathedram Viennenſem non eſt adeptus tempore Imperatoris Tyberij, vt cenſent Ioannes à Boſco y & pediſſequus Chenutius z, quia cœpit ille Tyberius duntaxat anno 581. & foret ſuperuacaneum tempus, aut coitus duorum Antiſtitum ſimul. Sed curâ aggreſſus eſt Philippus an. quingenteſimo ſeptuageſimo, qui fuit quintus Iuſtini iunioris Tyberiũ præcedentis. Vnde Philippus ille digniſſimus Præfuit Concilio Lugdunenſi non quidem primo, quales vulgares Conciliorum Indices eum appellant. Sed eſt quartum planè ibidem Prouinciale, ex calculo noſtro in Lugdunenſibus *. Obiit 3. Nonas Februarij anno incerto. Nec locum obtinet in Romano Martyrologio. [y pa. 17. fin.] [z pa. 471.] [* nu. 42.]

28. S. Euan

28. S. Euancius ſeu Euentius intererat tribus Conciliis. Primò quidem cœtui 1. Cabilonenſi an. 582. Deinde Synodo 1. Maticenſi, nonus ibi ſuffragator anno 576. vel 583. Tertiò adiit ſecundum Lugdunenſe iuxta veterem calculum: ſed noua noſtra ſupputatio eum efficit quintum ibidem ann. quingenteſimo octuageſimo ſexto [a]. Fertur quoque eum accesſiſſe ad Concilium primum Valentinum anno quingenteſimo octuageſimo octauo. Nec dum partem habet in Romano Martyrologio, tametſi vitâ functus ſit eo anno Idibus Ianuarij. [a] ann. 35. c. 1. & 3.

29. S. Vetus 3. nondum ſedebat imperante Tyberio, vt putat Chenutius, ſed benè toto ferè Mauritij ſucceſſoris tempore, qui ſanè regnabat ab anno 589. anno 40. Imperij: vſque ad annum ſexcenteſimum ſecundum, quo deceſſit. Neque denuò patet in Martyrologio Romano.

30. S. Deſiderius 2. Auguſtodunenſis factus eſt Epiſcopus Viennenſis circa annum ſexcenteſimum tertium, ac occiſus Martyr iuſſu Brunichildis Reginæ ſub annis 608. vel 612. ex Baronio Numero 14. aut denique 616. iuxta aliorum ſententias, Imperante Phoca ex Boſco. Patet Antiſtes in Martyrologio Romano [b]. Et de quo nos plura in Lugdunenſibus: pauciorâque Aimoinus vnà cum Aridio Archiep. Lugdunenſi 40. & Domnolo iſtic adſequente.* [b] 11. Febr. * li. 3. c. 90.

31. Domnolus ex ſuperioribus conceſſis de neceſſitate calculis præmiſsis ac aliis non potuit ſedere imperante Phoca, tametſi id affirmet Boſco, non ponderando ſuperiora tuto examine. Dicendum ergo, quòd ſederit ex Baronio Numero 14. ab anno Eraclij in Imperio ſucceſſoris, qui eſt ſalutis 612. Sic veriùs vſque ad annum ferè 626. nec vix vltrà, vt detur ſuccedenti locus.

32. S. Etherius factus eſt Archiepiſcopus ab anno ſalutis ſexcenteſimo vigeſimo octauo, ſeu anno decimo nono Heraclij imperantis per reliquum tempus Clotarij ſecundi Francorum Regis atque præfati Eraclij morientis anno ſexcenteſimo quadrageſimo. Nequaquam ſplendeſcit in Martyrologio.

33. S. Clarentius ſedit quinquennio, ſaltem ab anno 641. ſeu 1. Conſtantis Monothelitæ Imperatoris, qui paſsim vocatur etiam Conſtantinus tertius. Quale profectò quinquennium claudit etiã vitam Dagoberti primi Francorũ Regis. Nec ſitum obtinet in Rom. Martyrol.

34. S. Syndulphus apud omnes prædicatur ſolium tenuiſſe hac veteri relicta ſerie veriùs ſub præfato Imperatore, quàm ſub Conſtantino 4. eius filio, equidem breui tẽpore, vt loquitur Lieuræus [c]: ergo ad minus ſedit ab anno 646. qui fuit annus quintus eiuſdem Conſtantini 3. at nõ quarti, vt vult ille Author, ne diſcordent ſequentia. Sed miror plurimùm, quorſum à priſcis hoc ſitu ponatur Antiſtes, aut quomodo ſit hic à nobis ſiſtendus, cùm legatur quartus ſuffragator in vno Concilio Rhemenſi ex Flodoardo [d], etiámque in noſtris Lugdunenſibus [e], & nonnunquam cœtum iam præmiſerimus celebriorem anno ſalut. 616. Sanè ratio hæc me penè mouit & vrget, vt hunc idcirco Articulum præfigeremus Numeto 31. ad locum Domnoli, quem eo anno 616. locauimus. Verùm, aliæ rurſus ex oppoſito demonſtrationes me etiamnum coëgiſſe cenſentur, vt Sanctum præſenti angulo deſeramus. Prima eſt, eò quòd alioqui Domnoli poſitionem antiquam aliò immutare neceſſum eſſet, quod exequi nobis haud licuit, niſi eum deprimendo verſus tardiorem ætatem, & offendiſſent Conſtantini 3. dies, ſub quo nullus author admittit eundem Domnolum Eccleſiã Viennenſem repleſſe, quin ampliùs ſucceſſores diſturbaret de proprio ſuo gremio, dùm veriùs floruiſſe conſcribuntur ſub illo Conſtantio Principe. Secundò, Antiſtes ipſius Domnoli ſucceſſores ad hunc vſque Syndulphum, ex recepta traditione plenóque iure præſcriptionis non ſerò mox innouando obtinuerunt has ſuas apud Authores ſub illo Imperatore ſeſſiones. Tertiò certè annus præfatus 616. Concilij eiuſmodi non eſt adeò tutus, quin trahi ritè poſſit ad annum 646. quia nec Flodoardus ſeculum diſtinctiùs aperuit, vt par eſſet; neque docet, an opportunè illi omnes Epiſcopi ſeſſores exciternis talis ex æquo temporis. Sed è contra ibi dubia multa ingeruntur. Vnde controuertimus apud Lugdunenſes [f], & percontamur, an ſinguli aut præcipui huius æui Patres v[illegible] præciſè cohæreant in annis. Et ſi adhuc opus foret, vel nobis prælo premente oppreſsis otium adeſſet, fortaſsis propiùs dies ac menſes Præſulis cuiuſque venaremur, & multo ſudore indefeſsi laboraremus. At iſta vice ſuffecerit. Accurrat demum ſagacioris & quiete fruentis Lectoris iudicium. Interea, S. Syndulphus præclarè ineſt Martyrologio Romano [g]. Et nondum tunc Romæ ſedebat Agatho, vt ſentit Lieuræus, ſed Martinus 1. ex Genebrardo.

Controuerſia ſui temporis.

[c] pag. 161. [d] li. 5. c. 5. [e] To. 1. Num. 39. § 3. [f] citatos. [g] 10. Decem.

35. S. Editus, ſiue Heedicus, oportuit ſediſſe ab an. 648. aut ſequenti & circiter, per conſe-

quen

quentes annos 669. ſub quo poſtremo anno eum diſertè collocat S. Ado Vienneñſis in Chronico. Quale tempus equidem ritè iam incidit cum Imperatore Conſtantino 4. Pogonato ſeu Barbato tertij filio, & cum Agathone Papa, ſicut mox optimè concludit Lieuræus, at non ampliùs ſub Dagoberto 1. Francorum Rege, velut eum Regem fruſtrà Boſco adiicit [h], & eius ſequax Chenutius, cùm præfatus annus ſit primus aut ſecundus regni Childerici 2. qui fuit tertius Galliæ Princeps poſt Dagobertum ipſius auum, & Propatruus Dagoberti 2. Ad quem Editum ſcripſit demum Agatho: qui ſummus Pontifex cùm ſederit ferè triennio ab anno ſexcenteſimo ſeptuageſimo octauo ex Baronio, vel ab anno ſexcenteſimo octuageſimo, teſte Genebrardo, calculus demonſtrat Editum eò temporis ſaltem peruenisse.

h pag. 39. fin.

36. S. Edaldus ſic dictus à Boſco, vel Eualdus ex Chenutio, Edoaldus ſecundum Lieuræum [i], Caldeolus apud Democharem, & ad extremum Landalenus ex Concilio tertio Cabilonenſi, cui interfuit iſte ſecundus ordine ibidem, ex noſtris Lugdunenſibus [k]. Sed rurſus mirandum, quòd paſſim ſuprà oſtenderimus eam Synodum probabili argumento celebratam fuiſſe circa annos 650. vel 658. aut 662. Et tamen iſta tempora cum præſenti annali adhuc minimè cohærent, eò quòd Edaldus ad ſummum vix ſedit citiùs, quàm anno 681. Quid ergo ſentiendum & concludendum? Anne Edaldum altiùs collocare oportet loco Editi? minimè gentium. Sanè diarium ipſius prædeceſſoris nequaquam variandum eſt. Cogimur ergo dicere id Concilium 3. Cabilonenſe tardiùs habitum, & viſum ſub præfatum annum 681. aut 682. dum tot mutatæ ſunt de illius cœtus tempore opiniones. Maximè quia ſeriùs adhuc vixit Edaldus. Quippe ad eum ſcripſit Ioannes Papa quintus cum tranſmiſſis muneribus anno ſexcenteſimo octuageſimo ſeptimo, quo ſolo is Romæ ſedit. Vnde rexit quidem temporibus Iuſtiniani 2. Imperatoris, & Theodorici 1. Regis Francorum, vt benè ſentit Boſco, at non diebus Clodouei 2. eius patris morientis anno ſexcenteſimo ſexageſimo ſecundo, etſi deprauatè id affirmet Author cum imitatore Chenutio. Neuter verò duorum præfatorum Archiepiſcoporum cauetur in Martyrologio [l].

i pag. 163.
k Nu. 44. 5. 2.
l Edaldus tamen obiit 19. Cal. Februar. an. incerto.

37. S. Dodolenus iuxta Democharem, item Dolonus ſeu Dodolinus in Chenutio, & Dolinus apud Lieuræum, ſilente Villario, patuit S. Sergio exiſtente Pontifice Romano Ioannis eitati ſucceſſore ab anno 689. ad annum ſeptingenteſimum ſecundum, præterea ſub Leontio triennali Imperatore [m], & Theodorico Rege [n]. Tranſiit è mundo ad Chriſtum Calend. Aprilis [o].

m ſinito poſt Iuſtin. cit.
n fin. 692. per 14 an.
o an. incerto.

38. S. Bobo ex Boſco & Chenutio, tum Bobolinus ſecundum Petrum Villarium, tacente hîc Demochare, qui eum ſub nomine Bobolini confundit & ſtatuit in præfato Dodoleno pro eadem perſona. Iſte autem Bobo finiiſſe putatur anno 703. moriente Tyberio Imperatore filio Iuſtiniani: idque geſtum eſt 18. Calen. Iulij.

39. S. Georgius ſedit ab anno circiter 704. vſque ad ann. 712. vnicum Imperij Philippi Monothelitæ hæretici, ex Lieuræo [p]: tametſi Baronius ex Adone Viennenſi eum locet aut inchoet ab anno 699. & dicat extitiſſe decimum quintum Epiſcopum duntaxat in Martyrologio 2. Nouembris.

p pa. 172. migrat 3. Nou.
q obiit Idib. Octobr.

40. S. Deodatus Sedem veriùs occupabat anno ſolo 713. quo imperabat Anaſtaſius 4. Non enim Antiſtes potuit aut debuit victitare ac miniſtrare diutiùs ob adſequentes ſucceſſorum terminos etiam breuiatos. Hoc ſic exactiùs quàm Chenutius.

41. Eoldus Demochari ac Villario, Eoaldus Chenutio, ac Edoaldus Lieuræo, hîc certè antecedit Blidrannum, quia ad eum ſcripſit Conſtantinus Papa mittens ei ſanctas Reliquias [r] pro Cathedrali Eccleſia Viennenſi tunc recèns conſtructa, qui Papa nota præcipua huiuſce loci non eſt prætergreſſus annum ſeptingenteſimum decimum quartum, dum eò ſaltem peruenit ex Genebrardo. Vnde coacti ſumus tutiore viâ Præſulem hunc præmittere ſequacibus Blidranno & Agrato; qui tamen apud alios ſcriptores antecedunt, tempora exactiùs non perſcrutantes. Qua in re non eſt habenda leuior ratio ad confuſos Leonem Imperatorem & Dagobertum 2. Regem Francorum, quos illi Authores craſſa mineruа inferunt tempore iſtius Epiſcopi: licèt ei minimè concurrant, ſed regnarint poſteriùs. Atque hi quinque proximi hactenus Archiepiſcopi nondum eminuère in Romano Martyrologio.

r Boſco p. 42.

42. S. Blidianus in Boſco, tum Blidrannus apud cæteros tres, rexit Eccleſiã ſub vnico anno ſeptingenteſimo decimo quinto [s] Theodoſij 4. huiuſce nominis Imperatoris: qui fuit potior menſura. Coniicitis ergo apertè nos oportuiſſe Blidianũ Eoldo ſupponere. Illi autem præterea obierant Clodoueus 3. iunior & Childebertus 2. frater antea Reges Francorum, quos tamen ſoliti Authores efficiunt iſti Blidiano ſynchronos [t].

s Baron. illo an. & obiit 11. Cal. Febr.
t Poſterior obiit aliquot antè menſib. anni cit.

43. S. Agra

43. S. Agrarus ex Chenurio & Lieuræo, obmureſcenribus Democharc ac Villatio,tardiùs ſedit ex ſequutis præmiſſis iuſtiotibus calculis,quàm ferant rempora Childeberti 2. Francotum Regis morientis initio anni cit. ſeptingenteſimi decimi quinri, & malè allari à Boſco ac Chenurio cum toro curſu Agrati, qui Antiſtes iam verè ſedit ab anno 716. coætaneus præfaro Regi Dagoberto 2. nec non mediis ferè annis 26. quibus imperabar Leo 3. Iſauricus hæreticus, inchoans anno citato. Eapropter Agratus vixir ad annum vſque circirer ſeptingenteſimum vigeſimum, vt minimum, etiam iuxra reformatam paulò aliorum menrem.

44. S. Bobolinus 2. ſedit fermè reliquo rempore Imperij præmiſſi Leonis: ſcilicer ab anno 721. vſque ad annum ſaltem 736. ex cortice Chenutij: at non ampliùs ſub commemorato Dagoberto, erſi hoc affirmatit Lieuræus. Mox autem in iſto Præſule reſtitutus eſt ordo Caralogi aſſuerus ac ſucceſſorum nomine renus.

45. Sanctus Auſtrobertus Demochari atque Villario nomine tenus, vel Auſtroberrus Ioanni à Boſco, & Auguſtroberrus Chenurio, retinet quidem hanc ſeriem antiquitus, ſed multa certè habet dubia apud hoſce duos poſtremos Aurhores, qui ſuo quiſque capru chronologiam valdè confuſam ei adhibent. In primis Chenutius falsò connotat Auſtrobertum ſuffectum eſſe Archiepiſcopum Viennæ *temporibus Michaëlis Imperatoris*, quia Michaël primus nominis in illo ſceprro cœpit duntaxar apud Orienrem anno ſal. 812.[u] quando Carolus Magnus regebar Imperium Occidenris, aur ſibi inuicem de occidentalis Imperij limiribus aduerſabantur. Quod ſanè tempus hîc abſurdiſſimum eſt vno ſeculo poſteriùs infra ſeu vltra præſentem centuriam. Vbi mirandum, quomodo id ſine typo cogitarit, ram Chenutius quàm Ioannes à Boſco archerypus: alioqui inregrum penè ſeculum præreriiſſer vacuum, in quo per ſaltum nullus ſciretur aur agnoſcererur Archiepiſcopus Viennenſis aduixiſſe: quod non ita eueniſſe confeſtim docebimus. Secundò, idem Boſco poſt illam primam ſuam abſque examine rabulam adiecit, equidem citiùs ex aduerſo, quòd tempore Auſtroberti reguabar in Francia Chilpericus ſecundus Theodotici ſecundi filius, antea Monachus nomine Daniel, ſceptrum tenens quinquennio ab anno ſeprmgenreſimo vigeſimo ſecundo, quale rempus anrecedit octennio ingreſſum ipſius Auſtroberti ad Carhedram. Itaque ſic non fuêre in munere coætanei. Tertiò, ille Boſco nos tandem paulò conſolarur, & redire cenſetur ad bonam menrem, quaſi Lectorem introduxerit versùs firmum aliquod agnitæ veriratis irer: attamen cum diſtinctiuncula, aut circunſtanriarum explicatiuncula. Etenim ſubinde narrat Aurhor Gregorium Papam (vniuerſim nimiùm loquirur) ad eundem Auſtrobertum ſcripſiſſe, grarulando de muneribus Sedi Apoſtolicæ miſſis, Epiſtola *data pridie Calendis Septembris, imperante piiſſimo Leone Auguſto anno tertio Imperij eius* [x]. Qui ſermo ſi concipiatur de Gregorio Papa ſecundo, ſub anno tertio Leonis rertij, Iſaurici, Pontifice beneuolentiam eius captanre, vt Princeps ipſe ad pœnirenriam lenirare induceretur: ſanè tempus illud non cadit, niſi ad annum ſaluris ſeptingenreſimum decimum octauum [y]. Quæ res iam rutiùs reducitur ad Epiſcopatum ſancti Agrati ſuprà [z], neque hîc proficit. Verùm, vr congruum Auſtreberto diarium nanciſci poſſimus pro eiuſmodi Epiſtola, dicendum puramus Gregorium Papam tertium proximum ſecundi ſucceſſorem extitiſſe illum, qui videarur ſcripſiſſe Epiſtolam anno octauo ſuæ Sedis, & vigeſimo tertio præfati Leonis tertij, vbi Typographus malè impreſſit, *anno tertio Imperij*, pro & loco *vigeſimi tertij*, qui erar annus ſeptingenreſimus rrigeſimus octauus ſalutis: fuitque primus vel ſecundus Carhedræ Auſtreberti, quem Baronius vocat Arinebertum, ac eum locat ſub anno ſeptingenreſimo trigeſimo nono, Numero decimo. Quartò, idem Boſco pergit [a] Diploma Zachariæ Pontificis Romani promulgare, miſſum ad eundem Auſtrebertum de nimio ob mota per impiiſſimos Gothos bella ciuilia planctu, Epiſtolâ *Data Nonis Martij Conſtantino Auguſto, anno Imperij eius primo.* Vbi certè Imperaror ille eſt Conſtantinus quintus Copronymus Leonis tertij ſucceſſor. Deinde nota ibidem pro ſolari diario apericuda non erir annus decimus ſeptimus Imperij ipſius Conſtanrini, dum id tempus caderet in annum ſalutis ſeptingenreſimum quinquageſimum ſeptimum [b] ſub Paulo Papa primo poſt Srephanum tertium ſucceſſorem: Sed forer annus primus Imperij eiuſdem Principis, qui eſt ſeptingenreſimus quadrageſimus primus, vel ſeptingenreſimus quadrageſimus ſecundus [c] ſalutis, quo ſcribens Zacharias Papa literis ſuis profitebatur ſe tunc habere Concilium Romæ, quale

[u] ex Baronio in Annalib.
[x] Boſco p. 43.
[y] Baronius.
[z] Nu. 43.
[a] pa. 44.
[b] ex Baronio.
[c] Nonis Iun.

quale inſpicimus apud Genebrardum re verâ celebre anno eodem , tametſi paulò tardiùs apud Baronium,ſcilicet anno 744. Sic itaque ad hos vſque annos ſedit Auſtrobertus; quæ proculdubio in ſucceſſione & præſenti ſitu ritè quadrant,niſi aduerſetur paulò ſententia quorundam ponentium ſucceſſorem cœpiſſe anno ſeptingenteſimo trigeſimo octauo. Et quatuor propinquiores hactenus Archiepiſcopi beati nondum emicant in Romano Martyrologio.

46. Vuilicarius à ſolo Demochare pro chronologia ſignificatur ſediſſe temporibus citati Papæ Stephani 3. præſidentis Romæ poſt iunctum Zachariam ab anno 743. ad 756. Sic dico : niſi certè obſtent Baroniani Annales,dum narrant Vuilicarium Cathedram ingreſſum iam eſſe anno 738. Num. 10. exoratum obnixè ad hoc onus ſuſcipiendum , ob diuturna Gothorum ac Saracenorum prælia in Galliis regionem banc paganiſmo infeſtantia, teſtibus illis diſcurſibus,quos dudum adduximus in Lugdunenſibus Num.52.Vnde Gregorius Papa 3. Zachariæ prædeceſſor Pallio Pontificali eundem Vuilicarium cohoneſtauit anno præfato. Sed non tamen perrexit idem Vuilicarius in Cathedra vſque ad annum 756 vltimum quinquennij præfati Stephani : verùm vſque ad annum 753.vel 754. ob ſucceſſoris chronologiam. Et de cætero bini alij Authores adiiciunt pro reliquo hiſtorico, eundem Antiſtitem tranſtuliſſe Viennam caput ſancti Iuliani Aruerni Confeſſoris , ac oſſa S. Ferteoli commilitonis. Villarius eum nominat Vinlicarium.

47. Proculus Sedem occupauit an. 3.aut 4. Pipini Regis , vel ſalutis 754. [d] ad quem literas miſit Stephanus citato anno fortè 756. extremo ſui Romani Pontificatus.Quo præſenti ordine eum ritè ſtatuunt Ioannes à Boſco [e] atque Chenutius : at perperam Villarius & Lieuræus [f] Bertericum eidem præferunt , veluti mox perſpicietis. Aduixit autem toto poſtero tempore Stephani Papæ 4. Paulo ſuccedentis,ac finiuntis anno 771. qui fuit tertius Regni Caroli Magni.

d 8. Cal. Iul. obiit.
e pa. 44.
f pa. 184.

48. Bertericus rexit Diœceſim pendente Romano Pōtificatu Hadriani 1. ſedentis poſt Stephanum 4. ab anno 772. ad annum 795. Qui Hadrianus ad eum reſcripſit [g]. Vnde meritò vterque poſtponendus eſt Proculo. Propterea demiror,qua ratione percitus Lieuræus [h] oppoſitam ſeriem tenuerit, quia legit ex officio Ioannem à Boſco Papalis Epiſtolæ promulgatorem annis vndeuiginti priùs ; narrat & adiicit idem *Lieure* ipſum Bertricum curſu miniſterium breuiſſimo confeciſſe [i]. De quo fantur Tituli antiqui Eccleſię Matiſconenſis an. 773.ſub Carolo 1. [k]

g Boſc. p. 46.
h pa. 186.
i obiit 6. Idus Iunij.
k fol. 11.

49. Volferius à Demochare. Villarióque prætermittitur : at ponitur à tribus reliquis , quia legi [l] ad eum ſcripſiſſe Leonem Papam 3. Romæ ſedentem ab anno 796. per annos 20. ſequentes. Verùm ex ſucceſſore Volferius non creditur præteriſſe annum ſeptingenteſimum nonageſimum nonum. De quo ſtatim poſtea. Et alia in Lugdunenſibus,Numero 33.§.5. recognitione 4.

l Boſc. 47.

50. Vrſus à cunctis celebratus [m] numeratur à Demochare ſub anno 800. Sed breui extinctus eſt tunc [n].

m Lieur pa. 189.
n 10. Calend. Mart. & non 20.

51. Vulpberius à Villario dictus vno verbo , & Vulpherus à Demochare *ſub anno* 803. *pro quo* (ait [o]) *Leithardus rexit.* Vir fuit de tribu Iſraëlitica Beniamini , ſicut D. Paulus Apoſtolus, & apud Boſcum nominatur *Vultrarta* , conſtitutus in extremo Vrſi morbo ac ſenio. Quo æuo multa deperdita Eccleſiæ Viennenſi reſtituta ſunt pio Caroli Magni ſtudio. Vnde ſepultus iacet in Vrſi tumulo,& cum eo *ad Baſilicam ſancti Seueri Viennæ 8. Calend. Aprilis* , vt loquitur Boſco [p]. Hæ quatuor poſitæ circunſtantiæ ſuffeciſſe videntur, ne Lieuræus [q] eum deſpiciat , ex eo quòd Ado Viennenſis ipſius non meminerit, quaſi habuerit in votis omnium penitus recordari. Sediſſe verò cenſetur tota reliqua ſeſsione Leonis cit. hoc eſt ad annum vſque 817. ob rationum quoque momenta in ſequuturo.Et non creditur cum Volferio in vnum miſcendus.

o fol. 49.
p 48.
q pa. 189.

52. S.Bernardus ſecundum Democharem,Villarium atque Chenutium,& Barnardus apud Boſcum Lieuræúmque, ſedit 36. annis , nimirum ab anno 817. initio Paſchalis Papæ 1. totóque tempore Eugenij 2. ſucceſſoris, qui ambo ad eum ſingulas inſerunt Epiſtolas; poſterior quidem ſcripſit non anno 4. Ludouici Pij Imperatoris, cadente in annum citat. Paſchalis ex Typographi Ioannis à Boſco errore [r], ſed meliùs anno 14. ſui Imperij , qui fuit quartus Eugenij & ſalutis 727. ex Genebrardi chronologia : niſi quis malit ſectari calculum à Lieuræo [t] refricatum *anno vndecimo Imperij cit.* qui eſto ſalutis annus 824. Deinde Archiantiſtes perrexit ſub Romanis aliis Pontificibus Valentino , Gregorio 4. Sergio 2. necnon vſque ad annum 7. Leonis Papæ 4. ad an. 13. Imperatoris Lotharij filij præfati Ludouici,qui fuit annus ſal. 853. duntaxat inchoatus [u].

r pa. 51.
t pa. 199.
u Sepultus 2. Cal Febr.

Non

Non autem legi, necdum apptobo abſque ſingulari reſte illos anonymorum ſermones, quos ſolus Chenutius dicit quendam dictum Baionatum tanquam Archiflaminem interpoſuiſſe præfatis Vulpherio atque Bernardo.

53. Aglimarus à cunctis * ſic nuncupatus, Viennæ conſtitutus eſt paulò ante obitum cedentis prædeceſſoris ˣ Bernardi, & ſubinde adiit Concilium Prouinciale Valentinum Gallicanum anno citato 853. ʸ ex poſteriori Conciliorum editione Colonienſi, vbi Antiſtes vocatur Egilmarus, quam tamen Synodum Annaliſta Baronius locat anno 855. Ad eum verò ſcripſit præmiſſus Lotharius, anno quidem incerto ᶻ, ſed lubentiùs anno quo ſuprà, vltimo ſui Imperij, regnante etiam in Oriente Michaële 3. & ſedit Præſul annis 9. ex ſequentibus circonſtantiis. Lotharij autem Epiſtola editionis à Boſco Prælatum nominat Agelmarum & Agilmarum, Baronius Egilmarum, atque in Lieuræanea Algimarum. Et hic eſt vltimus Archiepiſcoporum Vienneſium, qui ſit in Demochare.

* 6. Idus Ian. pa. 473. col 1. x ex Datis circumiectis. y Coloniæ To 3. edit. 1567. non 1551. z Boſ. pa. 52. Lieur 206.

54. S. Ado hiſtoriographus vniuerſalis Chronici, id ipſum perduxit vſque ad annum octingenteſimum ſeptuageſimum nonum ex vltima nota ſui textus, quaſi iam eſſet Archiepiſcopus Vienneſis ab anno octingenteſimo ſeptuageſimo quinto ᵃ, non vt loquitur Chenutius, ſed veriſimiliùs ab anno 865. quia interfuit Concilio Trecenſi anno octingenteſimo ſexageſimo ſeptimò. Baronius Numero 23. Niſi certè obſtet Succeſſor, qui hîc ponatur. Nec Chenutius emendabat in ſuis ampliſſimis erratis, ſi fuerit Typographi æquiuocum. Alij autem cenſent Adonis hiſtoriam attigiſſe annum 879. 888. quem ſtatuit Baronius, vel 900. ex Genebrardo. Eóque vltimò anno eſto, quòd finierit Antiſtes. Ergo ſediſſe videtur non 16. annis, vt cenſent Tabularij, ſed 35. annis, ſi modò hiſce Datis impedimentum minimè obiiciant diaria ſubſequentis Archiepiſcopi, quæ efficerent iſtum Adonem veriùs remittendum inferiùs poſt duos aut tres adſequentes Archiepiſcopos, tametſi Scriptores eundem ſine diligentiori examine hoc ordine præmittant, quo ipſum ad præſens finimus, donec lucidior annorum & ſeriei notitia occurrat. Cæterùm Nicolaüs primus Papa annis 866. vel 867. vltimo ſuæ Romanæ Sedis bis ad eum ſcripſit. Luceſcit in Martyrologio ᶜ. Vnde quando Baronius de ipſo fatur ſub annis 739. & 826. non loquitur præciſè de ſuo principio ac exitu, ſed largiùs de hiſtoricis ante eius æuum incidentibus, qualis huc inferre opus non eſt.

a Ind. ét. 8. b 17 Calend. Sept. ex Boſco 14 pa vel Ianuar. ex Lieuræo pa. 212. c 16 Decem.

55. Otrannus apud Boſcum & Lieuræum, tum Otranius in Chenutio, & Octrauius in Villario, & dictus Orannus præſens ſecundus in Concilio Nationali Gallicano Pontigonenſi ex hiſtoria Lugdunenſi anno 876. ᵈ Qua in re mirantur, quorſum reliqui Authores eum hac ſerie poſt Adonem conſtituunt, qui tacent aut ignorant Synodum præfatam. Nam certè annus præmiſſus directè occupat initium Sedis S. Adonis: & perinde illum antecedere debuiſſet in catalogo, occupareque primum ferè decennium Adonianum, etiam aliunde iam locupletiorem. Dictatores ei duntaxat octennium admittunt, at ſine milliario: quieſcens in pace 16. Calend. Octobris. Et nec dum ſtatui veterem eius ſeriem hac vice immutare. Moneo tamen de vero ipſius ordine. Sequendo autem priores annos duorum anteriorum Præſulum, Otrannus finem habuit anno 871. incipiens ab anno 856. ſuppoſita nimirum iſtius locatione ſubitò poſt Agliorum & Adonis à tergo dilationes, perſpecta ancipiti ipſius Sancti duratione. Alia de his in Lugdunenſibus citatis.

d nu. 59. §. 1.

56. Bernoinus ſecundum Boſcum, Villarium & Lieuræum, vel Bernoimus apud Chenutium, nequiuit ſediſſe anno 13. aut 14. velut affirmandum putant ſolo verbo tres cæteri dictatores ſine milliario ſeculari. Ratio eſt, quia Antiſtes obſtar, ne iſte Bernoinus incipiens ab anno citato 871. prætergredi haud potuerit vltra annum octingenteſimum ſeptuageſimum ſeptimum ad ſummum.

57. Vuolfeticus vidit Eccleſiam Vienneſem ſuo tempore obtinentem maximum priuilegium à Carolo Caluo Rege ac Imperatore, & multa ibidem Principem donaſſe cum priore ſua vxore Hermeugarda ᵉ, Præſule adſtante, & in Actis nominato, attamen orbatis ſpeciali Data temporis. Obiit tamen Carolus anno 878. Eſto tunc id bonum contulerit. Qua in re miſſos facimus ſpeculatores nimiùm, qui fortè aduerterent Hermengardem virum hunc duxiſſe anno octingenteſimo quadrageſimo quarto ᶠ, ea obeunte anno incerto, & Regem ſecundò Richildem deſponſaſſe ᵍ, donationem verò facientem, dum prior fœmina viueret. Nam pro obiectiunculæ ſolutione, donatio potuit differri ſeu executioni mandari ſub finem vitæ Imperatoris, vnà cum vltimo Caroli teſtamento.

e Boſc. pa. 55. Lieur. 214. f 14 Sept. g Till. in Optimat. p. 49.

Appendix de Adone.

Atque poſt hunc Vuolfericum cenſetur potuiſſe Ado rectiùs Sedem ſuam auſpicari ab anno citato octingenteſimo octuageſimo octauo extremo, vel ab 879. ad annum nongenteſimum, quo ſecundum quoſdam explicit ipſius chronologia. De qua nos ad Numerum quinquageſimum quartum. Adeò vt finierit Vuolpherius anno ſuo vnico allato. Proptereáque ex hoc velut fundamento, poſt Adonem ſupputatum imus ſucceſſorem quinquageſimum ſeptimum à præfato anno nongenteſimo, vel à ſequente 901. poſteris aliis ſic inde fluentibus.

58. Ragauftedus in Cathedram aſſumptus eſt anno nongenteſimo primo per octo annos, defunctus non 22. aut 23. Calendarum Maij, vt pingunt alij, quia illæ Calendæ habent duntaxat dies 18. Sed dicendum ergo fuerit 12. vel 13. Calend. hoc eſt, die decima nona vel vigeſima Aprilis.

59. Alexander Eccleſiam rexit annis 24. ſcilicet ab anno nongenteſimo octauo ad annum 932.[i] De quo Sergius 3. pſeudopontifex ſcripſit [k].

60. Sobo ſecundum Boſcum [l] & Lieuræum, itémque Sebo apud Villarium, & Salo ex Chenutio ſedit annis 21. menſibus 4.[m] ordinatus anno citato [n], atque ſepultus anno nongenteſimo quinquageſimo tertio [o].

61. S. Theobaldus in Lieuræo atque Villario, Theutbaldus in Boſco, & Theubaldus in Chenutio, releuauit anno 954. corpus S. Matthæi Apoſtoli delatum Salernam [p]. Vitâ orbatus anno 992. ex conſequentibus [q]. Elegantiſſimè conſtruxit Eccleſiam S. Mauritij Viennenſem, in marmore ſepultus. Et ſolus Lieuræus eum teſtatur miraculis clarum, ac in canonem Sanctorum redactum [r]. Verùm necdum conſpicuus eſt in Martyrologio. Surius aut eius commentator Moſander cenſetur allucinatus, aut eius Typographus, [s] conſtituendo virum multò tardiùs 30. Iunij.

i moriens 17. Kal. Ian.
k Boſco p. 57
l pa 62.
m dieb. 8.
n 932. 12. Cal. Ian.
o 4 Calend. Mart. Lieur. pa. 225. fine an.
p Lieur. pa. 229.
q 12. Cal. Ian.
s pa. 227.

62. Burchardus beatus ſpiritualem adminiſtrationem direxit annis 30. ex Chenutio, nimirum ab anno 993. ad annum 1023. vt minimùm. Quo æuo Rudolphus Rex Burgundionum, & tunc Prouinciæ ſimul Lugdunenſis atque Allobrogum, dona multa Viennenſi Eccleſiæ contulit [t] triplici Actu publico apud Tabularios [u]. De quo viro alia in Lugdunenſibus [x], & in Matiſconenſibus [z], cum hodiernis eius miraculis. Sed vereor, ne adhuc decennio præterea ſederit [y], ob longiores æquo adſequentium tractus.

t 4. Cal Iul. 1023. & 18. Cal. Octobr. 1023.
u Boſco p. 62. 64. Obiit 10. Cal. Sept.
x nu. 67. § 4. &c.
z ou. 55. 2.
y vſque 1033

63. Leodegarius, vulgò *Leger*, vel *Ligier*, ſedit annis circiter 26. hoc eſt, ab anno 1034. ad annum 1060. Ad quem ſcripſit Leo Papa, non ſextus, vt cenſent decepti Boſco [z] ac Lieuræus [a] incautè præuidentes, ſed nouus, ſedens Romæ ab an. 1049. per annos quinque [b], nam ſextus ſedit duntaxat minùs anno 929. Solus autem Villarius ſtatuit quidem ſimplici voce duos Leodegarios ſibi proximè ſuccedentes hîc Archiepiſcopos: ſed cùm nullos veterum teſtes adhibeat, eiuſmodi ſententiam in præſenti deſerimus. Et circa hos omnes allatos Antiſtites nullus circumſcribitur annus apud tres cæteros dictatores, vt neque pro ſucceſſoribus.

z pa. 68.
a pa 305.
b Genebr.

64. Armannus omittitur quidem protſus à Boſco & Lieuræo: ſed ritè aſſumitur à Villario, tametſi nomine tenus. Quippe ex antiquis MS. decoratur apertè titulo Archiepiſcopi Viennenſis, præſens ac ſecundus teſtis benedictioni Abbatis S. Rigaldi ſub Diœceſi Maticenſi, an. præcisè 1072. De quo nos iam multa in Lugdunenſib.[c] & Matiſconenſib.[d] eúmque hactenus minimè perſpexerant Tabularij. Vnde is recèns adiicitur Catalogo Allobrogum. Atque ex circumpoſitis diariis opinamur hunc ſediſſe ab anno 1061. ad an. 1080. aut circiter. Etiámque alioqui nimiam ſequenti durationem ſupra annos quadraginta tradere oporteret.

c nu. 53. § 3. Recogn. 7.
d nu. 4.

65. Vuarmundus honoratus eſt tribus Epiſtolis Gregorij Papæ ſeptimi, tum ad Clerum ſuum Viennenſem, tum ad Clerum Romanenſem Diœceſanum [e], atque ad ſe ipſum pro Abbatia ſancti Petri Viennenſis anno 7. ſummi ſui Pontificatus [f], hoc eſt ſalutis anno milleſimo octuageſimo octauo vel 1089. quibus litteris profitebatur gratam habere factam de ipſo viro electionem, quem probum nouerat. Sedit autem ab anno fortè 1081. aut circa, vſque ad annum probabilem 1094.

e volgò Romans.
f Boſco p. 68. 70. 72. Lieur. 305. 309.

66. Gũtardus ſub hoc nomine & ordine ab vnico Villario ſupponitur Propterea eſt is veriſimiliùs, cuius fortaſſis tacitè voluit meminiſſe Vrbanus Papa ſecũdus, pręfati Gregorij poſt Victorem 3. ſucceſſor, quando monuit regionis Epiſcopos, ne *vltra tres menſes Epiſcopo ſuo Eccleſia vacaret, & minus per annorum curricula, &c.* Hæc in ſua priore Epiſtola [g]. Et in poſteriore gratias agit Deo de electo, quem tamen haud nominat, at præcipit ablata interim de Epiſcopio reſtitui [h]. Chenutius verò arbitratur hunc electum fuiſſe Guidonem, qui adſequitur. Sed vix creditu facilè, quia diuturnior æquo eſſet eius adminiſtratio. Ergo immediatus ſucceſſor Vuarmundi lubentiùs fuit Gontardus ab anno 1095. ad 1104. aut propè.

g Boſco 74. Lieur 315.
h Boſco 75.

67. Guido

67. Guido 1. vulgò *Guy*, Guilelmi Magni Burgundiæ Comitis filius, Monachus Ordinis S. Benedicti, erat Archiepiſcopus ſaltem an. 1105. ex Lieurço [i] Epiſtolam accepit à Paſchali Papa 2. abſque Data, ſedente Romæ ab anno 1100. ad annum 1118. Qui Pontifex ſummus in Galliam veniens, & Concilium vniuerſale habens Viennæ anno 1112. Pallium Guidoni contulit, cúmque Legatum in Francia conſtituit an. 1119. [k] ibi ſuffragante ipſo Guidone ex Baronio Nu. 5. Sed viderur Ciaconius annotaſſe eundem priùs anno 1106; creatum ab ipſo Paſchali Presbyterum Cardinalem tit. S. Chryſogoni [l], ſcilicet Romæ. Ferúntque ipſum eſſe, qui inde Romano Pontificatui ſucceſſit poſt Paſchalem atque Gelaſium 2. dictus Calixtus 2. anno cit. 1119. aliis 1118. Et Romæ obiit an. 1125. Antea autem conſecrarat Oratorium Cluniaci, ex Bibliotheca loci, vbi nuncupatur *Vuido* [*].

i pa. 317. k Boſc. 76. Lieur. a pa. 317. ad 324. l pa. 365. * col. 564.

68. Petrus 1. à ſolis Villario atque Chenutio conſtitutus, ex Decano factus eſt Antiſtes, & putatur ſediſſe decennio ferè ab anno 1118. ad annum 1128. ex analogia in circum. Nonnulli hîc addunt S. Lambertum an. 1144.

69. Stephanus 1. aſſedit temporibus ſummorum Pontificum Honorij & Innocentij [m] ſecundorum, ab an. circiter 1129. ad annum 1144.

m Lieur. 335.

70. Humbertus 1. vidit Conradum Imperatorem ſcribentem ad cunctos ſuæ Allobrogum Prouinciæ ſimul Epiſcopos anno 1146. [n] Atque perrexit toto æuo Eugenij Papæ 3. ſiniuntis ad annum 1152.

n Boſco pag. 8. Lieur. 336.

71. Hugo antea Epiſcopus 39. Gratianopolitanus, huc inde migrabat an. 1153. quo Fredericus 1. Imperator Eccleſiæ ſuę Viennenſi [o], quam nominat, priuilegia contulit, ex Bibliotheca Floriacenſi & Quercetano [p] in Cluniacenſem. Fortaſſis vlteriùs peruenit vſque ad annum 1160. Intereà ex Annaliſta Baronio Fredericus cœpit imperitare duntaxat anno 1156. Ad eum verò ſcripſit Eugenius Papa 3. anno cit. ſuo extremo 1163. & ipſemet Hugo ad venerabilem Petrum Abbatem Cluniacenſem [q]. Atque de illo, déque reliquis ſequentibus vſque ad Carolum Numero 103. nihil omnino præter mera nomina in Chenotio & Villario.

o Boſc. 14. Lieur 341. p pag. 153. q Bibliot. Clun. col. 902. 903.

72. Stephanus 2. ex circumiectis Cathedram poſſedit annis 9. ni fallor, ſeu ab anno 1161. ad annum 1169. Aliud reſcriptum conſecutus à Frederico. Boſco pa. 87.

73. Guilelmus 1. ex Decano Epiſcopus per triennium ab anno 1170. ad an. 1172.

74. Robertus ab an. 1173. ad an. 1195. Vide in Lugdunenſibus Nu. 87. §. 2.

75. Aynardus conſecutus eſt Reſcriptum pro ſua Eccleſia ab Henrico 5. Imperatore ex Baronio, non à 6. vt ſentit Lieuræus [r], anno 1196. &c. [s] Atque ſuperuixit ferè ad annum 1219.

r pa. 314. s 5. Kal. Aug.

76. Hubertus antea profeſſus Carthuſianus ob pietatem promeruit, quòd Fredericus Imperator 2. ad eum fusè ſcripſerit aucta priuilegia [t] an. 1221. [u] Boſco eum nominat [x] Humbertum & Vmbertum, perindéque ſecundum; & Chenutius ſolo nomine Vbertum.

t Lieur. 354. 318. u pa. 91. x ao. 2. Imperij Galter.

77. Burno accepit confirmatrices alias litteras præfati Imperatoris, & hominij iura ei reſtituta à Guigone Delphino anno 1223. ratione Comitatus Viennenſis & de Albone. Sedebat adhuc tempore Gregorij Papæ 9. ingredientis ſupremam Cathedram an. 1227. [y]

ea Boſco an. 1214. pag. 93.

78. Ioannes 1. de Burnino ſedit ab an. 1228. ad 1266. [z] & quia è regio ſemine fuerat emerſus, ideo Imperator cit. priuilegia eidem roborauit [*]. Is anno 1231. benedixit Stephanum 2. Abbatem Cluniacenſem ex Lugdunenſibus Nu. 33. §. 5. Vbi etiam Burno cit. Nu. 77.

y Lieur. pa. 163. z Idem pag. 345. & 671. * Obiit 13. Cal. Maij.

79. Guido 2. de Aruernia direxit ſtatuta ſuæ Eccleſiæ anno 1268. atque deceſſit circa annum 1279.

80. Raymondus Franciſcus creditur ſediſſe ad minus quinquennio ſequenti, dum voce tenus ponitur à Villario & Chenutio, eum ſtatuente Lieuræo ab an. cir. 1279. ac morientem an. 1283. qui addit illo tempore Eccleſ. curámq; Epiſcop. à Capitulo adminiſtratam eſſe [b].

b pa. 382.

81. Guilelmus 2. de Valentia ſedit ab anno 1284. tum ſequenti diſtribuit prouentus Eccleſię ſuæ, qui fuerant communes: & anno 1296. fortè vltimo ſuæ vitæ, recêpit quædam hominia à Ioanne Comite Forenſi [c].

c Lieur pa. 383 &c.

82. Briandus de Lagniaco, vulgò *Lagnieu*, potuit ſediſſe ab anno 1297. ad annum circiter 1307. ex indiciis Lieuræi [d].

d pa. 778. corrupta.

83. Simon fortaſſis aſſedit duntaxat triennio ab an. 1308. &c.

84. Guilelmus 3. adſtitit præſens Concilio 15. œcumenico, ad an. 1311. quod Viennæ celebratum eſt, Præſule Papa Clemente 5.

85. Bertrandus de Capella excipiebat aliquod homagium anno 1328. ex Lieuræo. Itémque aliud an. 1343. quem virum arbitramur perrexiſſe in Sede vſque ad annum milleſimum trecenteſimum quadrageſimum nonum.

86. Petrus 2. cognomento *de Gratia* ſedit ab anno 1350. ad annum vſque 1364. e Lieur. pa.
87. Bernardus ab anno 1365. ad annum circiter 1385. reducens ſuum Clerum ad centum 391.
perſonas ob deperditos ciuili bello prouentus [e].
88. Humbertus 3. de Montecaluo, vulgò *de Montchenu*, reſidens ab anno 1386. ad aunum
1392. vel in circum. f Genebr. eo
89. Theobaldus 2. nobilis familiæ ac ſtirpis de Rubeomonte, vulgò *de Rougemont*, ab an. 1393. an.
adſtitit an. ſeqnenti in Concilio Pariſienſi aduerſus Benedictum 12. Antipapam, dictum
13. ſublatum de gradu, approbato cœtu per legitimum Benedictum 9 [f]. quem Lieuræus
malè dicit Benedictum VII. Poſtea autem factus eſt Archiepiſcopus 66. Biſuntinus in
Chifflerio an. 1399. Sed primùm omnium fuerat Epiſcopus 57. Matiſconenſis ab anno
1389. ad an. cit. 1393. quo Viennam tranſmigrauit. Attamen vili ſumus in illis Maticenſi-
bus illum vltrà producere ad annum vſque 1407. quo vitâ deceſſiſſet; ne vacuum foret,
dum ſucceſſorem Petrum 2. de Iuys inceperimus anno 1408. Aſt mox ſatius fuerit ibi
dixiſſe eundem Matiſconi finiundum præfato anno 1393. & Petrum Sedem auſpicatum
anno libentiùs 1394. cùm illic minimè interuenerit fixa ſeu prægnans hiſtoria, quæ nos
cogat eum longiùs trahere, aut dicere mortuum an. 1408. quem Chiffletius deinceps
narrat ſeriùs vitâ functum Veſontij anno 1419. Nondum enim tunc, quando Maticenſes
componebamus, hoſce reliquos Galliarum catalogos Epiſcopales reuoluere decreuera-
mus: vt neque ideo hæc ſeria examina præmeditabamur, qualiter iſtic præſtamus, & ſi-
mul omnia conferimus.
90. Ioannes 2. *de Nanto*, vulgò *de Nantes*, ſeu *de Nanton*, nobilis familia Burgundiæ, ſedit
ab anno 1400. vſque ad 1427. aut prope ſub Romanis Pontificibus, reliquo Bonifacio g Lieur. pa.
95. totis Innocentio 7. Gregor. 12. Alexandro, & Martino ferè 5. [g] 397. & 401.
91. Ioannes 3. *de Norry* ab anno 1428. ad annum 1439. aut circiter [h]. Fundauit duodecim h Lieur. pa.
obitus ſingulis menſium quindenis. 402.
92. Guilelmus 3. de Lauduno, vel de Landuno ex Villario & Chenutio, ſedit reliquo tem-
pore Eugenij 4. ſuccedentis Martino, hoc eſt, ab anno 1440. ad annum 1443. [i] Fundauit i pa. 405.
etiam vt ſuprà. K 16. Octob.
93. Gauffridus *Vaſſalls* inde præfuit conſecutiuè, & finiit anno 1446. [k] Lieur. 405.
94. Ioannes 4. de Pictauia, vulgò *de Poictiers*, ab anno 1447. ad an. 1452.
95. Antonius 1. de Poiſsiaco, vulgò *de Poyſieu*, ab anno 1453. ad an. 1473. [l] ſedentibus Romæ l Lieur. pag.
Calixto Papa 3. itémque Pio & Paulo ſecundis. 423.
96. Aſtorgius apud Lieuræum, vel Auſtrius Amaricus in Villario atque Chenutio, ſedit ab
anno 1474. vſque ad annum completum 1482 [m]. Sixto 4. Romæ ſedente poſt Pau- m pa 424.
lum cit.
97. Angelus Cato Beneuenta ab anno præfato [n] vſque ad an. 1505. [o] n 3. Octobr.
o 430. 443.
98. Antonius 2. de Claromonte ab anno 1506. quo ratificabat ſtatuta Eccleſiæ ſuæ ſub Iulio
Papa 2 [p]. vſque ad an. 1516. p 433.
q ſub Leone
99. Federicus de S. Seuerino ab an. 1517. ad an. 1523. [q] Papa 10. pa.
100. Alexander de S. Seuerino prædeceſſoris conſobrinus, ſedit ab an. 1524. ad ann. 1526. 442.
101. Petrus 3. Palmier, antea Canonicus Decanus Viennenſis, ſedit Archiepiſcopus ab ann.
1527. [r] ad annum 1553. [ſ] publicatis eius ſynodalibus Statutis, ſub Pontificibus Romanis r pa. 446. ſ pa. 465.
Clemente 7. Paulo 3. & initio Iulij tertij.
102. Carolus *de Marillac* Aruernus, frater Bertrandi Epiſcopi 70. Redonenſis Cathedram oc-
cupauit ab an. 1554. ad 1560.
103. Ioannes 5. *de la Breſſe* ab anno 1561. contuitus ciuilia Galliarum bella, Eccleſiáſque ſuas
hoſtilibus flammis conſumptas, pedem triſtis in preces retraxit ab Abbatia ſua de Fon- t Lieur. pa.
tenayo, dignitatem Viennenſem ſucceſſori reſignans an. 1566. [t] 479.
104. Veſpaſianus Gribaldi filius Cancellarij *de Biragne*, ante Clericatum legitimè vxorati,
& Abbas Athenatenſis Lugduni Archiepiſcopatum ſuſcepit an. 1567. reſtaurauit incen-
dia Epiſcopatus: ac reſignauit ſuccedenti anno 1575. ſecedens ad proprios lares Pede-
montanos in Prioratum ſuum Quierenſem vbi deceſsit. u 13. Decem.
105. Petrus 4. Villarius Gallis *de Villards*, an. 1518. [u] Regum à Conſiliis, clarus variis Lega-
tionibus, poſtea Mirapicenſis Antiſtes, tum Viennenſis, tutiùs ab anno 1568. ex præ-
libatis in Lieuræo circunſtantiis, quam ab an. 1561. vt ſentit Chenutius. Obdormiuit in x 14. Nou.
Chriſto ſub annum 1592. [x] natus an. 75.
106. Petrus 5. de Villarus, natus anno 1545. [y] ex fratre maiore natu ſupradicti nepos, pri- y 3. Martij.
mùm Epiſcopatui Mirapicenſi, deinde Viennenſi patruo ſucceſſit an. 1593. quē Theolo-
gum

gum Doctorem maximum amicè noui Pariſiis, Viennæ, Lugduni. Piiſſimè tandem[z] deceſſit anno 1603.[z] antea per annos circiter quatuordecim ſeſe demittens canonica erga fratrem natu minorem reſignatione beneuola. z 18 Iul.

107. Hieronymus Villarius frater cedentis, mihi ab ineunte ætate familiaris, pene condiſcipulus Lutetiæ, in eo Parlamento Conſiliarius, die feſto S. Hieronymi Doctoris conſecratus anno cit. 1601. elegãti poſthac oratione coram Rege Hẽrico IV. pro adſtanti Clero Gallicano clariſſimus, viuit mox ſexagenarius, dum riuos huic Operi claudimus an. 1626. & religioſiſſimè pergit ſuo fungi verè paſtorali officio. Malè ſcribit Chenutius in Additiunculis eum dici nepotem Petri 5.

SERIES CHRONOLOGICA EPISCOPORVM GRATIANOPOLITANORVM ALLOBROGVM.

Quæ ciuitas eſto habeatur prima Suffraganea Archiepiſcopatus Viennenſis.

1. DOMINVS ſic conſcribitur in corpore Conciliorum, tanquam præſens vndecimus Prouinciali Synodo Aquileienſi in Arianos anno 383. cui ſecundus interfuit S. Ambroſius Mediolanenſis. Apud Democharem[a] verò ex Concilij Iudice nominatur Domnonus, & à Chenutio Domnus, quaſi diminutium Domini, anachoreticæ vitæ profeſſoribus tribui ſolitum ob humilitatis myſterium, relinquendo nomen Domini Deo ſoli. Quando autem Gratianus Imperator citra Alpes venerat ad bellicam in Gallias expeditionem, & vrbem eam antea dictam Cularonam, quam inhabitarat, de ſuo nomine Gratianopolim nobilitarat, ſimul etiam Epiſcopalem illam effecit, qualis antea nondum fuerat, & per Romanum Pontificem Dominum ibidem conſtituit primum loci Epiſcopum. Quam veterem hiſtoriam nuper renouabat Claudius Balma Theologus & Paſtor animarum Gratianopoli in ſuo de illis Epiſcopis Catalogo[b]: & cuius Epiſcopi dies vltimus ignoratur. Eſto ſederit annos præterea ſeptendecim, vſque ad quadringenteſimum annum ſalutis. Sic enim probabiliſſimum eſt, pro baſi adſequentium Chronologiæ ſubiiciendorum. Cæterum Democharès totum hunc Catalogum prætermiſit.

a To. 2. c. 32.

b Libellus inſcribitur *Entrée du Sanctuaire, &c.* Gratian. an. 1624. à pag. 198. 199. &c.

2. Diogtinus in Chenutio, & Diogenius in Claudio Balme, vterque ſolo nomine abſque vllo Chronico, quale pariter apud eos deficit circa octo proximè conſequentes Antiſtites. Interim eſto Cathedram tenuerit annis viginti, & vitam terminarit anno 420. Quippe ita poſtulat ratio ſeu analogia cum inferioribus vſque ad Iſicium vndecimum Præſulem.
3. Amicus ex fundamentis allatis ſedit ab an. 421. ad 430.
4. Sebaſtianus præfuit ab an. 431. vſque ad ann. 450.
5. Vitalianus ab anno circiter 451. ad an. 470. vel vltrà.
6. Ciriacus vel Ciriatus (alicubi legitur Cyprianus) ad annum 480.
7. Vincentius miniſtrauit ab an. 481. ad an. 490.
8. *Victor.* Hoc ſolùm illi non lectitantes. Sed ego vlteriùs quæritando reperi eundem Epiſcopum ſuffragatum eſſe penultimum Concilio Burgundiano Epaunenſi, vbi nominatur *Victurius*: de quibus Patribus ſic adunatis plura diximus in noſtris Lugdunenſibus per[c] medios annos 492. & 517. Tum perrexit ad eum titulum verſus annum fortè 530.
9. *Vrſellus.* Id duntaxat ipſi. Sed vocatur Vrſulus in Concilio 3. Aurelianenſi ſub an. 537. vel 540. ibidem poſtremus.
10. *Siagrius.* Sic denuo tantùm iidem. Verùm adſtitit ille Prouinciali Concilio Lugdunenſi, quod equidem eſt bene primum ibidem in Conciliorum voluminibus, ſed nuncupatur quartum Tomo 1. noſtro de Lugdunenſibus[d] anno 570. vel 573. quo in cœtu is ſuffragatus eſt nonus.
11. Iſicius 1. ſic confusè pingitur à duobus ſuprà authoribus: à Chenutio quidem, vt pote quòd Præſul adſtiterit *Matiſconenſi Concilio temporibus Pelagij Papæ*, nimis vniuerſim dictum.

c Nu. 29. §. 2.

d Nu. 342.

& Clau

& Claudius Balmeus, quòd Antiſtes interfuerit vtrique Matiſconenſium ſub præfato ſemper Pelagio, abſque Data. At nos aliter veriſſimè, deindéque alibi etiã interfuit. In primo loco acceſſit ſub nomine Eſitij Concilio primo Maticenſi, anno 576. ex Conciliorum Elenchis, Pontificante Romæ S. Benedicto 1. ante S. Pelagium 2. Vel id Concilium 1. celebratum eſt anno 582. ex Baronio, etiámque tunc 1. Cabilonenſe, vbi aderatiitem agitabatur ſecundum Matiſconeum eo præſente apud omnes anno 588. quod totum vel vtraque Data poſterior concurrit Sedi eiuſdem Pelagij. Secundo loco Eſitius ipſe profectus eſt quartus ad Concilium 2. Lugdunenſe iuxta veteres, quod eſt quartum ſecundum [e] Nu. 55. §. 3.
nos in Lugdunenſibus [e] anno 585. aut 586. Atque id nequaquam ediderunt illi. Denique verò potuit facilè Antiſtes prætereà ſuperuixiſſe ad annum vſque 590. vt minimum.

12. S. Fergeolus, aliis Ferreolus, quem ſub priori etiam nomine Martyrem dicunt. Sic apud vtrumque ſcriptorem pura vocula: nec clarior, vt neque quindecim adſequentes, donec ad Hebonem peruenerimus, cui ſeculum imponuit. Centurias ergo iſtis ſexdecim connotabimus iuxta analogicas extremorum diariis præditorum rationes. Vnde Fergeolus ex æquo ſedit ab an. 591. ad an. 610.

13. Bozo vel Hoſis apud nonnullos ſedit ab an. 611. ad an. 630.

14. Iſicius 2. præerat ab an. 631. ad an. 648.

15. Clarus malè ponitur ſolo verbo à Chenutio atque Balmeo confeſtim ante Iſicium 1. & S. Fergeolum: cùm ſanè non abs re coacti ſumus ordinem ipſius huc vſque differre ac prolatare. Ratio eſt, quia idem Clarus interfuit decimus tertius in Prouinciali Concilio Cabilonenſi, non 1. quale volumina Conciliorum detegunt; at nos tertium eſſe dicimus ſupra Tom. 1. equidem celebre viſum inter annos 650. & 662. Atque probabiliùs inde adhuc perrexit vſque ad annum 670. Qui calculus eſt ſeries huiuſce loci poſt Iſicium ſecundum.

16. Auſtrobertus poſt Clarum fuliſſe putabatur inde vſque ad an. 690.

17. Reinoldus credebatur Antiſtes ex eo ad an. 710.

18. Ragomarus, ſeu aliis Raronicarius, ſolium tenuit vſque ad an. 730.

19. Auſtoricus rexit ab an. 731. ad 750.

20. Corbus hinc ſedit vſque ad an. 770.

21. Leopertus dies ſui muneris compleuit an. 790.

22. Ardentius in onere vale dixit mundo circa an. 820.

23. Odolardus adimpleuit tempora ſua an. 840.

24. Radoldus conſecutus eſt mercedem laborum ſuorum an. 860.

25. Supertus officij coronam recepit an. 880.

26. Ebroldus peruenit ad brauium tantæ curæ anno 610. Aliis Ebroaldus.

27. Adalulphus, ſeu aliis Addidſus; finiit anno circiter 930. &c.

28. Hebo affuit quartus Concilio 2. Valentinenſi Galliæ an. 855. ex Annalibus Baronij [f]. [f] To. 3. Conc. edit. Coloniæ 1567. non
vbi vocatur Ebbo & Obbo. an. 551. pa. 480 col. 2.

29. Barnerius Chenutio, Bernerius ſecundum Balmeum abſque ſeculo, itémque dictus Bernarius 14. Suffragator Concilij Pontigonenſis anno 876. ex noſtris Lugdunenſibus. [g] [g] Nu. 59. §. 3.
Tum eſto deſcenderit vſque ad annum 880.

30. Iſaacius cum ſeptem proximis Epiſcopis nullâ decoratur Chronologiâ, vt neque ſocij apud binos allatos Authores. Sed ex facillimis annexis coniecturis iſte ſedit ab anno forſan 881. ad annum 900.

31. Aleherius ab anno 901. ad 910.

32. Iſarius ab ann. 911. ad 920. aut circiter. Aliis Iſiacus.

33. Humbertus ab anno 921. ad ann. 926.

34. Malenus ſeu Malenſis annis 917. & 928. tempore Rodulphi Regis, ex Bibliotheca Cluniacenſi, colum. 412.

35. Ataldus ſeu Oſtaldus ab ann. 930. ad ann. 980.

36. Pontius 1. ſedit ab ann. 981. ad ann. 1030 aut circiter.

37. Pontius 2. ab anno 1031. ad an. 1080. excommunicatus à Gregorio Papa 7. anno 1076. Baronius Nu. 30.

38. S. Hugo 1. de Caſtro nouo cœpit ab an. 1080. ex Baronio, Nu. 78. vel an. 1084. celebris vir ingenti ſanctitate apud Martyrologium [h]. Romanũ. Obiit Carthuſianus an. 1131. vel ex Si- [h] 1. Aprilis.
giberto an. 1132. vel ex Baronio an. 1135. Nu. 6.

39. Hugo 2. & omnes adſequentes carent omni apud binos Authores Chronologia. Sed de iſto legimus, quòd pariter Ordinem Carthuſianum ab ineunte ætate profeſſus eſt: deinde is coadiutor S. Hugonis 1. ſucceſſit in præfectura an. 1132. De quo Franciſcus Hareus

poſt

poſt Sutium,ſic habet, *S. Hugo migrauit ad Dominum ſucceſſorem relinquens ſubſtitutum iam ſibi Carthuſienſem, ſicut diu multúmque deſiderarat* [i]. Quam Sedem Gratianopolitanam cùm adminiſtraſſet annis 21. factus eſt Archiepiſcopus 71. Viennenſis ſuprà an. 1153. [K]. i pa. 315. K Lieut. pag 343.

40. Otmatus ex circumpoſitis rexit Eccleſiam ab an. 1154. ad annum 1174. per annos 20. aut circiter.

41. Gaufredus æquali tempore ab an. 1175. ad annum circiter 1183.

42. Ioannes 1. iam ſedebat an. 1184. ex Actis Eccleſiæ Lugdunenſis Nu. 87. Nu. 2. Item ex Claudio Balmeo ſedebat anno ſaltem 1219. quia doctus Antiſtes ſcripſit in Camera Computorum Delphinatus eo anno vidiſſe Gratianopolitanum Iſaræ fluuij cataclismum, ciuitatem hominéſque inaudito nocturno naufragio inundantem. Eſto finierit an. 1230

43. Guilelmus 1. ſedit vſque ad annum fortè 1240.

44. Petrus 1. ad decennium, finiendo an. 1250.

45. Electus ſic vocatus, totidem annis aut circiter. Alij hîc ponunt Pequetardum.

46. Soffredus ab ann. 1261. ad an. 1270.

47. Petrus 2. ab an. 1271. ad an. 1280.

48. Falco ſedens ab an. 1281. ad an. 1290.

49. Guilelmus 2. de Caſſenatico vſque ad annnm circiter 1300.

50. Guilelmus 3. de Ruino exutus an. 1320.

51. Franciſcus 1. de Conziaco oportuit ſediſſe annis ad minus viginti, hoc eſt, ab anno cit. vſque ad annum 1340. ex circuniacentibus. Et tamen dum ambo Authores renunciant eum poſtea effectum Narbonenſem Archiflaminem, & deinde Cardinalem, Sedis Apoſtolicæ Camerarium; ego primùm in Narbonenſibus alium haud deprehendo ſecundum Chenutium, quàm Franciſcum *de Chaſtelnau*, ſeriùs paulò verſus annum 400. &c. ac ſecundò in toto illo ſeculo aut citra vltráque non video apud Ciaconium vllum talium appellationum extitiſſe Cardinalem.

52. Ioannes 2. de Cheiſſiaco otiundus ex nobili familia *de Chiſſey*, vel *de Marconſſe*, ſedebat pendenre anno 1343. Vir fuit magni nominis & Concilij: qui videns Principem regionis Humbertum Delphinum de Albone omni prole carentem, optantem vitam monaſticam, ac deliberantem cum ſuis trium Ordinum Statibus, cui potentiſſimo ſuum Principatum conferret: ſanè Deputati è Clero ſuffragia ſua deferebant ad Papam, Nobiles ad Regem Franciæ, & populáres ad Sabaudiæ Principem, ſeu Comitem. At conſtans & potens ſermone Ioannes Epiſcopus Principem inclinauit ad Franciæ Regem, Diplomaribus tranſlationis expeditis. Vnde Rex hunc Prælatum ac ſucceſſores conſtituit perennes Præſides Statuum Prouinciæ. De qua materia Balmeus ex Delphinatus Archiuis, & nos de Henrico totáque gente in Lugdunenſibus [l]. l Nu 122.

53. Aymo 1. de Cheyſſiaco abſque noto Sedis principio, ſicut & ignotum eſt rempus morientis deceſſoris: tamen iſte Aymo ſingulari pietate erga pauperes conſtruxit atque dotauit Hoſpitale in vrbe. Et Miſſas quàm plures quotannis inſtituit *de B. Virgine Maria.* Tum obiit an. præciſè 1408. ex Balmeo in Archiuis [m]. generat. 9. in arbore gentilitia. m pa. 213.

54. Rodolphus de Chiſiaco animam Deo reſtituit circa an. 1430.

55. Aymo 2. de Chiſiaco Palatium epiſcopale reſtituit, moriens ad annum 1470.

56. Sebondus vel Sybondus Allemandi de Chiliano: & alibi Sibodus: vitæ terminos nactus eſt ad annum 1500.

57. Laurentius 1. Allemandi finiit prope annum 1530.

58. Laurentius 2. cuius familia illuſtris apparet in collateralibus ac nepotibus Dynaſtis *d'Huriage, de Paſquiers, d'Haliere, & d'Anteſieux* [n], in Viennenſibus: curſum felix conſummauit anno circiter 1560. n pa. 213.

59. Franciſcus ſecundus ſancti Marcelli de Auançono ex illuſtriore familia Delphinatus, antea Decanus Carhedrális loci, Præpoſitus Regiæ & Collegialis Eccleſiæ S. Andreæ, Cuſtos Sigillorum Parlamenti Regionis, à tribus Ordinibus præſentatus in Epiſcopum anno milleſimo quingenteſimo ſexageſimo primo, & conſecratus, licèt Magnates competitores haberet: feruens erat erga pauperes ſibi ad menſam familiares, quibus tandem duodecim mille libras turonenſes contulit in augmentum prouentus Hoſpitalis: frater Ioannis de Auançono Ducis *de Chamſault.* Seditque annis 14. ab anno milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſecundo ad annum milleſimum quingenteſimum ſeptuageſimum quintum [o]. o Balmeus pag. 226. 228.

60. Franciſcus 3. cognomine Flealdus apud Chenutium, vel Flehardus apud Balmeum, Sedem occupabat ab an. 1576. ad an. 1600.

61. Ioannes 3. à Cruce antea eloquentiſsimus Præſes in Parlamento Gratianopolitano factus eſt Antiſtes ann. 1612. in Sacello Archiepiſcopali Viennenſi, Dominica 2. Aduentus, facundus in dicendo apud Henricum 4. Regem Auguſtum.

62. Alphonſus à Cruce Cathedram ingreſſus eſt ann. 1615. Lugduni apud Carmelitas p. Suſcepit in vrbem Religioſas mulieres Viſitationis B. Mariæ Virginis. Et cùm eſſet valde pius, receſſit in tutiorem portum piæ Societatis, ac reſignauit curam paſtoralem ſubſequenti.

63. Petrus Scarton in Græcis verſatus, eloquentiâ antea ſummæ Curiæ Pariſienſis Conſiliarius, filius Ioannis Scarronis triginta annis ibidem Conſiliarij, factus eſt Epiſcopus ab anno circiter 1617. ſimulque Præſes perennis Statuum ſeu trium Ordinum totius Delphinatus: & hodie ſacrum agolum geſtare pergit anno 1626. quem Deus Opt. Max. ſeruet incolumem.

p die 9. Nou. ex prædeceſſoris bene valentis remiſſo iure. In Lugdunenſibus Nu 22. § 2.

SERIES CHRONOLOGICA EPISCOPORVM VALENTINENSIVM GALLIARVM.

Quatenus ea Ciuitas reputatur ſecunda Sedes Suffraganea Archiepiſcopatus Viennenſis.

1. SANCTVS Felix martyrium pro Chriſto pertulit die 23. Aprilis ad annum 190. Valentiæ Allobrogum, quò is miſſus fuerat Lugduno à B. Irenæo Archipræſule Lugdunenſi, *ad prædicandum verbum Dei*; vt loquuntur textus Martyrologij Romani a. Sed quandiu ibi perſtiterit, non legitur. Quia verò ibi ipſe nominatur Presbyter: dubium eſſe poteſt, vtrùm eò miſſus ſit ordinatus Antiſtes, necne.

a Vſuardi & Baronij.

2. S. Fortunatus erat ibidem quoq; Martyr die præfato. Chenutius verò eum in ſuo Valentinenſi Catalogo reponit ſeorſum, atque diſtinctum à ſuperiore, tanquam verum Epiſcopum ſecundum loci, primive ſucceſſorem. At textus martyrologicus eundem vocat Diaconum, nihil præterea. Et ex mente Authorum b creditur cum ſequaci eodem anno paſſum eſſe. Quomodo igitur ſuccedet iſtic ordine ac tempore præfato Felici? Lectori ſino iudicium.

b Chenutij, &c.

3. Achilleus, ſic locatur ſeiunctim à Chenutio quaſi Epiſcopus: tametſi mittatur alter comes indiuiduus, Diaconúſve S. Felicis in Martyrologio, velut vnà rurſus Martyr effectus. Alioqui Fortunatus dicendus foret Martyr anno poſtea 204. aut circiter, & Achilleus ad annum fortè 235. Adhuc certè haudquaquam iſtic replebunt tempora vſque ad illum, qui proximè ſequutus conſtituitur apud Chenutium. Quinimò ſupererit vacuum tempus ac interſtitium trium omnino ſeculorum ſine medio, quod legatur replendum.

4. S. Apollinarius Confeſſor ſuffragium tulit ſecundus in Concilio Burgundiano Epaunenſi celebrato inter annos 509. & 527. Peius ergo Chenutius eundem virum reponit ſub anno 415. *quo ano Valentia capta fuit à Gothis*. Sic fatur vno ſeculo, priùs quàm veritas patiatur, à Baronio comprobata, idque ex Sigiberti Chronico, qui ſolùm tractat de bellico illo conatu, non de Sancto. Vide tandem quanta ſit diſtantia iſtius à tribus cæteris iam allatis. Et nihilominùs Tabularij eum numerant quartum, quos coactè imitari noſtrum eſt. Habétque locum Sanctus in Martyrologio Romano. c

5. Gallus verè immediatiùs poſt Apollinarem locandus eſt, tametſi Chenutius ignoranter & præpoſterè alios quatuor interſeruerit ſolis nominibus, de quibus mixtis nos paſsim infrà. Etenim iſte omnium quintus Valentinenſium Epiſcoporum ſuffragatus eſt vigeſimus octauus ſtatim poſt Gallum Aruernenſem Epiſcopum in quinto Prouinciali Concilio Aurelianenſi, aggregato ſub annis 549. vel 552. Proptereà iure huc ſitus Gallo debetur, de quo etiam in Lugdunenſib. Nu. 33. §. 1.

c 5. Octobr.

6. Maximus, ſeu Maximius ſanctitate ac virtutibus pollens, eſt quidem primus ex illis quatuor Epiſcopis, quos præmiſimus, vt nominatim poſtponantur d, vnde iam iſte ſextus Gallo ſubiicitur, donec plures. Et ratio eſt, quia idem Maximus affuit vltimus per miſſum Aſte-

d Num 5.

mium

inium Prouinciali Concilio Lugdunenſi, quale etſi dicatur primum in Tomis Conciliorum, tamen cernitur quartum Prouincialium ibidem numerandorum, vt liquet ſuprà in noſtris Lugdunenſibus e, agitatum ſub anno 570. vel 573. adeóque poſt Gallum citra dubium. e Nu. 34. §. 2.

7. Raynaldus ſic dictus proximè ſequens Gallum apud Chenutium, nuncupatus aliàs Raynatius, & Ragnoaldus in Tomis Conciliorum, præſens ſub vltima voce Concilius 1. Cabilonenſi ann. 1582. Item duobus Matiſconenſibus, annis 576. & 588. atque in quinto pro 2. Lugdunenſi, anno medio 585. De quibus nos plura ſuperiùs in Volumine f, Eſto ſuperuixerit vſque ad annum 616. Sic enim probabilius eſt ob adſequentia litiora. f in Lugdun. Nu. 35 §. 1. §. 4.

8. Emilianus ſecundus ex quatuor præfatis, ſeu proximè conſtitutus à Chenutio poſt Maximum, eſto ſederit annis 40. ſcilicet ab anno 617. ad annum vſque 656. Id certè veriſimilius.

9. Infildrus ſeorſum dictus Epiſc. Valentinenſ. in Concilio 3. Cabilonenſi.

10. Saluius 1. ſeu aliis Siluius, ſupponitur hac vice tot annis ſediſſe, quot anteceſſor, quem iſte ſequitur in Chenutio: nimirum præfuiſſe ab anno 657. ad annum 696. Qui (reor) eſt is aduerſus hæreticos doctiſſimus ſub hoc tempus à Baronio attolli ſolitus, tanquam Epiſcopus in Galliis. Sic vniuerſim loquitur Author, dum Præſulis eiuſmodi Sedem non noſſet ad annum (ait) ſexcenteſimum quinquageſimum Num. 24. Et adiicit Saluium Epiſcopum, fortè alium acceſſiſſe ad Concilium Rothomagénſe, annò tardiore 602. Num. 11.

11. Antonius ſequax ſuperiori apud Chenutium agolum tenuit annis 46. hoc eſt ab anno 697. ad annum 740.

12. Elephas, vel aliis Ebbephus Cathedram occupabat ab an. 741. ad an. 790. Et in Chenutio locatur è veſtigio poſt Raynaldum.

13. Vualdus ſeu Vuualdus Elephantem ſequutus ſedit vt minimum ab an. 791. vſque ad an. 820. Quæ duratio eſt 28. annorum. Ad cuius theſis in circum probationem, narrat ſaltem Chenutius ipſum Antiſtitem valdè familiarem extitiſſe Carolo Magno Imperatori, promouiſſéque ardorem religionis Chriſtianæ in principe; quem certè legimus Occidentem rexiſſe ab an. 801. ad an. 813. g g Baro. Till

14. Saluius, aliàs Siluius 2. ſedit fortè ab an. 821. ad annum 830.

15. Lambertus pariter ſedit per annos 10. ab an. 831. ad ann. 840. Et videntur hi duo eſſe, qui creſcente fidelium multitudine, Sacellum cum ſuo Altari ad honorem B. Cypriani cõſtruxerunt, quòd Eccleſia S. Stephani anguſtior eſſet.

16. Bonitus ſedit lubentiùs totidem annis quot deceſſor, videlicet ab an. 841. ad an. 850.

17. Rappetus ſeu Robertus ex Chenutio, quibuſdam verò Ropertus, plures annos poſſedit in Sede; ab anno 851. ad ann. 890. quâ pendente quadrupla duratione is Prioratum Caſiloſcenſem fundauit an. 876. de quo nos in Lugdunenſibus, rurſúſque Sacellum in honorem ſanctæ Crucis conſtrui iuſſit, vt ait Baronius, qui eum vocat Rabertum, & ſtatuit eius ætatè ſub an. 859. Nu. 31. velut ſubſcribentem Synodali Epiſtolæ ad Vuenilon. Archiep. Senonenſ. miſsæ. Cariloci

18. Ductrannus ſiue Daluaretius ſecundum Chenutium, vel alibi paſsim Drunanlus & Daluarinnius ſedit annos 30. vt minimum, videlicet ab an. 891. ad an. 921.

19. Eilardus ſeu Eclardus ab an. 922. ad an. 940. aut circiter.

20. Iſaac 1. illinc aſsedit vſque ad ann. veriùs 960.

21. Almericus ab an. 961. ad ann. 980.

22. Ado ex Chenutio, & alibi Acto ſedens ab an. 981. ad an. 990.

23. Brocardus ſeu Burchardus, inde vſque ad annum 1000.

24. Archimbertus ſiue Archambertus limitatus anno 1010.

25. Agimus circumſcriptus anno fortè 1020.

26. Robertus per duplum ſedendo, filum vitæ rupit anno 1040.

27. Iſaac ſecundus iterum duplicando, inde probabiliùs finem habuit 1062. quia eius tempore data eſt poteſtas Capitulo Eccleſiæ Cathedralis Epiſcopum eligendi, aliáſque dignitates & officia diſtribuendi: quæ facultates egregiè collatæ feruntur à Nicolao Papa 2. Allobrogo & aurea Canonico Valentinenſi, ſedente Romæ per tres annos ac ſemis, hoc eſt, ab an. 1059. ad an. 1062. optante veterem patriam hiſce muneribus cumulare.

28. Remegarius ſedit ab an. 1063. ad an. fortaſsis 1070. is corpora primorum loci Paſtorum Felicis, Fortunati, & Achillæi ab eorum tumulis ſumma cum veneratione in Eccleſiam

Cathedralem S. Stephani tranſtulit, atque repoſuit juxta corpus B. Apollinatis [h] honorificè repoſuit. [h] Supra 1.2.3.4.

29. Vdabertus ſedit ab ann. circiter 1071. ad ann. 1080.

30. Aimo ex Chenutio, & alibi paſsim legitur Aymo, pergens ad an. 1090.

31. Vuigo, ſeu Guigo, inde vſque ad annum 1150.

32. Lambertus finiit circa annum 1105.

33. Vabertus probabiliùs ſolum peruenit ad annum 1100.

34. Pontius clauſit oſtium potiùs an. 1115.

35. Gontardus terminos peregrinationi humanæ creditur impoſuiſſe anno 1120. Et habetur paſſim vt Diuus. At non claret in Martyrologio.

36. Euſtachius animam exhalauit an. 1125.

37. Ioannes 1. circa annum 1130. ſui obitus, Anniuerſarium quotannis honorificè celebrandum inſtituit.

38. Bernardus ſedit ab anno circiter 1131. ad an. 1145.

39. Odo ſolium tenuit annis pene quindecim, vt pote ab anno 1148. ad an 1160. Vnde is dominio temporali totius communitatis Valentiæ donatus eſt ab Imperatore Federico 1. an. 1154.

40. Lantelmus ab an. 1161. ad an. 1170.

41. Falco per an. 20. an. 1171. ad an. 1190.

42. Vmbertus de Mirabello, vir miræ probitatis, ab an. 1191. ad an. 1219.

43. Gerondus fuit primùm Abbas 19. Cluniacenſis per quadriennium, vbi vocatur Giroldus: deinde factus eſt Epiſcopus Valentinus ab anno 1220. Quo Præſule rapaces tyranni Eccleſiam Valentinam & Dienſem bonis omnibus ſpoliarunt. Perdurauit in Sede vſque ad annum duntaxat 1224. Hieroſolymam tranſlatus.

44. Guilelmus 1. de Sabaudia ſediſſe videtur ab anno 1224. aut 1225. Fuerat Legatus in Gallias Innocentij Papæ [i] 4. itémque Apoſtolici patrimonij liberalis adminiſtrator. Tandémque is ab hoſtibus Eccleſiæ interceptus veneno quaſi martyrio in vincula diem clauſit apud Aſſiſium. Chenutius quidem narrat corpus tunc tranſlatum fuiſſe ad Altam Combam anno 1227. Verùm Claudius Paradinus in Genealogicis affirmat [k] eum occubuiſſe anno 1239. Reliqua ſuæ Gentis & natalitiorum patent in Lugdunenſibus [l].

[i] ab ann. 1243. ad 1254. [k] Lugd. pag. 592. [l] Nu. 93. §. 2.

45. Philippus de Sabaudia præcedentis frater, natu minor, ſedit ac moratus eſt Valentiæ ab anno 1240. ad annum 1246. quo tranſlatus eſt [m] ad Archiepiſcopatum Lugdunenſem. Vel meliùs vnà cum Lugdunenſi, quem poſſedit vſque ad annum 1268. tenuit quoque Valentinenſem, & non deſtitit à perceptione fructuum illius ex vſu priſci huius temporis. Etiámque reuerà ſucceſſor ipſius vix priùs quàm anno citato 1268. ſedere potuit. De quibus terminis & genealogia plura eloquimur in vberiore Chronico Lugdunenſi [n].

[m] Nu. cit. [n] Nu. cit. §. 5.

46. Guido de Monte-lauro auſpicatus eſt Sedem ann. 1268. quam perduxit duntaxat vſque ad ann. 1276. propter adſequentia. Huius verò tempore Epiſcopatus Dienſis vnitus eſt cum ipſo Valētinenſi in generali Concilio 14. Lugdunenſi Præſide Gregorio Papa 10. ſub anno 1273. Quæ poſtmodum vnio abſolutè perfecta eſt anno 1275. in Aula Archiepiſcopali Viennenſi.

47. Amedeus de Roſſillione miræ probitatis Epiſcopus ſedit ab anno 1276. ad annum circiter 1285.

48. Ioannes 2. de Gebenna abhinc per annos 12. vſque ad an. 1297.

49. Guilelmus 1. de Roſſillione ab anno 1298. vſque ad an. 1310.

50. Aymarus de Vota, ſeu Aymericus de Volta, ex eo ad annum 1320. Aliis Aymerius.

51. Henricus *de Villards*, primùm fuit Vaurenſis Epiſcopus tempore Aymari præfati, vulgò *Lauaur*: deinde huc venit, ſedens Valentiæ ab an. 1321. ad 1330. Nec ille creditur eſſe, tametſi eiuſdem planè nominis, qui poſtea altior erectus, fuerit Archiepiſcopus 101. Lugdunenſis, Tomo 1. quia Lugduneus ibi ſedit annis 25. priùs, Attamen conſanguineus fortè. Potuit autem eſſe Henricus 2. de Villariis Lugduni Archiepiſcopus 107. ab anno 1343.

52. Petrus 1. de Caſtro Lucij, ſeu Caſtellionenſis, Doctor legum, & Monachus Cluniacenſis, creatus eſt Epiſcopus anno 1342. per biennium. Vnde is interiit an. 1344. [o] [o] 4. Non. Martij.

53. Ioannes 3. Ioſeurij ſeu Ioſſenacij & Iocenacus, poſtea Epiſcopus 62. Anicienſis ſeu Podienſis, Chenutio Auicienſis in Velano Prouinciola. Manſit autem Valentiæ ab anno 1345. ad annum 1358. vel 1360.

54. Ludo

54. Ludouicus 1. de Villaribus tardior eſt illo huiuſce nomenclaturæ, qui eſt Archipræſul 102. Lugdunenſis: nimirum ſedit iſte Valentinenſis ab anno circiter milleſimo trecenteſimo ſexageſimo primo, ad annum 1370. Et Lugduneus ſedit ab anno 1301. Cætera ibi Tomo 1.

55. Guilelmus ſecundus de Vota ab anno 1371. ad annum milleſimum trecenteſimum octuageſimum.

56. Amedeus ex Marchionibus de Salutiis, Clementis Papæ 7. nepos, ab illo ſummo Pontifice conditus in ſchiſmate Cardinalis Diaconus Auenione anno milleſimo trecenteſimo octuageſimo tertio, vel milleſimo trecenteſimo octuageſimo quinto, veluti iam liquet in noſtris Lugdunenſibus r. Perrexit autem vſque ad annum milleſimum quadringenteſimum, aut in circum. r Nu. 111, 9.6.

57. Ioannes 4. de Pictauia ædium Epiſcopalium reſtaurator ab anno 1401. vt plurimùm, ad annum 1420.

58. Ludouicus 2. de Pictauia ab anno milleſimo quadringenteſimo vigeſimo primo ad annum 1440.

59. Geraldus de Gruſſolio, adminiſtrator Abbatiæ ſancti Ruffi, ſedens hîc ab anno milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo primo ad annum 1460. Poſtea autem habitus eſt Patriarcha Antiochenus.

60. Iacobus de Laſternaio ſedit ab anno 1461. ad annum milleſimum quadringenteſimum octuageſimum. Aliis de Baſtarnario.

61. Antonius de Balſaco fundator Sacriſtiæ maioris Eccleſiæ agolum paſtorale geſtauit ab anno vt minimum 1486. ad an: 1490.

62. Ioannes 4. cognomine *d'Eſpinay* antea Senator Pariſienſis, frater vel patruus Andreæ Cardinalis & Archiepiſcopi 116. Lugdunenſis, & Iacobi Epiſcopi 63. Redonenſis, ſedit 1491. ad 1500.

63. Vrbanus de Miolano ſeu de Melanio rexit ab anno fortè milleſimo quingenteſimo hîc ab anno primo ad an. 1510.

64. Carolus primus de Turnone, vtrique conſanguineus ſynchroni Franciſci de Turnone Cardinalis & Archiepiſcopi 120. Lugdunenſis, in electione quidem valdè concurrens pro hac Sede Valentinenſi cum præfato Vrbano, ſed demum eius ſucceſſor ab annò circiter milleſimo quingenteſimo decimo ad annum milleſimum quingenteſimum vigeſimum.

65. Gaſpardus de Turnone pariter ſequax conſanguineus præfatorum ſedit ab anno milleſimo quingenteſimo vigeſimo primo, ad annum milleſimum quingenteſimum trigeſimum.

66. Ioannes quintus de Lotharingia Cardinalis ab anno 1581. dum Metis ſederet, antequam hîc eſſet Epiſcopus, quam Sedem is aſſequutus eſt ab anno circiter 1530. Deinde Archiepiſcopus 118. Lugdunenſis promulgabatur anno 1537. & poſtea factus Antiſtes Albienſis. Plura Tomo primo.

67. Franciſcus Guilelmus de Amboſia ſeu Ambaſia de Claro-monte Auxitanus. Eſto ſederit ab anno 1538 ad annum 1549. Deinde creatus eſt Epiſcopus Tuſculanus, necnon Legatus Aueuionenſis, &c. Hæc exactiora quàm ferat Chenutius, deprompta ſunt à Ciacono q. q pa. 1108. ſub Paulo Papa

68. Antonius de Vaſco ſeu Veſco præfati Franciſci nepos ex ſorore, antea Epiſcopus Caſtrenſis 17. vbi remanſiſſe putatur vſque ad annum milleſimum quingenteſimum quinquageſimum, quo Valentiam iure tranſlationis canonicè peruenit. Sed deceſſit è viuis anno ſequenti 1551. ſ ab an. 1534. ad 1546.

69. Iacobus de Turnone præfati Gaſpardi 64. nepos beneuolus, & ante præmiſſum Antonium Epiſcopus 16. Caſtrenſis, factus eſt poſtea hac ſerie Antiſtes Valentinenſis anno milleſimo quingenteſimo quinquageſimo primo. Ibique tandem obiit anno milleſimo quingenteſimo quinquageſimo tertio t. t die 15. Aug.

70. Ioannes ſextus Monlucius, vulgò *de Monluc*, ſedit ab anno milleſimo quingenteſimo quinquageſimo quarto. Interfuit anno milleſimo quingenteſimo ſexageſimo Poiſſiacenſi hæreticorum colloquio pro Catholicis. Deinde poſt multas pro chriſtianiſſimis Regibus Legationes, quibus ille doctus præclarè functus eſt f, tandem miſſus cùm eſſet Toloſam à Cathatina Medicea Regina matre, ibi in ſenio æger aſſumptus eſt anno 1579. f pro Henric. 2. & Carolo 9.

71. Carolus 2. cognomento *de Leberon* præfati Ioannis Monlucij ex ſorore nepos, ſedit ab

anno 1580. ad annum vſque incertum : probabiliùs verò aduixerit aut attigerit annum 1600. vel paulò vlteriùs.

72. Petrus Andreas *de Leberon* Caroli Nepos, qui Catalogum ſuorum prædeceſſorum ieiunè porrexerat,& cui plura multò adiecimus, ſedit ab anno ſaltem 1601. vel 1602. vſque ad annum 1625.

CATALOGVS EPISCOPORVM DIENSIVM, ANTEQVAM EPISCOPIS VALENTINENSIBVS vnirentur ſub Archiepiſcopatu Viennenſi.

PALLADIVS Epiſcopus Dienſis (ſic textus) ſedebat quadrageſimus octauus in Concilio Sardicenſi, anno trecenteſimo quadrageſimo ſexto, vel trecenteſimo quadrageſimo, ſeptimo ex Tomo primo Conciliorum. Ita veriſimiliùs quàm ferat interpres Concilij ex Indice, reducenti vrbem ad Dionem coloniam Macedoniæ Græcaniciæ, ſecundum Ptolomæum. Non enim vox textus cohæret. Et ſcholij Author extraneus haud nouit vrbes Galliarum.

2. S. Marcellus Epiſcopus Dienſis, celebris in Romano Martyrologio, die 9. Aprilis: equidem anno incerto : verum lubentiùs ſub annum quadringenteſimum, alioquin etiam vacuum : quem S. Gregorius ſequenti ſeculo vocabat Deenſem Antiſtitem *magnifica ſanctitatis, ad cuius Marcelli tumulum* (addit [a]) *lychnus accenſus diuturno ſpatio lucere ſolet, præſtitque ex eo oleo virtus Domini medicinam infirmis.* [a] de glor. Confeſſor. c. 70.

3. Veranus creditur eſſe Dienſis Epiſcopus, quem Baronius narrat ideo ab Archiepiſcopo Arelatenſi confirmatum pro ſuo tunc iure Primatus, ex præcepto Hilarij Papæ ſic mandantis fieri anno 464. vt patet in Annalibus Numero 4. Deinde conſecratus à ſuo D. Mamerto Viennenſi Archiepiſcopo, qui Viennenſis vocat eum ſibi Coëpiſcopum.

4. Seculatius vel Secularis dictus eſt Epiſcopus Dienſis ſeu Diennenſis decimus nonus in Concilio Epaunenſi Burgundiæ, ſub anno 492. vel 517. vſque ad annum 527. ex diuerſorum ſententiis.

5. Auentinus dictus Dienſis Epiſcopus, poſteáque Dignenſis ſub annum quingenteſimum ſeptimum. Cætera in illis Dignenſibus.

6. Aredius in Concilio tertio Pariſienſi anno quingenteſimo quinquageſimo octauo ex Conciliorum Indicibus, vel anno 559. ex Baronij Annalibus. A quibuſdam autem putatur confusè Epiſcopus Dignenſis.

7. Lucretius adſtitit certè anno quingenteſimo ſeptuageſimo in Prouinciali Synodo Lugdunenſi : non quidem in prima, vt cenſent volumina Conciliorum ; at veriùs in quarta, quatenus iam ſæpe dictum eſt. Præfuit deniquè in prima Bracarenſi circa ann. 563. Editus Venetiis, &c.

8. Eraclius ſic nominatur ad hanc Cathedram in ipſo textu Conciliorum, tanquam præſens Synodo Prouinciali 1. Matiſconenſi ad annum 576. Atque in margine vocitatur Stredius.

9. Ennico dictus Deenſis Epiſcopus in Concilio Pontigonenſi vigeſimus ſeptimus, anno 876. Ex noſtris Lugdunenſibus Num. 59. §. 3.

10. Paulus in Concilio 1. Cabilonenſi, anno quingenteſimo octuageſimo ſecundo, tum in 2. Maticenſi.

11. S. Yſmidus Confeſſor Epiſc. Dienſis circa annum 1000. & 1030. continetur in veteri Breuiario Diœceſeos, vbi habetur eccleſiaſticum eius Officium cum miraculo mortui ab ipſo ſuſcitati, ac nonnullis aliis, veluti narrat Inuentarium alphabeticum noſtrum de Sanctis [a], vbi cenſetur paulò ſubſequi Hugonem, quem mox è diametro vetiùs Yſmido ſucceſſiſſe contuemur. [a] To. 3. cit. art. 153.

12. Vdalricus dictus Epiſc. Dienſis, ad quem ſcripſit Petrus venerabilis, qui fuit Abbas Cluniacenſ. ab anno 1122. ad anno 1158. ex Bibliotheca Cluniaca, col. milleſima centeſima vigeſima.

13. Hugo excellens per Franciam Legatus Apoſtolicus, dum Diæ ſederet ab anno fortè 1060. tandem inde aſſumptus eſt ex meritis ad Lugdunenſem Primatiam anno 1080. in ſua ibi perſeuerans Legatione.

14. Stephanus piiſſimus Catthuſianus à quibuſdam ponitur Antiſtes Dienſis vita functus 7. Septembris, anno milleſimo ducenteſimo decimo tertio.

Poſthac autem illa Sedes vnita fuit Epiſcopatui præfato Valentinenſi.

CATALOGVS LICET ALIQVANTVM IMPERFECTVS

Epiſcoporum Geneuenſium; ad Lacum Lemanum Sabaudiæ, ſub Archiepiſcopatu Viennenſi.

Quam Sedem credimus tertiam Suffraganeam Viennenſibus ipſis Archipræſulibus.

1. MAXIMVS primus repertus ſub hoc Geneuenſi titulo, comparuit decimus tertius in Concilio Epaunenſi, anno 492. vel 427. De quibus Geneuenſibus nihil prorſus Ioannes Chenutius: at Demochares de nonnullis tantùm exordiens ab iſto. Liquet ſuo Tomo 2. fol 49.

2. Salonius dictus Epiſcopus Genauenſis in Prouinciali Concilio Lugdunenſi [a], non 1. vt cenſent aliqui, ſed quarto, an. 570. Alibi ſcribitur Gebanenſis, & vulgò frequentiùs Geneuenſis. Iſte autem vixit vno integro ſeculo poſt Salonium Primatem Lugdunenſem Tomo primo exaratum [b]. Non apud Demochar. [a] Nu. 22 § 3. [b] Num. eit.

3. Cariatho adſtitit Concilio 1. Cabilonenſi anno 582. De quo nos ad Tomum primum Numero 35. Itémque conuenit ſecundam Synodum Valentinenſem Galliæ & Matiſconenſem 2. anno quingenteſimo octuageſimo octauo. Breuiot in Demochare.

4. Ruſticus ſatis videtur indicari Geneuenſis Epiſcopus hac illuſtri hiſtoria per Annonium comprobata libro 3. de Geſtis Francorum Cap. 90. *Beatus Enchonius Pontifex Mauriannenſis* (inquit) *corpus S. Victoris Soliderí quondã vnà cum S. Vrſo paſſi inuenit reuelatione diuina eum admonente per viſum, dum noctu in ſua ciuitate quieſceret. Nam ſurgens quantocius, ad Eccleſiam quam Sedeleuba olim Burgundionum Regina in ſuburbio Genabenſi conſtruxit, ibat, & in medio Baſilicæ deſignabat locum, quo ſanctum corpus eſſet humatum. Cúmque Epiſcopus Genabenſem feſtinus adiiſſet vrbem, aſſumptis ſecum Ruſtico & Patritio Antiſtitibus* (vt pote Geneuenſi & Lauſanenſi viciniore ex probabilioribus) *triduano peracto ieiunio, nocte ſequenti lux cæleſtis apparuit eo loci, quo glorioſi Martyris membra quieſcebant. Tunc hi tres Domini Sacerdotes, eleuato quo tegebatur lapide, inuenerunt Sanctum in arca argentea iacentem: cuius facies ſeptempliciter, quàm cuiuſlibet viuentis hominis, diuino irradiata reſplendebat honore. Huic tam mirandæ egregij Martyris inuentioni interfuit Theodoricus Princeps, qui loco illi maximam partem facultatis Vuarnacharij contulit. Ad ſepulchrum denique B. Victoris potentia multa Chriſti exinde miraculorum ſigna oſtendit.* Hiſtoriam breuius reſtrinxit Sigibertus in Chronico ſub annum ſexcenteſimum octauum, quo eam repetit Baronius Numero 11. Vnde Princeps ad ſolennia præſens faciliùs concipitur Theodoricus Auſtraſiæ ac Burgundiæ Rex ex Tillij Chronico ſub tutela auiæ Brunichildis, quàm deſcendendum ad tardiorem Theodoricum 1. Franciæ Regem, inchoantem anno 680. Martyr Victor ac ſocius ex glorioſa Thebæorum legione iam paſſi fuerant illis in locis anno 288. ethnico imperante Maximiano. Non in Demochare.

5. Abelenus inſignitus Geneuenſis propinquior Epiſcopus in Galliis, quàm dicatur aliàs Genuenſis in remotiore Italia, cùm de eo tractetur apud Bedam in vita ſancti Columbani Galliæ Belgicæ Abbatis Tomo 3. ſub anno 616. ac circiter. De quo tempore nos Tomo 1. in Chagnoaldo Antiſtite 39. Lugdunenſi. Nec in Demochare eſt. Et Geneuenſis eſt alius nuncupatus tunc Appellinus. Dicimus ſuo loco.

6. *Papulus in Concilio Cabilonenſi.* Sic anguſtior Demochares Numero 3. ſed confusè. Agamus diſtinctè. Concilium eiuſmodi fuit tertium Cabilonenſe, geſtum anno 662. ex Numero noſtro 44. Lugdunenſi, vel certè 681. ex Numero 36. Viennenſi. Malè ibi à quibuſdam prædicatur Genuenſis Antiſtes, quia ita minimè aſſueſcunt Gallicanas Synodos conuenire. Ab iſto ad ſequentem deſunt Epiſcopi plus quàm trium ſeculorum.

7. Alcaldus Epiſcopus Geneuenſis, in Concilio Aquiſgranenſi duodecimus, anno octingenteſimo decimo ſexto. Ex Tomis Conciliorum, vel potiùs in Vuormatienſi, anno 836. ex Fauello in Senonenſibus pag. 39.

8. *Hugo ſub anno 1014. cum Burchardo Lugdunenſi curauit reparationem Monaſterij Agaunenſis in honorem ſanctorum Martyrum Thebæorum.* Hactenus Demochares Numero quarto:

quarto [a]. Sed nos plura in Lugdunenſibus.[b] Ibi liquet Rodulphum pium Burgundiæ Regem Abbatiam ſuis pecuniis extruxiſſe, præfatorum quidem monitu Prælatorum: ſed ille Hugo non eſt S. Hugo Antiſtes 38. Gratianop. qui ex Geneua eò demum tranſlatus fuerit, vt ferè cenſent nonnulli: quia S. Hugo Gratianopoli ſedit duntaxat ab ann. 1080. hoc eſt, annis ſexaginta ſex poſt præmiſſam Hugonis Geneuenſis hiſtoriam. Propterea tandiu vitam agere nequiuit.

a ex Munſtero li. 3. Coſmographiæ.

b nu. 67. §. 3. fin.

9. Arducus vel Arducius Gebenenſis Epiſcopus ſub anno 1165. in noſtris Lugdunenſibus Numero 84. §. 2. Inter hunc & deceſſorem Hugonem præteriit vnum ſeculum & ſemis, abſque medus vllis notis Epiſcopis.

10. *Ioannes primus de Milonis Gallus Epiſcopus Gebennenſis, Anticardinalis Presb. S. Vitalis, tit. Veſtinæ. Exceſſit ſub Benedicti 13. obedientia.* Hæc Ciaconius [c] ſub quinta Cardinalium creatione Clementis Papæ 7. Antipapæ, celebrata 3. Idus Iulij, anno ſal. 1385. & Pontificatus anno 8. tempore ſchiſmatis 21. omnium grauiſſimi. Non in Demochare. Cæterùm, hic & antecedens Arducus habent mutuæ communis diſtantiæ annos ducentos ſociis fratribus Epiſcopis vacuos, aut nobis hactenus ignotos.

c pa. 799.

11. Ioannes ſecundus præſens Concilio 16. vniuerſali Conſtantienſi, anno 1417. manifeſtus Seſſione 41. in Decreto de electoribus Romani Pontificis, &c.

12. Ioannes tertius, apud ipſum Democharem dictus cognomento *Brenſcope*, ſed veriùs agnomine *Brenſcoxa* ex Articulo 95. Pariſienſi. Vnde remeans factus eſt Epiſcopus Geneuenſis Lemanus Sabaudianus ab anno 1422. Adſtitit quidem antea præfatæ Synodo Conſtantienſi: verùm tunc adhuc præerat Lutetiæ. Ignorantur verò tempora exacta ſui deceſſus.

13. Ioannes quartus *de Chalan* ſubſcripſit Concilio 1. œcumenico Baſileenſi ann. 1432. Conſtat ex ſeſſione 5. §. *Item ne Iudices.* Item Seſſione 38. in decreto confirmationis nominatorum *Sacroſancta.* medio, & ſub calcem [d] hæc iterantur; *Franciſcus Abundantiæ Ordinis S. Auguſtini Gebennenſis Diœceſis, &c.* Leuiora multò Demóchares.

d §. Pro cuſtodib.

14. Ioannes quintus Ludouicus, filius Ludouici Ducis 2. Sabaudiæ, & frater minor natu Amedei ducis tertij [e], ſubſtitit in 19. generali Concilio Lateranenſi an. 1515. & 1517. ſub Leone Papa 10. Pauca Demochares.

e Claud Parad. in Genealogicis pa 614.

15. *Petrus de Bauma ex Comitibus Burgundiæ, Gebennenſis & Archiepiſcopus Biſuntinenſis, Presb. Cardinalis, Ioannis & Pauli, tit. Pammachij, &c.* Hæc Ciaconius [f] re geſta à Paulo Papa 3. qui in nona ſua Cardinalium creatione hunc Petrum præparat [g] anno 1539. Viſuntij reſidentem, quò vocatus canonica electione fuerat Archiantiſtes anno 1535. quando à Caluinitis Geneuenſibus quærebatur ad necem, ipſis tunc fidem Eccleſiæ Romanæ abiurantibus, velut ſchiſmaticis effectis, periuris, hæreticis, & rebellibus apoſtaticis, occupantibus poſſeſſiones Eccleſiarum. Vnde R. Petrus benè meritus non deſtitit retinere ſibi nomen ad titulum Epiſcopatus Geneuenſis abſque fructu aut commodo, donec tempora malo medendi opportuna concederentur, ſcilicet vſque ad annum milleſimum quingenteſimum quadrageſimum quintum, quò is deceſſit. Nihil de ipſo apud Democharem, vt neque de ſequenti.

f pa. 1113.

g 14. Cal Ian.

16. *Philibertus du Rys, Abbas ſancti Claudij, viuit adhuc, ſed ab hæreticis expulſus.* Ita demum loquitur Demochares, pro vltimo loco ſui Catalogi. Author verò in aliis ſuis Epiſcopalibus elenchis profert clariùs ſcripſiſſe ad annum vſque 1560. Opere ipſius edito Pariſiis biennio ſequenti. Ergo ſedit aut poſſedit titulum Philibertus ab anno circiter 1545. ad annum fortè 1570. Et interim probabiliori argumento enixus eſt in vrbe ad obeunda munia epiſcopalia reſidere: ex qua denuo à deprauatis per miniſtrum Ioannem Caluinum ciuibus (quem in Antimartyrologio ampliſſimè refutamus) pulſus omnino putetur, foráſque miſſus pro vltima vice, abſque vlla ſpe vlterioris reditus. Eſtque is, arbitror, quem ferunt exeundo remeaſſe & confugiſſe Annitium, vrbem Sabaudiæ Diœceſanæ, ad Ducem loci ſummo quidem iure pertinentis, ſed ad Nemorenſem Ducem ſpectantis in ſubalternum dominium & patrimonium, Principes orthodoxos pientiſſimos, & Eccleſiæ Romanæ addictiſſimos. Eò, inquam, in tutiorem ſalutem fugit, Cleto ciuitatis ac Religioſis Conuentibus cum Cruce & candidis veſtibus obuiam procedentibus, & eodem Antiſtite magnificè recepto ſuam ibi Sedem firmante, cuius ſucceſſores inde pergunt illic reſidere cum aſcitis Geneuenſibus Canonicis, diuina Officia Annitij præſtantibus, ac fruentibus ſolùm illis exiguis prouentibus Sedis vetuſtioris, qui circunſtant Annitium atque Ducum patriæ ditionem.

17. Iuſtinianus Italus, antea Ordinis S. Benedicti * anno 1580.

18. Claudius *de Garnier* ſeu *Granier* antea vir eruditus ac pientiſſimus & egregius Concio-

* Conuentus de Talloire.

nator

naror, effectus eſt Antiſtes Geneuenſis circa annum 1580. conſtitutus à ſummo Pontifice Præſes indulgentiarum plenariæ remiſſionis ad vrbem Diœceſanam Tononenſem Sabaudianam verſus lacum Lemanum ſub anno 1601. ad hæreticos reducendos, & euergumenos in ea regione frequentes, plerîſque doctis Religioſis ei ad hæc munia in præſidium uatis cum multo annorum fructu. Exciſus tandem è viuis circa annum 1603.

18. Beatus Franciſcus *de Sales*, nobilis compatriota Annicienſis, piiſſimus ac eruditiſſimus denuò Concionator per Diœceſim, Lugduni, Diuioni, Lutetiæ ac pleriſque alijs in locis: creatus fuerat Antiſtes Romæ ſub annum cit. 1603. vir præſtanti ingenio, virtute, ac editis toti Eccleſiæ vtilibus libris clariſſimus. Is tandem deceſſit Lugduni 27. Decembris, anno 1622. corpore Annitium deducto, & poſthac miraculis aliquot ditato, iiſque impreſſis ſubſpe futuræ canonizationis. Nos de ipſius vita in Alphabeto Sanctorum.

19. Ioannes Franciſcus *de Sales*, frater Germanus defuncti B. Franciſci, Cathedræ ſucceſſit ordiente anno 1623. Romæque bullatus. Et proſperè floret hoc anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo ſexto.

Quando hæ lineæ Prælo ſubdebantur Lugduni, peruenit ad noſtras aures, quòd amicus D. Claudius Robertus Lutetiæ receperit è Sabaudia integrum penè Catalogum Geneuenſium interuentu cuiuſdam Patris Societatis Ieſu. Cui perfamiliari nobiſcum Authori reliquam in his diligentiam ſinimus, & abſtinemus ab exactiori paulò indagine: quippe cùm is maiori otio fretus ſit, ac longiore halitu cætera conquiſiuerit, quàm nos exequi poſſimus temporum anguſtia oppreſſi. Vterque verò pacificè tendimus ad vnicum ſcopum pro Chriſti gloria ex ſingulari charitate, dum abſentes eodem anno in lucem edimus, abſque mutua velut impoſſibili communicata voluminum ratione ſub præſenti concurrentis duplicis Typographiæ ſtatu.

Appendix. Franciſcus dictus Epiſcopus Gebennenſis anno 1439. tunc factus Cardinalis tit. S. Marcelli à Felice 4. Antipapa, Amedeo de Sabaudia, ac reponendus ſuprà ad paginam 216. inter Ioannem 4. & 5. Seriùs paulò deprehenſus. [a] ex Ciacon. pa. 911. 913.

VIVARIENSIVM EPISCOPORVM breuis Catalogus.

Hæc Sedes eſto quarta ordine Suffraganea Archiepiſcopatus Viennenſis.

Dicitur Gallicè *Viuiers au pays de Viuarets.*

1. SANCTVS Andeolus Subdiaconus miſſus à S. Polycarpo Viuarium in Gallias ad prædicandum Dei verbum tanquam loci Apoſtolus ac primus Epiſcopus circa an. 160. vbi martyrio coronatus ex Martyrol. 1. Maij.

2. S. Oſtianus Presbyter & Confeſſor in territorio Viuarienſi, éxque coſequenti habitus ibidem tanquam populi inſtructor, Doctor ac Epiſcopus incerto quidem tempore apud Martyrologium 30. Iunij. Verùm probabiliùs deguit ibidem circa annum 250.

3. Sauinianus, vel aliàs Sauinus denunciatur Epiſc. Viuarienſ. in Concilio 1. Cabilonẽſ. digeſto ſub an. ſal. 582. ex Tomo noſtro 1. ad Nu. 35. Lugdunenſ. & latiùs apud Demochar. [a] Tum acceſſit 34. ad Synodum 2. Matiſconenſem, an. 588. ignota annua reuolutione ſui finis. De ſacro cuius vrbis catalogo, ne verbum quidem apud Democharem atque Chenutium. [a] To. 2. fol. 3.

4. Henricus dictus Viuarienſis Epiſcopus in Concilio Pontigonenſi ordine vigeſimus octauus, an. 876. Ex noſtris Lugdunenſibus Numero 59. §. 3.

5. Petrus quidam eximius ex noſtris Lugdunenſib. Tom. 1. Nu. 79. agnoſcitur fuiſſe Epiſc. Eccleſiæ Cathedralis Viuarienſis ab an. circiter 1115. ad an. vſque 1131. quo tẽpore is præcisè tranſlatus eſt ad Lugdunenſ. Archipræſulatũ pro ſuis meritis, vbi primus huiuſce nominis appellatur. Harum verò Sedium recordatur Petrus alter venerabilis Abbas Cluniacenſis [b] Præſulis ipſius amicus. [b] li. 4. ep. 2.

6. Ioannes origine Sabaudus, cognomine *de Embroniaco*, ſedit hîc Antiſtes ab anno 1384. ad annum 1410. quo tempore is ad Arelatenſem Archiepiſcoparum euolauit. Vbi de ipſo alia plura Numero 103. In ipſius autem gratiam hæc cætera narrat Ciaconius. *Ioannes de Broniaco Gallus, V. I. Doctor, Epiſcopus Viuarienſis, Anticard. Presb. tit. S. Anaſtaſia, S. R. E. Cancellarius, poſtea Epiſcopus Hoſtienſis, & Veliternus, magni animi & conſilij vir, ac vnitatis eccleſiaſtica ſtudioſus: qui Gregorij XII. & Benedicti XIII. tergiuerſationem in vnitate Eccle-*

ſia ſarcienda animaduertens, præcipuus auctor fuit, vt Cardinales Gallici Benedicto decimo tertio deſerto, Piſas ad generale Concilium accederent, in quo omnium ſuffragiis Alexander quintus creatus eſt. Interfuit Comitiis Ioannis XXIII. & Conſtantia in Generali Concilio. In quo cùm eſſet vtriuſque partis vetuſtiſſimus, & Diaconus magna illi Synodo præſedit, & Martinum V. cum aliis creauit, cui gratiſſimus fuit. Obiit Romæ menſe Februario anno 1426. ibidem ſepultus. Iſte autem Cardinalatus verè obtentus eſt anno 1386. in ſexta Cardinalium creatione, celebrata per Clementē 7. Antipapā a. Alia Nu. 103. Arelatenſi, vbi denuò præfuit. a Ciac. pa. 799.

7. Iacobus Maria Sala Bononienſis, Epiſcopus Viuarienſis in Concilio Tridentino ſub Iulio Papa 3. ſedente ab anno 1550. ad annum 1555. Doleo autem, quòd dum bis terve ſcripſerim, vt catalogum loci integrum reciperem, ne lectiunculis hiſce noſtris eſſem contentus, nihil tamen reſponſi exinde nobis obtigit.

MAVRIANENSIVM EPISCOPORVM
Catalogus imperfectus.

Rebuffus in Prouinciali hanc Sedem locat ſub Archiepiſcopatu Viennenſi, velut quintam: at vocales nonnulli ſub Tarentaſienſi in Sabaudia.

Aliàs Epiſcopus vocatur S. Ioannis de Maurienna: vulgò *S. Iean de Maurienne.*

1. ICONIVS ſub hoc nomine Epiſcopi Maurianenſis interfuit duodecimus Prouinciali Concilio 1. Matiſconenſi, anno 576. Itémque primo Cabilonenſi an. 582. Vide apud Demochareṁ Tomo 2. fol. 3. & in noſtro Tomo 1. Numero 35.
2. Beatus Euchonius Epiſc. Maurianenſ. Confeſſor, inuenit corpus Sanctorum Victoris ac Vrſi Martyrum anno 608, Baronius in Annalibus Num. 11. Amplior cuius hiſtoria extat Articulo 4. Catalogi Geneuenſis paulò ſuprà. Non in Martyrologio.
3. Eborius dictus Epiſcopus Maurian. in Concilio 3. Cabilonenſi anno 662. ex Num. 44. Lugdunenſi, vel anno 681, Num. 36. Viennenſi.
4. Delardus dictus Maurianenſis Epiſc. in noſtris Lugdunenſibus ſuprà Nu. 62: Tom. 1 ſub Ancherico ibi Primate, circa ann. 926.
5. Ioannes dictus Maurinenſis, laudatus à Paſchali Papa 2. die 2. Nonis Auguſti, an. 1107. Ex Bibliotheca Cluniacenſi col. 541.
6. Ioannes Bapt. dictus Epiſc. Maurian. in Concilio 19. Oecumenicò Lateranenſi an. 1511. ac duobus ſequentib. Nihil aliud ex noſtris Lectiunculis.
7. Carolus Bobba ſedens Mauriennæ ab anno 1620. viuit anno præſenti 1625. &c. Atque hìc finis eſt Archiepiſcopatus Viennenſis.

SISTE GRADVM, LECTOR.

PAgina 210. inchoante diximus ea pauca de R. Petro Scarrono vltimo Gratianopoli Epiſcopo, quæ tunc in ipſo Prælo addiſcere poteramus. Triduo autem ſequenti Literiâ accepimus hæc peculiaria & auguſta in viri gratiam, qualia ſequuntur acceleratâ vlteriùs typographiâ, attamen intra Viennenſem Prouinciam, equidem decentiùs quàm extra eandem poſt Arelatenſem Primatiam. En tenor & medulla recepti Epiſtolij. *Petrus Scarron conſecutus eſt Breue Apoſtolicum præfati Epiſcopatus* (cedente Alphonſo à Cruce) *vltima die Iunij anno 1620. præciſè: ſacramentum fidelitatis Regi Chriſtianiſſimo præſtitit pro temporalibus Dominico die Palmarum anno 1621. Inauguratus eſt in Æde ſacra Abbatiæ S. Victoris Pariſienſis, feria ſecunda Paſchæ ſequentis: & ſolenni valdè ingreſſu Gratianopolim adiit die poſtrema Auguſti anno eodem.* Qua in re aduertendum, quòd is benè meritus regio iuſſu miſſus iam fuerat priùs in eam vrbem, vt Præſes foret Comitus trium Ordinum totius Delphinatus, antequam fidelitatis hominio & Pontificia conſecratione delibutus eſſet, quod munus is executus eſt ſummo priuilegio, & extra iuris communis ordinem die 22. Ianuarij anno 1621. Ipſe frater Ioannis Scarron Conſiliarij ac Subdecani ſupremi Senatus Pariſienſis, etiā Conſiliarius, pergit ius plenarium retinere ſuffragij capitalis ad deliberandum, non modò in ſuo Pariſienſi, verùm etiam in cæteris totius Regni Parlamentis, necnon etiam ea ratione, qua Epiſcopus fit Gratianopoli, eſt verè Decanus excellentis Sabaudiæ Senatus Camberiaci pro toto Ducatu conſtitutus, quatenus vicinia Camberiacentium totáque vrbs intercipitur limitibus Gratianopolitanæ ſuæ Diœceſeos, inſcribitúrque Princeps Gratianopolitanus.

CATALOGVS CHRONOGRAPHICVS HISTORICVS ARchiepiſcoporum Arelatenſium Galliæ Ciſalpinæ Allobrogicæ.

Vrbs eſt Metropolis Prouinciæ ſecundæ Viennenſis. Ex multis depromptus Scriptorum Titulis, maximè ex Notis Petri Saxij iunioris, ſanctæ Arelatenſis Eccleſiæ Canonici, & ſacræ Theologiæ Doctoris, ad nos miſſis, ac deſtinatis eius MS.

PRÆLVDIVM.

Varia ciuitatis Arelatenſis nomina antiqua.

ARELATE ad oſtia Rhodani in Mediterraneo dicta eſt Sextanorum Colonia, eò quòd primùm in ipſam ſextæ Legionis milites deducerentur. Præterea *Theline* Græcis nuncupatur: item ex Auieno, Iulia; ex notitia Imperij, Cõſtantina: ex Decreto Honorij ac Theodoſij, *Vrbs Geneſij*: ex Fortunato, Gallula Roma: ex Auſonio Mamillaria: ex inſcriptione Coloniæ, quæ eſt in ædibus Heroïnæ, Vallenſis: & quam Hector Saxius auus præfati Petri in ruderibus inuentam dono cõceſſit. Denuò Ciuitas vocitatur Alba, ex antiquis Gallicæ hiſtoriæ Scriptoribus a, eáque bifida eſt, quòd vtrâque ripam illius ciues inhabitent, nobiliſſima Galliarum. In iſto autem delineando Catalogo, ſanè deſerimus ferè ſemper imperfectiſſimos & valdè confuſos Democharis atque tres Chenutij Catalogos longè diſtantes ab inuicem. Qui poſterior ſecundum ſuum hauſit ex Cæſare Noſtradamo obdormiente, homine quidem laico nobili comprouinciali, ſed ruri agente, nec luſtrante: & tertium mutuò accepit à Sanorono Claromontenſi: vtroque catalogo ſolis cõpacto nominibus minimè probantibus. Nos ergo tutiorem imitamur Saxium, virum ſacris addictum, ipſi loco hærentem, domeſticum ſtudioſiſſimum, ſcrinia Eccleſiæ Archiepiſcopalis valdè penetrantem & oculatum, qui meritò Noſtradamum haud rarò coarguit.

a Gillio Conſiliario.

1. S. Trophimus ex diſcipulis 72. b Chriſti vir, ciuis Epheſinus Aſianus, adductus in Gallias, & Arelati conſtitutus à S. Paulo Apoſt. vlteriùs in Gallias proficiſcente, fundamenta iecit Arelatenſis Eccleſ. ſeu fidei Chriſtianæ ibidẽ inſtituẽdæ ab an. ſal. 61. ex cuius prædicationis fonte omnes Galliæ ſalutaris doctrinæ riuulos acceperunt c. Is inter cætera potẽti verbo ſuſtulit horrendũ illud ſacrificium duorum infantiũ toto anno ſaginatorum, quos mactabant ad aram ſolemnẽ, vt ex illo innoxio ſanguine aſperſus populus gratioſior diis redderetur. Paſtor verò ille ſanctiſſimus obdormiuit quidem in Domino die 4. Cal. Ianuarij: ſed anno incerto apud alios. Verùm nos ritè opinamur eũ animam exhalaſſe an. ſal. 93. vel 94. ex conſequentibus, ne putetur Eccleſia vacaſſe: ſepultus in ædibus ſacris extra muros, quas ipſe Chriſto & Virgini deuouerat. Sic ritè Ado Viennẽſis illum Præſulẽ conſcribit ſub an. 59. At peius S. Gregorius Turon. d ſub tardiore Decio ethnico Imperatore *. Extat in Martyrol. Rom. e Et ſimplici verbo primus apud Democh. cuius loco peſſimè Chenutius S. Cæſariũ conſtituit, aut ſeriùs catalogũ ſuum ab eo inchoat: cùm tamen Cæſarius ſit infrà locandus Nu. 27. De S. Trophimo tandẽ alia expectabis in Rauennio Archiepiſcopo 25.

b c 10 v 4 Actuũ Apoſt. c 21 v. 29 & 1. Timot. 4. v. 20.
c ſic Zozi PP. de illo, ad 4. ſeculum.
d li. 1 de Geſt. Frãnc c. 30.
* an. 253.
e die eſt anno ætatis 60.

2. S. Dionyſius Areopag. à D. Clemẽte PP. 1. deſtinatus in Gallias, Arelatẽ primò appulit anno Chriſti incarnati 93. 94. vel 98. ſecũdùm diuerſos opinantes, & ibi ſaltẽ nouenniũ cenſetur reſediſſe, veri Epiſcopi officio perfunctus, velut legitimus Trophimi ſucceſſor, vſq; ad an. 102. Vbi verſo in terrã falſo Martis Tẽplo, Eccleſiam in loco ad honorem Sanctorum MM. Petri ac Pauli conſtrui enituit. Muneribúſque Pontificiis illic abſolutis, Meldas & Luteriam Pariſiorum viciſsim ſe contulit: dato Arelati ſucceſſore Regulo diſcipulo ſuo. Hic Dionyſius non eſt in Demochare pro Arelate.

3. S. Regulus diſcipulus S. Ioan. Euangeliſt. ſedit Arelati ab an. 102. ad an. 121. vſque. Quo tempore inter Miſſarum ſolennia diuinitus certior factus de Lutetiano B. Dionyſij martyrio, tunc in Celticam Galliam ex Allobrogica properauit, Syluanectenſem Eccleſiam adminiſtraturus, delecto ſibi Feliciſsimo ſucceſſore. Atque idem Regulus eſt in Demochare etiam pro Arelatenſibus.

4. Fœliciſſimus ſequax, eſto ſederit annos vndeuiginti, ab anno nimirũ 122. ad an. 140. Sic enim credibilius eſt, perductâ ad inferiores analogiâ: etſi de annorum tali amplitudine nõ detur certa ſciẽtia. Hunc Demochares vocat S. Fœlicẽ ſolo nomine: eſtq; idẽ quod Feliciſsimus.

5. Gratius, eſto quoque ſederit an. 20. hoc eſt ab an. 141. ad an. 154. vel 160. Ita decerni oportet. Monemus autẽ quòd iſte & ſex proximè adſequentes in nonnullis quidẽ MS. tardiùs exeruntur, ſcilicet poſt Conſtantinũ 20. Archiepiſcopum, & ante S. Herotium 21. nimirum ſolent educi inter vtrunque medij. Verùm hoc ritè fieri nequit: quia in illo tardiore loco non ſubeſt tempus mediterraneum, quo induci putentur illi ſex aut ſeptem; ne quidem vix vnus. At multum ſanè hic ſupereſt tempus vacuum, vt pote annorũ 120. quo hos mox opportunè & ſpatioſè inſeramus, eò quòd Martianus poſt tot viros ſequutus, & à nobis col-

locandus,ſecundùm omnes Scribas nullo diſſentiente cœpit,paſtorale agolum geſtare anno duntaxat 255. Igitur Decretum ordinis præſentis optimum fuerit.

6. Ambroſius iuxta allatos proportionum calculos ſedit ab anno 155. vel 160. vſque ad annum 180. aut prope.

7. Martinus ſeu Marinus primus rexit ab anno 181. ad annum 200. Et vocatur Sanctus Canone 18. Concilij 2. Arelatenſis. Cuius textus apparet Numero 13. Meldenſi, renouatus ibi poſt Numerum 19. ferè.

8. Ingenuus gregem moderatus eſt ab anno ducenteſimo primo ad annum 220.

8. Auguſtinus ab anno 221. ad annum 230. Sedem repleuit.

10. Hictonymus inde ad annum vſque 240. Horum verò ſex ordinem miſcet alio ritu Sauaro apud Chenurium.

11. Sauitius vel Sauinus gubernacula tenuit per annos quatuordecim, ab anno 241. ad ann. circiter 250. Nullus iſtorum ſeptem liquet apud Demochatem: nec Sauinus in Sauarono.

12. Martianus imponit finem ſuperiorum dubiorum: de quo nos ſuprà in Lugdunenſibus: quia fuerat hæreticus Nouatianus: aduerſus quem Epiſcopi Gallicani ad D. Cyprianum Affricanum, & Cyprianus ad S. Stephanum Papam 1. Martyrem egregium ſcripsêre g: cuius ſummi Pontificis erat Metropolitanum deponere. Quippe ipſi verebantur, ne reliquos Antiſtites in ſuam pertraheret ſententiam. Sede ergo depoſitus & expunctus eſt. Propterea merebatur ab hoc elencho excludi. Sed quia nomen titulúmque poſſedit, eum hîc reſtituimus, licèt inuiti. Præfuit autem Eccleſiæ Arelatenſi annis interea ſexaginta, ſi eum ſaltem proſequi voluerimus vſque ad ingreſſum ſucceſſoris: videlicet ab an. 251. ad an. 311. ne inania temporanea interualla ſubſideant. Iſque patet in Demochare. Et circa hæc loca Sauaro mixtim educit ignotos alioqui Hitaſium atque Iratium.

f au. 5.
g ſedit ſub an. 357. ad 364. Geneb. & Cypr. lib. 3. epiſt. 13.

13. S. Marinus creditur ſediſſe ab anno treceteſimo duodecimo ad annum fortè 323. Vnde is anno 313. datus eſt Iudex Cæciliano Epiſcopo Carthaginenſi accuſato, vnà cum Materno 3. Colonienſi & Rethicio 5. Auguſtodunenſi, Epiſcopis etiam Iudicibus, dimiſſuſque eſt Cæcilianus ad Melchiadem ſummum Pontificem Syluestri 1. prædeceſſorem h. Et hæc dimiſſio fuit cauſa celebrandi 1. Concilij Prouincialis Arelatenſis anno 314. Syluestro Pontificatum initiante, & Datâ ex Annaliſta Baronio ſumptâ. Cui Synodo nonnulli putant Marinum interfuiſſe i ex Adone Viennenſi in Chronico. Sed profectò textus Adonianus ſic paulò aliter loquitur K. *Eo tempore illud ſacratiſſimum Concilium apud Arelatem ſexcentorum l Epiſcoporum colligitur, Martino tunc Epiſcopo eiuſdem ciuitatis exiſtente.* Quæ phraſis præciſè non indicat Martinum ſeu Marinum ſepta Concilij intraſſe, at eum tunc floruiſſe vrbis Antiſtitem ſolitarium: quaſi Martinus ibi ſumatur pro Martiano hæretico ex æquiuoco vnius litteræ tantùm. Qui certè Martianus indignus fuerat adeſſe Concilio, in quo fortè denuò condemnatus fuerat, aut eius ſecta, ſi eo adhuc anno vixerit, cùm anceps ſit exactum diarium Chronici ipſius. Adaugetur verò id ferè dubium aliis duobus argumentis, ſed in variato ſenſu paulò, quibus tamen vnum è tribus ſaltem allatis Epiſcoporum nominibus ſeu perſonis Concilio interfuiſſe non abnuimus. Prior demonſtratio eſt, quia Indices Patrum Concilij m pro Mattino ad Concilium præſente ex textu, qui eſt ſucceſſor Epiſcopus 14. nominant in margine Maurinum vel Marinum Arelatenſem Archiepiſcopum, qui hîc eſt præſens Epiſcopus 13. Atque iſta fuit ratio ſatis opportuna, cur alij narrant n eundem Marinum adſtitiſſe Concilio 1. Arelatenſi, dummodo non incrueniat obſtaculum in ſequenti Epiſcopo oſtenſum. Poſterius autem argumentum eſt, quòd Baronius affirmat poſt veterem Optatum Mileuitanum, nomina ſcilicet Epiſcoporum Concilij huiuſce 1. Arelatenſium perperam attribui ſecundo Concilio ibidem etiam coacto ad annum ſalutis treceteſimum vigeſimum ſextum ſub eodem S. Syluestro adhuc ſedente Romæ. Nec hoc ſolùm. Verùm etiam teſtatur erroneum calculum ipſorum Patrum valdè mutilum ac mendoſum videri. Hæc duo membra aliis ſuperioribus aſſertis penè oppoſita & arguta, ſunt digna notatu, etiam pro ſucceſſoris hiſtoria clariùs mente concipienda. Et origo confuſionum duplicis præfati argumenti fluit partim èx antiquis autographis manu conſcriptis, ſeu ex copiſtis plerunque obdormientibus, antequam ars præclara typographica locum haberet o, adiectis ex parte frequentibus bellorum ciuilium in orbe Christiano tumultibus, quorum immanitate deperdita fuerunt terſa volumina, adeóque Typographi ea quæ poſthac repererunt, ſuperesſe collegerunt, quantùm ritè licuit. Denique hæc controuerſia fortè cauſa fuit, cur Demochares paucis dicit confuſè Marinum interfuiſſe duobus illis Arelatenſibus Conciliis, anno treceteſimo vigeſimo ſexto, à quo Antiſtite Author reſumit paulò ſuum Catalogum ſuprà uiſtáque ſæpe deſcriptum.

h in Concil. Laterano.
i Petrus Saxius.
K inter annū 306. & 357.
l vel 200. ex Auguſt. li. 3. c. 5 contra Parmen. & Baron. vel 77. Patrum ex Democh.
To. 2. fo. 87.
m editione Colonien. an. 1551. To. 1. pa. 294. &c.
n Baron. Annal. ſub an. cit. 314.
o Inuenta 1440. in vrbe Argentinenſ.

14. Mar

14. Martinus 2. certus quidem redditur ex præfato textu Concilij cuiuſcunque Arelatenſis inter duos primos ibidem Prouinciales cœtus collectos, & à Sauarone non reperitur. Quæ Synodus, ſi modò fuerit ſecunda eius loci celebrata anno 326. ſtatim poſt Concilium generale 1. Nicenum p. vt ferunt, profectò tunc, ſeu hoc ſenſu competet Martino hic ordo Epiſcopi 14. poſt Marinum, non aliter. Verùm certè, res ſecus ſe habet, ex mente Baronij, qui reducit Patres Concilij ad primum Arelatenſe, tametſi editiones vulgares Conciliorum eundem ex equiuoco iam priſco pingant ſub ſecundo. Eapropter præſens Martini Sedes vix tuta eſt, eò quòd paſſim confunditur & referri cenſetur ad eandem cum citato Marino perſonam epiſcopalem ex allegatis. Expectabimus fortiorem & æquiorem iudicem, ſi fortè in poſterum veniat. Interea ſub hac Martini ordinatione Saxius Arelat. collocat iſtud Synodi Decretum, cui viro obſequimur ad præſens, etſi Sanctio decretalis Marino veriùs debeatur, aut communis ea poſſit eſſe vtrique Præſuli: *Ad Epiſcopi Arelatenſis arbitrium* (inſit Canon) *Synodum congrègandam* putamus aut decernimus, *ad quam ex omnibus orbis partibus præcipuè Gallicanis ſub S. Martini* q *tempore legimus celebratum fuiſſe Concilium, ſi quis commonitus infirmitatis causâ defuerit, perſonam vice ſua dirigat.* En littera, quæ proculdubiò videtur compoſita poſt & diu extra id Concilium, eò quòd dicit, *ſub S. Martini tempore legimus, &c.* quaſi iam obiiſſet Martinus ſub æuo Synodi, & eam ipſe præceſſiſſet. Sedit ergo Martinus ab anno 324. ad annum fortaſſis 334. Cæterùm ex his cunctis apparet Sedem Archiepiſcopalem Arelatenſem magni quondam fuiſſe nominis inter cæteros Allobrogicos & Narbonenſis Galliæ Epiſcopatus, licèt titulum & inſignePrimatus tunc disertè conſecuta non ſit. Sed vide oppoſitum aduerſus eum, aut Marinum tunc à Viennenſibus Romæ obtentum in eorum Tabula ſuperiùs Numero 13.

p habitum an 325. ex Baron.

q Mautini vel Marini, Capitulo 18.

15. Nicaſius antea fuerat Epiſcopus Dignenſis ſub Archipræſulatu Ebredunenſi. Conſtat, quia ſuffragatus eſt eo nomine antepenultimus r in Oecumenico Niceno 1. Cōcilio, anno 325. Et poſtea hunc Archiepiſcopatum ingreſſus eſt circa annum 335. ibi continuus vſque ad annum fortè 343.

r ex regiſtro Democnar s. To. 2. fol. 25. At eò vſque non peruenit Index Concilior. To. 1. Coloniæ an. 1551 pa. 259. col. 2.

16. Valentinus ex Faſtis Eccleſiæ Arelatenſis expungitur quidem. Sed reſtituatur neceſſe eſt, quia inuiſit ſecundus Colonienſem ſeu Agripinenſem Synodum Prouincialem, anno ſanè percelebri 345. ex Genebrardi Chronologia, ſed apud alios paſſim ſub annis 346. ex Baronio, vel 348. vt loquitur Demochares, aut denique 350. ſ

ſ Sub Iulio S. Papa 1. ſeden. ab an. 341. ad 356.

17. Saturninus homo præpotens & factioſus itidem expunctus eſt quidem ex Faſtis Arelatenſibus; ſed probè reſtituitur à Saxio domeſtico: quatenus is Antiſtes Gallias premebat, Arianiſmo infamatus. Etenim Arelate Comitiis ſacris conuocatis, Vincentium Apoſtolicæ Sedis Legatum coëgit anno Chriſti 353. vt in orthodoxū D. Athanaſium ſubſcriberet, veluti Author loquitur. At dum Baronius docet id tunc geſtum, non tamen citat Concilium eo anno Arelate haberi: ſed profectò dicit Conſtantium Imperatorem per Fortunatum Aquileïæ & Herminum Theſſalonicæ Epiſcopos in id ſcelus concurriſſe. Et adiicit Concilium 2. Mediolanenſe id mali apertè ab Arianis enixum eſſe vniuerſim aduerſus eundem S. Athanaſium anno poſtea 355. t vbi nec etiam nominat Saturninum u. Ipſum autem nominat Saxius, vt pote quia inſuper Saturninus Synodum Biterrenſem propterea indixerat anno 356. in Gallia Narbonenſi, quem ideo is Author appellat virum tyrannicum Conſiliarium, ſceleratum coniuratorem Arianum, & violentum graſſatorem: qua factione prauus ipſe Antiſtes D. Hilarium Pictauienſem Epiſcopum exulem quoque & extorrem fieri voluit; idque geſtum ann. 361. ex Demochare. Non tamen proinde dignitas recentis Primatus Arelatenſis, ſi quæ recèns fuerit erga inferiores ſolos Allobrogos aut Narbonenſes, ablata cenſetur è Sede ob Saturnini facinora, vt arbitratur Rubiſius in hiſtoria Lugdunenſi x, quia alij nonnulli ſucceſſores Archiepiſcopi Arelatenſes illo iure vſi creduntur, ex renouata pridem ſummorum Pontificum authoritate circa Nu. 22. & 25. Vocatur Saturnius Nu. 33. Lugdunenſi, §. 3.

t de quo an. etiam Saxius.

u De quo ie iam ſermonem fecerat Baron. in 1. Conc. Mediolan. an. 310.

x in hiſt. Lugdun.

18. Creſcentius nulla cùm fultus ſit inter veteres chronologia, cenſetur agolum geſtaſſe poſt Saturninum ab anno fortè 367. ad annum 371. nec diutiùs, propter arctata ſequacium diaria.

19. S. Concordius, qui nondum clareſcit in Martyrologio Romano, exhibetur præſens Concilio Valentino Galliæ, celebri ac breui anno 374. vt fatur Baronius in Annalibus. Quem dum Barali Salernus aſſerit extitiſſe priùs Monachum Lerinenſem y, id vno verbo Saxius refutat, & nimis ieiunè. Peculiaris autem eiuſmodi ratio eſt, quia nondum tunc Inſula Lerinenſis culta fuerat. Quippe hanc piè cœpit incolere D. Honoratus primus loci

y parte 2. To. 149.

 Abbas,

Abbas, decedens an. 445. vno penè ſeculo poſterior quàm Concordius. Qui Antiſtes male rurſus putatur Eremita Ordinis S. Auguſtini Hipponenſis: cuius Regulæ eundem Concordium extitiſſe ferunt hodie Auguſtiniani Religioſi eremitici in ſuis Chartis extenſis Romæ editis, ac renouatis, Concordio pariter exiſtente in noſtro Inuentario Sanctorum [a]. Nam & vel D. ipſe Auguſtinus inſtitutor feriùs animam exhalauit anno 433. Sedit autem Concordius ex veriſimilibus ab anno 372. ad annum 380.

[a] To. 3. c. 52. art. 69. pag. 2101 & c 74. § 8. pa. 2548. col. 2.

20. Conſtantinus tollitur ſanè à Sauarono & ab elencho Baſilicæ Arelatenſis. Verū à Papirio Maſſono annotatur in Notitia Epiſcoporū Galliæ [a], tanquā præſens Concilio Aquileienſi [a] aggregato ſub annum 381. ex Baronio, vel 383. ex Genebrardo. Et cum inter Arelatenſes reponendum confirmat Saxius. Attamen non legitur in editis Catalogis Patrum Aquileienſium. Potuit autem vitam prorogare vſque ad annum 400.

[a] vt credit Saxius.

21. S. Heros ſic dictus à Saxio, vel Heras apud Democharem immediatiùs iuxta Marinum, itémque Herotius alibi, ſedebat Arelati ab anno circiter 401. ad annum 412. * diſcipulus S. Martini Turonenſis, tunc inſons Sede pulſus factione Conſtantij Magiſtri militum, intruſúſque Patroclus, Sed narrat Baronius id geſtum anno 417. Num. 26. Iſte non in Sauarone, ſed huius loco ponitur ab ipſo *Heruet* (ait) *& Artemis.*

* Baron. nu. 40.

22. Patroclus à Demochare conſtitutus baculum paſtorale anno Chriſti citato 417. veriùs quàm 412. ſuſcepit, ídque reliquit anno 426. à Tribuno quodam interemptus iuſſu Fœlicis Magiſtri Militum in Galliis. Baronius Numero 26. Hic à S. Zozimo Pontifice Romano ius in Viennenſem, Narbonenſem primam [b], & ſecundam [c] obtinuit [d], non nouo, ſed antiquo Arelatenſium Archiepiſcoporum iure. Ita ſaltem Canonicus Saxius præſens loco, ſed minimè textus Papales extulit. Eiúſque etiam Patrocli ætate (addit Author MS.) Honorius ac Theodoſius ſenior coætanei Occidentis Imperatores ad Agricolam Galliarum Præfectum reſcripſerunt de agendo ex conſtitutione ſingulis annis Arelate ſeptem Prouinciarum Conuentu. Alia Numero cit. Lugdunenſi.

[b] Eſt Narbonā Archiepiſcopatus cum ſuis 9. Suffraganeis.
[c] Eſt Aquenſis Archiep. cum ſuis 5. Suffragan.
[d] Zoz. ano. 417. ex Baro. vel 421. ex Genebrardo.

Appendix. Euladius, à quibuſdam hîc ferè recenſitis dimittitur à nobis, donec plura fortè occurrant.

23. S. Honoratus altiùs quàm par ſit à Demochare collocatus, dictus eſt eremiticarum Inſularum Pater, quòd Lerinam in mari Mediterraneo fundaſſet, quando is datus eſt in Sede Arelatenſi ſucceſſor anno Chriſti quadringenteſimo vigeſimo ſexto. De quo nos plura Tomo primo in Lugdunenſibus [e]. Saxius monet, quòd is biennio duntaxat ſederit, velut docet Hilarij vitā, ad quem reſcripſit ſanctus Cæleſtinus Papa. Sed alij cenſent in Alphabeto Sanctorum eum obiiſſe anno 445. At veriùs anno quadringenteſimo quadrageſimo inchoante.

[e] nu 21 §. 4. nu 22. 4.

24. S. Hilarius D. Honorati diſcipulus, paupertate nobilior, quàm diuitiis, orbi cognitus propter ſanctitatem & inſenſum Beati Leonis Papæ I. animum, qui de eo ſcribit [f], necnon ob querelas inter Viennenſem & Arelatenſem Eccleſias. Ignoratur quidem annus primus ſui ad ſolium ſacrum ingreſſus ſecundum quoſdam. At cenſeo quòd is Sedem auſpicatus eſt ab an. ſaltem medio 440. quia tunc præfuit confeſtim Prouinciali Concilio Rhegienſi ſub Ebredunenſi Archiepiſcopatu *. Tum anno vt minimùm 441. præerat quoque anteriori Arauſicanæ Synodo pluribus multò agitatæ in citatis Lugdunenſibus [g]. Ex mente tamen Saxij debuerat Sedem auſpicari anno 429. Is tanto viſus eſt ingenij acumine præditus, vt Liuius quidam Poëta illius ætatis ſcripſerit: *Si Auguſtinus poſt Hilarium fuiſſet, inferior iudicaretur*: cuius tamen diſcipulus fuit idem Auguſtinus, illiúſque Volumina acerrimè cum Proſpero in Galliis contra hæreticos defendit. Is tandem obiit in vita miraculis clarus anno 449. Baronius nu. 61. Cuius cineres à populo Arelatenſi in Eccleſia S. Crucis præcipuo honori habentur [h].

[f] epiſt. 87.
* Baron. pro Data cœter.
[g] ſolo nu 21. § 2 & 3 ac nu 33. § 1.
[h] eſt in Martyrol. Rom. 5. Maij.

25. Rauennius inauguratus eſt anno 449. iuxta Baronium Nu. 60. vel anno 450. ex Saxio. Et confeſtim ad præfatum Leonem Cæleſtini ſucceſſorem [i] miſit Epiſtolam de ſua in Archiepiſcopum electione, ad quem Pontifex ſcripſit contra Eutychetem de Verbi Incarnatione, vt id per illum aliis Coepiſcopis innoteſceret. Comprouinciales verò eiuſdem æui de abrogantibus Arelatenſis Eccleſiæ iuribus conqueſti apud ipſum Leonem, hoc elogio vſi ſunt: *Credentes*, ſcilicet, *vt ſicut per beatiſſimum Petrum Apoſtolorum Principem ſacroſancta Romana Eccleſia teneret ſupra omnes totius mundi Eccleſias principatum, ita etiam intra Gallias Arelatenſis Eccleſia, quæ S. Trophimum ab Apoſtolis miſſum Sacerdotem habere meruiſſet, ordinandi Pontificium vendicaret.* Qui ſimul hoc à S. Leone reſponſum habuêre, *Tharentaſiam, Genuam & Gratianopolim Viennenſis Eccleſiæ iuris eſſe, reliquas verò eiuſdem Prouinciæ ciuitates ad Rauennium pertinere.* Sic loquitur Saxius ex Archiuis Baſilicæ

[i] medio S. Sixto 3.

ſilicæ Arelatenſis. Vnde proculdubiò tacitè inferendum cenſetur ſublatam eſſe Viennenſis Archiepiſcopatus Primatiam. Subitam verò Sedem abſoluit Rauennius anno lubentiùs 452. quàm anno 460. vt cenſent pauci. Etenim cedendum eſt loco in gratiam ſucceſſorum duorum confeſtim apponendorum.

26. S. Eonius ſeu Erinus ſedit duntaxat ſub finem anni cit. 452. & ad initium ſequentis 453.* quia premunt diarij calculi ſucceſſoris conſanguinei, quamquam vnicus dictator eum multò tardiùs aſſignandum putet k. Iſque iacet in Templo S. Honorati extra vrbis muros. De quibus Guilelmus Gazetius inter Sanctos l. Tametſi nondum ſplendeſcat in Martyrologio. Atque exploditur à Baronio eius Sedes ſub an. 494. Numero 26. quia ſucceſſori competit.

* Bar. 8. n. 42. k ab an. 481. ad 504. l To. 2. in S. Cæſario. pa. 292.

27. S. Cæſarius affinis atque ſucceſſor Eonij, dum inter ſepulchra latitaret, ad Epiſcopatum raptus eſt anno ſalutis 453. quo iam tunc præfuit tertio nationali Concilio Arelatenſi. Deinde anno 463. rexit Concilium poſterius Arauſicanum, item ſolitarium Carpentoratenſe, & alterum Vaſenſe. Tum anno 506. præſedit Concilio Agathenſi m: cunctis annuis ſupputationibus ex Baronio ſumptis, multò tutiùs: licèt tria media collocentur anno 444. in Venetenſibus Voluminum Conciliorum editionibus ac Indicibus. De quibus nos plura in Lugdunenſibus Numero 30. Fortaſſis ad eum Epiſtolas reſcripſit Hilarius Papa anno 461. arguens ipſum de negligentia in his, quæ ad Monarchiam ſuam pertinent, & de Hermete, qui ſe in Eccleſiam Narbonenſem intruſerat inſcio ipſomet probo pióque Cæſario, qui propterea Mamertum Viennenſem Archiepiſcopum compeſcuit, conſecrantem Epiſcopum Dienſem, quia id vnctionum ius Arelatenſi debebatur. Attamen nonnulli extra chronologiam ſibi perſuadent litteras eiuſmodi directas fuiſſe ad Leontium Archipræſulem, certè infrà demiſſum. Ad eundem inſuper Cæſarium quędam Epiſtolia exarauit S. Felix Papa tertius, ſancti Hilarij per medium S. Simplicium ſucceſſor, quia Cæſarius erat Felici contemporaneus, quantumuis pauci eas exiſtiment Eonio miſſas. Sed verè idem Cæſarius inuiſit S. Symmachum Romæ ſedentem poſt Felicem & alios duos, à quo ſuſcepit Pallium vſúmque Dalmaticarum pro Clero Arelatenſi, & ad propria rediit, vbi pro Chriſto paſſus eſt bis exilium ad Alaricum Viſegothicum & Theodoricum Oſtrogothicum; qui nihilominus fertur dotatus ampliſſimis tandē muneribus ab ipſis Principibus. Ad extremum, poſtquam idem Sanctus celeberrimi Virginum Monaſterij fundamenta iecit, diem clauſit extremum anno quidem 500. ex promptiore Gazetio, at meliùs anno 508. n vel 514.* ſecundum Annales Baronij, qui ſaltem eò vſque, nec vix vlteriùs hiſtoriam ipſius perduxit. Verùm Saxius, qui nos præmiſſis ferè communiuit diſcurſibus, indebitè & ſeriùs hac in parte narrat Præſulem cœpiſſe anno 505. necnon animam fudiſſe anno 544. cùm longiùs Eonum prolatarit, ac Leontium præmiſerit, mox infrà neceſſariò poſtponendum. Sed & peior Tritemius eundem finiiſſe putat anno 700. o ideò à cenſore Baronio reprehenſus p. Nos demum tenentes exitum ipſius ſub anno 514. inde poſthac ſucceſſores proſequimur. Atque idem Cæſarius omnino Sanctus, eſt primus à quo Chenutius ſuum de Arelatenſibus Epiſcopis catalogum inchoauit, Noſtradamum typicum claudicantem ſequutus. Et miramur, quorſum Baronius eum reponat integro ſeculo, imò tribus omnino poſteriùs, Tomo ſuo ſeptimo a.

m ex Bar. at ex Genebr. an. 515.

n 27 Auguſt. * Nu. 4. ad quem tunc ſcripſit Symmachus Papa. o de vir. illuſtrib. p eo die in Martyrologio. a an. 534. Nu. 47. 49 & an. 54. Nu. 22. ac an. 71. Nu. 32.

28. Leontius ſediſſe debuit ſynceriùs ab anno ſaltem 515. per annos tredecim, vſque ad annum vltimatè 528. Tametſi vnus hìc anonymus ponat altiùs æquo àlios totidem annos q. De quo nos alia obiter in deceſſore. Huius prætere a ætate Romanorum Imperium defecit in Phocenſi Prouincia. Siquidem deuoluta eſt ad Euricum Viſigothicum Arelate. Ita Saxius, ex præfatis Eccleſiæ Gazophylaciis. Silet Cheuutius.

q ab an. 461. ad an. 480.

29. Ioannes 1. hoc ſolo nomine ab eodem Saxio, Chenutióque conſtituitur. At is ob multam inter extrema antè & retrò diſtantiam, non ægrè ſedit annis decem, nimirum ab anno quingenteſimo vigeſimo nono ad annum quingenteſimum trigeſimum nonum.

30. Euſebius de nouo à nobis adiicitur in Arelatenſi Tabula, cunctis reticentibus, quos hactenus recenſui, Authoribus. Sedit verò ab anno 540. ad 545. ingredientem vt minimùm. Clariſsimè autem apparet hæc ipſius Sedes apud Vaſeum dicentem r, quòd Euſebius Arelatenſis Epiſcopus ſepelierit S. Laurianum Archipræſulem Hiſpanum Martyrem apud Hiſpalam anno præciſè 544. ſ Quæ denuò hiſtoria comprobatur in Eccleſia per Petrum Ribadeneram Societatis Ieſu Flores Sanctorum Hiſpanico primùm idiomate ſcribentem, & deinceps ab aliis Gallico tranſmiſſum. In ſingulis cuius editiunculis iteratur hoc pium Euſebij Arelatenſis ſub tyranno Totila Rege officiū. Quam fortè crudelis martyrij ſemitam breui quoque iniiſſe cenſetur iſte Euſebius, quia ſubinde premunt

r In Chronic. Hiſpanico. ſ 4. Iulij.

munt calculi adſequentium. Optimè porrò hîc quadrat: propterea quòd alioqui longior etiam foret Ioannis allati Sedes, in Data per nos recèns appoſita ignoti.

31. Auxanus ex Saxio, ſeu Auxianus alibi, & Auxouius in Chenutio tardiùs, Præfecturam ſuam ac Pallium à Vigilio Papa honorificè accepit, Iuſtiniano ac Theodoſio Imperatoribus id poſtulantibus, & Childeberto Rege Francorum volente. Duobúſque tantùm annis ibi manſit, ab anno 546. ex Saxio. Adiicit Baronius & Vicariatum eidem ab ipſo Pontifice collatum, an. 545. Num. 3.4.8.

32. Præſayus } Ambo ſola appellatione in Saxio: & prior duntaxat in Chenutio, ſocióque.
33. Oſanius } At temporum circunſtantium anguſtiæ efficiunt, vt quiſque horum nihil niſi biennium effecerit, finierítque anno quingenteſimo quinquageſimo primo ad ſummum

34. S. Aurelianus, non Aurelius, ex Baronio in Martyrologio[1], conſequutus eſt Romæ ab [1 16. Iunij.] eodem Pontifice Archipræſulatum ac Pallium, ſummis qui ſuprà Principibus eadem petentibus anno 552. Torilam verò furiosè Romam ingreſſum à Papa interpellatus impediuit, quominus illam ferro & flammis vaſtaret. Ita Saxius. Eadémque annua reuolutione ſubſcripſit ſecundus Prouinciali Concilio 5. Aurelianenſi. De qua Synodo nos ſuprà in Lugdunenſibus. Deceſſit autem S. Aurelianus Lugduni clarus miraculis anno 555. ſalutis. Solum ipſius nomen in Chenutio patet.

35. Sabaudus ita copiosè fidem docuit Allobrogos, vt incolæ mutato eo nomine vnà cum religione, dicti ſint ab illo hactenus Sabaudi. Is exinde vicariam Præfecturam & Pal-
S b udia vnde. lium obtinuit à Pelagio Papa, ſiue 1. ſiue 2. vtroque ſancto Confeſſore, quia ſub am- [ſub an. cir. 555. ad 559.]
bobus ſedit Sabaudus. Atque habitus eſt primus Galliarum Sacerdos. Dum ille ſedit [ex Baro. vel]
ab anno 556. ſanè poſtea præerat ſecundo Pariſienſi Concilio ſub præfato primo nomine [ſ62 Genebr. ſub an 579.]
ad annum 562. Deinde interfuit Concilio 1. Cabilonenſi an. 582. Et quinquageſimus [ad 582.]
ſeptimus alteri Synodo Matiſſanæ anno 588. vbi vocitatur Sabaudius, in Chenutio ſola voce tardiore Sapaudus & Sapandus, ac in deprauato alio Codice Sarpidius. Tum in Sauarone *Hapandus*. Exceſſit autem è viuis anno quingenteſimo nonageſimo ingrediente.

36. Lycerius ſeu Licerius, ſic nominatus apud ſanctum Gregorium Turonenſem[x], erat Re- [x Hiſt. Franc. li. 9. c. 25.]
gis Guntranni Referendarius, & epiſcopali munere functus eſt Arelate anno ſolo ſuperſtite 590. qui ſuprà. Qualem corrupto nomine credit Saxius legi Ætherium apud venerabilem Bedã[y], qui Ætherius ſub hac vna vocula erat alius ea ætate Lugdunenſis Ar- [y li. 1. Gentis Anglor. c. 24.]
chiepiſcopus 36. Tomo primo. Nec diutiùs hîc ſuperfuit. Conſecrauit autem S. Auguſtinum à S. Gregorio Magno Papa primo Româ miſſum in Angliam, & effectum Cantuarienſem Epiſcopum, veluti affirmat Demochares, vtpote ex tacito Bedæ conceptu dictator. Cæterùm, videtur quidem præfatus Turonẽſis innuere Lycerium animam exhalaſſe anno eodem quo ſanctus Agericus 10. Epiſcopus Virdunenſis, qui diu infrà ex Chenutio nobiſcum apparet vitâ functus anno 595. Verùm largè fatur ille Turonicus. Exactiùs autem loquendo ex oppreſſis præſentibus circunſtantiis moriebatur Lycerius anno primo ſuæ reſidentiæ. Non eſt in Chenurio.

37. Paſchaſius ſola quidem voce ab vno Saxio hîc inſeritur, & pariter à Chenutio tardiùs. Sed Data coarctans ſucceſſoris per ipſum Authorem domeſticum illata, ſat docet eundem Paſchaſium Cathedram occupaſſe anno 591. mediato duntaxat.

38. S. Virgilius naturæ portentum fuit. Nam cùm antea eſſet Abbas Lerinenſis, & Epiſcopatum Arelatenſem adeptus eſt anno medio quingenteſimo nonageſimo primo. Sic vterque Author. Et ex Saxio prætereà is vitam produxit ad annum 127. ætatis vſque: tanta vſus abſtinentia & auſtero victu, vt credi ferè non poſſit. Pallio in Galliis donatus eſt à citato Gregorio. Quo licèt etiam honeſtaretur ſanctus Auguſtinus in Angliam miſſus: tamen Virgilius ei obſtitit, ne per Galliam ſibi in hoc concreditam iter vlteriùs faciendo vteretur tali Pallio. Cui pariter Auguſtino conquerenti reſpondit Gregorius, *non licere illi quicquam in Galliis inconſulto Arelatenſi Præſule ab antiquo, &c.*[z] Ita Saxius ex [z Beda li. 1. c. 27. Reſpon. 9.]
loci Archiuis. Diuus idem Virgilius erexit à fundamentis Templum Sanctorum Trophimi ac Honorati extra muros ciuitatis. Clarus tandem miraculis in obitu. Quem diſceſſum Saxius quidem nunciauit eueniſſe anno ſexcenteſimo quadrageſimo, vt eum necteret ſuo Floriano tanquam proximè ſucceſſuro. Verùm nos deinceps vnum hiſce duobus intermedium deprehendimus: qui nos adeo arctat atque reſtringit circa [a die 5. Mart.]
poſteriora tempora, vt eius vitam claudere debeamus terminis anni 615. ad ſummum[a]. Et profectò difficile alioquin etiam foret creditu, ipſum cum mortalibus agere tandiu potuiſſe ad annum vſque 640. Necdum is liquet in Martyrologio Romano.

39. Cy

39. Cyprianus recens à nobis hic adiicitur, velut extremorum medius, quia volumine ad
prælum currente reperimus in ſacris Baronianis Annalibus ex vetuſto codice ſub anno
præciſè ſexcenteſimo decimo quarto [p] cum ſe præclarè geſſiſſe cum Sigiberto Franciæ p an. 8.
primo Auſtraſiorum Rege ac Guizono Duce: vt nimirum iure oporteat ex officio ei
debitam huiuſce ordinis claſſem diligenter attribuere. Aliter procul dubio va-
cua temporum ſpatia ſupereſſent, quæ mox opportunè replentur hoc bono omine.
Et is faciliùs potuit Sedem ad annum ſexcenteſimum trigeſimum nonum con-
ducere.

40. Florianus mox ſequax ſola conſtituitur appellatione apud Saxium hoc ordine, tacente
Chenutio in vtroque ſuo Catalogo. Adeóque ſedit Præſul ab anno ſexcenteſimo quadra-
geſimo primo. Sed non deinceps perrexit vltra annum ſexcenteſimum quadrageſi-
mum octauum, vel ſexcenteſimum quadrageſimum nonum propter ſucceſſoris
obſtacula.

Appendix. Vnde exploditur Germanus, quem Demochares nudè ſcribit Arelatenſibus præfuiſſe an-
no ſexcenteſimo quadrageſimo, nimirum plus quàm medio inchoantem, ob antece-
Alius Epiſcopus. dentem. Niſi certè Germanus ille ſumatur confuſè pro eadem perſona cum Floriano,
aut niſi is triennio Florianum, etiam ex æquo adſequentem, verè præceſſerit vtrique bi-
pertito ſexcennio præfato. Quod veroſimiliùs cenſebitur: & dictu credirúque facilli-
mum. Nondum tamen eundem Germanum à capite reponimus.

41. Theodoſius ſolo nomine in Chenutio cum ſequente *, dicitur à Saxio vniuerſim, * & in Sauarono Theodorus.
quòd iuſſus eſt quidem adeſſe Concilio Cabilonenſi, at ſpernens ex veterum Patrum
Decretis eò conuenire; monebatur à Patribus conſiſtentibus, vt à Pontificalibus abſ-
tineret, donec Arelate conueniret, quo loco Concilium indixerant. Hæc ille. Sed
id deinceps aggregatum non legitur. Et præterea tale Concilium in ſpecie eſt tertium
Cabilonenſe Prouinciale, Gauderico Præſide Lugdunenſi Archiflamine, anno ſexcen-
teſimo quinquageſimo ex Breulo, vel 662. ex Baronio. Quo anno vltimo creditur is
Antiſtes deceſſiſſe.

42. Ioannes ſecundus nominatur Beatus in Chenutio ſola voce, at pleniùs apud Su-
rium & Moſandrum in vita ſancti Theodorici Tharcenſis Roma proficiſcentis in An-
gliam [b]. Is Cathedram auſpicatus eſt anno veriùs ſexcenteſimo ſexageſimo tertio, qui b 19. Sept.
fuit nonus ſancti Vitaliani Papæ, ſalutantis ipſum Ioannem ſuis Epiſtolis, excipien- c li 4 c. 1.
tem Arelate Theodorum iter longiùs habentem, teſte Beda [c], & nobis in Alphabeto
Sanctorum [d]. Incertum quidem eſt ſui obitus diarium. Verùm ex analogia conſe- d c. 14. ar. 197
quentium vſque ad Ioannem quartum Numero ſexageſimo, pro quibus nullæ Datæ
extant in Saxio profectò concluditur eum defeciſſe anno ad ſummum ſexcenteſimo
ſexageſimo octauo.

43. Ioannes tertius ex emenſis & futuris aliis proportiunculis ſedit ab anno ſexcen-
teſimo ſexageſimo nono ad ſexcenteſimum ſeptuageſimum ſecundum, & in circum.
De quo Surius [e]. Et vno verbo Chenutius. e To. 5. die 19. Sept edit.

44. Felix Sedem poſſedit ab anno ſexcenteſimo ſeptuageſimo tertio vſque ad annum 1574. p. 314.
ſaltem ſexcenteſimum octuageſimum primum expletum. Vnde creditur ſuum dediſ-
ſe ſuffragium Concilio ſexto œcumenico, quod fuit tertium Conſtantinopolitanum,
itémque Romano, anno ſalutis ſexcenteſimo octuageſimo, vbi ſe dicit Legatum *per
Galliarum Prouincias*, *&c.* Re geſta ſub Agathone Papa. Non eſt in Ioanne Che-
nutio.

45. Anaſtaſius à ſolo Saxio conſtitutus, caret hiſtoria ſeu Chronologia cum ſequenti-
bus tribus, ob Agarenorum vel Saracenorum impetus vario debacchante ipſorum
gladio per vtramque Narbonnenſem & Viennenſem Prouincias, propriis ferè vacuas
Epiſcopis. Sedit autem iſte, vt arbitror, ab anno ſexcenteſimo octnageſimo ſecundo,
ad annum 690.

46. Auſtrobertus communis etiam Ioanni Chenutio per Cæſarem Noſtradamum ſe-
dere potuit ab anno ſexcenteſimo nonageſimo primo, ad annum vſque ſeptua-
geſimum.

47. Vuilbertus ſeu Valbertus Saxio peculiaris, recuperato ſaltem nomine ſedit quin-
quennio, vſque ad annum ſeptuageſimum quintum.

48. Aurelius item communis, inſcribitur à Chenutio Sanctus; ſoliúmque tenuit altero quinquennio complens annum 710.

49. Sanctus Polycarpus indigena apud Chenutium ſterili nomine, & vberior in Saxio, inter Sanctos apud Arelatenſes annumeratur. In cuius demonſtrationis ſignum, reperitur depictus cum aliis loci Epiſcopis Sanctis ad maius Altare matricis ſeu Cathedralis Eccleſiæ. Vt ibidem quondam vixerit ab anno ſeptingenteſimo vndecimo ad annum ſeptingenteſimum vigeſimum. At minimè liquet in Romano Martyrologio.

50. Martinus tertius communis ſedit quinquennio ad annum ſeptingenteſimum vigeſimum quintum. Et hoc loco dicendum obiter quòd perperam nonnulli arbitrantur ſanctum Eucherium Aurelianenſem Epiſcopum huc aſcendiſſe Archipræſulem circa hoc tempus. Quippe Aurelius mortem obiit ex Articulo 37. Aureliano.

51. Protaſius à Saxio conceſſus, ſedit ergo ab anno citato ad annum ſeptingenteſimum trigeſimum tertium.

52. Innodius communiſſimus inde finiit anno 735.

53. Georgius ſingularis Saxio, eſto exitum habuerit anno 740.

54. Ratbertus ſeu Herbertus, eſt fortè is, qui apud Chenutium ex Noſtradamo ſub hanc ſeriem vocatur, Robertus, ſedit per quinquennium aut circiter vſque ad annum ſeptingenteſimum quadrageſimum quintum.

55. Kamizarius ſeu Kauillarius & Kauillanus, ſic hoc ordine apud Saxium, & tardiùs multò in Chenutio, ac alibi paſſim vocatur Rauſarius, eſto ſederit annis quindecim. Itaque lumina clauſit anno ſeptingenteſimo ſexageſimo. Ex quo temporis ſcrupulo facilè inducitur, quòd Epiſtola ipſius, aut eius nomine, quæ circumfertur, commentitia eſt, vt pote qua Præſul hortatur Comprouinciales de impertiendis eleemoſynis reædificationi Templi ſancti Honorati deſtinandis. Nam acroniſmo laborat, quando meminit Caroli Magni & Sanctorum aliquot poſteriorum: quia Imperator ille regimen ſuſcepit duntaxat ab anno octingenteſimo per ſequaces 15. Propterea hæc hiſtoria decentiùs competit Ioanni 4. Archipræſuli Arelatenſi 60.

56. Vuillimaris apud Saxium, ſeu Virimarius in Chenutio cum ſocio, vel tandem alibi Guilimaris, vbique ſolâ notâ, ſedit forſan decennio, ad annum vſque ſeptingenteſimum ſeptuageſimum.

57. Vuilaris peculiaris Saxio, aliàs Vuiliatus, versùs annum exactum ſeptingenteſimum octuageſimum, tacente Chenutio.

58. Arlandus in Saxio, Arladius apud Chenutium, & Aliplontus aliunde, moriens anno 785.

59. Alephantus eidem vni, carne exutus anno 790.

60. Lupus paſtor ouium communis Chenutio, limitatus anno ſeptingenteſimo nonageſimo octauo.

61. Ioannes quartus præfuit valdè probabiliùs ab anno ſeptingenteſimo nonageſimo nono. Vnde is præficiebatur Prouinciali Synodo Arelatenſi coactæ ſub annum 813. ex Baronio, rogatu Caroli M. Imperatoris. Ad quem Ioannem deuoluitur par eſt hiſtoriola præmiſſa Numero quinquageſimo quarto. Filum vitæ mortalis ei amputatum eſt anno octingenteſimo decimo nono. Et in eo finit Demochares Elenchum ſuum. Atque iſte Ioannes vltimus eſt nominis, qui in Chenutio appareat.

62. Notho Archiepiſcopus, vt ait Saxius, vel Noruel ex Chenutio: is ſic dictus ad clauum Eccleſiæ Arelatenſis peruenit anno octingenteſimo vigeſimo, primuſque ſubſcripſit Concilio Prouinciali Toloſano primo celebri habito ad annum Chriſti octingenteſimum vigeſimum octauum. Ignoratur verò præciſa annua reuolutio ſui exitus. Hi viginti & vnus Archiepiſcopi à 41. Ioanne 2. hactenus nullatenus patent in Sauarone. Sed mirandum quomodo horum loco is vnum Eucherium ſolo nutu cum Ætherio inſerat, nuſquam Arelate viſum apud Authores aliquos.

63. Sanctus Rotlandus in Saxio, aſpiratur apud Baronium, tum dicitur alibi Rolladus, & tardiùs ponitur apud Chenutium. Is acceſſit tertius Concilio Prouinciali 2. Valentino Galliæ anno octingenteſimo quinquageſimo quinto ex Tomo tertio Conciliorum f. Item Nicolaüm Papam primum g. monuit de ſuo à prædeceſſoribus accepto iuris honore. Præterea interfuit coronationi Boſonis ac Ludouici filij Regum Prouinciæ Phocenſis. Sed demum fertur captus ab impiis & perfid. Saracenis, vbi tædio

f Coloniæ an. 1567. pag. 420.
g ab an. 851. ad 867.

ac mœro

ac mœrore conſumptis in Carmaria Inſula, defunctus eſt anno 869. ac humatus in ſepulchro, quod ipſe ſibi viuus poſuerat in ſacris Ædibus diui Honorati. Iſta partim ex Saxio.

64. Roſtagnus 1. ſic à Saxio & Chenutio nuncupatus, ſtatim ferè Sedem adeptus anno 870. adiit Concilium nationale Pontigonenſe apud Senones in Galliis, anno 876. vbi appellatur Roſiagnus. De quo cœtu nos in Lugdunenſibus [h]. Videtur is eſſe qui vocitatur Roſo Epiſcopus Arelatenſis, offenſus à Boſone vltimo Rege Arelatenſium, qualis certè ob id conqueſtus apud Othonem fortè tertium, Imperator obſedit Boſonem Arelate, ac mulctauit in clauſtrum monaſticum. De quo Cæſar Noſtradamus in hiſtoria Prouinciæ [i]. Nam circunſtantiæ docent tempora eſſe eadem cum Roſtagno. Sed idem prius Antiſtes Ioannem Papam 8. Româ in Gallias aduentantem ſuſcepit Arelate anno 878. ex Baronio; ibi Pallio à Pontifice eſt inſignitus, ſublimatúſque elogio Primatis Burgundiæ, quem nonnulli autumant eum veriùs præſentem inaugurationi præfatorum duorum regum. Denique verò ex Flodoardo [k] Hincmarus Remenſis Archiepiſcopus ad eum ſcripſit [l], *quid agendum de Eccleſiæ exactione à potenti fœmina res eccleſiaſticas vſurpante*: vbi Præſul ipſe Arelatenſis pingitur Rotſtanus, qui prudenter Hincmaro reſpondit. Et diem poſtremum ſibi numerauit anno 910. ſalutis.

[h] To. 1. Nu. 19. § 3.
[i] Parte 2. pa. 51. &c.
[k] li. 3. c. 27. fol. 234.
[l] ſedit ab an. 843. ad 882.

65. Manaſſes à Saxio plenè conſtitutus, & nomine tenus à tardiore Chenutio, equidem factus eſt Arelatenſis Archipræſul. At non hoc ſolùm. Sed & Tridentinus Epiſcopus creatus dicitur ab Authore, itémque Mantuanus Veronenſis, & poſtmodum Mediolanenſis Archiflamen. Primam Sedem per Ludouicum Boſonem obtinuerat: tres verò ſubſequentes, non in vſum, ſed in eſcam, vt ait Luitprandus, ab Hugone Rege Arelatenſi propinquo, & poſtmodum Italiæ Rege, conſecutus fuerat: vltimam porro illi contulerat Berengarius Dux Foro-Iulienſis, & ambitu Rex Italiæ [m], vt Hugonē Italia pelleret, tametſi affinem Manaſſis. Quæ Prælaturarum multitudo iam non teritur amplius à tempore Concilij Tridentini. Manaſſes autem iniit Cathedram Arelatenſem ab anno 911. Tum eius meminit Baronius ſub anno 936. tanquam plures Epiſcopatus occupantis, deinde armis veſtiti, ac pro Hugone militantis ann. 945. 1. poſteáque eidem reſiſtentis ac Berengario adhærentis, & Eccleſiam denique Mediolanenſem accipientis poſſidendam anno 960. 1. Sed has omnes Sedes cum vita perdidit anno 962.

[m] ab an 888. & rurſus ab 950. alius fortè eius filius Antea bellum geſſerat in Ludou. Boſon. an. 905. Bar. in Annalib.

66. Yterius ſic à Saxio conſcribitur, & in Chenutio Iterius ac Iſerius apud ſuos Authores hoc ordine. Qui ſolus poſterior dictator adhuc multò altiùs inter ſanctos Aurelianum & Virgilium ſtatuit alium nomine Hyterium purâ voculâ, quem ideo præteriimus, velut ſuperuacaneum. Præſens verò Yterius ſedit Arelate ab anno 963. Cuius præterea meminit autographus Eccleſiæ Arelatenſis circa annum 978. Quatenus illo tempore idem Yterius eos omnes ſacro fulmine percuſſit, qui ſub Manaſſeo res eiuſdem Eccleſiæ inuaſerant, de mandato Ioannis Papæ cēſuram vibrantis. Quem ſummum Pontificem dicit Saxius extitiſſe Ioannem duodecimum. At is ſanè iam in vario ſchiſmate ſederat ab anno 955. ad annum 964. [n] & ſub ann. 971. obibat etiam Ioannes Papa 13. Tum anno allato 978. nullus Romæ ſedebat Ioannes, ſed Benedictus Papa dictus 6. apud Genebrardum, vel ſeptimus apud Baronium, quem mox ſequuti ſunt Ioannes 14. ſolo anno 984. & decimus quintus ab anno ſequente. Quodnam ergo capiendum pro veritate conſilium? Fortè videtur Ioannes 12. antea dudū anathema conſcripſiſſe anno cit. 964. dum viueret, & id poſtea ſerò promulgatum fuiſſe anno etiam cit. 978. eo verò viam vniuerſæ carnis ingreſſo. Sed excommunicatio maior lata ab homine, qualis iſta, ex probato Doctore [o] Nauarro, *moritur mortuo illo qui illam tulit, ſaltem quoad illos, qui illam non incurrerunt, antequam moreretur*: quia talis ab homine iudice proferendo non eſt adeò potens, quàm lata à veteri iure canonico. Igitur ad hoc vt hæc ſententia comminatoria vim & robur ex effectis habeat, oportuit eam fuiſſe latam à præfato Benedicto Papa, tunc in terris agente. Vel meliùs abſque ambage dicendum paucis, quòd Ioannes 12. dum vulnus proferebat anno illo 964. vltimo ſuæ Sedis, qui fuit ſecundus Yterij Archipræſulis, confeſtim voluit cenſuram Arelate promulgari, quod & ſubitò geſtum ſit, anno 978. nequaquam expectato. Cæterùm, tempus Yterij obeuntis ignotum eſt. Probabiliùs anno 980.

[n] Geneb. & Baron.
[o] in Enchir. c. 27. nu. 2.

67. Anno ſeu Annonius, ex ſolo Saxio, & Annonus, vt ego legi alicubi, Sedem iniit lubentiùs anno 981. Is in pago Phocenſi Abbatiam inſtituit, quam Monachis Ordinis S. Benedicti commiſit, & vltimum vitæ diem habuit anno ſalutis nongenteſimo nonageſimo ſecundo.

68. Vdo apud vnum Saxium, habitus eſt filius Rodulphi ignaui Burgundionum Regis ex pellice, ſi Vuolfango Lazio credimus. Et Eccleſiam Arelatenſem adminiſtrauit. Nulla tamen illius memoria in Archiuis loci reperitur. Verùm ex allatis ſedit ab anno 993. fortè ad annum vſque nongenteſimum nonageſimum octaum, vt ſequenti ſpatium aliquod ſinatur.

69. Almaticus ciuis Arelatenſis ex ſerie Epiſcoporum Arelatenſium exeiderat. Attamen hunc prætermittere nefas eſſe credidimus. Nam ſupereſt ſaltem illius monimentum ære ſculptum: tympanum ſcilicet magnitudinis non vulgaris, & antiquitatis non contemnendæ, in quo hæc leguntur: *Mentem ſanctam, ſpontaneam voluntatem, & patria liberationem. Almaricus Archiepiſcopus me fecit fieri anno milleſimo.* Atque dum cœpit anno fortaſſis 999. vix ſcitur an tempus finis ipſius ſupergrediatur millenarium. Prætermittitur à Noſtradamo, & ſeriùs multò conſtituitur à Sauarone apud Chenutium, vt infrà Numero 88.

70. Pontius dũ Sedem auſpicatus eſt, caſtrum ſancti Hippolyti reſtituit ex Decreto Ioannis Papæ 18. Canonicis ſanctę Arelatenſis Eccleſiæ: qui ſedit anno ſolo 1002. Et eſto primus Sedis Pontij annus. Teſtamento autem condito, quo partem Caſtri de Marignana condonauit Capitulo Cathedrali, obiit anno 1029. Non liquet in Chenutio.

71. Rayambaldus Saxio, Raimbaldus Chenutio, tardiùs ſecundum Noſtradamum, ac Rabaldus nobis alibi, Cathedram adiit anno milleſimo trigeſimo. Et Actis publicis ſubſcripſit in hunc modum: *Raiambaldus Patriarcha, Victoris Papa Legatus Concilio Toloſano præfuit, omnium Prouinciæ Romanorum Epiſcoporum Sacramenta accepit fidelitate & obedientia præſtita.* Vltimam tandem voluntatem tabulis publicis conſignauit in Eccleſiæ Arelatenſis vtilitatem, ſi modò regularem vitam profiterentur: Collegióque Canonicorum apud Batiolum per eum inſtituto, quod ſub cenſu denarij aurei Alexandro Papæ 3. ſubiecit, diem clauſit extremum anno milleſimo ſexageſimo ſecundo, qui fuit primus vndenarij Alexandri. Tacet Sauaro, ſed eius loco ignotum alibi Nairrabaldum ſubſtituit.

72. Aycardus communis Chenutio ſimplici vtrobique, & Saxio hiſtoricè duplicanti, ſtemmata in vrbe Arelatenſi habet hac ætate illuſtria, Eccleſiam adminiſtrauit quidem ab anno milleſimo ſexageſimo tertio ad annum vſque 1090. ſed à præfato Alexandro excommunicatione percuſſus eſt, quòd à partibus Henrici 2. Imperatoris ſtaret. Ex altera etiam parte Raimundus Comes Toloſanus, quæ vi abſtulerat Arelatenſi Eccleſiæ pollicitus eſt ſe redditurum, Argentiam, Caſtrum Furcarum, Albaronis & reliqua mancipia quæ ad Rhodanum viſuntur. Attamen promiſſis minimè ſtetit.

73. Gibelinus ex Saxio, Gibillinus tardiori Chenutio, & Gibilius apud nos alibi inter legendum, ſedens ab anno milleſimo nonageſimo primo, nimia facilitate Eccleſiam Arelatenſem lacerauit, duodecim Eccleſiis ſeu Prioratibus Pſalmodienſi Abbati conceſſis. Deinde vocatus in orientem, de cauſa Ebremari in Patriarchatum Hieroſolymitanum intruſi ex Vrbani ſecundi præcepto cogniturus, ipſe in Patriarcham electus eſt. Baronius narrat geſtam miſſionem anno milleſimo centeſimo ſeptimo ex Numero 15. 16. Moriente autem Raimundo Toloſano Comite in monte peregrino Syriæ, teſtamentum condi procurauit, vt commemorata Caſtra & mancipia ad Eccleſiam Arelatenſem deuoluerentur. Latet quidem Gibelini interitus. Sed poſtea docent ſpiritum efflaſſe ſub annum præfatum 1107.

74. Aripertus antea Epiſcopus Auenionenſis ad clauum Arelatenſis Eccleſiæ ſedit. Patet ex literis tum Gibelini, tum Paſchalis Papæ 2. coætanei in Baſilicæ Gazophylacio exiſtentibus. Sedit autem veriùs ab anno 1107. ad annum vſque 1119. præciſè. Et vereor ne is ſit, quem Chenutius ex ſocio vocat Yribertum. Alioqui abeſt.

75. Attho, vt Saxius loquitur, vel Ato ex Noſtradamo citiùs, deinde Attomis recto ſitu apud Sauaronem in Chenutio, Arelatenſi Eccleſiæ præfuit per ſeptem aut octo annos, ab anno 1120. ad 1128. quo vitæ terminum inuenit. Is Caſtrum ſancti Amantij & municipium pretio centum ſolidorum Melgorienſium ſibi ſuiſque in Arelatenſi Sede ſucceſſoribus acquiſiuit.

76. Bernardus 1. in vnico Saxio, cùm eſſet Apoſtolicæ Sedis Legatus, Eccleſiam ſancti Thomæ Hieroſolymitani Equitibus conceſſit. Et dum cœpit anno 1129. ſpiritualis curę ſollicitus eſſe, in Actis publicis non excedit annum milleſimum centeſimum trigeſimum tertium pro illius exitu. Hæc ille. Sed Chenutius [p] abſque ſeculo hæc narrat à ſe ipſo pro illo Antiſtite. At perperam. *Bernardus Lirinenſis & poſtea Caſſinenſis Abbas* (inquit) *ex Archiepiſcopo Arelatenſi Cardinalis factus eſt.* Tum is adiicit verè: *Scripſit, vt refert Vuion, Spe-* [p] P. 494.

culum

culum Monachorum, & regiſtrum collationum beneficiorum, *officiorum*, *&c.* Arque alia edidit
Volumina à Chenutio prætermiſſa, qualia legimus in Bibliorheca Conradi Geſneri. Ve-
rùm quòd ſtare nequear anrerior Chenurij relatio, conſtar ex Authoribus à Vincērio Bar-
rali inductis, quòd idem Bernardus cognomine Ayglerius q, & primùm Monachus Sa- q Par. 2. pag. 169. &c.
uigniacenſis in Diœceſi Lugdunenſi, has Abbatias poſſedit ab anno 1257. vſque ad mor-
tem anno 1282. in Caſſino, dum eſſet ibi Abbas, alriore dignirare nuſquam decoratus
quoad Prælaturas, niſi quòd puretur Cardinalis creatus fortaſſis à Gallis Pontificibus
Romanis Vrbano & Clemente quartis conriguis r. At in Ciaconio de Geſtis Cardina- r ab an. 1261. ad 1271.
lium idem Bernardus non extar ſ, vr neque is ad dies pertiner à Saxio probè conſtitutos, ſ ſub iiſdem
cùm rardior fuerit alius ille Bern. Ayglerius in ſuo Abbatiali Monaſterio. Vnde Che- Pontificibus à pa. 378. ad
nurius non ſciſcitarus caſu loquurus eſt aërem verberans. Nihilominus nos aliunde per- 392.
conranres, videmus quòd Bernardus prior à Saxio depictus cenſerur eſſe apud ipſum
Ciaconjum t, vel Bernardus Cardinalis Diaconus in creatione 2. per Lucium Papam 2. t pa. 434.
anno 1144. vel Bernardus anrea Prior Canonicus Regularis Monaſterij Lareranenſis
Presbyter Cardinalis effectus in 1. creatione ſucceſſoris Eugenij Papæ 3. anno 1145. ſub
rit. ſancti Clementis u. Tamen ibi non legitur, quòd alreruter fuerit Archiepiſcopus A- u pag. 441.
relarenſis. Ratio autem racirurniratis huiuſcemodi fortaſſis eſt, quòd dum renunciarer
Archiepiſcopatui, & Romam allicerctur, in Curia Apoſtolica remanſerit ſine Epiſcopa-
tu per annos vndecim, donec præfatus Cardinalatus eidem obuenerit.

77. Guilelmus 1. Apoſtolicæ Sedis etiam titulo cohoneſtatus anno 1134. Monachos Maſſi-
lienſes expulit ab Eccleſiis à Raiambaldo & Gibelino conceſsis. Exiit de mundo ſub an-* pa 493.
num 1141. Liquet in Chenutio anre præfatos præpoſtero ordine *.

78. Raymundus 1. abſolutè quidem ponitur apud Chenurium, ſed Saxius eum denominat
de monte rotundo, factúſque eſt Archiepiſcopus anno præcisè 1142. Is Alphonſum Comi-
tem Toloſanum in clientem Arelarenſis Eccleſiæ cooptauit: à Conrado 2. Imperaro- x ab an. 1138.
re x & Arelatenſi Rege excepit Regalia, Iuſtitiam, monetam, Iudæos, famarias, cordam, ad 1151.
quinrale, ſextarium, ius nauium, ſtagua, lacus, ſalinas, paludes, paſcua de Crano, municipia,
Caſtrum vetus, Phocenſe, Albaronum, Tricatallias, Aluernicum, Aualonum, ſanctum
Amantium, Mornacum, Nyonum, Vinſobrium, S. Geruaſium, & Salonis vrbem, cum y moyenne & baſſe iuſtice.
media & infima coërtione y in Arelatenſi vrbe, auguſtâ munificentiâ & liberalitate, quę
ſingula Anaſtaſius 4. ſummus Ponrifex z Apoſtolico Diplomare confirmauit. Illo rurſus z ab an. 1153. ad 1154.
procurante oſſa & cineres D. Trophimi ex Ædibus ſacris D. Honorati extra muros in
Eccleſiam Carhedralem Arelarenſem rranslata ſunr, & Templum anrea Srephaneum ap-
pellatum diui Trophimi nomen deinceps ſortirum eſt. Arque deceſsir ipſe Raymundus
anno 1160. depoſitus in ea Baſilica S. Trophimi.

79. Raymundus ſecundus mox iure optimo adſequitur. Is verò cognomine dicirur *à
Bolena* ſecundum Saxium, vel *de Abalena* ex Sauarone hoc ſitu, vel apud Noſtradamum
tardiùs, ſolo nomine proprio in Chenutio. Is Præſul Federicum cum vxore Agnete &
Philippo filio inaugurauit diademare Regni Arelatenſis Raymundum Comirem Tolo-
ſanum propter Belicardum & mulra alia municipia beneficiarium ſuſcepir, confirmatis
deinde ab eodem Federico Arelatenſis Eccleſiæ iuribus aurea Bulla. Et cùm Sedem ac-
cepiſſet anno 1161. in humanis eſſe deſiir anno 1182. viſitúrque eius ſepulchrum in
præfaro Templo D. Trophimi. Hæc Saxius.

80. Petrus 1. Iſnardus, ſeu Iſnardi, fuerat antea Canonicus Eccleſiæ Arelatenſis, deinde Epi-
ſcopus octauus Tholonenſis, ac demum Arelarenſis, vbi ſedit ab anno 1183. ad annum
1190. Cuius ætare Canonici Arelatenſes Regularem vitam profeſſi ſunt ex inregro. Iam
enim in vnum coïerant ſub Iſnardi prædeceſſoribus. Ita ſolus Saxius cum duobus adſe-
quentibus.

81. Imbertus de Aqueria, ex nobili propagine, quæ hodie adhuc Arelare ſupereſt procerum
clientela illuſtris, vt pote Hugonis de Bauno Proceleti & aliorum. Is à Cęleſtino & In- a ambo ab
nocentio a rertiis Pontificibus Maximis in patrocinium cum Arelarenſi Eccleſia ſuſce- an. 1191 ad 1216.
ptus eſt: defunctus tandem anno Domini milleſimo ducenteſimo ſecundo, & in Templo
præfaro conſtirutus.

82. Michaël de Moreſio Arelare Conſules creauit, & Raymundum Toloſanum Comirem,
Narbonæ ducem ac Prouinciæ Marchionem obſtrinxit clienrelari iuramenro. Simon ve-
rò Comes Montis-fortis, & ſacri belli aduersùs Raymundum, Comitatum Toloſa-
num armis adeptus, ſe Arelarenſis Eccleſiæ ſoliro iuramento præſtiro beneficiarium pro-
feſſus eſt. Rerum denique per ſuperioris ætatis Reges Arelarenſes conceſſarum confir-
marionem à Federico ſecundo Romanorum Imperarore Bulla aurea conſecutus eſt. Er

ſedens ab anno 1191. moriénſque anno 1217. ſepelitur in Templo D. Trophimi. Alia breuiora in Chenutio ſub anno 1205. de ipſo Michaele, cui ille ex Sáuarone ſubſtituit *B. de ſancto Martino* ante mox adſequentem.

82. Hugo Boardy ſeu Boardius apud Saxium in Chenutio propria ſola affectus appellatione, factus cùm eſſet Antiſtes anno 1218. Archidiaconatum in Eccleſia ſua inſtituit in vicem ſuppreſſi à ſe Decanatus, reditúſque pinguiores dignitatibus & perſonatibus Eccleſiæ attribuit, confirmatis demum bulla aurea iuribus Arelatenſis Eccleſiæ à Frederico ſecundo. Item Prouinciæ permiſit, vt municipium Martienſe conſtrueretur ea lege, quòd Eccleſiæ Arelatenſis ſubditi à comitalibus ſubſidiis immunes redderentur. Renouatáque per eum cum Raymundo Toloſano clientela, diem vltimum clauſit anno 1232. in ſolito D. Trophimi Templo piè collocatus.

83. Ioannes 5. non de illis qui extant ſimplici nomine apud Chenutium, ſed cognomentum habet Bauciani in Saxio, vel Baucdani, lectitando alibi noſtro ſtudio, Cathedram ingreſſus eſt anno 1233. Is Concilium Prouinciale indixit; creatíſque de nouo Conſulibus ex antiquo iure in Attebatenſi vrbe, mediam illam & infimam coërtionem, quam à Regibus Arelatenſibus obtinuerat, in Raymundum Berengarium Prouinciæ Comitem tranſtulit; Bulláque aurea à Frederico donatus in maius iam antea conceſſorum authoramentum. Moritur autem anno 1257.

84. Bertrandus 1. hac ſola voce in Chenutio ſecundum Noſtradamum, at cognomine *de S. Martino* apud Saxium. Quem Bertrandum Sauaro nominat ſeorſum hoc ordine & ſemel *Bertianum*: perindéque eum ſentit omnino alium à *B. de ſancto Martino* iam ſuperiùs a ſe conſtituto. Idem verò Antiſtes pactus eſt cum Diuo Ludouico Francorum Rege, qui ex Alphonſi affinis obitu Toloſanum Comitatum adeptus fuerat, teneb átque beneficiarius Arelatenſis Eccleſiæ dici, vt ſi in alium Rex transferret, eodem quo antea Comites Toloſani clientelari iure obſtringerentur, aſſignato interim apud Nemauſium quadraginta auri librarum cenſu. Hactenus Saxius. Sed addo, quòd deinceps Comitatus Toloſanus remanſit inde ſceptro Franciæ perpetuò vnitus: paritérque tota Prouincia Phocenſis ratione multiplici. Primò, quia Alphonſus frater minor natu D. Ludouici Regis ſine liberis hæres fuerat Raimundi Berengarij [b] Comitis Toloſani, & Marchio- [b] *ſon beau frere.* Till. in
nis Prouinciæ ſuprà [a]. Secundò quia Beatrix filia Thomæ Comitis 3. Sabaudiæ [c], & vxor Originib. pa.
ac hæres, non filia [d], ipſius Berengarij, peperit Margaretam natu maiorem ex ſuis qua- 107.
tuor filiis Reginis, quæ Margareta deſponſarat præfato diuo Ludouico Regi Franco- [a] nu. 80 83.
rum [e], mater poſterorum hactenus Galliarum Regum. Vnde ex vtroque latere Prouincia [c] Clau. Parad.
cum Toloſa remanſit ſceptro chriſtianiſſimo vnita perpetuò, quia vel etiã vxor Alphon- in Geneal.
ſi erat Ioanna ſoror natu minima Margaretæ, anteáque Reginæ Nauarræ [f]. Tertiò, quia pa. 192.
etſi Robertus frater alius D. Ludouici fuerit ex appennagio Comes Prouinciæ & Atte- [d] quod malè affirmat Noſtradamus Par. 3 p. 211.
batenſium; tamen quia ſine prole cecidit in ſacro prælio Hieroſolymitano contra Sara- [e] Tillius pa.
cenos, ideò breui Prouincia coronæ Francorum remanſit incorporata. Atque ſic nun- 112.
quam reuixit aut rediit ampliùs homini ius Marchionum Prouinciæ aut Comitum [f] Tillius in Chron. an.
Toloſæ erga Arelatenſes Archiepiſcopos. Deceſſit autem Bertrandus anno milleſimo 1235.
ducenteſimo ſexageſimo ſecundo.

85. Florentinus vnicus eſt ſecundum Saxium & Sauaronum, itémque bis Florentius ac Florianus apud Noſtradamum in Chenutio, vbi renunciatur Cardinalis [o] ante præfatum [o] pa. 496.
Bertrandum [a]. Is ſedit ab anno 1263. celebrans Concilium in vrbe anno ſequenti. Atque [a] 491.
ſolutus eſt anno deinde 1265.

86. Bertrandus 2. cognomento *malè ferratus* apud Saxium, ſedens hîc ab an. 1266. ius impetrauit à Clemente Papa 4. deferendi Crucem in coacto bis Concilio Prouinciali apud Auenionem. Tum creatus eſt Epiſcopus Sabinenſis anno milleſimo ducenteſimo octuageſimo. Liquet etiam apud Noſtradamum, at nullus eius nominis ſecundum Sauaronem in Chenutio, niſi *B. Card.*

87. Bernardus 2. de Languiſello Antiſtes ab anno 1281. Cardinalis creatus eſt ex electione Martini Papæ ſecundi, aliis quarti. Atque is Bertrandum Nemauſenſem & Andream Auenionenſem Epiſcopos fratres habuit, qui Sacellum in matrici Eccleſia Arelatenſi D. Petro dicatum dotarunt anno 1282. Et inde Bernardus factus Portuenſis Epiſcopus Arelatenſem Eccleſiam dereliquit. Hæc Saxius. Et Chenutius ſecundum Sauaronem eum cognominat *de Anguſelo*. Sed nos ſic materiam penitiùs ex Ciaconio venamur. *Anno* 1281. *Pontificatus Martini 4. primo, 10. Calend. Aprilis in vrbe veteri, is creauit ſeptem Cardinales. Primus fuit Bernardus de Languiſſello Gallus, olim Archidiaconus Lauraten. in Eccleſia Toloſana,*

& Papæ Clementis 4. (ſexti ante Martinum) *Capellanus*, *ex Archiepiſcopo Arelatenſi Epiſcopus Card. Portuen. tit. S. Rufinæ, Legatus in Lombard. Romandiola, & Hetrur. ſub Mart. & Honorio* 4. *ſucceſſore. Obiit Romæ* an. 1290. pa. 618. 620.

88. Bertrandus 3. cognomine dictus *Amalricus* in vnico Saxio, Attamen Sauaro id agnomen vſurpàt ſolitarium vice proprij, quo pacto Saxius efficit ſuprà Articulo 68. de alio Amalrico Præſule. Ille autem Bertrandus ſedit ab anno 1283. conſtitit in alio Prouinciali Concilio Auenionenſi, ac impetrauit à ſummo Pontifice nullum ſacrum fulmen contra Arelatenſem Eccleſiam valiturum, niſi ipſe Romanus coniiceret. Obiit Antiſtes anno 1286.

89. *B. Roſtagnus* 2. dictus eſt *Capra*. Quas duas voces Chenutius perperam diſtinguit in duos viros Epiſcopos à capite duplicato ſecundum Noſtradamum: & à Sauaronè dicitur vnicè *L. Capra*. Cùm tamen Saxius præſens loco, & ſagax illa duo nomina in vnicum Præſulem deſignet: non per proprium L. at per B. Roſt. vt ſuprà. Is autem creditur oriundus ex municipio Grauenſi in Arelatenſi Prouincia. Vnde factus eſt primùm Canonicus Arelatenſis, deinde Comitialibus Capituli ſuffragiis in Epiſcopum Arelatenſem electus anno 1287. Tum à præfato Honorio Pallium conſecutus eſt. Multiſque clarus miraculis tranſiit ad Chriſtum anno 1303. & cineres illius in Templo D. Trophimi à plebe habentur in honore. At is Martyrologium minimè occupat. Sed patet ſimplici nomine apud Chenutium, at non duo adſequentes.

90. Petrus 1. cognomine *de Ferrariis*, Regni Siciliæ Cancellarius, Iuriſque Conſultiſſimus, per annos quatuor Eccleſiam Arelatenſem adminiſtrauit, hoc eſt, ab anno 1304. ad annum 1307. Iam verò ſequaces Archiepiſcopi ad finem vſque Elenchi Arelatenſis habentur quidem vnanimis vocibus ac ſerie apud binos Chenutij dictatores, vt infrà extant: verùm ſolis nominibus.

91. Iacobus 1. Cadurcenſis Ferrarij, Sauarono *I. de Ferreriis*, vir ſanè pauper & prædeceſſoris ſui ſumptibus ſcientiâ rerum maximarum inſtructus, ac Regij ſcrinij Cuſtos, ideo ſuccedere iuſſus eſt huic Cathedræ anno 1308. à Philippo 4. Rege chriſtianiſſimo (malè nonnulli à Roberto) tantúmque induſtriæ attulit, vt à Clemente Papa 5. ſit Cardinalis renunciatus in 3. creatione, anno 1312. his Ciaconij verbis: *Iacobus Arnaldi de Oſſa Caturc. Vaſco Gallus, ex Epiſcopo Foroiulienſi* (non Forodienſi) *in Prouincia Aquenſi* (poſtea Arelatenſi) *factus Epiſc. Auenionenſis, & Epiſc. Cardinal. Portuenſ. tit. S. Rufinæ, poſtea Papa Ioannes* 21. *dictus* 22.[h] anno 1310. Lugduni creatus ex Platina. Quòd ſi fuerit priùs Archiepiſcopus verè Arelatenſis, id ergo eſſe debuit per aliquot menſes duntaxat anni cit. 1307. vt loquitur Saxius, qui ſubitò facit Arnaldi alicuius ſeorſum geſta ſequi ac legi. Sed quia is Cardinalatum vnà cum Auenionenſi Archiepiſcopatu cõſecutus eſt anno cit. 1312. videtur Arelate eò vſque per quinquennium remanſiſſe, & priùs, non poſtea, Foroiulium poſſediſſe, ne è diametro ex altiore in minorem gradum credatur deſcendiſſe, ac ne etiam tempora & loca vacua Arelate dentur.

[h] Ciac. pa. 673.

92. Arnaldus Faltuerius à præfato Clemente Presbyter Cardinalis creatus, in Arelatenſi Epiſcopatu tres annos exequutus eſt. Sic Saxius, nec plura. Ergo Arnaldus ſedit ab anno 1313. ad annum 1315. De quo ita Ciaconius. *Arnald. Felguerius Vaſco Gallus ex Archiepiſcopo Arelatenſi Epiſcopus Card. Sabinus, & S.R.E. Camerarius. Geſtum in creatione* 2. *Cardinalium anno* 1310. *tempore Aduentus, &c.*[i] Ergo fuit Cardinalatu inſignitus ante prædeceſſorem Iacobum, & non niſi Cardinalis ſedit Arelate, dum è contra Iacobus deſerendo Arelatem ſe protinus ad purpuram euexit. Sed putandus eſt Typographus Ciaconij oberraſſe, quando narrat editio Faltuerium ſeu Felguerium obiiſſe *circa annum* 1313. loco anni inſerendi 1316. vel 1317. quia alioqui triennalis ſeſſio ipſius Arelate falſa eſſet, & Data Authoris *circa* confuſa eſt: neque etiam aliter idem Felguerius potuiſſet tam citò Henricum 7. Imperatorem Mediolani inaugurare, & Legationes alias Apoſtolicas peragere breuiore tempore, quas omnes habuit in mandatis, eáſque compleuit, quando ex Italia Auenionem rediit, vbi animam exhalarit. Tandem is & ſequax ſola voce patent in duobus Chenutij Authoribus: niſi quòd Sauaro anteriorem cognominat *de Faltueriis*.

[i] Ciac. pa. 670. & 671.

93. Gaillardus Summate, ſeu Galiardus, vnicus tantùm conijcitur huiuſce nominis ex Actis publicis, qui ſit defunctus anno 1323. tametſi Elenchus Arelatenſis duos inducere videatur. Hoc pacto Saxius: & adiicit præfatum Henricum 7. Diplomate ſigillo aureo munito cauiſſe, ne Arelatenſis Eccleſia ſubſcriptioni[k] ſubiaceret, niſi centum annorum ſpatio, vt Romana, voluitque omnibus iuribus, illam vti ab Imperatoribus & Regibus Arelatenſibus antea acquiſitis. Sedit ergo Gaillardus Arelate ab anno 1316. per octo annos continuos.

[k] Fortè meliùs, præſcriptioni, quæ alibi nõ erat niſi 30. annorum, & hodie in Gallus 65. annor.

94. Galbertus

94. Galbertus de Valle, aliàs Gasbertus Papæ Camerarius, ac Sauarono *Iasbetus*, Sedem auſpicatus eſt anno 324. Is Narbonenſe Collegium propriis ſumptibus Toloſæ conſtruxit multis reditibus attributis, & in Arelatenſi Eccleſia Subcanonicum inſtituit ad titulum omnium Sanctorum, Sacello etiam condito. Abiit è vita anno 1340. Vtitúrque eius ſepulchrum marmoreum in Æde diuo Trophimo ſacra. Hæc Saxius abſque Chenutio.

95. Petrus 2. dictus Monſtrius Lemouicenſis de Malomonte [a], qui & Rogerius binomius, vt cæteri Gallici nobiles, antea Caſæ Dei Monachus fuerat; inde Philoſophiam & Theologiã amplexus ita excelluit, vt ampliſſimis honoribus datus fuerit, meruerítque dici Arelatenſis Archiepiſcopus ab anno 1341. Qua in dignitate cùm eſſet, ſcrinij Regis curam ſuſcepit. Et demum mortuo Benedicto Papa 11. Ioannis citati ſucceſſore, idem Petrus Pontificis Maximi culmen adeptus eſt, dictus Clemens 6. [b] ex Saxio. Qui Petrus, ſi Cathedræ Arelatenſi præfuerit, non alia ætate id eſſe potuit, quàm media inter Galbertum præmiſſum & Ioannem adſequentem. Vnde Sedem hanc deſeruit anno 1342. Apoſtolicam tunc aſſumendo. Fortè is eſt qui ſolus nominis ponitur in Chenutio. Et fuerat etiam Archiepiſcopus ſimul Rothomagenſis ſexageſimus quintus, ex more illius temporis ſpiritualem poligamiam ad œconomatum patientis.

a Ciac. pa. 727.

b ex Maſſono poſt Platinã & Genebr.

96. Ioannes 6. cognomine Bauzianus non ampliùs in Chenutio; ſedit ab anno 1343. & vidit ſuo tempore præfatum Clementem Papam 6. ratas Diplomate Apoſtolico habuiſſe eas donationes, quas antea Eccleſia Arelatenſis obtinuerat ab Imperatoribus Conrado, Frederico & Henrico munificentiſſimis; déque illis iam ſuprà conſtat [c]. Incertus eſt annus ſui interitus. Eſto ſub annum 1350.

c nu. 77. 81. 83 91.

97. Stephanus de Gardia, vnicus nominis proprij, qui à Saxio conſcribatur, ſed poſterior duorum, qui apud Chenutium aſſumantur eadem voce, ſanguine iunctus fuerat Papæ Clementi ſexto, apud nonnullos Aymerici etiam nomen ſortitus: & ſedens ab anno fortè 1351. Is aureo Caroli quarti Imperatoris chirographo obſignatam ſibi quæſiuit præteritarum ab Imperatoribus donationum confirmationem in Arelatenſis Eccleſiæ vtilitatem dignitatémque, conceſſo tandem cudendę monetæ iure apud montem Draconem ex Capituli Arelatenſis aſſenſu. Deceſſit autem anno 1359. humatus apud Ædes D. Trophimi.

98. Guilelmus 2. in Noſtradamo, apud Chenutium ſolo nomine proprio, at ſecundum Saxium cognominatur *de Gardia*, vel Sauarono *de Sardis*: & fuit ſuperioris Archipræſulis nepos, qui Arelate ſedit ab anno 1360. Is quidem fertur [m] cooptatus in Cardinalium Collegium, & Patriarchatu Hieroſolymitano inſignitus ab Vrbano Papa quinto, &c. Sed ille Pontifex non niſi Guilelmum *de Sudre* Lemouicenſem Dominicanum, & Guilelmum *de Agrifolio* Gallum creauit Cardinalẽ tituli ſancti Stephani in Cœlio monte, Epiſcopũ Sabinum annis 1366. & 1367. [n] Benè quidẽ Vrbanus 6. effecit Guilelmũ ſinc cognomine Patriarcham Hieroſolymitanum & Cardinalem tit. citati anno 1388. [o] Verùm tardiùs id tempus huc non competit. De ipſo alia cum Borbonij & Sabaudiæ Ducibus, *atque ne in cauſis ciuium ad Imperialem Cameram Arelatenſes traherentur, Baronum & militum cauſis exceptis*, ex dono Caroli 4. Imperatoris. Is tandem Epiſcopatum vitámque reliquit anno 1369.

m à Saxio.

n Ciac. pa. 740.

o pa. 767.

Appendix. Odomatus hic ordine ponitur per annum ferè ſecundùm aliquos, ex Numero 26. Diœceſis Lexouienſis.

99. Petrus 3. de Crozo ſeu Croſſo Lemouicenſis electus eſt Archiepiſcopus Arelatenſis ann. milleſimo trecenteſimo ſeptuageſ. cùm iam antea factus eſſet Cardinalis Camerarius in ſecunda creatione per Innocentium Papam ſextum; anno 1356. [a] ex Ciaconio pag. 730. ſimúlque factus Rothomagenſis Archipræſul Numero 72. ſolennem Miſſam pro anima Clementis Papæ 6. in matrici Eccleſia Arelatenſi fundauit [b], Subcanonicos multis reditibus auxit, prætcrea Cluniacenſibus conſtruxit inſigne apud Auenionem Collegium. Migrauit translatus ad aliam Eccleſiam [c], aut ad cœlos, anno 1383. iacétque Auenione in Templo diui Martialis. Non in Chenutio, vt neque duo adſequentes.

a Tit. SS Sylueſt. & Mart.

b Et ſub Clement. 7 Antip. tum alio tit. pa. 797.

c eam non nominat pa. cit.

100. Franciſcus Geuen, aliàs de Conſiaco ſubrogatus reperitur in Sede anno citato milleſimo trecenteſimo octuageſimo tertio ex autographo Baſilicæ. Is mediam clauſtri Arelatenſis & domus Archiepiſcopalis partem opere inſigni ædificauit: Gratianopolitanum Epiſcopatum adeptus, Camerariatu Pontificali auxit [p]. Poſtmodum ex Saxij ſcriptis creatus eſt Archiepiſcopus Toloſanus: quod ibi non video, niſi ſub titulo Franciſci de Seruayo hac ætate [q]. Et ad extremum dicitur factus Narbonenſis Archiepiſcopus: vbi cognomina

p de eo in illa Tab. Nu. 11.

q nu 40. an. 1390.

nominatur *de Caſtelnau* nobilis familia, Numero 40. ex imperfecta à nobis loci Tabula, quantum ſaltem hoc tempore fieri & obtineri potuit. Sed ille inſuper Præfecturam Pontificiam Auenione primus rexit (addit ſcriptor domeſticus) & ibidem anno incerto mortuus iacet, ſepultus in Templo Patrum Cœleſtinorum. Saltem ex nota ſucceſſoris, iſte Franciſcus videtur primam ſuam Cathedram, nimirum Arelatenſem, deſeruiſſe anno iam 1384. vel 1385.

101. Ioannes 7. cognomento de Rupe Canarda, ſic nominatus in Saxij Regiſtris, quem vno verbo dicit Cardinalem, ſimúlque vel poſtea Bituricenſem Archiepiſcopum, abſque temporis nota. Sed quia Chenutius compatriota efficit *r* eum Archiepiſcopum 83. Bituricum ab anno 1386. ad annum 1391. quem vocat *de Rupe Canardi*, nec meminit ſuæ huius Sedis Arelatenſis: idcirco hinc nos argumentum dedúcimus, quòd ſi is antea ſeorſum Cathedram Arelatenſem occuparit, id euenerit anno iam 1385. ſin autem duas illas ſedes vnà tenuerit Papali diſpenſatione ex more illius temporis, videtur quòd Arelato ſederit ab illo anno *ſ* ſequente per annotatum ſexennium. *r* pa. 89. Partis 2. *ſ* 1386.

Appendix duplex. Hoc loco priuſquam vlteriùs oratio noſtra progrediatur, adhibendæ ſunt duæ Appendices. Prior eſt, quòd iſta ætate vacauit Sedes Arelatenſis per aliquod tempus, fortè per annos quindecim aut viginti. Etenim in ſchiſmate 25. Eccleſiæ, vt loquitur Genebrardus *t*, doctiſſimus Petrus de Luna ſuccedens Clementi 7. Arelatenſi etiam pſeudopontifici, vtroque vicíſſim à quibuſdam Gallis Cardinalibus electo; conſedit Auenione annis circiter 30. aduerſus legitimos Pontifices Romanos Bonifacium 9. & Innocentium 7. iſque Petrus annuos reditus ſeu fructus Sedis Arelatenſis fecerat ſuos per Philippum Abbatē ſancti Saluatoris, quem ibidem Vicarium conſtituerat. Et aliundè etiam Seneſchallus Prouinciæ illos etiam prouentus Regio iuri ſubiecerat, pendente eiuſmodi vacatione. *t* In Chron. lib. 4. ſub an. 1394.

Vacatio Sedis.

Poſterior Appendix. Altera ſequens Appendix eſt de aliquot reſiduis Arelatenſibus Archiepiſcopis, aut pro talibus habitis, in priore Tabula Chenutij remanentibus mixtis, confuſis, diſperſis antè & poſt præſens ſeculum decimum quartum Euangelicum, videlicet ſunt hi: Stephanus prior, Vlbertus, Prochaſius, Georgius, Vitcarich, Alephantus, Aymonius, Beatus, Galterius, alius Guilelmus, ſeu tertius & vltimus nominis, ſolis ibi affectis nominibus, & quos ſaltem hac vice ſinimus; velut forſan ſuperuacaneos ex defectu interſtitij vacui & opportuni, quo ipſi decenter per nos figi poſſint in hoc Catalogo, donec ſpes maioris lucis quandoque occurrat.

De aliis Epiſcopis.

102. Artaudus poſt vacuam Cathedram, ex ſacrorum tandem Canonum præſcripto electus eſt Archipræſul Arelatenſis, attamen anno incerto. Et tunc is cuncta quæ ad ius ſuum & Eccleſiæ pertinebant per Seneſchallum Prouinciæ reſtitui iuſſit. Seceſſit autem è ſeculo ad annum 1416. Nec eſt in Chenutio, vt neque ſequens Archiſtamen.

103. Ioannes 8. natione Sabaudus, cognomento de Embroniaco Epiſc. Viuarienſis, 18. & S.R.E. Vicecancellar. &c. Ita Saxius. Sed apud Ciaconium *u* cognominatur, *de Brambiaco Epiſc. Viuarenſ. Gallus, Cardin. Oſtienſis, &c.* ſub ann. 1394. & 96. in obedientia Antipapæ Benedicti 13. dicti 13. à quo Ioannes ipſe diceſſerat, & Piſis conuenerat cũ an. 1409. ſub Alexandro legitimo Papa V. *x* Igitur quando creatus fuerat Cardinalis, nondum ſedebat Arelate, quia Ciaconius ſedem illam minimè adnotauerit. Propterea vir eiuſmodi anno ſolùm 1419. ex Viuarienſi Epiſcopio ad Præſulatum poſtea Arelatenſem conſcendit. In eóque fœliciter perſeuerabat vſque ad annum 1423. nec diutiùs ob Datis ſucceſſoris. Quo durante annorum duodenario is inſigne Collegium Auenioni erexit, vulgò magnum noncupatum, aliáque ingentis operis ædificia conſtrui iuſſit vbique propriis ſumptibus, & regiâ pluſquam munificentiâ. *u* pa. 799. pa. 836. *x* pa. 853.

104. Ludouicus Alamandus item nobilis Sabaudus, antea Canonicus Comes Eccleſiæ Lugdunenſis, deinde Epiſcopus quidem dictus Magalonenſis ſeu Monſpeſſulanus in Narbonenſi Prouincia ex Saxio, ſed probabilius eſt eum effectum Epiſcopum Maclouienſem in minore Britannia, ſi non vtrumque viciſſim. De quo Chenutius *y* vbique, & nos plura in Maclouienſibus. Magalona autem antiquata vrbs vicina erat primùm Sedis Epiſcopalis, at deinceps tranſlata ad Montem Peſſulanum. Tum idem Ludouicus ſucceſſit in Sede Arelatenſi anno 1423. Cardinalis honore inſignitus per Martinum Papam V. poſt Concilium Conſtantienſe anno 1426. ſub tit. S. Cæciliæ; & Epiſcopi verè Maclouienſis conuolantis ad Arelatenſem Archiepiſcopatum. Inſuper creatus Bononiæ Legatus à latere ſummi Pontificis *z* inde Præſes tricumenem ex Synodi Baſileenſis nomine legantis Eugenij Papæ IV. & reuocantis Iulianum priùs miſſum Legatum Præſidémque Concilij *z*, vnde reuocatus abſtinere nolens, non parùm ſanctitati vitæ & morum nævum impreſſit. Hæc Saxius paſſim. Interea, poſthac Antiſtes, quem Genebrardus vocat Ludouicum Cardinalem Arelatenſem Legatum *, nouo & ingenti opere Templum D. Trophimi magnis fornicibus ædificatis ampliauit *a*. De quo Ciaconius iſta dicit *b*: *Ludouicus Alamanus Gallus Presb. Cardin. tit. S. Cæciliæ, Arelatenſis vulgò dictus;* *y* n. 60. *z* Ciacon. p. 87. *z* an. 1431. * li. 4. Chronol. ſub an. cit. *a* Saxius. *b* pa. 911.

dictus; Sub anno 1439. Tandem is migrauit ad Chriſtum anno 1450. Cuius oſſa & cineres à plebe coluntur. Vnde hunc clarum miraculis & orbi Gallico illuſtrem in Beatorum numerum coaptauit Clemens Papa ſeptimus legitimus *e*. Talia ſubdit Saxius.

105. Ioannes 9. habet duntaxat id ſuum nomen in ſacro Arelatenſi Elencho citra omnem chronologiam: quæ tamen ex circunſtantiarum analogia ſtatui ſic poteſt, vt aliquot tantum menſibus anni 1451. præfuerit.

106. Petrus 4. Fluſſas *d* primùm Minorita fuerat, conſanguineus Ioannæ Albretiæ Reginæ Nauarræ vxoris Henrici Borbonij Ducis Vindocinenſis, & abauiæ Ludouici 13. mox Frācorum Regis *e*. Erat Legatus Romani Pontificis in Concilijs Baſileenſi, Conſtantienſi, & Auenioni, quibus in cœtibus ipſe magnum ſchiſma deleuit. De quo vito ita Ciaconius *f* ſub ann. 1431. & Eugenio Papa 4. *Fr. Petrus ex Comitibus de Fuxo Ord. Minor. Hiſpanus ex Regno Nauarra*, *Presbyter Card. tit. S. Stephani in Cælio monte.* Poſt quæ tempora ſui Cardinalatus is factus Præſul Arelatenſis, ſucceſſit præfato Ioanni aut Ludouico, perinde aut quaſi immediatè, vt loquitur Saxius, nimirū ab anno 1451. qui dictator adijcit eundem Petrum deinde religioſo cultu ſuſcepiſſe corpora Beatarum Mariæ Iacobi & Salomæ, procurante Renato Rege inuenta, & ea alio in loco honorificè leuauit. Hinc autem Antiſtes defunctus eſt anno 1464. conditus Auenioni in ſacris Franciſcanorum Ædibus, ex Saxio.

107. Philippus cognomine *de Leuis*, ex illuſtri Leuium gente, vulgò *de Ventadour*, Ducum in Gallia Aquitanica, ſedit ab anno 1465. De quo iſta Ciaconius in ſecunda Cardinalium creatione per Sixtum Papam 4. anno 1473. *g* *Philippus de Leuis Gallus*, *Archiepiſcopus Arelatenſis*, *Presb. Cardin. tit. SS. Petri & Marcellini*, non ſancti Marcelli, velut cecinit Chenutius *h*. Obijt quadragenarius cum planctu anno 1475. *i* exiſtente Archiepiſcopo 86. Auxitano.

108. Euſtachius de Leuis deceſſoris frater atque ſucceſſor: geſtis vtriuſque remanentibus ſatis obſcuris. Atque deceſſit iſte anno 1482. ſecundùm Saxium, ſepultus in diui Trophimi Templo. Verùm ex Chenutio finit anno 1484.

109. Nicolaüs Cibo ex illuſtri Ciborum familia oriundus apud Græcos, ea opibus præterea & terrarum ditione clariſſima apud Neapolitanos, ipſemet Nepos Innocentij Papæ 8. *k* inde ad clauum Eccleſiæ Arelatenſis enectus: vbi cùm ſederet vir, regularem diſciplinam in ſecularem Clerum mente ſyncera commutauit. Et ſubinde Saxius eum dicit quidem vniuerſim Cardinalem, ſed apud Ciaconium *l* hoc non reperi, verùm ibi legitur ſolus Laurentius Cibo vel Kibo & Kibus, promiſcuâ ſcripturâ, iſque Genuenſis, Presbyter Cardinalis tit. ſancti Marci, creatus anno 1489. ab eodem Innocentio. Dictator autem MS. concludit Nicolaüm Romæ tandem mortuum anno 1499. Qui minimè ſurgit in Chenutio.

110. Ioannes decimus cognomine Ferrerius, Hiſpanus genere ſedit ab anno 1500. Is Caſtellum Salonis Archiepiſcopale bellicis motibus ex vetuſtate quaſſatum reſtaurauit, municipium S. Amantij à fundamentis erexit, auguſtiori ſorte Palatium Pontificale exornauit; & Eccleſiam Arelatenſem ſubſellijs, organis alijſque operibus inſigniuit. Iſta Saxius: qui addit eum, Sacello ſuo imperfecto deceſſiſſe anno 1522. Chenutius autem narrat, ipſum Maſſiliæ animam exhalaſſe an. 1521. *m* corpore delato in Eccleſiam S. Trophimi.

111. Ioannes vndecimus Ferrerius ſuperioris Archiepiſcopi nepos, Cathedram ingreſſus eſt anno ad minus 1523. Is inchoatum iam Sacellum ad vltimum perfectúmque finem magnificè perduxit, moritúrque medio ſeculo, anno 1550. Et cum patruo in eodem Sacello ab ipſis conſtructo ad diui Trophimi Templum depoſitus eſt, vt Saxius fatur: ſepulchro eleganter erecto ex albo marmore, veluti Chenutius diſcurrit.

112. Iacobus 2. cognomento Broulardus ſedit ab anno 1551. Qui cùm in Aula Regia frequens eſſet, nihil ſuper loco dignum memoriæ reliquit. Euanuítque ad patrios lares in cœlum anno 1555. Non in Chenutio, nec ſequens.

113. Hippolytus Eſtenſis poſtquam ſedit prima vice Lugduni, Arelatem venit circa annum 1556. atque permanſit vſque ad annum 1559. dum anno ſequente Lugdunum redijt, ſemper Cardinalis, Franciſco Turnonio intercalari. De poſteriore Hippolyto, oriundo ex illuſtri Ducum Ferrariæ genitura, proloquimur, inter duos Præſules illius gētis ac eiuſdem nomenclaturæ, expoſitos Tomo I. *n* ambos Cardinales, ne hîc parentes ſingulorum repetamus; vt neque opus eſt dilatare encomium caſtitatis iſtius Hippolyti à Franciſco Guichardino hiſtorico Florentino editum, quando Præſul effodi oculos iuſſit fœminæ turpi amore in alium exardeſcenti. Non eſt in Chenutio.

114. Robertus de Lenuncuria, vulgò *de Lenoncourt*, Luxemburgenſis ex Principe ſurculo, fuerat iam antea creatus Presbyter Cardinalis anno 1538. à Paulo Papa 3. tit. S. Apollinaris, cùm eſſet Epiſcopus Cathalaunēſis *o*. Deinde ſic loquitur Saxius. *Is Regi Gallorum Henrico II. charisſimus Arelate ſedit ab anno 1562. vſque ad annum 1565.* Quod ſalua pace nimis feſtinanter dictum

e ab an. 1525.
d Vulgò *de Foix*, Comitatus ſuprem[i] iuris in Gallia Narbonenſi.
e ab an. 1610. pergens hoc an. 1625.
f pa. 886.
g Romæ Nonis Maij. p. 973. 974.
h pa. 494.
i Prid. Non. Nou.
k ſedens Romæ ab anno cir. 1484.
l p. 989. 997.
m die 17. Februar.
n Numero 119. & 121 §. 2.
o Ciacon. p. 1120. & an. 1555. p. 1160. &c. an. 1564. p. 1175.

dictum eſt, ſi credimus Ciaconio, apud quem Robertus multò antea vale mundo dixit. Is ergo citiùs Arelatenſem Cathedram videtur ingreſſus. Exin ſic pergit ille dictator. *Tunc enim relictâ Arelatenſi Eccleſiâ, & Cardinalitio inſignitus, Turonenſem, deindéque Tholoſanam ac Metenſem demum Eccleſiam adminiſtrauit*, vbi tandem extremum vitæ ſpiritum emiſit anno 1561. ſecundùm Chenutium poſt Ciaconium pag. 1198.[n] Qui Chenutius malè, rurſus eum dicit in Turonenſibus, Num 93. inde Remos abiiſſe anno iam 1508. & mortuum anno 1531. Vbi ſanè, tunc Prælo oppreſſi fueramus ſequuti eius typographiam, quam in ſuis extremis erratis minimè correxit. Sed mox tale exemplar reformando, dicimus obiiſſe annis 32. feriùs: niſi extiterint viciſſim duo Roberti de Lenoncuria, quod minimè in Ciaconio perſpicimus. [n] Dicunt tamen nõnulli eum ſuperuixiſſe ad an. 1561.

Appendix. Obiter autem monemus per Appendicem vnà cum Saxio, quòd nimirum ipſi Roberto ſucceſſiſſe videatur Antonius d'Albon ex Papono Foreſiano in ſuis Curiæ Placitis. Sed dictator Arelatenſis Canonicus arbitratur eum duntaxat electum fuiſſe Arelatenſem Archiepiſcopum illo anno 1565. *quia eiuſmodi tempore* (inquit) *Lugdunenſem Archiepiſcopatum ſuſcepit*. Alius Archiepiſcopus. At verò iam quadriennio priùs hunc Franciæ[o] Primatum inierat, ex Faſtis noſtris Lugdunenſibus, poſt receſſum inde Hippolyti Cardinalis ſecunda vice Lugduni ſedentis anno 1560.[p] & Eduam proficiſcentis. [o] To. 1. Nu. 122. [p] Nu. 121.

115. Proſper Sancta-Crucius, vulgò *de ſancta Cruce*, Romanus ex illuſtri gente, conſcribitur à Saxio & Chenutio, Cardinalis Epiſcopus Albanus à Pio 4. creatus, ac in Gallias alibique Legatus datus eſt Arelatenſi Archiepiſcopatui anno 1566. Quem poſtmodum reliquit nepoti adſequenti anno 1573. ex Saxio. Attamen Chenutius dicit obiiſſe anno 1589. ætatis anno 76.

116. Syluius de Sancta-Cruce fuerat primùm Archidiaconus Arelatenſis Eccleſiæ, & ſedit ibidem Antiſtes ab anno 1574. dum Galli deploratis temporibus cadebant mutuis vulneribus. Atque deceſſit anno 1588. vel ſequente.

117. Horatius Montanus Neapolitanus, directus eſt à Clemente 8. ſummo Pontifice Nuntius Apoſtolicus, pro Patribus Societatis IESV in Galliam reuocandis, ad Henricum 4. Galliæ & Nauarræ Regem anno 1589. à quo nominatus fuit Archipræſul Arelatenſis. Hanc verò prouinciam cùm ſimul pro dignitate egiſſet: tunc etiam Cardinali Ioyeuſæo adhibitus & conceſſus eſt, vt tanquam Legatus Sedis Apoſtolicæ de iure Matrimonij Margaretæ Valeſiæ cum Henrico Magno cognoſceret. Is tandem tanto Eccleſiæ ſuæ Arelatenſis amore exarſit, vt illam extremis publicisque tabulis hæredem agnatis derelictis inſtituerit. Obiit Salone ad Crauum anno 1603. Cuius oſſa & cineres Arelatem delata, magno cum omnium ordinum mœrore excepta ſunt, & in Templo Diui Trophimi honorificè recondita.

118. Gaſpar à Laurentiis antea Abbas Eccleſiæ S. Petri Vannenſis, frater minor natu Ioannis à Laurentiis nuper Archiepiſcopi Ebredunenſis, ex nobili Laurentiana Diœceſana familia cretus, ſacro Arelatenſis Eccleſiæ titulo cohoneſtatus eſt anno ſalutis milleſimo ſexcenteſimo quarto. A debitis cuius laudibus abſtineo: quia, vt ait Vopiſcus, *viuorum Principum vita non ſine reprehenſione publicanda*. Floret autem & pergit fœlici exitu in Sede R. Gaſpar hoc anno 1627.

EPISCOPI MASSILIENSES, PRIMI SVFFRAGANEI ARCHIEPISCOPATVS ARELATENSIS:

Miſſi à Patre Societatis IESV Moderatore Collegij ibidem.

1 Sanctus Lazarus, aliàs Eleazarus, Protopræſul, ſedit annis vndecimo, ſub annum 81.
Poſt eum hîc plures deſiderantur.
2 Proculus interfuit Concilio Aquileienſi, anno 383.
3 Numidius patet in Concilio ſecundo Carthaginenſi, an. 300.
4 Victorinus in Concilio tertio Carthaginen. ann. 400.
5 S. Saluianus, an. quadringenteſimo quinquageſimo octauo.
6 S. Venerius, 462.
7 S. Euſtaſius, anno quadringenteſimo ſeptuageſimo.
8 S. Cannatus, an. quadringenteſimo octuageſimo.
9 Honoratus, ann. quadringenteſimo nonageſimo tertio.
10 Teutpertus, anno quingenteſimo ſexageſimo.
11 Theodorus, anno quingenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo.
12 Serenus, 592.
13 S. Adalongus, 700.
14 Berengarius, 769

 15 S. Mau

15 S.Maurontus 780.
16 S.Antoninus.
17 Honoratus.
18 Leudonius.
19 Venator.
20 Pontius an.1940.
21 Raymondus ann.1112.
22 Petrus 1151.
23 Raymundus 1172.
24 Carolus 1204.
25 Raynerius 1214.
26 Petrus de Monte Lauro 1229.
27 Benedictus 1239.
28 Benedictus de Aliquano 1254.
29 Durantus 1296.
30 Fredolus 1309.
31 Durantus de tribus Heminis 1312.
32 Galbertus 1314.
33 Ratherius de Laïacco 1320.
34 Ademarus de Vouta 1331.
35 Ioannes Gaſqui 1337.
36 Robertus de Mandagoto 1346.
37 Hugo 1360.
38 Petrus Fabri 1361.
39 Gulielmus 1363.
40 Guilelmus de Vouta 1392.
41 Guilelmus le Tort 1396.
42 Guilelmus de Sadone 1406.
43 Bartholomæus de Rucali 1436.
44 Ludouicus de Glandeue 1445.
45 Nicolaus de Brancaſſiis 1447.
46 Ioannes Alardelius 1466.
47 Ogerius de Anglura 1496.
48 Antonius de Furno 1507.
49 Claudius de Seyeello 1509.
50 Innocentius Cibo 1517.
51 Ioannes Baptiſta Cibo 1532.
52 Petrus Raqueneau 1556.
53 Fridericus Raqueneau 1572.
54 Iacobus Turricellus 1604.&c.

Nihil de præſenti omnino Tabula apud Chenutium.

Alij rurſus extant quidem,quos aliundè excerpſi,inque ſingulis adhibeo commentarium. Sed quia nondum abſolutum eſt ſcholium, & nuncios expecto: idcirco ſperamus omnes ad integrum reſtituere, ſi ad alteram breui ex promiſſis editionem duce Chriſto perueniamus, cum oblato quonis Bibliopolæ: breuem Catalogum Maſſiliâ receptum ſequuti, & hac vice contenti. Reliquos ſeriò expendemus. Debent verò ſequi tres quidem alij Epiſcopatus Suffraganei Archipræſulatus præfati Arelatenſis,eorúmve ſingulares Epiſcopi: nimirum Tolonenſes,Arauſicani, & Tricaſtinenſes, vulgò *S. Paul de Tricaſtin*,in ea Allobroga Phocenſium Prouincia. De quibus nihil Chenutius.Verùm, quia harum trium Sedium catalogi vix dum obtineri poſſunt cum ea,quam poſtulamus, ſufficientia & integritate: ideò tales indices hac ſaltem vice deſerimus.Quippe vt mittantur,reſcripſimus.Nec dum reſponſum.Aliquot ſanè horum particulas frequenti lectione nacti ſumus indee ſis temporibus: ſed quia multis partim dubiis adhuc controuertuntur, vacuis interiectis, idcirco piguit eadem mox imperfecta texere,vbi vel etiam finis totius Operis aliundè hîc habendus eſt, ex cauſis in Prolegomeno & fronte tertij huius libri allatis,§. 3.donec plura collegerimus, quæ illic ſumus polliciti tradere omnia, cæteráque ampliora in altera noſtra editione de Gallicanis vniuerſis Epiſcopis breui futura,quæ vel iam per nos ex profeſſo examinanda veniunt,& ſeſe offerunt penè innumera cum recentiore alio commento refricanda,in melius ſæpè reſtituenda,& noſtro calamo ſupra prætérque ipſius tenorem adaugenda,Chriſto propitio.

F I N I S.

Errata huius Tomi 3. in Prælo commiſſa.

Pag.3.lin 30.iungas Numerum 43.cum li.32.& ſic tranſpoſitionem lege,inaduertẽdo occurrentem:*teſte Charta ipſius pro Eccleſia,&c.* Pa.20.li.25.tolle *Falconem*,ſtatue *Franconem*. pa.21. li 33.pro 64.lege 70.li.36.pro 88.le,89.li.45.pro 67.le.72.pa.27.li.26.ſic legas:*à Martino Papa 4.viro Turonenſi* anno 1282.Pa.33.li.33.tollas *vel an.*853.li.39.pro 48.le.50.pa.34.li.45.pro 48. le.50.pa.36.lin.30.ſub Nu.26.dic *Lutetiæ*. pa.37.Num.53.Gregorius.pa.42.li.32.pro 371.lege 375.ſub S.Martino Nu.3.&c.pa.49. in marg.*n.pa.*525.*Chenutij*.in li.21.in textu ſic aliter,*ab an.* 1544.*Pauli 3.vnà*.In alia marg.pa.cit.2 *ab an.*1538. *Ciaconius*.p.1128.& pa.1160.p.53.li 32.le.49. le.*Remenſes* 49.p.57.l.27.ita legito:*Ann.*532.*quo iuſto tempore is fatetur*.l.28.loco *vbi*,ſtatue *illic*. l.30.dic.*Itémq; Moſander in Surio &*.p.59.l.30.ſic,*Qui cœtus habitus eſt an.*849.*ex Baronio Nu.*14. *vel ex aliis præmiſſo etiam*.pa 83.li.15.pro 68.dic.72.pa.89.n.113.*Iuuenalis*.pa.95.l.25. loco 666. pone 566.& vice 19.profer 29.l.30.emenda hoc pacto;*obierit,& in Martyrologio Romano fulget ſub eo die à* Petro.pag.113.lin.45.*Nogento*,lin.antepen.*Dambertus*,& vlt. Epiſtolam 66.pag.114. lin.30.pro 79.lege 72.lineâ ſequente legatur,*Epiſcopus* 40.lin.33.dic,*Eccleſia à Lucio Papa*.3.lin.

34.

34.dele hanc periodum.*Verùm tale quod non inuenio apud Ciaconium in Cardinalibus.* Pag.117. lin.1.*Epiſcopus* 105.Lin.2.ſic perlege,*Cuſtos ab an.*1514.*rurſus iſtuc.*Ibid.lin.8.pro 57. lege 60. Lin.11.*poßideret Clemens Papa.*7.Lin.14.*Cardinalium eiuſdem creat.*Pa.118.lin. 11. ad marg.y *an.*1550.*pa.*1154.*an* 1559.Lin.20.loco 72.dic.74.Lin.30.pro *regnante* dic *rogante.* Lin.34.ad marg.*f.Ciac.pa.*1211.& dele 1208.*&c.*Pa.124.lin.23.lege octingenteſimo quadrageſimo nono, Pa.128.Lin.456 poſt ex Chenutio,dele ſequentia.*Qui viderit à quo diſcat Præſulem tranſmigrando factum à Pontifice ſummo Epiſcopum Cardinalem Albanum, quia haud quaquam edifferit Ciaconius.* Etenim poſtea viſum eſt Authorem illum de vito loqui,pag.691. Lineâ 40. & 41, ſic legito, *incidit ad antepenultimum annum Innocentij Papæ 6.ſecundum Genebrardum.* At Pag. 130.lin.13.auferas hæc *Sed virum huiuſmodi minimè inueni apud Ciaconium poſtremò deſcribentem Cardinales.*Quippe dictator hominem pag.1184.rubicundum allegat. Lin. 43. legatur *Cotignonus.*Pa.133.lin.26.poſt *Turonibus*,iſta ſubnecte.*Verùm id accidit alio an.*849.*apud Turones. Sic etiam Tauellus.*

Obſeruationes & incrementa pro quibuſdam, non cunctis, eiuſdem Tomi præteritis.

In extremis Numeri 17.Antiſſiodorenſis ſub Alano Belgio Epiſcopo,poſt hanc notulam
Art.1. 282.iſta in textu ſequuturo compone.*Poſtea monuit ac reſcripſit D.CamuZatus, quòd præſumitur eundem Alanum breui mortuum anno* 1182.*condito allato Teſtamento,*

Pag.137. Sic incipe Numerum 85.*Petrus* 3.*de Villaribus Gallicè Villers antea,&c.* Ac auferas
Art.2. *de Villates*,in Epiſcopis Niuernenſibus. Sic iſta & ſequentia me deinceps tandem monuit Epiſtolis Camuzatus vicinus ponenda. Nec altiùs certè hac vice renouamus plura,quæ nobis occurrent renouanda in ſecunda poſthac Galliæ Epiſcoporum editione cum orbe vniuerſo apud quencunque Bibliopolam.

Num. 86.legatur,*Petrus* 4.*de Dintauilla:*& aufer *Tintauilla.* Plura in altera editione. Hæc
Art 3. pro Niuernenſibus.

In Trecenſibus autem Epiſcopis recèns ea multis per nos hic ſuperadduntur,
Art.4. quæ à Camuzato etiam miſſa ſunt,tanquam à domeſtico probè ſciente viro, ac valde tuto loci Canonico, tum aliunde. Atque primùm Numero 3. de S. Patroclo Epiſc. clariùs mox dicendum venit,quòd is Martyr ſit primus ex tribus eius nominis,qui paulò confusè videtur illic cum reliquis pagina 40. pertractatus. Et cuius feſtum ex Baronij Martyrologio incidit ad diem 21. Ianuarij:quique putatur ſediſſe ab anno fortè 276.(moriente Imperatore Aureliano in ſequenti) vſque ad an.ferè 310.potiùs quàm quidam alius Patroclus ex cæteris duobus.Quorum vnus eſt beatus Sacerdos Patroclus Biturix recluſus,ignoti temporis ac diei feſti apud D.Gregorium Turonenſem. Alter verò fuerat B.Patroclus vicinus Aruernus pariter Confeſſor : qui cenſetur ob confinium verè confundendus vnà cum Biturigo. In ſumma,alterutet amborum poſteriorum ſeriùs vixiſſe creditur temporibus Childeberti I. Regis 6.Francorum, regnantis ab an.515. ad an.560[a]. Poſtremique feſtum cadit in 19. a ex Baron. in Commēt. ar.21.Ian.
Nouemb.apud Molanum ſolitarium.

Pag.cit.140.lin.52.in Leone Epiſcopo,lege ad an.360.loco anni 460.ex errore Typographi.
Art.5. Item lin.53.legatur *ad an.*570.pro 470. auferendo in Heraclio.Lineâ pariter penult. ad an. 490.pro 390.Lin.vlt.ſtatue *quadringenteſimum*,non autem,*quingenteſim.*

Pag.141.lin.5.tollas,*Vnde perperam:*& ſic legas.*Author verò concludit, &c.* Deinde lineâ ſe-
Art.6. quente dele *Vel*,& ita proferas.*Vt autem ad eum vſque annum ritè perueniſſe putetur,tutiùs debuit conſcribere dictator Sanctum aſſediſſe,&c.* Lineâ 10. poſt *meritis*,proximè legas *libro 6.Epiſt.* 1.*&c.*vt ibi pa. cit.lin.11.& 12. Tum reſume hæc lin.10.*Sepultus,&c.*

Art.7. Lin.21.ſic inchoandus eſt Numerus 14. *Sanctus Camelianus apud Camuzatum quidem ſedit ab an.*479. *verùm iuxta Chenutium ab an.*480.*Sed profectò meliùs ab an. ſolùm* 512. *ob notam mortis prædeceſſoris,quam alij minimè aduerterunt, nec aliunde probant. Sic nihil ſupererit vacui. Poſtmodum verò is Præſul interfuit,&c.* Lineâ 27. ſub eodem Antiſtite, poſt periodum *à Cameliano*, iſta lubens adiunge. Quem commentatur Sauaro in vnam perſonam contrahens:vocat etiam ſanctum Chimelianum & Chamelianum ac Caminianum in Sidonium Apollinarem libro 7 Epiſt.13.

Pag.142. Ambroſius Epiſc.Trecenſis fuit is,de quo etiam ad Numerum 33.Lugdunenſem
Art.8. §.1. Tom.2.Et Lineâ 7.Num.19. *Renatus Andegauenſis ſcribens.* Ibid. lin. 11. ad marginem:poſt *in Martyrologio*,eiuſmodi periodum adhibe : *Alibi ſumpſit idem Benedictus vitas Sanctor. à Doctore Marchant,etiam Andegauenſi.*

Art.9. Pag.145.lin.10.ita ſtrictiùs venit reformandus Numerus 68: *Garnerius ſedit ab an.1193. penes Chenutium,& iuxta Camuzatum creditur mortuus an.1205.* Plura verò quæ cum iſto Garnerio Typographus inaduertenter miſcuerat aduersùs noſtrum archetypum, veriùs pertinent ad Herueum mox ſucceſſorem reformandum.

Art.10. HERVEVS habetur conſtitutus Trecenſis Antiſtes anno 1206. quo Innocentius Papa 3. ſcripſit ad Capitulum Trecenſe,& nominatur in illis Actis apud Camuzatum [b] 20. Kalendis Mart j. Pontificatus an. 9. Qui ſummus Pontifex errore Typographi peſſimè ſub prædeceſſore Garnerio Antiſtite reponebatur. Deinde hic Herueus prodiit alia acta [c] anno 1222. *pro ſuo Capitulo,&c.* Sicque ſuperuixit in ſede,&c. vt ibi. Interim verò, periodus quæ in eadem paginâ conſcribitur lineâ 34. ſub Guilelmo 75. Epiſcopo, debet paulò altiùs reponi ac reduci ad Numerum iſtum 69. hiſce verbis in meliùs paulò reſtitutis. *Nonnulli autem conſtituunt præterea aliquem Guilelmum, velut primum nominis in hac Cathedra ſub an. 1217. Sed nondum habeo ſatis compertum. Etiámque annus ille concurrit totus cum ipſo præſenti Herueo. Vt fortè prætenſus iſte Guilelmus non fuerit primus vera conſecratione delibutus: tametſi forſan à quibuſdam priuatis in lite electus ac oblatus eſſet duntaxat.* Hoc tandem præmonitum fortè ſuccurrerit, ſi deinceps is Præſul occurrat ſub annis ſocio concordibus ac ſucceſſiuis probè diſtribuendus.

b In Promp. pe. fol.185.

c fo.188.

Art.11. In Ioanne 3. Bragne Epiſc.75. pa. cit. 145. ſic adde: *ſecundum eos ac in Camuzato, qui miſit Acta, defunctus eſt Præſul an.1375. die 10. Auguſti, licèt alibi rarò ponatur annus 1373.* [f] lineâ 54. Alia in 2. editione.

f.23.Octobr.

Art.12. Pag.cit.lin.vlt.in Petro I. Num.8. ſic lege: *vt loquitur Chenutius, antea Epiſcopus 83. Niuernenſis, ſolenni pompa Trecas ingreſſus eſt an.1376. per menſes 20. ſequentes duntaxat, extinctus an.1377. etiam ex Epitaphio ſucceſſoris apud Camuzatum; ſepultus in Conuentu Dominicanorum Trecenſium ex Tauello: at non versùs partem ſiniſtram magni Altaris, quatenus ipſe abſens arbitratur: ſed in dextra, veluti Camuzatus præſens loco ordine ſcripſit.*

Art.13. Pag.146. initio ſub Petro 2. ita pergas lin.1.& 2. *Ac obiiſſe cenſetur an. 1410. ex Chenutio ſecundùm Democharem ſæpe erroneum. Verum multò meliùs an.1395. ex Promptuario* [g], *&c.*

g fol. 219.

Art.14. Numero ſequenti ita lin.5. *Stephanus de Giuriaco dicitur quidem Epiſcopatum ſuſcepiſſe ann. 1410. ex Chenutio. Sed probabiliùs ſub anno 1395. confeſtim à defectu anteceſſoris, vel ab an. inchoante 1396. Et locum deſeruit an. 1426. ætatis 62. iuxta Camuzatum, qui narrat eum Cathedram tenuiſſe annis* 31. Alia noua in 2. editione.

Art.15. Pro Ioanne 6. *l'Eſguiſier*, Lineâ 8. ſic in medio narrandum *ab an.cit.1426. vt conſtat ex MS. Camuzati ad nos miſſo. Atque ſedit vſque ad annum 1450. moriens 3. Auguſti* ex Epitaphio Authoris. Dele autem omnem reliquam periodum, quæ principium ducit ab hoc verbo. *Vide quid.* de quodam Guidone, quem poſtmodum verè agnouimus extitiſſe Epiſcopum Troianenſem Italiæ, ſicuti tractamus in altero noſtro Antiſtitum Orbis vniuerſi volumine

Art.16. Guilelmus Parui, &c. permutauit ann. 1552. cum adſequenti antea Syluanectenſi 73. Epiſcopo.

Art.17. Odardus ſeu aliis Oduardus, ex Syluanecto huc venit, ac reſedit ab an.cit.1552. Plura in poſteriore edit. Hactenus de Tricaſſinis Epiſcopis.

Art.18. Apud Epiſcopos Pariſienſes ſub S. Marcello Epiſcopo Num.9. pag. 149. delenda eſt pars additiunculæ in margine litteræ [h], quæ ſic habet: *In geſtis S. Marcelli, & MS. Tauelli Decani Senonenſis.* Atque ita collocanda venit vlterior portio, ex monitis ſeu Epiſtolis D. Camuzati præſentis loco, dum abeſſemus: *& MS. Iacobi Tauelli vulgò Taueau, nuper egregij Aduocati Curiæ Præſidialis Senonenſis, patris Hieronymi Tauelli hodie Decani Senonenſ. Eccleſiæ an.* 1625. Pag.168. ad finem, ſic lege *ſubſignantibus 51. Remenſi, 70. Senon. 60. Bitur. Hagan. 53.... 56. Beluac. ...55. Nouioma. 51. Sueſſioni & 48. Niuernenſ.* Item pa.173. lin.35. legatur anno 1430. Et pa. 174. lin.28. lege *ſublatus.* Ac p.178. li. 22. dic, 849. Pa 184. lin.34. Nu.108. *Tornacenſis* 78. lin.35. *quadrag.* lin.36. octo. Et ....Pa.188. lin.27. Pa.197. Nu.18. S. Mamertus ſedit. ..Pa.200. Nu.39. lin. 37. ſic lege, *vnà cum Imperio Philippi, &c.* Pa.204. Nu.63. lin.32. *nonus.* Pa.213. lin.7. dic 582.

Art.19. Quædam iterum de Arelatenſibus Archiepiſcopis in medium rectiùs allaturi, moneo, quòd foliola madidæ typographiæ Sedis miſeram ad D. Saxium teſtem locorum, pendente ceſſantis noſtri Præli biennio. Vnde hæc renouanda cenſuit, & ad iſtam calcem opportunè reducenda, partim ex eiuſdem reſponſis accepta, tū alia ſuperaddimus mentis noſtræ ſenſa, quæ Lectori exhibeo. Imprimis ergo ad Numerum 19. recurre, & pag. 221. lineâ penult. ſic lege: *Saxius refutat. Peculiaris autem ratio abſurda Barali aſſertionis, eſt, quia, &c.* ſublato medio, *nimis ieiunè.*

Art.20. Inde pag.222. Numero 21. lin.15. tolle hæc verba. *Sed narrat Baronius id geſtum an. 417. &c.* Atque in locum iſta ſubſtitue. *Poſtmodum adhuc periodum aliam de ipſo miſcet Baronius anno*

417.

417.*&c.* Lineâ 20. *Viennenſem Prouinciam* Narbon. Lin. 21. iuxta, *ſub anno 417. cit. priore ſua ſumma breuis Cathedra.* Baron. Nu. 41. Alia de eodem contemplare in noſtris Lugdunenſibus Numero 33. §. 3.

Ar.21. Pag. 223. Num. 25. lin. 5. poſt Rauennium & verbum *apponendarum*, ſic pone à Capite 26. *Ioannes primus tunc temporis, hoc eſt anno 452. Cathedram Arelatenſem tenuit per ſeptem circiter menſes, nec vix diutiùs, ob prementes Cæſarium vnum ac Leontium adſequentes, ſi vera ſit, vt opinor, momentanea eius conſtitutio & ordo per Saxium, tametſi vnicum, at loco præſentem, ſine temporis ſcrupulo.* Ita meliùs, vt non ampliùs habeatur ratio ad ipſius viri decennium in Sede, quale tardiùs pag. cit. à linea 48. repoſueramus prima vice ſub Numero 29. poſt allegatum Cæſarium mox duplicandum: cuius iterandi causâ, temporáque ſinendi opportuna, breuiandi fuêre dies Ioannis, íſque attollendus paulò altiùs ex conſtituentis Saxij mente, ſcilicet ante Æonium mox effectum 27.

Ar.22. Lineâ 34. paginæ cit. in ſancto Cæſario Epiſcopo 27. qui hactenos ab Authoribus recenſetur vnicus huiuſce nominis Arelate, tollas hæc aduerbia, *indebitè & ſeriùs*, vt mitiùs loquamur. Ac ſequente lineâ auferas, *cùm longiùs Eonum Archipræſulem prolataris*. Tum cætera ſic emendata legas, *ac Leontium Antiſtitem præmiſeris, mox tamen neceſſariò reponendum inter duos ibi Cæſarios, quos hac primùm vice cogimur inſtituere: licèt peter Tritemius eundem vnicum fuiſſe putat anno, &c.* Hinc verò recèns diſpoſitum eamus duos Cæſarios interiecto Leontio, charactere Romano.

Ar.23. Sanctus Cæſarius primus vulgò *Geſaire*, vir non ciuis, ſed Diœceſeos aut ferè vicinus [d] Cabilonenſis, præfati Eonij affinis, ac prior duntaxat huiuſce appellationis ſedentium Arela- [d] Subindicat Baronius.
ti, primùm fuerat Monachus Lerinenſis, ibidémque poſtea Abbas ex Sigiberto & collectis à [e] Par. 2. à pa. 219.
Vincentio Barrali [e], vel etiam Abbas in Monaſterio Arelatenſi, ex Baronij Annalibus [f], tum Epiſcopus alicubi loco ignoto, ſub quo titulo is aderat antepenultimus Concilio I. Arauſicano, Præſide illic S. Hilario vrbis Epiſcopo 24. ſub annum 441. Num. 13. Baronij. Hinc, [f] ſub an. 453 Nu. 42.
anno 453. promotus eſt ad ipſum Arelatenſem Epiſcopatum immediatiùs poſt Ioannem I. cit. ex Saxio, tametſi Baronius opinetur eò aduenisse poſt Rauennium & Eonem Hilarij ſucceſſores, quia Ioannem minimè nouit, vt neque alij. Atque protinus habuit Præfectus tertiam Synodum Arelatenſem anno eo d. quatenus verè idem vir eſſet tunc Arelate Antiſtes, etiam ex Baronio in eam ſententiam propendente, quòd vtrobique extiterit eadem perſona ſtatum ac locum mutante. Quam deinceps humanæ perſonæ vnitatem clariùs denuo confirmarunt Ioannes Gabriel Biſciola, & Spondanus eorundem Annalium breuiatores. nimirum aduerſus recentiorem alium, qui tamen ex oppoſito ſentit Cæſarium illum Arauſicanæ & Arelatenſi tertiæ Synodo præſentem, fuiſſe diſcrepantem virum alium à D. Cæſario, qui poſtmodum apud omnes agnitus eſt tutus Arelatenſis Epiſcopus, ac legitimus Præſes Cœtuum Comprouincialium Arauſicano 2. Carpentoratenſi & Vaſatenſi ſub B. Leone Papa I. ſedente ab an 441. ad an. 460. præcisè & ex Tomo I. Conciliorum. Qui ſummus Pon- [g] Correptus eſt ſpecia ea tenus in Baronio.
tifex [g] zelo & fama D. Cæſarij permotus, iam cœperat ei aut Sedi ipſius conferre aliqua priuilegia in Archiepiſcopatus Tarintaſienſem, Aquenſem, Narbonenſem, & fortè in alios quoſdam nomine quaſi Primatus, qualia pleniùs ſub B. Cæſario 2. proponimus, ex concordi ferè diminuto vetuſtiori Primatu Viennenſi. Præfatus autem anno 460. aut ſequens creditur eſſe poſtremus Cathedræ Cæſarij prioris. Eiúſque feſtum habetur die 27. menſis Auguſti. Poſt quem virum ac annum init & premit Leontij ſucceſſoris chronologia. Rationes verò cogentes ad Cæſarij nomen diuidendum in altero illo Cæſario proponuntur.

Art.24. 29. Leontius annuente Saxio creatus eſt Archiepiſcopus anno 461. ſaltem mediato: de quo primùm obiter Baronius locis citatis, quo ad viri ſeriem tantùm, poſt Eonium & ante B. Cæſarium, videlicet Numero ordinéque ſecundum. Inde verò Hilarius Papa anno ſeq. 462. litteris eundem Leontium reprehendit, quòd in his quæ ad ipſius Monarchiam ſeu Primariã ſpectant, negligentior factus eſſet, dum Hermes ſe in Eccleſiam Narbonenſem intrudere *ini-* [h] Num. 5.
quiſſima vſurpatione & execrabili authoritate (ait ſummus Pontifex [h]) præſumpſiſſet, inſcio eodem Leontio. Tum anno 463. Mamertum Viennenſem Archiepiſcopum decreto compeſcuit, eò quòd Dienſem Epiſcopum, tametſi ſuffraganeum ſuum, conſecraſſet, ídque ius om- [i] Bar Nu. 5.
ne illi ſuæve Eccleſiæ Arelatenſi attribuit [i]. Denique ex Saxio deceſſit è viuis an. 480. Verùm ne diuturnior æquo videretur ſequax alter Cæſarius, putatur ſuperuixiſſe ad annum vſque 504. In totum annis 43. En ergo locus mox eidem Leontio proprius, germanáque ipſius chronologia, quem idcirco pag. 223. cogebamur ad poſteriores tardioréſque annos trahere, quia vnicus D. Cæſarius tunc continuus ac diuturnior æquo nos eò adegerat, Verùm ſanè biſidum ſancti viri ſegmentum curam omnem hodie ſuſtulit, ac debita tempora cum ſitu faciliùs multò reſtituit.

30. Bea

Art. 25. 30. Beatus Cæſarius ſecundus, ciuis profectò Cabilonenſis, ac veriſimiliùs prioris Cæſarij vicini nepos conſanguineus, fuerat antea S. Syluestri primi ferè Cabilonenſium Epiſcopi à puero diſcipulus[k]. Quem hîc prima vice ſeorſum recèns profectò collocamus, etſi hactenus à nemine ſeiunctus, quia neceſſariò inter ambos diuidendos Cæſarios concedendus fuerat Leontius. Etiamque prolixior extitiſſet vnius ætas & Cathedra, quàm patiatur ſtatus humanæ vitæ. Etenim poſito quòd is ſederit ab anno probabiliori 505. procul dubio illic turò permanſit vſque ad annum 544. quo deceſſit ex Baronio [l]. Vel mortuus legitur circa annũ 554 ætatis 73. ex Barrali Salerno [m]. Quod eſt regimen tenuiſſe annis 49. adhuc valdè multùm. Quippe ſi ponatur iſte alter Cæſarius moderator hierarchiæ ſub an. 490. qua tempeſtate ſcripſit Epiſtolam doctrinâ refertam ad Felicem ſummum Pontificem, ſuperſtite tota Leontij duratione paulò libera, Sedes illius foret annorum ferè 69. morâ cuique vix perſuaſâ. Ob idque cenſeretur vir eruditiſſimus Litteras ante Prælaturam exaraſſe. In qua de reliquò habuit Præſes Concilium Agathenſe an. 506. Baronius To. 6. N. 2. Vaſa argentea Eccl. in pauperum gratiam vendidit an. 508. Nu. 13. A ſucceſſore Symmacho Pontifice confirmationem allatorum Sedis ſuæ Priuilegiorum conſecutus eſt an. 513 [n]. Et eodem Tomo narrat [o] Cæſarium dici vltimum Arelatenſem Epiſcopũ, deinceps euaſiſſe Archipræſulẽ aut vel eò altiorem. Ibique citra dubium quaſi ſemina præbet implicitè duorum viciſſim Cæſariorum, quos ferè inſinuat, atque nunc hîc eoſdem enumeramus, & explicitè ad caput palam erigimus. Equidem, dum talia edifferit Author, conijcimus mentem ipſius cadere in priorem Cæſarium, ſed tempus, ſub quo dictator hos erexit diſcurſus capere limites huiuſce ſecundi iuxta noſtrum ſaltem diſtribuendi morem. Inde ex Tomo 7. is inuiſit Eccleſiam Contumelioſi in Galiis ob crimina ſubmoti, & commendabatur eidem Eccleſię curandę à Ioanne Papa 2 circa an. 534 [p]. Nondum exornat Necrologium Romanum. In ſumma, ſi vnicus Cæſarius Arelate conſediſſet ab an. 453. ad 544. ſcilicet minimum per annos 91 in totum, velut vniuerſim Baronius approbat, neque tamen ſpeciatim duos nominat aut efficit, ſanè id foret impoſſibile, quia denuo anni 91. prætergrediuntur totam Archipræſulis vitam annorum 73. Ergo neceſſe fuit duos mente concipi ab Authore, & ſectum chroniſmum efformare, longè diſſitum ab actoniſmo.

Art. 26. 31. *Euſebius, &c. Sedit ab an. extremo 544. ad an. &c.* Sic emendandum pa. cit. 223 lin. 52. Rurſus lin. ſequente hæc adiicito: *apud Ioannem Vaſæum. Flandrum in Chronico Hiſpanico ex Geſneri Bibliotheca, dicentem quòd, &c.* Tum in verbo textuali *tranſmiſſum*, pono ad marginem *die* 4 Iuly. Dehinque auferatur omninò tota vltima periodus, *Optimè porrò, &c.* initio paginę 224.

Art. 27. 32. Auxanius ſic nominatur à Baronio, qui monet eum Cæſario ſucceſſiſſe, at nõ immediatiùs, dum minimè Euſebium recognouit. Ideòque non niſi ab an. 545. aduenit per biennium Vicarius Apoſtolicus in Gallias conſtitutus.

Art. 28. 33. Prælatus à Noſtradamo etiam conſtitutus, idque per bienniũ ab an. 547. Vel fortè aliò quoque ad minus biennio ex ſa ionibus in adſequente.

Art. 29. 34. Oſanius hoc ſitu ab vnico Saxio collocatus ſine chronologia. At probabiliùs floruit ab an. 549. per bienniũ quoque, & aliquot fortè menſibus anni 551. ſi diſtinctè verè præfuerit. Quippe vereor, ne id nomen eſſet index propinquioris vocis Auxanij, qui à plebecula malè paſſim proferente vocaretur Oſanius. Qualis poſteà in nepotum ore ex vſu remanſerit, quaſi diſtincta & alterius Prælati nota citra vehementem vllam demonſtrationis viam. Pag. cit. 224.

Art. 30. 35. S. Aurelianus ſedit Arelate ab an. medio 551 vel circiter. Obiit 555. ex Saxio. Et nominatur etiam Aurelius in noſtris Lugdunenſibus Num. 53. § 1. & Num. 59. § 1. Hinc prætermus tres ſequuturos Archiepiſcopos, quibus nihil ſuper addendum eſt.

Art. 31. 39. S. Virgilius Archieſp. à Iacobo Moſandro in Surio vniuerſim ſtatuitur ſub anno 580. die 5. Martij. Equidem citiùs multò quàm alij calculis extra. Velim, & vtinam, omnes fore concordes. Poſtmodum autem reſciuimus ad ipſum Virgilium eiuſque pertinere, quòd S. Auguſtinum Angliæ Apoſtolum conſecrarit, quam ad Ætherium, alias Yterium Virgilij prædeceſſorem medio Paſchaſio ſpectarit. Propterea eidem ſanè Virgilio competit periodus, quæ alioqui ſub Lycerio initiat, verbo *Conſecrauit*, ac finit voce *dictabor*, ſtuo tranſferenda.

Art. 32. 67. In Yterio pag. 227. lin. 44. dele *verò*. Et lin. 46. tollas *illos*, & lege *eis* dedebitus. Ac paulò antè ſic repone propinquam periodum, *Quòd ſummum Pontificem Adulterinum apud Sabinum extitiſſe Ioannem duodecimum vel decimumtertium. Equidem vtrumlibet aut poſſibile de vtroque*, quia Yteriùs ſub ambobus Romanis egregiè ſedit, medio Leone 8. &c. Reliquis poſtea in priore textu coarctatis.

Exitus Obſeruationum.

S B

Marginal notes: k Baron. ſub an. 509. Nu. 13. — l Nu. 11. — m pa. cit. 229 & pa. 238. — n Nu. 45. ſeu electione 10. — o Baronij ſub an. 508. Nu. 19. — p Nu 57.

SEQVVNTVR VERO QVATVOR EXTREMORVM INDICVM ALPHABETICORVM

genera ſcilicet nominum Epiſcopalium, Familiarum, Conciliorum, & virorum rerúmque ſublimium, in huiuſce ſolius libri tertij gratiam, quatenus hæc Tabularum diſtributio neceſſaria eſt & multò clarior ad ambigua ſoluenda ſtudioſo Lectori.

PRIMVS FINALIS ELENCHVS ALPHABETICVS NOMINVM propriorum ad ſingulares Galliæ Celticæ Epiſcopos pertinentium, paginis diſtinctus, & quandoque litteris etiam p. m. f. denotantibus principium, medium, aut finem paginarum.

A

Aron. 124
Abbo. 124. 133. 142.
Abeamus. 189. 191.
Abelenus. 215
Abericus. 254
Acardus. 73
Achardus. 32
Achilleus. 216
Achirus. 186
Acto. 134
Adalandus. 46. 166
Adalardus. 73
Adolulphus. 208
Adalgarius. 2. fin.
Adalinus. 165
Adalongus. 235
Adalulphus. 208
Adalardus. 73
Adamus. 90. 191. 54
Adamarus. 34. 164
Adelelinus. 154
Adelgarius. 143
Adelinus. 36. 191
Adelphius. 57
Ademarus. 236
Adilardus. 20. p.
Ado. 203. 211
Adoynus. 6
Adriani. 41
Adricus. 143
Aduentinus. 175. f.
Aduentus. 149
Adulphus. 124. 132. 187
Ægidius. 27. 37. 41. 67. 81. 139. 171
Æmarius. 615
Æneas. 153
Æo'atius. 131. Nu. 9.
Ætherius. 141
Æternus. 26
Agatheus. 72. f. 39. 72. 177
Agobertus. 49. p. 179
Agericus. 189
Agimus. 211
Agricus. p. 44. 45
Agius. 166
Aglarius. 134
Aglebertus. 151. f.
Aglibertus. 58
Aglimarus. 203
Ago. 79. 217
Agobertus. 179
Agonius. 188
Agratus S. 5. 18. 201
Agrecius. 108. 142
Agricolæ plures. 10. 131. n. 10
Agrinus. p. 7
Agripinus. p. 2
Agimericus. 158. 179. 183
Airadus. 177
Albericus. 6. 154. 182
Albertus. 96. 97. 154
Albinoſus. p. 5
Albinus. 57
Alcherius. 208
Alcimus S. 198
Aldebertus. 39. 142. 143
Aldericus. 2. fin.
Aldricus. 52. 111
Alexander. 13. p. 49. 204. 206
Algarus. 46
Algerundus. 40
Alixitus. 161
Aliphantus. 226
Allelmus. 48
Allodius. 121
Almaricus. 46. 75. 80. 97. 190. 228
Allorus S. 82
Almannus. 74. f.
Almulgus. 143
Alphonſus. 142. 150
Altaldus. 215
Altinus. 107. 161
Amandus S. 64
Amans ſeu Amantius. 78
Amarus. 123
Amator multiplex. p. 112
Amatus. 120
Amblacus. 10. f.
Ambroſius S. 108. 142
Amedeus. 212. 213
Amelius. 48. 150
Armellus. 95
Amicus. 207
Amilcalarius. 35. f.
Amiro. 72. f.
Anaſtaſius. 225. 228
Anauelenus. 82
Anchericus. 153
Andamarius. 164
Andeolus. 217
Andiochus. pa. 1
Ando. 164
Andreæ plures. p. 14. 27. 80. 92. 94
Aneſgandus. 53
Angarius. 122
Angelebutis. 124. 153
Angelus. 206
Angeſilus. 112
Angulo. 39. m.

 Anianus.

Anianus S. 162.176
Anidianus. 18
Annarius. 124
Annas. 34.f.
Anno ſeu Annonius. 227
Anius. 186
Annobertus S. 35
Anſubertus. 36
Anonymi Epiſcopi. 25.nu.29 43.pa.89.Nu.126
Anſellus. 3.49
Anſerſus. 143
Anſelmus 68.166
Anteſtus. p.10
Antoninus. 163
Antonius multiplex. p. 4.15 32.34.49.68.76.80.85 89 105.117.146.163.185.193 205.211.206.213
Apedinius. 150
Apollinarius. 210
Apothemius. 56
Apprunculus. 5
Aquilinus. 26.f.
Arardus. 74
Areardus. p.712
Archambaudus. 113
Archandus. 67
Archampadus. 189
Ardentius. 208
Arduamus. 142
Ardoaſtus. 176
Arducius. 216
Arduanus. 142
Aredius. 214
Arctardus. 46
Arglecharius. 60
Arigius. 132.133
Aripertus. 206.228
Ariſtus. 70
Armannus. 204
Armaliclus. 99.f.
Armallus. 95
Arnaldus. 25.53.69.120.139 231
Arnaldus. 53.69. 231
Arnulphi plures. p. 6. 34.44 47.110.167.169
Arnadus. 179
Arthemius. 64.109
Artheus. pa.2
Arturus. 41.74
Aruletus. 82
Aſcellinus. 152.154
Aſcio. 36
Aſtorgius. 206
Aſtoricus. 6
Araldus. 208
Atho. 73.p.228
Atlandus. 226
Attalus. pa.1.fin.
Aubertus. 2.p.18.45
Auchericus ſiue Autchericus 153
Audactus. 107.f.
Audemarus. 110
Audoenus. 18.128.155.f.158
Audoinus. 158
Audoninus. 57
Auenanus. 214
Auericus. p.7
Auſicanus. 176
Auguſtinus. 32.22
Aurellus. 190
Aurelianus. 140.220.224
Aurelius. 225
Auriſcandus, bis. 78.79.82
Ausbertus. 31.f.
Auſegandus. 31
Auſpicius. p.2.162
Auſtremonius. 1.30.134
Auſtrenus. 164
Auſtrobertus. 201.207.208 225
Auripertus. 109
Auxanus. 224
Auxibius. 56
Axoranus. 173.f.
Aytardus. 228
Aydenetus. 187
Aymericus. 21.25.128.158 170.183.212
Aymo. 60.178.209.218
Arnardus. 205

B

Baguignon. 88
Baldacus. 164
Baldricus. 100.101.m.
Baptiſta. 89
Barnabas. 75
Barnerius. 208
Bartholomæus multiplex. p. 3 27.45.47.48.145.157.236
Baudarus. 164
Baudigiſius. 57
Baudouualdus. 186
Berarius. 52
Bertus. 45
Benedictus. 30.p. 59.74. 97 ter.235
Benignus S. 5. Alius 59
Beraldus. 3.Nu.55
Berengarius. 235
Bernardinus. 41
Bernardus S. 202
Bernardus. p.8.21.25.69.74 75.82 83.105.125.128.135 p.202.212.228.230
Bernoinus. 178.203
Berhonus. 166.305
Bertarius. 133
Bertegiſelus. 177
Bertrandus. 3.Nu.68
Berthealdus. 142
Berthegrannus.
Bertigramnus. 51
Bertinus. 165
Berto. p.6
Bertoldus. 13
Bertiannus S. 52.p.
Bertulphus. 143
Bertus. 45
Beruecharius. 152
Beructus. 189
Betharius. 177
Betto. 6.124
Bilduinus. 27
Bilius. 78.79
Billius. 96
Binidicus. 82
Blidranus. 200
Blintinetus. 79
Bobo S. 206
Bobolinus S. 201
Bodinus. 44
Bodo. 143
Bonabius. 75
Bonifacius S. Epiſc. Moguntinus. 188.n.38
Bonitus. 211
Botmaclus. 86
Boſo. 59
Botus. 59
Bozo. 208
Brando. 34.m.
Briceius. 74
Briandus. 205
Briecius S. 42
Briocus. 90
Brochardus. 211
Brunaclus. 86.Num. 68. pag. 49.69.83.130
Brumerus. 188
Bruno. p.7.60
Bucardus. 48
Budieus. 79
Budocus S. 99.101
Borchardus. 7. Numer. 51. 178. 204.211
Burno. 205
Buthardus. 189.f.

Cadio

C

Cadiocus. 79
Cadocanantus. 96
Cæſarius S. 223
Calerricus S. 176.f.
Calgonus. 78
Camuzatus. 129
Cannadus. 60
Cannatus. 235
Camelianus. 141
Cardulphus. 58
Careuilrus. 24.m.
Cariatho. 215
Caroli plures.4.8.22.25.27. f.34.130.f.218.49.55.f.63. 76.f.80.f.98.105.184.206. 235
Caſſianus S.
Caſtor. 176
Cathocus. 87
Cenſardus. 142
Cenſurius S. 121
Ceranus S. 152
Chacichoneus. 100
Chadoaldus. 52
Chagnoaldus.
Chatribonus. 39
Chidoaldus. 81
Childoadus. 81
Chomeanus. 78.96
Chauoaldus. 187
Chryſoſtomus.147.f.148.m. 149.p.
Chriſtianus. 88. 124
Chriſtophorus49.89.94.174
Cicilianus. 123
Cilianus. ibid.
Ciriacus. 207
Clarentius. 199
Clarus. 69.208
Claudij plures.p.4.8.27.37. 55.69.83.89.196.236.216
Claudius iunior. 27.f.
Clematius. 71.p.
Clemens.74.f.78.102. f.123
Clodebartus S. 151
Clementianus. 131
Clementius. ibid.
Clodebartus. 151
Coluphinus. 95
Collatobus. 60
Conanus. 87
Concordius S. 221.f.
Condius. 71.m.
Congualus. 86.bis
Conſtantius. 154
Conſtitutus. 109
Corbus. 208
Conteſtus. 23.f.186
Coregiſilus. 45
Conſtantinus. 222
Corentinus. 82
Courantgenus. 79
Cozetinus. 7
Creſcens S. 194
Creſcentius. pa.17 186.221
Cretus. 87
Criſmalius. 87
Cronopius. 186
Crorbertus. 45
Cunadanus. 79
Cyprianus. 225.226
Cyriacus. 207
Cyrus. p.15

D

Daboſnabus. 87
Dago. 163
Dagobertus S. 189
Daniel multiplex. 74.75
Danubertus. 113.f.
Delardus. 217
Defenſor S. 5.56
Delbieſtus. 76
Deomarius. 72
Deodatus. 132.177.200
Deodefridus. 153
Deomarus. 72.f.
Deſiderius multiplex.1.5.26. 70.120.Nu.20.pa.195.199
Deſiuianus. 162
Dictoaldus. 122.Nu.15
Dido. 45
Dilex. 78
Diogrinus. 207
Diambertus. 113
Dionyſius Areopag.S.1.Nu. 2.pa.23.Nu.1. pa. 26.Nu. 1.pa.148.Pa.185.Nu.1
Dionyſij alij.54.87.98.149. 159.p.175.195.219
Diopetus. 162
Diſtrius. 76
Diuitius. 43
Dodo. 59
Dodolenus. 209
Dogmaclus. 87
Domellus. 96
Dominicus. 128
Dominius. 78.98
Dominus. 198.207
Domitianus. 57
Domnolus. 51.143.199
Donoalus. 97
Dotiuus. 165
Doxclomenus. 86
Drennabus. 86
Drobualeus. ibid.
Droctoaldus. 122
Drogo. 3.Nu.53
Dronus. 177
Ductrannus. 211
Durandus. 191
Durannus. p.12.75
Durantus. 75.235
Durioterus. 65

E

Ebbo S. 111.183
Ebroldus. 208
Ebrigiſilus. 187
Edenus. 186
Edirus S. 199.f.
Edoldus. 187
Egemonius. 1
Egidius. 136.171
Egilus. 112
Eladius. 120.f.
Ellardus. 211
Eleutherius. 122
Eldradus. p. 12
Electranus. 64.65
Electus. 209
Elephas. 211
Elias. 46.170
Elſaudus. 163
Emmeneſenanus. 186. Nu. 22.
Emilianus. 211
Emmius. 70
Enchonius. 218
Eneas. 133.158
Engobertus. 12
Engelbaldus. 47
Enogatus. 95.f.
Enunthius 1
Eoldus. 200
Eomus. 223
Epiphanius. 71
Eraclius.107.108.140. f.150 214
Erardus. 184
Ercambertus. 24
Ercumbertus. 24
Erennus. 73
Ereptiolus. 38.p.
Erkanradus. 153
Erlanreus. 187
Erlurfiux. 6
Ermanfredus. 153
Ermentarius. pagina 5. 109.
Ermenteus. 167
Ermenus. 86

 Ermenrat

Ermenrardus. 54
Erminatius. 2
Eimor. 96
Eronus. p. 6
Erotinus. 47
Etuchus. 2
Erueus. 3
Erueus. 60
Erurardus. 112
Etherius 6.33. 122. 199
Eturardus. 112
Euaucius. 199
Euartius. 45
Eucherius. 165
Eudalius. 131
Eudinaclus. 87
Euentus. 79
Euetius. 83. 100
Euronius ſeu Euthonius. 44
131
Eugenus. 61
Euladus. 222
Eulgerius. 61
Eumelius. 71.m.
Eumerius. 133
Eunico. 214
Enanthius. pag. 1
Euodius. p. 17.142
Euotius. 130.131.p.
Eupardus. 2. 65
Euphronius S. 143.71.f.
131
Eurardus. 103
Euſebius.16.45. 60. 70. 151
163.223
Euſtachius. 27. nu. 21. 139
159.57. 212
Euſtaſius. 235
Euſtatheus 40. 43
Euſtochius S. 42. fin.
Etherius. p.6.33.122.199
Eutherius. 176
Eutropius. 57
Euurtius S. 162
Exuperantius. 38 p.
Exuperius S. 23

F

Faleo. 209.212
Faramondus. 151
Faro S. 186
Febatus. 163
Federicus. 206.f.
Fedolius. 152
Fegaſius. 31.p.
Felix ſiue Fœlix. 28. 71. 87.
149.163.176.210.225
Ferrandus. 138
Ferreolus. 2.208
Ferrieus. 129.171.172
Feſtelerus. 86
Foſtinianus. 106
Flauianus. 149
Flauigniacus ſeu Flamanus.
p.2
Flauius. p.10.17.176.177
Florentinus. 141.230
Florentius 41.196
Florianus. 225
Floſculus S. 163
Fœliciſſimus. 219
Fortunatus. 210
Four. 11
Framboldus. 24.p.
Francianus. 86
Francilio. 41
Franciſci plures. 22. 23. 28
29.33.34.49.54.62.69.76
83.94.98.105.130.159.173
174.209.217.232
Franco. p.20.134.154.155
Francor duplex. 52
Francoricus. 86
Fraternus. p.5.121
Freculphus. 33
Fredebertus. 142
Freodolus. 235
Fridericus.236.149.163.165
fin.176.210.225
Frobadus. 177
Frobaudus. 178
Frodegarius. 60
Frommidus. 134.144
Frotarius. p.11.f.
Fulbertus.154. f.155 p. 159
m.179
Fulcherius. 33.73.143
Fulcidius. 132
Fulco.32.34.61.155.158.167
172.173
Fulradus. 154
Fumelius. 50
Funerius. 56
Futurus. 113

G

Gaarbaldus. 6
Gabriel. 27.29.63.176
Gaillardus. 231
Galbertus. 232
Galdo. 132.f.
Galenerus. 178
Galeranus. 75
Galo ſeu Vualo & Vuido. 155
Gallo. 155
Gallomagnus. 142
Gallus. 210
Galterius multiplex 37.12.etiã
Gualterus.65.f.66.112.115
136.154.157
Ganeellinus. 179
Gariacus. 59
Garnerij aliquot. 7
Gatinus. 154
Garnerus. 145
Gaspardus. 25
Gaubertus. 134.177
Gaudo, ſiue Gaudonus. 164
Gaufredi ſeu Gaufridi plures.4.7.20.m.32.35f.37.p.
40.190.200.41. 48. 54 60
61.101.125.134.f.155.180
181
Gaufredus. 28.74.80.206
Gauthelius. 12.66
Gauſſlenus. 52
Gauterius. 166
Geffroidus. 88
Gelanus. 112
Gelionus. 10.Nu.13
Geneneus. 99
Geneueus. ibid.
Genilo. 112.139.f.
Gennanus. 86
Gentatus. 87
Genrianus. 59
Geofredus. 83.155
Geofridus. 81.92.93.95.97
180.181
Georgij plures.22.33.49.81
200.226
Geraldus ſiue Gerardus. p.3
36.48.126.134.158.159.178
213
Geretrandus. 24
Geriemeus. 100
Gerfredus. 133
Gerieus. 110.111
Gerlo. p.7
Germanus multiplex. 2.17
45.110.120.150.174.175
199.f.225.p.
Gerondus. 212
Gerranus. 124
Geruallus. 95
Geruaſius. 53.95.135
Geſlenus. 181
Geuemeus. 100
Geuoldus. 190
Gibelinus. 228
Gilbardus S. 17. vel Gildardus. 38.Nu.6
Gilbaudus. p.11
Gilberti plures. p.18. 20. 27
33.47.84.114.132.189
Gilduinus. 100.113
Gillebertus.40.178. vel Giſlleb.N.51.pa.33.114.178.189
Gilo. 115
Gillo.

Gillo. 136
Gnadus. 44.45.p.
Giobertus. 156.p.
Giſlardus. 75
Glemalus. 87
Gloruenus. 87
Gobertus. 59.156
Gocuecinus. 87
Godebertus. 177
Godefridus Mancellus. p.7
Godegrandus. 36
Godinus. 6
Godiſſaldus. p.11
Godoffredus. 103
Godratus. 87
Godeſaldus. 177
Goffredus. 13.vel
Gofridus. 40.125.180
Gogucinus. 86
Gohienus. 65.84.85
Gombertus. 111
Gontardus. 2.212
Gonteriés. 20.Nu.45
Gontherius. 116
Gorgocinus. 73
Gotlinus. 133
Goſennanus. 87
Goſuenus. 64
Goteſcalcus. 111
Gotho. 47
Gothofredus. p.11.24
8.103
Gozemrinus. 87
Grallonus. 86
Gratianus. 42.83.87.163
Gratius. 219.f.
Gratus. 10
Gregorius S. Epiſcop. Turonenſ. 44
Gregorij aliàs Sancti plures. 25.37.44.122
Grimo. 18.f.
Grippo. p.18
Gualterius. 73.74.95.166.182
Gualterus. 112.180
Guardianus nomen proprium. 183
Guarinus. 65.bis.66.p. 154
Gucheuócus. 79
Guemnaclus. 87
Guennanus. 86
Guenmaclus. 86
Guenualus. 87
Guenucus. 82
Guerenedus. 133
Guibertus. 96.165
Guichardus. p.20.145
Guido multiplex. 3.4.8.13. 28 34.48.54.79.83.85.89. 93.114.116.125.126.134. 173.205.212
Guigo. 25.68.m.212
Guigoneus. 100
Guildradus. 186
Guilelmi permulti. 4.7.8. 12.f. 13.14.p.20.m.21.22. 25.28.p. 32.34.37.40.41. 45.54.61. 62. 63. 64. 67. 68.75.76.79.80.83.84. 85.87.90.91.92.93.97.98. 99.p.103.112.114.115. 116. 126. 127. 129. 135. 136. 145. 146.155. 156. 157.159.171.173.181.182. 183. 190. 191. 192. 205. 206.209. 212. 213. 229. 232.236
Gulloneus. p.7
Guinerius. 133
Guinquanton. 86
Guinnius. 78
Guiohomarchus. 100.87
Guinennimus. 86
Gulbertus. 235
Guleranus. 75
Gullio. 82
Gumbaldus. 19.p.
Guinthardus. 204
Gunchatius. 44.53
Guntherius. 54
Gunterus. 54
Guntrannus. 45
Guonanus. 87
Gurchebodus. 82
Guygoneus. 100
Guymardus. 73
Guyonaulus. 87

H

Hadericus. 168
Hado. 177
Hadomdus S. 52
Hadrianus. 8.9
Hagano. 3
Haganus. p.5.179
Haicardus. 33.Nu.9
Haigrandus. 177
Hamelianus. 67
Hamelinus. 54
Hamo. 84.88.90.101
Hamon. 78.97
Hamonus. 96
Harco. 72
Hardoynus. 47.62.179
Harduinus. 7.62
Haſtrinclinus. 86
Hato. 144
Haymo. 110
Haynius. 177
Hebernus. 46
Hebertus. 67
Hebo. 208
Helias multiplex. 3.143.170. 178
Heliminus. 3
Helleboldus. 40
Hellingus. 187
Henonus. p.3
Henricus. 25.74.75.80.bis. 102.103.115.126.135.144. 145.170.174.182.212
Heraclius. 140
Herardus. 45.46
Hebertus S. 32.40
Hereunus. 73.84
Heribaldus. 124
Heribertus. 33.124.125
Herifridus. 124
Herimanus. 133
Herlemondus duplex. 52
Herlingus. 45
Herluinus. 39
Hermengarius. 73
Heroaldus. 6
Heros S. 212
Heruerus. 93.f.
Herueus. 60.83.134.145. 147.m.
Heruiſus. 74
Hieremias. 111
Hieronymus. 133.177.206. 207.207.220
Hilarius. 172.222
Hildebertus. 47.53
Hildebrandus. 35.36.m.
Hildegarius. 109
Hildegratus. p.3.88
Hildericus. 188
Hildeuertus. 187
Hildegarius. 109
Hilduinus. p.7
Hildulphus. pag.18
Hilueus. 3
Hincmarus. 19.Nu.36
Hippolitus. p.4.19.f.89
Hoelacarus. 96
Hoëllus. 53
Hoiarmanus. 87
Honobertus. 111
Honorati plures. 5.222
235
Honulphus. 111

Horarnocus. 86
Horatius. 235
Hoſtobertus. 86
Hubertus. 11.p.35.39.93.60
Hudo. 177.205
Hugarnotus. 85
Hugo multiplex. 3.7.8.12.
13.18.19.20.p.f.22.24.33.
36.40.53.61.74.80.82.88.
93.101.104.125.126.133.
134.144.152.157.f.171.
172.182.190.205.208.f.
214.f.215.217.230.236
Huguinolus. 86
Huiguetenus. 78
Huldericus. 39
Humbaudus. 125
Humbertus multiplex. 3.27.
155.205.206.208
Huntcanetus. 86
Hylus. 35

I

IAcobus multiplex. 3.15.
25.p.f.28.p.34.37.48 67.
68.75.79.80.81.p.83.98.
118.130.158.139.146.213.
218.234.236
Iagu. 78
Ianaua'tus. 96
Ibo. 45
Iconius. 218
Ierennaus. 79
Igomonus. 1
Ignorocus. 78
Ildebodus duplex. 11.f.
Imbertus. 138.228.
229
Importunus. 25
Inchadus. 153
Ingenuus. 220
Inquerrandus. 129
Ingeranus. 188
Iniurioſus. 43
Innocentij plures. p.17.51
Innocentius. 236
Innudius. 226
Inquelfredus. 188
Inquerrandus. 129
Inſildius. 211
Ioannes multiplex. 3.nu. 69.
pa.4.8.10.p.13.14.p.f.15.
19.20.p.m.21.22.25.27.
31 f.32.33.34.36.f.37.40.
f.41.p.48 54 35.62.63.64.
66.67.68.75.76.81.p.83.
84.85.87.88.89.90.92.93.
94.98.100.101.102.103.
104.185.116.117.118.f.
125.128.129.135.136.137.
138.145.146.158.159.160.
p.169.170.172.173.174.
175.181.182.f.183.191.
192.193.205.206.209.
210.p.212.213.216.217.
223.225.226.230.232.
Iocundinus S. 139
Ionas. p.2.132.f.166
Ioſcinus. 48.p.
Ioſeph. 45.47.52
Ioſerandi plures. p.7
Ioſſelinus. 67.m.91.91.97
Ioſſeus. 91
Ioſue. 39.m.
Iorſaldus. p.12
Irgenus. 87
Iſaac. 6.fin.208.211
Iſaacius. 208
Iſambardus. 168
Iſambertus. 168
Iſarius. 208
Iſarnarus. 86
Iſauricus. 201
Iſicius. 198.202.208.f
Iſmidus. 214 f
Irgenus. 87
Itherius. 74.132
Iudicaël. 79.91.97
Iuellus. 48
Iulianus. 41.56.140.198
Iumaël. 100
Iumahelus S. 99
Iun-Keel. 78
Iunkeneus. 100
Iuo. 36.m
Iuſtinianus. 216.f
Iuſtinus. 64
Iuſtocus. 78
Iuſtus. p.5.195
Iuuenalis. 89

K

KArinudus. 70
Kauſſlanus. 226
Kamiſarius. ibid.
Kennionos. 79

L

LAidrenrius. 93
Lamberti plures. 211. 212
Lancegiſilus. 177
Landericus. 151
Landricus. 3.Nu.53.p.35.187
Lanfrancus. 101
Lantelmus. 212
Lucas. 27.p.
Latinus. 45
Latuinus S. 35
Lauderanus. 73
Landebertus. 110
Laudericus. 151
Laudrannus. 46
Laudranus. 46
Landricus. 35.187
Laudus. 38
Launo. 134
Laurentius. 29.32.80.129.
209
Lautelmus. 212
Lanto. 38.f.
Lazarus. 23
Lebaudus. 45
Lefaſtus. 2
Leborius. 218
Legontius. 9.f
Leo S. multiplex. 10.38.43.
70.108.117.140
Leobaudus. 132
Leobeotus. 177
Leobinus. 176
Leodebertus. 165
Leodegarius. p.2.N.33.p.164
Leodegiſilus. 164
Leodenardus. 31
Leonardus. 184
Leontius. 107.163.213
Leopardus. 72.p
Leopertus. 208
Leorericus. 113.168.m.
Leoterius. 87
Leonarus. 38
Leonatus. 38
Lethericus. p.7
Lenchadius. 141
Lendemundus Sedunenſis
Epiſc. 72.Nu.23
Leudonius. 235
Leutbertus. 251
Libanius. 150
Liberius. 50
Lidorius. 42
Licinius. 26.43.57
Lindo 2. Nu.45
Liſta. 39.40
Litharedus. 33
Liuinus. 39
Lotharius S. 35
Lucrerius. 214
Ludouici plures. 4.8.15.22.
25.28.32.37.40.55.76.80.
81.83.89.97.116.117.146.
159.183.184.192.193.
194.213.233.234
Luerhuarti. 78
Lunanus. 107.f.
Lupicinus S. 196.44
Lupicius. 39.p.
Lupus S. 10. Nu. 10.& 15.pa.
23.f.

23.f.58.109.110.141.142.
226.150.p.
Lycerius. 224
Lyſia. 154
Lyſiardus. 36.154

M

Macarius. 39.p.185
Maclouius S. 195
Maglorius. 96
Magnobodus. 158
Magnus. 111.163
Magoberrus. 177
Mahenus. 100
Mahon. 78
Mainardus ſiue Maynardus.
113.144
Maino vel Meno. 96
Mainus.
Malardus. 176.177
Malenus. 208.f
Malgerius. p.26
Malguinus. 154
Mallo. 149
Malhinus. 17
Mainus. 66
Mamoldus. 53
Mamertus. 197
Mananus. 86.87
Manaſſes. 7.144.145.167
170.171.226
Mancio. 11
Mangiſus. 31.f
Mannardus. 53
Manneus. 23
Manſuetus. 186
Manulphus. 177
Marbodus. 66.f
Marcellianus S. 120
Marcellinus. 16.f
Marcellus S. 9.149.214.27
Marinus. 100.210
Marius. 81
Marſus. 71
Martellus. 48.149.163
Martianus. 220
Martinus multiplex.
24.32.40.42.49.54.70.71.
82.166.183.195.220.p.
221.226
Maſſus. 149
Matthæus 27.61.88.145.182
Mathurinus. 25.105.175.p
Mathurinus. 25.f
Maugiſus. 31
Maurilius. 56
Maurinus S. 124
Mauriolus. 58
Mauritius. 26
Mauritij plures. 20.m.21.p.
36.f.54.p.66.67.m.74.137.
157.p.160.m.
Mauroncus. 235
Maximus. 210.215
Meaengius. 79
Medardus. 171
Medericus.
Medeſgiſilius. 45
Medonius. 186
Melanius S. 64.140
Melchior. 94
Meldeocus S.78
Mello. 16
Melmanus 95.p.
Menianus. 87
Menulphus. 111
Meriadocus. 78
Merigaldus. 3
Merolus. 52
Merſedus. 152.f
Meuſenicus. 96
Michaël. 8.54.58.61.85.104.
f.114.129.f.
Micius. pag.6
Milcardus S. 35
Milearnus. 35
Millo.p.4.11.26.83.136.144.
172.184
Modegeſilus. 142
Modenanus. 64.65
Modeſtus. 78.186
Modoaldus. p.6
Modonus. 2.fin.
Moënus. 96
Mommolus. p.6
Monitor. 163
Morguethenus. 82
Moruannus. 79
Mullo. 149
Mundericus. pa.6
Maſſus. 149
Mycius. 6

N

Adatimus. 165
Namancius. 164
Namatius. 198
Nannæu. 23.f
Natranus. 134
Nectarius. 152.197
Nectarius. 2.Nu.23
Nefingus. 56.60
Neiturus. 87
Neitutus. 86
Nepus. 30.f.39.p
Nicarius. bis.87
Nicaſius. 221
Nicetius S. 197
Niciorus. 86
Nicolaüs multiplex. p.4.13.
21.25.32.34.40.41.54.61.
94.97.118.120.145.191.
236
Nigaſius. pag.16
Noëdius. 96
Nonnichius. 70.71
Norgotus. 31.f
Normandus. 61
Notho. 226
Numidius. 235

O

Crauius. 193
Odardus. 146
Odigus. 52
Odibandus S. 72.f
Odoaldus. 112
Odolardus. 208
Odolricus. 168
Odomarus. 232
Odones plerique. 21.24.25.
50.157.179.212
Oedmalus S. 96
Ogerius. 236
Oldegarius Tarac. 33. Num.
15
Oldoricus. pa.2.163
Oliuarius. 91.94
Oliuerius. p.14.75.85.201.
204.
Olmer. 224
Ominatius. 43
Optarianus. 140
Opportunus. 132.p
Optatus. 122.176
Orbertus. 111
Oruccardus. 11
Oſanus 224
Oſcaldus. 45
Oſtianus S. 217
Otbertus. 143.111
Othiuatus. 209
Otrannus. 203

P

Aganus. 41
Palladius S.214.Nu.110.
123.176.214
Panatius S. 50
Pantagarus. 198
Papolenus. 45
Pandulphus. 41
Pappulus vel Papulus. 69.f.
177.215

Para

Paracodes S. 196
Paſchatius. 72
Paſchaſius S. 34. 196. 224
Paſcherius. 191
Paſſinos S. 35
Paternus. 30. f. 38. 78
Pathaſius. 187
Patianus. 134
Patiens. 9. f.
Patientius. p. 5
Patricius S. 23. f. 130. f.
Patroclus S. 140. 222
Paulini plures. p. 5. 16. fin.
Paulus multiplex. 9. f. 19. 27. 84. 87. 108. f. 143. 149. 215
Peladius. 44
Perbogarus. 87
Peregrinus S. 129
Perpetuus. 30. f. 45
Petrus multifariam. 3. & 4. 8. f. 12. 13. 16. f. 21. p. m. f. 25. 34. 37. 48. 54. 67. 88. 89. 91. 92. 94. 97. 98. 101. 103. 111. 114. 115. 127. 128. 129. 136. 137. 138. 145. 146. 156. f. 157. 158. 159. 171. 172. p. 173. 174. 181. 182. 183. 191. 192. 205. 206. 209. 210. 212. 217. 219. 231. 232. 234. 235. 236
Philagrius. p. 10
Philiberti plures. p. 4. 14. 29. 41. 130. 126
Philippus multiplex. p. 4. 8. 21. 25. p. 27. 37. 41. 48. 54. 67. 76. 80. f. 91. 115. 116. 129. 137. 138. 144. 171. 172. 184. 191. 198. 212
Pigmenius S. 1
Pipinus breuis Rex.
Pirmenus. 188
Polycarpus S. Epiſc. 1. p. 107. f. 217. Nu. 1.
Polycarpus S. alius in Gallia. 216
Polychronius. 176
Pontij plures. 13. 208. 212. 228.
Pontus. p. 15
Popolus p. 6
Poſſeſſor. 38. 176.
Potentianus S. 107
Præſzyus. 224
Præſidius. 186
Prætexatus. p. 17
Pragmatius. 2
Preientins. 91
Primitus. 186
Principius. 56. 186
Probianus Bituriſ. Patriarch. 44. Nu. 22.
Probatus. 150
Proculus. p. 2. 43. 282
Proiectus. p. 2
Promeus. 186
Promiſſius. 186
Pronius. 177
Proſper. 56. 162. 255
Prothaſius vnus in Gallia. 226
Prudentius. 143. 149
Priaculus. p. 5

Q

Quintilianus. 125
Quiriachus. 74

R

Rabentacius S. 51
Raboldus. 36
Rabotius. 36
Racho. 5. p. 2
Rachnacarius. p. 2
Radbodus. 11. Nu. 28. 36
Radoldus. 208
Radulphus. 12. 22. 27. 32. 33. 34. 36. f. 40. 61. p. fi. 98. f. 172
Rugæ Miratus. 187
Ragembertus. 142
Ragenardus. 40. p.
Ragenarius. 79
Ragenfredus. 179
Ragenfridus. p. 18. f. 36
Ragianus. 82
Ragnebertus. 124
Ragnecaptus. 152
Ragnemodus. 151
Ragnericus. 26
Ragnegiſilus. 142
Ragnoardus. 59. p.
Ragobertus. 45
Ragomarus. 208
Ragaufredus. 204
Ragnifredus. 133
Raguinus. 133
Ragus. 48
Raimo. 166
Rainardus. 7
Rannoulus. 83
Raouldus. 82. 88. 92. 97
Raoulus. 97
Raphaël. 89
Rappetus. 211
Ratherius. 235
Ratbertus. 226
Rauily. 296
Rauennius. 222
Rauerennus. 35. f.
Rauracus. 132
Rayambaldus. 228
Raymo. 60
Raymondus. 205. 229. 235
Raynaldus. 36. 85. 144. 231. 154
Raynarius. 226
Raynerius. 168. 235
Raynulphus. 187
Reginaldus. 2. f. 3. 4. 53. 82. 118. 136. 157. 158. 173.
Reginandus. 96
Regnandus. 135
Regulus S. 219
Remegarius. 219
Remigij ſimpliciter. p. 18
Remigius multiplex. 2
Remoldus. 207
Remundus. 134
Renati plures. 25. 32. 41. 55. 56. 85. 146. 184
Renaudus. 97
Renobertus. 55
Rethicius. p. 1
Retrocus. 27
Retonalzatus. 90
Reuclinus. 87
Reuerianus. 1
Reynoldus. 208
Riaruzlus. 96
Richardus. 7. 25. 27. 32. 36. 37. 40. 41. 76. 80. 83. 104. 113. 123. 188
Richerius. 109. 213
Ricitarius. 86
Riculphus. p. 20. ibid.
Rigambertus. 45
Rigomarus. 164. 186
Rimulus. 96
Rinoketus. 87
Riocus. ibid.
Riolus. 186
Riotiſinus S. 64
Rithneus. 143
Riualonus. 87. 97
Roaldus. 68
Roracus. 12
Robertus multiplex. 3. 7. 12. 13. 18. 20. 21. p. 22. m. 25. 32. 33. f. 35. f. 36. 37. 40. 42. 52. 54. 67. 68. 74. 75. 76. 79. 80. 82. f. 88. 89. 91. 97. 125. 135. f. 136. 137. 145. 151. f. 171. 179. 181. 182. 183. 184. 191. 205. 211. 234. 236.

Robi

Robinus. 142
Roborius. 36.m.
Rochardus. 60
Rochenus. p.12.139
Rodaldus. 79
Rodulphus. 23.36.164.139. 208
Rogenarius. 79
Rogerius. 33.36.f.40.101. 172
Rogerus. 148
Ragus.
Rolandus ſiue Rollandus Gallus. 85.100.101.102
Romanus S. 122.187.226
Romphanus. 38
Roſtagnus. 227.231
Roſtaldus. 99
Rotaldus. 67.p
Rothardus. 60
Rothmundus. 39
Rotlandus. 226.f.
Rothumundus. pa.3
Rothmundus. 39
Rotolandus. p.18
Rotrodus. 20.f.27
Rotaldus. 67
Ruſticus. 215
Ruſtinianus. 23

S

Sabaricus. 123
Sabaudus. 33.121
Sabinianus S. 136
Sacerdos S. pa.10.Nu.10
Sacrius 159
Salomon. 39.84.90.100
Salonius. 197.215
Salappius. 72
Saluator. 96
Saluius. 211
Saphoratus. 150
Samſon. 95.Nu.1.pa.99
Santinus beatus. 185
Sanctio ſeu Sanzo. 169
Saphoratus. 150
Saturninus.23. Nu.2.pag.78. 107.221
Saturnianus. 217
Sauirius. 220
Saunobodus. 33
Saxoboldus. 36
Scopilio. 123
Sebaſtianus. p.8.49. 207
Sebondus. 209.f.
Secularius. 214
Segemundus. 188
Segenfredus. 53
Seguinus. 48
Selappius. 72.m.
Semperius. 86
Senator S. 72.p
Senſinus. 173
Sequinus. 48
Seraphinus. 69
Serenus. 59.235
Serlo. 36.m
Sernucus. 70
Seuericus. 164
Seuerinus. 168
Seuerus.16.f.31.m.31.107.176
Seuerus S. 109
Siagrius S.2.Nu.24.Alius nominis. 3.Nu.46
Sichinus. 108
Sidonius Apollinaris S.2.Nu. 15.pa.2.Nu.16.pa.9.f. 148. 219 220
Sigaldus. 176
Sigobertus. 164
Sigenandus. 39
Sigenoldus. 187
Sigiboldus. 135
Sigiſacus. 45
Sigifridus. 136
Sigoaldus. 6
Sigobertus. 164
Sigofridus. 151
Sigrobandus. 151
Simon. 48.49.75.92.97.103. 157. 182. 183. 190.
Simplicius. 205
Simplides. 136
Simplicius. 70.107.151. 197
Sobo. 204
Socoaldus. 123
Soffredus. 209
Soffridus. 87.139
Solennis S. 176
Sophronius. 31.f
Stacheus. p.11
Stephanus. pag.3.Nu.1.34.41. 48.49.66.67.74.83.88.90. 93.100.101.102.103.104. 115. 117. 146. 156. 157. 158. 159. 190. 205. 215. 232
Suauaricus. 165
Sudocus. 78
Sulfus. 143
Superius. 81
Sectrinus. 139
Supertus. 208
Suſannus. 78.79
Sylueſtrius Papa. 34
Syndulphus. 145
Sylueſtri aliquot. 6.9.17.18. Nu.4. pa.36.f.40.f.66.91
Syluius. 215
Syluius. 13

T

Tallaſius. 155
Tangobdus. 87
Tauricianus. 131
Taurinus. 126
Tethaldus. 265.f.
Tetricus beatus. 5.p.6.
Thanbius. 51
Thebaudus. 83.88.p.101.186
Thedramus. 115
Theobaldus.6.13.151.154.163. 155. 156. 173. 177. 183. 198.204.206
Theobandus. 33.Nota.
Thedelgrinus. 135
Theodericus. 40.108.149
Theodoricus. 108.67
Theodorus. p.9.49.108.135
Theodoſius S. 5
Theodulphus. 2.48.165
Theololus. 47
Theutbaldus. 7
Thomas. 25.34.37.p.83.88. 105.116
Trabaldus. 84
Tanquillus. 39
Tranninus. 6
Tranquilli. 39
Triarmaillus. 100
Treclatus. 163
Tridianus. 87
Trifrandus. 66.p
Trophimus S. 219.1
Tructgarius. 73
Tudgualus. 87
Tudualdus. 66.87
Turgiſius. 32
Turnaldus. 152
Turianus S. 100
Turpio. 47
Turamenus. 96
Turiorus. 86

V

Vabertus. 212
Valdegiſilus. 51
Valentinus. 176. 221
Valco

Valgolus. 2
Valerianus S. 120
Valerius. 26.120
Valo. 84
Vandrarius. 6
Vaſconus. 2.fin.
Vato ſeu Valo. p.3.84
Vdalbertus. 212
Vdalricus. 214
Vdo. 228
Venantius. p.5.43.Nu.9.
Venator. 235
Veranus. 214.3
Veneriandus. 111
Veratus S. 10
Verus. 43.Nu.8.pa.195. 196.
197.199
Veſpaſianus. 206
Vetuleſius. 143
Vichœnus. 99
Victo. pa.20
Victorinus. 149.235
Victorius. 65.p.207.m
Victricius. 16.f.
Victurius. 49.f.50
Victor. 207
Videmannus. 112
Vidoachus. 86
Vigilius S. 123
Vigor S. 24
Vildegiſilus. 51.f.
Vilfardus. 179
Vilphardus. 178
Vincentius. 48.85.141.
207.f.
Vindricus. p.7
Vinnebaudus. 111
Virgilius S. 224
Viralianus. 207
Viuarinus. 65
Viuianus. 40.149
Viſoberrus. 39.p.
Vlgerius. 61.p.
Vmbaldus. 125
Vmbertus. 212
Voluſianus S. 43.p.
Voyennus. 87
Vrbanus P. 5.213.p.
Viſcellus. 207
Vrſicinus. 38.108.150
Vrſinarius. 46
Vrſus S. 121.143.p.202
Vualbertus. 32.187
Vualdo. 133
Vuldomarus. 39
Vualdricus. p.8.125
Vualdus. 211
Vualfridus. 41.24
Vualo. 143
Vuallo. 124.143
Vualpertus. 186
Vuammorus. 142
Vualterij plures. 3.12.21.
73.74
Vuanilo. p.19
Vuarmundus. 204
Vuarinus. 65.f.66 p.
Vualnulphus. 11
Vuidus. 12
Vuifridus. 39.m.
Vuigo. 180.212
Vuihol. 79
Vuilardus. 39
Vuilarius. 111
Vuilaris. 226
Vuillebertus. 18.f.
Vuilbertus. 225.f.
Vuilicarius. 202
Vuilelmus. p.12.48.65
Vuillicarius. 202
V·illimaris. 226
Vuolfericus. 203
Vulfrannus. 6.110.188
Vulfredus. 142
Vulgrinus. 53.101
Vulpherius. 202
Vuolfericus. 305

Y

Yſaac. 79
Yſaïas. 73.79.p.
Yſarnarus. 87
Yſicius. 198
Yſmidus. 214
Yterius. 226.227
Yſicius S. 198
Yuo. 67. bis, 69. 80. bis, 83. 84. 87. 88. bis, 97. 105.113.Nu.70.p.169. Nu. 64.& fin.180

Z

Zacharias. 195
Zananas 34
Zannonus. 25
Zozimus Pap. 222

ELENCHVS SECVNDVS ALPHABETICVS, QVI EST DE multis Illuſtribus familiis in Galliis, è quibus oriundi fuêre plerique in Francia Epiſcopi genere nobiles ſub hoc Opere tertio: hique pagellis numeríſque recogniti.

A

de Alba Spina. pag. 175. numero 112. ac 113
Alenconiis ex Principibus. pa. 21. nu. 72
de *Aliere, d'Anteſieux.* pa. 209. nu. 58
Amboſienſis familia ex Comitibus. p. 4. n. 83. pa. 22. nu. 85. pa. 213. nu. 67
d'Angenos. pag. 25. nu. 50
de Armagniaco pa. 22. Num. 78. Pag. 49. num. 107
d'Arſonnal. pa. 14. nu. 69
de Auanſono Ducatu. 209. f

B

Barri ex Ducibus emerſi, pag. 7. nu. 62. pag. 8. num. 83
de Baufremont. pa. 146. nu. 87
de Bauma ex Comitatu. 216. nu. 15
de Beaumanoir. 55. nu. 70
de Beaune Vice-comites. pag. 49. nu. 104. pa. 80. nu. 66
de Bellaia *Bellay.* 159. nu. 107. 108
de Bella-pertica. 127. nu. 80
de Bella-Valle, *Beauuau.* 62. nu. 71
ex Bellomonte, *de Beaumont.* 150. nu. 102
de Birague. 206. nu. 204
ex Bolonienſibus Comitibus. p. 155. nu. 63
Berruyer, nobilis. pag. 171. nu. 73
de Boyacarien oriundus ex Comitibus. 20. nu. 50
Borboniis ex Principibus. pa. 22. nu. 87. 88. 89. pa. 25. nu. 47. pa. 54. nu. 65. pa. 117. num. 105. pa. 138. f
de la Bourdaiſiere. pag. 130. nu. 98
de Briçonnet. 192. nu. 198
de Brillac. 172. nu. 102
de Brilliaco. 49. num. 104. pagin. 172. numero 102
de Briſſiaco Comitatus. 41. numero 77
Burgundiæ ex Ducibus orti, 7. numer. 961. pag. 11. numer. 49. 50. pagin. 228. & pagin. 154. num. 53. pa. 186. numer. 21. pag. 49. nu. 104
de Buſſy. 171. nu. 76

C

de Conneſſa. p. 24. n. 13
de Cabillione Comitatus. pagin. 8. numer. 76
de Caſtro-nouo, *Chaſteau-neuf.* 25. numero 40
de Chalam. 26. nu. 13
de Chaualone. pa. 23. num. 91
de Cheuriers. 27. pag. 27. num. 8
de Chiſſiaco, *de Marconſſé.* pag. 209. nu. 52. 53. 54. 55
de Cibo vel Kibo. 234. numer. 109
Glиuenſis Ducatus. 4. nu. 84
de Courtenay. 171. nu. 77
de Courgengoux. pa. nu 87
de Crequy. 76. nu. 93
de Creſſo. 21. n. 73
à Cruce. 210. nu. 61. 62

D

de Daillon nobiliſſimus. pa. 25. nu. 48
Delphinis ex Principibus. 184. nu. 99
ex Dunenſibus Principibus *d'Orleans.* pa. 174. nu. 104

E

d'Eſcars. 8. nu. 94. 99
d'Eſpinay. pag. 213. nu. 62
d'Eſtampes. 184. nu. 109
d'Eſtorauilla. 22. nu. 83

F

de Faya. pa. 48. nu. 48
Farneſiorum ex Parmæ Ducibus. 49. nu. 109
Ferrarienſis Italiæ. 4. nu. 86
Finarij ex Marchionibus Genuæ. 48. numer. 109
de Flauacuria vulgò *de Flaua-Cour.* p. 8. nu. 74. pa. 21. nu. 62. & 71
le Fort. 172. nu. 84
Foxij, *de Foix,* Comitatus ſeu Principatus, pag. 20. num. pag. 80. num. 64. pag. 234. numer. 105

G

Gebennenſes Comites & inde, Pag.7.nu. 71. pagin.8.lin. 6.pagin.212. numero 48
de Gondy, 8.nu.93.pa.159.nu.164
Gruſſol. pag.213.num.54

H

Harcurianis ex Comitibus, 22.num.77. pagin.25.numer.39.pagin.40. numero 15
ex Collateralibus Hugonis Capeti, 125. numer.47
de Humieres. pag.25.nu.44
Huraltana, vulgò *Hurault*. 4.nu.85.pa.74. num.110.pa.784.num.108

I

de Ioigniraco Comite. 183.nu.83
Ioyeuſis ex Ducibus. 22.nu.90

L

de Leberon. pa.213.nu.71.& 72
de Lenoncour. 234.Nu.114
de Leſtrangiis. pa.22.nu.75
de Longouico, vulgò *de Long-vi.* p.8.numer.92
Lotharingi Principes, pa.76.num.92.pa.117. numer.107.pagin.146.num.87.pagin.213. nu.66
Luxemburgis ex Principibus. 22.nu.81.pag. 54.nu.6

M

de Marillac, pa.206.nu.201
de Melun. pa.192.nu.94
de Miolans. 213.num.63
de Monluc. 213.nu.30
de Montmorancy. 127.nu.89
de Monte-acuto, *Montaigu*.pag. 183.numero 76
de Montemer. 127.pag.63.72.
de Mornay. 172.p

N

de Nanto. 158.Nu.98.pag.206.Nu.90
Northmaniæ ducibus orti, pagin.20.n.47.48

O

d'Orges, 14.nu.70.pa.22.nu.80
d'Oſſac, 25.nu.49

P

de Pampadour de Canac. Pa.183.nu.4
Pericardi Gentiles. pa.28.p.33.p.
Petragorienſibus ex Comitibus, 49.numer. 101
de Pictauia Comitibus, pag.8.num.75.& 84. pagin. 206. numer. 94. pagin. 213. numero 57.
De Poiſſiaco, *Loyſieu*. pag.206.nu.29
de Prato, pa.8.nu.79.pag.117.nu.104.pagin. 192.p

R

de Rambolleto, 55.f
de Raoulin Baro, pa.14.nu.71
de Rieux, 85.nu.76
de Rohan, Princeps familia, pa.62.f
de Roſſillon, pa.212.nu.42

S

Sabaudiæ Principum, 202.num.45. Item 216.nu.14
De Salutiis Marchionibus, 213.nu.56
de Saulx, 14.nu.68
de la Sauſſaye, 175.nu.109
Scarron, 210.num.63. Rurſus pagin.218. finali.
Ex Sedemo Duce, 184.num.104

T

de Tinteuilla, pa.137.num.86
de Turnone Comitatu, 213.num.64. 65.69
de Torreta Comites, pa.7.num.68
de Turre, *de la Tour.* 8.num.82

V

de Vantadour. 234.nu.107.108
de Vacheret, pa.4.num.87
de Vienna Comitatu, 8.m.86.pa.15.nu.76.pa. 22.nu.76
de Vitry, 191.num.81

TABVLA

TABVLA TERTIA ALPHABETICA, QVAE ESTO DE CONCILIIS Eccleſiæ ſeorſum, tum Generalibus, tum prouincialibus, quibus interfuere Epiſcopi Galliæ, aque fortaßis ſpeciatim quàm priore Tabella diſcreti & vbique paginis Numeriſque.

A

AGarenſe Concilium, Pa. 109. n. 16. an. 506. Pa. 222. Nu. 27. &c. Prouinciale fuir cum cæteris non obſiguatis ad Generale.
Altiſſiodorenſe. Pa. 120. f. 122. nu. 19. an. 604. pa. 125. nu. 54.
Andegauenſe Conſilium. Pa. 98. p.
Auſanum I. Pa. 12. nu. 36. De 2. vide libros duos priores de Lugdunenſibus & Matiſconenſ.
Aquiſgranenſe ſeu Vuormatienſe. pa. 120. 4. Pa. 153. p. Pa. 215. nu. 7. pa. 111. f.
Aquiſgrauenſe. pa. 24. nu. 14.
Arelatenſe I. an. 314. pa. 131. nu. 13. an. 314. vel pa. 197. nu. 14. an. 326. pa. 196. f. pa. 220. nu. 93 Aliud II. pa. 1. nu. 5. pa. 16. pa. 131. nu. 3. Pa. 221. an. 336. Aliud III. pa. 198. init. an. 460. ſerius pa. 221. nu. 17. Pa. 223. nu. 23. Aliud fuit Pa 220. f. & pa. 226. n. 61.
Arauſicanum II. an. 463. pa. 232. nu. 13.
Aruernenſe I. pa. 5. fin.
Auenionenſe prouinciale an. 1080. pa. 12. nu. 40.
Aurelianenſe I. Pa. 17. nu. 15. Pa. 30. nu. 2. & 3. Pa. 32. p. & 33. nu. 1. ac 5. Pa. 51. p. & 57. nu. 10. Pa. 64. nu. 8. pa. 71. nu. 15. Pa. 78. p. Pa. 141. nu. 13. Pa. 38. p. Aliud II. Pa. 2. nu. 22. Pa. 11. nu. 6. Pa. 30. fin. Pa. 33. nu. 5. Pa. 35. nu. 10. Pa. 43. nu. 18. Pa. 57. nu. 22. Pa. 71. nu. 17. Pa. 108. nu. 19. Pa. 110. nu. 17. Pa. 112. p. Pa. 116. p. Pa. 141. nu. 16. Pa. 212. p. Aliud III. Pa. 5. fin. Pa. 33. nu. 2. Pa. 26. nu. 5. Pa. 138. nu. 6. Pa. 141. nu. 16. Pa. 163. nu. 19. Aliud IV. Pa. 35. nu. 16. Aliud V. Pa. 2. nu. 13. Pa. 6. nu. 2. Pa. 10. nu. 11. Pa. 17. nu. 17. Pa. 31. p. Pa. 33. nu. 3. Pa. 38. f. Pa. 39. nu. 27. Pa. 81. nu. 1. Pa. 109. nu. 20. Pa. 131. nu. 7. Pa. 156. Pa. 198. nu. 25. Pa. 210. nu. 5. Pa. 217. nu. 3. Pa. 224. nu. 34. & 35. Aliud Vltimum. Pa. 14. 18. Pa. 31. nu. 5. Pa. 107.
Auxitanum an. 89. m. Pa. 2.

B

BAſileenſe. 1432. generale. Pa. 22. nu. 81. Pa. 216. nu. 13.
Bellouacenſe. Pa 19. nu. 39. 20. nu. 43.

C

CAbilonenſe. I. Pa. 2. nu. 24. Pa. 6. nu. 22. Pa. 51. fin. Pa. 109. nu. 21. Pa. 122. nu. 19. Pa. 123. nu. 21. Pa. 131. nu. 10. Pa. 142. nu. 21. Pa. 151. nu. 21. Pa. 164. nu. 24. Pa. 177. nu. 23. Pa. 199. nu. 28. Pa. 214. nu. 10. Pa. 215. 3. III. Pa. 2. n. 24. Pa. 6. n. 25. Pa. 26. n. 8. Pa. 33. n. 6. Pa. 35. n. 15. Pa. 39. n. 27. Pa 45. nu. 31. Pa. 65. nu. 11. IV. Pa. 109. nu. 28. Pa. 123. nu. 21. Pa. 142. nu. 24. Pa. 151. nu. 26. Pa. 152. nu. 31. fin. Pa. 177. nu. 32. Pa. 200. nu. 36. Pa. 208. nu. 15. pa. 215. nu. 6. pa. 225. n. 41.
Chalcedonenſe generale. 17. nu. 13. pa. 108. nu. 17.
Calenſe ſeu Chellenſe. pa. 113. nu. 67. pa. 167. fin.
Carpentoratenſe. pa. 223. nu. 27. anno 463.
Catalaunenſe. pa. 72. nu. 23. ann. 642.
Claromontanum generale. pa. 60. nu. 47. pa. 101. nu. 34.
Colonienſe 3. pa. 1. nu. 8. pa. 5. nu. 4. pa. 16. nu. 5. ſeu Agripinenſe, 24. nu. 14. pa. 107. nu. 5. pa. 221. nu. 16.
Conſtantienſe. 16. Vniuerſale. pa. 22. nu. 76. pa. 104. nu. 66. pa. 158. nu. 95. pa. 162. p. pa. 216. nu. 11. anno 1417.

E

EPaunenſe. 2. nu. 17. pa. 5. fin. pa. 9. nu. 2. pa. 10. nu. 6. pa. 131. nu. 5. pa. 141. nu. 13, pa 198. nu. 21. pa. 207. nu. 8. pa. 210. nu. 4. anno 507. vel 517.

F

FErrarienſe Concilium. pa. 111. m. 53.
Florentinum generale. pa. 25. nu. 38. pa. 61. n. 62.

G

GAllicanum ſeu Franciæ. pa. 187. fin. an. 748.

L

LAteranenſe generale. pa. 216. nu. 14. ann. 1515. Aliud antiquius. pa. 134. nu. 48. ab anno 1059 Aliud ibi II. generale. pa. 135. nu. 56. anno 1180.

Lugdunenſe.11.Pa.199.nu.28.IV.2.nu.24.Pa.6.lin.3.Pa.10.nu.11.Pa.131.nu.9.Pa.267.nu.10 Pa.211.p.Pa.214.nu.7.

M

Matiſconenſe.I.Pa.109.nu.24.Pa 122.Nu.19.Pa.131.nu.10.Pa.142.nu.20.Pa.149.nu. 28.Pa. 151.nu.21. Pa.164 nu. 14. Pa.208.p. Pag.214.n.8.II.Pa.2.nu.24.Pa 6.nu.22.Pa.11.nu.17. fin.Pa.51.nu.10.Pa.81.nu 2.Pa.109.nu.21.Pa.131.nu.10.Pa.142.nu.21.Pa.177. nu. 23. Pa. 217.n.3.

Meldenſe.Pa.19.nu.34.Pa.112.nu.54.an.845.Aliud,Pa.113.nu.64.an.962.

N

NAnuetenſe Concilium.84.m.

Nicenum Idque Generale.Pa.221.nu.14.15.an.325.

P

PAriſienſe I.Pa.2.nu.24.Pa.6.lin.3.p.Pa.10.nu.10.Pa.19.nu.34.Pa.20.p.Pa.30.lin.vlt.Pa.71. n 23.Pa.77.nu.1.Pa.109.nu.20.Pa.171.nu.7.Aliud II.Pa.44.nu.22.Pa.224.nu.35.an.562. Aliud III.Pa.214.nu.6.an.559.Aliud recens.pa.22.nu.79. Aliúdque an.830.Pa.111.nu.52. Pa.150 nu. 18.Tum pa.19.nu.34.an.846.Ad extremum an.1393.pa.206.nu.89.

Piſanum.101.nu.37.Pa.181.nu.67.an.1131.

Pōtigonenſ Pa.6.n.41.Pa.7.n.41.Pa.11.nu.21.Pa 20.p.Pa.36.nu.26.Pa.39.nu.32.Pa.143.nu. 45.Pa 112.nu.56.Pa.153.m.nu 47.Pa.203.nu.55.Pa.214.nu.9.pa.217.nu.4. Pa.227.nu.64.

R

REdonenſe.pa.66.nu.26.& ad annnm 1180.pa.91.nu.15.pa.151.nu.25.

Remenſe I. pa. 2.nu. 29.31.nu.9.an.615.pa.58.nu.19.pa.81.nu. 4. pa.109.nu.21.pa.186. nu.20.an.616.Aliud II.pa.6.nu.24.pa.24.nu 10.Pa.48.nu.75.pa.74.nu. 51. Pa. 177.nu.27. an.634.vel 640.

Rothomagenſe.pa.20.nu.50.& 51.pa.24.nu.11.vltimatè pa.25.nu.45.pa.26.nu.9.pa. 27.num. 12.pa.32.nu.19.pa 34.f.pa.35.nu.16.pa.46.nu.31.pro concilio 2.Aliud circa an. 602. pag. 211.n.10.

Aliud pa.35.nu.6.ac Pa.36.nu.16.an.682.

S

SArdicenſe œcumenicum.pa.214.nu.1.an.346.

Senonenſe II.pa.27.p.Pa.113.nu.68.pa.138.nu.98.pa.189.nu.56.an.1023.Aliud.an.1048, pa.159.nu.62 Aliud an 1528.pa.117.nu.104.pa.174.nu.104.pa.574.nu.104. Aliud 3.circa annum 1048.p.168.nu.59.Aliud 4.an.1083.pa.189.nu.56.

Stāpenſe I.an.1099.pa.125.n.53.pa.189.nu.56.vel an.1100.pa.169.nu.65.pa.189.nu.56.II.an. 1261.aut circiter.pag.155.nu.64.

Sueſſionenſe varium.Pa.2.nu.44.pa.6.nu.41.correcto.pa.11.nu.25.pa.19.f.pa.24.nu.16.pa.26 n.10.p.36.n.26pro 1.pa.45.nu.33.pro2.Aliud tardius.Pa.59.nu.31.p.112.an.853.nu.54.pa. 133.nu.26.Aliud pa 2.an.866.pa.133.nu.33.pa.143.nu.43.an.cit.& pa.166.nu.45.Pa. 188. nu.42.an.852.tum ibid.nu. 43.an.866.

T

TIcinenſe Italiæ.pa.6.nu.41.pa.7.nu.41.pa.143.nu.45.pa.166.n.47.

Toloſanum an.828.pa.226.nu.62.pa.228.nu.71.

Trecenſe II.pa.6.nu.45.pa.27.p.Aliud Concil.an.847 pa.133.no.33.pa.143.nu.44.an.866.

Trenolchienſe ſeu Torunſienſe I.pa.11.nu.31.

Tridentinum vniuerſale.pa.80.nu.71.pa.83.nu.55.pa.94.nu.53.pa.104.nu.70.an.1560.pa.105 nu.76.pa.110.nu.108.pa.139.nu.101.pa.193.nu.102.

Tullenſe.pa.19.n.39.pa.166.nu.45.

Turonenſe vnum primum pa.17.nu.14.pa.50.nu.5.lin.1.Pa.52.nu.23.an.849.p.57.nu.9.pa.64. num.6. Aliud II. Pag.65. nu. 9. Aliud III. Pag. 24 num. 16. Pag. 112. num. 54. pag. 143. num.43. an. 849. pag. 178. num. 46. Aliud IV. pag. 19. num. 37. pag. 59. num. 31.pro vtroque. Item pro IV. pag. 33. num.8. pag. 36. nu. 24. pag. 144. num. 36. pag. 166. num. 45. pag.148. num. 46. an.849. pag. 188. num. 42. Aliud an. 887, pag. 58. num.20. Aliud an.1583. pag.94. num.53.

Valentinen

V

Valentinenſe I. Galliæ. p. 50. nu. 51. pa. 197. nu. 56. an. 374. Aliud 835. pa. 203. nu. 53. Aliud ſub an. 855. pa. 208. nu. 28. pa. 215. nu. 3. pa. 216. nu. 64.
Valentinianicum Concilium. pa. 162. nu. 6.
Vaſenſe, an. 462. pa. 223. nu. 27.
Vaſiomenſe circa an. 340. pa. 197. nu. 15.
Venalenſe Armoricum. 30. fin. pa. 78. nu. 8.
Veneticum, an. 460. pa. 43. nu. 6. pa. 57. nu. 9. pa. 64. nu. 6. pa. 77. nu. 5.
Verſellenſe, an. 1052. pa. 134. nu. 46.
Viennenſe Galliæ vnum generale, an. 1112. pa. 205. 15. Generale, an. 1315. pa. 301. nu. 845. & cit. pa. 202. fin.
Vuormatienſe. 19. lin. 2. tum pa. 33. nu. 7. pa. 75. nu. 14. an. 816. pa. 111. nu. 53. pa. 133. p. Aliud an. 833. pa. 133. nu. 45. pa. 153. nu. 45. pa. 166. nu. 44. pa. 178. nu. 45. pa. 536. p. 588. nu. 42. an. 835.

TABVLA QVARTA RERVM ALIARVM IN tota tertia parte contentarum extra Epiſcopos: hoc eſt, Paparum, Principum Laïcorum, Authorum, Vrbium, &c.

A

Abbas Tornuſienſis, p. 8. n. 82
Abbates Athenatenſes nonnulli. 206. nu. 204. XIII. p. 217. f.
Abbatia Clarauallenſis. 514. p.
Abbatia Cluniaca. 113. f.
Abbatia Eduenſis. 150. f.
Abbatia Floriacenſis. 568. f. 170. f.
Abbatia Foſſatenſis. 155. p.
Abbatiæ S. Germani Pariſienſis fundatio. 150. fin. ſeu à pratis. 155. p.
Abbatia ſanctæ Mariæ de Ioſaphas. 181. p. f.
Abbatia S. Martini. 134. f.
Abbatia S. Quirini. 570. f.
Abbatia S. Rigaldi. 204. nu. 64
Abbatia S. Bedaſti Atrebatenſis. 18. m.
Abrincatui quinam ciues. 77. p.
Abrincenſis vrbs. 30
Adæus Princeps. 152. p.
Adeodatus Papa. 123. m.
Ado Triuerenſis & Viennenſis Authores. 195. pa. 203. m.
Ado Viennenſis Auth. 141. p. 596. f. 197. f. 220. m.
Adrianus Canonicus Author. 19. f.
Adrianus Papa II. 100. nu. 18. 532. f. pa. 534. f. IV. 135. p.
Adrianus Rex. 79. m.
Ædes Auguſtinianorum. 583. m.
Ædes Aurelianenſis. 569. p. 171. p.
Ædes Eligiana. 155. f.
Agapetus Papa. 15. nu. 24
Agatho Papa. 164. nu. 31. pa. 200. n. 35. pa. 225. nu. 44.
Alani Reges Armorici. p. 65. n. 12. & p. 228. n. 73. p. 232. n. 98.
Albertus Gondius Dux. 158.
Ago. 141. p.
Alexander Papa multiplex. p. 52. n. 45. 22. m. 34. p. 41. p. 59. m. 95. m. 98. m. 154. m. 135. p. 180. p. 195. f. 228. m. 75.
Alphonſus Comes Toloſanus. p. 229. n. 78
Anacletus Antipapa. 181. nu. 67
Anaſtaſius IV. Papa. p. 229. 78
Andegauia vrbs. 56
Anna Britanniæ. 68. nu. 67
Annales S. Trudonis. 165. p.
Annonius Author. 6. n. 26. p. 10. n. 10. 12. p. 150. f. 155. p. f. 215. m.
Anaſtaſius Papa. 229. m.
Anſelmus. 166. nu. 46
Anticardinales nonnulli. p. 216. nu. 10
Antiochia vrbs. 185. m.
Antiſſiodorum vrbs. 119
Antonius Borbonius Rex. 138. f.
Antoninus S. Author & Archiepiſc. Florentinus. p. 107. p. 181. nu. 68.
Aquileienſis Synodus. 207
Arcadinus Imperator. 42. nu. 4
Arelate Colonia. 219. p.
Argentreus Author. 65. nu. 10. p. 90. nu. 1. & n. 81. p. 93. m.
Armorica ciuitas. 95. p.
Aruernia Prouincia. 5. nu. 15
Atila Rex. 78. p.
Auentica ciuitas. p. 30. 81. p.
Auguſtinus de Paſſu Author. p. 65. n. 13. &c. 93. m.
Aurelianus Imperator. 1. n. 3. 140. p.
Aureliana ciuitas. 161. 166. m.
Aurelius Imper. 5. n. 1
Auſonius. 194. f.
Autricum ciuitas. 119
Aymardus Abbas Cluniacenſis. 3. n. 49

Babinus.

B

Babinus Author. 144.f.
Baiocenſis vrbs. p.23
Balæus Auth. p.123.N.31
Baldricus Author. 152
Baldus Iureconſultus. 13.Nu.64
Balma Theologus. 207.m.
Balmeus. 209.p.
Bariolus Author. 228.m.
Baronius Author.p.7.n.2.p.3.fin.p.16.n.3.p.19 n.35.p.24.f.p.42.n.4.p.44.m.p.59.f.p.139.f.p. 140.p.m.p.141.p.143.m.148.m.f.149. m.f. 150.m.f.152.m.153 m.155.p.165.p.167.f.168 m.176.f.177.m.178.m.f.180.m.188.p. 196 p.f.201.f.202.f.203.m.205.p.m. 208 f.214 m.220 f.221.p.223.m.224.p. 225.p.
Baroba. 19.f.
Baſi qui populi. 19.Nu.38
Baſilica B.M.de Longo ponte. 155.m.
Baſilica Eremitarum. 158.p.
Bathilda Regina S. p.59.f.
Baudouini Principes aliqui. 154.m.
Baudouinus Comes. 554.p.m.
Beda venerabilis. 152.p.186.f.215.f.224.m.
Belforeſtius Author. 172.f.173.p.
Benedicti S. Abbatis Patriarchæ corpus vbi. 164.Nu.27.Pa.170.Nu.67
Benedictus.2.Pa.p.3.n.68.123.Nu.24.IV.pag. 134.p.VIII.ibid.Nu.43.XI.137.p.
Benedictus 12. Antipapa. 206. Nu. 89. & 233. Nu.103.
Benedictus I. Papa.124.p.VI.227.Nu.66.VII. Pap.legitimus.p.206.N.89.& IX.eod.loco.
Berengarius Italiæ Rex. 227.65.
Bernardus S. Abbas & Author.p.12.n.41.p.156. n.69.70.p.181 n.69.append.225.42
Bertranda vxor Fulconis. 155.m.
Bibliotheca Cluniacenſis Author. 1.n. 1.p.2 n.24.p.3.n.49.&63.p.4.n.75.p.5.n.1.p.11.f. 12.n.44.153.f.155.m.p.129.n.39.pa.143.n. 47 pa.169.n.65.pa 181.n.67
Bibliotheca Abbatiæ ſancti Victoris. 160.f.
Bonifacius 3.Papa. 522.f.
Bonifacius VIII.Papa. 103.n.53.
Boſo Rex. 11.m.
Boſones Reges. 226.f.227.650
Boſco Auth.196.m.f.198.m.Pa.200. Nu. 36. Pa.201.p.m.199.p.200.m.201.m.f.202.f.
Breuinium Dienſe Author. p.2.n.21
Briocenſis vrbs. 99
Brunichildes Regina. 199.p.
Budæus Author. 174.p.
Burcardus Comes. 154.f.
Burgundiæ Comites. 186.n.
Burgundi Reges aliqui 154.m.pa.216.p.228. Comites ibi. 205. p.

C

Cabilonum vrbs. 9
Cæcilianus Epiſc. Carthaginenſis accuſatus. 220.Nu.2
Cæleſtinus I.Papa.p.47.lin.2.222.n. 23. IV.p. 222.m.
Cœnobium B.Mariæ de ſacro portu. 190.f.
Cæſareana bibliotheca. 148.m.
Calixtus 2.Papa. 205.p.III.206.N.95.
Caius Iulius Cæſar. 38.p.
Caleſis Synodus. 167.f.
Camuzatus Auth.129.f.139.Nu.2.Pa. 140.triplex.141.Nu.14.Pa.143.Nu.50.745.triplex 146.p.
Capella de Mireuault. 189.f.
Capraniorum genealogia nobilium. 28
Caracalla Imp. 596.p.
Cardinalis de Vitriaco. 160.f.
Cardinales multi ex Epiſcopis effecti. p. 3.nu. 68 p.4.n.8. & 85.p.21.Nu.70.& 73.p.22.n. 78.79.83.85.86.87.88.p.25.n.42.47.pa.27 n.18.& 26.p.34.n.31.40.41.61.& 79.p. 49 p.& n.197.pa.54.f.p.62.n.72.p 80. n. 68.p. 101.n.32.p.103.n.42.p.104.n.79.p 117.n.105 p.118.n.108.p.128 n.79.p.130.n.98.p. 136 nu. 80. pa.159.nu.107. 110. p. 183. Num. 93.
Carnutenſis Eccleſia. 179.m.
Carolus Magnus Imper.6.n.36.p.11.lin. 2.p. 19.n.35.p.36.n.20.p.59.n.31.p.123.n. 31.p. 133.p.pag.201.n.45.202.n.47.f.p. p.226 61
Carolus Craſſus Rex. p.153.f.
Caroli plures Reges. p.34.n.28.124.p. 129. p. 130.p.133.p.138.m.139.n.192.p.153.f. 159 p.178.m.201.m.203.f.211.m.III. Rex.73.n. 46.VI.p.8.n.83.137.fin.VIII.p.8.n.89.p. 15 p.pa.69.n.68.
Carolus Rex Siciliæ. p.27.n.18
Carolus V.Imperator. p.65.n.69
Carolus Caluus Imperator.p. 3.n. 46.p. 6. f. p.n.51.24.p.pa.19.f.36.n.26.p.pag.52.p. pa. 59.n.31.69.p.pa.87.m.93.m.94.m.98.m.p. 100.n.18.p.112.m p.116.m.123.f. 166.n.47. 177.f.178.n.46.pa 203
Carolus Sauſſæus Author. p.140.m.
Carnutum vrbs. p.175.f.
Cartullus Author. p.13.p.
Caſtrum ſancti Hippolyti.
Catalogus Antiſſiodorenſis. 143.f.
Catharina Medicea Regina. 213.f.
Catharina S. Senenſis. 13.Nu.64.
Cenualchus Rex. 152.p.
Cellenſe Cœnobium in Gallia duplex. 167 fin.& 183.nu.71.

Chenutius

Chenutius Author.2.n.18.& 34.p.3.n.68.p.5 n.11.p.10.p.14.med.22.n.83.p.57.n.17.p.58 n.17.p.104.n.70.p.106.lin.penult.114.m. 137.m.f.138.p.141.f.143.p.f.m.145.p.m.f. 146.p.149.p.m.f.150.p.m.f.151.p.m.f.152. p.f.153.p.154.m.155.m.f.156.m.157.p.m.f. 158.m.159.f.162.m.f.168.f.172.p.176.m. 177.p.m.178.f.179.f.180.m.181.m.182.f. 184.p.186.m.191.f.192.m.194.f.196.f.198 m.p.200.n.36.201.210.f.212.m.228.f. 229.m.
Chiffletius Author. 3.n.51.
Childebertus Rex Franc. & alius Merorum. 10.n.12.p.23.n.12.p.72.nu.28.II. pa.200.f. p.201.n.43.p.224.p.
Childericus 2.Rex Franc. 200 init.
Chilpericus & Clotarius Reges.17.fin.33.n.4. p.44.p.57.n.17.p.71.m.109.m.200.p.202.m.
Choppinus Author.6.n.25.p.19.n.37.p.24.n. 16.p.33.n.8.p.36.n.24.p.124.n.36.p.135.n. 58.p.153.pag.166.nu.45.pag.167.p.170.nu. 68.
Ciaconius Auth.3.n.68.p.4.lin.2.p.25.n.42.p. 34.f.49.p.pag.104.n.70.p.158.m.159.m.213 f.216.p.m.217.f.229.p.
Cibo vel Kibo familia antiqua nobilis.80.m. 199.p.
Ciſalpini Galli qui. 194
Claromons vrbs. p.5.nu.11
Claudius Paradinus Author. 156.p.
Clemens Papa multiplex.p.8.f.p.21 n.63.66. & 69.p.23.p.25.f.26.p.27.n 18.p.34.f.41.n. 78.50.n.1.56.p.69.m.75.m.80.f.88.m.93.p. pa.117.n.104.p.125.p.128.n.73.p.130.p. 136.f.p.137.n.81.p.148.f.p.149.f.158.n.87. 159.f.174.n.104.175.n.113.183.f.205.n. 84.206.n.101.212.p.219.m.229.n.8.231.n. 91.232.n.99.
Clemens VII.Antip.4.lin.1.p.8.n 92.p.158.n. 92.
Clodoardus Simplex Confeſſor. 151.f.
Clodoueus I.Rex.p.9.n.2.p.24.m.p.43.n.11.p. 65.p.pa.121.m.p.131.p.pa.176.m.II.p.10.n. 14.p.59.f.p.151.f.
Clotarius I.pa.10.nu.12.p.44.nu.20.II.nu.13. pa.33.num.4.pa.44.Nu.22.p.57.nu.17.pag. 71.Nu.20 23.pa.72.n.28.p.142.p.III.pa. 150.f.
Cluniacum Oppidum Burgundiæ. 138.p.
Cœnomanum vrbs. 50
Collegia quædam Luteriana.3.n.68.p.4.n.77. p.158.p.
Comites ac Duces aliqui. 156
Comites Niuernenſes. 126.n.57.
Concordata Leonis 10. & Franciſci I. pa.117 n.104.174.nu.102.& 104.cum 230.n.84.
Conon Papa. 164.Nu.32.f.
Conradus Author. 148.m.179.f.
Conradus Imperator. 229.m.
Conſtantia Regina Franciæ. p.168.n.58,
Conſtantiæ Galliæ Northmanniæ vrbs. p.38
Conſtantinus Papa. 200.n.41.
Conſtantinus Magn.Imp.131.p.pa.196.n.120.
Conſtantinus Imper. 38.p.
Conſtans ſeu Conſtantinus.3.Imperat.hæret. 197.199.nu.33.& IV.nu.34.35.
Conſtantinus Copronius Imp. 201.f.
Conſtantienſis Synodus. 138.m.
Conſtantinus I.Magnus Imper.16.n.3.p.131. p.pag.201.f.II.p.12.m.
Conuentus Minimorum. 174.f.
Coradus Imper. 205.Nu.70.II.229.nu.78.
Corinthienſis Centuria. 149.p.
Coriſopitum vrbs. 82
Cornelius Papa. 196.m.
Corignonus Auth. 130.p.136.f.137.m.138.p.
Cryptæ aliquot Sanctorum. 149.m.
Cugnerius Regius Officiarius. 3.n.68

D

Dagobertus Rex. 152.f.195.m.201.p.
Dagobertus I.Rex. p.10.n.13.p.199 n.33.35.II.ibid.fin.201.n.43.
Danubertus. 156.p.
Deciſius Imperat. p.23.n.2.42.p.196.m.
Demochares Author. 2.n.18.p.31.p.55.p.
Derochus Rex. 87.p.
Demochares Author.140.m.f.140.f.141.p. f.142.m.f.143.m.f.145.p.146.p.149.p.m. 150.p.m.f.151.m.f.154.p.155.m.157.m.f.158 f.159.p.161.m.162.m.p.164.m.168.p.178.f. 184.f.196.f.202.p.215.f.216.f.
Damaſcenus Author. 149.p.
Diœceſanum S.Mauri Foſſatenſis. 159.f.
Dinaſtæ de Turre. 173.m.
Diuionum vrbs. 5.n.1.
Dola vrbs Britanniæ. 99
Domnus Papa. 123

E

Ebroïcenſis vrbs. 26
Ebroinus Eques. 150.f.
Eccleſia villæ Bunduflæ. 155.m.
Eccleſia ſanctæ Crucis. 171.m.f.187.p.
Eccleſia S.Fuſciani. 170.m.
Eccleſia S. Laurentij. 174.f.
Eccleſia de Peſciaco. 189.f.
Edibius Epiſc. 150.p.
Elbolus Abbas. 158.f.
Eleutherus Presbyter. 148.f.
Elizabeta Burgundia. 138.m.
Enconius Papa. 215.m.
Eneas Author. 153.f.
Eodaldus Sacerdos. p.162.p.

Epiſcopus Ambianenſis. p.143.p.
Epiſcopus Aimenienſis.p.228.num.74.p.231. nu.91.
Epiſcopus Tridentinus, Mantuan. Vēromen-tis & Mediolanenſis. p.227.n.65.
Eudo Comes de Penthieure. p.90.f.
Eugenius III. Papa.p.101.nu.39.p.205.nu.70. p.229.p. IV.p.22.n.83.V.p.138.lin.6.
Euſtachius Comes. 155.m.
Euſtaſius Abbas. p.187.m.
Excommunicatio maior quotuplex. 227.66

F

FAbianus Papa. 42.p.
Felix.Aurelianus. 165.m.
Felix I. Pap. 121.Nu.11.II.223.m.
Felix IV.Pap. 131.Nu.5.
Felix magiſter Militum. 222.m.
Feſtum Natiuitatis B. Mar. Virginis quando cœpit in Galliis. 179.Nu.60.
Flandriæ Comites nonnulli. 154.m.
Flandriæ Chronicum. 154.p.
Flodoardus Author.p.2.nu.44.p.19.n.36.81.f. 151.m.227.p.
Forotulienſis Epiſcopus. 231.91
Fortunatus Author. 151.p.
Foſſarenſis locus. 153.p.
Franciſci Reges. p.15.num.76.146.p.159.m. 174.p
Fredericus I.Imperator.144.f.205.m.II.p.229. n.79.81
Frodoardus Author. 143.f.153.p.m.177.m. 199.f.Vide *Flodoardus*.
Froiſſartes. 145.f.
Fulbertus Epiſc. 154.f.155.p.168.p.

G

GAguinus Auth. 73.N.36.
Garnerus Author. 145.f.
Gallienus Imp. 196.m.
Gaudericus Author. 151.m.
Gazetius Author. 2.N.34.p.18.N.25.p.23.N. 1.2.p.26.n.3.p. 49. fin. p. 58. Pa.161.m.Pa. 166.p.Pa.176.p.f.
Gelaſius. Pa.10.lin.10.
Gerbiardus Author.13.f.137.p.178.p.141.p. 145.m.165.f.180.m.187.f.200.f.202.p.
Geneua ciuitas quando à Caluiniſtis depra-uata. 216.f.
Georgius vbi Rex. 189.Nu.55.
Geſnerus Author. 14.N.72.
Glans folium. 153.m.
Gregorius II.Pap.13.N.64.18.N.26.IV. 133. N.29.p.185.N.92.XII.pa.217. f.III.Pap.pa. 202.n.46.VII.3.n.53.
Gregorius VI. Pap.p.74.n.51.VII.p.204.n.65. p.208.n.17.IX.p.205.nu.77.
Gregorius Turonenſis S. Author. 1.N.5.6.7. 15.p.5.N.11.pa.6.lin.2.11.14.pa.39.N.15.p. 71.n.21.p.140.n.3.p.149.f.151.p.m.p.214.n.2.
Gregorij Papæ alij. 31.m.132.f.133.p.155.m. 139.m.158.m. 180.m. 201.f.202.p.f. 204.f. 214.m.
Gregorius I.Magn.S.p.31.N.7.p.122.f.p.132. n.12.p.224.n.36.38.
Godefridus dux. 168.m.
Gottorum bella. 201.f.202.p.210.Nu.4.
Gratianopolis vrbs. 207
Gratianus Imperator. 42.Nu.2.197.Nu.16. 207.m.
Gualterus Archipræſul. 145.p.
Guido Comes *de Laual* & Baro *de Vitré*. 105.p.
Guillelmus de Canoco Præſul. 158
Guillelmus Anglorum Rex ac Dux Norma-nus. 20.m.n.50.& 51 pa.24.n.18.
Guntranus Rex. 33.p.36.224.m.

H

HAdrianus Pap.I. pag.201.Nu.48.ac pa. 202.m.
Hareus Author. 208.f
Haſtinguetus. 87.m.
Hedua ciuit. 1.2.3.
Helena Sancta. 145.f.147.f.148.p.166.p.
Henricus II.Imperat. 228.nu.72.VII.231.92. 93.V.pa.205.nu.75.77.
Henrici Reges. 130.p.139.p.f.m.146.m.171.p. 189.m.
Henrici Angliæ Reges.33.n.15.pa.101.nu.39. p.134.p.
Henricus I.Rex Franciæ, p.25.n.20.p.125.nu. 51.p.189.nu.55.II. pa.74 nu.12.p.168.n. 59. III.p.25.nu.49.& p.139.n.102.IV.p.22.n.89.
Heraclius Imp. 199.m.
Hermengarda Imperatrix. 203.f.
Hilarius Papa, 64.m.214.m.223.m.
Hilduinus Abbas, 149.m.
Hoëlus Rex. 90.m.
Hominius Rex. 193.f.
Honoratus Archipræſul, 150.p.
Honorius Imp.IX. n.2.pa.42.n.4.
Honorius II.Pap. 156.nu.69.pa.205.nu.69.
Hormiſda Pap. 131.nu.5.
Hugo Capetus Rex. 167.nu.55.
Hugo S.Abbas Cluniacenſ.125.nu.54.& pa. 170.f.
Hugo Rex Arelatenſis, 227.65.Italiæ,&c.
Humbertus Comes, 156.m.204.m.

I

INnocentius I.Papa. 16.n.8.II.33.n.15.p.101. n.37.pa.144.f.145.p.pa.170.n.67.p. 181. p.pag.205. nu.69.III.pag.48.nu.75.pag.74. nu.59.61.pa.101.nu.32.IV.212.nu.44.229. 81.VI.21.num.70.p.118.num.78.232.99.
Ioannes VIII.Pap.p.11.num.25.IX.pa.134.X. Pap.p.cir.nu.40.pa.133.nu.33.XI. 125.nu. 44 XIX.pa.134.nu.46.pa.100.nu.18.
Ioannes Scarron Conſiliarius. 218

Ioan

Ioannes Clericus. 14
Ioannes de Ioignaeo Comes. 183. p.
Ioannes de Monteacuto. 158.f.
Ioannes I. Pap. 121.Nu.11.
Ioannes III. Pap.123.Nu.24.pa.131.n.7. V.pa. 200 Nu.36.XXIII.Pa.218,p.VI.Mart.164. f.VII.165.p.
Ioannes Burgundiæ Dux. p.138.Nu.91.
Ioannes Comes Forenſis. 205.n.81.
Ioannes Tillius Author. 154.p.
Iulianus Apoſtata. 197.m.
Iulius Papa II.pa.68.Nu.67.22. f.49.p.68. m. 108.p.
Iuo Carnutenſis Author.113. med.p.155.nu. 64.p.156.n.68.
Iuſtinianus I.Imperat. 198.Nu.26.
Iuſtus Papa. 34.f.

K

KAlea Author. 188.p.
Karlomanus Rex. 166.Nu.47.

L

LÆtus Bituricenſis. 162.m.
Laudo vel Laudus Papa. 134.p.
Leo Imperator.290.nu.41.pa.200.201.N.43. 45.fin.m.
Leo I.Papa.198.nu.17.II.143.Nu.24 & ſeq.nu. 34.IX.134.n.47.p.74.n.51.p.204.n.63.X. p.15.n.76.p.69.p.pa.117.n.105.p.174.nu. 104.
Leones a'ij Pap.74.p.76.m.168.m.134.p.138. f.162.f.166.f.174.p.m.197.f.202.m.222.f. nu.29.IV.ibid.& II.pag.ſequente 123.m.24.
Leon vrbs Armoricæ Celtarum. 84.
Leriucnſis pia Inſula.225.f.222.n.43.pa.229.p.
Lexouium vrbs. 33.
Liberius Papa. 131.p.
Licureus Author.195.p.f.196.p.m.f.197.p.195. 3.f.291.nu.48.
Lingones Ciues. 51.
Liuius Poëta. 222.
Luitprandus Author. 227.f.
Luziardus Archidiaconus. 154.
Lotharius Imper. pa.203.p.
Lotharius Rex. 167.203.p.
Ludouicus primus Imp. 188.m.
Lucius Papa. 101.m.102.p.pa.229.p.
Ludouicus Pius Imp.p.11.n.23.pa.35.n.44.p. 133.n.24.p.202.f.
Ludouicus IX.Rex S.13.n.51.pa.47.n.18.230. m.XI.14.fin.pa.159.nu.102.XII.68.nu.67. XIII.Rex.p.69.n.vlt.p.160.p.
Ludouici alij Reges plures.138.m.146.p.159 p.160.p.171.p.f.188.
Ludouicus VI.Craſſus Rex 12.n.42.156.m.nu. 69.Iunior VII.12.n.44.p.135.p.pa.156.N.171 n.70.p.181.n.67.f.
Lupus Archipræſul. 150.p.
Lutetia vrbs. 148

M

MAclouium vrbs. 95
Maïolus S.Abbas Cluniac. 157.nu.79
Maïoli Abbatiæ ſepulchrum. 156
Malenus. 208
Marcellus Papa. 118.p.
Margareta Regina. 230.m.
Maria Virgo Deipara. 1.n.3.
Martianus. 223
Martinus I.Pap.Mart.123.nu.22.II.230.f.XII. ac XIII.227.Nu.66.XVIII.228.70
Martinus Papa.22.m.27.m.116.m.143.p.126 p.133.f.
Martinus 4.Pap. 182.Nu.81.
Martinus Maries Author. 169.m.
Martinus 5.Papa. p.138.p.
Maſſonus Author. 222.n.20.
Mathieus Remenſis legatus. 144.f.
Matthæi S.Apoſtoli corpus vbi. 204.n.61.
Mathilda Comitiſſa. p.113.
Mauritius Imp. 199
Meldis Ciuitas. 185
Meronena Rex. 9.n.2.
Michaël I. Imperat.Orientis 201.n.45.III.pa. 203
Miræus Auth. 39.Nu.26.
Molanus Author. 151.f.188.p.
Monaſterium Pontigonenſe. 156
Monaſterium Benedictianum. 159
Moroneus. 9.p.
Montanus Comes Gentilis. 139.f.
Moſander Author.140.p.162.m.163.m.188.p. 198.p.204.Nu.61.225.n.42.
Mons peſſulanus vrbs. 160.p.
Martyrologium Romanum. 185.f.210.p.

N

NAnnetum vrbs. 71
Nauarrus Author. 227.f.
Neomenius Rex Britonum. 160.Nu.18.
Neuſtria Regio. 16.
Nicena Synodus. 197.p.
Necrologium Cathedrale. 145.m.
Nicolaus Campzarus Author. 191
Nicolaus de Clemongis Author. 191.
Nicolaus Papa I.pa.190.n.16.V.p.164.m. 69. 226.f.II.pa.134.nu.48.pa.211.Nu.27.
Nicolaus etiam Papa. 153.m.203.m.
Nominous Rex. 79.m.87.m.
Northmanniæ Duces.20.n.44.47.pa.24.n.18.
Noſtradamus Author. pa.225.f.pa.228.69
Niuernenſis Ducatus. 138.f.150.f.

O

ODo Abbas Cluniacenſis S. 3.n.49
Odo Rex Franc.& eius Frater. 20.n.44
Oderannus Author. 179. f.
Oliuarius Roanus Comes. 93
Opportuna S.Virgo. 36.Nu.20.21
Platina Author. 13.nu.64.
Plinius Author. 194.m.
Pragmatica Sanctio. p.217.n.105
Priſpous Rex. 65.f.
Primatiæ Viennenſis & Arelat. 196.f.197.p.
Probianus Patriarcha.
Prouincia Phocenſis Allobroga vnita Franciæ per coniugium.

P

POns Tremulus in Italia Gallis Epiſcopis infenſus. 144.n.63.
Paradinus Author. 212.m.
Pariſiorum Lutetia vrbs. 148
Paſchalis I.Pap.pag.202.Nu.52.Et nu. 205.p. 255.125.Nu.53.p.134.Nu.30.pa. 155. Nu. 66.pa.205.p.
Paſchaſius Robinus Author. 187.m.
Paſtorale Pariſienſe. 154.f.
Patriarchæ quidam Hieroſolymitani.pa.25.n. 39.Alexandrini.pa.158.p.Antiocheni.p.159 nu.96.p.213.nu.59.
Paulus Apoſtolus. 148.f.194.p.
Paulus Æmilius Author.pa.20.nu.44. p. 66.f.
Paulus III.PP.pa. 49.n. 109. p. 159. n. 107. p. 174.n.105.IVPP.pa.69.n.71.p.117.n.105.p. 174.n.107.V.PP.pa.5.n.45.34.n.45.p.99.n. 72.p.139.n.103.p.146.n.92.p.159.f.p.180.p.
Pelagius Papa I.150.m.IV.Pap.131.n 7.p.224 nu.35.
Petrus Abbas. 156.f.181.p.f.
Petrus Bleſenſis Author. 181.f.
Petrus Britonum Dux. 171.f.
Petrus Burcteau Author. 157.m.
Petrus Cardinalis. 190.p.
Petrus de Natalibus Author.p.1 n.1.p.44.lin. 2.pa.106.lin.antepen.pa.107.p.m.p. 110.n. 34.p.139.nu.1.pa.150.f.
Petrus Vener. Abb. Cluniacenſ.p.20.n.53.p. 34.p.pa.40.nu.46.p.170.n.67.
Philippus Archipræſul. 145.m.
Philippus I.Burgundiæ Dux.13.n.63.II. 14.n. 73.pa.137.nu.89.
Philippus Henrici I.filius. 125.m.
Philippus Imperat. Monothelita.p.200. n. 39.
Philippus Auguſtus Rex I.pa.3.nu.53. p.125 n.51.pa.134. nu.48. p.135.nu.58.pa.136.nu. 79.pa.144.m.pa.145.m.pa.155.nu.66.pag. 156.nu.69.pa.168.nu.67.Rex II.pa. 12. nu. 46.IV. Pulcher.pa. 3.nu.68.pa. 48. nu.78. p.183.nu.83.pa.184.m.pa.200.f.
Philippus Princeps. 156
Philippus 2.Hiſpaniæ Rex. p.117.Nu.106.
Philippus Valeſius ſextus. 31.p.115.f.
Pius Papa. 195.f.
Pipinus Rex Franciæ. 18.nu.25.p.262.n.45.

Q

QVerectanus Author.60.nu.45. pa.24.n. 34.167.f.

R

RAimundus Comes Toloſanus.228.n.72. & 229.79.82.
Redonum ciuitas. 64
Regalis Niuernenſis Epiſcopatus & alibi. pag. 135.nu.58.
Renatus Doctor. 142.187.m.
Renatus Bened. Auth.59.f.142.p.20.n.47.48.
Regmonus Abbas. 153.f.
Rhemenſis Synodus. 167.f.
Ribadeneira Author. 35.p.
Richardi duo Northmanniæ Duces.
Richerius Archiep. 155.m.
Robertus de Monte Auth. 25.lin.1.pa.24 145.p.156.f.
Robertus Abbas S. Victoris Pariſienſis. 161.p.
Robertus Rex Franciæ.p.7.n.52.p.79.pa.155 n.62.p.168.n.58.
Robertus S.Abb.Ciſtercienſ. 46.nu.41.
Robertus Rhebaſtenſis Abbas. 289.f.
Rodulphus Franciæ Rex. 166.n.51.
Rodulphus Rex. 166.f.p.216.228.p.
Rodulphus Abbas Cluniac. 12.n.44.
Rollo Dux ſummus. 20.n.44.pa.73.n.46.
Roſarius Archiepiſcopus. 147.f.
Rothomagus ciuitas. 16
Rodulphus Rex Burgundionum.204.n.62.pa. 208.n.34.pa.216.p.pa.228.p.
Ruſticus Diaconus. 148.f.

S

SAbaudiæ. nu.68.
Sabinianus Papa. 122.f.
Sagienſis vrbs.
Salomon Rex minoris Britanniæ.65.n.12.pa. 100.nu.18.
San Iulianus Author. p.9.n.1.
Sardicenſis Synodus 149. m. 162. pag. 214.p.

Sauaro

Sauaro Auth. 220. Num. 12. f. Pa. 221. Nu. 20. pa. 220. f.
Sauitius. 220
Sauſſaus Author. 140. nu. 4. 161. m. f. 162. p. f. 163. f. 164. f. 165. p. 166. p. m. f. 167. p. m. f. 168. f. 169. p. 170. p. f. 171. m. f. 173. p. 174. p. 175.
Saxius. 219. p. 221. p. f. 228. m. f. 224. p. f. 225. m. f. 227. m. 229. m. 230. m. 231. p.
Saxonum Duces nonnulli. 154. m.
Scarroni familia. 218. f.
Sedelenba Regina. 215. m.
Senonenſis vrbs. 106
Sergius S. Pap. 65. Nu. 12. pa. 165. f. pa. 200. Nu. 37. 90.
Setonius Antiſtes. 161. m.
Sidonius Apollinaris S. Auth. 141. p. 162. f.
Sigebertus Rex. 86. p. 215. p.
Sigibertus Author. pa. 20. 141. p. 149. f. 165. p. 181. f.
Siluanectenſis Eccl. 219. f.
Simeon Metaphraſtus Author. 163. m.
Simon, Archidiaconus. 190. p.
Simon Comes. 182. p.
Suauianus. 217
Sixtus I. Pap. p. 120. n. 1. p. 195. n. 4. 11. p. 42. n. 1. IV. Papa. pa. 14. f. pa. 206. n. 96. V. p. 22. n. 85. vbi *Xiſtus pag.* 159. n. 110. dicitur etiam Xiſtus.
Stephanus Papa. 16. p. 202. p. m. 201. p. & IV. nu. 47. pa. 225. nu. 31. 32.
Stephanus Author. 171. p. 182. p.
Suaſſeius Author. 139. p
Surius Author. pag. 11. nu. 28. pa. 31. f. 152. m. 162. m. 198. p. pa. 309. f.
Sylueſter I. S. Pap. 16. n. 2. II. pa. 134. n. 44. pa. 196. n. 11.
Syluerius Papa. 1. n. 2. p. 2. n. 24. 122. p.
Symmachus Papa. 131. nu. 5. 141. f. 223. m.

T

TAuellus Author. 19. p. pa. 24. nu. 14. pa. 73. nu. 14. p. 107. nu. 36. p. 109. nu. 21. pa. 111. n. pa. 113. m. pa. 123. f. 135. m. 137. p. m. 138. m. f. 150. m. 151. p. f. 152. p. m. 153. f. 154. p. f. 155. f. 156. p. 157. m. f. 159. p. 162. m. 164. m. 165. f. 166. p. f. 167. m. 168. p. f. 169. p. 170. p. 171. m. f. 174. m. 176. m. 177. f. 178. p. m. f. 179. f. 181. m. 184. p. 189. p. f. 190. m. f.
Templum ſancti Pauli. 158. f.
Templum ſancti Petri. 158. f.
Theleſphorus Papa. 195. f.
Theobaldi Campaniæ Comites.
Theodoricus I. Rex Franc. 6. n. 26. p. 200. n. 36. f. & alius Auſtraſiæ. 215. nu. 4
Theodoricus Burgundiæ Rex. 215. f.
Theodoſius Imp. 9. m. 147. nu. 16. & 48. 148. m. 197. m. 191. f. 200. f.
Tholonenſis Epiſcopus. 219. 80
Thomas S. Archiepiſc. Cantuarienſ. 181. n. 70
Totila Rex impius Romæ. 224. 54
Tilletus Author. 137. f. 152. m. 154. m. 156. p. 165. f. 179
Tillius Author. 6. nu. 26. pa. 7. n. 71. p. 8. n. 72. pa. 18. f. 19. p. 20. n. 44. pa. 152. m.
Totila Imp. 224. p.
Tranſalpini Galli qui. 194
Trecenſis vrbs. 130. 140. p.
Trecorum vrbs. 87
Tridentinenſe Concil. 133. f.
Tripolitanus & Troianus Italiæ Epiſcopus. 174
Tritemius Author. 152. p. 223. m.
Troclarus. 164
de Ture nobilis familia in ramis ſæpè ad Epiſcopatus peruenta.
Turonum vrbs. 42
Tyberius Imp. 200. m

V

VAlentinianus. 24. m.
Valens Imp. 42. nu. 3
Vaſeus Author. 223. f.
Vdabertus. 212
Vdo. 218
Vedaſtus S. 24. nu. 12
Venetum vrbs duplex. 78. m. 79. m.
Vetuſtus Glaber Author. 144. p
Victores Papæ. 195. f.
Vienna vrbs. 194
Vigilius Pap. S. 131. n. 6. p. 150. n. 17. 224. p.
Villarius Author. 200. nu. 38. & 204. m.
Vincentius Author. 162. m.
Vincentianum Monaſterium. 151. p.
Vindocinenſe Cœnobium. 168. f.
Vitalianus Papa. 164. nu. 30. p. 207. 225. n. 42.
Vitalliani Papæ.
Viuarienſis vrbs. 217
Voluſianus Imp. 196. m.
Vrbani Papæ. 27. m. 55. p. 66. f. 102. p. 106. m. 113. f. 115. p. 125. m. 155. m. 158. p. 180. p. m. 204. f. 232. f.
Vrbanus II. Pap. p. 66. n. 30. p. 101. n. 4. p. 125. n. 53. p. 134. n. 49. IV. p. 155. n. 64. p. 228. n. 73. V. 158. nu 91.
Vrbs S. Amani. 15. 68
Vualdus. 2. 11
Vualmundus. 204
Vuilaris. 226
Vuilbertus. 225
Vuilmaris. 226
Vuolfangus Author. 228. p.

Y

YVo Author. 154. f. 155. in f. 156. p. 169. f. 170. m. 189. f.

Z

ZAcharias Papa. pa. 18. nn. 28. 187. f. 201. f. 202
Zeno Imp. 162. f.
Zozymus Papa. 194. m. 197. f. 222. m.

 OPERA

FIN.

OPERA HACTENVS AVCTORIS IACOBI SEVERTII, A TYPOGRAPHIS DIVVLGATA, ET NVNC PER BIBLIOPOLAS hîc comprehenſa.

1. DE Orbis Catoptrici ſeu Mapparum mundi principiis deſcriptione ac vſu, libri tres. Quorum poſtremos duos eiuſmodi in Planiſphæriorũ Comoſgraphicorum gratiam ad lucem vocauit Author, &c. Pariſiis apud Balthazarem Mortlium, 1590. cum Priuilegio. Item apud Laurentium Somnium, 1598. Lutetiæ, continens paginas 335. in folio.

2. Summa Excommunicationum & Caſuum reſeruatorum tam Papalis quàm Epiſcopalis abſolutionis, in tres partes diſtincta, cui acceſſerunt ſeptédecim Prouinciales Tabulæ, ſingulis Archiepiſcopis, cunctiſque ferè Epiſcopis Galliarum, cum adiectis ſcholiis: Pariſiis apud Nicolaum Buon in Clauſo Brunello, 1601. cum Priuilegio, foliis 181. in octauo.

3. De multiplici anathemate iuris æquiualente ad nominatim, in quo exactiſſimè ſacrorum Canonum atque Doctorum ſententiæ circa tractatus de excommunicatione aperiuntur, &c. in 8. foliis 125.

4. Chronologia hiſtorica ſucceſſionis Hierarchicæ Antiſtitum Lugdunenſis Archiepiſcopatus, &c. Lugduni apud Claudium Armand. M. DC. VII. in 4. paginis 558.

5. De Atheiſmo, hæreticis & Contradictionibus, 1611. in totidem foliis, quo tomo de anathemate apud Simonem Rigaud, 1620.

6. Caſuum reſeruatorum editiones apud eundem in latiore vſu Gallicano, pagellis, 828. anno 1621.

7. Antimartyrologius libris duodecim pro fide Catholica Gallicè habenda aduerſus Martyres hæreticos, pagellis dupliciter iteratis, an. 992. impreſſum anno 1622.

8. Anacriſis Bibliorum edita Gallicè ann. 1623. continẽs tres tomos, Primum à Geneſi ad Iob vſque librum. Secundum à Pſalmis Dauidis vſque ad Machabæos: & tertium vniuerſo Tomo Euangelico: cunctis Paginæ ſimul iunctæ ſunt 171. In quarum pagina prima 177. deficit hoc ſignum Hebraicum ad marginem ſupremam.

pro Iehoua ſupponendum.

9. Agiographiæ ſeu Inuentarium Tabularum Sanctorum ex duplici ſuppoſita editione annis 1623. & 1627. in tribus diſtinctis voluminibus, ad pagellas vſque 1688. ſeorſum diſtributas.

10. Præſens triplex opus Epiſcoporum Celtarum Gallorum, &c.

11. Poſthac ſequetur aliorum Gallorum hiſtoria Epiſcopalis apud Latinos Librarios.

12. Demum occurret cæterorum Italiæ ac vicinorum, cum reliquis Hiſpaniæ & Minoris Aſiæ, Africæque pars, &c. tomis ſegregatis, donec plura per corporis facilitatem euulgari queant, ſummo Pontifici deuouenda.

G:ſi:

Aol 1470270

Digitized by Google